Universidad de Deusto
Biblioteca

SVMMA II

DIVI THOMÆ

PARS TERTIA.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

DIVI
THOMAE AQVINATIS
DOCTORIS ANGELICI
SVMMAE THEOLOGICAE
Pars Tertia.

REVERENDISS. DOMINI THOMAE A' VIO CAIETANI, Tituli Sancti Xysti Presbiteri Cardinalis, Commentarijs illustrata, & summo studio à quàm-pluribus mendis vindicata, suoq; pristino nitori restituta.

ADDITIONE ETIAM EX EIVSDEM D. THOMAE scriptis in quartum librum sententiarum excerpta, aucta, & locupletata.

CVI ACCESSERVNT MARGINALES LOCORVM AB AVTHORE citatorum Adnotationes, suis locis congruenter appositæ.

QVAESTIONVM ITEM, ET SINGVLORVM Articulorum, additus est INDEX.



FACULTAD DE TEOLOGIA Univ. de Deusto BILBAO

AVGVSTAE TAVRINORVM.
Apud hæredes Nicolai Beuilaquæ. 1582.
Permissu, quorum interest.

Universidad de Deusto
Biblioteca



TERTIAE PARTIS SVMMAE
DIVI THOMAE AQVINATIS
QVAESTIONVM ET ARTICVLORVM
INDEX.

QVAEST. I.

¶De conuenientia incarnationis Christi.



1 Vtrum conueniens fuerit Deum incarnari.
2 Vtrum fuerit necessarium ad reparationem humani generis.
3 Vtrum si non fuisset peccatum Deus fuisset incarnatus.
4 Vtrum principalius sit incarnatus ad tollendū originale peccatum quàm actuale.
5 Vtrum conueniens fuerit Deum incarnari a principio mundi.
6 Vtrum eius incarnatio differri debuerit vsque ad finē mūdi.

QVAEST. II.

¶De modo vnionis verbi incarnati quo ad ipsam vnionem.
1 Vtrum vnio verbi incarnati sit facta in natura.
2 Vtrum sit facta in persona.
3 vtrum sit facta in supposito vel hypostasi.
4 vtrum persona vel hypostasis Christi post incarnationem sit composita.
vtrum sit ficta aliqua vnio animæ & corporis in Christo.
vtrum natura humana fuerit vnita verbo accidentaliter.
vtrum ipsa vnio sit aliquid creatum.
vtrum sit idem quod assumptio.
vtrum sit maxima vnionum quæ creaturis conueniunt.
vtrum vnio duarum naturarum in Christo fuerit facta per gratiam.
vtrum eam aliqua merita præcesserint.
vtrum gratia fuerit homini Christo naturalis.

QVAEST. III.

¶De modo vnionis ex parte personæ assumentis.
vtrum assumere conuenerit personæ diuinæ.
1 vtrum conuenerit diuinæ naturæ.
vtrum natura possit assumere abstracta personalitate.
vtrum vna persona possit assumere sine alia.
vtrum quelibet persona possit assumere.
vtrum plures personæ possint assumere vnā naturā numero.
vtrum vna persona possit assumere duas naturas numero.
5 vtrum magis fuerit conueniens de persona filii q̄ assumpserit humanam naturam, quàm de alia persona diuina.

QVAEST. IIII.

¶De modo vnionis ex parte naturę humanæ assumptæ.
1 vtrum humana natura fuerit magis assumptibilis a filio Dei quam alia a natura.
2 vtrum assumpserit personam.
3 vtrum assumpserit hominem.
4 vtrum fuisset conueniens q̄ assumpsisset humanam naturam separatam a singularibus.
5 vtrum fuisset conueniens q̄ assumpsisset humanam naturam in omnibus eius singularibus.
6 vtrum fuisset conueniens q̄ assumpsisset humanam naturam in aliquo homine ex stirpe Adæ progenito.

QVAEST. V.

¶De modo unionis ex parte partium humanæ naturæ.
1 vtrum filius debuerit assumere verum corpus.
2 vtrū debuerit assumere corpus terrenum s. carnē & sanguinē
3 vtrum assumpserit animam.
4 vtrum assumere debuerit intellectum.

QVAEST. VI.

¶De modo assumptionis quantum ad ordinem.
1 vtrum filius Dei assumpserit carnem mediante anima.
2 vtrum assumpserit animam mediante spiritu siue mente.
3 vtrum anima fuerit prius assumpta quam caro.
4 vtrum caro fuerit prius assumpta quàm animæ vnica.
5 vtrum tota natura humana sit assumpta mediantib. partibus.
6 vtrum filius Dei assumpserit humanā naturā mediāte gratia.

QVAEST. VII.

¶De coassumptis a filio Dei in humana natura pertinentibus ad perfectionem, s. de gratia Christi prout est singularis homo.
1 vtrum in anima Christi sit aliqua gratia habitualis.
2 vtrum in Christo fuerint virtutes.
3 vtrum in Christo fuerit fides.
4 vtrum in Christo fuerit spes.
5 vtrum in Christo fuerint dona.
6 vtrum in Christo fuerit donum timoris.
7 vtrum in Christo fuerint gratiæ gratis datæ.
8 vtrum in Christo fuerit prophetia.
9 vtrum in Christo sit plenitudo gratiæ.
10 vtrum talis plenitudo sit propria Christi.
11 vtrum gratia Christi sit infinita.
12 vtrum gratia Christi potuerit augeri.
13 Qualiter hæc gratia se habeat ad vnionem, an s. subsequatur vel præcedat.

QVAEST. VIII.

¶De gratia Christi secundum q̄ est caput ecclesiæ.
1 vtrum Christus sit caput ecclesiæ.
2 vtrum sit caput omnium quantum ad corpus, vel solū quantum ad animas.
3 vtrum sit caput omnium hominum.
4 vtrum sit caput angelorum.
5 vtrum gratia secundum quam est caput ecclesiæ sit eadem cū gratia habituali secundum q̄ est quidam homo singularis.
6 vtrum esse caput ecclesiæ sit proprium Christi.
7 vtrum diabolus sit caput omnium malorum.
8 vtrum antichristus possit etiam dici caput malorum.

QVAEST. IX.

¶De coassumptis a filio Dei in natura humana pertinentib. ad perfectionem s. de scientia Christi in communi.
1 vtrum Christus habuerit aliquam scientiam præter diuinā.
2 vtrū habuerit scientiā quā habent beati vel comprehensores.
3 vtrum habuerit scientiam inditam vel infusam.
4 vtrum habuerit aliquam scientiam acquisitam.

QVAEST. X.

¶De scientia beata quæ pertinet ad animam Christi.
1 vtrū aī. Christi cōprehenderit verbum, siue diuinā essentiam.
2 vtrum cognouerit omnia in verbo.
3 vtrum anima in verbo cognouerit infinita.
4 vtrum videat verbum siue diuinam essentiam clarius qualibet alia creatura.

QVAEST. XI.

¶De scientia indita vel infusa animæ Christi.
1 vtrum secundum hanc scientiam Christus sciat omnia.
2 vtrū hac scientia uti potuerit nō cōuertendo se ad phantasmata.
3 vtrum hæc scientia fuerit collatiua.
4 vtrū hæc scientia in Christo fuerit minor scientia angelorū.
5 vtrum fuerit scientia habitualis.
6 vtrum fuerit distincta per diuersos habitus.

QVAEST. XII.

¶De scientia animæ Christi acquisita vel experimentali.
1 vtrum secundum hanc scientiam cognouerit omnia.
2 vtrum in hac scientia profecerit.
3 vtrum aliquid ab homine didicerit.
4 vtrum Christus aliquid acceperit ab angelis.

QVAEST. XIII.

¶De potentia animæ Christi.
1 vtrum habuerit omnipotentiam simpliciter.
2 vtrū habuerit omnipotentiā respectu corporalium creaturarū.
3 vtrum habuerit omnipotentiam respectu motus corporis.
4 vtrū habuerit oīpotentiam respectu propriæ suæ voluntatis.

QVAEST. XIIII.

¶De defectibus quos Christus in humana natura assumpsit quantum ad corpus.
1 vtrum filius Dei assumere debuerit in humana natura corporis defectus.
2 vtrum assumpserit necessitatem his defectibus subiacendi.
3 vtrum contraxerit hos defectus.
4 vtrum assumpserit omnes huiusmodi defectus.

QVAEST. XV.

¶De defectibus quos Christus assumpsit in humana natura quantum ad animam.
1 vtrum in Christo fuerit peccatum.
2 vtrum in eo fuerit fomes peccati.
3 vtrum in eo fuerit ignorantia.
4 vtrum anima Christi fuerit passibilis.
5 vtrum in Christo fuerit dolor sensibilis.
6 vtrum in Christo fuerit tristitia.
7 vtrum in Christo fuerit timor.
8 vtrum in Christo fuerit admiratio.
9 vtrum in Christo fuerit ira.

Universidad de Deusto
Biblioteca

TABVLA QVAEST.

10 vtrum simul sanctificator & comprehensor.

QVAEST. XVI.

¶De his quæ consequuntur vationem quantum ad ea quæ conueniunt Christo secundum se.

1 vtrum hæc sit vera Deus est homo.
2 vtrum hæc sit vera, homo est Deus.
3 vtrum Christus possit dici homodominicus.
4 vtrum ea quæ conueniunt filio hominis, possint prædicari de filio Dei & econuerso.
5 vtrum ea quæ conueniunt filio hominis, possint prædicari de diuina natura, & de humana ea quæ conueniunt filio Dei.
6 vtrum hæc sit vera, filius Dei factus est homo.
7 vtrum hæc sit vera, homo factus est Deus.
8 vtrum hæc sit vera, Christus factus est creatura.
9 vtrum hæc sit vera, iste homo (demonstrato Christo) incepit esse vel fuerit semper.
10 vtrum hæc sit vera, Christus secundum q̃ homo est creatura.
11 vtrum hæc sit vera, Christus secundum q̃ homo est Deus.
12 vtrum hæc sit vera, Christus secundum q̃ homo est hypostasis uel persona.

QVAEST. XVII.

¶ De his quæ pertinent ad unitatem Christi quantum ad esse.

1 vtrum Christus sit unum vel duo.
2 vtrum in Christo sit tantum unum esse.

QVAEST. XVIII.

¶De his quæ pertinent ad unitatem Christi quantum ad voluntatem.

1 vtrum in Christo sit alia voluntas diuina & alia humana.
2 vtrum in humana natura Christi sit alia voluntas respectu sensualitatis & alia respectu rationis.
3 vtrum ex parte rationis fuerint in Christo plures volũtates.
4 vtrum in Christo fuerit liberum arbitrium.
5 vtrum voluntas humana Christi fuerit omnino conformis voluntati diuinæ in volito.
6 vtrum in Christo fuerit aliqua contrarietas voluntatum.

QVAEST. XIX.

¶ De his quæ pertinent ad unitatem quantum ad operationem Christi.

1 vtrum in Christo fuerit vna operatio diuinitatis & humanitatis uel plures.
2 vtrum in Christo fuerint plures operationes secundum humanam naturam.
3 vtrum secundum operationem humanã aliquid sibi meruerit.
4 vtrum per eam aliquid nobis meruerit.

QVAEST. XX.

¶De his quæ conueniunt Christo secundum subiectionem eius ad patrem.

1 vtrum Christus sit subiectus patri.
2 vtrum sit subiectus sibipsi.

QVAEST. XXI.

¶De oratione Christi.

1 vtrum Christo conueniat orare.
2 vtrum conueniat sibi secundum sensualitatem.
3 vtrum conueniat sibi orare pro seipso an pro aliis tantum.
4 vtrum oratio eius sit exaudita.

QVAEST. XXII.

¶De sacerdotio Christi.

1 vtrum conueniat Christo esse sacerdotem.
2 De hostia huius sacerdotis.
3 De effectu huius sacerdotii.
4 vtrũ effectus sacerdotii huius ptineat ad ipsũ solũ, an ad alios.
5 De æternitate sacerdotii eius.
6 vtrum debeat dici sacerdos secundum ordinẽ Melchisedech.

QVAEST. XXIII.

¶De adoptione Christi.

1 vtrum conueniat Deo filios adoptare.
2 vtrum hoc conueniat soli Deo patri.
3 vtrum sit proprium hominum adoptari in filios.
4 vtrum Christus possit dici filius adoptiuus.

QVAEST. XXIIII.

¶De prædestinatione Christi.

1 vtrum Christus sit prædestinatus.
2 vtrum sit prædestinatus secundum quòd homo.
3 vtrum eius prædestinatio sit exẽplar nostræ prædestinationis
vtrum sit causa nostræ prædestinationis.

QVAEST. XXV.

¶Deadoratione Christi.

4
1 vtrum una & eadem adoratione sit adoranda diuinitas Christi, & eius humanitas.
2 vtrum caro Christi sit adoranda adoratione latriæ.
3 vtrum adoratio latriæ sit exhibenda imagini Christi.
4
5 vtrum sit exhibenda cruci Christi.
6 vtrum sit exhibenda matri eius.
vtrum reliquiæ sanctorum sint adorandæ.

QVAEST. XXVI.

¶De hoc quod Christus dicitur Dei & hominum mediator.

1 vtrum esse mediatorem Dei & hominum sit proprium Christo.
2 vtrum hoc ei conueniat secundum humanam naturam.

QVAESTIO XXVII.

¶De sanctificatione beatæ Virginis.

1 vtrum beata Virgo fuerit sanctificata ante nativitatem ex utero.
2 vtrum fuerit sanctificata ante animationem.
3 vtrum per huiusmodi sanctificationem fuerit sibi sublatus totaliter fomes peccati.
4 vtrum per huiusmodi sanctificationem fuerit consecuta, ut numquam peccaret.
5 vtrum per huiusmodi sanctificationem adepta fuerit plenitudinem gratiarum.
6 vtrum sic sancti ficari, fuerit sibi proprium post Christum.

QVAESTIO XXVIII.

¶De virginitate beatæ Mariæ.

1 vtrum fuerit Virgo in concipiendo.
2 vtrum fuerit Virgo in partu.
3 vtrum permanserit Virgo post partum.
4 vtrum votum virginitatis emiserit.

QVAESTIO XXIX.

¶De desponsatione matris Dei.

1 vtrum Christus debuerit de desponsata nasci.
2 vtrum fuerit uerum matrimonium inter matrem domini & Ioseph.

QVAEST. XXX.

¶De annuntiatione beatæ Virginis.

1 vtrum conueniens fuerit annuntiari ei quod in ea generandum erat.
2 vtrum conueniens fuerit hæc annuntiari per Angelum.
3 De modo per quem ei annuntiari debebat.
3 De ordine annuntiationis.

QVAEST. XXXI.

¶De conceptione Saluatoris, quantum ad materiam de qua corpus eius est conceptum.

1 vtrum caro Christi fuerit sumpta de Adam.
2 vtrum fuerit sumpta de David.
3 vtrum genealogia Christi conueniẽter texatur ab Euãgelista.
4 vtrum decuerit Christum nasci de fœmina.
5 vtrum fuerit de purissimis sanguinibus Virginis eius corpus formatum.
6 vtrum caro Christi, fuerit in antiquis patribus secundum aliquid signatum.
7 vtrum caro Christi in patribus fuerit peccato obnoxia.
8 vtrum fuerit decimata in lumbis Abrahæ.

QVAEST. XXXII.

¶De conceptione Christi quantum ad principium actiuum.

1 vtrum Spiritussanctus fuerit principium actiuum in conceptione Christi.
2 vtrum possit dici, quòd Christus sit conceptus de Spiritusancto.
3 vtrum possit dici, quòd Spiritussanctus sit pater Christi secũdum carnem.
4 vtrum beata Virgo aliquid actiue egerit in conceptione Christi.

QVAEST. XXXIII.

¶De modo & ordine conceptionis Christi.

1 vtrum corpus Christi in primo instanti conceptionis fuerit formatum.
2 vtrum In primo instanti conceptionis fuerit a uerbo assumptum.
3 vtrum in primo instanti conceptionis fuerit a uerbo assumptum.
4 vtrum conceptio illa fuerit naturalis vel miraculosa.

QVAEST. XXXIIII.

¶De perfectione prolis conceptæ.

1 vtrum in primo instanti conceptionis Christus fuerit sanctificatus par gratiam.
2 vtrum in eodem instanti habuerit usum liberi arbitrii.
3 vtrum in eodem instanti potuerit mereri.
4 vtrum in eodem instanti fuerit plene comprehensor.

QVAEST. XXXV.

¶De natiuitate Saluatoris.

1 vtrum natiuitas sit naturæ vel personæ.
2 vtrum Christo sit attribuenda alia natiuitas præter æternam.
3 vtrum secundum natiuitatem temporalem beata Virgo sit mater Christi.
4 vtrum debeat dici mater Dei.
5 vtrum Christus secundum duas filiationes sit filius Dei patris, & Virginis matris.
6 De modo natiuitatis, vtrum scilicet fuerit natus sine dolore matris.
7 vtrum conueniens fuerit eum nasci in Bethleem.
8 vtrum fuerit congruo tempore natus

QVAEST. XXXVI.

¶De manifestatione Christi nati.

1 vtrum natiuitas Christi debuerit esse omnibus manifesta.
2 vtrum debuerit aliquibus manifestari.
3 vtrum Quibus manifestari debuerit.

4 vtrum

4 Vtrum debuerit ipse se manifestare vel potius manifestari per alios.
5 Per quæ alia manifestari debuerit.
6 De ordine manifestationis.
7 De stella per quam manifestata fuit eius natiuitas.
8 De veneratione Magorum, qui per stellam Christi natiuitatem cognouerunt.

QVAESTIO XXXVII.

¶De legalibus circa puerum Iesum obseruatis.

1 Vtrum debuerit circumcidi.
2 Vtrum fuerit conuenienter ei nomen impositum.
3 Vtrum debuerit offerri in templo.
4 Vtrum mater Dei debuerit purganda ad templum accedere.

QVAESTIO XXXVIII.

¶De baptismo Ioannis.

1 Vtrum conueniens fuerit q̃ Ioannes baptizaret.
2 Vtrum ille baptismus fuerit a Deo.
3 Vtrum contulerit gratiam.
4 Vtrum alij præter Christum illo baptismo debuerint baptizari.
5 Vtrum baptismus ille cessare debuerit Christo baptizato.
6 Vtrum baptizati baptismo Ioannis, essent postea baptizandi baptismo Christi.

QVAESTIO XXXIX.

¶De baptizatione Christi.

1 Vtrum Christus debuerit baptizari.
2 Vtrum debuerit baptizari baptismo Ioannis.
3 De tempore baptismi.
4 De loco baptismi.
5 Deeo, q̃ sunt ei cœli aperti.
6 De spiritussancti apparitione in specie columbæ.
7 Vtrum illa columba fuerit verum animal.
8 De voce patrem testimonij.

QVAESTIO XL.

¶De modo conuersationis Christi.

1 Vtrum Christus debuerit solitariam vitam ducere, an inter homines conuersari.
2 Vtrum debuerit austeram vitam ducere in cibo, & potu, & vestitu, an alijs communem.
3 Vtrum debuerit abiecte viuere in hoc mundo, an in diuitiis & honore.
4 Vtrum debuerit debuerit viuere secundum legem.

QVAESTIO. XLI.

¶De tentatione Christi.

1 Vtrum conueniens fuerit Christum tentari.
2 De loco tentationis.
3 De tempore tentationis.
4 De modo & ordine tentationis.

QVAESTIO. XLII.

¶De doctrina Christi.

1 Vtrum Christus debuerit prædicare solum Iudæis vel etiam gentilibus.
2 Vtrum in sua prædicatione debuerit turbationem Iudæorum vitare.
3 Vtrum debuerit prædicare publice vel occulte.
4 Vtrum debuerit docere solo verbo vel scripto.

QVAESTIO. XLIII.

¶De miraculis a Christo factis in generali.

1 Vtrom Christus debuerit miracula facere.
2 Vtrum fecerit ea virtute diuina.
3 Quo tempore inceperit miracula facere.
4 Vtrum per miracula fuerit sufficienter ostensa eius diuinitas

QVAESTIO. XLIIII.

¶De miraculis Christi in speciali.

1 De miraculis quæ Christus fecit circa spirituales substãtias, vtrum fuerint conuenientia.
2 De miraculis quæ Christus fecit circa cœlestia corpora.
3 De miraculis quæ Christus fecit circa homines.
4 De miraculis quæ Christus fecit circa irrationales creaturas.

QVAESTIO. XLV.

¶De transfiguratione Christi.

1 Vtrum conueniens fuerit Christum transfigurari.
2 Vtrum claritas transfigurationis fuerit claritas gloriosa.
3 Vtrum conuenienter adducti fuerint testes huiusmodi transfigurationis.
4 De testimonio paternæ vocis.

QVAESTIO. XLVI.

¶De passione Christi.

1 Vtrum conueniens fuerit Christum pati pro liberatione hominum.
2 Vtrum fuerit alius modus possibilis liberationis humanæ.
3 Vtrum iste modus fuerit conuenientior.
4 Vtrum fuerit conueniens, q̃ in cruce pateretur.
5 Vtrum sustinuerit omnes passiones.
6 Vtrum dolor quem in passione sustinuit fuerit maximus.
7 Vtrum tota anima eius pateretur.
8 Vtrum passio eius impediuerit gaudium fruitionis.
9 De tempore passionis.
10 De loco passionis.
11 Vtrum fuerit conueniens Christum simul cum latronibus crucifigi.
12 Vtrum passio Christi sit eius diuinitati attribuenda.

QVAESTIO XLVII.

¶De causa efficiente passionis Christi.

1 Vtrum Christus fuerit ab alio occisus vel a seipso.
2 Ex quo motuo seipsum tradiderit ad patiendum.
3 Vtrum pater tradiderit eum ad patiendum.
4 Vtrum fuerit conueniens, q̃ per manus gentium pateretur vel potius a Iudæis.
5 Vtrum occisores eius eum cognouerit.
6 De peccato eorum, qui Christum occiderunt.

QVAESTIO XLVIII.

¶De modo efficiendi passionem Christi.

1 Vtrum passio Christi causauerit nostram salutem per modũ meriti.
2 Vtrum per modum satisfactionis.
3 Vtrum per modum sacrificij.
4 Vtrum per modum redemptionis.
5 Vtrum esse redemptorem sit proprium Christi.
6 Vtrum causauerit effectum nostræ salutis per modum efficientiæ.

QVAESTIO. XLIX.

¶De effectibus passionis Christi.

1 Vtrum per passionem Christi simus liberati a peccato.
2 Vtrum per eam simus liberati a potestate diaboli.
3 Vtrum per eam simus liberati a reatu pœnæ.
4 Vtrum per eam simus Deo reconcilitati.
5 Vtrum per eam sit nobis aperta ianua cœli.
6 Vtrum per eam fuerit Christus adeptus exaltationẽ Christi.

QVAESTIO L.

¶De morte Christi.

1 Vtrum conueniens fuerit Christum mori.
2 Vtrum per mortem fuerit separata vnio diuinitatis & carnis.
3 Vtrum fuerit separata vnio diuinitatis & animæ.
4 Vtrum Christus in triduo mortis fuerit homo.
5 Vtrum corpus eius fuerit idem numero mortuum & viuum.
6 Vtrum mors eius fuerit aliquid operata ad nostram salutem.

QVAESTIO LI

¶De sepultura Christi.

1 Vtrum fuerit conueniens Christum sepeliri.
2 De modo sepulturæ eius.
3 Vtrum corpus eius fuerit in sepulchro resolutum.
4 De tempore quo iacuit in sepulchro.

QVAESTIO LII.

¶De descensu Christi ad inferos.

1 Vtrum conueniens fuerit Christum ad inferos descendere.
2 In quem infernum descenderit.
3 Vtrum totus fuerit in inferno.
4 Vtrum aliquam moram ibi traxerit.
5 Vtrum sanctos patres ab inferno liberauerit.
6 Vtrum de inferno liberauerit damnatos.
7 Vtrum liberauerit pueros in peccato originali defunctos.
8 vtrum liberauerit homines de purgatorio.

QVAESTIO LIII.

¶De resurrectione Christi.

1 Vtrum necesse fuerit Christum resurgere.
2 Vtrum necesse fuerit ipsum tertia die resurgere.
3 Vtrum ipse primus resurrexit.
4 vtrum ipse fuerit causa nostræ resurrectionis.

QVAESTIO LIIII

¶De qualitate Christi resurgentis.

1 Vtrum post resurrectionem Christus habuerit verum corpus.
2 vtrum corpus eius fuerit gloriosum.
3 vtrum resurrexit cum corporis integritate.
4 vtrum corpus eius resurrexit cum cicatricibus.

QVAESTIO LV.

¶De manifestatione resurrectionis.

1 vtrum resurrectio Christi omnibus hominibus manifestari debuerit, an solum quibusdam specialibus personis.
2 vtrum fuerit conueniens q̃ eis uidentibus resurgeret.
3 vtrum post resurrectionem debuerit eum suis discipulis conuersari.
4 vtrum fuerit conueniens quòd discipulis suis in aliena effigie appareret.
5 vtrum resurrectionem suam argumentis probare debuerit.
6 De sufficientia illorum argumentorum.

QVAESTIO LVI.

¶De causalitate resurrectionis Christi.

1 vtrum resurrectio Christi sit causa nostræ resurrectionis corperum.
2 vtrum sit causa nostræ iustificationis animarum.

QVAESTIO LVII.

¶De ascensione Christi.

1 vtrum fuerit conueniens Christum ascendere.
2 Secundum quam naturam conueniat sibi ascensio.
3 vtrum propria virtute ascenderit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

TABVLA QVAEST.

4 vtrum ascenderit super omnes celos corporeos.
5 vtrum ascenderit super omnes spirituales creaturas.
6 De effectu ascensionis Christi, vtrum sit causa nostræ salutis.

QVAESTIO LVIII.

¶ De sessione Christi ad dexteram patris.

1 vtrum sedeat ad dexteram patris.
2 Vtrum conueniat ei secundum diuinam naturam.
3 Vtrum conueniat sibi secundum humanam.
4 Vtrum hoc sit proprium Christi.

QVAEST. LIX.

¶ De iudiciaria potestate Christi.

1 Vtrum iudiciaria potestas sit attribuenda Christo.
2 Vtrum conueniat sibi secundum q̃ homo.
3 Vtrum eam ex meritis sit adeptus.
4 Vtrum eius potestas iudiciaria sit ,vniuersalis respectu omnium hominum.
5 Vtrum præter iudicium,quod agit etiam hoc tempore sit expectandum aliud iudicium vniuersale per ipsum futurum.
6 Vtrum eius iudiciaria potestas etiam ad angelos se extendat.

QVAEST. LX.

¶ De sacramentis,quid sit sacramentum.

1 Vtrum sacramentum sit in genere signi.
2 Vtrum omne signum rei sacræ sit sacramentum.
3 Vtrum sacramentum sit signum vnius rei tantum vel pluriũ.
4 Vtrum sacramentum sit signum quod est res sensibilis.
5 Vtrum ad sacramentum requiratur determinata res sensibilis.
6 Vtrum ad sacramentum requiratur significatio , quæ est per verba.
7 Vtrum requirantur determinata verba.
8 Vtrum illis verbis possit aliquid addi vel subtrahi.

QVAEST. LXI.

¶ De necessitate sacramentorum.

1 vtrum sacramenta fuerint necessaria ad salutem humanam.
2 vtrum fuerint necessaria in statu ante peccatum.
3 vtrum fuerint necessaria in statu post peccatum ante Christũ.
4 vtrum fuerint necessaria post Christi aduentum.

QVAEST. LXII.

¶ De effectu principali sacramentorum qui est gratia.

1 vtrum sacramenta nouæ legis sint causa gratiæ.
2 Vtrum gratia sacramentalis aliquid addat super gratiam virtutum & donorum.
3 vtrum sacramenta contineant gratiam.
4 vtrum sit in eis aliqua virtus ad causandum gratiam.
5 vtrum talis virtus in sacramentis deriuetur a passione Christi.
6 vtrum sacramenta veteris legis gratiam causarent.

QVAEST. LXIII

¶ De effectu sacramentorum qui est character.

1 vtrum ex sacramentis causetur character aliquis in anima.
2 Quid sit ille character.
3 Cuius sit character.
4 In quo sit sicut in subiecto.
5 vtrum sit indelebilis.
6 vtrum omnia sacramenta imprimant characterem.

QVAEST. LXIIII.

¶ De causa sacramentorum.

1 vtrum solus Deus interius operetur in sacramentis.
2 vtrum institutio sacramentorum sit solum a Deo.
3 De potestate quam Christus habuit in sacramentis.
4 Vtrum illam potestatem potuerit aliis communicare.
5 vtrum potestas ministerii in sacramentis conueniat malis.
6 vtrum mali peccent dispensando sacramenta.
7 vtrum angeli possint esse ministri sacramentorum.
8 vtrum intentio ministri requiratur in sacramentis.
9 vtrum requiratur ibi recta fides,ita q̃ infidelis non possit tradere sacramentum.
10 vtrum requiratur ibi recta intentio.

QVAEST. LXV.

¶ De numero & modo sacramentorum.

1 vtrum sint septem sacramenta.
2 De ordine eorum adinuicem.
3 De comparatione eorum.
4 vtrum omnia sacramenta sint de necessitate salutis.

QVAEST. LXVI.

¶ De sacramento baptismi quantum ad ea quæ ad ipsum pertinent.

1 Quid sit baptismus,vtrum.s.sit ablutio.
2 De institutione huius sacramenti.
3 vtrum aqua sit propria materia huius sacramenti.
4 vtrum requiratur aqua simplex.
5 vtrum hæc sit conueniens forma huius sacramenti.Ego te baptizo in nomine patris & filii & spiritussancti.
6 vtrum aliquis possit baptizari sub hac forma,ego te baptizo in nomine Christi.
7 vtrum immersio sit de necessitate baptismi.
8 vtrum requiratur trina immersio.
9 vtrum baptismus possit reiterari.
10 De ritu baptismi.
11 De distinctione baptismatum.
12 De comparatione baptismatum.

QVÆSTIO LXVII.

¶ De ministris baptismatis.

1 vtrum ad diaconum pertineat baptizare.
2 vtrum hoc pertineat ad presbyterum , vel solum ad episcopum.
3 vtrum laicus possit sacramentum baptismi conferre.
4 vtrum hoc possit facere mulier.
5 vtrum non baptizatus possit baptizare.
6 vtrum plures possint simul baptizare vnum & eundem.
7 vtrum necesse sit esse aliquem qui baptizatum de sacro fonte recipiat.
8 vtrum suscipiens aliquem de sacro fonte obligetur ad eius institutionem.

QVÆSTIO LXVIII.

¶ De suscipientibus baptismum.

1 vtrum omnes teneantur ad suscipiendum baptisma.
2 vtrum aliquis possit saluari sine baptismo.
3 vtrum baptismus sit differendus.
4 vtrum peccatores sint baptizandi.
5 vtrum peccatoribus baptizatis sint imponenda opera satisfactoria.
6 vtrum requiratur confessio peccatorum.
7 vtrum requiratur intentio ex parte baptizati.
8 vtrum requiratur fides.
9 vtrum sint pueri baptizandi.
10 vtrum pueri iudæorum sint baptizandi inuitis parentibus.
11 vtrum aliqui sint baptizandi itu maternis vteris existentes.
12 vtrum furiosi & amentes sint baptizandi.

QVÆSTIO LXIX.

¶ De effectibus baptismi.

1 vtrum per baptismum auferantur omnia peccata.
2 vtrum per baptismum liberetur homo ab omni pœna.
3 vtrum baptismus auferat omnes pœnalitates huius vitæ.
4 vtrum per baptismum conferantur homini gratiæ & virtutes
5 De effectibus virtutum qui per baptismum conferuntur.
6 vtrum etiam paruuli per babtisma gratias & virtutes accipiant.
7 vtrum per baptismum aperiatur baptizatis ianua regni cœlestis.
8 vtrum baptismus æqualem effectum habeat in hominibus baptizatis.
9 vtrum fictio impediat effectum baptismi.
10 vtrum recedente fictione baptismus obtineat effectum suũ.

QVÆSTIO LXX.

¶ De circumcisione quæ præcesit baptismum.

1 vtrum circumcisio fuerit præparatoria & figura baptismi.
2 vtrum fuerit conuenienter instituta.
3 vtrum ritus circumcisionis fuerit conueniens.
4 vtrum circumcisio conferret gratiam.

QVÆSTIO LXXI.

¶ De præparatorijs quæ concurrunt simul cum baptismo.

1 vtrum catechismus debeat præcedere baptismum.
2 Vtrum baptismum debeat præcedere exorcismus.
3 vtrum ea quæ aguntur in catechismo & exorcismo aliquid efficiant vel solum significent.
4 vtrum baptizandi debeant catechizari,vel exorcizari per sacerdotes.

QVÆSTIO LXXII.

¶ De sacramento confirmationis.

1 vtrum confirmatio sit sacramentum.
2 De materia huius sacramenti.
3 vtrum sit de necessitate sacramenti,q̃ chrisma fuerit per episcopum consecratum.
4 De forma ipsius.
5 vtrum imprimat characterem.
6 vtrum character confirmationis characterem baptismalem præsupponat.
7 virum conferat gratiam.
8 Cui competat recipere hoc sacramentum.
9 In qua parte recipiatur.
10 vtrum requiratur aliquis qui teneat confirmandum.
11 vtrum hoc sacramentum per solos episcopos detur.
12 De ritu eius.

QVÆSTIO LXXIII.

1 Vtrum eucharistia sit sacramentum.
2 vtrum sit vnum vel plura.
3 vtrum sit de necessitate salutis.
4 De nominibus eius.
5 De institutione ipsius.
6 De figure eius.

QVÆSTIO LXXIIII.

¶ De materia eucharistiæ secundum speciem.

1 vtrum panis & vinum sint materia huius sacramenti.
2 vtrum materiam huius sacramenti requiratur determinata quantitas.

ET ARTICVLORVM

3 Vtrum materia huius sacramenti sit panis triticeus.
4 Vtrum sit panis azimus,vel fermentatus.
5 Vtrum materia huius sacramenti sit vinum de vita.
6 Vtrum sit admiscenda aqua.
7 Vtrum aqua sit de necessitate huius sacramenti.
8 De quantitate aquæ quæ apponitur.

QVÆSTIO LXXV.

¶ De conuersione panis & vini in corpus & sanguiné Christi.

1 Vtrum in hoc sacramento sit corpus Christi secundum veritatem.
2 Vtrum in hoc sacramento remaneat substantia panis & vini post consecrationem.
3 Vtrum substantia panis post consecrationem huius sacramẽti annihiletur,aut in pristinam materiam resoluatur.
4 Vtrum panis possit conuerti in corpus Christi.
5 Vtrum in hoc sacramẽto remaneãt accidentia panis & vini
6 Vtrum remaneat forma substantialis panis.
7 Vtrum ista conuersio fiat in instanti.
8 Vtrum hæc sit vera,ex pane sit corpus Christi.

QVÆSTIO LXXVI.

¶ De modo quo corpus Christi existit in hoc sacramento.

1 Vtrum totus Christus sit sub hoc sacramento.
2 Vtrum totus Christus sit sub vtraque specie sacramenti.
3 Vtrum totus Christus sub vtraque parte speciei.
4 Vtrum dimensiones corporis Christi totæ sint sub hoc sacramento.
5 Vtrum corpus Christi sit sub hoc sacramento localiter.
6 Vtrum corpus Christi moueatur ad motum hostiæ , vel aliquis post consecrationẽ
7 Vtrum corpus Christi sub hoc sacramento possit ab oculo aliquo videri.
8 Vtrum verum corpus Christi remaneat in hoc sacramento cum miraculose apparet sub specie pueri vel carnis.

QVAESTIO. LXXVII.

¶ De accidentibus remanentibus in hoc sacramento.

1 Vtrum accidentia sint sine subiecto.
2 Vtrum quantitas dimensiua sit subiectum accidentium aliorum.
3 Vtrum huiusmodi accidentia possint immutare aliquid corpus extrinsecum.
4 Vtrum possint corrumpi.
5 Vtrum possit ex eis aliquid generari.
6 Vtrum possint nutrire.
7 Vtrum in fractione panis species sacramentalis frangatur.
8 Vtrum vino consecrato possit liquidum admisceri.

QVAESTIO LXXVIII.

¶ De forma huius sacramenti.

Vtrum hæc sit conueniens forma huius sacramenti , hoc est corpus &c.
1
2 Vtrum forma consecrationis panis sit conueniens , hoc est corpus &c.
3 Vtrum sit conueniens forma consecrationis sanguinis,hic est calix &c.
4 Vtrum in verbis dictarum formarum sit aliqua vis creata effectiua consecrationis.
5 Vtrum locutionis in prædictis formis sint veræ.
6 De comparatione vnius formæ ad aliam.

QVAESTIO LXXIX.

¶ De effectibus huius sacramenti.

1 Vtrum hoc sacramentum conferat gratiam.
2 Vtrum effectus huius sacramenti sit adeptio gloriæ.
3 Vtrum effectus huius sacramenti sit remissio peccati mortalis.
4 Vtrum per hoc sacramentum remittatur peccatum veniale.
5 Vtrum per hoc sacramentum remittatur tota pœna peccati.
6 Vtrum hoc sacramentum perseruet hominem a peccatis futuris.
7 Vtrum hoc sacramentum prosit aliis quam sumentibus.
8 Vtrum per peccatum veniale impediatur effectus huius sacramenti.

QVAESTIO LXXX.

¶ De vsu siue sumptione huius sacramenti in communi.

1 Vtrum sint duo modi manducandi hoc sacramentum.s.sacramentaliter,& spiritualiter.
2 Vtrum soli hoi conueniat manducare spiritualiter hoc sacramentum.
3 Vtrum solius hominis iusti sit manducare sacramentaliter.
4 Vtrum peccator manducans sacramentaliter peccet.
5 Vtrum hoc sit grauissimum omnium peccatorum.
6 Vtrum peccator accedens ad hoc sacramentum sit repellendus.
7 Vtrum nocturna pollutio impediat hominem a sumptione huius sacramenti.
8 Vtrum sit solum a ieiunis sumendum.
9 Vtrum sit recipiendum a non habentibus vsum rationis.
10 Vtrum sit quotidie sumendum.
11 Vtrum liceat omnino abstinere.
12 Vtrum liceat conficere corpus sine sanguine.

QVAESTIO LXXXI.

¶ De vsu quo Christus vsus est isto sacramento.

1 Vtrum ipse Christus sumpserit corpus suum & sanguinem.
2 Vtrum dederit ea iudæ.
3 Vtrum dederit & assumpserit corpus passibile & impassibile
4 Quomodo se habuisset Christus sub hoc sacramento, si fuisset in triduo mortis reseruatum aut consecratum.

QVAESTIO LXXXII.

¶ De ministris huius sacramenti.

1 Vtrum consecrare hoc sacrm sit proprium sacerdotis.
2 Vtrum plures sacerdotes simul possint eandem hostiam consecrare.
3 Vtrum dispensatio huius sacramenti pertineat ad solum sacerdotem.
4 Vtrum liceat sacerdoti consecranti a cõione abstinere.
5 Vtrum sacerdos peccator possit conficere hoc sacramentum.
6 Vtrum missa mali sacerdotis minus valeat quam boni.
7 Vtrum hæretici,& schismatici,vel excõmunicati possint conficere hoc sacm.
8 Vtrum degradati.
9 Vtrum peccent a talibus communionem recipientes.
10 Vtrum liceat sacerdoti omnino a celebratione cessare.

QVAESTIO LXXXIII.

¶ De ritu huius sacramenti.

1 Vtrum in celebratione huius mysterii Christus immoletur.
2 De tempore celebrationis.
3 De loco & aliis quæ pertinent ad apparatum huius celebrationis.
4 De his quæ in celebratione huius mysterii dicuntur.
5 De his quæ circa celebrationem huius mysterii fiunt.
6 De defectibus qui circa celebratio nem huius mysterii committuntur.

QVAESTIO LXXXIIII.

¶ De sacramento penitentiæ.

1 Vtrum pœnitentia sit sacramentum.
2 De materia huius sacramenti.
3 De forma ipsius.
4 Vtrum impositio manus requiratur ad hoc sacramentum.
5 Vtrum hoc sacramentum sit de necessitate salutis.
6 De ordine eius ad alia sacramenta
7 De institutione eius.
8 De durationc ipsius.
9 De continuitate eius.
10 Vtum possit iterari.

QVAESTIO LXXXV.

¶ De pœnitentia secundum q̃d est virtus.

1 Vtrum pœnitentia sit virtus.
2 Vtrum sit virtus specialis.
3 Sub qua specie virtutis contineatur.
4 De subiecto eius.
5 De causa eius.
6 De ordine eius ad alias virtutes.

¶ De defectu pnitæ. QVAESTIO LXXXVI.

1 Vtrum omnia peccata mortalia per pnitiam auferantur.
2 vtrum possint sine pnitia tolli.
3 Vtrum possit vnum remitti sine alio.
4 Vtrum pnitia auferat culpam remanente reatu.
5 Vtrum remaneat reliquie peccatorum. (inquantum est sacm
6 Vtrum auferre pctm sit effectus pnitiæ inquantũ est virtus uel

QVAESTIO LXXXVII.

¶ De remissione uenialium peccatorum.

1 Vtrum sine pnitia peccatum ueniale possit remitti.
2 Vtrum possit dimitti sine gratiæ infusione.
3 Vtrũ pctã uenialia remittãt per aspersionẽ aquæ bñdictæ, & tunsionẽ pectoris,& orationẽ dñicã & aliam hmõi.
4 Vtrum peccatum ueniale possit remitti sine mortali.

QVAESTIO LXXXVIII.

¶ De reditu pctorum per penitentiam dimissorum.

1 Vtrũ pctã per pnitiam dimissa redeãt simplr per sequẽs pctm
2 Vtrum aliquo modo per ingratitudinem redeant ipãlius &c quædam peccata.
3 Vtrum redeant in a quali reatu.
4 Vtrum illa ingratitudo per q̃ redeunt sit spãle peccatum.

QVAESTIO LXXXIX.

¶ De re cuperatione uirtutum per pnitiam.

1 Vtrum per pnitiam restituantur uirtutes.
2 Vtrum restituantur in a quali quantitate.
3 Vtrum restituatur penitenti æqualis dignitas.
4 Vtrum opera uirtutum per peccatum sequens mortificentur
5 Vtrum opera mortificata per peccatum per pnitiam reuiuiscãt
6 Vtrum opera mortua i. sine caritate facta p pnitiam uiuificẽ

QVAESTIO XC.

¶ De partibus penitentiæ in generali.

1 Vtrum pœnitentia habeat partes.
2 De numero partium eius.
3 Quales partes sint.
4 De diuisione eius in partes subiectiuas.

¶ Quæstionum & articulorum tabulæ finis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

CONTENTORVM IN COMMENTARIIS TERTIAE PARTIS ALPHABETICA ANNOTATIO.

A

ABSOLVTIONIS forma licet consistat in his duobus verbis, I. Absoluo te, siquis tamen aliis verbis vteretur (puta remitto tibi peccata) sacramentum esset perfectum. q.84.ar.3.38.col.2.nu.8.

¶ Abstractionis duplicis, I. ex parte rei & ex parte intellectus diuersificatio. q.3.ar.3.38.col.2.nu.80.

Abstractionis per modum resolutionis nomine quid intelligatur q.3.ar.3 ad 3.39.col.2.nu.5.

Abstractis per intellectum diuinis personalitatibus an possit intelligi natura diuina assumere. q.2.ar.3 ad 2.ibid.nu.10.

¶ Actus habetur secundum quandam eminentiam, ergo est actus aliorum an valeat consequentia q.8.ar.5.89.col.1.nu.60.

¶ Affirmatio si est causa affirmationis & negatio negationis, ista regula tenet in solis causis propriis. q.64.ar.6.ad 1.382.col.1.nume.40.

¶ Agens proprie dicitur posse ut in proprium effectum & ut in propriam naturam. quod unica transmutatione potest educere de potentia in actum. q.28.ar.1.ad 5.201.col.1.nu.50

¶ Altaris & aliarum rerum ecclesiasticarum inanimatarum consecratarum virtus. q.83.ar.3.

¶ Amydum. Eucharistia.5.

Analogia. Nomen.5.

¶ Angeli deficere a necessitate reparationis, quomodo intelligatur. q.4.ar.2.

Angeli. Ministrare.1.

¶ Anima separata an in communi resurrectione huius vel illius reversa ad corpus retineat suam propriam terminationem, an perdat illam & terminetur personalitate totius. q.6.arti.3.66.col.2.nu.10.

¶ Antichristus an dicatur caput omnium malorum, tam dæmonum quàm hominum. q.8.ar.8.91.col.2.nu.20.

¶ Arguere an liceat a destructione antecedentis. q.17.arti.1.148.col.1.nu.40.

¶ Armeni. Eucharistia.7.

¶ Ascendisse Christum in cœlum virtute animæ glorificatæ, cum dicitur, intelligitur tantum de motu locali ascensionis. q.57.ar.3.342.col.1.nu.60.

¶ Assumi naturam per se separatam non fuisse conueniens, quomodo intelligatur. q.4.ar.4.55.col.2.nu.70.

Assumptibile non attenditur secundum potentiam passiuam naturalem, ergo secundum congruentiam, an valeat consequentia. q.4.ar.2.50.col.1.nu.10.

Assumptionis terminus proprius quid sit, absolutũ ne aliquid, vel relatiuum q.2.ar.8.27.col.2.nu.70.

In Assumptionis mysterio an sit ordo naturæ partium humanæ naturæ adinuicem & partium ad totum. q.6.arti.1.ad Duran.63.col.2.nu.60.

In assumptione carnis quomodo dicitur animam mediare secundum S. Tho. q.6.ar.1.ad 3.64.col.1.nu.50.

Dupliciter potest intelligi subsistentiam animæ præexistentem in assumptione corrumpi. q.3.ar.3.

An verbum assumpserit humanam naturam mediantibus eius partibus. q.6.ar.5.ad 1.66.col.1.nu.20.

An personæ diuinæ conueniat primo ratione essentiæ diuinæ assumere terminatiue. q.3.ar.2.37.col.1.nu.20.

An sit possibile diuinis personis, vt duæ vel tres assumant unam naturam humanam. q.3.ar.6.ad Sco.44.col.n.20.

Plures personæ non possunt assumere unam personam. Ibidé ad Duran. in expositione authoritatis. Anſ. I. plures personæ non possunt assumere unum eundemque hominem ibidem.

¶ Athanasij similitudo, I. Nam sicut anima rõnalis & caro vnus est homo, ita &c. intelligitur quantum ad unitatem suppositi. q.2.ar.1.13.col.2.nu 60.

Augmentum non esse sine motu locali intelligitur de motu locali formaliter vel æquiualenter. q.34.ar.1.223 col.2.nu.70.

B

BAPTIZARE aliquem extra necessitatis casum, eo modo quo in necessitatis casu licet, an sit peccatum mortale. q.67. ar.4.& 5.402 col.2.nu 70.

Baptizare eunum quomodo duo possint vel non possint, & qua forma vti debeant. q.67.ar.6.404.col.2.nu.50

Baptizari an debeant filii Iudæorum & Gentilium inuitis parentibus. q.68.ar 10.415 col.2.nu.40.

Baptizato ficte an recedente fictione incipiat baptismus valere ad salutem. q.69.ar.9.& 10.422.col.nu.10.10

Baptismus quomodo recedente fictione valeat ad salutem. q. 69. ar.6.& 10.ibid.

Baptizatos fuisse Ioannem & Apostolos a Christo rationabile est. q.38.ar.6.252.col.2.nu.30.

Baptizantur an de necessitate debeat habere intentionem suscipiẽdi baptismũ q.68.a.7.411.col.2.n.10.& fo.seq. Minister.5.

Baptizando plures si non intercederet alia mutatio quàm dicere, baptizo vos, non videretur ad hoc magna necessitas exigi. q.67.ar.6.ad 2.407.col.2.nu.20.

Baptizandi & prædicandi officium non conuenire diaconis, quo modo verum sit. q.67.ar.1.401.col.1.nu.40.

Baptismus verus an sit, si aliqua ex tribus immersionibus omittatur. q.65.ar.8.397.col.2.in prin.

Baptismus quare sit irreiterabilis. q.66.arti.9.398.col.1.nu.80. in tex.

Baptismi proprius effectus quis sit. q.62.ar.2.365.col.1.nu.10.

Baptismi differendi tempus quomodo debeat determinari. q.68. ar.3.410.col.1.nu.70.

Baptismo quare attribuatur aperire ianuam Paradisi, cum sit per se primo effectus mortis Christi. q.69 ar.7.421.col.1.nu.10.

Baptismalem exorcismum aperire sensus, & vnctionem in vertice baptizati operari conseruationẽ gratiæ baptismalis, quo intelligitur. q.70.& 71.ar.3.420.col.2.nu.50 in tex.

Ecclesia. 2. Eucharistia. 1. Pictio. 1 Minister. 2. 3.

Beatitudinem esse qua Deus est dives, quo intelligat. q.25.ar.3.

Beato cuilibet conuenit videre omnia ad se spectantia. q.10.ar.2.101.col.1.nu.80.

¶ De boni ratione loqui, aliud est quàm loqui de ratione talis boni. q.1.ar.1.in cor.3.col 1.nu.40 in tex.

C

CHARACTER sacramentalis, an sit deputatiuus hominis ad cultum Dei. q.63.ar.2.370. col.1.nu 30.& seq.

Character sub quo genere generalissimo ponatur, & in qua specie. q.62.ar.2. ad Sco.& Duran.371 col.1.nu.40

Character est in genere potentiæ. Ibidem.

Character est spiritualis potentia, quia conuenit ministris. Christi. ibidem.

Character non est per se in genere ibidem.

Character an sit subiectiue in potentia animæ. q.63.ar.4.ad Sco. & Duran.374.col.2.nu 60.

Character an sit in intellectu. q.63.ar.4.ibid.

Character in baptismo tenet locum dispositionis & formæ. q6. 69.ar.9.& 10 422 col.1.nu.70.

Character an sit potẽtia pure passiua. q.72.ar.5.433.col.1.n.50.

Character confirmationis de necessitate præsupponit characterẽ baptismi. q.72.ar.6.432.col.2.nu.30

Character sacrorum ordinum de necessitate præsupponit characterem baptismi. ibid.

Charitatis feruor in hac vita quis sit qui non compatitur peccatum veniale. q.87.ar.1.553.col.1.nu.30

Causæ duæ totales vnitutib. propriis agentes ac eiusdẽ rõnis, non possunt vnũ & eundem per se effectum producere. q.7.ar.6.

¶ Celebrare. Eucharistia vl.

¶ Circuncisio Christianorũ Isidorũ dicentiũ se circuncidi vt conformentur Christo an sit licita. q.37.ar.1.245.col.2.nu.50.

¶ Columba in cuius specie Spiritussanctus descendit super Christum baptizatum, an fuerit verum animal. q.39.ar.7 257.col.2.nu.80.

¶ Cometa quare putatur esse potius signum mortis principum quàm aliorum hominum. q.36.ar.7.244.col.1.nu 70.

¶ Communicare se alius importat perfectionem, ad minus in his quibus communicatur q. .ar.1.in cor.2.col.1.nu.30

Communicare seipsum pertinet ad boni rationem, non quidem determinate per modum naturæ aut libere, sed communiter & indeterminate ad utrunque modum. ibid.

Communicare cum excommunicatis per concilium Constantiẽ. concessum est, præterquam in duobus casibus. q.82.ar.9.522. col.2.nu 60.

Communio an non solum ecclesiæ, sed etiam Christi præcepto sit necessaria. q.80.ar.11.500.col.1.nu.40

Communio popularis sub utraque specie, an sit licita. ea. q. arti. 12.prin. ibid.col 2.nu.70.

Communio sub vtraque specie, an sit in præcepto. Ibid. de hac specialiter materia, quæstiuncula. 1.507.col.1.nu.60

Communio sub utraque specie, an sit necessaria omnibus, comprehendendo etiam infantes. Ibidem per totam quæstionem.

Communio dicta an sit necessaria omnibus adultis. An omnib. sacerdotibus. An omnibus confitentibus. Ibid.

Communio sub utraque specie, an sit utilior quam sub specie panis tantum eo. ar. quæstiuncula. 2 510. col. 2. n. 30

Communio popularis sub vtraque specie, an expediat ecclesiæ Christi. eo. ar. q. 3. 513. col. 2. n. 30

Iudicium discretionis requisitæ ad communionem in pueris. debet a parentibus & confessore fieri. q. 8 . ar. 9. ad vlt. 504. col. n. 50

¶ Confiteri semel in anno, an iustus. i. sine peccato mortali existens teneatur. q. 65. ar. 2. ad 4. 388 col. 2. n. 30

Confitens sua peccata ante baptismum receptum, non est absoluendus. q. 68. ar. 5 & 6. 411. col. 2. n. 70

¶ Confirmationis sacramento deputantur fideles ad seruitium speciale spectans ad officium principis. q. 65. ar. 3. ad 2. 389. col. 2. n. 20

Confirmationis sacramenti an Episcopus sit ita proprius minister q. a non Episcopo facta nulla est, & tamen ex dispositione Apostolica non Episcopus possit illam conferre. q. 72. ar. 8. 9. 10. & 11. 434. col. 2. n. 70

Chrisma per totum.

¶ Coniunctionis in litera posita distinctio ex parte extremorum, vel ex parte termini, an sit sufficiens. q. 2. ar. 9. 30. col. 2. nu. 20

Coniunctionis humanæ naturæ cum persona filii Dei duplex acceptio. q. 2. ar. 10. 31. col. 2. n. 70

Coniuncta duo realiter, an vbi est vnum oporteat esse & reliquum. q. 76 ar. 2. 465. per totum pag.

Conuersio duplex. I. formalis & subitantialis. q. 75. ar. 4. 456. col. 2. n. 40

¶ Compositio ex contrariis, an sit prima causa mortis & aliorũ defectuum humanæ naturæ, an vero peccatum. q. 15. ar. 5. 127 col. 2. n. 40

Compositionis ratio imperfectionem componentium formaliter importat. q. 2. ar. 4. ad 3. Dubium. 20. col. 2. n. 10

Compositionis multiplex genus. Ibi.

Consecrare. Sacerdotes. 3

¶ Constantinum fuisse mundatum a lepra in baptismo nullius authoritate constat. q. 69. ar. 8. argumen. 3. 471. col. 2. n. 10

¶ Contritio secundum essentiam an sit pars sacramenti. q. 90. ar ti. 2

¶ Contractus Christi quilibet an sit sanctificatiuus materiæ sacramenti, an solus contractus in vsu constituiuo sacramenti, q. 72. ar. 3. 431. col. 2. n. 20

¶ Conueniens claudit iſ se possibile, & addit super illud, q. 1. a. 1. in ti. 1. col. 2. n. 60

¶ Conuerti vnum in aliud potest dupliciter, scilicet per transubstantiationem & per transmutationem, q. 2. ar. 1

Conuertibilitas cuiuscunque creaturæ in quamcunque aliam secundum agens virtutis infinitæ, quomodo intelligatur, q. 75 ar. 4. ad 3. 458. col. 1. n. 50

Conuertibilitas ratio totius vnius rei in totam aliam rem est communicatio earum in communi naturæ entis communis omnibus creaturis tantum. q. 75. ar. 4. ad 3. ibi.

¶ Corpus esse vicinius personæ propriæ, animam autem naturæ humanæ, quomodo intelligatur. q. 6. ar. 1. ad 2. 63. col. 2. numero 60

Corpus quando sit animale & quando spirituale secundum Augustinum. q. 54. ar. 3. 332. col. 1. n. 20. in tex.

Corpora elementaria sicut habent duplices motus, ita corpora cælestia vltra naturalem inclinationem ad suos cursus possunt mutari in illud quod author naturæ facit. 44. ar. 2. 276. c. 1. n. 60

Corporum cælestium visione an possint comprehendi virtutes eorum. q. 12. ar. 1. ad Duran. 112. col. 1. n. 70

¶ Creaturæ an possibilis sit sublimior gradus diuinæ visionis q̃ sit gradus animæ Christi. q. 10. 2. 4. ad 3. 105. col. 2. n. 50. & 60

Creaturas denominari aliquales ex eo quod conuenit eis secũdum proprias causas, non autem ex eo quod conuenit eis secundum primas & vniuersales causas, quomodo sit intelligendum. q. 4. ar. 2

¶ Chrisma est regularis materia confirmationis de necessitate præcepti & non de necessitate sacramenti. q. 72. ar. 1. & 2. 429 col. 2. & fol. seq.

Chrisma esse consecratum ab episcopo an sit de necessitate sacramenti. q. 72. ar. 3. 432. col. 1. n. 40

Chrismatis consecrationem an Papa possit committere singulari sacerdoti. Ibi.

Confirmatio per totum.

¶ Chrisostomus. Passio. 9. Paulus. 1

Christus principalius venit abolere peccatum totius naturæ, q̃ peccatum vnius personæ. q. 1. ar. 4. 10. col. 1. in prin.

Christus si naturali generatione aliquem produxisset, purum hominem produxisset. q. 2. ar. 5. ad 2. 22 col. 1. n. 50

Christus quo dicatur caput ecclesiæ. q. 8. ar. 1. 84. col 2. n. 40

Christus in vsu scientiæ infusæ non indigebat conuersione ad phantasmata ad Duran. q. 11. ar. 2. 108. col. 1. n. 70

Christus an voluerit humana voluntate per alios homines aliquid fieri & non potuerit facere q̃ fieret. q. 13. ar. 3. 117. col. 1. in prin:

Christus certus erat de euentu mortis & reliquorum malorum futurorum, non solum inquantum Deus, sed etiam inquantũ homo, nec solum vt comprehensor, sed etiam vt viator. q. 15 ar. 7. 129. col. 2. n. 70

Christus non debet dici homo dominicus, quia derogaret veritati vnionis, si dominus de illo homine prædicaretur denominatiue. q. 16. ar. 3. 136. col. 1. n. 20

Christus in merendo exteriora bona, quia dignitas merendi spectat ad charitatem, ac per hoc præstat exteriorum bonorum præsentiæ coeuæ. q. 19. ar. 3. 164. col. 2. n. 20

Christus prædestinatus est filius Dei, an hæc locutio sit propria q. 24. ar. 1. ad 2. & 3. 179. col. 1. & 2. n. 80

Christus proprie est mediator inter Deum & hominem. q. 26. ar. 4. 189. col. 1. n. 80

Christus ante Ioannis baptisma quid exercuerit. q. 4. ar. 1.

Christus fuit exemplum perfectionis in omnibus quæ per se pertinent ad salutem. q. 4. ar. 2

Christus quare nihil scripserit. q. 42. ar. 4. 271. col. 1. n. 10

Christus gloriam animæ sue derivauit in corpus in transfiguratione. q. 45. ar. 2. 380. col. 1. n. 40 & seq.

Christus sua passione impleuit legem totam & omnem iustitiam omnis generis, iuris & præcepti. q. 47. ar. 2. 296 columna 2. numero 70

Christi animæ descensus ad inferos, ad infusionem luminis gloriæ in sanctis patribus operatus est, applicando. I. ad eos virtutem suæ mortis. q. 52. ar. 2. 320. col. 1. n. 10

Christus in suo descensu duo genera a purgatorio liberauit. ar. 8. 325. col. 1. n. 30

Christus an coraliter visus fuerit a Paulo, & an visio illa tũc fuerit quando dixit Saule Saule, quid me persequeris. q. 57. ar. 6. 344. col. 2. n. 20

Christus inquantum homo an steterit vel sederit in cælo. q. 58 ar. 2. 346. col. 2. n. 70

Christus secundum q̃ homo an dicendus sit filius Dei. q. 58. ar. 3. ibidem

Christi actiones humanæ possunt dupliciter considerari. Primo vt sunt res quædam creatæ ac proinde finitæ. Secundo vt sunt res personæ diuinæ vt proprii suppositi cuius sunt, & sic sunt infinita entia personaliter, & infinitæ efficaciæ in genere meriti seu satisfactionis ex hoc ipso q̃ sunt opera ipsius Dei, vt propriæ personæ exercentis alia. q. 1. ar. 2. ad 3. 5. colum. 2. numero 80

Christi persona dupliciter distinguitur, primo secũdum id quod in se est, secundo secundum rationem hypostasis. q. 2. ar. 4. 19. col. 1. n. 10

In Christi persona sunt duæ rationes subsistendi in duabus naturis, licet sit ibi vnũ subsistens simpliciter, & vna ratio subsistendi simpliciter. Ibi.

Christi personam esse compositam an sit simpliciter & formaliter vnum. Ibi.

Christi natura humana se habet ad personam filii Dei sicut se habet natura sortis ad personam Sortis. q. 2. ar. 10. 31. col. 2. n. 70

Christi natura corporalis quomodo possit agere in angelos. q. 8. ar. 4. ad 3. 88. col. 2. n. 30

Christi anima non videt in verbo quicquid videt verbum. q. 10. ar. 2. ad 2. 102. col. 2. n. 10

Christi anima an ex hoc q̃ scit omnia quæ scit Deus scientia visionis, sequatur ipsam scire infinita. q. 10. ar. 3. 103. col. 1. n. 10 & 20

Christi animam an bene concludatur habere per scientiam infusam notitiam omnium singularium. q. 11. ar. 1. 105. colum. 2. nu. 80

Christi anima an perfectius quocunque angelo incuitiue cognoueris in proprio genere quicquid intueri vtrique datum est. q. 11. ar. 4. 109. col. 1. n. 60

Christi animæ species intelligibiles infusæ an fuerint perfectissimæ. q. 11. ar. 6. ad Sco. 111. col. 2. n. 60

Christi animæ an insit virtus instrumentalis ad omnia miracula. q. 13. ar. 2. 116. col. 2. n. 20

Christi priuilegium est mereri aliis ex condigno. q. 19. ar. 4. 165 col. 1. n. 70

Quomodo intelligatur quòd inquantum Christi humanitas operabatur virtute diuinitatis sacrificium Christi erat efficacissimum ad defenda peccata per gratiam. q. 22. ar. 3. ad 1. 173. c. col. 1. n. 10

Christi carnem efficere, aliter attribuitur personæ spiritussancti, & aliter filio eandem assumere. q. 32. ar. 1. 218. col. 2. n. 70

Christi corporis formatio in primo instanti fuit perfecti essentialiter, non autem quantitatiue. q. 33. ar. 1. 224. col. 2. n. 40

Christi animæ an inconueniat quòd aliqua perfectio actus secũdi ei de nouo aduenerit. q. 34. ar. 2. 227. col. 2. n. 30

Christi doctrinæ excellentia penes quæ attendatur. q. 42. ar. 1. 268 col. 1. n. 10. & seq.

Christi anima an habuerit potestatem præseruandi corpus suum a morte. q. 47. ar. 1. ad Sco. 295. col. 1. n. 70

Christi anima vnde habuerit prædictam potestatem. Ibi.

De Christi clamore in cruce duplex modus dicendi. eodem ar. ad 2. 296. col. 1. n. 60

Universidad de Deusto
Biblioteca

Christi mortis cœleritas fuit & naturalis & voluntaria. ibidem co.2.nu.50
Christi verba, Ego pono animam meam, &c. & similia quomodo intelligantur.q.50.ar.3.ad 1.3 12.co.2.n.50
Christi corpus viuum & mortuum an fuerit idem numero simpliciter.q.50.ar.5.ad Scotum.313.co.2.nu.50
Christi mors an fuerit meritoria ex parte animæ.q.50.a.6.315 co.1.nu.50
Christi corporis præseruatio a putrefactione an attestetur virtuti ipsius naturæ & voluntariæ morti.q.51.ar.3. 317. col.1. nu.50
Christi mortis tres dies, & dies resurrectionis mũdi diuersimode ordinantur.q.51.ar.4.317.co.2.nu.80
Christi descensus ad inferos.an fuerit secundum substantiam animæ,an solum secundum effectum.q.52.ar.2.320.co.1.n.40.
Christi pœnalitates intrinsece vsque ad eius resurrectionem duranerunt.q.52.ar.4.322 co.1 nu.60
Christi humanitas est velut vniuersale instrumentum Dei ad faciendu miracula,exceptis his quæ spectãt ad primam creationem rerum.q.56.ar.1.338.co.2.nu.30
Christi corpus an conuenienter opinemur esse extra totam continentiam cęlorum corporeorum, ita q̃ planta pedis eius sit supra conuexũ supremi cęli.q.57.a.4.ad Dur.343.co.1.n.10
An sicut ex defectu materiæ magnificentiæ in Christo non sequitur defectus magnificentiæ interioris, ita nec ex defectu materiæ fidei sequatur defectus fidei in eodem.q.7.ar.3.73.co.2 nu.10
An spes in Christo respectu secundario speratorum fuerit habitus aliquis.q.7.a.4.74.co 1.nu.60
An oporteat in Christo ponere scientiam inditam,propter hoc quia aliter intellectus possibilis eius fuisset imperfectus.q.9. ar.3.96.co.1.nu 10
In Christo non fuisse scientiam ex suo genero acquisibilem per infusionem,vt fuit in Adam,cur in litera asseratur.q.9 ar.4. 98.co.1.n.40
An in Christo concessa cognitione abstractiua omnium singularium,concedenda sit cuiuslibet singularis propria species in Christi intetellectu.q.11.a.1.ad Sco.107.co.1.nu.30
An in Christo fuerit cognitio intuitiua omnium singularium.ad Sco q.11.ar.1 ibi.nu.40
Christo non est adempta potestas deriuandi gloriam animæ ad corpus,ergo gloria illa claritatis quæ apparuit in Christo in trãsfiguratione,derivata est ab anima,an hæc ratio valeat.q. 45.ar.2.280.co.1.n.80.& co seq.
Christo conuenientium mediante natura humana distinctio.q. 48.ar 5.304 co. 1.nu 60
Christum eleuasse omnia peccata mundi, quomodo intelligatur.q.1.ar.4.9 co.2.nu.40
Christum fuisse assumptum a diabolo quid sit.q.41.a.4.267.co. 2.nu.60
Christum palam docuisse & in occulto nihil fuisse locutum quomodo intelligatur.q.42.ar.3.269.c.2.n.50
Christum sedere ad dexteram patris,cũ dicitur,quam distinctionem importet li ad.q.58.a 2.246.co.1.nu.10

D

Debitum secundum decentiam ad opus operatum, est debitum secundum necessitatem ad opus operans ministri. q.64.ar.6.381.co.2.nu.60
Dæmones an cognouerint Christum esse Messiam in lege promissum.q.44.ar.1 274.co.2.n.40
Dæmones an cognouerint Christum esse verum Deum.q.44.a.1 ibidem.
Denominatio. Humanum. 1
¶ Deus intelligi potest tribus modis plusquam genere diuersis communicare seipsum creaturæ s.naturaliter, supernaturaliter,& eleuando creaturam ad suam propriam personalitatẽ. q.1.ar.1.in cor.2.c 2.nu.60
Deus an fallere possit.q.5.a.1.59.co.1.nu.50
Deus est homo,an hæc propositio sit in materia naturali.q.16.a. 1. ad 1.
Deus est homo,an hæc propositio sit per se. ad Duran.& Scotũ. 133.co.1.nu.20.& seq.
Quomodo intelligatur,q̃ in ista propositione, Deus est pacer, li Deus supponit pro plona patris.q 16.a.2. ad 2 125.c.1.n.80.
An solius Dei natura prædicetur de suppósito.q.17.arti.1.147. co.2.nu.10
In Deo nihil inueniri præter rationem suæ naturæ,quomodo intelligatur.q.2.ar.1 2.40
In Deo inuenitur duplici modo subsistens,& habens naturam,s. communiter & incommunicabiliter q.3.ar.2
Diabolus Quomodo diabolus machinando in mortem Christi excesserit modum potestatis sibi a Deo traditę.q.49.ar.1.306 co.2 nu.8 Christus.62
¶ Differentia inter suppositum & naturam an habeat locum in angelis.q.2.ar.2.in cor.14.co.2.nu.80
Dispiscere potest dupliciter sumi,scilicet contrarie & negatiue. q.84.ar.8.& 9.540.co.1.nu.50
¶ Distingui secundum rem contingit dupliciter, primo vt duæ

res quarum vna nihil est alterius,secundo sic,vt vna res inclu dat totã aliam,& superaddat ei aliquid aliud.q.1.ar.2.in cor.
¶ Diuina eminentia in timore reuerentiali Christi an habuerit rationem reuerendi quatenus eminentia Dei absolute,an quatenus potest est infligere milum.q.7.a.6.75.co 1.nu.50
Docere,Excellentior est modus docendi verbo quàm scripto. q. 42.ar.4.Christus 38.270.co.1.nu.40
¶ Dolor est passio appetitus sensitiui ex corporis lęsione percepta sensu.q.35.ar.5.127.co 1.nu.80
¶ Donum nullũ perdi sine culpa,quo verificetur.q.50.ar.2.311. col.1.nu.60

E

Ecclesia,in hoc q̃ ecclesiastica naturalis credit,intendit,renũciat,est quæda accõmodatio.q.68.ar.9 414.co.2.n.70
Ecclesiæ fides quomodo prosit infanti baptizato.q.68.a.9. ad 2.415.co.1.nu.20
¶ Episcopus dum consecratur,an debeat Pontifici celebranti cõ celebrare.q.82.ar.2.519.co.1.nu.50
Confirma 2. Confirmatio.2
Esse in persona quod est contra rationem formæ cõmunis,quomodo intelligatur.q.4.a.4.56.co.1,nu.70
Existentia.1.2
¶ Eucharistiæ sacramentum dicitur multa materialiter,quia partes eius se habent vt integrites: vnum proprium finem,qui est refectio spiritualis.q.73.ar.3.438 co.2.nu.10
Eucharistiæ sacramentum an sit absolute necessarium ad salutẽ. q.73.ar.3.439.co 1.nu.20
Eucharistiæ sacramentum an esset in pane solum celebrandum vbi vinum non inueniretur.q.74.a.1.442.co.1.nu.10
Eucharistiæ sacramentum debet fieri in materia præsenti propter formam consecrationis,scilicet Hoc est, vel Hic est.q. 74.ar.2.442.co.2 nu 40
Eucharistia.Quum triticum ab omnibus ponatur propria materia panis sacramentalis.an etiam ex siligine,spelta,amydo,& pasta cruda confici possit panis consecrabilis, & an solus panis assus fit consecrabilis.q.34.ar.3 443.co 1.nu 10 & 20.
Vua non est consecrabilis.q 74.a.5.445.co.1 nu.30
In Eucharistiæ sacramento falsum est q̃ græci offerant calicem dominicum vino tantum,hoc enim Armeni,non Græci olim faciebant ibi.ar 6 446.co 1 nu.10
In Eucharistiæ sacro debet modica aqua vino misceri.ibi.
An oporteat aquam ex qua fit panis pro hoc sacramento esse veram & naturalem.q.74.ar.7 446.co.2.in princ.
De existentia corporis Christi in sacramento eucharistiæ, quid ex sacra scriptura habeatur.q 75.ar 1.448.co 1.in princ.
Diuersæ opiniones circa nouitatem continentiæ & nouitatem conuersionis,ibi per totam columnam.
In Eucharistiæ sacramento quomodo se habeant adinuicem nouitas continentię & nouitas conuersionis ibi.
An hæc propositio,aliquid non potest esse vbi prius non erat,nisi vel per loci mutationẽ,vel alterius conseruationẽ in ipsum sit vera,& bene applicetur ad esse in sacramẽto.q.75.ar.2.451 co.1.nu.40
In Eucharistiæ sacramento quot interueniant mutationes.q.75 ar.2.452.co.1.nu.70
In Eucharistiæ sacramento si substantia panis remaneret,nõ esset verum quod Christus dixit. Hoc est corpus meum. ibi.ad Sco.& Duran.452 co.2.nu.5
In Eucharistiæ sacramento si esset alia substantia sub accidentibus panis quam corpus Christi, an contrarietur veneratiõi Eucharistiæ.ibidem.
In Eucharistię sacramẽto panis non redigitur in nihilum, sed mutatur substantia panis in corpus Christi secundum Ambrosium.q.75.a.3.ad 3.456.co.1.nu.60
An conuersio panis in corpus Christi præexistens & manens secundum suum esse antiquum sit possibilis.q.75.arti.4.ad Sco. Conuertibilitas 1.456.co 2 n.10
An hæc sit propria,quod erat panis est Christi corpus.ibi.
Si corpus Christi habet partes & proprietates sub mõ sacramentali,an simpliciter necessario sequatur q̃ habeat esse sub existẽtia naturali.q.76.ar.2.Intellectus 3.4.5.465.co 1.n.10
Christum esse sub hostia est quoddam esse relationum.q.76.ar.6. 469.co.1.n.50
An ad motum hostiæ corpus Christi moueatur per accidens. ibi.ad Sco.co.2.n 2
In Eucharistiæ sacramento quomodo accidentia sint sine subiecto diuersæ opiniones.q.77.ar.1.2.3.473.co.1.n.60
An in rarefactione speciecrum sacramentalium noua illa quantitate particula quæ per rarefactionem fit,fit naturaliter a naturali agente.q.77.a.5.ad Sco.460 co.1.n.40
De modo quo in instanti generationis nouæ substantiæ ex speciebus sacramentalibus,fit materia.q.77.ar.5.477 co.2.nu.50
An nota verba quib, vtimur in cõsecratiõe sanguinis sint de necessitate sacramẽti.q.78.in trib.primis ar.48 i.c.2.nu.70
An sola verba confectionis a sacerdote prolata prætermisso Canone.cõficiant sacramẽtũ:q.78.a.1.ad.4.483.c 2.n.10
Eucharistiæ Sacramentum.3
De veritate & cõsignificatione huius orationis sacramẽtalis, Hoc est corpus meũ, & de demõstratione quam in ea exercet li hoc.

li hoc.ibidem.ar.5 486.col.1.n.80
Eucharistiæ sacramenti oblatio ex sui quantitate sufficit ad satisfaciendum pro omni pœna,sit autem satisfactoria offerentibus, vel pro quibus offertur secundum quantitatem suæ deuotionis.q. 79.ar.5.494 col.1.n.10
De tempore,modo & subiecto seu effectum Eucharistiæ.q.79.ar.5. 489.col.2.in prin.
Dominus cum dicit. Nisi manducaueritis, &c. loquitur de manducatione spirituali in voto seu habitu.q.79.ar.2.492.col.1.nu.50
Eucharistiæ sacramentum sumens ita potest esse dispositus q̃ nec cõsequatur vitam gratiæ,nec de nouo mortaliter peccet sumendo. q.79.ar.1.489.col.2.n.50
Eucharistiæ sacramentum an sit negandum peccatoribus occultis petentibus illud.q.80.ar.6.500 col.2.n 70
Quum dicitur sacramenti eucharistiæ rem tantum esse gratiam suscipientium,aut vniratem ecclesiæ,aut corpus Christi mysticũ, hæc omnia sumuntur pro vno & eodem,s.gratia Dei.q.73.ar.1. ad 3.437.col.2.n.60
Habere rem sacramenti eucharistiæ per votum ecclesiæ, est ipsam habere per antecedens sacramentum seu in sui initio, quamlam sacramentum baptismi initium est spiritualis vitæ.q.73.artic.3. 439.col 2.nu.60
Inter suscipientem eucharistiam & suscipientem baptismũ in peccato mortali,differentia.q 70.ar.3.ad 1.437 col.2. n.60
Eucharistiæ sacramentum sumens contritus, sed non confessus de peccato mortali habens copiam confessoris,an peccet mortaliter.q.80.ar.4.498.col.1.n.50
Eucharistiæ sacramentum sumens in peccato mortali, an committat gratiuis peccatum omnibus peccatis quæ sunt contra puras creaturas.q.80.ar.5.499 col.2.n.70
An ex pediat quotidie celebrare.q.80.ar.10.505.co.1.n.30
¶ Existere per se,& per se separatim existere,quomodo differant.q. 1.ar.2.ad 3.16.col.2.n.40
Existentia An de mente D.Tho.nullum sit in Christo esse actualis existentiæ creatũ,sed sola existentia increata.q.17.a.2.149.col. 2.nu.50
An ita sit in veritate q̃ in Christo nulla sit existentia substantialis nisi diuina.ibi.ad Sco.Duran.& Io.de Neapoli.
¶ Experientia an solum pariat scientiam similium secundum speciem.q.12.ar.1.ad Duran.112.col.1.n.70

F

Fictio simul cum peccatis commissis post baptismum,per pœnitentiam dicenda est.q.69 ar.2.ad 2.& 3 418 col.1.n.60
Filium Dei assumpsisse hominem,an debeat concedi.q.4. art. 3.ad 2.55.col.2.n.50.
Filiatio est ita suppositi vt subiecti,q̃ non naturæ, ergo in Christo non est filiatio temporalis realis,an hæc ratio valeat.q.35.ar.5. 233.col.2.n 50
Filiatio temporalis Christi an sit rationis tantum. ibid. ad Sco.
¶ Finito omni posse fieri additionem,qualiter intelligatur. q.7.ar. 11.ad 1.82.col.2.n.70
¶ Fomes peccati quomodo sit inordinata concupiscentia habitualis q.27.ar.3.192.col.1.in prin.& n.10
An ex hoc q̃ fomes est concupiscentia contraria rationi habituali,liceat inferre,q̃ fomes est inclinatiuus ad malum & difficultatiuus in bono ibid.
Quòd fomes in beata Virgine per diuinam prouidẽtiam perfectius ligabatur quam per interiorem sanctificationem, quomodo intelligatur.ibid.195.col.2.n.20.& 30.
¶ Formæ eiusdem speciei an possint esse simul in eodem subiecto. q.35.ar.5.235 col.1.n.30
¶ Frustra est quod caret propria operatione,quomodo debeat intelligi,& an in dicta propositione sit sermo de omni propria operatione alicuius.q.9.ar.4.& ad Sco.& Duran.contra literæ conclusionem obiicientes.97 col.2.n.50.& 98.col.1.n.60

G

Gratia sumitur aliquando vt comprehendit sub se quemcũque infusum habitum.q.2 ar.10.31.col.2 n.80
Gratia cuiuslibet singularis personæ an habeat quãtitatem alterius rationis a quantitate gratiæ Christi.q.7.ar.11.81.col.1. nu.60
Gratia cuiuslibet singularis personæ,an sit velut virtus particularis,& gratia Christi velut vniuersalis.ibid.
Gratia vnionis in Christo duo in se claudit.q.7.a.2.13.83 co.2.n.10
Multorum dictorum S.Tho.de gratia vnionis ratio.ibid.
Gratia Christi dupliciter dicitur prima.q.8.ar.1.85.col.1.nu.50
Gratia viatoris an sit minor gratia comprehensoris,etiam secundum suam quantitatem.q 34.ar.4.329.col.2.n.20
Gratiæ intenduntur gradus an comprehendatur sub annexis quæ per deuotionem ministri imperari possunt recipienti sacramentum. q.64.ar.1.377.col.2.n.30
Gratiæ habitualis quomodo finis sit vnio personalis.q.7.a.12.82. col.1.n.80
Quare nullus pure viator attingat ad summum gratiæ ex parte gratiæ.ibid.col.2.n.60
Dabile est summum possibile in gratia secundum S.Tho.q.7. ar. 9. 78.col.1.nu.80
Gratiam habitualem in Christo ponere,an necesse sit,pro eo quòd Christus mediator gratiam in alios redundantem habere debet. q.7.ar.1.71.col.2.n.20.& seq.
Christum esse principium vniuersale generis habentium gratiam, intelligitur de principio vniuersali in tali genere non contento. q.7.ar.9.78.col 2.n.50
Gratiam in nobis efficienter causare Christi actiones, quo intelligatur q.8.ar.1.ad 1.85.col.1 &n.80

H

Habitus per se infusi & habitus per se acquisibiles sunt diuersarum ratiõum intrinsece & essentialiter.q.9.ar.4. ad 2. & 3.99 col.1.n.10.& 20.
¶ Hæresim incurrit ex verbis inordinate prolatis,quo intelligatur q.16.ar.8.141.col 2.n 30
Hæresis est Arriana dicere Christũ minorẽ patre.ibi.142.co.1.n.40
Hæresis est dicere quòd Christus est creatura.ibid.n.20
Hæresis noua quæ dicit Christũ fuisse conceptũ ex trib. guttis sanguinis circa cor beatæ Virginis refellit.q.31.a.5.215.col.3.n.10
Cum hæreticis in vocabulis communicare quomodo prohibitum sit q.16.ar.8.142.col.1 in prin.
Hypostasis.Homo.1.2.Christus 22.vniri.3.
Homo dr,& est Deus propter vnionem inquantum terminatur ad hypostasim diuinam,an hæc sit vera.q.2.ar.8.28.col.2.n.70
Homo an prædicetur de Deo sicut species de sua hypostasi.q.16.a. 1.ad Sco.134.col 2.n.60
Hominem prædicari de Deo ratione relationis, quomodo verificetur.q.16.ar 4.ad 4.
Homo est factus Deus,an in ista propositione li homo possit supponere simpliciter & personaliter.q.16.ar 7.139.col.2.n.10.in tex.
Iste humo factus est Deus,an hæc sit vera.ibid.n.30.in gl.
Quare ista dicitur simpliciter vera,Deus factus est homo,ista autẽ simpliciter falsa,homo factus est Deus.ibid.
Iste homo.i.Christus incæpit esse,an hæc debeat simpliciter negari. q.16.ar.9.143.col.1.n.10
¶ Humanum.Quũ dr q̃ humana natura non constituit diuinam personam simpliciter,sed constituit eã fin q̃ denominatur a tali natura,quo denominatio sumitur.q.2.ar.1.ad 3.36.col.2.n.30
Humana natura in Christo an inclinetur ad propriam personalitatem.q.4.ar.2.ad 3.53.col.2.n.80
Humanæ dignitatis explicatio.q.4.ar.6.58 col 1.n.60
Humanitas quum sit in triplici intellectu.i.diuino humano & angelico,quare,S.Tho.probans humanitatem fin q̃ est in intellectu diuino aut humano non esse assumptibilem,non meminit humanitatis fm esse quod habet in intellectu angelico.ibid.
Honorari vt cã honoris non est honorari simpliciter,quia li vt cã honoris est conditio diminuens.q.25.ar.1.183.col.1.n.10.
¶ Hostia.Sacerdotes.3.

I

Ianuaęli per similitudinem dicitur fruitionis diuinæ consecutio.q.49.ar.5.Baptismus.16.308.col.2.n.40
¶ Ignorantiam inter defectus communes vbi de defectibus corporis agitur cõputara,quo liceuerit q.14.ar.4.122 col 1.nu.70.
Imago.Processus Diui Thomæ quo probat imaginem esse adorandam eadem adoratione qua Christus,quo valeat. q.25.art.3.ad Duran.285.col.1.n.80
Imagines Dei an sint licitæ.q.25 ar.3 ad 1.186 col.1.n.80.
¶ Incarnari plus significat quàm exprimat, explicat enim carnem assumere vel carnem fieri, significat autem hominem fieri. q.1.a. 1.in tit.1.col.2.n.20
Quare non fuerit conueniens Deum incarnari immediate post peccatum,quinque rationes.q.1.ar.5.10.col 2.per totum.
Incarnatio Christi non debuit fieri in principio mundi,nec in fine mundi differri,q.1.ar.6.11.col 2.n.30.
Incarnationis mysterium quare nomine vnionis significetur. q. 1. ar.1.in tit.Vniri,& vnio per totum.
Incarnationis pluralitatem quare Sanctus Thomas hic non inuestigauerit.ibid.
Incarnationis possibilitatem sub titulo conuenientiæ tractauit, Ibidem.
De incarnatione dupliciter loqui contingit,scilicet dicendo,Deus vniuit se creaturæ,vel dicendo,Deus vniuit creaturam sibi, sed secundus modus vtpote formalis est melior. eo.ar.ad 1.3. col.2. nu.20
¶ Inesse.In ista maxima,Omne quod inest alicui personæ, siue pertineat ad naturam illius siue non,vnitur ei in persona, sumitur inesse proprie,vt inesse distinguitur contra extrinsecus adiacere q.2 ar.2.ir.col.2.n 60
¶ Infernus puerorum a Sancto Thoma comprehenditur sub inferno damnatorum.q.52.ar.2.319.col.2.n.20
¶ Informandi duplex modus,s.in esse intelligibili,& concurrendo cum aliquo corporeo per modum formæ & materiæ ad constitutionem alicuius naturæ,q.2.ar.1.13.col.1.n.70.
¶ Ingratitudo quantificatur ex beneficio.q.88.ar.1 ad 1.
¶ Intellectus creatus an possit simul videre infinita,ita q̃ distincte cognoscat quodlibet eorum.q.10.ar.3.ad 2 104.col.1.n.40
Intellectus humanus an possit vti scientia infusa non conuertendo se ad phantasmata.q.11.ar.2.1c8 col.1.in prin.
Intellectus angelicus & animæ separatæ & hominis beati an possit naturaliter videre existentiam corporis Christi in Eucharistia.q.76.ar.7.471.col.1.n.40

Intel-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſntellectus beatus an per actum beatificum videat corpus Christi in euchariſtia q.76.ar 7.ibid.nu.80

An corpus Christi ſecundum eſſe ſacramentale non videatur ab intellectu viatoris,nec ab intellectu angelico naturaliter,quia iſte modus eſſendi eſt penitus ſupernaturalis .q.76. ar.7.47 1.col.1. nu.20.

¶Intelligendi actus quo Deus intelligit,an poſſit fieri actus intelligendi quo anima Chriſti formaliter iutelligeret . Et ſi non,an hoc ſit quia eſt alterius naturæ.q.9.ar.1.Chriſtus.30. 31. 32.33. 93.col.1.nu.30

¶Intendere dicitur quis aliquid tripliciter,ſ.actualiter , virtualiter & habitualiter.q.68.ar.8.ad 2.

¶Intentio iocoſa miniſtri an tollat veritatem ſacramenti.q.64.ar. 10.ad 2.386.col.1.nu.50

¶Iram componi ex triſtitia & appetitu vindictæ quomodo intelligatur.q.15.ar.9.130.col.2.n.70

¶Irregularitas homicidij ex defenſione commiſſi.q.89.ar.3.

¶Iudæ peccatum an maius fuerit peccato Iudæorum.q.47. art.6. 300,col.2.nu.20

¶Iudæorum maiores an cognouerint Chriſtum eſſe meſſiam.q.47. ar.5.299.col.2.nu.40

¶Iudicium perfectum de re mutabili non poteſt ſuauiter dari ante illius conſummationem q.59.ar.5.350.col.2.n.70

Iudicia diuina extendunt ſe etiam ad ea quæ ſunt per accidens.q. 59.ar.5.ibidem.

L

LOcus vnus altior altero eſſe in ſuperficie connexa cęli empyrei ad quem ſenſum dicitur,q.57.ar.5.344.col.1.n.10

¶Lunæ dies quotus fuerit quando Chriſtus mortuus eſt.q.46.ar. 9.291.col.2.nu.60

¶Lux maior offuſcat minorem,non quo ad ſubſtantiam lucis , ſed quo ad effectum,q.5.ar.4.ad 2.62.col.1.n.50

M

MAgdalenæ erroneæ viſionis rationabilis cauſa quando Chriſtum æſtimauit ortulanum.q.55 ar.4.ad 2.335.col.2.nu.40 & ſeq.

¶Maiores quando & quomodo debeant reprehendi.q.42. ar. 2. Iudæi.1.368.col.2.n.40

¶Maledictum eſſe a Deo quid ſit q.46.ar.4.ad 3.286.col.2.n.30

¶Maria virgo an ſit adoranda ratione Chriſti cui fuit intrinſece coniuncta adoratione latriæ.q 25.ar.5.188.col.1.n.30

Maria virgo ſi ſanctificata fuiſſet ante animationem, an indiguiſſet redemptione Chriſti.q 27.ar.2.192.col.2.n.50.

Maria virgo non fuit ſanctificata ante animationem,ergo poſt aſſationem an valeat conſequentia.q.27.ar.2.193.col 1.n.70.

Affirmandum vt rõni conſentaneum eſt,q in propria domo inuenta eſt in vtero habens.q.29 ar.2 ad 3.206.col 1.n.60

Maria virgo an ſit vere mater Chriſti , quia corpus Chriſti ex ipſa ſumptum eſt.q.35.ar.3.222.col.n.10

¶Mater an aliquo modo actiue concurrat ad generationem prolis. q.32.ar.4 ad 3co.222.col.2.n.40.& 60

Materia propria formæ an ſit ante aduentum formæ.q.6.art.4.67. col.2.n.30

Medium rei in actibus noſtris moralib. dicitur , quia in æqualitate rei ad rem conſiſtit,medium vero rõnis dicitur,quia in proportione intraneæ rõnis ad operãtẽ cõſiſtit.q.48.a.2.302. col.2.n.10

Medium.Natura.5.

¶Meritoriam eſſe aliquam operationem contingit dupliciter. q. 4. ar.4.57.col.1.n.20.

Primus actus meritorius tã in angelis quàm in anima Chriſti fuit vere actus liber,quàmuis ex natura determinatus ad bonum.q. 34.ar.3.Chriſtus.21 22.229.col.1.n.10

¶Miniſtrare ſacramẽta an angeli poſſint.q.64.ar.7.383.col.1.n.80

Miniſter indignus in articulo neceſſitatis(quo laico licet baptizare)baptizans an excuſetur a peccato.q.64.ar.6.ad 3.382 .col.2. nu.80.& ſeq.

Miniſter indignus an excuſetur a peccato tam ſi baptizet cum ſolẽnitate quàm ſine ſolemnitate.ibidem.

An huiuſmodi adminiſtratio ſacramenti ab indigno miniſtro , ſit ex ſuo genere peccatum mortale.ibid.

Miniſtri mentalis intentio an exigatur ad perfectionem ſacramenti.q.64.ar.8.384.col.1.n.10.

Miniſtrum indignum in duobus caſibus licet inducere ad exhibitionem ſacramenti q.64.ar.6.382.col.1.n.80

Miniſtri eccleſiæ inſtrumentaliter operantur in ſacramentis , ergo poſſunt ſacramenta conferre etiam ſi ſint mali,an valeat conſequentia.q.64.ar.5.380.col.1.n.10

¶Miraculum quod Chriſtus fecit in nuptiis, rationabiliter credi fuiſſe primum eius miraculum.q 43 ar.3.272.col.2.n.20.

Miracula quæ in ſacra ſcriptura non continentur an credenda ſint, q.27.ar.6

Miracula quæ fecit Chriſtus manifeſtant ſufficienter ipſius deitatem.q.43 ar.4.379.col 1.nu.10

¶Miſſa mali ſacerdotis,an ſit tanti meriti quanti eſt miſſa boni.q. 82.ar 6.521.col 1.n.10

Modus ſubſtantiæ & modus quantitatis in litera poſiti,in quo differant.q.76.ar.1.463.col.2.n.60

Modo ſubſtantiæ,an intelligatur id quod communiter dicitur eſſe indiuiſibiliter.ibid.464.col.2.nu.20

¶Motus in imaginem quatenus imago eſt,an ſit idem cum motu in rem ipſam.q.25.ar.3.185.col.1 n.20

¶Motus duplex quo inſtrumentum poteſt moueri, ſ.ſimplex & virtuoſus.q.62.ar.4.367.col.1.n.50

¶Mutatio omnis ſpecies quæ iam mortis eſt.q.54.ar.3

N

NAtiuitas, quum dicitur q natiuitas attribuitur perſonæ vt ſubiecto naſcenti,intelligitur de ſubiecto denominationis . q. 35.ar.1.230.col.2.n.10.per totam columnam.

Natiuitas Chriſti non debuit manifeſtari omnibus, ne meritum fidei minueretur.q.36.ar.2.240 col.1.n 60

¶Natura omnis compoſita ex materia & forma,in ſe eſt communicabilis pluribus,& de facto poteſt inueniri in pluribus, niſi conſtet ex tota ſua materia.q.2.ar.1.12.col.2.n.20

Natura an ſicut eſt determinata ad vnum effectum , ita ſit determinata ad vnum modum producendi illum.q.28. ar.1. 200. col.1. nu.50.

Naturæ ordine exiſtente ſecundum quod liber genus cauſæ,cur Diuus Thomas ordinem naturæ duobus eorum appropriat.q 5.ar. 5.68.col.1.in prin.

Naturæ ordinem ex parte materiæ in myſterio incarnationis cur Diuus Thomas pertranſierit. ibid.

Cur Diuus Thomas in hoc myſterio medii ſecundum naturæ ordinem ex parte agentis ſecundum ordinem operationis in corpore.ar.5.q.6.non memnerit.quum tamen de illo in reſponſione ad primum tractauerit.ibid nu.20

Naturalis virtus non poteſt tranſmutare ad certam formam niſi determinatam materiam.q.28.ar.1.ad 3.200.co.1.nu.30

¶Nomen ab aliqua forma impoſitum nunquàm pluraliter dicitur niſi propter pluralitatem ſuppoſitorum.q.3.ar.7.ad 2.45. col.2. nu.70

Nominis alicuius trium perſonarum omiſſio tollit veritatem baptiſmi. q.66.ar.6.396.co.1.nu 80

Nominum paſſiones ſecundum modus ſignificandi non pro ratione,ſed pro manifeſtatione differentiæ inter naturam,& perſonã Dei ſecundum rationem,an conuenienter allatæ ſint.q.2. art.2. ad 1.16.col.1.nu.50

Nominum mutatio quo ad ſignatum in ſacramentorum formis an tollat veritatem ſacramenti , ita quod in ſolis nominibus quæ ſunt in communi vſu perficiatur ſacramentum. q 66.ar.5. ad 7. 394.co.2.nu.80

Nomina multiplicia ad vnum,in vno,vel ab vno,abuſiue vocantur analoga.q 60 ar.1.353.co.1.nu.60

O

OFfenſa. an directe opponatur gratiæ.q.86.ar.2.548. co.1.numero 10

¶Ordines tres de facto in vniuerſo inueniuntur,ſcilicet ordo naturæ, ordo gratiæ,& ordo Dei & creaturæ ſimul.q.1.ar.3.in reſponſione ad dubia in cor.8.co.1.nu.70

Ordo neceſſarius ſimpliciter eſt ad ſalutem eccleſiæ , loquendo de eccleſia ſimpliciter & abſolute.q.65.ar.4.300.col.1.nu.40.

¶Oratio ſicut & voluntas diſtinguitur in ſimpliciter vel ſecundum quid.q.21.ar.4.170.col.1.n.20

¶Originale & actuale peccatum in quo differant.q.1.ar.4. 10.col. 1.n.50.

P

PAnis aſſus.Euchariſtiæ.5

Paruuli in matris vteris periclitantes,an poſſint per ſacramentum baptiſmi in voto parentum ſuſceptum ſaluari. q.68.ar. 11.416.col.1.n 60

¶Pati eſt communius quàm dolere.q.46.ar.6.ad 3co.

¶Paſſionis Chriſti neceſſitas an conuenienter quæratur, anteq̃ de eius poſſibilitate ſit quæſitum.q.46.ar.2.284.col.1.n.70

Liberationis humanæ modus per Chriſti paſſionem conuenientior fuit,quàm per ſolam Dei voluntatem.q.46.a.2.285.col.2.n.40

Circa paſſionis Xpi effectu tria notabilia.q.49.a.5.287. col.1.n.80.

Paſſioni & morti tradere inuitum innocentem,eſt impium & crudele abſolute loquendo,non autem in ordine ad Deum , cuius ſunt vita & mors.q.47.ar.3.ad 1.297.col.2.nu.20

Paſſiones ſanctorum an eccleſiæ proficiant per modum redemptionis.q.48.ar.5.ad 3.304.col.2.n.80

Paſſionum Chriſti generalis quædam explicatio.q.46.art.5.287. col.2.per totum.

Paſſionum generalitatem,ad literam quare Chriſtus ſuſceperit.a. 5.q.46.Ratio ſuperior.1.ibidem.

Quomodo hæc Chryſo.verba intelligantur, ſed etſi abſque morte corpus alicubi depoſuiſſet &c.q.46.ar.3.286.col.1.n.30

Paſta.Euchariſtia.5.

¶Pater vnica paternitate an referatur ad plures filios.q.35. art.5. 234.col.2.nu.70

Patres ſancti in limbo cum quiete , & immunitate a pœna ſenſus habebant dolorem ex ſpe dilatæ.quæſt.52.ar.5.ad 1. 323.col.1. nume.50

¶Pau-

TABVLA COMMENTI.

Paulus ita ſe obligatum omnib. Chriſti beneficiis ajebat , vt non ſolum vna cum aliis,ſed etiam ipſe teneretur pro omnib.q.1.ar. 4 ad 3.Chriſtus 18 10 col.1.nu.70.

Paupertas per ſe voluntaria quæ ſit.q.40 artic.3.ad 1. 261. col.2. nume.10.

¶Peccans ſecundo an ex hoc ipſo grauius peccet quàm prius peccauerit.q 88.ar.1.ad 1.555.col.2.nu.80.

Peccata dimitti ſine fide paſſionis Chriſti explicite uel implicite, impoſsibile eſt potentia ordinaria.quæſt.47 artic. 1.306. col. 1. nu.70.

Peccatum veniale an opponatur feruori charitatis.q.87. artic.1.ad 3.553 col.1.nu.30.

Peccata venialia an remittantur quandocũque gratia infunditur. q.87.art.2.554 col.1.nu.10.

Pœnitentia an ſit de iure naturali quo ad dolorem & doloris remedium & aliquid ſignum doloris.quæſt.84.articu.7.539.col. 1.nume.40

Pœnitentia virtus an ſit vere & proprie una ſpecialis uirtus diſtincta a ceteris uirtutib q.85.ar 2.543.col.1.nu.10.

Pœnitentia an ſit uirtus acquiſita.q.85.ar.6.546.col.1.nu.30.

Pœnitentiæ ſacramentum an habeat materiam ex qua cõſtituatur. q.84.ar.1.& 2.ad Sco.534.col.1.nu.10.

Pœnitentiæ ſacramenti res an ſit interior pœnitentia , an ornatus aliquis Ibidem.nu.60.

An totum ſacramentum pœnitentiæ,compoſitum,ſcilicet ex materia & forma,cauſent remiſſionem peccatorum ratione veriuſq; partis.Ibidem.

Pœnitentiæ actus an contineatur ſub commutatiua iuſtitia,& an ſi ſtat in commutatiua iuſtitia,& an reddat æquale ſimpliciter vel ſecundum acceptationem Dei tantum.q.85.articu. 3.544.col.2. in princ.

An remiſsio culpæ ſit effectus pœnitentiæ ut eſt actus uirtuoſus. q. 86.ar.6.552.col.1.nu.20.

Pœnitentiæ ſacramenti partes an ſit contritio,confeſſio & ſatisfactio ad Sco & Duran.q 90.ar.1.563.col 2.nu.60.

Pœnitentiæ ſacramentum ſine ſatisfactione an ſit uerum ſacramentum.q 90.ar.2.

¶Perſona Quomodo uerificetur quòd perſona diuina impedierit naturam humanam a propria perſonalitate.q.4.art. 2. ad 3 54. col.2.nume.40.

An ſola perſona diuina poſſit propter ſuam infinitatem ſubſiſtere in duabus naturis q.3.ar.1.ad 2.35.col.2.in prin.

Perſona diuina non ſolum eſt infinita in eſſendo & cauſando ratione diuinæ naturæ , ſed eſt etiam infinita in terminando ratio ſuæ perſonalitatis q 3.ar.7.45 col.1.nu 70.

Perſona ſeu hypoſtaſis quid addat ſupra naturam ſingularem. q. 4. ar.7.ad 2.ad Sco. & Aurelium.45.col.1.in prin.

Perſonæ incommunicabilitas an conueniencer aſsignetur per hoc quod eſt non poſſe prædicari de pluribus q 3.articu. 1. 35. col.1. nu.20.

Perſonæ quatuor attribuuntur,ſcilicet extrinſeca,accidentia inhærentia,partes & eſſentia ipſa etiam ſingularis.q.2.art.2.in ſecunda parte Corne.

Perſonam aliquam fieri hominem quæritur,non importat mutationem in ſubiecto acquirente naturam humanam.quæſtio. 16.art.6 ad 2. 139.col. 1.nu.10.

Perſonalitatis.erium perſonarum per intellectum circumſcriptis an remaneat in intellectu vna perſonalitas Dei.q.3. art. 3. ad 2. 39.col 2.nu.10.

Poſsibile uel impoſsibile in eccleſiaſticis myſteriis & naturalib.attẽdit ſcm poteſtã ordinatã.q.75.art 2.452.col.1 nu.40.

Potens in unum & non in amplius, habere poteſtatem limitatã ad vnum,quomodo intelligatur.q 3.ar.7.45.col.1.nu.50.

Potentia diſtinguitur in naturalem & obedientialem.q.1.arti.3.ad 3.7.col.1.nu.70.

¶ Prædeſtinatio eſt ratio ordinis electorũ in vitã æternã.q.24.ar.1.

Prædeſtinatio ve reſpicit prædeſtinata , præſupponit præſcientiam futurorum, non prædeſtinatorum , ſed eorum quæ præſupponuntur uel ordinatur prædeſtinatio em.q.1.ar.3.ad 4.

Prædeſtinationis effectus duplices.q.1.art.3. in reſponſione ad dubia.

Prædeſtinationis prophetia quomodo intelligatur compleri ſine noſtro arbitrio cauſante.q.30.ar.1.207.col.2.nu.80.

¶Prædicator uerbi Dei quæ debeat cauere.quæſt.40.articu. 3.261. col.1.nu.40.

Prædicandi actus eſt de numero actuum conſecratorum.q 64. artic.6.ad 1.382.col.1.nu.40.

¶Productio. Naturalis modus productionis alicuius diuerſus penes hoc quod eſt produci in corpore uel extra & ante corpus, arguit diuerſitatem naturæ tei productæ.q 6.ar.3.

¶ Propheta. Ad prophetæ rationem requiritur quòd cognoſcat ea quæ ſunt procul ab his cum quibus ipſe eſt.q.7.ar.4.

¶ Propoſitio affirmatiua falſa ex repugnantia terminorum an poſſit fieri uera per additam reduplicationem uel determinationem, non tollentem illam repugnantiam q.16.ar.10.

Q

QVodlib.Euchariſtia. ultimo.

R

RATIO ſuperior animæ Chriſti in eius paſſione an pateretur ex parte obiecti.q.46.ar.7.29 .col.1 nu.60.

¶ Reddere. Licet ad Deos & parentes non poſſit reddi æquialens a creatura , poteſt tamen reddi æquialens a diuina perſona incarnata.q.1.ar.2.ad 3.6 col 2.nu 70

¶ Reducens aliquid de potentia in actum,an hæc propoſitio ſit uera tam in cauſis principalibus eſt in actu inſtrumentalibus.q.9. ar.2 95.col.2.nu.30

Regi.Quum dicitur inferiora regi per ſuperiora,intelligendum eſt per ſuperiora non ſecundum quid,ſed ſimpliciter & abſolute. q. 59.ar.6.Superiora 1.352.col.2.in prin.

¶ Remiſſio.An aliqua culpa a Deo remittatur ſine gratia.q.87. articul.4.

Remiſſio peccato mortali,remanere inordinatam conuerſionẽ ad commutabile bonum quomodo intelligatur.q.85.ar.4.ad 1.

An ad remiſſionem peccati mortalis requiratur,ut homo actualiter ſingula mortalia deteſtetur.q 87 ar 1.

An ad remiſſionem peccati mortalis diſplicentia uirtualis ſufficiat Ibidem.

Relatio realis tria requirit , ſcilicet cauſam , ſubiectum & terminum.q.35.ar.5.vnio 13.14 233.col 2.per totum.

¶ Reſurgentes cum Chriſto an ad vitam pœnitus immortalem ſurrexerunt.q.53.ar.3.327.col.2.nu.2.

S

SACERDOTI, an liceat totaliter a celebratione miſſa abſtinere.q.82.ar.10.523.col.1.nu.80.

An peccatum huiuſmodi omiſſionis ſit peccatum mortale. Ibidem. col.2.nu.20.

An plures ſacerdotes eandem hoſtiam conſecrare poſſint.q.82. ar. 2.518.col.1.& 2.per totum.

An ſacerdotis noui Epiſcopo eos ordinanti concelebrent. dicendo ſimul cum ipſo verba conſecrationis. q. 82. ar. 2. Ibidem col. 2.nu 70

¶Sacramentum an ſit vere & ſecundum rem cauſam inſtrumentaliter agens ad gratiam.q 62.ar 1.362.col.1.nu.70.

Sacramentum cauſare in inſtanti non inconuenit , nec Deum agere in tempore.q 62.ar.1.363 col.2.nu.70.

Sacramentalis virtus inexiſtens verbis ſacramentalibus quid ſit.q. 78.ar.4.485.col.2.nu.60.

Sacramentum imprimere characterem ex ſacra ſcriptura non habetur,ſed ex eccleſiæ authoritate non multum antiqua.q.63.ar. 1.369.col.1.nu 20

Sacramentum perfici vbi ſanctificatio perficitur,quomodo intelligatur.q 66.ar.1.391.col.2.nu.20.

Sacramentum an perficiatur ſolum nominibus quæ ſunt,in communi vſu.q 66.ar.5.ad 7.397 col.2.in prin.

Sacramẽtum recipiens cum peccato mortali vel quia eius conſcientiam non habet,vel quia non perfecte contritus, quando conſequatur gratiam in remiſſionem peccatorum,ita quòd virtute ſacramenti fiat de attrito contritus.q.72.ar.7.434.col.1.nu.30

Sacramenta nouæ legis poſſunt conſiderari vt cauſæ & vt ſigna.q. 80.ar.12

Sacramentorum principalis effectus, eſt gratia diſtincta contra character.q.62.ar.1.362. col.2.nu.50

Sacramentalis gratia diſtinguitur ſpecie à gratia virtutum & donorum.q.62.ar.2.

Conditio requiſita ad ſacramenta, non ſufficit quòd ſit ſecundum habitum, ſed oportet quòd ſit ſecundum uirtutem.q.64.ar.8.384. col.2.nu.50.

Sacramentorum formæ licet in antiquis iuribus non inueniantur omnes expreſſæ , in concilio tamen Florentino ſub Eugę.4. omnes expreſſæ ſunt.q.72.ar.4.432.col.1.nu.30

Sacramentis nouæ legis ineſt quædam uirtus ſuperaddita,quæ quidem uirtus nihil aliud eſt quàm motus quo inſtrumentum mouetur a principali agente.q.62.ar 4 266. col.1.nu.70.

In ſacramentis res & uerba coeunt in unum ſignum,quia uelut materia & forma conſtituunt unum ſacramentum ,quod non niſi vnum ſignum eſt q 60.ar 6.ad 2.756 col.2.nu.30

Ad ſacramenti perfectionem non requiritur de neceſſitate ſacramenti eius formam conſtitui ex communioribus uerbis in aliqua lingua:ſed tantum de neceſſitate præcepti eccleſiæ.q.60.ar.7. 357.col.1.& 2 nu.50

In ſacramentis prolatio uerborum corrupta non impedit formam ſacramentorum Ibidem ad 3.358.col.2.nu.40

In ſacramentis nõ debet eſſe tanta interruptio in forma uerborum quòd continuitas orationis ſoluatur.q.60.ar.8.359. col.2.nu.60

Sacramentis an filij innocentes in ſtatu innocentiæ indiguiſſent.q. 61.ar.2.361. col.1 nu.30.

¶ Sacrificium offerri per modum ſatisfactionis quare dicatur,& effectum eius proprium eſſe quod ex ui ipſius quatenus ſatisfactorium eſt ſit.q.22.ar.4.ad 2.174.col.1.nu.20.

Sacrificium Chriſti ſumitur dupliciter,ſcilicet ſecundũ ſe,& ſecundum ſuum mortale ſacrificium,ea.q.ar.6.175.col.1.nu.60

Sacrificium Leuit. 12. præceptum . utrum offeretur pro matre an pro filio.q.38.ar.3.

¶Sanguis

Universidad de Deusto
Biblioteca

TABVLA COMMENTI.

Sanguis aliquando miraculose in calice apparens, qua adoratione sit adorandus.q.76.ar. 473.col.1.nu.40.
Sanguinem totum resumere an fuerit necesse Christo resurgenti.q. 54.ar.2.330.col.1.nu.50.
¶ Sanctificatio potest simul dupliciter.q.27.arg.2.192.col.1.n.50.
Sanctificatio beatæ Virginis in vtero matris,an habeatur ex sacra scriptura.q.27.ar.6.199.col.1.nu.10.
Sanctificatio quæ fit per sacerdotium Christi est perpetua,re consecrata manente.q.63.arg.5.375.col.1.nu.40.
Sanctificata si fuisset beata Virgo ante animationem,an incurrisset peccatum originale.q.27.ar.2.192.col.1.nu.20.
Satisfacere pro peccato non potuit purus homo sufficienter adæquate culpæ cõmissam,formale loquendo de puro homine,si vt de nõ sola p exclusionẽ cõiunctionis cũ diuino supposito,sed ẽt p exclusionẽ diuinæ miæ gratificatis. Ad Sco.q.1.ar.2.ad 2.5.co.2.nu.60.
Satisfacere an possit vnus pro alio & non cõferi aut conferri quia satisfactio est actus exterior.q.48.ar.2.302.col.1.nu.60.
Satisfaciendi impossibilitatem causat infinitas offensæ in puro homine formaliter loquendo de puro homine. q.1.arti.2.ad 2.fol. 2.ad Sco.5.col.52.nu.70.
Satisfactio Christi est perfecta & condigna secundum æqualitatem ad culpam commissam q.1.ar.2.ad 3.ibi.nu.80. & seq.
Omnis alia satisfactio efficaciã hẽt ex satisfactiõe Christi ex duplici capite.primo quia Xps,causat charitatẽ & grã in nobis,quansa satisfactio acceptat,secõ quia ois satisfactio nra innititper fectæ satisfactioni Christi.q.1.ar.2.ad 6.col.2.nu.20.
Satisfactio sacramentalis ex hoc ipso quòd est pars sacramenti augei gratiam q.90.arti.1.ad 2.
¶ Sepulchri Christi in petra excisio ad quid spectet.q.51.ar.2.316. co 3.nu.20.
¶ Sexus. An valeat iste processus distinctio sexus est a natura pp diuersã oppõnẽ ad gnationẽ opportunã, ergo est penes diuersitatẽ agẽtis & patiẽtis,ergo tota virtus actiua est ex parte maris,passiua vero ex parte fœminæ q.32.ar.4.222.col.1.nu.20.
¶ Siligo.Eucharistia.5.
¶ Similitudo inter effectũ & cãm quo in tertia cone lusione literæ saluetur.q.50.ar.6.315.col.1.nu.40.& col 2.nu.20.
Similitudines propriasve poeratum tãquam simulachra spiritualium interpretari,scribere aut prædicare præsumptuosum est.q.60.ar.5.ad 1. 356.col.1.nu.10.
Similitudo in litera assignata inter sensitiuum in homine & bruto, & humanam naturam in propria & aliena persona,quomodo intelligatur.q.2.ar.2.ad 2.16.col.2.nu.20.
Socrates nihil scripsit sub noie pprio.q.42.ar.4.f.270.co.2.n.60.
Christus.27.
¶ Spelta.Eucharistia.5.
¶ Spiritussanctus,an rectè inferatur esse effector filiorum Dei,quia efficit propriam operationem filiorum Dei,quæ est clamare Abba pater.q.32.ar.1 2 8.col.1.nu 60.
¶ Status. Aliud est hominem post mortem sortiri statum immutabilem secundum animam, & aliud est sortiri statum non impedibilem q.59.ar.5.ad 1. & 3.2.351.col.1.2.nu.70.
Quòd in statu innocentiæ superiora nullo dependebant ad inferioribus,intelligitur de statu innocentiæ vt fuit in Adam.q.61. ar. 2 Reg.1.360.col.2.nu.10.& 70.
Subsistere in diuinis formaliter loquẽdo est magis personale quàm essentiale.q.3.ar 2.37.col.1.nu 70.& col seq.
¶ Substantia individualis secundum materiam signatam quantitate percipitur a cogitatiua q.76.ar.7.471. col.1. in princ.
Substantia individualis vt habet modum essendi purè substantiæ percipitur a solo intellectu. ibidem.
¶ Suppositum. Illud quod suppositum dicitur addere supra naturam,an oporteat esse ens reale q.2.ar.2.14.col.2.nu.80.
Quod suppositum addit supra naturam an oportet esse intrinsecum supposito.q.2 ar.2.Ibidem & fol.seq.
Quid sit illud quod suppositum addit intrinsecum sibi supra hanc humanam natura.fol.15.col.1.nu.10.
Suppositum dicitur quia supponitur vniuersis quæ in aliquo sunt, eorum prædicationẽ recipiendo.q.2.ar.3.in ti.17.col.2.nu.70.

T

TRADVCTIO. De qua traductione loquatur Euãgelista, quum dicit beatum Ioseph, noluisse beatã Virginẽ traduce re.q.23 ar.2.ad 3.206.col.2.in princ. per totum.
¶ Tentatio Christi fuit virtuosa contra nostras tentationes.q.41.ar. 1.262.col.2.nu.60.& fol.seq.
Tentatio omnis ab intrinseco an sit peccatum. q. 41. ar. 1. ad 3.2. 263.col.2.in princ.
Tentationum ordinis conueniens ratio in litera ponitur, ea. quæst.articu 4.265.col.2. in princ.in glo.
An Christus si miraculum fecisset conuertendo lapidem in panem a se edendum, peccasset,co.ar.ad.1.267.col.1. nu. 50.& 60.
Tentationes vincendi modus est recursus ad sacras scripturas & exempla sanctorum.q.41.ar.1.263.col.1.in princ.
Tentationes vincendi modus est recursus ad sacras scripturas &exempla sanctorum.q.41.ar.1.263.col.1.in princ.
Tentationum Christi ordinem explicat Matthæus secundum tempus.q.41.ar.4.ad 5.265.col.2.nu.40 & seq.
Tẽtatus quare fuerit Christus a diabolo.q.41.ar.4.266.col.2.n.10
¶ Timor.Motus appetitus sensitiui ex malo futuro apprehenso,ab strahendo a certo vel incerto, an sit veretimor. q.15.ar.7.129 col.1.nu.70.

V

VErbum Dei assumpsisse humanam naturam in homo, dupliciter exponitur.q.2.ar.5.ad.2.22.col.1.nu 10.
¶ Virginitati mentali non præiudicat consensus in copulam coniugalem, quia in copula coniugali non continetur copula carnalis nisi in potentia.q.29.ar.1.204. col.2.nu.30.
¶ Virtus heroica non differt specie a virtute communiter dicta.q. 7.ar.2 ad 2.73.col 1.nu.10.
Virtus attribuitur capiti humano respectu virium & motuum reliquorum membrorum non tamquam primo inter membra principio, sed tamquam comprincipio primi similiter membri, quod est cor.q.8.ar.1.85.col.1.nu.10.
Virtutis perfecto an regulariter tollat fomitem, quæst.15. artic.2, 125.col.1. nu.50.60.
A virtute operatiua virtutem deitatis non esse comprehensum ab humanitate Christi, an bene declaretur. quæst. 10. artic.1.101. col.1.nu.10.
Virtus.Sacramentum.3.
¶ Visio Dei est soli Deo simpliciter naturalis, quæst.9.ar.2.ad.3. 91.col.2.nu.19 per totum col.
¶ Vnctio extrema quomodo præparet ad eucharistiam.q.65.ar.3 389.col.1.nu.60.
¶ Visio incarnationionis quare est in persona & non in natura.q.3. ar 2.ad 2 16.col.1.nu.60.
Vniri Deo in persona nec conueniens est,nec inconueniens carni humanæ secundum conditionem suæ naturæ,quoniam neutram partem sibi creatura vendicat. quæst.1.art.1.ad 2.3 col.2.num. 5 .60.
Vniri alicui in hypostasi & vniri secundum hypostasim quomodo differant.q 2.ar.6.ad 3.24.col.1.nu.8.& seq.
Vnio diuiditur in vnionem in persona,& vnionem in natura.q.2. ar.2.ad 3.16.col.1.nu.60.
Quòd vnio sit secundum esse substanciale verbi vt est personæ,quomodo intelligatur.q.2.ar.6. ad 1.& 2.
Vnio humanæ naturæ ad verbum formaliter loquendo non est per vnionem instrumenti diffinienda.q.2.ar.6. ad 4.
Vnio.Homo.1.
Vnio dicitur in fieri esse & assumptio in fieri, an hæc differentia sit ex parte rei nostra.q.2.ar.8 27.col.1.nu.70.
Vnio incarnationis in sit maxima post vnionem diuinæ Trinitatis.q.2.ar.9.30.col.1.nu.40.
Vnio ad Deum secundum esse personale est maior & perfectior quàm secundum operationem, an sit vera propositio.q.4. arti. 2.ad 2.
Vnionis mysterium quare incarnationis nomine significetur. q.1. ar.1.in tit.1.col.2.nu.40.
Vnionis distinctio quantum ad relationem quã significat, vel quãtum ad coniunctionem quam consequitur. Et an dicta coniunctio sit quid creatum,q.2.ar.7.25.col.2.nu.40.51.& 60.
Vnionis & assumptionis differentia an sit realis, vel rationis tantum.q 2.ar.8.
Vnionis relationẽ sit relatio æquiparãtiæ.q.2.ar.8.27.co.2.n.10.
nionis & assumptionis prima differẽtia in litera ponẽa. (s.quòd vnio significat formaliter resolutionem, assumptio actionem,vel passionem) qualiter intelligatur.q.2.art.8.27 col.1.nu.50.
Vnionis in Christo gratia an sit prior ordine executionis & intentionis gratia habituali seu summa gratia & gloria in eodem.q. 34.ar.1.226.col.2.nu.30.
Nulla operatio illius hominis qui est Christus, potuit præcedere vnionem q.2.ar .11.32.col.2.nu.30.
Vnionis gratis quare est excellentius & permanentius donum quã gratia operationis.q.50.ar.2.31.col.2.nu.60.
Vnionis incarnationis nihil tam simile inuenitur, vt est vnio aiæ intellectualis ad corpus.q.2.ar.6.ad 1.& 2. Athanasius.1.
Vnionem naturæ humanæ in persona verbi Dei, quod est negare est negare humanam naturam inesse verbo dei incarnationem. q.2.ar.2.16.col.1.nu.30.
Vnionẽ 2 ix & corporis in Xpõ nõ cõstituiẽ noua pson̄a,sed ad præexistẽtẽ pson̄ã Dei cõposita natura singularis ex anima & corpore adiuncta est.q.2.art.5.ad 1.21.col.2.n.80.
¶ Volitũ.Quadruplex distinctio:prima inter volitũ & uolibile,secũda inter magis & prius natura volitũ,tertia inter prius natura vel a quo non cõuertit cõsequẽtia vel prius ẽalitate, quarta iter prius natura volitũ (,put prius est a quo non conuertitur consequentia) de facto vel possibili.q.1 ar.3.8.col.2.nu.70.
Voluntatis actus per modum naturæ, distinctus contra actum voluntatis per modum rationis contrarium eligentis, nihil aliud est quam velleitas q.18.ar.c.158.col.1.nu.80.
Voluntatis actualis mutatio, an ad omnem remissionem peccatorum actualium requiratur.q 86.ar.2.ad 1.548 col.2.nu 80.
Votum.Quòd frustra esset votum nisi impleretur quando oportunitas adesset,quomodo intelligatur.q.8.ar.11.506.co.1.in prin.
¶ Vua.Eucharistia.5.

FINIS.

TERTIA PARS SVMMAE THEOLOGICAE

ANGELICI DOCTORIS S. THOMAE AQVINATIS,

Cum Commentarijs.

REVERENDISS. IN CHRISTO PATRIS D. D. THOMAE DE VIO, CAIETANI,

Ordinis Prædicatorum, S. R. E. tituli S. Sisti Presbyteri Cardinalis, artium,& sacræ Theologiæ Doctoris celebertimi.

QVIA Saluator noster &c.Debitum D.Tho. famulatum persoluere cupiens, expeditis commentationibus trium librorum suæ summę,ad vltimum me confero,expositurus textum multarum quæstionũ secundum modum in commentariis 1.li.inchoatum(vt pe tentibus hoc, morem geram) adducturus q rationis fideiq; lumini consonum apparebit, firmando semper rõe aut auctoritate oẽm sententiã, vt nullus meæ auctoritati referetur locus. Diuiditur igitur præsens liber (vt in illius apparet principio) in partes tres principales:quarũ prima de Dño nostro IESV Christo vsque ad q.60.protẽditur: secũda vero de sacramẽtis inde inchoat.s, imperfecta relicta ẽ ob immaturam doctoris mortem:tertia aũt de imortali vita resurgẽtiũ,omnino deficit. Nos autẽ si eius ope Deus dederit,quasdam adiungemus q̃stiones circa vtilia ad animarum salutẽ,quæ opportunæ apparebũt, ne repetere aliorum dicta contingat.Prima autẽ pars de IESV Christo,in sex partes distinguitur: prima de vnione filii Dei & humanæ naturæ vsque ad 15. q. inclusiue: secunda de his quæ consequuntur vnionem,a 16. vsque ad 26. tertia de ingressu Saluatoris in mundum a 27.vsq; ad 39.quarta de progressu Saluatoris in hoc mũdo,a 40. vsque ad 45.Quinta de exitu Saluatoris ex hoc mũdo,a 46.vsq;ad 52. sexta demũ de exaltatione Saluatoris post hãc vitã,a 53.vsq; ad 59.tractat. Sexta deide principalis pars de sacris in octo distinguitur partes,quarũ prima de sacris in 66i,reliquæ septem de singulis septem sacris sigillatim tractant.

¶ *Super Quæstionis primæ, Articul.primum.*

IN titulo 1.art.1.quæst.nota duos terminos,scilicet ly,incarnari,& ly,conueniens.Nam ly incarnari plus significat quàm ex primat: explicat si quidẽ nihil aliud, quàm carnem assumere, vel carnẽ fieri:significat autem hominem fieri etiã secundum carnem:quia caro vt infimus terminus quic quid nobilius est in homine, concludit: & vt sic denominat naturam humanam integram: nam si Deus vsque adeo semetipsum exinaniuit, vt conuenienter caro fieret humana,multo magis conueniens est,q̃ fit factus homo secundum animam & humanitatem integram.Merito autem theologi hanc diuinam exinanitionem vocabulo incarnationis significãt: quia Ioannes Euangelista propter dictam rationem eodẽ docuit vocabulo, dicens,Et verbum caro factum est. Ly, conueniens, cũ se habeat ad possibile vt minus commune ad magis cõmune, claudit in se possibile, & addit super illud: omne siquidẽ conueniens est possibile,sed nõ ecõtra, vt patet de monstris. est enim monstrum possibile,sed non est conueniens.cum conclusum igitur fuerit,quòd Deum incarnari est conueniens, monstratum erit simul,quòd est possibile. Rursus si per impossibile ly,cõueniens,absque quacunque determinatione in hoc titulo ponitur (dum non apponitur aliqua limitatio,puta,ad hoc vel illud,secundum hanc vel illam rationem, aut aliquid huiusmodi) videbis quòd quæstio præ-

Circa primum quæruntur sex.

¶ Primo, Vtrum conueniens fuerit Deum incarnari.
¶ Secundo,Vtrum fuerit necessarium ad reparationem generis humani.
¶ Tertio, Vtrum,si non fuisset peccatum, seu homo peccator, Deus incarnatus fuisset.
¶ Quarto, Vtrum principalius sit incarnatus ad tollendum originale peccatum,quàm actuale.
¶ Quinto, Vtrum conueniens fuerit Deum incarnari à principio mundi.
¶ Sexto, Vtrum eius incarnatio differri debuerit vsque in finem mundi.

ARTICVLVS I.

Vtrum cõueniens fuerit Deum incarnari.

AD Primum sic proceditur. Videtur quòd non fuerit conueniẽs, Deum incarnari. Cum enim Deus ab æterno sit ipsa essentia bonitatis, sic optimum est ipsum esse sicut ab æterno fuit; sed Deus ab æterno fuit absque omni carne. ergo conuenientissimum est,ipsum nõ esse carni vnitum. Non ergo fuit conueniens, Deum incarnari.

¶ 2 Præt. Quæ sunt in infinitum distantia, inconuenienter iunguntur: sicut inconueniens iunctura esset, si quis pingeret imaginem, in qua humano capiti ceruix iungeretur

Universidad de Deusto
Biblioteca

sens de conuenientia incarnationis non ad hunc vel illum finem aut effectum, sed absolute est: & propterea ex proprijs Dei & incarnationis absolute decidenda est quæstio ista. Cuius sensus est, an Deum fieri hominem, etiam secundum carnem fuerit conueniens.

¶In eodem tituli 1.ar.dubium occurrit: quia auctor videtur in cœpisse saltando. nã ante istum articulũ debebat inquiri, an Deum incarnari sit possibile: tum quia ista quæstio non debet indiscussa relinqui, sed in proprio loco tractari: constat autem possibile esse naturaliter prius, quàm conueniens, cum sit cõmunius, & innata sit nobis via ex communioribus procedendi, vt dicitur in 1. Physic. tum quia auctor ipse non solus in principio 3. sent. inchoat a possibilitate. cur ergo non inde incœpit in hoc opere?

¶Ad hoc dicitur, ꝙ quia nulla scientia probat suum subiectum, sed supponit illud, vt patet in 1. Post. & huius libri subiectum proprium est IESVS Christus, hoc est Deus incarnatus: ideo ars ipsa exegit, vt non quæreretur hic, an possibile sit Deum incarnari: hoc enim esset librum istum non præsupponere Deum incarnatum. Nec tamen omnino indiscussa dubitatio hæc relicta est: sed tractando conuenientiam incarnationis ex naturis extremorum, scilicet Dei, & humanæ naturæ (vt in hac litera fit) excladitur impossibilitas incarnationis, & manifestatur simul, vt dictum est conuenientia eiusdem: ita quòd sub titulo conuenientiæ satisfactum est & materiæ de possibilitate incarnationis, & arti procedendi. Quod autem in 3. sent. auctor inchoauerit a possibilitate, non obstat proposito: quia in illo opere non erat ipse ordinator doctrinæ, sed vt commentator quæstiones emergentes mouebat, hic autem ipse auctor est ordinis doctrinæ: & ideo artificiose procedens supponit Deum incarnatum, & quærit de illius conuenientia.

¶In corpore eiusdem 1.art. vnica est conclusio responsiua quæsito. Conueniens fuit Deum incarnari. Probatur, Vnicuique rei conueniens est, quicquid competit illi secundum rationem suæ naturæ. ergo Deo conueniens est quicquid pertinet ad rationem boni. ergo Deo conueniens est summo modo se cõmunicare creaturæ. ergo conueniens fuit Deum incarnari. Antecedens manifestatur ex hoc, ꝙ ratiocinari conuenit homini: quia secundum rationem suæ rationalis naturæ competit. Prima vero consequentia probatur: quia ipsa natura Dei est essentia bonitatis, vt Dion. dicit. Secunda autem consequentia probatur: quia ad rationem summi boni spectat summo modo se cõmunicare creaturæ. Quod probatur: quia ad rationem boni spectat se cõicare aliis. Tertia deniq; consequentia probatur: quia hoc, ꝙ est summum bonum, seu Deum summo modo se communicare creaturæ, maxime fit per hoc, ꝙ naturã creatam sic sibi cõiungit, vt ex Verbo, anima, & carne, vna fiat persona, vt Aug. dicit. Hic est planus processus literæ.

¶In antecedente huius processus hoc solum notandum occurrit, quòd propter sui claritatem in litera manifestatur in vna sola natura, cum potuisset inductiue manifestari in omnibus: sat enim fuit inchoasse inductionem in re tam manifesta.

¶In primo consequente. s. Deo conueniens est quicquid pertinet ad rationem boni, memento distinguere quod aliud est loqui de ratione boni, & aliud de ratione talis boni, puta, angelici, cælestis, humani, leonini, & aliorum specialium bonorum. Multa namque sunt, quæ spectant ad rationem talis boni, quæ non spectant ad rationem boni absolute: latrare siquidem ad bonitatem canis, ratiocinari ad bonitatem hominis, moueri ad bonitatem cæli, & sic de alijs proprijs bonis creaturarum spectant: & tamen nihil horum spectat ad rationem boni simpliciter, & propterea nihil horum conuenit Deo: sed quicquid pertinet ad rationem boni non limitati ad hanc vel illam naturam creatam, sed absolute considerati, totum conueniens est attribuere Deo: quia natura Dei est ipsa bonitas.

¶Circa secundæ consequentiæ. s. ergo Deo conueniens est summo modo se communicare creaturæ probationem, scilicet quia ad rationem boni pertinet, vt se alijs communicet &c. dubium primo occurrit: quia communicare se alijs, nullam perfectionem importat: alioquin Deo ab æterno, dum se non communicauit alijs defuisset aliqua perfectio, quod est impossibile: quod autem nullam perfectionem importat, non spectat ad rationem boni, cui nihil præter aut extra boni latitudinem cõuenire fas est. hõ recte igitur assumitur, ꝙ cõmunicare se aliis pertinet ad rationẽ boni.

¶Circa eiusdem sequelæ probationem eandem dubium secundo occurrit: quia inefficax inuenitur: quoniã transitur ex naturali conditione boni ad voluntariam boni conditionem. Quod non licere patet ex eo, quòd voluntaria libere a bono procedunt: non enim inferuntur ex naturalibus vt pote necessarijs & alterius ordinis. non ergo ex quacumque Dei naturali conditione potest efficaciter inferri aliquod opus ipsius liberum, vt patet. Manifestatur autem hunc errorem in hoc posse iteruenire: quia ex spectantibus ad rationem boni infertur summũ bonum, ac per hoc Deum communicare seipsum creaturæ. Constat enim quòd pertinentia ad rationem boni conueniunt ipsi bono & Deo naturaliter, & ꝙ cõmunicare seipsum conuenit Deo summo bono libere: non recte igitur processum est in litera.

*Epist. 2. post med. illius tomo 2. inter opera Aug.

¶Ad primum dubium dicitur, ꝙ licet posset distinguit communicare se alis secundum quòd importat actionem, quæ est perfectio agentis in actu (quæ in Deo est sua substantia) & secundum quòd importat illationem effectus ad extra, vt in 1. lib. patuit: quia tamen non oportet in proposito ad hæc recurrere, scito ꝙ falsum simpliciter est, quòd communicare se alijs non importat perfectionem, & probatio eius nou valet ex eo, quòd non ponit perfectionem in communicante, inferens ergo non importat perfectionem: stat enim quòd importet perfectionem, & non in communicante, sed in illis, quibus communicatur. Et vere sic est: nam bonum communicare seipsum alijs, dato quòd nullam adsit perfectionem bono communicanti seipsum: necessario tamen perfectionem ponit in illis alijs, quibus seipsum communicat, & ad naturam boni spectat communicare seipsum alijs, non vt ipsum communicans sit melius, sed vt alia bonificentur per ipsum, & propterea ratio literæ verum assumit, & optime procedit ad intentum.

¶Ad secundum dubium dicitur, ꝙ cum bonum sit vnum transcendentium & comprehendat sub se non solum bonum secundum esse naturæ, sed etiam bonam voluntatem, ac per hoc abstrahat ab vtroque essendi & causandi: modo scilicet per modum naturæ vel voluntatis: consequens est quòd id, quod pertinere dicitur ad rationem boni, non minus quam ipsum bonum & illius ratio abstrahat a modo naturæ vel libertatis, ac per hoc communicare seipsum pertinere ad boni rationem, intelligendum est non determinate per modum naturæ, aut libere, sed communiter & indeterminate, vt in vnoquoque verificetur secundum illius modum. vnde & in litera non concluditur aliquis dictorum modorum communicandi se: sed absolute, quòd communicare seipsum creaturæ supremo modo (siue hoc fiat naturaliter, siue libere non exprimendo) spectat ad summum bonum ea ratione, quia si bono conuenit communicare se, consequens est, quòd magis bono conuenit magis communicare se: & consequenter summo bono conuenit summe communicare se. vnde patet, quòd non infertur voluntarium, ex naturali: sed commune ex communi.

¶In tertia consequentia memento primo formaliter intelligere terminos, distinguendo de creatura vel de creatura tali, puta, homine, angelo, vel cælo &c. nã nõ est hic sermo de creatura tali, sed de creatura absolute, cũ assumitur, ꝙ summo bono conuenit summo modo se cõicare creaturæ. Notate secundo verba, & signate mysteria: ex summo modo cõicare se creaturæ, infertur incarnationis conuenientia. Tribus namq; modis plusquàm genere diuersis Deus qui est ipsum summum bonum, intelligi potest communicare seipsum creaturæ. Primo, quasi naturaliter communicando seipsum, & sic communicauit seipsum vniuerso, creando & conseruando libere vniuersum. Secundo, supernaturaliter communicando seipsum, & sic communicauit seipsum vniuerso eleuando omnes intellectuales & rationales subsistentias in consortium diuinæ naturæ per gratiam: cuius non solum capaces gratuita benignitate effecit: sed etiam actualiter participes ab initio, vt in 1. lib. auctor ex Augustini auctoritate deduxit. Fit autem inter hos duos modos tanta distantia, ꝙ iuxta primum modum distributæ sunt participationes, imitationes atque similitudines Dei, sic vt constituerentur illis substantiæ rerum, quas naturas entium dicimus, cum suis conditionibus naturalibus. Deus autem ipse extra & supra totum vniuersum in sibi soli propria excellentissima natura remanet solus in suipsius fruitione beatus. Iuxta secundum autem modum naturæ suæ propria Deus communicauit creaturæ, scilicet videre Deum, frui Deo viso per essentiam, esse consortem diuinæ naturæ per gratiam inchoatiue, & per gloriam consumate. Quæ quia non possunt sic communicari, vt naturalia aut connaturalia sint creaturæ,

creaturæ, ideo supernaturaliter, ac ex superabundantiore gratia Deus, quod sibi soli ex naturali ordine remanserat proprium, commune fecit creaturæ, vt corregnaret cum illo beata in illius quoque visione ac fruitione: ita quod Dei communio, quæ impossibilis est naturali ordine, concessa est secundum supernaturalem ordinem gratiæ.

Tam excellentissimus autem est amor summi boni erga creaturam, vt non sat fuerit illi communicare se secundum naturalem ordinem creaturæ, creando vniuersum, nec etiam sat fuerit eidem communicare se creaturæ secundum ordinem gratiæ eleuando ipsam ad consortium diuinæ naturæ: sed ad id vnum quod reliquum erat & inexcogitabile, eleuauit creaturam ad personalitatem, scilicet diuinam, quod ad tertium & supremum modum communicandi se spectat: secundum siquidem hunc tertium modum communicat se Deus creaturæ, non tribuendo, illi similitudinem, aut donum aliquod creatum naturalis, vel supernaturalis ordinis: sed propriam personam secundum suã propriam subsistentiam, quam in semetipsa habet communicat creaturæ, sicque sibi Deo & creatæ naturæ communem personam facit, vt creatura, hoc est homo sit secundum rem verbum Dei, quod est Deus. hic proculdubio est summus modus, quo summum bonum communicare se potest creaturæ: non est enim intelligibilis maior modus, quo possit cõmunicari Deus creaturæ. Hoc autem modo Deum communicasse se creaturæ, & non solum creaturæ tali, ex hoc quod incarnatus est, ex eo patet, quòd incarnatio est eleuatio totius vniuersi in diuinam personam. nam si pure spiritualis natura, vt est angelica, assumpta fuisset, creatura corporea eleuata non fuisset: & similiter si cælestis natura fuisset assumpta, sensitiua, vegetatiuaque creatura, non fuisset huius eleuationis particeps: & similiter, si solam corpoream quamcumque naturam aut vegetatiuam, aut sensitiuam assumpsisset, intellectualis natura eleuata non fuisset. Assumendo autem naturam humanam, quòd significatur per incarnationem, totius vniuersi natura eleuata est ad diuinam personam: ita quòd Deus vere creaturæ absolute se summo modo communicauit: quia toti vniuerso se summo modo communicauit, dum incarnatus est: quia, vt in litera ex August. dicitur, sic omnia coeunt in vnam personam caro, anima intellectiua, & verbum Dei: hæc enim ideo auctor attulit ad probandam vltimam sequelam: quia per hæc significatur totum vniuersum, ac per hoc communio Dei ad creaturam absolute. habes ergo hinc potissimam rationem incarnationis ex bonitate diuina erga vniuersum, si potissima ratio est, quæ ex communissimo bono, vt pote maxime diuino sumitur, quam Dominus docuit Ioan. 3. Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret.

¶In responsione ad primum eiusdem articuli primi, nota duplicem modum loquendi de incarnatione, vel dicendo, Deus vniuit se creaturæ, vel dicendo, Deus vniuit creaturam sibi, vterque sanus & catholicus, & ideo vterque in litera ponitur: sed secundus melior, quia formalis. & ideo in litera primus corrigitur quo dammodo per secundum. Et ratio est: quia secundus modus dicendi mutabilitatem significat in creatura, tamquàm rem allatam ad Deum, & Deum significat vt terminum, ac per hoc Deus significatur vt immutatus: terminus enim absque sui mutatione terminare potest. In primo autem modo significatur econtra, quantum est ex modo diceudi, non quo ad rem dictam. Melius est ergo vti secundo modo loquendi, & dicere, Deus vniuit creaturam sibi.

*Ex epis. 3. aliquã tulum a prin. to. 2

¶In responsione ad secundum eiusdem articuli nota, in litera haberi negatiuam, scilicet vniri Deo in persona, non fuit conueniens carni humanæ secundum conditionem suæ naturæ, & non habetur affirmatiua inconuenientis. Et merito, quia vere negatur de quacumque creatura conuenientia, & quæcumque naturalis potentia ad vnionem personalem cum Deo: falso tamen affirmaretur repugnantia aut inconuenientia ad huiusmodi vnionem, quoniam neutram partem sibi creatura vendicat. Creatura enim secundum naturæ suæ conditionem non habet, vnde sibi vendicet conuenientiam ad talem vnionem, nec habet vnde sibi vendicet inconuenientiam ad eandem: sed totus ordo creaturæ ad huiusmodi vnionem, ad excellentia bonitatis & potestatis diuinæ spectat, sola logica & obedientiæ potentia in creatura saluatur.

*In ead. epi. ante med.

* Lib. 3. Orthod. fid. c. 1. in med. illius.

3. di. 1. q. 1. ar. 3. ad 3. & q. 2. ar. 2. ad 1. Et d. 4. q. 1. a. 1. q. 1. c. & ad 2.

†c. 1. a medio illius

* ca. 4. circa prin.

*Li. 13. c. 17. non p cul a prin. to. 3. Inf. q. 2. ar. 1. Et 3. di. 1. q. 1. ar. 1.

¶Ad quartum dicendum, quod sicut Augustin. respondet in epistola ad Volusianum, * non habet hoc christiana doctrina, quod ita sit Deus infusus carni humanæ, vt curam gubernandæ vniuersitatis vel deseruerit, vel amiserit, vel ad illud corpusculum quasi contractam transtulerit: hominum enim est iste sensus, nihil nisi corporea valentium cogitare. * Deus autem non mole, sed virtute magnus est: vnde magnitudo virtutis eius, nullas in angusto sentit angustias. Non est incredibile, si verbum hominis transiens, simul auditur à multis & à singulis totum, quod verbum Dei permanens, simul vbique sit totum.

Vnde nullum inconueniens sequitur Deo incarnato.

¶Ad primum dicendum, quòd vniri Deo in vnitate personæ, non fuit conueniens carni humanæ secundum conditionem suæ naturæ: quia hoc erat supra dignitatem ipsius: conueniens tamen fuit Deo secundum infinitam excellentiam bonitatis eius, vt sibi eam vniret pro salute humana.

¶Ad tertium dicendum, quod quælibet alia conditio, secundum quam creatura quæcumque differt à creatore, à Dei sapientia est instituta, & ad Dei bonitatem ordinata. Deus enim propter suam bonitatem, cum sit increatus, immobilis & incorporeus, produxit creaturas mobiles & corporeas. Et similiter malum pœnæ à Dei iustitia est introductum propter gloriam Dei: malum vero culpæ committitur per recessum ab arte diuinæ sapientiæ, & ab ordine diuinæ bonitatis. & ideo Deo conueniens esse potuit assumere naturam creatam, mutabilem, corpoream & pœnalitati subiectam: non autem fuit ei conueniens assumere malum culpæ.

¶Ad quartum dicendum, quod sicut Augustin. respondet in epistola ad Volusianum, * non habet hoc christiana doctrina, quod ita sit Deus infusus carni humanæ, vt curam gubernandæ vniuersitatis vel deseruerit, vel amiserit, vel ad illud corpusculum quasi contractam transtulerit: hominum enim est iste sensus, nihil nisi corporea valentium cogitare. * Deus autem non mole, sed virtute magnus est: vnde magnitudo virtutis eius, nullas in angusto sentit angustias. Non est incredibile, si verbum hominis transiens, simul auditur à multis & à singulis totum, quod verbum Dei permanens, simul vbique sit totum.

Vnde nullum inconueniens sequitur Deo incarnato.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ *Super quæstionis primæ, Articul. secundum.*

INritu. ar. 2. nota ꝙ in hoc articul. non quæritur absolute, an Deum incarnari fuerit necessarium, vt in 1 artic. fuit quæstio de incarnationis conuenientia absolute: sed quæritur hic de necessario ad certum finem. i. respectu rationem humanam supponitur. n. hic genus humanũ lapsum perdidisse salutem suam, & quæritur an ad reparationem ipsius necessarium fuerit Deum incarnari. Et scito, quod quæstio ista tractatur a magistro sentẽtiarum in 3. sent. dist. 20. respectu tamen passionis Christi.

ARTICVLVS II.

Vtrum necessarium fuerit ad reparationem generis humani verbum Dei incarnari.

AD SECVNDVM sic procedi-tur. Videtur quòd non fuerit necessarium ad reparationem humani generis, verbum Dei incarnari. Verbo enim Dei, cum sit Deus perfectus (vt in primo habitum est*) nihil virtutis per carnẽ assumptam accreuit. Si ergo verbum Dei incarnatum humanã naturã reparauit, ẽt absq; carnis assumptione eam potuit reparare.

¶ 2 Prat. Ad reparationem humanæ naturæ quæ per peccatum collapsa erat, nihil aliud requiri videbatur, quam quod homo satisfaceret pro peccato: sed homo, vt videtur, satisfacere potuit pro peccato: non. n. Deus ab homine plus requirere debet, quã possit, & cum pronior sit ad misere-

1 3. di. 4. q. 3. ar. 1. ad 3. Et 4. di. 10. a. 1. ad 3. Et dist. 43. a. 2 q. 2. ad 2. Et 4. con. c. 5 t. 2. Et Pf. 45. 1. p. q. 4. ar. 1. & 2.

dum ægualitatem ad culpam commissam, occurrit Durandus in 3 sent. dist. 20. q. 2. Christus in quantum homo, vẽl ratione humanæ naturæ non potuit reddere æquualens beneficiis omnibus ab ipso receptis. ergo non potuit reddere æquualens pro peccatis humanæ naturæ, nec ipsiusmet si peccasset. Antecedens patet; quia Deo & parentibus nõ potest reddi æquualens, vt dicitur. 8 Ethi. Consequentia est notã: tũ quia reddibile æquualentis oportet ꝙ sit de non alias debito illi, cui redditur: tũ quia, si actus Christi non sufficit ad aliã quã iam beneficia, constat ꝙ nihil supereret tibi, quo possit aliorũ culpas adæquare. Et quia Duran. in verbis istis insinuat se loqui de Christo secundum ꝙ homo, quasi abstrahendo a supposito diuino patet oppositum esse de mẽte eius, dũ in 4. sen. di. 15. q. 1. tam tertium, quam quartũ hic dicum impugnans dicit. Quidã dicunt, ꝙ licet homo ex se non posset satisfacere reddendo æquiualens: potest tamẽ ex hoc ꝙ sibi communicatur meritum passionis Christi, quod fuit aliquo modo infinitum: sed primum. ꝙ nullus possit reddere æquiualens simpliciter, videtur melius dictum: quia nec ipse Christus secundum ꝙ homo, potuit Deo reddere æquiualens beneficiis acceptis cum ergo quicquid erat in Christo, secundum humanam naturam esset totum obligatum Deo, & ei debitum, non potuit esse satisfactio de condigno pro quocumque peccato, considerando naturam operis vel rei: sed solum secundum gratuitam acceptationem Dei hæc ille Vbi patet ex hoc ipso, ꝙ impugnat positionem dicentem, ꝙ satisfactio Christi est infinita, ꝙ non loquitur de Christo secundum quòd homo, abstrahendo a supposito diuino: quoniam positio illa tenet infinitatem esse in opere Christi humano quidem, sed ratione suppositi, cuius est operari: sed loquitur de Christi satisfactione, quam mediante natura assumpta effecit, tam gratias agendo, quam adæquando peccata.

¶ Contra quartum dictum, s. ꝙ omnis alia satisfactio efficax est ex satisfactione Christi, occurrit ipse met auctor in 4. sent. distin. 15. q. 1. art. 2 ad primum, licens. Alij dicunt, quòd etiam quantunt ad auerfionem, pro peccato satisfieri potest, virtute meriti Christi, quod quodammodo infinitum fuit. Et in hoc idem redit quod prius dictum est, scilicet quòd non potest satisfactionem secundum ægualitatem, sed secundum acceptationem diuinam: quia per fidem mediatoris gratia data est credentibus: si tamen alio modo gratiam daret, sufficeret satisfactio per modum prædictum. Vbi patet quòd auctor idem dat iudicium de satisfactione mea, sine habeam gratiam per fidem IESV Christi, siue aliunde haberem gratiam, ac per hoc non fit ex satisfactione Christi satisfaciens simpliciter, sed solum secundum acceptationem, cuius oppositum hic docere videtur. Et similiter non fit ex satisfactione Christi efficax, cuius oppositum expresse hic docet.

¶ Ad horum euidentiam aduertendum est, quòd quæstio de satisfactione pro peccato tria habet in hoc opere loca, primus est hic, vbi de necessitate incarnationis pro reparãdo humano genere tractatur. Secũdus est inferius, vbi de necessitate passionis Christi tractatur. Tertius est in tractatu de sacramento pœnitentiæ, vbi de tertia illius parte, quæ satisfactio est, tractandum est. Et in hoc vltimo loco de satisfactione pro peccato actuali directè tractandum est, in primis autem duobus communius tractatur, quia de satisfactione etiam pro peccato originali tractatur. Vnde in præsenti litera duas rationes auctor attulit, ad ostendendum, ꝙ purus homo satisfacere non potuit pro peccato. quarum prima directe respicit peccatum originale, secunda autem communiter de peccato, sub quo tam originale, quam actuale, quod est simpliciter peccatum (quod constat solum esse mortale) comprehenditur, loquitur. hic fit, vt onus hoc in loco acceperim differendi de satisfactoris sufficientia. non enim rationem secundam litera, & conclusionem illius pertransire potui sine huiusmodi discussione. Et nisi obiectiones arguentium exigerent, conclusionem, vt ex

illa secunda, quæ impugnatur, ratione tantum tractatem, nec immiscerem vinculum de debito gratitudinis vinculo satisfaciendi, sicut nec auctor hic miscet, sed reseruarem hæc tractatui de pœnitentia. Vnde, vt obiectionibus fiat satis, dicetur & de hoc, quantum oportet hic scire. Et quoniam in primo dubio auctor nõ videtur intellectus, ideo sensus literæ prædeclarandus est. Petrus homo in hac quæstione intelligitur non solũ per exclusionem coniunctionis cum diuino supposito, sed etiam per exclusionem diuinæ misericordiæ gratificantis opus humanis ad hoc, quod Deo acceptum sit. Probo singula ex litera. Exclusio diuini suppositi patet, quia purus homo distinguitur contra Christum Deum & hominẽ. Exclusio diuinæ misericordiæ gratificantis opus ad hoc, quod sit acceptum patet: quia satisfactio per ægualitatem distinguitur contra satisfactionem per gratiam acceptantis. Ex hac enim distinctione iuncta primæ patet, quod cũ dicitur, Purus homo satisfacere nõ potest secundum ægualitatem pro peccato, & similiter ꝙ Christus satisfacere potest pro peccato secundum ægualitatem: sensus est, quod secluso misericordiæ Dei acceptantis opus alicuius pro satisfactione, loquendo de viribus puri hominis & viribus Dei & hominis, purus homo non potest satisfacere: Deus & homo potest satisfacere. Et licet hic sensus sit sufficienter probatus ex litera, & manifestus sit ex hoc, quod est vere formalis de puro homine, vt satisfactore ipsi Deo pro peccato, & de Deo & homine vt satisfactore Deo pro peccato amplius etiam manifestatur auctoritate auctoris in 4 senten. distin. 15. quæst. 1 articul. 2. ad primum, vbi habet hæc verba. Sicut offensa habuit quandam infinitatem diuinæ maiestatis: ita & satisfactio accipit quandam infinitatem ex infinitate diuinæ misericordiæ, prout est gratia informata, per quam Deo acceptum redditur quod homo reddere potest, hæc ille. Vbi clare vides, quòd diuina misericordia gratificans satisfactionem e regione ponitur contra id, quod homo reddere potest, & quod constat per misericordem gratiam satisfactionis vim adæquari, & satisfactionem etiam infinitam quodammodo esse. Confirmatur quæ idem sensus ex diuino Theologiæ compendio ad fratrem Rainaldum in 2. par. in cap. 16. Vnde patet primo, quòd omnia argumenta inferentia, quòd homo concurrente gratia, seu charitate potest satisfacere pro peccato, non sunt contra authorem intellectum: sed contra ipsum non vere, nec formaliter intellectum. Patet secundo differentia aliorum ab auctore. nam alij doctores charitatem seu gratiam ad satisfactionem non currentem, ex parte hominis satisfactoris posuerunt: & ideo dixerunt purum hominem posse pro peccato satisfacere. Auctor vero gratiam & charitatem ex parte diuinæ, misericordiæ gratificantis, ac per hoc acceptantis opus humanum posuit, hominemque purum cum suis viribus, & similiter Deum & hominem cum suis viribus ex parte satisfactoris posuit: & ideo dixit illum non posse, Christum vero posse satisfacere. Et salua illorum reuerentia, dupliciter reprehensibiles sunt: & quia contra positionem auctoris apposuerunt suam vt contrariam, in quo monstratur non penetrasse eos hanc positionem: & quia non formaliter de puro homine, & de Deo homine vt satisfactoribus simpliciter, vel secundum acceptationem diuinæ misericordiæ locuti sunt, vt auctor secit, & propterea tamquam claram sententiam non aliter probauit quoniam clarissima vere est formaliter intellecta.

¶ Ad primi ergo dubij obiectionem ex Scoto dicitur, quod antecedens est verum: vt patet ex allegatis verbis auctoris ex 4. sententiarum, sed consequentia negatur: quia quæstio est de puro homine vt satisfactore per ægualitatem, excludendo diuinam gratificationem acceptantem, consequentia autem infert de homine, non excludendo, sed includendo diuinam misericordiam

*Arist. 5. metaph. tex. 6. to. no 3.

*Li. 13. c. 10. nõ lõge a princi. to. 3.

mundum, vt filium suum vnigenitum daret, vt omnis, qui credit in ipsum, non pereat, sed habeat vitam æternam. ergo necessarium fuit ad humanã salutem, Deum incarnari.

¶ Respon. Dicendũ, ꝙ ad finem aliquem dicitur aliquid esse necessarium † dupliciter. Vno modo, sine quo aliquid esse non potest: sicut cibus est necessarius ad conseruationem humanæ vitæ. Alio modo, per ꝙ melius & conuenientius peruenitur ad finem: sicut equus necessarius est ad iter. Primo modo, Deum incarnari non fuit necessarium ad reparationem humanæ naturæ. Deus. n. per suam omnipotentem virtutem poterat humanam naturam multis aliis modis reparare. Secundo autem modo necessarium fuit, Deum incarnari ad humanæ naturæ reparationem. Vnde Augustinus * dicit 13. de Tri. cap. 10. Verum etiam ostendamus, non alium modum possibilem Deo de fuisse (cuius potestati omnia æqualiter subiacent) sed sanandæ miseriæ nostræ conuenientiorẽ alium modũ nõ fuisse. Et hoc quidem considerari põt, quantũ ad promotionem hominis in bonũ. Primo quidem, quantum ad fidem, quæ magis certificatur ex hoc, quòd ipsi Deo loquenti credit. Vnde Aug. dicit 11. de ciui. Dei. * Vt homo fidentius ambularet ad veritatem, ipsa veritas Dei filius homine assumpto constituit atq; fundauit fidem. Secundo, quantum ad spem, quæ per hoc maximè erigitur. Vnde Aug. dicit 13. de Tri. † Nihil tam necessarium fuit ad erigẽdam spem nostram, quàm vt demonstraretur nobis quãtum diligeret nos Deus. quid verò huius rei isto indicio manifestius, quàm ꝙ Dei filius naturæ nostræ dignatus est inire consortium? Tertio, quantum ad charitatem, quæ maxime per hoc excitatur. Vnde Aug. dicit in lib. de Catechizandis rudibus, * Quæ maior est causa ad uẽtus Domini, nisi vt ostẽderet Deus dilectionem suam in nobis. Et postea subdit. † Si amare pigebat, saltem reamare non pigeat. Quarto, quantũ ad rectam operationem, in qua nobis exẽplum se præbuit. Vnde August. dicit in quodam sermone de nati. Domini, Homo sequendus non erat, qui videri poterat, Deus sequendus erat, qui videri non poterat: vt ergo exhiberetur homini, & qui videretur ab homini, & qui videretur ab homini acceptãtem per gratiam, vt patet. Ad secundum dicitur, quod formaliter loquendo, actus meus, vt meus natus est tollere longe maius bonum potens illi in esse, quam possit secundo reponere in seipso, quoniam vt meus actus est peccatum mortale tollens charitatem, & vt meus actus numquam poterit charitate informari, iuxta illud Osee 13. Perditio tua ex te, salus autem ex me. Et propterea cum dicitur tantum bonum potest inesse actui secundo, negetur loquendo de actu secundo, vt est humanis, vt distinguitur contra Deum gratificãtem. nam loquendo de homine, vt includit actum gratificantem, satisfaceret quidem secundum acceptantis gratiam, & non secũdum ægualitatem eius, quod redditur. Ad tertiam dicitur admittendo rationem, & subiungendo quòd in tali casu, quia gratia se teneret ex parte Dei, cui satisfactio fieri debet, ideo nõ esset satisfactio ex parte hominis: sed ex parte Dei acceptantis per suã gratiam, vt dictũ est. Et ratio est: quia satisfactio peccatoris sufficiens simpliciter habet nõ pro principio, sed pro termino recuperationẽ diuinæ placationis: quoniam ad hoc constat satisfactionem pro offensa illata alicui ordinari, alioquin non repararetur amicitia per satisfactionem. Est ergo charitas per satisfactionem acquirenda ab ipso Deo, & non præsupponenda, & sicius præuentionem misericordem præsupponis, iam non est satisfactio, nisi ex misericordia præueniente, vt sic sufficiens satisfactio: huiusmodi autem satisfactio distinguitur contra satisfactionem per ægualitatẽ, vnde idẽ est satisfactori concedere gratiam, qua actus suus fiat satisfactio, & satisfactionem illius insufficientem, ex misericordia acceptare. Et est implicatio in adiecto, dicere, ꝙ homo potest satisfacere simpliciter Deo pro cõmisso peccato, & quod hoc potest per charitatem ex diuina misericordia faciente de attrito contritum: quia ipsum informari charitate ex gratia Dei constituit, nõ præsupponit satisfactionem, ac per hoc satisfactio talis non est sufficiens, nisi ex acceptatione diuina, quæ distinguitur contra satisfactionem simpliciter.

¶ Ad secũdi quoq; dubii obiecta, ex eadẽ radice patet responsio, quantũ ad sensum literæ: nã infinitas offensæ ex hoc, ꝙ Deus est offensus, causat impossibilitatẽ satisfaciẽdi simpliciter in puro homine, vt dictũ ẽ, s. vt excludit diuinũ suppositũ & diuinã misericordiã gratificãtẽ. Quãtũ aũt ad id, ꝙ obiectio Scoti tãgit de infinitate meriti, seu satisfactionis Christi, sequẽti dubio explicabit.

¶ Ad alterã vero obiectionẽ directe cõtra rõnẽ literæ rñdetur, ꝙ infinitas offensæ licet sit infinitas nõ simpliciter, hoc ẽ in genere entis sed quadã, hoc est in genere malitiæ. n. offensa Dei malũ infinitẽ. sicut linea infinita esset quantitas infinita. Et huiũmodi infinita si appellẽtur infinita sm quid, qa diffinguunt cõtra ens infinitũ simpliciter, ꝙ est solus Deus, cõceditur, ꝙ infinitas offensæ est infinitas sm quid: & ꝙ ipsam adæquaret infinitas entis sm qd actus charitatis in Deũ, si satisfactor aliqs ex ppriis viribus posset talẽ actum exhibere Deo offenso. Sed qm non solũ purus homo, sed nec quæcunq; pura creatura ad hoc se potest extẽdere: ideo oportet satisfactorem esse infinitũ simpliciter, qui. s. ex propriis viribus possit actũ infinitum secundum quid adæquantem offensam infinitam secundum quid, exhibere Deo. Et ideo optime & efficaciter in litera ex infinitate offensæ Dei infertur, ꝙ oportet satisfactorẽ simpliciter esse non solũ hominẽ, sed etiã Deũ, vt sic ex propriis viribus exhibeat actũ infinitæ efficaciæ.

¶ Ad tertium dubium respondetur, quod actionis Christi humanæ, scilicet amare Deum, voluntarie pati, & huiusmodi, habent duas conditiones. Altera est, quod sunt res quædam creatæ, & sic sunt finita entia, simpliciter: non enim sunt Deitas. Altera est, quod sunt res personæ diuinæ, vt proprii suppositi cuius sunt, & sic, sunt infinita entia personaliter, & sunt infi-

Lib. 11. c. 2. ame. to. 5.

Li. 13. c. 10 non procul a pri. to. 3.

Cap. 4. in fi. to. 4. Eod. lib. & c. 4. nõ procul a princ. to. 4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nitæ efficaciæ in tali genere, puta, meriti seu satisfactionis, ex hoc ipso, quod sunt opera ipsius Dei, vt propriæ personæ exercentis opera illa. Et ex hoc patet primo solutio obiectionis Scoti in dubio præcedenti, nam passio Christi licet fuerit bonum finitum essentialiter: fuit tamen bonum infinitum personaliter, & propterea fuit infinitæ efficaciæ in satisfaciendo: nullum autem cuiuscumque puræ creaturæ meritum est infinitum personaliter. Patet deinde huius tertii dubii veritas: quoniam ex hoc ipso, quod persona Christi soluit pro peccato satisfactio ipsa est infinita personaliter, ac per hoc adæquans offensam infinitam ex infinitate maiestatis offensæ. Et sicut adæquat offensas totius mundi contra diuinam maiestatem: adæquat beneficia collata toti vniuersoa Deo glorioso: ita quod actio Christi ex hoc ipso quod est infinita personaliter, sufficiens est ad adæquandum & excedendum omnia tam naturæ assumptæ, quam reliquo vniuerso collata beneficia: & similiter ad excedendum offensas totius mundi in Deum: quoniam quanto maior est satisfactor, aut gratiarum actor, tanto efficacior est. Si ergo in infinitum excedit omnes peccatores & omnes creaturas res, consequens est quod sufficiat pro omnibus, & excedat omnia. Vnde Christus sufficienter gratias egit Deo pro omnibus beneficiis suæ humanitati collatis, & satisfecit pro peccatis totius mundi ex hoc ipso, quod persona diuina agebat gratias, & satisfaciebat: quia persona diuina excedit in infinitum hæc omnia. Et nihil obstat, quod persona diuina mediante humana natura hæc operabatur: nam humana operata, supra hominem operabatur, diuinæ scilicet, vt inferius clarè patebit, cum de

*In ser.9. circa pri. illius, & ser.13. in ordine. tomo 10.

*li.3.c.17 circa pri. tom.3.

*Cap.16. non procul a pri. rom.1.

*in ser.1. post med. illius, ici pit hic ser. saluator noster.

*Li.13.c. 13 ante medium tom.3.

*eo. li. & (habetur post med. illius, † li.13.de Tri.c.13 tom.3.

* In sermo.1. post med. illius.

infinitate operum Christi, & modo operandi eiusdem erit sermo. Et licet ad Deos, & parentes non possit reddi æquivalens a creatura potest tamen reddi æquivalens a diuina persona incarnata. Et rursus licet quanto magis creatura gratias agit Deo, tanto magis Deo obligetur, quia ipsa gratiarum actio nouum est beneficium, quod tunc accrescit creaturæ ex diuina largitate: quia tamen in personam diuinam in se nullum redundat beneficium per gratiarum actionem, sic nec vllum est sibi a principio incarnationis præstitum beneficium: ideo ipsa ex hoc ipso, quod humanos, & suos diuinos personaliter exhibet Deo, omnia creata sufficienter adæquat & excedit. Vbi scito, quod quia verbum Patris, ex proprijs viribus suæ personæ habet charitatem & gratiam in anima informante carnem assumptam (iuxta illud, Quasi vnigeniti à patre plenum gratiæ & veritatis) charitas non se tenet in Christo ex parte Dei, vt cui satisfaciendum est, sicut in cæteris hominibus dictum est computari: sed se tenet ex parte personæ satisfacientis hoc est ipsius Dei, vt satisfactor est. Et propterea non potest de Christi satisfactione dici, quod est æqualitas per acceptationem, & non per æqualitatem, sicut de aliorum satisfactionibus dictum est.

¶ Ad quartum dubium prædecarandum est veritas rei, & deinde ad verba auctoris descendendum est. Christus dominus secundum veritatem dupliciter causat satisfactionem nostram, primo, vt causans charitatem & gratiam in nobis, quæ satisfactio nostra acceptatur, secundo, vt satisfactor perfecte pro peccatis totius mundi. Et ex hoc satisfactio mea habet ex duobus capitibus efficaciam, primo, ex charitate in me, qua fit, & est Deo accepta, secundo, ex hoc quod innititur super satisfactione Christi. Et quoniam neutro modo satisfactio mea est sufficiens simpliciter, sed secundum acceptationé, quia charitas se tenet ex parte Dei acceptantis, & communicatio satisfactionis Christi misericorditer mihi fit, non transferendo æqualitatem simpliciter in meam satisfactionem, sed plus & minus participantem Christi satisfactionem constituendo, ideo non est sensus huius literæ, quòd satisfactio mea habeat efficaciam æqualitatis simpliciter ex satisfactione Christi, vt obiectum est, sed est sensus, quòd habet ex satisfactione Christi efficaciam, sicut

3 3.di.1.q.1 ar.3. Et 4 di.43.a.2 q.1.2. Et veri.q.29 ar.4.ad 3 & 1.Ti.1. co.1.&.

imperfecta participatiue habent a perfectis esse & posse; sicut ignita habent ab igne efficaciam. Nec in 4. sententia auctor contrariam dicit: sed dicit hoc quoniam docet, quòd quantum ad hoc, quod est, satisfactionem meam non esse sufficientem simpliciter, sed per acceptationem diuinam, in idem redit, dicere, quod satisfactio mea est ex charitate & ex communione passionis Christi. Et hoc verum est, quia ex neutro capite redditur sufficiens in se simpliciter. Considerauit quoque ibidem auctor satisfactionem meam, vt est ex merito Christi per communionem gratiæ & charitatis, & ideo dixit, quod

quod si aliunde gratiam quis haberet, eodem modo. s. secundum acceptationem satisfaceret: hic autem altius & formaliter contemplatus est satisfactionem Christi, vt perfectam simpliciter in ordine satisfactionum, & addidit priori doctrinæ, quod hinc omnis puri hominis satisfactio sustentatur super satisfactione Christi: ita quod si quis aliunde gratiã haberet non vt membrum Christi, satisfactio eius effet secundum acceptationem ex diuina misericordia per charitatem gratificante illam: sed non haberet efficaciam ex satisfactione Christi: & ideo imperfectior esset. Mea autem satisfactio, quia membrum Christi sum, efficax est & ex charitate, & ex satisfactione Christi. Et quia ex Christi capite & nobis membris constituitur vna persona mystica, ideo satisfactio mea coniuncta satisfactioni Christi fit æqualis simpliciter, vt est satisfactio mysticæ personæ: immo & quidoque superexcedit, iuxta illud ad Colossen. 1. Adimpleo ea, quæ desunt passionum Christi, in carne mea pro corpore eius, quod est ecclesia.

*li. 13.c. 17. in prin. ci. to. 3. tart. præ.

¶ Super Quæstionis primæ, Articulum tertium.

IN artic. 3. eiusdem quæstio. duo sunt: primo, referuntur diuersæ opiniones circa quæsitum: secundo, respondetur quæsito, præferendo secundam opinionem duabus conclusionibus, altera de facto, directe respondua quæsito negatiue, altera de possibilia sterente partem affirmatiuam. Prima conclusio est, Peccato non existente incarnatio non fuisset. Probatur, in sacra scriptura vbique incarnationis opus ordinatum esse à Deo in remedium peccati, conuenientius dicitur. ergo peccato non existente, incarnatio non fuisset. Antecedens pro euidenti assumitur. Prima consequentia probatur, quia ea quæ ex sola Dei voluntate supra omne debitum creaturæ proueniunt nobis non innotescunt, nisi quatenus in sacra scriptura (in qua diuina nobis voluntas manifestatur) traduntur. Secunda conclusio est, Deus potuisset peccato non existente incarnari. Probatur, quia potentia Dei non limitatur ad hoc, scilicet quòd incarnatio fit in remedium peccati.

¶ Circa verba literæ nota duo primo, quod ly, conuenientius comparationem exercet respectu alterius opinionis contrariæ, ita quod ex reuelatis in sacra scriptura de diuina voluntate, conuenientius dicitur pars negatiua, quam affirmatiua: secundo, quod auctor loquitur de opere incarnationis vt fic, & non vt redemptiuo & liberatiuo, vt Scotus glossandas dicit authoritates dicentes, quod sine peccato non fuisset incarnatio.

¶ In responsione ad tertium, nota distinctionem de potentia naturali & de potentia obedientiali hinc sumi, & quomodo distinguuntur, quòd naturalis infra ordinem naturalium sistit. obedientialis vero secundum ordinem ad diuinam potentiam attenditur: illa semper impletur, ista quandoque impletur, & quandoque non impletur.

¶ In responsione ad quartum eiusdem artic. 3 dubium occurrit, primo circa illam propositionem prædestinatio præsupponit præscientiam futurorum, quia falsa est. Nam prædestinatio Petri non præsupponit præscientiam Petri prædestinandi, aut saluandi: sed econtra, præscientia Petri saluandi præsupponit prædestinationem Petri, vt patet ex hoc, quod ideo scit Deus Petrum saluandum, quia prædestinauit eum, & non ideo prædestinauit Petrum quia præuidit Petrum saluandum, vt patet ex prima parte, q. 23. art. 5. vbi determinatum est, quod præscientia meritorum non est causa prædestinationis.

¶ Dubium secundo occurrit, quia impertinens est solutioni argumenti de prædestinatione Christi, quod supponatur præscientia futurorum, quia siue præsupponatur siue non, oportet ex voluntate diuina reddere rationem quare prædestinatus est per tale medium, vel sub tali ratione, vt in corpore huius articuli fit. & non ex parte intellectus præuidentis: præuiso enim non est ratio futuri effectus, vt patet.

¶ Dubium est tertio ex Scoto in 3. senten. distin. 7 qõ. 3. ex ratione prædestinationis animæ Christi inferente, sine præiudicio tamen, quod incarnatio etiam sine peccato fuisset. Probat quæ hoc multiplicitur. Primo, prædestinatio cuiuscumque ad gloriam præcedit ex parte obiecti naturaliter præscientiam peccati, vel damnationis cuiuscunque. ergo multo magis hoc est verum de prædestinatione illius animæ ad summam gloriam. Secundo, ordinate uolens, per prius vult finem, & post hoc, quod est sui propinquius. ergo sicut prius vult alicui gloriam quam gratiam, ita

*Li.13.c. 18.to.3.

* In ser. 36. & de ver. apost. ser. 8. tomo 10.

inter prædestinatos quibus vult gloriam ordinate, prius vult gloriam illi, quem vult esse proximum fini, ac per hoc prius animæ Christi, quàm alteri vult gloriam & prius cuilibet vult gloriam & gratiam, quàm præuideat illi opposita istorum habituum scilicet gratiæ & gloriæ. ergo prius vult animæ Christi gloriam quàm præuideat Adam casurum. Tertio, redemptio siue gloria animæ redimendæ non est tantum bonum, quantum est gloria animæ Christi. ergo non propter solam istam causam videtur Deus prædestinasse illam animam ad tantam gloriam. Quarto, quia non est verisimile tantum summum bonum in entibus esse tantum occasionatum, scilicet propter minus bonum. Quinto, non est verisimile Deum prius præordinasse Adam ad tantum bonum, quàm Christum, quod tamen sequeretur. Immo vlterius sequeretur absurdius, scilicet quòd Deus prædestinando Adam ad gloriam, prius præuidisset ipsum casurum in peccatum, quàm prædestinasset Christum ad gloriam, & prædestinatio illius animæ tantum esset pro redemptione aliorum: quia redemptio non fuisset, nisi casus & delictum præcessisset. Et hoc sit ad sextum Scoti argumentum. Ex quibus concludit Scotus, quòd prius natura, quum aliquid præuidebatur circa peccatorem, siue de peccato, siue de pœna, Deus elegit ad cœlestem curiam omnes, quos habere voluit, siue Angelos, siue homines, in cœtis, & determinatis gradibus, & nullus est prædestinatus tantum, quia alius præuisus est casurus, vt sic nullum oporteat gaudere de lapsu alterius. Et hoc pro septimo argumento.

¶ Ad euidentiam horum sciendum est, quòd hæc propositio, prædestinatio supponit præscientiam futurorum, potest intelligi primo respectu omnium futurorum, & sic videtur non intelligibilis: nam prædestinatio Petri non præsupponit præscientiam futuræ gloriæ Petri, quod patet sic. Præscientia futuri præsupponit futurum sub ratione futuri: quoniam, vt dicitur in primo Poster. quod non est non potest sciri: gloria autem Petri est primo futura per prædestinationem, vt patet. est igitur secundum naturæ ordinem primo prædestinatio Petri ad gloriam, & ex hoc gloria Petri est futura, & sic præuidetur à Deo. Supponit ergo præscientia alicuius futuri prædestinationé, ac per hoc prædestinatio non præsupponit præscientiam omnium futurorum. Secundo, potest intelligi de prædestinatione quo ad constituta per prædestinationem, & præscientiam respectu aliorum futurorum, ita quod sensus est, prædestinatio, vt respicit prædestinata, præsupponit præscientiam futurorum non prædestinatorum, sed eorum, quæ præsupponuntur, vel ordinantur per prædestinationem. Et hic propositio est vera. Quam vt clarius intelligas distingue inter effectus prædestinationis: quoniam aliquidam sunt non solum ordinati, sed constituti per præ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

destinationem, vt gloria & gratia, & vniuersaliter finis & media vt sic: quidem autem sunt solum ordinati contra prædestinationem, vt anima illius hominis, qui est sanctus Petrus, & reliqua spectantia ad naturalem ordinem vniuersi: hæc.n. futuri rationem habent ab æterno ex prouidentia diuina, & non ex prædestinatione diuina: sed prædestinatio quasi superueniens, sicut ordo gratiæ superuenit ordini naturæ, ordinat animã S. Petri in gloriam æternam mediante gratia &c. Et quoniam inter præsupposita a prædestinatione non solum sunt res naturales constituentes vniuersum secundum naturalem ordinẽ, sed etiam defectus in pure naturalibus, vt monstra, & in animalibus, vt ægritudines, & irrationalibus, vt ignorantia & malum moris, quod est peccatum: ideo sicut, simpliciter loquẽdo, prædestinatio præsupponit q̃ videntiam vniuersi naturalis: ita simpliciter loquendo præsupponit præscientiam futurorũ pertinentium ad ordinem vniuersi naturalem, & defectum in illo futurorum. Inter quæ constat contineri peccata hominum: quoniã non spectat nostrũ peccare ad ordinẽ gratiæ, sed ad ordinem naturæ, quia ex nobis solis peccamus, vt patet, & auctoritate scripturæ firmatur Oseæ 13. Perditio tua ex te, Israel. Et hinc patet falsam esse Scoticam imaginationẽ, quòd prius Petrus prædestinetur ad gloriã, quã prævideatur peccaturus: quoniam sicut prius prævidetur. Petrus secundum ea, quæ seculso ordine gratiæ sibi conueniunt, quã prædestinetur (quia prius præuidetur secundum futura sibi secundum ordinem nmplicis prouidentiæ diuinæ, quàm secundum futura sibi secundum ordinem diuinæ prædestinationis) ita prius præuideretur peccaturus quàm prædestinetur, eadem ratione: quia scilicet Petrum peccare spectat ad ordinem diuinæ prouidentiæ, & per superuenientem ordinem diuinæ prædestinationis æternam punitionem. Et si per pica eius tres, qui de facto in vniuerso inueniuntur, ordines considerauerimus, videlicet ordinem naturæ, ordinem gratiæ, & ordinem Dei, & creaturæ simul, videbimus, quod secundus supponit primum, & tertius præsupponit vtrumque, & similiter præordinatio & præuisio primi præsupponitur a præordinatione & præuisione secundi, & similiter præordinatio & præuisio tertii præsupponit præordinationem & præuisionem vtriusque: ita quod Deus primo ordinauit vniuersum secũdum ordinem naturæ, & quoniam vniuersum secundum talem ordinem non attingit ad fruitionem diuinam, superadditit ordinem gratiæ: & quoniam talis ordo non pertingit ad vnionem summo modo possibilem cum Deo, præordinauit creaturam ad vnionem personalem cum Deo. Quo circa cum peccata pertineant partim ad ordinem naturæ, & partim ad ordinem gratiæ, vt opposita illi, consequens est, quod prædestinatio Iesu Christi, vt ht filius Dei, præsupponat præuisionem futurorum peccatorum, vt pote spectantium ad præsuppositos ordines in genere causæ materialis.

¶ Vnde ad singula deueniendo, ad primum dubium dicitur, q̃ propositio illa est vera, vt declaratum est, & est ad propositum argumenti, quod prædestinationem Christi necessaria absque peccato arguebat. Responsio namque ad hoc non exigit, q̃ prædestinatio Christi supponat præscientiam gloriæ Christi: sed requirebat, quod præsupponit præscientiam peccatorum, in quorum remedium Christus est prædestinatus: ordinatio nãque medicinæ præsupponit notitiã morbi.

¶ Ad secundum vero dubium dicitur, quòd in hac responsione ad quartum argumentum, quæ nunc discutitur, non erat reddẽda ratio prædestinationis incarnationis in remediũ peccati: sed sustinendum erat, q̃ eũ prædestinatæ incarnationis necessitate sit, q̃ prædestinata sit in remediũ peccati. Et hoc manifestatur ratione, quia prædestinatio præsupponit præscientiam futurorum antecedentium, qualia sunt peccata, vt declaratum est. Et exemplo prædestinationi alicuius, puta Pauli mediante oratione alterius, puta, Stephani, quod exemplum si etiam quo ad præscientiã mediũ intelligendum creditur, exponendum est q̃ prædestinatio Pauli, quoad conuersionis effectum præsupponit præscientiam orationis Stephani, & sic de aliis, vt sic sit simile & quoad hoc q̃ prædestinatio in carnatiõis præsupponit præscietiam peccati humani.

¶ Ad quartum dicendum, q̃ prædestinatio præsupponit præscientiam futurorum: & ideo sicut Deus prædestinat salutem alicuius hominis per orationes aliorum implendam, ita etiã prædestinauit opus incarnationis in remedium humani peccati.

¶ Ad quintum dicendum, quod nihil prohibet alicui reuelari effectum, cui non reuelatur causa potuit igitur primo homini reuelari incarnationis mysterium, sine hoc quod esset præscius sui casus. Non enim quicumque cognoscit effectum, cognoscit & causam.

¶ Ad tertium ex Scoto dubium dicitur, quadrupliciter vtendo distinctione. Prima est inter volitum & volibile, nam aliud est illud esse magis volibile, & aliud est illud esse magis volitum: salus.n. omnium hominum est magis volibilis secundum se, quam salus liquorum tantum, vt patet; quia longe maius est: non tamen est magis bonum volita a Deo, qui licet velit voluntate antecedẽte, omnes homines saluos fieri, non tamẽ vult voluntate beneplaciti saluẽ omniũ, sed quorundam tm̃ hominũ, vt patet. Non potest ergo ex hoc, quod aliquid ex parte obiecti sm̃ se est maius bonũ, ac per hoc magis volibile, inferri ergo est magis volitũ a Deo. Secũda est inter magis & prius natura volitum. Tertia est, inter prius natura, vel a quo non conuertitur consequentia, uel prius causalitate. Quarta est, inter prius natura uolitum, & prout prius est a quo non conuertitur consequentia, de facto uel possibili: accipiendo. n. prius natura, hoc est prius causalitate secundum aliquod genus causæ, coincidunt prius & magis secundum illud genus causæ: uolumus.n. prius & magis sanitatem, quàm purgationem secundum genus causæ finalis: econtra autem secundum genus causæ materialis locando disponẽs ex parte materiæ. & quia causa finalis est simpliciter & absolute prior, ideo uolumus simpliciter & absolute prius & magis sanitatem. sed si sumatur prius natura

a quo

Venit filius hominis quærere, & saluum facere quod perierat, ergo si homo non peccasset, filius hominis non venisset. Et 1. ad Tim. 1. super illud verbum, Christus venit in hunc mundum, vt peccatores saluos faceret, dicit glo. * Nulla causa veniendi fuit Christo domino, nisi peccatores saluos facere. Tolle morbos, tolle vulnera, & nulla est medicinæ causa.

¶ Respon. Dicendum, quòd aliqui circa hoc diuersimodè opinantur. Quidam enim dicunt, quòd etiam si homo non peccasset, Dei filius incarnatus fuisset. Alij verò contrarium asserunt: quorum assertioni magis assentiendum videtur. Ea enim quæ ex sola Dei voluntate proueniunt supra omne debitum creaturæ, nobis innotescere non possunt, nisi quatenus in sacra scriptura traduntur, per quam diuina voluntas nobis innotescit. Vnde cum in sacra scriptura vbique incarnationis ratio ex peccato primi hominis assignetur, conuenientius dicitur incarnationis opus ordinatum esse à Deo in remedium contra peccatum, ita quod peccato non existente in carnatio non fuisset, qua muis potentia Dei ad hoc non limitetur: potuisset enim etiam peccato non existente Deus incarnari.

¶ Ad primvm ergo dicendũ, quod omnes aliæ causæ, quæ sunt assignatæ, * pertinent ad remedium peccati. Si enim homo non peccasset, perfusus fuisset lumine diuinæ sapientiæ, & iustitiæ rectitudine perfectus à Deo ad omnia necessaria cognoscenda & agenda: sed quia homo deserto Deo, collapsus erat ad corporalia, conueniens fuit, vt Deus carne assumpta etiam per corporalia ei salutis remedium exhiberet. Vnde dicit Aug. super illud Io. 1. *c. Verbum caro factum est Caro te obcæcauerat, caro te sanat: quoniam sic venit Christus, vt de carne carnis vitia extingueret.

¶ Ad secundum dicendum, quòd in *ipso modo productionis rerum ex nihilo* diuina virtus infinita ostenditur. Ad perfectionem etiam vniuersi sufficit, q̃ naturali modo creatura ordinetur in Deum sicut in finem: hoc autem excedit limites perfectionis naturę, vt creatura vsiatur Deo in persona.

¶ Ad tertium dicendum, quòd duplex capacitas attendi potest in humana natura. Vna quidem secundum ordinem potentię naturalis, quę à Deo semper impletur, qui dat vnicuique rei secundum suam capacitatem naturalem. Alia verò secundum ordinem diuine potentię, cui omnis creatura obedit ad nutum, & ad hoc pertinet ista capacitas. Non autem Deus omnem talem capacitatem nature implet, alioquin Deus non posset facere in creatura nisi quod facit, quod falsum est, vt in primo habitum est. * Nihil autem prohibet ad aliquid maius humanam naturam productam esse post peccatum: Deus enim permittit mala fieri, vt inde aliquid melius eliciat. Vnde dicitur Ro. 4. Vbi abundauit delictum, superabundauit & gratia. Vnde & in benedictione cerei paschalis dicitur, O felix culpa, quę talem ac tantum meruit habere redemptorem.

¶ Ad quartum dicendum, q̃ prædestinatio præsupponit præscientiam futurorum: & ideo sicut Deus prædestinat salutem alicuius hominis per orationes aliorum implendam, ita etiã prædestinauit opus incarnationis in remedium humani peccati.

¶ Ad quintum dicendum, quod nihil prohibet alicui reuelari effectum, cui non reuelatur causa potuit igitur primo homini reuelari incarnationis mysterium, sine hoc quod esset præscius sui casus. Non enim quicumque cognoscit effectum, cognoscit & causam.

¶ Ad tertium ex Scoto dubium dicitur, quadrupliciter vtendo distinctione. Prima est inter volitum & volibile, nam aliud est illud esse magis volibile, & aliud est illud esse magis volitum: salus.n. omnium hominum est magis volibilis secundum se, quam salus liquorum tantum, vt patet; quia longe maius est: non tamen est magis bonum volita a Deo, qui licet velit voluntate antecedẽte, omnes homines saluos fieri, non tamẽ vult voluntate beneplaciti saluẽ omniũ, sed quorundam tm̃ hominũ, vt patet. Non potest ergo ex hoc, quod aliquid ex parte obiecti sm̃ se est maius bonũ, ac per hoc magis volibile, inferri. ergo est magis volitũ a Deo. Secũda est inter magis & prius natura volitum. Tertia est, inter prius natura, vel a quo non conuertitur consequentia, uel prius causalitate. Quarta est, inter prius natura uolitum, & prout prius est a quo non conuertitur consequentia, de facto uel possibili: accipiendo. n. prius natura, hoc est prius causalitate secundum aliquod genus causæ, coincidunt prius & magis secundum illud genus causæ: uolumus.n. prius & magis sanitatem, quàm purgationem secundum genus causæ finalis: econtra autem secundum genus causæ materialis locando disponẽs ex parte materiæ. & quia causa finalis est simpliciter & absolute prior, ideo uolumus simpliciter & absolute prius & magis sanitatem. sed si sumatur prius natura

a quo

*Aug. ser. 9 de uer. apost. in princ. tomo 10.

Arti. 1. & art. præc.

*Tract. 1 in Ioan. circa fin. tom. 9.

p.p.q.105 ar. 6.

D. 67.

a quo nõ cõuertitur consequẽtia (vt Scotus sumit in proposito) vtere quarta distinctione inter sic prius volitũ de facto, vel prius volitum de possibili: & dicito, quod multorum ordinate volitorum, quorum vnum se habet vt finis, aliud vt medium, aliud vt effectus: illud, quod est finis, constat esse magis prius natura, hoc est, causalitate volitum, & respectu diuinæ voluntatis loquendo, cõstat, q̃ est prius natura de possibili volitum, non autem q̃ sit prius natura volitũ de facto, hoc est constat, quod potest esse volitũ illud sine medio, & effectu: non tñ cõstat, quod de facto sit a Deo volitum illud, sine tali medio, effectu & occasione. Et hoc est in quo deficiũt argumenta Scoti ca, quia ex magis & prius causalitate, & prius natura secundũ consequẽtiã volito de possibili a Deo, infert volitum esse a Deo de facto. At si assumat, q̃ finis est magis & prius natura secundum consequentiam de facto à Deo volitus, petitio principij committitur: quia assumitur probandum, hoc enim cum ratione probari non possit (quia nemo nouit quæ sunt Dei, nisi spiritus Dei) oportet ad scripturas sacras deuenire, si nosse volumus, quod de facto Deus ordinauit incarnationem futuram, siue Adã peccet, siue non. Nos.n. quia ex scriptura nõ habemus incarnationem nisi redemptiuam, dicimus quod licet potuisset Deus velle incarnationem etiam sine redemptione futuram: de facto tamẽ noluit eam nisi sic, quia ipse non aliter reuelauit suam voluntatem, quæ ex sola ipsius reuelatione cognosci potest. Cum ergo primo arguitur, prædestinatio cuiuscumque ad gloriam præeditex parte obiecti &c. dicitur q̃ propositio est simpliciter falsa, loquẽdo de præuisione peccati (vt patet ex dictis) quia prædestinatio ad gloriam præsupponit ordinem prouidentiæ, in quo præuidentur peccata.

¶ Ad secundum dicitur, q̃ ordinate volens prius natura, hoc est causalitate finali, & prius natura, hoc est secundum non consequentiam, de possibili tamen vult finem & propinquius fini: non autem de facto: quia stat cum illo ordine, q̃ simul de facto velit cõnexionem illorum, ita q̃ non velit finem sine tali medio & occasione, quia sic ei complacet. Et ideo nihil valent illationes de facto, inferentes, q̃ prius natura Deus gloriam velit sine peccati remedio.

¶ Ad tertium etiam patet ex dictis, q̃ stat Deum nolle de facto maximum bonum, nisi connexum tali minori bono.

¶ Et similiter ad quartum dicitur, quod non dedecet diuinam sapientiam disposuisse tam excellsum bonum se facturam, nõ nisi occasionaliter peccato sum misericordiam ad id prouocante.

¶ Ad quintum negatur sequela: quoniam, vt Apostolus dicit, prædestinauit alios conformes fieri imaginis filii sui. Christus est ergo primus prædestinatus de facto.

¶ Ad sextum dicitur, quod non est absurdum Deum prius præ

ARTICVLVS IIII.

Vtrũ principalius Christi incarnatio facta fuerit ad tollendum peccatum originale, quàm actuale.

AD quartum sic proceditur. Videtur q̃ Deus principalius incarnatus fuerit in remedium actualium peccatorum, quàm in remedium originalis peccati. Quanto enim peccatũ est grauius, tanto magis humanæ saluti aduersatur, propter quam Deus est in carnatus: sed peccatũ actuale est grauius, quàm originale peccatum: minima enim pœna debetur originali peccato, vt Aug. dicit contra Iulianum. † ergo principalius incarnatio Christi ordinatur ad deletionẽ actualiũ peccatorũ, q̃ ad deletionẽ originalis peccati.

¶ 2 Præt. Peccato originali nõ debetur pœna sensus, sed solum pœna dãni, vt in secundo habitũ est: * sed Christus venit pro satisfactione peccatorũ pœnam sensus pati in cruce, non autẽ pœna damni, quia nullum defectum habuit diuinæ visionis, aut fruitionis. ergo principalius venit ad deletionẽ peccati actualis, quàm originalis.

¶ 3 Præt. Sicut Chrys. dicit in 2. de compunctione cordis. † Hic est affectus serui fidelis, vt beneficia domini sui, quæ communiter oĩbus data sunt, quasi sibi soli præstita reputet: quasi enim de se solo loquens Paulus ita scribit ad Gal. 2. Dilexit me, & tradidit semetipsum pro me: sed propria peccata nostra sunt actualia: originale enim est commune peccatum. ergo hũc affectum debemus habere, vt existimemus eum principaliter propter actualia peccata venisse.

¶ Sed contra est, quod Ioan. 1. dicitur, Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccatum mundi, quod exponens Beda dicit, † peccatum mundi dicitur originale peccatum, quod est commune totius mundi.

¶ Respon. dicendum, q̃ certum est, Christum venisse in hunc mundum nõ solum ad delendum illud peccatum, quod traductum est originaliter in posteros: sed etiam ad deletionem omnium peccatorum, quæ postmodum superaddita sunt. Non q̃ omnia deleantur (quod est propter defectum hominum, qui Christo non inhærent, secundum illud Ioan. 3. Venit lux in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras, quàm lucem) sed quia ipse exhibuit quod sufficiens fuit ad omnium peccatorum deletionem. Vnde dicitur Rom. 5. Non sicut delictũ, ita & donum: nam iudicium ex vno in condemnationem, gratia autem ex vno multis delictis in iustificationem. Tãto autem principalius ad alicuius peccati deletionem Christus venit, quanto illud peccatum maius est. Dicitur autem aliquid maius dupliciter. Vno modo intensiue; sicut est maior albedo, quæ est intensior. Et per hunc modum maius est peccatum actuale, quã originale: quia plus habet de ratione voluntarij, vt in secundo habitum est. * Alio modo dicitur aliquid maius ex tensiue: sicut dicitur maior albedo, quæ est in maiori superficie. Et hoc modo peccatum originale (per quod totum genus humanum inficitur) est maius peccato actuali, quod est proprium singularis personæ. Et quantũ ad hoc Christus principalius venit ad tollendum originale peccatum, inquãtum bonum gentis diuinius & eminẽtius est, quàm bonum vnius, vt dicitur 1. Ethic. †

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd ratio illa procedit de intensiua magnitudine peccati.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ peccato originali in futura retributione nõ

Habet in glo. or. in hoc loco.

1. 2. q. 81. ar. 1.

lib. 1. Eth. c. 2. circa fi. tom. 5.

non est sermo de omnibus peccatis simpliciter, sed de omnibus peccatis hominum: quoniam non venit Christus pro peccatis angelorum, & hoc denotat litera cum dicit, sed ad deletionẽ omnium peccatorum, quæ post modum. s. post originale superaddito sunt. Secundo monstratur modus, quo Deus incarnatus deleuit omnia peccata. s. non secundum effectum, sed secundum sufficientiam remedii, ita quod duæ ponuntur hic conclusiones. Prima negatiua, Non omnia peccata hominum delentur per Christũ. Et ratio huius est defectus hominum. Probatur auctoritate Domini Ioan. 3. Secunda affirmatiua, Christus exhibuit quod sufficiens fuit ad omnium peccatorũ deletionem. Probatur ex Apostolo. Vbi nota quod quia actus actiorum siunt in patiente disposito, & non in his, quæ agentis actionem, non suscipiunt: ió quantumcunque ignis sit sufficiens causa calefaciendi aliquem, nisi ille proximus sit igni non calefit, non ex defectu ignis, sed hominis qui non accedit ad ignem. Attulit Christus medicinam sufficientissimam pro omnibus, & nisi iungamur Christo per fidẽ & obedientiam, in peccatis nostris remanemus, non ex defectu remedii, sed ex defectu nostro, dum magis amamus tenebras sensibilium bonorum, quam lucem intelligibilis diuinique boni. Tertio, in litera respondetur quæsito duabus conclusionibus, altera implicite, altera explicite. Prima quæ non explicatur, est, Quantum ad magnitudinem peccati intensiuam, Christus principalius

Universidad de Deusto
Biblioteca

cipalius venit ad tollendum peccatum actuale, quam originale. Secunda, quæ explicatur, est. Quantum ad magnitudinem extensuam peccati, Christus principalius venit ad tollendum peccatum originale, quàm actuale. Vtraque conclusio assumit vnam & eandem maiorem. s. Tanto principalius ad alicuius peccati deletionem Christus venit, quanto illud peccatũ maius est: sed subsumit diuersam minorem: nam pro prima subsumitur peccatum actuale esse maius intensiue: pro secunda vero, peccatum originale esse maius extensiue.

Loco in arg. citato. ¶ Vbi duæ statim occurrunt dubitationes. Prima est, quia falsum est quod regulariter loquendo, peccatũ originale sit maius extensiue, quã actuale: quoniam omnes infecti originali sunt etiam infecti actuali peccato regulariter loquendo, & subtractis impedimentis, q̃ dico propter beatam virginem, & infantes mortuos antequã possent, actualiter peccare.

¶ Secunda dubitatio est, quia ex litera nõ habetur conclusio simpliciter responsiua quæsito, sed solum secundum quid: non enim habetur an absolute dicendũ sit, q̃ christus principalius pro originali venit, & similiter non habetur, an dicendum sit, quod Christus principalius q̃ actuali peccato venit, vt patet: sed habetur, q̃ secũdum hoc, videlicet intensiuam & secundum illud, videlicet extensiuam magnitudinem venit principalius per hoc vel illo.

¶ Ad primum dicitur, quod per se loquendo inter originale & actuale peccatum hæc est differentia, quod actuale, vt in litera dicitur, est peccatum proprium singularis personæ, quæ facit illud: originale autem est peccatum proprium naturæ humanæ, ab Adam seminatæ procedentis: & ideo originale per se loquẽdo est commune infinitis hominibus, pro quanto natura humana potest sic infinitis communicari: & ideo tollit bonum generis humani per se loquendo, tollendo bonum in natura communi generi humano. Peccatum autem actuale non nisi bonum huius personæ tollit, & accidit per casum, quod alter etiam peccet, & sic de aliis. Stando igitur infra latitudinem sermonis per se, optime sonat differentia posita: non enim accidit peccato naturæ esse in toto genere, sicut accidit peccato personæ.

¶ Ad secundum dicitur, quòd auctor explicando secundã conclusionem & non primam, & addendo secundæ conclusioni rationem, scilicet quia bonum gentis diuinius & eminentius est, quam bonum vnius, insinuauit conclusionem responsiuam quæsito simpliciter & absolute illam esse, quam expressit in responsione ad tertium, principalius venit abolere peccatum totius naturæ, quã peccatum vnius personæ.

¶ In responsione ad tertium aduerte, quod illorum verborum, scilicet sed vt qui pro omnibus, se solum indicaret obnoxium, sensus vnica subaudita coniunctione (dicendo se etiam solum indicaret obnoxium) clarus adeo est, vt nihil restet obscuritatis. Paulus enim ita se obligatum omnibus Christi beneficiis aiebat, vt non solum vna cum aliis, sed etiam ipse teneretur pro omnibus: tum propter perfectam illorum adeptionem in seipso, si pro ipso solo concessa fuissent: tum propter charitatis vnionem cum aliis, qua omnium bona sua putabat. Hæc enim duo in litera tanguntur, vt patet.

ARTICVLVS V.

Vtrum conueniens fuerit Deum incarnari ab initio mundi.

AD quintum sic proceditur. Videtur quod conueniens fuisset Deũ incarnari à principio humani generis. Incarnationis enim opus ex immensitate diuinæ charitatis processit, secundum illud Eph. 2. Deus, qui diues est in misericordia, propter nimiã charitatem suam, qua dilexit nos, & cùm essemus mortui peccatis, conuiuificauit nos in Christo: sed charitas non tardat subuenire amico necessitatem patienti, secũdum illud Prouerb. 3. Ne dicas amico tuo: vade & reuerte re, cras dabo tibi, cum statim possis dare. ergo Deus incarnationis opus differre non debuit, sed statim à principio per suam incarnationem humano generi subuenire.

¶ 2 Præt. 1. Timo. 1. dicitur, Christus venit in hunc mundum peccatores saluos facere: sed plures saluati fuissent, si à principio humani generis Deus incarnatus fuisset: plurimi enim ignorantes Deum, in suo peccato perierunt in diuersis sceleribus. ergo cõuenientius fuisset, quod a principio humani generis Deus incarnatus fuisset.

¶ 3 Præt. Opus gratiæ non est minus ordinatum, quàm opus naturæ: sed natura initium sumit a perfectis, vt dicit Boet. in libr. de consol. * ergo opus gratiæ à principio debuit esse perfectum: sed in opere incarnationis cõsideratur perfectio gratiæ secundum illud. Verbum caro factum est, & postea subditur, Plenum gratiæ & veritatis. ergo Christus à principio humani generis debuit incarnari. li. 3. prosa 10. parũ a princ.

¶ Sed contra est, quod dicitur Gal. 4. At vbi venit plenitudo tẽporis, misit Deus filium suum factum ex mulie re, factum sub lege. Vbi dicit glo. † q̃ de sub iugo legis, vt expertus secundum veriusque vires defectũ sum, clamaret pro gratia. ergo &c. Omnia clara sunt in litera. Et confirmatur magis ex responsione ad primum, ducendo ad inconueniens superbiæ. s. contemptum, si statim incarnatio post peccatum fuisset. Secundo, ex ordine promotionis in bonũ: quæ ratio in responsione ad tertium magis explicatur, ita quod fic est formanda. Humanam naturam lapsam conuenit procedere de imperfecto ad perfectum. ergo consumata eius imperfectio in vnione ad Deum non statim habenda erat. Antecedens probatur Apostoli auctoritate in litera. Consequentia autem, vt manifesta relinquitur, & merito. quia non procederet de imperfecto ad perfectum, quasi progrediendo per media, & appropinquãdo ad diuinam vnionem, si statim incarnatio fuisset. nam defuisset vnio secundum intellectum magis ac magis illustratum, secundum successionem temporum: & similiter media vnio per charitatem partiarcharum ac prophetarum, & similiter media vnio per diuturnum famulatum vnius populi exhibitum Deo in sacrificiis, quibus initiabatur humanum genus ad futurum illud Iesu Christi in ara crucis sacrificium. Tertio, ex dignitate verbi incarnati, & patet. & similiter quarto ex vitan lo tempore fidei. Et tu adde quintum ex soliditate fidei: nam si statim fuisset incarnatus, fictio putaretur antiquorum. Nunc autem, ex quo Christi incarnationem tot non solum verba, sed scripturæ prophetarum præcesserunt, tanta expectatio tot seculorum fuit de Messia, mens nostra in fide solidatur, Quam fidei securitatem tetigit Apost. 1. ad Corinth. 13 bis de Christo replicans, secundum scripturas. Et propterea ecclesia in Symbolo post articulum resurrectionis Christi, apposuit ly, secundum scripturas, quod refertur ad omnes præcedentes de incarnatione articulos: ita quod sensus est. Qui propter nos homines & propter nostram salutem descendit de cælis, incarnatus, homo factus, crucifixus, passus, sepultus, & resurrexit secundum scripturas, ne videantur inoar-

incarnationis mysteria omnem humanam capacitatem excedentia, nouiter conficta.

¶ In responsione ad secundum perspice, quod responsio cõsistit in hoc quod ratio ex pluralitate saluandorum non est efficax: quia saluandi ex diuina prædestinatione sunt misericorditer saluandi, prout ipse magis hos, quam illos elegit. Cuius nulla est ratio, nisi diuina voluntas.

Infr. q. 4. ar. 1. c. Et q. 43. ar. 3. ad 2. Et q. 44. ar. 3. c. Et ueri. q. 29. arti. 4. ad 5.

plenitudo temporis est, quod præfinitum fuit à Deo patre, quando mitteret filium suum: sed Deus sua sapientia omnia definiuit. ergo conuenientissimo tempore Deus est incarnatus. Et sic conueniens non fuit, q̃ à principio humani generis Deus incarnaretur.

¶ Respon. Dicendum, * quòd cum opus incarnationis principaliter ordinetur ad reparationem humanæ naturæ peccati abolitionem, manifestum est quòd non fuit conueniens à principio humani generis ante peccatum Deum incarnatum fuisse: non enim datur medicina nisi iam infirmis. Vnde ipse Dominus Matth. 9. dicit, Nõ est opus valentibus medico, sed male habentibus: nõ enim veni vocare iustos: sed peccatores. Sed nec etiam statim post peccatum conueniens fuit Deum incarnari. Primo quidem, propter conditionem humani peccati, quod ex superbia, q̃uenerat. Vnde eo modo erat homo liberandus, vt humiliatus recognosceret se liberatore indigere. Vnde super illud Gal. 3. Ordinata per angelos in manu mediatoris, dicit glo. * Magno Dei consilio factum est, vt post hominis casum nõ illico dei filius mitteretur. Reliquit enim Deus prius hominem in libertate arbitrii in lege naturali, vt sic vires naturæ suæ cognosceret, vbi cum deficeret, legem accepit, qua data inualuit morbus non legis, sed naturæ vitio, vt ita cognita sua infirmitate, clamaret ad medicum, & gratiæ quæreret auxilium. Secundo, propter ordinem promotionis in bonum, secundum quem ab imperfecto ad perfectum proceditur. Vnde Apostol. dicit. 1. Cor. 15. Non prius quod spirituale est, sed quod animale, deinde quod spirituale. Primus homo de terra terrenus: secundus homo de cælo cælestis. Tertio, propter dignitatem verbi incarnati: quia super illud Gal. 4. At vbi venit plenitudo temporis, dicit glo. * Quanto maior iudex veniebat, tanto præconum series longior præcedere debebat. Quarto, ne feruor fidei temporis prolixitate tepesceret: quia circa finem mũdi frigesceret charitas multorum. Vnde Luc. 18. dicitur, Cum filius hominis veniet, putas inueniet fidem in terra?

Glo. ord. ibidem.

Aug. trac. 31. in Ioã. ante mediũ to. 9.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd charitas non differt amico subuenire, salua tamen negotiorum opportunitate & personarum conditione. Si enim medicus statim à principio ægritudinis medicinam daret infirmo, minus proficeret, vel magis læderet, quàm iuuaret. Et ideo est Dominus non statim à principio incarnationis remedium humano generi exhibuit, ne illud contemnere ret ex superbia, si prius suam infirmitatem non cognosceret.

¶ Ad secundum dicendum, quòd August. ad hoc respondet in libr. de sex quæstionibus Paganorum, * dicens q. 2. quòd tunc voluit Christus hominibus apparere, & apud eos prædicari suam doctrinã, quando & vbi sciebat esse, qui in eum fuerant credituri: his enim temporibus & his in locis tales homines in eius prædicatione futuros esse præsciebat, quales non quidem omnes, sed tamen multi in eius corporali præsentia fuerunt, qui nec in eum suscitatis ab eo mortuis credere voluerunt. sed hanc responsionem reprobans idem August. * in lib. de perseuerantia dicit. Numquid possumus dicere Tyrios & Sidonios talibus apud se virtutibus factis credere noluisse, aut credituros non fuisse, si fierent, cũ ipse Deus attestetur eis, quod acturi essent magnæ humilitatis pœnitentiam, si in eis facta essent diuinarum il-

In Epist. 49. q. 2. a me to. 2.

ca. 9. non ptocul a fi. to. 7.

la signa virtutum? proinde, vt ipse soluens subdit, sicut Apostolus ait, Non est volentis, neque currentis, sed miserentis Dei, qui his quos præuidit, sic apud eos facta esse, suis miraculis credituros, quibus voluit subuenit: aliis autem non subuenit, de quibus in sua prædestinatione occultè quidem, sed aliud iustè iudicauit: ita misericordiam eius in his, qui liberantur. & veritatem in his, qui puniuntur, sine dubitatione credamus.

¶ Ad tertium dicendum, quòd perfectum quidem est d prius imperfecto, in diuersis quidem tempore & natura: (oportet enim quòd perfectum sit, quod alia ad perfectionem adducit) sed in vno & eodem imperfectum est prius tempore, etsi sit post posterius natura. Sic ergo imperfectionem naturæ humanæ duratione præcedit æterna Dei perfectio: sed sequitur ipsam consumata perfectio eius in vnione ad Deum.

D. 1021.

ARTICVLVS VI.

Vtrum incarnatio differri debuerit vsque ad finem mundi.

AD sextum sic proceditur. Videtur quòd incarnationis opus differri debuerit vsque in finem mundi. Dicitur enim in Psalm. Senectus mea in misericordia vberi, idest, in nouissimo, vt glos. * dicit. Sed tempus incarnationis est maximè tempus misericordiæ secundum illud Psal. Quoniam venit tempus miserendi eius. Ergo incarnatio differri debuit vsque in finem sæculi.

¶ 2 Præte. Sicut dictum e est, perfectum in eodem, tempore est posterius imperfecto. ergo illud quod est maximè perfectum, debet esse omnino vltimum in tempore; sed summa perfectio humanæ naturæ est in vnione ad verbum: quia in Christo complacuit, omnem plenitudinem diuinitatis inhabitare, vt Apost. dicit Col. 1. Ergo incarnatio differri debuit vsque in finem mundi.

¶ 3 Præte. Non est conueniens fieri per duo. quod per vnum fieri potest: sed vnus Christi aduentus sufficere potuerat ad salutem humanæ naturæ: qui erit in fine mundi. ergo non oportuit, quòd antea veniret per incarnationẽ. Et incarnatio differri debuit vsque in finem mundi.

¶ Sed contra est, q̃ dicitur Abac. 3. In medio annorum notum facies. Nõ ergo debuit incarnationis mysteriũ, per quod mundo innotuit, vsque in finem mundi differri.

¶ Resp. dicendum, quòd sicut non fuit conueniens Deum incarnari à principio mundi: ita non fuit conueniens, quòd incarnatio differretur vsque in finem mundi. Quod quidem apparet, primo ex vnione diuinæ & humanæ naturæ. Sicut enim dictum f est, * perfectum vno modo tempore præcedit imperfectum, alio modo econuerso, imperfectum tempore præcedit perfectum. In eo enim, quòd de im-

In art. 5. eiusdem 1. quæst. corpore duæ sunt conclusiones, iuxta duplicem statum humani generis in sui principio scilicet innocentiæ & lapsus. Vertitur enim in quæstionem, an in principio humani generis debuerit incarnatio esse, & propterea iuxta duplicem statum in principio, duplici respondetur conclusione, vtraque negatiua. prima est, Non fuit conueniens a principio humani generis ante peccatũ Deum incarnatum fuisse. Probatur. Opus incarnationis principaliter ordinatur ad reparationem naturæ per abolitionem peccati. ergo non fuit conueniẽs ante peccatum Deũ incarnati. Probatur sequela ratione: quia medicina non datur nisi infirmis: & auctoritate Domini duplici. Secunda est: Non fuit conueniens Deum incarnari statim post peccatum. Probatur quadruplicter. Primo, ex conditione peccati, Humanum peccatum prouenerat ex superbia hominis. ergo eo erat modo liberandus, vt humiliatus cognosceret se liberatore indigere: sed hoc conueniente fit relinquendo hominem, primo in statu naturæ, deinde sub lege, vt experto secundum vtriusque vires defectũ sum, clamaret pro gratia. ergo &c. Omnia clara sunt in litera. Et confirmatur ex responsione ad primum, ducendo ad inconueniens superbiæ. s. contemptum, si statim incarnatio post peccatum fuisset. Secundo, ex ordine promotionis in bonũ: quæ ratio in responsione ad tertium magis explicatur, ita quod fic est formanda. Humanam naturam lapsam conuenit procedere de imperfecto ad perfectum. ergo consumata eius imperfectio in vnione ad Deum non statim habenda erat. Antecedens probatur Apostoli auctoritate in litera. Consequentia autem, vt manifesta relinquitur, & merito. quia non procederet de imperfecto ad perfectum, quasi progrediendo per media, & appropinquãdo ad diuinam vnionem, si statim incarnatio fuisset. nam defuisset vnio secundum intellectum magis ac magis illustratum, secundum successionem temporum: & similiter media vnio per charitatem partiarcharum ac prophetarum, & similiter media vnio per diuturnum famulatum vnius populi exhibitum Deo in sacrificiis, quibus initiabatur humanum genus ad futurum illud Iesu Christi in ara crucis sacrificium. Tertio, ex dignitate verbi incarnati, & patet. & similiter quarto ex vitan lo tempore fidei. Et tu adde quintum ex soliditate fidei: nam si statim fuisset incarnatus, fictio putaretur antiquorum. Nunc autem, ex quo Christi incarnationem tot non solum verba, sed scripturæ prophetarum præcesserunt, tanta expectatio tot seculorum fuit de Messia, mens nostra in fide solidatur, Quam fidei securitatem tetigit Apost. 1. ad Corinth. 13 bis de Christo replicans, secundum scripturas. Et propterea ecclesia in Symbolo post articulum resurrectionis Christi, apposuit ly, secundum scripturas, quod refertur ad omnes præcedentes de incarnatione articulos: ita quod sensus est. Qui propter nos homines & propter nostram salutem descendit de cælis, incarnatus, homo factus, crucifixus, passus, sepultus, & resurrexit secundum scripturas, ne videantur inoar-

li. 3. prosa 10. parũ a princ.

Est gl. ambro. i hũc locũ to. 5

¶ Super quæstionis primæ Articu. sextum.

In artic 6. eiusdem primæ q. vnica est conclusio negatiue, respondens quæsito, Non fuit conueniens incarnationem differri in finem mundi. Probatur triplici ratione in litera. Vbi pro clariori intelligentia primæ rationis, nota quod duplex est motus humanę naturę de imperfecto ad perfectum, vnus respectu ipsius naturæ, vt distinguitur cõtra suppositum: alter respectu naturæ in suppositis propriis. Secundũ primum motum incarnatio se habet vt terminus: quoniam in opere incarnationis natura humana in Deũ assumpta est. Iuxta autem secũdum motũ gloria animæ, & corporis in futuro mundo se habet vt terminus, quando homines glorificabũtur consumatè. Et in hoc secũdo motu mysterium incarnationis nõ se habet vt terminus, sed vt principium effectuum: quoniam Christus Dux hominum ad gloriam consumatam per suam resurrectionem, &c, est. propter primum motum non decuit incarnari Deum in principio mundi, vt prædictum est. propter secũdum motum non decuit differri

6 Locis supra art. 5. citatis.

Gl. ordin. sup illud, ab insurgẽtibus in med.

Art. præc. ad 3. arg.

Art. præc. ad 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

differti incarnationem in finem mundi. Ex ipsa igitur vnione duarum naturarum, diuinæ scilicet & humanæ in Christo, neutrum conueniens esse patet: quia primum aduersatur progressui humanæ naturæ de imperfecto ad perfectum: secundum aduersatur auctoritati diuini verbi incarnati, ad deducendum de potentia ad actum cõsummatum naturam humanam in propriis suppositis iuxta secundum mõtum. Cætera sunt clara.

D 1021.

1201. C.

ong. li 2. c. ex nouo test. q. 83. circa pri. tom. 4.

perfecto sit perfectum, imperfectum tempore præcedit perfectum: in eo vero quod est causa perfectionis efficiens, perfectum tempore [d] præcedit imperfectum. In opere autem incarnationis vtrumque concurrit: quia natura humana in ipsa incarnatione est perducta ad summam perfectionem. Et ideo non decuit, quòd à principio humani generis incarnatio facta fuisset: sed ipsum verbum incarnatum est perfectionis humanæ naturæ causa efficiens, secundum illud Ioan. 1. De plenitudine eius nos omnes accepimus. & ideo non debuit incarnationis opus vsque in finem mũdi differri: sed perfectio gloriæ, ad quam perducenda est vltimo natura humana per verbum incarnatum, erit in fine mundi. Secundo ex effectu humanæ salutis: vt enim dicitur in lib. de q. vet. & no. Test. * in potestate dantis est, quando vel quantum velit misereri. Venit ergo quando & subuenit iudebere sciuit, & gratum futurum beneficium: cum enim languore quodam humani generis, abolescere cœpisset cognitio Dei inter homines, & mores immutarentur, eligere dignatus est Abraham, in quo forma esset renouatæ notitiæ Dei & morum, & cum adhuc reuerentia segnior esset, postea per Moysen legem literis dedit. Et quia eam gentes spreuerunt, non se subiicientes ei, neque hi qui acceperunt, eam seruauerunt; motus misericordia Dominus, misit filium suum, qui data omnibus remissione peccatorum Deo patri illos iustificatos offeret. Si autem hoc remedium differretur vsque in finem mundi, totaliter Dei notitia & reuerentia, & morum honestas abolita fuisset in terris. Tertio apparet hoc fuisse conueniens ad manifestationem diuinæ virtutis, quæ pluribus modis homines saluauit, non solum per fidem futuri, sed etiam per fidem præsentis & præteriti.

¶ Ad primum ergo dicendum, & glo. illa exponit de misericordia perducente ad gloriam: si tamen referatur ad misericordiam exhibitam humano generi per incarnationem Christi, sciendum est, quòd sicut Augustin. dicit in lib. retractationum, * tempus incarnationis potest comparari iuuentuti humani generis, propter vigorem seruoremque fidei, quæ per dilectionem operatur: senectuti autem, quæ est sexta ætas, propter numerum temporũ, quia Christus venit in sexta ætate. Et quamuis in corpore non possit simul esse iuuentus & senectus, potest tamen simul esse in anima, illa propter alacritatem, ista propter grauitatem. Et ideo in libr. 83. q. alicubi dicit Augustin. * quòd non oportuit diuinitus vestire magistrum, cuius imitatione humanum genus in mores optimos formaretur, nisi tempore iuuentutis. Alibi autem dicit † hanc in sexta ætate humani generis, tamquam in senectute venisse.

li. 1. c. 26. nõ multũ aute medium to. 1.

li. 83. q. q. 44. in me dio. to. 4.

† lib. 1. de Gen. cõt. Manich. c. 23. to. 1.

¶ Ad secundum dicendum, quòd opus incarnationis non solum est considerandum vt terminus motus de imperfecto ad perfectum; sed etiam vt principium perfectionis in humana natura, vt dictum est. *

* In corp. arti.

¶ Ad tertium dicendum, quòd sicut Chrysost. dicit super illud Ioan. † Non misit Deus filium suum, vt iudicet mundum, Duo sunt Christi aduentus, primus quidem, vt remittat peccata: secundus, vt iudicet mundum: si. n. hoc non fecisset, vniuersi simul perditi essent; omnes. n. peccauerunt, & egent gloria Dei. Vnde patet, quòd non debuit aduentum misericordiæ differre vsque in finem mundi.

Hom. 27. in Ioã. In ter medijs & mem. to. 3.

QVAEST. II.

De modo vnionis verbi incarnati, in duodecim articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de modo vnionis verbi incarnati. Et primo, quantum ad ipsam vnionem. Secundo, quantum ad personam assumentem. Tertio, quantum ad naturã assumptam.

Circa primum quærnntur duodecim.

¶ Primo, Vtrum vnio verbi incarnati sit facta in natura.

¶ Secundo, vtrum sit facta in persona.

¶ Tertio, vtrum sit facta in supposito, vel hypostasi.

¶ Quarto, vtrum persona, vel hypostasis Christi post incarnationem sit composita.

¶ Quinto, vtrum sit facta aliqua vnio animæ & corporis in Christo.

¶ Sexto, vtrum natura humana fuerit vnita verbo accidentaliter.

¶ Septimo, vtrum ipsa vnio sit aliquid creatum.

¶ Octauo, Vtrum sit idem quod assumptio.

¶ Nono, Vtrum sit maxima vnionũ.

¶ Decimo, Vtrum vnio duarum naturarum in Christo fuerit facta per gratiam.

¶ Vndecimo, Vtrum eam aliqua merita præcesserint.

¶ Duodecimo, Vtrum gratia vnionis fuerit homini Christo naturalis.

ARTICVLVS I.

Vtrum vnio verbi incarnati sit facta in natura.

AD primum sic proceditur. Videtur quod vnio verbi incarnati sit facta in vna natura. Dicit enim Cyrillus, & inducitur in gestis concilii Chalcedonensis, Non oportet intelligere duas naturas, sed vnam naturam Dei verbi incarnatam. Quod quidem non esset, nisi vnio fieret in natura. Ergo vnio verbi incarnati facta est in natura.

¶ 2 præte. Atha. † dicit, Sicut anima rationalis, & caro vnus est homo, ita Deus & homo vnus est Christus: sed anima rationalis & caro conueniunt in constitutione vnius naturæ humanæ. Sic ergo Deus, & homo conueniunt in constitutione alicuius naturę. ergo vnio facta est in natura.

¶ 3 Præt. Duarum naturarum vna non denominatur ex altera, nisi aliquo modo inuicem transmutentur; sed diuina natura & humana in Christo ab inuicem denominantur. dicit

¶ Super quæstionis secundæ, Articulũ primum.

IN artic. 1. quæst. 2. Declarandus esset titulus, nisi in corpore articuli declaretur.

¶ In corpore articuli sunt duæ partes principales: in prima declaratur titulus, declarando quid significet in proposito ly natura. Vbi nota quòd Auctor discurrendo per diuersas significationes, ordine quodam conuenientes nomini naturæ, decernit in hac quæstione naturam significare essentiã rei, & ex hac determinatione vel declaratum reliquit titulum articuli. Et vere sic est: quoniam ex hoc ipso, quòd Naturæ nomine essentiam intelligimus, clare constat, quid est vnitum in natura, scilicet vniri adessentiæ integritatem, vt expresse Auctor deduxit ex eodem præsupposito in 4. contra Genes. capitul. 41. Quærere igitur an vnio verbi incarnati sit facta in natura, est quærere an verbum & humana natura sint vnita in vna essentia, an conuenerint ad integrandam vnam essentiam. In secunda parte corporis respondetur quæsito negatiue vna conclusione impossibile est vnionem Verbi incarnati esse factam in natura. Hæc autem conclusio tali modo & ordine in litera probatur. Primo ponitur distinctio trimembris de modo, quo aliquid vnum ex pluribus constitui potest: primus modus est, quòd aliquid vnũ fiat ex pluribus perfectis, remanentibus in sua integritate: secundus modus est, quod aliquid vnum fiat, ex pluribus perfectis quidem, sed nõ permanentibus, sed transmutatis: tertius est, quod aliquid

Inf. art. 2. & 6. cor. & 12. ad 1. & q. 50. ar. 2. Et 3. dist. 1. q. 2. ar. 1. & d. 5. q. 1. art. 2. & 3. Et 4. con. c. 35. 37. & 41. Et veri. q. 20. ar. 1. c. Et vnio. ar. 3. Et op. 3 c. 211. 212. & 225.

* Actio. 1. post epist. Cyrilli ad Ioã. epist. Anthio. fi. multũ proc eul.

† In symbolo fidei iuæ.

quid vnum fiat ex pluribus permanentibus quidem, sed imperfectis. Et iuxta singulos modos seruato ordine quo recitati sunt, probat conclusionem propositam tripliciter, vt patet clare in litera.

¶ Circa illam literæ rationem, qua probatur, non posse aliquid conuerti in diuinam naturam, quia est ingenerabilis, aduerte quod dupliciter potest intelligi aliquid conuerti in aliud. Primo per transubstantiationem: sicut panis in sacramento altaris conuertitur in corpus Christi. secundo per transmutationem: sicut alimentum conuertitur in corpus animalis, quod nutritur: & similiter elementa conuertuntur in mistum, secundum opinionẽ tenentium elementa non remanere secundum suas substantias in misto. Non est in præsenti ratione sermo de conuersione primo modo: quoniã non valeret ratio: quia ex hoc, quod aliquid est ingenerabile, non sequitur quod non possit diuina virtute transubstantiari in ipsum: quin potius de facto in corpus christi gloriosum, quod est incorruptibile & ingenerabile, conuertitur panis in Eucharistia. sed est sermo de conuersione secundo modo: quia de tali disputatur in secundo modo, quo ex pluribus perfectis transmutatis fit vnum, vt patet in litera.

Nazanzenus i epi. 1. ad Clidoniũ ante mediũ. † lib. 3. ortho. fidei c. 6. 7. amedio.

In symbolo fidei ibi posito reperiesidto. 1. cõc. 4. genesalũ Coloniæ impssorũ anno D. 1530.

In 2. pagi. 2 prin. li.

¶ Circa rationem illam, quia diuina natura & humana non possunt constituere aliquid per modum formæ & materiæ, nota duo. Primum est ly præsertim corporei: dixit enim hoc Auctor ad prę seruandum sermonem suum ab informatione secundum esse intelligibile. Dictum est enim in 1. lib. quæstio 12. quod diuina essentia potest esse forma intelligibilis intellectus creati: sed alterius rationis ac ordinis est esse forma in esse intelligibili intellectus creati, & conuenire cum aliquo corpore per modum enim Cyrillus diuinam naturam esse incarnatam, & Grego. Nazanzenus * dicit humanam naturam esse deificatam, vt patet per Dam. † ergo ex duabus naturis videtur esse facta vna natura.

¶ Sed contra est, quod dicitur in determinatione concilii Chalcedonen. * Confitemur in nouissimis diebus filium Dei vnigenitum in duabus naturis inconfuse, immutabiliter, indiuise, inseparabiliter agnoscendum, nunquam sublata differentia naturarum propter vnionem. ergo vnio non est facta in natura.

¶ Respon. Dicendum, quòd ad huius quæstionis euidentiam oportet cõsiderare quid sit natura. Sciendum est ergo, quòd nomen naturæ à nascendo est dictum: vnde primo est impositum hoc nomen ad significandum generationem viuentium, quæ natiuitas vel pullulatio dicitur, vt dicatur natura quasi nascitura. Deinde translatum est nomen naturæ ad significandũ principium huius generationis. Et quia principium generationis in rebus viuentibus est intrinsecum, vlterius deriuatum est nomen naturæ, ad significandum quolibet principium intrinsecum motus, secundum quòd Philosophus dicit in 2. Physico. * quò natura est principium motus in eo, in quo est per se & non secundum accidens. Hoc autem principium vel forma est, vel materia: vnde quandoque natura dicitur forma, quandoque vero materia. Et quia finis generationis naturalis est in eo quod generatur essentia speciei, quam significat definitio, inde est quòd huiusmodi essentia speciei vocatur etiam natura. Et hoc modo Boetius naturam definit in lib. * de Duabus na. dicens, Natura est vnam quamque rem informans specifica differentia, quæ scilicet complet definitionem speciei. Sic ergo nunc loquimur de natura, secundum quod natura significat essentiam, vel quod quid est, siue quidditatem speciei. Hoc autem modo accipiendo naturã, impossibile est vnionem verbi incarnati esse factam in natura.

li. 2. Phy. test. 3. c. 2.

¶ Tripliciter enim aliquid vnum ex duobus, vel pluribus constituitur. Vno modo ex duobus integris, perfectis remanentibus. Quod quidem fieri non potest nisi in his, quorum forma est compositio, vel ordo, vel figura: sicut ex multis lapidibus absque aliquo ordine adunatis, per solam cõpositionem fit aceruus: ex lapidibus autem, & lignis secũdum aliquem ordinem dispositis, & etiam ad aliquam figuram redactis, fit domus. Et secundum hoc posuerunt aliqui vnionem formæ & materiæ ad reparationem alicuius naturam. hoc enim maximam imperfectionem & informationem recipiendo esse materiale poneret in diuina natura: illud autem nullam imperfectionem, aut informationem secundum esse ponit in diuina essentia, vt ibi patuit. Secundum est, quod sequela in litera sibi iuncta, scilicet sequeretur enim quod species resultans esset cõmunicabilis pluribus. sed datur superilla propositione: Omnis natura composita ex materia & forma, est communis pluribus, quæ ex primo Cæli iumitur. quę propositio vera dicitur, quatum est ex se: potest enim aliunde, puta ex hoc, quod constat ex tota sua materia non inueniri, nisi in vno natura illa, vt de mundo, ibidem dicitur. Est igitur omnis natura ex materia & forma cõposita, secundum se communis pluribus, & de facto potest inueniri in pluribus, nisi constet ex tota sua materia. Et quia natura illa resultans in Christo ex diuina natura, vt forma, & humana, vt materia non constaret ex tota sua materia (vt patet: quia multæ aliæ naturę humanæ singulares inueniuntur vltra illam, quæ est in Christo) sequitur quòd de facto posset natura illa resultans plur. ficari: ac per hoc possent esse plures, imo infiniti Christi eiusdẽ speciei specialissimæ.

† Alias cõmensurationis.

Ar. 6. huius quæst.

† P. p. q. 9. art. 1.

¶ In eodem primo articulo in responsione ad secundum circa mentionem ab Augustino datam, perspice quod similitudo dicitur tenere quantũ ad hoc, ideft quantum ad vnitatem suppositi vtrobique. Nec aliud sonant verba Athanasij, nisi similitudine quo ad vnitatem suppositi: dicendo, sicut anima rationalis & caro vnus est homo. nam vnus homo vnum suppositum manifeste significat, & non ponit similitudinẽ quo ad vnitatem naturæ, nec quo ad modum constituendi vnum suppositũ neq; enim illo modo vnum suppositum

† li. 8. tex. 10. In concil. Cõstanti. can. 8. fuit itud cõci. 5. gnale.

Universidad de Deusto
Biblioteca

suppositū Christi constat ex diuina & humana natura, sicut vnus homo cōstituitur ex anima & corpore: quoniam vnus homo, puta Petrus, constituitur ex anima & corpore, vt veris partibus cōponentibus ipsum Petrum: est enim persona Petri composita ex hac anima & hoc corpore, vt partibus suis. Christus autem non cōstituitur in suo esse personali per vtranque naturam, diuinam scilicet & humanam vt infra patebit. Intellige igitur similitudinem quantum ad ipsam vnitatem suppositi, vtrobique subsistētis in duobus: ibi in natura animæ rationalis & carnis, hic in natura Dei & hominis: diuersimode tamen iuxta diuersas conditiones eorundem. Diligenter autē pensato illa verba litteræ: Vnitas vero personæ constituitur ex eis, scilicet anima & corpore vnitis, inquantum est vnus aliquis subsistens in carne & anima. oportet namque hæc scrutari in q.4.art. 2. vbi inquiretur, & definiendum est quid persona humana, puta Petrus, addit supra ipsum, hoc est singularem humanitatem, qua est hic homo.

† p.p.q.3. ar.8.

li.3.orth. fid.c.6.

¶ Super quæstionis secundæ, Articulum secundū.

accipiat, sicut patres docuerunt, quia ex diuina natura, & humana, vnione secundum subsistentiam facta, sed ex talibus vocibus naturam vnam siue substantiam diuinitatis & carnis Christi introducere conetur, talis anathema sit. Non ergo sensus est, quòd in incarnatione ex duabus naturis sit vna natura constituta: sed quòd natura verbi Dei, carnem vniuit sibi in persona.

¶ Ad secundnm dicendum, quòd ex anima & corpore constituitur in vnoquoque nostrum duplex vnitas, naturæ & personæ. Naturæ quidem secundum quòd anima vnitur corpori, formaliter perficiens ipsum, vt ex duobus fiat vna natura, sicut ex actu & potentia, vel materia & forma. Et quantum ad hoc non attenditur similitudo: quia natura diuina non potest esse corporis forma, vt in primo probatum est. † Vnitas vero personæ constituitur ex eis, inquantum est vnus aliquis subsistens in carne & anima. Et quantum ad hoc attenditur similitudo: vnus enim Christus subsistit in diuina natura & humana.

¶ Ad tertium dicendum, quòd sicut Damasc.* dicit, Natura diuina dicitur incarnata: quia est vnita carni personaliter, non quòd sit in naturam carnis conuersa. Similiter & caro dicitur deificata (vt ipse dicit) non per conuersionem, sed per vnionem ad verbum saluis suis proprietatibus naturalibus. vt intelligatur caro deificata: quia facta est Dei verbi caro, non quia facta sit Deus.

ARTICVLVS II.

Vtrum vnio verbi incarnati sit facta in persona.

AD secundum sic proceditur. Videtur quòd vnio verbi incarnati nō sit facta in persona. Persona enim Dei non est aliud à natura ipsius, vt habitum est in primo. † Si ergo vnio non est facta in natura, sequitur quod non sit facta in persona.

¶ 2 Præterea. Natura humana non est minoris dignitatis in Christo, quā in nobis: personalitas autem ad dignitatem pertinet, vt in primo habitum est. † Cum ergo natura humana in nobis propriam personalitatem habeat, multo magis habuit propriam personalitatem in Christo.

¶ 3 Præter. Sicut Boet. dicit in libr. de dua. na. * Persona est rationalis naturæ indiuidua substantia. sed verbū Dei assumpsit naturam humanam indiuiduam. natura enim vniuersalis non subsistit secūdum se, sed in nuda contemplatione consideratur, vt Damasc. dicit. † ergo humana natura habet suam personalitatem. Non ergo videtur, quòd sit facta vnio in persona.

¶ Sed contra est, quod in Chalcedo. * synodo legitur, Non in duas personas partium aut diuisum, sed vnum & eundem filium vnigenitum Deū Verbum, Dominum nostrum Iesum Christum confitemur. ergo facta est vnio verb i in persona.

¶ Respon. Dicendum, quòd persona aliud significat, quàm natura. Natura enim, vt dictum est, * significat essentiam speciei, quam significat definitio. Et si quidem his, quæ ad rationem speciei pertinent, nihil aliud adiunctū inueniri posset, nulla necessitas esset distinguendi naturam à supposito naturæ, quod est indiuiduum subsistens in natura illa: quia vnumquodque indiuiduum subsistens in natura aliqua, esset omnino idem cum sua natura. Contingit autem in quibusdam rebus subsistentibus inueniri aliquid, quod non pertinet ad rationem speciei, scilicet accidentia & principia indiuiduantia (sicut maximè apparet in his, quæ sunt ex materia & forma cōposita) & ideo in talibus etiam secundum rem differt natura & suppositum, non quasi omnino aliqua separata: sed quia in supposito includitur ipsa natura speciei, & superadduntur quædam alia, quæ sunt præter rationem speciei. vnde suppositum significatur vt totum, habens nabens naturam sicut partem formalem & perfectiuam sui: & propter hoc in compositis ex materia & forma, natura non prædicatur de supposito: non enim dicimus, quòd hic homo sit sua humanitas. Si qua verò res est, in qua omnino nihil aliud est præter rationem speciei, vel naturæ suæ (sicut est in Deo) ibi non est aliud secundum rem suppositum & natura, sed solum secundum rationem intelligendi: quia natura dicitur, secundum quod est essentia quædam: eadem verò dicitur suppositum, se-

8 Locis supra art. 1. inductis.

† p.p.q.3. ar.8. p.p.q.29. ar.3. Aliquantulū a pri. videlicet in 3. pagi. † lib.5.ca. 11.& li.1. c.11. ad sē sum saltē.

Habeē in cō.1.ephesino i epi. synodi ad Nestoriū: & etiā in loco citato ar. 3ec. in argum. Sed contra.

Ar. præc.

naturam, oporteat esse intrinsecum supposito: an sufficiat quod sit extrinsecum. Et est sermo de supposito & natura singulari: hoc est de Sorte & hac sua humanitate. Et est ratio dubij difficultas videndi quid est illud intrinsecum, & diuersitas opinionum, & nostrum etiam dictum in Commentariis Primæ partis in loco allegato, vbi diximus q̄ non differunt intrinsece.

¶ Quartum dubium est quid sit illud quod suppositum creatum, addit intrinsecum sibi supra hanc naturam suam. Et est ratio dubii: quia hinc non apparet quid sit illud & propter rei obscuritatem & propter varias opiniones. inde autem cogimur aliquid dicere: quoniam dicimus & affirmamus verbum Dei nō assumpsisse personam humanam, sed assumpsisse hāc humanitatem, & dicimus quod persona humana est insassūptibilis: hęc autem natura assumpta est.

¶ Quintum dubium est circa illud, quod in Deo nihil inuenit præter rationem suæ speciei: quàm in Deo cōtinemur personales proprietates realiter inter se distantes, præter vnicam, absolutam ac communem omnibus diuinis personis essentiam.

¶ Ad primū dubium dicitur, quod sententia Iræ istius procul dubio locū habet in angelis, vt patet inferius in q.4.artic. primo ad tertiū, vbi natura angeli absque angeli personalitate assumptibilis a diuina ponitur per ra essent omnino idem secundum rem) & quòd in angelis propter hanc litteræ rationem, quam Auctor etiam in Quolib. 2. q. 2. artic. 2. tractat, suppositum differt secundum rem a natura: non tamen omni modo quo differunt hæc in compositis ex materia & forma, vt ibidem dicitur: quia suppositum in substantiis materialibus differt a natura etiam, quia includit singularitatem naturæ, quam non includit natura. Talis autem differentia non saluatur inter suppositum, & naturam in substantiis separatis: sed illa differentia, quæ ponitur hic, communis est omnibus substantiis creatis, scilicet quod suppositum includit naturam etiā hanc, & addit quædam alia natura autem etiam hæc non includit illa. Nec obstat doctrina habita in Prima parte: quoniam ibi est sermo de identitate reali & intrinseco reali designatiua naturæ, ita quod cum pluribus modis possit contingere distinctio suppositi a natura, ibi non est sermo, nisi de illo modo, quo differunt penes aliquid reale intrinsecum designatiuum naturæ: quomodo clare patet suppositum differre ab essentia per definitionē significatam in substantiis materialibus. Sortes enim manifestè differt ab humanitate: quia includit principia indiuiduātia, quæ determinant naturam, scilicet humanitatem, cōstituendo humanitatem esse hanc: quamuis non differat per hoc solum Sortes ab humanitate: sic enim in angelis non differunt suppositum & natura. Nec propterea Auctor fuit ibi diminutus, aut falsus excluso illo modo distinctionis suppositi a natura, concludens identitatem suppositi & naturæ in substantiis immaterialibus, & consequenter in Deo: quoniā etsi processus iste solus reprehendi possit: iunctus tamen articulis sequētibus irreprehensibilis fuit, quoniam ex sequentibus, in illamet q. articulis excluduntur a Deo (de quo est principalis quæstio) alii modi, quibus potest suppositum secundum rem distingui a natura, excludendo enim compositionem ex essentia & esse & quocumque accidente & quacūque componibilitate, satis clare patet, quod essentiæ illi nihil præter rationem speciei iunctum est, ac per hoc omnes modi, quibus suppositum potest distingui a natura, exclusi ibi inueniuntur a Deo, non autem ab angelis de quibus nō erat tunc quæstio. Sensus ergo doctrinæ illius est, quod in substantiis immaterialibus suppositum & natura sunt idem, secundum rem intrinsece, ita quod ly intrinsece, referatur ad naturam etiam hanc: an autem referatur etiam ad suppositū, sub dubio relinquatur: quoniam inferius discutiendum est.

In istome art.

In libr. de duab. naturis, aliquātulum a prin.

¶ Ad secundum dubium dicitur, q̄ procul dubio oportet esse ens reale quod suppositū ad dit supra naturā: quia est illud quo differt secundum rem a natura. Constat enim q̄ differentia secundum rem inter aliqua non est, nisi ratione, alicuius entis realis in hac autē litera dicit, q̄ est dfia secundum rē igif oportet quod sit secundum aliquam realitatem.

In cor.ar.

¶ Ad tertium & quartum dubium respondendum est in q.2.artic.2. vbi melius itelligi poterunt dicēda, post quam tot de persona interim discussa aperteq; fuerint.

¶ Ad quintum dubium dicitur, quod in Deo præter rationem suæ naturæ nihil aliud inuenitur: aliud autem dico non solum realiter, sed formaliter loquendo de formalitate diuinæ naturæ, prout ipsa in se ex se est. Deitas namque si definiretur secundum sua merita, clauderet in ratione sua formalissima & simplicissima, non solum quid est sapientiæ, intellectus voluntatis, & reliquarum absolutarum perfectionum: sed quid est paternitatis, filiationis, ac processionis. Sed quia noster intellectus non potest illius celsitudinem capere, more nostro distinctas rationes formales essentiæ & personalis proprietatis formamus, fultas in re vnica, excellentire, & quidditate, virtualiter continente has distinctas rationes, qua formamus.

¶ Secundum autem, quid scilicet est vniri in persona, declaratur ponendo vnam vniuersalem, Omne quod inest alicui personæ, siue pertineat ad naturam eius, siue non, vnitur ei in persona. Vbi scito latitudinem vnionis in persona habere triplicem gradum. Ad cuius clarificationem recolendum est., quòd alicui personæ quatuor attribuuntur, in primo extrinseca, vt vestis & locus: secundo accidentia inhærentia, vt albedo & huiusmodi: tertio, partes, vt manus & reliqua membra: quarto essentia, ipsa etiam singularis, vt hæc humanitas: habet enim Sortes vestem, albedinem, manum, & hanc suam humanitatem. Sed primum horum non est vnitum Sorti in persona: quia constat aliud esse suppositum vestis, & aliud suppositum personæ vestitæ illa veste: suppositum enim vestis est substantia panni, non homo qui vestitur. Reliqua verotria vniuntur Sorti, in persona: nam subiectum accidentium Sortis est ipse Sortes: & similiter Sortes est qui integratur ex suis membris, & qui constituitur in esse suo specifico indiuiduato per hanc suam humanitatem. Est autem inter istos tres modos vnionis in persona diuersitas magna: quoniam accidentia vniuntur quidem Sorti in persona, sed non vt pertinēcia ad in-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ad integritatem personæ, vt patet. Partes vero vniuntur in persona Sortis, vt integrantes ipsius personam. Natura autem singularis vnitur personæ Sortis, vt constitutiua ipsius Sortis: ita quod tam partes, quam natura vniuntur. Sort in persona substantialiter, sed partes secundum esse substantiale partiale: natura vero secundum esse substantiale totius naturę. Et quia in hoc articulo sola quæstio de vnione i persona tractatur, & inferius discutiẽda est in articu. 6. an huiusmodi vnio in Christo sit substantialis vel accidentalis: ideo præsenti proposito sufficit indistincte determinare, quo vnio est in persona, non curãdo de modo seu gradu vnionis personalis. Et propterea in litera dicitur, q̃ omne quod inest alicui personæ, siue pertineat ad naturam eius, siue non, vnitur ei in persona. Et per hæc patẽt titulus articuli.

¶ Conclusio responsiua probatur sic. Verbum habet naturam humanam sibi vnitam, & non ad suam naturam diuinam pertinentem. ergo vnio est facta in Verbi persona & non in natura. Antecedens patet ex fide. Consequentia probatur: quia si non vnitur ei in persona, nullo modo vnitur ei, ac per hoc tota fides subuertitur. Assumptum fundatur super illa maxima. Omne quod inest alicui personæ, siue pertineat ad naturam eius, siue non, vnitur illi in persona. Ex hoc enim patet, quod negare vnionem naturæ humanæ in persona verbi Dei est negare naturam humanã inesse verbo Dei, quod est negare incarnationem.

¶ Sed est circa processum hunc quæstio, quoniam maxima illa. Omne quod inest alicui personæ, siue pertineat ad naturam illius siue non, vnitur ei in persona: aut intelligitur, quod ly inest, verificetur, pro quocumque modo ineſſendi, aut de aliquo seu ali quibus modis ineſſendi. Si intelligitur latissime pro quocumque modo ineſſendi, falsa comprobatur: cum etiam vestis dicatur esse in persona vestita, quam constat non vniri in persona. Si intelligitur restricta ad aliquem, vel ad aliquos essendi modos (puta vt forma in subiecto, aut pars in toto, aut secundum esse substantiale vel accidentale) probanda esset Minor, scilicet, quod verbum Dei habeat naturam humanam vnitam sibi tali. modo Processus ergo iste aut deficit in illa maxima, aut in probatione subumptorum.

¶ Ad hoc dicitur quod in illa maxima, Omne quod inest alicui personæ, &c. sumitur inesse personæ proprie, vt inesse distinguitur contra extrinsecus adiacere: quemadmodum vestis, locus, tẽpus, & alia huiusmodi adiacent nobis, & non sunt secundum veritatem in nobis. Vnde non oportet descendere ad determinatos modos essendi in persona: sed sufficit, quod vere in sit personæ quocumque modo illud verificetur. Et quia secũdum fidei doctrinam verbum Dei factus est homo secundum rem, ideo non oportet probare, sed supponere veritatem subsumpti, scilicet quod natura humana inest verbo Dei secundum rem: existit siquidem humanitas Christi non per seipsum: sed in verbo Dei: quamuis modus, quo existit in illo, non sit manifestus. Procedit igitur ratio literæ, efficaciter ad conclusionem intentam.

¶ In responsione ad primum eiusdem secundi articuli dubium occurrit, quoniam quæstio & argumentum est de rebus, scilicet de vnione naturæ humanæ ad diuinam personam vel naturam: responsio autem recurrit ad distinctionem rationis secundũ modos significandi. Hoc autem non licere patet ex eo, quod abstrahendo ab omnibus modis significandi, qui ad voces spectant & contemplando intellectualiter mysterium incarnationis sicut angeli, constat quod vnio secundum rem intelligitur facta in persona, & non natura verbi. Non erat igitur ad modos significandi recurrendum pro ratione, quare vnio est facta in persona verbi, & non in illius natura.

¶ Ad hoc dicitur, quod Auctor altissimam reddit rationem, quare vnio est in persona, & non in natura, & est adeo profunda ac formalis, vt non solum comprehendat quare vnio est in persona Verbi, & non in illius natura, sed etiam comprehendat quare vnio est in persona Dei, & non in Dei natura: ita quod dato q̃ Deus non esset trinitas, sed deitas ipsa, per seipsam persona esset (vt philosophi intelligunt Deum subsistere.) responsio ista inuenitur satisfactiua argumento, cui nõ satisfaciunt responsiones recurrendum ad distinctionem inter essentiam diuinam & formale constitutiuum in personæ & alia huiusmodi dicentium, vt patet. Merito autem Auctor hoc fecit: quia argumentum ex identitate naturæ Dei, cum Dei persona procedit quocumque modo persona in Deo ponatur, siue secundum Philosophos, siue secundum veritatem reuelatam. Stat igitur responsio in hoc, quod quia natura diuina habet rationem naturæ, & persona diuina habet rationem subsistentis in natura, & hanc differentiam manifestat diuersus modus significãdi, & vnio naturæ humanæ in mysterio incarnationis non addit aliquid rationi naturæ: sed bene addit aliquid rationi personæ, quia addit subsistere in natura humana: ideo vnio facta est non in natura, sed in persona. Et quod non adiunctum fuerit aliquid ad naturam Dei, probatur in litera, quia nec per appositionem, nec transmutationem. Quod vero adiunctum fuerit aliquid personæ Dei, probatur: quia humana natura vnitur personæ Dei vt persona Dei in natura humana subsistat, ex eo enim quod personæ, vt distinguitur contra naturam, est subsistere in natura, sequitur manifeste quòd apponendo personæ, quod in aliqua alia natura subsistat, vnio sit in persona. vnde patet quod passiones nominum secundum modos significandi non proratione, sed pro manifestatione differentiæ inter naturam & personam Dei secundum rationẽ, allatæ sunt.

nalitatem habet, in Christo autem existit in persona verbi. Sicut etiam esse completiuum speciei pertinet ad dignitatem formæ, tamen sensitiuum nobilitatem habet, in Christo autem existit in persona verbi. Sicut etiam esse completiuum speciei pertinet ad dignitatem formæ, tamen sensitiuum nobi-

Et ratio realis altissima ad realem conclusionem allata, est manifestans, quòd etiam cum omnimoda identitate formali naturæ & personæ diuinæ, stat quod vnio est facta in persona & non in natura Dei.

¶ In responsione ad secundum, dubium occurrit circa similitudinem in litera assignatam inter sensitiuum in homine & bruto, & humanam naturam in propria & aliena persona, nam falsum assumitur, quod sensitiuum in bruto est forma completa: nec est. n. velut forma generica tam in homine quàm in bruto, vt patet. Et propterea non est mirum si est nobilius in homine, ad quem trahitur per nobilissimam differentiam sui generis, scilicet rationale.

¶ Ad hoc dicitur, q̃ similitudo literæ optima est, & optime declarat propositum, sed supponit inter animam intellectiuam & animas aliorum animalium tantam esse diuersitatem, q̃ ipsę sunt in genere formarum materialium, illa vero est in genere formarum immaterialium. Ac per hoc sensitiuum ad formas brutorũ se habet, vt ad res infra latitudinem sui generis, ad animam vero intellectiuam, quę est hominis forma, & ex qua radicaliter sumitur propria hominis differentia, se habet vt ad formam nobilioris ordinis. Hoc enim supposito, quod constat esse verum, patet q̃ sensitiuum in bruto, quia per propriam sui generis formã est, habet infra sui generis latitudinem, hanc dignitatem, quę est esse completiuum in specie. In homine vero, quia non per propriam sui ordinis formam est, non habet infra sui ordinis latitudinem, hanc dignitatem, quæ est esse completiuum in specie. Et similiter natura humana in cęteris hominibus habet infra propriæ speciei latitudinem dignitatem propriæ personalitatis in Christo vero non habet propriæ personalitatis dignitatem. Sed sicut sensitiuo dignius est habere esse specificum cõpletum per formam nobilioris ordinis, scilicet per animam intellectiuam, ita natura humana in Christo maiori donata est dignitate ex hoc, quòd ad personalitatem diuinam assumpta est. Ex quibus clare patet sensus literæ & similitudinis sine vlla dissonantia.

¶ In responsione ad tertium nota ly separatim, apposuit siquidem Auctor ly separatim, vt sciant nouitij discernere inter per se existere, & per se separatim existere: cuilibet namque substantiæ siue completæ, siue incompletæ conuenit per se existere, nã per hoc distinguitur contra accidens, cui conuenit non per se, sed in subiecto existere, accidentis enim esse est inesse, substantia autem est ens per se. Sed per se separatim existere, nulli substantiæ, quæ est pars alterius, conuenit, quia non existit separatim a suo toto. Et similiter non conuenit humanitati Christi, quamuis non sit pars, quia non existit separatum a verbo Dei, sed in verbo Dei, sed si separaretur a verbo Dei, per se separatim existeret: sicut si pars aliqua separaretur a suo toto, per se separatim existeret.

¶ Occurrit hoc in loco, vbi primo distinguimus vnionem in persona ab vnione in natura, transeundo cum communi cursu doctorum, quòd vnio incarnationis aut est in natura, aut in persona seu hypostasi, vt patet in 3. Senten. occurrit in quàm quæstio non facilis de sufficientia distinctionis dictæ, s. aut in natura, aut in persona, & consequenter de processu huius articuli & aliorum. Est autem ratio dubii, quia aliter in communi loquendo de natura & supposito, & aliter in speciali loquendo in diuinis secundũ fidem reuelatis inuenimus nã in communi loquendo substantia non dicitur nisi de duobus, scilicet natura & habente naturam, hoc est prima substantia, vt patet ex 5. Metaph. & in hoc artic. In diuinis autem inuenimus tria, scilicet naturam, habentem naturam vt individuum naturæ, & habentem naturam vt hypostasim, ita quòd inter Deum & creaturas hæc est differentia in proposito, quòd in creatis substantiis individuum naturæ & hypostasis solo nomine distinguuntur, & idem est inueniri aut deesse individuum naturæ & hypostasim, vt patet in natura humana assumpta a verbo Dei. Est enim assumpta natura hæc, scilicet hæc humanitas: & quia non est ibi propria hypostasis humanæ naturæ (nam humanitas illa non habet propria personalitatem) deficit quoque ibi proprium individuum naturæ humanæ: nullus enim hic homo ibi inuenitur nisi filius Dei, sicut nulla persona, nulla hypostasis ibi inuenitur, nisi filii Dei. Solo igitur nomine distinguuntur hic homo & hypostasis, suppositum seu persona humana, puta Sortes, & propterea in creaturis duo tamen inueniuntur, natura scilicet & suppositũ. In Deo autem magna inuenitur differentia inter individuum naturæ diuinæ, hoc est hunc Deũ, & hypostasim, nam hic Deus communis est secundum rem Patri, & Filio, & Spiritui sancto, & consequenter non significat hypostasim, de

sim, de cuius ratione cõstat esse incommunicabilitatẽ, tam Pater autẽ, quàm Filius quàm Spiritus sanctus persona seu hypostasim diuinam significat. Et propterea tria cum inueniantur in Deo, s. hæc deitas, hic Deus, & persona, puta verbũ Dei, insufficientiæ primo arguitur distinctio facta, aut vnio est facta in natura, aut in persona: nã posset dici, q̃ est facta nec in natura nec in persona, sed in individuo naturæ diuinæ, s. in hoc Deo. Ruit quoque processus literæ, q̃ si vnio verbi incarnati non est facta in persona, nullo modo natura humana unitur ei. Ruit & illa maxima, Oẽ quod inest alicui personæ, siue pertineat ad naturã eius, siue non, vnitur ei in persona, qm̃ si natura humana assumpta esset ab hoc Deo, non vniretur in persona, sed in individuo naturæ, & tamen inesset personæ uerbi, quia verbum est hic Deus.

li. 3. orth. fid. ca. 11.

¶ Ad hoc dubiũ quadrupliciter respondetur. Primo, negando q̃ inuenimatur in diuinis præter hypostases individuũ naturę, s. hic Deus, licet inueniatur hæc deitas, qm̃ hoc esset ponere quaternitatem in diuinis. Sed hæc responsio falsa est, tũ quia in diuinis oẽ abstractũ hẽt suum proprium concretũ, nec inuenitur dẽa ibi inter abstractũ & concretũ nisi in modo significandi: constat aũt q̃ ibi in uenitur non solũ deitas, sed deitas hæc, igitur non solũ inuenitur Dẽus, sed Deus hic, & quũ hoc qđ significo, dicendo Deus hic, sit cõe sm rem Patri, & Filio & Spiritui sancto, sequitur q̃ præter hypostases inueniatur ibi hic Deus significans individuũ naturæ diuinæ cõe tribus personis: tum qm̃ in diuinis inuenitur Deus unus numero, cõis Patri, & Filio, & Spi. san. ergo inuenitur Deus hic cõis Patri, & Filio, & Spi. san. Consequentia patet, quia idẽ addit ly unus numero supra ly Deus, quod addit ly hic, supra ly Deus. Antecedens patet ex fidei sna, quia confitemur Patrẽ, & Filiũ, & Spi. san. esse unum numero Deũ, dum dicimus, Deus pater, Deus fil. Deus spi. san. & tamẽ nõ tres dii, sed unus est Deus: est. n. pronitatẽ, sicut nec ponendo hoc cõcretũ Deus. ponitur quaternitas: significat. n. habentem deitatem, sicut hic Deus, utroque siquidem nomine ponitur unus numero habens deitatem, cõis trib. personis: quamuis ly Deus non explicet unitatem numeralem, quã ex plicat ly hic Deus. Secundo respondetur, q̃ quamuis ponatur in Deus, nisi pater aut filius aut spiritus sanctus, & assumptio oportet fiat ad hunc Deũ determinate, s. vel patrẽ, vel filiũ, vel spiritũ sanctum, iõ hic Deus non posset assumere naturam, nisi ut est persona, & iõ vnio aut est in natura aut in persona. Sed hæc responsio ambigua, vel falsa est, & eius dicta examinanda sunt in q. 3. ar. 3. vbi tractabitur, an abstracta per intellectũ personalitate in Deo posset fieri assumptio naturæ humanæ. Tertiõ respondetur distinguendo ly unio, dicendo q̃ æquiuocatur de vnione, qm̃ alterius rõnis est vnio verbi incarnati, ab vnione, quæ hic Deus esset intra carnatus. In hoc aũt atti. qõ est de unione verbi incarnati, ut patet in illius titulo, ita q̃ supponitur hic unio uerbi incarnati, & quæritur qualitas unionis, supponitur, personã filii Dei, quã verbũ significat, esse incarnatã, esse vnitã carni, & quæritur modus, quo est facta hæc vnio, an. s. in persona. Vbi aũt hic Deus incarnatus esset, non supponeretur verbũ incarnatũ: sed supponeret hũc Deũ incarnatũ, & quæreretur modus vnionis, an in natura, an in persona, an in solo individuo naturæ. Patet aũ unliones has esse diuersarum rõnum ex eo, q̃ vnio verbi incarnati est ad incõicabilem terminum. ve bum. n incõicabile est cuique supposito, unio aũt huius Dei incarnati fi esse t, ad cõicabilẽ esse terminum. est. n. hic Deus cõis omnib personis diuinis. Sed hæc responsio licet veritatẽ dicat quo ad id, quod de facto inuenitur in unione verbi incarnati: quia sm̃ veritatẽ unio terminatur ad incõicabilem terminum vt sic, non satisfacit tamen difficultati motæ formaliter, qm̃ in hoc arti. etsi supponitur verbũ incarnatum, non tamen supponitur, vnionẽ hanc esse in persona, ac per hoc non supponitur vnionẽ esse ad terminũ incõicabilem, immo cum verbũ incarnatũ sit sm̃ se, & naturæ diuinæ, & subsistens in natura diuina, & persona (est. n. ipsa deitas & Deus, & est hic Deus, & verbum) sicut in primo articulo quæritum est, an vnio verbi incarnati sit facta in natura, ita deinde debebat inquiri, an sit facta in individuo naturæ, & demũ quæri an sit facta in persona, vt sic discussus esset ois modus unionis, quo verbũ incarnatũ unitum intelligi potest carni. Et enim sicut si verbum incarnatum vnitũ esset carni in natura, unitum diceretur ipsum verbũ carni, ita si verbũ incarnatum vnitũ esset carni, quatenus est individuum naturæ, quatenus est hic Deus, diceretur verbũ incarnatũ vnitum carni. Vnde quarto respondetur, distinguendo ly persona, q̃ persona sumitur dupliciter, primo sm̃ completã rõnem personæ seu hypostasis, & sic significat singulare habens naturã subsistentiã lem incõicabiliter, ita q̃ incõicabilitatem de notauerit Boetius in definitione per sonæ p ly individua substãtia: qm̃ æquat ad ly substãtia prima, quæ alio nomine dr hypostasis. Alio modo sumitur sm̃ rõnem quidẽ personæ, sed imperfectã, & sic significat singulare habens substantialẽ naturã, ita q̃ sola incõicabilitas illi deest ad perfectam rõnem personæ. Et hac distinctione stante dr, q̃ nomen personæ seu hypostasis aut suppositi põt sumi dupliciter, primo simpliciter, & sic appellatione personæ in diuinis non venit hic Deus, quia non hẽt cõpletam rõnem personæ: sed solũ Pater aut Filius vel Spiritussanctus: alio modo ut persona distinguitur contra naturã, ita q̃ ex uno extremo ponatur natura vt sic, & ex alio extremo ponatur persona, sicut cum distinguimus naturã, contra habentem naturam. & sic appellatione personæ uenit non solũ persona complete, sed persona incõplete, venit non solũ Pater, aut Filius aut Spiritussanctus, sed & hic Deus. Et quia in hoc articulo sermo est de persona, ut distinguitur contra naturã ut sic, ut patet in processu articuli ex cõibus Deo & reliquis substantiis, ideo persona hic sumitur ut comprehendit ẽt hunc Deũ, & propterea optime dictũ est, q̃ si non vniretur in persona, nullo modo vniretur. Et reliqua dicta solida sunt. Patet aũt hanc esse intentionẽ Auctoris, ex eo q̃ in litera in corpore articuli, pro eodẽ hẽ individuum subsistens in natura, & suppositũ, constat aũt hunc Deum esse individuum subsistens in natura diuina, & non hẽre completam rõnem suppositi. Et rursus dicitur in corpore articuli loquendo de Deo q̃ natura diuina dicitur suppositũ secũdũ quod est subsistens. Quod clarius: Constat. n. hunc Deum significare naturam diuinam, secũdum q̃ est subsistens, est enim hic Deus subsistens in natura diuina, ut patet ex modo significandi. Communiter igitur suppositi seu personæ ratio hic sumitur, vt. s. significat hoc subsistens in natura. Et ideo hæc quarta responsio ampliãda est, utpote literæ consona, & omnem ambiguitatem tollens.

Articvlvs III.

Vtrum vnio verbi incarnati facta sit in supposito, vel hypostasi.

AD tertium sic proceditur. Videtur quod vnio verbi incarnati non sit facta in supposito, siue in hypostasi. Dicit. n. Aug. in Enchi. ¶ Diuina substantia & humana, vtraq; est unus Dei filius: sed aliud propter verbũ, & aliud propter hominem. Leo Papa etiam dicit in epistola ad Flauianum: * vnum horum coruscat miraculis, aliud succũbit iniuriis: sed aliud & aliud differt supposito. ergo unio uerbi incarnati non est facta in supposito.

3. di. 6. q. 1. ar. 1. & di. 7. q. 1. art. 1 c. & dist. 10. q. 1. ar. 2. q. 3. & 4 cõ. ca. 34. 38. & 39. Et uni. ar. 1. 2. & 3. ad 4 & 5. ad 9. Et quol. 4. a. 8. & quol 9. q. 2. ar. 1. & 3. cor. Et op. 1. c. 21. & 12. & opus 4. ca. 217. 218. 219. & 220. ¶ cap. 36. 2 med. to 3. *Est epist. 10. cap. 4. Paulo, a princip.

sonæ p ly individua substãtia: qm̃ æquat ad ly substãtia prima, quæ alio nomine dr hypostasis. Alio modo sumitur sm̃ rõnem quidẽ personæ, sed imperfectã, & sic significat singulare habens substantialẽ naturã, ita q̃ sola incõicabilitas illi deest ad perfectam rõnem personæ. Et hac distinctione stante dr, q̃ nomen personæ seu hypostasis aut suppositi põt sumi dupliciter, primo simpliciter, & sic appellatione personæ in diuinis non venit hic Deus, quia non hẽt cõpletam rõnem personæ: sed solũ Pater aut Filius vel Spiritussanctus: alio modo ut persona distinguitur contra naturã, ita q̃ ex uno extremo ponatur natura vt sic, & ex alio extremo ponatur persona, sicut cum distinguimus naturã, contra habentem naturam. & sic appellatione personæ uenit non solũ persona complete, sed persona incõplete, venit non solũ Pater, aut Filius aut Spiritussanctus, sed & hic Deus. Et quia in hoc articulo sermo est de persona, ut distinguitur contra naturã ut sic, ut patet in processu articuli ex cõibus Deo & reliquis substantiis, ideo persona hic sumitur ut comprehendit ẽt hunc Deũ, & propterea optime dictũ est, q̃ si non vniretur in persona, nullo modo vniretur. Et reliqua dicta solida sunt. Patet aũt hanc esse intentionẽ Auctoris, ex eo q̃ in litera in corpore articuli, pro eodẽ hẽ individuum subsistens in natura, & suppositũ, constat aũt hunc Deum esse individuum subsistens in natura diuina, & non hẽre completam rõnem suppositi. Et rursus dicitur in corpore articuli loquendo de Deo q̃ natura diuina dicitur suppositũ secũdũ quod est subsistens. Quod clarius: Constat. n. hunc Deum significare naturam diuinam, secũdum q̃ est subsistens, est enim hic Deus subsistens in natura diuina, ut patet ex modo significandi. Communiter igitur suppositi seu personæ ratio hic sumitur, vt. s. significat hoc subsistens in natura. Et ideo hæc quarta responsio ampliãda est, utpote literæ consona, & omnem ambiguitatem tollens.

¶ Super quæstionis secundæ, Articulum tertium.

IN titulo articuli tertii duo declaranda sunt, quæ tamen in corpore articuli habentur. Primo declarandi sunt termini, s. suppositum & hypostasis: secundo declaranda est ratio quæstionis. Suppositum, ut in litera dicitur ea ratione vocatum est, quia supponitur uniuersis, quæ in aliquo sunt, sine sint substantialia, sine accidentalia: supponitur autem per hoc, quòd illorum prædicationem recipit. Vnde suppositum hominis est *hic homo*, puta Sortes, quia hic homo est, de quo prædicantur tam esse hominem, quàm esse album, quantum, filium, locatum, agens, &c. Et quia suppositũ est nomen secundæ intentionis sicut genus, iõ suppositum significat propriam denominationem primæ substantiæ, puta huius hominis seu Sortis, & propterea non inuenitur suppositum in aliis prædicamentis: sed in solo prædicamẽto substantiæ,

Universidad de Deusto
Biblioteca

†Aliquã-tulũa pri cipio lib. 5.in tertia pagina.

Hypostasis autem Græcum est vocabulum & idem significat qđ apud nos substantia, loquendo de substãtia, quæ proprie, principaliter & maxime dr, ut hr in prædicamẽtis, hoc est significat primam substantiam, rõ huius nõis nõ habet ortum a re, sed ab opinione: qm̃ secũdum rem in qõne præcedentis articuli de vnione in persona, tractatum est de vnione in hypostasi seu supposito, qm̃ in natura rõnali seu intellectuali loquendo, synonyma sunt persona, hypostasis & suppositum, quodlibet enim horum nihil aliud importat, quam primam substantiam in natura rationali: sed ignorantia (ut in litera dicitur) quorundam propriam vocem ignorantiũ distinguẽdo intellectu hæc, & dicendo qꝫ unio est facta in persona, & non hypostasi, obtinuit, ut post articulum de unione in persona, inquireretur de vnione in hypostasi.

*p.p.q.3. ar.5.

†c. 1.non multũ ante med. *li.3.ort. fid. c.3.4. & 5. Inf.ar.6 c.& q.16. ar.1. c.

†Inf.ar.6 c.& q.16. ar.1.c.

In 3.pagina a prin. libri.

¶ In corpore articuli non opus est distinctione, sed annotatione, qđ in determinatione huius articuli patet, tam primã, quam tertiam opinionem relatam a magistro Sen. in 6. dist. tertii sen. esse hæresim oliꝰ ab ecclesia damnatã. Nam prima ponit duas in Christo hypostases, tertia aũt non solũ duas ponit hypostases, sed ẽt negat unionem in persona, proprie loquẽdo, ut patet ibi.

In 3.pagina a pri. libri.

¶ In eodem articulo in responsione ad secundum sunt illa verba de humanitate Christi notanda, scilicet quia tamen uenit in unionem cuiusdam completi. Sicꝫ tius Christi, prout est Deus & homo, &c. Ingerunt siquidẽ hæc uerba difficultatem de cõpositione Christi, de qua quia sequens tractat articulus, transeamus.

¶ 2 Prætę. Hypostasis nihil aliud est, quam substantia particularis, vt Boet. dicit in lib. de Dua. na. † Manifestũ est aũt, qꝫ in Christo est quædam alia substantia particularis præter hypostasim verbi, s. corpus & anima & compositũ ex eis. ergo in ipso est alia hypostasis præter hypostasim verbi.

¶ 3 Prætę. Hypostasis verbi non continetur in aliquo genere, neq; sub specie, vt patet ex his, quæ in prima parte dicta sunt: * sed Christus, secundum qꝫ est factus homo, continetur sub specie humana, dicit enim Diony. 1. c. de Diuin. no. † Intra naturæ nostræ terminos venit, qui omnem totius naturæ ordinem supereminenter excedit. Non aũt continetur sub specie humana, nisi sicut hypostasis quædam humanæ speciei. ergo in Christo est alia hypostasis præter hypostasim verbi Dei: & sic idẽ qꝫ prius.

¶ Sed contra est, quòd Damasc. dicit in 3. lib. In Domino Iesu Christo duas naturas cognoscimus, unam aũté hypostasim.

¶ Respondeo Dicendum, quòd quidam ignorantes habitudinem hypostasis ad personam, licet concederent in Christo unam solam personam, posuerunt tamen aliam hypostasim † Dei, & aliam hominis, ac si unio sit facta in persona, non in hypostasi.

Quod quidem apparet erroneum, tripliciter. Primo, ex hoc, quòd persona super hypostasim non addit nisi determinatam naturam, scilicet rationalem, secundum quòd Boet. dicit in lib. de Dua. na. * quòd persona est rationalis naturæ individua substantia, & ideo idem est attribuere propriam hypostasim humanæ naturæ in Christo, & propriam personam. Quod intelligentes sancti Patres, utrumqꝫ in concilio quinto apud Constantinopolim † celebrato damnauerunt, dicentes: Si quis introducere conetur in mysterio Christi duas subsistentias, seu duas personas, anathema ꝺ sit: nec enim adiectionem personæ, vel subsistentiæ suscepit sancta Trinitas, incarnato vno de Sancta Trinita. Deo verbo. Subsistentia autem idem est quod res subsistens, quod est proprium hypostasis, ut patet per Boet. in lib. de Dua. na. † Secundo, quia si detur, quòd persona aliquid addat super hypostasim, in quo posit unio fieri, hoc nihil aliud est quã proprietas ad dignitatem pertinens, secundum quòd à quibusdam dicitur, qꝫ persona est hypostasis proprietate distincta, ad dignitatem pertinente. Si ergo facta sit unio in persona, & non in hypostasi, consequens erit qꝫ non facta sit unio, nisi secundum dignitatem quãdam. Et hoc est approbante synodo Ephesina, dãnatum a Cyrillo † sub'his verbis: Si quis in uno Christo diuidit subsistentias post adunationem sola copulans eas coniunctione, quæ secũdum dignitatem quãdam, uel auctoritatem est vel secundum potentiam, & non magis concursu secundum adunationem naturalem, anathema sit. Tertio, quia tantum hypostasis est cui attribuuntur operationes & proprietates naturæ, & ea etiam quæ ad naturæ rationem pertinent in concreto: dicimus enim qꝫ hic homo ratiocinatur, & est risibilis, & est animal rationale. Et hac ratione hic homo dicitur esse suppositum: quia scilicet supponitur his, quæ ad hominem pertinent, eorum prædicationem recipiens. Si ergo sit alia hypostasis in Christo præter hypostasim verbi, sequitur quòd de aliquo alio quàm de verbo verificentur ea, quæ sunt homijus, puta esse natum de Virgine, passum, crucifixum, & sepultum. Et hoc etiam damnatum est approbante concilio Ephesi. sub his verbis, † Si quis personis duabus vel subsistentiis eas, quæ sunt in Euangelicis & Apostolis scripturis, impartitur uoces, aut de Christo à Sanctis dictas, aut ab ipso de se, & quasdam quidem velut homini præter illud ex Deo verbum specialiter intellecto applicat, quasdam uero uelut Deo decibiles, soli ex Deo patre verbo, anathema sit. Sic ergo patet esse hæresim olim ab ecclesia damnatam, dicere quòd in Christo sunt duæ hypostases, uel duo suppositа, siue quòd unio non sit facta in hypostasi vel supposito. Vnde in eadem synodo legitur. † Si quis non confitetur carni secundum subsistentiam unitum ex Deo patre verbum, unumque esse Christum cum sua carne, eundem, scilicet Deum & hominem, anathema sit.

In Ephesinæ synodi 1. can. 4. c. 1. concil.

In cano. 2. Ephe. 1. Synodi q̃ fuit vna ex 4. principalibus.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd sicut accidentalis differentia facit alterum, ita differentia essentialis facit aliud. Manifestum est autem quòd alteritas, quæ prouenit ex differentia accidentali, potest ad eandem hypostasim vel suppositum pertinere in rebus creatis, eo qꝫ idem numero potest diuersis accidentibus subesse, non autem contingit in rebus creatis, quòd idem numero subsistere possit diuersis essentiis vel naturis, sed unus & idem Christus subsistit in duabus naturis. Vnde sicut quod dicitur alterum & alterum in creaturis, non significat diuersitatem suppositi, sed solum diuersitatem formarum accidentalium, ita quòd dicitur Christus aliud & aliud, non importat diuersitatem suppositi vel hypostasis, sed diuersitatem naturarum. Vnde Grego. Nazanzenus dicit in epistola ad Didymum, † Aliud & aliud sunt ea, ex quibus Saluator est, non autem alius & alius, dico verò aliud & aliud econtrario, quã in Trinitate habet, ibi enim, Alius & alius dicimus, ut non subsistentias confundamus, non autem, Aliud & aliud.

In epistr. 1. ad Celidoniũ inter principiũ & mediũ, incipit Honorandi filmo.

¶ Ad secundum dicendum, quòd hypostasis significat substantiam particularem, non quocumque modo, sed prout est in suo complemento. Secundum verò quòd venit in unionem alicuius magis completi, non dicitur hypostasis, sicut manus vel pes. Et similiter humana natura in Christo quamuis sit substantia particularis: quia tamen uenit in unionem cuiusdam completi, scilicet totius Christi, prout est Deus & homo, non potest dici hypostasis uel suppositum. Sed illud completum ad quod concurrit, dicitur esse hypostasis uel suppositum.

¶ Ad tertium dicendum, quòd in rebus creatis res aliqua singularis non ponitur in genere, uel in specie ratione eius, quod pertinet ad eius indiuiduationem, sed ratione naturæ, quæ secundum formam determinatur, cum indiuiduatio magis sit secundum materias in rebus compositis. Sic ergo dicendum est, quòd Christus est in specie humana ratione naturæ assumptę, non ratione ipsius hypostasis.

¶ Super

¶ *Super quæstionis secundæ, Arti. quartum.*

IN titu. 4. ar. difficillimi hoc solum aduertendum occurrit, qꝫ ratio huius quæstionis est multiplex antiquorum doctorum auctoritas, exprimẽs Christi personam compositam, ut hic & in 3. seaten. a Magistro in dist. 6. habes.

¶ In corpore articuli ponitur una distinctio bimembris de persona Christi, & iuxta singula membra singulæ apponuntur conclusiones. Distinctio est, Persona dicitur dupliciter, primo secundum id quod in se est; secundo secundum rationem hypostasis. Prima cõclusio est, Persona Christi secundũ illud quod in se est, est omnino simplex. Probat, quia natura verbi Dei est omnino simplex. Secunda conclusio est, Persona Christi secũdum rationem hypostasis est composita. Probatur, Persona Christi secũdum rationem personæ seu hypostasis subsistit in duabus naturis, ergo est ibi unum subsistens, & duæ rõnes subsistendi. ergo sic persona est cõposita. Antecedẽs probatur: quia ratio hypostasis consistit in hoc, quod est subsistere in aliqua natura, ex hoc. n. manifestẽ hr, qꝫ verbum Dei secundum personæ seu hypostasis rationem subsistit in duab. naturis. Prima vero consequentia quoad primam partem euidens est ex dictis: quo ad secundam, ex ut antecedentis aptitę sequitur, qꝫ si subsistit in duab. naturis, oportet quamlibet naturã esse rõnem subsistendi in illa: secunda uero sequela probatur: quia vnum duob. subsistit, ex hoc namque qꝫ duæ subsistendi rationes sic coeunt in vnam personam, ut unum duobus subsistat, consequens est qꝫ persona sic, hoc est secundum rationem hypostasis est composita.

10 3. dist. 6. q. 2. ar. 3.

*Ar. 2.

*p. p. q. 3. art. 7. & p totam q.

*ar. 2. lib. 3. ort. fi. c. 3. 4. & 5.

¶ Circa dicta hic, multa occurrunt dubia. Primum est circa distinctionem in litera positam: nam non apparet sensus illius, tum quia membra distinctionis coincidunt, quoniam persona Christi secundum id quod in se est, habet rationem personæ, implicat enim dicere oppositum (& cursus persona Christi secundum rationem personæ est illa, quod in se est, cum personaliter, formaliter & realiter sit unum verbum Dei) tum quia in prima distinctione distinguitur verbum Dei aut contra suam personalitatem communi. Non potest dici primum: quia æque simplex est verbum Dei, vt sua personalitas, ut patet. Nec secundum: quia hic sensus non consonat verbis, quibus distinctionis membra significantur in litera. nam secundum membrum explicatur in litera per rationem hypostasis simpliciter & absolute, & non per rõnem hypostasis contractæ seu determinatæ, quatenus subsistit in natura humana, ut patet in litera: iuxta hunc autem sensum oportet dicere, qꝫ secundum membrum est persona Christi, quatenus hypostasis humana. Neque tertium: quia sic etiam secundum in litera membrum claudereꝰ in primo, & afferret implicationem contradictoriorum, nam quod de facto in re conuenit alicui secundum rationem prædicati superioris, conuenit illi ẽm id qđ in se est, ut patet inductiue. quicquid. n. de facto in re conuenit Sorti secundum rationem animalis, conuenit Sorti ẽm id quod in se est, ut sentire, moueri, & huiusmodi. Sortes enim secundum illud quod in se est mouetur, & sentit, ac per hoc quicquid cõuenit personæ Christi seu Verbi secundum communem rõnem personæ, de facto & in re conuenit illi secundum qꝫ in se est. Persona enim seu hypostasis in communi prædicatum superius est respectu Christi seu Verbi, ut patet. Et hinc ulterius inferuntur duo contradictoria. s. quòd persona Christi secũdum quòd in se, est omnino simplex, & est composita.

¶ Secundũ dubium est circa illas literæ propositiones. s. est ibi, hoc est in persona Christi alia & alia ratio subsistendi, & similiter vnum duobus subsistit. Videntur enim ambæ falsæ, & contra doctrinam Auctoris. Falsæ quidẽ: quia in persona Christi non est secundum fidem catholicam nisi una subsistentia, quæ scilicet est ex natura diuina, ad quam trahitur per assumptionem natura humana. sola ergo diuina natura est personæ Christi ratio subsistendi, ac per hoc falsum est, quod habeat aliam & aliam rõnem subsistendi. Et eadem ratione falsum est, qꝫ unum subsistat duobus: quia ly duob. denotat duas rationes subsistẽdi, quãuis uerum sit, qꝫ vnum subsistat in duobus. Contra Auctorem vero: quia in quarto cõtra Gen. cap. 49. in solutione secundę obiectionis dicit, Verbum Dei non habet subsistentiã ex natura humana, sed magis naturam humanam ad suam subsistentiam trahit, non enim per illam, sed in illa subsistit. Hæc ibi. Quæ sub aliis verbis repetit ibidem in solutione quintæ obiectionis. Non possunt. n. hæc simul stare, nam si natura humana, ut hic dr, est ratio subsistendi personę Christi, sequitur qꝫ persona Christi per naturam humanã, & ex natura humana subsistat, & si non subsistit per naturam humanam neque ex natura humana; sequitur quod natura humana non sit illi ratio subsistendi.

¶ Tertium dubium est, an sit simpliciter & formaliter verum, personam Christi esse compositam. Et quidem qꝫ sit formaliter verum, apparet ex eo, qꝫ compositio conuenit personæ Christi secundum ipsam rationem personæ, ut in litera hac dicitur: quod aũté conuenit alicui secundum aliquam rationem formalem, conuenit illi sub nomine illius rationis formaliter. Verbi gratia: quia congregare visum conuenit subsistentiæ secundum rationem nigri, si substantia sub nomine nigri significetur propositio enuntians congregare visum de illa, erit vera formaliter, quamuis denominatiue: vt si dicatur, Aethiops est congregatiuus uisus. Esse ergo formaliter uera ista enuntiatio, persona Christi est composita, ex quo esse compositum attribuitur Christo ratione personæ, ut dictum est. Et ex hoc ulterius sequitur, quod sic simpliciter vera, retenta identitate subiecti.

¶ Ad primum dubium dicitur, quod distinctionis membra contra se inuicem distinguuntur per hoc, quòd ly in se est, denotat verbum Dei secundum illud quod conuenit sibi ad intra, sub quo constat comprehendi esse Deum, esse filium Dei, esse substantiam, sapientiam, & reliqua, quæ conueniunt ei ex natura vel proprietate personali, ita quod loqui de persona Christi secundum illud quod in se est, est loqui de persona Christi, secundum illud quod conuenit sibi ad intra: loqui uero de persona Christi secundum rationem hypostasis, est loqui de persona Christi indefinite secundum illud quod conuenit illi ad intra: & secundum illud quod conuenit eidem ad extra, nam persona Christi est persona naturæ diuinæ, & est persona naturæ humanæ, ita quod ubi in primo membro indistincte continentur quæcumque conueniunt uerbo Dei ad intra, in secundo membro distincte unum eorum sumitur, scilicet esse personam seu hypostasim. Et quoniam esse hypostasim seu personam de facto comprehendit indistincte, & esse hypostasim ad intra respectu diuinæ naturæ, & esse hypostasim ad extra respectu humanæ naturæ, ideo distinctio cum suis membris solida inuenitur, nec

Universidad de Deusto
Biblioteca

vnum membrum includit distincte aliud. Et simile est ac si distinguere diuina sapientia dupliciter, secundum quòd est in se, & secundum rationem sapientiæ: & similiter diuina paternitas secundum quòd in se est, & secundum rationem paternitatis, & sic de similibus. Manifestè namque apparet ex his, quòd membra non coincidunt: quia licet esse sapientiam conueniat sapientiæ secundum quòd est in se, alia tamen est consideratio sapientiæ secundum rationem sapientiæ ut sic, & alia consideratio eius secundum quod in se, ut est ipsa deitas &c. Et sic est in proposito, quòd licet esse personam seu hypostasim conueniat verbo Dei secundum illud quod in se est, alia tamen est considerato eius, cum in eo consideratur illud quod est ad intra, & alia consideratio eius, quum consideratur in eo ratio hypostasis, qua non solum ad intra, sed ad extra, extendit se. Non est ergo distinctio ista in membra totaliter separata, sed in primo includitur aliquid secundi, & in secundo aliquid primi, ut patet ex dictis, & in exemplis allatis.

Vnde ad quæsitum secundæ obiectionis dicendum est tertium, scilicet quod in hac distinctione verbum Dei dissinguitur contra personalitatem in communi, hoc est absolute sumptam, ut ipsa textus verba sonant, dicendo alio modo secundum rationem personæ, vel hypostasis, ad quam pertinet subsistere in aliqua natura. Vbi clare perspicere potes, secundum membrum consistere in ratione hypostasis sine additione ulla. Et cum contra hoc obiicitur primo, quia secundum in litera membrum clarderetur in primo, respondetur quòd hoc non est verum simpliciter, hoc est totaliter, sed secundum aliquid, vt pactex dictis, quod non esse inconueniens monstratum est. Et cum obiicitur secundo, quia hic inferuntur duo contradictoria simul, scilicet quòd persona Christi secundum illud quod in se est, non est composita, & est composita: quia quod de facto & in re conuenit alicui secundum rationem prædicati superioris, conuenit illi secundum illud quod in se est, &c. respondetur quòd quasi in æquiuoco laboramus: aliud siquidem est conuenire aliquid Sorti secundum illud quod in se est, hoc est conuenire illi quod in se est Sortes, & aliud est aliquid conuenire Sorti secundum illud quod in se est, hoc est, esse de numero eorum quæ conueniunt Sorti secundum suam substantiam. Currere enim conuenit Sorti secundum illud, quod in se est in primo sensu, & non conuenit Sorti secundum illud quod in se est in secundo sensu: quia currere conuenit illirei, quæ est Sortes, sed non est de numero intrinsecorum Sorti. Simile quid accidit in proposito: quoniam esse personam tam ad intra, quam ad extra, conuenit verbo Dei secundum illud quod in se est, hoc est illi rei, quæ vere est in re verbum Dei. ipsa enim persona filii Dei Deus verus, est persona diuinæ & humanæ naturæ. Et non conuenit verbo Dei secundum illud, quod in se est in secundo sensu, hoc est non est de numero eorum, quæ conueniunt verbo Dei ad intra, ut patet, iuxta hunc namque sensum conuenit verbo Dei secundum id quod in se est, esse personam ad intra, scilicet in diuina natura. Illa ergo Maior assumpta si in primo sensu sumatur, vera est, sed ut patet, non obstat huic doctrinæ: quia in litera verbum Dei secundum quòd in se est, sumitur in secundo sensu. Nec infert contradictoria, sed infert, verbum Dei esse secundum id quod in se est, hoc est illam rem, quæ est verbum Dei esse & omnino simplicem & esse compositam, quod secundum diuersa est uerum, ut in litera patet: si vero sumatur in primo sensu, falsa est, ut patet in exemplis de currere & moueri.

¶ Ad secundum dubium, dicitur, distinguendo simpliciter vel in tali natura. Vbi nota quod licet proprie loquendo non possit fieri distinctio ista nisi in naturis partialibus, considerando naturalem ordinem vniuersi, quia non inuenitur vna hypostasis subsistens in pluribus naturis simpliciter, sed solum in pluribus naturis partialibus, ut Sortes subsistit in natura animæ rationalis & in natura carnis: quia singularissimum tamen est incarnati Verbi mysterium, distinctione dicta opus est: verbum siquidem Dei subsistit simpliciter & in natura diuina & in natura humana, sed subsistere simpliciter & in natura diuina, ex uno & eodem habet, scilicet ex hoc quod est esse verbum Dei. nam ex hoc dicitur & subsistens in diuina natura, & dicitur sine additione aliqua, subsistens. Subsistere autem in humana natura aliunde habet, nam hoc conuenit ei ex tempore, & non constituit ipsum in subsistere simpliciter: quia præsupponit ipsum subsistere. Si loquamur ergo de subsistere simpliciter, una est ratio subsistendi in persona Christi; quia unum est ibi subsistere simpliciter, sicut unica subsistentia, & unicum subsistens. Sed si sit sermo de subsistere in tali natura, duæ sunt in persona Christi rationes subsistendi tam in fieri, quàm in facto esse, altera subsistendi in natura diuina, altera subsistendi in natura humana. Et ratio quidem subsistendi in natura diuina est in fieri generatio æterna, in facto esse autem esse Deum. ratio vero subsistendi in natura humana in fieri est assumptio humanæ naturæ, in facto esse autem, esse hominem: ex hoc enim quod Verbum factum est caro, hoc est homo, ita quod vere est homo, subsistit verbum in humana natura, in qua prius non subsistebat. Sunt ergo in persona Christi duæ rationes subsistendi in duabus naturis, diuina scilicet & humana, licet sic ibi unum subsistens simpliciter, & una ratio subsistendi simpliciter. Et similiter vnum subsistit duobus ut rationibus subsistendi in duobus, scilicet in esse diuino & esse humano. Et per hæc patet quo pacto non dissonent a se inuicem diuersa dicta Auctoris: quoniam dicta hic vera sunt de subsistere in tali natura, dicta alibi vera sunt de subsistere simpliciter. Et si instetur, quòd auctor hic ponit duas rationes subsistendi sine additione aliqua, & non dicit quòd est alia & alia ratio subsistendi in tali & tali natura, respondetur, quod quia iam præmiserat ibidem pro fundamento, ad hypostasim spectare subsistere in aliqua natura, ideo absque repetitione subintelligi uoluit, quod de ratione subsistendi in aliqua natura sermo suus est.

¶ Ad tertium dubium habita ratione eorum, quæ Auctor in tertio senten. distinct. 6. dicit (quamuis non tam alta sint ut hæc) respondetur quod quia apud nos compositio absque imperfectione componentium intelligi non potest, salua sua ratione formali, ideo non simpliciter, neque formaliter admittenda videtur in persona Christi, sed cum determinatione aliqua tollente imperfectionem unius componentis admitti potest, & admissa est simpliciter & formaliter ab antiquis & ab auctore. Ad cuius aliqualem cognitionem (quoniam, vt Diony. dixit, est ineffabilis) considerandum est multos esse compositionis modos, ut in quæstio. 3. primæ par habitum est, compositio namque alia est ex partibus quantitatiuis, alia ex materia & forma, alia ex natura & supposito, alia ex essentia & esse, alia ex genere & differentia, alia ex subiecto & accidente, & omnes important imperfectionē utriusque componentis, ut patet discurrendo. Sed si ab una istarum, hoc est a compositione ex natura & supposito, auferatur quod est imperfectionis ex parte suppositi, saluari potest in persona Christi compositio ex natura humana & supposito, & secundum hoc persona Christi esset composita. Et quoniam iste modus compositionis conuenit personæ Christi secundum rationem personæ seu hypostasis, inquantum, scilicet persona Christi subsistit in natura humana, ideo hoc modo persona Christi potest dici composita. Et intantum inuenitur huiusmodi compositio in persona Christi, ut dicat Auctor in libro 4. contra Gent. capi. 49. in solutione sextæ obiectionis, quòd natura humana est simplicior, quam Verbum inquantum verbum est hic homo. Et postea in solutione decimę obiectionis declarat quid significatur, & supponitur per ly hic homo dicens, id quod in natura humana subsistit, est hic homo, & hoc quoad significationem. unde ipsum. Verbum supponitur, cum dicitur, hic homo, & hoc quo ad suppositionem. Et in quæst. de vnione Verbi incarnati artic. 1. ad 15. dicit, quod natura humana est simpliciter, & formalior illo homine, qui est Verbum caro factum, & non uerbum secundum se. Sed quoniam talis compositio est compositio unius cum alio seu aliis, & unius ex alio seu aliis (& in litera solum tractari videtur compositto ex his, quoniam tractatur compositio personæ Christi, quasi subsistat ex duabus naturis, ut patet in literæ processu) ideo utroque compositionis modo persona Christi secundum personæ rationem composita inuenitur, scilicet, & compositione ex his, inquantum in duobus esse, diuino scilicet, & humano ex duabus subsistit naturis (de diuina quidem natura patet, quòd ex illa subsistit, de humana autem in symbolo Athanasij habetur, dum dicitur, Perfectus homo ex anima rationali & humana carne subsistens, ubi expresse Christus ut perfectus homo dicitur subsistens ex anima rationali & humana carne, & non solum in anima rationali & humana carne, magister quoque Sent. in 3. distinct. 6. & 7. pluries affirmat Christi personam ex duabus subsistere naturis, exponendo secundam opinionem, quæ est determinario, quam hic docemur, quam omnes catholici amplectuntur: in professione quoque Episcoporum, quando ordinantur, dicitur, Credis unicum & unum filium Dei in duabus & ex duabus naturis? & respondetur, Credo, ut patet in Pontificali ecclesiæ Romanæ) & compositione cum his inquantum persona Verbi coniungitur cum hoc, quod est esse hunc hominē, non quod assumpserit hunc hominem, sed quia facta est hic homo assumendo hanc humanitatem. Sed quomodo hoc sit, excedit humanam mentem, sat sit nobis nosse, quia est, dum reuelatum est, quod Verbum est ille homo, qui uocatur Christus: quo homine ut sic, natura humana ideo simplicior dicitur, quia ad hunc hominem spectant & principia individuantia & accidentia, quæ habet, quæ uniuntur illi non in natura, sed in persona, quæ non claudunter in natura humana. Ad quæstium ergo dicitur, quod duo obstant compositioni personæ Christi simpliciter & formaliter enuntiandæ, alterum est ratio compositionis, quæ quia imperfectionem componentium formaliter importat, non potest formaliter & simpliciter attribui personæ Christi: alterum est generalis regula seruanda in attributis Christo, si sunt communia naturæ, & personæ, & oppositum conuenit personæ, ut inferius patebit de hoc, quod est esse creaturam, & incipere esse, ne denotetur quòd persona Christi in se sit composita, sit creatura, incœperit esse & huiusmodi. Vnde ad primam obiectionem dicitur, quòd defectus prædicationis formalis hic est ex parte prædicari, quod formaliter sumptum non conuenit personæ. Defectus autem prædicationis simpliciter est ex parte communitatis prædicati respectu talis subiecti, scilicet personæ Christi vendicantis sibi in se oppositum, scilicet omnimodam simplicitatem, & propterea

propterea merito Auctor illas duas conditiones, quæ arguendo ad alteram partem tanguntur apposuisse videtur, & doctores posteriores non utuntur compositionis nomine in mysterio incarnationis. quo tamen utendum puto cum aliquo adiectiuo, puta quòd est compositio ineffabilis, quòd sine quacumque imperfectione alterius componentis vel aliquo huiusmodi. Et hoc ad denotādum, quod coniunctio ista intima est substantialis, quia inueritate est talis, quamuis supra intellectum nostrum. Propter hoc. n. antiqui doctores Diony. Aug. Damasce. & Auctor eum sexta Synodo (vt in corpore articuli sexti inferius recitatur) compositio nis nomine vti sunt, quamuis explicare eam non potuerint.

11 Inf. q. 16. ar. 1. ca. Et 3. di. 6. q. 3. ar. 1. Et 4. cōt. gē. 37 & 41. Et opu. 3. c. 215. *Ar. 2. & 3. præce.

¶ In responsione ad secundum eiusdem quarti articuli, aduerte quòd Auctor non dicit, quòd compositio personæ Christi ex naturis est ratione numeri, ut prima facie apparet, sed comparatiuam dicit, quod potius est ratione numeri, quam ratione partium. Quod est dicere, quod naturæ illæ potius habent rationē duorum conuenientium in unū, quā rationem partiū conuenientium in unum. Hoc autem constat esse verissimum, quia ratio partis repugnat diunitati, & quodammodo humanitati, ratio autem duorum conuenientium in unum nō repugnat eisdem. Cum quo tamen stat quod compositio ista longe maior, sit quā duorū conuenientium in unam personam, ut patet ex dictis & dicendis, speciaIiter in hac quæstione secunda.

†li. 3. ort. fid. c. 3. circa med.

*In festo circuncisionis in laudibus.

3. di. 2. qa art. 3. q. 3. ex di. 7. q. 1. art. 1. c. prine.

¶ *Super quæstionis secundæ, Articuli quintum.*

ARTICVLVS V.

Vtrum sit facta aliqua vnio animæ, & corporis in Christo.

AD quintum sic proceditur. Videtur quòd in Christo non fuerit vnio animæ & corporis. Ex vnione enim animæ & corporis in nobis causatur persona, uel hypostasis hominis. Si ergo anima & corpus fuerūt in Christo unita, sequitur quòd fuerit ex vnione eorum aliqua hypostasis constituta: nō autem hypostasis uerbi Dei, quæ est æterna. Ergo in Christo erit aliqua persona, vel hypostasis præter hypostasim Verbi, quod est contra prædicta.*

¶ 2 Præt. Ex vnione animæ & corporis constituitur natura humanę speciei. Damas. autem dicit in 3. lib. *quòd in Domino Iesu Christo non est communem speciem accipere. Ergo in eo non est facta animæ & corporis unio.

¶ 3 Præt. Anima non coniungitur corpori, nisi ut uiuificet ipsum, sed corpus Christi poterat uiuificari ab ipso verbo Dei, quod est fons & principium uitæ. Ergo in Christo non fuit unio animæ & corporis.

¶ Sed contra est, quòd corpus non dicitur animatum, nisi ex unione animę: sed corpus Christi dicitur animatum, secūdum illud, quod Ecclesia* cantat, Animatum corpus sumens, de Virgine nasci dignatus est. Ergo in Christo fuit vnio animæ & corporis.

¶ Respondeo dicendum quòd Christus dicitur homo vniuocè cum aliis hominibus, utpote eiusdem speciei existens, sm illud Apostoli Philip. 2. In similitudinem hominum factus. Pertinet autem ad rōnem speciei humanæ, quòd anima corpori uniatur. non. n. forma constituit speciem, nisi per hoc quòd sit actus materiæ, & hoc est, ad quod generatio terminatur, per quam natura speciem intendit. Vnde necesse est dicere, quòd in Christo fuerit anima corpori vnita, & contrarium est hæreticum, vtpote derogans ueritati humanitatis Christi.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd ex hac ratione moti uidentur illi, qui negauerunt vnionem animæ & corporis in Christo: ne per hoc scilicet cogerentur personam nouam uel hypostasim in Christo inducere: quia uidebāt, quòd in puris hominibus ex unione animæ ad corpus constituitur persona. Sed hoc ideo in puris hominibus accidit, quia anima & corpus sic in eis coniunguntur, ut per se existant. Sed in Christo uniuntur ad inuicem, ut adiuncta alteri principaliori, quod subsistit in natura ex eis composita, & propter hoc ex unione animæ & corporis in Christo non constituitur noua hypostasis, seu persona: sed aduenit ipsum coniunctum personæ, seu hypostasi præexisteti. Nec propter hoc sequitur, quòd sit minoris efficaciæ unio animæ & corporis in Christo, quam in nobis: quia ipsa coniunctio ad nobilius non admittit virtutem, aut dignitatem, sed auget, sicut anima sensitiua in animalibus constituit speciem, quia considerat ut ultima forma, non autem in hominibus, quamuis in nobis sit uirtuosior & nobilior: & hoc propter adiunctionem ulterioris & nobilioris perfectionis, scilicet animæ rationalis, ut etiam supra dictum est.*

¶ Ad secundum dicendum, quòd verbum Damascen.* potest intelligi dupliciter. Vno modo, ut referatur ad humanam naturam, quæ quidem non habet rationem communis speciei, secūdum quòd est in uno solo individuo, sed secundum quòd est abstracta ab omni individuo, prout in nuda contemplatione consideratur, uel secūdum quòd est in omnibus individuis. Filius autem Dei non assumpsit humanam naturam, prout est in sola consideratione intellectus: quia sic non assumpsisset ipsam rem humanæ naturę: nisi forte diceretur, quòd humana natura est quædam idea separata, sicut Platonici* posuerunt hominem sine materia: sed tunc filius Dei non assumpsisset carnem, contra illud quod dicitur Luc. ulti. Spiritus carnem & ossa non habet, sicut me uidetis habere. Similiter etiam non potest dici, quòd filius Dei assumpserit humanam naturam, prout est in omnibus individuis eiusdem speciei: quia sic omnes homines assumpsisset. Relinquitur ergo, ut Damascen.* postea dicit in eodem lib. quòd assumpserit naturam humanam in atomo, idest in individuo, non quidem in alio individuo, quod sit suppositum vel hypostasis illius naturæ, quā in persona filii Dei. Alio modo potest intelligi dictum Damascen.* vt non referatur ad naturam humanam, quasi ex unione animæ & corporis non resultet una communis natura, quæ est affirmatiue, cum suo corollario. Conclusio est ista: Necesse est dicere, quòd in Christo fuerit anima unita corpori. Probatur: Ad rationem speciei humanæ pertinet, quod anima corpori uniatur. ergo necesse est quod in Christo anima fuerit unita corpori. Antecedens probatur dupliciter. Primo quia forma non constituit speciem, nisi per hoc, quòd est actus materiæ. ex hoc. n. patet, quòd non est species humana nisi anima sit actus corporis, quod est esse uniturn corpori. actus enim est vnitus materiæ, cuius est actus. Secundo, quia hoc, scilicet animam esse in corpore, est term inus generationis ordinatæ a natura ad speciem. ex hoc namque quòd natura per generationem tendit ad speciem, & terminatur ad unionem animæ & corporis, manifestè patet, quod species constituit ex coniunctione animæ & corporis. Et sic patet antecedens. Consequentia ve ro probatur: quia Christus dicitur homo uniuoce cū aliis hominibus, probatur: quia est eiusdem speciei. Probatur, quia est in similitudinem hominum factus. Et est proculdubio sermo de similitudine substantiali, quia est sermo de similitudine hominū non de similitudine hominum quātorum, aut qualium aut quōlibet alter se habentium: homo. n. subsistantiæ speciei humanæ & non quantitatis aut qualitatis nomen est. Ex hoc namque, quòd eiusdem est speciei Christus, quatenus homo, cum aliis hominib. sequitur manifeste, quòd si spēs humanę naturæ in aliis cōstituitur ex unione animæ & corporis, in Christo quoque talis unio exigatur. Corollarium est, quòd cōtrarium dicere est hæreticum. Probatur, quia derogat veritati humanitatis Christi, ut patet ex dictis.

*Ar. 2. huius q. ad 2. * Citatū in arg.

vt patet i Ari. 1. me ta. tex. 6. & 25. per multos tex.

li. 3. c. 11.

li. 3. c. 11.

¶ In responsione ad primum eiusdem articuli, discе hinc optimum ac clarum loquendi modum in hoc mysterio, scilicet quod ex unione animæ & corporis in Christo non constituitur noua persona, sed ad præexistentem personam Dei, composita natura singularis ex anima & corpore adiuncta est. Oportet ergo ex hac anima & hoc corpore unitis aut constitui nouam personam hu-

Titulus articuli 5. clarus est in se. Et oritur quæstio hæc cum ex difficultate rei in se, quia in Christo non est propria hypostasis, quæ consurgere deberet ex unione animæ & corporis, tum ex erroribus eorum, qui negauerunt in Christo talem unionem.

¶ In corpore 5. articuli unica est conclusio responsiua quæsito

Universidad de Deusto
Biblioteca

manam, aut antiquam personam constitui in hoc, q̃ sit persona humana. Et hoc secundum verificatur in Christo: hypostasis enim verbi Dei inquantum est hic homo, per naturam humanam hanc constituitur, ut Auctor in quarto contra Genti. capitu. 49. in solutione 5ę primæ obiectionis dicit. Quod est dicere personam verbi constitui in hoc quod est esse personam humanam per hanc naturam humanam: hic.n. homo personam humanam significat.

*li. 3. c. 3. in medio. ¶ In responsione ad secundum eiusdem articuli aduerte, quod Damasceni verbum tam tritum. s. verbum assumpsit naturam humanam, in atomo, dupliciter exponitur. Primo, quod ly in atomo importet ly in individuo, & sic exponitur in litera præsenti. Et quia proprie loquendo, natura humana in individuo est idē quod natura humana in hoc homine, nam hic homo est individuū naturæ humanæ, & hic homo est hypostasis naturę humanæ, & consequenter hæc verba insinuant, q̃ Verbum assumpserit naturam humanam, iam in hoc homine, ja in hypostasi, iam personatam: quia quod assumitur, præsupponitur assumptioni secundum naturæ ordinem, ideo Auctor ad excludendum talem sensum addidit, Non in alio individuo, quod sit suppositum vel hypostasis illius naturæ, quā in persona filii Dei. Iuxta quem modum exponuntur similes loquutiones in 5. & 7. distin. 3. senten, ut patet ibi. Secundo exponitur facilius, ita q̃ ly in atomo, importet ly singularem, & sic clarus sensus est, quòd Verbum assumpsit naturam humanam singularem, quia assumpsit naturam humanam hanc. Et iuxta hunc sensum est valde tritū, nec eget glossa.

*li. 2. tex. 37. to. 2.

¶ In eadem responsione ad secundum circa verba. Neque.n. generatus est, neque vnquam generabitur alius Christus, &c. aduerte q̃ si Christus esset naturæ compositæ ex deitate & humanitate, natura illa esset communis Christo, & filiis suis, quos naturaliter virtute illius naturę generasset, ita quòd genuisset filium eiusdem naturæ. s. compositæ ex deitate & humanitate, & sic genuisset aliū Christum. Sed quia hoc est impossibile, arguit Damascenus a destructione consequentis ad destructionem antecedentis. s. ex hoc, quod non potest generari alius Christus ex deitate & humanitate compositus, q̃ in Christo non est natura composita ex deitate & humanitate. Nunc autem, quia persona tantum Christi ponitur composita modo prius dicto si Christus naturali generatione aliquem produxisset, quum virtute humanæ naturæ innocentis genetasset, purum hominem produxisset generans enim generat tibi similem, non in persona, sed in natura.

¶ In responsionem ad tertium eiusdē articuli, nota illa verba, Vnumquodque formaliter est, per formam suam, quoniam in q. 17. cum tractabitur an in Christo sint plura esse, discutiēda sunt, & quomodo stat doctrina illic data cum ista.

¶ *Super quæstionis secundæ, Articulum sextum.*

IN titulo articuli 6. ly accidentaliter sumitur, ut distinguitur contra substantialiter, ita q̃ modus coniunctionis in quæstionem vertitur, an substantialis, an accidentalis sit. Vbi aduerte q̃ postquam determinacum est, quod humana natura est coniuncta filio Dei in persona, quæritur an sit coniuncta ei substantialiter, uel accidentaliter. Et hoc quia ut patet ex superius assignata letitudine unitorum alicui in persona, aliquid unitur Sorti in persona accidentaliter, ut albedo & reliqua accidentia, quæ sunt in Sorte, & aliquid unitur Sorti in persona substantialiter, ut membra sua & natura sua. Hæc autem quæ dicimus patent ex eo, quod dicendo, Sortes est albus aut magnus, enuntiamus esse accidētale Sortis: dicendo aūt, Sortes est capitatus aut hō, enuntiamus utrobique esse substantiale Sortis. Quia igitur personæ potest aliquid in persona vniri tam substantialiter, quam accidentaliter ideo merito postquam conclusum est, naturam humanam esse unitam filio Dei in persona, quæritur an sit illi unita substantialiter, an accidentaliter. Hic est sensus tituli.

¶ In corpore articuli tres sunt principales partes, in prima narrantur duæ hæreses extremæ circa quæsitum. In secūda ad alteram earum reducunt duę opiniones extremæ positæ a Magist. sent. in 6. dist. 3. sent. In tertia ponitur sententia fidei.

¶ Quo ad primū, clare constat, allatas hæreses esse extremas, dum Eutichetis error coniunctionē in Christo intantum substantialem esse dicit, quod ex substantiis duab. composita est una natura: Nestorii autem error coniunctionem istā in tantū accidentalem posuit, q̃ separauit p̃sonā filii Dei a persona filii hominis. Ille confundit naturas, & unā tā naturā, quæ personā posuit esse in Christo, iste separauit & naturas & p̃sonas, dicens in Christo duas esse & naturas & p̃sonas: cōiunxit aūt eas accidētali unione penes quinq; ut in litera clare habet. Hæc de primo.

¶ Quo ad 5m posteriorū magistrorum errores tractantur, qui putantes se catholice dicere, opiniones duas introduxerunt extremas, a pud Magistrum sent. s. primam & terciam, cum ambæ ex parte unius extremi, hoc est Nestoriani errotis se teneant. nam utrique conueniunt in hoc, q̃ ponunt in Christo diuersas hypostases, ita q̃ alia est hypostasis filii Dei, & alia hypostasis filii hominis, ac per hoc utrique separant in Chro & naturas & hypostases, seu suppositā. Et accidentalem proinde vnionem ponunt humanę naturæ ad personam filii Dei, quamuis diuersimode: quia primi ponunt sub nomine personæ dicendo hypostases duas untri in persona: quod monstratum est non esse intelligibile, nisi personæ nomen accidens significet. Alii uero ponunt vniri per modū vestis, constat namque q̃ esse vestitum, accidentale tm̄ esse ponit in persona, quæ vestita est. Et omnia clare patent in litera.

¶ Quo ad tertium primo ponitur 5nia fidei, quæ uere est media. s. q̃ vnio est 5m substantiā, ut subitantia importatur per personā, hypostasim, vel suppositum, & hoc contra Nestorium & posteriores magistros, & q̃ non est 5m subsitantiam, ut subsitantia importatur per essentiam, naturam seu quidditatem, & hoc contra Eutichetē & Dioscorum. Probaturque auctoritate sextæ Synodi, ubi patet, Vnionem, carnis ad verbum Dei 5m compositionem, quæ est secundum subsitantiam, confessam esse. Secundo modum loquendi docet circa recitatas sententias tres a Magistro sen. in 6. dist. tertii, q̃. s. nulla earum uocanda est opinio, sed secunda dicenda est 5nia doctrinaq; fidei, tam prima aūt quam tertia hæresis a concilio dānata appellanda est. Vbi scito q̃ licet tpe Magistri sen. & illorū magistrorū, quorū hic Auctor meminit, iam essent dānatæ ambæ istæ hæreses, quia tm̄ occultū erat comprehendi positiones istas sub illis damnatis, & putabatur istas ab illis tm̄ distare, ut se patatæ essent ab illis, ideo excusati fuerunt & auctores & sequaces earū, & qui tanquā opiniones illas habuerunt. Sed ex quo tanta concessa est posterioribus perspicacitas, ut uiderent & discernerent inter illas & unicuique uocum suum darent, non amplius excusarentur qui huiusmodi positiones, ut opiniones astruerent.

¶ In responsione ad primum & ad secundū aduerte primo, q̃ cōe est utrique. s. habitui & accidenti uniri & accidentaliter Sorti. nā indumentū nō nisi accidentale esse ponit in Sorte, esse. n. ue stitū accidentale esse est, & albedo accidētale esse ponit in Sorte: dīa aūt inter ipsa est, q̃ indumentū est in se substantia quædam, puta pānus laneus, albedo aūt est in se accidens, ita quod albedo & est in se accidens, & accidentaliter coniungitur Sorti. Indumētum aūt est in se substantia, sed accidentale tm̄ esse confert Sorti, s. esse vestitum. Et quia natura humana est in se substantia, & adueuit verbo Dei post eius esse cōpletum, ideo accidentaliter coniuncta verbo Dei æstimata est, quemadmodum habitus seu indumentum accidentaliter iungitur Sorti.

¶ Sed æstimationem hanc esse falsam non solū manifestatur ex antecedit is, quia scilicet unio vestis ad Sortem, non est in persona, quia

quia alia est hypostasis vestis, & alia hypostasis Sortis vestiti, sed etiam quia talis unio ut terminatur ad sortem, est secundum esse accidentale, quoniam non ponit in Sorte nisi esse vestitum quod constat esse de genere accidentis. Natura autem humana, sic est coniuncta uerbo Dei, ut conferat verbo Dei esse substantiale, quoniam confert illi esse hominem: constat autem quod esse hominem, est in genere substantiæ, & non in genere accidentis, filius siquidem Dei sic homo factus est, ut verissime sit hō. Vnde fingendo quod vestis sit nomen substantiæ, pro claritate doctrinæ, coniunctio vestis ad personā vestitam est secundum esse accidentale: quia non confert uestitæ personæ, quod sit vestis, sed quod sit vestita, sed humana natura coniungitur personæ diuinæ secundum esse substantiale: quia confert verbo Dei, quòd sit homo secundum rei veritatem simpliciter & non in intellectu aut imaginatione aut representatione, aut secundum quid. Et hoc est quod Auctor in 4. contra Gen. cap. 49. in solutione vltimę obiectionis explicatuie, hoc est quod extra de hæreticis. c. eum christus Alexander tertius explicauit, ubi sub anathemate inhibens, ne quis audeat dicere, quod Christus, secundum quòd homo, non est aliquid, quia est verus homo, contra eos loquitur qui dicebāt quòd Christus secundum quòd homo non est aliquid, sed ad aliquid seu aliqualis: hoc enim sequitur ad omnes ponentes vnionem naturæ humanæ ad hypostasim filii Dei esse accidentalem. Nam secundum huiusmodi positiones, sicut Sortem esse vestitum, aut esse quid, sed ad aliquid, aut aliqualem, &c. ita filium Dei esse hominem, non esset esse aliquid, aut aliqualem, &c. ita filium Dei esse hominem, non esset esse aliquid, sed ad aliquid, aut aliqualem, &c. Vnde Auctor optime in hoc articulo induxit decretalem illam ad probandam vnionem humanæ naturæ ad Verbum esse per 5m substantialem. Et Scotus in vltima quæsti. 6. dist. 3. sen. dicit quòd per illam decretalem condemnata est tertia opinio illic a Magistro sen. recitata, scilicet q̃ humana natura vnita est Verbo vt habitus, per hæc manifestans q̃ ly aliquid sumitur in Dicta Decretali vt distinguitur contra ad aliquid, aliquale, aliquantum, & reliqua accidentium genera. Quæ solum conuenire Christo secundum q̃ homo, dicebat positio illa, & quæcumque alia ponens vnionem 5nam accidentalem.

Ar. 1. huius q6.

*li. 3. ort. fidei c. 15. post med.

¶ Aduerte secundo propter exemplum quod in litera datur, de vnione animæ ad corpus, q̃ dicentes vnioni Verbi & naturæ humanæ maxime similem esse vnionem substantiæ & accidentis, sublato hoc, quòd substantia informatur per accidens sicut potentiale per actuale, aberrant isti valde, quoniam sublata informatione non remanet inter substantiam & accidens nisi vnio accidentalis ut patet ex hoc quod de facto sunt ibi deo, primum, quòd substantia iungitur accidenti sustentando illud, secundum quòd informatur per illud. Constat autem quòd de facto non ratione neutrius inter accidens, & substantiam est coniunctio substantialis, sed solum accidentalis. ergo si tollatur coniunctum, scilicet informatio, non nisi accidentalis unio remanet. Non ergo similimum exemplum hoc, sed abducens ab unione substantiali inter verbum & naturam humanam. Quòd autem quidam dicunt, huic unioni maxime similem esse insitionem, eo quòd ramus insitus cum ramo naturali arboris unitur in unitatem suppositi, quia eadem utriusque rami arbor est, & non unitur ei in vnitatem naturæ, quādo ramus insitus alterius naturæ est (nec obstat quod insitio fiat per contactum, seu continuationem, quoniam quod facit in corporibus situs, hoc facit in spiritualibus ordo secundum Augustī. consonat autem hæc similitudo doctrinæ sacræ Scripturæ Apoc. 5. vicit leo de tribu Iuda radix Dauid, & 22. ego radix Dauid, per hæc enim patet filium Dei se habere ad Dauid, hoc est ad naturam suam ex Dauid, ut radix) hoc inquam magis ad metaphoricam, quām ad propriam theologiam spectat. nam falsum est quod ramus naturalis, & ramus insitus sint uniti in uno supposito secundum veritatē. Quod ex 5. Metaph. patet, cum dicitur, quod quæcunque sunt unum numero, sunt unum specie, quamuis non econtra. constat autem ad sensum, quod ramus insitus & ramus naturalis distinguuntur specie, vt patet ex fructibus. sunt igitur distincti numero in genere substantię. quod est distinguī suppositaliter secūdum ueritatem: quamuis secundum apparentiam vnū appareat suppositum arboris: habet enim se arbor suscipiens insitionem quāmodocunque ex se præstans ramo insito: ita quod inter ramum insitum & plantatum differentia consistit in primo alimento. Nam ramus plantatus in terra inde primum habet alimentum impurum, & digerit illud: tamen vero insitus ex arbore habet primum alimentum iam deputatum in trunco arboris, habile ad sui nutritionem augmentationem & fructificationem. Vnde ramus insitus ponit quasi radices in arbore, vnde nutritur, sicut plantatus ponit radices in terra vnde alitur. & propter ea non cuiuscumque naturæ ramus potest cuilibet arbori inseri: sed oportet proportionem esse inter alimentum decoctum pto arbore, & alimentum rami talis naturæ. Ac si qui priam dixerit maximam positam esse similitudinem insitionis ad incarnationem, quando ramus insitus est eiusdem speciei cum trunco, quia tunc fit unum suppositum vtriusque quia continuatur ramus insitus arbori, aduertat hæc dicens, quod iam exit ab vnione insitionis, quatenus insitio est, quoniam insitio ad ramos alterius speciei extendit se, & declinat ad insitionem talem scilicet per unitatem continuitatis. Quod, formaliter loquendo, nihil aliud est dicere, quām dicere, unitatem aduenientis partis alicui toti continuo, maxime esse similem vnioni incarnationis, quod est ridiculum. Reuerentur ergo antiquos doctores, & dicant eum Auctore in quarto contra Gentil. capitu. 41. nihil in omnibus creatis inueniri, huic vnioni tam simile, sicut est vnio animæ intellectiuæ ad corpus: quod etiam hic confirmatur, dum similitudo ista affertur, & explanatur. Vbi aduerte, quod similitudo ista quantum ad unum non tenet, quantum scilicet ad hoc, quod anima unitur corpori, ut fōma materiæ, ac per hoc ut pars comparti unius humanæ naturæ ex eis compositæ, ut tam hic quām ibi expresse dicitur sub aliis tamen verbis: sed tenet quantum ad hoc, quod anima, vnitur corpori ut instrumento coniuncto, ut ibi dicitur: vel, & in idem redit, quantum ad hoc, quod corpus assumitur ad esse proprii animæ prout est personæ seu subsistentis. Et de unione quidem per modum instrumenti in loco proprio, hoc est in responsione ad quartum erit sermo, hic autem declaranda utcumque est vnio ad esse: ut est personæ. Ad cuius aliqualem perceptionem, fingamus animam rationalem per se subsistere ante corpus, sicut de facto ita est in animabus defunctorū ante resurrectionē, sic. n. sunt enim interim per seipsas absque corpore aliquo: hoc sit ere

Universidad de Deusto
Biblioteca

considera, quod anima per se subsistens aduenienti sibi duo communicat corpori. s. esse & subsistere, vel dupliciter communicat suum esse corpori. Primo per modum naturę, & hoc facit informando corpus: ex hoc enim quod informat ipsum, dat ei esse specificum, q̃ natura significat. Secundo per modū personæ, & hoc facit communicādo suū subsistere corpori ita quod non solum ipsa anima per suum subsistere subsistat, sed corpus subsistat per illudmet subsistere: subsistit enim corpus adueniens non per nouum subsistere, sed per antiquam animæ subsistentiam. Quocirca si in vnione rationalis animæ & corporis consideretur secundus tantum motus abstrahendo à primo, habebitur exemplum in rerum natura inter reliqua simillimum, quomodo vnio est humanæ naturæ ad Verbum secundū esse substantiale ipsius Verbi: non ut est naturæ, sed ut est personæ, ut in litera dicitur. Nã sicut anima rationalis corpus sibi vnitum in resurrectione trahit se eluſa informatione ad esse suum, prout est persona; hoc est prout est subsistere, & non trahit ad esse suū, prout est naturæ, hoc est, prout est conferens esse specificum: ita verbū Dei naturam humanam sibi unitam trahit ad esse suum, ut est personæ, hoc est ut est subsistere, quia natura humana in Christo nō per se separatim exiſtit, sed in verbo Dei, ac per hoc subsistere Verbi est subsistere humanæ naturæ: ille enim homo qui uocatur Iesus Christus, vere est subsistens, & non alia subsistentia quam increata & æterna subsistentia filii Dei, & non trahit ad esse suum, ut est naturæ, hoc est ut confert naturam deitatis, honenim humana natura in Christo ad naturam deitatis transit aut aliquam aliam naturam ex illa acquisiuit, sicut corpus ex unione ad esse animæ ut est naturæ nouam ex illa naturam ac speciem acquirit. Et hæc non solum pro exempli similitudine sed pro expositione responsionis ad secundum subſistant pro nunc.

*di.6.§.2. lib.3.sen.

In lit.d.1.

D.706.

Ar.3. huius qó.

Hĩ in Syno.2. Cõſtãt.can.4

Hĩ in cõcil.2. Cõſtãt.can.4

secundum æquiuocationem, ideſt communicationem nominum, prout feliciter dicimus illum hominem esse Deum & filium Dei. Manifestum est autem istos omnes modos accidentalē unionem importare. Quidam autem posteriores magistri, putantes se has hæreses declinare, in eas per ignorantiam inciderunt. Quidam enim eorum concesserunt vnam Christi personam: sed posuerunt duas hypostases siue duo suppositа, dicentes hominem quendam compositum ex corpore & anima à principio suæ conceptionis esse assumptum a Dei verbo. Et hæc est prima opinio quam Magister ponit in 6. distinct. tertii lib. sententiarum. * Alii uerò volentes seruare vnitatem personæ posuerũt Christi animam non esse corpori unitam: sed hæc duo separata ab inuicem, esse vnita verbo accidentaliter, ut sic non creſceret numerus personarum. Et hæc est tertia opinio, quam magister ibidem * ponit. Vtraque autem harum opin. incidit in hæresim Nestorii. Prima d quidem: quia idem est ponere duas hypostases, vel duo suppositа in Christo, quod ponere duas personas, ut supra dictum est. * Et si fiat uis in nomine personæ, considerandum est, quòd etiam Nestorius vtebatur vnitate personæ propter unitatem dignitatis & honoris. Vnde etiam sexta Synodus definit anathema eum, * qui dicit unam personam secundum dignitatem & honorem & adorationem, sicut Theodorus & Nestorius sanientes conscripserunt. Alia verò opinio incidit in errorem Nestorii, quantum ad hoc, quòd posuit vnionem accidentalem: non enim differt dicere, quòd uerbum Dei unitum est homini Christo secundum inhabitationem, sicut in templo suo (sicut dicebat Nestorius) & dicere quòd vnitum fuit verbum Dei homini secundum indutionem, sicut vestimento: sicut dicit tertia opinio, quæ etiam peius dicit aliquid, quàm Nestorius, scilicet quòd anima & corpus non sunt unita. Fides autem catholica medium inter prædictas positiones tenens, non dicit vnionem factam Dei & hominis secundum essentiam vel naturam, neque etiam secundum accidens: sed medio modo secundum subsistentiam seu hypostasim. Vnde in sexta Synodo * dicitur, Cum multis modis vnitas intelligatur, qui iniquitatem Apollinarii & Euthicetis sequuntur, interemptionem eorum, qui conuenerunt colentes, ideſt interimentes utramque naturam, vnionem secundum confusionem dicunt: Theodori autem & Nestorii sequaces: diuisione gaudentes, affectualem vnitatem introducunt: sancta uerò Dei Ecclesia, vtriusque perfidiæ impietatem reiiciens, vnionem verbi Dei ad carnem secundum compositionem confitetur, quod est secundum subsistentiam. Sic ergo patet, quòd secunda trium opinionum, quas Magister * ponit, quæ asserit unam hypostasim Dei & hominis, non est dicenda opinio, sed sententia catholicæ fidei: similiter etiam prima opinio, quę ponit duas hypostases, & tertia quæ ponit unionem accidentalem, d non sunt dicendæ opiniones, sed hæreses in conciliis ab Ecclesiæ damnatæ.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd sicut Dama. * dicit in 3. lib. non necesse est omnifariam & indefectiuè assimilari exempla: quod enim est in omnibus simile, idem utique erit, & non exemplum, & maxime in diuinis: impossibile, n. est simile exemplum inuenire in omnibus, & in Theologia, ideſt in deitate personarum & in dispensatione, ideſt in mysterio incarnationis. Humana ergo natura in Christo assimilatur habitui, ideſt uestimento, nō quidē quantū ad accidentalē unionem: sed quantum ad hoc quòd Verbum uidetur per humanam naturam, sicut homo per uestimẽtum. Et etiam quantum ad hoc, quòd uestimentum mutatur: quia scilicet formatur secundum figuram eius, qui induit ipsum quia à sua forma non mutatur propter uestimentum. Et similiter humana natura assumpta a uerbo Dei est meliorata, ipsum autem verbum Dei non est mutatum, ut Aug. exponit in lib. * 83. quæstio.

¶ Ad secundum dicendum, quòd illud quod aduenit post esse completum, accidentaliter aduenit, nisi trahatur in communionem illius esse completis sicut in resurrectione corpus aduenit animæ præexistenti: non tamen d accidentaliter, quia ad idem esse assumetur, ut scilicet corpus habeat esse vitale per animam, non est autem sic de albedine: quia aliud est esse albi, & aliud est esse hominis, cui aduenit albedo. Verbum autem autem Dei ab æterno esse cõtemplum habuit secundū hypostasim, siue personā: ex tẽpore aũt aduenit ei natura humana non quod proprie, seu propriissime loquendo, uniri alicui in hypostasi, communius est, quam uniri illi secundum hypostasim. nam quæcunque pertinet ad hypostasim, siue substantiale, siue accidentale sit, unitur Sorti in hypostasi seu persona, ut in articu. 2. huius quæst. Auctor dixit, sed non omne tale unitur Sorti secundum hypostasim. Et hoc dico sumendo ly in, ut denotat solum inesse psonæ, & ly secundum, ut addit modum coniunctionis inter personam & illud quod unitum est illi secundum personam. s. per modum subsistentis. Est enim uidere in Sorte esse album, & esse capitatum, & utrumque est vnum Sorti in persona: quia ut patet in 5. Meta. cap. de uno, quæcunque sunt in aliquo indiuisa sunt unum in illo. Sortes autem & suaralbedo non sunt diuisi subiecto seu hypostasi: quoniã vna & eadẽ est substantia prima, quę est Sortes, & alba, & similiter quæ est Sortes & quæ est capitata. Sed esse album nõ est unum Sorti secundum hypostasim: quia nec Sortes subsistit ex albedine aut in albedine, nec esse albũ, subsistit p subsistere Sortis. hoc n. album, quod est in Sorte, non subsistit, quia natura accidẽtis, neque per seipsam, neq; per aliud nata est subsistere. Sed esse capitatum est unum Sorti secundũ hypostasim, quamuis partialiter, quia caput pars est Sortis: quia & Sortes subsistit secundum esse capitatum, ut pote substantiale, & esse capitatum subsistit per Sortem, quia hoc capitatum subsistit Sortis subsistentia.

Quia igitur natura humana unita est filio Dei, ut nõ solum insit illi, & prædicetur de illo, sicut (sicut esse album inest filio Dei, & prædicatur de eo, dum dicitur Christus seu filius Dei est albus) sed ut filius Dei subsistat ex humana natura, & in humana natura, quãuis diuersimode, ut p̃ declaratũ est, qm̃ subsistere ex humana natura ideſt ligi, inquantũ est psona: subsistere uero in humana natura absolute admittit de verbo Dei. Et similiter humana natura constituit verbũ Dei in hoc, q̃ est esse personã humanã, in hoc, q̃ est esse hypostasim humanæ naturæ: in hoc, quod est esse hunc hominem.

*li.3.sent. dist.6.

D.250.

li.3.orth. fid. ca.26. in fi.

li.83.q.q. 73.non lõ gea.5.t.4.

D.12.

¶ In responsione ad tertium caute & perspiciter considera,

rem. Et sic natura humana loco propriæ subsistentiæ sortitur subsist entiam propriam filii Dei, & per illam subsistit, non per seipsam. Quia inquam per modum subsistentiæ vnio est inter personam filii Dei & naturam humanam, ideo dicitur quod est vnio secundum hypostasim: & dicitur in litera hæc, quòd vnio, secundum hypostasim sufficit ad hoc, quòd non sit vnio accidentalis. Vbi clare videre potes quod diximus. nam si vnio secũdũ hypostasim excludit vnionẽ esse accidentalem, cõsequens clare est, q̃ vniri secundũm hypostasim, nõ est tantũ coniungi hypostasi per inesse hypostasis: quoniã coniungi hypostasi per inesse tantũ, non excludit vnionem esse accidentalẽ, vt patet de albedine coniuncta hypostasi Sortis p̃ inesse tantũ. Plus ergo exigit vnio secũdum hypostasim. Et cum propriũ hypostasis sit subsistere in natura, consequens est quòd vnio secundũ hypostasim, exigat communionem secundũ subsistere, quam in proposito inueniri declaratũ est. ¶ In responsione ad quartũ eiusdem 6. articuli, aduerte duo, primo veritatem rei, deinde proceſſum Auctoris. Quo ad primum: quia instrumentum est nomẽ causæ, vniri alicui, vt instrumentum, non transeendit vnionem comprehensam infra genus seu latitudinem causarum, & ideo est talis vnio in causando. Et quia vnio humanæ naturæ ad Verbum (de qua est sermo) non est in causando, sed in essendo secundum esse substantiale subsistentiæ: ideo Cyrillus in litera allatus reprobat Christum tanquam instrumenti oſtæ ad Verbum esset vnio instrumenti, iam non esset vnio in per quod maximi erroris est. Inter verbum siquidem Dei & naturam humanam vnio est hypostatica, & non secundum aliquod genus seu modumentis per ie, quod est substantia, quia est secundum subsistentiam, quæ non dicit causam, seu causalitatem, sed substantiam. Pateat autem hoc nouitiis ex hoc, quòd vnio filii Dei cum natura humana propria est filio, ita quòd nec Patri nec Spiritusancto conuenit: omnis autem causalitas filii Dei respectu naturæ assumptæ communis est toti trinitati: quoniam indiuisa sunt trinitatis opera ad extra. non est ergo definienda vnio nanon firmetur sententia super ratione instrumenti vt sic, sed super ratione instrumentalis, hoc est coniuncti, hoc est spectantis ad hypostasim, iam ab ordine causandi ad ordinem essendi, & ab vnione in causando ad vnionem in essendo venitur: & ad iam dictam vnionem secundum substantiam recurſus, & resolutio fit: & patet quod prima & maxima ratio vnionis non ponitur in vnione instrumenti, sed in vnione coniunctionis, qua instrumẽtum spectat ad hypostasim. Quocirca licet sententia illa de vnione per modum instrumenti coniuncti sit vera, minus tamen formalis est, quia non attenditur ratio instrumenti vt sic, sed coniunctionis personalis, in qua pendent lex & prophetæ, hæc quo ad veritatem. In proceſſu vero Auctoris video ipsum seipso altiorem. nam in quarto contra Gen. cap. 41. vnionem Verbi incarnati declarauit secundum vnionem instrumenti coniuncti, & hoc fecit, quasi a posterioribus, & notioribus, nobis, manuducens ad tam excellam vnionem. In hoc autem loco altius contemplatus instrumenti, vt sic rationem & vnionem hypostaticam, statim in principio responsionis instrumenti vnionem ab vnione hypostatica separauit, dicens. Non omne quod assumitur vt instrumentum, &c. & ad vnionem personalem reducendam dixit. Et Nestorium inde confundit, atque Damascenum exponit. Proceſsit siquidem hic non a posterioribus, sed a prioribus ex vnione hypostatica, saluans vnionem instrumẽti talis, dum ex hoc quòd instrumentum aliquod pertinet ad esse hypostasis, saluat naturam humanam, posse dici vnitam Verbo, vt instrumentum coniunctum. Tu ergo vtrinque profice, hinc resolutionem, inde manuductionẽ sumens.

*lib.5, meta.tex.15. to.3.

*li.3.orth. fidei cap. 15. a medio.

Articvlvs VII.

Vtrum vnio naturæ diuinæ & humanæ sit aliquid creatum.

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur, quòd vnio naturæ diuinæ & humanæ, non sit aliquid creatum. Nil enim creat um in Deo, potest esse: quia quic quid est in Deo, Deus est: sed vnio est in Deo: quia ipse Deus est humanæ naturæ vnitus. Ergo videtur, quòd vnio non sit aliquid creatũ. ¶ 2. Præt. Finis est potiſsimum in vno quoque: sed finis vnionis est diuina hypostasis, siue persona, ad quam terminata est vnio. ergo videtur, quòd huiusmodi vnio maximè debeat iudicari secundum conditionẽ diuinæ hypostasis, quæ non est aliquid creatum. Ergo nec ipsa vnio est aliquid creatũ. ¶ 3 Præt. Propter quod vnumquodque, & illud magis, vt dicit Philoſoph. *sed homo dicitur esse creator, propter vnionem. Ergo multo magis ipsa vnio non est aliquid creatum, sed creator.

¶ SED CONTRA, Omne quod incipit esse ex tempore, est creatum: sed vnio illa ab æterno non fuit, sed incœpit esse ex tempore. Ergo vnio est aliquid creatum.

¶ RESPON. Dicendum, quòd vnio, de qua loquimur, est relatio quædam, quasi sumpta ad vnum esse, prout est naturæ, sicut corpus assumitur ad esse animæ: ed ad vnu esse, prout est hypostasis vel personæ. Et ideo humana natura nõ vnitur accidẽtaliter filio Dei.

¶ AD tertium dicendũ, q̃ accidẽs diuiditur contra substantiam. Substãtia autem (vt patet 5. Met.*) dupliciter dicitur. V no modo pro essentia siue natura: alio modo pro suppoſito siue hypostasi. Vnde sufficit ad hoc, q̃ non sit vnio accidentalis, quòd sit facta vnio secundum hypostasim, licet non sit facta vnio secundum naturam.

¶ AD quartum dicendum, quòd non omne quod assumitur vt instrumentum, pertinet ad hypostasim assumentis, sicut patet de securi, & gladio: nihil tamen prohibet, illud quod assumitur ad vnitatem hypostasis, se habere vt instrumentum: sicut corpus hominis vel membra eius. Nestorius ergo posuit, quòd natura humana est assumpta à Verbo solum per modũ instrumenti: non autem ad vnitatem hypostasis. Et ideo nõ concedebat, quòd homo ille verè esset filius Dei, sed instrumentum eius. Vnde Cyrillus dicit in Epiſtola ad Monachos Aegypti, Hunc Emanuelem, ideſt Christum, non tanquàm instrumenti officio assumptum dicit Scriptura, sed tãquàm Deum verè humanatum, ideſt hominem factum. Damaſcenus* autem posuit naturam humanam in Christo esse, sicut instrumentum ad vnitatem hypostasis pertinens.

¶ RESPON. Dicendum, quòd vnio, de qua loquimur, est relatio quædam, quod quid est dicendo, quod est relatio quædam: secundo extrema dictæ relationis, dicendo inter diuinam naturam & humanã tertio fundamentum dictæ relationis dicendo secundum quòd conueniunt in vna persona filii Dei. Vbi nota quòd est hic quæstio de vnione, quantum ad relationem, quam significat, & nõ de vnione quantum ad fundamentum, ad quod consequitur, quod est coniunctio naturarum in persona filii Dei, quam conclusum est esse vnionem substantialem, & non secundum esse relatiuum. Et sic patet titulus articuli.

¶ Quo ad secundum conclusio est, Vnio pro relatione est aliquid creatum. Probatur: Omnis relatio inter Deum & creaturam est realiter in creatura, & non in Deo. ergo ista vnionis relatio non est in Deo rea liter, sed in natura humana est realiter. ergo est aliquid creatum. Antecedens & ex dictis in prima parte assumitur, & probatur: quia innascitur per mutationem creaturæ, & non per mutationem Dei. Consequentia prima ex declaratione tituli patet: secunda autem relinquitur per se noũ: quia quicquid realiter est in creatura, est creatum.

¶ In hoc articulo cautiſsime aduerte distinctionem prædictam de vnione, vel quantum ad relationem, quam significat, vel quãtum ad coniunctionem in persona, ad quam consequitur: quoniam plus differunt hæc duo, quàm cælum & terra. Vnio enim prorelatione est in genere relationis, & est ens reale creatum, vt in litera dicitur. Vnio autem pro coniunctione naturæ humanæ in persona diuina cum consistit in vnitate, quæ est inter naturam humanam & personam filii Dei, est in genere seu ordine substantiæ, & non est aliquid creatum, sed creator. Quod ex eo constat, quòd vnum nõ addit supra ens naturam aliquam, & vnum quodque per illudmet, quod est ens, est & vnum. quod enim est ens accidentale per aliquam formam, est vnum accidentale per illam, & quod est ens relatiuum, habet vnitatem secundum esse relatiuum, & quod est ens per formam substãtialem habet vnitatem secundum esse substantiæ. Ac per hoc natura humana in Christo, quia per esse substantiale subsistentiæ personę filii Dei est iuncta naturæ diuinæ, oportet quod illud vnum esse, in quo iniuisæ

*Post. te. 5 nõ lõge a fine to. 1.

13. Inf. art. 8. c. & 3. di. 2. quæst. 2. artic. 2. q. 3. ad 2. & d. 5. q. 1 a. 2. qu. 1. & d. 17. q. 2. art. 1. c. & 4. cont. c. 39. & 41.

sunt

Universidad de Deusto
Biblioteca

sunt natura diuina & humana in Christo, sit esse vnum substantiale & diuinum. Et vere sic est, quia esse subsistentiæ filii Dei, in quo non distinguuntur ambæ naturæ, substantia est, Deus est: quia verbum Dei est, una & eadem quippe subsistentia subsistit filius Dei in natura diuina, & in natura humana, & consequenter diuina & humana natura christi sunt indiuisæ in illa subsistentia vtrique communi, quamuis inter se valde distinguantur. Et si contra hanc doctrinam obijciatur, quod huiusmodi coniunctio incœpit esse ex tempore, & consequetur est aliquid creatum, respondendum est, quod hæc coniunctio, quantum ad illud, quod ponit in ipso esse secundum se, non incœpit esse ex tempore, sed est ab æterno, sed quantum ad hoc, quod natura humana sortita sit illud subsistere, incœpit esse ex tempore. Verbi gratia. Si anima rationalis fuisset ab æterno sine corpore, quando fuisset in tempore iuncta corpori, nec esse corporis incœpisset in tempore: quia non est aliud esse corporis, quam illud æternum esse animæ. Nec unum esse substantiale corporis cum anima, incœpisset ex tempore, quantum ad illud quod ponit illa unitas in esse secundum se: quia ens & unum cum multipliciter dicatur, quod proprie est, actus est, ut dicitur in 2. de anima. Sed bene incœpisset ex tempore illud unum esse quantum ad hoc, quod corpori illud æternum esse communicaretur, quod fieret per generationem, qui corpus traheretur ad esse animæ. Ita enim accidit in proposito, dum per assumptionem natura humana trahitur ad esse subsistentiæ filii Dei. ex hac enim assumptione subsistentia, qua filius Dei in sola subsistebat natura diuina, communicatur naturæ humanæ. ita ut etiam ipsa natura humana per illam subsistat, & filius Dei in humana natura subsistat, hoc autem est unum esse in persona ambas naturas. Vbi patet, nihil creatum interuenire, nisi passionem, qua natura humana trahitur ad esse Verbi. Super hanc autem coniunctionem, super hoc unum esse fundatur consecutive unio pro relatione. sicut super coniunctionem substantialem corporis & animæ, fundatur relatio unionis inter animam & corpus. Est igitur, ut unico verbo dicatur, unio naturarum in Christo relatio creata quædam, hoc est, consequens earundem unitatem personalem increatam. Et quia argumenta Aureoli a Caprolo allata in 3. distinctio. tertii sententiarum, quæstio. prima, procedunt contra dicentes non esse aliam unionem, quam relationem inter humanam naturam in Christo & Deum (quod longe est a doctrina Auctoris, expresse ponentis, unionem, quo ad relationem, consequi unionem secundum unitatem personalem, ita quòd unio significat relationem non qualemcumque, sed consequentem naturalem unitatem personalem) ideo non censui ipsa aliter afferenda & soluenda, vtpote non contra doctrinam Auctoris in veritate, & quæ ex hac unica dicta responsione confutantur.

P.p. q. 13. arti. 7. D. 1089.

D. 1190.

In responsione ad tertium eiusdem 7. articuli dubium occurrit circa illius principium Homo dicitur, & est Deus propter unionem, inquantum terminatur ad hypostasim diuinam: tum quia falsum est, quod unum extremum vnionis sit reliquum, quia vnio terminatur ad reliquum extremum, non enim corpus est anima; propterea quia unio corporis terminatur ad animam. (vnde male dicitur, quod homo est Deus propter unionem: quia vnio terminatur ad hypostasim diuinam) tum quia dato, quòd esset verum, sequeretur quod homo non esset Deus substantialiter, sed relatiue, quod iam reprobatum est. Et tenet sequela: quia esse aliquid propter terminum relationis non est esse illud substantialiter, sed relatiue, ut patet. Et si ad hæc dicatur, quod Auctor loquitur de unione quantum ad fundamentum, non quantum ad relationem, contra hanc responsionem litera clamat, aperte subdens, non tamen sequitur quòd ipsa unio sit creator vel Deus: quia quod aliquid dicatur creatum, hoc magis respicit esse ipsius, quam rationem. Constat enim hæc verba de unione quantum ad relationem dici, de qua in responsione ad secundum dixit, quod rationem habet ex termino, esse verò habet ex subiecto, sicut motus.

¶ Ad hoc dicitur, quod secundum rem homo est Deus propter vnionem secundum unitatem personalem, quam importat, ad quam consequitur relatio unionis, & hoc non est vertendum in dubium. Sed quoniam in idem redit dicere, homo est Deus propter unitatem personalem duarum naturarum, quam consequitur vnionis relatio, & dicere, homo est Deus, propter vnionem, inquantum terminatur ad hypostasim diuinam: ideo verba Auctoris calumnianda non sunt. Manifestatur autem, quod dicimus aduertendo, quod relatio unionis est non solum inter naturas duas, diuinam scilicet & humanam, sed etiam est inter naturam humanam & hypostasim diuinam, nã & una natura unita est alteri, & humana natura vnita personæ diuinæ, & econtra diuina persona vnita est humanæ naturæ. Seruatur autem differentia in loquendo, dum de unione interna turas, aut inter personam & humanam naturam est sermo: quia quando de unione inter naturas est sermo exprimimus naturas pro terminis unionis, & unitatem personalem utriusque naturæ ponimus non pro termino, sed causa seu fundamento relationis vnionis, ut clare uidere potes in principio corporis huius articuli, vbi declarando titulum dicitur quod vnio, de qua loquimur, est relatio quædam, quæ consideratur inter diuinam naturam & humanam, secundum quod conueniunt in una persona filii Dei. Quando uero loquimur de eadem relatione vnionis inter naturam humanam & personam filii Dei, ponimus ex parte termini unitatem personalem filii Dei in utraque natura: quoniam relatio ista unionis non est quæcumque unionis relatio, nec ad hypostasim diuinam quomodolibet, sed ad hypostasim filii unam personaliter secum, hoc est cum humana natura. Et quia Auctor in hac responsione ad tertium loquitur de relatione vnionis inter naturam humanam & personam filii Dei (ut clare sonant uerba literæ, dicentis, inquantum terminatur ad hypostasim diuinam) non dixit, ad naturam diuinam, ut prius dixerat, sed dixit ad hypostasim diuinam, ideo coniunctionem personalem, seu, quod idem est, vnitatem personalem ex parte termini relationis unionis posuit. Et perinde ualet, ac si dixisset, Homo est Deus propter vnionem, inquantum in illa inuenitur secundum rem vnitas personalis diuinæ hypostasis cum humana natura. Et si expositionem ad uerbum desideras, dicito, Homo est Deus propter vnionem, hoc est relationem unionis, non simpliciter, sed cum ista condicione explanante quomodo apponimus ly propter, ad relationem unionis, scilicet inquantum terminatur ad hypostasim diuinam, ita quod ly inquantum terminatur ad hypostasim, diminuit causalitatem relationis, immo admittit causalitatem a relatione, & transfert causalitatem illam ad terminum. Sicut enim cum dicimus, quod generationis motus, inquantum terminatur ad substantiam, est in genere substantiæ, intendimus quòd generatio ratione termini sortitur. & dat esse substantiale, ita dum dicitur, quod relatio unionis inquantum terminatur ad hypostasim diuinam, hoc est ratione hypostasis diuinæ, ad quam terminatur, dat quod homo est Deus. Et est sermo de hypostasi diuina, non qualitercumque se habente, sed terminante in rerum natura relationem unionis naturæ humanæ ad ipsam: hypostasis siquidem diuina terminans relationem realem unionis ad ipsam, est hypostasis diuina (ut dictum est) non qualitercumque se habens, sed una personaliter cum humana natura. Constat autem euidentissime, quod ratione talis termini homo est Deus, ac per hoc admitti potuit, quod relatio unionis ratione talis termini dat, quod homo est Deus, & consequenter dici uere potuit, quod Deus est homo propter unionem, inquantum terminatur ad diuinam hypostasim.

10 20 30 40 50 60 70 80

¶ Ad primam igitur obiectionem dicitur, quod falsum supponit: quod scilicet ideo homo propter unionem sit Deus, quia verum est in communi loquendo, unum extremum unionis est reliquum: quia unio terminatur ad reliquum, hanc enim uniuersalem nec somniauimus: sed vt declaratum est, fundatur veritas dicti in litera super hoc, quia hoc extremum vnionis huius est tale, scilicet hypostasis diuina vna personaliter cum natura humana.

¶ Ad secundum quoque dicitur, quòd homo est Deus secundum substantiam: esse namque Deum, q̃ communicatur homini, non est esse relationis, sed in genere seu ordine substantiæ. Et quãuis esse aliquid in in cõmuni loquendo propter terminum relationis præcise, sit esse relationis, esse tamẽ aliquid ratione talis termini, scilicet personæ diuinæ, vnius personaliter cum natura humana, non est esse relationis, sed esse diuinum. Et sic patet, quòd nõ extorquendo literam, sed de vnione quo ad relationem loquendo, vera est litera.

14. 3. dist. q. 5. art. 1. q. 3.

*li. 3 ort. fidei cap. 11.

* In cor. ar.

¶ Superquæstionis secundæ, Articuli octauum.

IN titulo articuli 8. sunt tres termini. Vnio; Assumptio, & Idem. Et primus quidem terminus declaratus est in præcedenti articulo, secundus in corpore declarabitur, tertius autem absolute sumendus est, sicut iacet. In calce autem articuli soluendo exprimetur qua diuersitate seu differentia sunt non idem, puta reali, vel rationis, vel vtraq;.

¶ In corpore articuli respondetur quæsito vnica conclusione. Inter vnionem & assumptionem triplex est differentia. Declaratur manifestando singula membra sigillatim & ordinare, ita vt processus clarus fit in litera.

¶ Et prima quidem ac principalis differentia est in re formaliter significata, nam vnio significat relationem, assumptio actionem vel passionem, & sic sunt in diuerso genere, sicut relatio diuersum est genus ab actione & passione. Et quod vnio significet relationem in litera non probatur, sed assumitur ex præcedenti articulo. Ex quo ad manifestandam dictam differentiam, primo probatur, in hoc mysterio inueniri secũdum rem duo, scilicet ipsam relationem vnionis, & actionem & passionem, quia omnis relatio recipiens esse reale ex tempore, causatur ex aliqua mutatione, mutatio autem in actione & passione consistit. Relatio igitur vnionis inter humanam & diuinam in Christo, cum incœperit esse secundum rem in natura humana ex tempore, oportet quòd ex aliqua causata fit mutatione, quæ in aliquo patiente ex aliqua actione fit. Duobus igitur inuentis in hoc mysterio, scilicet relatione vnionis & actione, & passione, cum vnio significet relationem, consequens est quod assumptio significat actionem vel passionem. Et manifestatur consequentia: quia assumptione aliquis dicitur assumens tanquam agens, & aliquid dicitur assumptum tamquam patiens.

¶ Secunda autem differentia est: quia assumptio dicitur sicut in fieri, vnio autem sicut in facto esse. Probatur ex signo seu effectu: quia vniens dicitur esse vnitum, assumens autem non dicitur esse assumptum, hoc est, vnitum præsicatur de vniente, dicendo, hoc est illud: assumptum autem non sic prædicatur de assumente. Et quod hoc deriuetur ex dicta differentia, manifestatur, quia inter ly homo & ly natura humana, hæc est differentia in mysterio Incarnationis, quòd homo significat naturam humanam, vt in termino assumptionis, constat autem terminum assumptionis spectare ad incarnationem, vt in facto esse, natura vero humana significat naturam humanam, vt quæ assumitur, quòd constat spectare ad incarnationem, vt in fieri. Dicimus autem quòd vniens, scilicet filius Dei, est homo, & non dicimus, quod idem assumens est natura assumpta.

10 20 30 40 50 60 70 80

ARTICVLVS VIII.

Vtrum vnio Verbi incarnati sit idem, quod assumptio.

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur quod idẽ sit vnio, quod assumptio. Relationes enim sicut & motus specificantur secundum termi num: sed idem est terminus assumptionis & vnionis, scilicet diuina hypostasis. Ergo videtur quòd non differant vnio & assumptio.

¶ 2 Præt. In mysterio incarnationis idem videtur esse vniens & assumẽs, vnitum & assumptum: sed vnio & assumptio videntur sequi actionem & passionem vnientis & vniti, vel assumẽtis & assumpti. Ergò videtur idẽ esse vnio, quod assumptio.

¶ Præt. Damascenus * dicit in 3. lib. Aliud est vnio, aliud incarnatio: nam vnio solam demonstrat copulationẽ, ad quem autem facta est non adhuc: humanatio autem & incarnatio determinant, ad quem sit facta copulatio. Sed similiter assumptio non determinat, ad quem facta fit copulatio. Ergo videtur vnio idem esse quod assumptio.

¶ Tertia vero differentia est, quod assumptio determinat terminum a quo, & ad quem, vnio autem nihil horum determinat. Huius differentiæ primò redditur ratio ex æquiparantiæ non magis se habet ad vnum extremum, quam ad aliud, actio autem & passio diuersimode se habent ad agens & patiens, & ad diuersos terminos. Ex hoc enim sequitur, quòd cũ vnio sit relatio æquiparantiæ, nullum extremorum determinet, assumptio autem, quia est actio vel passio, determinare potest sibi terminos a quo, & ad quem. Secunda manifestatur de assumptione ex etymologia nominis. Tertio manifestatur ex signo, scilicet quòd indifferenter vnum extremũ dicitur vnitum alteri, non autem assumptum, vt patet in litera clare.

*Ar. præcc.

¶ Circa hæc dubium primo occurrit de prima differentia. Nam non solum assumptio, sed etiam vnio significat actionem: quod etiam ex litera probatur, dum dicitur, quòd vniens dicitur esse vnitum, & filius est viniens sibi naturam humanam, & in responsione ad secundum, quòd persona Patris vniuit naturam humanam Filio. Certum est enim, quòd vnire est agere, & ideo commune est Patri, & Filio, & Spiritui sancto, & similiter quod vniens est ages. Ruit igitur differentia prima.

¶ Dubium secundo occurrit de secunda differentia: quia aut intelligitur quo ad rem significatam, aut quo ad modum significandi. Non quo ad modum significandi: quia tam vnire quam assumere significat per modum verbi, omne autem verbum significat per modum fluxus, & fieri. Nec quo ad rem significatam: quia natura humana, de qua verificatur, quod est vnita, non prædicatur de quocunque vniente: quia nec Deus, nec Filius est natura humana.

¶ Dubium tertio occurrit de eo quod in tertia differentia dicitur, vnionem hanc esse relationem æquiparantiæ, quia constat ex pregedenti articulo esse relationem in, & ex altero tantum extremo: quoniam in sola natura humana habet esse: relatio autem æquiparantiæ, vt ipsum nomen sonat, æque se habet ad vtrumque extremum.

¶ Dubium quarto occurrit, qualis sit differentia inter vnionem, & assumptionem, an rationis tantum, an etiam realis. Et est ratio dubii: quia in litera in calce responsionis ad tertium concludit, quòd assumptio differt ratione ab vnione & incarnatione, clarumque videtur quòd assumptio non differt realiter, sed ratione tantum ab incarnatione. cum ergo simul contraponatur assumptioni, sola rationis differentia apparet. In oppositum autem est: quia actio & passio distinguuntur realiter a relatione consequente coniunctum, quod per actionem & passionem fit: sed assumptio & vnio sic se habent. ergo.

¶ Dubium quinto est de termino assumptionis, ad quid scilicet terminatur, ac quis est proprius terminus assumptionis, an absolutum aliquod vel relatiuum. Et est ratio dubii ex parte rei, quia per istam actionem nullum absolutum fit in persona diuina, & similiter nullum absolutum ponitur in natura humana, sed nec etiam in persona diuina realis relatio acquiritur, sed in sola natura humana fit de nouo solummodo relatio realis vnionis ad personam Filii, constat autem quod terminus actionis proprius est illud ens, quod fit per actionem illam: sola igitur relatio realis vnionis huius naturæ humanæ ad personam Filii, est terminus proprius actionis & passionis, assumptionis nomine importatæ.

¶ Ratio vero dubii ex parte nostra est, quia doctores aliqui hoc dicunt

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicunt. Scotus enim in 3. sen. dist. 1. quæst. 1. tenet huiusmodi assumptionem terminari ad relationem vnionis: quia nullum est ibi absolutum nouum tam in natura, quàm in persona, ponens hanc relationem non spectare ad genus relationis, sed esse de genere respectuum extrinsecus aduenientium, qui scilicet non necessario sequuntur fundamentum etiam posito termino, quales dicit esse vnionis respectus inter animam & corpus, si præexistentia seorsum vnirentur de nouo, & panis, & quantitas Sacramenti vnirentur, nullum enim absolutum in huiusmodi vnionibus acquireretur, fundans vnionis relationem, sed ad solam vnionis relationem terminare tur actio vnitiua.

¶ Durandus quoque in 3. senten. distinct. 5. quæst. 2. tenet actionis, quæ assumptionis nomine significatur, proprie loquêdo, terminum intrinsecum esse respectû vnionis, qui dicit esse, nó relationis generícæ, sed modû quendã realem, sicut inhærere est modus realis consequens naturã accidentis. Ad huiusmodi namque respectus dicit posse esse motum & actionem naturalem: quamuis ad vnionem naturæ humanæ in persona diuina, sola diuina actio potuerit terminari.

¶ In oppositum autem est, quòd Auctor hic dicit in calce corporis articuli, quòd assumptio determinat pro termino ad quem personalitatem diuinam, ve scilicet persona diuina in humana natura subsistat. Constat autem hoc non esse respectum, sed esse absolutum, vtpote de genere seu ordine substantiæ. ergo.

¶ Ad primum dubium dicitur, quòd prima differentia optima est, quantû ad formale significatû. Ad cuius euidentiã considerandû est fundamentû in litera positû, scilicet q in mysterio incarnationis quantũ ad propositû spectat duo tantû inueniuntur, scilicet actio & passio, & relatio vnionis, & q relatio vnionis non sit alia actione & passione ab illa actione, & passione quam significat assumptio, sed illa actio, quæ est assumere, factio est vnionis, non curando pro nunc de modo, quo sit vnionis relatio per actionem illã: hoc enim ad quintum dubium spectat. Huic enim fundamento si suppo nas, quod ly vnio, est & nomen dum declinatur, hæc Vnio, vnionis, est & verbũ, dum dicimus, Vnio, vnis, vniui, vnicum, & quòd idem formaliter significat vt nomen, & vt verbum, sicut similitudo & assimilare, videbis quòd quia nomen vnionis formaliter significat relationem, etiam verbum vniendi significat formaliter relationem. significat enim vnire, vnionem facere, sicut assimilare similitudinem facere. Si namque diligenrius ad positum fundamentum reuerteris significatum hoc, scilicet facere vnionem, clare perspicies, quòd quum ly facere, illam supponat actionem quam assumptio significat, inter vnionem & assumptionem hanc primo inuenies differentiam, quòd assumptio actionem & passionem formaliter explicat, quæ in incarnatione inuenitur: vnio vero & vnire inde derivatum, formaliter relationem explicat, quamuis vnire per modum actionis significet illam relationem. Conceditur ergo, quòd in communi vnio verbum significat actionem, hoc est vnionem facere. sed quia in proposito ly facere non dicit actionem propriam ipsius relationis distinctam contra actionem significatam per ly assumere, ideo & vera est differentia prima assignata in proposita materia, quod vnio significat formaliter relationem, assumptio actionem vel passionem, & verum simul est, q vnire significat in vnionem facere, & propterea toti Trinitati attribuitur Vnire, & esse vnientem, vt in litera dicitur.

¶ Ad secundum dubium dicitur, quòd differentia secunda intelligitur quo ad rem significatam: quia scilicet res significata per Vnire, hoc est facere relationem vnionis, non est nisi vt in facto esse: quia non est nisi in termino assumptionis. intelligi enim oportet prius natura terminari assumptionem, quàm consurgat assumpti relatio vnionis. quoniam non vnitur nisi per assumptionem: sicut oportet prius natura terminari dealbationem, quàm consurgat vnio albedinis cum subiecto. quia igitur assumere, vt assumere est efficax sicut via, & assumere vt est facere vnionem, efficax, non nisi in termino inuenitur, ideo ex parte rei differentia secunda posita est, quòd assumere dicitur vt in fieri, vnire autem vt in facto esse. Necessetus allatus hic in litera, intelligendus est vniuersaliter vt obiectio opponit, quoniam constat ex litera non esse verum vniuersaliter, q vniens est vnitum. Pater enim est vniens, & non est vnitum: quia non est homo.

¶ Ad secundum dicendum, quòd vniens & assumens non omnino sunt idem: nam omnis persona assumens est vniens, non autem econuerso. Nam persona Patris vniuit naturam humanam Filio, non autem sibi, & ideo dicitur vniens, non assumens, quasi ad se sumens. Persona autem Filij, quæ sibi humanam naturam vniuit, est vniens & assumens. Et similiter non est idem vnitum & assumptum: nam diuina natura dicitur vnita, & non assumpta.

¶ Ad tertium dicendum, q assumptio determinat, cui facta est copulatio ex parte assumentis, inquantum assumptio dicitur quasi ad se sumptio: sed incarnatio, & humanatio ex parte assumpti, quod est caro, vel natura humana. Et ideo assumptio differt ratione, & ab vnione, & ab incarnatione, seu humanatione.

Sed est intelligendus prosimiue, hoc est, quòd hinc prouenit, quòd permittitur aliquã vniens esse vnitum, si tamen significatur vt in facto esse, vt in termino, & propterea in litera caute dicitur. Vnde vere dicimus, quòd filius Dei, quia est vniens sibi naturam humanam, est homo. Assumens autem nec vniuersaliter, nec particulariter est assumptum: quoniam assumptum oportet ordine naturæ præexistere, nulla autem persona diuina, aut natura, est id, quod præexistit assumptioni, quod per naturam in abstracto significatur.

¶ Ad tertium dubium dicitur, quòd relatio vnionis dupliciter considerari potest, scilicet realiter, & formaliter. Et si consideretur secundum esse formale, hoc est, secundum suam rationem formalẽ, sic proculdubio est relatio æquiparantiæ, sicut similitudo, æqualitas, & identitas. Si vero consideretur secundum esse reale, hic nõ est relatio æquiparantiæ, vt obiectio probat. Vnde secundum diuersas considerationes, diuersimode contingit loqui de huiusmodi relationibus inter creaturam & Deum: quia quandoque negantur esse relationes æquiparantiæ, & verum est realiter, & quandoque affirmantur, & verum est formaliter. Sane igitur, ac discrete intellige diuersa, quæ contraria apparent dicta, vt non sint contraria.

¶ Ad quartum dubium dicitur, quòd assumptio differt & re, & ratione ab vnione & vnire, quamuis sola ratione differat ab incarnatione & humanatione. Et quidem quòd distinguatur realiter ab vnione, patet ex hoc, quòd tam actio, quàm passio significata assumptionis nomine distinguitur realiter à relatione vnionis consequente. Et ne ambiguitas aliqua reitec de assumptione passiua, probatur: quia assumptio passiua importat relationem causalitatis passiuæ, & denotat, vt ita dixerim, hominem Deum fieri, vt ab hoc, ita quòd relatio importata per assumptionem passiuam est ly ab hoc: quoniam secundum rem est relatio, qua natura humana à tota Trinitate eleuata est ad esse diuinum. Relatio autem vnionis est naturæ humanæ ad Filium Dei primo, & ad naturam diuinam consequenter, & non est relatio causalitatis passiuæ, alioquin communiter esset ad totam Trinitatem. Quòd vero distinguatur realiter ab vnire, ideo dixi, & verificatur non secundum ipsas actiones, sed secundum terminos. quoniam proprius terminus eius actionis, qui est assumere realiter, differt a proprio termino actionis, quæ est facere relationem vnionis vt hic, vt in sequenti patebit dubio: quamuis vnum & idem sit facere, quod per assumere & vnire importatur, (vt prædictum est) quod per se primo terminatur ad proprium terminum assumptionis, & ex consequenti ad vnionis relationem, vt nunc nunc patebit. Quòd vero sola ratione differat ab humanatione, & incarnatione, patet quia eadem est actio, idem terminus diuersimode, vt in litera dicitur explicatus. Ex hoc autem q in litera dicitur, quòd vnio differt ratione ab assumptione, aut econuerso, non habetur quòd differant sola ratione sicut reliqua, quibus connumeratur. Ad veritatem siquidem literæ sufficit, quòd differant ratione, & non exigitur quòd sola.

¶ Ad quintum dubium dicitur, quòd assumptio habet pro termino suo, propriissime loquendo ens absolutum, super quod fundatur relatio vnionis, est autem illud ens absolutum non persona Filij Dei sola, non hæc natura humana sola, sed Filium Dei esse hominem: quoniam nec persona diuina, nec hæc natura humana sit per assumptionem, quamuis fuerit simul facta cum assumptione. Sed filium Dei esse hominem fit per assumptionem, & ita fit quòd est primum esse quod per assumptionem fit, & ad quod assumptio primo tendit: acquisiuit enim Filius Dei

Dei per assumptionem esse hominem quod est esse in genere substantiæ, & non in genere relationis aut cuiusuis respectus. Et ad hoc esse per se primo incarnationem ordinari, patet ex Symbolo fidei dum dicitur de filio Dei, Et incarnatus est de Spiritusancto ex Maria virgine, & homo factus est. Hinc enim clare patet, quòd tam actio quàm passio, quæ in incarnatione interuenit, ad hoc per se primo ordinata & terminata est, quòd filius Dei factus est homo proculdubio non relatiue, sed substantialiter, alioquin non esset homo. non enim est vere homo, qui non est substantialiter homo, cum esse hominem sit esse substantiam animatam sensibilem rationalem, & non sit relatiue tantum se habere ad substantiam animatam sensibilem rationalem. Et quia constat præsupposito hoc esse absolrto, relationem vnionis fundari super hoc esse, ideo dicendum est, quod ad relationem vnionis in hoc mysterio, nulla actio aut passio, nulla mutatio per se primo terminatur, vt Auctor expresse dicit in 3. sentent. distin. 2. q. 2 art. 2. q. 3. sed est vera relatio, more aliarum relationum, nõ producta per seipsam, iuxta doctrinam 5. Physico. sed consurgens ex nouo esse absoluto facto ex assumptione. Vnde negare relationem vnionis habere fundamentum absolutum, ita quòd per incarnationem nullum ens absolutum factum est, & cum hoc dicere quod filius Dei est factus homo, & est vere homo secundum rem, est ignorare propriam vocem, & confiteri cum sententia fidei verbis solis, quòd Deus est homo substantialiter, cum Nestorio autem consentire secundum rem, quòd Deus est homo accidentaliter, & secundum esse relatiuum. Est & amplecti secundum verba Decretalem dantem dicentes Christum, secundum quòd homo, non esse aliquid, & refutare eam secundum rem: quia si solum esse relatiuũ sit de nouo in mysterio incarnationis, filius Dei secundum quòd homo, non aliquid, sed ad aliquid est.

¶ Vt autem negantium vnionis relationem habere nouum esse absolutum factum per incarnationem pro fundamento, & similiter assumptionem terminari ad nouum esse absolutum substantiæ, scilicet filium Dei esse hominem, error conuincatur, ex fundamentis eorum in philosophia monstratur. Manifestum siquidem est, quòd si albedo & subiectum seorsum præexisterent, & similiter panis & quantitas, & similiter materia & corpus, & postea vnirentur, relatio vnionis inter ea super nouo esse absolutio consurgeret, cuius oppositum ab aduersariis assumitur ad propositum. Nec hoc, quod dicimus, eget probatione, sed manifestatione. constat enim quòd subiectum in primo exemplo acquireret de nouo esse album, & in secundo esse quantum, & in tertio esse viuũ, nec potest inficiari quin quodlibet horũ esse sit & esse absolutũ, & de nouo per actionẽ vnitiuã factũ. Patet igitur q relatio vnionis est vere relatio de genere relationis, cõueniens cũ illis in modo essendi & fiendi. Ex his patet solutio omnium obiectorum.

¶ Et si contra prædictã sententiam afferantur duæ rationes Scoti ibidem contra absolutum fundans relationem vnionis, primo, videtur talis entitas in creatura, secundo, quia talis entitas aut esset substantialis aut accidentalis, non accidentalis, vt patet, nec substantialis, quia esset eadem materiæ aut formæ aut compositæ te illa, natura igitur assumpta, si dimitteretur a verbo, retineret spondendũ ex dictis est, quòd, vt dicitur 7. Meta. non sit sphæra, non sit æs, sed sit sphæra ænea, & similiter in proposito non sit filius Dei, non sit humana natura, sed sit filius Dei homo. Et simili esse album, & si postea separarentur, tã Sorte, quàm albedine seor sum conseruatis, amitteret Sortes esse album, ita quòd licet non corrumperetur albedo, corrumperetur tamen esse album, sicut in vnione non generaretur albedo, sed esse album. Esse enim album significat esse absolutum in compositione consistens, quod genera tur & corrumpitur per vnionem & separationẽ. Et similiter si corpus & anima separatim existentia vnirentur, acquireret corpus esse viuum, & si postea separarentur, vtroque seorsum conseruato, amitteret corpus esse viuum, quod est esse substantiale in compositione consistens. Ita in proposito: quia filius Dei acquisiuit per assumptionem, esse hominem proportionaliter loquendo, si separaretur natura humana à Filio, amitteret filius Dei esse hominem, quod acquisierat, quod constat esse absolutũ ens substantiale in compositione consistent. Et loquor non de compositione animæ, & corporis, quam esse præsupponit, sed de compositione naturæ & suppositi, in qua consistit esse hominem: oportet enim aliquem hominem esse hominem, & impossibile est etiam singe-

Articvlvs IX.

Vtrum vnio duarum naturarum in Christo sit maxima vnionum.

AD NONVM sic proceditur. Videtur quòd vnio duarum naturarum in Christo non sit maxima vnionum. Vnitum enim deficit in ratione vnitatis ab eo quod est vnum, eo quòd vnitum dicitur per participationem, vnum autem per essentiam: sed in rebus creatis aliquid dicitur simpliciter esse vnum, sicut præcipuè patet de vnitate ipsa, quæ est principium numeri. ergo huiusmodi vnio, de qua loquimur, non importat maximam vnitatem.

15 3. dist. 5. q. 1. art. 1. q. 1. & 4. cont. c. 4.

re esse hominem in rerum natura, nisi aliquem hominem. Ita igitur, quantum ad propositum spectat, se habet esse hominem ad filium Dei, qui vere est homo, sicut se habet esse viuum ad corpus, seu esse album ad subiectũ. & similiter ita se habet natura humana ad eundem Dei filium, sicut anima ad corpus & albedo ad subiectum. Et propterea, vt iam dictum est, quemadmodũ generatur ex vnione, & corrumpitur ex separatione nõ albedo nec subiectum, sed esse albũ, & similiter nõ anima nec corpus, sed esse animatum, & esse viuum, ita ex vi assumptionis nuõ fit filius Dei, non fit natura humana, sed fit esse hominem non in communi, sed hunc: & similiter, si separaretur natura humana, corrumperetur non natura humana, sed esse hominem hunc. Nam si sibi relinqueretur natura humana, nó esset idẽ homo, sed alius homo fieret, qui in natura illa subsisteret: non enim Christus subsisteret in illa natura, sed alius homo. Vnde si verbaliter etiam desideras respondere habes, quòd esse hominẽ, est illa entitas absoluta, quæ fundat relationem vnionis in mysterio incarnationis, & quòd ista entitas si est, necessario est vnita Verbo. Impossibile est siquidem inueniri idem esse hominẽ separatũ a Verbo: quia muis possit inueniri eadem natura humana separata a verbo: quoniam esse hominem, numeratur ad numerationem individuorum hominis. Si enim natura humana separaretur à Verbo, eo ipso q fieret, & esset alius homo, esset aliud numero esse hominem, quo ille alius esset homo, & aliud quo nũc verbũ Dei est homo: quoniã vt iam dictũ est, esse hominẽ in compositione naturæ & suppositi cõsistit, ac per hoc variato supposito, variabitur numeraliter. Sicut si albedo migraret de subiecto in subiectũ; esset aliud & aliud numero esse albũ, iuxta numerũ subiectorũ; & similiter si anima migraret de corpore in corpus, esset aliud, & aliud numero esse viuum, iuxta numerationẽ corporum eadẽ ratione, quia in cõpositione hæc omnia cõsistunt, & diuersitas numeralis diuersitatẽ subiectorũ, seu suppositorũ comitatur. Et sic patet, q est aliqua entitas absoluta, quæ quodammodo est in natura creata, scilicet, humana natura Christi, scilicet esse homine, quæ si est eadẽ numero, necessario est vnita pfonæ diuinæ.

¶ Ad secundam autẽ obiectionẽ dicitur, quòd ista entitas est substantialis, & identificatur substantiæ cõpositæ, hoc est, huic homini: non autem huic naturæ humanæ. Et ideo si hæc natura assumpta dimitteretur, non remaneret relatio vnionis: quia nec remaneret hic homo idem numero. Et sicut stat, quòd remaneret hæc eadem numero natura humana, & non remaneret idem hic homo, sed esset alius numero homo, alia numero substantia composita, de prima substantia, non de quidditate loquendo, ita stat, quòd natura assumpta potest dimitti non remanente eodem hoc nomine: immo implicat contradictoria remanere, eundem hunc hominem, & naturam assumptam dimitti: quia tunc in natura dimissa subsisteret alius homo, & non Christus, & subsilleret Christus, & non alius homo. Et error processus Scotici est ex eo, quòd substantia composita est duplex, scilicet natura, & individuũ, scilicet hæc humanitas & hic homo. Nec oportet illud quod est idem substantiæ compositæ, hoc est, huic homini, esse idẽ huic humanitati: & ideo non oportet remanente humanitate hac, si dimitteretur, remanere id, q est idem huic homini, quale est esse hominem inuentum in hoc homine, qui est Christus. Et hæc dicta sunt, loquẽdo de termino assumptionis secũdũ rẽ, hoc est, actionis & passionis intellectæ per nomẽ assumptionis: nã loquendo de termino assumptionis, vt importatur in vocabulo assumendi, remitto te ad literã, q natura humana est vt terminus a quo, & persona diuina est ut terminus ad quẽ. Quæ ideo pro nouitiis dixerim, vt non putẽt doctrinã datã a verbis Auctoris discrepare: sed attendant q ẽm varias cõsideraciones varie assignari potest terminus. Nos autẽ ad rẽ spectauimus, vt actioni reali & effectui tã excellenti suũ proprium, ac primo terminũ in re realẽ assignaremus. Et licet non manifestauerimus, qũo q dictũ est, sic manifestauimus tñ ex fidei doctrina, q ita est. Et hoc sufficere debet in tanto mysterio q, vt Aug. dicit, si rõnem haberet: non esset admirabile, & si exẽplum haberet, non esset singulare. Et ideo eaute exẽpla accipienda sunt, vt s. vtcumque perspiciamus mysterii altitudinẽ nec metiamur illud viribus ingenioli humani.

¶ Super quæstionis secundæ, Articulum nonum.

IN articulo nono, aduerte primo, quòd eum iam distinctum sit de vnione vel pro relatione vnionis, vel pro coniunctione, ad quam

Universidad de Deusto
Biblioteca

ad quam consequitur relatio vnionis, hoc in loco non sumitur vnio pro relatione, sed pro coniunctione ipsa, vt patet in principio corporis articuli, & ex conditione, quæ de ipsa inquiritur, scilicet de excellentia eius respectu reliquarum coniunctionum. Ridiculum enim hoc est, quærere de relatione, nisi ratione fundamenti. nam seclusa ratione fundamenti, nulla vnionis relatio est maior altera: sed ideo vnio materiæ & formæ est maior vnione subsistentiæ & accidentis, quia fundamentum est magis indivisum, vt patet.

¶ Aduertesecundo, quòd non quæritur explicite de vnione naturæ & personæ vtrum sit maxima: sed de vnione naturarum in persona, veruntamen & hoc in responsione ad vltimum tractabitur.

*Li.1.ca. 20. ante medium tom.3.

¶ In corpore articuli duo sunt, primo, ponitur distinctio bimembris: deinde respondetur quæsito cum distinctione iuxta membra propositæ distinctionis. Est autem distinctio ista: Vnio incarnationis dupliciter consideratur, vel ex parte naturarum coniunctarum, vel ex parte eius in quo coniunguntur.

Probatur distincto, quia vnio claudit in se duo, primo, extrema, quæ iunguntur: secundo, vnum in quo coniunguntur: est enim vnio coniunctio aliquorum in aliquo vno. Principalis conclusio responsiua quæsito est, Vnio naturarũ in Christo ex parte eius, in quo vniuntur, est maxima. Probatur, quia vnitas diuinæ personæ, in qua vniuntur, est maxima. Secũdaria conclusio est. Huiusmodi vnio ex parte naturarũ, quæ coniunguntur nó est maxima, nec aliter probatur.

¶ Circa distinctionem in litera assignatam, dubium non dissimulandum occurrit: quoniam videtur deficiens, quia coniunctio aliquorum in aliquo vno, potest accipi non solum ex parte eorum, quæ coniunguntur, vel ex parte eius, in quo coniunguntur: sed etiam ex parte coniunctionis extremorum in illo vno. Verbi gratia, coniunctio corporis & animæ in Sorte, potest accipi ex parte animæ & corporis, vel ex parte Sortis, vel ex parte coniunctionis illorum in Sorte. Et in litera hoc tertium membrum deficit, & tamen hoc est principalius membrum in proposito considerandum: quoniam non dicitur proprie loquendo: vnio maior ex parte extremorum, nec ex parte termini, sed ex parte coniunctionis extremorum in termino. Contingit siquidem in Sorte coniungi multa accidentia quæ licet ex parte eius in quo coniunguntur, scilicet persona Sortis, habeant maximam vnitatem: non tamen propterea sunt maxime vnum, quia coniunctio ipsa in Sorte non est maxima, sed minima.

¶ Dubium secundo oritur hinc circa conclusionem principalem, quoniam non nisi abusiue saluatur, ex illa vnionem incarnationis esse maximam post vnionem trinitatis diuinæ, quòd tamen & Auctor saluare nititur in litera, & Bernar. in lib. de consideratione, asserit. Et probatur sequela: quoniam non nisi abusiue diceretur, quòd vnio creaturarum vniuersi est maxima, quia ex parte eius, in quo vniuntur est maxima quia vnitas Dei in quo vniuntur est maxima vnitas. ita enim dicitur in litera, quòd diuinæ humanæque naturæ vnio in Christo est maxima ex parte eius, in quo vniuntur, quia vnitas diuinæ personæ, in qua vniuntur, est maxima. Et similiter non solum vnitas naturarum diuinæ & humanæ esset maxima, sed etiam vnio accidentiũ Christi, puta, visus & auditus, esse albi & crispi, esset maxima ex parte eius, in quo vniuntur, quia vniuntur in persona diuina, cuius vnitas est maxima: hoc enim non est saluare vnionem incarnationis esse maximam nisi abusiue, vt patet. Et multiplicatur dubium ex Durando in 3. dist. 3. sent. q. 1. dicente vnionem incarnationis esse maximam, quantum ad dignitatem, & non quantum ad intrinsecam rationem vnionis. Et hoc secundum probat, quia

¶ 2 Præt. Quanto ea, quæ vniuntur magis distant, tanto minor est vnio: sed ea quæ secundum hanc vnionem vniuntur, maximè distant, scilicet natura diuina & humana: distant enim in infinitum, ergo huiusmodi est minima vnio.

¶ 3 Præt. Per vnionem fit aliquid vnũ: sed ex vnione animæ & corporis in nobis fit aliquid vnum in persona & natura: ex vnione autem diuinæ & humanæ naturæ fit aliquid vnum solum in persona, ergo maior est vnio animę ad corpus, quàm diuinæ naturæ ad humanam: & sic vnio de qua loquimur, non importat maximam vnitatem.

¶ Sed contra est, quòd Augu. dicit 1. Trin. * quòd homo potius est in filio Dei, quàm Filius in Patre: Filius autem est in Patre per vnitatem essentiæ, homo verò est in filio per vnionem incarnationis. ergo maior est vnio incarnationis, quàm vnitas diuinæ essentiæ, quæ tamen est maxima vnionum: & sic per consequens vnio incarnationis importat maximam vnitatem.

¶ Respon. Dicendum, quòd vnio importat coniunctionem aliquorum in aliquo vno. Potest ergo vnio incarnationis dupliciter accipi, vno modo, ex parte eorum quæ coniunguntur: alio modo, ex parte eius, in quo coniunguntur, & ex hac parte, huiusmodi vnio habet præeminentiam inter alias vniones: nam vnitas personæ diuinæ, in qua vniuntur duæ naturæ, est maxima. Non autem habet præeminentiam ex parte eorum, quæ coniunguntur.

¶ Ad primum ergo dicendum, quod vnitas diuinę personę est maior, quàm vnitas numeralis, quæ scilicet est principium numeri. Nam vnitas diuinæ personæ, est vnitas increata, per se subsistens, non recepta in aliquo per participationem, est etiam in se completa, habens in se quicquid pertinet ad rationem vnitatis: & ideo non competit sibi ratio partis, sicut vnitati numerali, quæ est pars numeri, & quæ participatur in rebus numeratis. Et ideo quantum ad hoc, vnio incarnationis præeminet vnitati numerali, ratione, scilicet, vnitatis diuinæ personæ, non autem ratione naturæ humanæ, quæ non est ipsa vnitas diuinæ personæ, sed est ei vnita.

¶ Ad secundum dicendum, quod ratio illa procedit ex parte coniunctorum, non autem ex parte personæ, in qua facta est vnio.

¶ Ad tertium dicendum, quòd vnitas diuinę personę est maior vnitas, quàm vnitas, & personæ, & naturæ in nobis. Et ideo vnio incarnationis est maior, quàm vnio animæ & corporis in nobis.

¶ Quia verò illud, quod in contrariũ objicitur falsum supponit, scilicet, q̃ maior sit vnio incarnationis, quàm vnitas personarum diuinarum in essentia, dicendum est ad auctoritatem Augu. * quòd humana natura non est magis in filio Dei, quàm filius Dei in patre, sed multo minus: sed ipse homo quantum ad aliquid est in filio mę gis, quàm filius in patre, inquantum scilicet idem supponitur in hoc quod dico homo, prout sumitur pro Christo, & in hoc quod dico, filius Dei, non autem est idem suppositum patris & filij.

ARTICVLVS X.

Vtrum vnio duarum naturarum in Christo sit facta per gratiam.

AD decimum sic proceditur. Videtur quòd vnio incarnationis nõ sit facta per gratiam. Gratia enim est accidens quoddam, vt in secunda parte habitum est. * sed humanæ naturæ vnio ad diuinam non est facta per accidens, vt supra ostensum est. † ergo videtur quòd vnio incarnationis non sit facta per gratiam.

¶ 2 Præter. Gratiæ subiectum est anima: sed sicut dicitur Colos. 2. in Christo habitauit plenitudo diuinitatis corporaliter. ergo videtur quòd illa vnio non sit facta per gratiam.

¶ 3 Præt. Quilibet sanctus Deo vnitur per gratiam. si igitur vnio incarnationis fuit per gratiam, videtur quòd non aliter dicatur Christus esse Deus, quàm alij sancti homines.

¶ Sed contra est, quòd Augustinus dicit in lib. 2. de Prædest. * sanctorum, ea gratia fiat ab initio fidei suæ homo quicumq; Christianus, qua gratia homo ille ab initio suo factus est Christus: sed homo ille factus est Christus per vnionem ad diuinam naturam. ergo vnio illa fuit per gratiam.

¶ Respon. Dicendum, quòd sicut in secunda parte dictum est, * gratia dupliciter dicitur, vno modo voluntas Dei gratis aliquid dantis: alio modo ipsum gratuitum donum Dei. Indiget autem humana natura gratuita Dei voluntate ad hoc, quòd eleuetur in Deum, cum hoc sit supra facultatem suæ naturæ. Eleuatur autem humana natura in Deum dupliciter, vno modo per operationem, qua scilicet sancti cognoscunt & amant Deum: alio modo per esse personale, qui quidem modus est singularis Christo, in quo humana natura assumpta est ad hoc, q̃ sit persona filij Dei. Manifestum est autem, quòd ad perfectionem operationis requiritur, quòd potentia sit perfecta per habitum: sed quòd natura habeat esse in supposito suo, non fit mediante aliquo habitu.

¶ Sic ergo dicendum est, quòd si gratia accipiatur ipsa Dei voluntas gratis aliquid faciens, vel gratum seu acceptum, sic illa vnio est, quantum ad rationem vnionis maxima. cuius extrema magis & intimius efficiunt, vel efficiuntur vnum: sed extrema mulcarum vnionum, & non incarnationis sunt talia. ergo. Maior probatur, quia vnione vt sic, aliqua sunt vnum: ratio autem vnius est ratio indiuiſi. Minor vero, quia materia & forma constituunt vnum per essentiam, & vnum est inseparabile ab alio manẽte consistentia: nõ sic autem constat esse extrema incarnationis. Vnde glossat Durandus Bernardum, quòd intelligitur de maxima vnione quantum ad dignitatem.

¶ Ad hanc quæstionem respondetur, quod distinctio male intelligitur: nam neutrũ distinctionis membrum accipiendũ est secundum se, ita quòd cum distinguitur, coniunctionem posse accipi ex parte extremorum vel ex parte termini, non intelligitur ex parte extremorum secundum se, & sitaliter non intelligitur ex parte termini secundum se: sed quemadmodum primum membrum intelligitur ex parte extremorum inter se, ita secundum intelligitur ex parte termini vt coniungentis. Et sic non deficit tertium membrum: sed tertium membrum est id, quod distinguitur in primum & secundum. Nam coniunctio ipsa duorum in aliquo vno, distinguitur, quia accipi potest ex parte extremorum inter se, vel ex parte eius, in quo coniunguntur vt sic. Verbi gratia, Coniunctio animæ & corporis in homine potest dupliciter accipi, primo, ex parte animæ & corporis non secundum se (sic enim valde distant) sed inter se, quia inter se iunguntur, vt actus substantialis & potentia talio modo, ex parte eius, in quo iunguntur, inquantum iunguntur in illo, puta, inquantum sunt in vna natura composita, puta, humanitate, vel inquantum sunt in vna persona, puta, Sorte. Et hic est verus sensus distinctionis literæ: obiectiones autem procedunt contra alium sensum, quo sumuntur extrema, quæ iunguntur secundum se, & id in quo iunguntur secundum se. Et ideo non est mirum si deficit, si deducit ad inconuenientia, & si non saluat intentum nisi abusiue.

¶ Ex his patet solutio secundi dubii. nam sensus literæ est, quòd naturæ diuinæ & humanæ, quæ in mysterio incarnationis vniuntur, coniunctio dupliciter potest accipi, vel ex parte naturarum inter se (& sic per se nota relinquitur pars negativa, sicut vere est per se nota, quia inter se non vniuntur, nisi sicut causa, & instrumentum causæ, vbi constat non esse maximam vnionem) vel ex parte eius, in quo vniuntur, hoc est ex parte personalis coniunctionis, quam obtinent in vna persona diuina: hoc enim idem est ac dicere, ex parte personæ diuinæ, in qua coniunguntur vt sic, ac dicere ex parte personæ diuinæ inquantum est persona, vtriusque naturæ: hoc enim est accipere coniunctionem ex parte eius, in quo iunguntur vt sic, hoc est, formaliter loquendo. Quocirca quia, vt patet ex prius dictis, vniuntur in persona diuina subsistentialiter & non accidentaliter, vt accidentia Christi, & vniuntur subsistentialiter, non vt partes (vt manus & caput) sed vt totum, vt natura ipsa, vt hæc humanitas vnitur Sorti, & vniũtur non solum subsistentialiter absque partium imperfectione, sed sic subsistentialiter vniuntur in vna simplicissima & indiuisibilissima ac incomponibili vnitate subsistentiali personali communi vtrique naturæ: vt superet meritoomnem aliam vnionem quorum cumque in alio vt sic, ita quòd licet anima, & corpus Sortis vniantur subsistentialiter, & in vna natura humanitatis, & in vna persona Sortis: non tamen magis, sed pluribus modis vniuntur, quam natura diuina & humana in Christo: quia vniuntur & in natura, & in persona, istæ autem vniuntur tantum vno modo, scilicet, in persona: sed vnio hæc in isto vno modo, est maior quàm sit illa in vtroque: quia in mysterio incarnationis vnitas communis extremis, secundum quam proprissime & formaliter quantificatur coniunctio, in tertio est vnitas personalis simplicissima & incomponibilis, & indiuisibilissima, ad quam constat, q̃ nec vnitas personalis Sortis, nec vnitas essentialis humanitatis, nec ambæ simul ascendunt, vt patet. Notanter autem dixi, vnionem in alio, dixi enim hoc ad præseruandam doctrinã hãc ab vnione aliquorum inter se: quoniam vt in litera patet, non ex hac parte, sed solũ ex parte vnionis in aliquo vno, vnio naturarũ in Christo est maxima. Si tamen vnio hæc incarnationis perspiciatur, vt est duorum inter se, scilicet personę diuinæ & humanæ naturæ, sic etiam inuenitur maxima, & excedens omnes alias vniones propter dictã rationem. Et secundum quid excedit vnionem Trinitatis, vt dicitur in responsione ad vltimum ex Augu. quia homo potius est in filio Dei, quàm Filius in Patre, quia scilicet, idem est suppositum hominis & Filij Dei, non est autem idẽ suppositum Patris & Filij: appellatur autem secundum quid maior hinc ista vnitas, quia homo importat verũque, naturam scilicet humanam & suppositum, & nó quo ad naturam significatã, sed quo ad suppositũ tantum est magis in Filio quam Filius in Patre: merito autem, quod secũdum aliquid sui est magis vnum, & secundũ aliquid minus vnum appellatur secundum quid, & non simpliciter magis vnũ. Et per hæc patet expositio literæ totius articuli.

¶ Ad Durandum autem dicitur, quòd extorquet Bernardi sententiam, & vilificat eam: de vnione enim inquantum vnio, secundũ ipsam rationem vnionis loquitur Bernardus, præponens vnionem Trinitatis, quæ non esset præponenda quo ad dignitatem, quia tota Trinitas non est dignior persona filij. formaliter igitur Bernardus, formaliter & Auctor loquitur, formaliter & nos intelligimus, atq; saluamus, vnionem incarnationis esse post vnitatem Trinitatis maximam simpliciter. Et cũ dicitur, Illa sunt magis vnũ, quorũ extrema magis, & intimius cõstituunt vnum, dicitur quòd addendum est huic propositioni, vel sunt vnum inter se, vel in tertio, alioquin negetur: quia voluntaria est. Nam ex intrinseca ratione vnionis & vnius nihil aliud haberur, quàm quòd vnita aut sunt, aut sunt vnum, hoc est indiuisa inter se, vel in tertio: personæ enim diuinæ non fiunt, sed sunt vnum in tertio, hoc est in diuina essentia. Et similiter in proposito duæ naturæ sunt vnum in persona diuina, & natura humana est vna personaliter cum persona diuina. Et sic negatur Minor, scilicet quòd materia & forma magis, & intimius sunt vnum in essentia humanitatis: non enim est minus vnum, vnum in persona subsistentialiter & simplicissima, quam vnum in substantia & persona composita. Et cum probatur ex inseparabilitate, respondetur quòd etiam hic non potest fieri separatio, salua consistentia omniũ extremorum: quoniam si humana natura separetur a verbo, non esset idem, sed alius homo,, & similiter persona diuina amitteret esse hominem. Constat autem, quòd tam esse hominem, est esse subsistentiale, quam esse alium hominem, est esse aliam substantiam. Etsi hæc apparent mirabilia & incomprehensibilia nobis, non propterea sunt reijcienda, sed credenda, & veneranda.

¶ Super quæstionis secundæ Art. decimum.

TItulus articuli decimi clarus est.

¶ In corpore articuli duo sunt. primo ponitur distinctio bimembris de gratia, secundo respondetur quæsito tribus conclusionibus. Distinctio est, Gratia, pro voluntate Dei gratuita, vel pro gratuito dono.

¶ Vbi nota duo, primum est, quod in vtroque membro sit mentio de gratuito: quia voluntas quando que est debita quando que gratuita: voluntas enim iustitiam ministrantis est voluntas ex debito dãtis vnicuiq; quod suum est: voluntas autem non ex debito, nec mercenarie, nec vi aut metu dantis, sed amore benuolentiæ gratuita est: & similiter donum gratuitum est, quod ex tali voluntate datur. Secundum est, quod appellatione doni gratuiti nó solum venit habitualis gratia, sed etiam quodcunq; donum gratis concessum, siue illud sit actuale aliquod auxilium, siue quæcunq; alia res. Vnde quia hoc membrum sub diuiditur in litera quamuis non sub forma subdiuisionis, ideo numerus conclusionum excedere videtur mẽbra diuisionis, cum tamen in veritate iuxta tria membra in litera posita, scilicet gratuitum voluntatẽ Dei, & gratuitum donum habitualis gratiæ, gratuitum donũ ipsius vnionis, tres sint conclusiones.

*ca.15 ante mediũ tom.7.

¶ Prima igitur conclusio est, sumendo gratiam pro gratuita Dei voluntate, vnio incarnationis facta est per gratiam, sicut & vnio sanctorum ad Deum per cognitionem & amorem. Probatur, quia ad hoc q̃ natura humana eleuetur in Deum siue per esse personale, siue per operationẽ, eget Dei voluntate gratuita: quia vtrumq; est supra facultatẽ naturæ suæ. Secunda cõclusio est sumendo gratia pro gratuito Dei dono, hoc est gratia habituali, vnio incarnationis non est facta per gratiam, vnio vero sanctorum ad Deum fit per gratiam. Probatur: quia in communi loquendo formaliter ad perfectionem operationis requiritur, quod potentia sit perfecta per habitum: ad hoc autem quod natura sit in suo supposito non exigitur habitus aliquis Differentia autem inter has duas vniones in hoc consistit, quod vnio sanctorum ad Deum est per eleuationem ad operationes cognitionis & amoris: vnio autem Christi est per eleuationem naturæ humanæ ad esse personale filij Dei. nulla ergo gratia hic mediat sed ibi.

*3.di. 13. q.3.art.1. *P.S.q. 110.art.1.

¶ Vbi nota primo, quòd hinc habes apud Auctorem, eo dem se habere modo natura humanam Christi ad personam filij Dei, sicut se haberet ad personam propriam, & sicut se habet natura Sortis ad personam Sortis. nam hinc habes, quod ex eo quod formaliter loquendo inter naturam & proprium suppositum nullus exigitur habitus, ideo inter naturam humanam & personam filij Dei in Christo nullus exigitur habitus fundatur enim hic processus super illa proportionalitate, vt patet. Nota secundo, quod gratiæ habitualis in proposito nomen non restringitur ad gratiam, quæ ponitur in essentia animæ, vt distinguitur a charitate & aliis habitibus infusis: sed communiter sumitur vt comprehendit sub se quemcumque infusum habitum. Et hoc habes in litera ex eo, q̃

16 Infr.q.6. art.6. Et veri.q.29. artic.2. Et 3.dist.13. q.3.art.1. †P.sec.Q. 110.art.2. & 3. †Art.6. huius quæst.

habitus

Universidad de Deusto
Biblioteca

habitus ad perfectionem operationis requisitus, in potentia operatiua ponitur, quod non verificatur de gratia creata ad habitum in essentia, vt patet.

¶ Tertia conclusio est, sumendo gratiam pro gratuito Dei dono quicquid sit illud, vnio incarnationis est gratia. Probatur: quia est donū Dei concessum humanitati Christi nullis præcedentibus meritis.

¶ Vbi nota primo, q̄ hoc modo loquendo de gratia, ipsa vnio appellatur gratia mediate: quia scilicet gratuite facta est, scilicet absque vllo merito, & hinc fit vt in Christo ponatur vltra habitualem gratiam, gratia vnionis, q̄ est ipsa vnio gratuito concessa. Nota secundo, quòd eadē Auctor loquitur, non dixit, q̄ hoc modo sumendo gratiā vnio sit facta per gratiam sicut dixit in præcedentibus conclusionibus, & sicut quæritur est in titulo articuli: sed dixit quod ipsa vnio est gratia. Et ratio est: quia hoc per, denotat causalitatem gratiæ super vnione: eiusdem autem ad seipsum non est causalitas.

¶ In responsione ad primum eiusdē articuli, nota ex supra dictis in ar. 7. eiusdem q. quòd coniunctio humanæ naturæ cū persona filij Dei (quę nihil aliud est, quā vtriusque inuisio in esse personali ipsius filij Dei) potest dupliciter accipi, scilicet vel secundum illā entitatem positiuam quæ est illud esse personale illius naturæ creatæ, vel secundum mutationem & relationē, qua vnitur, & vnita relatiue dicitur humanam naturam personæ illi: nullum siquidē aliud ens reale apparet interuenisse, aut inuenirj in hoc mysterio, vltra extrema. Et si quidem vnionis gratia pro gratuito dono sumatur secundo modo, sic est donum creatum: quoniam tam mutatio passiua, qua natura, humana elevata est ad esse personale Dei, quàm relatio vnionis, inter creatas res est. Si vero vnionis gratia similiter pro dono gratuito sumatur primo modo, sic quo ad rem datam increatum donum est, quia data est personalitas diuina naturæ creatæ: quo ad substantialem vero compositionem seu coniunctionem personalitatis cum natura, donum creatum est, vt patet. Et quia vnionis gratia, hæc omni concludit, ideo quandoque res increata ponitur, vt in hac litera, dum dicitur, maius autem est ipsa res, quàm ipsa similitudo eius participata, & est sermo de re diuinæ naturæ & personæ, in qua vnionis gratia consistit. Quandoque autem ponitur res creata, dum ex voluntate Dei gratuita facta dicitur in hac litera, & diffuse inferius artic. 12. huiusmet q. & verum est quantum ad communionem illius esse diuini ad naturam humanam, quæ per assumptionem facta est, & ad quam relatio vnionis consequitur.

ceptum aliquem habens, vnio incarnationis facta est per gratiā, sicut & vnio sanctorum ad Deum per cognitionem & amorem: si verò gratia dicantur ipsum gratuitū Dei donum, sic ipsum, quod est, humanam naturam esse vnitam personæ diuinæ, potest dici quædam gratia, inquantum nullis præcedentibus meritis hoc est factum, non autem ita quòd sit aliqua gratia habitualis, qua mediante talis vnio fiat.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd gratia, quæ est accidens, est quædam similitudo diuinitatis participata in homine. Per incarnationem autem humana natura non dicitur participasse similitudinem aliquam diuinæ naturæ, sed dicitur esse coniuncta ipsi diuinæ naturæ in persona filij: maius autem est ipsa res, quàm similitudo eius participata.

¶ Ad secundum dicendum, quòd gratia habitualis est solum in anima: sed gratia, id est, gratuitum Dei donum, quod est vniri diuinæ personæ, pertinet ad totam naturam humanam, quæ componitur ex anima & corpore. Et per hunc modum dicitur plenitudo diuinitatis in Christo corporaliter habitasse: quia est vnita diuina natura nō solum animæ, sed etiam corpori: quamuis etiam possit dici, quòd dicitur habitasse in Christo corporaliter, id est, non vmbraliter, sicut habitauit in sacramentis veteris legis, de quibus ibidem subditur, quòd sunt vmbra futurorū, corpus autem est Christus: prout scilicet corpus contra vmbram diuiditur. Dicunt etiam quidam, quòd diuinitas dicitur in Christo habitasse corporaliter, id est tribus modis, sicut corpus habet tres dimensiones, vno modo, per essentiam, præsentiam, & potentiam, sicut in cæteris creaturis: alio modo: per gratiam gratum facientem: sicut in sanctis: tertio, per vnionem personalem, quòd est proprium sibi.

¶ Vnde patet responsio ad tertium: quia scilicet vnio incarnationis non

98. dist. 4. q 3. art. 2. & q. 2. Et Colo. 2. l. 2. co. 3.

ARTIC. XI.

¶ *Super quæstionis secundæ Art. vndecimum.*

IN titulo articuli 11. vide, quòd in præcedenti, & hoc, atque sequenti articulo quæstio est de causa vnionis. Et quoniam triplex illius causa assignatur, scilicet gratia, merita & natura, ideo expedito decimo articulo de gratia in hoc 11. quæritur de meritis, an scilicet vnio hæc ex meritis fuerit: & demum in 12. quæritur an sit naturalis Christo, &c. hoc est, a natura.

¶ In corpore articuli sunt tres conclusiones. Prima est: Nulla Christi opera fuerunt meritoria vnionis. Probatur: Ille homo, qui est Christus, a principio suæ conceptionis fuit filius Dei hypostatice. ergo omnis illius hominis operatio subsequuta est vnionē. ergo nulla eius operatio potuit esse meritū vnionis. Antecedens declaratur primo, & differtur inter sentētiam fidei & hæresim Photini. Et probatur secundo auctoritate angeli Luc. 1. Consequentiæ aūt relinquuntur, vt per se notæ & vere sic est: quoniam prima patet ex hoc ipso, quòd omnis operatio cuiuscumque hominis præsupponit illum hominē: oppositum enim nō est intelligibile. Idē autem est dicere, quòd omnis operatio Christi p̄supponit vnionē, & dicere quòd p̄supponit personā illius hominis: quoniam non nisi per vnionē habetur persona illius hominis: quoniā est ipsa persona filii Dei. Ex hoc igitur quòd persona illius hominis est persona filii Dei per vnionem naturæ humanæ ad personam filij Dei, optime & euidenter sequitur, quòd omnis operatio illius hominis præsupponit vnionē, quia præsupponit illū hominē. Secunda quoque patet ex hoc, q̄ meritum præcedit saltem naturæ ordine præmium, vt patet.

¶ Dubium hoc in loco nonnullum occurrit: quia licet hinc habeatur, quòd omnis operatio illius hominis subsecuta est vnionē, non tamen hinc habetur, quòd omnis operatio illius naturæ humanæ subsecuta est vnionem. Et diceret quispiam, quòd illa natura humana sicut secundum se præsupponitur naturæ ordine vnioni (quia assumptio præsupponit quod assumitur) ita secundum aliquod opus eius, puta intelligere & velle, quæ sunt instantanea, præsupponitur ordine naturæ assumptioni: & per illud vel le informatum charitate natura illa meruit assumi in eodem instanti temporis, & prius natura.

¶ Ad hoc dubium non oportet aliunde, quam ex literæ fundamento respondere, ita tamen vt non sit sermo de potentia diuina absolute, cum dicitur, quod non potuit aliqua operatio præcedere

17 1. 2. q. 98. ar 4. co. & 3. di. 4. q. 3. art. 1. & Ro. 1. l. 3. col. 2. fi. & Heb. 1. li. 4. col 3.

*innuitur in gl. inter lineari, ibi.

*lib. 13. c. 20. circa fi nem.

*in esse illius ad matut.

*ca. 1 f. nō procul a fin. to. 7.

præcedere vnionem, sed de potentia quam ordo rerum habet simpliciter, & in mysterio incarnationis. Cum enim natura humana in Christo assumatur ad esse personale Dei, idem est ordo naturæ humanæ Christi ad personam filii Dei, qui est naturæ humanæ Sortis, ad personam Sortis. Et ideo sicut natura Sortis prius natura personatur per Sortem, quam operetur, tum quia esse personale, vtpote substantiale, est prius, quam operari, tum quia primus terminus vt quod generationis, est ipse Sortes & deinde naturæ ordine consequuntur operationes etiam naturalissimæ, vt si sol fieret, primo fieret suppositum solis, & deinde lucaret, quāuis in eodem instanti: ita prius natura humanitas Christi personatur per verbum Dei, quàm operetur p̄ter veram rationem: quia scilicet personari spectat ad esse substantiale (conferit enim subsistere, quod primæ substantiæ solius est) & quia primus terminus generationis Christi, vt quod, fuit persona filii Dei, dicente Angelo, Quòd ex te nascetur sanctum vocabitur proculdubio eum rei veritate filius Dei. Non potest ergo poni, quòd anima Christi prius natura, quam vniretur, intelligeret aut amaret.

¶ Secunda conclusio est, Nulla opera cuiuscumque alterius hominis potuerunt esse meritoria huius vnionis ex condigno. Probatur tripliciter. Primo, quia unio ista superat unionem beatitudinis, quæ proprie cadit sub merito. Secundo, quia vnio ista est principium gratiæ quæ non potest cadere sub merito. Tertio, quia vnio ista est reformatiua totius humanæ naturæ, cuius totius bonum, constat non posse a singulari puro homine causari.

¶ Tertia conclusio est, Sancti patres meruerunt incarnationem de congruo desiderando & petendo. Probatur: quia congruum est Deum exaudire sibi obedientes. Et hoc etiam modo exponi potest, quòd beata Virgo meruit Christum portare, scilicet merito congrui.

*Ar. præc.

quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiā saluos nos fecit per lauacrū regenerationis. ergo nec illā Christi gratiōnē aliqua merita p̄cesserunt.

¶ Respondendum, q̄ quantum ad ipsum Christum, manifestum est * ex præmissis, q̄ nulla eius merita potuerunt præcedere vnionem. Non.n. ponimus q̄ ante fuerit purus homo, & postea per meritum bonæ vitæ obtinuerit esse filius Dei, sicut posuit Photinus: sed ponimus q̄ à principio suæ conceptionis illa homo verè fuerit filius Dei, vtpote non habens aliam hypostasim, quàm filii Dei, secundum illud Luc. 1. Quod ex te nascetur sanctū vocabitur filius Dei. Et ideo omnis operatio illius hominis subsecuta est vnionem. ergo nulla eius operatio potuit esse meritum vnionis: sed neque etiam opera alterius cuiuscumque hominis potuerunt esse meritoria huius vnionis ex condigno. Primo quidem quia opera meritoria hominis propriè ordinantur ad beatitudinem, quæ est virtutis præmium, & consistit in plena Dei fruitione. Vnio autem incarnationis, cum sit in esse personali, transcendit vnionem beatæ mentis ad Deum, quæ est per actum fruentis: & ideo nō potest cadere sub merito. Secūdo, quia gratia non potest cadere sub merito: quia est merendi principium. Vnde multo minus incarnatio cadit sub merito, quæ est principium gratiæ, secundum illud Io. 1. Gratia & veritas per Iesum Christum facta est. Tertio, quia incarnatio Christi est reformatiua totius humanæ naturæ: & ideo non cadit sub merito alicuius hominis singularis quia bonum alicuius puri hominis nō potest esse causa boni totius naturæ: ex congruo tamen meruerunt sancti patres incarnationem, desiderando & petendo: cōgruum enim erat vt Deus exaudiret eos, qui ei obediebant.

¶ Et per hoc patet responsio ad primum.

¶ Ad secundum dicendum, quòd hoc est falsum, q̄ sub merito caditorne illud, sine quo præmium esse non potest: quædam enim sunt, quæ non solum requiruntur ad præmium, sed et præexiguntur ad meritum, sicut diuina bonitas, & eius gratia, & ipsa hominis natura. Et similiter incarnationis mysterium est principium merendi: quia de plenitudine Christi omnes accepimus, vt dicitur Ioan. 1.

¶ Ad tertium dicendum, quòd beata Virgo dicitur meruisse portare Dominum omnium, non quia meruerit ipsum incarnari: sed quia meruit ex gratia sibi data illum puritatis & sanctitatis gradum, vt congruè posset esse mater Dei.

ARTIC. XII.

¶ *Super quæstio. II. Art. XII.*

IN titulo articuli duodecimi nota quòd ideo in titulo opponitur ly homini, ita quòd non quæritur utrum gratia vnionis sit Christo naturalis sed an sit naturalis Christo homini, vt denotaretur, quòd difficultas huius dubii ex parte eius, quod est esse hominem, sic tenet. Non enim ē quæstio de Christo, secundum q̄ Deus: sed secundum quòd est homo, an gratia vnionis sit illi naturalis.

¶ In corpore articul. duo fiunt. primo ponitur vna distinctio de ly naturalis: secundo respondetur quæsito tripliciter.

Distinctio est secundum naturale dupliciter, vel quod causatur ex principiis essentialibus rei, sicut passio ex principiis subiecti, sicut moueri deorsum ex principiis corporis grauis, vel quod ab ipsa natiuitate habetur. Probatur primo distinctio: quia natura dicitur dupliciter. 5. Met. scilicet de essentia & de natiuitate. Probatur secundo secundum membrum, auctoritate duplici sacræ scripturæ.

¶ Nota hic, quòd secundum membrum, scilicet naturale à natiuitate, dupliciter intelligi potest, vno modo, vt denotetur sola coæuitas, quia scilicet ineēpérūt simul tempore, sicut de cæco a natiuitate dicimus, quia cæcitas simul ineēpit cum homine, qui cæcus alio modo, vt denotetur non sola conduratio, sed etiam causalitas, ita q̄ ex vi natiuitatis habeat illud: sicut dicimus, quòd sextus digitus est naturalis ex natiuitate in vtero, quia scilicet ex vi talis natiuitatis abundantia in materia, &c. Iste sortitus est sextum digitum. In proposito intelligitur secundum membrum vtroque modo: & ad secundum membrum spectat auctoritas Apostoli, Eramus natura filii iræ: quoniam ex vi natiuitatis nostræ per propagationem, ex Adam sumus filii iræ, dum ex vi natiuitatis nostræ in vtero inficimur peccato originali. Ad primum autem modum spectat auctoritas Sapientiæ: quoniam Chananæi, de quibus loquitur, non ex vi natiuitatis contrahebant peccata parentum, sed malitia illorū ita erat

18 Inf. q. 7. ar. 13. ad 2. & q. 34. art. 3. ad 2. & 1. di. 4. q. 3. ar. 2. q. 1. a. 1. & 2. huius quæst.

*li. 5. Met. tex. 5. to. 3.

*ca. 40. post med. to. 3

FACULTAD DE TEOLOGIA Univ. de Deusto BILBAO

Universidad de Deusto
Biblioteca

incipiebat, vt dicatur in vtero incepisse, iuxta consuetum modū loquendi sermone emphatico.

¶ Prima conclusio est: Gratia siue vnionis siue habitualis nō est naturalis Christō, vt causata ex principiis humanæ naturæ. Secūda conclusio est: Gratia vtraque potest dici naturalis Christo, quasi proueniens ex vnione diuina Christi in naturam humanā eius: sem. Tertia conclusio est: Gratia vtraque est naturalis Christo, sumendo naturale a natiuitate.

Probatur in primo sensu hoc est secundum æquitatē: quia ab initio conceptionis fuit natura humana diuinæ personæ vnita, & hoc quo ad gratiam vnionis: & anima eius fuit munere gratiæ repleta, & hoc quo ad gratiam habitualem. In secūdo autem sensu, hoc est ex vi natiuitatis. probatur in responsione ad tertium ex proprietate natiuitatis Christi: quia sic conceptus est ex Spiritu sancto vt esset idē naturalis filius dei & hominis, testante hanc natiuitatis vim angelo dicente, Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi, dum subdit ideoq; & quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius Dei. Illa enim causalis, ideoque & qđ nascetur ex te, erit filius Dei, manifestat ad hoc esse ordinatam actionem Spiritus sancti, vt ex vitalis naturitatis natum, esset filius Dei, quod in ipsa gratia vnionis consistit. Gratia autem habitualis, vt in velum proprietas solem.

¶ Nota hic tria, primo q̄ quamuis in litera diuisæ sint explanationes & probationes tertiæ conclusionis secundū duos assignatos in secundo membro sensus, quia tamen vera sunt, in litera ponūtur, & breuius vnitis clarent nouitiis ideo aduertu dicta in responsione ad tertium, & iunxi corpori articuli. Secūdo, q̄ Auctor plus donauit, quām promisit, dum quæsiuit de gratia vnionis, & respondit de gratia vnionis & habituali. Tertio, q̄ dum, in secunda cōclusione dicitur q̄ gratia Christi pōt dici naturalis ex diuina natura, Auctor caute apposuit duo vocabula, primo, pōt dici: secūdo, quasi proueniens. Est siquidem considerandū, quod ad hoc, vt aliquid dicatur proprie naturale a natura pro essentia, duo concurrūt: primū est causalitas: se. vtū modus causandi. oportet enim, vt causetur a natura, & q̄ naturali modo nō libere causetur a natura: sic enim passiue a principiis naturæ sic ferri sursum a leuitate causatur, & naturale distinguitur cōtra liberum. In proposito autem, quia omnis causalitas Dei, ad extra est libera, & nulla est naturalis respectu gratiæ Christo ex diuina natura causatæ deficit a naturali modo quo fit, & potest dici naturalis, quo ad primū, quia ex diuina causatur natura. Quo ad secundum vero potest dici naturalis nō formaliter, quia in veritate nō naturaliter, sed libere causatur, sed quasi virtualiter seu conditionaliter, hoc est, quia si diuina natura competeret ad extra, vterque modus causandi. s. natura liter vel libere, vtraque gratia in Christo naturaliter causaretur: quia gratis unionis spectat ad esse personale ipsius diuinæ naturæ, ac per hoc ad causalitatem naturalem pertineret, si sibi inueniretur gratia vero habitualis in Christo spectaret ad proprietatem humanæ naturæ iure æquiualenti esse diuinæ naturæ. Et propterea Auctor dixit. Dici potuit naturalis quasi proueniens, signi ficans per hoc quasi naturalem modum, quæ gratia in Christo fieri dici potest, quamuis in ueritate nō sit modus naturalis. hoc autem singulariter de gratia Christi dici potest: quia reliquis hominibus & etiam angelis constat. q̄ nō solū dat, sed daret Deus gratiam suam prout uult, ut pote nō cōmunicās suum esse personale, nec iunctis sibi secūdum esse influēs.

QVAEST. III.

De modo vnionis ex parte personæ assumentis, in octo articulos diuisa.

Deinde considerandum est de vnione ex parte personæ assumentis.

Et circa hoc quæruntur octo.

¶ Primo, vtrum assumere conueniat personæ diuinæ.

¶ Secundo, vtrum conueniat naturæ diuinæ.

¶ Tertio, vtrum natura possit assumere abstracta personalitate.

¶ Quarto, vtrum vna persona possit assumere fine alia.

¶ Quinto, vtrum quælibet persona possit assumere.

¶ Sexto, vtrū plures personæ possint assumere vnam numero naturam.

¶ Septimo, vtrum una persona possit assumere duas numero naturas.

¶ Octauo, vtrum magis fuerit conueniens de persona filii Dei, q̄ assumperit humanam naturam, quām de alia persona diuina.

ARTICVLVS I.

Vtrum personæ diuinæ conueniat assumere naturam creatam.

ADPRIMVM sic proceditur. Videtur quod personæ diuinę, proprio tractatu patebit, est in Christo consequens gratiam vnionis, sicut splendo

p. p. q. 29. ar. 1

In li. de fide ad Pet. c. 2. a medio. to. 3.

q. præc. ar. 1. & 2.

3. d. 5. q. 2. ar. 1.

dicitur, quòd nihil est per incarnationem additum Deo, & quod non Deus, sed homo per incarnationem perficitur. Et ad hoc tantum allatum esse exemplum de vnione adoptionis nostræ intelligē: quia sicut in vnione filiorum adoptiuorum non additur aliquid Deo, sed quod diuinum est, apponitur homini, ita proportionaliter in vnione naturalis Filii nihil apponitur Deo, sed Deus iungitur homini, vt homo perfectus sit hoc est, vt homo sit Deus, quod infinitam perfectionem apponit naturæ humanæ.

¶ In responsione ad secundum, cuibus occurrit circa incommunicabilitatem personę vt in litera describitur, scilicet penes hoc, quòd non potest de pluribus suppositis prædicari. Videtur siquidē satis rudis huiusmodi assignatio in communicabilitatis: quoniam talis incommunicabilitas conuenit cuilibet singulari creato, tam in genere accidentis, quam in genere substantiæ. nam hoc albedo, & similiter hæc albedo, & hæc humanitas, non potest de pluribus suppositis prædicari: Probatur. Persona est principium & terminus assumptionis. ergo sibi conuenit proprissime assumere. Antecedēs quo ad primam partem probatur: quia assumere est actio diuina: agere autem proprie est personæ. Quo ad secundam uero: quia unio facta est non in natura: sed in persona, vt patet ex supra dictis. Cōsequentia autē probatur: quia in uerbo assumptionis importātur tria, principium, actus, & terminus: quoniam assumere dicitur quasi ad se sumere. Ex hoc namque q̄ assumere importat hæc tria, & hæc omnia competunt personæ, quia ipsa est principium & terminus actus talis, vt in antecedente dicitur, consequens manifeste est, q̄ assumere propriissime competat personæ.

¶ Vbi nota tria: primo, quod exponendo assumere quasi ad se sumere, quia ly se est pronomen reciprocum, dupliciter seu bis denotat illud, pro quo stat concurrere ad actionē illam, vno modo seu semel vt principium, & semel seu alio modo vt terminum. Et propterea Auctor ex hoc, q̄ assumere dicitur quasi ad se sumere, dixit, quòd importat principium & terminum actus: nisi enim ly se, vtrumque denotaret, non esset ad se sumere, sed esset sumere ad alium. Secundo, quòd in litera in conclusione additur ly propriissime: quia, vt infra patebit, non soli personæ conuenit assumere, sed soli personæ conuenit propriissime. Tertio quòd hic est termo de persona diuina vt sic, non curando, vtrum sit una sola persona diuina, vel plures, vtrum absoluta vel relatiua: eius siquidem est proprie agere, vt quod agit, & eius est terminare vnionem personalem vt quod subsistit in vtraque natura.

¶ In responsione ad primum eiusdem primi articuli, aduerte quòd tam mirabilis est hæc incarnationis coniunctio, vt cum hoc, quod faremur Deum vere acquisiisse esse hominem, quia vere factus est homo: quia tamen huiusmodi substantiale esse acquisiit sine quacumque ipsius Dei mutatione, ac per hoc sine quacumque sui perfectione, ideo hic vere quoque dicitur,

non conueniat assumere naturā creatam. Persona enim diuina significat aliquid maximè perfectum: perfectum autem est, cui non potest fieri additio. Cum igitur assumere sit quasi ad se sumere, ita quòd assumptum addatur assumenti. videtur quod personæ diuinæ non conueniat assumere naturam creatam.

¶ 2 Præterea, Illud, ad quòd aliquid assumitur, communicatur quodammodo ei, quod in ipsum assumitur, sicut dignitas communicatur ei, qui in dignitatem assumitur: sed de ratione personæ est, quòd sit incommunicabilis, vt in prima parte dictum est. * ergo personæ diuine non conuenit assumere, quod est ad se sumere.

¶ 3 Præterea. Persona constituitur per naturam: sed inconueniens est, q̄ constitutum assumat constituens: quia effectus non agit in suam causam. Ergo personæ non conuenit assumere naturam.

¶ SED CONTRA est, quod Augustinus dicit de fide ad Petrum, * Formam, id est naturam serui in suam accepit Deus, ille scilicet vnigenitus, personam: sed Deus vnigenitus est persona. ergo personæ competit accipere naturam, quod est assumere.

¶ RESPONDEO Dicendum, quòd in verbo assumptionis duo importantur, videlicet principium actus & terminus: dicitur enim assumere, quasi ad se sumere. Huius autem sumptionis, persona est & principium & terminus. Principium quidem, quia persona propriè competit agere: huiusmodi autem sumptio carnis per actionem diuinam facta est. Similiter etiam persona est, huius sumptionis terminus; quia sicut supra dictum est, * Vnio facta est in persona non in natura. Et sic patet, quòd propriissimè competit personæ, assumere naturam.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd cum persona diuina sit infinita, non potest ei fieri additio. Vnde Cyrillus dicit in epistola synodali Ephe.* concilii. Non secundum appositionem coniunctionis intelligimus modum, sicut etiam in vnione hominis ad Deum, quæ est per gratiam adoptionis, non additur aliquid Deo: sed illud quod diuinum est, apponitur homini. Vnde non Deus, sed homo perficitur.

¶ Ad secundum dicendum, quòd persona dicitur incommunicabilis, inquantum non potest de pluribus suppositis prædicari: nihil tamen prohibet plura de persona prædicari. Vnde non est contra rationem personæ sic communicari, vt subsistat in pluribus naturis: quia etiam in personam creatam possunt plures naturæ concurrere accidentaliter: sicut in persona vnius hominis inuenitur quantitas & qualitas. Hoc autem est proprium diuinæ personæ, propter eius infinitatem, vt fiat in ea concursus naturarum, non quidem accidentaliter, sed secundum subsistentiam.

¶ Ad tertium dicendum, quòd sicut supra dictum est, * natura humana non constituit personam diuinam simpliciter: sed constituit eam secundum quòd denominatur à tali natura. Non enim ex natura humana habet filius Dei, quòd sit simpliciter, cum fuerit ab æterno: sed solum quòd sit homo: sed secundum naturam diuinam constituitur persona diuina simpliciter. Vnde persona diuina non dicitur assumere diuinam naturam, sed humanam.

*In epist. synod. Epheſ. ad Neſtor. circa me dium illius.

*q. 2. a. 2.

¶ Ad hoc dicitur, quòd in theologia non potuit forte breuius, clarius & formalius describi incommunicabilitas personæ, quam descripta est in litera: quia apud theologos omnis natura est communicabilis pluribus suppositis, quamuis diuersimodè, quia natura diuina communis est per identitatem Patri & Filio, & Spiritui sancto. Et hæc natura creata potest esse communis per assumptionem (vt infra patebit) Patri & Filio & Spiritui sancto: persona quoque communis est pluribus naturis, vt patet de persona filii Dei subsistente in duabus naturis diuina & humana, & de persona Sortis communi pluribus, accidentalibus tamen naturis, vt in litera dicitur. Restat ergo, vt propria incommunicabilitas personæ consistat in hoc, quòd non possit esse communis pluribus suppositis, hoc est sibi ipsi & alteri suppositō, & hoc est quod in litera exprimitur, per non posse prædicari de pluribus suppositis. Vnde doctrina est subtilissima: sed obiectio erat in hoc, quòd pro eodem accipit non prædicari de pluribus, de quo Antiq. loquitur in antepræmissis: & non prædicari de pluribus suppositis, de quo Auctor in litera loquitur, quum hæc dissent valde: quoniam non posse prædicari de aliquo vel aliquibus, ut superius de inferiori, conuenit omni singulari, vt obiecto dobene dicitur: sed non posse prædicari de pluribus suppositis, soli personæ conuenit: quia soli personæ repugnat. Nam & hæc humanitas, & quæ illi inest, hæc albedo, potest de pluribus suppositis prædicari, vt patet, si a plurib. diuinis psonis assumeret.

¶ In eadem responsione ad secundum dubium occurrit circa illud: hoc autem est proprium diuinæ personæ, propter eius infinitatem, vt fiat in ea concursus naturarum non accidentaliter, sed secundum subsistentiam, & de ratione eius. Duo siquidem hic dicuntur: primo affirmatur hæc conclusio, scilicet, quòd sola diuina persona potest subsistere in duabus naturis, secundo assignatur ratio istius conclusionis, infinitas diuinæ personæ. Vbi duæ quæstiones determinantur: prima est, an aliqua persona creata possit subsistere in duabus naturis, asseritur siquidem hic pars negatiua, dū dicitur quòd proprium est diuinæ personæ, vt fiat in ea concursus naturarum secundum subsistentiam: secunda est, an hæc proprietas conueniat diuinæ personæ propter infinitatem ipsius: asseritur namque in litera pars affirmatiua. Et primam quidem q. Scot. in 3. senten. distinct. 1. quæst. 4. disputat, & dubiam reliquit: secundam autem ibidem tractaus, oppositum tenet, arguitque dicens. Ita ratio non videtur concludere: quia verbum non est infinitum secundum rationē personalitatis suæ, secundum quam subsistentificat naturam assumptam. igitur non requiritur infinitas in illo supposito, quod sic substantificat. Antecedens patet: quia tunc aliqua perfectio formaliter deesset Patri, quæ est in Filio.

¶ Ad horum euidētium primo solueuda est obiectio Scoti, & exinde solidiras, vtriusq; dicti in litera monstranda. Ad obiectionem ergo Scoti negandum est antecedens: quam uis possit distingui, dicendo quòd verbum esse infinitum secundum rationem personalitatis suæ, potest dupliciter intelligi, scilicet radicaliter vel formaliter, & quòd verbum est infinitum secundum rationem deitatis radicaliter, quia ex deitate quicquid est in Deo, infinitatem habet. sed secundum suam personalitatem est formaliter infinitū: qm̄ personalitas diuina non est constitutiua personæ nisi infinitæ. Et quemadmodum personalitas veri, scilicet filiatio diuina est formaliter subsistens, alioquin non esset constitutiua personæ, quæ formaliter est subsistens, ita est formaliter infinita: quia subsistentia formaliter inclusa in personalitate verbi, nec est finita nec abstrahens a finito, & iuxta id secundum relatio, inquantum relatio: quia subsistentia perfectionem sonat simpliciter, vt patet. Nec propterea sequitur, vt Scotus arguit, probando antecedens, quòd aliqua perfectio formaliter deesset Patri, quæ est in Filio; quoniam eandem perfectionem, quam personalitas ueri formaliter dicit in Filio, personalitas Patris dicit in Patre, vt patet de perfectione subsistentiæ. Sed contingit hic errare, si personalitates diuinas sic formaliter metimur, vt eas nihil aliud formaliter esse putemus, quam quòd relationi reali formaliter conuenit, quod alicuium est a cōstitudine personalitatis diuinæ formaliter

Universidad de Deusto
Biblioteca

sumptæ: quoniam, vt dictum est, conuenit illi formaliter subsistentia, alioquin non esset personalitas: quia non esset constitutiua se tota personæ. Constat autem quòd filius Dei, quatenus subsistens, naturam humanam substantificat. Vnde patet, quòd verbum secundum illam suæ personalitatis rationem, qua est subsistens ac per hoc infinitæ subsistentiæ, vices humanæ personæ formaliter & eminenter in mysterio incarnationis supplet: est enim verbum persona humanæ naturæ. Et confirmatur, quia per illud idē, quo verbum subsistit in duabus naturis, diuina scilicet, & humana, potest subsistere, quantum est ex parte sua in infinitis naturis: quoniam vbi pluralitas non facit differentiam, nec infinitas faceret differentiam, si infinitas impossibilis esset. Sed verbum per suam personalitatem, quatenus est constitutiua personæ (quod est dicere, quatenus est cōstitutiua subsistentis in diuina natura) habet q̄ possit in duabus naturis subsistere, ergo per suam personalitatem, vt subsistente in diuina natura, potest subsistere in infinitis naturis, sed posse subsistere in infinitis naturis est subsistentiæ in finitæ. igitur sub sistentia, qua Verbum de facto substantificat humanā naturam, exigit in finitatem. Eadem enim est conditio eius, qua nunc subsistit in duabus, & qua subsisteret in infinitis.

20 3.di.5.q.2. ar.2.

Ar. præce.

*q.2.art.1. & 2.

*ca.2.inter prin.& me. c.to.3.

†ca.2.inter prin.& me. c.tom.3

ARTICVLVS II.

Verum diuinæ naturæ conueniat assumere.

AD Secundum sic proceditur. Videtur quod naturæ diuinæ non conueniat assumere: quia, sicut dictum est, * assumere dicitur quasi ad se sumere: sed natura diuina non sumpsit ad se humanam naturam, quia non est facta vnio in natura, sed in persona: sicut supra dictum est. * Ergo naturæ diuinæ non competit assumere naturam humanam.

¶ 2 Præterea, Natura diuina communis est tribus personis. Si ergo naturæ conuenit assumere, sequitur quod conueniat tribus personis. Et ita Pater assumpsit naturam humanam sicut & Filius, quod est erroneum.

¶ 3 Præt. assumere est agere: agere autem conuenit personæ, non naturæ, quæ magis significatur vt principium quo agens agit. Ergo assumere non cōuenit naturæ.

¶ Sed contra est, quòd Augustin. dicit in li. de Fide ad Pet. † Illa natura quæ semper ex gente manet ex Patre, id est, quæ est per generationem æternam accepta à Patre, naturam nostram à matre sine peccato susceperit.

¶ Respon. Dicendum, quòd sicut dictum est, * in verbo assumptionis duo significantur, scilicet principium actionis & terminus eius. Esse autem assumptionis principium, conuenit naturæ diuinæ secundum seipsam: quia e ius virtute assumptio facta est, sed esse terminum assumptionis non conuenit naturæ diuinæ secundum seipsam: sed ratione personæ, in qua consideratur. Et ideo primo quidem, & propriissimè persona dicitur assumere: secundario autem potest dici, quod etiam natura assumpsit naturam ad sui personam. Et secundum etiam hūc modum dicitur natura incarnata, non quasi sit in carnem conuersa, sed quia naturam carnis assumpsit. Vnde Damascenus dicit, * Dicimus naturam Dei incarnatam esse, secundum beatos Athanasium † & Cyrillum.*

¶ Ad primum ergo dicendum, q̄ ly se, est reciprocum, & refert idem suppositum. Natura autem diuina nō differt supposito à persona Verbi: & ideo in quantum natura diuina sumit naturam humanam ad personam verbi, dicitur eam ad se sumere. Sed quāuis Pater sumat naturam humanam ad personam verbi, non tamen propter hoc sumit eam ad se: quia non est idem suppositum Patris & Verbi, & ideo non potest dici propriè quod Pater assumat naturam humanam.

¶ Ad secundum dicendum, quòd illud quod conuenit naturæ diuinæ secundum se, conuenit tribus personis: sicut bonitas, sapientia, & huiusmodi. Sed assumere conuenit ei ratione personæ verbi, sicut dictum est. * Et ideo soli illi personæ conuenit.

¶ Ad tertium dicendum, q̄ sicut in Deo, idem est quod est, & quo est: ita etiam in eo idem est quod agit, & quo agit: quia vnumquodque agit, inquantum est ens: Vnde natura diuina est illud, quo Deus agit, & est ipse Deus agens.

li.3. orth. fid. c.6.ad finem.

† Athana. in symb. suo fidei.

*Cirill. in cōc. Chal. act. 1. post epi. Ciril. ad Io. epi. Antioch.

In corp.a.

D.1081

¶ Præterea, Verbi personalitas in sua formalitate claudit subsistentiam. ergo perfectionem simpliciter. ergo est infinita formaliter. Antecedens probatur. Prima consequentia probatur. primo, quia subsistentia non solum est perfectio, sed maxima perfectio, nullum namque diuinum esset perfectum nisi subsistens. Secundo, ex definitione perfectionis simpliciter scilicet, quòd in quolibet melior est ipsa, quàm non ipsa arguitur sic. In quolibet ente vt sic, melior est subsistentia, quàm quodlibet sibi incompossibile. ergo est perfectio simpliciter. Tertia consequentia est euidens etiam apud Scotum: quoniam omnis perfectio simpliciter, est in Deo infinita formaliter. Ex dictis igitur si bene considerentur, fidelitas literæ tam in conclusione quam illius ratione apparet, nam ex hoc, quod personadiuina ex suæ personalitatis perfectione, quam illius subsistentia ponit, habet quod possit in pluribus naturis subsistere manifeste habetur, quod quum illa perfectio sit infinita, proprium erit diuinæ personæ ob eius infinitatem, quod in ea fiat concursus naturarum, secundum subsistentiam. Et per hoc solutio vtriusque quæstionis apparet.

¶ Nec ex his sequitur, vt Scotus ibidem q.5. conatur deducere, diuinam naturam esse per se primo terminum vnionis, propterea quia infinitas primo est naturæ, quoniam infinitas Dei, vt est naturæ, dat perfectionem infinitam in essendo & in causando, vt autem est personæ, dat perfectionem infinitam in terminando. Quo fit, vt quia terminare naturam assumptam, nullam causalitatem dicit, consequenter infinitas in terminando, nullam causalitatem det: & tamen constat, quod exigitur ad hoc, quod vna persona subsistat in infinitis naturis, si est

¶ Super Quæstionis tertiæ, Articulum secundum.

IN titulo articuli secundi, nota omnes tres terminos: nam ly naturæ diuinæ, in hoc articulo sumitur, non vt sumitur per modum naturæ tantum, vt significatur nomine Deitatis: sed

sed etiam vt sumitur per modum subsistentis in natura vt sic, vt significatur nomine Dei seu Dei huius: ita quod appellatione naturæ diuinæ venit hoc in loco nō solum deitas, sed Deus & Deus hic. Nec hoc ego somnio, sed ex responsione ad tertium clare habeo, vt ibi declarabitur, & nunc supponatur, ita quod natura diuina sumitur hic, vt distinguitur contra personam simpliciter, hoc est secundum completam rationem personæ.

¶ Ly conuenit, sumitur non de possibili, sed de facto: quoniam an natura possit assumere, in sequenti tractabitur articulo, sed an de facto verum sit, quod deitas, Deus, hic Deus assumpserit naturam, quæritur, vt patet ex responsione ad secundum, vbi dicitur, quod assumere conuenit naturæ diuinæ ratione personæ verbi.

¶ Ly assumere, vniuoce sumitur, vt. s. terminatur ad vnionem personalem verbi, qualis descripta iam in antedictis est, vt ex responsione ad secundum iam allegata, patet.

¶ Rursus aduerte, q̄ quum quæritur hic an naturæ diuinæ conueniat assumere intentio quæstionis est, an sic conueniat, quo possit vere dici, quod natura diuina assumpsit naturam humanam. Et in hoc clauditur, an naturæ diuinæ conueniat assumere, vt quod assumit, ita quòd non sufficit quæstioni dicere, quod natura diuina est, qua seu quo facta est assumptio: sed inquirimus an sit quod, seu quæ assumpsit naturam humanam. Hæc de titulo.

¶ In corpore articuli vnica est conclusio principalis. Naturæ conuenit secundario assumere naturam. Probatur. Assumens est principium & terminus assumptionis: sed natura diuina est secundum se principium, & non secundum se, sed ratione personæ est terminus assumptionis. ergo natura diuina est secundario assumens. s. ad sui personam. Maior probatur ex eo, quod in verbo assumptionis importatur vtrumque. s. principium & terminū assumptionis esse idem. Minor quo ad primam partem probatur: quia virtute naturæ diuinæ assumptio facta est: quo ad secundam vero: quia esse terminum assumptionis conuenit primo personæ, vt patet ex præcedenti articulo. Vbi quia etiam dictum est, q̄ persona est etiam principium assumptionis vt quod, ideo hic repetitur, quòd propriissime, & additur quòd primo conuenit personæ assumere. Secunda autem conclusio adiuncta propter clarificanda similia est, q̄ natura similia per hunc modum, scilicet secundario est incarnata: quia. s. carnem ad sui personam assumpsit.

¶ In responsione ad secundum, quo ad omnes eius partes, nota pro sequenti articulo. Tria enim hic dicuntur, primum est de communitate conuenientium naturæ diuinæ secundum se, vt distinguitur contra personam. Secundum de assumere, quod de facto ei conuenit ratione verbi. Tertiū de illa sublimcta causali, s. & ideo illi soli personæ conuenit. Ad hæc enim in seq. artic. recursus erit.

¶ In responsione ad 3. eiusd. 2. art. aduerte quod quia argumentum ad hoc tendebat, quod naturæ diuinæ non conueniebat assumere etiam vt principio assumptionis, hoc est vt principio, quod assumere dicitur: quia natura habet rationem principii, vt quo, non vt quod. & Auctor intendit, quod naturæ diuinæ conuenit assumere eam ratione principii non solum quo, sed quod: ideo in hac responsione dicit, sicut quod ad esse, idem est in Deo quo & quod, ita quo ad agere. Et ideo natura diuina est quo Deus agit assumptionem, & quod agit illam: quia est ipse Deus agens, quod nihil aliud est, quam dicere, quia deitas hoc est hic DEVS: hæc enim sunt abstracta, & concreta naturæ diuinæ singulariter significatæ. Vel clare videre potes bene expositum fuisse titulum articuli. Habes quoque hinc sensum dictorum in corp. art. de termino assumptionis, quum dicitur quod naturæ diuinæ non conuenit esse assumptionis terminum secundum se, sed ratione personæ. Nam hinc patet, & ex responsione ad secundum, quod appellatione Personæ hic intelligitur sola persona simpliciter & perfecte habens rationem personæ, vt est verbum Dei, & appellatione Naturæ intelligitur, tā natura in abstracto, quàm in concreto, tam deitas, quàm Deus, tam hæc deitas, quàm hic Deus. Habes enim hinc, quod ipse, seu hic Deus, concurrit ad assumere, vt principium quod & non vt terminus, habes ex responsione ad secundum, quod ideo soli personæ verbi conuenit assumere vt termino: quia esse terminum assumptionis conuenit deitati ratione personæ verbi. Quid clarius? Restat igitur indubitata apud auctorem conclusio, quod per se primo terminus assumptionis in mysterio Incarnationis est persona Verbi vt sic, vt distinguitur contra naturam & individuum naturæ, & alias personas, hoc est, est verbum vt distinguitur a deitate hac, & hoc Deo, & Patre & Spiritusancto.

¶ Quæstio non dissimulanda ex Durand. in tertio Sententiarum, distinctio. prima, quæstion. 2. occurrit, probante quod personę diuinæ conuenit primo ratione essentiæ diuinę assumere terminatiue, ita quod ad vnionem personalem verbi cum natura humana non sequitur: sed præexigitur vnio naturæ diuinæ cum natura humana. Præmittit autem suppositionem vnam scilicet subsistere in diuinis, est vnicum & absolutum, ac per hoc competit omnibus personis diuinis ratione essentiæ, sicut cætera essentialia. Hinc autem suppositionem probat dupliciter. Primo ratione: quia persona diuina, per aliud formaliter est subsistens, & per aliud formaliter est suppositum: quia per essentiam, & non per proprietatem relativam est subsistens, & per proprietatem relativam est suppositum: quia subsistere dicit esse secundum perfectissimum modum essendi: perfectissimus autem modus essendi est in se existere non ad aliud esse: essentia autem facit formaliter in se existere, proprietas autem relativa ad aliud esse. igitur subsistere in diuinis est per essentiam, & non per proprietatem relativam. Secundo auctoritate Augustin. in 5. de Trini. Omnis res ad seipsam subsistit: quanto magis Deus? Probari quoque potest tertio ad hominem scilicet ad S. Thomam: quia apud ipsum in quæst. de poten. quæst. 9. articu. 5. ad 3. essentia diuina non habet subsistere a proprietatibus personalibus, sed econtra proprietates personales habent, quod subsistant ab essentia diuina. Hac igitur suppositione stante probat Durandus intentum sic. Persona diuina per illud, quo subsistit, primo terminat dependentiam naturę assumptæ. ergo ratione essentiæ diuinæ primo terminat. antecedens est per se notum.

Consequentia autem ex suppositione probata patet: quia per essentiam diuinam, & non per proprietatem personalem subsistit. Et sic patet, quod terminare assumptionem, & vnionem primo conuenit naturæ diuinæ. Et directe sunt hæc contra doctrinam præsentis articuli, vbi expresse dicitur, quod esse terminum assumptionis, non conuenit naturæ diuinæ secundum se, sed ratione personæ.

¶ Ad hanc quæstionem sic procedendum est, quod primo ostendum est, quod subsistere in diuinis est essentiale, & persona le sicut res: ita quod sicut eam essentia quàm persona quælibet est secundum seipsam formaliter res, & simul non quatuor, sed tres res sunt, ita eam essentia, quam persona quælibet est secundum seipsam formaliter subsistens, & simul non sunt quatuor, sed tres subsistentiæ. Deinde ad quęstum deueniendum est. Ad euidentiam autem primi non est procedendum ex significatione subsistentiæ, quam ille vel ille assignat: sed ex his quæ ab omnibus acceptantur. Et propterea, hinc inchoandum reor, quod infra latitudinem substantiarum semper sermonem hunc intelligendo, differentia manifesta inuenitur inter naturam etiam singularem & subsistens in natura, in hoc, quod ratio naturæ etiam huius est pura ratio naturæ singularis: ratio vero subsistentis in natura est ratio habentis naturam illam, quod sub aliis verbis dicitur, natura est, vt quo, subsistens est vt quod. Manifestatur differentia hæc inductiue in hac humanitate & hoc homine, hac deitate, & hoc Deo &c. Probaturque sic esse in re ex ipso incarnationis mysterio: in quo fatemur inuenire hanc humanitatem siue hoc homine proprio illi humanitati, quoniam non est ibi hic homo, nisi ibi hus Dei. Ex hoc enim, quod huic humanitati nihil deest, nisi propria subsistentia, & nisi proprium subsistens in hac humanitate, & constat quod non deest, nisi proprium habens illam humanitatem, manifeste patet quod ratio subsistentis in natura, & ratio habentis naturam, vna & eadem est. Inter substantiam autem diuinam & creatas hæc est in proposito differentia, quod in creatis vnica tantum ratione, vnico tantum modo inuenitur habens naturam, scilicet vt hypostasis, seu vt prima substantia, quoniam in creaturis non est differentia inter individuum naturæ & primam substantiam seu hypostasim. In Deo autem inuenitur duplici ratione & modo habens naturam, scilicet habens naturam communiter, vt hic Deus: & habens naturam incommunicabiliter, vt patet: ac per hoc inuenitur subsistens in natura communiter vt hic Deus: & subsistens in natura incommunicabiliter, vt quælibet diuina persona. Constat enim, quod hic Deus vt sic subsistit essentialiter, tam Pater autem quàm Filius, & quàm Spiritussanctus vt sic, subsistit personaliter: hic Deus subsistit formaliter deitate. Filius autem subsistit formaliter sua personalitate, quæ est ipsa filiatio. Alia ergo est ratio subsistendi huic Deo: & alia filio, sicut alia est ratio deitatis & personalitatis, & similiter alius est modus subsistendi, quo hic Deus subsistit quoniam subsistit essentialiter & communiter: & quo filius subsistit, quoniam subsistit personaliter & incommuniconiter.

¶ Et ne quis me putet noua cudere, probatur ratione & auctoritate, subsistere esse etiam personale in diuina, & esse formaliter magis personale, quam essentiale: quamuis radicaliter sit essentiale. Probantur singula. Quod subsistere sit personale, patet sic. Personalitas diuina est formaliter personale. ergo subsistentia. Tenet sequela alioquin personalitas non constitueret personam, sed relationem tantum: si enim paternitas non constituit ipsum quasi subiectum relationis paternæ, constat quod non constituit personam Patris, & si constituit personam Patris, constituit quasi subiectum paternæ relationis: ipsum autem quasi subiectum paternæ relationis constat esse subsistentiam individuam, subsistentiam, hypostasim. Idemest ergo dicere, quod subsistentia non est personalis, & dicere quod personalitas non est personalis, quam personalitas subsistentia sit: quia constituere personam est constituere subsistentiam individuam in natura intellectuali. Et confirmatur: quia etiam fingendi data licentia impossibile est intelligere subsistentiam individuam in

Universidad de Deusto
Biblioteca

natura intellectuali, & non intelligere subsistens in natura intellectuali. Constat autem luce clarius, quod ly, Substantia indui dua, loco cuius ponimus subsistens importat formaliter personalitatem. claudit ergo personalitas in se formaliter subsistentiam, nec opposituum est intelligibile. Et confirmatur: quia nisi esset Trinitas subsistentium, non esset Trinitas personarum: sed esset sola Trinitas relationum vt sic, hoc est secundum esse & non secundam personalitates, quod à fidei doctrina alienum est, cõstente quod alia est persona Patris, alia Filij, alia Spiritussancti. Auctoritas ad hoc Auctoris est in prima parte, quæstione quadragesima, vbi dicit articul. 3. in cor. proprietates personales non intelliguntur aduenire hypostasibus diuinis quasi formæ subiecto præexistenti, sed fetunt secum ipsas hypostases: & in responsione ad secundum dicit, paternitate non solum est Pater, sed quis seu hypostasis. Quid clarius? Et in quæstione nona de pot. Dei. articulo quarto dicit, persona diuina formali significatione significat distinctũ subsistens in natura diuina.

21 3.d.5.q.2. ar.3.

Et præced.

A.1 huius quæst.

¶Quòd autem subsistentia magis sit formaliter personale, quã essentiale, ex duobus patet. primo, quia persona in communi in formali suo significato includit subsistens, vt Auctor expresse dicit in dicto articulo dictæ quæst. de potentia Dei, & patet ex definitione Boe. quia in recto significat substantiam individuam, hoc est substantiam primam, quam constat esse subsistens primum: natura autem in communi non significat subsistens. Secundò, ex eo quod subsistens in natura diuina vt subsistens, habet rationem personæ, quamuis incomplete: ex eo namque quod etiam in natura diuina subsistens, quamuis communiter, induit quandam rationem personæ appropinquando ad rationem personæ & habendo rationem personæ incomplete, signum habetur, quod subsistere, quod habere rationem subsistentis magis conuenit formaliter personæ, quam naturæ. magis ergo est formaliter personale, quam essentiale. Notanter autem dixi, formaliter, quia radicaliter constat diuinam essentiam habere primo rationem subsistentis ita quòd si sic loqui licet, personæ diuinæ mendicant subsistentiam ab essentia, & non econtra. Et secundum hoc saluatur differentia inter Deum & creaturas, quod in creaturis natura mendicat subsistere ab hypostasi: non enim subsistit hæc humanitas nisi per hypostasim: in diuinis vero deitas seipsa subsistit. Et ideo paternitas constituit hypostasim paternam, quia est eadem deitati: ita quod ex deitate habet quasi originaliter seu radicaliter, ex ipsa autem formaliter, quod subsistat quod constituat hypostasim, quod est constituere subsistens hypostatice.

¶Ex his autem patet, quid dicendum ad Durand. quo suppositio, scilicet quodammodo est vera, & quodammodo falsa: quoniam subsistere non vno modo dicitur, sed essentialiter, vel personaliter: & si referatur ad subsistere essentiale, vera est: si autem ad personale, falsa est: sunt enim in diuinis tres subsistentiæ personales, sicut tres primæ substantiæ, sicut tres personæ.

¶Ad rationem autem Durandi dicitur distinguendo, quòd persona diuina per aliud est subsistens essentialiter, quia per essentiam: & per aliud suppositum, quia per proprietatem personalem, sed per hoc idem & subsistens personaliter. subsistit enim in persona & essentialiter, quia est hic Deus, & personaliter, quia est hæc persona. Et quum dicitur, subsistere dicit esse secundum perfectissimum modum essendi, transeat: sed non valet, ergo non est per relationem diuinam, inquantum est forma personalis, sed bene valet, ergo non est per eam, inquantum est relatio. & similiter valet, ergo non per ad aliud se habere vt sic, cum quo stat, quod sit per ad aliud se habere: vt est forma hypostatica. Similiter nihil obstat quod subsumitur, sed perfectissimus modus essendi est in se, non ad aliud: concedatur siquidem totum formaliter loquendo. Et dicitur, quod subsistere non dicit modum essendi ad aliud, formaliter loquendo: cum quo stat, quod dicat modum essendi constitutum per ad aliud, non in quantum ad aliud, sed inquantũ est forma hypostatica, vt latius in commentariis primæ partis tractatum est.

¶Ad auctoritatem Augustin. dicitur, quòd sicut substantia individua, formaliter loquendo, non est ad aliud, sed ad se & similiter persona non est ad aliud, sed ad se (nullus enim est persona aut substantia individua ad aliud.) ita subsistens est ad se, & non ad aliud. Et hoc solum intendit Augustinus, vt patet ex discursu ipsius ex communibus Deo & creaturis. Et hoc est verissimum, vt patet exercendo hæc: nulla enim res dicitur substantia individua, aut hypostasis aut persona, aut subsistens, ad aliud. Sed sicut cum his stat, quòd gratia materiæ, substantia individua & hypostasis, & persona in diuinis significat relationem non ad aliud, sed vt rem hypostaticam, ita stat quod subsistens & subsistentia significet relationem vt rem hypostaticam. Ad probationem ad hominem, tertio allatam ex auctoritate Auctotis, iam dictum est.

P.p.q.40 ar.3.

P.p.q.30 ar.2.

¶Ex his quoque patet, quid dicendum sit ad rationem Durand. contra propositum, nam tota ratio consistit in hoc: per illud primo persona terminat dependentiam naturæ assumptæ per quod subsistit. Et ad hoc dicendum est iuxta dicta, quod si subsistit, stat pro subsistere essentialiter, falsum assumitur: si autem stat pro subsistere personaliter, verum dicitur, sed arguens in primo sensu loquitur, & probat minorem eius, & ideo nihil contra Auctoris solidam doctrinam concludit. Et hæc responsio data est non faciendo difficultatem in verbo dependentiæ, quum Arguens dixit, terminat dependentiam naturæ assumptæ, quod ideo dico: quia dependentia non nisi inter causam & effectum vt sic, propriè saluari videtur: terminus autem assumptionis vt sic, nullam causalitatem ad naturam assumptam habet: alioquin tota Trinitas necessario esset terminus assumptionis, quia indiuisa est causalitas Trinitatis ad extra. Et hoc magis manifestat, quòd persona diuina ratione proprietatis personalis (cuius non est secundum se causare) primo terminat assumptionem: & non ratione naturæ, cuius est secundum se causare. Nam & personæ diuinæ ratione proprietatis personalis conuenit per se primo terminare naturam vsqueadeo, vt etiam natura diuina interminata quodammodo sic secundum se, & ad proprietatem personalem vltimo terminetur, intelligimus enim hunc Deum quasi interminatum, donec determinemus Patrem aut Filium aut Spiritumsanctum. Ex hoc igitur, quod personalitas diuina ipsam naturam diuinam terminat, ostenditur quòd Verbum ratione suæ personalitatis, primo terminat naturã assumptam, vt sic vna Verbi persona terminet duas naturas, diuinam scilicet & humanam, sicut subsistit in duabus naturis, diuina scilicet & humana, quamuis diuersimode. Omnia igitur consonant veritati doctrinæ articuli huius, dicentis quod assumere terminatiue conuenit primo personæ, ita quod naturæ non conuenit nisi ratione personæ.

ARTICVLVS III.

Vtrum abstracta personalitate per intellectum, natura possit assumere.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd abstracta per 2 1
personalitate per intellectum, natura non possit assumere. Dictum est* enim, quod naturæ conuenit assumere ratione personæ: sed quod conuenit alicui ratione alicuius, remoto eo, non potest ei conuenire: sicut corpus, quod est visibile ratione coloris, sine colore videri non potest. ergo abstracta personalitate per intellectum, natura assumere non potest.

¶2 Præt. Assumptio importat terminum vnionis, vt dictum est: * sed vnio non potest fieri in natura, sed solum in persona. ergo abstracta personalitate, natura diuina non potest assumere.

¶3 Præt. In Prima parte dictum est* q̃ in diuinis abstracta personalitate, nihil manet: sed assumẽs est aliquid. ergo abstracta personalitate, non põt diuina natura assumere.

¶Sed contra est, quod in diuinis personalitas dicitur proprietas personalis, quæ triplex est: s. paternitas, filiatio, & processio, ut in prima parte dictum est: * sed remotis his per intellectum, adhuc remanet Dei omnipotentia, per quam est facta incarnatio: sicut angelus dicit Lucæ 1. Non erit impossibile apud Deum omne verbum. ergo videtur, q̃ remota personalitate, natura diuina possit assumere.

¶Respondeo Dicendum, quòd intellectus dupliciter se habet ad diuina. Vno modo, vt cognoscat Deum sicuti est, & sic impossibile est, quòd circunscribatur per intellectum non ad aliud, sed vt rem hypostaticam, ita stat quod subsistens & subsistentia significet relationem vt rem hypostaticam. Ad probationem ad hominem, tertio allatam ex auctoritate Auctotis, iam dictum est.

¶Ex his quoque patet, quid dicendum sit ad rationem Durand. contra propositum, nam tota ratio consistit in hoc: per illud primo persona terminat dependentiam naturæ assumptæ per quod subsistit. Et ad hoc dicendum est iuxta dicta, quod si subsistit, stat pro subsistere essentialiter, falsum assumitur: si autem stat pro subsistere personaliter, verum dicitur, sed arguens in primo sensu loquitur, & probat minorem eius, & ideo nihil contra Auctoris solidam doctrinam concludit. Et hæc responsio data est non faciendo difficultatem in verbo dependentiæ, quum Arguens dixit, terminat dependentiam naturæ assumptæ, quod ideo dico: quia dependentia non nisi inter causam & effectum vt sic, propriè salvari videtur: terminus autem assumptionis vt sic, nullam causalitatem ad naturam assumptam habet: alioquin tota Trinitas necessario esset terminus assumptionis, quia indiuisa est causalitas Trinitatis ad extra. Et hoc magis manifestat, quòd persona diuina ratione proprietatis personalis (cuius non est secundum se causare) primo terminat assumptionem: & non ratione naturæ, cuius est secundum se causare. Nam & personæ diuinæ ratione proprietatis personalis conuenit per se primo terminare naturam vsqueadeo, vt etiam natura diuina interminata quodammodo sic secundum se, & ad proprietatem personalem vltimo terminetur, intelligimus enim hunc Deum quasi interminatum, donec determinemus Patrem aut Filium aut Spiritumsanctum. Ex hoc igitur, quod personalitas diuina ipsam naturam diuinam terminat, ostenditur quòd Verbum ratione suæ personalitatis, primo terminat naturã assumptam, vt sic vna Verbi persona terminet duas naturas, diuinam scilicet & humanam, sicut subsistit in duabus naturis, diuina scilicet & humana, quamuis diuersimode. Omnia igitur consonant veritati doctrinæ articuli huius, dicentis quod assumere terminatiue conuenit primo personæ, ita quod naturæ non conuenit nisi ratione personæ.

¶ Super Quæstionis tertiæ, Articulum tertium.

TItulus articuli, quia in corpore articuli declaratur, pertransfundus est, eo tamen pacto, vt post declarationem literæ amplius declaretur.

¶In corpore articuli duo fiunt. Primo distinguitur, ac declaratur vnus

vnus terminus quæstionis, scilicet ly, abstracta. Secundo, respondetur quæsito vnica conclusione. Distinctio duplex in litera ponitur. Vna explicite de duplici modo, quo se habere potest intellectus ad diuina, vel cognoscendo Deum, sicuti est, vel cognoscendo Deum per modum ipsius intellectus scilicet multipliciter & diuisim. Altera implicite de duplici abstractione, vel ex parte rei, vnde fit abstractio, vel ex parte intellectus tantum: prima enim abstractio spectat ad primum modum cognoscendi rem, scilicet sicuti est: secunda autem abstractio spectat ad secundum modum cognoscendi rem, scilicet multipliciter & diuisim, quod in re vnum est. Iuxta primum membrum tam modi cognoscendi, quàm abstractionis dicitur, quòd est impossibile aliquid abstrahi in Deo: quoniam omnia sunt ibi vnum, salua distinctione personarum &c. Iuxta secundum modum tam cognitionis, q̃ abstractionis dicitur, q̃ possibile est aliquid abstrahi in Deo: quia potest cognosci vnum, non cognoscendo aliud, vt patet de attributis, & proprietatibus personalibus.

¶Nota hic, quòd primus modus cognitionis, & abstractionis percipietur impossibilis in diuinis, si videbis quare habet locũ in creaturis, & in quibus. Quando enim in re inuenitur aliud & aliud esse siue in actu, siue in potentia, tunc inuenitur abstractio ex parte rei: nam album ab homine, & econtra abstrahere possum ex parte rei: quia aliud est esse album, & aliud esse hominẽ. Formam quoque a materia, & econtra abstraho: quia aliud est materia aliud forma, aliud enim est corpus, aliud anima. Animal quoque a rationali, & econtra abstraho ex parte rei: quia aliud est esse animal, aliud est esse rationale, quamuis in aliquo coincidant in vnam rem, & simile est de aliis huiusmodi iuxta dicium. Et per oppositum si aliqua, quæ dicuntur plura, ita simpliciter coeant vt nec actu, nec potentia distinctionem aliquam habeant, sed vna simplicissima res sit altioris ordinis æquiualens omnibus, non habet ibi locum abstractio ex parte rei: quoniam abstractio ex parte rei distinctionem aliquam ex parte rei pro fundamento ipsius exigit: alioquin ex parte rei non sequeretur, cum abstractio distinctionem quandam ita includat, vt sine distinctione non sit intelligibilis. Eo namque ipso quod abstraho, distinguo, vel distinctionem suppono, & propterea si ex parte rei est abstractio, ex parte rei supponitur distinctio. Vnde, quia Deus est simplicissima res altissimi ordinis omnia præhabens in sua vnica re reali & formali, & ideo nulla ibi ex parte rei potest fieri abstractio, salua tamen personarum distinctione. Nec propterea censenda est fictitia abstractio ex parte intellectus tantum, quoniam talis abstractio licet non habeat in re distinctionem ibi correspondentem, habet tamen alterius rationis fundamentum in re, scilicet celsitudinem rei virtualiter præhabentis huiusmodi distinctionem. Et vt vnico verbo dicatur, abstractio ex parte rei & abstractio ex parte intellectus tantum differunt sicut effectus ex causa vniuoca, & ex causa æquiuoca, quoniam in prima, distinctio abstractionis est ex distinctione inuenta in re: in secunda vero distinctio abstractionis est, non ex distinctione inuenta in re, sed ex re virtualiter cõtinente huiusmodi distinctionem. In nulla igitur huiusmodi abstractionum est mendacium, sed vtraque vere fulta, quamuis diformiter ex parte rei.

¶Et per hoc patet titulus articuli, sub quali abstractione vertitur in dubium, cum quæritur, an abstracta personalitate &c. Patet enim, quod de abstractione ex parte intellectus tantum est quæstio, quoniam personalitas & deitas nullo modo distinguuntur ex natura rei, sed est ibi vna simplicissima res, vnius in se simplicissimæ adeo excellæ rationis formalis, vt habeat formaliter & propria deitatis & propria personalitatis & propria substantiæ & propria relationis, & propterea virtualiter dicitur contistingui formaliter ex natura rei. Sed his omissis, & sobrie intellecta abstractione personalitatis, quouis modo exprimatur, dupliciter potest titulus articuli huius intelligi. Primo, vt abstractio personalitatis fiat à Deo. Secundo, vt abstractio personalitatis non fiat à Deo, sed ab actu incarnationis, sensus est, an existente Deo, sicuti est, scilicet vno in substantia & trino in personis, posũt hic Deus, inquantum hic Deus secundum se, non ratione Patris, aut Filij, aut Spiritussancti assumere, hoc est, & facere, & terminare assumptionem. Et in primo quidem sensu communiter à doctoribus tractari videtur, & ab auctore hic tractatur. in secundo autem tangi quidem inuenio a Auctore aliqualiter, sed ordinate discuti, minime. Absoluenda igitur est quæstio hæc, primum in primo sensu, prosequendo expositionem literæ: & deinde in secundo tractanda est sensu. Hæc de primo.

¶Quoad secundum, conclusio responsiua quæsito affirmatiue est. Abstracta secundo modo personalitate, possumus intelligere naturam diuinam assumentem. Hæc conclusio non aliter probat in litera: quia soluendo obiectiones in responsionibus argumentorum sufficienter manifestatur.

¶In responsione ad primum, dubium nouitiorum occurrit, circa illud, Erit aliquid subsistens, & per consequens persona: quia non valet consequentia, In natura intellectuali est subsistens. ergo persona, vt patet ex antedictis: nam hic Deus est subsistens in natura intellectuali: & tamen non est persona.

¶Ad hoc dicitur, quòd in litera non infertur ex subsistentia personalitas: sed ex subsistentia circunscriptis alijs infertur, per sonalitas. Hæc autem illatio optima est: quoniam circunscriptis alijs, subsistens in natura intellectuali est incommunicabile, ac per hoc personalitas quòd circunscriptio sic accipienda est, vt apponat incommunicabilitatem. Et hoc clarius in responsione ad secundum patebit: nunc.

¶In responsione ad secundum, dubium simile præcedenti occurrit circa illud, Circunscriptis per intellectum personalitatibus trium personarum, remanebit in intellectu vna personalitas Dei, vt Iudæi intelligunt. Quoniam videtur hoc esse falsum: quia abstrahentium non est mendacium, cõstat autem in Deo non esse quatuor personalitates, vnam scilicet absolutam, & tres relatiuas, vt abstractis tribus personalitatibus, remaneat quarta: sed esse tres tantum, quibus abstractis nulla remanet personalitas, nisi chimerica. Falsum ergo est, quòd abstractis per intellectum personalitatibus Patris & Filij & Spiritussancti remaneat una personalitas: sed remanet tantum hic Deus subsistens, vt patet.

¶Ad hoc dicitur, quòd dupliciter contingit abstrahere sine mendacio. Vno modo, considerando id quod de facto est: aut intelligitur in re post abstractionem, sicut abstrahendo naturalitatem a quanto, consideramus quid conuenit quanto, & hoc modo abstractus personalitatibus trium personarum à Deo, non remanet intelligenda in Deo personalitas, sed subsistentia; quia solum remanet hic Deus, vt optime argumentum concludit. Alio modo considerando id, quod consequenter esset aut intelligeretur ex abstractione: sicut in exemplo dato diximus, quòd sphæra tangeret secundum rem planum in puncto, quod nunc de facto non videtur possibile cum hæc in re non inueniantur, & quòd quantumcumque quantum diuideretur, actualiter semper remaneret idem numero, quod modo constat esse impossibile: quia sic rem resolueretur incontinens. Et hoc modo abstractis personalitatibus trium personarum a Deo, remaneret vna personalitas: quia scilicet si non essent in Deo personalitates trium personarum, essentia diuina esset vna tantum persona absoluta, vt iudæi & philosophi intelligant, & hoc inteadit auctor in litera. Et ad euitandum mendacium, in talibus abstractionibus non oportet respicere ad veritatem eius, quod in re est: sed ad veritatem eius, quod esset, hoc est ad veritatem conditionalis super abstractione fundatæ, puta, si quantum esset sine naturalitate &c. si diuina natura esset sine Trinitate personarum &c. & sic de similibus. Veritas enim huiusmodi conditionalium fugat mendacium ab abstractione. Et diligentius si contemplatus fueris verba literæ in responsione ad primum, inuenies ob dictum duplicem modum remanendi post abstractionem, scilicet de facto, vel consequenter, dictum esse sub disiunctione, bis. remanere in diuinis subsistens vel personam abstractis personalitatibus: de facto enim remanet subsistens: consequenter autem remaneret persona vna.

¶In responsione ad tertium dubium occurrit, quid intelligit auctor nomine abstractionis per modum resolutionis. Et est ratio dubii hinc inde ex hac met responsione: quoniam ex principio huius responsionis apparet quòd abstractio per modum resolutionis est abstractio, qua aut vniuersale a particularibus, aut forma a materia abstrahitur: quoniam hæc abstractio est de qua locutus est auctor in 1. par. quæst. 40. artic. 3. cum dixit, abstracta personalitate nihil manere, quam hic arguendo explicite affert, & respondendo exponit, quòd verum dictum est, loquendo de abstractione per modum resolutionis. Ex calce autẽ huiusmet responsionis apparet oppositum, dum dicitur, potest tamen aliquid eorum quæ dicuntur de Deo, intelligi sine alio, non per modum resolutionis. Ex his enim verbis clare habetur, q̃ abstractio per modum resolutionis non habet locum in Deo. Tunc sic. Abstractio per modum vniuersalis & particularis, & similiter per modum formæ & materiæ, habet locum in Deo: sed abstractio per modum resolutionis non habet locum in Deo. ergo abstractio per modum resolutionis non est abstractio, qua vniuersale a particularibus, aut forma a materia abstrahitur. Assumptum probatur: quia secundum abstractionem vniuersalis a particularibus, Deus abstrahit a Patre, a Filio & Spiritussancto, vt ibidem auctor dicit, & secundum abstractionem formæ a materia, communis spiratio abstrahit a patre. Vnde abstractis personis, remanet Deus, & abstracta communi spiratione, remanet persona patris, quamuis secundum neutram abstractionem abstractus personalibus proprietatibus remaneat hypostasis, ut ibi dicitur.

¶Ad hoc dicitur, quod sermo literæ huius formaliter est intelligendus de abstractione resolutiua, & non de hac uel illa specie abstractionis resolutiuæ. Pro cuius intellectu considerandum est, quòd quia resolutio compositioni opponitur, cuius signum est, quòd unaquæque res in ea soluitur, ex quibus composita est, & quod ultimum in resolutione primum in

Universidad de Deusto
Biblioteca

compositione dicitur, ideo vbi nulla est compositio rerum vel intellectuum, ibi nulla resolutio formaliter, & proprie loquendo, locum habet. Compositionem autem intellectuum, dico, non ex parte intellectus tantum multipliciter intelligentis simplicissimum, sed ex parte rei, qualis est compositio ex genere & differentia. vbi non rerum, sed rationum compositio est, ex parte tamen rei. natura siquidem generis alia est a natura differentiæ. vnde & separatæ inueniuntur, quàuis in vnam rem coeant, & propterea ex natura rei oritur distinctio & compositio intellectuum generis & differentiæ, & consequenter resolutio, ita quod abstractio resolutiua continet subesse abstractionem generis à differentiis, & vniuersalis à particularibus, & formæ à materia: quoniam in omnibus his proprie sumptis inuenitur compositio & resolutio rerũ, vel intellectuũ ex parte rei. Et quoniam in Deo nulla est compositio siue secundum rem siue secundum rationem ex parte rei: ideo optime in litera dicitur, q̃ in Deo non habet locum abstractio resolutiua. ita q̃ hoc in calce huius responsionis dicitur, scil. illud, quod dictum est in principio corporis huius articuli, q̃ in telligendo Deum, sicut est, non habet in eo locum abstractio. In cuius signum in calce huius responsionis contra ponitur id, quod in corpore articuli contrapositum est scilicet, abstrahere ex parte intellectus tantum, multipliciter & diuinum intelligentis quod simplex est.

¶ Ad id autem quòd obiicitur ex prima parte, dicitur quòd auctor hic loquitur de illa abstractione, de qua ibi locutus est: sed aliter, quia ibi locutus est de speciebus abstractionis resolutiuæ, scilicet vniuersalis a particularibus, & formæ a materia, hic loquitur de ipsis in suo genere, scilicet, abstractione resolutiua. Rursus ibi negat remanere personas admittendo in illa materia abstractionem non resolutiuam, sed quasi ad modum resolutiuarum: quoniam expresse ibi dicitur, quod ibi nec vniuersale, nec particulare, nec forma, nec materia inuenitur &c. hic negat non solum in illa materia, sed totaliter in diuinis habere locum abstractionem resolutiuam proprie & formaliter sumptam. Quæ constat non obstare, si non resolutiua abstractio proprie & formaliter, sed ad modum, ad imitationem resolutiuæ abstractionis, in diuinis admittitur abstractio & vniuersalis a particularibus & formæ a materia: vtraque enim sic admissa continetur sub abstractione non resoluta, sed ex parte intellectus tantum. Vnde omnia cõsonant, & hæc de quæstione hac in primo sensu.

¶ In secundo autem sensu, an scilicet abstractis personalitatibus ab actu incarnationis possit natura diuina assumere humanam prænotanda sunt duo. Primum est quod illa abstractio intelligitur quo ad hoc tantum, quod est esse per se primo terminum assumptionis, ita quòd quemadmodum in cauiando abstrahimus de facto a personis, non simpliciter, sed tamquàm a per se primo ratione cauendi (quoniam indiuisa sunt opera Trinitatis, & diuinæ personæ causans per se primo, inquantum sunt hic Deus, quia cauiant per se primo ratione naturæ) ita fiando in ista hypostasi, abstractio hæret a per se primo terminare assumptionem, vt scilicet, persona non secundum se, sed ratione subsistentis naturæ, hoc est inquantum sunt hic Deus, per se primo terminarent assumptionem: sicut de facto per se primo illam causãt, inquantum sunt hic Deus.

¶ Secundum est, quòd disputatio & decisio quæstionis iuxta hunc tenium, non debet egredi ad aliquam conditionem, quæ de facto non remanet in Deo stante huiusmodi abstractione, sed consequenter esset, vt in priori sensu concessum est, & debet stare intra limites earum conditionum, quæ in Deo remanere de facto intelliguntur, stante huiusmodi abstractione. Et propterea quia abstrahendo personalitates a per se primo terminare assumptionem, non remanet personalitas per se primo terminans, sed remanet subsistentia naturæ per se primo terminans, remanet hic Deus per se primo terminans. sicut modo de facto, hic Deus est per se primo causans, & rursus quia personalitates non abstrahunt a secundario terminare assumptionem, sicut nec modo abstrahunt a secundario, hoc est per naturã causare quoniam oporteret personas per naturam terminare, sicut oportet modo per naturam cauiare: ideo secundum hoc procedendum est. Et dicendum est, quòd Deus posset assumere naturam humanam, & terminaretur tunc ista assumptio per se primo non ad naturam diuinam, vt sic: sed ad indiuiduum naturæ diuinæ, hoc est ad subsistens in diuina natura, hoc est ad hunc Deum. Constat enim tantam esse differentiã inter diuinam naturam, vt naturam, & subsistens in natura diuina, vt deitas nec genus, nec generãs sit in mysterio Trinitatis, Deus autem sit generans & genitus, & a fortiori in mysterio incarnationis subsistens vt subsistens terminaret, & non natura vt natura. Et quoniam subsistés in natura diuina habet rõnem hypostasis seu personæ, incompletæ tamen, vt patet ex superius dictis: ideo si Deus primo terminasset assumptionem, esset vnio non in natura, sed in persona seu hypostasi, completa tamen quo ad per se primo terminum. Quod ideo addo, quia quo ad secundariũ terminũ esset ét vnio in persona completa. nam sicut hic Deus non inueniretur nisi Pater & Filius, & Spiritussanctus: ita tunc hic Deus homo non ueniretur nisi Pater & Filius, & Spiritussanctus. Sicut. n. nunc quicquid conuenit huic Deo secundum se, conuenit Patri, & Filio & Spiritussancto: ita tũc esse hominem, quia conueniret huic Deo secundum se, hoc est non ratione trium personarum, conueniret cuilibet personæ diuinæ. Vt vendo hac ratione habere hoc potes ab auctore in art. 2. huius quæ responsione ad secundum, & sic vnio terminata per se primo ad hunc Deum, terminaretur secundario ad omnes & singulas personas diuinas, ac per hoc considerato vtroque termino, scilicet primario & secundario humanæ naturæ assumptæ personalitas propria, qua careret, supplereturque perfectè quo ad perfectam rationem personalitatis, quam supplet. nonem non faceret primarius terminus assumptionis secundum se. Quocirca tam assumptio, quam vnio huiusmodi fieret, non esset omnino eiusdem rationis cũ assumptione & vnione, quæ facta est: esset enim per se primo ad subsistens commune, quæ vero facta est per se primo ad subsistens, incommunicabile esset per se primo ad personam incomplete, quãuis excellentiorem omni personacreata, quæ facta est per se primo ad personam complete & iam excellentiorem omni persona creata esset secundario ad omnes personas Trinitatis, quæ facta est ita per se primo ad vnam illarum, scilicet verbum, quòd nullo modo ad alias duas. Esset tamen eiusdem rationis aliqualiter, hoc est quo ad hoc, quòd esset vnio similis vnioni in persona, & iudicanda secundum dicta de vnione in persona, incomplete tamẽ. Et ad ostendendam hanc identitatem rationis in vtraque vnione, scilicet si fiat ad subsistens in natura diuina, & si hæc per se primo ad personam, Auctor in litera præsentis artic. distinctius bis dixit subsistentiam vel personalitatem, & superius in quæst. 2. vt ibi expositum est, vsus est hypostasis, supponi, & personæ nomine communiter ad personam complete & incomplete. Vnde nullam video in hac materia dissensionem inter auctoris doctrinam & Scot. in 3. senten. distin. quæst. 2. Cauendus tamen videtur in re hac Durand. ibidem, quæstio. 4. non vt contrarius nobis: sed vt contrarius veritati, & ignorans propriam vocem, aut abutens vocabulis. Veritati quidem contrarius pro quanto negat sequi stante hac hypostasi, omnes personas, scilicet Patrem & Filium & Spiritumsanctum incarnatas: quia erroneum est vnam personam non posse incarnari sine alia. Nescio vnde iste sumpsit errorem hunc, stante illa hypostasi, cum euidenter pateat, stante positione ista, oporteret personas diuinas, ita concurrere ad incarnationem terminandõ mediante natura, sicut modo concurrunt causando illam mediante natura. Sed constat modo verum simpliciter, & absolutè esse, quòd Pater causauit assumptionem illam, & similiter Filius causauit, & similiter Spiritussanctus causauit: quia causant illam inquantũ sunt hic Deus. ergo tũc esset similiter verum simpliciter, quòd Pater & Filius & Spiritussanctus terminarent assumptionem illam, & consequenter quia

D.1081.

ter quia causarent & terminarent, vere ac necessario dicerentur incarnati. Quomodo autem nocabulis abutatur, aut propriam vocem ignoret, non est præsentis propositi ostendere, vbi non arguendi alios, sed exponendi D. Tho. prouincia assumpta est, ad veritatis notitiam expediendam, sat si cautum reddidisse lectorẽ.

¶ *Super quæstionis tertiæ, Artic. Quartum.*

TItulus intelligendus est vt sonat, s. vt de una persona uerificetur assumere, & de alia non.

¶ In corpore articuli non ponitur formaliter, sed elicitue conclusio responsiua: nam in corpore non habetur nisi ista conclusio. Vna persona potest assumere, sine alia nõ quo ad operationem, sed quo ad terminum. Ex qua tamen habetur ista vera simpliciter, vna persona potest assumere sine alia assumẽte. Et hanc principaliter intendit auctor. Pro hac ergo in litera conclusio posita primo manifestatur, quare duas partes habet: quia assumptio importat duo, s. operationem & terminum. Secundo probatur, quo ad partem negatiuam, s. non quoad operationem: quia actus assumentis sit virtute diuina communi tribus personis. Tertio probatur, quo ad partem affirmatiuam, scilicet quo ad terminum: quia terminus est persona. Quarto manifestatur tota conclusio: quia tres personæ fecerunt naturam vnius vni personę. Ex hac autem conclusione & eius probatione manifeste sequitur principaliter intenta conclusio tacita. nam ex eo quod assumere importat vtrũque, s. operationẽ, & terminum, oportet vtrumque inueniri in illo, de quo vere enuntiandum est assumere & nõ alterum tantum. Et quia in nulla persona diuina inueniuntur vtrumque, nisi in una tantum: ideo uni personæ conuenit assumere sine alia assumente. Indiuisa enim sunt opera Trinitatis, vt dicit Aug. * in Enchir. sicut autem trium personarum est vna essentia, ita & vna operatio, sed assumere est operatio quædam. ergo non potest conuenire vni personæ diuinæ, quin conueniat alii.

In cor. ar.

22 3.di.1.q. 2.ar.1.

*Ench.ca. 38.a med. to.3

¶ 2 Præt. Sicut dicimus personam filii incarnatam, ita, & naturam: tota enim diuina natura in vna suarum hypostasum incarnata est, ut dicit Damas. in 3. lib. * sed natura communis est tribus personis. ergo & assumptio.

*Li.3.orth.fid.c.6.

¶ 3 Præterea, Sicut humana natura in Christo assumpta est à Deo, ita etiam & homines per gratiam assumuntur ab ipso, secundum illud Rom. 14. Deus illum assumpsit: sed hæc assumptio communiter pertinet ad omnes personas, ergo & prima.

*c.3.p.1.a med. & alii.

¶ Sed contra est, quod Dionys. 2. c. de diuin. no. * incarnationis mysterium dicit pertinere ad discretam theologiam, secundum quam scilicet aliquid distinctim dicitur de diuinis personis.

Ar.1. huius quæst.

¶ Respondeo dicendum, quòd sicut dictum est, * assumptio duo importat scilicet actum assumentis, & terminũ assumptionis. Actus autem assumẽtis procedit ex diuina virtute, quæ communis est tribus personis: sed terminus assumptionis est persona, sicut dictum est: * & ideo id quod est actionis in assumptione, commune est tribus personis: sed id quod pertinet ad rationem termini, conuenit ita uni personæ, q̃ non alij. Tres. n. personæ fecerunt, vt humana natura vniretur vni personæ filii.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd ratio illa procedit ex parte operationis. Et sequeretur conclusio, si solam illam operationem importaret absque termino, qui est persona.

¶ Ad secundum dicendum, quòd natura dicitur incarnata, sicut, & assumens ratione personæ, ad quam terminata est unio, sicut dictum est, * non autem prout est communis tribus personis. Dicitur autem tota natura diuina incarnata: non quia sit incarnata in omnibus personis, sed quia nihil deest de perfectione diuinæ naturæ, personæ incarnatæ.

¶ Ad tertium dicendum, quòd assumptio qua fit per gratiam adoptionis, terminatur ad quandam participationem diuinę naturæ secundum assimilationem ad bonitatem illius, secundum illud 2. Petr. 1. Vt diuinæ consortes naturæ &c. Et ideo huiusmodi assumptio communis est tribus personis, & ex parte principii, & ex parte termini: sed assumptio, quæ est per gratiam vnionis, est communis ex parte principii, non autem ex parte termini, vt dictum est.

Articvlvs V.

Vtrum quælibet persona diuina potuerit humanam naturam assumere.

AD QVINTVM sic procedi-tur. Videtur quòd nulla alia persona diuina potuerit humanam naturam assumere, præter personam Filii. Per huiusmodi enim assumptionem factum est, quòd Deus sit filius hominis: sed inconueniens

¶ In responsione ad primum perspice doctrinam datã in præcedenti articulo de quæstione nouiter mota, consonam esse auctoris huic dicenti quòd ratio illa, scilicet sicut essentia est communis &c. procedit ex parte operationis, & subiungenti, & sequeretur conclusio, si solam illam operationem importaret assumptio absque termino, qui est persona. Vnde habes, quod si assumptio non importaret personam pro termino, quod assumptio esset communis tribus personis: sed in hypostasi seu abstractione posita, assumptio non importaret personam pro per se primo termino (de tali enim termino est) sed hũc Deum. igitur in tali casu assumptio cõmunis esset tribus personis secũdum auctoris doctrinam.

Ar.1.huius quæſ.

¶ *Super quæstionis tertię. Articulum Quintum.*

Ar 1. huius quæſ.

TItulus clarus est, nihil aliud apponendo, quam titulus sonet, quod dico quia non quęritur, an simul potuerit alia persone eandem naturam assumere, sed simpliciter, an potuerit assumere: ad quod verificandũ non requiritur simultas: sed sufficit quod sicut solus filius est icarnatus, ita solus Pr fuisset incarnatus, aut solus Spiritussanctus.

Ar.2. huius quæſ.

¶ In corpore articuli unica est cõclusio responsiua quæsito affirmatiue. Pater vel Spiritussanctus potuit carnem assumere, sicut & Filius. Probatur, diuina uirtus potuit naturam humanam unire personæ Patris, vel Spiritussancti, sicut vniuit eam personæ Filii. ergo Pater vel Spiritussanctus potuit carnem assumere. An tecedens probatur syllogistice. Virtus indifferenter se habẽs ad plura, potest ad quoslibet eorum suam actionem terminare: sed virtus diuina indifferenter se habet ad omnes personas. ergo. Maior manifestatur ex potentia rationali: Minor uero & ex parte uirtutis, quia

23 3.di.1.q. 2.ar.3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quia virtus diuina communiter & indifferenter se habet ad omnes personas,& ex parte personarum,quia communis ratio personalitatis omnium personarum eadem est,hoc est vnius est ratio.8:quoniam quælibet diuina persona est persona diuina hac ratione,quia subsistit incommunicabiliter in diuina natura : licet proprietates personales,quibus subsiliunt, sint distinctæ : sicut quilibet homo vna & eadem ratione est persona : quia scilicet subsistit in natura humana.quamuis alia sit personalitas mea, & alia illius.Consequentia autem probatur:quia cum assumptio duo importet,scilicet actum & terminum,,principium actus est virtus diuina,terminus vero persona.ex hoc.n.q; utrumque cõcurrere posse in qualibet persona,antece.deas dicit, consequeus est quòd quælibet persona potest assumere, quod concluso dicit.Vbi nota,quòd hoc, quod pro probatione consequentiæ ex principio corporis articuli allatum est, po est aliter introduci, vt scilicet velut suppositio quædam monstratus requisita ad posse assumere,& ad quæ resolui oportet pocentem assumere, scilicet in virtutem diuinam & personalitatem.Et sic formatur syllogismus,vt supra ad probandum intendens , & consequentia relinquitur per se nota.

¶ *Super Quæstionis tertiæ, Articulum sextum.*

TItulus articuli ex iam dictis patet intelligendus de personis diuinis secundum suas personalitates proprias, vt abinuicem distinguuntur: potest siquidem dupliciter intelligi,an plures personæ diuinæ possint vnam & eandem naturam assumere. Primo,loquendo de personis,vt conueniunt in natura diuina, hoc est secundum quòd sunt vnus Deus,& in hoc sensu quæstio superius discussa est,& hic non quæritur.Secundo, loquendo de personis,vt ab inuicem proprijs personalitatibus distinguuntur, ita quòd quælibet persona trahat naturam illam ad suam propriam personalitatem,sic vt nõ personetur in alia ex hoc, quòd personatur in vna,& econtra,sed personetur in vna , vt distinguitur ab alia.Cuius oppositum accideret,si hic Deus primo incarnatus esset: quoniam vna & eadem ratione quælibet persona diceretur incarnata,scilicet ratione individui naturæ.Et vt vnico verbo dicatur,quæstio hic est,an plures personæ possint vnã numero naturam assumere,vt perse primo diuersi termini assumptionis:sic enim non quælibet persona diuina, sed quælibet persona diuina assumens,per se primo terminater assumptionẽ. Et ad hoc denotandum auctor non quæritan omnes personæ diuinæ possint assumere,sed an duæ,vt ex dualitate intelligas, q; non est sermo de personis,vt conueniunt, ed vt distinguuntur, ac per hoc quælibet sit per se primo terminus assumptionis.

¶ In corpore articuli sunt duæ conclusiones , prima est , Non est imposhbile diuinis personis,vt duæ vel tres assumant vnam naturam humanam:secunda est,Esset tamen impossibile , vt assumerent vnam hypostasim,vel personam humanam . Probantur vtraque simul ex vnione animæ & corporis in Christo, non fit noua hypostasis,neque persona:sed natura vna assumpta in diuinam hypostasim,non per potentiam naturæ humanæ , sed per potentiam diuinæ personæ.ergo magis est hoc iudicandum secundum conditionem diuinæ personæ assumentis,quam in secundum conditionem naturæ assumptæ . ergo non est impossibile diuinis personis &c.Antecedens est ex se cadens . Prima consequentia probatur;quia tota ratio facti in mysterio incarnationis est potentia facientis secundum Aug. Secunda vero consequentia probatur : quia conditio diuinarum personarum talis est,q; vna earum non excludit aliam a communione eiusdem naturæ, sed solum a communione eiusdem personæ. Vbi vides , quod ex hoc,q; non se excludunt a communione eiusdem naturæ , tenet consequentia quo ad primam conclusionem , & ex hoc quòd se excludunt a communione eiusdem personæ , tenet consequentia quo ad secundam conclusionem , quæ auctoritate Anselmi confirmatur.

¶ Aduerte in hoc processu , quòd auctor vnico verbo excludit obiectiones arguentium ex conditione naturæ , dicendo , quod natura communis pluribus suppositis est infinita seu illimitata: quoniam hoc soli diuinæ conuenit naturæ,& similiter quòd quælibet natura finita est terminabilis totaliter vnico supposito . Hæc enim & similia in litera soluntur, dum dicitur , quod non per potentiam naturæ assumptæ, sed per potentiam personæ assumentis,hoc mysterium iudicandum est . Concedatur ergo q; vna numero natura suapte natura communis pluribus suppositis , est illimitata ac infinita,& quòd nulla natura,nisi diuina est huiusmodi . Et si assumeretur ad plures personalitates,non propterea esset suapte natura communis pluribus,sed ex potentia facientis . Similiter omnis vna numero forma subsistentialis suapte natura vnica,totaliter terminatur personalitate propria: sed ex hoc non habetur,quin diuina potentia possit pluribus alienis personalitatibus terminari:quoniam hoc non per potentiam naturę,sed per potentiam assumentis personæ fit. Et est item per sermo de naturali pocentia naturæ,& non de potentia obediendiali eiusdem : potentia enim obedientiæ est quæ respondet potentiæ personæ assumentis,& secundum illam natura potest assumi ab vna,& pluribus diuinis personis.

¶ Circa primam conclusionem dubium ex Sco.in 3. di. 1.quæst. 2.occurrit,vbi tenens oppositum fundat se super hac ratione. In omni dependentia essentiali vnum dependens non dependet pre esse,nisi ad vnum quod totaliter terminat eius dependentiam : sed in ista vnione est dependentia essentialis vnius naturæ , & vna persona terminat totaliter eam.ergo . Maior probatur in omni dependentia causati ad causam.Et simile, inquit , videtur in omnibus dependentis,quæ non sunt causatorum ad causas, q; cum dependentia alicuius faerit totaliter terminata ad aliquid, ipsum non potest dependentia eiusdem rationis dependere ad aliud.Et confirmatur hoc de accidente respectu plurium subiectorum primorum.Minor probatur: quia personalitas creata totaliter terminaret ipsam,& illa stante non posset simul esse in alia persona creata vel increata:non minus enim terminat naturam & dependentiam eiusdem personalitas cuiuscumque persone diuinæ,quàm terminaretur in se.igitur &c.

¶ Ad hanc Scoti rationem respondendum est singuli discutiendo,& sic ertam principalem materiam declarando . Maior igitur propositio assumpta a Sco. non est vera, nisi triplici quasi glossa subintellecta, prima est supra ly,dependentia, quòd intelligatur de dependentia proprie,& hoc dico:quoniam dependentia proprie non inuenitur sine causalitate:quamuis enim aliquid sit alteri sine causalitate annexum,non tamen dependentia proprie inter illa est,vt patet inter correlativa , quorum neutrum vtitur ab altero dependet in quocumque genere causæ,& inter differentias diuinuas ex opposito eiusdem generi , quarum neutra ab altera dependet : & tamen tam correlativa,quam huiusmodi differentias simul esse oportet . Scotus autem dependentiæ nomine vtitur,& cum causalitate,vt patet.Et propterea si extenso nomine vtendo dependentia , Maior non est vera nisi apponatur altera glossa supra ly , Non dependet,quod intelligatur de dependentia omnino eiusdem rationis , ita quòd sit dependentia eiusdem speciei specialissimæ,& in hoc Scotus consentit , & altera supra ly , Totaliter,quod intelligatur tam intensiue , quã extensiue:quoniam dato,quòd vnum terminaret totaliter intensiue,non propterea habetur quòd illud vnum terminaret totaliter extensiue . Exemplum , albi vt quatuor similitudine terminat totaliter intensiue aliud album,vt quatuor,non tamen terminat totaliter extensiue:quia potest tertium poni simile . Oportet autem ad verificandam maiorem illam,hanc apponere glossam,alioquin non est vera de dependentia essentiali non causali : quoniam ex naturalis rationis lumine nulla apparet maior dependentia essentialis non causalis,quam ea, quæ est vnius relatiui ad proprium correlatiuum: quia definitur & essentialiter constituitur per esse ad aliud . Constat autem, quòd vnum relatiuum sic essentialiter dependet ab vno totaliter intensiue terminante illud,quod non totaliter extensiue terminat illud, vt patet de duplo & dimidio,& æquali & simili, & aliis huiusmodi : idem enim duplum eadem numero duplitate duplũ est non solum ad A , dimidium,sed ad B, & C, & vnum æquale eadem numero æqualitate æquale est omnibus sibi æqualibus . At si quis dicat Scotum tenere , quòd non eadem æqualitate vnum æquale est æquale omnibus , & propterea in sua ista proportionem esse veram , facile obiicitur quòd ad concludendum aliquid impossibile , etiam per diuinam potentiam (vt nunc procedimur)non est ex opinatis, & refutatis ab aliis & communi schola peripateticorum procedendum , qualis est ista opinio ponens plura accidentia eiusdem rationis in eodem subiecto secundum idem Negandi est igitur ista maior non acceptans dictam glossam.

¶ Ad probationem autem istius maioris pro quanto probat ipsam in dependentia essentiali causali, non oportet respondere,quia vera ac bona videtur secundum ordinem inditum causis & causatis,& disputatio nostra extra dependentiam causalem versatur.Sed cum subiungit Scotus,q; ita etiam videtur in omnibus dependentiis,quæ non sunt causatorum ad causas, respondetur quòd non est idem de vtrisque dependentiis iudicium, & patet instantia de dependentia vnius relatiui totaliter intensiue terminati ab vno ; & tamen ab altero eiusdem rationis omnino terminabili . Et suffragatur huic responsioni ratio: quoniam dependentia causalis ponit imperfectionem & indigentiam in causato,quæ si subtracta totaliter est ab vna causa, implicat,quod remaneat indigens altera causa . Sed dependentia non causalis potest sine imperfectione & indigentia inueniri, vt patet in relatiuis,quæ in diuinis sine omni imperfectione & indigentia inueniuntur,ac per hoc potest aliunde, puta , ex alterius conditione prouenire,quòd etiam terminet quod iam terminatum ab alio est.Et hic est in proposito , quòd non ex eo quòd filius Dei imperfecte terminet personaliter naturam humanam, neque ex eo quòd natura humana assumpta a filio Dei remaneat imperfecta personaliter prouenit,quòd pater potest ad illã priam personalitatem assumere,sed ex conditione personæ Patris,hoc est ex infinitate suæ sufficientiæ prouenit, q; etiã potest illaminet personare.

¶ Ad

¶ Ad confirmationem de accidente respectu plurium subiectorum primorum , dicitur primo quòd nulla apparet implicatio contradictionis,quod Deus accedenti alicui det vnitatem numeralem in se , & conseruando illam ponat illud accidens in pluribus subiectis primis secundum se,& quòd in tali casu neutrum esset subiectum primum extensiue,nisi secundum se , hoc est quantum est ex parte sui esset subiectum primum extensiue,& daret vnitatem numeralem,sed diuina potentia aliter de facto operatur. Dicitur secundo , quòd dependentia accidentis a subiecto primo est dependentia causalis : est enim subiectum primum causa accidentis,vt patet,& ideo non cõfirmatur per hoc. Maior illa quo ad dependentiam nõ causalem. Hæc de Maiore.

Ar.1.huius quæſ.

¶ Ad Minorem autem dicitur , quòd in ista vnione est dependentia essentialis non causalis, & per hoc non proprie dependentia . Sed transeundo hoc ad bonum sensum ; negenda sunt duo, primo q; in illa vnione sit dependentia vnius omnino rationis, secundo quòd vna persona, puta Verbum totaliter eam terminet intensiue & extensiue Ratio primæ negationis est,quia personæ diuinæ personaliter sumptæ sũt quodãmodo vnius & quodammodo diuersarum rationũ. nam secundum cõmunem rationem personalitatis sunt vnius rationis , vt in præcedenti articulo patet,secundum vero proprias rationes suarum personalitatũ sunt diuersarum rationum ; paternitas enim & filiatio, & processio diuersarum sunt rationum. Constat autem ex hoc, quòd humanitas Christi ita iuncta est Filio quod non Patri esset,quòd esse filium hominis conueniret Patri, vel Spiritui sancto : hoc enim vergeret in confusionem diuinarum personarum . ergo Pater vel Spiritussanctus carnem assumere non potuit.

¶ 2 Præterea, Per incarnationem diuinam homines assecuti sunt adoptionem filiorum , secundum illud Roman. 8. Non accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, sed spiritum adoptionis filiorum : sed filiatio adoptiua est participata similitudo filiationis naturalis , quæ non conuenit nec Patri nec Spiritui sancto:vnde dicitur Rom.8.Quos præsciit,& prædestinauit conformes fieri imaginis filii sui . ergo videtur,quæ non conuenit alicui personæ,conuenire alteri personæ creatæ vel increatæ:non minus enim terminat naturam & dependentiam eiusdem personalitas cuiuscumque personæ diuinæ,quàm terminaretur in se.igitur &c.

¶ 3 Præt. Filius dicitur missus, & genitus natiuitate temporali , secundum,quòd incarnatus est: sed patri nõ conuenit mitti , qui etiam est innascibilis,vt in prima parte habitum est. * ergo saltem persona patris non potuit incarnari.

pp q.43 2.4.& q. 22. 2.3

¶ Sed contra est,quòd quicquid potest Filius,potest Pater & Spiritussanctus,alioquin non esset eadem potentia trium personarum:sed Filius potuit incarnari.ergo similiter Pater & Spiritussanctus.

¶ Respondeo dicendum , quòd sicut dictum est, * assumptio duo importat scilicet ipsum actum assumentis , & terminum assumptionis : principium autem actus est virtus diuina: terminus autem est persona . Virtus autem diuina communiter & indifferenter se habet ad omnes personas : eadem etiã est communis ratio personalitatis in tribus personis,licet proprietates personales sint differentes. Quandocumque autem virtus aliqua indifferenter se habet ad plura,potest ad quodlibet eorum suam actionem terminare:sicut patet in potentiis rationalibus, quæ se habent ad opposita , quorum utrumque agere possunt. Sic ergo diuina virtus potuit naturam humanam vnire personæ Patris,vel Spiritussancti,sicut vniuit eam personæ Filij:& ideo dicendum, quòd Pater vel Spiritussanctus potuit carnem assumere , sicut & filius.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd filiatio temporalis,qua Christus dicitur filius hominis,non constituit personam ipsius , sicut filiatio æterna: sed est quiddam consequens natiuitatem temporalem. Vnde si per hunc modũ nomen filiationis ad Patrem,vel Spiritumsanctum transferretur,nulla sequeretur confusio diuinarum personarum.

¶ Ad secvndvm dicendum, quòd filiatio adoptiua est quædam participata similitudo filiationis naturalis:sed fit in nobis appropriatè à patre, qui est principium naturalis filiationis & perdonum Spiritussancti , qui est amor Patris,& Filij , secundum illud Gal.4.Misit Deus spiritum filij sui in corda nostra clamantem,Abba, pater: & ideo sicut filio incarnato,adoptiuã filiationem accipimus ad similitudinẽ filiationis naturalis eius,ita Patre incarnato adoptiuam filiationem reciperemus ab eo,tamquàm à principio naturalis filiationis,& à Spiritusancto tamquàm à nexu communi Patris & Filii.

¶ Ad tertium dicendum , quòd patri conuenit esse innascibilem secundum natiuitatem æternam,quod non excluderet natiuitas temporalis.Mitti autem dicitur filius Dei secundum incarnationem,eo quòd est ab alio, siue quo incarnatio non sufficeret ad rationem missionis.

Articvlvs VI.

Vtrum plures personæ diuinæ possint assumere vnam numero naturam.

AD Sextum sic proceditur . Videtur quòd duæ personæ diuinæ nõ possint assumere unam,& eandem numero naturam . Hoc enim supposito, aut essent unus homo uel plures: sed non plures,sicut enim una natura diuina in personis pluribus,non patitur esse plures Deos,ita vna natura humana in pluribus personis non patitur esse plures homines. Similiter etiam nõ possent esse vnus homo: quia unus homo est iste homo,qui demonstrat unã personam , & sic tolleretur distinctio trium personarum diuinarum , quod est inconueniens . Non ergo duæ aut tres personæ possunt accipere vnam naturam humanam.

¶ 2 Præt. Assumptio terminatur ad vnitatem personæ,vt dictum est. * sed non est vna persona Patris & Filii & Spiritussancti . ergo non possunt tres personæ assumere vnam naturam humanam.

¶ 3 Præt.Damasc.† dicit in 3. libr. & Aug.in 1.de Trin.*quòd ex incarnatione filii Dei consequitur , quòd quicquid dicitur de filio Dei, dicitur de filio hominis,& econuerso. Si ergo tres personæ assumerent vnam naturã humanam,sequeretur quòd quicquid dicitur de qualibet trium personarum, diceretur de illo homine: & econuerso,quæ dicerentur de illo homine, possent dici de qualibet trium personarũ. Sic ergo id quod est proprium patris, scilicet generare filiũ ab æterno , diceretur de illo homine,& per consequẽs diceretur de filio Dei, quod est inconueniens.Non ergo est possibile , quòd tres personæ diuinæ assumant vnam nec Spiritussancto assumptionem terminari per se primo ad personalitatem Filii secundũ sibi propriam rationem , alioquin terminaretur primo ad commune Filio & patri , & Spiritussancto . Concurrerent igitur diuinæ personæ ad assumptionem,vt etiam sunt diuersarum inter se rationum . Et consequenter, naturam assumptam a Verbo vniri , & posse vniri alteri, Patri aut Spiritui sancto,alterius est rationis ab vniri Filio,& posse vniri Filio, si Aristo. verum dixit tertio Physic. quòd posse sanari & posse infirmari sunt diuersarum rationũ, alioquin sanari & infirmari essent idem . Ex hoc igitur,quòd personalitates , quæ sunt termini vnionum, sunt diuersarum rationum,habetur quòd potentia obedientiæ,qua natura assumpta potest vniri personæ Patris,alterius est rationis ab illa qua vnita est Filio & qua potest vniri spiritui sancto. Et consequenter habetur , quòd in istis vnionibus non esset dependentia vnius rationis simpliciter & absolute,ut arguens assumit , sed diuersarum rationum simplicter propter diuersas rationes terminorum per se primorum , vnius autem rationis secundum communem rationem personalitatis .Ratio secundæ negationis iam patet , q; licet Filius totaliter intensiue terminet naturam humanam,& eius dependentiam ad ipsam,non tamen totaliter extensiue nec secundum omnem obedientialem potentiam ad terminos rationis.

3.dist.1.q. 2.ar.4

Ar.2. huius quæſt.

†Damasc. lib.3.c.3. & 4. *lib.1.ex c.11.12. & 13.colligto.3

¶ Ad probationem minoris,cum dicitur , Personalitas creata totaliter terminaret ipsam , & illa stante nõ posset simul esse in alia persona creata vel increata , ergo glo.aliter sacrea-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ta, respondetur concedendo antecedens pro vtraque parte, sed negando sequelam.

¶Et eo probato, non sequela, cum dicitur, quia non minus terminaret naturam & dependentiam eiusdem personalitas quæcũque diuinæ personæ, quàm terminaretur in se, posset negari hoc quantum ad nõ minus extensiue. Veruntamen proprie loquendo, respondendum est, quòd non minus, sed alio modo & alia ratione terminat persona diuina, & ideo negatur ex hoc vltimo assumpto sequela, quoniam peccat ratio secundum nõ eausam vt causam. Non enim ideo quia minus terminet persona diuina, relinquit naturam adhuc assumptibilem, vt argumentum ponit: sed quia alio modo & alia ratione terminat, ideo relinquit naturam assumptam adhuc assumptibilem ab alia persona diuina.

q.2.arti.5. ad 2.

¶Ad cuiusclariorem perceptionem scico, quòd hæc humanitas, si propriam personalitatem haberet, modus habendi propriam personam esset, quia ipsa humanitas esset principium constitutiuum suæ personæ, ex vnione enim animæ & corporis constitueretur non solum vna natura singularis, sed etiam vna persona, ratio quoque habendi propriam personam esset sua subsistentialis ac perfecta natura extra causas suas in rerum natura sibi diuisa. Et quia hæc humanitas suapte natura non se extendere potest, nisi ad constituendam vnam personam sibi propriam, & personæ repugnat assumi ab alia persona in vnitate personali (interuenit liquidem hic manifesta implicatio contradictoriorum) ideo hæc humanitas sic personatur ex propria persona in Sorte, quòd terminatur in illa intensiue & extensiue. Nec potest stante illa vnitate personaliter, cum quicumque alia persona creata vel increata: quia esset duo contradictoria simul vera essent. n. vna persona, & non essent vna persona cum assumente, vt patet. Sed hæc humanitas alio modo, & alia ratione personatur per assumptionem: quoniam non constituendo personam personatur, vt patet in humanitate Christi quæ personatur per personam verbi, quæ non constituitur per illam humanitatem, sed fuit ab æterno. Et hinc prouenit differentia inter hanc humanitatem personatam propria personalitate, & personatam personalitate Verbi, quòd illa remanet in se inassumptibilis, ita remanet in se assumptibilis: quoniam illa non potest assumi stante sua personalitate, nisi assumeretur sua personalitas, quæ non est assumptibilis, ista vero quia in aliena personalitate subsistit, potest assumi absque hoc, quod illa aliena sibi appropriata personalitas assumatur. Ex diuerso ergo modo terminandi, propria vel aliena personalitate, patet quare natura personata propria personalitate non potest assumi, & quare personata aliena potest assumi: quia scilicet per propriam terminatur, constituendo illam, per alienam non constituendo illam. Diuersa quoque ratio est utrobique terminandi nam & diuina persona terminat ex sua infinitate, vepote aliena persona subsistens in alia natura (dictum est enim supra q̃ proprium est diuinæ personæ ob sui infinitatem subsistere simul in diuersis naturis) & natura humana non naturali, sed obedientiæ potentia personatur per alienam personam: persona autem Sortis non ex aliqua excellentia, sed ex naturali adæquatione terminat personaliter naturam suam, & econtra natura sua naturaliter est per illam adæquabilis personaliter. Et hinc etiam prouenit, quod cum quælibet persona diuina sit infinita, quælibet personare potest humanitatem hanc non ex indigentia naturæ (vt dictum est) sed ex sufficientia personæ potentis communicare illi naturæ etiam suam personalitatem. Ex his autem habes, quòd nõ solum dependentia huius humanitatis respectu singularum personarum diuinarum quo ad assumi, est diuersarum rationum inter se, sed etiam q̃ dependentia seu terminatio huius humanitatis respectu diuinæ personæ & respectu personæ propriæ, sunt diuersarum rationum, licet omnes conueniant in vna communi ratione termini, quia scilicet sunt ad personam. Ruit ergo à fundamentis vndique fabrica Scotica, & merito: quoniam hanc humanitatem personari simul à pluribus personis diuinis, nihil aliud est, quàm communicare huic humanitati plures personalitates alienas infinitas, appropriando illas illi. Et per hæc patet quare repugnat hanc humanitatem habere simul plures personalitates creatas, aut creatam & increatam: quia scilicet vtrobiq; esset implicatio contradictoriorum, dum natura hæc in propria personalitate poneretur vna persona cum alia persona. Et non repugnat, habere simul plures personalitates increatas: quia per hoc non ponitur, vnã personam assumi in vnitatem personalem alterius personæ. Et hæc pro nunc sufficiant de hac quæstione.

*Est Epist. 3. nõ multum ante med. to. 2

¶In eodem art. in calce corporis circa auctoritatem Anselmi, aduerte, quòd Duran. in 3. sen. dist. 1. q. 3. late arguit auctorẽ quasi exponẽtem per ly, vnum eundemque hominẽ, personam humanam, dicens contra hanc expositionem. Anselmus cõcedit q̃ vna persona assumpsit hominem, & negat plures personas posse assumere vnum hominem, non intelligitur igitur persona per hæc. Sed quoniam Durandus ipse postmodum dicit Anselmum dicere sic, Impossibile est plures personas diuinas esse vnam personam cũ uno eodemque homine, ex seipsomet conuincendus est. Anselmus volebat excludere aliquid quod possit sub apparenti quæstione cadere: non potest autem aliter cadere sub apparenti quæstione, q̃ plures personæ diuinæ sint vna persona, nisi quia vnirentur in vna persona humana. Et sic exponit auctor: non enim potest intelligi, q̃ sint plures personæ diuinæ in vna persona diuina, quia hoc statim offert apparentem valde contradictionem. Exponendo igitur sententiam Anselmi, optime in litera dictum est, siue præponatur ly, vna persona cum vno eodemque homine, siue nõ præponatur ly, vna persona & dicatur, Impossibile est assumere vnum eundemque hominem: sensus enim semper est idem. s. q̃ impossibile est plures personas assumere vnam personam. Nec id quod obijcit Durand. obstat, quia aliud est dicere, assumit hominem, & aliud, assumit unum eundemque hominem. Nam prima propositio & si est aliqualiter impropria, glossatur tamen, quòd intelligitur quo ad naturam, ut patet ex magistro in 3. sent. dist. 6. Secunda autem propter ly, vnum eundemque, trahitur ad individuum subsistens in natura humana, quod constat esse suppositum: nullus enim unus homo inuenitur in natura humana assumpta, nisi filius Dei.

*li.6.ca.3. ante med. to.3

*libr.2.cur Deus homo c.9.circa principium.

¶In eodem 6. artic. in respon sione ad primum aduerte diligenter verba auctoris, dum hac positione facta dicit, quòd tres personæ essent vnus homo, & tamen non propterea essent vnus homo simpliciter. Dixit enim hæc ambo propter differentiam, quæ esset in ter unum Deum & vnum hominem in tribus personis: quoniam tres personæ sic sunt unus Deus, quòd sunt vnus numero Deus, & est ibi uere unus Deus simpliciter: sed tres personæ sic essent unus homo, q̃ non essent vnus numero homo: quia nullus esset ibi vnus numero homo communis Patri & Filio & Spiritui sancto: sicut est vnus numero Deus communis Patri, & Filio, & Spiritui sancto. Et similiter non esset ibi unus homo simpliciter: quia nõ esset homo vnus secundum naturam & personam, quamuis tamen importat unus homo simpliciter: sed essent tres homines numero in una natura humana, quia essent plures personæ humanæ secundum unam naturam humanam: sed quoniam hoc ad uocabula spectat, parum refert, si scitur quid esset in re, qualitercumque exprimeretur.

¶Super

¶Super quæstio. III. Art. VII.

IN titulo articulo 7. aduerte, q̃ istæ quæstiones, quæ hic mouentur de possibili, non ideo mouentur, vt discutiatur Dei potentia: sed vt exinde mysterium incarnationis factæ magis innotescat. Manifestatur siquidẽ ex his, quæ discutiendo has quæstiones, dicuntur, qualis, quãtus &c. est per se primo terminus incarnationis. s. persona uerbi, & qualis est huiusmodi vnio ex respectu ad alias personas, & naturas magis, ac magis explicatur.

¶In corpore articuli vna est conclusio responsiua quæsito affirmatiue. Persona diuina præter naturã quam assumpsit, potest aliam numero naturam assumere. Vbi antequam afferatur probatio, nota quòd quia assumere principium & terminũ assumptionis importat, ideo cõclusio probat primo ex parte principii, s. potentiæ diuinæ in diuina persona: secundo, ex parte termini. s. personalitatis diuinæ. Vnde quo ad primum probatur sic.

Quid potest in vnum, & non in amplius, habet potentiam limitatam ad unum: sed potentia diuinæ personæ est infinita, nec limitabilis ad aliquid creatum, ergo. Quo ad secundum probatur sic. Si non posset assumere aliam naturam, sequeretur quod personalitas diuinæ naturæ esset, ita comprehensa per unam naturam, quod ad eius personalitatem alia assumi non posset: sed hoc est impossibile, quia increatum a creato comprehendi non põt. ergo.

¶Circa illam propositionem, Quod potest in unum & non in amplius, habet potentiam limitatam ad unum, aduerte, quod est intelligenda formaliter scilicet, inquãtum est ex parte potentiæ, in unum & non in amplius, nam si aliunde proueniret, quod posset in unum & non in amplius, puta, ex modo agendi, quia agit per modum naturæ, quæ est determinata ad unum, non argueret limitationem potentiæ: sed si ex ipsa potentia est, quod possit in unum tantum, limitationem in illa arguit: quoniam potentia, ait potentia, extenditur se ad possibile, quod non comprehenditur unitate, ita quod excludat multitudinem. Vnde in arti. ulti. q. 4 r. in 1. par. dictum est, q̃ non ex impotentia patris est, quod unus tãtum filius genitus & generabilis in diuinis. Et quia hæc propositio procedit ex parte potentiæ, ideo simpliciter & absolute assumpta est propositio illa.

¶Circa probationem ex parte termini, nota diligentissime, auctorem habere pro inconuenienti ac impossibili, personam diuinam, ut terminum comprehendi a natura creata. Hoc enim nihil aliud est dicere, quam docere (quod iam prælibauimus respõdendo Scoto) hoc q̃ persona diuina non solum est infinita in essendo & causando ratione naturæ diuinæ, sed est infinita in terminando ratione suæ personalitatis: incomprehensibilitas siquidem increatæ personæ, ut termini a natura creata, ut assumpta nihil aliud significat quam infinitatem in terminando increatæ personæ. Et ut excellat Dei balbutiendo, ut possumus, resonemus, dicendum est, q̃ infinitas diuina, ut est naturæ seu naturalis, constituit infinitum eius & infinitam eam esse: ut autem est personæ seu personalis, cõstituit infinitam personam ut sic, quod claudit in se infinitam interminando. Et ideo potest quælibet diuina persona subsistere non solum in pluribus naturis. s. naturali & assumpta: sed etiam in pluribus assumptis, & eadem ratione in infinitis, si infinitæ inuenirentur simul.

¶In responsione ad primum perspice, q̃ consistit in hoc, q̃ natura substantiæ creatæ multiplicatur multiplicato supposito cõstituto per ipsam: non autem multiplicato supposito non constituto per ipsam, vt patet in litera.

¶In responsione ad secundum obiectio Scoti. 3. sent. di. 1. q. 3. occurrit dicentis contra hoc, quòd sequeretur quòd possemus dicere, q̃ plures personæ sunt plures dii. Probatur: Secundum hoc tale concretum habet vnitatem uel pluralitatem ex vnitate vel pluralitate suppositi.

¶Ad hoc dicit, q̃ in litera non dicit affirmatiue multiplicari concretum multiplicato supposito, vt arguens forte accipit: sed ponitur vniuersalis regula negatiue, s. nunquam nomen ab aliqua forma impositum pluraliter dicitur, nisi propter pluralitatem suppositorum. Et ista regula est uera tam in concretis adiectiuis, quàm substantiuis tam substantialibus, quàm accidentalibus, ita quòd semper ad pluralitatem concretorum exigitur pluralitas suppositorum. sed cum hoc stat, q̃ pluralitas suppositorum non sufficiat quandoque, & exigitur ét pluralitas formæ significatæ, vt de concretis substantiuis in ar. 3. q. 39. 1. par. patet. Et propterea licet unitas suppositi, optime inferat singularitatem concreti substantiui (quale est ly homo) non tamen multitudo suppositorum infert pluralitatem nominis substantiui. Et propterea non sequitur. ergo tres personæ sunt dii: nec ergo tres personæ homines in calu præcedentis articuli, ut in hac etiam litera dicitur: & tamen bene sequitur in casu huius articuli. ergo uerbum Dei non est homines, sed unus homo.

*3.di. q.2. ar.5

¶In responsione ad tertium perspice rationem, quare prætentis articuli positione facta, hæc humana natura prælibata non assumeret aliam naturam humanam, quæ posit assumeretur, cum qua tamen concurreret, in eandem numero personalitatem, & natura diuina assumeret quamcunque naturam humanam, quæ vnitertur personaliter uerbo Dei. Ratio inquam est, quia filius Dei est sua deitas, non autem est sua humanitas: hinc enim fit, vt cuicumque personaliter unitur filius Dei per se primo, eidem secundario vniatur, dico & naturæ assumptæ & cuilibet eius parti, vt patet ex auctoritate Dama. Et hinc fit, q̃ vna humanitas non esset vnita alteri, ita q̃ nec ipsi naturæ posit assumptæ præcedens vniretur, nec alicui eius parti, sed per accidẽs conciderent in vnam personam, inter se distinctæ etiam loco. Et ex hoc sequeretur, q̃ non esset communio conuenientium illi personæ secundum vnam naturam assumptam cum conuenientibus sibi secundum aliam assumptam, immo posset simul mori secundum vnam, & viuere secundum aliam. Et uerbi gratia secundum primam naturam vocaretur Christus, & secundum secundam vocaretur Ioannes, mortuo Christo non posset dici mortuus Ioannes: sed bene diceretur mortuus Deus & Dei filius, & similiter viuo Ioanne tantum, non vere diceretur viuus Christus, sed viuus Deus & Dei filius, & sic de similibus.

Articvlvs VII.

Vtrum vna persona diuina possit assumere duas naturas humanas.

AD Septimum sic proceditur. Videtur quòd una persona diui-

Universidad de Deusto
Biblioteca

na non posit assumere duas naturas humanas. Natura enim assumpta in mysterio incarnationis non habet aliud suppositum præter suppositum personæ diuinæ, vt ex supradictis patet. * Si ergo ponatur esse vna persona diuina assumens duas humanas naturas, esset vnum suppositum duarum naturarum eiusdem speciei, quod videtur implicare contradictionem: non enim natura vnius speciei multiplicatur nisi secundum distinctionem suppositorum.

Ar. præce. & ar. 2. huius q. & q. 2. 2. & 3.

¶ 2 Præterea. Hac suppositione facta, non posset dici, quòd persona diuina incarnata, esset vnus homo: quia non haberet vnam naturam humanam. Similiter non posset dici, quòd essent plures: quia plures homines sunt suppositi distincti, & ibi esset tantum vnum suppositum. ergo prædicta positio est omnino impossibilis.

¶ 3 Præterea. Incarnationis mysterio tota natura diuina est vnita toti naturæ assumptæ, ideſt, cuilibet parti eius: est enim Christus perfectus Deus & perfectus homo, totus Deus & totus homo, vt Damascen. * dicit in 3. lib. sed duæ humanæ naturæ non possent totaliter sibi inuicem vniri: quia oporteret quòd anima vnius esset vnita corpori alterius, & ꝙ etiam duo corpora essent simul, quod confusionem induceret naturarum. Nõ ergo est possibile, quòd vna persona diuina duas humanas naturas assumat.

*lib. 3. Orthod. c. 7.

¶ Sed contra est, quòd quicquid potest pater, potest filius: sed pater post incarnationem filij potest assumere naturam humanam aliam numero ab ea, quam filius assumpsit: in nullo enim per incarnationem filij est diminuta potentia patris vel filii. ergo videtur ꝙ filius post incarnationem possit aliam humanam naturam assumere præter eam, quam assumpsit.

¶ Respõd. Dicendum, quòd illud potest in vnum, & non in amplius, habet potentiam limitatam ad vnum: potentia autem diuinæ personæ est infinita, nec potest limitari ad aliquid creatum. Vnde non est dicendum, quòd persona diuina, ita assumpserit vnam naturam humanã, ꝙ non potuerit assumere aliam. Videretur enim ex hoc sequi, quòd personalitas diuinæ naturæ esset ita comprehensa per vnam naturam humanam, quòd ad eius personalitatem alia assumi non possit, quod est impossibile: non enim increatum à creato comprehendi potest. Patet ergo quòd duæ consideremus personam diuinam secundum virtutem, quæ est principium vnionis, siue secundũ suam personalitatem, quæ est terminus vnionis, oportet dicere quòd persona diuina præter naturam humanam, quam assumpsit, posita aliam numero naturam humanã assumere.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd natura creata perficitur in sua ratione per formam, quæ multiplicatur secũdum diuisionem materiæ: & ideo si compositio materiæ & formæ constituat nouum suppositum, consequens est, quòd natura multiplicetur secundum multiplicationem suppositorum: sed in mysterio incarnationis vnio formæ & materiæ, ideſt, animæ & corporis, non constituit nouum suppositum, vt supra dictum: * & ideo posset esse multitudo secundum numerum ex parte naturæ propter diuisionem materiæ absque distinctione suppositorum.

Ar. præc.

¶ Ad secundum dicendum, quòd posset videri dicendum, quòd prædicta positione facta sequeretur, quòd essent duo homines propter duas naturas absque hoc, quòd essent ibi duo suppositi: sicut econuerso tres personæ dicerentur vnus homo, propter vnam naturam assumptam, vt supra dictum est: * sed hoc non videtur esse verum: quia nominibus est vtendum secũdum quòd sunt ad significandum imposita, quod quidem est ex consideratione eorum, quæ apud nos sunt: & ideo oportet circa modũ significandi & cõsignificandi considerare ea, quæ apud nos sunt, in quibus numquam nomen abaliqua forma impositum pluraliter dicitur, nisi propter pluraliter dicitur, nisi propter pluralitatem suppositorum. Homo enim, qui est duobus vestimentis indutus, non dicitur duo vestiti, sed vnus vestitus duobus vestimentis, & qui habet duas qualitates, dicitur singulariter aliqualis secundum duas qualitates. Natura autem assumpta quantum ad aliquid, se habet per modum indumenti, licet non sit similitudo, quantum ad omnia, vt supra dictum est: * & ideo si persona diuina assumeret duas naturas humanas, propter vnitatem suppositi diceretur, vnus homo, habens duas naturas humanas. Contingit autem, quòd plures homines dicuntur vnus populus, propter hoc quòd conueniunt in aliquo vno: non autem propter vnitatem suppositi. Et similiter si duæ personæ diuinæ assumerent vnam numero humanã naturam, dicerentur vnus homo, vt supra dictum est, * non vnitate suppositi, sed inquantum conueniunt in aliquo vno.

q. 2. art. 6. ad 1.

D. 249. D. 358.

q. 2. ar. 6. ad 1

¶ Ad tertium dicendum, quòd diuina & humana natura non eodem ordine se habent ad vnam personam diuinam, sed per prius comparatur ad ipsam diuina natura, vtpote quæ est vnum cum ea ab æterno: sed natura humana comparatur ad personam diuinam per posteriũs, vtpote assumpta ex tempore à diuina persona, non quidẽ ad hoc quòd natura sit ipsa persona, sed quòd persona in natura subsistat. filius enim Dei est sua deitas, sed non est sua humanitas: & ideo ad hoc, quòd natura humana assumatur à diuina persona, requiritur quòd diuina natura vnione personali vniatur toti naturæ assumptæ, id est, secundum omnes partes eius: sed duarum naturarum assumptarum esset vniformis habitudo ad personam diuinam, nec vna assumeret aliam. Vnde non oporteret ꝙ vna earum totaliter alteri vniretur, ideſt, omnes partes vnius omnibus partibus alterius.

Articvlvs VIII.

Vtrum fuerit magis conueniens quòd persona filij assumeret humanam naturam, quàm alia persona diuina.

¶ Super quæstionis tertiæ Articulum octauum.

AD octauum sic proceditur. Videtur ꝙ non fuerit magis conueniens filium Dei incarnari, quàm Patrem, vel Spiritumsanctum. Per mysterium enim incarnationis, homines ad veram Dei cognitionem sunt perducti, secundum illud Ioan. 18. In hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum, vt testim. perhi. veritati: sed ex hoc, ꝙ persona filii Dei est incarnata, multi impediti fuerunt à vera Dei cognitione, ea quæ dicuntur de filio secundum humanam naturam referentes ad ipsam filii personam: sicut Arrius, qui posuit inæqualitatem personarũ propter hoc, quòd dicitur Ioan. 14. Pater maior me est, qui quidem error non prouenisset, si persona patris incarnata fuisset: nullus enim æstimasset patrem filio minorem. Magis ergo videtur fuisse conueniens, quòd persona patris incarnaretur quàm persona filij.

¶ 2 Præterea, Incarnationis effectus videtur esse recreatio quædam

Titulus octaui ar. clarus est.

¶ In corpore vna est conclusio responsiua quæsito affirmatiue. Conuenientissimum fuit personam filii incarnari. Probatur tripliciter. Primo, ex parte vnionis. Similia conuenienter vniuntur persona filii, & humana natura tam secundum communem creaturæ rationem secundum quam propriam rationem sunt similes ergo. Minor quo ad primã partem, & probatur simpliciter, quia verbum Dei est exemplaris similitudo oĩs creaturę: quia verbum artifi cis est exemplaris similitudo eorum, quæ fiunt ab artifice: & probatur ap-

26 Inf. q. 3. ar. 8. ad 3. dist. 3. q. 2. a. 2. q. 1. 4. cõ. c. fin. & 4.

applicando ad deducendam inconuenientiam incarnationis primo in communi, quia ar tifex per conceptam formam, qua condidit restaurat collapsum. Secundo, in speciali ex tribus inuentis in dependentia creaturarum a verbo. Primum est, participatio similitudinis exemplaris. Secundum, constitui in proprijs naturis. Tertium, modus, quòd inobliter constant. Quibus conuenienter adiunguntur tria perfectiora scilicet super participatio nem vnio non participata, sed per sonalis, super constitutionem in propriis reparatio in diuinis scilicet gratia, gloria, & vita ęternitas, super mobilitatem, æternæ & immutabiliter vitam felicitatem que habere: quo ad secõdam vero partem probatur similiter primo similitudo simpliciter quo ad duo se habentia, vt causa & effectus, primo quia verbum est conceptus æternæ sapientiæ, & omnis sapientia hominum, ab æterna sapientia derivatur. Secundo ex hoc quia propria perfectio hominis vt rationalis, quæ est sapientia consistit in participando verbum Dei. Quod probatur exemplo, sicut perfectio discipuli in participando verbum magistri, & auctoritate. Fons, sapientiæ & cæt. Probatur deinde applicando, quòd supra participatio nem diuini verbi, in qua propria perfectio hominis secundum mentem consistit, conuenientissime apponitur vt ipsum verbum Dei personaliter vniatur naturæ humanæ, vt consumata sic hominis perfectio, vt scilicet quæ inchoatur in participatione ipsius verbi humana perfectio consumetur non in participatione, sed in personali adeptione ipsius verbi. Re-

¶ li. 3. c. 1.

humanæ naturæ, secundum illud Gal. vlt. In Christo Iesu neque circumcisio aliquid valet, nec præputium, sed noua creatura: sed potentia creandi appropriatur Patri. ergo magis decuniet patrem incarnari quàm filium.

¶ 3 Præt. Incarnatio ordinatur ad remissionem peccatorum, secundum illud Mat. 1. Vocabis nomen eius Iesum ipse enim saluum faciet populum suũ à peccatis eorum. Remissio autem peccatorum attribuitur Spiritui sancto, secundum illud Ioan. 20. Accipite Spiritum sanctum quorum remiſ. pec. re. eis. ergo magis congruebat personam Spiritussancti incarnari, quàm personam Filii.

¶ Sed contra est, quòd Damas. dicit in 3. lib. * In mysterio incarnationis manifestata est sapientia & virtus Dei, sapientia quidem, quia inuenit difficillimi solutionem pretij, quàm decentissimam: virtus autem, quia victum fecit rursus uictorem: sed uirtus & sapientia appropriantur filio, secundum illud 1. Cor. 1. Christum Dei virtutem & Dei sapientiam. ergo conueniẽs fuit personam filii incarnari.

¶ Respondeo dicendum, quòd conuenientissimum fuit, personam Filii incarnari: primo quidem, ex parte vnionis. Conuenienter enim ea, quæ sunt similia, uniuntur: ipsius autem personæ filii, qui est uerbum Dei, attenditur vno quidem modo communis conuenientia ad totam creaturam: quia verbum artificis, ideſt, conceptus eius est similitudo exemplaris eorum, quæ ab artifice fiunt. Vnde verbum Dei, quod est æternus conceptus eius, est similitudo exemplaris totius creaturæ: & ideo sicut per participationẽ huius similitudinis creaturæ sunt in propriis speciebus institutæ, sed mobiliter, ita per vnionem uerbi ad creaturam, nõ participatam, sed personalem, conueniens fuit reparari creaturam in ordine ad æternam & immobilem perfectionem. Nam & artifex per formã artis conceptam, qua artificiatum condidit, ipsum si collapsum fuerit, restaurat. Alio modo, habet conuenientiam specialiter cum humana natura, ex eo quòd uerbum est conceptus æternæ sapientiæ, à qua omnis sapientia hominum derivatur. Et ideo per hoc homo in sapientia perficitur, quæ est propria eius perfectio, prout est rationalis, ꝙ participat verbum Dei, sicut discipulus instruitur per hoc, quòd recipit verbum magistri: vnde Ecclesia. 1. dicitur, Fons sapientiæ uerbum Dei in excelsis: & ideo ad consumatam hominis perfectionem conueniens fuit, vt ipsum verbum Dei humanæ naturæ personaliter vniretur. Secundo, potest accipi ratio huius congruentiæ ex fine vnionis, qui est impletio prædestinationis, eorum scilicet qui præordinati sunt ad hæreditatem cœlestem, quæ non debetur nisi filiis eius, secundum illud Rom. 8. Si filij, & hæredes: & ideo congruum fuit, vt per eum, qui est filius naturalis, homines participarent filiationis adoptionem, vt ait Apostolus ibi dem dicit, Quos præscivit, & prædestinauit conformes imaginis filij. Tertio, potest accipi ratio huius congruentiæ ex peccato primi parentis, cui per incarnationem remedium adhibetur. Peccauerat enim primus homo, appetendo scientiam, vt patet ex verbis serpentis promittentis homini scientiam boni & mali. Vnde conueniens fuit, vt per verbum veræ sapientiæ homo reduceretur in Deum, qui per inordinatum appetitum scientiæ recesserat à Deo.

¶ Ad primum ergo dicẽdum, quòd nihil est, quo humana malitia non possit abuti, quando etiam ipsa Dei bonitate abutitur, secundum illud Rom. 2. An diuitias bonitatis eius contemnis? Vnde etiam si persona patris fuisset incarnata, potuisset ex hoc homo aliquius erroris occasionem sumere, quasi filius sufficere non potuisset ad humanã naturam reparandam.

¶ Ad secvndvm dicendum, quòd primæ rerum creatio facta est à potentia Dei patris per verbum. Vnde & recreatio per verbum fieri debuit à potentia Dei patris, vt recreatio creationi responderet, secundum illud 2. Cor. 5. Deus erat in Christo, mundum reconcilians sibi.

¶ Ad tertium dicendum, quòd Spiritui sancto proprium est quòd sit donum Patris & Filij. Remissio autem peccatorum fit per Spiritum sanctum tanquàm per donum Dei: & ideo conuenientius fuit ad iustificationem hominum, quòd incarnaretur Filius, cuius Spiritussanctus est donum.

QVAEST. IIII.

De modo vnionis ex parte naturæ humanæ assumptæ, in sex articulos diuisa.

DEINDE considerandum est, de vnione ex parte assumpti. Circa quod primo considerandum occurrit de his, quæ sunt à verbo assumpta. Secundo, de consumptis, quæ sunt per fectiones & defectus. Assumpsit autem Dei filius humanam naturam, & partes eius.

¶ Vnde circa primum triplex consideratio occurrit. Prima est, quantum ad ipsam naturam humanam. Secundi est, quantum ad partes ipsius. Tertia, quantum ad ordinem assumptionis.

liquæ rationes ela re pateat in litera.

¶ Super quæstio. quartæ Articulum Primum.

Titulus articul. primi, quæst. quartæ in corporis principio declaratur, quòd inuestigatur de assumptibilitate naturæ humanæ, & in responsione ad primum, nec secundum potentiam obedientiæ ad omnipotentiam Dei: sed secundam potentiam congruitatis ad vnionem personalem. Et ratio omnium in locis suis patebit.

¶ In corpore articuli est vnica cõclusio. Sola natura humana est assumptibilis. Probatur. Hæc duo, scilicet congruentia dignitatis, & necessitatis, soli naturæ humanæ conueniunt. ergo sola natura humana est assumptibilis. Antecedens quo ad exponentem affirmatiuam probatur. quo ad dignitatem quidem: quia natura humana nata est attingere per propriam operationem, cognoscendo & amando verbum Dei. quo ad necessitatem uero, quia subiacens peccato originali indigebat reparatione. Quo ad exponentem autem negatiuã probatur; quia creaturæ irrationali deest dignitas: naturæ autem angelicæ deest congruitas necessitatis. Consequentia probatur, quia assumptibile dicit aptitudinem naturæ assumi ad unitatem personæ non per potentiam passiuam naturalem. ergo per potentiam congruentiæ ad vnionem personalem diuinam. Hoc ultimo assum

p. q. n

Universidad de Deusto
Biblioteca

ptum probatur: quia potentia passiua naturalis non se extendit ad id, quod transcendit ordinem naturalem.

¶ Circa hæc, duæ dubitationes sunt, quæ ex dictis literę in respõsionibus argumentorum, soluuntur. Primum dubium est, circa consequentiam illam assumptibile non attenditur secundum potentiam passiuam naturalem. ergo secundum congruentiã, cum possit responderi, cõsequentia non valet quoniam potest attendi secũdum potentiam obedientiæ.

¶ Ad hoc ex respõsione ad primũ in litera respondetur, q̃ creaturæ denominantur aliquales ex eo, quod cõuenit eis secundũ propria, & non ex eo quod conuenit eis secundum primas & vniuersales causas, potentia autem obedientiæ cõuenit creaturæ in ordine ad primã causam, vt patet: potentia autẽ congruitatis attenditur secundum propria ipsius creaturæ. & ideo creaturæ denominantur aliquales, hoc est assumptibiles secũdum congruitatẽ, non secũdum obedientiam. Sed hæc responsio non videtur solida, tum quia etiam secundum Auctorem, humana natura dicitur assumptibilis per potentiam obedientiæ, tum quia assumptibilis est denominatio conuenies creaturæ solum ex ordine ad Deum causam vniuersalissimam, cum iam dictum sit proprium esse diuinæ personæ subsistere in pluribus naturis, cum quia creaturæ denominãtur aliquales ex eo, quod cõuenit illis secundũ causas primas, & vniuersales. dicuntur enim creaturæ & conseruatæ ac conseruabiles ex prima causa, & ẽt natura reparata ex prima & vniuersalissima cã Deo &c.

¶ Ad hæc dicitur, q̃ propositio in respõsione ad primum allata, scilicet creaturæ denominantur aliquales ex eo, quod conuenit eis secundum proprias causas, non autem ex eo, quod conuenit eis secundum primas & vniuersales causas, intelligenda est cum grano salis, scilicet quando oppositæ denominationes conueniunt illis secundum proprias & secundum primas causas. Et hanc glossam manifestat Auctor esse suæ intentionis in subiuncto exemplo de morbo, qui secundum propria dicitur incurabilis quãuis secũdum Deum oppositam denominationem habeat, & dicatur curabilis. Ita quòd intendit Auctor, quòd quando denominatio aliqua sic se habet ad creaturas, quòd secundum propria affirmatiue, & secundum primam causam negatiue, aut econtra secundum propria negatiue & secundum primã causam affirmatiue sunt denominandæ, tunc creaturæ denominantur aliquales simpliciter secundum propria, & non secundum primam causam, sed cum additione, vt patet in exemplo literæ, morbus denominari potest curabilis & incurabilis secundum propria & secundum primam causam curabilis, & ideo simpliciter dicitur curabilis uel incurabilis, attendendo ad propria, secundum primam autem causam dicitur cũ additione curabilis, per Dei potentiam. Et simile est in proposito, creaturæ simpliciter dicuntur assumptibiles, quæ congruitatem habent ad vnionẽ personalem & inassumptibiles, quę illa carent, cum quo tamen stat q̃ omnes naturæ dicantur assumptibiles cum additione scilicet per Dei potentiam.

¶ Ad primam ergo obiectionem dicitur, quòd potentia obedientiæ quia respõdet omnipotentiæ diuinæ, clauditur in proposito sub denominatione ex omnipotẽtia Dei: eiusdem enim rationis est, quòd denominetur natura assumptibilis ex potentia Dei, & ex potentia obedientiæ, qua creatura subditur Dei potentiæ absolutæ: & ideo prætermissa est in hoc processu, sicut, & potentia Dei.

¶ Ad secundum dicitur, quòd licet assumptibile dicatur solummodo in ordine ad Deum, attendi tamen potest etiam ex parte congruentiæ naturæ secundum illius propria & ex parte omnipotentiæ Dei, & secundum hoc opposito modo natura aliqua est denominabilis: & ideo secundum propria dicitur congrue assumptibilis vel inassumptibilis.

¶ Ad tertiam conceditur, quòd creaturæ denominantur simpliciter aliquales ex Dei potentia, quando ex propriis nõ sunt opposito modo denominabiles. Nec oppositum habetur ex litera sane intellecta.

¶ Dubium secundum est, quomodo verum est, quod in angelis deficiat necessitas reparationis, cum angelica natura adhuc reparatione indigeat.

¶ Ad hoc dicitur, quòd non intendit Auctor excludere ab angelica natura indigentiam seu necessitatem reparationis, sed congruentiam necessitatis, ita quòd licet in angelica natura sit maior indigentia, quia irreparabilis est illius lapsus: quia tamen necessitas illa non habet congruitatem ad reparationem, quia est necessitas non uiæ sed termini, ideo notanter dicitur, quòd deest angelicæ naturæ congruitas ex parte necessitatis tam in corpore articuli, quàm in respõsione ad tertium.

¶ Nota in dictis huius articuli illam propositionem de potentia passiua naturali, quòd non se extendit ad id, quod transcendit naturalem ordinem: quoniam verissima est, & formalis, & propria, & secundum illa iudicanda, quæ hic atque illic inueniuntur

Circa primum quærun-
tur sex.

¶ Primo, Vtrum humana natura fuerit magis assumptibilis à filio Dei, quàm aliqua alia natura.

¶ Secundo, Vtrum assumpserit personam.

¶ Tertio, Vtrum assumpserit hominem.

¶ Quarto, Vtrum fuisset conueniens, quòd assumpsisset naturam humanam à singularibus separatam.

¶ Quinto, Vtrum fuisset conueniens, quòd assumpsisset humanam naturam in omnibus eius singularibus.

¶ Sexto. Vtrum fuerit conueniens, q̃ assumeret humanam naturam in aliquo homine ex stirpe Adę progenito.

ARTICVLVS I.

Vtrum natura humana fuerit magis assumptibilis à filio Dei, quàm aliqua alia natura.

AD Primum sic proceditur. Videtur quòd humana natura non fuerit magis assumptibilis à filio Dei, quã quælibet alia natura, Dicit enim Augu. in Epist.* ad Volusianum, In rebus mirabiliter factis tota ratio facti, est potentia facientis: sed potentia Dei facientis incarnationem, quæ est opus maximè mirabile, non limitatur ad vnam naturam, cum potentia Dei sit infinita. ergo natura humana non est magis assumptibilis à Deo, quàm aliqua alia creatura.

¶ 2 Præt. Similitudo est ratio faciens ad congruitatem incarnationis diuinæ personæ, vt supra dictum est: * sed sicut in creatura rationali inuenitur similitudo imaginis, ita in creatura irrationali inuenitur similitudo vestigij. ergo creatura irrationalis assumptibilis fuit, sicut humana natura.

¶ 3 Præt. In natura angelica inuenitur expressior Dei similitudo, quã in natura humana, sicut Greg. dicit in Hom.* de centum ouibus, introducẽs illud Ezech. 28. Tu signaculum similitudinis: inuenitur etiam in angelo peccatum, sicut in homine, secundum illud Iob, 4. In angelis suis reperit praui tatem. ergo natura angelica fuit ita assumptibilis, sicut natura hominis.

¶ 4 Præterea. Cum Deo competat summa perfectio, tãto magis est Deo aliquid simile, quanto est magis perfectum: sed totum vniuersum est magis perfectũ, quàm partes eius, inter quas est humana natura. ergo totum vniuersum est magis assumptibile, quàm humana natura.

¶ Sed contra est, quòd dicitur Prouer. 8. ex ore sapientiæ genitæ, Delitię meæ esse cum filiis hominum. Et ita videtur esse quædam congruentia vnionis filii Dei ad humanam naturam.

¶ Respondeo dicendum, quòd aliquid assumptibile dicitur, quasi aptũ assumi à diuina persona. Quæ quidem aptitudo non potest intelligi secũdum potentiam passiuam naturalem, quæ non se extendit ad id, quod transcendit ordinem naturalem, quem transcendit vnio personalis creaturæ ad Deum. Vnde relinquitur quòd assumptibile aliquid dicatur, secundum congruentiam ad vnionem prædictã. Quæ quidem congruentia attenditur secundum duo in humana natura scilicet secundum eius dignitatem, & necessitatem. Secundum dignitatem quidem, quia humana natura, inquantum est rationalis & intellectualis, nata est contingere aliqualiter ipsum verbum per suam operationem, cognoscendo, scilicet & amando ipsum. Secundum necessitatem autem, quia indigebat reparatione, cum subiaceret originali peccato. Hæc autem duo soli humanæ naturæ conueniunt nam

27 3.di.2.q.1 ar.1. & 4. con.c.55. 3.& 4 *In epi.3. nõ multũ ante me. to.2

q. prę.ar tic.8

*Ho.34.i Euang.an te med.il-lius.

tur dicta. Secundum quam patet, quòd potentia naturalis intellectus nostri non se extendit ad visionem Dei &c. Vnde & hic dicitur de natura humana quatenus intellectualis, quòd nata est aliqualiter contingere per operationem verbum Dei.

¶ In respõsione ad primum eiusdem primi art. notandum est, quòd hinc apparet Auctorem non contradicere suis dictis in 3. senten. distinctio 2. quæst. prima articul. primo nec retractare illa, sed aliter ad Theologo dignius locutus est de assumptibili, sententiam eandem seruans, & fermonem quasi eohibens. Vnde & per transeundo in hac respõsione prætermittit discussionem consequentium, ad effectum diuinæ omnipotentiæ, si assumeret angelum aut lapidem. Vnde & nos Auctoris vestigia sectantes, quæstionem illam, an Deus possit assumere lapidis naturam, tamquam communiter acceptam & sufficienter discussam, & quasi offensiuam piarum aurium, in illius discussione relinquendam duximus. Vide hæc si vis in Auctore in loco allegato, & in Capreolo ibidem.

¶ In respõsione ad 5m dubium occurrit circa illud. Multo aũt maior & perfectior est vnio ad Deum secundum esse personale, quàm quæ est secundum operationem, quoniam non caret scrupulo propositio ista, & multi glossant aut negant eam. Est autem ratio scrupuli: quia seorsum ista sumpta, vnio personalis communis est rationalibus & irrationalibus, vnio secundum operationem propria est rationalibus. Et rursus vnio personalis conuenit rationalibus secundum id, in quo communicant cum omnibus substantijs, quia conuenit eis, inquantum sunt naturæ potentes subsistere, vnio autem secundum operationem perfectæ felicitatis conuenit eis, inquantum sunt consortes diuinæ naturæ per adoptionem. Maior ergo & perfectior est vnio secundum operationem fruitionis beatæ, quàm secundum esse personale, & propterea ista propositio negatur, seorsum acceptis extremis. Et confirmatur, quia maius est assumere lapidem in filium Dei adoptiuum, quam ad vnionem personalem: quoniam illud implicat contradictionem, hoc non: glossatur autem, q̃ vera est in natura capaci vtriusque vnionis. Et aliqui de veritate illius etiam sic intellectæ dubitant: quia melius est concipere Deum mente, quàm carne, vt dicitur in lib. de sancta virginitate, & de beata Virgine dicitur, quòd beatior fuit concipiendo fidem Christi, quàm carnem Christi.

¶ In oppositum autem est literæ auctoritas ex Augustin. super illud, Verbum caro factum est.

¶ Ad hanc quæstionem dicendum est, q̃ proculdubio maius, nobilius, excellentius, perfectiusq; est vniri Deo in persona, q̃ per gratiam & gloriam consumatam. Et ratio habita est in vlt. art. præcedentis q. quia. s. vnio personalis non est vnio participatiua: sed per substantiam Dei, conferens nõ similitudinẽ aut participationem Dei, sed ipsum esse personale Dei, ita vt persona Dei fiat persona naturæ assumptæ. Vnio aũt per fruitionem vnio participata Dei est, conferens non esse Dei, sed similudinem & adoptionem filialem. Est igitur vnio personalis maior: quia confert maius, i. esse Deum non participatiue, sed personaliter: quanto namq; maius est esse Deum personaliter, quã participatiue, tanto maior est vnio personalis, quàm participatiua. Est & perfectior: quia confert perfectius, s. esse Deum ẽt subsistentiam, h. oc est hypostasim, non sm accidentia, vt sunt operationes, quibus fruimur Deo: quãto. n. perfectius est esse Deum personaliter, quã accidẽtaliter. tãto perfectior est vnio per personalis, q̃ per operationem. Et ideo simpliciter & absolute cum Aug. & Auctore fateamur, longe maius esse vniri Deo in persona, quàm per gratiam & gloriam.

¶ Ad primã autẽ & secundam obiectionem dicitur, q̃ dato q̃ maius sit illud, quod natũ est ex parte entis creatorum conuenire intellectualibus substantijs & similiter intellectualibus, vt in intellectualia sunt, quàm communia, longe tamen maius est quod ex parte Dei potest conferri naturis substantialibus vt cõmunicant in natura substantiali, quã id quod est eis donabile secundum earũ operationes: quoniam potest naturis conferri esse Dei personale in seipso, vt sit esse personale earum, quod non conferri potest per operationes. Rationes enim istæ non inferunt, q̃ vnio per operationẽ sit maior, aut nobilior: sed bene inferunt, q̃ plus nobilitatis

D. 148. In cor. ar. D. 151. P.P. q. 64. art. 2. In cor. ar.

creaturæ irrationali deest congruitas, naturæ aũt angelicæ deest congruitas prædictæ necessitatis. Vñ relinquit̃ q̃ sola natura humana sit assumptibilis.

¶ Ad primum ergo dicẽdum, quòd creaturæ denominantur aliquales ex eo quod competit eis secundum proprias causas: non autem ex eo quod conuenit eis secundum causas primas & vniuersales: sicut dicimus aliquem morbum incurabilem, non quia non potest curari à Deo, sed quia per propria principia subiecti curari non potest. Sic ergo dicitur aliqua creatura non esse assumptibilis, non ad subtrahendum aliquid potentiæ diuinæ, sed ad ostendendum conditionem creaturæ, quæ ad hoc aptitudinem non habet.

¶ Ad secundum dicendum, quòd similitudo imaginis attenditur in natura humana secundum quòd est capax Dei, scilicet ipsum attingendo propria operatione cognitionis & amoris. Similitudo autem vestigij attenditur solum secundum repræsentationem aliquam, ex impressione diuina in creatura existentem: nõ autem ex eo quòd creatura irrationalis, in qua est sola talis similitudo, possit Deum attingere per solam suã operationem. Quod autem deficit à minori, non habet congruitatem ad id, quod est maius: sicut corpus, quod non est aptum perfici anima sensitiua, multo minus est aptum perfici anima intellectiua. Multo autem maior & perfectionis ex parte creaturæ exigitur ad vnionem per operationem: quia exigitur & natura & operatio intellectualis & gratia seu gloria, quæ non exiguntur ad naturam, vt vnibilem personaliter: sed cum hoc stat, q̃ ex parte accepti doni longe maior & perfectior sit vnio personalis, quia non Deus participatiue, sed in propria ipsius persona habetur a natura vnita.

¶ Ad tertium dicendum, quòd quidam dicunt angelum non esse assumptibilem, quia à principio suæ creationis est in sua personalitate perfectus, cum non subiaceat generationi & corruptioni, vnde non posset in vnitatem diuinæ personæ assumi, nisi eius personalitas destrueretur, quod neque conuenit incorruptibilitati naturæ eius, neque bonitati assumentis, ad quàm non pertinet, quòd aliquid perfectionis in creatura assumpta corrumpat: sed hoc non videtur excludere totaliter congruitatem assumptionis angelicæ naturę: potest enim Deus producendo nouam angelicam naturam, copulare[d] eam sibi in vnitate personę, & sic nihil præexistens ibi corrumperetur: sed sicut dictum est, * deest congruitas ex parte necessitatis: quia etsi natura angelica in aliquibus peccato subiacet, est tamen eius peccauum [d] irremediabile, vt in 1. parte habitum est.*

¶ Ad quartum dicendum, quòd perfectio vniuersi, non est perfectio vnius personę, vel suppositi: sed eius quod est vnum positione vel ordine, cuius plurimæ partes non sunt assumptibiles, vt dictum est. * Vnde & perfectionis ex parte creaturæ exigitur ad vnionem per operationem: quia exigitur & natura & operatio intellectualis & gratia seu gloria, quæ non exiguntur ad naturam, vt vnibilem personaliter: sed cum hoc stat, q̃ ex parte accepti doni longe maior & perfectior sit vnio personalis, quia non Deus participatiue, sed in propria ipsius persona habetur a natura vnita.

¶ Ad confirmationem dicitur q̃ falsum assumitur, & ad probationem respõdetur, q̃ falsissimum est, q̃ implicans contradictoria sit maius: quoniam implicans contradictoria non est aliquid, non est ens, nec non ens, sed ens & non ens simul. Secundum huiusmodi enim argumenta, maius esset albedinem esse nigredinem, quam esset Deum: quia illud implicat, hoc non.

¶ Ad rationem dubij multorum, quia melius est concipere fidem &c. respõderetur negando consequentiam, quoniam non est eadem vtrobique ratio: quoniam in conceptione carnali Dei non fit vt concipiens sit Deus, sicut fit in vnione personali, vt homo sit Deus, & propterea non arguitur a simili, sed a longe alieno. Maximum ergo bonum, quod Christus habet, est quòd suum ego est verus Deus, & super, ac post hoc habet, quòd sit creata fruitione Dei beatus.

¶ In respõsione ad tertium eiusdem art. nota pro sequentis artic. q. quòd hic habetur quòd si angelus tam creatus assumeretur, personalitas eius corrumperetur, ac per hoc aliquid perfectionis in creatura assumpta corrumperetur. Ex hoc enim insinuatur, quòd personalitas angeli aliquid perfectionis addit supra naturam angeli, quod etiam innuitur de omni suppositio & persona sentiẽdum, in responsione ad quartum dicitur. Perfectio vniuersi non est perfectio vnius personæ, vel suppositi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Super quæstionis quartæ, Artic. II.

TErtius articul. 2. satis clarus est quo ad quid nominis personæ humanæ, sed quo ad quid rei, longo tractatu in hoc articulo perscrutandus est.

¶ In corpore articuli vnica est conclusio respondens quæsito negatiue. Filius Dei nullo modo assumpsit personam humanam. Probatur illud quod assumitur, oportet præintelligi assumptioni personæ non præintelligitur in humana natura assumptionis igitur persona non assumitur. Maior & probatur, quia assumi aliquid dicitur, quia ad aliquid sumitur, & declaratur exemplo, sicut illud quod mouetur localiter, oportet præintelligi ipsi motui. Minor probatur ducendo ad impossibile: si persona præintelligeretur, oporteret ipsam vel corrumpi, & sic frustra esset assumpta, vel remanere, & sic essent duæ personæ, quod est erroneum, quia non esset vnio in persona.

28 Locis ar. sequē. notatis.

*li.3.Orthod. fid. c.11.

¶ In hoc artic. quæstio difficillima occurrit, quòd persona, seu hypostasis accidat supra naturam singularem. Et hoc tam in substantijs compositis, puta, quid addit Sortes supra suam humanitatem compositam ex hac anima & hoc corpore: & similiter quid addit Gabriel supra suam naturam singularem. Et est specialiter ex verbis huius articuli hinc & inde ratio dubij: quia tam in corpore articuli, quam in responsione ad tertium, habetur, quòd addit aliquid positiuum, dum dicitur, q̄ persona oportet corrumpi, si præexisteret assumptioni, quod in præcedenti quoque articulo de angeli persona dictum est, cum adiunctione, quòd aliquid perfectionis corrumperetur. Et rursus dicitur, quòd persona diuina sua vnione impediuit, ne natura humana propriam personalitatem haberet: si enim nihil adderet, impedimentum nihilo præstitum esset. In oppositum autem sonat responsio ad secundum, dicens quòd naturæ assumptæ non deest propria personalitas propter defectum alicuius, quod ad perfectionem humanæ naturæ, pertineat: sed propter additionem &c. si enim persona adderet aliquid positiuum supra hanc naturam, oporteret illud deesse naturæ assumptæ. Et sic falsum esset, quòd personalitas deest non propter defectum alicuius, quod ad perfectionem spectat: constat enim quod si personalitas positiuum aliquid addit, illud ad perfectionem spectaret, cum persona significet perfectissimum quid in genere substantiæ. Simpliciter autem & generaliter dato dubio magni est tanta diuersitas opinionum, & obscuritas rei. Claudentur autem in quæstione ista quatuor quæsita: primum est, an persona supra hanc naturam addat in se aliquid, an solum secundum rationem: secundum, an supposito quod addat aliquid in se, an illud sit positiuum vel negatiuum: tertium, an illud sit intrinsecum personæ, an extrinsecum: & quartum, quid est illud positiuum vel negatiuum intrinsecum vel connotatum. Quæ ad eius tandem replicationem simpliciter tractabuntur. est igitur prima opinio quòd suppositum & natura hæc in omnibus substantijs sunt idem re, & differunt solo modo intelligendi, vt quod est & quo est: ita quòd idem est quo & quod diuersa ratione. Natura enim est, vt qua Sortes est homo, Sortes vero est ipsa sua natura, vt principans seu habens illam ab agente. Et huius opinionis est Henricus de Gandauo in quo lib.4 quæstio.3. Secunda autem opinio est, quòd suppositum & natura sunt idem re quo ad intrinseca, sed differunt realiter quantum ad connotata, quæ ostenduntur ex modo significandi: connotata autem huiusmodi sunt illa, quæ simul cum natura habentur, sine quibus natura non potest esse. Verbi gratia, Sortes est ipsa sua humanitas in concreto, vt significatur habens reliqua, sine quibus humanitas non habetur in rerum natura. Et huius opinionis est Hervæus in quolibet 3. quæstio.6. Tertio opinio est, quòd suppositum & natura differunt realiter, medio modo inter extrinsece & intrinsece, ita quòd suppositum addit supra naturam affectionem, qua natura subsistit accidentibus: ita quòd Sortes non est sua humanitas: quia Sortes significat humanitatem, vt affectam accidentibus, humanitas vero non. ab Hervæo & Ioanne de Neapoli recitatur hæc opinio, & improbatur. Quarta opinio est, quòd suppositum differt realiter a natura, sicut totum a parte: quia dicit compositum ex natura & esse existentiæ: hæc etiam recitatur ab vtroque dictorum, & improbatur. Quinta opinio est, quòd suppositum differt a natura per vnum connotatum extrinsecum, scilicet actum essendi: ponit enim hæc opinio actum essendi non claudi in suppositi ratione, in quo differt a præcedente, & bene dicit in hoc, sed connotari per suppositum: quia esse est proprius actus suppositi, vt quod est, & hæc est opinio Capreoli in tertio sentent. distinct. 5. quæstio. 3. Sexta opinio est, quòd persona addit supra naturam hanc aliquid intrinsecum constitutiuum personæ, negatiuum tamen. Et hæc est opinio Scoti in 3. sentenc. distinct. 1. quæstio. 1. quæ verbis ipsius vtendo, addit duplicem negationem, scilicet dependentiæ actualis à persona diuina, & dependentiæ aptitudinalis respectu eiusdem termini, scilicet personæ diuinæ, hoc est non dependere etiam secundum aptitudinem à persona diuina vt sic: ita quòd hæc humanitas est persona. per hoc quòd nec apta nata est terminari ad personalitatem diuinam, nec actualiter terminatur per eam. Septima opinio propinqua huic est, quòd persona addit supra naturam hanc solam negationem annexam extrinseci positiui & intrinsecæ vnionis ad illud: ita quòd suppositum significat illammet rem, quam significat natura: sed significat eam vt habet hanc duplicem negationem, scilicet in nullo extrinseco sustineri. Et huius opinionis est Ioannes de Neapoli in quolibet. q. 9. Omnium harū opinionum conuenientium in hoc, q̄ suppositum nihil positiuum intrinsecum addit supra naturam personabilem singularem. fundamentum est, quia illud intrinsecum constat non posse esse accidens, nec substantiam, quæ est forma aut materia, aut compositum ex vtraq; Accedit ad hoc auctoritas Arist. in 7. Meta. tractantis hanc quæstionem, & dicentis q̄ in his, quæ sunt per se, idem est quod quid est, & id cuius est: constat. n. substantiam esse de numero eorum quæ sunt, & dicuntur per se. Ponendi aut aliquid supra additum negatiuum vel positiuum, cogit & modus significandi, & assumptio singularis humanitatis à Christo sine sua personalitate. Præter omnes aūt dictas opiniones recitatur alia opinio à Scoto & Ioanne de Neapoli, si tñ vna & eadem ab vtroq; recitatur, tenens suppositum addere supra naturam singularem entitatem positiuā intrinsecam supposito, constitutiuamq; ipsius. Sicut hæc, inquit Scotus, humanitas addit supra humanitatē, vel sicut modus essendi, vt inquit Ioannes de Neapol. addit supra naturā, cuius est, & reducitur entitas ista ad genus substantiæ, sicut esse quale ad genus qualitatis, & punctus ad genus quantitatis. Improbatur; ab vtroq; opinio ista. Omnis. afferte opinionem dicentē suppositum differre a natura, quia Sortes dicit compositum ex materia & forma, humanitas vero formam: quia non esset ad propositum quæstionis, in qua supponimus filium Dei assumpsisse singularem humanitatem compositam ex hac anima & hoc corpore (iuxta illud, perfectus homo ex anima rationali & humana carne subsistens) & tamen non assumpsisse hypostasim humanam.

¶ Examinanda igitur discutiendaq; sunt hæc, & sm doctrinam D. Tho. & simpliciter. Ex doctrina D. Tho. habetur inter naturam & suppositum in creaturis, talem, tantamq; esse differentiā, vt suppositum sit primo subiectum actus essendi in rerum natura, natura non: & similiter si suppositum sit subiectum filiationis realis, natura nō, ita q̄ si natura sine suo supposito poneret, non esset subiectū actus essendi, nec esset subiectū filiationis. Et primum quidem dicit auctor inferius in q. 17. art. 2. pertotū, vbi in rñsione ad primum dicit hæc verba. Esse consequitur naturam non sicut habentem esse, sed qua aliquid est: personam aūt sive hypostasim sicut habentem esse. Secundum aūt dicit inferius. q. 35. ar. 5. per totum, vbi in rñsione ad primum dicit hæc verba, Natiuitas temporalis causaret in Christo temporalem filiationem realem, si esset ibi subiectum huiusmodi filiationis capax &c. ex hoc autem, q̄ hæc humanitas, & hic homo, sic differunt, q̄ illa sm rem neq; actus essendi neque filiationis realis est capax nisi ratione huius hominis, vt per se primo subiecti vtriusque, oportet dicere quod aliqua realis differentia sit inter hanc humanitatem & hunc hominem, ita quod aliquid realitate includat hic homo, quod non includit hæc humanitas: qua realitate hic homo habetur quod se susceptiuum tam actus essendi, quām filiationis realis, cuiusque realitatis defectu hæc humanitas

Utrum filius Dei assumpserit personam.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd filius Dei assumpserit personam. Dicit enim Damas. * in 3. lib. quòd filius Dei assumpsit humanam naturam in atomo, id est, in indiuiduo: sed indiuiduum rationalis naturæ est persona, vt patet per Boet. in lib. † de dua natur. ergo filius Dei personam assumpsit.

† In 3. pag. a pri. lib.

* lib. 3. c. 6. circa med.

¶ 2 Præt. Damasc.* dicit quòd filius Dei assumpsit ea, quæ in natura nostra plantauit. Plantauit aut ibi personalitatem. ergo filius Dei assumpsit personam.

¶ 3 Præt. Nihil cōsumitur, nisi quod est: sed Innocen. tertius dicit in quadam Decret. q̄ persona Dei consumpsit personam hominis. ergo videtur

humanitas deficiat ab hoc quod est esse susceptiuum per se primo actus essendi, & filiationis temporalis. Nam hæc differentia in rerum natura est, & secundum constitutiuum per se primo subiecti filiationis realis siue actus essendi. Et propterea non potest reduci ad differentiam secundum modos intelligendi aut significandi, nec ad differentiam secundum extra connotata, quæcumque sint illa, quoniam hæc differentia præuenit omnia extrinseca & modos intelligendi & significandi, nec ad differentiam penes negationes: quoniam negatio non est constitutiua subiecta entitatis realis, quāmuis sit concomitans & circumloquens constitutiuum illud quandoque: quoniam subiectum entitatis realis vt sic, purum ens reale esse in se sufficit: negatio enim nihil formaliter sic, non dat formaliter alicui enti esse capax entitatis realis. Sed si hæc humanitas & hic homo ita se habent, quòd huic humanitati in rerum natura repugnat esse per se primo susceptiuum harum extrinsecarum entitatum realium, scilicet actus essendi vel filiationis, & huic homini conuenit, oportet aliquid positiuum reale claudi in hoc homine, quod non claudit in hac humanitate, quo fiat per se primo susceptiuum huius rei, cuius illa non est capax. Hæc ratio videtur conuincere intellectum bene dispositum stantibus fundamentis: de quibus scito, quòd quāmuis Thomistæ aliqui videantur negare fundamentum hoc quantum ad per se primo subiectum actus essendi, quorum phantasia in quæstio. 17. ostenditur aliena a doctrina auctoris, nullus tamen inficiari potest, fundamentum hoc esse D. Thomæ, quo ad se primo subiectum filiationis realis. Et hoc sufficit efficaciæ huius rationis. quoniam tota vis rationis consistit in hoc, quòd constitutiuum rei in hac quod est esse per se primo susceptiuum entitatis realis oportet esse realitatem aliquam, sed hic homo in hoc differt ab hac humanitate, quòd claudit in se aliquid quo est per se primo susceptiuus alicuius entitatis realis repugnantis huic humanitati. ergo claudit in se realitatem constitutiuam in esse, quo differt ab hac humanitate: sed non differt nisi in esse personali, quo hic homo est hypostasis siue persona, hæc humanitas non. ergo personalitas huius hominis addit aliquam realitatem intrinsece constitutiuam personæ humanæ, supra hanc humanitatem. Hæc ratio non nisi ad manifestandum quid sentiat auctor de differentia inter suppositum & naturam allata est, apud alios namque scio non valere: quia ponunt in Christo non solum plura esse, sed etiam nouam filiationem realem. Et hoc ipsum magis attestatur, quòd sententia auctoris est quæ dicta est: quoniam consequenter loquendo, ponentes personam non constitui intrinsece aliquo positiuo supra hanc naturam, consequenter ex negatione personalitatis humanæ nihil reale debent auferre ab homine Christo, quod est in alijs: quia nihil reale conuenit hominibus ratione negationis, aut huiusmodi. Et per oppositum tollentes aliquam realitatem a Christo homine, propterea quia aliqua realitas est personæ & aliqua naturæ, debent consequenter loquendo dicere, quod personalitas aliquam realitatem constitutiuam intrinsece personæ, vt distinguitur ab hac natura, dicit, quæ in Christo non fuit, & ad cuius impeditionem secuta est impeditio reliquarum realitatum personalium. Consonat autem hæc sententia his, quæ in præcedenti & hoc articulo dicuntur de corruptione personalitatis, & impedimento eiusdem, & his quæ in 4. contra Gen. cap. 43. dicuntur dum affertur, quòd si hypostasis humana non remaneret in natura, in qua assumenda a verbo præxtitisset, hoc sine corruptione accidere non potuisset: nullum enim singulare definit esse hoc, quod est nisi per corruptionem. Hæc ille.

¶ Simpliciter autem & absolute loquendo, monstratur positio ista rationi consentanea, tam secundum ea, quæ sunt ex lumine naturali, quām secundum ea, quæ sunt ex lumine fidei nota. Rationale siquidem est, vt dupliciter dicta subsistantia in 5. Meta. scilicet de essentia & de prima subsistantia, sicut subsistantia pro essentia est res, cui debetur talis modus essendi, quem circumloquimur per esse per se, hoc est non in alio, sicut accidens est in subiecto: ita subsistantia pro subsistantia prima sit res, cui debetur talis modus essendi, quem circumloquimur per esse per se separatim, ita quòd repugnet ei esse in alio, vt in quod, siue vt quo in quod, siue vt pars aut quasi pars in toto. Sic enim ponendo quemadmodum subsistantia pro essentia non ex modo essendi affirmatiuo, vel negatiuo constituitur, sed ex constitutiua intrinsece realitate, cui debetur esse tali modo: ita subsistantia pro hypostasi non actu essendi tali modo, sed ex realitate constitutiua ipsius intrinsece, cui debetur actus essendi, tali modo constituitur. Nec tacita a Philosopho huiusmodi realitas, sed expressa est in proprio constituto per ipsam, dum in 5. Metaph. subsistantia distincta est in subsistantiam pro hypostasi, & subsistantiam pro essentia subsistantiali, & in prædicamentis subsistantia prima proprie, principaliter, & maxime subsistantia dicitur: idem autem significatur per subsistantiam primam, hypostasim, suppositum, & personam: nisi quòd persona in solis rationalibus locum habet, vt patet ex antedictis. Accedit ad hæc, quòd nomen Hypostasis, aut personæ, & similiter nomina propria naturarum cum pronominibus, vt hic homo, hic bos, & similiter pronomina demonstratiua personaliter, vt ego, tu, ille, omnes cōfitemur significare formaliter substantiam, & non negationem, aut aliquid eiusmodi, aut extrinsecum. Si omnes hoc fatemur, cur ad quid rei significatæ perseuerantes dissentimus a communi confessione? si & personalitatem negationem esse formaliter dicere licet, cur non stat in sententia tanto probabiliori, quanto magis consona communi confessioni? Theologi quoque ponentes personalitatem in quinis positiuum rem, cum ex illa personalitate omnis personalitas in cælo & in terra nominetur, sicut ex illo patre omnis paternitas iuxta Apostoli sententiam, docent nos ad diuinæ personalitatis aliqualem imitationem, etiam in creaturis personalitatem positiuam rem esse. Amplius, dicentes personam verbi in Christo supplere personam humanam, constat quòd non dicunt, quòd supplet nihil, negatio autem est nihil formaliter: sed intendunt quòd supplet substantiam, quam significat persona humana seu hic homo. non igitur personalitas negatio aut modus significandi aut extranei quid est, sed subsistantia, loco cuius in Christo est persona verbi, quæ vere est hic homo, & persona humana. Amplius, si natura assumpta a verbo, desereretur ab eo in suis propijs naturalibus, esset tunc alia persona verbi Dei, & alia persona illiusmet naturæ humanæ. ergo esset tunc alia subsistantia illiusmet humanitatis: quoniam alia, est relationum diuersitas subsistantiæ. ergo personalitas addit supra illam singularem naturam subsistantiam intrinsece constitutiuam formaliter personæ in esse personali. Nec potest dici ad primam consequentiam, quòd esset alia persona negatiue tantum: quoniam conitat quòd non solum non esset eadem persona cum persona verbi, sed poneret in numerum cum illa: quoniam essent duæ personæ, non minus quam modo sunt persona verbi & persona mea. Est igitur personalitas realitas constitutiua personæ vt sic: & ideo ad eam consequuntur negationes & repugnantiæ ad esse quo, & esse partem, & capacitates ad personales realitates, vt sunt actus essendi & filiatio, & quod est & habens esse, & reliqua, quæ hypostasi attribuuntur. Est autem huiusmodi realitas in genere substantiæ reductiue, sicut reliquæ realitates constitutiuæ substantiarum vt rationale, & huiusmodi, quamuis non sit differentia, proprie loquendo: sed est terminus vltimus, ac vt sic purus naturæ substantiæ. Vbi tria dico. Primo, quòd est terminus naturæ, quod probatur ex hoc, quòd naturam personari, est naturam terminari, & personare est terminare naturam: exponimus ue im naturam humanam in Christo personari per verbum, quia terminatur per illius personam, & econtra, verbum personare naturam illam, quia terminat illam. Secundo, quòd est vltimus, quoniam natura numquam est vltimate terminata, donec perficitur: quantumcumque enim indiuiduetur, nisi personetur, non est vltimate terminata, vt patet de humanitate Christi, quæ est secundum se in se singularis & terminabilis per personam verbi, aut propriam, terminata autem per personam verbi. Constat autem, quòd si terminata est personalitate propria vel aliena, stante illa non est terminab lis vltra, nisi forma extensiue, non ex parte sui, sed ex omnipotentia alterius potentis etiam seipsum terminum illius efficere, vt superius dictum est, si vna natura assumeretur a duabus personis diuinis. Sed hoc non tollit, quin prima persona assumens terminauerit, vt vltimus terminus, sed terminos multiplicat extensiue. est igitur personalitas terminus vltimus naturæ. Quòd autem tertio addidi, vt sic purus, ad maiorem explicationem, non ad necessitatem apposium est, ad instruendum nouitios, quòd terminare vt terminare, nullam dicit causalitatem, & explanandam, quòd personalitas & terminans naturam, nullam causalitatem dicit respectu naturæ terminatæ, ita quòd non solum est extra genera causarum extrinsecarum, sed etiam extra causas intrinsecas: quoniam nec in genere causæ formalis, nec in genere causæ materialis se habet ad naturam, sed vt terminus eius. Vnde & in mysterio incarnationis dictum est, quòd vnio personalis secundum nullum genus causæ attenditur. Nec hoc est figmentum, sed testimonium habet ex terminis quantitatis: punctum enim est, ita terminus lineæ, quòd nulla causa est illius. Et quòd hæc non voluntarie, sed rationabiliter dixerim, declaro ex auctoritate & ratione: auctoritas est D. Tho. in tertia sentent. distinct. 5. quæstio. 3 art. 3. dicentis, Quod assumitur trahitur ad aliquid completius ipsum incompletum existens, & hoc est contra rationem personæ, quæ maximam completionem importat. Hæc ille. Vbi elare habes naturam singularem sine personalitate esse incompletam, & personam maximam completionem importare: hoc enim nihil aliud est, quām dicere, quòd natura singularis non est vltimate terminata, & personam vltimum terminum naturæ importare. Ratio prima theologice manifestata, iam dicta est: quia scilicet personare & personari sunt terminare & terminari vltimate. igitur personalitas est vltimus terminus. Antecedens manifestatur: quia idem quāmuis aliter facit personalitas propria naturæ, & personalitas aliena, quoniam aliena supplet propriam: sed inter alienam & naturam est terminare & terminari, vt patet in mysterio incarnationis. ergo. Ratio altera est ex apparentibus naturalibus substantijs homogeneis. videmus enim, quòd ex sola diuisione res multorum prædicamentorum simul actu absque alio generante

Universidad de Deusto
Biblioteca

sūt: ex sol enim ligni vel aquæ diuisione quælibet pars acquirit nouum terminum in genere quantitatis: quoniam ex illa parte, qua continuabantur, quæ ibet pars proprio termino actu terminatur, de nouo acquirit nouam relationem, quoniam quælibet sit actu totum, vt patet, acquirit esse in actu proprium, cum prius esset in potentia in toto, vtpote pars eius acquiritur noua hypostasis, quoniam quælibet pars esthypostasis, seu prima substantia cū prius non esset prima substantia, sed primæ substantiæ pars. Existente siquidem hypostasi vna in actu & multis in potentia, cō sequens est secundum doctrinam Arist. in 2. de anima, vt sola diuisione fiant duæ substantiæ in actu, quę prius erāt vna in actu, & duæ in potentia non minus quam in animalibus imperfectis, existente vna anima in actu & duabus in potentia, sola diuisione fiunt duæ animæ. Ex modo igitur, quo videmus multiplicari hypostases, rationi consentaneum apparet, quòd termi nationem naturæ singulari superaddat, quoniam terminorum talis est generatio. Et confirmatur hoc auctoritate D. Tho. vbi supra ad tertium argumentum, si verbum Dei deponeret assumptam humanitatem, dicentis. Separatio dat vtrique partium totalitatem, totalitas enim & completio idem sonant, eo quòd vltimata terminatione consumantur. Et quia vero omnia consonant, & ex quo quid est soluuntur omnes difficultates rei, ideo tanto rationabilior hæc positio monstratur, quanto omnia consona ostenduntur & soluuntur difficultates. Ex hoc namque, quòd realitas personalitatis est terminus vltimus naturæ, patet primo difficultas de identitate & diuersitate eius a natura singulariter enim quodammodo idem & quodammodo non idem: sicut terminus est terminato quasi idem, & quasi non idem est enim aliquid eius, scilicet terminus, & non est illud, vt patet de puncto & linea.

¶ Patet secundo de separabilitate: nam potest natura fieri sine suo termino in actu, non autem econuerso, sicut potest linea esse sine omni puncto in actu, vt patet de linea circulari: non autem e contuerso, quia implicat punctum esse sine linea, vtpote habens & non habens positionem.

¶ Patet tertio de compositione: inter terminatum.n.& terminū nulla est compositio: non.n. linea componitur ex punctis aut ex linea & puncto: & similiter inter personalitatem & naturam nulla est compositio, sed se habent vt terminus & terminatum.

¶ Patet quarto, q̄ non fingimus nouam substantiam vltra materiam, formam, & compositum: quoniam appellatione compositi intelligitur in substantiis materialibus vtraque substantia posita in 5 Meta. scilicet essentia & hypostasis: nam ex materia & forma componitur non solum essentia Sortis (sue communiter sumpta, vt humanitas, siue singulariter, vt hæc humanitas) sed etiam ipse Sortes, vt patet. Sed quoniam substantia distincta est in naturam & substantiam primam, & substantia prima inuenitur in solis substantijs completis, siue sint compositæ, siue simplices formæ, in lucem proximus quid substantia prima, seu hypostasis formaliter importet in communi.

¶ Patet quinto sensus verborum D. Tho cum dixit pluries, q̄ personalitas corrumperetur, si verbum assumptibile a gelum, aut hominem præexistentem: corrumpi enim non est nisi entium, nihil enim moritur nisi viuens: & similiter nihil corrumpitur nisi ens. Et cum dixit, quòd persona verbi impediuit ne humanitas illa haberet suam propriam personalitatem, quod Innocentius vocauit consumptionem personæ, non enim impedita est a nihilo, negationes autem omnes formaliter sunt nihil. sed ab aliquo: simili ter persona verbi non consumpsit nihil, sed aliquid: quod enim nihil est, eo; sumptibile non est.

¶ Patet sexto sensus doctrinæ Aug. & sententiæ Ecclesiæ cum dicitur, quòd persona verbi assumpsit naturam & non personam: si enim persona negatione addita formaliter, dicendo, non assumpsit personam, dictum est, non assumpsit nihil.

¶ Patebit & septimo solutio obiectionum Scot. n. in 3. sent. di. 1. q. 1 arguit contra hanc positionem quadrupliciter. Primo, quia tunc esset aliqua entitas positiua in natura humana, quæ esset in assumptibilis a verbo, hoc est inconueniens, tum quia secundum Damas. quod est inassumptibile, est incurabile: tum quia omnis entitas positiua creaturæ æque est in potentia obedientiali respectu personæ diuinæ. Secundo, quia sequeretur, quòd humanitas assumpta a verbo, careat illa entitate positiua: quæ tamen ponitur vltima & quasi actualissima & determinatissima in natura tali: & sic non esset homo vniuoce. Et si reputatur non inconueniens, quòd careat illa, arguo, quòd ista natura non posset dimitti si bi, quin oporteret sibi dari nouam realitatem, vel remanere non personam. Tertio, quia sequitur q̄ ista natura non posset oporteret quòd corrumperetur, & sic frustra esset assumpta, vel quòd remaneret post vnionem, & sic essent duæ persona, vna assumens, & alia assumpta, quod est erroneum, vt supra ostensum est.* Vnde relinquitur, quòd nullo modo filius Dei assumpsit humanam personam.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd naturam humanam assumpsit filius in atomo, idest, in indiuiduo, quod nō est aliud a suppósito increato, quod est persona filij Dei. Vnde non sequitur, q̄ persona sit assumpta.

¶ Ad secundum dicendum, quòd quòd persona hominis fuerit prius assumpta.

¶ Sed contra est, quod Aug. dicit in lib.* de fide ad Pet. q̄ Deus naturam hominis assumpsit, nō personā.

¶ Respon. Dicendum, quòd aliquid dicitur assumi ex eo quòd ad aliquid sumitur. Vnde illud, quod assumitur, oportet præintelligi assumptioni, sicut illud, quod mouetur localiter præintelligitur ipsi motui. Persona autem non præintelligitur in humana natura assumptioni, sed magis se habet vt terminus assumptionis, vt supra dictum est.* Si enim præintelligeretur, vel

c. 2. & 3.

q. præce. ar. 1. & 2.

q. 2. art. 6.

¶ Ad secundum Scoti conceditur, quòd in Christo non est realitas creatæ personalitatis: sed falsum est, quòd ista realitas sit actualissima, cum sit constitutiua subiecti actus essendi. Et similiter falsum est, quòd sit determinatissima, immo non est determinata, sed terminus: terminus enim non est terminatus, sicut nec albedo est alba. Adiuncta autem sequela, quòd Christus non esset homo vniuoce nihil valet, vt diuus Thom. docet: quia vniuocatio in nomine hominis attenditur, secundum naturæ humanæ rationem, & non secundum personalitatem: ratio autem naturæ humanæ eadem omnino est in Christo, & aliis hominibus, quamuis personalitas sit diuersa. Et contra concessum defectum realitas personalis creatæ in Christo arguitur, quia sequeretur quòd sibi dimissæ humanitati assumptæ oporteret nouam dari realitatem, respondetur, quòd oporteret nouam realitatem adesse, sed non de nouo per aliquam nouam actionem dari: sola enim separatio (vt auctor dixit) dat complementum, sublato impedimento illius perfectionis: sicut sublato impedimento, grauia descendit deorsum. Iam enim patet ex littera præsenti, quod persona diuina assumendo impedit naturam assumptam a propria personalitate.

¶ Ad tertium Scoti negatur sequela, nec probatio allata probet illam: quia concesso q̄ talis realitas, nec est natura, nec per identitatem continetur in natura, negatur sequela, & dicitur q̄ talis ex natura separata à verbo, habetur: est enim separatio reductiua de potentia ad actum illorum, quæ coniunctio impedieb t (vt patet in continuis) hmōi autē realitas continetur in natura quasi in potentia, pro quanto natura est terminabilis ex se tali realitate, non vt actu, sed vt termino proprio.

¶ Ad quartum dicitur: quòd si est sermo de potentia naturali, negatur sequela, quæ non probatur: quia si humanitas non assumeretur, personaretur propria personalitate, non enim omne prius potest naturaliter fieri fine posteriori. Si vero fit sermo de potentia diuina, fateor nullam me videre impossibilitatis rationem, quare non possit Deus naturam absque omni personalitate conseruare, cum actu tamen essendi miraculose consequente absque personalitate, quæ est proprium illius subiectum secundum naturæ ordinem, cui diuina non est alligata potentia. Et scito quòd sicut cum de integritate & perfectione ac non defectu hominis in Christo est sermo, intelligitur quo ad naturalia, vt distinguuntur contra personalia, testante etiam Athanasio, Perfectus homo ex anima rationali & humana carne subsistens, vbi expresse perfectionem hominis in Christo, in constare ex anima rationali & humana carne posuit: clarum est autem perfectio nihil deesse. nihil ergo deesse perfecto homini Christo asseritur, si ex anima rationali & humana carne constare dicitur, cum qua perfectione liquet stare defectum personalitatis, quicquid sit illa: ita quando est sermo de nouitate, aut acquisitis seu acquisibilibus per humanitatem assumptam, si sibi dimitteretur, & dicitur nihil noui acquiri aut aduenire, sed per seipsam subsistere, intelligitur de his, quæ non ex ipsa separatione consequuntur, & quòd dimissa sibi per seipsam dimissam subsisteret, in quo clauditur id, quod ex separatione datur seu consequitur in ipsa natura: negatio enim & exclusio & exceptio non cadunt super concomitantibus ipsam separationem, quæ ponitur. Constat autem ex dictis ab auctore, quòd separatio dat totalitatem seu complementum, qua seu quo hypostasis differt a natura, & quod natura assumpta impedita est à propria personalitate, quæ ipsum ad cōsequeretur separatam: quoniam cessaret vnio, quæ impediunt. Et si ad has duas glossas te resoueris, perspicies omnia soluta, clara & consona.

¶ Ad Aureoli primum, respondetur primo, quòd quicquid in natura plantarum est, assumpsit verbum, in natura, dixit Damas. non in persona: veruntamen quia personalitas plantata est in natura, ad quam sequeretur, si non esset impedita per assumptionem dicitur secundo, quòd ly. quicquid, distributit pro plantis personam. Et si contra hoc applicetur instantia allata, scilicet terminus humanitatis est aliquid humanitatis, respondetur quòd terminus vltimus, de quo solo sermo, sit aliquid humanitatis, potest dupliciter intelligi. Primo, quòd ita sit aliquid humanitatis distinctæ contra personam, quod conueniat sibi absque personalitate, & sic negatur: quia implicat duo contradictoria simul, quoniam est constitutiuus personalitatis Alio modo, quod sit aliquid humanitatis totaliter completæ, & hoc est verum, quia est terminus, & vltra hoc est aliquid in potentia ipsius humanitatis, quæ secundum se est terminabilis termino proprio.

¶ Ad secundum negatur, proprie loquendo, prima sequela: quoniam huiusmodi entitates & realitates constitutiuæ non sunt ipsa entia, quæ sunt, sed sunt, quibus aliqua sunt: hoc enim modo actus essendi, & vniuersaliter constitutiua entium entias dicuntur. Vnde secunda sequela nihil valet, nec habetur 7. Meta. Ad confirmationem negatur illa conditionalis, Si distinguuntur realiter, possunt separari & separatim assumi: quoniam non omnia distincta realiter sunt separabilia, saluis vtriusque.

¶ Ad tertium negatur sequela multorum inconuenientium, & ad primum inconueniens negatur sequela: proinde autem & assumit falsum, & est pro nobis. Assumit quidem falsum, dicendo, quòd verbum non est terminatio: quoniam verbum est sua personalitas, quæ est vltima terminatio naturæ diuinæ, sicut personalitas humana est terminatio naturæ humanæ, salua semper differentia, quæ subintelligitur inter diuina & creata.

Est autem pro nobis: quia ex hoc quòd verbum est terminatio subsistens, sequitur quòd possit supplere vices terminationis creatæ, quæ non est suum terminatum, vtpote præhabens quicquid est in huiusmodi creatis terminationibus. Ad secundum inconueniens similiter negatur sequela, nec probatur per hoc, quia terminatio illa non est homo, quia non oportet quòd terminatio illa sit homo: sed quòd constitutum per terminationem illam sit homo, quod est verum: quia persona humana quæ constituitur illa terminatione, est homo. Et patet nullitas huius modi arguendi ex differentijs, ex hoc enim quòd rationalitas non est animal, non sequitur, ergo constitutum per rationalitatem non est animal. Ad tertium inconueniens negatur similiter sequela: quoniam in angelis etsi non distinguitur natura ab hac natura (quoniam seipsa est hæc, & hoc intendit Philosophus) distinguitur tamen natura à persona, de qua distinctione vel indistinctione Philosophus nihil dixit. Philosophus enim indistincte vtitur nomine individui & hypostasis, & solum pertractat de distinctione quidditatis & eius, cuius est, secundum principia naturæ individuationis. Nec mirum, cum etiam auctor in 1. part. quæstio. 3. ita indistincte & tracter & decidat quæstionem de distinctione naturæ & suppositi. puto autem in causa fuisse, quod vsque hodie non fuissent excitata ingenia humana ad perscrutandas subtilitates inter personam & individuum naturam, nisi mysterium Trinitatis & incarnationis reuelatum ad hoc inuitasset. Ad quartum dicitur, exponendo sensum propositionis, substantia prima est prima substantia per essentiam, quoniam potest dupliciter intelligi, primo per essentiam completam, & sic est verissima, & sequitur ex positione nostra: alio modo per essentiam absque termino proprio, & sic est falsa, quia non sufficit ad rationem primæ substantiæ esse sine termino. Nec est verum, quod prima substantia non sit substantia inquantum prima, sicut non est verum quod homo, inquantum homo, non sit animal, quamuis nec rationalitas sit animal nec personalitas sit ipsa substantia. Ad quintum negatur sequela: quoniam substantia dicit subsistere per se: quia per suam essentiam completam seu terminatam subsistit: sed verum est, quod sequitur, q̄ substantia interminata seu incompleta non per se subsistat, sed oportet quod sit terminata proprio termino. Nec subsistere per proprium terminum distinguitur contra subsistere per se, quoniam proprius terminus aliquid sui est (sicut lineam terminari per punctum, & corpus per superficiem distinguitur contra terminari per se) quoniam non sic est aliud terminus proprius, quin sit aliquid terminati: corpus enim de genere quantitatis non est aliter terminabile, quàm per superficiem propriam. Ad sextum negatur sequela, & probatio assumit falsum: quoniam terminatum non subsistat termino: aliud est enim subesse alteri, & aliud terminari per illud: natura autem terminatur per personalitatem, sicut linea terminatur puncto. Ad septimum negatur, proprie loquendo, sequela: quoniam terminus non componitur cum terminato: sed bene sequitur, quòd vltra substantiam pro essentia, quæ tesoluitur in materiam & formam, & ponit substantia compositam etiam singularem, inuenitur aliter subsistantia pro hypostasi simplex vel composita, quæ quia nihil addit supra singularem essentiam nisi terminum, non ponit in numerum cum illa, & suis partibus. Et hanc distinctionem iam accepimus ab Aristotele in 5. Metaph.

¶ Restat nunc satisfacere obiectioni in oppositum in principio allatæ ex verbis auctoris in responsione ad secundum eiusdem articuli, & dicendum est, quod si subtiliter inspicianter, literā supponit defectum propriæ personalitatis in humanitate assumpta. Et causam reddit non defectum alicuius (quod pertinet ad perfectionem naturæ, vt distinguitur contra personam) sed additionem alicuius, quod est supra naturam, scilicet personalitatis diuinæ. Vbi clare patet secundum planum literæ sensum, quod defectus personalitatis supponitur, & causa illius defectus redditur, & non dicitur simpliciter nihil deficere, sed nihil deficere spectans ad perfectionem naturæ, cuius oppositum non diximus: sed hoc expositimus ex ipsomet, quòd intelligitur de natura, vt distinguitur contra hypostasim, ut clarius etiam patet hic in responsione ad tertium, cum dicitur quòd natura, quæ assumitur, impeditur a propria personalitate. aliquid ergo illi deficit non pertinens ad perfectionem naturæ, sed ad personam, quæ impeditur.

¶ In eodem articulo in responsione ad tertium, circa illud, persona diuina sua vnione impediuit, ne humana natura propriam personalitatem haberet, dubium primo occurrit, An humana natura in Christo inclinetur ad propriam personalitatem. Et est ratio dubij: quia quod inclinetur, apparet ex hoc, quod impeditur ab illa: nihil enim impeditur nisi ab eo, in quòd tenditquod vero non inclinetur, apparet ex hoc: quia si inclinaretur natura aliter in propriam personalitatem, quiesceret vio-

Universidad de Deusto
Biblioteca

senter in aliena persona qualis est persona diuina, nullum autem violentum perpetuum.

¶Dubium secundo occurrit, quo pacto verificatur, quòd persona diuina impedierit naturam humanam a propria personalitate, obscurum quippe valde est: quia non apparet quomodo personalitas humana nata est consequi ad naturam humanam, aut fluere ab illa, cum non ponatur in natura humana causalitas aliqua respectu personalitatis.

¶Ad primum dubium dicunt quidam, quòd humanitas Christi habet naturalem inclinationem ad propriam personam, probantque hoc quadrupliciter. Primo, quia natura carens aliquo sibi debito, solo diuino miraculo, naturaliter inclinatur in illud: sicut ignis carens actu comburendi pueros, Dan. 3. naturaliter inclinabatur ad comburendum. Secundo, quia humanitas Christi est eiusdem conditionis quantum ad naturales potentias & habilitates, cum cæteris humanitatibus: sed reliquæ naturaliter inclinantur in proprias hypostases. ergo. Tertio, quia sicut accidens quantumcumque separatum habet semper aptitudinem naturalem ad inhærendum, ita essentia substantiæ habet semper aptitudinem naturalem ad per se existendum. Et tenet sequela: quia sic definitur substantia, quòd est res per se existens. Quarto, quia magis inseparabiliter, & per se consequitur naturam substantiæ propria suppositatio, quæ non potest nisi miraculose carere, quàm potentiam naturalem, puta intellectum proprius actus: sed potentia naturalis quantumcumque careat actu, semper naturaliter inclinatur in actum. ergo. Sed hæc opinio intellecta, vt sonat, falsa est, & aliter dicendum est, distinguendo, quòd humanitas Christi potest considerari & iudicari dupliciter: primo secundum se, hoc est abstrahendo à personalitate diuina, cui actu iuncta est, & sic verum est, quòd habet naturalem inclinationem ad propriam personalitatem, sicut reliquæ humanitates secundum se sumptæ, cum sint eiusdem rationis. Et hinc prouenit quòd si separaretur à verbo, quòd propriam personalitatem haberet: quoniam ipsa separatio in re conferret id, quod sibi in abstractione consideratæ natum est conuenire. Nec est opus probare, quòd humanitas secundum se naturaliter inclinatur ad propriam personalitatem: quoniam hoc est per se notum ex eo, quòd naturaliter quælibet humanitas inuenitur propria personalitate personata, excepta Christi humanitate ex maximo miraculo. Constat autem ex 2. phy. quòd vnumquodque sicut naturaliter agitur, ita aptum natum est agi. Et ex hac conclusione per se nota, scilicet humanitas quælibet se secundum se inclinatur naturaliter in propriam personalitatem, potes arguere, quòd personalitas non solum negationem, sed positiuum addat naturæ, ad quod concomitatur negatio: quoniam nulla naturalis habilitas est per se primo ad negationem, sed ad positiuum, cui quandoque annectitur negatio: quia naturalis inclinatio est per se primo ad aliquid, & non ad nihil formaliter: negatio autem nihil formaliter est. Nec est vera responsio eorum ad hoc, dicendo quòd corpora naturalia, quia naturaliter possunt non esse, habent inclinationem ad non esse, & quòd aer ex sua diaphaneitate est naturaliter habilis, vt sit tenebrosus: quoniam corpora naturalia ideo possunt non esse, quia materia eorum appetit per se primo aliud esse, cui annexa est negatio præsentis corporis, & similiter diaphaneitas est per se primo ad lumen, cum lumen sit actus diaphani, & non est ad negationem luminis, nisi per accidens: quia scilicet de est illi propria perfectio, scilicet lumen. Nihil autem horum potest dici de habilitate naturæ ad personalitatem propriam, si ponitur negatio: quia per se primo ponitur ad negationem, cum ad nihil aliud sit, quàm ad negationem, quæ ponitur personalitas.

Alio autem modo consideratur, & iudicatur humanitas Christi, vt est, hoc est vt de facto est vnita personæ diuinæ: & sic iudicanda est secundum id quod sortita est ex vnione ad diuinam personam. Et sic dicendum est, quòd non inclinatur ad propriam personalitatem habendam, quia regulare est, vt potentia naturalis ad aliquid, si perficiatur per aliquid perfectius sic, quòd contineat quicquid est in illo, ad quod naturaliter inclinatur, non inclinetur amplius in illud, vtpote iam satiato appetitu suo naturali ex perfectiori continente etiam illud, ad quod naturaliter tendebat. neque enim minus est satiatus appetitus ex acquisitione illius perfectioris, quàm fuisset satiatus ex acquisitione illius imperfectioris, ad hoc tendebat: sed si acquisiuisset illud imperfectum, iam fuisset expletus appetitus ne amplius appeteret, sed quiesceret in illo, absque alterius appetitu. ergo si ponitur quòd acquisierit id, in quo continetur quicquid in alio est, quiesceret in illo absque alterius appetitu. Sic autem est in proposito, vtendo potentia & actu, prout locum habere possunt inter terminabile & terminum, quoniam persona diuina continet excellenter in se etiam in terminando, quicquid habet personalitas creata cum sit infinita, & in essendo, & in terminando. Et propterea humanitas Christi assumpta ad personalitatem diuinam, totum appetitum personalitatis pluſquam satiatum ac consumatum habet & consequenter quiescit absque appetitu quocumque alterius personalitatis: sicut si materia alicuius generabilis haberet vnam formam continentem quicquid in qualibet forma generabilium esse potest quiesceret in illa, ita quòd nullam aliam appeteret, quamuis secundum se, hoc est abstrahendo ab illa forma considerata, naturaliter inclinaretur ad propriam formam generalem. Et quoniam humanitas Christi differenter consideratur in assumptione, & iam assumpta: quia in assumptione consideratur secundum se: quia quod assumitur, præintelligitur assumptioni, iam autem assumpta iudicatur, secundum quòd est vnita personæ diuinæ, ideo e vtte loquendo, dicendum est quod persona diuina impediuit naturam humanam a propria personalitate, & non est dicendum, quod persona diuina impedit humanitatem a propria personalitate. Per impedimentum enim in præterito denotatur naturalis inclinatio humanitatis, secundum se: per negationem autem impedimenti in præsenti, denotatur consumatio omnis appetitus personalitatis in illa natura. Et propterea patet, quod impeditio præterita, quia annexa est actioni consummatiuæ excellentius illius appetitus, non inducit violentiam in actione, aut passione, aut quiete sequente, cum etiam passum conferat vim obedientiæ huiusmodi actioni, quam significat assumptio, & propterea in litera dicitur in præterito, quòd impediuit, & non dicitur quod impedit.

¶Ad rationes autem alterius opinionis respondendo dicitur, quod magni refert loqui de humanitate solummodo suspensa per diuinam potentiam a sua personalitate (vt si Deus humanitatem aliquam sine vlla personalitate faceret) & loqui de humanitate terminata per personalitatem diuinam, & carentem propria natura: de humanitate primo modo, verum est, quòd naturaliter inclinatur ad suam personalitatem, & hoc tantum probat argumentum loquens tantum de carente sibi debito per diuinum miraculum: de humanitate vero secundo modum, falsum est quòd inclinetur in propriam personalitatem: quia appetitus eius quiescit in personalitate diuina. Et quia huiusmodi humanitas non est tantum carens propria personalitate, sed terminata ac satiata aliena, tale ideo argumentum non habet in ea locum.

¶Ad secundum dicitur, quòd humanitas Christi quo ad naturales potentias & habilitates humanæ naturæ secundum se est eiusdem rationis cum aliis: sed quo ad terminationem & satietatem suæ personalitatis, est alterius rationis ab aliis: quia terminatur & satiatur aliena diuinaque personalitate: personæ reliquæ propris personalitatibus terminantur & satiantur.

¶Ad tertium dicitur quòd æquiuocat de per se esse: quoniam esse per se dupliciter sumitur, scilicet vt distinguitur contra esse in alio, vt accidens est in subiecto, & de tali verum est, quòd ita se habet ad substantiam, sicut inesse ad accidens: alio modo sumitur, vt distinguitur contra esse in alio vt in quod, & sic non definit, substantiam, nec conuenit substantiæ, nisi ratione hypostasis, cui per se primo conuenit. Et ideo non est mirum si humanitas Christi ex vnione ad diuinam personam consumatum habens appetitum personalitatis, nec actu nec aptitudine naturali, nisi cum ista adiectione, secundum se, inclinatur ad propriam personalitatem: patet enim, iam non esse simile de ipsa & de accidente separato, sed esset simile de humanitate suspensa ab omni personalitate, si suspendi intelligatur per miraculum, aut per conditionalem.

¶Ad quartum dicitur sicut ad primum, quòd aliud est loqui de inclinatione naturali priuata vel carente actu, vel termino, & aliud de eadem consumata per actum, vel terminum eminenter continentem actum, vel terminum proprium, & ideo priuata, vel carente proprio termino, vel actu: quoniam in prima semper restat naturalis aptitudo ad proprium, in secunda non, propter rationem dictam. Et ideo si intellectus poneretur consumari actu aliquo super naturali eminenter continente actum proprium, non inclinaretur amplius in proprium.

¶Ad secundum dubium dicitur, quòd, vt Auctor superius dixit in q. 1. articu. 1. ad secundum, ex anima & corpore constituitur in vnoquoque nostrum duplex vnitas, naturæ scilicet, & personæ, naturæ quidem, secundum quòd ex materia & forma, vt formaliter illam perficit, componitur natura vna composita: personæ vero, inquantum est vnus aliquis subsistens in carne & anima. Vel primo videtur quia ens & vnum conuertuntur, ac per hoc vbi est duplex vnitas, ibi est duplex entitas, quum vnitas supra entitatem, solam in diuisionem addat, & propterea dicendo, quod ex anima & corpore constituitur duplex vnitas, naturæ & personæ, dictum est quod constituitur duplex entitas, naturæ scilicet, & personæ. Et hinc habes, quod optimo ante dicta de personalitate, consonat doctrinæ Auctoris. Vide secùdo, quod vnitas ac entitas per soluæ non excluditur a causalitate naturæ, dum dicitur, quod ex principiis naturæ constituitur ex anima & corpore. Et ideo vtendum occurrit regula communium Deo & creaturis, pura essentiapientiæ, scientiæ, & huiusmodi, quæ dicimus transferri in Deum formaliter, sublato eo quod imperfectionis est in creaturis, sta licet in creaturis personare, & personari non nihil causalitatis habeat annexum, formaliter tamen (vt superius de eo communiter diximus) sine causalitate comparari ad naturam, sublato omni eo quod imperfectionis est, vt in diuinis inueniatur, nullam causalitatem includit, & sic interuenit in mysterio incarnationis, quod secundum nullam causalitatem dictum est esse inter personam, & naturam humanam, alioquin communis esset toti Triuitari. Veruntamen natura seu naturæ principia non ita causant

causant personalitatem, vt interueniat media actio: sed per modum naturalis sequelæ personalitas adest naturæ, non sicut propria passio naturaliter consequitur subiectum iam constitutum: quoniam non ea ratione personalitas adest, quasi quod data forma, dentur consequentia ad formam: sed sicut perfectio seu complementum effectus, naturaliter sequitur effectum, cuius est complementum: natura siquidem vt prior causalitate, in compleca est quo ad vltimum sui complementum, vt Auctor dixit & vt persona, vltimum complemẽtum assequitur. Quo fit, vt actio, qua fit hic homo, inchoata & deducta vsque ad terminum inclusiue fit, quando fit natura personata, quàm significat hic homo seu Sortes: quando vero fit aut consideratur vt inchoata, & deducta est vsque ad naturam hanc, abstrahendo a persona igne, inconsumata est, quoniam est vsque ad terminum exclusiue. Modus ergo qua personalitas sequitur naturam vel naturæ principia, est quo terminus actionis & rei factæ, naturaliter adest in fine actionis rei factæ, nisi adsit impedimentũ. impediuntur enim incompositis substantijs principia naturæ, constituta iam natura a constitutione sui termini, vt ex litera habetur præsentis articuli iuncta literæ allatæ ex quæstio. 2. & similiter in substantijs angelicis natura ipsa, quæ fit, impediretur in suo fieri a consecutione sui termini. Et propterea sublato impedimento non oportet quærere aliam causam donantem complementum: quoniam ipsa natura secundum se habet in se suffi ciens consecutiuum sui termini.

naturæ assumptæ non deest propria personalitas propter defectum alicuius, quod ad perfectionem humanæ naturæ pertineat: sed propter additionem alicuius, quod est supra humanam naturam, quod est vnio ad diuinam personam.

¶Ad tertium dicendum, quòd consumptio ibi non importat destructionem alicuius, quod prius fuerat, sed impeditionem eius, quod aliter esse posset. Si enim humana natura non esset assumpta a diuina persona, natura humana propriam personalitatem haberet, & pro tanto dicitur persona consumpsisse personam, licet impropriè, quia persona diuina sua vnione impediuit, ne humana natura propriam personalitatem haberet.

ARTICVLVS III.

Vtrum persona diuina assumpserit hominem.

AD tertium sic proceditur. Videtur quòd persona diuina assumpserit hominem. Dicitur enim in Psal. 64. Beatus, quem elegisti & assumpsisti. quod glo. * exponit de Christo. Et August. dicit in lib. † de Agone Christiano, quòd filius Dei hominem assumpsit, & in illo humana perpessus est.

¶2 Præt. Hoc nomen homo, significat naturam humanam: sed filius Dei assumpsit humanam naturam. ergo assumpsit hominem.

¶3 Præt. Filius Dei est homo: sed non est homo, quem non assumpsit: quia sic esset pari ratione Petrus vel quilibet alius homo. ergo est homo, quem assumpsit.

¶SED Contra est, auctoritas Felicis Papæ & martyris, quæ introducitur in Ephesina synodo. * Credimus in dominum nostrum Iesum Christum de virgine Maria natum: quia ipse est Dei sempiternus filius & verbum, & non

29
3. d. 6. q. 1. art. 2. & d. 7. lib. 2. & opusc. 1. c. 21. & opu. 3. c. 215. & Ro. 1. lec. 3. & Phil. 2.
* gl. ordi. & interlinea.
† c. 11. ante mediũ to. 3.
*Ex Ephesina synodo referẽ in Chalcedonensi actione 1. dum Nicenę synodi fides legitur.

qui habet humanitatem. Consequentia probatur, illud quod assumitur, non est terminus assumptionis, sed præintelligitur illi: individuum autem, in quo natura humana assumitur est terminus, scilicet diuina persona: igitur si homo significat humanam naturam in suppositio, non assumitur. Vbi nota, quòd congenica Auctori reuerentia ad sacros doctores effecit, vt minus expresse rit in cõclusione, quàm probauerit in præmissis: probauit enim q filius Dei nõ assumpsit hominẽ expressim tantum, quòd non est proprie dictũ, quod filius Dei assumpsit hominẽ: quia hoc inuenitur quandoque affirmatũ in sacris literis, cum grano salis intelligendum. Error qui excluditur in litera concedentium in Christo plura suppositа, satis patet.

*Art 9ce.
†q. 3. art. 1 & 2.
* li. 3. c. 4. in prin. & clarius c. 11. circa fi nem.

¶In responsione ad primum nota duas glossas, quibus pie possunt exponi dicta sanctorum. prima, vt exponat homo quo ad naturã, & hanc dederat Magister sen. in litera tertij sent. dist. 6. Secunda est, vt exponatur assumptio non in fieri, sed in facto esse: qa assumptio in facto esse habet hominem pro termino: quia hoc effecit assumptio, & ad hoc terminata est, q filius Dei est homo.

D. 706.
* Dist. 6

¶In responsione ad secundum, dubium nouitiorum occurrit: qa videt cõcedendũ, quòd filius Dei assumpsit hominẽ, quia prædicata tenentur formaliter, constat autem q filius Dei assumpsit hoiem, quo ad formã seu naturã.

† q. 2. art. 6.

¶Ad hoc dicitur, quòd non est hic quæstio de propositione, in qua homo est prædicatum, quoniam sub hac re quæstione cadit, an homo sic assumptus à filio Dei, vbi est subiectum: sed est quæstio de re, an scilicet res significata nomine hominis sit assumpta à verbo Dei. sic quia res significata est habens humanitatem, & habens humanitatem non est nisi suppositum, quod non est assumptum, ideo in litera dicitur, quòd sicut non potest dici suppositum assumptum, ita non potest dici homo assumptus.

¶In responsione ad tertium, cum legis nouitie, quòd filius Dei est homo, cuius naturam assumpsit, caue ne fallaris, puta, quasi sit quidam alius homo, cuius naturam assumpsit. Sed intellige, quòd filius Dei ideo est homo, cuius naturam assumpsit, quia ipse est ille homo, cuius naturam assumpsit, ita q & ly homo, non pro alio, quàm filio Dei supponit, indistincte tamen, & ly cuius refert non alium hominem, quam filium Dei, qui est suppositum diuinum habens humanam naturam.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Super Quæst. quartæ, Artic. quartum.

IN titulo ly debuit, denotat debitum congruentiæ, vt in principio huius q 4. vbi distinguuntur articuli eius patet. Ly abstractæ in corpore articuli declaratur.

¶ In corpore articuli tria fiunt: primo declaratur titulus, quantum ad ly abstracta a singularibus, distinguendo, quod dupliciter potest intelligi. Primo q̃ habeat esse secundum rem separatum à singularibus materialibus: secundo, quòd habeat esse obiectium in intellecto, quicumque sit ille intellectus, diuinus vel humanus. Secundo, tractatur quæstio in primo sensu. Tertio, tractatur in secundo sensu.

In primo autem sensu, an foret conueniens filium Dei assumere humanitatem per se separatam secundum esse, dupliciter tractatur in litera: primo per intercemptionem eius quod præsupponitur, scilicet, quòd humanitas possit sic inueniri in rerum natura, & hoc asserendo rationem Arist. Secundo, sub conditionali, si esset humanitas sic separata, & respondetur negatiue ad quæstionem, quòd si esset sic, non fuisset conueniens, q̃ assumeretur à filio Dei. Et hoc probatur triplicit: primo, quia humanitas communis non est personabilis, quia non est individua bilis: persona enim individuum quod dam est, assumptio autem ad personalem vnionem terminatur.

*Vt patet ex Arist. in met. text. 6. & 25.

*Art. pe.

[Art. pce. li. 3. orth. fi. c. 11. circa princ.

¶ Vbi statim occurrit dubium de veritate illius propositionis: est contra rationem formæ communis, vt sic in persona. Et ratio dubii est: quia si humanitas esset subsistens (vt Platonici dicuntur finxisse) non esset excellentior alijs subsistentijs separatis, quales sunt angeli: sed non est contra rationem angelicæ naturæ esse in persona, immo de facto natura angelica est personata: ergo non esset contra rationem humanitatis separatæ personari. Amplius aliud est iudicium de natura communi in exemplari participatione, singulari tamen in essendo (qualis esset humanitas per se) & aliud est iudicium de natura communi in essendo, qualis intelligitur natura humana, vt est vniuersalis in prædicando de omnibus hominibus, qualis non esset humanitas per se: contra rationem enim naturæ communis in essendo est individuatio: non autem naturæ communis in participatione exemplari: humanitas autem per se non ponitur communis in essendo. Et confirmatur: quia humanitas subsistens proculdubio esset singularis in essendo: alioquin non subsisteret, sicut nec deitas subsisteret, nisi esset res singularis.

¶ Ad hoc dicitur, quòd quia ratio ista non affertur ad monstrandam impossibilitatem assumptionis, sed incongruentiam, ideo propositiones eius intelligendæ sunt in plano sensu: quo seruata vniuocatione terminorum, scilicet ly persona hominis, & ly individuum hominis monitrat aperte incongruentiam humanitatis separatæ ad assumptionem. Est igitur sensus illius propositionis,

ARTICVLVS IIII.

Vtrum filius Dei debuerit assumere humanam naturam abstractam ab omnibus indiuiduis.

AD quartum sic proceditur. Videtur quòd filius Dei debuerit assumere humanam naturam abstractam ab omnibus indiuiduis. Assumptio. n. humanæ naturæ facta est ad cõmunem omnium hominum salutem: vnde dicitur primæ ad Timo. 4. de Christo, quòd est saluator omnium hominum, maximè fidelium: sed natura prout est in indiuiduis, recedit à sua cõmunitate. ergo filius Dei debuit humanam naturam assumere, prout est ab omnibus indiuiduis abstracta.

¶ 2 Præterea. In omnibus id, quod est nobilissimum, est Deo attribuendum: sed in vnoquoque genere illud, quod est per se, potissimum est, ergo filius Dei debuit assumere hominẽ per se, qui quidem secundum platonicos * est humana natura ab indiuiduis separata. Hinc igitur debuit filius Dei assumere.

¶ 3 Præt. Humana natura non est assumpta filio Dei, prout significatur in concreto per hoc nomen homo, vt dictum est. * sic autem significatur, prout est in singularibus, vt ex dictis patet. † ergo filius Dei assumpsit naturam humanam, prout est ab indiuiduis separata.

¶ Sed contra est, q̃ dicit Dam. * in 3. lib. Deus verbum incarnatũ non eam, quæ nuda contemplatione consideratur, naturam assumpsit: non enim incarnatio hoc, sed deceptio & fictio incarnationis esset: sed humana natura, prout est ab indiuiduis separata vel abstracta, in nuda contemplatione cogitatur: quia secundum seipsam non subsistit, vt ibidem Damasc. * dicit. ergo filius Dei non assumpsit humanam naturam, secundum quòd est à singularibus separata.

¶ Respondeo. Dicendum, quòd natura hominis vel cuiuscumque alterius rei sensibilis, præter esse, quod in singularibus habet, dupliciter potest intelligi, vno modo quasi per se ipsam esse habeat, sicut platonici posuerunt: alio modo sicut in intellectu existens, vel humano vel diuino. Per se quidem subsistere non potest, vt Philosophus probat in 7. Meta. * quia ad naturam speciei rerum sensibilium pertinet materia sensibilis, quæ ponitur in eius definitione: sicut carnes & ossa in definitione hominis. Vnde non potest esse, quòd natura humana sit præter materiam sensibilem. Si tamen esset hoc modo subsistens natura humana, non fuisset conueniens, vt à verbo Dei assumeretur. Primo quidem, quia assumptio ista terminatur ad personam, hoc autem est contra rationem formæ communis, vt sit in persona: quia in persona indiuiduatur. Secundo, quia naturæ communi non possunt attribui, nisi operationes communes & vniuersales: secundum quas homo non meretur, nec demeretur. Cum tamen illa assumptio ad hoc facta sit, vt filius Dei natura assumpta nobis mereretur. Tertio: quia natura sic existens non est sensibilis sed intelligibilis: filius autem Dei assumpsit humanam naturam, vt hominibus in ea visibilis appareret, secũdum illud Baruch 3. Post hæc in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est. Similiter etiam non potuit assumi humana natura à filio Dei, secundum quòd est in intellectu diuino: quia sic nihil aliud est, quàm natura diuina, & per hunc modum ab æterno esset in filio Dei humana natura. Similiter non conuenit dicere, quòd filius Dei assumpsit humanam naturam, prout est in intellectu humano: quia hoc nihil aliud antecedens implicat incompossibilia. Secunda ratio est: quia naturæ cõi non possunt attribui, nisi operationes communes & vniuersales, secundum quas homo non meretur nec demeretur, assumptio autem facta est ad hoc, vt ille homo mereretur nobis.

¶ Sed occurrũt hic dubitationes duæ. Altera est: quia aut in prima parte propositionis Maioris est sermo de operatione communi & vniuersali ex parte subiecti, & hoc non, quia hoc est contra hypothesim, qua ponimus naturam communem per se existere, ac per hoc esse singulare quoddam in essendo, & consequenter operatio sua ex parte subiecti esset singularis: aut ex parte termini seu effectus, puta quia extendit se ad omnes homines. Et sic ratio est ad oppositum: quia Christus meruit nobis vt causa vniuersalis, vt infra patebit, ac per hoc congruebat eius merito naturã humana operans communiter & vniuersaliter. Altera est: quia secunda pars dictæ propositionis est falsa, quoniam homo meretur si est in gratia, secundum omnes suas operationes, siue sint communes, siue propriæ: quoniam siue comedat, siue bibat, siue generet, siue dormiat, omnia in gloriam Dei facit, iuxta Apostolicum præceptum.

¶ Ad primam dubitationem dicitur, quòd sermo est de operatione communi & vniuersali ex parte subiecti, quia scilicet non haberet operationes, nisi quæ consequuntur naturam communẽ omnibus hominibus. Tales enim operationes dicuntur communes & vniuersales ex parte subiecti: quia sequuntur naturam secundum se, non vt in hoc aut illo: natura autem secundum se cõmunis & vniuersalis dicitur. Natura autem congrua assumptioni dei se habere, vt operationes personales, & non solum naturales congruè sibi attribuantur.

L i. 3. c. 11 circa pri.

¶ Ad secundam dicitur, q̃ operationem aliquam esse meritoriam, contingit dupliciter, scilicet ex suo genere vel ex parte operantis tantum. Operationes enim naturales ex suo genere, non sunt meritoriæ: & ideo dicitur, q̃ naturalib. non meremur nec demeremur, possunt tamẽ esse meritoriæ ex parte operantis, in Deum

*Apud Aristo. lib. 1. Metaphi. text. 6. & 25.

obiectum supernaturalis beatitudinis illas referenti. Operationes autem liberæ ac moraliter bonæ ex suo genere sunt meritoriæ: quoniam ex suo genere habiles sunt, vt charitate informentur. In litera ergo est sermo de meritorijs ex suo genere, ita q̃ ratio literæ consistit in hoc. Natura humana illo modo essendi est incongrua assumptioni, quo non est nata, vt conueniant sibi operationes meritoriæ ex suo genere: quia assumptio ad hoc tendit, vt mediante natura assumpta, filius Dei mereatur nobis: sed naturæ communi non attribuuntur nisi operationes communes, &c. ergo. Tertia ratio expositione non eget.

¶ Ilo secundo autem sensu tractatur quæstio secundum esse in duplici intellectu. primo diuino: deinde humano. Et quidem, q̃ natura humana, secundum q̃ est in intellectu diuino, non potuit assumi probat dupliciter: primo, quia natura humana sic nihil aliud est, quam natura diuina: secũdo, quia natura humana ab æterno esset in filio Dei per hunc modum. Vbi nota pro primæ rationis euidentia, q̃ esse obiectium rerum respectu intellectus diuini non est esse diminutum, vt Sco. in 27 dist. 1. sen. somniauit, nec est esse relationum rationis, quasi quoddam respectiuum esse acquirant ex hoc, q̃ obiiciuntur diuino intellectui: quoniã Deus secundum veram philosophiam & altissimam theologiam nihil intelligit extra se, non q̃ aliquid illum lateat, sed quia intuendo seipsum tantum, intuetur omnia, quoniam omnia & cognoscibilia, & cognita à Deo sunt ipse Deus, iuxta illud Ioan. 1. Quod factum est, in ipso vita erat. Quia ergo humanitas in intellectu diuino nihil aliud est, quam deitas secundum id, quo humanitatem continet: ideo optime ratio literæ concludit, q̃ assumere humanitatem, vt est in intellectu diuino, esset assumere naturam diuinam, quæ non est assumptibilis. Et quia deitas est in filio ab æterno sequitur, q̃ natura humana per hunc modum essendi esset in filio Dei ab æterno. & non ex tempore coniuncta: vt secunda ratio subiungit. Potest tamen aliter induci hæc secunda ratio per se seorsum. vt sit sensus, q̃ quicquid sic illud esse obiectiuum humanitatis in intellectu diuino, humanitas per hunc modum, scilicet secundum q̃ est obiectum intellectus diuini, ab æterno est in filio Dei. vtpote qui est ipse intellectus diuinus. nõ ergo erat opus vt assumeret humanitatem sic nullus enim assumit aliquid illo modo quo habebat, & hic sensus in responsione ad secundum explicatur. Quod autem natura humana, secundum q̃ est in intellectu humano, non debeat assumi, probatur deducendo ad impossibile. Assumere humanitatem in esse obiectiuo intellectus humani, nihil aliud est, quàm intelligi assumere naturam humanã. ergo non est assumere naturam humanam in rerum natura. ergo esset intellectus falsus. ergo esset fictio quædam incarnationis. Et affertur testimonium Dam. ad hoc. Vbi nota pro euidentia literæ, q̃ quia humanitas obiecta intellectui nostro non habet sic esse in rerum natura, sed habet solummodo esse intelligibiliter relatiue, quo dicitur repræsentata intellectui, & terminatiua actus intelligendi, consequens est, q̃ ad humanitatem sic, nulla actio trãsiens realis potest terminari, sicut nec ad Cæsarem repræsentatũ in statua aut memoria: licet ad ipsam statuam vel memoriã possit actio realis transiens terminari, vt patet. Et quia assumptio significata actionem realem transeuntem in humanitatem, quæ assumitur, ideo assumptio non potest terminari ad humanitatem sic, actiones autem reales immanentes possunt terminari ad res sic: possum enim imaginari & amare Cæsarem repræsentatum. Sed

& actiones reales transeuntes phi dupliciter, sicut & ipsa humanitas pdicitur accipi, s. sedm q̃ sũt in rerũ natura, & sedm q̃ intelliguntur. verbi gratia, Secare lignum, ut est in rerum natura, & est uere secare, & secare lignum, prout aliquis imaginatur aut intelligit secare lignum, & hoc non est uere secare lignũ, sed est intelligi, aut imaginari quòd lignum secatur. Primo siquidem modo quo solo sunt veræ actiones reales trãseuntes, non possunt terminari ad naturam sic: secundo autẽ modo possunt: sed tunc non ipsæ actiones in ueritate terminantur ad naturam sic, sed imaginatio seu intellectus earum, & ideo optime in litera pro ante cedente, & quod quid est assumptionis naturæ sic, dicitur, q̃ assumere humanitatẽ sic, nihil aliud est, quàm intelligi assumere naturã humanam. Et vere sic esse patet, sicut occi

31 Sup. q. 2. ar. 1. ad 1. & 3 di. 2. q. 1. art. 2. q. 1

dere Cæsarem repræsentatum, nihil aliud est, quàm intelligi seu imaginari occidere Cæsarem, & facere Sortem imaginatum tantum Regem, nihil aliud, quàm imaginari facere Sortem Regem. Et quoniam ex huiusmodi actiones imaginatas aut intellectas terminari ad res, non sequitur quòd sic sit in rerum natura (non enim inuenitur propterea ligatum sectum, aut Cæsar occisus aut Sortes Rex) ideo optime deducitur in litera, quòd non adumeret humanitatem in rerũ natura, & quòd esset intellectus falsus: quia ab eo, quòd res est, vel non est, intellectus dicitur verus vel falsus. Et q̃ esset fictio incarnationis, non incarnatio ipsa ut clarè iam patet: sicut fictio comestionis panis est, comedere panem in imaginatione tantum.

¶ Dubium restat hic, quare cum humanitas in intellectu triplicit esse habeat, scilicet diuino, angelico, & humano, de duobus tantum, intellectibus Auctor locutus est, omittens humanitatem secundum esse quod habet in intellectu angelico.

¶ Ad hoc dici facile prima facile potest, quòd quia intellectus angelicus medius est inter diuinum, & humanum, per extrema dedit intelligendum medium. Subtilius autem & uerius dicitur, quod quia esse obiectium in intellectu, sufficienter per hos duos essendi modos distinctum est, scilicet q̃ aut eũdem quod esse naturale intelligentis, aut est esse relationum rationis, quo dicitur, & est repræsentatum & terminatiuum, &c. Et vtro que modo exclusum ab assumptione ita est, vt neutro modo humanitas uere assumeretur: sed uel natura intelligentis illam assumeretur, vel esset fictio assumptionis: ideo nõ oportuit solicitum esse doctorẽ de humanitate secundum esse, quod habet in intellectu angelico, quoniam incidit in alterum dictorum.

¶ Super quæstionis quintæ, Articulum quintum.

TItulus articuli intelligendus est in sensu, in quo fit magis, quàm in sensu, quem facit. nam per naturam humanam in omnibus suis individuis, intendit Auctor singulas humanitates, quæ inueniuntur quandoque in rerum natura. Licet hæc verba, Natura humana in omnibus suis individuis, significent singulas humanitates in suis propriis suppositis, quas quia vt sic non explicat, assumi putauit auctor sensum intentum percipi absque ambiguitate aliqua: ita quòd exponenda sunt hæc verba, pro humana natura, non quæ est, sed quæ esset in omnibus suis individuis.

¶ In corpore articuli vnica est conclusio responsiua quæsito negatiue: Non fuit conueniens, quòd humana natura in omnibus suis suppositis, hoc est, quòd singulæ humanitates, quæ distribuerentur per omnia suppositа humana, assumerentur a filio Dei. Probatur tripliciter, primo, quia tolleretur multitudo suppositorum in humana natura. secundo, quia tolleret filio Dei dignitatem primogenituræ inter multos fratres. tertio, quia vnico supposito vnica assumpta natura congruit.

¶ In responsione ad primum responsio consistit in distinguendo per se, vt distinguitur contra per aliud, scilicet personam, vt distinguitur contra per accidens: primo modo humanitati conue-

nerit

Universidad de Deusto
Biblioteca

uenit per se assumi, non secundo. ¶ In responsione ad secundum & tertium responsio cõstitit in hoc, quòd non uno solo modo conuenit & cõmendari charitatem Dei organos, & breuitatem viæ sapientis obseruare, & ideo conuenientiorem decuit eligere.

¶ Superquæstionis quartæ, Articulum sex um.

*q. 3. art. 7.

TItulus clarus est, & ideo quæritur: q̃ poterat Deus creare vnam naturam humanam in supposito verbi, sicut creauit Adam, nõ per propagationẽ poterat etiam aliquem alium hominem cum sua vxore creare innocentes & in innocentia perseuerantes, sicut creauit Adã & Euam: & ex illa innocente stirpe humanam naturã assumere & nõ ex stirpe Adæ: poterat & vnam solam virginem creare innocentem, ex qua nasceretur, sicut natus est de Maria virgine filia Adæ. Cum igitur multis aliis modis incarnatio fieri potuisset, õ fuit conueniens sit facta ex stirpe Adæ. ¶ In corpore articuli vnica est cõclusio responsiua quæsito affirmatiue, probata triplici ratione, & auctoritate Augustini præposita. Et omnia clare patẽt. Sitte tamen paulum in secunda ratione, & intellige minimum quid de nostra dignitate explicari, per hoc, quòd nobis peccatoribus victis collatum est vincere per caput ex nobis sumptum: longe enim dignior sum, quod Dei filiationẽ per adoptionem cum spreuissem peccando, factus sũ Dei filius in psona, factus sũ Deus in persona. Multum enim mihi dignitatis col-

*li. 3. cap. 11. circa prin.

*art. 3. huius q.

iu diuid. is. Illud enim, quod prius & per se assumptum est, est natura humana: sed quod conuenit per se alicui naturæ, conuenit omnibus in eadem natura existentibus. ergo conueniens fuit vt natura humana assumeretur a Dei verbo in omnibus suis suppositis.

¶ 2 Præter. Incarnatio diuina processit ex diuina charitate, vnde dicitur Ioan. 3. Sic Deus dilexit mundum, vt filium suũ vnigenitum daret: sed charitas facit vt aliquis se cõmunicet amicis, quantum est possibile. Possibile autem fuit filio Dei, vt plures naturas hominum assumeret (vt supra dictum est) * & eadem ratione omnes. ergo conueniens fuit quod filius Dei assumeret naturam humanam in omnibus suis suppositis.

¶ 3 Præter. Sapiens operator perficit opus suũ breuiori via, qua potest: sed breuior via fuisset, si omnes homines assumpti fuissent ad naturalem filiationem, quàm quòd per vnum filiũ naturalem multi in adoptionem filiorum adducantur, vt dicitur Gal. 4. ergo humana natura debuit à filio Dei assumi in omnibus suppositis.

¶ Sed contra est, quod Damasce.* dicit in 3. lib. quòd filius Dei non assumpsit humanam naturam, quæ in specie consideratur: neq; enim omnes hypostases eius assumpsit.

¶ Respon. dicendum, quòd non fuit conueniens, quòd humana natura in omnibus suis suppositis à verbo assumeretur. Primo, quia tolleretur multitudo suppositorum humanæ naturæ, quæ est ei connaturalis. Cum enim in natura assumpta non sit considerare aliud suppositum præter personam assumentem (vt supra dictum est*) si non esset humana natura, nisi assumpta, sequeretur quòd non esset nisi vnum suppositũ humanæ naturæ, quod est persona assumens. Secundo, quia hoc derogaret dignitati filij Dei incarnati, prout est primogenitus in multis fratribus secundum humanam naturã, sicut est primogenitus omnis creaturæ secundum diuinam: essent enim tunc omnes homines æqualis dignitatis. Tertio, quia conueniens est, quòd sicut vnum suppositum diuinum est incarnatum, ita vnam solam naturam humanam assumpserit, vt ex vtraque parte vnitas inueniatur.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd assumi conuenit secundum se humanæ naturæ: quia scilicet non conuenit ei ratione personæ, sicut naturæ diuinæ conuenit assumere ratione personæ. Non autem conuenit ei secundum se, sicut pertinens ad principia essentialia eius, vel sicut naturalis eius proprietas, per quem modum conueniret omnibus eius suppositis.

¶ Ad secundum dicendum, quòd dilectio Dei ad homines manifestatur non solum in ipsa assumptione humanæ naturæ, sed præcipuè per ea, quæ passus est in humana natura pro alijs hominibus, secundum illud Roma. 5. Commendat autem Deus charitatem suam in nobis: quia cum inimici essemus, Christus pro nobis mortuus est: quod locum non haberet, si in omnibus hominibus naturam humanam assumpsisset.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ad breuitatem viæ, quam sapiens operator obseruat, pertinet, quòd non faciat per multa quod sufficienter potest fieri per vnum. Et ideo conuenientissimum fuit, quòd per vnum hominem omnes alij saluarentur.

Articvlvs VI.

Vtrum conueniens fuerit, quòd filius Dei humanam naturam assumeret ex stirpe Adæ.

ADsextvm sic proceditur. Videtur quòd nõ fuerit conueniẽs, vt filius Dei naturam humanam assumeret ex stirpe Adæ. Dicit enim Apo. ad Heb. 7. Talis decebat vt esset nobis pontifex segregatus à peccatoribus: sed magis esset à peccatoribus segregatus, si non assumpsisset naturam humanam ex stirpe Adæ peccatoris. ergo videtur quòd non debuerit de stirpe Adæ naturam humanam assumere.

¶ 2 Præt. In quolibet genere principium nobilius est eo, quod est à principio. Si igitur assumere voluit humanam naturam, magis debuit eam assumere in ipso Adam.

¶ 3 Præt. Gentiles fuerunt magis peccatores quàm Iudæi, vt dicit gl. *ad Gal. 2. super illud, Nos natura Iudæi, & non ex gentibus peccatores. Si ergo ex peccatoribus naturam humanam assumere voluit, debuit eam magis assumere ex gentibus, quàm ex stirpe Abrahæ, qui fuit iustus.

¶ Sed contra est, quòd Luc. 3. generatio Domini reducitur vsque ad Adam.

¶ Respon. dicendum, quòd sicut Aug. dicit in 13. de Trin.* Poterat Deus hominem aliunde suscipere, non de genere istius Adæ, qui suo peccato obligauit genus humanum: sed melius iudicauit de ipso, quod victum fuerat, genere assumere hominem Deus, per quem generis humani vinceret inimicum. Et hoc propter tria. Primo quidem, quia hoc videtur ad iustitiam pertinere, vt ille satisfaciat, qui peccauit. & ideo de natura per peccatum corrupta debuit assumi id, per quod satisfactio erat implenda pro tota natura. Secundo, quia hoc etiam pertinet ad maiorem hominis dignitatem, dum ex illo genere victor diaboli nascitur, quod per diabolum fuerat victum. Tertio, quia per hoc etiam Dei potentia magis ostenditur, dum de natura corrupta, & infirma assumpsit id, quod in tantam virtutem, & dignitatem est promotum.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd Christus debuit esse à peccatoribus segregatus quantum ad culpam, quam venerat destruere, non quantum ad naturam, quam venerat saluare, secundum quam debuit per omnia fratribus assimiliari, vt idem Apostol. dicit ad Hebr. 2. Et in hoc etiam mirabilior est eius innocentia, quòd de massa peccato subiecta, natura assumpta tantam habuit puritatem.

¶ Ad secundũ dicendum, quòd (sicut dictum est) *oportuit eum, qui peccata venerat tollere, esse à peccatoribus segregatum, quantum ad culpam, cui Adam subiacuit, & latũ fateor, quòd ex inimico factus sum amicus Dei, quòd qui offendi, satisfeci, qui demeruj, meruj, qui victus sum, vici etiam diabolum, & triumphaui de ipso, qui eram in regione lõginqua & vulneratus à latronibus, &c. factus sum dominus angelorum: sed omnes superat dignitates, quòd factus sum Deus personaliter: q̃ mei generis tam infimi tamdiu corrupti ac Deo inimici, mei inquam generis, vnus ergo verus est Deus, nõ participatiue, sed substãtialiter. Ad maximã ergo peccatoris hominis dignitatẽ spectat, quòd de stirpe peccatrice carnem assumpsit Deus.

Inf. q. 31. art. 1. & 3. dist. 2. q. 1. art 2. q. 2. & opusc. 3. c. 224.

*glo. inter lib.

*lib. 13. c. 18. in princip. to. 3.

33 Infr. art. 2. ca. & q. 14. art. 1. c & 3. distin. 2. q. 1 ar. 3 q. 1. c. & q. 2. c. & 4. contra c. 29 30. & 34. pri. & 35. fin. & Po. q. 6. ar. 7. cor. & opusc. 3. c. 213. & 227.

*In ser. 1. post me. illius: incipit hic ser. Saluator noſt.

cuit, & quem Christus à suo delicto eduxit, vt dicitur Sap. 10. Oportebat autem eum, qui mundare omnes venerat, non esse mundandum, sicut & in quolibet genere motus, primum mouens est immobile secundum illum motum, sicut primum alterans est inalterabile. Et ideo non fuit conueniens, vt assumeret humanam naturam in ipso Adam.

¶ Ad tertium Dicendum, q̃ quia Christus maximè debebat esse à peccatoribus segregatus, quantum ad culpam, quasi summam innocentiæ obtinens, conueniens fuit, vt à primo peccatore vsq; ad Christum perueniretur, mediantibus quibusdam iustis, in quib. præfulgerent quædam insignia futuræ sanctitatis. Et propter hoc etiam in populo, ex quo Christus erat nasciturus, instituit Deus quædam sanctitatis signa, quæ inceperunt in Abraham, qui primus promissionem accepit de Christo, & circuncisionem in signum fœderis consumandi, vt dicitur Gene. 17.

¶ Super quæstionis quintæ, Articul. primum.

TItulus articuli primi clarus est, & propter Manichæorũ errorem motus, vt habes in quarto contra Gen. cap. 29.

¶ In corpore articuli cõclusio vnica est responsiua quæsito affirmatiue, præposita auctoritate, & probata triplici ratione. Omnia clara sunt in litera.

¶ Nota hoc in loco allatam Aug. auctoritatem ex li. 83. q. quoniam in ea habetur illa cõditionalis, Si fefellit veritas non est, & loquit de Christo. nota autem hoc propter verentes in dubiũ, an Deus possit fallere: nam si conditionalis dicta est vera, patet solutio quæstionis, quòd scilicet, non potest fallere: quia non potest esse verum, q̃ fallat: quia si fefellit, veritas non est: sed est verum: ergo non fefellit. Si conditionalis negatur. Augustinus negatur.

QVAEST. V.

De modo Vnionis ex parte partium humanæ naturæ, in quatuor articulos diuisa.

EIndeconsiderandum est de assumptione partium humanæ naturæ.

Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primo, vtrum filius Dei debuerit assumere verum corpus.

¶ Secundo, Vtrum assumere debuerit corpus terrenum, scilicet carnem & sanguinem.

¶ Tertio, Vtrum assumpserit animam.

¶ Quarto, Vtrum assumere debuerit intellectum.

Articvlvs I.

Vtrum Dei filius debuerit assumere verum corpus.

ADPrimvm sic proceditur. Videtur quod filius Dei non assumpserit verum corpus. Dicitur enim Phili. 2. q̃ in similitudinem hominum factus est: sed quod est secundum veritatem, non dicitur esse secundum similitudinem. ergo filius Dei non assumpsit verum corpus.

¶ 2 Præt. Assumptio corporis in nullo derogauit dignitati diuinitatis: dicit enim Leo Papa in sermone de Nati.* quòd nec inferiorem naturam consumpsit glorificatio, nec superiorem minuit assumptio: sed hoc ad dignitatem Dei pertinet, quòd sit omnino à corpore separatus. ergo videtur, q̃ per assumptionem non fuerit Deus corpori vnitus.

¶ 3 Præt. Signa debent respondere signatis: sed apparitiones vet. Testa. quæ fuerunt signa apparitionis Christi, non fuerunt secundum corporis veritatem, sed secundum imaginariam visionem, sicut patet Isa. 6. Vidi Dominum sedentem, &c. ergo videtur, quòd etiam apparitio filij Dei in mundo, non fuerit secundum corporis veritatem, sed solum secundum imaginationem.

† li. 83. q. q. 14. i pri. tom. 4.

¶ Sed contra est, quòd dicit August. † in lib. 83. q. Si phantasma fuit corpus Christi, fefellit Christus: & si fefellit, veritas non est. Est autem veritas Christus. ergo non fuit phantasma corpus eius. Et sic patet, quòd verum corpus assumpsit.

¶ Respondeo dicendum, quòd sicut dicitur in lib. de Ecclesiasticis * dogmatibus, natus est Dei filius, non putatiuè, quasi imaginatum corpus habens, sed corpus verum. Et huius ratio potest tripliciter assignari, quarum prima est ex ratione humanæ naturæ, ad quam pertinet verum corpus habere. Supposito igitur ex premissis, q̃ conueniens fuerit filium Dei assumere humanam naturã, consequens est q̃ verum corpus assumpserit. Secunda ratio sumi potest ex his, quæ in mysterio incarnationis sunt acta. Si enim non fuit verum corpus eius, sed phantasticum, ergo nec veram mortem sustinuit, nec aliquid eorum quæ euangelistæ de eo narrant, secundum veritatem gessit, sed solum secundum apparentiam quandam. Et sic etiam sequeretur, q̃ non fuerit vera salus hominis subsecuta: oportet enim effectum causæ proportionari. Tertia ratio potest sumi ex ipsa dignitate personæ assumentis, quæ cum sit veritas, non decuit, vt in eius opere aliqua fictio esset. Vnde & Dominus hunc errorem per seipsum excludere dignatus est, Luc. vlti. cum discipuli conturbati & conterriti, putabant se spiritum videre, & non verum corpus: & ideo se eis palpandum præbuit, dicens, Palpate & videte: quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere.

* cap. 2. 2 med. habetur inter opera Aug. to. 3.

¶ Ad primvm ergo dicendum, q̃ similitudo illa exprimit veritatem humanæ naturæ in Christo, per modum, quo omnes qui verè in natura humana existunt, similes specie esse dicuntur: non autem intelligitur similitudo phantastica. Ad cuius euidentiam Apostolus subiungit, quòd factus est obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis, quod fieri non potuisset, si esset sola similitudo phantastica.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ per hoc quòd filius Dei verum corpus assumpsit, in nullo est eius dignitas diminuta: Vnde Aug.* dicit in lib. de fi. ad Pet. Exinaniuit seipsum, formam serui accipiens, vt fieret seruus, sed formæ Dei plenitudinem non amisit: non enim filius Dei sic assumpsit verũ corpus, vt forma corporis fieret, quod repugnat diuinæ simplicitati & puritati: hoc enim esset assumere corpus in vnitatem naturæ, quod est impossibile, vt ex supra dictis patet. * sed salua distinctione naturæ assumpsit corpus in vnitatem personæ.

* ca. 2. decli. ad fin. to. 3.

*q. 2. a. 1.

¶ Ad tertium, dicendum, quòd figura debet respondere rei, quantum ad similitudinem, non quantum ad rei veritatem. si enim secundum omnia esset similitudo, iam non esset signum, sed ipsa res, vt Damasc.* dicit in 3. lib. Conueniens ergo fuit, vt apparitiones vet. Test. essent secundum apparentiam, quasi figuræ: apparitio autem filij Dei in mundo esset secundum corporis veritatem, quasi res figurata per illas figuras. Vnde dicit Apostolus secundæ Col. 2. Quæ sunt vmbra futurorum, corpus autem Christi.

*li. 3. c. 6 circa fin.

Articvlvs II.

Vtrum Dei filius debuerit assumere corpus terrenum, scilicet carnem & sanguinem.

¶ Super quæstionis quintæ, Articulũ secundum.

34 Inf. q. 31. art. 3. c. & q. 37. ar. 1 c. & q. 54. art 3. c. & 3 di. 2. q. 1. art. 3 q. 1. c. & q. 2. ca. & 3. contra c. 30. & 3. & opus. ca. 2 14.

TItulus clarus est, & motus propter errorem Valentini, vt patet in 4. contra Gent. cap. 30.

¶ In

AD secvndvm sic procedi-tur. Videtur q̃ Christus non habuerit corpus carnale siue terrestre, sed

Universidad de Deusto
Biblioteca

In corpore articuli vnica est conclusio responsiua quæsito, Christus habuit corpus terrestre, non cæleste. Et probatur tripli ci ratione & auctoritate.

¶ Omnia clara sunt, nisi quòd in responsione ad primum circa glossam Aug & Hilarij dubium occurrit, scilicet, quòd Christus vt homo cæ-
lestis. quia de Spiritu sancto conceptus: quoniam ex vi virtute actiua seu formatiua corporis homo est cælestis secundum corpus, Adam quoque esset homo cælestis: quia est immediate diuina virtute corpus eius formatum. Et sic Apostolus non recte posuisset differentiã inter primum hominem & Christum, in hoc quòd ille terrestris, iste cælestis, ad corpus referendo rationem virtutis formatiuæ.

¶ Ad hoc dicitur, quòd quia expositio ista non est secundum sensum literalem, non potest ex illa argumentum contra verba Apostoli sumi. Ad literam namque Apostolus loquitur de primo initio vtriusque hominis, scilicet. Adæ & Christi. conflat autem initiũ Adæ ex terra esse, cui dispositæ iuncta est anima: initium vero Christi ex hypostasi diuina, quæ materiam sibi disposuit, formauit, an mauit, viuit, &c. Per hoc enim probat Apostolus illum in animam viuificantem: istum in spiritum viuificantem: illum terrenum (qui vere persona erat secundum substantiam & secundum qualitatem quam suscepit Adam) ritum cælestem, & secundum substantiam personæ & secundum qualitatem superioris ordinis. Vnde sunt dotes corporis, de quibus loquitur. Alla ta tamen expositio non est refutanda, sed reuerenter amplectenda, ita vt etiam saluet differentiam corporum secundum virtutem formatiuam, tum quia Adam fuit immediate a Deo secundum debitum naturæ ordinem (exigit siquidem rerum ordo suppositã nouitate mundi, vt prima individua perfectarum specierum fiant non ex semine, sed immediate a Deo: quoniam, vt dicitur 12 Meta. perfecta sunt naturaliter priora imperfectis) Christus autem stante etiam naturali modo generationis humanæ per commistionem maris & fœminæ, miraculose supra naturæ leges conceptus est diuina virtute absque semine humano: tum quia Adam a Deo immediate factus (sicut & boues & leones secundum suas naturas) dicitur: Christi vero conceptio specialiter appropriatur Spiritui sancto, vt intelligatur ad hoc à Deo immediate factus homo, vt spiritualis sit, ita q

*Ar. prec.

*Lib. 7. tex. 29 to mo 3.

*li 1 tex. 20. to. 2.

cæleste, dicit enim. Apostolus 1. ad Corin. 15. Primus homo de terra terrenus, secundus homo de cælo cælestis: sed primus homo, scilicet Adam fuit de terra, quantum ad corpus, vt patet Gene. 1. ergo etiam secundus homo, scilicet Christus fuit de cælo, quantum ad corpus.

¶ 2 Præt. Primæ ad Corint. 15. dicitur, Caro & sanguis regnum Dei nõ possidebunt: sed regnum Dei principaliter est in Christo. Non ergo in ipso est caro & sanguis, sed magis corpus cæleste.

¶ 3 Præterea. Omne quod est optimum, est Deo attribuendum: sed inter omnia corpora nobilissimum est corpus cæleste. ergo tale corpus debuit Christus assumere.

¶ Sed contra est, quòd Dominus dicit Luc. vlti. Spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere. Caro autem & ossa non sunt ex materia cælestis corporis, sed ex inferioribus elementis. ergo corpus Christi nõ fuit corpus cæleste, sed carneum & terrenum.

¶ Respondeo. Dicendum, quòd eisdem rationibus apparet, quare corpus Christi non debuit esse cæleste, quibus ostensum est, * quòd non debuit esse phantasticum. Primo enim, quia sicut veritas humanæ naturæ nõ saluaretur in Christo, si corpus eius esset phantasticum (vt posuit Manichæus) ita etiam non saluaretur si poneretur cæleste, sicut posuit Valentinus. Cum enim forma hominis sit quædam res naturalis, requirit determinatam materiam, scilicet carnes & ossa, quæ in hominis definitione poni oportet, vt patet per Philosophum. * 7. Metaphysic. Secundo, quia hoc etiam derogaret veritati eorum, quæ Christus in corpore gessit. Cum enim corpus cæleste sit impassibile & incorruptibile (vt probatur in * primo de Cœlo) si filius Dei corpus cæleste assumpsisset, non vere esuriisset, nec sitisset, nec etiam passionem, & mortem sustinuisset. Tertio etiam derogaret veritati diuinæ. Cum enim filius Dei se hominibus ostenderit, quasi corpus carneum & non ex sola negatione humani seminis, sed ex hoc q supra naturæ leges ex Spiritusancto dicitur conceptus, differentia posita est inter Christum & Adam quantum ad corpus, q Christus de cælo cælestis, ille de terra terrestris.

¶ In hoc secundo articu. dubium occurrit de assumptione sanguinis: an scilicet sanguis, qui erat in corpore Christi, erat vnitus diuinitati. Et est ratio dubij ex philosopia: quia sanguis non est pars corporis humani, sed alimentũ eius, quod constat non non esse actu, sed potentia corpus, quod alitur: est enim sanguis alimentum decoctũ, conuertendum, nõ conuersum in membra. Et confirmatur auctoritate nõ solum Anto. 1. de Part. Lus anim sed dicit Tho. in multis locis, & singulariter inferius in quæstio 31 articu. 5. ad primum. Vbi ponit differentiam inter ossa & carnes ex vna parte, & sanguinem ex alia parte, in hoc quòd caro & ossa sunt actu partes corporis humani, sanguis autem nõ est actu pars, sed est potentia totũ. Et ideo caro & ossa non possunt absque corruptione & diminutione corporis auferri: sanguis autem sine corruptione communicatur.

¶ Ad hoc dicitur secundum Auctoris doctrinam in 4. sentẽ. distin. 44. quæst. 1. quòd partes humani corporis sunt duplices: quædam sic sunt actu partes, quòd sunt intransmutabiles in alias partes, vt carnes, ossa, nerui, & membra, vt manus pedes, &c quædam vero sic sunt actu partes, quòd sunt in potentia etiam ad alias partes, & tales videntur esse quatuor humores, ex quibus sumus, inter quos est sanguis. Vnde quia huiusmodi habent aliquo modo rationem partis in actu, & aliquo modo partis in potentia, ideo diuersa de eis dicuntur. nam inquantum sunt partes in actu, verificatur quòd corpus nostrum componitur ex eis, vt in principio dicti lib. Aristoteles testatur: vt vero sunt in potentia ad alias partes, verificatur quòd est alimentum corporis. Et per hoc patet responsio ad rationem in oppositum, dicendo, quòd sanguis est corporis alimentum, sed non tantum: quia est ita alimentum, vt etiam sit secundum se pars corporis. Ad auctoritatem diui Thom. dicitur, quòd loquitur de parte totaliter in actu, cum dicit, quòd non potest sine corruptione aut diminutione subtrahi: non autem de parte partim in actu & partim in potentia, qualis est sanguis. Absque dubio igitur credendum

*c. 2. 2 no di. tem. 3. inter opera Aug.

*In dialo. 65 q. 4. a med. tio lius to. 4

† li. 10. de trin ante medi. de sensum

*li. 3. c. 3. & 11.

† ca. 21. in prin. to. 3

*li. de hæ re. c. 49 & 55. to. 6.

* li. 83. q. 80. ame dio to. 4.

dendum est, filium Dei assumpsisse corpus terrestre, hoc est carnem & sanguinem, vt diuidendo quæstionem Auctor titulum explicat.

35 3. dist. 2. q. 1. ar. 3. q. 2 & 4. cõtra ca. 32. 34. princ. 35. fi. 37. fi. & 41. & veri. q. 20. ar. 1. c. & vnio. art. 1. cor. & opus. 3. c. 211.

¶ *Super quæstionis quintæ, Articul. tertium.*

TItulus clarus est, intelligẽdus vt sonat, & quæsitus ꝓpter Arrium & Apollinarem (vt in litera dicitur) negantes in Christo animam propriam.

¶ In corpore articuli duo sunt, primo recitatur error Arij & Apollinaris: secundo reprobatur tripliciter. Quo ad primum ponitur positio illa in se, & sua sequela, in se quidem, quia negatur ala in Christo: sed ponitur verbum loco animæ: in sua vero sequela: quia negantur duæ naturæ in Christo: quoniam non est ibi natura humana: vel quoniam ex anima & corpore vna natura constituitur, ac per hoc ex eo, quod est loco animæ & corpore, vna esset tantum natura: prima expositio tamen literæ cõsonat, de natura humana loquenti. Quo ad secundum afferuntur tres rationes. prima ex auctoritate Scripturæ: secunda ex ratione deducente ad inconueniens ex August. tertia ex ratione cõuincente, quòd ignorat propriam vocem positio ipsa quia ponendo carnem, negat carnem, & per hoc veritati incarnationis contrariatur. Vide de his in quarto contra Gen. cap. 32.

*li. 1. de cœlo, tex. 32. & libr. 2. tex. 59. to mo 2.

*li. 3. c. 3. c. 3. & 11.

† ca. 21. in prin. to. 3

*li. de hæ re. c. 49 & 55. to. 6.

* li. 83. q. 80. ame dio to. 4.

ARTICVLVS III.

Vtrum filius Dei assumpserit animam.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd filius Dei animam non assumpserit. Ioannes enim incarnationis mysterium tradens dixit, Verbum caro factum est, nulla facta de anima mentione. Non autem dicitur caro factum, eo quòd sit in carnem conuersum, sed quia carnem assumpsit. Non ergo videtur assumpsisse animam.

¶ 2 Præt. Anima necessaria est corpori ad hoc, quòd per eam viuificetur: sed ad hoc non fuit necessaria corpori Christi, vt videtur: quia ipsum verbum Dei est, de quo dicitur in Psal. 35. Domine apud te est fons vitæ. Superfluum ergo fuisset animam adesse, verbo præsente. Deus autem & natura nihil frustra faciunt, vt etiam Philosophus dicit in primo de Cæl. * ergo videtur, quòd filius Dei animam non assumpserit.

¶ 3 Præterea. Ex vnione animæ ad corpus, constituitur natura communis, quæ est species humana: in Domino autem Iesu Christo non est cõem speciem accipere, vt Dam.* dicit in 3. li. Non igitur assumpsit aiam.

¶ Sed contra est, quòd August. dicit in lib. † de Agone Christiano, Non eos audiamus, qui solum humanum corpus dicunt esse susceptum à verbo Dei: & sic audiunt quod dictum est, Verbum caro factum est, vt negent illum hominem, vel animam, vel aliquid hominis habuisse, nisi carnem solam.

¶ Respondeo dicendum, quòd sicut dicit Augustin. * in libr. de hæresibus, opinio fuit primo quidem Arrij, & postea Apollinaris, quòd filius Dei solam carnem assumpsit absque anima, ponentes quòd Verbum fuerit carni loco animæ. Ex quo sequebatur, quòd in Christo non fuerint duæ naturæ, sed vna tantum: ex anima enim & carne, vna natura humana constituitur. Sed hæc positio stare non potest propter tria. Primo quidem: quia repugnat auctoritati Scripturæ, in qua Dominus de sua anima facit mentionem Matthe. 26. Tristis est anima mea vsque ad mortem. & Ioan. 10. Potestatem habeo ponendi animam meam. sed ad hoc respondebat Apollinaris, quòd in his verbis anima metaphoricè sumitur, per quem modum in vete. Testamen. Dei anima commemoratur, Isai. 1. Calendas vestras & solennitates vestras odiuit anima mea: sed sicut dicit Augustin. * in libr. 83. q. Euangelistæ in euangelica narratione narrant, quòd miratus est Iesus, & iratus & contristatus, & quòd esurijt.

Quæ quidem ita demonstrant eum veram animam habuisse, sicut ex hoc quòd comedit, & dormiuit, & fatigatus est, demonstratur eum habuisse verum corpus humanum: alioquin si & hæc ad metaphoram referantur, cum similia legantur in veter. Testamen. de Deo, peribit fides Euangelicæ narrationis. Aliud enim est, quod Prophetice nuntiatur in figuris, aliud quod secundum rerum proprietatem ab euangelistis historicè scribitur. Secundo derogat prædictus error vtilitati incarnationis, quæ est liberatio hominis. Vtenim argumentatur Augustin. in libr. * contra Felicianum, si accepta carne filius Dei animam omisit, aut innoxiam sciens, medicinæ indigentem non credidit, aut à se alienam putans redemptionis beneficio non donauit, aut ex toto insanabilem iudicans, curare nequiuit, aut vt vilem, & quæ nullis vsibus apta videretur, abiecit. Horum duo blasphemiam important in Deum. quomodo enim diceretur Omnipotens, si curare non potuit desperatam? aut quomodo omnium Deus, si non ipse fecit animam nostram? Duobus autem alijs, in vno animæ causa nescitur, in altero meritum non tenetur. Aut intelligere causam putandus est animæ, qui eam ad accipiendam legem habitu finitæ rationis instructam à peccato voluntariæ transgressionis nititur separare? Aut quomodo eius generositatem nouit, qui ignobilitatis vitio dicit esse despectam? Si originem attendas, prætiosior est animæ substantia: si transgressionis culpam, propter intelligentiam, peior est carne. ego autem Christum & perfectam sapientiam scio, & pijssimum esse non dubito, quorum primo meliorem & prudentiæ capacem non despexit: secundo, eam, quæ magis fuerat vulnerata, suscepit. Tertio verò hęc positio est contra ipsam incarnationis veritatem: caro enim & cæteræ partes hominis per animam speciem sortiuntur. Vnde recedente anima non est os, aut caro, nisi æquiuocè, vt patet per Philosophum in 2. de Anima, & 7. Metaphy. *

*c. 12. post med. to. 6.

*li. 2 de anima tex. 9. li. 7 metaura. tex. 35. circa medium.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd cum dicitur, verbum caro factum est, caro ponitur pro toto homine, ac si diceret, verbum homo factum est: sicut & Isa. 40. Videbit omnis caro pariter, quòd os Domini locutum est. Ideo autem totus homo per carnem significatur; quia, vt dicitur in auctoritate inducta, † per carnem filius Dei visibilis apparuit, vnde subditur, Et vidimus gloriam eius: vel ideo: quia vt Augustin. * dicit in lib. 83. quæstio. in tota illa vnitate susceptionis principale Verbum est, extrema autem atque vltima carO. Volens itaque Euangelista commendare pro nobis dilectionem humilitatis Dei, Verbum & carnem nominauit, omittens animam, quæ est Verbo inferior, carne præstantior. Rationabile etiam fuit, vt nominaret carnem, quæ propter hoc, quòd magis distat à Verbo, minus assumptibilis videbatur.

†In huius fol. princ. *lib. 83. q. 80. pau lo post prin. to. 4

¶ Ad secundum dicendum, quòd verbum est fons vitæ, sicut prima causa vitæ effectiua: sed anima est principium vitæ corporis tamquam forma ipsius: forma autem est effectus agentis. Vnde ex præsentia Verbi magis concludi posset, quòd corpus esset animatum: sicut ex præsentia ignis potest concludi, quòd corpus, cui ignis adhæret, sit calidum.

¶ Ad tertium dicendum, quòd non est inconueniens, immo necessarium dicere, quòd in Christo fuerit natura, quæ constituitur per animam corpori aduenientem. Damasc. * autem negat, in domino Iesu Christo esse communem speciem, quasi aliquid tertium resultans ex vnione diuinitatis & humanitatis.

*Loco in ar. citato.

¶ Super

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ *Super quæstionis quintæ, Articul. quartum.*

TIculus clarus ꝓpter, Apollinarem motus, conuictum ad cõtendum in Christo animam, & cõfitentem animam sensitiuã in Christo, sed non mentem, sed loco mentis Verbum, vt habes in 4. contra Gentes. ca. 33 & in litera.

¶ In corpore articuli duo fiunt. Primo, ponitur error Apollinaristarum: secundo excluditur triplex error, & rationes videntur satis claræ. In prima tamen aduerte, quòd non dicit Auctor admirationem esse actum rationis, sed quòd exigit rationem, dum absque ratione collatiua effectus cum causa esse non potest.

¶ In responsione ad secundum perspice quòd lux maior dicitur offuscare minorem, non quo ad substantiam lucis, sed quoad effectum, quia facit non apparere effectũ minoris, cum nihil tollat a luce minore. Quoad substantiam vero lux maior perficit minorem, augendo effectum illius, aer enim illuminatus a candela, cum superilluminatur a sole, non perdit prius lumen, sed acquirit, maius lumẽ augetur enim lumen ex præsentia maioris lucis, quod in litera vocatur perfici, vnde non sunt duo lumina in eodem, sed idem perfectius.

35 3 dist. 2. q. 1. art. 3 q. 2. ca. & 4. cõt. c. 33. & veri. q. 20. art. 1. c. & vio. a. 1. c. & op. 3. c. 212.

*L. 14. c. 3 & 6. to. 3.

† lib. 3 ex text. 6. & 12.

*Ca. 14. in prin. to. 5.

*Cap 55. in princi. to. 6.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum filius Dei assumere debuerit intellectum.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd filius Dei non assumpserit mentem humanam siue intellectum. Vbi enim est præsentia rei, non requiritur eius imago: sed homo secundum mentem est ad imaginem Dei, vt Aug. * dicit in lib. de Trinit. Cum ergo in Christo fuerit præsentia ipsius diuini Verbi, non oportuit ibi esse mentem humanam.

¶ 2 Præterea. Maior lux offuscat minorem: sed verbum Dei, quod est lux illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum (vt dicitur Ioan. 1.) comparatur ad mentem, sicut lux maior ad minorem, quia & ipsa mens lux quædam est, quasi lucerna illuminata à prima luce, Prouerb. 20. Lucerna Domini spiraculum hominis. ergo in Christo, qui est verbũ Dei, non fuit necessarium esse mentẽ humanam.

¶ 3 Præt. Assumptio humanæ naturæ à Dei verbo, dicitur incarnatio eius: sed intellectus siue mens humana neque est caro, neque est actus carnis, quia nullius corporis actus est, vt ꝓbatur in 3. de † anima. ergo videtur ꝙ filius Dei humanam mentem non assumpserit.

¶ SED Contra est, quòd Augustin. * dicit in lib. de fi. ad Petr. Firmissimè tene, & nullatenus dubites, Christum filium Dei habere veram nostri generis carnem & animam rationalem, qui de carne sua dicit, Palpate & videte, quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere, Luc. vltim. Animam quoque se habere, ostendit dicens, Ego pono animam meam, & iterum sumo eam, Ioan. 10. Intellectum quoque animæ ostendit se habere dicens, Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde. Matth. 11. Et de ipso per Prophetam Deus dicit, Ecce intelliget puer meus, Isa. 52.

¶ Respondeo. Dicendum, quòd sicut Augustin.* dicit in lib. de hæresibus, Apollinaristæ de anima Christi à Catholica ecclesia dissenserunt, dicentes, sicut Arriani, Deum Christum carnem solam sine anima suscepisse: in qua quæstione testimonijs euangelicis victi, mentem defuisse animæ Christi, sed pro hac ipsum verbum in ea fuisse dixerunt. sed hæc positio eisdem rationibus conuincitur, sicut & prædicta. Primo enim hoc aduersatur narrationi euangelicæ, quæ commemorat eum fuisse miratum, vt patet Matth. 8. Admiratio autem absque ratione esse non potest, quia importat collationem effectus ad causam, dum scilicet, aliquis videt effectum, cuius causam ignorat, & quærit, vt dicitur in princip. Meta. * Secundo, repugnat vtilitati incarnationis, quæ est iustificatio hominis à peccato. Anima enim humana non est capax peccati, nec gratiæ iustificantis, nisi per mentem. Vnde præcipuè oportuit mentem humanam assumi. Vnde dicit Dama. * in 3. lib. quòd Dei verbum assumpsit corpus, & animam intellectualem & rationalem: & postea subdit, † Totus toti vnitus est, vt toti mihi salutem largiretur: quod enim assumptum est, incurabile est. Tertio, hoc repugnat veritati incarnationis: cum enim corpus proportionetur animæ sicut materia propriæ formæ, non est verè caro humana, quæ non est perfecta anima humana, scilicet, rationali. & ideo si Christus animam sine mente habuisset, nõ habuisset veram carnem humanam, sed bestialem: quia per solam mentem anima nostra differt ab anima bestiali. Vnde dicit Augusti. * in li. 83. q. ꝙ secundum hunc errorem sequeretur, ꝙ filius Dei beluam quandam cum figura humani corporis suscepisset, quod iterum repugnat veritati diuinæ, quæ nullam patitur fictionis falsitatem.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd vbi est ipsa res per sui præsentiam, non requiritur eius imago ad hoc ꝙ suppleat locum rei: sicut vbi est imperator, milites non venerantur eius imaginem: sed tamen requiritur cũ præsentia rei imago ipsius, vt perficiat ex ipsa rei præsentia, sicut imago in cera perficitur per impressionem sigilli, & imago hominis resultat in speculo per eius præsentiam. Vnde ad perficiendam mentem humanam, necessarium fuit, ꝙ eam sibi verbum Dei vniuerit.

¶ Ad secundum dicendum, quòd lux maior euacuat lucem minorem alterius corporis illuminantis: non tamen euacuat, sed perficit lucem corporis illuminati: ad præsentiam enim solis, stellarum lux obscuratur, sed aëris lumen perficitur. Intellectus autem seu mens hominis, est quasi lux illuminata à luce diuini Verbi, & ideo per præsentiam Verbi non euacuatur mens hominis, sed magis perficitur.

¶ Ad tertium dicendum, quòd licet potentia intellectiua non sit alicuius corporis actus: ipsa tamen essentia animæ humanæ, quæ est forma corporis, requiritur quòd sit nobilior ad hoc, quòd habeat potentiam intelligendi, & ideo necesse est vt corpus melius dispositum ei respondeat.

*l. 3. ort. fid. c. 6. & ca med. † Exod. li. & ca. nõ dicis.

*q. 80. ad procul prin. to. 4.

Infr. q. 9 ar. 1. ad 2. & 23. dist. 23. q. 1. ar. 1. ad 3. & di. 24. ar. 2. q. 1. ad 1

*l. 1. met. c. 2. in medio to. 3.

QVAEST. VI.

De modo assumptionis quantum ad ordinem, in sex articulos diuisa.

¶ *Super quæstionis sextæ, Articulum primum.*

EINDE considerandum est de ordine assumptionis prædictæ.

Circa quod quæruntur sex.

¶ Primo, Vtrum filius Dei assumpserit carnem mediante anima.

¶ Secundo, Vtrum assumpserit animã mediante spiritu siue mente.

¶ Tertio, Vtrum anima fuerit prius assumpta, quàm caro.

¶ Quarto, Vtrum caro Christi fuerit prius à verbo assumpta, quàm anima vnita.

¶ Quinto, Vtrum tota humana natura sit assumpta mediantibus partibus.

¶ Sexto, Vtrum sit assumpta mediante gratia.

TItulus 1. art. q. 6. intelligẽdus est vt sonat, quoniam in corpore distinguetur, & motus est occasione verborum Augustin. & Magistri sentent. in 2. dist. 3. senten. ponentium ordinem in ista assumptione.

¶ In corpore articuli duo sunt. primo, declaratur ille terminus, mediante, in titulo positus: secundo respondetur quæsito ibi, Sic ergo, si attendimus. primum fit declarando, distinguendo, excludendo, subdistin-

distinguendo &, conferendo membra distincta inter se. Declaratur in primis, quòd medium importet ordinem: quod probatur, quia dicitur respectu principij & finis, quorum vtrumque importat ordinem aliquem ad quem spectat secundum quem dicitur principium aut finis. Vnde & medium secundum aliquem ordinem oportet ꝙ sit medium, nec op positũ intelligi potest. Distinguitur præterea ordo, in ordinem temporis vel naturæ, & excluso ordine temporis a mysterio assumptionis (vt in hac eadem quæstione patebit (subdiuiditur ordo naturæ in ordinem dignitatis & causalitatis. Exempla patent in litera. Conferuntur autem hi duo naturæ ordines inter se secundum connexionẽ pro quinto secundus ordo consequitur aliquo modo primũ. Et dicitur, aliquo modo, quia nõ oportet vniuersaliter, ꝙ dignius est esse causam minus digni: nõ enim leonina natura est causa naturę formicæ, licet sit formicea longe dignior.

¶ Quoad secundum rñdet quæsito duabus conclusionibus iuxta duplicem modũ medij secundum dictos duos naturæ ordines, s. medium dignitatis, & mediũ causalitatis. Prima est, Filius Dei vniuit sibi carnem mediante anima, loquendo secundum ordinem dignitatis. Probatur: quia anima inuenitur media inter Deum, & carnem, secundum dignitatis gradum. Secunda est, ꝙ secundum ordinem causalitatis filius Dei uniuit, sibi carnem mediante anima. Probatur, anima est aliqualiter causa carnis vniendæ filio Dei. ergo est medium in causando vnionem carnis ad filium Dei. Antecedens probatur dupliciter, primo, quia caro nõ esset assumptibilis nisi per ordinem, quem habet ad animam rationalem: secundo, quia caro per ordinem ad animam rationalẽ habet, ꝙ sit caro humana: sola autem natura humana est assumptibilis, vt patet ex prius dictis.

¶ Antequam ad vlteriora progrediamur, declarandum censeo, quid sentit Auctor in hac materia, & in quo impugnatur. Scito igitur ꝙ sunt hic duæ principales difficultates. Prima est circa ordinem partium inter se non absolute, sed relatas ad assumptionem, & hæc tractatur hic quo ad partes essentiales. s. animam & corpus, & in sequenti artic. quo ad partes potentiales, s. mentem & sensum. Altera est circa ordinem inter partes & totum, scilicet animam & corpus, & naturam humanam, & hæc tractatur in artic. 5. huius q. Et in vtraque quæstione sunt variæ opiniones. Durandus namque in 3 sent. dist. 2. q. 2. negat omnem naturæ ordinem in mysterio assumptionis, tam in partibus inter se, quàm in partibus & toto relatis ad assumptionem. Scotus vero in 3. sent. dist. 2. q. 2. aliquo modo negat vtrobique ordinem naturæ, & aliquo modo affirmat. Negat siquidem vnam partem esse mediam, vt quod assumitur respectu alterius, & similiter partes esse mediũ vt quod assumitur respectu totius naturæ humanæ. Affirmat autem vnam partem esse medium, vt quo & respectu totius, & respectu alterius partis, quia anima est constitutiua & naturæ & carnis, vt sit assumptibilis. Doctrina autem Auctoris media via incendit, quoniam & concedit naturæ ordinem vtrobique, scilicet tam in partibus inter se, quàm in partibus & toto inter se, relatis semper ad Assumptionem, & partim concedit secundum naturæ ordinem medium vt ꝙ, & partim non concedit medium, vt quod, & vniuersaliter concedit medium, vt quo, in hoc assumptionis mysterio. Declaro singula præsupposita distinctione iam data, ꝙ mediante secundum naturæ ordinem, vt causa assumptionis ex parte assumpti, continuit dupliciter. Vno modo, ꝙ sic fit causa, ꝙ aliud assumatur, ꝙ ipsa causa præassumi intelligatur, quasi sic progressus quidam in his quæ assumuntur, & prius secundum naturæ ordinem assumatur anima, & deinde caro, sicut dicimus ꝙ prius generatur homo, quã risibile secundum naturæ ordinem, quamuis simul tempore, quia risibile præsupponit hominẽ, vt quod est genitum. Et hoc modo Auctor concedit partes naturæ, animam scilicet, & corpus prius assumi, ꝙ tota natura: prius tñ natura secundũ quid, hoc est secundum ordinẽ executionis, vt in 5. patebit articulo, vbi afferentur argumenta Scot. & Duran. cõtra hoc, & soluentur. Alio modo, quæ sit causa vt aliud fit assumptibile, siue vt quod, non curãdo, & hoc modo affirmat Auctor vtrobique esse medium, scilicet & iter partes inter se, & inter partes, & totũ. Et explicando distincte sententiam suam, sentit, ꝙ anima est medium vt quo tantum respectu carnis, & quòd anima est etiam medium vt quo, partialiter tamen, respectu totius, & ꝙ anima & corpus sunt mediũ, vt quæ respectu totius secundum executionis ordinem, & ꝙ totum est medium, vt quo, & vt quod respectu partium secundum intentionis ordinem.

37 3 dist. 2. q. 2. art. 1. & dist. 3. q. 5. ar. 2. ca. Et 4. cont. c. 44. Et spiritu. art. 3. ad 5.

Q. 50. ar. 2. I. f. ar. 3. & q. 33. ar. 2. Et 3. dist. 2. q. 2. ar. 3.

† In epist. ad Volusianum: Ipsa magnitudo diuinæ virtutis, animam sibi rationalem, & per eandem corpus humanũ, totumque omnino hominem in melius mutandum coaptauit.

¶ Respondeo dicendum, quòd medium dicitur respectu principij & finis. Vnde sicut principium & finis important ordinem, ita & medium. Est autem duplex ordo, vnus quidem temporis, alius autem naturæ. Secundũ autem ordinem temporis, non dicitur in mysterio incarnationis aliquid medium: quia totam humanam naturam simul sibi Verbum Dei vniuit, vt infra † patebit. Ordo autem naturæ inter aliqua potest attendi dupliciter, vno modo, secundum gradum dignitatis, sicut dicimus angelos esse medios inter homines & Deum; alio modo, secundum rationem causalitatis, sicut dicitur media causa existere inter primam causam & vltimum effectum. Et hic secundus ordo aliquo modo consequitur primum: sicut enim dicit Dion. 13. c. de diu. no. † Deus per substantias magis sibi propinquas agit in ea, quæ sunt magis remota. Sic ergo, si attendamus gradum dignitatis, ata media inuenitur inter Deũ & carnem, & secundũ hoc potest dici, ꝙ filius Dei vniuit sibi carnem mediante anima, sed & secundum ordinẽ causalitatis ipsa anima est aliqualiter cã carnis vniendæ filio Dei: non enim esset assumptibilis, nisi per ordinem quem habet ad animam rationalem, secundum quem habet ꝙ sit caro humana. Probatur: quia anima inuenitur media inter Deum, & carnem, secundum dignitatis gradum. Secunda est, ꝙ secundum ordinem causalitatis filius Dei uniuit, sibi carnem mediante anima. Probatur, anima est aliqualiter causa carnis vniendæ filio Dei. ergo est medium in causando vnionem carnis ad filium Dei. Antecedens probatur dupliciter, primo, quia caro nõ esset assumptibilis nisi per ordinem, quem habet ad animam rationalem: secundo, quia caro per ordinem ad animam rationalẽ habet, ꝙ sit caro humana: sola autem natura humana est assumptibilis, vt patet ex prius dictis.

¶ Antequam ad vlteriora progrediamur, declarandum censeo, quid sentit Auctor in hac materia, & in quo impugnatur. Scito igitur ꝙ sunt hic duæ principales difficultates. Prima est circa ordinem partium inter se non absolute, sed relatas ad assumptionem, & hæc tractatur hic quo ad partes essentiales. s. animam & corpus, & in sequenti artic. quo ad partes potentiales, s. mentem & sensum. Altera est circa ordinem inter partes & totum, scilicet animam & corpus, & naturam humanam, & hæc tractatur in artic. 5. huius q. Et in vtraque quæstione sunt variæ opiniones. Durandus namque in 3 sent. dist. 2. q. 2. negat omnem naturæ ordinem in mysterio assumptionis, tam in partibus inter se, quàm in partibus & toto relatis ad assumptionem. Scotus vero in 3. sent. dist. 2. q. 2. aliquo modo negat vtrobique ordinem naturæ, & aliquo modo affirmat. Negat siquidem vnam partem esse mediam, vt quod assumitur respectu alterius, & similiter partes esse mediũ vt quod assumitur respectu totius naturæ humanæ. Affirmat autem vnam partem esse medium, vt quo & respectu totius, & respectu alterius partis, quia anima est constitutiua & naturæ & carnis, vt sit assumptibilis. Doctrina autem Auctoris media via incendit, quoniam & concedit naturæ ordinem vtrobique, scilicet tam in partibus inter se, quàm in partibus & toto inter se, relatis semper ad Assumptionem, & partim concedit secundum naturæ ordinem medium vt ꝙ, & partim non concedit medium, vt quod, & vniuersaliter concedit medium, vt quo, in hoc assumptionis mysterio. Declaro singula præsupposita distinctione iam data, ꝙ mediante secundum naturæ ordinem, vt causa assumptionis ex parte assumpti, continuit dupliciter. Vno modo, ꝙ sic fit causa, ꝙ aliud assumatur, ꝙ ipsa causa præassumi intelligatur, quasi sic progressus quidam in his quæ assumuntur, & prius secundum naturæ ordinem assumatur anima, & deinde caro, sicut dicimus ꝙ prius generatur homo, quã risibile secundum naturæ ordinem, quamuis simul tempore, quia risibile præsupponit hominẽ, vt quod est genitum. Et hoc modo Auctor concedit partes naturæ, animam scilicet, & corpus prius assumi, ꝙ tota natura: prius tñ natura secundũ quid, hoc est secundum ordinẽ executionis, vt in 5. patebit articulo, vbi afferentur argumenta Scot. & Duran. cõtra hoc, & soluentur. Alio modo, quæ sit causa vt aliud fit assumptibile, siue vt quod, non curãdo, & hoc modo affirmat Auctor vtrobique esse medium, scilicet & iter partes inter se, & inter partes, & totũ. Et explicando distincte sententiam suam, sentit, ꝙ anima est medium vt quo tantum respectu carnis, & quòd anima est etiam medium vt quo, partialiter tamen, respectu totius, & ꝙ anima & corpus sunt mediũ, vt quæ respectu totius secundum executionis ordinem, & ꝙ totum est medium, vt quo, & vt quod respectu partium secundum intentionis ordinem.

† In epist. 3. ante medium Illius. to. 2.

Q. 33. artic. 3.

† Ca. 13. & c. 4. nõ remote a prin.

ARTICVLVS V.

Vtrum filius Dei assumpserit carnem mediante anima.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd filius Dei non assumpserit carnem mediante anima. Perfectior enim est modus, quo filius Dei vnitur humanæ naturæ & partib. eius, quàm quo est in omnib. creaturis: sed in creaturis est immediatè per essentiã, potentiam, & præsentiam. ergo multo magis filius Dei immediatè vnitur carni, & non mediante anima.

¶ 2 Præt. Anima & caro vnita sunt Dei verbo in vnitate hypostasis seu personæ: sed corpus immediatè pertinet ad personam siue hypostasim hominis, sicut & anima, quinimo magis videtur se de propinquo habere ad hypostasim corpus, quod est materia, quã anima, quæ est forma: quia principium indiuiduationis, quæ importatur in nomine hypostasis, videtur esse materia. ergo filius Dei non assumpsit carnem mediante anima.

¶ 3 Præt. Remoto medio separantur ea, quæ per medium coniunguntur: sicut remota superficie, cessaret color à corpore, qui inest corpori per superficiem: sed separata per mortem anima, adhuc remanet vnio verbi ad carnem, quod infra patebit. * ergo verbum nõ coniungitur carni mediante anima.

¶ Sed contra est, quòd Aug. dicit

ARTICVLVS I.

Vtrum filius Dei assumpserit carnem mediante anima.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd filius Dei non assumpserit carnem mediante anima. Perfectior enim est modus, quo filius Dei vnitur humanæ naturæ & partib. eius, quàm quo est in omnib. creaturis: sed in creaturis est immediatè per essentiã, potentiam, & præsentiam. ergo multo magis filius Dei immediatè vnitur carni, & non mediante anima.

¶ 2 Præt. Anima & caro vnita sunt Dei verbo in vnitate hypostasis seu personæ: sed corpus immediatè pertinet ad personam siue hypostasim hominis, sicut & anima, quinimo magis videtur se de propinquo habere ad hypostasim corpus, quod est materia, quã anima, quæ est forma: quia principium indiuiduationis, quæ importatur in nomine hypostasis, videtur esse materia. ergo filius Dei non assumpsit carnem mediante anima.

¶ 3 Præt. Remoto medio separantur ea, quæ per medium coniunguntur: sicut remota superficie, cessaret color à corpore, qui inest corpori per superficiem: sed separata per mortem anima, adhuc remanet vnio verbi ad carnem, quod infra patebit. * ergo verbum nõ coniungitur carni mediante anima.

¶ Sed contra est, quòd Aug. dicit

Universidad de Deusto
Biblioteca

animata seu humana: animata autem aut humana non est materia illa, nisi per actionem animatiuã illius: actio autem animatiua constat q̃ animam ponit in carne, quæ realiter faciendo illã in esse animato & humano, vere vt causa medio causat carnis assumptibilitatem. Præsupposita autem actione creatiua animæ, nõ exspectat alia actio, quasi aliquid superaddatur animæ, per quod fiat assumptibilis, sed statim est assumptibilis. Est igitur anima per actionem assumptiuã attingibilis abs q̃ actione media, caro autem sue materia non nisi media actione animatiua, est igitur inter carnem & animã inter se relatas ad assumptionẽ, ordo naturæ secũdũ causalitatem in re. Et quoniam ex hoc q̃ aia sic causat carnẽ assumptibilẽ, non sequitur, ergo anima prius natura assumitur: sed bene sequitur, ergo est ratio, q̃ caro assumatur, & vt in littera dicitur, non est nisi in fieri ratio: id autem quod se habet ad carnẽ vt ratio q̃ assumatur, se habet vtquo, & non oportet q̃ se habeat vt quod, iõ ex hac doctrina Auctoris non plus habeo quam q̃ anima mediat vt causa media vt qua, seu quo, ita q̃ non prius natura anima vt quod assumitur, sed prius natura anima vt quo & assumit, & simul natura vtrumq; vt quod assumitur, ita q̃ referẽdo animam & carnem inter se ad assumi vt quod, nullus est naturæ ordo, quia neutrum est alterei medium vt quod. Et si ad hoc tendebat Duran non contradico: sed quia non indicio se sic declarasse, vt Scotus fecit, ideo &c. Moueor autem ad negandum, q̃ anima est medium vt quod respectu carnis in assumptione, q̃a nulla apparet ratio quare debeat hoc concedi, quãmus enim tam anima, quàm caro sit assumpta, vt quod assumitur, partialiter tamen seu vt pars, quia anima nõ intelligitur prius assumpta, quã animet carnẽ (quod per creatiuam actionẽ sortitur ex modo suæ creationis, quia. s. creatur in corpore) nec caro prius assumitur, q̃ sit animata: ideo inter aiam & carnem vt sunt quæ assumuntur nullum video ordinem naturæ aut intellectus. sed solum, vt dictũ est, q̃ anima est causa carni vt quo, quòd assumatur.

Q.4. ar.1.

¶ Ad obiectionem autem Durandi dicitur, q̃ in assumptione est naturæ ordo ex parte assumptorum. Et cum contra hoc arguitur, quia vnitum pluribus, non inquãtum sunt plura, sed vnũ &c. negatur Minor: quoniam filius Dei assumpsit animam & corpus, vt sunt plura: q̃ assumpsit illa vt sunt duæ partes essentiales realiter distinctæ inter se. Ad probationem dicitur, q̃ aliud est concedere affirmatiuam. s. assumpsit partes vt sunt vnum, & aliud est cum dicta affirmatiua concedere etiam negatiuam. s. non assumpsit partes, vt sunt plures res. Affirmatiua namq; importat quod partes sunt assumptæ vt vnitunt in toto, & hoc est dictum, q̃ partes sunt assumptæ vt sunt in toto, negatiua autem importat, q̃ partes non sunt assumptæ secundum seipsas, sed q̃ assumptio terminatur ad totum tantum, & ad partes non nisi vt sunt in toto. Constat autem ex Doctrina sacra, filium Dei assumpsisse ita partes, in toto, q̃ tamen ad ipsas partes in seipsis terminata est assumptio: alioquin oportuisset in morte Christi fieri nouas assumptiones animæ in se, & corporis in se, quã in toto non erant. Dicito igitur, q̃ filius Dei assumpsit aiam & carnem, inquantũ sunt partes vnius naturæ, sed ex hoc nõ sequit, ergo inquantũ sunt vnũ & nõ inquantũ sunt plures: q̃a & assumpsit, inquantũ sunt vnũ in natura vnica, & inquantũ sunt in se plures res, partiales tamen.

¶ In responsione ad secundum eiusdẽ primi articuli, nota primo hanc doctrinã, q̃. s. non eodem ordine se habent partes naturæ humanæ ad personalitatẽ alienam, s. Verbi Dei, quo se haberet ad personalitatẽ propriam, s. personæ humanæ & ratio in littera reddit ex altitudine diuinæ personæ. & hæc bene retinete, & applicato, cũ discutitur Assumptionis mysterium quo ad ordinẽ assumptorum: & non fundes te super ordine eorundẽ ad propriam personalitatẽ, vt in 5. ar. tõ Scoti super hoc fundamẽto offeretur.

¶ Nota secũdo, q̃ prima verba literæ. s. corpus est vicinius personæ propriæ, anima aũt naturæ humanæ, non carent scrupulo. Quoniam etsi vera sunt secundũ cõia homini, & aliis subsistantijs sensibilibus (qm̃ in eis anima vicinior est naturæ & corpus personæ: quia anima constituit formaliter naturã, & materia individuat, personæ aũt cõstat individuum maxime appropinquare, vnde & creduntur idem oĩno quo ad rem apud multos) fm̃ tñ propria principia hominis vt oppositum, qm̃ anima intellectiua, quia est ex se subsistens, & defert secum subsistentiã, quam cõicat suppposito, ppinquior est personæ, cuius proprium est subsistere, adeo vt ipsi personæ primo cõueniat. Sed hoc nõ obstat, quia alia intellectiua in suo fieri mendicat hæcceitatem a corpore, licet occasionaliter, nec defert secum subsistentiam propriam fibi, vt quod subsistit, nisi in potentia, sed vt propriũ illius principium vt quo. Vnde licet aliquid plus propinquitatis habeat ad hypostasim, quàm aliæ animæ, quia ex proprio ordine defert, vt quo tamen, actum subsistendi, non tamen propinquior est, quam corpus, quod ipsam animam & suum essendi actum individuat. Stant ergo solida verba literæ.

38 Locis supra. art. 1. notat.

¶ In responsione ad tertium eiusdem arti. clare habes, quo pacto apud Auctorem intelligitur animam mediare in assumptione carnis, scilicet, cum tribus conditionibus. Prima est secundum aptitudinem, quia scilicet, reddit carnem aptam ad assumi, faciendo ipsam animatam & humanam. Secunda est secundũ congruitatem, quia hæc aptitudo non est necessitatis, sed congruitatis: nam & Deus posset sine illa assumere carnem, & caro sic apta non necessitat ad assumptionem: sed ex hoc ipso, quod caro est humana, est habilis de congruo, vt assumatur, hoc est, assumptibilis est de congruo. Tertia est in fieri, quia conditio ista, quã caro est de congruo assumptibilis, non mediat in facto esse, sed in fieri tãtum. Et propterea cessante tali conditione actualiter (vt de facto cessauit in morte Christi, quia caro Christi in triduo non erat animata, nec etiam caro, nisi æquiuoce) non propterea definit vnio assumptæ carnis ad diuinam hypostasim, quam oportuisset desinere, si anima esset medium in facto esse, sicut quia est medium in fieri, ideo in principio assumptionis caro non nisi animata ac humana assumitur. Et hinc habes, q̃ caro ipsa in se terminat assumptiuam actionem, & non solum vt animata & vt humana, licet non attingeret eam, nisi esset animata aut humana, sicut aliquis accipit in vxorem mulierem pulchram, secundum seipsam mulierem licet non acciperet eam nisi esset in principio, cum eam accipit pulchra, vt in littera dicitur. Et propterea in morte Christi desinente humanitate per mortem, non de nouo Verbum Dei assumpsit animam & corpus, sed quæ in principio facta est assumptio & determinata ad totum, & partes etiam secundum se non desijt terminari ad partes deficiente toto: quoniam nec ipsum totum est medium in assumptione, nisi in fieri secundum ordinem intentionis, vt infra patebit.

ARTICVLVS II.

Vtrum Dei filius assumpserit animam mediante spiritu, siue mente.

AD secundum sic proceditur. Videtur, q̃ filius Dei non assumpserit animam mediante spiritu. Idẽ enim non cadit medium inter seipsum & aliquid aliud: sed spiritus siue mens non est aliud in essentia ab ipsa anima, vt in prima parte habitum est.* ergo filius Dei non assumpsit animam mediante spiritu siue mente.

p.p. q.77. a.1. ad 1.

¶ 2 Præterea. Illud, quo mediante facta est assumptio, videtur esse magis assumptibile: sed spiritus siue mens non est magis assumptibilis, quàm anima, quod patet ex hoc, quòd spiritus angelici non sunt assumptibiles, vt supra dictum est. * ergo videtur quòd filius Dei non assumpserit animã mediante spiritu.

Q.4. ar.1.

¶ 3 Præt. Posterius assumitur à primo mediante priori: sed anima nominat ipsam essentiam, quæ est prior naturaliter, quàm ipsa potentia eius quæ est mens. ergo videtur, quòd filius Dei non assumpserit animam mediãte spiritu siue mente.

¶ Sed contra est, quòd Augustinus dicit in lib. de Agone Christiano. † Inuisibilis & incommutabilis veritas, per spiritum animam, & per animam corpus accepit.

*Ex c.18. 19. 20. & 21 colligitur c.3.

Ar. præce.

¶ RESPON. Dicendum, quòd sicut dictum est, * filius Dei dicitur assumpsisse carnem: anima mediante, tum propter ordinem dignitatis, tum etiam propter congruitatem assumptionis. Vtrumque autem horum inuenitur, si comparemus intellectum, qui spiritus dicitur, ad cæteras animæ partes: non enim anima est assumptibilis secundum congruitatem, nisi per hoc, quòd est capax Dei ad imaginem eius existens quod est secundum mentem, quæ spiritus dicitur, secundum illud Ephe. 4. Renouamini spiritu mẽtis vestræ. Similiter etiam intellectus inter cæteras partes animæ, est superior, & dignior, & Deo similior. & ideo, vt Damasc. dicit in 3. lib. * vnitum est carni per medium intellectũ, verbũ Dei. intellectus enim est quod est animæ purissimum, sed & Deus est intellectus.

D.131.

p.q. 64. a.2.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd & si intellectus non sit aliud ab anima secundum essentiam: distinguitur tamen ab aliis partibus animæ secundum rationem potentiæ, & secundum hoc competit sibi ratio medij.

¶ AD SECVNDVM dicendum, quòd spiritui angelico non deest congruitas ad assumptionem, propter defectum dignitatis: sed propter d irreparabilitatem casus, quod non potest dici de spiritu humano, vt patet ex his, quæ in prima parte * dicta sunt.

¶ Ad tertium dicendum, quòd anima (inter quam & Dei verbum ponitur medium intellectus) non accipitur pro essentia animæ, quæ est omnibus potentiis communis: sed pro potentiis inferioribus, quæ sunt omni animæ communes.

intelligatur mens seu pars intellectiua, locus relinquitur argumentis & responsionibus.

¶ In corpore articuli vnica est cõclusio responsiua quæsito affirmatiue. Filius Dei assumpsit animã mediãte spiritu. Probatur dupliciter. Primo ratione, assumpsit cæteras partes animæ mediante intellectu, tam secundum ordinem dignitatis, quam secundũ ordinem ad congruã assumptionis. ergo assumpsit animam mediãte spiritu. Antecedens pro prima parte probatur: quia intellectus est dignior. Pro secunda: quia anima nõ est assumptibilis nisi per illud, quo est ad imaginem Dei. Cõsequentia probatur ex præcedenti articulo ex simili ratione. Secũdo, probatur conclusio auctoritate Damasc.

¶ Aduerte hic duo: primo, quòd hic est cõparatio partium potentiæ inm. s. partis superioris, quæ uocatur spiritus, siue mens, siue intellectus: & partis inferioris quæ est pars sensitiua, & vegetatiua, quæ vocatur anima. & quoniam omnes istæ partes sunt assumptæ a verbo, & distinguuntur etiam genere inter se & ordine quodam se habent ad Verbũ, tum quo ad dignitatem, tum quo ad assumptibilitatẽ: quia pars sensitiua, non est assumptibilis, nisi quia coniuncta est intellectiuæ, sicut nec caro, nisi quia est pars hominis; ideo Augu. dixit, & Auctor declarauit, quòd assumpsit animam, idest, partem sensitiuam mediante spiritu, idest parte intellectiua. Et scito q̃ si consideretur istæ duæ partes, non secundum quòd vniuntur in vna substãtia animæ (qa sensitiuum est in intellectiuo, vt trigonum in tetragono, vt dicitur in 2. de Anima) sed quid aliud: sed spiritus siue mens non est aliud in essentia ab ipsa anima, vt in prima parte habitum est.* ergo filius Dei non assumpsit animam mediante spiritu siue mente.

¶ 2 Præterea. Illud, quo mediante facta est assumptio, videtur esse magis assumptibile: sed spiritus siue mẽs non est magis assumptibilis, quàm anima, quod patet ex hoc, quòd spiritus angelici non sunt assumptibiles, vt supra dictum est. * ergo videtur quòd filius Dei non assumpserit animã mediante spiritu.

¶ 3 Præt. Posterius assumitur à primo mediante priori: sed anima nominat ipsam essentiam, quæ est prior naturaliter, quàm ipsa potentia eius quæ est mens. ergo videtur, quòd filius Dei non assumpserit animam mediãte spiritu siue mente.

¶ Sed contra est, quòd Augustinus dicit in lib. de Agone Christiano. † Inuisibilis & incommutabilis veritas, per spiritum animam, & per animam corpus accepit.

¶ RESPON. Dicendum, quòd sicut dictum est, * filius Dei dicitur assumpsisse carnem: anima mediante, tum propter ordinem dignitatis, tum etiam propter congruitatem assumptionis. Vtrumque autem horum inuenitur, si comparemus intellectum, qui spiritus dicitur, ad cæteras animæ partes: non enim anima est assumptibilis secundum congruitatem, nisi per hoc, quòd est capax Dei ad imaginem eius existens quod est secundum mentem, quæ spiritus dicitur, secundum illud Ephe. 4. Renouamini spiritu mẽtis vestræ. Similiter etiam intellectus inter cæteras partes animæ, est superior, & dignior, & Deo similior. & ideo, vt Damasc. dicit in 3. lib. * vnitum est carni per medium intellectũ, verbũ Dei. intellectus enim est quod est animæ purissimum, sed & Deus est intellectus.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd & si intellectus non sit aliud ab anima secundum essentiam: distinguitur tamen ab aliis partibus animæ secundum rationem potentiæ, & secundum hoc competit sibi ratio medij.

¶ AD SECVNDVM dicendum, quòd spiritui angelico non deest congruitas ad assumptionem, propter defectum dignitatis: sed propter d irreparabilitatem casus, quod non potest dici de spiritu humano, vt patet ex his, quæ in prima parte * dicta sunt.

¶ Ad tertium dicendum, quòd anima (inter quam & Dei verbum ponitur medium intellectus) non accipitur pro essentia animæ, quæ est omnibus potentiis communis: sed pro potentiis inferioribus, quæ sunt omni animæ communes.

ARTICVLVS III.

Vtrum anima à Dei filio prius fuerit assumpta, quàm caro.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd anima Christi fuerit prius assumpta à Verbo quàm caro. Filius enim Dei assumpsit carnem mediante anima, vt dictum est: * sed prius peruenitur ad medium, quàm ad extremum. ergo filius Dei assumpsit prius animam quam corpus.

¶ 2 Præt. Anima Christi est dignior angelis, secundum illud Psalm. 96. Adorate eum omnes angeli eius: sed angeli creati sunt à principio, vt in primo habitum est. † ergo & anima Christi, quæ non fuit ante creata, quàm assumpta: dicit enim Damasc. in 3. lib.* quòd nunquàm neque anima, neque corpus Christi propriam habuerunt hypostasim. ergo videtur quòd anima fuerit ante assumpta, quàm caro, quæ est concepta in utero Virginis.

¶ 3 Præt. Ioan. 1. dicitur, Vidimus eum plenum gratiæ & veritatis: & postea subditur, quòd de plenitudine eius nos omnes accepimus, idest, omnes fideles quocunque tempore, vt Chrysosto. exponit * Hoc autem nõ esset nisi anima Christi habuisset plenitudinem gratiæ & veritatis ante omnes sanctos, qui fuerunt ab origine mundi: quia causa non est posterior causato. Cum igitur plenitudo gratiæ & veritatis fuerit in anima Christi ex vnione ad uerbum, secundum illud quod ibidem dicitur, Vidimus gloriam eius quasi vnigeniti à Patre, plenum gratiæ & veritatis, consequens videtur, quòd à principio mundi anima Christi fuerit à Verbo Dei assumpta.

¶ SED CONTRA est, quod Dama. dicit in 4. lib. Non, vt quidam mentiuntur, ante eam, quæ est ex Virgine incarnationẽ, intellectus est vnitus Deo verbo, & ex tunc uocatus est Christus.

¶ RESPON. Dicendum, quòd Origenes posuit in suo * periarchon, omnes animas à principio fuisse creatas, inter quas etiam posuit animam Christi creatam. Sed hoc quidem est inconueniens, si ponatur quòd fuerit tunc creata, sed non statim Verbo vnita: quia sequeretur quòd anima illa aliquando habuisset propriam subsistentiam fine Verbo: & sic cum fuisset à Verbo assumpta, vel non esset facta vnio secundum subsistentiam, vel corrupta fuisset subsistẽtia animæ præexistens. Similiter etiã est inconueniens, si ponatur q̃ anima illa fuerit à principio verbo vnita, & postmodũ in utero Virginis incarnata, quia sic eius anima videretur esse non eiusdem naturæ cum nostris: quæ simul creantur, abstrahendo ab illo vel alio modo coniunctionis, & considereretur ipsæ partes diuersæ, & quod coniunctę sunt in hominẽ non curando de modo, quo sunt coniunctæ, simile est iudicium de illa propositione. Assumpsit carnẽ mediante anima, & assumpsit animam mediante spiritu. Et propterea Aug. super vtramq; protulit. & in littera similis dicit veritas quæ mediatio saluantur enim vtroque & gradus dignitatis, & causa & causatum, dum pars intellectiua ex hoc, quod coniungitur parti sensitiuæ, perficit illam, & est illi ratio quod sic assumptibilis. Quocirca non requiras hic causalitatem, sicut pars essentialis, quæ est forma, est causa alterius constitutiua, sed proportionaliter causalitatẽ, sicut pars potentialis formaliter & superioris ordinis est causa partis inferioris. oportet enim proportionaliter inquirere & intelligere causalitatem, sicut proportionaliter sunt partes, quæ dicuntur partes essentiales, & quæ dicuntur partes potentiales.

p.p. q.77. a.1. ad 1.

Q.4. ar.1.

*Ex c.18. 19. 20. & 21 colligitur c.3.

Ar. præce.

D.131.

p.q. 64. a.2.

*Lib.3. ortho. fid. c. 6. ante me dium.

39 Inf. ar.4. & q.33. arti. 1.2. & 3. & q.35.a.4. Et 3.di. 2. q. 2. & 3. Et di.3.q. 5.ar.2. Et mul vtramq; protulit. & in littera similis dicit veritas quæ mediatio saluantur enim vtroque & gradus dignitatis, & causa & causatum, dum pars intellectiua ex hoc, quod coniungitur parti sensitiuæ, perficit illam, & est illi ratio quod sic assumptibilis Quocirca non requiras hic causalitatem, sicut pars essentialis, quæ est forma, est causa alterius constitutiua, sed proportionaliter causalitatẽ, sicut pars potentialis formaliter & superioris ordinis est causa partis inferioris. oportet enim proportionaliter inquirere & intelligere causalitatem, sicut proportionaliter sunt partes, quæ dicuntur partes essentiales, & quæ dicuntur partes potentiales. 4. contr.c. 33.44 & 45. Art.1.huius q æst.

*Hom.13. in Io. aliquanto a prin. to 3.

¶ *Super quæstionis sextæ, Articulum tertium*

*Lib.4.c.6. in prin.

INtitulo ly prius sumitur fm̃ tempus ita q̃ quæstio est de priori tempore, & occasio huius est positio Origenis.

¶ In corpore articuli sunt tria, primo ponitur positio Origenis, secundo reprobatur in uno sensu: tertio reprobatur in alio sensu. Distinctio partium clara est in littera. Quo ad primũ notito Orig referitur quo ad duo. s. & quo ad animas omnium hominum, & quo ad animã Christi, scilicet q̃ omnes fuerunt

*Lib.1.c.7. & 8.to.4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

fuerunt a principio simul creatæ: de qua Origenis positione vide, si uis, in 2 contra Gent. c.83. quoniam hic non tractatur, nisi quo ad animam Christi in ordine ad assumptionem. Quo ad secundum, quia dupliciter poni potest, animam Christi ab initio mundi creatam fuisse, vel creatam, & non simul assumptâ a filio Dei, vel tunc creatã, & simul assumptâ a filio Dei, sed posteà in utero Virginis carni vnitã, ideo in littera vterque modus excluditur.

¶ Et contra primum ponitur conclusio hæc. Inconueniens est animã Christi ab initio creatã esse, & non simul assumptam, probatur ducendo ad inconueniens, quia sic fuisset aliquando per se subsistens, & vel corrupta fuisset illius subsistentia in assumptione, quod est inconueniens, vel remansisset, quod est impossibile, quia non fuisset vnio secundum subsistentiam.

¶ Vbi nota primo, quod Auctor loquitur hic de subsistentia tanquam si loqueretur de personalitate: quia anima separata differt a persona solum per hoc, quod est incompletæ speciei, quia non est species, sed pars speciei. Quia enim eadem est ratio de personalitate & subsistentia quo ad assumi, & non assumi (quia, cuicunque eadem ratione repugnat) ideo eadem vtitur ratione Auctor contra subsistentiam animæ separatæ, qua usus est superius contra personalitatem subsistentiæ separatæ, quæ est angelus. Nam sicut implicat personam assumi in vnitatem personalem alterius personæ, quia pertineret ad esse personale assumentis personæ, quia assumpta esset, & non pertineret ad esse personale assumentis personæ, quia esset secundum se in persona alia, ita implicat subsistentem animã assumi ad aliud subsistens, quia simul per se separatim existeret, & non per se separatim existeret. Ex eo namque, quod ponitur subsistens secundum se, ponitur per se separatim existere, nam hoc ipsum significat subsistere secundum se, & ex eo quòd ponitur assumi ad alterius subsistentiam, ponitur quòd non per se, sed per illud aliud subsistat? alioquin ad illius alterius subsistentiam non esset tracta.

¶ Nota secundo, quòd subsistentiam animæ præexistentem corrumpi, potest intelligi dupliciter, primo quo ad actum subsistendi, qui nihil aliud est quàm actus essendi ipsius animæ, vt est ipsius solius, hoc est vt est eius vt quod est, & hoc modo videntur thomistæ, iuxta superius recitata, de personalitate intelligere hunc locum. Alio modo, non solum quo ad actum subsistendi, sed quo ad id, quod subiicitur actui subsistendi, ita vt corrupto subiecto actus, ex consequenti sequatur corruptio actus, & hoc modo intelligendus videtur hic textus, conformiter ad prædeterminata de personalitate. Imaginandum est enim quòd anima separata est semipersona, & non solum seminatura: nam vnita carni est seminatura, cum sit pars essentialis humanæ naturæ: sed non subsistit per seipsam vt quod, sed per hypostasim, cui vt anima, vt ratio subsistendi ex proprio genere, scilicet immateriali ordine debet actum essendi & subsistendi: sed statim vt separata est a corpore, ex hoc ipso, quo constituitur in esse separato, constituitur in quadam totalitate & completione, vt. s. sit quod subsistit, in adæquate tamen ad suum esse in quo natum est etiam corpus, & totus homo subsistere. Iam enim dictum est, quòd separatio dat quandam totalitatem & completionem, & ideo statim separata anima est semipersona, ac per hoc proprio termino terminatur, quæ in corpore existens terminabatur termino totius hominis. Et ideo sicut si assumeretur præexistens angelus, eorum peretur primo terminatio naturæ angelicæ, quæ est illius personalitas, ita si assumeretur anima prius separatim existens eorum peretur ipsius terminatio, qua constituitur in esse quod est & semipersonæ & subsistentis. Sed si anima assumitur non præexistens separata (sicut etiam vnitur de facto corpori non præexistens separata) tunc solum vt seminatura assumitur & vnitur: quia non adhuc terminata intelligitur proprio termino, quem in sui a corpore, & ab hypostasi separatione nata est habere. Notanter autem dico, non solum a corpore, sed ab hypostasi, quia si anima separaretur a corpore, & non ab hypostasi (quod in solo Christo accidit in triduo) tunc non nisi vt seminatura separata a tota natura, quæ desineret, remaneret subsistens, non per se, sed per hypostasim alienam, puta, filii Dei, cui semper est unita.

¶ Sed insurgit tũc quæstio, an in cõmuni resurrectione anima separata huius, vel illius reuersa ad corpus retineat suam propriam terminationem, an perdat illam, & terminetur personalitate totius.

¶ Ad hoc dicitur, quòd quia ali terse habet anima rationalis in sui principio, cum in corpore sit, & aliter cum ad corpus, per resurrectionem redit, quæ ex hoc habetur, quòd anima in sui principio indiuiduatur ex corpore, quãuis occasionaliter: in resurrectione autẽ anima indiuiduat potius corpus, quàm indiuiduetur ex ipso, vt patet in his in quibus diuina uirtute materia corporis supplebitur, puta, qui totaliter per multas generationes & generationes ex solis carnibus humanis nutriti sunt. Sicut ergo indiuiduationem semel in corpore adeptam nunquàm deserit anima rationalis, sed ex illa indiuiduat, si opus est, corpus (ita ut idem numero sit resurgẽs homo, qui prius fuit) ita rationabile est, ut ad propriã terminationem aliter se habeat in corpore, & extra, ac in reditu. Nam non acquirit illam in corpore, constituendo naturam, sicut acquirit indiuiduationem: sed acquirit illam in corpore constituendo personam, hoc est, si ad hoc perueniat, quòd sit principium constitutiuum propriæ personæ, & non solum propriæ naturæ, & ideo in Christo non acquisiuit proprium terminum, quia non constituit propriã personam: sed nec constituendo propriam personam, videtur acquirere illum consumate, sed medio modo inter actum & potentiam: quoniam ali quo modo est, quod subsistit & operatur, & aliquo modo non. Sed in separatione a corpore & corruptione hypostasis, quæ simul in aliis a Christo hominibus sunt, anima proprium terminum consumate acquirit, quem semel adeptum retinebit etiam in reditu ad corpus, & it statu perfectiori possessura illum reunita corpori, quàm si separata esset, eo quòd tunc erit in naturalissimo suo esse. Vt sic differentia quo ad propriam terminationem inter animam in sui principio, & in resurrectione sit, quod in sui principio deforis venit, vt quo etiam quo ad personalitatem, & ideo impediri contingit illam & a propria & totius personalitate, vt patet in mysterio assumptionis: in regressu autem venit, vt quod est, licet partialiter. Et ideo sicut indiuiduat & communicat suum esse homini, & glorificat illum in Sanctis, ita subsistentiam, terminationem, semique personalitatem, ad perfectionem humanæ subsistentiæ & personalitatis adducit.

¶ Quo ad tertium refutatur Origenis positio intellecta secundo modo (scilicet quòd anima illa in sui creatione ab initio fuerit vnita, & postmodum in utero Virginis incarnata) primo deducendo ad inconueniens, quòd scilicet anima Christi non videret esse eiusdẽ naturæ cũ nostris: secũdo auctoritate Leonis.

¶ Circa rationem hanc dubium ex duplici capite occurrit. Primo, quantum valeat sin pliciter: nam ex hoc, quòd homo vel bos creatur ante omnia sæcula, vel post, non variatur natura eius: sed mensura secundum durationem. nihil ergo videtur ualere ratio inferens alietatem naturæ ex prioritate secundum durationem productionis. Secundo, quantum ualeat ad hominem: quia Origenes ponebat non solum Christi, sed omnium hominũ animas ab initio creatas unde magis, si ratio ualet, sequitur quòd anima Christi sit eiusdem naturæ cum nostris, ex quo simul ab initio omnes creatæ ponuntur.

¶ Ad hoc dicitur, quod ratio non est ad hominem, sed simpliciter: & ideo non oportet ipsam saluare ad hominem, sed simpliciter. Fundatur autem ratio super hoc, quod naturalis modus productionis alicuius, diuersus penes hoc, quod est produci in corpore, uel extra, & ante corpus, monstrat diuersitatẽ naturæ rei productæ. Nec eget multa probatione hæc propositio, sed est quasi per se notas quoniam

Inf. q. 68 a. 1. ad 3. Et 3. dist. 14. ar. 1. q. 2. ad 2. ad 3. ve. sq. ar. 4. ad 3

*Est epist. 11. ad Iulia. episco. Coeniens non multum ante finem.

*Ar. 1. huius quæst.

*Ad Iuli. episc. non multũ ante fi. illius & est epi. 11.

Locis sup. art. 3. citatis.

*ca. 18. in prin. to. 3.

In ar. præcedẽ. in fi. corp.

quoniam si res aliquæ sic se habent, quod ex naturis suis vendicant sibi tam diuersos modos suæ naturalis productionis non nisi ex vniuersitate formali rerum, quæ producuntur, procedunt, puta, quia vna naturaliter est in corpore, & alia non, & propterea vna naturaliter exigit fieri in corpore, & alia ante corpus, vna naturaliter est forma corporis, & ideo fit in corpore: alia non est naturaliter forma corporis, & ideo fit extra, & ante corpus. Vnde supponit hæc ratio animas nostras secundum suum naturalem modum fiendi, creando infundi, & infundẽdo creari, quia sunt naturaliter formæ corporum, & ex hac suppositione arguit, quòd anima Christi non fuit ab initio creata, & assumpta. Supponit etiam, quòd in prima cõstitutione vniuersi non attenditur, (vt Augustin. docuit) quid Deus potuerit facere, sed quid naturæ rerum, earumque ordo exigat.

¶ In responsione ad tertiũ eiusdem articuli, nota bene resolutionem claram, vnde fides Christi est iustificatiua, s. ex proposito diuinæ gratiæ, iuxta euidentem auctoritatem Apost. ad Rom. 4.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum caro Christi fuerit prius à verbo assumpta, quàm animæ vnita.

ADQuartum sic proceditur. Videtur, quod caro Christi fuerit prius à verbo assumpta, quàm animæ vnita. Dicit. n. Aug. in li. de fide* ad Pet. Firmissimè tene, & nullatenus dubites, non carnem Christi sine diuinitate cõceptam in utero virginis, priusquam susciperetur à verbo: sed caro Christi videtur prius fuisse concepta quã animæ rationali vnita, quia materia, vel dispositio prior est in via generationis, quàm forma completiua. Ergo prius fuit caro Christi assumpta, quàm animæ vnita.

¶ 2 Præterea. Sicut anima est pars naturæ humanæ, ita & corpus: sed anima humana non habuit aliud principium sui esse in Christo, quàm in aliis hominibus, vt patet ex auctoritate Leonis Papæ supra inducta. * Ergo videtur quòd nec corpus Christi aliter habuerit principium essendi, quàm in nobis: sed in nobis ante concipitur caro, quàm adueniat anima rationalis. ergo etiam ita fuit in Christo, & sic caro prius fuit à verbo assumpta, quàm animæ vnita.

¶ Super quæstionis sextæ. Art. IIII.

TItulus de proprietate temporis intelligitur. Et est ratio quoniam quia in conceptione aliorum hominum inuenitur prius tempore caro, quàm adueniat anima rationalis: quia prius viuit vita plãtæ, deinde vita sensus, & postremo animatur anima rationali. Et constat, quod Filius Dei assumpsit carnem ab initio conceptionis sui corporis.

¶ In corpore vna est conclusio responsiua quæsito negatiue. Caro Christi non prius assumpta est a verbo, quàm animæ vnita. Probatur dupliciter, primo sic. Caro humana non est assumptibilis antequàm sit propria materia animæ rationalis & humanæ, ergo non est prius assumpta, quàm animæ rationali vnita. Antecedens habet duas partes, quæ in idem redeunt, nec differunt, nisi sicut expressum in communi & proprio vocabulo, quoniam materia propria animæ rationalis & caro humana idem sunt: sed differunt, quia vt materia propria sonat id, quod commune est omnibus naturis propriis, vt caro humana specificat id, quod est in ordine ad animam rationalem. Ex vtraque ergo parte probatur in litera consequentia. Primo, ex proprietate materiæ, quia materia simul dum recipit formam, fit propria illius formæ, quod probatur, tum, quia materia non prius habet ordinem ad formam vt propriam formam, quàm habeat ipsam formam, tum, quia simul terminatur generatio & alteratio præuia. Ex secunda vero parte, quia caro non est humana ante aduentum animæ rationalis. Antecedens vero pro secunda parte relinquitur per se notum: pro prima vero parte probatur, quia caro humana non est assumptibilis, nisi per ordinem, quem habet ad animam rationalem, vt propriam formam. Secundo probatur conclusio ex proportionali adiuncta huic rationi similitudine de anima, sicut anima rationalis non prius assumpta, quàm vnita carni, ita nec caro prius assumpta quàm vnita animæ rationali. Et vtrobiq; ratio proportionaliter est: quia id contra naturam animæ, hoc contra naturam carnis humanæ.

¶ Circa hunc processum, vnum dubium occurrit, quia videtur quod materia propria formæ sit ante aduentum formæ: quoniam materia non est propria nisi propter dispositiones ad talem formã, materia autem plene disposita est immediate ante instans introductionis formæ. prius igitur tempore est materia propriæ animæ rationalis, & vniuersaliter formæ, quam adsit ipsa forma. Præterea, minus est materia propria animę rationalis, & minus habet ordinem ad ipsam caro mortua, quàm caro immediate ante instans introductionis animæ rationalis, quoniam ista naturaliter necessitat ad formã, illa naturaliter magis, ac magis recedit a forma excluse: sed caro Christi mortua habet ordinem ad animam Christi, propter quem remanet assumpta, vt propria materia illius. igitur & caro in ultima dispositione habẽt illum ordiné, & est propria materia animæ rationalis.

*In prop. 1. habetur hic liber inter ope. Arist. to. 3.

*Li. 3. orthodo. fid. ca. 2

¶ Ad primum dicitur, quòd propria materia alicuius formæ dupliciter dicitur, scilicet in fieri tãtum, vel in facto esse. In proposito autẽ sermo est de materia propria in facto esse: obiecto autem procedit de materia propria in fieri.

¶ Ad secundum conceditur, quod secundum naturæ ordinem caro ultimo disposita habẽt magis rationẽ propriæ materię, quã caro mortua, sed in ordine ad resurrectionem, quæ sola diuina potest potentia fieri, caro mortua habet magis materiæ propriæ rationem: quia ista iam in facto esse fuit propria materia illius animæ, & dedit huic animæ indiuiduationem, & reuinienda est illi ad reconstituendum eundem numero hominem. Vnde in æquinoco laborãmus, quoniam aliter sumitur propria materia in generatione, vbi naturæ ordo attenditur, & aliter in resurrectione, vbi diuinus ordo considerator: quia tamen apud theologum vtraque dicitur propria materia, ideo caute Auctor in litera non dixit, hunc ordinem non haberi nisi præsente anima rationali corpori, sed dixit non haberi antequam anima deueniat: cum hoc enim stat, quòd habeat etiam post mortem, ex quo iam semel anima affuit corpori: cum primo autem dicto non staret, quòd haberetur post mortem propria materia.

¶ In responsione ad secundum eiusdem articuli, vide rationem naturalem, quare non arguit diuersitatem naturæ auferre a Christo naturalem modum producendi carnem, & argueret diuersitatem naturæ, si anima producta esset ante corpus: quia, scilicet in carnis productione varietas esset penes antecedentia tantum, in animæ vero productione, varietas ponitur in ipsis constitutiuis intrinsecis. Et ratio assignatur, quia materia nata est esse ante formam, & disponi ad illam: forma autem non est nata esse ante materiam: hanc tamen rationem intelligito pro ratione conuenientiæ, quare scilicet conuenientes fuit carnem Christi non naturaliter, hoc est aliorum hominum more fieri per dispositiones præuias, sed miraculose statim concipi perfectam: animam vero conueniens fuit non miraculose ante corpus, sed naturaliter, hoc est secundum aliarum curfum fieri, scilicet creando infundi, & infundendo creari: quoniam vt ex antedictis patet, diuersus modus producendi animam, scilicet in corpore vel extra & ante corpus, in diuersitatem naturæ non redundaret, si miraculose aliqua anima fieret extra & ante corpus, sed si naturaliter fieret extra & ante corpus, quod scilicet naturaliter factum fuisse oportet ponere illos, qui in constitutione mundi sic factũ putant, vt prædictũ est.

¶ In responsione ad tertium distingue & ordina nouitie, vnã & eandem carnem secundum diuersa prædicata substantialia, præponendo magis commune minus cõmuni (Verbi gratia, secundũ quod est corpus, secundum quod animatum &c.) & per species, quod caro prius natura attingitur a verbo effectiue per essentiam,

Universidad de Deusto
Biblioteca

potentiam,& prę sentiam,quam terminatiue per unionem personalem,quia prius natura est quoddam ens,puta corpus,quàm animata.Sed prius natura est animata,quam vnita verbo personaliter:tum,quia constituitur in esse assumptibili per esse animatum: tum,quia caro constituitur in natura rationali per esse animatum anima rationali.

Constat autem, ꝙ non est assumptibilis nisi vt pars naturę rationalis: non solum ex parte sui, sed etiam ex parte personæ, quæ significat non quamlibet hypostasim,sed hypostasim naturæ rationalis.

¶ *Super quæstionis sextæ, Articu.quintum.*

TItulus articuli intelligendus est ut sonat.

¶ In corpore articuli duo fiunt: primo declaratur, quomodo intelligitur ly mediante, in mysterio assumptionis Secundo, respondet quæsito una conclusione. Quo ad primũ dicit unam propositionem multarũ partium, scilicet in mysterio assumptionis medium intelligitur non tẽporis, sed naturę ex parte agentis & simpliciter. Vbi quatuor conditiones medii in hoc mysterio ponuntur.

¶ Prima est, ꝙ non est medium secundum tempus, quæ probatur, quia simul tempore omnia assumpta sunt.

¶ Secunda, quòd est medium secundum ordinem naturæ. Et hæc ex dictis supponitur.

¶ Tertia est, ꝙ est ibi talis ordo naturæ.ſ.ex parte agentis. Et hæc declaratur,quia in cõi ordo naturæ,quo aliquid est prius, & aliquid posterius in natura,dupliciter inuenitur,vel ex parte agentis,uel ex parte materiæ.Et redditur ratio,quare ſm has duas cas inuenitur,quia sunt causæ præexistentes ante effectum: agens.n. & materia præexistunt,formam autem oportet non præexistere, & similiter finem generationis,cum coincidat cum forma: in spãli autem hoc est in assumptionis mysterio,quia tota ratio facti est potentia facientis.

¶ Quarta conditio est,ly simpliciter,ad definiendum ꝙ mediũ simpliciter in hoc mysterio attenditur ſm ordinem naturæ ex parte agentis non quẽcumq; quia non ſm quid,sed simpliciter:est siquidẽ duplex naturæ ordo ex parte agentis,uel ſm ordinem intẽtionis,vel secundum ordinem executionis.Et differunt hi ordines inter se in hoc,ꝙ illud,quod est prius secundum intentionem, est prius simpliciter, quod vero est prius secundum executionem est prius secundum quid Et ratio est,quia intentio prior est simpliciter executione,ut patet. Quo ad secundum conclusio respõsiua quæsito est ista. Verbum Dei assumpsit partes humanæ naturæ, mediante toto. Probatur dupliciter:primo,quia secundum ordinẽ naturæ ex parte intentionis agentis prius est completum,quam incompletum,& consequenter prius est totum,quam partes, secundo ,ex proportionalitate, sicut assumpsit corpus mediante anima (quia assumpsit corpus propter ordinem, quem ad animam habet) ita assumpsit partes, mediante toto , quia assumpsit animam & corpus propter ordinem , quem habent ad humanam naturam.

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ caro humana sortitur esse per animam. Et iõ ante aduentum animæ non est caro humana, sed potest esse dispositio ad carnem humanam. Inconceptione tamen Christi, Spiritus sanctus qui est agens infinitæ virtutis, simul & materiam disposuit, & ad perfectum perduxit.

¶ Ad secundum dicendum, quòd forma actu dat speciem : materia autem quantum est de se, est in potentia ad speciem . Et ideo contra rationem formæ esset quòd præexisteret naturæ speciei,quæ perficitur per unionẽ eius ad materiam:non autem est contra naturam materiæ , ꝙ præexistat naturæ speciei. Et ideo dissimilitudo, quæ est inter originem nostram & originem Christi secundum hoc: ꝙ caro nostra prius concipitur,quã animetur nõ autẽ caro Christi, est secundum illud quod præcedit naturæ complementum,sicut & ꝙ nos concipimur ex semine uiri, non autem Christus. Sed differentia, quæ esset quantum ad originem animæ, redundaret in diuersitatem naturæ .

¶ Ad tertium dicendum , quòd verbum Dei per prius intelligitur unitum carni , quam anima per modum communem , quo est in cæteris creaturis, per essentiam,potentiam,& præsentiã. Prius tamen dico,non tempore, sed natura : prius enim intelligitur caro ut quoddam ens,quod à verbo habet, quã ut animata,quod habet ab anima: sed vnione personali prius secundum intellectum oportet ꝙ caro uniatur animæ, quàm verbo : quia ex vnione ad animam,habet quòd sit unibilis verbo in persona:præsertim , quia persona non

¶ Sed occurrunt hic literalia multa inquirẽda. Primo, cur existente naturæ ordine secundum quodlibet genus causæ, ordinem naturæ duobus eorum appropriat ?

¶ Secundo,cur ordinem naturæ ex parte materiæ in hoc mysterio Auctor pertransiuit , cum prius natura ex parte causæ materialis corpus Christi fuerit conceptum , quàm anima ? patiens enim præsupponitur actui,qui in eo fit .

¶ Tertio , cur Auctor in hoc mysterio, de medio secundum naturę ordinẽ ex parte agentis secundum ordinem operationis respõdẽdo tacuit, cum tamen in responsione ad primum, postmodum de illo tractet.

¶ Ad primũ dicitur , quod quia ordo naturæ secundum genus causæ formalis,& finalis reducitur ad ordinem naturæ secundum genus causæ agentis, tamquam in quo clarius relucet, quoniam secũdum ordinem agẽtium ordinantur, & fines generationum,& formæ genitorum,& res naturæ priores secundum ordinẽ finis: aut formæ in his, quæ sunt sunt posteriores in esse, quoniã & formæ, & finis quanto ultra ordinem, tanto prior, quia perfectior. Res vero , ut sunt in materiæ transmutatione, q̃ in intentione aut executione agentis priores , sunt etiam priores secũdum esse aliquod reale,scilicet,vel secundum ipsam intentionem eorum, sicut domus est in intentione artificis, vel secundum quòd, saltem in inchoata transmutatione sunt : sicut alteratio est prior generatione, vel secundum se,vt ab ipsis incipit executio,vt fundamentum est prius parietibus. Merito igitur naturæ ordinem duobus appropriauit Auctor generibus causarum,quia sunt priores in esse,tum quia clarius relucet prioritas naturæ in istis , tum quia prioritas aliorum apud generabilia reducitur ad ista.

¶ Ad secundum dicitur , quòd in mysterio incarnationis nulla fuit transmutatio materiæ nisi instantanea formatio corporis ab infinita virtute Spiritusſancti : & illa instantanea formatio quàmuis naturæ ordine prior secundum genus causæ materialis sit , quàm animæ rationalis aduentus in eam , quia anima rationalis non detulit secum corpus , sed supposuit corpus organicum , in quo reciperetur , cuius esset actus in quo fieret : quia tamen in illo priori naturæ non erat assumptibilis , (vt ex dictis patet) quia constituta est in esse assumptibili per esse animatum , ideo Author loquens hic de priore & posteriore secundum naturam in ordine ad assumptionem , nihil de prioritate ex parte materiæ , vt pote extra ordinem ad assumptionem dixit , sed tamquam impertinentem ad propositum dimisit .

¶ Ad tertium dicitur,quod in promptu causa est,quare respondendo quæsito tacuit ordinem executionis : quia scilicet respondendum est quæsito simpliciter , de medio simpliciter , & non de medio secundum quid:ac per hoc de medio , secundum ordinem simpliciter , & non secundum ordinem secundum quid . Vnde merito medium secundum quid , reseruauit responsionibus argumentorum , soluta quæstione de mediatione simpliciter , & absolute.

¶ In

ARTICVLVS V.

Verum tota humana natura sit assumpta mediantibus partibus.

AD quintum sic proceditur . Videtur ꝙ filius Dei assumpserit totam naturam humanam mediantibus partibus eius. Dicit enim Augu. in lib. de Agone Christiano, * ꝙ inuisibilis & incommutabilis veritas per spiritum animam,& per animam corpus , & sic totum hominem assumpsit : sed spiritus , anima , & corpus sunt partes totius hominis. ergo totũ assumpsit mediantibus partibus.

¶ 2 Præt. Ideo filius Dei carnem assumpsit mediante anima , quia anima est Deo similior,quàm corpus: sed partes humanæ naturæ cum sint simpliciores, quàm corpus , videntur esse similiores Deo , qui est simplicissimus, quam totum. ergo assumpsit totũ mediantibus partibus.

¶ 3 Præt. Totum resultat ex vnione partium: sed vnio intelligitur vt terminus assumptionis,partes autem præintelliguntur assumptioni. ergo assumpsit totum per partes.

¶ Sed contra est , quòd Dama. dicit in 3. lib. in Domino nostro Iesu Christo non partes partium intuemur, sed quæ proximè componuntur.i. deitatẽ, & humanitatem . Humanitas autẽ est quoddam totum,quod componitur ex anima & corpore sicut ex partibus. ergo filius Dei assumpsit partes mediante toto.

inuenitur nisi in rationali natura.

41 3.di.2.q. 2.ar.1.q. & a.3. q. c.& dist. q.5.art. c. & dist. q.2.ar.3. *Colligi ex c.18. 20. & 21 tom.3.

*Lib.3. 16.circa nem.

¶ In eodem articulo in responsione ad primum,dubium occurrit ex Sco.& Duran.arguentibus in 3.sent.dist.2 . contra hanc doctrinam , quod. ſ. non assumpserit totum mediantibus partibus. Arguit ergo Scotus.1 in qõ.2.sic, Primo assumptum non est natura humana , sed pars seu partes eius. ergo assumens non est primo homo. Et confirmatur , quia sicut in instanti assumptionis se habuit ad totum & partes , ita & modo. igitur & modo non est primo homo , sicut Sortes est primo homo , quod videtur inconueniens. Amplius,videtur sequi,quòd Christus non sit homo. Probatur quia denominatio a parte vel partibus non dat denominationem a toto . Præterea , Propter duas vniones verbi ad partes naturæ humanæ non est homo . ergo requiritur tertia , quæ sit totius primo , propter quam tertiam Verbum est homo , sed ista sufficit sine aliis duabus,igitur illæ duæ superfluunt Demum probat ostensiue , quòd natura tota est primo sine medio assumpta.Quod est in se primo personabile, si sibi dimitteretur , hoc in alio primo personatur,quando assumitur: sed tota natura & non pars uel partes , est primo & immediate hoc modo personabilis in se,si sibi dimittatur. ergo. Probatur Maior , quia in eodem instanti naturæ, in quo in se personaretur, si sibi dimitteretur,personatur in alio vel ab alio , quia nihil ante illud instans est natũ assumi , quia non prius fuit natura singularis: nec post illud instans assumitur , quia tunc esset persona in se. Minor probatur, quia in eodem instanti naturæ in quo partes præcedunt totum, neutra nata est esse persona, sed tunc primo, quando ex istis vnitis est tota natura , quia tunc ipsa tota est persona in se , si non impediatur ab assumente.

¶ Duran,autem in q.quoque 2.arguit dupliciter,destruendo totaliter ordinem naturæ in assumptione totius & partium primo, quia totũ & partes vnitæ (sic enim assumptæ sunt) omnino sunt idem re.Secundo,quia assumptio vna est vnius ad vnum,sed assumptio humanæ naturæ , est vna ad vnum , quia ad personalitatem Filii ergo est vnius,scilicet,naturæ integræ ex suis partibus: constat enim eam esse assumptam. ergo tam natura quam partes sunt assumptæ vt vnum non ex igitur ordo realis inter totum,& partes in assumptione.

¶ Ad euidentiam positionis,quæ in hac litera explicatur,scien dum est , quòd ordo operationis seu executionis eadem & eodem modo intelligitur habere media , si est secundum naturam tantum,& si est secundum progressum operationum, verbi gratia,domus siue fiat per multas operationes,vt ab arte successiue fit: siue fiat tota simul a Deo, eadem media pertransit: puta, fundamentum,parietes,tectum,& similiter eodẽ modo,hoc est,quòd quodlibet eorum est, vt medium quod. Nam sicut successiue operando, prius tempore fit fundamentum , vt quod partiale , & mediante fundamento fiunt paries,etiam vt quod partiale, & postea rectum vt quod partiale , & omnibus mediantibus vt quod partialibus fit domus vt quod totale , ita simul omnia operando , operatio illa prius natura secundum executionis ordinẽ ꝙ attingere intelligitur fundamentum,& postea parietem &c. vt dictum est: haberet enim operatio illa vnica unum per se primo terminum ordine intentionis.ſ.totum qui esset vltimus ordine executionis, & multos partiales terminos ordine executionis priores,vno per se primo intẽto termino.ſ.toto.Simile.n. quid accidit in mysterio incarnationis,in quo simul tota natura , & omnes partes eius factæ & assumptæ sunt,nisi ꝙ ad assumptionem referendo totum & partes , non inuenitur ordo inter partes(vt prædictum est) sic vt una prius natura assumpta sit ut quod, quam altera : quia simul natura anima & corpus assumpta sunt , Sed bene inuenitur talis ordo inter partes simul & totum,ꝙ.ſ.ſm executionis ordinem prius natura terminata est assumptio ad partes simul (hoc est animam & corpus, vt terminos partiales) quam ad totum, ad quod primo, vt primo intentum, vltimo terminata est , & ratione huius primo intenti terminata præintelligitur ad partes , sicut ratione domus terminata præintelligeretur creatio domus ad partes eius , ex quibus constat domus. Negantes autem hunc executionis ordinem inter partes & totum in assumptione,imaginantur quòd assumptio etiã executiue terminata est prius ad totum,quam ad partes,ita quòd diffusa seu quasi extensa est assumptio a toto ad partes,ita ut non oportuerit de nouo in morte Christi assumere partes:sed remanserit respectu partium. Et quis primo aspectu hæc positio non solum probabilis , sed probabilior videatur, q̃ posita in litera, quia assumptio per se primo respicit totum,nec est vt factio totius,sed quasi præexistentis eleuatio , quæ etiam in operando incipere debet a per se primo intento , ex quo supponit illud esse : si tamen perspicacius intuiti fuerimus,quod ordo resolutionis verax testis est ordinis compositionis , quia primum in resolutione fuit vltimum in compositione,& cõstare nos meminerimus quod in morte Christi assumptio quasi resolui incepit,dum natura ipsa ab assumptione defuit . partes autem naturæ assumptæ remanserunt: percipiemus quòd ex hoc ipso facto reuelauit Deus , quòd assumendo inchoauit executionis ordine a partibus , & quod veluti primum in compositione assumptionis , fuit assumptio partium, vt sic diuina sapientia disposuerit etiam suauiter assumptionem secundum executionem & resolutionem . Quo fit, vt probabilior sit positio in litera posita,fulta August.fauore.

¶ Vnde ad primum Sco. distingui potest , quòd primo assumptum dupliciter,vt quod totale, & quod non totale , seu partiale: & similiter primum assumptum terminata totaliter assumptione, vel non terminata totaliter ; & dici quòd natura humana est primo assumpta vt quod totale , vel terminata totaliter assumptione , partes autem sunt secundum operationis ordinem prius assumptæ non terminata totaliter assumptione , non ut quod totale. Cum ergo dicitur,primo, assumptum non est natura humana, negatur loquendo de primo assumpto, terminata totaliter assumptione,& similiter de primo assumpto, ut totale passiuum assumptionis,in quo tamen sensu oportet verificari tale antecedens , si consequentiæ suæ debent valere,& inconuenientia sequi Ad confirmationem negatur , quòd simili modo omnino se habeat Verbum assumens tunc & semper quia pro illo instanti assumptio erat dupliciter, scilicet in fieri & in facto esse, quia tunc erat uerum dicere,nunc est vnita , & immediate ante hoc non erat vnita, quod deinceps falso diceretur : quoniam assumptio remanet non in fieri,sed in facto esse.Et propterea conceditur , quod quantum ad factum esse eodem modo se habuit tunc,& habet modo , & sic tunc filius Dei vere fuit primo homo , sicut Sortes est primo homo ex primo assumpto terminata totaliter assumptione,& similiter ex primo assumpto vt totali passiuo assumptionis, ita & nunc & in æternum.

¶ Ad alia duo simul dicitur,quòd nec sonus uox Verbum dici hominem a partialibus assumptus , & non totaliter terminata assumptione,nec esse ibi tot assumptiones,sed vnam tantum,secundum naturæ ordinem exequendo progredientem prius ad partes, quàm ad totum: quia sumus certi , quòd quasi resoluendo desit a toto,& non a partibus.

¶ Ad rationem autem ostensiuam , quæ est fundamentum opinionis, suæ , respondetur ex Auctoris doctrina prænotata in art. 1.huius quæst.in responsione ad secundum,quòd scilicet non est similis ordo assumptorum ad personam assumentem,qui esset eorundem ad propriam personalitatem , cuius oppositum pro fundamento Sco.assumit.Et ratio Auctoris ibidem est , quia persona assumens est altioris ordinis,quàm esset persona propria . Et ne inuoluatur intellectus distinguitur , quòd quia quæstio est de ordine assumptionis,& non de ordine personationis,ideo ne æquiuocetur,dicatur ꝙ per esse personale , & similiter per personari, potest intelligi posse fieri , vel fieri persona vel , quasi constitutiuum personæ,vel potest intelligi posse fieri vel fieri aliquid personæ Si primum intelligitur,concedatur totum, absque declinatione tamen tanquam impertinens,quia non est quæstio de prius natura personabili,illo modo,vt sic persona aut quasi constitutiuũ personæ, sed de prius natura assumptibili ad vnitatem personalem Si autem secundo modo intelligantur dicti termini,ad propositum quidem sunt , sed minus proprii . Verumtamen non fiat vis in vocabulis, & supposita distinctione , quæ in litera habetur de prius assumptibili ordine naturæ secundum intentionem & secundum executionem , respondeatur quod Maior est uera de primo secundum ordinem intentionis , non autem de primo secundum ordinem executionis . Illud enim quod est in se per se primo personabile,illud primo , ordine intentionis, non primo, ordine executionis personatur in alio, hoc est, fit aliquid alienæ personæ , a qua assumitur. pars enim vel partes eius , fiat, quòd prius secundum executionem fiat , uel fiant aliquid alienæ personæ , quàm tota natura quæ est in se per se primo personabilis, si sibi dimitteretur. Probatio autem Maioris ad hunc sensum applicata , nihil ualet: quia secundum executionis ordinem illud totum non in se toto,sed in parte vel partibus eius prius personaretur,hoc est, fieret aliquid assumentis personæ,quàm esset in seipso toto personabile, si sibi dimitteretur. Et cum contra hoc asseritur, quia in illo priori illud totum non est natum assumi, quia non est natura singularis,respondetur, quòd verum est quòd non est natum assumi in seipso toto ante illud naturæ instans , sed est natum assumi secundum seu partem vel partes ante illud instans , secundum executionis ordinem : quoniam quælibet pars nata est assumi , vt sic aliquid personæ assumentis : quamuis solum natura integra nata sit assumi , vt sit velut constitutium personæ : quia ipsa sola est sic personabilis , scilicet vt sit vel persona , vel quasi constitutiua personæ , partes autem eius sunt personabiles , hoc est assumptibiles ad vnitatem personalem ,antequam secundum executionem assumi intelligatur totum. Vbi scito , quòd licet respectu personæ propriæ prius secundum executionem intelligitur personari tota natura , quàm partes , quia partes,puta anima & corpus ad personandum concurrunt,mediante tota natura constituta per illas,ad assumptibilitatem tamẽ a diuina persona prius secundum executionem concurrunt partes,scilicet anima & corpus,quam natura integra : quia ad esse quendum assumptionem non oportet mediare executiue , sed secundum intentionem tantum, totam naturam , quoniam consecrat diuinam personam posse inchoare assumptionem a partibus quasi progredien lo ad totũ,& rationabiliter consecrat , quòd de facto sic fecit,vt probatũ est.Respectu personæ propriæ nõ nisi naturalis ordo partium ad propriam personam attenditur, qui est etiam executiue mediante toto : & ideo non habet solidum fundamentum (vt ex Auctore allatum est) ratio Sco. eodem ordine partes naturæ humanæ & totam ordinantis ad propriam, & ad diuinam personam.

¶ Ad primum autem Duran.rationem negatur , quod na-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tura humana sit omnino idem secundum rem, quod suæ partes etiam simul sumptæ. Et quoniam quæstio hæc supponenda potius, quam discutienda hic est, ideo non moror. Ar.1.hui' q. & ar.2.

¶Ad secundum dicitur, quòd assumptionem esse vnius, contingit dupliciter, scilicet vnius simplicis, vel vnius compositi. Et rursus vnius compositi, secundum quod vnum tantum est, vel nó solum secundum quod est in se vnū: sed etiam secundum suas partes. Et subiungitur, ꝙ incarnatio est assumptio una & ad vnum & unius vltimo modo exposito, quia sic filius Dei assumpsit vnā naturam humanā compositā ex anima & corpore, vt etiam simul tempore & prius natura secundum nos ordine executionis, vel posterius natura secundum alios assumpserit animā & corpus in seipsis, & non solam secundum quod sunt vnum in tota natura, quod nihil aliud est quàm assumere totam naturam. Et ꝙ hoc oporteat fateri, patet ex eo, ꝙ alioqui oporteret filiū Dei in morte de nouo assumpsisse corpus & animā, quod Sco. in solutum dim. & Duran male videtur posse euadere. Nihil igitur valet illatio illa, Natura integra est assumpta. ergo partes assumptæ sunt vnum, intelligendo cū prætisione, hoc est, vt sunt vt unū præcise, & non etiam vt sunt in se diuersæ. *Nó multú remote ante medium est epist.3.to. 2.

¶*Super quæstionis sextæ, Articulum sextum.*

TIculus articuli 6. intelligēdus est, vt sonat. 42 3. dis.2.q. 2.arti.2.& di.13.q.3. ar.1. Et uerit.q6.29. artic.2. Et opusc.3.c. 222.

¶In corpore articuli vnica est conclusio, responsiua quæsito, Gratia non potest intelligi vt medium in assumptione humanæ naturæ. Et probatur sic, Gratia tripliciter dici potest, dupliciter quidem in Christo, scilicet gratia vnionis, & gratia habitualis, & tertio modo ipsa voluntas Dei gratis donās. sed nullus istorum modorū habet rationem medii in assumptione naturæ humanæ. ergo. Probatur figillatim, primo de gratia unionis, quia est ipsum esse personale gratis datū, quod in assumptione se habet, vt terminus, non vt medium. Secundo de gratia habituali, quia se habet vt effectus consequens vnionem, ut patet Ioan. 1. Tertio de uoluntate diuina, quia se habet vt causa efficiens, non vt medium. *li. 13.c 21.to.3.

¶Nota hic primo, quòd gratia potest dupliciter inesse, s. formaliter, uel effectiue, & quia gratia primis duobus modis dicitur formaliter, tertio autem effectiue, ideo in litera Auctor duplicē tantum in Christo in principio cor. artic. scilicet, s. unionis & habitus. utraque enim est formaliter in Christo. Diuina autem uoluntas est gratia effectiue, ac per hoc uenit extrinseca causa, & propter ea non est in litera connumerata inter gratias in Christo. illa siquidem ꝓpositio in, denotat esse in Christo formaliter, sicut forma est in subiecto.

¶Nota secūdo, ꝙ cum quis gratiose dat seipsum alicui cuic ipsemet uocatur, & est gratia, iuxta communem usum loquendi, quo conceſſum gratiose donū gratia uocatur, dum dicimus, iste fecit mihi hanc gratiam &c. Et hoc modo, quia res data humanæ naturæ in mysterio assumptionis est esse personale filii Dei, ideo ipsum esse personale, ut induit rationem doni gratiose concessi, uocat gratia: *Quæst.3. ar.1.

unionis

¶Respon. Dicendum, quòd cum dicitur aliquid medium in assumptione incarnationis, nō designatur ordo temporis: quia simul facta est assumptio totius & omnium partiū: * ostensum est enim ꝙ simul anima & corpus sunt adinuicem unita ad constituendam naturam humanam in Verbo: designatur autem ibi ordo naturę. vnde per id, quod est prius in natura, assumitur id, quod est posterius. Est autem aliquid prius in natura dupliciter, vno mō, ex parte agētis; alio mō, ex pte materiæ: hæ enim duæ causæ præexistunt rei. Ex parte quidem agentis est simpliciter primū illud, quod primo cadit in eius intentione: sed secundum quid prius est illud. à quo incipit eius operatio. & hoc ideo, quia intentio est prior operatione. Ex parte verò materiæ est prius illud, quod prius existit in transmutatione materiæ. In incarnatione autem oportet maximè attendere ordinem, qui est ex parte agentis: quia vt Augusti. dicit in Epist. ad Volusianum, † in talibus rebus tota ratio facti est potentia facientis. Manifestum autem est, quòd secundum intentionem facientis prius est completum, quā incompletum, & per consequens totum, quam partes; & ideo dicendum est, ꝙ verbum Dei assumpsit partes humanæ naturæ mediante toto: sicut enim assumpsit corpus propter ordinem, quē habet ad animam rationalem, ita assumpsit corpus & animam, propter ordinem, quem habent ad humanam naturam. *Nó multú remote ante medium est epist.3.to. 2.

¶Ad primum ergo dicendum, ꝙ ex verbis illis nihil aliud datur intelligi, niſi ꝙ verbum assumendo partes humanæ naturæ, assumpsit totam humanam naturam, & sic assumptio partium est prior in via operationis, intellectu, non temporis: assumptio autem naturæ est prior in via intentionis, quod est esse prius simpliciter, vt dictum est. * In cor.ar.

¶Ad secundum dicendum, quòd Deus ita est simplex, ꝙ etiam est perfectissimus, & ideo totum est magis simile Deo, quàm partes, in quantum est perfectius.

¶Ad tertium dicendum, quòd vnio personalis est, ad quam terminatur assumptio, non autem vnio naturæ, quæ resultat ex coniunctione partium.

ARTICVLVS VI.

Vtrum humana natura sit assumpta mediante gratia.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd filius Dei assumpserit humanā naturam mediante gratia. Per gratiā enim vnimur Deo: sed humana natura in Christo maximè fuit Deo vnita. ergo illa unio facta fuit per gratiam.

¶2 Præt. Sicut corpus viuit per animam, quæ est eius perfectio, ita anima per gratiam: sed humana natura redditur congrua ad assumptionem per gratiam. ergo filius Dei assumpsit animā mediante gratia.

¶3 Præt. Aug. in 15. de Trin. * dicit, ꝙ verbum incarnatum est, sicut verbū nostrum in uoce: sed verbum nostrum vnitur voci mediante spiritu. ergo verbū Dei unitur carni mediāte Spiritusancto, & ita mediante gratia, quæ Spiritui sancto attribuitur, secūdum illud 1. ad Cor. 12. Diuisiones gratiarū sunt, idem autem spiritus.

¶Sed contra est, ꝙ gratia est quoddā accidens animæ, vt in secunda parte habitum est. * Vnio autem uerbi ad humanam naturam est facta secundum subsistentiam, & non secundum accidens, vt ex supra dictis patet. † ergo natura humana non est assumpta mediante gratia. * 1.2.qu no.ar.3 *q.2. a.6.

¶Respon. Dicendum, ꝙ in Christo ponitur gratia unionis, & gratia habitualis. Gratia ergo non potest intelligi, vt medium in assumptione humanæ naturæ, siue loquamur de gratia vnionis, siue de gratia habituali. Gratia. n. vnionis est ipsum esse personale, quod gratis diuinitus datur humanæ naturæ in persona verbi, quod quidem est terminus assumptionis. Gratia aūt habitualis pertinens ad spiritualem sanctitatē illius hominis, est effectus quidam consequens vnionem, secundum illud Ioā. 1. Vidimus gloriam eius sicut vnigeniti à patre, plenum gratiæ, & veritatis. Per quod dat intelligi, ꝙ ex hoc ipso, ꝙ ille homo est vnigenitus à patre, hēt ꝙ per vnionem habet plenitudinē gratię & veritatis. Si verò intelligatur gratia, voluntas Dei, aliquid gratis faciēs, vel donans, sic vnio facta est per gratiā, nō sicut per medium, sed sicut per causam efficientem.

¶Ad primum ergo dicendū, ꝙ vnio nostra ad Deum est per operationē, inquantum scilicet eum cognoscimus & amamus, & ideo talis vnio est per gratiā habitualem, inquantū operatio perfecta procedit ab habitu. sed vnio naturæ humanæ ad verbū Dei, est secundū esse personale, quod non dependet ab aliquo habitu, sed immediatè ab ipsa natura.

¶Ad secundum dicendum, ꝙ anima est perfectio subsistētialis corporis, gratia uero est perfectio animæ accidentalis. Et ideo gratia non pōt ordinare animā ad unionem personalē (quæ non est accidentalis) sicut anima & corpus.

¶Ad tertium dicendum, ꝙ verbū nostrum vnitur uoci mediante spiritu, non quidem sicut medio formali, sed sicut per medium mouens. Nam ex verbo cōcepto interius procedit spiritus, ex quo formatur vox. Et similiter ex verbo æterno procedit Spiritus sanctus, ꝙ formauit corpus Christi, ut infra patebit. * Non autem ex hoc sequitur, ꝙ gratia Spiritussancti sit formale medium in unione prædicta.

vnionis autē, quia per vnionem habetur a natura, cui datum est. De hac tñ vnionis gratia propter varia, quæ de ipsa dici videnť in art. vlt 7.q.erit latior sermo.

¶Nota tertio, ꝙ Auctor seipso doctior, opinionem, quam in 3. Sent. secutus est, dist. 2. q. 2. ar. 2. q. 1. de gratia habituali, ꝙ erat medium congruentiæ respectu assumptionis, hic confutat auctoritate Io. Euan. Et sic tenet, ꝙ prius natura humanitas Christi assumpta est, quæ gratia habituali donata, vt ex personalitate omnia fluenta gratiæ in homine illo essent plene gratię & veritatis. In qó. 2.

¶*Super quæstionem septimam.*

IN diuisione qōnum de gratia Christi aduerte, ꝙ tripliciter gratia in Christo ponitur, s. gratia vnionis, gratia singularis, & gratia capitalis. & quia gratia vnionis est ipsa coniunctio personalis Dei ad naturam humanam (de qua tractatum est) ideo Auctor dicit, ꝙ de ipsa tractatū est, quis non sub nomine gratię sed rei quæ est gratia, & propter ea de aliis duabus tractā dum est. 43 3.di.13.q. 1.ar.1. Et veri.q.27. artic.1. Et opusc.3.c. 221. Et Io.3.lect.

¶*Super quæstionis septimæ, Articulū primum.*

TIculus arti.1. intelligēdus est, vt sonat, ita ꝙ non oportet quod ly gratia limitetur ad gratiam singularis hominis: quoniam statim, vt dicetur, gratia habitualis sufficienter exprimitur, ꝙ de perfectione animæ in seipsa est quæstion. habitus enim est perfectio ejus cuius est habitus.

QVAEST. VII.

De gratia Christi, prout est quidam singularis homo, in tredecim articulos diuisa.

DEINDE considerandū est de coassumptis à filio Dei in humana natura.

Et primo de his, quæ pertinent ad perfectionem: Secūdo de his, quæ pertinent ad defectum.

¶Circa primum considerāda sunt tria. Primo, de gratia Christi: secundo, de scientia eius: tertio, de potentia ipsius.

De gratia autem Christi considerandum est dupliciter. Primo quidem de gratia eius, secundum quòd est quidam singularis homo: secundo, de gratia eius, secundum quòd est caput Ecclesiæ. nam de gratia vnionis iam dictum est. *

Circa primum quæruntur tredecim.

¶Primo, Vtrum in anima Christi sit aliqua gratia habitualis.

¶Secūdo, vtrum in Christo fuerint virtutes.

¶Tertio, vtrum in eo fuerit fides.

¶Quarto, vtrum fuerit in eo spes.

¶Quinto, vtrum in Christo fuerint dona.

¶Sexto, vtrum in Christo fuerit timoris donum.

¶Septimo, vtrum in Christo fuerint gratiæ gratis datæ.

¶Octauo, vtrum in Christo fuerit prophetia.

¶Nono, vtrum in eo fuerit plenitudo gratiæ.

¶Decimo, vtrum talis plenitudo sit propria Christi.

¶Vndecimo, vtrum Christi gratia sit infinita.

¶Duodecimo, vtrum potuerit augeri.

¶Terciodecimo, qualiter hæc gratia se habeat ad vnionem.

ARTICVLVS I.

Vtrum in anima Christi sit aliqua gratia habitualis.

AD PRIMVM sic procedi tur. Videtur quòd in anima assumpta à verbo nō fuerit gratia habitualis. Gratia enim est quædam participatio diuinitatis in creatura rationali, secundum illud 2. Petr. 1. Per quem maxima & pretiosa promissa nobis donauit, vt diuinæ simus consortes naturæ. Christus autem est Deus, non participatiuè, sed secundum veritatem. Ergo in eo non fuit gratia habitualis.

¶2 Præt. Gratia ad hoc est necessaria homini, vt per eam bene operetur (secundum illud 1. Corinth. 15. Abundantius omnibus laboraui, non ego autem, sed gratia Dei mecum) & etiam ad hoc quòd homo consequatur vitam æternam, secundum illud Roma. 6. Gratia Dei vita æterna: sed Christo ex hoc solo quòd erat naturalis filius Dei, debebatur ei hæreditas vitæ æternæ, ex hoc etiam quòd erat verbum, per quod facta sunt omnia, aderat ei facultas omnia bene operandi. non ergo secundum humanam naturam indigebat alia gratia, niſi vnione ad verbum.

¶3 Præt. Illud quod operatur per modum instrumenti, non indiget habitu ad proprias operationes: sed habitus fundatur in principali agente. Humana autem natura in Christo fuit, sicut instrumentum diuinitatis, vt dicit Damasc. * in 3. lib. Ergo non debuit in Christo esse aliqua gratia habitualis. * lib.3.or th. fid.ca. 15. a me- dio.

¶Sed contra est, quòd dicitur Isa. 11. Requiescet super eum spiritus Domini. Qui quidem in homine esse dicitur per gratiam habitualē, vt in 1. parte dictum est. † Ergo in Christo fuit gratia habitualis. p.p.q.43. ar.6.

¶RESPON. Dicendum, quòd necesse est ponere in Christo gratiam habitualem, propter tria. Primo quidem, propter vnionem animæ illius ad verbum Dei; quanto enim aliquod receptiuum est propinquius causæ influenti, tanto magis participat de influentia ipsius. Influxus autem gratiæ est à Deo, secundum illud Psalm. 83. Gratiam & gloriam dabit Dominus. Et ideo maximè fuit conueniens, vt anima illa reciperet influxum diuinæ gratiæ. Secundo, propter nobilitatem illius animæ, cuius operationes oportebat propinquissimè attingere ad Deum per cognitionem & amorem, ad quod necesse est eleuari rationalem naturam per gratiam. Tertio, propter habitudinem ipsius Christi ad genus humanum. Christus enim, inquantum homo, est mediator Dei & hominum, vt dicitur 1. ad Timo. 2. & ideo oportebat, quòd haberet gratiam etiam in alios redundantem, secundum illud Ioan. 1. De plenitudine eius omnes accepimus, & gratiam pro gratia. D.677.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Christus est verus Deus secundum personam & naturam diuinam; sed quia cum vnitate personæ remanet distinctio naturarum (vt ex supradictis patet. †) anima Christi non est per suam essentiam diuina, vnde oportet quòd fiat diuina per participationem, quæ est secundum gratiam. p.p. q. 2. ar. 1. 3 & 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quoniam quæstio ista tota proposita est de gratia Christi, secundum q̃ est singularis hõis: ratio autẽ ista procedit de Christo, ẽm q̃ est caput aliorum hominũ: diuertere igitur vt a gratia singulari ad gratiã capitalem.

¶Ad hoc dicit primo, q̃ quia alia est rõ medii, alia ratio capitis, ideo, quum in litera sit sermo de Christo, ẽm quòd est mediator, non sequit quòd diuertatur ad Christum, secundum quòd est caput. Dicitur secundo, & melius q̃ gratia Christi in ordine ad genus humanum, siue secundũ ordinem mediatoris, siue capitis, siue aliquo alio simili modo habet in se duo. primo est bonum habentis, quoniam idoneum ac dignũ formaliter reddit ipsum, vt sit mediator, vel caput &c. secundo est bonum aliorum, dum mediat, & influit &c. Et licet secundo modo spectet ad gratiam capitalem, primo tamen modo spectat ad gratiam singularem. Et propterea optime in litera concluditur ex effectu mediationis, vel influxus i alios esse habitũ in Christo dignificantem ipsum formaliter, & constituentem in tali eminentia, vt ex ipso in alios redunder gratia. Constat enim bonitatem & dignitatem hanc magnum esse bonum singularis hypostasis, vel animæ: sicut si ex necessitate illuminandi alios, inferrem, quod illud in se valde lucidũ oportet esse. Nulla ergo est diuisio, sed gratia singularis ex effectu concluditur.

q. 19. ar. 1.

44 Inf. art. 3. ad 1. Et q. 15. ar. 2. c. Et 3. dist. 13. q. 1. ar. 1. cor.

*li. 7. Eth. in princ. to. 5.

1. 2. q. 65. ar. 1. & 2.

¶Ad secundũ dicendũ, q̃ Christo, in quantum est naturalis filius Dei, debetur hæreditas æterna, quæ est ipsa beatitudo increata, per increatum actum cognitionis & amoris Dei, eundem scilicet, quo pater cognoscit & amat seipsum, cuius actus anima capax non erat propter differentiã naturę. Vnde oportebat, quòd attingeret ad Deum per actum fruitionis creaturæ, qui quidem esse non potest nisi per gratiam. Similiter etiam, inquantum est verbum Dei, habuit facultatem omnia bene operandi operatione diuina. sed quia præter operationem diuinam oportet poni in eo operationem humanam (vt infra patebit *) oportuit in eo esse habitualẽ gratiam, per quam huiusmodi operatio in eo esset perfecta.

¶Ad tertium dicendum, q̃ humanitas Christi est instrumentum diuinitatis, non quidem sicut instrumentum inanimatũ, quod nullo modo agit, sed solum agitur, sed tanquam instrumentum animatum anima rationali, quod ita agit, q̃ etiam agitur. Et ideo ad conuenientiam actionis oportuit eum habere gratiam habitualem.

ARTICVLVS II.

Vtrum in Christo fuerint uirtutes.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur q̃ in Christo non fuerint virtutes. Christus.n. habuit abundantiam gratiæ: sed gratia sufficit ad omnia rectè agendum, secundum illud 2. Corm. 12. Sufficit tibi gratia mea. Ergo in Christo non fuerunt virtutes.

¶2 Præt. Secundum Philosophum 7. Ethi. * virtus diuiditur contra quẽdam heroicum siue diuinum habitum, qui attribuitur hominibus diuinis: hic autem maximè conuenit Christo. ergo Christus non habuit virtutes, sed aliquid altius virtute.

¶3 Præt. Sicut in secunda parte dictũ est, † virtutes omnes simul habentur: sed Christo non fuit conueniens habere omnes virtutes, sicut patet de liberalitate & magnificentia, quæ habẽt actum suum circa diuitias, quas Christus contempsit, secundũ illud Matth. 8. Filius hominis non habet vbi caput suum reclinet: temperantia etiã & continentia sunt circa concupiscentias pravas, quæ in Christo non fuerunt. ergo Christus non habuit virtutes.

¶Sed contra est, quod super illud Psalm. 1. Sed in lege Domini voluntas eius, dicit glo. * Hic ostenditur Christus plenus omni bono: sed bona qualitas mentis est virtus. ergo Christus fuit plenus omni virtute.

¶Respon. Dicendum, quòd sicut in 2. parte dictum est, * sicut gratia respicit essentiam animæ, ita virtus respicit potentiam eius. Vnde oportet, quòd sicut potentiæ animæ deriuãtur ab eius essentia, ita virtutes sint quædã derivationes gratiæ. Quanto autem ali quod principium est perfectius, tanto magis imprimit suos effectus. Vnde cum gratia Christi fuerit perfectissima, consequens est q̃ ex ipsa processerint virtutes ad perficiendum singulas potentias animæ, quantum ad omnes animæ actus: & ita Christus habuit omnes virtutes.

¶Ad primum ergo dicendum, q̃ gratia sufficit homini, quantum ad omnia, quibus ordinatur ad beatitudinẽ: horum tamen quædam perficit gratia immediatè per seipsam, sicut gratum facere Deo, & alia huiusmodi, quædã autem mediantibus virtutibus, quæ ex gratia procedunt.

¶Ad secundum dicendum, quòd habitus ille heroicus, vel diuinus, non differt à virtute communiter dicta, nisi secundum perfectionem modum, inquantum scilicet aliquis est dispositus ad bonum quodam altiori modo, quã communiter omnibus competat. Vnde per hoc non ostenditur, quòd Christus non habuerit virtutes, sed quòd habuerit eas perfectissimè vltra communem modum: sicut etiam Plotinus posuit quendam sublimem modum virtutum, quas esse dixit animi purgati.

¶Ad tertium dicendum, q̃ liberalitas & magnificentia commendantur circa diuitias, inquantum aliquis non tantum appretiatur diuitias, quòd velit eas retinere, prætermittendo id quod fieri oportet. Ille autem minime diuitias appretiatur, qui penitus eas contemnit, & abiicit propter perfectionis amorem. Et ideo in hoc ipso, quòd Christus omnes diuitias contempsit, ostendit in se summum gradum liberalitatis & magnificentiæ: licet etiam liberalitatis actum exercuerit, secundum quòd sibi cõueniens erat, faciendo pauperibus erogari, quæ sibi dabantur. Vnde cum dominus Iudæ dixit, Ioan. 13. Quod facis, fac citius, discipuli intellexerunt Dominum mandasse, quòd egenis aliquid daret. Concupiscentias autem pravas Christus omnino non habuit, sicut infra patebit: † nec propter hoc tamen excluditur quin habuerit temperantiam, quæ tanto perfectior est in homine, quanto magis pravis concupiscentiis caret. Vnde secundum Philosophum 7. Ethi. * temperatus in hoc differt à continente, q̃ temperatus non habet pravas concupiscentias, quas continens patitur. Vnde sic accipiendo continentiam, sicut Philosophus accipit, ex hoc ipso, quòd Christus habuit omnem virtutem, non habuit continentiam, quæ non est d virtus, sed aliquid minus virtute.

*li. 7. Eth. c. 9. to. 5.

† quæst. art. 1.

*gl. ordi. ibi ex Cassiodoro.

¶ Super quæstionis septimæ, Articulũ secundum.

p. 2. q. 19. ar. 2. & 3

IN titulo 2. artic. q. 7. aduerte, q̃ quæstio est de virtutibus, quæ simpliciter vocantur virtutes, quales in philosophia & in theologia simul sunt morales, & ruesus in theologia sunt theologales: hæ enim bonum faciunt habentem. Intellectuales autem virtutes non simpliciter bonũ, sed secundum intellectum faciunt hominem bonum: non enim dicitur homo bonus ex hoc, quod est doctus, sed ex hoc q̃ iustus, temperatus fortis &c. Vnde de illis postea erit quæstio, quũ. f. de scientia aĩæ Christi tractabitur.

¶In corpore articu. vnica est conclusio responsiua quæsito affirmatiue. Christus omnes virtutes habuit. Probatur, gratia Christi fuit perfectissima, ergo ex ipsa processerunt virtutes ad perficiendum singulas potẽtias animæ, quantum ad omnes animæ actus. ergo Christus habuit omnes virtutes. Antecedens supponitur. Consequentia prima quãtum ad duo in ea contenta probatur, primum est, quod ex gratia procedant virtutes secundum quòd perficit singulas potentias animæ, quantum ad omnes animæ actus: & ita Christus habuit omnes virtutes. Antecedens supponitur. Consequentia prima quãtum ad duo in ea contenta probatur, primum est, quod ex gratia procedant virtutes secundum quòd est q̃ ex essentia animæ, ita virtus in potentia. ergo sicut ab essentia fluunt potentiæ, ita a gratia virtutes. Secundum vero probat, quia quanto aliq̃d principium est perfectius, tãto magis imprimit suos effectus.

¶Nota hic circa sensum conclusionis, qũ intelligitur explicãdo rem, quia cõ hoc q̃ Christus habuit oẽs virtutes, sua q̃ non habuerit virtutem fidei, nec spei. Et illa resolutio

resolutio in hoc, q̃ Christus habuit omnes virtutes non ponentes ex sui ratione defectum aliquem in anima Christi, qui simul erat viator & comprehensor. Cætera huius rationis discussa sunt superius, quum de gratia tractatum est.

¶In responsione ad secundum eiusdem articuli habes ab Auctore solutionem illius quæstionis, An virtus heroica differat specie a virtute cõmuniter dicta. hinc. n. aperte habes partẽ negatiuam, dum dicitur, q̃ non differt nisi secundum perfectionem modũ. Est ergo excellentia heroica in modo, non in formali differentia sita. Et hoc Auctor quasi probat ex simili apud Plotinũ. Vbi patet non esse differentiam formalem, sed maioris & minoris perfectionis tantum. Et cõsonat rationi fugienti ad instar naturæ plaralitatem, vbi vnum sufficit. Constat.n. q̃ ad actum fortitudinis, quantuncunq; celsum sufficit fortitudinis latitudo: sicut in naturalibus videmus, q̃ad quãtuncunq; illuminationis actũ sufficit latitudo luminis, & ad actum frigefactionis, latitudo frigoris, & sic de aliis.

¶In responsione ad tertium aduerte, q̃ invirtutibus, quæ sunt passionũ moderatiuæ (vt sunt istæ, de qbus est sermo hic) duo inueniri possunt. Primum est intus in anima, & hoc est interior dispositio appetitus humani, vt sic sit dispositus, ne abduci possit a recto propter passiones, & hoc est simpliciter necessariũ haberi per virtutẽ. Et quo ad hoc omnes morales virtutes moderatiuæ passionum optime saluantur in Christo, dum animũ sic habituatum intus habuit, tam circa diuitias quam circa venerea, vt penitus abiecerit illa a se, secundum rectam rationem, & ideo summe in eo commendantur, & liberalitas & magnificentia, & temperantia. Secundum est quo ad actus exercitium, & sic non oportet Christum omnis virtutis proprio actu exteriori vti. quoniã nunquam fuit tempus, quo conueniens esset personæ suæ, q̃ vteretur omnibus, sed aliquibus tantum. Nunquam.n. fuit tempus vtendi magnificentia, quæ est circa magnos sumptus, quia nunquam fuit conueniens, vt esset dives, & haberet vnde magnos sumptus faceret, qui quum esset dominus omnium factus est egenus propter nos. Et ideo in litera actu liberalitatis dicitur vsus, non autem actu magnificentiæ.

¶In eadem responsione ad tertium attende, q̃ caute Auctor loquitur negando in Christo continentiam, dum limitat continentiæ rationem ad Arist. vsum. nam si mendo continentiæ nomen & rationem communiori vsu, nihil prohibet Christum continentem appellare.

¶ Super Quæstio. VII. Artic. III.

TItulus tertii articuli clarus est de fide, quæ est virtus theologica, inquirens an fuerit in Christo.

¶In corpore articuli vnica est conclusio responsiua quæsito negatiue. In Christo non potuit esse fides. Probatur. Obiectum fidei est res diuina non visa. ergo excluso, q̃ res diuina sit non visa, non remanet ratio fidei. ergo in Christo non potuit esse fides. Antecedens ex priori patet. lib. Prima consequentia probatur, quia habitus virtutis recipit speciem ab obiecto, sicut etiam quilibet alius habitus. Secunda vero consequentia probatur, quia Christus ab instanti suæ conceptionis plene vidit Deum per essentiam.

¶Sed occurrit statim hic dubium, quum obiectum habeat rationem materiæ circa quam versatur habitus, quo pacto ex defectu materiæ, circa quam poterit inferri defectus habitus, quum contingat pauperem esse magnificum, & de Christo hoc iam affirmatum est, & tamen defectus diuitiarum, seu magnorum sumptuũ (circa quos est magnificentia) inter uenit. Cur nõ potest similiter dici, q̃ in Christo fuit fides habitus, quãuis defuerit illius materia, circa quã scilicet res diuina non apparens, sicut fuit in eo magnificentia, quamuis illius defuerit materia circa quã?

¶Ad hoc dicitur, q̃ quamuis materia, circa quam versatur virtus & obiectum coincidere inueniantur, alia tamen est ratio formalis obiecti, & alia ratio p̃pria materiæ. Et ideo si deficiat aliquid sub ratione materiæ, non propterea oportet deficere habitum, sed si deficit sub ratione formali obiecti oportet habitus illius rationẽ formaliter deficere. Et si impossibile fuit, & est obiectũ aliq̃d habere formaliter locũ respectu alicuius, impossibile quoque est, & fuit in illo

* Aug. in lib. 2. q6. Euang. q. 39. in princip. to. 4. D. 606.

Infra art. 6. ad 1. & ar. 1. ad 2. & ar. 9. ad 1. Et 1. 2. q. 65. art. 5. ad 3. Et 2. 2. q. 18. ar. 2. ad 1. Et 3. dist. 26. q. 2. ar. 5. q6. 1. & dist. 36. ar ti. 2. ad 3. * 2. 2. q6. 17. art. 5. ad 3.

Infra art. 3. ad 1. & 2. ar. 9. ad 1. & 2. q. 95. art. 5. ad 3. Et 3. di. 13. q. 1. art. 2. q. 1. ad 1. Et di. 36. art. 2. ad 3. Et verit. q6. 29. arti. 4. ad 15. Et veri. q. 4. artic. 1. ad 11. *Ar. præc. † Glo. ordin. ibid.

*2. 2. q. 2. ar. 4.

ARTICVLVS III.

Vtrum in Christo fuerit fides.

AD tertium sic proceditur. Videtur q̃ in christo fuerit fides. Fides n. est nobilior virtus, quã virtutes morales, puta temperantia, & liberalitas. Huiusmodi autem virtutes fuerunt in Christo, vt dictum est. * Multo ergo magis fuit in eo fides.

¶2 Præt. Christus non docuit virtutes, quas ipse non habuit, secundum illud Act. 1. Cœpit facere, & docere: sed de Christo dicitur Hebr. 12. q̃ est auctor & consumator fidei. ergo in eo maximè fuit fides.

¶3 Præt. Quicquid est imperfectionis excluditur à beatis: sed in beatis est fides, nam super illud Rom. 1. Iustitia Dei reuelatur in eo ex fide in fidem, dicit glo. † de fide verborum & spei in fidem rerum & speciei. ergo videtur q̃ etiam in Christo fuerit fides, cum nihil imperfectionis importet.

¶Sed contra est, q̃ dicitur Hebr. 11. q̃ fides est argumentum non apparentium: sed Christo nihil fuit non apparens, secundum illud, quod dixit ei Petrus, Io. vlt. Tu omnia nosti. ergo in Christo non fuit fides.

¶Respon. dicendum, q̃ sicut in Secunda parte dictum est, * obiectum fidei est res diuina non visa. Habitus autem virtutis sicut & quilibet alius recipit speciem ab obiecto. Et ideo ex eluso, q̃ res diuina sit non visa, excluditur ratio fidei. Christus autem à primo instanti suæ conceptionis plene vidit Deum per essentiã, vt infra dicetur. *

ARTICVLVS IIII.

Vtrum in Christo fuerit spes.

AD quartum sic proceditur. Videtur quòd in Christo fuerit spes. Dicitur enim in Psal. 30. ex persona Christi, In te Domine speraui: sed virtus spei est, qua homo sperat in Deum. Vnde in eo fides esse non potuit.

¶Ad primum ergo dicendum, q̃ fides est nobilior virtus virtutibus moralibus, quia est circa nobiliorem materiam: sed tamen importat quendam defectum in comparatione ad illam materiam, q̃ qui defectus in Christo non fuit. Et ideo nõ potuit in eo esse fides, licet fuerint in eo virtutes morales, quæ in sui ratione huiusmodi defectum non important per comparationem ad suas materias.

¶Ad secundum dicendum, quòd meritum fidei consistit in hoc, quòd homo ex obedientia Dei assentit illis, quæ non videt, secundum illud Rom. 1. Ad obediendum fidei in omnibus gentibus pronomine eius. Obedientiam autem ad Deum plenissime habuit Christus, secundum Philipp. 2. Factus est obediens vsquead mortem. Et sic nihil ad meritum pertinens docuit, quod ipse excellentius non impleret.

¶Ad tertium dicendum, quòd sicut glossa ibidem dicit, * fides propriè est, qua creduntur quæ non videntur: sed fides, quæ est rerum visarum impropriè d dicitur, & secundum quandam similitudinem, quantum ad certitudinem, aut firmitatem adhæsionis.

¶Respon. dicendum, q̃ sicut in Secunda parte dictum est, * obiectum fidei est res diuina non visa. Habitus autem virtutis sicut & quilibet alius recipit speciem ab obiecto. Et ideo ex eluso, q̃ res diuina sit non visa, excluditur ratio fidei. Christus autem à primo instanti suæ conceptionis plene vidit Deum per essentiã, vt infra dicetur. *

Vnde in eo fides esse non potuit.

¶Ad primum ergo dicendum, q̃ fides est nobilior virtus virtutibus moralibus, quia est circa nobiliorem materiam: sed tamen importat quendam defectum in comparatione ad illam materiam, q̃ qui defectus in Christo non fuit. Et ideo nõ potuit in eo esse fides, licet fuerint in eo virtutes morales, quæ in sui ratione huiusmodi defectum non important per comparationem ad suas materias.

¶Ad secundum dicendum, quòd meritum fidei consistit in hoc, quòd homo ex obedientia Dei assentit illis, quæ non videt, secundum illud Rom. 1. Ad obediendum fidei in omnibus gentibus pronomine eius. Obedientiam autem ad Deum plenissime habuit Christus, secundum Philipp. 2. Factus est obediens vsquead mortem. Et sic nihil ad meritum pertinens docuit, quod ipse excellentius non impleret.

¶Ad tertium dicendum, quòd sicut glossa ibidem dicit, * fides propriè est, qua creduntur quæ non videntur: sed fides, quæ est rerum visarum impropriè d dicitur, & secundum quandam similitudinem, quantum ad certitudinem, aut firmitatem adhæsionis.

¶ Super Quæstio. VII. Artic. IIII.

TItulus clarus, de spe, quæ est virtus theologica quærens.

¶In corpore artic. duo fiunt: primo, respondetur quæsito negatiue, scilicet in Christo non fuit spes: secundo, ponitur differentia inter defectum fidei & defectum spei in Christo, quantum ad hoc, quod fides nullo modo fuit in Christo, spes autem quantum ad

46 Infra art. 6. ad 1. & ar. 1. ad 2. & ar. 9. ad 1. Et 1. 2. q. 65. art. 5. ad 3. Et 2. 2. q. 18. ar. 2. ad 1. Et 3. dist. 26. q. 2. ar. 5. q6. 1. & dist. 36. ar ti. 2. ad 3. * 2. 2. q6. 17. art. 5. ad 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tum ad finem vitæ sperata, in Christo fuit. Primum probatur sic. Spes est de Deo non habito vt obiecto. ergo in Christo non fuit spes. Antecedens probatur quo ad duo. s. & q spes sit de non habito vt obiecto, & q sit de Deo non habito vt obiecto. Primum probatur ex proportionalitate fidei in assentiendo, & spei in expectando. Secundum etiam probatur ex conuenientia theologicarum virtutum: quia omnes sunt de Deo vt obiecto. Consequentia autem probatur: quia Christus ab initio cõceptionis suæ plene fruitionem diuinã habuit. Differentia autem secundo loco posita inter fidem & spem in Christo declarat, ponẽdo primo cõuenientiam extensam fidei & spei, quia scilicet vtraque est de solo deo vt obiecto, & extẽditur ad alia a deo secundario, & subiungendo deinde differentiam cum sua ratione, q fides nec quantum ad principale creditum, nec quantum ad secundario creditum, locum habet in Christo, quia hoc poneret imperfectionem cognitionis intus in ania Christi. Spes autem quãtum ad secundario tantum sperata in Christo locũ habuit, quia non omnia sperata habebat actu a principio, vt patet, de immortalitate corporis, & eiusdem gloria, quibus tamen carere nullã imperfectionem posuit in anima christi: sed spe stat ad assumptionem defectuũ corporalium, quos cispensatiue ob immensam suam misericordiam, pro nobis assumpsit.

*2.2.q.17 ar.5.ad 3.

Quæst.34 ar.4.

Ergo virtus spei fuit in Christo.

¶ 2 Præt. Spes est expectatio futuræ beatitudinis, vt in 2. parte habitum est: * sed Christus aliquid expectabat ad beatitudinem pertinens, videlicet gloriam corporis. ergo videtur quòd in eo fuerit spes.

¶ 3 Præt. Vnusquisque potest sperare illud quod ad eius perfectionem pertinet, si sit futurum: sed aliquid erat futurum quod ad perfectionem Christi pertinet, secundum illud Eph. 4. Ad consumationem sanctorum in opus ministerii, in ædificationem corporis Christi. ergo videtur, q Christo competebat habere spem.

¶ Sed contra est quod dicitur Rom. 8. Quod videt quis, quid sperat? Et sic patet, quòd sicut fides est de non fuit in Christo, sicut dictum est, * ergo nec spes.

*Ad præc.

¶ Respon. dicendum, q sicut de ratione fidei est, q aliquis assentiat his, quæ non videt, ita de ratione spei est q aliquis expectet id quod nondum habet. Et sicut fides, inquantum est virtus theologica, non est de quocunq; non viso, sed solum de Deo, ita etiam spes, inquantum est virtus theologica, habet pro obiecto ipsum Deum, cuius fruitionem homo principaliter expectat per spei virtutem: sed ex consequenti ille qui habet virtutem spei, potest etiam in aliis diuinum auxilium expectare, sicut & ille qui habet virtutem fidei, non solum credit Deo de rebus diuinis, sed de quibuscunq; aliis diuinitus sibi reuelatis. Christus autem à principio suæ conceptionis plene habuit fruitionem diuinam (vt infra dicetur *) & ideo virtutem spei non habuit: habuit tamen spem respectu aliquorum, quæ nondum erat adeptus, licet non habuerit fidem respectu quorumcunq;: quia licet plenè cognosceret omnia, per quod totaliter fides excludebatur ab eo, nõ tamen adhuc plene habebat omnia, quæ ad eius perfectionem pertinebant, puta immortalitatem, & gloriam corporis, quàm poterat sperare.

02

¶ Ad primum ergo dicẽdum, q hoc non dicitur de Christo secundum spẽ, quæ est virtus theologica, sed eo quòd quædam alia sperauit nondum habita, sicut dictum est. *

¶ Ad secundum dicendum, q gloria corporis non pertinet ad beatitudinẽ, sicut in quo principaliter beatitudo cõsistat, sed per quandam redundantiam à gloria animæ, vt in 2. parte dictũ est. †Vnde spes secundũ q est virtus theologica, non respicit beatitudinem corporis, sed beatitudinem animæ, quæ in diuina fruitione consistit.

09

¶ Ad tertium dicendum, q ædificatio Ecclesiæ per conuersionem fidelium, non pertinet ad perfectionem Christi, qua in se perfectus est: sed secũdum q alios ad participationẽ suæ perfectionis inducit. Et quia spes dicit propriè respectu alicuius, quod expectatur ab ipso sperante habendum, non proprie potest dici, q virtus spei Christo, ratione inducta * conueniat.

05

04

In cor.

ARTICVLVS V.

Vtrum in Christo fuerint dona.

AD quintum sic proceditur. Videtur q in Christo non fuerint dona. Sicut enim communiter dicitur, dona dantur in adiutorium virtutum:

07

47 Isa. 11. 2.

obiecti, & ex parte subiecti, & magis habet rationem desiderii, quàm spei. Nec mirum, quia cum spes sit de genere imperfectorũ, quanto minus spei habetur, tanto magis ab imperfecto recedit. Vtraque responsio clara fit, si ad beatos aspexeris, in quibus spes est, & non est sicut in Christo: expectant enim corporis gloriam immortalem.

¶ Ad secundum dicitur, quòd actus potest dici theologicus dupliciter: vel ex parte elicitiui principii, vel ex parte principalis obiecti. Et quòd actualis illa spes corporis immortalis, licet ex parte elicitiui principii nõ sit de facto actus theologicus (quia non est actu à virtute theologica) est tamen quantum est ex suo genere actus, secundarius tamen virtutis theologicæ. Ex parte vero obiecti formaliter, est magis theologicus actus, quàm si esset a virtute theologica, quoniam si esset a virtute theologica, scilicet spe, obiectum formale esset Deus habendus: quia in ordine ad Deum habendum speramus gloriam corporis. In Christo autem sicut & in beatis ratio formalis obiecti est Deus habitus: hæc enim ratio succedit sperato principali, quod formale obiectum est spei, ac per hoc respectu sperantis Christi & beatorum loco obiecti formalis suæ spei succedere videtur, & consequenter actum secundarium spei remanentem magis theologicum reddit.

01

Super Quæst. VII. Artic. V.

TItulus artic. 5. clarus est.

¶ In corpore articuli vnica est conclusio respondua quæsito affirmatiue. In Christo fuerunt excellentissime dona. Probatur. Anima Christi perfectissime a Spiritusancto mouebatur, ergo in Christo fuerunt excellentissime dona. Antecedens probatur ex duplici auctoritate Euangelii. Consequentia probatur ex quidditate donorum, scilicet quòd sunt propriæ pertectiones potentiarum animæ, secundum quòd sunt natæ moueri a spiritusancto.

*lib.6.Ethic.c.3.& seq. to.5.

*Glo.ord. ibidem.

† P. 2.q. 68.arti.1.

Super quæstionis septimæ, Articul. sextum.

TItulus clarus est.

¶ In corpore articuli vnica est cõclusio respõsio quæsito, i Christo fuit timor Dei, non respectu mali, sed respectu eminentiæ Dei præ ceteris hominibus. hæc conclusio in litera primũ declaratur quo ad terminos duos distinguendo duo obiecta, timoris, s. malum terribile, & eminentiam potentis inflgere malum. Quæ probatur; quia nisi esset eminens non timeretur. Deinde declaratur quid sit in Christo iste affectus timoris eminentiæ dicendo, q est affectus reuerentialis tantæ eminentiæ. Demũ probatur, quo ad primam partem affirmatiuam auctoritate Apostoli' ad Hebr. & quo ad cõparatiuam auctoritate Isaiæ. Replebit eum spiritus timoris domini.

¶ Occurrit hic dubium circa timorem reuerentialem Christi, ex eo q eminentia Dei potentis infligere malum, aut habuit rationem reuerendi, quatenus eminentia Dei absolute, aut quatenus eminentia est potentis infligere malum. Nõ potest dici primũ, tum quia eminentia Dei, vt sic, venerandum adorandumq; sonat, non timendum, quum nõ dicat ordinem ad malum, tum quia expresse Auctor in art. 1. q. 42. Primæ secundæ dixit q tam Deus, quam quilibet alius potes, est obiectum timoris, vt causa mali, ac per hoc Deus obiectũ timoris vt eminens, non absolute, sed vt eminentia est causativa mali, intelligitur. Quod etiam in hac litera confirmatur, vbi eminentia ponitur ratio, q timeatur, quia superatiua est ad causandum malum. Nec potest dici secundum: quia Christus nullum malum pœnæ pro culpa, aut separationẽ a Deo timebat, vt in litera dicitur. In idem autem redit timere malum aliqd, & timere potentiã inflictiuã mali. Nec differant nisi sicut per se & per aliud, quia si malum per se timemus, poterimus autem inflictiuam per aliud, hoc est propter malum, quia in ordine ad posibile malum ab illa potentia timor insurgit: vnde si subtrahatur ab eminẽti potentia ordo ad malum, nulla restat, ra circa metio timoris. Et q a dium to. fic fuit in christo, 9. quoniam certus, † q. 1 5. ar. ac secutus erat, q 1. & 2. nullum poterat a Deo sibi prouenire malum fugiendum per donum timoris, consequens est q nec respectu diuinæ eminentiæ fuit in Christo timor reuerentialis, nam timor reuerẽtialis quidam timor est.

*p. 2. qõ. 19. & 17. arti. 1.

*ar. 4. huius quæst.

* Aug. in Can. Ioã. tract. 9.

† P. 2. q. 19. arti. 1.

¶ Ad hoc dicitur, q proculdubio Deus non est obiectum timoris, nisi in ordine ad malum: quia bonum nõ timetur nisi in ordine ad malum, quod est per se primo timoris obiectum. & ideo eminentia diuina in proposito ponitur timoris obiectum, non absolute, sed vt causa mali. Verum duplicem habet diuina eminentia ordinem ad malum, vt causa ad effectũ: primo absolute, secundo vt subsitat diuinæ voluntati. Si consideretur diuina eminentia secundum sumum posse, q uod habet ad causandum malũ, sic pro culdubio, timendi rationem retinet, quia secundum se habet pone causare malum. Si vero consideretur diuina eminentia, vt stat sub determinatione diuinæ voluntatis ad nõ causandum executiue malum, sic non habet rationem timẽdi, quia hæc conditio reddit creaturam securam & certam de impossibilitate mali in effectum. potest ergo diui-

* Lib. 2. ethic. c. 6. in princ. tom. 5.

timoris. Spes enim videtur potior, quã timor nam spei obiectum est bonum, timoris verò malum, vt in secunda parte habitum est. * sed in Christo non fuit virtus spei, vt supra habitum est. † Ergo etiam non fuit in eo donum timoris.

¶ 2 Præt. Dono timoris timet aliqs, vel separationem à Deo, quod pertinet ad timorem castum, vel puniri ab ipso, quod pertinet ad timorem seruilem, vt Aug. dicit * super Cano. Ioan. sed Christus nõ timuit separari à Deo per peccatum, neq; etiam puniri ab eo propter suam culpam: quia impossibile erat ei peccare, vt infra dicetur. † Timor autem nõ est de impossibili. ergo in Christo non fuit donum timoris.

¶ 3 Præter. 1. Ioan. 4. dicitur, quòd perfecta charitas foras mittit timorem sed in Christo fuit perfectissima charitas, secundum illud Ephe. 3. Supereminentem scientiæ charitatem Christi. ergo in Christo non fuit donum timoris.

¶ Sed contra est, quod dicitur Isaiæ 11. Replebit eum spiritus timoris domini.

¶ Respon. Dicendum, quòd sicut in 2. parte dictum est, * timor respicit duo obiecta, quorum vnum est malum terribile, aliud est illud, cuius potestate malum potest inferri: sicut aliquis timet regem, inquantum habet occidendi potestatem. Non autem timeretur ille, qui potest nocere, nisi haberet quãdam eminentiam potestatis, cui de facili resisti non posit: ea enim quæ in promptu habemus repellere, non timemus. Et sic patet, q aliquis non timetur, nisi propter suam eminentiam. Sic igitur dicendum est, q in Christo fuit timor Dei, non quidem secundum q respicit malum separationis à deo per culpam, neq; etiam secundum q respicit malum punitionis pro culpa, sed secundum q respicit ipsam diuinã eminentiam; prout scilicet anima Christi quodam affectu reuerentiæ mouebatur in Deũ à spiritusancto acta. Vnde Hebr. 5. dicitur, q in omnibus exauditus est pro sua reuerẽtia. Hunc. n. affectum reuerentiæ ad Deum, Christus secundum quòd homo, præ cæteris habuit pleniorem. Et ideo ei attribuit scriptura plenitudinem timoris domini.

¶ Ad primum ergo dicendum, q habitus virtutum & donorum, propriè & per se respiciunt bonum, malum autem ex consequenti. Pertinet enim ad rationem virtutis, vt opus bonum reddat, vt in 2. Ethic. * dicitur. Et ideo de ratione doni timoris non est illud malum, quod respicit timor, sed eminentia illius boni, s. diuini, cuius potestate

*Aug. in Can. Ioã. tract. 9.

† P. 2. q. 19. arti. 1.

*ar. 4. huius quæst.

* Lib. 2. ethic. c. 6. in princ. tom. 5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

go diuina eminentia nõ solum absolute, quo modo non est obiectum timoris, sed vt causa mali abstrahere a possibili executione mali, & sic esse obiectum timoris absque ordine ad malũ possibile euenire, sed non potest vt causa mali abstrahere ab hoc quòd ipsa secundum se est potens causare malum. Et quia sic erat in Christo, ideo vtrũque de Christo dicitur, s. & q non erat in eo timor mali possibilis fugiendi, s. per donũ timoris, & q erat in eo timor eminentiæ diuinæ potentis infligere malum. Contemplando siquidem diuinam eminentiam, vt causam potentem, quantum ex se est infligere malum, insurgebat timor reuerentialis ad illam: quãuis sciendo eminentiã illam esse causam determinatam ad non causandum in se huiusmodi malum, secutus esset absque suspitione quacumque huiusmodi mali.

49 3.cont.c. 154 fi. Et veri.q.27. ar.1. & 5. cor. Et opusc. 3. c. 221. Et Ro.1.lec. 3. Et Eph. 1. lect.2.

¶Et per hæc patet solutio obiectorum, & q omnia consonant.

¶In responsione ad primũ eiusdem articuli sexti si distinctionẽ iam dictam de duplici ordine causæ ad effectum, applicueris ad literam videbis differentiã, inter timoris donum, & spei virtutem in litera positam. Habet siquidẽ actor, siue boni, siue mali duplicem ordinem ad suum effectum: primo se cundũ ie pro quanto est potens causare bonũ, siue malum etiam mihi: secundo, vt præparatus est ad executionem boni, vel mali. Tunc autem tantũ timetur malum, vel speratur bonum ex actore, quando vterq; ordo interuenit, quãdo autem primus tantum, tũc actor tantum respicitur.

¶In litera igitur ponitur differentia inter virtutem spei & donum timoris, in hoc q spes est respectu boni in executione & respectu actoris boni vtroque modo: timor verò non est respectu mali, nec respectu actoris vt executiui, sed respectu actoris potentis secundum se malum causare. Et ratio redditur in litera ex communi ratione doni & virtutis, quia scilicet commune est virtuti & dono per se primo respicere bonum, quia virtus primo bonum facit. Hinc enim sequitur, quod spes, quæ non solum inquantum donum, sed secundum propriam rationem spei directe respicit bonum, omniaquæ conuenire nata sunt spei, retinent, ac per hoc quòd sit boni habendi, seu non habiti. Timor autem, quia secundum propria rationem timoris directe respicit malum, sed quatenus elcuatus est in celsitudinem doni, proprie &

aliquod malũ infligi potest: sed spes, secundum q virtus est, respicit non solum actorem boni, sed etiam ipsum bonum, inquantum est non habitum. Et ideo christo, qui iam habebat perfectũ beatitudinis bonum, non attribuitur virtus spei, sed donum timoris.

¶Ad secundum dicendum, q ratio illa procedit de timore, secundum q respicit obiectum, quod est malum.

¶Ad tertium dicendum, quòd perfecta charitas foras mittit timorem seruilem, qui respicit principaliter pœnam: sic autem timor non fuit in Christo.

ARTICVLVS VII.

Vtrum in Christo fuerint gratiæ gratis datæ

AD septimum sic proceditur. Videtur q in Christo non fuerint gratiæ gratis datæ. Ei enim qui habet aliquid secundum plenitudinem, non competit illud habere secundum participationem: sed Christus habuit gratiam secundum plenitudinem, secundum illud Ioan. 1. Plenum gratiæ & veritatis. Gratiæ autem gratis datæ videntur esse quædam participationes diuisim, & particulariter diuersis attributæ, secundum illud 1. ad Corin. 12. Diuisiones gratiarum sunt. ergo videtur quòd in Christo non fuerint gratiæ gratis datæ.

¶2 Præt. Quod debetur alicui, non videtur esse gratis ei datum: sed debitum erat homini Christo, q sermone sapientiæ, & scientiæ abundaret, & potens esset in virtutibus faciendis, & in aliis huiusmodi, quæ pertinent ad gratias gratis datas, cum ipse sit Dei virtus, & Dei sapientia, vt dicitur 1. ad Corin. 1. ergo Christo non fuit conueniens habere gratias gratis datas.

¶3 Præt. Gratiæ gratis datæ ordinantur ad vtilitatem fidelium, secundum illud 1. Cor. 12. Vnicuiq; datur manifestatio spiritus ad vtilitatem: nõ autem videtur ad vtilitatem aliorum pertinere habitus, aut quæcumq; dispositio, si homo non vtatur, secundum illud Eccl. 10. Sapientia abscondita & thesaurus inuisus, quę vtilitas in vtrisque? Christus autem non legitur vsus

omnibus gratiis gratis datis, præsertim quantum ad genera linguarũ. non ergo in Christo fuerunt omnes gratię gratis datæ.

¶Sed contra est, q Aug. dicit in epistola ad Dardanum, * q sicut in capite sunt omnes sensus, ita in Christo fuerunt omnes gratiæ.

¶Respon. Dicendum, q sicut in 2. parte habitum est, * gratiæ gratis datæ ordinantur ad fidei & spiritalis doctrinæ manifestationem: oportet enim eum, qui docet habere ea, per quæ sua doctrina manifestetur, aliàs sua doctrina esset inutilis. Spiritualis autem doctrinæ & fidei, primus & principalis doctor est Christus, secundum illud Hebr. 2. Cum initium accepisset enarrari per Dominum, per eos, qui audierunt, in nos confirmata est, contestante Deo signis & portentis &c. Vnde manifestum est, q in Christo excellentissimè fuerunt omnes gratiæ gratis datæ, sicut in primo & principali fidei doctore.

¶Ad primum ergo dicendum, q sicut gratia gratũ faciens, ordinatur ad actus meritorios tàm interiores quàm exteriores, ita gratia gratis data ordinatur ad quosdam actus exteriores, fidei manifestatiuos, sicut est operatio miraculorũ & alia huiusmodi. In vtraque autem gratia Christus plenitudinem habuit: inquantum. 1. diuinitati vnita eius anima, plenam efficaciã habebat ad omnes prædictos actus perficiendos: sed alii sancti, qui mouetur à Deo sicut instrumenta nõ vnita, sed separata, particulariter efficaciam recipiunt ad hos, vel ad illos actus perficiendos. Et ideo in aliis sanctis huiusmodi gratiæ diuiduntur, non autem in Christo.

¶Ad secundum dicendum, q Christus dicitur Dei virtus, & Dei sapiẽtia, inquantum est æternus Dei filius: sic autem non competit sibi habere gratiam, sed esse potius datorem gratiæ: secundum humanam naturam.

¶Ad tertium dicendum, q donum linguarum datum est apostolis, quia mittebantur ad docendas omnes gentes. Christus autem in vna sola gente Iudæorum voluit personaliter prædicare, secundum quòd ipse dicit Matth. 15. Non sum missus nisi ad oues, quæ

per se respicit bonum, non retinet ea quæ se tenent ex parte mali, sed ad id, quod se tenet ex parte boni, tendit. Et ideo minimum retinuit ad malum, timoris donum in Christo, dum in solum tendebat actorem mali, non vt executiuum, sed vt in se potentem causare malum. Quo fit, vt virtus spei in Christo non fuerit, vt pote, ponens Deum non habere ab anima Christi, timoris autem donum in eo fuerit, vtpote, solum reuerentiam actoris mali ponens in Christi anima.

¶ Super quæstionis septimæ, Articul. septimum.

TItulus articuli septimi, vt sonat intelligitur.

¶In corpore vnica est conclusio responsiua quæsito affirmatiue. In Christo fuerũt excellentissimè omnes gratiæ gratis datæ. Probatur, Oportet eum, qui docet, habere ea per quæ sua doctrina manifestetur. ergo oportet in christo excellẽtissimè fuisse omnes gratias gratis datas. Antecedens probatur, quia aliàs sua doctrina esset inutilis. Consequentia vero probatur, quia Christus est primus & principalis doctor fidei, & gratiæ gratis datæ sunt ea, per quæ ũ dei spiritusque doctrina manifestatur.

¶Vbi nota, q Christus dicit primus & principalis fidei doctor, vel quia persona illa habet etiam tempore primatum in docendo, vel quia non obumbratæ, sed reuelatæ fidei doctor primus tẽpore & principalis auctoritate fuit Christus secũdum q homo, prout de ipso est sermo hic. Et hoc authoritati Apostoli ad Hebreos 2. consonat, vbi salus initium manifestæ narrationis a Christo, in quo Deus nouissime locutus est, sumpsisse dicitur.

¶Super hoc autem, quòd Christus est primus, ac principalis doctor. fundatur consequentia, non solum gratiarum, sed etiam excellentissimo modo gratiarum in Christo. Decet enim primum ac præcipuum doctorem excellentius aliis se habere in doctrina, & requisitis ad illam, propter quod in litera in calce corporis, huius sequelæ ratio tangitur dicendo. Sicut in primo & principali fidei doctore.

¶In responsione ad primum eiusdem septimi articuli, cum legis differentiam inter Christum & alios sanctos, in hoc quòd in aliis sanctis gratiæ gratis datæ diuiduntur, non autem in Christo intellige non de diuersitate, & vnitate, quasi in Christo omnes gratiæ gratis datæ sint vna gratia, in aliis vero sanctis alia sit gratia prophetiæ, alia gratia sanitatum, alia gratia miraculorum, &c. quoniam sicut virtutes infusæ, quæ spectant ad gratiam gratum facientẽ, multiplicant in Christo, sicut in aliis sanctis, & non omnes virtutes i christo sunt vna virtus ita multiplicãtur tam in Christo, quàm aliis sanctis gratiæ gratis datæ: sed intellige de diuisione totius & partium hoc est quòd in Christo fuit tota plenitudo gratiarum gratis datarum, in aliis vero sanctis fuit partialiter, quia vni sancto vna gratia, & alteri alia, iuxta doctrinam Apostoli. Et rursus vni sancto talis gratia (puta prophetiæ, aut miraculorum secundum talem mensuram) in Christo autem tota plenitudo &c. Et ratio assignatur in litera, quia humanitas Christi erat organum coniunctũ diuinitati, alii vero sancti mouentur a Deo vt instrumenta separata, quod si plenius non intelligis, vide vltra prius dicta, in quarto contra Gentiles c. 14.

* quæst. 10. ar. 2.

50 Infra q6. 31. ar. 2. & 2. 2. q. 174 artic. 5. Et Psal. 44. Et Mat. 1. Et Ioã. 4. lect 6. Et 1. Corint. 13. lect. 1.

¶ Super quæstionis septimæ, Articul. octauum.

† Art. 3. & 4. huius q.

TItulus octaui articuli intelligitur, vt sonat.

¶In corpore articuli vna est conclusio responsiua quæsito affirmatiue, scilicet, in christo fuit prophetia. Probatur christus fuit non solum cõprehensor, sed viator, & cognoscebat, ac dicebat q procul ab aliorum erant notitia. ergo fuit propheta. Cõsequentia probatur, quia ad prophetiam requiritur, quòd cognita sint procul ab aliis, cum quibus cognoscens & annuntians est: quod probatur ex differentia secundum locum & secundum tempus, & consequenter ex differentia inter pure comprehensores & viatores.

¶Vbi nota primo ex libro præcedenti quæst. 173. artic. 1. & ex quæst. 174 articu. 5 quòd cognitio prophetica dupliciter sortitur esse procul, scilicet, vel ex parte cognitionis (& penes hoc distinguitur prophetia Moysi & Christi à cognitione beatorum, quoniam beati non sunt procul, quia comprehensores tantum. Moyses autem fuit simpliciter viator, Christus vero comprehensor & viator, & propterea Auctor hoc in loco prophetiam in christo inuestigat, & cõcludit ex parte cognoscentis, quia, scilicet Christus erat viator.

* lib. 16. c. 18. to. 6.

¶Nota secundo nouitie, quòd probatio literæ secundum locum & tempus, repetitione eiusdem loci, & similiter temporis respectu dicentis & aliorum eget, ita quòd in exemplo de loco ad partem negatiuã, scilicet Si vero aliquis in Syria existens, ea quæ sunt ibi annuntiaret, non esset propheticum. Et idem apparet secũdum tempus. Propheticum enim fuit quod Isaias prænuntiauit, quòd Cyrus rex Persarũ templum Dei esset rædificaturus, vt patet Isa. 44. Non autem fuit propheticum, quòd Esdras hoc scripsit, cuius tempore factum est. Si igitur Deus aut angeli, vel etiam beati cognoscunt & annũtiant ea, quæ sunt procul a nostra notitia, hoc non pertinet ad prophetiam: quia in nullo nostrum statum attingunt. Christus autem ante passionem nostrum statũ attingebat, inquantum nõ solum erat comprehensor, sed etiam viator. Et ideo propheticum erat, q ea quæ erant procul ab aliorum viatorum notitia, & cognoscebat & annuntiabat. Et hac ratione dicitur in eo fuisse d, pphetia.

¶Ad primum ergo dicẽdum, q per illa verba non ostenditur esse de ratione prophetiæ d ænigmatica cognitio, quæ scilicet est per somnium & in visione: sed ostenditur comparatio aliorum prophetarum, qui per somnium & in visione perceperunt diuina, ad Moysen, qui palam & non per ænigmata Deum vidit, qui propheta est dictus, secundum illud Deut. vlti. Non surrexit vltra propheta in Israel, sicut Moyses. Potest tamen dici, quòd etsi Christus habuit plenã & apertam notitiam, quantum ad partem intellectiuam: habuit tamen in parte imaginatiua quasdam similitudines, in quibus etiam poterat speculari diuina, inquantum non solum erat comprehensor, sed etiam viator.

¶Ad secundum dicendum, quòd fides est eorum, quæ non videntur ab ipso credente, & similiter spes est eorum, quæ non habentur ab ipso sperante: sed prophetia est eorum quæ sunt procul à communi hominum sensu, cum quibus propheta conuersatur, & communicat in statu viæ: & ideo sistinguitur cognitio prophetica communiter dicta, a visione Dei per essentiam) vel ex parte cognoscentis, & penes hoc distinguitur prophetia Moysi & Christi à cognitione beatorum, quoniam beati non sunt procul, quia comprehensores tantum. Moyses autem fuit simpliciter viator, Christus vero comprehensor & viator, & propterea Auctor hoc in loco prophetiam in christo inuestigat, & cõcludit ex parte cognoscentis, quia, scilicet Christus erat viator.

¶Nota secundo nouitie, quòd probatio literæ secundum locum & tempus, repetitione eiusdem loci, & similiter temporis respectu dicentis & aliorum eget, ita quòd in exemplo de loco ad partem negatiuã, scilicet Si vero aliquis in Syria existens, ea quæ sunt ibi annuntiaret, non esset propheticum. Et idem apparet secũdum tempus. Propheticum enim fuit quod Isaias prænuntiauit, quòd Cyrus rex Persarũ templum Dei esset rædificaturus, vt patet Isa. 44. Non autem fuit propheticum, quòd Esdras hoc scripsit, cuius tempore factum est. Si igitur Deus aut angeli, vel etiam beati cognoscunt & annũtiant ea, quæ sunt procul a nostra notitia, hoc non pertinet ad prophetiam: quia in nullo nostrum statum attingunt. Christus autem ante passionem nostrum statũ attingebat, inquantum nõ solum erat comprehensor, sed etiam viator. Et ideo propheticum erat, q ea quæ erant procul ab aliorum viatorum notitia, & cognoscebat & annuntiabat. Et hac ratione dicitur in eo fuisse d, pphetia.

¶Ad primum ergo dicẽdum, q per illa verba non ostenditur esse de ratione prophetiæ d ænigmatica cognitio, quæ scilicet est per somnium & in visione: sed ostenditur comparatio aliorum prophetarum, qui per somnium & in visione perceperunt diuina, ad Moysen, qui palam & non per ænigmata Deum vidit, qui propheta est dictus, secundum illud Deut. vlti. Non surrexit vltra propheta in Israel, sicut Moyses. Potest tamen dici, quòd etsi Christus habuit plenã & apertam notitiam, quantum ad partem intellectiuam: habuit tamen in parte imaginatiua quasdam similitudines, in quibus etiam poterat speculari diuina, inquantum non solum erat comprehensor, sed etiam viator.

¶Ad secundum dicendum, quòd fides est eorum, quæ non videntur ab ipso credente, & similiter spes est eorum, quæ non habentur ab ipso sperante: sed prophetia est eorum quæ sunt procul à communi hominum sensu, cum quibus propheta conuersatur, & communicat in statu viæ: & ideo fi-

D.1068.

D.1066.

aliis sanctis gratiæ gratis datæ diuiduntur, non autem in Christo intellige non de diuersitate, & vnitate, quasi in Christo omnes gratiæ gratis datæ sint vna gratia, in aliis vero sanctis alia sit gratia prophetiæ, alia gratia sanitatum, alia gratia miraculorum, &c. quoniam sicut virtutes infusæ, quæ spectant ad gratiam gratum facientẽ, multiplicant in Christo, sicut in aliis sanctis, & non omnes virtutes i christo sunt vna virtus ita multiplicãtur tam in Christo, quàm aliis sanctis gratiæ gratis datæ: sed intellige de diuisione totius & partium hoc est quòd in Christo fuit tota plenitudo gratiarum gratis datarum, in aliis vero sanctis fuit partialiter, quia vni sancto vna gratia, & alteri alia, iuxta doctrinam Apostoli. Et rursus vni sancto talis gratia (puta prophetiæ, aut miraculorum secundum talem mensuram) in Christo autem tota plenitudo &c. Et ratio assignatur in litera, quia humanitas Christi erat organum coniunctũ diuinitati, alii vero sancti mouentur a Deo vt instrumenta separata, quod si plenius non intelligis, vide vltra prius dicta, in quarto contra Gentiles c. 14.

perierunt domus Israel. Et Apost. dicit Rom. 15. Dico Christum Iesum ministrum fuisse circuncisionis. Et ideo non oportuit, q loqueretur pluribus linguis: nec tamen defuit ei omnium linguarum notitia, cum etiã occulta cordium ei non essent abscondita (vt infra dicetur *) quorum voces quæcumq; sunt signa: nec tamen inutiliter hanc notitiam habuit, sicut non inutiliter habet habitum, qui eo non vtitur, quando non est opportunum.

10 20

ARTICVLVS VIII.

Vtrum in Christo fuerit prophetia.

AD octauum sic proceditur. Videtur q in Christo fuerit prophetia. Prophetia. n. importat quandam obscuram & imperfectam notitiam, secundum illud Numeri. 12. Si quis fuerit inter vos, ppheta Domini, per somnium aut in visione loquar ad eum: sed Christus habuit plenam & apertam notitiam multo magis quam Moyses, de quo ibi subditur, q palãm & non per ænigmata videt Deum. Non ergo in Christo debet poni prophetia.

30 40

¶2 Præt. Sicut fides est eorum, quæ non videntur, & spes eorum, quæ non habentur, ita prophetia est eorum, quę non sunt præsentia, sed distant, nã propheta dicitur quasi procul fans: sed in Christo non ponitur fides nec spes, vt supra dictum est. * Ergo prophetia etiam non debet poni in Christo.

50

¶3 Præt. propheta est inferioris ordinis, quàm Angelus, vnde & de Moyse, qui fuit supremus prophetarum (vt in 2. parte dictum est *) dicitur Act. 7. q locutus est cum Angelo in solitudine: sed Christus non est minoratus ab angelis secundum notitiam animæ, sed solum secundum corporis passionem, vt habetur Heb. 2. ergo videtur q Christus non fuit Propheta.

60

¶Sed contra est, q de eo prædicitur Deute. 18. Prophetam suscitabit, vobis Deus de fratribus vestris. Et ipse de se dicit Matth. 13. & Ioan. 4. Non est Propheta sine honore, nisi in patria sua.

¶Respon. Dicendum, q Propheta dicitur quasi procul fans, vel procul videns: inquantum. s. cognoscit & loquitur ea, quæ sunt procul ab hominum sensibus: sicut etiam Aug. dicit 16. cõ-

70

¶ Super quæstionis septimæ, Articul. octauum.

TItulus octaui articuli intelligitur, vt sonat.

¶In corpore articuli vna est conclusio responsiua quæsito affirmatiue, scilicet, in christo fuit prophetia. Probatur christus fuit non solum cõprehensor, sed viator, & cognoscebat, ac dicebat q procul ab aliorum erant notitia. ergo fuit propheta. Cõsequentia probatur, quia ad prophetiam requiritur, quòd cognita sint procul ab aliis, cum quibus cognoscens & annuntians est: quod probatur ex differentia secundum locum & secundum tempus, & consequenter ex differentia inter pure comprehensores & viatores.

¶Vbi nota primo ex libro præcedenti quæst. 173. artic. 1. & ex quæst. 174 articu. 5 quòd cognitio prophetica dupliciter sortitur esse procul, scilicet, vel ex parte cognitionis (& penes hoc di-

† Art. 3. & 4. huius q.

2. 2. quæst. 174. ar. 4.

80

Universidad de Deusto
Biblioteca

hensiuæ est propheta: ergo in quantum comprehensor est propheta: quoniam ratione cognitionis comprehensiuæ, non in quocunque, sed in viatore est propheta Christus. Valeret autem, si ratione cognitionis comprehensiuæ absolute Christus esset propheta, quod non dicimus. Et ad hoc tendit responsio prima ad primum cum toto corpore articulum de cognitionis conditione nulla est cura: sed de conditione cognoscentis.

¶ Nota nouitie quarto, quòd cum dicitur, Christus, in quantum viator, est propheta, ly in quantum, non reduplicatiue tenetur: alioquin omnis viator esset propheta, sed specificatiue, quoniá denotat conditioné in Christo, qua suscipit prædicationem prophetæ. Est enim propheta, quia est viator: sicut Socrates est crissus, in quantum capillatus: quia crispitudinem habet non nisi quia capillatus.

51 Infr. artic. 10. & 12. ca. & 3. di. 13. q. 1. ar. 2. q. 6. 1. & distin. 15. q. 1. artic. 2. ad 5 Et op. 3. cap. 221. Et op. 60. ca. 3.

¶ *Super quæstionis septimæ Articul. nonum.*

TItulus articuli noni ab Auctore in principio corporis declaratur, q plenitudo importat totalitatem & perfectionem, ita quòd habere gratiæ plenitudinem, est habere gratiam totaliter & perfecte. Et qa totaliter & perfecte dupliciter inuenit, vel in genere aliquo, vel simplicitèr, in tellige hic, quòd est sermo de totalitate & perfectione simpliciter, ita quòd quæstio est, an in Christo fuerit gratiæ plenitudo simpliciter.

*P. 2. q. 6. 110. ar. 4. ad 1. & Ar. 3. & 4.

*P. 2. q. 6. 110. art. 2.

ARTICVLVS IX.

Vtrum in Christo fuerit plenitudo gratiæ.

AD nonum sic proceditur. Videtur q non fuerit in Christo gratiæ plenitudo. A gratia enim derivantur virtutes vt in secunda parte dictum est.* sed in Christo non fuerunt omnes virtutes: non enim fuit in eo fides neque spes, vt ostensum est. ergo in Christo non fuit gratiæ plenitudo.

¶ 2 Prat. Sicut patet ex his, quæ in secunda parte dicta sunt,* gratia diuiditur in operantem & cooperantem: operans autem gratia dicitur, per quã iustificatur impius, quod quidem non habuit locum in Christo, quinumquã subiacuit alicui peccato. ergo in Christo non fuit plenitudo gratiæ.

¶ 3 Prat. Iac. 1. dicitur, Omne datũ optimum, & omne donum perfectum, desursum est descendens à Patre luminum: sed quod descendit, habetur particulariter, & non plenè. ergo nulla creatura, necetiam anima Christi potest habere plenitudinem donorum gratiæ.

¶ Sed contra est, q dicitur Ioan. 1. Vidimus eum plenum gratiæ & veritatis.

¶ Respon. Dicendum, quòd plenè dicitur haberi, quod perfectè & totaliter habetur. Totalitas autem & perfectio potest attendi dupliciter. Vno modo, quantum ad quantitatem eius intensiuam: puta si dicam aliquem plenè habere albedinem, si habeat eam, quantuncumque nata est haberi. Alio modo secundum virtutem: puta si aliquis dicatur plenè habere vitam: quia habet eam secundum omnes effectus, vel opera vitæ, & sic habet plenè vitam homo, nõ autem brutum animal, vel planta. Vtroque autem modo Christus habuit gratiæ plenitudinem. Primo quidem, quia habuit eam in summo secundum perfectissimum modũ, quo haberi potest. Et hoc quidem apparet, primo ex propinquitate animæ Christi ad causam gratiæ: dictum est* enim, quòd quanto aliquod receptiuũ propinquius est causæ influenti, tanto abundantius recipit. Et ideo anima Christi, quæ propinquius coniungitur Deo inter omnes creaturas rationales, maximam recepit influentiam gratiæ eius. Secundo ex comparatione eius ad effectum. sic enim recipiebat anima Christi gratiam, vt ex ea quodammodo transfunderetur in alios. Et ideo oportuit, quòd haberet maximam gratiam: sicut ignis, qui est causa caloris in omnibus calidis, est maximè calidus. Similiter etiam quantum ad virtutem gratiæ plene habuit eã ad omnes operationes vel effectus gratiæ. Et hoc ideo, quia conferebatur ei gratia tanquam cuidam vniuersali principio in genere habentium gratiam. Virtus autem primi principij alicuius generis vniuersaliter se extendit ad omnes effectus illius generis: sicut sol, qui est vniuersalis causa generationis (vt Diony. dicit 4. c. de Diui. nomi.*) eius virtus se extendit ad omnia, quæ sub generatione cadunt. Et sic secunda plenitudo gratiæ extenditur in Christo, inquantum se extendit eius gratia ad omnes gratiæ effectus, qui sunt virtutes & dona, & alia huiusmodi.

*ar. 1. huius q.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd fides & spes nominant effectus gratiæ in quodam defectu, qui est ex parte recipientis gratiam, inquantum scilicet, fides est de non visis, & spes de non habitis. Vnde non oportet, quòd in Christo, qui est actor gratiæ, fuerint defectus quos important fides & spes: sed quicquid est perfectionis in fide & spe, in Christo est multo perfectius: sicut in igne non sunt omnes modi caloris defectiui ex defectu subiecti, sed quicquid pertinet ad perfectionem caloris.

¶ Ad secundum dicendum, q ad gratiam operantem per se, pertinet facere iustum: sed quòd iustum faciat ex impio, hoc accidit ei ex parte subiecti, in quo peccatum inuenitur. Anima Christi igitur iustificata est per gratiam operantem, inquantum per eam facta est iusta & sancta à principio suæ conceptionis, non q ante fuerit peccatrix, aut etiam non iusta.

¶ Ad tertium dicendum, quòd plenitudo gratiæ attribuitur animæ Christi secundum capacitatem creaturæ: non autem per comparationem ad plenitudinem infinitam bonitatis diuinæ.

ARTICVLVS X.

Vtrum plenitudo gratiæ sit propria Christi.

AD decimum sic proceditur. Videtur quòd plenitudo gratiæ non sit propria Christi. Quod enim est proprium alicuius, sibi soli conuenit: sed esse plenum gratia, quibusdam aliis attribuitur: dicitur enim Luc. 1. beatę Virgini, Aue gratia plena. dicitur etiã Act. 7. Stephanus plenus gratia & fortitudine. ergo plenitudo gratiæ non est propria Christo.

¶ 2 Præt. Illud, quod potest communicari aliis per Christum, non videtur esse proprium Christo: sed plenitudo gratiæ potest communicari per Christum aliis: dicit enim Apo. Ephe. 3. Vt impleamini in omnem plenitudinem Dei. ergo plenitudo gratiæ non est propria Christo.

¶ 3 Præt. Status viæ proportionari videtur statui patriæ: sed in statu patriæ erit quædam plenitudo: quia in illa cælesti patria, vbi plenitudo est omnis boni, licet quædam data sint excellenter, nihil tamen possidetur singulariter, vt patet per Greg. in homil.* de centum ouibus. ergo in statu viæ habetur gratiæ plenitudo à singulis hominibus: & ita plenitudo gratiæ non est propria Christi.

¶ Sed contra est, quòd plenitudo gratiæ attribuitur Christo, inquantum est vnigenitus à Patre, secundum illud Ioan. 1. Vidimus eum quasi vnigenitum à Patre, plenum gratiæ & veritatis: sed esse vnigenitum à Patre, est proprium Christo. ergo & sibi pro-

52 3. di. 13. q. 1. art. 2. q. 2.

*hom. 34. in euã inter fine & medium.

Luc. 1. ad beatam Virginem dictum est, Quod ex te nascetur sanctum. Cum ergo legis genus habentium gratiam, intellige perinde ac si legeres genus filiorum adoptiuorum Dei: quoniam genus habentium gratiam per adoptionem est. Et quia Christus est vniuersale principium generis habentium gratiam, sicut si sol poneretur vniuersale principium generabilium secundũ naturã, ideo oportet q gratia Christi extendat se ad omnes gratiæ effectus, sicut virtus solis ad omnia generabilia in natura se extenderet.

¶ Ad tertium dicendum, quòd plenitudo gratiæ potest attendi dupliciter, vno modo ex parte ipsius gratiæ: alio modo ex parte habentis gratiam. Ex parte quidem ipsius gratiæ dicitur esse plenitudo, ex eo quòd aliquis pertingit ad summum gratiæ, & quantum ad essentiam & quantum ad virtutem, quia scilicet habet gratiam & in maxima excellentia, qua potest haberi, & in maxima extensione ad omnes gratiæ effectus, & talis gratiæ plenitudo est propria Christo. Ex parte vero subiecti dicitur gratiæ plenitudo, quando quis habet plene gratiam secundum suam conditionem, siue secundum intensionem, prout in eo est intensa gratia vsque ad terminum præfixum ei à Deo, secundum illud Ephe. 4. Vnicuique nostrum data est gratia, secundum mensuram donationis Christi: siue etiam secundum virtutem, inquãtum scilicet habet facultatem gratiæ ad omnia, quæ pertinent ad suum officium siue statum, sicut Apostolus dicebat Ephe. 3. Mihi enim omnium sanctorũ minimo data est gratia hæc, illuminare omnes, &c. Et talis gratiæ plenitudo non est propria Christo, sed communicatur aliis per Christum.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd beata Virgo dicta est plena gratia, non ex parte ipsius gratiæ: quia non habuit gratiam in summa excellentia, qua potest haberi, nec ad omnes effectus gratiæ, sed dicitur fuisse plena gratia per comparationem ad ipsam: quia scilicet habebat gratiam sufficientem ad statum illum, ad quem erat electa à Deo, vt esset scilicet mater Vnigeniti eius. Et similiter Stephanus dicitur plenus gratia, quia habebat gratiam sufficientem ad hoc, quòd esset idoneus minister & testis Dei, ad quod erat electus. Et idem dicendum est de aliis: harum tamen plenitudinum vna est plenior altera, secundum q aliquis est diuinitus præordinatus ad altiorẽ, vel inferiorem statum.

¶ Ad secundum dicendum, q Apostolus ibi loquitur de illa plenitudine gratiæ, quæ accipitur ex parte subiecti, in comparatione ad id, ad quod homo est diuinitus præordinatus: quod quidem est vel aliquid commune, ad quod præordinantur omnes sancti, vel aliquid speciale, quod pertinet ad excellentiam aliquorum. Et secundum hoc quædam plenitudo gratiæ est omnibus sanctis communis, vt scilicet habeant gratiam sufficientem ad merendum vitam æternam, quæ in plena Dei fruitione cõsistit, & hanc plenitudinẽ optat Apost. fidelibus, quibus scribit.

¶ *Super quæstionis septimæ, Articul. decimum.*

TItulus occasionem sumit ex eo, quòd multis i sacra scriptura attribuitur plenitudo gratiæ, vt patet de beata Virgine & Stephano.

¶ In corpore est vna distinctio bimembris, cum duabus cõclusionibus responsiuis secundum singula membra. Distinctio est hęc, Plenitudo gratiæ duplex est, vel ex parte gratiæ, vel ex parte subiecti. Prima conclusio responsiua est, Plenitudo gratiæ ex parte gratiæ, propria est Christo: secunda est, plenitudo gratiæ ex parte subiecti, non est propria Christo, sed communis est multis per christum. Prima conclusio probatur: quia solus Christus pertingit ad summum gratiæ, tam intensiue, quã tum ad essentiam, quã extensiue quã tum ad virtutem. Probatur: quia solus habet gratiam in maxima excellentia, qua potest haberi, & in maxima extensione ad omnes gratiæ effectus. Secunda autem probatur quia alius gratia datur intensiue, secundum mensuram eis à Deo præfixam, iuxta Apostoli; auctoritatem Et similiter datur virtus gratiæ ad omnia, quæ pertinent ad suum officium, vel statum, iuxta alia Apostoli auctoritatem.

¶ Nota hic primo, quòd distinctio in præcedenti articulo posita de plenitudine gratiæ intensiuæ vel extensiuæ, diuidit quod ber membrum distincte omnis in hoc articulo facit. Nam plenitudo gratiæ secundum se attendi tur hic

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur hîc tam intensiue, quàm extensiue, & similiter plenitudo gratiæ ex parte subiecti attenditur tã intensiue, quã extensiue. Quoniam in articulo præcedẽti plenitudo gratiæ absolute, hoc est sine additione, cõsiderata distincta est, hîc vero cum explicata additione vel ex parte subiecti, cõsiderata & distincta est. Vnde in Christo est plenitudo gratiæ simpliciter intensiue & extensiue, intã præcedentem articulum. Et in eodem solo est plenitudo gratiæ ex parte gratiæ tam intensiue, quàm extensiue, & in eodem & alijs per ipsum est plenitudo gratiæ ex parte subiecti, iuxta hunc articulum. Sed in Christo plenitudo ex parte subiecti coincidit cum plenitudine gratiæ secundum se: quoniam vnigenitum à Patre decet plenitudo gratiæ secundũ se: in alijs autẽ est plenitudo ex parte subiecti limitata, ita quòd non est plenitudo ex parte gratiæ secundũ se, quoniã hîc est propria vnigeniti à Patre, vt prima huius articuli conclusio dicit.

¶ Nota secundo diligentissime, q̃ Auctor de quantitate intensiua gratiæ secundum se, loquens in hoc articulo, dicit, q̃ inuenitur de facto in summo data animæ Christi, vt patet in primo membro distinctionis, & prima conclusione. Et declarat tale summum esse quantum ad essentiam, distinguendo contra virtutem, & quantum ad excellentiam; distinguendo contra extensionem, quæ ad virtutem spectat dicendo, quòd est in maxima excellentia, qua haberi potest. vbi impersonaliter loquitur, & ex parte gratiæ, & non ex parte subiecti, vt clare adeo patet in litera, quòd non potest inficiari.

¶ Et hæc ideo notanda duxi, vt videant Thomistæ secundum Auctoris doctrinam dari summam charitatem, summam gratiã, non solum ex parte subiecti, secundum mensuram quam vnicuiq; præfixit Deus, sed ex parte ipsius charitatis & gratiæ secundũ se, vt infra amplius clarificabitur.

¶ In responsione ad primum, nota sobrietatem doctrinæ præsentis circa plenitudinem gratiæ in beata Virgine, scilicet vt sit plena gratia tam intensiue, quàm extensiue non plenitudine gratiæ secundum se (quia illa est propria Vnigeniti à Patre) sed plenitudine tam intensiue, quàm extensiue requisita ad matrem Dei. Et hic nota contra loquaces, & gratiam beatæ Virginis extendentes ad omnes effectus gratiæ, quasi matris Dei laus indigeat nostris pro voluntate non ratione laudibus sub quadam pietatis specie.

¶ Siste igitur vir vere deuote, ac docte, in laudibus ratione fultis, vt scilicet sit gratia plena, non ex parte gratiæ, sed subiecti, nec in summo intensiue, aut extensiue ex parte gratiæ. Lauda in ea gratiam, sed in summo ex parte subiecti supra omnem puram creaturam: hæc enim plenitudo matrem Dei decet, quæ super omnes est puras creaturas exaltata.

¶ Super Quæstionis septimæ, Articulum vndecimum.

DIuinæ vt non desim gratiæ, par est, vt cœptum opus prosequamur, & quanto amplius Dei sanctissimiq; domini nostri Leonis decimi Pontificis Maximi gratia, Cartines me dignitate attollens abundanter, tanto magis debeo Iesu Christi mysteria, Ecclesiæque sacramenta scrutari, in lucemque proferre.

¶ Hoc igitur eodem anno salutis quidem millesimo quingentesimo decimoseptimo, ætatis autẽ propriæ nõo supra quadragesimũ, inchoatũ opus die duodecima Cardinalatus simul & mensis Iulij prosequendo, titulũ huius vndecimi articuli quæstionis septimæ intelligendum, vt sonat dicimus.

¶ In corpore articuli respondetur quæsito, diuidendo & subdistinguẽdo, sic q̃ iuxta tria mẽbra distinctionis tribus conclusionibus respondetur. Diuisio est, Gratia Christo duplex vt vnionis, vel habitualis. Subdistinctio est, Gratia habitualis dupliciter considerat, vel secundum rationem entis, uel secũdum rationem gratiæ. Vnde consurgũt tria membra: videlicet gratia vnionis, gratia habitualis vt ens, gratia habitualis vt gra. Prima conclusio iuxta primũ membrum est, Gratia vnionis est infinita. Probatur, Vniti personaliter filio Dei, est infinitum, secundum q̃ ipsa persona verbi est infinita. ergo gratia vnionis est infinita. Vbi iuxta promissa expecta calcem vltimi articuli præsentis quæstionis. Secunda conclusio est, Gratia habitualis Christi, inquantum ens, est finita. Probatur, Est in anima Christi sicut in subiecto. ergo est ens finitum. Probatur sequela: quia non excedit suum subiectum, quod est finitæ capacitatis, quia creatura quædam.

¶ Nota hic, q̃ quia finiti & infiniti ratio quantitati soli congruit, vt dicitur in 1. Physicorum, iuxta multiplicem quãtitatem rei, multiplex finitas uel infinitas cõsiderari potest. Verbi gratia in linea iuxta duplicem quantitatem, scilicet molis vel perfectionis, dupliciter potest dici finita vel infinita: nam si esset linea aliqua infinitæ longitudinis, esset finita secundum perfectionem (esset enim accidens, ac per hoc imperfectius ens, quã substantia quæcunque) & esset infinita secundum rationem lineæ. Et simile accidit in habentibus tantum quantitatem perfectionis: multarum tamen rationum, quòd scilicet possunt iuxta multiplicem perfectionis quantitatem, multipliciter dici finita vel infinita, ita quòd secundum quantitatem talis perfectionis sunt finita, & secundum quantitatem alterius rationis perfectionis sunt infinita: vt si esset albedo infinita intensiue secundum latitudinem albedinis, esset infinita secundum rationem albedinis: esset tamen finita secundum quantitatem perfectionis simpliciter, quoniam esset accidens, ac per hoc imperfectius ens qualibet substantia quantumcunque finitæ perfectionis.

¶ In litera igitur Auctor gratiam considerat, & secundũ quantitatem perfectionis conuenientis sibi secundum propriam gratiæ rationem, & secundum quantitatem perfectionis conuenientis sibi secundum communem rationem entis, quod est considerare ipsam, sicut & quodlibet aliud ens secũdum communem rationem perfectionis. nam quod est finitæ perfectionis, est finitæ entitatis. & econtra, & similiter quod est infinitæ entitatis, est infinitæ perfectionis. & econtra. Et dicit in secunda conclusione, q̃ gratia habitualis Christi est finita secundum rationem entis, hoc est, est ens finitum.

¶ In tertia

ARTICVLVS XI.

Vtrùm Christi gratia sit infinita.

AD Vndecimum sic proceditur. Videtur quòd gratia Christi sit infinita. Omne enim immensum, est infinitum: sed gratia Christi est immẽsa: dicitur enim Ioan. 3. Non enim ad mensuram dat Deus Spiritum filio, scilicet Christo. ergo gratia Christi est infinita.

¶ 2 Præt. Effectus infinitus demõstrat virtutem infinitam, quæ non potest fundari, nisi in essentia infinita: sed effectus gratiæ Christi est infinitus: extendit enim se ad salutem totius humani generis: ipse enim est propitiatio pro peccatis nostris & totius mundi, vt dicitur primæ Ioan. 2. ergo gratia Christi est infinita.

¶ 3 Præt. Omne finitum, per additionem finiti potest peruenire ad quantitatem cuiuscunque finiti. Si igitur gratia Christi esset finita, posset alterius hominis gratia tantum crescere, quod perueniret ad æqualitatem gratiæ Christi cõtra quod dicitur Iob 28. Non adæquabitur ei aurum vel vitrũ, secundum q̃ Greg. *ibi exponit. ergo gratia Christi est infinita. *li. 18. mo. ral. c. 3.

¶ Sed contra est, q̃ gratia est quidam creatum in anima: sed omne creatum est finitum, secundũ illud Sapien. 11. Omnia in numero, & pondere, & mensura disposuisti. ergo gratia Christi non est infinita.

¶ Respond. Dicendum, q̃ sicut ex supra dictis patet, * in Christo potest duplex gratia considerari. Vna quidẽ est gratia vnionis, quę sicut supra dictum est, † est ipsum vniti personaliter filio Dei, quod est gratis cõcessum humanę naturę, & hanc gratiam constat esse infinitam, secundum q̃ ipsa persona verbi est infinita. Alia vero est gratia habitualis, quę quidem potest dupliciter considerari. Vno modo, secundum q̃ est quoddam ens. Et sic necesse est, q̃ sit ens finitum: est. n. in anima Christi sicut in subiecto: ãa aũt Christi est creatura quędam habens capacitatem finitã. vnde esse gratię, cũ non excedat suũ subiectũ, non põt esse infinitũ. Alio modo põt considerari secũdum propriã rõnem gratię. Et sic gratia Christi potest dici infinita, eo quòd non limitatur: quia. s. habet quicquid potest pertinere ad rationẽ gratię, & non datur ei secũdum aliquam certam mensuram id, quod ad rationem gratiæ pertinet, eo q̃ secundum propositum Dei, cuius est gratiam mensurare, gratia confertur animæ Christi, sicut cuidam vniuersali principio gratificationis in humana natura, secundũ illud Ephe. 1. Gratificauit nos in dilecto filio suo: sicut si dicamus lucem solis esse infinitam, non quidem secũdũ suum esse, sed secundum rõnem lucis, quia habet quicquid ad rõnem lucis pertinere potest. *q6. a. 10. †q. 5. a. 6.

¶ Ad primum ergo dicendum, q̃ id quod dicitur, Pater non ad mensuram dat Spiritum filio, vno modo exponitur de dono, quod Deus pater ab æterno Filio, scilicet diuinam naturã, quæ est donum infinitum. Vnde quædam glo. *dicit ibidem, Vt tantus sit filius, quantus & Pater. Alio modo potest referri ad donum, quod datum est humanæ naturæ, vt vniatur diuinæ personæ, quod est etiam donum infinitum. Vnde glo. † dicit ibidem, sicut Pater plenum & perfectum genuit verbum, sic & plenum & perfectum est vnitum humanæ naturæ. Tertio modo potest referri ad gratiã habitualem, inquantum gratia Christi se extendit ad omnia quæ sunt gratiæ. Vnde Augustin. *hoc exponens dicit, Mensura, diuisio quædam donorum est: alii enim datur per Spiritum sermo sapientiæ, alii sermo scientiæ: sed Christus, qui dat, non ad mensurã accepit.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ gratia Christi habet infinitum effectum, tũ

* gl. interlinearis sup illud omnia dedit i manus eius

† gl. or. ibi.

* Trac. 14. in Ioan. ante medium n. 8.

¶ In tertia aũt, q̃ eadem est infinita secũdm rõnem gratiæ, hoc est, est gratia infinita. Quæ tertia conclusio in litera primo exponitur: deinde probatur: Explanatur quidẽ & quantum ad vim nominis. s. q̃ est infinita, quia non est limitata secundum aliquam eteatam mensuram, & quãtum ad rem, quia hãc quicquid potest pertinere ad rõnẽ gratiæ, & quantũ ad exemplũ de luce solis. Probatur aũt, Animæ Christi confertur gratia, sicut cuidã vniuersali principio gratificationis in humana natura. ergo animæ Christi gratia est infinita, secundum rationẽ gratiæ. Antecedẽs probatur ex auctoritate Apostol. ad Ephe. 1.

¶ Nota hic, q̃ ly in humana natura, determinat subiectum necessitatis, non extensionis, hoc est, quia Christus est vniuersale principiũ gratificationis, humanæ necessitatis est: nam causa necessitatis ad habẽdum Christũ principium gratificationis, humana natura est. Sed licet necessitas ex humana occasionem sumpserit natura, extenditur tñ hoc principium nõ solum ad hoies, sed ad Angelos, vt infra patebit: ita q̃ Christus est vniuersale principiũ gratificationis etiam angelorum, extensa iam sua capitali gratia, etiam ad angelos.

¶ In rñsione ad 3. dubium occurrit: primo, qũo verũ sit, q̃ gratia cuiuslibet singularis personæ habeat quantitatẽ alterius rõnis a quantitate gratiæ Christi: secundo qũo verum sit, q̃ gratia cuiuslibet singularis personæ sit velut virtus particularis, & gra Christi velut virtus vniuersalis. Et est rõ vtriusq; dubii: quia gra est eiusdem speciei specialissimæ in quacunque sit creatura, ut patet de charitate. Impossibile est autem, q̃ in una specie specialissima inueniatur vere tanta diuersitas, vt vnum illius individuum sit virtus vniuersalis, & alterum particularis, cum virtus vniuersalis & particularis, loquendo per se, distinguantur ad minus specie, vt patet inductiue, & conuincitur ratione ex diuersitate actuum propriorum virtutis uniuersalis, & virtutis particularis.

¶ Ad hoc ẽt. q̃ gratia habitualis Christi: (de qua est sermo) & aliorum, licet sit eiusdem speciei specialissimæ, quo ad essentiã, est tamen diuersarum rationum quantum ad modum essendi. Est siquidem gratia in Christo, vt in toto adæquante ipsam secundum se, est autem in omnibus aliis, vt in partibus inadæquatis ipsi secundum se gratiæ. Et propterea est in Christo, vt in subiecto & principio vniuersali gratiæ, in aliis vero, vt in particulariter participantibus. Et ideo quantumcunque crescat aliorũ gratia, numquam peruenire potest ad quantitatem intensiuam, uel extensiuam gratiæ Christi.

¶ Et vt hæc doctrina facilius intelligatur, dicamus sub exemplo. Calor eiusdem est in se speciei, siue in igne, siue in aere, siue in mistis: verumtamen in igni adæquat calorem secundum se, quia tanti, tam extensiue, q̃ intensiue est susceptiuus caloris, quãtus natus est esse secundum se calor. Aer autem siue mistũ quodcunque, calorem participat, ita q̃ statim. ve calor in alio, quam igne poni intelligitur, limitatus, & deficiens a perfectione, quã natus est calor secundum se habere, intelligitur, ex hoc. n. ipso q̃ calor in subiecto inadæquante calorem secundum seipsum ponitur, limitatus, ac deficiens ponitur. Et propterea quatũcunque crescere ponatur calor in tali subiecto inadæquante, nunquã peruenit ad quantitatem perfectionis caloris in igne adæquato subiecto, eo q̃ tale augmẽtum ẽt sin infinitum ponatur, continebitur, & esset infra latitudinem subiecti participantis, cuius tota latitudo succumbit subiecto adæquato.

¶ Ad propositũ igitur hinc redeũdo, dicimus iuxta prius habitam doctrinam, gratiam habitualem esse in Christo secundum totam perfectionem, quam nata est habere gratia secundum seipsã, & in nullo alio est gratiam secundũ totã perfectionem, quã nata est habere gra secundum seipsam, & propterea in Christo fuisse gratiam, vt in subiecto tota. Istin aliis vero, vt in subiectis partialibus. Et hoc est gram esse diuersarum rõnum, quantitatum & perfectionum, nõ secũdum essentiam, sed secundum modũ. Et hinc prouenit, q̃ gratia Christi comparat ad gratias aliorũ, vt virtus vniuersalis ad virtutes particulares: non spectando ad differentiã, quę est penes dictos modos essendi, clare liquet, gratiam Christi habere quicquid perfectionis natũ est conuenire gratiæ secundum seipsam, ac per hoc omnem illius perfectionẽ intensiuam, & extensiuam: vtramque. n. perfectio gratiæ secundum seipsam exigit, & consequenter gratiam Christi esse vniuersalis virtutis (vtpote quæ omnem gratiæ perfectionem intensiuam, & extensiuam in se continet) aliorum vero gratiam esse particularis virtutis, vtpote partem intensiuæ, & partem extensiuæ perfectionis gratiæ in se continens: plus tamen vel minus iuxta ei iusque mensuram, qua mensus est illi Deus. Quo ẽt. vt quantumcunque quæcunque pura creatura crescat in gratia, numquam peruenire possit ad quantitatem æqualem gratiæ Christi: sicut numquam pars adæquare põt totum, nisi partis rõnem amittat. Et hoc est quod in litera dicitur, reddendo rationem, quare finitum crescendo non potest adæquare aliquid finitũ: quia. s. habẽt quantitates diuersarum rõnum penes hoc, q̃ Christi gratia est virtutis, & quantitatis vniuersalis, aliorum vero gratia est perfectionis, & virtutis particularis: quia in illo est gratia cum perfectione debita sibi secũm seipsam gratiam: in aliis vero est gratia cum perfectione modificata, & mensurata, secundum tale subiectum particulare. Et prepterea in Cle. ad nostrum. de hære. damnatur error Beguinarum dicentium, hoiem in via posse peruenire ad talem gratiæ gradum, vt non possit vltra proficere, eo q̃ aliter excedi possit gratia Christi. Vtrumque etenim erroneum esse, ex dictis iam patet, & amplius patebit.

¶ Super quæstionis septimæ. Artic. XII.

TItulus articuli duodecimi clarus est.

¶ In corpore articuli duo fiunt: præponitur siquidem vna distinctio, & ponuntur deinde duæ cõclusiones: prima quæ-

ARTICVLVS XII.

Vtrum gratia Christi potuerit augeri.

AD Duodecimum sic proceditur. Videtur q̃ gratia Christi potuerit augeri. Omni enim finito potest fieri additio: sed gratia Christi fuit finita, vt dictum est. * ergo potuit augeri.

¶ 2 Præter. Augmentum gratiæ fit per virtutem diuinam, secundũ illud 2. ad Corin. 9. Potens est autem Deus omnem gratiam abundare facere in vobis: sed virtus diuina, cum sit infinita, nullo termino coarctatur. ergo videtur, quòd gratiã Christi potuerit esse maior.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ minus per augmentum potest peruenire ad quantitatem maioris, in his, quæ habent quantitatem vnius rationis: sed gratia alterius hominis comparat ad gratiam Christi, sicut quædam virtus particularis ad vniuersalẽ. Vnde sicut virtus ignis, quantumcunque crescat, non potest adæquare virtutẽ solis, ita gratia alterius hominis, quantumcunque crescat, non potest adæquare gratiam Christi.

¶ Ad primum ergo dicendum, q̃ id quod dicitur, Pater non ad mensuram dat Spiritum filio, vno modo exponitur de dono, quod Deus pater ab æterno Filio, scilicet diuinam naturã, quæ est donum infinitum. Vnde quædam glo. *dicit ibidem, Vt tantus sit filius, quantus & Pater. Alio modo potest referri ad donum, quod datum est humanæ naturæ, vt vniatur diuinæ personæ, quod est etiam donum infinitum. Vnde glo. † dicit ibidem, sicut Pater plenum & perfectum genuit verbum, sic & plenum & perfectum est vnitum humanæ naturæ. Tertio modo potest referri ad gratiã habitualem, inquantum gratia Christi se extendit ad omnia quæ sunt gratiæ. Vnde Augustin. *hoc exponens dicit, Mensura, diuisio quædam donorum est: alii enim datur per Spiritum sermo sapientiæ, alii sermo scientiæ: sed Christus, qui dat, non ad mensurã accepit.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ gratia Christi habet infinitum effectum, tũ propter infirmitatem prædicti gratię tum propter vnitatem diuinæ personæ, cui anima Christi unita est.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ minus per augmentum potest peruenire ad quantitatem maioris, in his, quæ habent quantitatem vnius rationis: sed gratia alterius hominis comparat ad gratiam Christi, sicut quædam virtus particularis ad vniuersalẽ. Vnde sicut virtus ignis, quantumcunque crescat, non potest adæquare virtutẽ solis, ita gratia alterius hominis, quantumcunque crescat, non potest adæquare gratiam Christi.

¶ Ad propositũ igitur hinc redeũdo, dicimus iuxta prius habitam doctrinam, gratiam habitualem esse in Christo secundum totam perfectionem, quam nata est habere gratia secundum seipsã, & in nullo alio est gratiam secundũ totã perfectionem, quã nata est habere gra secundum seipsam, & propterea in Christo fuisse gratiam, vt in subiecto tota. Istin aliis vero, vt in subiectis partialibus. Et hoc est gram esse diuersarum rõnum, quantitatum & perfectionum, nõ secũdum essentiam, sed secundum modũ. Et hinc prouenit, q̃ gratia Christi comparat ad gratias aliorũ, vt virtus vniuersalis ad virtutes particulares: non spectando ad differentiã, quę est penes dictos modos essendi, clare liquet, gratiam Christi habere quicquid perfectionis natũ est conuenire gratiæ secundum seipsam, ac per hoc omnem illius perfectionẽ intensiuam, & extensiuam: vtramque. n. perfectio gratiæ secundum seipsam exigit, & consequenter gratiam Christi esse vniuersalis virtutis (vtpote quæ omnem gratiæ perfectionem intensiuam, & extensiuam in se continet) aliorum vero gratiam esse particularis virtutis, vtpote partem intensiuæ, & partem extensiuæ perfectionis gratiæ in se continens: plus tamen vel minus iuxta ei iusque mensuram, qua mensus est illi Deus. Quo ẽt. vt quantumcunque quæcunque pura creatura crescat in gratia, numquam peruenire possit ad quantitatem æqualem gratiæ Christi: sicut numquam pars adæquare põt totum, nisi partis rõnem amittat. Et hoc est quod in litera dicitur, reddendo rationem, quare finitum crescendo non potest adæquare aliquid finitũ: quia. s. habẽt quantitates diuersarum rõnum penes hoc, q̃ Christi gratia est virtutis, & quantitatis vniuersalis, aliorum vero gratia est perfectionis, & virtutis particularis: quia in illo est gratia cum perfectione debita sibi secũm seipsam gratiam: in aliis vero est gratia cum perfectione modificata, & mensurata, secundum tale subiectum particulare. Et prepterea in Cle. ad nostrum. de hære. damnatur error Beguinarum dicentium, hoiem in via posse peruenire ad talem gratiæ gradum, vt non possit vltra proficere, eo q̃ aliter excedi possit gratia Christi. Vtrumque etenim erroneum esse, ex dictis iam patet, & amplius patebit.

¶ Super quæstionis septimæ. Artic. XII.

TItulus articuli duodecimi clarus est.

¶ In corpore articuli duo fiunt: præponitur siquidem vna distinctio, & ponuntur deinde duæ cõclusiones: prima quæ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

sito. Distinctio est. Formam susciptientem magis & minus posse, vel non posse augeri, contingit dupliciter, primo ex parte formæ: secundo ex parte subiecti. Exempla clara sunt in litera. Et ex hac distinctione radicis posse, vel non posse augeri in communi, subintellige in speciali, quòd gratiam non posse, vel posse augeri contingit dupliciter, vel ex parte gratiæ, vel ex parte subiecti. Et probatur primum mébrum, scilicet ex parte gratiæ, quantum ad negativam partem, quę est prima conclusio (scilicet gratiã Christi ex parte gratię, non posse augeri) quia sicut aliarũ formarum, ita & gratiæ Christi propria mensura secundum se est ex divina sapientia, ergo propria gratiæ mensura determinata est penes finem, ergo penes rationalis creaturæ vnionem ad Deum, ergo gratia Christi pertingit ad sũmã mesuram gratiæ, ergo gratia Christi nõ potest augeri ex parte ipsius gratiæ. Antecedens probatur auctoritate Scripturæ. Prima consequentia probatur: quia mensura vnicuique formæ præfigitur in comparatione ad finẽ: quod declaratur exemplo in terræ grauitate. Secunda autem: quia finis gratiæ est vnio creaturæ rationalis ad Deum. Tertia vero: quia nec esse, nec intelligi potest maior ad Deum vnio, quàm personalis.

¶ Siste hoc in loco lector, & perspice primo, quòd in præcedentis libri Commentariis, cum de charitate tractaretur, scripsimus, non somniasse nos, sed ab Auctore didicisse, scilicet gratiam, ac per hoc charitatem in creaturis habere secundum se terminum in summo ita q̃ non sunt amplius augmentabiles, & verba Auctoris in illo loco, quæ videntur sonare oppositum, nõ esse falsa, aut correcta, seu retractata hic, sed sunt exponenda, vt ibi exposuimus. & sentiendum cum Auctore hoc in loco est, q̃ gratia habitualis Christi est vere in summo, ad quod potest gratia ex parte sui perduci, & hoc iam in præcedentibus huius libri pluries habuimus.

¶ Ad claritatem tamen doctrinæ præsentis intellige mensuram formæ præfixam esse penes relationem ad finem, non sic q̃ mensura penes extrinsecum fit (quoniam mensura formæ intrinseca est formæ cuius est mensura) sed sic, quòd cum omne agens agat pp̃ finẽ, ac per hoc id, quod substantialiter est propter finẽ, oportet commensuratum esse fini: sicut quod secũdum aliquam figuram est propter finem, oportet vt figuratum esse commensuratum illi fini: propterea cum graue sit propter esse deorsum, oportet graue, vt sic commensuratum esse fini, vt. s. infimo deorsum commensuretur sola summa grauitas, & supremo sursum sola summa leuitas: ita summæ vnioni creaturæ rõnalis ad Deum commensurari oportet solam summam gratiam.

¶ Sed est hic locus qõni, quo pacto finis gratiæ habitualis (de qua est sermo) est vnio personalis, cum secundum antedicta, & in sequenti art. ex proposito definita, vnio personalis nõ sequatur, sed præcedat gratiam habitualem, finis autem posterior sit generationis ordine, eo quod est propter finem.

¶ Ad hoc dr̃, q̃ finis non dr̃ tm̃ de fine consequendo, sed de fine præexistente, qui finaliz̃at nõ vt fit, aut bene fit, sed quia est: sicut Deus qui nec est, nec conseruatur, aut quomodolibet augetur.

¶ 2 Præt. Luc. 2. dicitur, q̃ Puer Iesus proficiebat sapientia, & ætate, & gratia apud Deum & homines. ergo gratia Christi potuit augeri.

¶ Sed contra est, quod dicitur Io. 1. Vidimus eum quasi vnigenitum à Patre plenum gratiæ & veritatis: sed nihil potest esse, aut intelligi maius, quàm quòd aliquis sit vnigenitus à Patre. ergo etiam non potest esse, vel intelligi maior gratia, quàm illa, qua Christus fuit plenus.

¶ Respondeo. Dicendum, quòd aliquam formam non posse augeri, cõtingit dupliciter, vno modo ex parte ipsius subiecti: alio modo, ex parte ipsius formæ. Ex parte quidem subiecti, quando subiectum attingit ad vltimum gradum in participatione illius formæ secundum suum modum: sicut si dicatur, q̃ aër non potest crescere in caliditate, quando pertingit ad vltimum gradum caloris, qui potest saluari in natura aëris; licet possit esse maior calor in rerum natura, qui est calor ignis. Ex parte autem formæ excluditur possibilitas augmenti, quando aliquod subiectum attingit ad vltimam perfectionem, quã potest talis forma habere in natura: sicut si dicamus, quòd calor ignis non potest augeri, quia non potest esse perfectior gradus caloris quàm ille, ad quem pertingit ignis. Sicut autem aliarum formarum est ex diuina sapientia determinata propria mensura, ita & gratiæ, secundum illud Sapient. 11. Omnia in numero, & pondere, & mensura disposuisti. Mensura autem vnicuiq; formæ præfigitur per comparationem ad suum finem: sicut non est maior grauitas, quàm grauitas terræ, quia non potest esse inferior locus loco terræ. Finis autem gratiæ est vnio creaturæ rationalis ad Deum: nõ potest autem esse, nec intelligi maior vnio creaturæ rationalis ad Deũ, quã quę est in persona. & ideo gratia Christi pertingit ad summam mensuram gratiæ. Sic igitur manifestum est, q̃ gratia Christi non potest augeri ex parte ipsius gratiæ: sed neque etiam ex parte subiecti: quia Christus, secundũ q̃ homo à primo instanti suæ conceptionis fuit verus & plenus comprehẽsor. Vnde in eo non potuit esse gratiæ augmentum, sicut nec in aliis beatis: quorum gratia augeri non potest, eo q̃ sunt in termino. Hominum verò qui sunt purè viatores, gratia potest augeri, & ex parte formæ: quia non attingunt summum gratiæ gradum, & ex parte subiecti, quia nondum peruenerunt ad terminum.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd si loquamur de quantitatibus mathematicis, cuilibet finitæ quantitati potest fieri additio: quia ex parte quantitatis finitæ, non est aliquid quod repugnet additioni. Si verò loquamur de quantitate naturali, sic potest esse repugnantia ex parte formæ, cui debetur determinata quantitas, sicut, & alia accidentia determinata. Vnde Philosophus * dicit in secundo de Anima, quòd omnium natura constantium est terminus & ratio magnitudinis & ideo absq; alia probatione in litera asseritur nullum pure viatorem attingere ad summum gratiæ ex parte grasiæ: quia consequuntur se hæc duo, videlicet summum gratiæ ex parte gratiæ, & gratia virtutis vniuersalis. nam gratia secundo se summa ad quicquid põt spectare, ad rationem gratiæ se extẽdit, & si ad q̃dliber perfectionis gratiæ se extendit summa gratia est. Et quoniã vtrumque constat esse plenitudinis propriæ unigeniti a Patre, quem ipsa plenitudo gratiæ constituit ab initio comprehensorem, ideo absque hæsitatione aliqua asserendum est, nullam puram creaturam, siue in via, siue in patria ad summum gratiæ ex parte gratiæ pertingere.

¶ In responsione ad primum eiusdem 12. art. tousidera perspiciam responsionis, non solum propositioni obiectæ satisfacientis, sed ex radice oppositum monstrantis: propositionem siquidẽ illam, Oĩ finito potest fieri additio, cum finitum & infinitũ quantitatis primo sit, distinguit secundum posse dupliciter, quantum finitum considerari, Mathematice, hoc est abstrahendo a materia sensibili, vt loquimur de linea, superficie, vel corpore absolute, uel Physice, hoc est, vt ad specificas naturas rerum naturaliũ est determinatum, vt quantitas humana, vel cælestis. Primo mõ vera est propositio illa: secundo autem falsa, vt patet de quantitate cæli. Et quia ratio, quare quantitati determinatæ ad naturã talẽ, repugnat additio, est forma naturalis (vt patet ex 2. de Anima) ideo litera radicem attingens subdit, q̃ multo magis ipsi formæ naturali quamuis finitæ repugnat additio: quin si forma naturalis efficit, vt quantitas, cui secundum se non repugnat additio excludat additionem: multo magis efficit, vt a seipsa excludat additionem. Quo fit, vt quia gratia eiusdem est rationis, quo ad finitatem vel infinitatem conformis naturalibus, cum sit illarum vna, de quibus scriptum est, Omnia in numero, pondere & mensura disposuisti: ideo gratia Christi, & finita, & excludens additionem simul est.

¶ In

* lib. Anim. to. 2.

¶ In responsione ad secundum eiusdem 12. ar. aduerte, q̃ quia in litera gratia Christi relata ad proprium finem, excludit melius se: & cũ compatitur aliquid maius, seu melius se, ideo manifeste litera ista docet gratiam Christi dupliciter posse considerari. Primo, secundum id quod in se est, hoc est secundum propriã intrinsecam entitatem, qua est tale ens inter entia vniuersi. & sic põt aliquid esse nobilius ens, q̃ ipsa sit: immo ois substantia est nobilior secundum sui generis rationem ista, cũ sit essentialiter accidens. Alio mõ, secundum id, ad q̃d ipsa sua entitas tãquam perfectionis ordinãs ad finem. Et sic non põt fieri aliquid maius, aut melius illa: quũ suapte natura commensurata est unioni personali Dei, vt proprio fini, qua nihil esse potest melius. Et vt melius percipias, quæ in litera subiunguntur, perspiciaciter attẽdendum est, a diuina sapiẽtia dupliciter aliquid ordinatũ, quantum est ex parte rei ordinatæ ad unionem personalẽ filii nei vel per se, vt perfectio gratiæ secundum se: vel per accidens, vt humana natura. Per accidens siquidem euenit, quantum est ex parte humanæ naturæ, vt complaceret Deo illã eligere ad vnionem personalẽ sui. qm̃ ipsa natura humana secundũ se nullam habet proportionem, aut commensurationem ad assumptibilitatem: quia nullam habet potentiam passiuã ad ea, quæ oĩm naturalem ordinem transcendunt: sed diuina charitas, ac sapientia elenauit illam, ordinando ipsam, vt assumeretur. Gratia autẽ secundum se totaliter perfecta, quia ex proprii ordinis, vepote supernaturalis ac diuini rationẽ, ad supernaturale, ac diuinum quid ordinatur, par est, vt suapte natura ad vnionem personalẽ in sui summa plena perfectione ordinetur ac commensuretur, ac per hoc nõ per accidens, sed per se a diuina sapientia ad vnionem personalem ordinatur. Et ideo in litera dicitur, quòd vnioni personali correspondet sufficienter talis mensura gratiæ, hoc est, gratia in summo secundum se; secundum diuinæ sapientiæ ordinem, quo omnia disposuit ab æterno suauiter. Quocirca quãcunque aliquod ens in se secundum suam intrinsecam entitatem melius gratia, quæ est in Christo, fieret: non fieret tamen ens suapte natura ordinatum per se ad melius, quàm ordinetur perfectio, quæ in Christo est gratia, & hoc aperte intendit litera per se intellecta.

¶ In responsione ad tertium adu[illegible], quòd similitudo profectus Christi, quo ad sapientiam, grat[illegible] & ætatem, in litera asseritur quo ad partem affirmatiuam, [illegible]cet q̃ proficiebat quo ad effectus ætatis, sicut quo ad effectus sapientiæ & gratiæ, & hoc constat esse verissimum, quoniam opera sua consona ætati faciebat, sed non asseritur quo ad partem negatiuam, scilicet quòd non proficiebat secundum ætatem ipsam, sicut non proficiebat secundum ipsam sapientiam, seu gratiam: quoniam cõstat quòd esset falsum hoc. nam Christus vere proficiebat ipsa ætate: quoniam secundum ætatis mensuram corporalis progressus est: constat enim Christum vere primo infantem, deinde puerum, inde adolescentem, atque in virum tandem perfectum emersisse (sicut cæteros homines) sensim & per incrementa temporum, augente naturali virtute membra, roborq; viribus ministrante.

¶ *Super quæstionis septimæ. Art. XIII.*

TItulus clarus est.

¶ In corpore vnica est conclusio responsiua quæsito, Gratia vnionis ſ Christo præcedit gratiã habitualẽ eius: nõ ordine temporis, sed naturæ & intellectus. Probatur tripliciter. Primo, Missio filii ẽ prior naturę ordine, missione Spiritus sancti. ergo gratia unionis &c. Antecedẽs probatur: quia Spiritus sanctus procedit naturæ ordine a Filio, & dilectio a sapientia. Consequentia vero: quia secundum ipsam vnionẽ attenditur missio Filii, & secundum gratiã habitualem attenditur missio Spiritus sancti. 55 3. dist. 3. q. 3. ar. 2. q. 3. Et op. 3. ca. 221. Et op. 60. c. 3,

¶ Vbi nota, q̃ caute loquitur in litera Auctor, dũ missiones ordinat, secundum prius & posterius naturæ: processiones autẽ Filii & Spiritus sancti ordinat quidem naturæ ordine, sed non secundum prius & posterius: quia, vt in 20. dist. primi sen. dicitur, in diuinis est ordo naturæ, non quo alter est prior altero, sed quo alter est ab altero. Missiones autem ad ea, quæ sunt extra Trinitatem respicientes, prioritatem etiam & posterioritatem naturæ in suis rationibus ac rebus admittunt. Secundo præsentia deitatis est prior splendore eius: sed vnio est ipsa præsentia, gratia habitualis, splendor eius. ergo. Tertio, Actio & gratia ad ipsam ordinans præsupponit hypostasim. ergo gratia habitualis præsupponit vnionem. Antecedens probatur: quia actiones sunt suppositorum. Consequentia vero: quia gratia vnionis facit hypostasim in natura humana. * c. 15. ante med. to. 7.

¶ Vbi caute perspice, quòd aliud est dicere non præsupponit hypostasim: & aliud est dicere, non præsupponit hypostasim in natura humana. Gratia enim vnionis præsupponit, non facit hypostasim verbi Dei, quæ sola in Christo hypostasis est: sed eadem gratia vnionis non præsupponit, sed facit in Christo hypostasim in humana natura, dum facit quòd persona filii Dei sit non solum persona diuina, sed etiam persona humana, dum facit quòd subsistat non solum in natura diuina, sed etiam in natura humana. Et hoc est quod in litera dicitur, & super hoc ratio fundatur, intendens quòd actio humana supponit hypostasim humanam &c.

¶ In responsione ad secundum eiusdem 13. arti. habes, q̃ gratia in Christo non habet rationem dispositionis respectu vnionis, sed habet rationem naturalis proprietatis, sicut calor cõsequẽs formam ignis. Et hoc bene nota.

¶ In responsione ad 3. occurrit reddenda ratio tot dictorũ de gratia vnionis. Dicitur. n. de ipsa in hoc arti. in principio corporis, q̃ gratia vnionis est ipsa vnio, & in hac responsione, q̃ est supra omne genus, & in arti. 11. huiusmet quæstionis, q̃ est infinita, secundum q̃ ipsa persona Verbi est infinita, & in arti. 6. q. 6. in corpore dictum est, quòd gratia vnionis est ipsum esse personale, qd gratia dijunctus datur humanæ naturæ in persona verbi, & in ar. 12. q. 3. ad tertium, dicitur q̃ gratia vnionis est causata a tota Trinitate, quod & hic replicatur in corpore articuli, dum principium appropriatum gratiæ vnionis, ponitur persona filii. hæc siquidẽ dicta licet dissonare inter se videãtur, facile ta-

Universidad de Deusto
Biblioteca

men distincte per sapientibus apparet, quòd gratia vnionis duo in se claudit, scilicet esse verbi personaliter terminans humanitatem Christi, & compositionem, seu coniunctionem utriusq; nec loquor determinatione coniunctione, aut vnione, quæ est relatio, *q.2.ar.10. & q.6.ar.6. sed de fundamento, quod est esse Deum, & hominem, quod constat esse subsistentiam, & prædicta duo in se claudere, scilicet personam vnicam, & ipsam coniunctionem: de huiusmodi enim vnione in litera dicitur, q̃ est esse personale, quòd est infinita simpliciter, sicut ipsa persona diuina, quòd est supra omne genus, quoniam hoc fundamentum relationis vnionis nihil aliud est, q̃ vnum esse Deum, & hominem in esse diuino personali.

Vnum autem, cùm nihil ponatur addat super ens, qđ vnum dicitur (vt dititut in 4. Metaph.) consequens est, quòd nihil in proposito addat super esse personale verbi, aeper hoc vnio pro suo principali sumpta, scilicet pro ipsa re, in qua vniuntur, & sunt vnum ens, vna persona, ambę naturæ, infinita est, supra omne genus est, esse verbi est, esse personale est: pro eo vero, quod addit, ipsa vnio superrem, in qua est vnio, temporale quid est, causatum a tota Trinitate secundum rem, & per appropriationem a Filio, gratis concessum humanæ naturæ est.

¶ De quo quid sit superius declaratum est, balbutiendo tamen. †Loco cita to in argu.

Consona igitur sunt omnia autoris dicta de vnione, seu vnionis gratia, sane intellecta.

¶ Sed contra est, quod dicitur Isa. 42. Ecce seruus meus, suscipiam eum: & postea sequitur, Dedi Spiritum meum super eum, quod quidem pertinet ad donum gratiæ habitualis. Vnde relinquitur, quod susceptio naturæ humanæ in vnitatem personæ, præcedat gratiam habitualem in Christo.

¶ Respondeo dicendum, quòd vnio humanæ naturæ ad diuinam personã (quam supra * diximus esse ipsam gratiam vnionis) præcedit gratiam habitualem in Christo, non ordine temporis, sed naturæ & intellectus. Et hoc triplici ratione: primo quidem, secundum ordinem principiorum vtriusq; Principium enim vnionis est persona Filij, assumens humanam naturam, quæ secundum hoc dicitur missa esse in mundum, quòd humanam naturã assumpsit. Principium autem gratiæ habitualis, quæ cum charitate datur, est Spiritussanctus, qui secundum hoc dicitur mitti, q̃ per charitatem mentem inhabitat. Missio autem Filij secũdum ordinem naturæ, prior est missione Spiritussancti, sicut ordine naturæ Spiritussanctus procedit à Filio, & à sapientia dilectio. Vnde & vnio personalis, secundum quam intelligitur missio Filij, est prior ordine naturæ habituali gratia, secundum quam intelligitur missio Spiritussancti. Secũdo ac ipitur ratio huius ordinis ex habitudine gratiæ ad suã causam. Gratia enim causatur in homine ex præsentia diuinitatis, sicut lumen in aëre ex præsentia solis. vnde dicit Ezech. 43. Gloria Dei Israel ingrediebatur per viam Orientalem, & terra splendebat à maiestate eius. Præsentia autem Dei in Christo intelligitur secundum vnionem humanæ naturæ ad diuinam personam: vnde gratia habitualis Christi intelligitur, vt consequens hanc vnionem, sicut splendor solem. Tertio, ratio huius ordinis sumi potest ex fine gratiæ: ordinatur enim ad bene agendum. Actiones autem sunt suppositorum & individuorum. Vnde actio, & per consequens gratia ad ipsam ordinans præsupponit hypostasim operantem. Hypostasis autem non præsupponitur in humana natura ante vnionem, vt ex supra dictis patet.* q.4.ar.2. Et ideo gratia vnionis secundum intellectum præcedit gratiam habitualem.

¶ Ad primum ergo dicendum, q̃ Augustinus † ibi gratiam nominat gratuitam Dei voluntatem, gratis beneficia largientem. Et propter hoc, eadem gratia dicit hominem quemcunq; fieri Christianum, qua gratia factus est homo Christus: quia vtrunque gratuita Dei voluntate absque meritis factum est.

¶ Ad secundum dicendum, quòd sicut dispositio in via generationis precedit perfectionem, ad quam disponit in his quæ successiuè perficiuntur, ita naturaliter perfectionem sequitur, quam aliquis iam consecutus est: sicut calor qui fuit dispositio ad formam ignis, est effectus profluens à forma ignis iam præexistentis. Humana autem natura in Christo vnita est personæ verbi a principio, absque successione. Vnde gratia habitualis non intelligitur vt præcedens vnionem, sed vt consequens eam, sicut quæda proprietas naturalis. Vnde & Augustinus dicit in Enchir. * q̃ gratia est quodammodo Christo homini naturalis. *Ench c.40.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ commune est prius proprio, si vtrũq; sit vnius generis, sed in his, quæ sunt diuersorum generum, nihil prohibet propriũ esse prius communi. Gratia autem vnionis non est in genere gratiæ habitualis: sed est supra omne genus, sicut & ipsa diuina persona. Vnde hoc proprium nihil prohibet esse prius communi: quia non se habet per additionem ad commune, sed potius est principium & origo eius, quod est commune.

QVAEST. VIII.

De gratia Christi, secundum quòd est caput Ecclesiæ, in octo articulos diuisa.

DEINDE considerandum est, de gratia Christi, secũdum quod est caput Ecclesiæ.

Et circa hoc quæruntur octo.

¶ Primo, Vtrum Christus sit caput Ecclesiæ.

¶ Secundo, Vtrum sit caput hominis, quantum ad corpora: vel solum quantum ad animas.

¶ Tertio, Vtrum sit caput omnium hominum.

¶ Quarto, Vtrum sit caput angelorũ.

¶ Quinto, Vtrum gratia Christi, secũdum quam est caput Ecclesiæ, sit eadem cum gratia habituali eius, secundum quòd est quidam homo singularis.

¶ Sexto, Vtrum esse caput Ecclesiæ, sit proprium Christo.

¶ Septimo, Vtrum diabolus sit caput omnium malorum.

¶ Octauo, Vtrum Antichristus etiam possit dici caput omnium malorũ.

ARTICVLVS I.

Vtrum Christus sit caput Ecclesiæ.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd Christo secundum quòd est homo, non competat

¶ Super quæstionis octauæ. Articulũ primum.

TItulus primi art. clarus est.

¶ In corpore articuli primo respõdet Auctor directæ quæsito vnica conclusione. Secũdo declarat terminum vnum conclusionis. Est igitur conclusio responsiua. Christus caput Ecclesiæ dicitur, secundum similitudinem humani capitis. Probatur, sicut tota Ecclesia dicitur vnũ corpus ad Ro. 12. secundum similitudiné corporis humani ita consequens est, quòd Christus dicatur caput Ecclesiæ secundum similitudinem humani capitis.

¶ Vbi nota, q̃ esse caput non dicitur de Christo q̃ prie, sed metaphorice: sicut etiã esse vnum corpus dicitur metaphoricè de Ecclesia, & præterea non multa opus est discussione in re hac. Terminus autẽ in conclusione positus, qui declaratur in litera, est ly secundum similitudinẽ ad humanum caput: declaratur siquidem, quòd similitudo ista attenditur quo ad tria, scilicet ordinem, perfectionẽ, & virtutem.

¶ Vbi scito primo, q̃ in corpore humano considerat ordo, non originis, sed situs: & ideo in litera dicitur, q̃ caput est primum membrũ, incipiendo a superiori, proculdubio secũdum situ, quãuis ex possit intelligi de superioritate ordũ naturales differentias positionis animalium, prout in animali distinguuntur sex naturales differentiæ, scilicet sursum & deorsum, ant. & retro, dextrum & sinistrum: nam sursum in homine, est ipsum caput vnde trahit alimentum. Et quoniam vtroq; modo caput humanum est sursum, scilicet secundum situm simpliciter, & secundum differentiam naturalem animalis, ideo vtroque modo intelligi potest. Primo tamen modo manifestius sensui patet: & ideo magis consonat literæ, quæ in responsione ad vltimum euidentiam sensibilem consideratam in hac similitudine dicit, dum capitis magis quàm cordis nomen Christus susceptisse dicitur.

* lib. 1. de Trin. c. 12. ante med. to. 3.

¶ Scito secũdo, q̃ virtus attribuit capiti humano respectu virium, & motuum reliquorum membrorum, non tamquam primo inter membra principio, sed tãquam comprincipio primi simpliciter membri, scilicet cordis: ex corde siquidẽ mediãte capite omnis vis & motus membrorum pendet. Et similiter Christus homo comprincipium est Spiritussancti, qui est corecclesiæ ad vim & motum reliquorũ membrorũ ecclesiæ. Et iõ Christus ad Col 2. caput ecclesiæ dr, ex quo tanquam ex comprincipio corpus ecclesiæ per nexus & coniunctiones subministratum & constructum, crescit in augmẽtum Dei.

¶ Scito tertio, quòd gratia Christi dicitur prima, q̃ altior & prior, hoc est secundum ordinẽ causæ formalis, simpliciter & exemplariter. Nam ex eo q̃ altior, est prior secũdum ordinem causæ formalis, i quo quanto quid est intensiue altius, tãto formalius. Ex eo autem quòd ad cõformitatem ipsius aliis gratia data, est prior tamquam exemplar reliquarum gratiarum: & ut in litera dicitur, non est hoc exemplar prius tẽpore exẽplaris, sed ut finis in intentione, vt exemplar conceptum.

¶ In responsione ad primũ eiusdem articuli aduerte duos modos quibus Auctor ponit actiones Christi hominis causare nobis gratiã. s. meritorie, & effectiue. Et de modo quidem meriti nulla est ambiguitas: qm̃ potest cadere sub vnius merito, q̃ Deus creet in altero gratiam: sed de modo efficientiæ obscurum est: qm̃, vt in prima parte habitum est, nec principaliter, nec instrumentaliter potest creatura aliqua creare: Christus autem dicitur hic instrumẽtaliter concurrere. Et licet quæstio hæc perplexa appareat, non

habet tamen hoc in loco multum dubitationis: quoniam secundum commune dictum actiones Christi, siue mediis sacramentis, vt quotidie in ecclesia fit, siue absque sacramentis, vt Latronem gratificauit, eodem modo ad creationem gratiæ concurrunt; non attingendo, scilicet ipsam gratiam, quæ creatur, sed efficiendo aliquid per modum dispositionis, quod est creare gratiam instrumentaliter: qđ non inconuenit, cum creatur aliqd in subiecto præexistente, prædisponendo ad illã rem creandam, ut patet cum creatur anima intellectiua in corpore humano, tot dispositionibus præparato ab agente naturali, necessitate naturalis ordinis exactione, passiuã creationem ipsius animæ. Altius tamen dicitur secũdum excellentiorem Auctoris doctrinam inferius in q. 13. ar. 2. quòd gratia non spectat simpliciter ad genus creationis, sed ad genus immutationis creaturarũ, non secundum naturæ ordinem, sed secundum ordinẽ gratiæ: quod sufficienter probatur ex hoc, q̃ Deum non cõseruare gratiam, non est annihilare, & ipsam definere esse, non est annihilari, cũ Deus nihil vmquã annihilet, quamuis annihilare possit. Ex hoc enim quòd creationi, & conseruationi diuinæ respõdet annihilatio, manifeste sequitur, q̃ si corruptio, seu defectio alicuius non est annihilatio, productio quoq; eiusdem ordinaria non est creatio, Quia igitur gratiæ infusio nõ simpliciter creatio é, sed mutatio quædam animæ in ordine gratuitorum ad cęlestem patriam, & ad huiusmodi mutationes extendit se anima Christi, ut instrumentum coniunctum verbi, non vt negandum, gratiã attingi instraliter ab actione humanitatis Chri, sed dicẽdũ, q̃ effectus iste, q̃ est aiam gratificari, ex illa parte qua interuenit, quodãmõ creatio, est immediate a Deo, sed ex illa parte, qua interuenit aiæ mutatio sedm obedientialẽ potentiã ad cęlestẽ beatitudinẽ, est a Deo mediãte humanitate Christi instraliter. Hoc.n. non est creaturæ cõicari potentiam creandi instraliter, sed immutandi instraliter, ad restauranda omnia, quæ in cęlis & in terris sunt.

*Loco citato in arg.

D. 430.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Super quæstionis octauæ. Art. II.

IN titu.2.articu.aduerte, quòd ly,quo ad corpora,non solum refertur ad corpora aliorum hominum, sed etiam ad corpus ipsius Christi, vt clare patet ex argumento tertio in litera, quod impugnat, corpus Christi non posse esse capnt aliorú, quia sumptum est ex aliis, & ex conclusione responsiua in corpore articuli: est igitur sensus tituli, An Christus ẽt secundum corpus sit caput aliorum hominum, etiam quo ad corpora.

57 5.d.13.q.2 ar.2. q.3.Et uer. q. 29. ar.4.ad 1.& opu. 60.c.3

¶In corpore articuli vnica est cõclusio responsiua quæsito affirmatiue. Tota humanitas Christi secũdum scilicet animam & corpus, influit in homines, & quantum ad animam principaliter,& quantum ad corpus secundario. Hæc conclusio,primo probatur: deinde declaratur vltima eius particula. Probatur sic. Humanitas Christi habet vim influendi, inquantum est coniuncta Dei verbo,cui corpus vnitur per animam,& corpus humanum habet naturalem ordinem ad animam dupliciter: scilicet vt materia ad formã & vt instrumentũ ad principalem motorem,ergo tota humanitas christi,&c.

Ar. præce. ad 3.

¶ Vbi nota, ꝙ quia duo continẽtur in conclusione, scilicet, quòd corpus Christi influat,& quòd corpora aliorum recipiant influxum a corpore Christi, ideo duo principia assumpta sunt in litera, alterum cõe corpori Christi,& aliorum hominum corporibus de duplici naturali ordine inter corpus & animam,ex quo habetur communio mutua, qua non solũ corpus accipit ab anima,sed anima accipit a corpore ministrãte sibi,& hinc habes consequenter, quòd corpus Christi non est alienum a uiribus suæ animæ,& quòd corpora aliorum non excluduntur a donis suarum animarum. Alterum principium proprium est corpori Christi,continens duo, scilicet, quòd humanitas Christi habet vim influendi ex coniunctione personali ad Deum,& quòd Christi coniunctum est verbo mediante anima. Ex his siquidem simul iunctis habes, quòd corpus Christi mediante anima, habet vim influxiuam ex verbo, sicut habet mediante anima coniunctionem ad illud,vt sic & ex parte influentis,anima Christi principaliter,& corpus secundario inueniatur, & similiter ex parte recipientium influxum, animæ hominum principaliter,& corpora secundario inueniantur, & utrobique eadem sit ratio, scilicet propter naturalem ordinem corporis ad animam. Declaratur deinde,quòd corpus secundario recipiat influxum, dupliciter uerificari, scilicet per modum ministerii,uel per modum derivationis. Nam quando in præsenti uita anima iustificatur,mouet membra corporis ad assequenda, conseruandam,tuendam,augendamque animæ iustitiam, & sic corpus nostrum secundario, vt minister animæ mouetur a iustificante animam: Quando vero in resurrectione anima gloriosa iuncta erit corpori,ex gloria animæ deriuabitur gloria in corpus, & sic a glorificante immortali, diuinaque vita animam,glorificabitur secundario corpus, redundante gloria animæ in corpus.

q.6 ar.1.

ARTICVLVS II.

Vtrum Christus sit caput hominum, quantum ad corpora, uel solum quantum ad animas.

AD secundum sic proceditur. Videtur ꝙ Christus non sit caput hominum:quo ad corpora. Christus enim dicitur caput ecclesiæ inquantũ influit spiritualem sensum & motum gratiæ in ecclesiam: sed huius spiritualis sensus & motus capax non est corpus. ergo Christus non est caput hominum secundum corpora.

¶ 2 Præter. Secundum corpora cõmunicamus cum brutis. Si ergo Christus esset caput hominum quantũ ad corpora, sequeretur ꝙ etiam esset caput brutorum animalium, quod est inconueniens.

¶ 3 Præter. Christus corpus suũ ab aliis hoĩbus traxit,ut patet Mat.1. & Luc.3.sed caput est primũ inter cetera membra,vt dictũ est.*ergo Christus non est caput ecclesiæ quantum ad corpora.

¶ Sed contra est, quòd dr Phili.3. Reformabit corpus humilitatis nostræ,configuratũ corpori claritati suæ.

¶Respon. Dicendum, quòd corpus humanum habet naturalem ordinem ad animam rationalem, quæ est propria forma eius & motor. Et inquantum quidem est forma eius,recipit ab anima vitam & ceteras, proprietates conuenientes humano corpori secundum suam speciem,inquantum verò anima est motor corporis, corpus instrumentaliter seruit animæ. Sic ergo dicendum est, quòd habet vim influendi humanitas Christi, inquantum est coniuncta Dei verbo, cui corpus vnitur per animam, vt supra dictum est. * Vnde tota Christi humanitas,secundum scilicet animã, & corpus,influit in homines,& quãtum ad animam,& quantum ad corpus: sed principaliter quantum ad animam, secundario quantum ad corpus,vno modo, inquantum membra corporis exhibentur arma iustitiæ in anima existenti per Christũ,vt Apost. dicit Roma.6.alio modo, inquantum vita gloriæ ab anima deriuatur ad corpus,secuncum illud Rom.8. Qui suscitauit Christum Iesum a mortuis, viuificabit & mortalia corpora vestra, propter inhabitantem spiritum eius in vobis.

¶Ad primũ ergo dicendum, quòd sensus spiritualis gratiæ non peruenit quidem ad corpus primo & principaliter: sed secundario & instrumentaliter,vt dictum est.*

¶Ad secundum dicendum, quòd corpus animali bruti nullam habitudinem habet animã rationalem, sicut habet corpus humanum: & ideo non est simile.

¶Ad tertium dicendum,quod licet Christus traxerit materiam corporis ab aliis hominibus: vitam tamen immortalem corporis omnes homines trahunt ab ipso, secundum illud 1.ad Cor.15. Sicut in Adã omnes moriuntur, ita & in Christo omnes viuificabuntur.

ARTICVLVS III.

Vtrum Christus sit caput omnium hominum.

AD Tertium sic proceditur. Videtur quòd Christus non sit caput omnium hominum: caput enim non habet relationem, nisi ad membra sui corporis. Infideles autem nullo modo sunt membra ecclesiæ,quæ est corpus Christi, vt dicitur Ephes. 1. ergo Christus non est caput omnium hominum.

¶ Super quæstionis octauæ. Articulũ tertium.

TItulus clarus est.

In corp

¶In corpore articu. duo fiũt. Primo declaratur modus quo corpus Christi mysticum habet membra. Secundo, respondetur quæsito. Ex differentia aũt inter corpus naturale & mysticũ,quo ad modum habendi, membra simul, vel successiue, declaratur modus, quo corpus Christi mysticum habet membra.s. nõ solum in actu,sed in potentia. Et potentia quidem in proposito dupliciter inuenitur,quę scilicet quandoq; reducetur, & quæ numquàm reducetur ad actũ. Actus vero tripliciter: vel secundum fidẽ vel secundum charitatem uiæ,uel secundum fruitionẽ patriæ.

Infr. ar.3. 19.a. ad 1. dis. 13 ar.1.q.

¶Vbi nota primo,quòd non distinguitur potẽtia in potentiam reducibilem,vel nõ reducibilem ad actum:sed in potentiam,quæ de facto quandoque reducetur ad actum, & in potentiam, quæ de facto numquàm reducetur ad actum, quamuis reducibilis fuerit est actum,alioquin non fuisset in potentia.

¶Nota secundo,quòd licet fides, vt in responsione ad secundum habes,constituat membrum Christi imperfecte,& secundũ quid: quia tamen infra latitudinem actus consistit, ideo hic primus gradus actus in esse gratiæ in membris Christi, assignatur fidei.

Conclusiõ responsiua est, Christus est caput omnium hoĩum, diuersimode tamen,loquendo generaliter secundum totum mundi tempus,probatur deducendo per quinque gradus, secundum quos homines vniuntur Christo.

¶ Vbi nota Auctorem in sex status omnes distinxisse,& omnes differentias eorum comprehendisse. In primo beati,in secundo viatores in charitate, in tertio viatores in fide tantum, in quarto viatores sine fide, prædestinati tamen, in quinto viatores sine fide non prædestinati, in sexto damnati sunt. Et primus quidem gradus licet hodie omnino sit clarus: relatus tamen ad totum mundi tempus comprehendit sub se beatos, etiam impeditos, quamuis in termino, vt erant sancti Patres

Patres in limbo ante mortem Christi. Comprehenduntur siquidem in primo gradu omnes actu Christo coniuncti immutabiliter,seu in termino,quales tunc erant sancti Patres,quibus solapatefactio cæli deerat.

¶Secundus vero gradus trifariam distinguitur: nam continet tam existentes in purgatorio,qui ad huc extra viam totaliter non sunt, quàm existentes in charitate hic prædestinatos, quã existentes in charitate, secundum præsentem iustitiam tantum, quos constat esse præscitos. Hi enim omnes, quia sunt in via, & charitate computantur inter membra Christi actualiter: sed primi duo simpliciter, tertii secundũ præsentem tãtum iustitiam.

¶ Tertius quoque gradus, qui etiam secundum actum licet imperfectum attenditur, duo continet genera hominum, scilicet fide tantum præditos, & tamen prædestinatos, & similes non prædestinatos. Vtrique enim inter membra Christi actualiter ratione fidei computantur: mortificata tamen, sed primi vt membra permansura, secundi vt membra abscindenda.

¶ Quartus gradus,qui secundum potentiam attenditur,assignatus est in litera in ordine ad actum simpliciter, hoc est fruitionem patriæ, sicut & quintus,sed quartus secundum ordinem positiuũ ad dictum actum: quintus secundum negationem ordinis ad eundem actum. Et quoniam iustum est, vt potentiæ ad actus secundum quid, reducantur ad potẽtiam ad actũ simpliciter,ideo quartus gradus comprehendit omnes viatores sine fide prædestinatos, & reductiue illos etiam sine fide,qui quandoque reducentur in actum fidei tantum,vel etiam charitatis viæ tãtum: hi enim ratione status potentiæ, quæ quandoque reducetur ad actum simpliciter,vt primi,vel secundum quid vt reliqui quartum constituunt gradum, iuxta distinctionem permissam in litera ante conclusionem. Et propterea quinto gradui illi soli relinquuntur,qui sic in uita ista degunt in potentia ad actum simpliciter vel secundum quid, quòd numquàm assequentur aliquẽ eorum,qui scilicet non solum præsciti sunt, sed numquàm ad charitatem viæ, numquàm ad fidem in formem peruenient,vt sunt iugiter infideles.

¶ Extra omnia autem Christi membra computatur sextus status hominum,hoc est status æternæ damnationis,qui etiam continet duo genera hominum, scilicet damnatorum ad pœnam sensus & damni,quales sunt omnes adulti damnati, & ad pœnam dãni tantum,quales sunt infantes, & perpetuo amentes, qui sine sacramento fidei decesserunt. Hi namque vt sic, quia nec actu, nec potentia inter membra Christi sunt, aliena omnino ponuntur a capite Christo. Est tamen inter istos latitudo, dum quidam dum est, quòd accipiendo generaliter secundum totum tempus mundi, Christus est caput omnium hominũ: sed secundum diuersos gradus. Primo enim & principaliter est caput eorũ, qui actu vniuntur sibi per gloriam. Secundo eorũ, qui actu vniuntur sibi per charitatem. Tertio eorum, qui actu vniuntur sibi per fidem. Quarto verò eorum, qui sibi vniuntur solum in potentia nondum reducta ad actum, quæ tamen est ad actum reducenda, secundum diuinam prædestinationẽ. Quinto verò eorum, qui in potentia sunt sibi vniti, quę nunquàm reducetur ad actum: sicut homines in hoc mundo viuentes, quinon sunt prædestinati, quitũ ex hoc sęculo recedentes, totaliter desinunt esse mẽbra Christi: quia iam nec sunt in potentia, vt Christo vniantur.

¶ Ad primũ ergo dicendum, quòd illi qui sunt infideles, etsi actu non sint de ecclesia,sunt tamen de ecclesia in potentia: quæ quidem potentia in duonus fundatur. Primo quidem, & principaliter in uirtute Christi,quæ est sufficiens ad salutem totius humani generis: secundario in arbitrii libertate.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ esse ecclesiam gloriosam non habentem maculam neque rugam,est vltimus finis,ad quem perducimur per passionẽ Christi. Vnde hoc erit in statu patriæ, non autem in statu viæ, in quo, Si dixerimus, quia peccatum non habemus, nosipsos seducimus,vt dicitur 1.Io.1. Sunt tamen quædam.s.mortalia, quibus carent illi,qui sunt membra Christi per actualem vnionem charitatis. Qui verò his subduntur,non sunt mẽbra Christi actualiter,sed potẽtialiter, nisi fortè imperfectè,per fidem informem,quæ vnit Christo secundũ quid, & nõ simpliciter, vt scilicet per Christum homo consequatur vitam gratiæ. Fides enim sine operibus mortua est, vt dicitur Iacobi 2. percipiunt tamen tales à Christo quendam actũ vitę,qui est credere: sicut si membrum mortificatum moueatur aliqualiter ab homine.

dum est, quòd accipiendo generaliter secundum totum tempus mundi, Christus est caput omnium hominũ: sed secundum diuersos gradus. Primo enim & principaliter est caput eorũ, qui actu vniuntur sibi per gloriam. Secundo eorũ, qui actu vniuntur sibi per charitatem. Tertio eorum, qui actu vniuntur sibi per fidem. Quarto verò eorum, qui sibi vniuntur solum in potentia nondum reducta ad actum, quæ tamen est ad actum reducenda, secundum diuinam prædestinationẽ. Quinto verò eorum, qui in potentia sunt sibi vniti, quę nunquàm reducetur ad actum: sicut homines in hoc mundo viuentes, quinon sunt prædestinati, quitũ ex hoc sęculo recedentes, totaliter desinunt esse mẽbra Christi: quia iam nec sunt in potentia, vt Christo vniantur.

¶ Ad primũ ergo dicendum, quòd illi qui sunt infideles, etsi actu non sint de ecclesia,sunt tamen de ecclesia in potentia: quæ quidem potentia in duonus fundatur. Primo quidem, & principaliter in uirtute Christi,quæ est sufficiens ad salutem totius humani generis: secundario in arbitrii libertate.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ esse ecclesiam gloriosam non habentem maculam neque rugam,est vltimus finis,ad quem perducimur per passionẽ Christi. Vnde hoc erit in statu patriæ, non autem in statu viæ, in quo, Si dixerimus, quia peccatum non habemus, nosipsos seducimus,vt dicitur 1.Io.1. Sunt tamen quædam.s.mortalia, quibus carent illi,qui sunt membra Christi per actualem vnionem charitatis. Qui verò his subduntur,non sunt mẽbra Christi actualiter,sed potẽtialiter, nisi fortè imperfectè,per fidem informem,quæ vnit Christo secundũ quid, & nõ simpliciter, vt scilicet per Christum homo consequatur vitam gratiæ. Fides enim sine operibus mortua est, vt dicitur Iacobi 2. percipiunt tamen tales à Christo quendam actũ vitę,qui est credere: sicut si membrum mortificatum moueatur aliqualiter ab homine.

¶ In responsione ad secundum aduerte,quòd tres conditiones ecclesiæ,hoc ẽ gloriosam,& sine macula,& sine ruga esse,nõ cõuenire ecclesiæ militãti ratiõe primę cõditionis,manifeste patet. Sed & Auctor ratione tertiæ,hoc est peccatorum uenialium probat, quod intellige formaliter de ecclesia militante,hoc est,de congregatione fidelium existentium in charitate: quoniam huiusmodi congregatio ratione omnium suarum partium in uia hac,

Universidad de Deusto
Biblioteca

rugam aliquam vetustatis habet, licet non semper in singulis. Potest enim viator aliquis aliquanto tempore sine omni actuali peccato inueniri: non potest tamen omnino viram hanc agere sine aliquo peccato, vt in litera, apostolica probat auctoritas.

¶ *Super quæstioms octauæ. Articulū quartum.*

D.720. TItulus clarus est.

*c.2.in me.to.2. ¶ In corpore articuli una est conclusio responsiua quæsito, Christus non solum est caput hominum, sed etiam angelorum. Probatur dupliciter, scilicet ratione, & auctoritate, rōne quidem sic: Homines & angeli ordinantur ad vnum finem, scilicet gloriam diuinæ fruitionis. ergo corpus mysticum ecclesiæ non solum ex hominibus, sed etiam ex angelis constitit. ergo totius huius multitudinis est caput vnum, quod est Christus. igitur Christus est caput non solum hominum, sed angelorum. Prima consequentia probat: quia corpus similitudinarie dicitur quæcunq; vna multitudo ordinata in vnum, secundum distinctos actus, seu officia.

59 3.d.13.q.2. ar.2. q.1. & di.14. ar.3. q.2. & 6.c. Et ver.q.29 ar.4.c.& ad 5. Et opus. 3.ca.223.& 1.cor.11.Et eph.1.in fi. Hinc aperte patet, quòd multitudo angelorum, & hominum ex eo, quòd ordinat ad vnum finē, est vnū corpus mysticē: nulla enim est ambiguitas, quin in his sit diuersitas actuum & officiorū in ordine ad cælestem felicitatem. Secunda uero consequentia hēt duas partes, prima est, quòd inferatur caput vnum: secunda est, quòd illud caput sit christus. Et quo ad primā probatur ex eo, q vbi est vnum corpus, oportet esse caput vnū. Quo ad secundam uero probatur dupliciter. Primo ex tribus conditionibus capitis antedictis, scilicet primitate, perfectione, & virtute, inuentis in Christo: quia propinquior est Deo, & perfectius habet dona Dei, & influit in homines & angelos. Secundo, auctoritate Apostoli ad Phil. 1. Deinde probatur conclusio principalis ex signo: quia scilicet angeli ministrabant Christo, Matth. 4. hoc enim signum est subiectionis, cum minor sit qui ministrat.

¶ In responsione ad primum eiusdem arti. aduerte nouitie, q non apponitur hic supradictis tribus conditionibus capitis quarta conditio, puta conformitas naturæ: sed prius fuit sermo de conditionibus propriis capitis, quibus differt, & præstat cæteris membris: modo autem loquimur de conditione communi capiti, & reliquis membris. Oporteret siquidem omnia membra corporis vnius esse naturæ, puta humanæ, vel leoninæ, uel taurinæ, &c. Vnde conditio ista conformitatis in natura, exigitur ad caput, vt præsupposita, sicut commune præsupponitur, prio. Et propterea in litera dicitur, q propter conformitatem Christi cum angelis in natura generis, potest Christus dici caput angelorum, non q conformitas sic ratio Christo, q sit caput (cū conformitas cōis sit Christo & angelis) sed quia cōformitas ratio est, q in Christo inueniatur cōis conditio capiti & membris: & ideo, pter conformitatem, vt conditionem communem Christus habens proprias capitis conditiones, potest dici caput angelorum. Art.1.ad

¶ In responsione ad tertium eiusdē articuli, dubium occurrit circa cautelam corporalis naturæ Christi super angelos, qui sunt puri spiritus, corporibus, nec vniti, nec vnibiles, vt formæ. Non videtur siquidem intelligibile, quòd corpus possit agere in spiritum separatum omnino, peripatetice loquendo, cum non communicent, & longe inferioris, immo infimæ naturæ sit corpus qd cumque cum corporalibus respectu substantiarum omnino separatarū a materia, quales supponimus angelos esse.

¶ Ad hoc dicit, q licet hoc mirū appareat, si tamen consideremus phātasma sub lumine intellectus agētis posse in anima intellectiuam agere, non erit incredibile, quòd aliqua res corporea virtute diuinitatis, cui iuncta est personaliter, possit in substantiam separatā agere, ut sic quod phantasma ex naturali uinculo cū anima intellectiua sortitum est, humanitas Christi ex supernaturalissima, & maxima coniunctione ad diuinitatem adepta sit excellentiori modo: quia potest libere, instrumentaliter tamen, causare in angelis, & animabus nostris aliquid spirituale. Non intelligo tamen hunc causandi modum excedere modum, quo ponimus, sacramenta causare in animabus nostris spirituales gratias.

¶ Ad tertium dicendum, quòd sancti patres non insistebant sacramentis legalibus tamquàm quibusdam rebus, sed sicut imaginibus, & vmbris futurorum: idem d autem est motus in imaginem, inquantum est imago, & in rem, vt patet per Philosophum in lib. de memo. & remi. *Et ideo antiqui patres seruando legalia sacra, feruebantur in Christum per fidem & dilectionē eandem, qua & nos in ipsum feremur: & ita patres antiqui pertinebāt ad idem corpus ecclesiæ, ad quod nos pertinemus.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum Christus sit caput angelorum.

AD Quartum sic proceditur. Videtur quòd Christus, secundum quòd homo, non sit caput angelorū. Caput enim, & membra sunt vnius naturæ: sed Christus, secundum quòd est homo, non est conformis in natura cum angelis, sed solum cum hominibus: quia ut dr Heb. 2. Numquàm angelos apprehendit, sed semen Abrahę apprehendit. ergo Christus secundum quòd homo, non est caput angelorum.

¶ 2 Præte. Illorum Christus est caput, qui pertinent ad ecclesiam, quæ est corpus eius, vt dicitur Ephe. 1. sed angeli non pertinent ad ecclesiam, nā ecclesia est congregatio fidelium: fides autem non est in angelis: non.n. ambulant per fidem, sed per speciem, alioquin peregrinarētur à Domino, secundum quòd Apostolus argumentatur 2. ad Cor. 6. ergo Christus, secūdum quòd homo, non est caput angelorum.

¶ 3 Præter. August. dicit super Ioan. * quòd sicut verbum, quod erat in principio apud patrem, uiuificat animas, ita verbum caro factum uiuificat corpora, quibus angeli carent: sed verbum caro factū est Christus, secundum quòd homo. ergo Christus secūdum quòd homo, non influit vitā angelis. Et ita secundum q homo, nō est caput angelorum.

¶ Sed contra est, quòd Apostolus dicit Colossen. 2. Qui est caput omnis principatus & potestatis: & eadem ratio est de angelis aliorum ordinum. est ergo Christus caput angelorum.

¶ Respon. Dicendum, quòd sicut dictum est, † vbi est vnum corpus, necesse est ponere vnum caput. Vnum autem corpus similitudinariè dr una multitudo ordinata in vnum, secundum distinctos actus siue officia: manifestum est autem, quòd ad unum finem, qui est gloria diuinæ fruitionis, ordinantur & homines & angeli. Vnde corpus ecclesiæ mysticum, non solum consistit ex hominibus, sed etiā ex angelis. Totius autem huius multitudinis Christus, est caput: quia propinquius se habet ad Deum, & perfectius participat dona ipsius, non solū quàm homines, sed etiam quàm angeli, & de eius influentia non solum homines recipiunt, sed etiam angeli.

Dicitur enim Ephe. 1. q constituit eum, scilicet Christum Deus pater ad dexteram suam in cœlestibus supra omnem potestatem, & principatum, & virtutem, & dominationem, & omne nomen, quod nominatur, non solū in hoc sæculo, sed etiam in futuro, & omnia subiecit sub pedibus eius: & ideo Christus non solum est caput hominum, sed etiam angelorum: unde & Mat. 4. legitur, q Accesserunt angeli, & ministrabant ei.

¶ Ad primum ergo dicēdum, quòd influētia Christi super homines, principaliter quidem est quantum ad animas, secundum quas homines conueniunt cum angelis in natura generis, licet non in natura speciei. Et ratione huius conformitatis Christus pōt dici caput angelorū, licet deficiat conformitas quantum ad corpora.

¶ Ad secundum dicendū, quòd ecclesia secundum statum viæ est cōgregatio fidelium: sed secundum statum patriæ est congregatio comprehendētium. Christus autem non solum fuit viator: sed comprehensor: & ideo non solum fidelium, sed ēt comprehendētium est caput, vtpote plenissimè habens gratiam & gloriam.

¶ Ad tertium dicendum, q Augu. *ibi loquitur secundum quandam assimilationem causæ ad effectum, prout scilicet res corporalis agit in corpus, & res spiritualis in res spirituales: tamen humanitas Christi ex unitate spiritualis naturæ, scilicet diuinæ, potest aliquid causare nō solum in spiritibus hominum, sed etiam in spiritibus angelorum, propter maximam coniunctionem eius ad Deum. s. secundum vnionem personalem.

ARTICVLVS V.

Vtrum gratia Christi, secundum quam est caput ecclesiæ, sit eadem cum gratia habituali eius. secundum quòd est quidam homo singularis.

AD Quintum sic proceditur. Videtur quòd non sit eadem gratia, qua Christus est caput ecclesiæ, cum gratia singulari illius hominis. Dicit enim Apostol. Roma. 5. Si unius delicto multi mortui sunt, multo magis gratia Dei, & donum, in gratia unius hominis Iesu Christi in plures abundauit: sed aliud est peccatum actuale ipsius Adæ, & aliud peccatum originale, quod traduxit in posteros. ergo alia est gratia personalis, quæ est propria ipsius Christi, & alia est gratia eius, in quantum est caput ecclesiæ, quæ ab ipso ad alios deriuatur.

¶ 2 Præter. Habitus distinguuntur secundum actus: sed ad alium actum ordinatur in Christo gratia eius personalis. s. ad sanctificationem illius animæ, & ad alium actum ordinatur gratia capitis. s. ad sanctificandum alios. ergo alia est gratia personalis ipsius Christi, & alia est gratia eius, inquantum est caput ecclesiæ.

¶ 3 Præte. Sicut supra dictum est, † in Christo distinguitur triplex gratia, scilicet gratia unionis, gratia capitis, & gratia singularis illius hominis: sed gratia singularis Christi est alia à gratia unionis. ergo etiam est alia à gratia capitis.

¶ Sed contra est, quòd dicitur Io. 1. De plenitudine eius nos omnes accepimus: secundum hoc autem est caput nostrum, quòd ab eo accipimus. ergo secundum hoc, q habuit plenitudinē gratiæ, est caput nostrum. Plenitudinē autem gratiæ habuit, secūdum q perfectē fuit in illo gratia personalis, vt supra dictum est. *ergo secundū gratiam personalem est caput nostrum, & ita non est alia gratia capitis, & alia gratia personalis.

¶ Respond. Dicendum, quòd quia vnumquodque agit, inquantū est ens actu, oportet quòd idem sit actus, quo aliquid est actu, & quo agit, sicut idem est calor, quo ignis est calidus, & quo calefacit. Non tamen omnis actus, quo aliquid est actu, sufficit ad hoc, q sit principium agendi in alia: cū enim agens sit præstantius patiente, vt August. dicit 12. super Gene. ad literam, *& Philosoph. in 3. de anima, † oportet quòd agens in alia, habeat actum secundum eminentiam quandam. Dictum est autem supra, * quòd in anima Christi recepta est gratia secundū maximam eminentiam: & ideo ex eminentia gratiæ, quam accepit, competit sibi quòd gratia illa ad alios deriuetur, quod pertinet ad rationem capitis: & ideo eadem est secundum essentiā gratia personalis, qua anima Christi est iustificata, & gratia eius, secundum quàm est caput ecclesiæ, iustificās alios: differt tamen secundum rationem.

¶ Ad primū ergo dicendum, q peccatum originale in Adā, quod est peccatum naturæ, d deriuatum est à peccato actuali ipsius, quod est peccatum personale: quia in eo persona corrumpit naturam, qua corruptione mediante, peccatum primi hominis deriuatur ad posteros. secundum quòd natura corrupta corrumpit personam: sed gratia non deriuatur à Christo in nos quia supponit, quòd agere in alios coincidit cum agere in oēs respectu gratiæ Christi, quam superius manifestauit esse gratiam capitis, cuius est in omnia membra influere. Quia igitur, ut synonyma hæc hic habentur, ideo Auctor solicitus tantum fuit, vt probaret identitatem actus, quo Christi anima est in se sancta, & quo alios sanctificat. Et hanc identitatem probat sufficienter ex hoc, quòd posse agere non addit super actum dantem esse, nisi eminentia quandam, quam constat non mutare essentiā actus. Vnde restat, posse ipsius solidus, & efficax.

¶ Cum his quoque scito, q in litera non dicitur, q habeatur actus intensissime, sed dicitur quòd habeatur secundum eminentiam quandā, & de Christo subditur, quòd habuit gratiam secūdum eminentiam maximam: plus enim cō prehenditur sub eminētiæ nomine, quam intensionis quantæcunque. Et re vera quando actus habetur secundum eminentiam intensionis & modi habendi, est causa uniuersalis, homogenea tamē reliquorum: vt patet in calore, qui quoniam in summo inuenitur in igne, & habetur eminenti modo, q calor in summo, est naturalis proprietas ignis solius, ideo est causa vniuoca cæterorū calidorum. Et proportionaliter, q in anima Christi gratia est in summo, & haberur eminentissimo modo, quia ut naturalis proprietas consequens unionem personalem, iuxta illud, Vidimus gloriam eius, quasi unigeniti a Patre, plenum gratiæ, &c. ideo gratia Christi ex eminentia talis est actiua in alios, & est actiua in omnes, ut caput, ie per hoc ut conforme, seu homogeneū. Vltima pars conclusionis, hoc est, differt tamen ratione, nō aliter probatur in litera, quia clara est: constat.n secundum rationē differre, q gratia est actus faciens formaliter esse gratum, & q est principium agendi in alios: alioquin esse gratum, & causare gratiam in alios essent idem.

¶ In responsione ad primum scito nouitie, quòd in Adā distinguitur peccatum personæ, & naturæ, quia peccatum personæ, uocatur peccatum illud, quod in actu primi peccati Adæ constitit: peccatum vero naturæ, vocatur fomes peccati cum priuatione originalis iustitiæ. Et quia hoc secundum causatum fuit in Adā ex primo, ideo dicitur quòd persona, hoc est actus psonalis corrumpit naturam, hoc est naturale bonum. ac donum. In nobis autem dicitur, quòd natura corrumpit personam, quia ex forma te, &c. quem cum natura contraximus, persona & damnationi obnoxia semper est, nisi per baptismum reparetur, & in peccatū actuale

*Aug.li.12. ca.16.circa med.to.3. † Aristo.de anima li.3. tex.19. *ar.1.huius q.& q.7.ar. 9.

D. 1006.

Loco citato in arg.

60 3.di.13.q.3 ar.2.q.1.& 2.Et 4.di.5. q.1.ar.3.q. 2. ad 3. Et veri. q.29. ar.2.c.fi.& ad 6. Et op. 3.ca.222.& 223. Et Io. 3.lec.6.

q.6.ar.6.

¶ Super

Universidad de Deusto
Biblioteca

actuale labisi. Non ꝓportionaliter autē se habet Christi gratia, ut. s. alia sic gratia naturæ, alia personæ, tum quia gratia non est data Christo ex animæ suæ actuali operatione, tum quia gratia non eō mūnicatur nobis a Christo per actionem naturæ, seu communicādo naturam, sed ꝑ actionem personalem Christi, quia meruit nobis, & uoluntarie influit nobis gratiam.

¶ In responsione ad tertium uide nouitie, ꝙ Auctor primo appellat gratiam unionis id, quod proprie est gratia unionis, & de illa dicit, ꝙ nō est eadem gratiæ personali, seu habituali. Deinde propter reuerentiam aliorum permittit appellari ipsam habitualem gratiam Christi, uoce gratiæ unionis, non simpliciter, sed quodammodo, pro quanto. s. ipsi habitualis gratia ī christo facit congruitatem quādam ad vnionem. Et intelligit de congruitate non antecedente unionem uelut disponente ad illā, sed de congruitate consequente ad vnionem: reddit. n. habitualis gratia animam Christi congruam dignitati unionis, ad quā præleuata intelligitur, sicut grauitas congruit terræ, & sicut disponsata iam mulier principi, congrua redditur principi ex ornatu iocalium, quæ ex dono sponsi accepit.

61 Inf. ar 7. c. Et ver. q. 29 ar. 4. c. & 1. Cor. 11.

¶ Super quæstionis octauæ. Articulū sextum.

In titu. ar. 6. nota ꝙ in dubium dupliciter potest verti, an esse caput ecclesiæ sit proprium Christo. Primo, in ordine ad Deum, & personas Patris, & Spiritussancti. Secundo, in ordine ad creaturas angelicas & humanas. In hac tamen ista non disputatur, mediante natura humana, sed per solam personalem actionem ipsius Christi. Vnde non oportet in Christo distinguere duplicem gratiam, quarum vna respondeat naturæ, alia personæ, sicut in Adam distinguitur peccatum naturæ & personæ.

¶ Ad secundū dicendū, ꝙ diuersi actus, quorum vnus est ratio, & causa alterius, nō diuersificant habitū: actus autem personalis gratiæ, qui est sanctū facere formaliter gabense, est rō iustificationis aliorum, quæ pertinet ad gratiam capitis. Et inde est, ꝙ per huiusmodi differentiam non diuersificat essentia habitus.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ gratia personalis, & gratia capitis ordinantur ad aliquem actum: gratia autem vnionis non ordinatur ad actum, sed ad esse personale: & ideo gratia personalis, & gratia capitis conueniunt in essentia habitus, non autē gratia vnionis. Quamuis personalis gratia possit quodammodo dici gratia vnionis, prout facit congruitatem quandā ad vnionem. Et secundum hoc una ꝑ essentiam est gratia vnionis, & gratia capitis, & gratia singularis personæ, sed differens solæ ratione.

Articvlvs VI.

Vtrum esse caput ecclesiæ sit proprium Christo.

AD Sextum sic proceditur. Videtur quòd esse caput ecclesiæ non sit proprium Christo. Dicitur enim 1. Reg. 15. Cum esses paruulus in oculis tuis, caput in tribubus Israel factus es: sed una est ecclesia in nouo & veteri testamento. ergo videtur quòd eadem ratione aliquis alius homo præter Christum poterit esse caput ecclesiæ.

¶ 2 Præte. Ex hoc Christus dicitur esse caput ecclesiæ, ꝙ gratiam influit ecclesiæ membris: sed etiam ad alios pertinet gratiam aliis præbere, secundum illud Ephe. 4. Omnis sermo malus ab ore vestro non procedat: sed si quis bonus est ad ædificationem fidei, vt det gratiam audientibus. ergo vī, ꝙ etiam alii quàm Christo competat esse ecclesiæ caput.

¶ 3 Prēte. Christus ex eo ꝙ præest ecclesiæ, non solum dicitur caput, sed etiam pastor & fundamentum ecclesiæ: sed non sibi solum Christus retinuit nomen pastoris, secundum illud 1. Pet. 5. Cum apparuerit princeps pastorum, percipiens immarcescibilem gloriæ coronam: nec etiam nomē fundamenti, secundum illud Apocal. 21. Murus ciuitatis habens fundamenta duodecim. ergo videtur, quòd nec etiam nomen capitis sibi soli retinuerit.

¶ Sed contra est, quod dī, Coloss. 2. Caput ecclesiæ est, ex quo corpus per nexus & coniunctiones subministrarum & constructum, crescit in augmentum Dei: sed hoc soli Christo cōuenit. ergo solus Christus est caput ecclesiæ.

De Deo enim patre dictum est, caput Christi, ac per hoc ecclesiæ totius, hoc est totius integri corporis ecclesiastici ex capite, & membris constantis Deus: de Spiritu sancto, autem, ꝙ est cor ecclesiæ, & propterea esse caput homogeneum, id est, eiusdem naturæ, specificæ i vel genericæ, propriū Christo esse, & nō eō toti Trinitati, relictum est. Nunc superest videre, an sit cōe Christo secundum naturam humanam & alteri creaturæ, an soli Xpo conueniat.

¶ Respondeo dicendum, quòd caput in alia membra influit dupliciter. Vno modo, quodam intrinseco influxu, prout scilicet, uirtus motiua, & sensitiua, à capite deriuatur ad cætera membra. Alio modo, secundum quādam exteriorem gubernationem, prout scilicet secundum visum, & alios sensus, qui in capite radicantur, dirigitur homo in exterioribus actibus. Interior autem influxus gratiæ, non est ab aliquo, nisi à solo Christo, cuius humanitas ex hoc, quòd est diuinitati coniuncta, habet virtutem iustificandi: sed influxus in membra ecclesiæ, quantum ad exteriorem gubernationem, potest aliis conuenire. Et secundum hoc aliqui alii possunt dici capita ecclesiæ, secundum illud Amos 6. Optimates capita populorum: differenter tamen à Christo. Primo quidem, quantum ad hoc, quòd Christus est caput omnium eorum, qui ad ecclesiam pertinent, secundum omnem locum, & tempus, & statum: alii autem homines dicuntur capita, secundum quædam specialia loca, sicut episcopi suarum ecclesiarum, vel etiam secundum determinatum tempus, sicut Papa est caput totius ecclesiæ, scilicet tēpore sui pontificatus, & secundum determinatum statum, prout scilicet sūt in statu viatoris. Alio modo, quia Christus est caput ecclesiæ propria virtute & auctoritate: alii uerò dicuntur capita, inquantum uicem gerunt Christi, secundum illud 2. ad Cor. 2. Nam & ego quod donaui, si quid donaui propter vos in persona Christi, & secundum illud 2. ad Corin. 5. Pro Christo legatione fungimur, tamquā Deo exhortante per nos.

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ verbū illud intelligitur, secundum ꝙ ratio capitis consideratur ex exteriori gubernatione, prout dicitur rex caput regni sui.

¶ Ad secundum dicendū, ꝙ homo non dat gratiam interius influendo, sed exterius persuadendo ad ea, quæ sunt gratiæ.

¶ Ad tertium dicendum, quòd sicut Augustinus * dicit super Ioann. Si ꝓpositi ecclesiæ pastores sunt, quomodo vnus pastor est, nisi quia sunt illi omnes vnius membra pastoris? Et similiter alii possunt dici fundamenta & capita, inquantum sunt vnius capitis & fundamenti membra. Et tamen sicut Augustinus ibidem dicit, † pastorem esse dicit membris suis, ostium verò nemo nostrum se dicit, hoc sibi ipse propriū tenuit: & hoc ideo, quia in ostio importatur principalis auctoritas, inquantum ostium est, per quod omnes ingrediuntur in domū, & ipse solus Christus est per quem accessum habemus in gratiam istā, in qua stamus, per alia verò nomina prędicta potest importari auctoritas, nō solum principalis, sed etiam secundaria.

* Trac. 45 in med. Ioannis, to. 3.

† Trac. 47 Ioan. inter prin. & med. tom. 3.

put, alii vt vices gerentes Christi, vt pater auctoritatibus.

¶ In responsione ad 3. eiusdē ar. differne nouitie inter ostiū, & ostiarium: quia licet esse ostiū ecclesiæ, ac regni cęlorum sibi solī Dominus reseruauerit, esse tamen ostiarium aliis communicauit, claues regni cœlestis tribuendo, & Petrum ianitorem cęli instituendo.

¶ Super quæstionis octauæ. Articulum septimum.

Titulus clarus est.

¶ In corpore articuli repetit primo supra posita distinctio de capite, secundūm interiorem influxū, & secundū gubernationem exteriorem. Et ponitur deinde conclusio responsiua quæsito iuxta alterum membrum distinctionis. Diabolus est caput omnium malorum secundū exteriorem gubernationem. Probatur dupliciter. primo, auctoritate Iob, Ipse est rex &c. secundo, ratione. Finis diaboli est auersio a Deo. ergo inquantum quicumque adducuntur peccādo in hunc finē, sub diaboli gubernatione cadunt. ergo diabolus est omnium malorū caput secundum gubernationem. Antecedens probatur primo, ex hoc quòd tentauit ab initio a diuinis abducere. Manifestatur deinde, quomodo auersio potest habere rationem finis, scilicet sub specie libertatis. Probatur auctoritate Hiere. Consequētia uero prima probatur: quia ad gubernatorem pertinet adducere quos gubernat in suum finem. Altera autem sequela est per se nota.

61 Inf. ar. 8. c.

*c. 82. habetur inter opera Augusto. 3.

*c. 4. par. 4. inter med. & fi.

* Est Greg. li. 14. mor. c. 11. circa prin.

Ar. præce.

¶ Coniunge huic doctrinæ responsionem ad secundum, & perspice, quòd ad gubernatorem spectat, ad suum finem alios adducere, non uno tantum modo, sed diuersis, scilicet, uel impellendo, uel

Ar. præce.

ritas, inquantum ostium est, per quod omnes ingrediuntur in domū, & ipse solus Christus est per quem accessum habemus in gratiam istā, in qua stamus, per alia verò nomina prędicta potest importari auctoritas, nō solum principalis, sed etiam secundaria.

Articvlvs VII.

Vtrum diabolus sit caput omnium malorum.

AD Septimum sic proceditur. Vī quòd diabolus non sit caput malorum. Ad rationem enim capitis pertinet, quòd influat sensum & motum in membra, vt dicit quædam glo. super illud ad Ephes. 1. Ipsum dedit caput &c. sed diabolus non habet virtutem influendi malitiam peccanti, quod ex voluntate peccantis procedit. ergo diabolus con potest dici caput malorum.

¶ 2 Præte. Per quodlibet peccatum fit homo malus; sed non omnia peccata sunt à diabolo: quod quidem manifestum est de peccatis dęmonum, qui non ex persuasione alterius peccauerunt. Similiter etiam nec omne peccatum hominis ex diabolo procedit: dicitur enim in lib. de Ecclesiast. dogmatibus. * Non omnes cogitationes nostræ malæ, semper diaboli instinctu excitantur: sed aliquoties ex motu arbitrij nostri emergunt. ergo diabolus non est caput omnium malorum.

¶ 3 Præ. Vnum caput vni corpori præficitur: sed tota multitudo malorum non videtur habere aliquid, in quo vniantur: quia malum malo contingit esse contrarium: cōtingit etiam ex diuersis defectibus, vt Diony. dicit 4. cap. de diuī. nominib. * non ergo diabolus potest dici caput omniū malorum.

¶ Sed cōtra est, quod super illud Iob. 18. Memoria illius pereat de terra: dicit gl. † De vno quoque iniquo dicitur, vt ad caput, idest, diabolum reuertatur.

¶ Respond. Dicendum, ꝙ sicut supra dictum est, * caput non solum interius influit membris, sed etiam exterius gubernat, eorum actus dirigendo ad aliquem finem. Sic ergo potest dici aliquis caput alicuius multitudinis, vel secundum vtrunque, s. secundum interiorem influxum & exteriorem gubernationē, & sic est Christus caput Ecclesiæ, vt dictum est, * vel secūdum exteriorem gubernationem, & sic quilibet princeps vel prælatus est caput multitudinis sibi subiectæ.

Et per hunc modum dicitur diabolus caput omnium malorum: nam, vt dicitur Iob 41. Ipse est rex super vniuersos filios superbiæ. Pertinet autem ad gubernatorem, vt eos quos gubernat, ad suum finem adducat: finis autem diaboli est auersio rationalis creaturæ à Deo. vnde & à principio hominem ab obedientia diuini præcepti remouere tentauit. Ipsa autem auersio à Deo habet rationem finis, in quantum appetitur sub specie libertatis, secundum illud Hiere. 2. A sæculo confregisti iugum, rupisti vincula, & dixisti, non seruiam. Inquantum igitur ad hunc finem aliqui adducuntur peccando, sub diaboli regimine & gubernatione cadunt, & ex hoc dicitur eorum caput.

¶ Ad primum ergo dicēdum, quòd licet diabolus interius non influat rationali menti, tamen suggerendo inducit ad malum.

¶ Ad secundum dicendum, quòd gubernator non semper suggerit singulis, vt suæ volūtati obediāt, sed proponit omnibus signum suæ voluntatis, ad cuius sequelam aliqui excitantur inducti, alij propria sponte: sicut patet in duce exercitus, cuius vexillum sequuntur milites etiam nullo persuadente. Sic igitur primum peccatū diaboli, qui ab initio peccat, vt dicitur 1. Ioā. 3. propositum est omnibus ad sequēdum quod quidam imitātur per suggestionem ipsius, quidam propria sponte absque vlla suggestione. Et secundum hoc omnium malorum caput est diabolus, inquantum ipsum imitantur, secundum illud Sap. 2. Inuidia diaboli mors introiuit in orbem terrarum: imitantur autem illum, qui sunt ex parte illius.

¶ Ad tertium dicendum, quòd omnia peccata conueniunt in auersione à Deo licet abinuicem differant, secundum cōuersionem ad diuersa commutabilia bona.

Articvlvs VIII.

Vtrum antichristus possit etiam dici caput omnium malorum.

AD Octauum sic proceditur. Vī ꝙ Antichristus nō sit caput malorū. Vnius. n. corporis nō sunt diuersa capita: sed diabolus est caput multitudinis malorum. Nō ergo antichristus est eorum caput.

¶ 2 Præ. Antichristus est mēbrū diaboli: sed caput distinguit à mēbris. ergo antichristus non est caput malorū.

Titulus clarus est.

¶ In corpore articuli est vnica conclusio responsiua quæsito: Antichristus ē omnium malorū hominum caput secundum perfectionem tantum. Hæc conclusio hēt tres partes, vnam affirmatiue, ꝙ est omnium caput secundum perfectionē, & duas negatiue, & ꝙ non est caput secundum ordinē, nec secundum virtutem, tam interiorem, quàm exteriorē iuxta tres modos, quibus potest dici, caput secundum similitudinem ad tres conditionum capitis, scilicet ordinem, virtutem, & perfectionem. Et propterea in litera ꝓbatur processu diuisuo, sic, ꝙ primo repetitur trimembris, ac sufficiens diuisio cōditionum, secundum quarum similitudinem caput dicitur i sacris literis mystice. Deinde excludit sigillatim duo membra, scilicet secundum ordinem, & secundum virtutem, tam intus, quàm extra, & sic concludit tertium mēbrum, scilicet secundum perfectionem.

¶ Vbi, quia processus clare patet in litera, nota ꝙ Auctor licet quærat an Antichristus sit caput omnium malorū hominum: quia tamē hoc ex auctoritate constat sic esse, respōdet ad id quod est obscurū in hoc quæsito, scilicet qua ratione sit caput omnium hominum malorum, & dicit ꝙ ratione perfectionis. Nec hoc exorbitat ab arte: qm, vt patet 2. Poste. ois ꝗstio est

63 1. 2. q. 84. art 3. & 4. Et 3, di. 13. q. 2 ar. 1. c. & veri. q. 29. ar. 4. c. & mal. q. 8. ar. 1. c. Et opu. 3. c. 223. Et 1. Cor. 11.

Universidad de Deusto
Biblioteca

est quæstio mediii: constat aũt quod quid est, esse medium ad oẽm q̃onem soluendam. Rõ aũt, qua antichristus est caput oĩum malorum, est quod quid est esse capitis in antichristo respectu omnium malorum. Confirmat aũt litera conclusionem illatam ex auctoritate glossæ, quam ét declarat, tollens falsum sensum, qui posset ex illa accipi, & clare patent omnia. Et demum declarat quo pacto mali priores antichristo secũm tempus se habent ad ipsum. Sunt figura quædam, ut ex glossa super illud, Nam mysteriũ iã operatur iniquitatis, dicit. Vbi perspicere potes, esse inter antichristum & alios malos ipsum præcedentes non solũ simplicẽ habitudinẽ perfecti ad imperfectos, quia ille perfectionem oĩs malitiæ, illi minus mali, sed esse talẽ modum habitudinis imperfectionis, quo. s. figura est imperfectior figurato, ita q̃ antichristus est caput præcedẽtium malorum rõne perfectionis, & quia in ipso est plenitudo malitiæ, in aliis pars aliqua malitiæ, & quia ipse est vt veritas malitię, illi, vt figura tantæ futuræ malitiæ. Et propterea dr operari iã mysterium iniquitatis: quia iniqui operantur malum, non solum secundum se, sed ut figura malitiæ sui capitis. Figura enim mysterium est respectu figurãti, & figuratum operari dicitur non secundum se, sed secundum se figurantes quando ad ipsum figurandum operantur, vt contingit quando mali inique agunt.

*Est gl. Gregor. lib. 15. Mora. c. 38. in prin.

art. 1. huius quæst.

gl. ord. ibi.

¶ 3 Præt. Caput habet influentiam in membra: sed antichristus nullam habet influentiam in malos, qui eum præcesserunt. ergo antichristus non est caput malorum.

¶ Sed contra est, q̃ Iob 21. super illud, Interrogate quemlibet de viatoribus, dicit glo. * Dum de omnium malorum corpore loqueretur, subito ad omnium iniquorum caput antichristum verba conuertit.

¶ Respondeo dicendum, q̃ sicut supra dictum est, † in capite naturali tria mueniuntur. s. ordo, perfectio, & virtus influendi. Quantum igitur ad ordinem temporis, non dicitur antichristus esse malorũ caput, quasi eius peccatum præcesserit, sicut præcessit hucusque peccatum diaboli. Similiter etiam non dicitur esse caput malorum propter virtutem influendi: etsi enim aliquos sui temporis ad malum sit conuersurus, exterius inducẽdo: non tamen illi, qui ante eum fuerunt, ab ipso sunt in malitiam inducti, nec etiam eius malitiã sunt imitati, vnde secundum hoc non posset dici caput omnium malorum, sed aliquorum. Relinquitur ergo, q̃ dicatur caput omnium malorum propter malitiæ perfectionem. Vnde super illud 2. ad Thessal. 2. Ostendens se tamquam sit Deus, dicit gloss. * Sicut in Christo omnis plenitudo diuinitatis inhabitauit, ita in antichristo omnis malitiæ plenitudo, non quidẽ ita, quòd humanitas eius sit assumpta à diabolo in vnitatem personæ, sicut humanitas Christi à filio Dei, sed quia diabolus suam malitiam eminentius ei influet suggerendo, quàm omnibus alijs. Et secundum hoc omnes alij mali qui præcesserunt, sunt quasi quædam figura antichristi, secundum illud 2. ad Thess. 2. Mysteriũ iam operatur iniquitatis.

¶ Ad primum ergo dicendum, q̃ diabolus & Antichristus nõ sunt duo capita, sed vnum, quia Antichristus dicitur esse caput, inquantum plenissimè inuenitur in eo impressa malitia diaboli. Vnde super illud secundæ ad Thessal. 2. Ostendens se tanquam sit Deus, dicit glo. * In ipso erit caput omnium malorum, s. diabolus, qui est rex super omnes filios superbiæ. Non autem dicitur in eo esse per vnionẽ personalem, nec per intrinsecam inhabitationem, quia sola Trinitas menti illabitur, vt dicitur in lib. de Eccle. dog. † sed per malitiæ effectum.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ sicut caput Christi est Deus, & tamen ipse est caput Ecclesiæ, vt supra dictũ est, * ita Antichristus est membrum diaboli, & tamen est caput malorum.

¶ Ad tertium dicendum, quòd Antichristus non dicitur caput omnium malorum propter similitudinẽ influẽtiæ, sed propter similitudinem perfectionis. In eo enim diabolus quasi malitiam suam ducet ad caput per modum, quo dicitur aliquis ad caput suum propositum ducere, cum illud perfecerit.

¶ Ad hoc dr, quod proculdubio Antichristus non est caput dæmonũ malorum, sed horum tñ, quia nec ordine, nec virtute, nec perfectione illos excedet in malitia, cũ sit futurus purus uiator, ac per hoc non habiturus ita malam voluntatẽ, sicut habent dæmones, qui in quolibet opere suo sunt mali, adeo q̃ ét naturalibus apponunt circunstãtias malas. Antichristum aũt nihil phiber operaturũ aliquid de genere suo bonum sine mala operis circunstantia, puta, quia honorabit parentes, & hmõi. Vnde & Angelum custodẽ habebit, p̃ suasurum q̃nq;, vt ab aliquo desistat malo. De diabolo aũt aliud est dicendũ absolute, & aliud infra expositionẽ præsentis literæ, nã absolute verum est, q̃ Lucifer est caput oĩum malorum, tã dęmonum, q̃ horum, q̃ facile deduci pótvtendo ratione septimi articuli. Secundũ præsentem aũt literam diabolus dr caput oĩum malorum horum, ita q̃ tam in 7. q̃ in 8. ar. non est sermo, nisi de malis hominibus. Et ly diabolus, nõ sumit q̃ aliquo vno diabolo solo, sed proto ordine diabolico, uel melius q̃ Lucifero, vt continet totum ordinẽ diabolicum, ita q̃ sensus est, q̃ diabolus, hoc est Lucifer cum suis, vel ordo diabolicus, est caput oĩum malorum hominum. Et huic sensui attestantur tentationes horum, quæ non ab aliquo vno diabolo fiunt. Vnde patet responsio ad duas primas obiectiones.

*gl. ord.

*c. 8. huius operis & to. 3. art. 1. huius quæst.

¶ Ad tertiam autem dicitur, q̃ in Antichristo ponitur plenitudo malitiæ non simpliciter, nec Lucifer, sed inter homines, ea ratione, quia in eo est diabolus, hoc est diabolicus ordo, secundum plenum effectum malitiæ.

¶ In responsionibus ad primum, & secũm simul, dubiũ occurrit, quia in responsione ad primum dicit, diabolum & Antichristum non esse duo capita, sed vnum caput: in responsione aũt ad secundum, dicitur, Antichristum esse membrum diaboli. Hęc. n. sibi inuicem aduersantur, quia si Antichristus est membrum diaboli, oportet diabolum esse caput Antichristi, ac per hoc Antichristus est caput subordinatum altiori capiti. s. diabolo, & sic Antichristus & diabolus sunt duo capita.

¶ Ad hoc dicitur, q̃ diabolus potest dupliciter considerari, s. secundum se, vel vt est in Antichristo. Si secundum se, sit Antichristus & diabolus sunt duo capita, quorum vnum subordinatẽ alii, s. Antichristus diabolo, & hoc dicit responsio ad secundum. Si autem considereturdiabolus, vt est in Antichristo, sic ambo sunt vnum caput, & sic uerificatur responsio ad primum. Vel, & melius respondetur, q̃ diabolus & Antichristus dupliciter considerari possunt, primo in ordine est multitudine malorum hominũ (de quibus est sermo) & sic ambo sunt caput vnũ corporis vnius. Et hoc directe intendit responsio ad primum, dum duo capita vnius, & eiusdem omnino corporis mystici excludit. Secundo considerantur inter se, & sic Antichristus respectu diaboli est mẽbrum, diabolus autem caput eius, sicut Deus caput Christi. Cum quo stat, quòd respectu multitudinis malorum hominum Antichristus est caput, & sic Antichristus est caput subordinatum altiori capiti, qui diabolus est. Et hoc dicit responsio ad secundum.

¶ Super

¶ Super quæstionis nonæ. Art. I.

TItulus clarus est.

¶ In corpore tria fiunt. Primo repetitur integritas naturæ assumptæ pro radice conclusionis. Secundo respondetur quæsito vnica affirmatiua conclusione, (oportet in Christo esse scientiã creatam) tribus rõnibus sup dicto fundamento fabricatis, probando illã. Tertio confirmat cõclusio auctoritate sacri Concilii, reddẽdo illius rõnem. Omnia clara sunt in litera.

¶ In rñsione ad primũ eiusdẽ arti. dubia duo occurrunt circa illud, vnde hic actus nõ potuit esse aię humanæ Christi, cũ sit alterius naturæ. Primum qui ẽ circa id, quod dicitur de impossibili tate actus intelligẽdi diuini, q̃ hic actus intelligẽdi aię Christi, nam multi reputãt hoc esse possibile. Secundũ circa dicti rationẽ. s. cũ sit alterius naturæ, quoniam non apparet quantum ualeat.

Circa primum igitur habes in 3. ien. Ioan. Capreoli di. 24. q. 1. argumenta multa, Ioãnes de Ripa, & aliorũ, quæ qũ procedũt ex extraneis, aut immiscent illa (puta q̃ visio sit species) aut differentiam inter matutinam & vespertinã cognitionẽ aut cognitionẽ creaturarũ in uerbo, aut dẽ iam inter cognitionẽ, ænigmaticã & facialẽ, aut intuitiuam, aut ẽt magis extranea, aut illa, quæ in litera hæ soluuntur, & scientia debet tradi ex propriis, non ex extraneis, resecareq; debent superflua. ideo omittenda censui, allatis tantũ duobus motiuis. Primum est. Deus respectu beatorum se habet vt species intelligibilis. ergo multo magis poterit se habere, vt intellectio. Antecedens patet. Et consequentia probatur, quia magis repugnat Deo ratio habitus, seu habitu, lis formæ, quã actus seu formæ actualis: sed species habet rationem habitus, seu habitualis formæ, intelligere autem habet rationẽ actus ergo Sedm est ex auctoritate Aug. 4. de Trini. c. vlt. dicentis de visione beata duo. primò, quòd illa Deus est bonus & beatus: secundo, q̃ ipsa sola est summum bonum, cuius adipiscendi gratia præcipimur agere quicquid ratione agimus. Ex his. n. patet, q̃ visio beatorũ est quid increatum, alioquin Deus esset bonus, & beatus aliquo creato, & aliquid creatũ esset summũ bonum & finis vltimus &c.

¶ Circa secundum aũt occurrit statim obiectio, q̃ alietas naturæ, licet inferat, intellectionem diuinam non posse esse naturalem animæ humanæ, non tamen infert non posse communicari animæ humanæ. Magna enim differentia est inter conuenire, vt naturale, & conuenire, vt communicatum: proprietas siquidẽ ignis non conuenit rei ignitæ, vt naturalis illi rei, puta ferro, sed vt communicata ferro. Et ad diuina ascendendo personalitas Verbi non conuenit humanitati Christi, vt naturalis sibi, sed vt communicata. Quocirca sicut personalitas. Verbi est ipsa Dei substantia, & tamen conuenit animæ humanæ, sed vt communicata sibi, ita intelligere diuinum, quod est essentia Dei, pót animæ humanæ alterius naturæ conuenire, non vt naturale animæ humanæ, sed vt communicatum. Alietas siquidem naturæ (vt mõstratum est) non prohibet proprietatis communionem, sed naturalitatem. Vana igitur est hæc ratio. Et si hæc ratio non valet, voluntarie conclusio afferitur, quum inueniantur tenentes oppositum Philosophi, vt patet de Auer. in 3. de Anima. com. 36. dicente, q̃ in statu intellectus adepti, intelligemus per substantiam intellectus agentis, ex quo apparet, quòd possibile est actum proprium naturæ superioris qui est illius substantia, communicari inferiori.

¶ Ad huius quæstionis solutionẽ euidentem, sciendum est, duplici via posse procedi, ad videndum impossibilitatẽ propositam, scilicet, quòd intelligere substantiæ superioris, non potest cõmunicari sic, vt in telligere quo formaliter intelligit substãtia inferior. Altera uia est ex dependentia intellectionis ab intelligente, quia. s. intelligere est operatio vitalis intelligentis, de ratione autem operationis uitalis est, q̃ sit ab eo, cuius est operatio vitalis, alioq; viuere actualiter non esset a viuere substantialiter, q̃ non videtur intelligibile, quia sic anima nõ eẽt principium vegetandi, sentiendi, appetendi, intelligendi, & secundum locum mouendi, & sic aia non esset anima. Et confirmatur, quia sicut non est intelligibile, quòd Sortes generet Platonem, & actus generandi non sit a Sorte, & similiter quòd Sortes motu animali progrediatur, & motus eius non sit ab ipso, & similiter quòd appetat aut velit, & appetitus eius non sit ab anima, ita non est intelligibile, quòd viuat uita intellectuali actuali, q̃ nihil aliud est, quam ipsum intelligere, & q̃ tale intelligere, tale viuere non sit ab intelligente. Constat autem, quòd diuinum intelligere, nõ potest dependere ab aliqua creatura. Impossibile est igitur, quòd actus intelligendi, quo Deus intelligit, fiat actus intelligendi, quo creatura formaliter intelligat. Ex hac igitur uia, q̃ actus vitalis cuiusque viuentis, aut est ipsa substantia viuentis, aut est ab ipsa, concluditur primo impossibilitas proposita. Quia tamen multi ignorantes propriam vocem, non sunt capaces dictæ rationis offert se secunda via, ex hoc quòd operatio est actus operantis secundum esse naturale. Hæc propositio habet duas partes, prima est, quòd operatio, est actus operantis. Et quoad istam partem sobrie intellectam, hoc est proportionaliter de operatione transeunte, & immanente, per se nota est, nam operatio transiens est actus agentis, vt a quo fit. eam operatio autem immanes est actus operantis, vt cuius fit. em. Secunda uero pars est ly, secundum esse naturale, quæ etiam est per se nota inducendo, nam generare est a generante secundum esse naturale, & sentire est in sentiente secundum naturale esse, & similiter desiderare in desiderante, & intelligere in intelligente. Ex extremis patet, quia operans, inquantum operans secundum suum naturale esse operatur, sicut & est. Sub hac autem propositione subsumendum est, quòd diuina substantia non potest esse actus, secundum esse naturale alicuius creaturæ, ut patet, igitur non potest diuinum intelligere esse intelligere, quo formaliter tintelligat creatura.

Dico

QVAEST. IX.

De scientia Christi in communi, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de scientia Christi. Circa quam duo consideranda sunt. Primò, quam scientiam Christus habuerit, secundo de vnaquaq; scientiarum ipsius.

Circa primum quæruntur quatuor.

¶ Primo, Vtrum Christus habuerit aliquam scientiam præter diuinam.

¶ Secundo, Vtrum habuerit scientiã, quam habent beati, uel comprehẽsores.

¶ Tertio, Vtrum habuerit scientiam inditam, vel infusam.

¶ Quarto, Vtrum habuerit aliquam scientiam acquisitam.

ARTICVLVS I.

Vtrum Christus habuerit aliquam scientiam præter diuinam.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur q̃ in Christo non fuerit aliqua scientia præter diuinam. Ad hoc. n. necessaria est scientia, vt per cã aliqua cognoscantur: sed Christus per scientiam diuinam cognoscebat omnia. superfluum igitur fuisset, quòd in eo esset alia scientia.

¶ 2 Præt. Lux minor per maiorem offuscatur: sed omnis scientia creata comparatur ad scientiam Dei increatam, sicut lux minor ad maiorem. ergo in Christo non refulsit alia scientia, quàm diuina.

¶ 3 Præte. Vnio humanæ naturæ ad diuinam, facta est in persona, vt ex supradictis patet. * Ponitur autem in Christo secundum quosdam quædam scientia vnionis, per quam. s. Christus ea, quæ ad mysterium incarnationis pertinẽt, plenius sciuit, quàm aliquis alius. Cum ergo vnius personalis contineat duas naturas, videtur quòd in Christo non sint duæ scientiæ, sed vna scientia pertinens ad vtramque naturam.

¶ Sed contra est, q̃ Ambro. dicit in lib. de Incarna. * Deus in carne perfectionem naturæ assumpsit humanæ, suscepit sensum hominis, nõ sensum carnis inflatum: sed ad sensum hominis pertinet scientia creata. ergo in Christo fuit scientia creata.

¶ Respond. Dicendum, quòd sicut ex supradictis patet, † nam Dei humanam naturam integram assumpsit, id est, non solum corpus, sed etiam animam, non solum sensitiuam, sed etiã rationalem. Et ideo oportuit, quòd haberet scientiam creatã propter tria. Primo quidem propter animæ perfectionem. Anima enim secundum se considerata est in potentia ad intelligibilia cognoscenda: est enim sicut tabula, in qua nihil est scriptum, & tamen possibile est in ea scribi per intellectum possibilem, in quo est omnia fieri, ut dicitur in tertio de Anima. * Quod autem est impotentia, est imperfectum in genere intelligibilium. Vnde & Angelus habet scientiam creatam, quia est in potentia ad multa intelligibilia. Secundo propter ordinem ad obiectum. Omne enim quod est in potentia ad aliquid, ordinatur ad illud, vt ad actum suum. Vnde & intellectus possibilis ordinatur ad intelligibile, vt ad actum suum. Intellectus autem creatus, quia est in potentia ad multa intelligibilia, ordinatur ad ea, vt ad actum suum. Tertio propter ordinem ad operationem. Intellectus enim speculatiuus ordinatur ad operationem intellectus practici, sicut ad finem. Finis autem est, vt ad eum tendat operans, & ideo oportuit, quòd intellectus Christi haberet scientiam creatam, per quam ea, quæ sunt agenda, cognosceret.

64 3. di. 14. art. 1 q. 1. Erve. q. 20. art. 2. & opu. 3. c. 223.

Q. 1.

*li. 3. de anima tex. 18. to. 2.

Dico

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dico aũt naturale esse, ad diam actus secundum esse intelligibile, vt obiectũ intellectus est perfectio, & actus intellectus, sed m esse intelligibile, nihil. n. prohibet, substantiam aliquã. quæ est actus, non solũ in genere entis, sed in ordine intelligibili esse per fectionẽ, æ per hoc actum alterius secm esse intelligibile. Hoc siquidẽ mõ ponũt Theologi diuinã essentiam esse, vt spẽm intelligibilẽ intellectus, creati beati, & similiter philosophi ponentes inferiorẽ intelligentiã intellige re per superiorẽ. Et hac via procedit Auctor in litera afferens pro rõne alietatem naturæ: quia, n. operatio ẽ actus operantis in esse naturæ: impossibile est, q̃ operatio, quæ est substãtia vnius, cõueniat alienæ naturę, nisi substantia illa in esse naturæ iungat alienæ naturæ, qđ in proposito, tẽ impossibile clare liquet. Et per hæc patet rãsio ad primam obiectionem in primo dubio. Nã patet iam non esse idẽ, aut par in dicitũ de specie intelligibili, & actu intelligendi, quia illa põt esse alterius actus in genere intelligibilis, istæ non nisi in genere naturæ. Nec nõ allata de actu & habitu obstat, quia licet species intelligibiles secundum cõem viã sint formę habituales, (qđ tñ Auicenna negauit) diuina tñ substantia nõ supplet vicẽ speciei intelligibilis, quatenus est forma habitualis, quia habitus claudit in se perfectionẽ potentiæ, quam in sua ratione admistam habet, sed quatenus est forma actualis tantum, & hoc in esse inintelligibili tantum, vt dictum est.

*li. 12. de Cęlo. text. 17. co. 2.

q. 5. & 6.

*li. 12 Met. tex. 39. co. 3

¶ Ad auctoritatem primam Aug. dr, q̃ non intendit Aug. eandem numero visionem esse beantem Deum & nos, sed eandẽ obiectiue & modaliter, quia idẽ obiectum, & idẽ modus est utriusque, dum Deus per seipsum a se, & nobis videtur.

¶ Ad secundam dr, q̃ non inconuenit aliquam operationem creatam esse summum bonum, non simpliciter, sed inter creata, & similiter esse vltimum finem. Idem & in idem redit, dum dicit summum bonum inter concupiscibilia simpliciter, & vltimus finis, vt concupiscibilis simpliciter.

¶ Ad secundi aũt dubii obiecta rñdetur, q̃ processus literę est, efficax ad probandũ, q̃ intelligere diuinum nõ põt esse actus animæ Christi, ex eo q̃ est alterius naturæ, & cũ dr, q̃ alietas naturæ cõpatitur habere actum alienũ per cõionẽ rñdetur, q̃ licet hoc, in cõi verũ sit (quia in quibuscũ põt natura ipsa alteri naturæ cõicari, vt forma cõicatur materiæ, & ignis ferro) in tali tñ natura, quæ est incõicabilis alteri naturæ in esse naturæ falsum est, quia alietas naturæ excludit alienũ actũ a se, non solũ vt naturalẽ, sed vt cõicatũ sibi, ita q̃ sit actus eius. Et quia diuina natura est incõicabilis secundum esse naturæ cuicunq; naturæ, ideo efficaciter loquens, explicite de ipsa Auctor concluſit, q̃ nõ põt ipsius intelligere esse actus animæ humanæ Christi.

¶ Quod aũt obiicitur, quasi a simili, de personalitate diuina cõicata naturæ humanę, facile soluitur ex eo, q̃ personalitas nõ cõicatur, vt actus creatæ naturæ, Auctoris aũt rõ de actu loquit, dũ ex eo q̃ intelligere Dei est actus, qui natura est diuina infert, perfectum, nisi reducatur ad actũ. Nõ autem fuit conueniens, q̃ filius Dei humanam naturam imperfectam assumeret, sed perfectam, vtpote qua mediante, totum humanum genus ad perfectum erat reducendum. Et ideo oportuit, q̃ anima Christi esset perfecta per aliquam scientiam, quæ esset propria perfectio eius. Et ideo oportuit in Christo esse aliquam scientiã præter scientiam diuinam, alioquin anima Christi esset imperfectior animabus aliorum hominum. Secundo, quia cum quælibet res sit propter suã operationem, vt dicitur in secundo de Cæ. * frustra haberet Christus animam intellectiuam, si non intelligeret secundum illam, quod pertinet ad scientiam creatam. Tertio, quia aliqua scientia creata pertinet ad animæ humanæ naturam, scilicet illa, per quam naturaliter cognoscimus prima principia, scientiam enim hic largè accipimus pro qualibet cognitione intellectus humani. Nihil autem naturalium Christo defuit, quia totam humanam naturam suscepit, ut supra dictum est. * Et ideo in sexta Synodo damnata est positio negantium in Christo esse duas scientias, vel duas sapientias.

¶ Ad primum ergo dicendũ, quòd Christus cognouit omnia per scientiã diuinã operatione increata, quæ est ipsa Dei essentia: Dei. n. intelligere est sua substantia, vt probat * Philoso. 12. Meta. Vnde hic actus non potuit esse animæ humanæ Christi, cum sit alterius naturæ. Si igitur non fuisset in aĩa Christi aliqua alia scientia præter diuinam, nihil cognouisset, & ita fuisset frustra assumpta, cum omnis res sit propter suam operationem.

¶ Quod obiicitur, quòd si duo lumina accipiantur eiusdẽ ordinis minus offuscatur per maius, sicut lumen solis offuscat lumen candelæ, quorum vtrumque accipitur in ordine illuminantis. Si verò accipiantur duo lumina, ita q̃ maius sit in ordine illuminantis, & minus in ordine illuminati, minus lumen non offuscatur per maius, sed magis augetur, sicut lumen aeris per lumen solis. Et hoc modo lumen scientiæ non offuscatur, sed clarescit in anima Christi per lumen scięti æ diuinæ, quæ est lux vera illuminans oẽm hominem venientem in hunc mũdũ, vt dicitur Ioan. 1.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ ex parte vnitorum ponitur scientia in Christo, & quantum ad naturam diuinã, & quãtum ad humanã, ita q̃ propter vnionẽ secundum quam est eadem hypostasis Dei & hominis, id quod est Dei, attribuitur homini, & id quod est hoĩs, attribuitur Deo, vt supra dictum est. * sed ex parte ipsius vnionis non potest poni in Christo aliqua scientia. nam vnio illa est ad esse personale, scientia autem non conuenit personæ, nisi ratione alicuius naturæ.

q. 3. ar. 1 & arg. & resp.

Articvlvs II.

Vtrum Christus habuerit scientiam, quam habent Beati, vel comprehensores.

AD Secundum sic proceditur. Videtur q̃ in Christo non fuerit scientia beatorum, vel comprehensorum. Scientia enim beatorũ est per quem pót esse actus aĩæ, quia est alterius naturæ. Non est ergo similis rõ de cõione personalitatis, vt personalitas, & actũ intelligendi, vt actus intelligendi: quia personalitas diuina pót fieri personalitas humanæ naturæ, sine hoc quòd sit actus eius, actus aũt intelligendi diuinus nõ pót fieri actus intelligendi humanæ aĩæ, nisi fiat actus aĩæ humanæ, qđ est impossibile. Rationabiliter igitur conclusio litteræ asseritur.

¶ Philosophi autem ponentes inferiores intelligentias intelligere p substantias superiorum intelligentiarum, non aduertantur doctrinæ huic, qm̃ ex hoc non hr̃, q̃ ponant intelligere superioris cõicari inferioriidem numerò, sed solum, q̃ substantia superioris se habet respectu inferioris, vt forma, seu species intelligibilis, vt nos dicimus de essentia diuina respectu beatorum. Vnde nihil obstant eorũ dicta, sine vera, sine falsa sint in se.

¶ In responsione ad tertiũ eiusdem ar. q̃ Auctor ad rem spectans, monstrat non dari scientiam vnionis, vt distinguit contra vnita, hoc est, nõ dari ex parte vnionis aliquã scientiam, sed solùm ex parte naturarum vnitarum, diuinæ. s. & humanæ. Et loquitur de his subiectiue: illi autem, qui allegantur in argumento, posuerunt scientiã vnionis obiectiue, & ideo non curauit de illis Auctor.

65 Infr. artic. cor. Et op. scu. 3 cap. 223.

¶ Appellatur autem scientia vnionis, vel vnitorum subiectiue, quæ. s. consequitur ad vnitas naturas (vt diuina ad diuinam, & humana ad humanam) & quæ consequeretur ad ipsam vnionem naturarum, quam Author monstrat non dari.

¶ Scientia aũt vnionis, vel vnitorum obiectiue vocatur, quæ de vnione vel vnitis est, vt obiecto. Et talis scientia vnionis dat̃ in Christo, quia scitur a Christo vnio, ut illi dicebant, sed nõ nisi scientia diuina, vel humana, vt Auctor in litera explanat.

¶ *Super quæstionis nonæ. Artic. II.*

TItulus clarus est.

¶ In corpore art. vna est conclusio. In Christo est scientia beata cõsistens in visione Dei excellentissime. Cõclusio ista hẽt duas partes. Prima est, q̃ in Christo est scientia beata, secunda, q̃ excellentissime. Probatur in litera primo, prima pars. Oẽ quod est in potentia, reducit in actũ q̃ aliquod ens actu: hõ est in potentia ad scientiã beatã in Dei visione consistentẽ, & reducit in actũ istũ per Christi humanitatẽ. ergo in Christo est scientia beata. Maior probatur in calido. Minor quo ad primã partẽ probatur, quia homo est capax illius beatitudinis, quia est ad imaginem Dei, & ad illã ordinat̃, vt ad finẽ. Quo ad secundã uero, auctoritate Apostoli. Decebat eum &c. Deinde in calce corporis articuli probatur secunda pars conclusionis. s. q̃ excellentissime, q̃a semper causam oportet esse perfectiorem causato.

¶ Aduerte nouitie, q̃ quia propositiones euidentes ac vsitatæ, tamquam statim percepta truncatæ quandoque dicuntur, ideo Auctor Maiorem sic attulit, non curans limitare eam, vt debet intelligi, scilicet si reducitur ad actum. Nec enim omne quod est in potentia, reducitur ad actum (quum multa sint in potentia, quæ nunquam erunt) sed omne quod est in potentia, si reducitur ad actum oportet quòd reducatur ad actum per aliquod ens actu. hoc enim intendit litera, & hoc solum est ad propositum. Et propterea in Minore ponũtur tot conditiones, scilicet, quòd homo est in potentia, & quòd ordinatur ad illam vt finem. ex hoc enim ostendit necessitatẽ, quòd potentia est reducenda ad actum, licet non in singulis hominibus: quia impossibile est, quòd potentia ad finẽ sit frustra in tota vniuersali specie.

¶ Circa hunc literæ processum, dubium occurrit, quia propositio illa fundamentalis, Reducens aliquid de potentia in actum, est in actu, quamuis sit verissima. f. causis principalibus, non tamẽ est vera in causis instrumentalibus, vt ex Alexan. patet 12. Metaph. & ad sensum patet, instrumenta non esse talia in actu, qualia fiunt ab ipsis, vt semina in naturalibus, & organa artificum testantur. Humanitas autem Christi non est efficiens principale, sed instrumentale respectu nostræ beatitudinis, nõ igitur sequitur ex sua efficientia, quòd sit actu beata, quamuis de facto beata sit, non est ergo efficax p cessus literæ.

¶ Ad hoc dicitur, quòd instrumentum est duplex, quoddam pure instrumentum, vt organa artium, & semina, & huiusmodi: quoddam ita instrumentum, quod est etiam causa sui, sicut seruus est organum domini, ità tamen q̃ libero arbitrio suorum motuum causa est. Quamuis aũt primum instrorum genus non habeat actu, quod instrumentaliter efficit, secundum tamen instrorum genus, quatenus sui dominium habet admistum, actu habet quod in aliis efficit. Et quia Christus homo fic est instrumentum Dei, vt liber sit, libere cooperetur, & efficiat nos beatos, ideo in litera illatũ est, q̃ ipse est actu beatus.

¶ In probatione secundæ partis conclusionis, nota nouitie, quòd Auctor plus concludit, quàm probet explicite ratio allata: quia ratio non probat explicite, nisi quòd Christus est perfectius beatus, quàm alii homines, & tamen concluditur, quòd est beatus excellentissime. Licuit autem hoc gratia materiæ, quoniam iam declaratum est, Christum esse caput omnium beatorũ, tam hominum, quàm angelorum, ac per hoc subintelligendo nunc, quòd Christus est causa efficiens beatitudinẽ nostram, vt caput beatorum, optime infertur, quòd est excellẽtissime beatus, vtpote causa, vt caput.

¶ In responsione ad tertium eiusdem articuli nota distinctionem de supra naturam, vel secundum naturam, quoniam hinc habes intellectum diuersorum dictorum de beatitudine nostra, cum inueneris, quòd est naturalis, aut quòd est supernaturalis. Verumtamen esto cautus, vt bene notes in secundo mẽbro ly inquantum, scilicet secundum naturam suã est capax eius, quoniam est conditio hæc diminuẽs a simpliciter ad secundum quid, nõ enim quia homo est capax illius visionis, sequitur, ergo est illi naturalis, aut habet illam potentiam naturalem: quia plus requiritur ad naturalitatem simpliciter, & ad potẽtiam naturalem, scilicet naturalis inclinatio in illã actum, sed solum sequitur, quòd hæc natura am, quæ potest eleuari in illum actum. In hoc enim differt homo ab animalibus, scilicet ex hoc ipso, quòd est intellectualis animæ, quòd bruta non possunt elenari in actum videndi Deum, homo autem potest eleuari in illum: qđ hinc prouenit, quia intellectualitas est capax visionis illius, pars aũt sensitiua tantum non est illius capax. Quo circa visio Dei est aliquo modo naturalis animæ nostræ, sed secũdum quid, quia est capax ex sua natura illius. non est autem simpliciter naturalis illi, aut alteri cuicũque creaturæ, sed soli Deo.

In cor. art.

66 Infra. q. 12. ar. 1. cor. Et 3. d. 14. a. 1. q. 5. Et ver. q. 20. art. 2. c. fi. & ar. 3. Et opusc. 9. cap. 223. Et. op. 2. q. 81 fi.

¶ *Super Quæstionis nonæ. Artic. III.*

IN titulo 3. art. ponitur disiunctio terminorum illorum, videlicet, indita, vel infusa, ut satisfiat diuersimode illam appellantibus. Scientia siquidem ista, quia simul cum natura animæ datur, indita uocatur: quia vero non acquiritur, nec ex vi naturæ animæ ipsam comitatur, sed Deo alia actione creante animam, & alia actione influente scientiam, quamuis simul tempore habetur, ideo infusa nuncupatur. Et reuera infusa vocanda est, si proprie loquendum est. Angelorum autem scientia indita proprie vocatur, quia comes est naturæ, ut illius proprietas naturalis, eademq; actione, qua verbum Dei creat angelicam naturam, imprimit in illam species intelligibiles perfectiuas intellectus angelici. Potest nihilominus gratia materię. s. animæ Christi dici scientia indita, pro quanto comitatur naturaliter animam Christi,

tamquam statim percepta truncatæ quandoque dicuntur, ideo Auctor Maiorem sic attulit, non curans limitare eam, vt debet intelligi, scilicet si reducitur ad actum. Nec enim omne quod est in potentia, reducitur ad actum (quum multa sint in potentis, quæ nunquam erunt) sed omne quod est in potentia, si reducitur ad actum oportet quòd reducatur ad actum per aliquod ens actu. hoc enim intendit litera, & hoc solum est ad propositum. Et propterea in Minore ponũtur tot conditiones, scilicet, quòd homo est in potentia, & quòd ordinatur ad illam vt finem. ex hoc enim ostendit necessitatẽ, quòd potentia est reducenda ad actum, licet non in singulis hominibus: quia impossibile est, quòd potentia ad finẽ sit frustra in tota vniuersali specie.

¶ Circa hunc literæ processum, dubium occurrit, quia propositio illa fundamentalis, Reducens aliquid de potentia in actum, est in actu, quamuis sit verissima. f. causis principalibus, non tamẽ est vera in causis instrumentalibus, vt ex Alexan. patet 12. Metaph. & ad sensum patet, instrumenta non esse talia in actu, qualia fiunt ab ipsis, vt semina in naturalibus, & organa artificum testantur. Humanitas autem Christi non est efficiens principale, sed instrumentale respectu nostræ beatitudinis, nõ igitur sequitur ex sua efficientia, quòd sit actu beata, quamuis de facto beata sit, non est ergo efficax p cessus literæ.

¶ Ad hoc dicitur, quòd instrumentum est duplex, quoddam pure instrumentum, vt organa artium, & semina, & huiusmodi: quoddam ita instrumentum, quod est etiam causa sui, sicut seruus est organum domini, ità tamen q̃ libero arbitrio suorum motuum causa est. Quamuis aũt primum instrorum genus non habeat actu, quod instrumentaliter efficit, secundum tamen instrorum genus, quatenus sui dominium habet admistum, actu habet quod in aliis efficit. Et quia Christus homo fic est instrumentum Dei, vt liber sit, libere cooperetur, & efficiat nos beatos, ideo in litera illatũ est, q̃ ipse est actu beatus.

¶ In probatione secundæ partis conclusionis, nota nouitie, quòd Auctor plus concludit, quàm probet explicite ratio allata: quia ratio non probat explicite, nisi quòd Christus est perfectius beatus, quàm alii homines, & tamen concluditur, quòd est beatus excellentissime. Licuit autem hoc gratia materiæ, quoniam iam declaratum est, Christum esse caput omnium beatorũ, tam hominum, quàm angelorum, ac per hoc subintelligendo nunc, quòd Christus est causa efficiens beatitudinẽ nostram, vt caput beatorum, optime infertur, quòd est excellẽtissime beatus, vtpote causa, vt caput.

¶ In responsione ad tertium eiusdem articuli nota distinctionem de supra naturam, vel secundum naturam, quoniam hinc habes intellectum diuersorum dictorum de beatitudine nostra, cum inueneris, quòd est naturalis, aut quòd est supernaturalis. Verumtamen esto cautus, vt bene notes in secundo mẽbro ly inquantum, scilicet secundum naturam suã est capax eius, quoniam est conditio hæc diminuẽs a simpliciter ad secundum quid, nõ enim quia homo est capax illius visionis, sequitur, ergo est illi naturalis, aut habet illam potentiam naturalem: quia plus requiritur ad naturalitatem simpliciter, & ad potẽtiam naturalem, scilicet naturalis inclinatio in illã actum, sed solum sequitur, quòd hæc natura am, quæ potest eleuari in illum actum. In hoc enim differt homo ab animalibus, scilicet ex hoc ipso, quòd est intellectualis animæ, quòd bruta non possunt elenari in actum videndi Deum, homo autem potest eleuari in illum: qđ hinc prouenit, quia intellectualitas est capax visionis illius, pars aũt sensitiua tantum non est illius capax. Quo circa visio Dei est aliquo modo naturalis animæ nostræ, sed secũdum quid, quia est capax ex sua natura illius. non est autem simpliciter naturalis illi, aut alteri cuicũque creaturæ, sed soli Deo.

In cor. art.

66 Infra. q. 12. ar. 1. cor. Et 3. d. 14. a. 1. q. 5. Et ver. q. 20. art. 2. c. fi. & ar. 3. Et opusc. 9. cap. 223. Et. op. 2. q. 81 fi.

¶ *Super Quæstionis nonæ. Artic. III.*

IN titulo 3. art. ponitur disiunctio terminorum illorum, videlicet, indita, vel infusa, ut satisfiat diuersimode illam appellantibus. Scientia siquidem ista, quia simul cum natura animæ datur, indita uocatur: quia vero non acquiritur, nec ex vi naturæ animæ ipsam comitatur, sed Deo alia actione creante animam, & alia actione influente scientiam, quamuis simul tempore habetur, ideo infusa nuncupatur. Et reuera infusa vocanda est, si proprie loquendum est. Angelorum autem scientia indita proprie vocatur, quia comes est naturæ, ut illius proprietas naturalis, eademq; actione, qua verbum Dei creat angelicam naturam, imprimit in illam species intelligibiles perfectiuas intellectus angelici. Potest nihilominus gratia materię. s. animæ Christi dici scientia indita, pro quanto comitatur naturaliter animam Christi,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Christi, non vt creatam, sed vt assumptam a verbo, sicut & gratia habitualis: est enim unigenitus a patre plenus non solũ gratiæ, sed veritatis.

¶ In corpore art. vnica est conclusio, responsiua quæsito dupliciter probata. Conclusio est. Oportet in Christo ponere scientiã inditam. Probatur primo ex uitãda imperfectione naturæ assumptæ. Decebat, vt natura humana assumpta, a verbo Dei, imperfecta non esset. ergo oportet in Christo ponere scientiam inditam. Probatur consequentia, quia aliter itellectus eius possibilis fuisset imperfectus. Probatur hoc, quia omne quod est in potentia, est imperfectum, nisi reducatur in actum: sed intellectus possibilis humanus est in potentia, & reducitur in actũ per species intelligibiles. ergo esset imperfectus, si non haberet species intelligibiles, quod est habere scientiam inditam. Et hoc explanatur in litera apponendo conclusionem, inquantum per verbum Dei impressæ sũt species intelligibiles, &c. & declaratur ex subiuncto exemplo in angelis. Deinde probatur a simili ex auctoritate Augustin. Sicut in angelis ponitur duplex cognitio, matutina, & vespertina, ita in Christo vtraque. Litera clara est.

Ar. præced.

¶ Aduerte hic, quòd natura humana assumpta a verbo, debet absq; imperfectione poni ex parte animę. nam ex parte corporis nihil prohibet imperfectionem affirmare in illa, in sui principio, quia minoratus est paulominus ab angelis, propter corpus passibile: scientia autem ad animam spectat.

*lib. 3. tex. 32. & 38. to. 2.

¶ Circa probationem conclusionis, dubium occurrit, quia ratio allata procedit de potentia naturali intellectus possibilis, quæ perficitur per species intelligibiles naturales (de quibus allata auctoritas Philosophi loquitur) ac per hoc de imperfectione naturali. Conclusio aũt loquitur de scientia cã naturali, & reuelata, ut patet in 1. arti. q. 11. inferius, vbi de illa scientia tractatur. excedit ergo conclusio rõnem, immo nec consonat eõ clusioni, quia, vt in sequenti hr arti. alterius rationis est scientia infusa Christo, ab illa, quæ est naturalis, de qua loquitur auctoritas allata Aristotelis.

†lib. 11 de ciui. Dei c. 7. a me. to. 5. Et lib. 3. su. ge. c. 24. to. 3.

Cum igitur in Christo fuerit scientia beata, vt dictum est, * videtur quòd non potuerit in eo esse alia scientia indita.

¶ 2 Præterea. Imperfectior modus cognitionis disponit ad perfectiorem, sicut opinio, quæ est per syllogismum dialecticum, disponit ad scientiam, quæ est per syllogismum demonstratiuum. Habita autem perfectione non est vlterius necessaria dispositio, sicut habito termino, non est necessarius motus. Cum ergo cognitio quæcumque alia creata comparetur ad cognitionem beatam, sicut imperfectum ad perfectũ, & sicut dispositio ad terminum, videtur q̃ cum Christus habuerit cognitionem beatam, q̃ non fuerit ei necessarium habere aliã cognitionem.

¶ 3 Præte. Sicut materia corporalis est in potentia ad formam sensibilem, ita intellectus possibilis est in potentia ad formam intelligibilem: sed materia corporalis non potest simul recipere duas formas sensibiles, vnam perfectiorem, & aliam minus perfectam. ergo neque anima potest simul recipere duplicem sciẽtiam, vnam perfectiorem, & aliam minus perfectam, & sic idem quod prius.

¶ Sed contra est, quòd dicitur Colossens. 2. quòd In Christo sunt omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ absconditi.

¶ Respondeo dicendum, quòd sicut dictum est, * decebat ut natura humana assumpta à verbo Dei, imperfecta nõ esset. Omne autem quod est in potentia, est imperfectum, nisi reducatur ad actum. Intellectus autem possibilis humanus est in potentia ad omnia intelligibilia. Reducitur autem in actum per species intelligibiles, quæ sunt quædam formæ completiuæ ipsius, vt patet ex his, quæ dicuntur in tertio de Anima. *Et ideo oportet in Christo ponere scientiam inditam, inquantum per verbũ Dei, animæ Christi sibi personaliter vnitæ, impressæ sunt species intelligibiles ad omnia, ad quæ intellectus possibilis est in potentia. Sicut etiam per verbum Dei impressæ sunt species intelligibiles menti angelicæ in principio creationis rerum, vt patet per Augustin. *2. super Genes. ad literam. Et ideo sicut in Angelis secundum eundem Augu. †ponitur duplex cognitio (vna scilicet matutina, per quam cognoscunt res in verbo, & alia vespertina, per quam cognoscunt res in propria natura per species sibi inditas) ita præter scientiam diuinam increatam est in Christo secundum eius animam scientia beata, qua cognoscit verbũ & res in uerbo, & scientia infusa, siue indita, per quam cognoscit res in propria natura per species intelligibiles humanæ menti proportionatas.

¶ Ad primum ergo dicendum, q̃ visio imperfecta fidei, in sui ratione includit oppositum manifestæ visionis, eo q̃ de ratione fidei est, vt sit de non visis, vt in 2. parte dictũ est. * sed cognitio, quæ est per species inditas non includit aliquid oppositũ cognitioni beatæ. Et ideo non est eadem ratio utrobique.

¶ Ad secundum dicendum, quòd dispositio se habet ad perfectionem dupliciter. Vno modo, sicut via ducens ad perfectionem: alio modo, sicut effectus à perfectione procedens. Per calorem enim disponitur materia ad suscipiendam formam ignis, qua tamen adueniente, calor non cessat, sed remanet quasi quidam effectus talis formæ. Et similiter opinio ex syllogismo dialectico causata, est via ad scientiam, quæ per demonstrationem acquiritur, qua tamen acquisita, potest remanere cognitio, quæ est per syllogismum dialecticum, quasi consequens scientiam demonstratiuam, quæ est per causam: quia ille, qui cognoscit causam, ex hoc etiam magis potest cognoscere signa probabilia, ex quibus procedit dialecticus syllogismus. Et similiter in Christo, simul cum scientia beatitudinis manet scientia indita, non quasi via ad beatitudinem, sed quasi per beatitudinem confirmata.

¶ Ad tertium dicendum, quòd cognitio beata non fit d per speciem, quæ sit similitudo diuinæ essentiæ, vel eorum, quæ in diuina essentia cognoscuntur, ut patet ex his, quę in prima parte dicta sunt, * sed talis cognitio est ipsius diuinæ essentiæ immediatè per hoc, quòd ipsa essentia diuina vnitur menti beatæ, sicut intelligibile intelligenti, quæ quidem essentia diuina est forma excedens proportionẽ cuiuslibẽt creaturæ. Vnde nihil prohibet, quin cum hac forma superexcedente, simul insint rationali menti species intelligibiles proportionatæ suæ naturæ.

Ar. 1. huius quæst.

¶ In responsione ad secundum discerne verba literæ ex industria mutata, dum primo proponitur cognitio ex dialectico syllogismo acquisita, vt via sub nomine opinionis, & deinde resumitur eadem cognitio vt consequens, non sub nomine opinionis, sed sub nomine cognitionis. Oportuit autem sic dicere, quia cum scientia alicuius conclusionis non potest simul stare in eodem subiecto, opinio eiusdem, sed bene potest cognitio eiusdẽ per medium probabile stare in eodem sub ecto. Addit siquidẽ opinio super cognitionem per medium probabile, formidinem in subiecto respectu alterius partis, quæ repugnat subiecto excludenti formidinem, quale est sciens demonstratiue. vnde cognitio dialectica ante demonstratiuam habens rationem opinionis, post demonstratiuam scientiam nõ habet rationem opinionis, sed remanet solum cognitio dialectica cessante illa conditione formidinis ex parte subiecti.

¶ In responsione ad 3. eiusdem articuli, nota, quòd qualiter species infusæ sint humanæ menti commensuratæ, inferius patebit: qualiter autem diuina essentia sit species superexcedens, elatum est.

67 Inf. q. 12. artic. 12. & q. 15. ar. 8. Et opusc. 3. ca. 22. 5. Et 3. dist. 14. arti. 3. q. 5. ad 3. & dist. 8. ar. 3. ad 5. Et veri. q. 20. art 3. ad 1.

*2. 3. 4. 5. 6.

d. 1.

P. p. q. 1. ar. 2.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum Christus habuerit aliquam scientiam acquisitam.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd in Christo non fuerit aliqua scientia experimentalis acquisita. Quicquid enim Christo conuenit fuit, excellentissimè habuit: sed Christus non habuit excellentissimè scientiam acquisitam, non enim instituit studio literarum, quo perfectissimè scientia acquiritur, dicitur enim Ioann. 7. Mirabantur Iudæi dicentes, Quomodo hic literas scit, cum non didicerit? ergo videtur quòd in Christo non fuerit aliqua scientia acquisita.

¶ SED Contra est, q̃ Hebr. 5. dicitur, Cum esset filius Dei, didicit ex his, quę passus est, obedientiam. Glo.* ideest, expertus est: Fuit ergo in Christo aliqua experimentalis scientia, quæ est scientia acquisita.

¶ Respondeo dicendum, quòd vt ex supra dictis patet, * nihil eorum, quæ sunt in Christo, fuit frustra. Et quia vis rationis in hoc consistit, quòd per discursum ex aliquibus in aliqua deuenit, quæ per se nota non erant, manifestum est, quòd ratio naturalis in Christo non fuit frustra, sed quantum ad omnia, ad quæ naturaliter se extendit, fuit perfecta. Et quia ratio naturalis Christi non se extendit ad omnia, quæ Deus nouit, ideo oportuit in eo esse scientiam diuinitus infusam, per quam cognosceret ea, quæ naturalem rationem excedunt. Et similiter oportuit esse scientiam acquisitam, per quam cognosceret ea, quæ ad naturalem rationem pertinent, quæ tamen per studium addiscere non oportuit, quia ab interiori magistro, qui docet hominem scientiam, habebat omnium thesaurum, in quo erant omnes thesauri scientiarum, vt dictum est. Et ideo non oportuit, quòd studio literarum instrueretur, quasi ab exteriori magistro, qui ab interiori docetur.

¶ 2 Præterea. Ei quod est plenum, non potest aliquid superaddi; sed potentia animæ Christi fuit impleta per species intelligibiles diuinitus inditas, vt dictum est. * ergo non potuerunt superuenire eius animæ aliquæ species acquisitæ.

¶ 3 Præterea. In eo qui iam habet habitum scientiæ, per ea, quæ à sensu accipit, non acquiritur nouus habitus (quia sic duæ formæ eiusdem speciei simul essent in eodem) sed habitus qui prius inerat, confirmatur & augetur. ergo cum Christus habuerit habitum scientiæ inditæ, non videtur quòd per ea: quæ sensu percepit, aliquam aliam scientiam acquisierit.

¶ Respondeo dicendum, quòd in Christo fuit aliqua scientia experimentalis acquisita. Probatur duplici ter. primo, Nihil eorum, quæ Deus in humana natura plantauit defuit humanitati assumptæ à verbo Dei, ergo in anima Christi fuit non solum intellectus possibilis, sed etiam intellectus agens. ergo non fuit in Christo intellectus agens frustra. ergo habuit propriam operationem, ergo in Christo fuerunt aliquæ species intelligibiles, per actionem intellectus agentis in intellectu eius possibili receptæ, ergo in ipso fuit scientia acquisita. Prima consequentia probatur, quia in humana natura Deus plantauit non solum intellectum possibilem, sed etiam intellectum agentem. Secunda vero, quia Deus & natura in alijs nihil faciunt frustra, ex 1. Cœli. Tertia autem, quia frustra est quod non habet propriam operationem, probatur, quia omnis res est propter propriam operationem, ex 2. Cœli. Quarta denique, quia propria operatio intellectus agentis, est facere species intelligibiles in actu abstrahendo eas à phantasmatibus. Quinta demum, quia hoc est esse in Christo scientiam acquisitam, quam quidam experimentalem nominant. Secundo probatur conclusio connaturalitate talis scientiæ, seu modi sciendi ad naturam humanã. Et consistit vis rationis in hoc: quia in Christo ponitur scientia connaturalis soli Deo, scilicet beata, & scientia connaturalis angelis, scilicet infusa, consequens est, vt ponatur ei illo scientia connaturalis vnicæ naturæ humanæ, scilicet scientia acquisita, quæ est connaturalis homini ex parte agentis, & patientis, ac per hoc ei tia propriè est tendum humanum modum, & totaliter humanã.

¶ In hoc proceſ fu duo occurrunt dubia. Primum circa illam propositionem, Frustra est quod caret propria operatione, potest enim habere duplicem senium, vel quòd intelligatur de genere vel specie, vel quod intelligatur de quolibet individuo. Nam si in primo intelligatur sensu, vera est, frustra enim esset potens operari natura aliqua generica, vel specifica, si secundum totam latitudinem generis, vel speciei careret propria operatione, sed in hoc sensu non infert conclusionem literæ, quæ de vno individuo humanitatis Christi est. Si autem in secundo sensu intelligitur, tunc est sensus, quod frustra est potentia quæ in quolibet individuo suo caret propria operatione. Et sic est quidem ad propositum, sed est falsa, inquit Scotus in 3. quæstione 24. distinctio. 3. Sententi. quoniam stat, quòd potentia in aliquo perueniatur ab alio superiore agente, & propterea careat propria operatione, & ipsa non est frustra, quia est ad integritatem perfectionemque naturæ. Afferuntque instantias in beatis in quibus est intellectus agens, & hic possent acquirere scientiam. Et similiter est potentia augmentiua, & sic possent augeri &c.

Art. præced.

† Glo interli. ibi.

Art. 1. huius q. & q. 5.

¶ Secundum dubium est circa eandem propositionem iunctam minori, quoniam aut est sermo de omni operatione cuiuscunque, ita quòd sensus sit, Frustra est quod caret omni propria operatione. Et tunc minor est falsa, scilicet quòd omnis propria operatio intellectus agentis est facere species intelligibiles in actu, cum præterhanc operationem habeat alias sibi proprias operationes, scilicet facere euidentiam propositionum per se notarum, & mediante illa euidentia facere euidentiam omnium, quę per prima principia cognoscuntur. Si vero non est sermo de omni propria operatione, sed de quacunque, propria tamen (ita quòd sensus sit, Frustra est quòd caret aliqua operatione sibi propria) tunc esset ad propositum, sed est falsa, quia non est frustra: quod caret vna propria operatione, & habet aliam propriam operationem, esset enim propter illam, quam habet, operationem: sicut mutus non frustra habet os, & linguam, quia quamuis non habeat locutionem, habet tamen alias operationem puta sumere, & discernere alimentum.

¶ In eodem corpore circa conclusionem principalem, occurrunt primo obiectiones Scoti in loco allegato, Deinde Durandi ibidem. Et Scotus quidem arguit dupliciter, primo ex dictis (vt ipse ait) opinantis, scilicet Auctoris: secundo contra conclusionem in se. Sed quoniam omnes obiectiones eius consistunt in hoc, quòd scientia infusa, & acquisita sunt eiusdem rationis, aut distinguuntur sicut matutina & vespertina, aut secundum originem (quia vna à Deo, altera ab intellectu agente apud nos, sicut homo genitus & homo creatus) quorũ nullũ Auctor ẽt sonat aut, vt expresse in hoc eodẽ articulo respondendo ad tertiũ docet, ideo omittendas censui. Durandus vero probat probabile esse, scientiam infusam & acquisitam esse vnius rationis, quia oculi nati, & oculi restituti, vel dati à Deo, sunt vnius rationis. Probatque nititur indignum esse Christo quòd acquisierit scientiam à sensibilibus, sicut non decuit ipsum discere ab homine: quia æquiualent hæc duo, quum homo docens non se habeat, nisi vt proponens obiectum.

¶ Ad horum euidentiam scito, quòd scientiam esse & vocari infusam, contingit dupliciter, hoc est per se, vel per accidens.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Scientia est, & vocatur infusa per se, cuius naturalis generatio est infusio, qualis est scientia angelorum, per accidens ante infusa est, cui accidit quod habita sit per infusionem, vt scientia Adæ. Scientia autem acquisita non nisi per se inuenitur, cuius scilicet naturalis generatio est acquisitio, quoniam non potest scientia ex suo genere infusa acquiri, sicut econtra potest scientia ex suo genere acquisita infundi, quia agens superius potest præuenire inferiorem casum, inferius autem agens non potest superioris ordinis effectum producere. Vnde sciētia, quæ nata est haberi per lumen intellectus agentis, siue habeatur per acquisitionem, siue per infusionem, est, & vocatur, per se loquendo, scientia acquisita, quia ex suo genere est scientia acquisita. Et propterea scientia naturalium, quam habuit Adam, fuit scientia acquisita ex suo genere, & per se, quamuis ipse non acquisierit illam, sed fuerit sibi a Deo infusa. Scientia autem infusa in Christo concluſa, in præcedenti artic. est infusa ex suo genere, & non est sicut Adæ scientia, sed sicut scient a angelica, vt in hoc articulo dicitur.

*libr. 1. de Cæl. tex. 32. & li. 2. tex. 59. to mo. 2.

libr. 2. de Cęlo tex. 17. to. 2. *libr. 3. de Ani. te. 18. tom. 2.

¶ Intelligetigitur hunc titulum de scientia tam infusa, quam acquisita ex suo genere, seu per se, & non per accidens ab actu infusionis, vel actualis acquisitionis, & hinc illucescet alitudo veritatis huius literæ tam male intellectæ. Noli ergo proponere ante mentis oculos, Christum velut Adam plenum scientiæ, acquisibilis ex suo genere, sed infusæ per accidens, quia si sic Christum imaginatus fueris, processus literæ corruet, & tamen sic est imaginatus Christus a non intelligentibus hanc literam, & obiicientibus. Neque enim in Adam frustra fuit intellectus agens, seu nec potentia augmentatiua: sed imaginare Christum plenum scientiæ infusæ ex suo genere, est sicut imaginari tabulam rasam, quo ad scientiam acquisitam ex suo genere, & tunc processu literæ vtere, dicendo, quod si in Christo non esset scientia acquisita ex suo genere (dico autem, non esset omnino, scilicet nec per se, nec per accidens, hoc est neque per acquisitionem quæ est per se generatio eius, nec per infusionem quæ est per accidens generatio eius) si inquam in Christo non esset omnino scientia acquisita, intellectus agens esset in ipso frustra, quia nihil esset impediens, aut tollens quouis modo operationem suam. In Adam siquidem caruit operatione sua principali, quia non erat ibi patiens dispositum ad recipiendum: quia erat iam in actu ab alio agente reductum, nec erat amplius in potentia ad recipiendum intelligibilia ab intellectu agente, sicut potentia augmentatiua non poterat augere, qa corpus eius iá erat actu perfectū in quātitate naturali.

¶ Ad primum igitur dubium dicitur, qp propositio illa, frustra est quod caret propria operatione, nō est arctanda ad genus, speciem, aut individuum quodlibet, vel aliquod, sed absolute sumenda est. Et sane debet intelligi, sf. subintellectis conditionibus generalibus, quæquum de operibus est sermo, subintelliguntur, scilicet, quando vbi, & in quo, &c. debet operari, ita qp sensus est, qp frustra est qp caret operatione, qñ dētillā hſe. Et sic propositio ista efficaciter q[illegible] probaſ, ex hoc qp vnūquodq; est propter suā operationem, frustra liquidem est, quod finem suum non assequitur, qñ debet, & per hoc satisfit omnibus instantiis. Nam status beatus habet, vt tunc non debeat abstrahere intellectus agens, qa homo est in termino. Et Adam fuit suppositum, in quo intellectus agens non debebat abstrahere species, quia intellectus possibilis plenus erat acquisita scientia. Et similiter potētia augmentatiua nō fuit frustra: quia caruit quidē operatione, sed non qñ, & in quo debuit operari: quoniā constat, quod operatio eius debet esse in subiecto imperfecto secundum quantitatem, & in statu augmenti, quorum nullum locū habuit in Adam creato perfecto, secundum quantitatē naturalem. Stat ergo solida prima literæ propositio.

¶ Ad secundum dubium dicitur, qp non refert, vtro modo propositio intelligatur, quia vnius potentiæ non est nisi vna operatio propria principalis, quæ se habet ad ipsam vt finis, cuius oriuatione dicitur frustra, quia potētia naturalis determinata est ad vnū, & rationalis alterū contrariū principaliter respicit. Et rursus omnis potentia natura quædā est, & propterea vna est cuiusq; principalis operatio, fundans reliquas ordine quodā. Ad literam tñ Auctor loquitur de operatione principali, quæ est finis. Et multo minus refert quouis modo sumatur in proposito, quia si in Christo non est scientia ex suo genere acquisita, intellectus agens esset frustra, quia careret operatione principali, quæ est finis & hoc intendit Auctor, vt patet in articulo secundo quæstio. 12. Et nihilominus sequi vſ, qp esset omnino frustra in ipso, quia careret & principali operatione, quæ est facere species intelligibiles, & secundaria, quę est facere euidentiam primarū propositionū immediate, & mediāte illa facere aliorū euidentiā: quā tam cognitio primorū principiorū, quam reliquorū ex illis ad scientiā acquisitā ex suo genere spectat, quā supponimus in Christo non esse, sed infusam ex suo genere tantū. Quo circa si in Christo supponeret scientia ex suo genere acquisita, per infusionē habita (sicut ponitur in Adam) intellectus agens non careret omni operatione sibi propria, sed prima tantum. Cabstractione specierū intelligibiliū, feciſſet nāque, sicut de facto in Adā fecit, euidentiā primarū proportionū immediate, & aliarū mediante illa. Nam codē lumine fuerunt per se nota Adæ prima principia & conclusiones per principia, qūo sunt euidētia nobis, quamuis nos acquiramus nostra actione species, & studio nostro conclusiones. illeautē per infusionē habuit quicquid nos acquirimus, sub illo tñ lumine, quo acquirere nos possumus. Sed quia in Christo supponitur non esse quouis modo scientiam ex suo genere acquisitā, sed ex suo genere infusam, quæ est supra lumen intellectus agentis, ideo oīno frustra poneretur, vtpote, absq; omni sua propria operatione intellectus agens in Christo. Et stat oīno solida & inconcussa propositio literæ iuncta etiā subsumptis. Et hæc intelligito, quantū est ex parte sui, hoc est intellectus agentis qñ ex libertate animæ Christi potuisset cooperari ad illustrandū phantasmata ministrāta scientiæ infusæ, qñ placuisset vti scientia illa, cōuertēdo se ad phantasmata, similiter ad intellectionē multorum intelligibiliū.

¶ Ad obiecta Scoti contra conclusionē ipsam, iam incipit patere, qp in responsione ad tertiū amplius explanabitur. Nam ēn Auctore scientia infusa ex suo genere, seu per se, & scientia acquisita ex suo genere, seu per se, sunt diuersari rōnum. Et licet differant penes ordines & agentia diuersarū rōnum, non tñ differunt tantum penes ordines & agentia, sed penes formalia obiecta, ac per hoc per extrinsecas differētia, vt patebit. Et ideo ridiculū est obiicere, qp differunt, sicut homo natus & homo creatus, aut sicut oculi cæci nati, miraculose illuminati, & oculi aliorū. Hæc enim vera sunt scientia acquisita, & scientia per accidēs infusa, vt fuit scientia Adæ, quæ ex suo genere erat eiusdērationis cū nostra, non autem de scientia ex suo genere infusa, qñ hæc altioris ordinis ex intrinseco est, & ideo non potest acquiri, & exigit infusionē. Et de hac Auctor assuetus sermonibus formalibus, & per se, loquitur in hac litera: isti autem ad per accidens declinarunt; dum ad scientiam cui fieri accidit, quod sit infusio, duerterunt.

¶ Vnde patet Durandi suppositionē, non a probabilitate, sed a possibilitate alienam esse, loquendo per se: sed ipse loquitur de infusa per accidens, & credit se opponere contra hanc literam, a qua æquinocat, quia litera loquitur de per se acquisita & per se infusa, sciens qp ea quæ sunt per accidens, relinquunteur ab arte. Ad rōnem autem Durandi ex dignitate Christi, respondetur qp non ea dem est ratio acceptionis scientiæ a rebus & a doctore, quoniam res causant scientiam, quasi vt instrumenta Dei, qui fecit illas, vt exemplatas a sua sapiētia, iuxta illud Ecclesia. 1. Effudit sapientiam super omnia opera sua. Doctor vero licet se habeat vt proponens obiectum, non tamen se habet fictantum, sed principaliter se habet vt proponens conceptiones suas per voces, quæ sunt signa eorum quæ sunt in anima, & ordinando ac subordinando has conceptiones illis, & deducendo has ex illis, vt ex permutquotidie, quod indignum erat Christo, Domino, qui vnus est magister totius generis humani. Et habes hanc responsionem infra eius q. 12 artic. 3 ad 2.

¶ In eodem articulo quarto, in responsionibus ad secundum & tertium perspicere facile potes, quæ diximus esse vera de intentione Auctoris. Nam in responsionibus his habes tres differentias per se inter habitum infusum & acquisitum. Prima est secundum causas efficientes, quia infusa a superiori, acquisita ab inferiori. Secunda sequens ad istam, secundum origines, scilicet infusionem & acquisitionem. Tertia est secūdum obiecta, quia acquisita est commensurata & proportionata phātasmati, quod se habet ad intellectum, vt color ad visum (vt dicitur in 3. de Anima) infusa autem est superexcedens proportionem phantasmatum. Et hæc est differentia intrinseca & essentialis, propter quā istæ scientiæ sunt diuersarum rationum. Et quum hæc vltima differentia clarissime habeatur in litera, mirum est quo modo Scotus ausus est imponere Auctori oppositū. Et debes scire nouisse, quod scientiam esse cōmensuratam phantasmati, nihil aliud est, quam esse proportionatam & adæquatam obiecto, vt reducer in phantasmatibus, qualis est scientia humana, & fuit scientia Adæ. Et per oppositum scientiam excedere commensurationem phantasmatum, est illam esse proportionatam obiecto excellentiori, & excellentiori modo, quam sit obiectum phantasibile. Et hæc inferius clarabuntur, quum de viraque scientia tractabitur, & dicetur quod scientia acquisita habet pro obiecto quod quid est abstrahens a singularibus, & non omne quod quid est, sed sensibilium rerum tantum. Et ideo illa scientia non se extendit ad singularia, nec substantias separatas, sicut nec nostra scientia ad hæc se extendit. Scientia autem infusa ex suo genere est, sicut angelica scientia, habens quidditatem pro obiecto, non abstrahentem, sed concretam singularibus, ita quod extendit se ad essentiam & omnia illius tunc accidentia &c. vt patuit in primo libr. Et similiter habet pro obiecto quidditatem non solum rerum sensibilium, sed etiam intellectualium, circa actum purum, qui soli sibipsi est quidditative notus, & beatus vt sic, vt ibidem monstratum est. Concludo ergo, sicut in communi loquendo, habitus per se infusi & habitus per se acquisibiles sunt diuersarum rationum intrinsecus & essentialiter (vt patet de charitate, fide, spe, & virtutibus intellectualibus & moralibus) ita in speciali de scientia dicendum est, quod scientia per se infusa, seu ex suo genere, & per se, seu ex suo genere acquisibilis, sunt diuersarum rationum.

¶ Oritur autem ex dictis nouum dubium simpliciter & ad hominem, cur in Christo asseritur non fuisse scientiam ex suo genere acquisibilem per infusionem, vt fuit in Adam. Et est ratio dubii simpliciter, quia melius est, vt Christus semper habuerit talem scientiam, quam post lapsum temporis: actus enim melior est potentia in bonis, vt dicitur nono Metaphyſico. Et confirmatur, quia eadem ratio militat de Adam & Christo,

scilicet quia datus est a Deo vterque doctor generis humani. Vnde si Adam, quia creatus instructor succedentis generis habuit talem scientiam per infusionem, multo magis Christus, qui datus est in doctorem humani generis, debuit perfectus creari, quo ad animam, vt scilicet perfecta esset scientia acquisibilis ex suo genere. Ad hominem vero, quia licet in litera probetur, in Christo fuisse scientiam acquisitā ex suo genere, non tamen probatur, quod fuit talis scientia in Christo, per talem viam, scilicet per acquisitionem. Staretenim, quod talis scientia fuerit in Christo, & non per talem viam, sed per infusionem, vt patet in Adam, in quo quia fuit scientia acquisita ex suo genere, licet non per acquisitionem, sed per infusionem, non sequitur, intellectum agentem fuisse frustra, vt patet ex dictis.

D.1183. D.1109. D. 69.

Et eadem ratione non fuisset in Christo intellectus agens frustra si scientia acquisita ex suo genere, fuisset in ipso per infusionem.

¶ Ad hoc dicitur, quod rationabiliter hæc scientia in Christo ponitur per acquisitionem, & non per infusionem, tum ex parte scientiæ, tum ex parte scientis, tum ex perfectione modi sciendi. Ex parte quidem scientiæ, quia acquisitio est talis scientiæ generatio per se (quoniam ipsa illius naturalis generatio est) infusio autem est talis scientiæ generatio per accidens, accidit enim ex miraculo, quòd infundatur: generatio autem per se, præstat generationi per accidens. Ex parte vero scientis, quia nobilius est, quod seipsum mouet, quam quod ab alio mouetur (vt dicitur in octauo Phyſico.) scienſ autem per inuentionem seipsum mouet, sciens per infusionem ab extrinseco mouetur, hoc est, reducitur de potentia ad actum. illud ergo est Christo attribuendum. Ex parte autem modi sciendi, quia sicut in Christo fuit scientia beata modo beatorum & scientia indita modo inditæ, ita debuit esse scientia acquisita modo acquisitæ, vt nullus modus sciendi conueniens potens in Christo illi defuerit.

¶ Ad obiectionem autem primam dicitur, quòd actus melior est potentia, cæteris paribus: in proposito autem catera non sunt paria, nam esset motus ab alio, vbi nunc ponitur mouere seipsum, & carere connaturali & per se modo generationis talis scientiæ, vt patet ex dictis, quæ præponderant illi præuentioni actualis scientiæ. Ad confirmationem dicitur, quod non est similis ratio, quia Adam creatus est vt principium naturæ humanæ in naturalibus, tam secundum corpus, quam secundum animam, & quia perfecta sunt, secundum naturæ ordinem priora imperfectis (ut duodecima Metaphyſico. Aristot. dicit) ideo Adam sicut secundum corpus creatus est perfectus in quantitate, ita & secundum animam creatus est perfectus in scientia. Christus autem non est productus vt principium hominum in esse naturæ, nec in naturalibus pro hoc statu, sed vt doctor mysteriorum Dei, & regni cælestis. In cuius signum productus est secundum corpus quantitatis imperfectæ, & similiter secundum animam in pura potentia, quo ad scientiam naturaliter acquisibilem. Et sicut creuit ætate, & vere augmentum corporale habuit, ita & euit sapientia.

QVAEST. X.

De scientia beata animæ Christi, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de qualibet prædictarum scientiarum: sed quia de scientia diuina dictum est In* prima parte, restat nunc dicendum de aliis tribus: primo de scientia beata: secundo de scientia indita: tertio, de scientia acquisita.

Universidad de Deusto
Biblioteca

pientia: simul enim Euangelista hæc dicit. Nec docuit mathematicam aut Astrologiam, & huiusmodi, sed arcanum Trinitatis, & vias ac secreta regni cœlorum.

¶ Ad obiectionem contra literam dicitur, quod licet illa ratio, quòd intellectus agens esset frustra, si absolute sumatur, non concludat vtrumque,

Q.12. scilicet scientiam talem ex suo genere acquisibilem, & viam talem, scilicet per acquisitionem (vt instantia de Adam manifestat) contracte tamen sumpta, hoc est in Christo, infert vtrumque. Nã in Christo supponitur, nullam esse per accidens productam scientiam, sed omnem in illo scientiam esse cũ sito proportionato naturaliter modo, tam in se, quàm in sua origine: decet enim Christũ perfectionem omnem suæ animæ per se habere, & non per accidens. In Christo igitur in quo omnis suæ animæ cõuenies perfectio per se ponẽda est, frustra poneretur intellectus agens, si in eo non esset scientia acquisita, & per acquisitionem: quia careret ꝓpria principali operatione, scilicet causatione specierum intelligibilium in illo, in quo debet talẽ operationem habere, hoc est in Christo viatore, quem decet scientiam acquisitam habere, & modo humano habere. Vndein litera ad explicandam plene probationem conclusionis, subiungitur cõnaturalitas cuiusque scientiæ inuẽte in Christo, scilicet quod beata est Deo connaturalis, infusa angelo, acquisita homini. Et est sermo non solũ de ipsa scientia, sed de modo habendi ipsam, vt patet in litera, tam quam si diceret, ꝙ quia Christũm decet habere humanã scientiam more humano, est secundum animam subiectũ, in quo intellectus vterque debet habere ꝓpriã operationem more humano. Ac per hoc optime dictum est, quòd frustra, vtpote carens ꝓpria operatione principali, quando & in

63 3.d.14.ar. 2.q.1.& 2 & ver. qõ. 20.ar.4. & 5.c.& quo. 3.q.2.art. 1.c.& op. 3.c.223.& 1 Timo.6. lect.3. libr. 3. de sum bono cap.3.

li.3. orth. fid.cap.6.

K.1.c.13. tom.3.

li.83.q.q. 14.i prin. tom.4.

¶ Sed quia etiam de scientia beata, quæ in Dei visione consistit, plura dicta sunt in prima parte,* hic illa sola videntur dicenda, quæ propriè pertinent ad animam Christi.

Circa hoc ergo quæruntur quatuor.

¶ Primo, vtrum anima Christi comprehenderit Verbum siue diuinam essentiam.
¶ Secundo, Vtrum in Verbo cognouerit omnia.
¶ Tertio, Vtrum anima Christi in Verbo cognouerit infinita.
¶ Quarto, Vtrum videat Verbum siue diuinam essentiam clarius qualibet alia creatura.

ARTICVLVS I.

Vtrum anima Christi comprehenderit Verbum, siue diuinam naturam.

AD primum sic proceditur. Videtur quòd anima Christi comprehenderit & comprehendat Verbum siue diuinam essentiam. Dicit enim Ilsido. * quod Trinitas sibi soli nota est, & homini assumpto. Igitur homo assumptus communicat cum sancta Trinitate in illa notitia sui, quæ est sanctæ Trinitati propria: huiusmodi autem est notitia comprehensionis. ergo anima Christi comprehendit diuinam essentiam.

¶ 2 Præterea. Magis est vniri Deo secundum esse personale, quàm secundum visionem: sed sicut Damas.† dicit in 3. libro. tota diuinitas in vna personarum est vnita humanæ naturæ in Christo. Multo ergo magis tota natura diuina videtur ab anima Christi, & ita videtur, quod anima Christi comprehendat diuinam essentiam.

¶ 3 præterea. Illud, quod conuenit filio Dei per naturam, conuenit filio hominis per gratiam, vt Augustin.* dicit, in 1. de Trinit. sed comprehendere diuinam essentiam, competit filio Dei per naturam. ergo filio hominis competit per gratiam: & ita videtur quòd anima Christi per gratiam Verbum comprehendat.

¶ Sed contra est, quod Augustin. dicit in libr. 83.* quæst. Quod se comprehendit, finitum est sibi: sed essentia diuina non est finita in comparatione ad animam Christi, cum in infinitum eam excedat. ergo anima Christi non comprehendit Verbum.

¶ Respondeo Dicendum, quod sicut ex supra * dictis patet, sic facta est vnio naturarum in persona Christi, quòd tamen proprietas vtriusque naturæ inconfusa permanserit, ita scilicet quod increatum manserit infra limites creaturæ, sicut Damas.* dicit in 3. libr. Est autem impossibile, quod aliqua creatura q̃ comprehendat diuinam essentiam (sicut in prima parte ostensum † est) eo quod infinitum nõ comprehenditur à finito. Et ideo dicendum, quod anima Christi nullo modo comprehendit diuinam essentiam.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd homo assumptus * conformatur diuinæ Trinitati in sui cognitione, non ratione comprehensionis, sed ratione cuiusdam excellentissimæ cognitionis præ cæteris creaturis.

¶ Ad secundum dicendum, quòd nec etiam in vnione, quæ est secundum esse personale, natura humana comprehendit Dei verbum, siue naturam diuinam, quæ quamuis tota vnita fuerit humanæ naturæ in vna persona filii, non tamen fuit tota virtus diuinitatis ab humana natura, qua si circumscripta. Vnde Augustin.* dicit in epis. ad Volusianum, Scire te volo, non hoc Christianam habere doctrinam, quod ita Deus infusus sit carni, vt curam gubernandę vniuersitatis vel deseruerit, vel amiserit, vel ad illud corpusculum quasi contractam, collectamque transtulerit, & similiter anima Christi totam Dei essentiam videt, non tamen eam comprehendit, quia non totaliter eam videt: idest non ita perfectè sicut visibilis est, vt in 1. parte * expositum est.

¶ Ad tertium dicendum, quod verbum illud Augustin. est intelligendũ de gratia vnionis, secundum quam omnia, quę dicuntur de filio Dei secundum diuinam naturam, dicuntur de filio hominis, propter identitatem suppositi. & secundum hoc vere potest dici quoc filius hominis est comprehensor diuinæ essentię, non quidem secundũ animam, sed secundum diuinam naturam: per quem etiam modum potest dici, quòd filius hominis est creator,

quę debet esse intellectus agens, nisi causaret scientiam in Christo humanam. Nec obstat instantia de Adæ scientia, quia illum, vtpote principium naturæ humanæ, decebat esse ab initio perfectum, & scientia ex suo genere acquisita: quæ absolute quidem sortitur infusionem pro generatione per accidens: in tali vero supposito, scilicet primo totius generis humani, sortitur infusionem pro productione quodammodo, quasi per se, pro quanto principia exigunt, quod sint perfecta, quoniam perfecta sunt naturaliter priora imperfectis, vt dicitur 12. Metaphy.

q.2.ar. & q.8. cic.6.

¶ *Super quæstionis decimæ, Articuli primum.*

li.3.d. & 4. D.14. p.p.q. ar.1.

TItulus clarus ex dictis in prima parte q̃. 12. vbi de Dei cõprehensione tractatum est. Comprehendere namq; est cognoscere rẽ, quantum cognoscibilis est, ita ꝙ non possit plus cognosci, quam cognoscitur.

comprehendere

¶ In corpore est vnicus conclusionis respondiua quæsito negatiue. Anima Christi non comprehendit diuinam essentiam. Probatur, Impossibile est, quòd aliqua creatura comprehendat diuinam essentiam. ergo impossibile est animam Christi comprehendere diuinam essentiam. Antecedens probatur, quia infinitum nõ comprehenditur a finito. Consequentia probatur, quia vnio naturarum in persona Christi facta est sic, ꝙ vtriusque naturæ proprietas &c.

p.p.q. ar.7.

¶ In responsione ad secundum, dubiũ occurrit, quia videtur Auctor a virtute deitatis in personando, ad virtutem deitatis in operando. Respondendo siquidem Auctor dicit, quòd licet tota deitas sit vnita humanitati Christi, nõ tota tñ deitatis virtus est quasi circumscripta, quod de virtute personatiua directe, & secundũ planum ſe cõtexum intelligitur, quasi dicere ti, quòd tota quidem deitas est coniuncta in vna persona Christi, non tamen comprehensa, quia potest in eadem persona coniungi aliis natutis, vt ex supradictis patet, & sic virtus personatiua illius non est comprehensa ab humanitate Christi. Allegando autem auctoritatem August. ad virtutem operatiuam digreditur, ad quam spectat cura gubernandi mundum.

¶ Ad hoc dicitur, quod Auctor declarat a virtute operatiua non cõtracta, virtutem deitatis absolute sue in personando (de qua directe erat dicendum) siue in operando, quæ sub deitatis virtute comprehẽditur, non esse cõprehensam ab humanitate Christi. Vnde, nulla digressio commissa est, sed a notioribus doctrina tradita est.

69* 3.d.14.ar. 4.ad 3.& 4. Et ver. q.8. art.4. c.& q.20. ar.4.& 5. & quol.3. q.2.art.1. c.& opu. 3.ca.223. & op.9.q. 81.

¶ *Super quæstionis decimæ, Articulum secundum.*

TItulus sumẽdus est vt sonat: in corpore namque articuli distinguetur.

¶ In corpore sunt tres conclusiones, iuxta tria membra distinctionis, qua distinguitur quot modis potest distribuere ly, oia. In litera igitur sit talis distinctio bimembris. Ly omnia, potest sumi vel proprie, & sic distribuit ꝓ omnibus, quæ quocumq; modo sunt, vel erunt, vel fuerũt vel facta vel dicta vel cogitata à quocũq;, ſm quodcũq; tẽpus. Et sic dicendũ est, ꝙ anima Christi in verbo cognoscit oia. Vnusquisq; enim intellectus creatus, in verbo cognoscit, non quidẽ oia simpliciter, sed tãto plura, quãto perfectius videt verbũ: nulli tñ intellectui beato deest, quin

Glor.ibi.

Est 3. tũ a prio tom.

in potentia diuina sola, vel nõ in sola potẽtia diuina, sed eriã in potentia creaturæ. Ex quibus patet ꝙ ex vniuersa distinctione & subdistinctione tria tantũ mẽbra constituuntur, & sic iuxta membrorũ horũ numerũ tribus cõclusionibus rñdetur quæsito. Prima est, Anima Christi nouit in Verbo oia propria, hoc est quæcunque in actu sunt, erunt, aut fuerunt. Probat primo absolute (licet inter intellectus beatos sit differẽtia) Nulli intellectui beato deest cognoscere in Verbo oia quæ ad ipsum spectãt: sed ad Christũ & eius dignitatẽ spectant oia. ergo oia Christi cognoscit in Verbo oia. Probatur minor, tũ quia oia Christo subiecta sunt, tum, quia est omniũ iudex constitutus a Deo. Probatur secundo, quo ad cogitationes hominum auctoritate Ioan. 2.

¶ Circa hunc processum dubium occurrit, quoniam propositio dicens, cuilibet Beato conuenire, quod videat in Verbo omnia spectantia ad se, difficultatem patitur. Sequeretur enim ex ipsa coniuncta præcedẽti propositioni in litera positæ. f. Quilibet beatus tanto plura in verbo cognoscit, quanto perfectius videt verbum, ꝙ aliquis Sanctus minus beatus puta, sanctus Antonius, esset magis beatus altero beatiore se, puta, sancto Petro, ꝙ implicat cõ-

ARTICVLVS II.

Vtrum anima Christi in verbo cognouerit omnia.

AD secundum sic proceditur. Videtur quod anima Christi in verbo non cognoscat oia. Dicitur enim Marci 13. De die autem illa nemo scit, neq; angeli in cælo, neque filius nisi Pater. Non ergo omnia scit in verbo.

¶ 2 Præt. Quanto aliquis perfectius cognoscit aliquod principiũ, tanto plura in illo principio cognoscit: sed Deus perfectius videt essentiam suam, quã anima Christi. ergo plura cognoscit in verbo, quam anima Christi. non ergo anima Christi in verbo cognoscit omnia.

¶ 3 Præt. Quantitas scientiæ attenditur secundum quantitatem scibiliũ. Si ergo anima Christi sciret in verbo omnia, quæ scit verbum, sequeretur, ꝙ scientia animæ Christi æquaretur sciẽtiæ diuinæ, creatum videlicet increato quod est impossibile.

¶ Sed contra est, quod super illud Apoc. 5. Dignus est agnus, qui occisus est accipere diuinitatem & sapientiã. glos. * dicit, idest, omnium cognitionem.

¶ Respon. Dicendum, ꝙ cum quæritur an Christus cognoscat oia in verbo, ly omnia, potest dupliciter accipi. Vno modo, propriè, vt distribuat pro oĩbus, quæ quocumq; modo sunt, vel erunt, vel fuerũt vel facta vel dicta vel cogitata à quocũq;, ſm quodcũq; tẽpus. Et sic dicendũ est, ꝙ anima Christi in verbo cognoscit oia. Vnusquisq; enim intellectus creatus, in verbo cognoscit, non quidẽ oia simpliciter, sed tãto plura, quãto perfectius videt verbũ: nulli tñ intellectui beato deest, quin

tradictoria. Et patet sequela, posito ꝙ plura singularia spectẽt ad sanctum Anto. quam ad sanctum Petrũ, quia multo plures orationes emittuntur ad sanctum Anto. quam sint singularia spectantia ad sanctum Petrum, quẽ nemo interpellat. Ad hoc dicitur, quod propositio dicens, quemlibet beatum videre in verbo omnia spectantia ad se, potest dupliciter intelligi scilicet vel formaliter, vel causaliter. Si formaliter, sensus est, quod ipsa visi verbi est etiam visio spectantium ad ip. Et sic sumpta propositio intelligitur de spectantibus ad beatum, tunc cum primo fit beatus, & non de spectãtibus postea ad ipsum, quoniam hæc per reuelationem habent, vt patet de Angelis, qui spectantia ad ipsos de dispositione populorum sibi commissorum nesciebant, vt testatur eorum pugna viginti & vno die bus, Dan. 10. capitu. Et sic ad obiectionem dicitur, ꝙ impossibile est plura singularia spectare ad minus beatũ, tũc, quando primo fit beatus: quoniam ex hoc ipso ꝙ ponitur minus beatus, ponitur ꝙ visio sua in verbo ad pauciora se extendat, vt in litera dicitur. Si vero intelligatur siue formaliter, siue causaliter, sic est sensus, ꝙ quilibet beatus videt, vel formaliter, vel causaliter in verbo omnia ad se spectantia, Et est indubie verum, quoniam vel ipsa visio verbi est illorum visio, vel est causa visionis illorum: quoniam ex hoc ipso, ꝙ alius quis videt verbũ, debetur sibi, quod suo tempore innotescant sibi spectantia ad se ratione visionis illa, non substantialiter constitueret beatum: beatitudo enim est status omnium bonorum aggregatione perfectus. Et secundum hoc patet obiectionem cessare, quocumque autem modo intelligatur in proposito, infert intentum litteræ, tum, quia omnia fuerunt subiecta Christo ab instanti ꝛ conceptionis suæ, in quo fuit beatus videndo verbum, & sic in primo sensu processus inuenitur efficax, tum, quia in Christo non habet locum noua notitia per reuelationes nouas, ut in aliis beatis, ac per hoc quicquid aliis beatis conuenit ex visione verbi formaliter vel causaliter, Christo conuenit secundum ipsam visionem verbi formaliter, & sic habetur intentum.

¶ In eodem processu nota, quod Auctor distinguendo ly, omnia, in omnia quandoque in actu, nel in omnia, siue in actu, siue in potentia, appellauit primam distributionem ꝓprie, & secundam large, ea ratione, quia quæ sunt in potentia, non sunt, & sicut excluduntur a numero entium, ita excludantur a numero omnium. Fecit autem hoc ob dignificandos sermones de Christo, ut d. simpliciter loquendo, affirmãdum doceret.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quod Christus, inquantum homo, nouit omnia.

¶ Secunda conclusio est. Anima Christi non nouit in verbo omnia quæ sunt in sola potentia Dei. Probatur ducendo ad impossibile, quia nosse omnia, quæ sunt in sola Dei potentia, est comprehendere omnia, quæ Deus potest facere. ergo est comprehendere diuinam virtutem. ergo est comprehẽdere diuinam essentiam, quod est impossibile. Prima consequẽtia probatur, quia virtus quælibet comprehenditur per cognitionem omnium in quæ potest.

Hom. 72. ¶ Vbi nota omnes has propositiones loqui de notitia, seu comprehẽsione omnium nõ in seipsis, sed in verbo ceu in causa. Ex comprehensione enim omniũ effectuum in seipsis, non infertur cõprehensio causę alterius ordinis, & præsertim, in infinitum excedentis omnia, quæ sunt in potentia sua, qualis est Deus, cum omnia sint entia limitata, ipso autem Deus sit infinitum esse. sed ex cõprehẽsione omnium possibilium in sua causa, infertur comprehensio illius virtutis causatiuæ, quæ in proposito est omnipotentia diuina, & consequenter, comprehensio essentiæ diuinæ. Nam in tali modo cognoscẽdi, cognitio possibiliũ sequitur naturaliter cognitionem causæ, ac per hoc maior maiorem, & tandem maxima maximam. Maior autem possibilium cognitio haberi non potest in causa, quam, vt omnia comprehendantur in illa, vt patet in cognitione primorum principiorum, quanto enim aliquis perfectius illorum penetrat virtutem, tanto plura in illis, & ex illis cognoscit, adeo vt cum omnia ex, & in illis cognoscibilia quis comprehendit, tam perfecte illa nouit, vt perfectius cognosci nequeant: adæquat si quidem tunc cognitio cognoscibilitatem illorum. Et scito, quod materia ista, an sit possibile, creaturarum cognoscere omnia in Verbo, & an visio omnium in Verbo sit comprehensio, in ar. 8. q. 12. primi libri discussa est, vbi responsum est Scoto & aliis, nec repetenda duxi.

Hom. 30. in Mat. in vlt. illius Homi. t. 3.

¶ Tertia conclusio est: Anima Christi scit in verbo omnia quæ sunt in potentia creaturæ. Probatur: Anima Christi comprehendit in verbo omnis creaturæ essentiam. ergo virtutem & potentiam. ergo omnia, in quæ potest. Omnia, relinquuntur in litera pro constantibus, & vere constant præsupposito antecedente, q rationabiliter affirmatur de anima Christi, quia tribuendum ei est quicquid potest excellentiæ tribui.

¶ In responsione ad secundum nota primo illud verbum, Anima Christi scit in verbo omnia, quæ Deus in seipso scit scientia visionis: habebit enim inferius quæstionem non paruam. Nota secundo, quod aliud est dicere, animam Christi scire omnia nota Deo scientia visionis, & non scire omnia nota Deo simplici intelligentia, & aliud est dicere, animam Christi scire tantum ea, quæ sunt nota Deo scientia visionis, quoniam hoc secundum dictum aufert ab anima Christi quicquid notum est Deo simplici intelligentia, quod constat esse falsum ex litera, dicente, q anima Christi nouit multa in potentia, numquam in actu. Vnde patet error Scoti, qui hoc videtur imponere Auctori in q. 2. 14. distin. 3. sent.

p.p.q.14. a.1

¶ In responsione ad tertium aduerte, quod quia vnum & idem est lumen claritatis diuinæ in scientia visionis & simplicis intelligentiæ, ideo litera non subsumit quod scientia visionis in Deo est clarior, sed absolute, quod scientia Dei excedit in infinitum, quantum ad claritatem cognitionis. Quocirca excessus in infinitum, conceditur simpliciter. Ratificatio autem non simpliciter, sed secundum quid, hoc est quo ad aliquid, hoc est, quo ad numerum scitorum scientia visionis.

¶ In eadem responsione dubium occurrit ex Durando in 3. senten. distin. 14. q. 1. articul. 2. tenente, quod anima Christi videt in verbo quicquid videt verbum, quo ad quæstionem quid est, & sic scientia animæ Christi æquatur diuinæ scientiæ simplicis intelligentiæ quo ad numerum scitorũ, licet non quo ad claritatem cognitionis. Probatque hoc sic. Videns Deum, videt visione beata quicquid naturaliter repræsentatur in diuina essentia. ergo videt quidditates omnium possibilium. Consequentia patet, quia diuina essentia naturaliter repræsentat omnẽ possibilem quidditatem. Antecedens vero probatur, q nec ex parte repræsentantis aut repræsentationis est impedimẽtum, cum ex naturali necessitate sit huiusmodi repræsentatio, nec ex parte cognoscẽtis, quia potest in longe, immo infinite maius scilicet essentiam diuinam. ergo & in omnia possibilia quidditatiue, quæ in infinitum minus sunt cognoscibilia.

In cor. a

¶ Ad hoc dicitur, q antecedens est falsum. Et ad illius probationem dicitur, q impedimentum in promptu est, & apparet ex parte cognoscentis, qui non est capax totius repræsentationis naturalis diuinæ essentiæ, sicut nec comprehensionis illius. Et ad probationem inductam, s. potest in longe maius &c. respondetur, q peccat secundum figuram dictionis, sub posse in maius & minus, subsumendo posse tali modo, hoc est posse videre quidditates possibiles in verbo. Nam licet longe & infinite maius sit videre Deum, quàm videre omnia alia: longe tamen maius est videre sic Deum, q in ipso viso videantur omnes quidditates possibiles, quàm videre Deum. Et hoc iam docuerat Auctor, & tamen iste non erubuit concludere ex tali sophistica ratione.

Articvlvs III.

Vtrum anima Christi in Verbo cognouerit infinita.

AD tertium sic proceditur. Videtur quod anima Christi non possit cognoscere infinita in verbo. Quod enim in infinitum cognoscatur, repugnat definitioni infiniti, prout dicitur in 3. Physic.* quod infinitum est, cuius quantitatem accipientibus, semper est aliquid extra accipere. Impossibile autem est definitionem à definito separari, quia hoc esset contradictoria esse simul. ergo impossibile est, quod anima Christi sciat infinita,

1. p. q. 7. ar. 1.

secundum claritatem cognitionis. Quamuis igitur scientia animæ Christi, quam habet in verbo, perficietur scientię visionis, quam Deus habet in seipso, quantum ad numerum scibilium: scientia tamen Dei excedit in infinitum, quantum ad claritatem cognitionis, scientiam animę Christi, quia lumen increatum diuini intellectus, in infinitum excedit lumen creatum, quodcumque receptum in anima Christi: licet absolute loquendo, scientia diuina excedat scientiam animę Christi, non solum quantum ad modum cognoscendi, sed etiam quantum ad numerum scibilium, vt dictum est.*

¶ Quo ad secundum conclusio negatiua est, Anima Christi non scit infinita in actu. Probatur: quia non sunt infinita in actu, sed est certus numerus non solum incorruptibilium, sed etiam generabilium & corruptibilium. Probatur, quia status generationis & corruptionis non durat in infinitum.

¶ Occurrit hoc in loco dubium ad hominem, quo pacto stet doctrina hæc cum antedicta. Dictum quippe in præcedenti articulo est, animam Christi scire quæcumque scit Deus scientia visionis, & in 1. par. quæstio. 14. artic. 12. Auctor determinat Deum scientia visionis cognoscere infinita, & reprehendit ac confutat rationem hic allatam de finito statu generationis & corruptionis. Vnde videtur Auctor suæ oblitus doctrinæ, & ponere contraria, dum dicit animã Christi nescire infinita in actu, & negat infinita in actu secundum quodcumque tempus, & ex alia parte dicit animam Christi scire omnia, quæ scit Deus scientia visionis, & dicit illa esse infinita in actu, si sumantur omnia, quæ sunt, erunt, & fuerunt in actu, quia cogitationes & affectiones creaturarum rõnalium, quæ perpetuæ sunt, infinitũ multiplicabunt.

Q. præce. art. 1.

Ii. 9 Met. tex. 20. 10. 3.

D. 1215.

¶ Ad hoc dicitur, quod vtrumq; dictum est verum diuersimode intellectum. Nam dictũ hoc, in loco verificatur de simpliciter entibus in actu (quæ sunt solæ substantiæ) quæ sunt actu quandoque, quæ constat esse finita, secundũ fidei sententiam decementis mundum incepisse, & generationem destituram. In prima autem parte, sermo de simpliciter vel secundum quid entibus in actu quandoque est, quæ etiã patet esse infinita, quia in infinitum actus intellectus multiplicabuntur, etiã non in tempore hoc cõtinuo, in tẽpore tñ discreto

D. 477. Art. præc.

1. p. q. 7. ar. 1.

D. 366.

¶ 2 Præt. Infinitorum scientia est infinita: sed scientia animæ Christi non potest esse infinita: est enim capacitas eius finita, cũ sit creata. Non ergo anima Christi potest cognoscere infinita.

¶ 3 Præte. Infinito non potest esse aliquid maius: sed plura continentur in scientia diuina, absolutè loquendo, quàm in scientia animæ Christi, vt dictum est.* ergo anima Christi non cognoscit infinita.

¶ Sed contra, anima Christi cognoscit totam suam potentiam, & omnia quæ potest. Potest autem in emundationem infinitorum peccatorum, secũdum illud 1. Ioan. 2. Ipse est propitiatio pro peccatis nostris: nõ autem pro nostris tantum, sed etiam pro totius mundi. ergo anima Christi cognoscit infinita.

¶ Respon. Dicendum, quòd scientia non est nisi entis, eo quod ens & verum conuertuntur. Dupliciter autem dicitur aliquid ens. Vno modo, simpliciter, quod scilicet est ens actu: alio modo, secundum quid, quod scilicet est ens in potentia. & quia, vt dicitur in 9. Metaph.* vnumquodque cognoscitur, secundum quòd est actus; non autem, secundum quod est in potentia, scientia primo & principaliter respicit ens actu, secũdario autem respicit ens in potentia, quod quidem non secundum seipsum cognoscibile est, sed secũdum quod cognoscitur illud, in cuius potentia existit. Quantum igitur ad primum modum scientiæ, anima Christi non scit infinita, d quia non sunt infinita in actu, etiam si accipiantur omnia quæcumque sunt in actu, secundum quodcunque tempus, eo quod status generationis & corruptionis non durat in infinitum. Vnde est certus numerus, non solum eorum quæ sunt absq; generatione & corruptione, sed etiam generabilium & corruptibilium. Quãtum verò ad alium modum sciendi, anima Christi in Verbo scit, d infinita: scit enim, vt dictum est, * omnia quæ sunt in potentia creaturæ. Vnde cum in potentia creaturæ sint infinita, per hunc modum scit infinita, quasi quadã scientia simplicis intelligentiæ, non autem scientia visionis.

¶ Ad primum ergo dicendum, quod infinitum (sicut in 1. parte dictũ est*) dupliciter dicitur. Vno modo, secundũ rationem formæ. & sic dicitur infinitum negatiue scilicet id, quod est forma vel actus non limitatus per materiam, vel subiectum in quo recipiatur. & huiusmodi infinitum, quantum est de se, est maxime cognoscibile, propter perfectionem actus, licet non dũm comprehensibile a potentia finita creatura: sic enim dicitur Deus infinitus,

Et quòd hæc sit Auctoris mens, patet ex tribus. Primo, quia ab ente incipit corpus articuli, & ad ens simpliciter deuenit, distinguendo illud contra ens secundum quid, quod dicitur & de ente in potentia, & de accidentibus, sed solum ens in potentia explicauit, quia solum ens in potentia erat ad distinctionem modi cognoscẽdi necessarium. Secundo, quia ex statu generationis & corruptionis probat, qui non comprehendit accidentia, vniuer aliter, sed omnes substantias, & quædam tantum accidentia, vt patet de actibus nouis futuris post iudicium. Tertio, quia in articulo præcedenti expresse ad omnia existentia secundum quodcumque tempus adiungit etiam hominum cogitatus, insinuãs per hoc, quod per existentia secundũ quodcumque tempus intelligit hic ea sola, quæ simpliciter existunt, quæ sunt solæ substantiæ. Est igitur doctrina Auctoris, quod omnia cognita scientia visionis possunt dici & infinita & finita. Finita quidem, sily omnia distribuat pro entibus simpliciter: infinita vero, si ly oia distribuit tam pro entibus, quàm accidentibus. Et propterea vtrumque est verum scilicet q scientia visionis animæ Christi est infinitorum, & q non est infinitorum. Quo ad tertium, secunda conclusio responsiua affirmatiue est, anima Christi scit in Verbo infinita in potentia. Probatur primo. In potentia creaturæ sunt infinita. ergo scit infinita. Probatur consequentia: quia scit omnia quæ sunt in potentia creaturæ.

Alias potentiam,

lib. 3. tex. 65. to. 2.

li. 3. Phy. tex. 63. & 92. to. 2.

p. p. q. 7. ar. 2. D. 752. li. 3. dean. 26. to. 2.

¶ Declaratur secundo modus istius intelligentiæ, & non per modum scientiæ, visionis. Omnia ex supradictis clara sunt.

¶ In responsione ad primum vius de Nouitie, quòd infinitum quantitatiue, accipiendo partem post partem in actu, sicut est impertransibile tam realiter, quàm

Ar. 1. hune q.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quàm ſecundum deſignationem, ita eſt impertranſibile ſecundum cognitionem. Et ideo dicitur, quòd vt ſic, eſt ignotum, & implicat, quod pertranſeundo cognoſcatur.

¶ In reſponſione ad ſecundum nota, quod reſponſio conſiſtit, in hac diſtinctione. Infiniti ſecundum eſſentiam ſcientia comprehenſiua eſt infinita: infiniti autem aliter, finiti tamen ſecundum eſſentiam, ſcientia comprehenſiua nõ eſt infinita: quia ſcientia eſt finita, vel infinita, ex finitate vel infinitate propriti obiecti, & non ex alia finitate vel infinitate. Proprium autem obiectum intellectus eſt, quod quid eſt, & ideo ſi quod quid eſt, hoc eſt eſſentia eſt infinita, ſcientia comprehenſiua eſt infinita, & ſi quod quid eſt, ſeu eſſentia eſt finita, ſcientia eſt finita. Vnde cum infinita ſcita ab anima Chriſti ſint finita ſecũdum eſſentiam, licet infinita ſecundũ multitudinem, non inferunt, ſcientiam animæ Chriſti eſſe infinitam.

li. 1. tex. 2. co. 2.

li. 3. text. 37. & 38. com. 2.

¶ In hac reſponſione dubium occurrit ex Adam, in 3. ſenten. proba re conante, quod intellectus creatus non poteſt ſimul videre infinita, ita quod diſtincte cognoſcat quodlibet eorum, eo quod ſequeretur, quod viſio illa eſſet infinitæ perfectionis in genere cognitionis. quia æquipolleret infinitis cognitionibus etiã ſpecie diſtinctis, quæ ad infinita illa terminari poſſent: quia non plus poteſt creatura ſimul videre, quàm Deus poſſit ſimul facere: & quia ſequeretur, quod eſſet odium infiniti demeriti, puta ſi quis vellet ex odio Dei occidere infinitos homines viſos ſimul: vel charitas infiniti meriti, puta ſi quis ex charitate illos infinitos diligeret.

¶ Sed ex hac litera primum argumentum (quod extra propriã materiæ non vagatur) facile ſoluitur, dicendo quod viſio non eſt infinita, niſi eſſentia comprehenſa ſit infinita eſſentialiter. Et quia ſi gueus apponit ly, in genere cognitionis, ideo ne in æquiuoco diſputetur, ſciliugue quòd ſi per hoc intendit quod ſit cognitio infinita ſimpliciter, patet reſponſio ex litera hac, quod ſcilicet conſequentia nihil valet. Nec ex eo q̃ vna cognitio æquipollet infinitis in aliquo certo genere, ſequitur quod ſit infinita ſimpliciter, ſed ſat eſt quod ſit altioris ordinis: vnum ſiquidem individuum ſuperioris ordinis excedit infinita inferioris ordinis, & vna ſpecies altioris ordinis excedit perfectionem infinitarũ ſpecierũ inferioris ordinis: ſol enim eſt perfectior oĩb̃ generabilibus, & corruptibilibus ẽt ſi mũdus æternus eſſet. Vnde viſio aĩæ chriſti, qua videt verbũ, & in illo ĩfinita, nõ ſolũ æquipollet, ſed excedit infinitas cognitiones terminabiles ad infinita, & tñ non eſt infinita ſimpliciter. Nec illæ cognitiones eſſent infinitæ perfectionis ſimpliciter, etiam vt cognitiones: quia infinitas ſimpliciter cognitionis (vt in hac habes litera) numquam habetur niſi eſſentia infinita eſſentialiter comprehendatur, quod conſtat non inueniri in infinitis cognitionibus infinitorum ſpecie diſtinctum poteſt de infinitis prædicari.

¶ Ad tertium dicendum, quòd id, quod eſt infinitum omnibus modis, non poteſt eſſe niſi vnum. Vnde & Philo. dicit in 1. de Cæ. * quòd quia corpus eſt ad omnem partem dimenſionatum; impoſsibile eſt eſſe plura corpora infinita. Si tamen aliquid eſſet infinitum vno modo tantum, nihil prohiberet eſſe plura talia infinita: ſicut ſi intelligeremus plures lineas infinitas ſecundum longitudinem, protractas in aliqua ſuperficie finita ſecundum latitudinem.

¶ Quia igitur infinitum non eſt ſubſtantia quædam, ſed accidit rebus, quæ dicũntur infinitæ (vt dicitur 3. Phyſ.) ſicut infinitum multiplicatur ſecundum diuerſa ſubiecta, ita neceſſe eſt, quòd proprietas infiniti multiplicetur, ita quod conueniat vnicuique illorum, ſecundum illud ſubiectum. Eſt autem quædam proprietas infiniti, quod infinito non ſit aliquid maius. Sic igitur ſi accipiamus vnam lineam infinitam, in illa non eſt aliquid maius infinito. & ſimiliter ſi accipiamus quãcumque aliarum linearum infinitarum, manifeſtum eſt quod vniuſcuiuſque earum partes ſunt infinitæ. oportet ergo quod omnibus illis partibus infinitis non ſit aliquid maius in illa linea: tamen in alia linea & in tertia erunt plures partes etiam infinitæ præter iſtas. Et hoc etiam videmus in numeris accidere: nam ſpecies numerorũ pariũ ſunt infinitæ, & ſimiliter ſpecies numerorum imparium, & tamen numeri pares & impares ſunt plures quàm pares. Sicigitur dicendum eſt, quod infinito ſimpliciter quo ad omnia, ſimpliciter nihil eſt maius: infinito autem ſecundum aliquid determinatum, non eſt maius in illo ordine: poteſt tamen accipi aliquid aliud maius extra illum ordinem. Per hunc igitur modum infinita ſunt in potentia creaturæ, & tamen plura ſunt in potentia Dei, quàm in potentia creaturæ, & ſimiliter anima Chriſti ſcit infinita ſcientia ſimplicis intelligentiæ; plura tamen ſcit Deus ſecundum hunc ſcientiæ modum.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum anima Chriſti videat Verbum ſiue diuinam eſſentiam clarius qualibet alia creatura.

AD quartum ſic proceditur. Videtur quod anima Chriſti non perfectius videat verbum quàm quælibet alia creatura. Perfectio enim cognitionis eſt ſecundum medium cognoſcendi: ſicut perfectior eſt cognitio, quæ habetur per medium ſyllogiſmi demonſtratiui, quàm quæ habetur per medium ſyllogiſmi dialectici: ſed omnes beati vident verbum immediatè per ipſam diuinam eſſentiam, vt in 1. parte dictum eſt. * Ergo anima Chriſti non perfectius videt verbum, quàm quælibet alia creatura.

p.p.q. 12. ar. 2.

¶ 2. Præ. Perfectio viſionis non excedit potentiam vniuam: ſed potentia rõnalis animæ, qualis eſt anima Chriſti, eſt infra ponentiam intellectiuam angeli, vt patet per Dio. * 4. cæ. Cel. hier. Ergo anima Chriſti non perfectius videt verbum quam angeli.

c. 4. ante dicitur.

¶ 3. Præ. Deus infinitũ perfectius videt verbum ſuũ, quàm anima Chriſti. Sunt ergo infiniti gradus medii poſſibiles, inter modum, quo Deus videt verbum ſuum, & inter modũ, quo anima chriſti videt ipſũ. Ergo nõ eſt aſſerendum, q̃ anima Chriſti perfectius videat verbum vel eſſentiam diuinã, quàm quælibet alia creatura.

¶ Sed contra eſt, quod Apoſto. dicit ad Epheſ. 1. quod Deus conſtituit Chriſtum ad dexteram ſuam in cœleſtibus ſupra omnem principatum, & poteſtatem, & virtutem, & dominationem, & omne nomen quod nominatur, non ſolum in hoc ſæculo, ſed ẽt in futuro: ſed in illa cœleſti gloria tanto aliquis eſt ſuperior, quanto perfectius cognoſcit Deum. ergo anima Chriſti perfectius videt Deum, quã quæuis alia creatura.

¶ Reſpondeo dicendum, quod viſio diuinæ eſſentiæ conuenit omnibus beatis, ſecundum participationem luminis deriuati in eos a fonte verbi Dei, ſecundum illud Eccleſ. 1. Fons ſapientiæ, verbum Dei in excelſis. Huic autem verbo Dei propinquius coniungitur anima Chriſti, quæ eſt vnita verbo in perſona, quàm quęuis alia creatura. & ideo plenius recipit influentiam luminis, in quo Deus videtur ab ipſo verbo, quàm quęcumque alia creatura. & ideo præ cęteris creaturis perfectius videtipſam primam veritatem, quę eſt Dei eſſentia. Vnde dicitur Ioan. 1. Vidimus gloriam eius, quaſi Vnigeniti à Patre, plenum non ſolum gratiæ, ſed etiam veritatis.

D. 486.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd perfectio cognitionis, quantum eſt ex parte cogniti, attenditur ſecundum medium: ſed quantum eſt ex parte cognoſcentis, attenditur ſecundum potentiam vel habitum. & inde eſt, quòd etiam inter homines per vnum medium, vnus perfectius cognoſcit aliquam concluſionem, quàm alius. Et per hunc modum, anima Chriſti, quę abundantiori repletur lumine, perfectius cognoſcit diuinam eſſentiam, quàm alij beati: licet omnes ipſam Dei eſſentiam videant per ſeipſam.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd viſio diuinæ eſſentię excedit naturalem potentiam cuiuslibet creaturę, vt in prima parte * dictum eſt. Et ideo gradus in ipſo attenduntur magis ſecundum ordinem gratiæ, in quo Chriſtus eſt excellentiſsimus, quàm ſecundum ordinem naturę, ſecundum quem natura angelica præfertur humanę.

P. p.q. 12. ar. 4.

¶ AD tertium dicendum, quòd ſicut ſupra dictum eſt * de gratia, quòd non poteſt eſſe maior gratia, quàm gratia Chriſti, per reſpectum ad vnionem verbi, idem etiam dicendum eſt, & de perfectione diuinæ viſionis, licet abſolute conſiderando, poſsit eſſe aliquis gradus ſublimior ſecundum infinitatem diuinæ potentiæ.

Q. 7. art. 12.

QVAEST. XI.

De ſcientia indita, vel infuſa animæ Chriſti, in ſex articulos diuiſa.

DEINDE conſiderandum eſt de ſcientia indita, vel infuſa animæ Chriſti, quæ conſiſtit in habitibus. Et circa hoc quæruntur ſex. Primo, vtrum anima Chriſti habuerit ſcientiam infuſam. Secundo, vtrum habuerit ſcientiam acquiſitam. Tertio, vtrum habuerit ſcientiam beatorum. Quarto, vtrum habuerit ſcientiam omnium. Quinto, vtrum habuerit ſcientiam comprehenſoris. Sexto, vtrum habuerit ſcientiam infinitam.

ARTICVLVS I.

Vtrum anima Chriſti habuerit ſcientiam infuſam.

AD primum ſic proceditur. Videtur quod anima Chriſti non habuerit ſcientiam infuſam. Quia ſicut dicit Damaſcenus, Chriſtus aſſumpſit naturam humanam cum omnibus naturalibus paſſionibus. Sed ſcientia infuſa non eſt naturalis, ſed ſupernaturalis. Ergo anima Chriſti non habuit ſcientiam infuſam.

¶ 2. Præ. Ad hoc enim videtur fuiſſe infuſa ſcientia animæ Chriſti, vt ſufficienter poſſet docere. Sed ſufficienter docere poterat per ſcientiam acquiſitam. Ergo anima Chriſti non habuit ſcientiam infuſam.

¶ 3. Præ. Ad hoc videtur fuiſſe infuſa ſcientia animæ Chriſti, vt ſufficienter poſſet operari ſalutem humanam. Sed ſufficienter poterat operari per ſcientiam acquiſitam. Ergo anima Chriſti non habuit ſcientiam infuſam.

¶ Sed contra eſt, quod dicit Ioan. 1. Vidimus gloriam eius, quaſi Vnigeniti à Patre, plenum gratiæ & veritatis. Sed gratia & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt, vt dicitur ibidem. Ergo anima Chriſti fuit plena gratia & veritate. Sed plenitudo gratiæ & veritatis in intellectu eſt per ſcientiam infuſam. Ergo anima Chriſti habuit ſcientiam infuſam.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd ſicut ſupra dictum eſt, Chriſtus aſſumpſit naturam humanam perfectam, non autem fictam, vt quidam fingebant. Ad perfectionem autem humanæ naturæ pertinet, quòd intellectus poſsibilis perficiatur per ſcientiam. Vnde ſicut Chriſtus aſſumpſit naturam humanam cum naturalibus paſſionibus, ita aſſumpſit naturam humanam cum naturali perfectione, quæ eſt ſcientia. Et ſicut naturales paſſiones in Chriſto fuerunt ex infuſione diuina, ſicut dictum eſt, ita & naturalis perfectio ſcientiæ in eo fuit ex infuſione diuina.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ſcientia infuſa non eſt naturalis, ſed ſupernaturalis, ſicut & gratia. Et tamen ſicut gratia ſanat naturam, ita & ſcientia infuſa.

¶ AD SECVNDVM dicendum, quòd ſufficienter docere poterat per ſcientiam infuſam, ſed non per ſcientiam acquiſitam. Quia ſcientia infuſa eſt vniuerſalis, ſcientia autem acquiſita eſt particularium experimentorum.

¶ AD TERTIVM dicendum, quòd ſufficienter operari poterat per ſcientiam infuſam, ſed non per ſcientiam acquiſitam. Quia ſcientia infuſa eſt vniuerſalis, ſcientia autem acquiſita eſt particularium experimentorum.

¶ In reſponſione ad ſecundum, nota expoſitionem Maioris propoſitionis aſſumptæ in corpore articuli, in qua dictum eſt, quòd viſio Dei attenditur ſecundum participationem diuini luminis: explanatur ſiquidem hic, quòd viſio Dei attenditur, & ſecundum virtutem naturæ videntis, & ſecundum lumen gloriæ. ſed magis ſecundum lumen gloriæ quod ſpectat ad ordinẽ gratiæ. & ideo Chriſti anima perfectius videt, quàm angelis, præſtantes virtute intellectus naturalis: dicendo ſiquidem, quòd magis attenduntur gradus viſionis ſecundum ordinem gratiæ, quàm ſecundum ordinem naturæ, ſufficienter explicauit, quod ſecundum vtrumque ordinem attenditur. Et hoc bene notabis, quia hinc habes, quòd pari exiſtente lumine gloriæ in homine & angelo, perfectius videt Deum angelus, quàm homo, & merito, quia viſus acutior melius videt, quàm viſus minus acutus, cæteris paribus. Et ex hoc vlterius ſequitur, quòd ſi verbum Dei aſſumpſiſſet in vnitatem perſonalem angelicam aliquam naturam cum lumine gloriæ æquali illi, quod anima Chriſti de facto habet, angelus ille perfectius videret diuinam eſſentiam, quàm modo videat anima Chriſti.

¶ In reſponſione ad tertium circa illa verba, licet abſolute conſiderando poſſit eſſe aliquis gradus ſublimior ſecundum infinitatem diuinæ potentiæ, dubium occurrit, quo nam pacto ſtat cum ſupradictis, quòd gratia animæ Chriſti eſt in ſummo ſimpliciter, ita quòd non eſt dabilis maior gratia habitualis illa, quia eſt in ſummo. Simile ſiquidem iudicium eſt de lumine gloriæ, quod eſt ipſa gratia conſumata formaliter, vel cauſaliter. Si enim lumen gloriæ eſt in anima Chriſti in ſummo, impoſsibile eſt ſecundum quamcumque potentiam inueniri gradum ſublimiorem: ſicut non poteſt inueniri ſublimior gradus caloris, quàm ſit calor in ſummo: eſſet enim implicare contradictoria ſimul, vt patet.

¶ Ad hoc dicitur, quòd cum in litera non dicatur, quòd poſſet eſſe ſublimior gradus luminis gloriæ nec viſionis diuinæ, ſed ſublimior gradus ſine additione aliqua, nullam habet litera difficultatem, cum de facto multi ſint gradus perfectiores gradu diuinæ viſionis, ſcilicet gradus ſubſtantiæ, cum quælibet ſubſtantia ſit ſublimior ſimpliciter quolibet accidente. Sed hæc reſponſio diſſonat à litera, quæ gradum ſublimiorem poſſibilem dicit ſecundum infinitatem diuinæ potentiæ: per hoc namque manifeſte ſignificauit, quòd de ſublimiori, de potentia non ordinaria, ſed de potentia abſolute loquitur. Et contextus ipſe plane intellectus ſonat, quòd loquitur de ſublimiori gradu diuinæ viſionis de cuius altitudine tractatur. Vnde & propter ſenſum plani contextus, & propter attributum ſublimiorem gradum infinitati diuinæ poteniæ, aliter reſponderur, facendo quòd litera loquitur de ſublimiori gradu diuinæ viſionis: verum quia diuinæ viſio gradiatur, vel ex parte luminis gloriæ, vel ex parte naturæ intellectiuæ, diuerſimode aſſignatur ſublimior gradus diuinæ viſionis. Primo namque ſublimatur diuina viſio ex lumine gloriæ ſublimioris ſpeciei, ita quòd lumen gloriæ ponatur genus ad ſpeciem vnam luminis gloriæ inuenti de facto in Chriſto, & in aliis beatis, & aliam vel alias ſpecies luminis gloriæ poſſibiles fieri. Sed hæc poſitio diuinar, nec habet vnde formalem ſeu ſpecificam differentiam inter lumina gloriæ oſtendat, cum ſit vnum obiectum formale abſque medio, nec varietur ſpeciei ex receptiuis, vt patet ex hoc, quòd eiuſdem ſpeciei eſt in angelis & hominibus. Secundo itaque ſublimatur diuinæ viſionis gradus ex augmento infinitum luminis gloriæ, ita quòd a formi terminabilibus ad ſummum excipitur lumen gloriæ, quod eſt tale, quòd quocumque lumine gloriæ poſito, adhuc poteſt poni maius. Et in Chriſto eſt: lumen gloriæ in ſummo, ſecundum Dei potentiam ordinatam non ſecundum Dei potentiam abſolute, ſecundum quam poteſt quocumque poſito, ſemper ponimaius. Et eſt ratio exceptionis ſingularis, quia ſolum lumen gloriæ eſt qualitas propria cælestium patriæ. Reliquæ namque qualitates ſupernaturales, aut ſunt viæ, vt fides, aut ſunt communes viæ & patriæ, vt charitas. Sed huic poſitioni obſtat, quia ſecundum hoc maiori lumini gloriæ non reſponderet maior charitas in patria, ac per hoc non quanto aliquis perfectius videret Deum tanto maiorem charitatem haberet, quia charitas ponitur in ſummo ſimpliciter in Chriſto & ſic lumen gloriæ poſſet poni maius, & charitas non poſſet poni maior.

¶ Relinquitur igitur, quòd alio modo, ſublimior gradus diuinæ viſionis intelligatur poſſibilis, ſcilicet ex parte naturæ intellectiuæ quia ſcilicet ſi ad æquale lumen gloriæ angelus aſſumeretur a verbo Dei in vnitatem perſonæ, angelus ille perfectius videret Deum, quàm anima Chriſti, & eſſet ſublimior viſionis diuinæ gradus non ex ſublimiori lumine, aut gradu luminis, ſed ex ſublimiore intellectu illuminato æqualiter. Et rurſus ſi Deus aſſumeret ſublimiorem angelum in vnitatem perſonæ cum æquali lumine gloriæ, perfectius ille videret Deum, quàm Chriſtus, & prior angelus, & iterum ſi alium ſublimiorem, & ſic deinceps aſſumeret cum æquali lumine ſemper ſublimior perfectius videret. Et ſic ſecundum infinitatem diuinæ potentiæ infiniti gradus viſionis diuinæ mediante inter perfectiſſimam viſionem animæ Chriſti, & viſionem, qua Deus ſeipſum videt. Et quia hæc reſponſio ab ante dictis non diſſonat, & clara eſt abſque ambiguitatibus, ideo amplectenda eſt.

¶ *Super Quæſtionis vndecimæ, Articulum primum.*

TItulus articuli clarus eſt: intelligitur quippe vt ſonat.

¶ In corpore eſt vnica concluſio: Anima Chriſti per ſcientiam inditam nouit omnia, excepta diuina eſſentia: Probatur. Conueniens fuit, vt anima Chriſti eſſet omnino perfecta, ita vt eius omnis potentialitas fuerit reducta ad actum: ſed in illi eſt potentia naturalis ad cognoſcendum per humanas ſcientias nota, & potentia obedientiæ ad ſciendum omnia, quæ reuelantur à Deo

Universidad de Deusto
Biblioteca

a Deo hominibus; ergo vtraque eius potentia est reducta ad actum: & cõsequenter omnia nouit per scientiam inditam, excepta essentia diuina. Hic est processus literæ.

¶ In quo primo recolendum est ex supradictis in ar. 3. q. 9. quòd non intendit litera dicere, quòd omnis potentia obedientiæ in Christi anima sit reducta ad actũ cum potentia obedientiæ in qualibet creatura inexplebilis sit: quia secundum ordinem ad id quod potest in creatura facere Deus, attenditur. Sed intendit quod omnis potẽtia obedientiæ ad actum naturæ animæ proportionatum, est reducta ad actum; cõstat autem quod cognoscere per reuelationis est actus naturæ animæ in statu tam viæ quã patriæ locatæ proportionatus, immo debitus, vt patet de reuelationibus necessariis, & factis Ecclesiæ tam triumphãti quam militanti. Et si quis diceret potentiam hanc esse quidem respectu animæ humanæ, absolute potentiæ obedientiæ: respectu vero eiusdem in vtroque statu esse naturalem (vt potentia naturali concomitantia consequentem statum) non aberraret. Vnde eum Christus fuerit verus viator & comprehensor simul, optime de ipsius anima infertur, quòd vtraque illius potentia reducta est ad actum. Aduerte secundo, quòd ideo essentiæ diuinæ cognitio excepta est, quia non cognoscitur naturaliter, nec per reuelationem. Et intellige, reuelationis nomine quemcumque influxum speciei cuiuscunque intelligibilis, & per cognitionem diuinæ essentiæ, nõ quamcumque cognitionem, sed visionem illius. Nouit siquidem anima Christi per scientiam inditam, diuinam

72 Inf. q. 12. arti 1. c. & ad 3. Et 3 di. 14. ar. 3. q. 1. & q. 4. cor. & q. 5. ad 2. Et ver. q. 20. a. 6. Et opus. 3. c. 213.

* Ex his. rex. 3. 18. & 39. tomo 2.

QVAEST. XI.

Et circa hoc quæruntur sex.

¶ Primo, Vtrum secundum hanc scientiam Christus sciat omnia. 19
¶ Secundo, Vtrum hac scientia vti potuerit non conuertendo se ad phantasmata.
¶ Tertio, Vtrum hæc scientia fuerit collativa.
¶ Quarto, de comparatione huius scientiæ ad scientiam angelicam.
¶ Quinto, Vtrum fuerit scientia habitualis. 20
¶ Sexto, Vtrum fuerit distincta per diuersos habitus.

ARTICVLVS I.

Vtrum secundum scientiam inditam vel infusam Christus omnia sciat. 30

AD primum sic proceditur quòd secundum hanc scientiam Christus non cognouerit omnia. Hęc enim scientia indita est Christo, ad perfectionem possibilis intellectus eius: sed intellectus possibilis animæ humanæ nõ videtur esse in potentia ad omnia simpliciter, sed ad illa sola, in quæ potest reduci in actum per intellectum agentem, qui est proprium actiuum ipsius, quæ quidem sunt cognoscibilia secundum rationem naturalem. Ergo secundum hanc scientiam non cognouit Christus ea, quæ naturaliem rationem excedunt. 40

¶ 2 Præt. Phantasmata se habent ad intellectum humanum sicut colores ad visum, vt dicitur 3. de anima: * sed non pertinet ad perfectionem visiuæ potentiæ cognoscere ea, quæ sunt omnino absque colore. ergo neque ad perfectionem intellectus humani pertinet cognoscere ea, quorum non possunt esse phantasmata, sicut sunt substantiæ separatæ. Sic ergo cum huiusmodi scientia fuerit in Christo ad perfectionem animæ intellectiuæ ipsius, videtur quod per huiusmodi scientiam non cognouerit substantias separatas. 50 60

¶ 3 Præt. Ad perfectionem intellectus non pertinet cognoscere singularia. Videtur ergo quod per huiusmodi scientiam anima Christi singularia non cognouerit. 70

¶ SED CONTRA est, quod dicitur Isa. 11. quo[d] repleuit eum Spiritus sapientiæ & intellectus, scientiæ & consilij: sub quibus comprehenduntur omnia cognoscibilia: nam ad sapientiam pertinet cognitio omnium diuinorum: ad intellectum autem pertinet cognitio omnium immaterialium: ad scientiam autem pertinet cognitio omnium conclusionum: ad consilium autem cognitio omnium 80

agibilium. Ergo videtur quod Christus secundum scientiam inditam sibi per Spiritum sanctum habuerit omniũ cognitionem.

¶ RESPONDEO Dicendum, q̃ sicut prius dictum est *, conueniens fuit vt anima Christo omnino esset perfecta per hoc quod omnis eius potentialitas sit reducta ad actum. Est autem considerandum, quod in anima humana, sicut in qualibet creatura, consideratur duplex potentia passiua: vna quidem, per comparationem ad agens naturale: alia vero per comparationem ad agens primum, quod potest quamlibet creaturam reducere in actum aliquem altiorem actu, in quem reducitur per agens naturale: & hæc consueuit vocari potentia obedientiæ in creatura. Vtraque autem potentia animæ Christi fuit reducta in actum, secundum hanc scientiam diuinitus inditam. Et ideo secundum eam anima Christi, primo quidem cognouit quæcumque ab homine cognosci possunt per virtutem luminis intellectus agentis: sicut sunt quæcumque pertinent ad scientias humanas. Secundo vero per hanc scientiam cognouit Christus omnia illa, quæ per reuelationem diuinam hominibus innotescunt, siue pertineant ad donum sapientiæ, siue ad donum prophetiæ, siue ad quodcumque donum Spiritus sancti. Omnia enim ista abundantius, & plenius cæteris cognouit anima Christi: ipsam tamen Dei essentiam per hanc scientiam non cognouit, sed solum per primam, de qua supra dictum est *.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ ratio illa procedit de potentia naturali animæ intellectiuæ, quæ. s. est per comparationem ad agens naturale, quod est intellectus agens.

¶ Ad secundum dicendum, quòd humana anima in statu huius vitæ, quo quodammodo est ad corpus obligata, vt sine phantasmate [d] intelligere non possit, non potest intelligere substantias separatas. Sed post statum huius vitæ, anima separata poterit aliqua liter substantias separatas per seipsas cognoscere, vt in 1. parte dictum est *. Et hoc præcipuè manifestum est, circa animas beatorum. Christus autem ante passionem non solum fuit viator, sed etiam comprehensor: vnde anima eius poterat cognoscere substantias separatas per modum, quo cognoscit anima separata.

¶ Ad tertium dicendum, quod cognitio singularium non pertinet ad perfectionem animæ intellectiuę secundum cognitionem speculatiuam: pertinet tamen ad perfectionem eius secũdum cognitionem practicam, quæ non perficitur absque cognitione singularium in quibus est operatio, vt dicitur in 6. Eth. * Vnde ad prudentiam requiritur memoria præteritorum, cognitio præ-

naturam multo magis, quàm quicumque philosophus, immo quàm anima separata, immo quam angeli naturali cognitione, quoniam clara reuelatione nouit Deum esse trinum in personis, & alia huiusmodi spectantia ad gratiæ ordinẽ, quæ angelorum naturalem cognitionem excedunt. Sed quia per eam non videbat diuinam essentiam, quam per scientiam beatam videbat, ideo excepta est cognitio diuinæ essentiæ a scientia indita. Sola autem essentia diuina excepta est, quia reliqua omnia aut ad naturalem, aut ad reuelatam cognitionem spectant, cum etiã angeli ipsi per reuelationem, hoc est per infusas species, ab anima nostra separata cognoscantur.

¶ In responsione ad secundum eiusdem articu. nota primo, quòd cum dicitur animam separatam cognoscere substantias separatas per seipsas, non est sensus, quòd intelliganꝫ tur per proprias substantias vt species intelligibiles ab anima separata sed est sensus, quod per seipsas, hoc est per proprias species intelligibiles & non per species rerum sensibilium (vt modo fit) intelligentur: sicut color dicitur videri per seipsum, quando per propriam speciem videtur. Patet autem hunc esse sensum intentum ex hoc, quòd ad primam partem se remittit vbi in 2. 2 q. 89. de terminatum est, animam separatam cognoscere substantias separatas, per species diuinitus sibi influxas.

¶ Nota secundo, quòd cum de anima Christi dicitur quòd cognouit substantias separata per modum, quo cognoscit illas anima separata, communicatio hæc in modo cognoscẽdi intel-

Q. 9. 2 a.

D. 19.

P. p. 89. art. 1.

* Li. 6. c. 7. circa fi. co. 5.

intelligitur solum quo ad substantialitatem modi cognoscendi, & non quo ad perfectionem, hoc est, q̃ anima Christi communicat cum anima separata in hoc, quòd vtraque cognoscit substantias separatas per species influxas a Deo: sed anima Christi tali modo cognoscens, perfecte & distincte cognoscit substantias separatas, vt in 4. ar. infra patet: anima vero separata imperfecte nouit substantias separatas, vt in prima parte patet. Et propterea in litera hac dicitur, quòd anima separata aliqualiter nouit substantias separatas, & non dicitur absolute, quòd nouit illas. 10

¶ In responsione ad tertium, circa cognitione singularium omnium, triplex dubium occurrit. Primum ex Scoto in 3. senten. dist. 14. q. 3. vbi infert q̃ si in Christo ponitur cognitio abstractiua omnium singularium, concedendum est, cuiuslibet singularis esse propriam speciem in intellectu Christi, & consequenter duo alia, hoc est, & plures species eiusdem speciei simul in eodem, & infinitas species infinitorum singularium possibilium.

¶ Secundum dubium est etiam ex Scoto, ibidem probãte, quòd in Christo non fuit cognitio intuitiua per species infusas omnium singularium quæ sunt, fuerunt, & erunt tum, quia species infusa repræsentat obiectum, vt abstrahit ab actuali existentia, quia eodem modo repræsentat obiectum, siue existat, siue non existat, ac per hoc non est ratio cognoscendi existens, vt existens, tum, quia veritates cognoscibiles cognitione intuitiua, sunt veritates contingentes, quæ non possunt cognosci per quascumque species innatas, quia ex cognitione terminorum contingentium non potest cognosci veritas complexorum contingentium de illis terminis, quia illarum complexionum veritas non includitur in illis terminis, quemadmodum veritas necessaria complexionis scibilis clauditur in extremis.

¶ Tertium dubium est, quia ex ratione literæ male videtur concludi in anima Christi per scientiam infusam notitia omnium singularium, quia ex plenitudine prudentiæ in anima Christi non habetur cognitio omnium singularium, sed agibilium tantum, cum prudentia sit ratio agibilium, extra agibilia autem sunt & singularia factibilia (quæ spectant ad artem) & singularia nec agibilia nec factibilia, vt singularia speculabilium, vt sunt singularia arenæ, seminum, animalium, & huiusmodi.

¶ Ad euidentiam horum sciendum est, quòd species intelligibiles infusæ non per accidens, sed ex suo genere, non solum sunt alterius rationis a speciebus acquisitis, quia habent aliud obiectum formale (vt contingit inter species innatas angelis, & acquisitas a nobis) sed sunt longe alterius ac altioris ordinis, quia sic sunt similitudines naturæ, puta, leoninæ, quod repræsentant ea, in quacumque dispositione accidentali subsit, ita q̃ per vnam speciem potest intellectus cognoscere quidditatiue leonem & omnia eius individua, secundum individuales conditiones, & intueri leones omnes actu existentes. Nec hoc est mirabile, ita quòd sit incredibile: sed ratione cessilium, quia scilicet, huiusmodi species sunt exemplatæ a diuina essentia, quæ vna existens est similitudo, ita cuiusque propria, vt nihil in quocumque prætermittatur irrepræsentatum distinctissime. Si enim hoc de facto fatemur inueniri in diuina essentia respectu omnium, cur non possibile fatemur, in multis illius participationibus inueniri, quòd quælibet earum repræsentat aliquam vnam naturam cum suis quomodolibet accidentibus, vt quod vnite præhabetur in essentia diuina super omnes ordines diuisim, participetur in aliquibus speciebus spectantibus ad supremum ordinem cognoscitiuorum, quales, sunt substantiæ separatæ & animæ supernaturali lumine illustratæ.

¶ Vnde ad primum dubium respondetur, negando illationem primam, & dicendo quòd vna species superioris ordinis seu influxa ex suo genere, potest sufficere ad notitiam abstractiuam hoc est quidditatiuam tam speciei, quàm singularis, vt singulare est, nec oportet multiplicare species illas iuxta numerum singularium. Reliquæ autem consequentiæ, quia istam primam supponunt, manifeste ruunt.

¶ Ad secundum vero dubium dicitur, quòd quia Christi animæ attribuenda est scientia infusa absque diminutione, ideo assendum est, Christum notitia intuitiua infusa vidisse omnia indiuidua, vt in hac litera dicitur.

¶ Et ad primam obiectionem respondetur, quòd falsum est, speciem infusam ex suo genere, abstrahere necessario ab actuali existentia: nam talis species potest repræsentare naturam, puta leoninã, secundum omnia prædicata quidditatiua, & secundum individuales conditiones & existentias quas habet, ac coniunctain ea accidentia, vt pote exemplata a diuina essentia, vt exemplari talis naturæ sic & sic individuatæ, ac existentis, & qualificatæ ac quantificatæ. Ad probationem vero, quia siue existat siue non, eodem modo repræsentat, respondetur quòd repræsentare eodem modo contingit dupliciter, vel ex parte repræsentati, & sic falsum est quòd eodem modo repræsentet leonem, siue existat, siue non, quia existente leone repræsentatur existens: non existente autem, non repræsentatur existens. Vel ex parte repræsentantis, & sic verum est quòd eodem modo repræsentat: non enim mutatio fit in specie illa per hoc q̃ repræsentat naturam leoninam in hoc nunc de nouo existentem, sed eodem modo se habet ex parte sui: verum ipsa natura leonina in re mutationem patitur. Et breuiter ita respondetur de istis speciebus in anima Christi sicut de essentia diuina, vt repræsentat hæc eadem, de qua constat q̃ repræsentat eodem modo, ex parte repræsentantis, diuersimode autem ex parte repræsentati. Et per hæc patet responsio ad secundam obiectionem, quia supponit hoc falsum, scilicet quod species istæ sint species adæquatæ terminis incomplexis. Nos autem dicimus, quòd species istæ quæ in anima Christi sunt, sunt adeo altioris ordinis, vt imitentur diuinam essentiam, vt repræsentantem veritatem contingentium & non solum vt repræsentantem naturam quamlibet secundum se. Et propterea anima Christi intuitiue, perfecte per illas videt præterita, præsentia, & futura.

¶ Ad tertium dubium notandum est, quantum seipso doctior fuerit Auctor hic, quoniam in 3 senten. distin. 14. q. 1. arti. 3. q. 1. & in q. de veri. q. 20. art. 6. modificans infusam Christo scientiam, eximit ab ea non solum diuinam essentiam, sed singularia, vt cogitationes cordium, quia non pertinent hæc ad perfectione humani intellectus, tam secundum naturæ, quàm gratiæ statum. Hic autem perspicacius discernens intellectus practici perfectionem a perfectione intellectus speculatiui humani, probat per hanc scientiam animam Christi nosse omnia singularia præterita, præsentia, & futura: quia pertinent ad perfectionem intellectus practici. Et vere sic est, non solum de cogitationibus hominum, sed de omnibus singularibus, quia omnia subiecta sunt prouidentiæ Christi in quantum homo, vt patet ex auctoritate Apostoli ad Hebræ. 2. & ipsius domini. Matthæ. vltim. Data est mihi omnis potestas in cælo, & in terra. Ex plenitudine igitur prudentiæ, non solum monasticæ, sed politicæ, immo regalis, immo monarchiæ totius vniuersi (cuius prudentiæ constat partem esse prouidentiam) recte concluditur ad perfectionem intellectus practici humani in Christo, etsi non in aliis hominibus, spectare cognitionẽ omnium singularium quæ sunt subiecta prouidentiæ suæ. Constat autem ex 1. ad Corinth. 15. Quod omnia sunt Christo homini subiecta, præter eum, qui subiecit sibi omnia. ergo sola essentiæ diuinæ visione excepta, anima Christi per scientiam infusam scit quæcumque scit Deus scientia visionis. Et per hæc clare patet responsio ad obiecta.

ARTICVLVS II.

Vtrum Christus hac scientia vti potuerit, non conuertendo se ad phantasmata.

AD secundum sic proceditur. Videtur quòd anima Christi non potuerit intelligere secundum hanc scientiam, nisi conuertendo se ad phã 30

73 Inf. ar. 4. fi. & q. 34 ar. 2. ad 3 & 3. di. 1. q. 1. a. 2. ad 2. & di. 14. a. 3 q. 2. & 3. c. & ver. q. 20. art. 4. ad 1.

tasmata: quia, vt dicitur 3. de Anima, phantasmata comparantur ad animam intellectiuam humanam, sicut colores ad visum: sed potentia visiua Christi non potuit exire in actum, nisi conuertendo se ad colores. ergo etiam neque anima intellectiua eius potuit aliquid intelligere, nisi conuertendo se ad phantasmata. 20

¶ 2 Præt. Anima Christi est eiusdem naturæ cum animabus nostris, alioquin ipse non esset eiusdem speciei nobiscum, contra id quod Apost. dicit Phil. 2. quòd est in simililudinem hominum factus: sed anima nostra non potest intelligere, nisi conuertendo se ad phantasmata, ergo etiam neque anima Christi.

¶ 3 Præt. Sensus dati sunt homini, vt deseruiant intellectui. Stigitur ex parte repræsentati, & sic falsum est quòd eodem modo repræsentet leonem, siue existat, siue non, quia existente leone repræsentatur existens: non existente autem, non repræsentatur existens. Vel ex parte repræsentantis, & sic verum est quòd eodem modo repræsentat: non enim mutatio fit in specie illa per hoc q̃ repræsentat naturam leoninam in hoc nunc de nouo existentem, sed eodem modo se habet ex parte sui: verum ipsa natura leonina in re mutationem patitur. Et breuiter ita respondetur de istis speciebus in anima Christi sicut de essentia diuina, vt repræsentat hæc eadem, de qua constat q̃ repræsentat eodem modo, ex parte repræsentantis, diuersimode autem ex parte repræsentati. Et per hæc patet responsio ad secundam obiectionem, quia supponit hoc falsum, scilicet quod species istæ sint species adæquatæ terminis incomplexis. Nos autem dicimus, quòd species istæ quæ in anima Christi sunt, sunt adeo altioris ordinis, vt imitentur diuinam essentiam, vt repræsentantem veritatem contingentium & non solum vt repræsentantem naturam quamlibet secundum se. Et propterea anima Christi intuitiue, perfecte per illas videt præterita, præsentia, & futura.

¶ Ad tertium dubium notandum est, quantum seipso doctior fuerit Auctor hic, quoniam in 3 senten. distin. 14. q. 1. arti. 3. q. 1. & in q. de veri. q. 20. art. 6. modificans infusam Christo scientiam, eximit ab ea non solum diuinam essentiam, sed singularia, vt cogitationes cordium, quia non pertinent hæc ad perfectione humani intellectus, tam secundum naturæ, quàm gratiæ statum. Hic autem perspicacius discernens intellectus practici perfectionem a perfectione intellectus speculatiui humani, probat per hanc scientiam animam Christi nosse omnia singularia præterita, præsentia, & futura: quia pertinent ad perfectionem intellectus practici. Et vere sic est, non solum de cogitationibus hominum, sed de omnibus singularibus, quia omnia subiecta sunt prouidentiæ Christi in quantum homo, vt patet ex auctoritate Apostoli ad Hebræ. 2. & ipsius domini. Matthæ. vltim. Data est mihi omnis potestas in cælo, & in terra. Ex plenitudine igitur prudentiæ, non solum monasticæ, sed politicæ, immo regalis, immo monarchiæ totius vniuersi (cuius prudentiæ constat partem esse prouidentiam) recte concluditur ad perfectionem intellectus practici humani in Christo, etsi non in aliis hominibus, spectare cognitionẽ omnium singularium quæ sunt subiecta prouidentiæ suæ. Constat autem ex 1. ad Corinth. 15. Quod omnia sunt Christo homini subiecta, præter eum, qui subiecit sibi omnia. ergo sola essentiæ diuinæ visione excepta, anima Christi per scientiam infusam scit quæcumque scit Deus scientia visionis. Et per hæc clare patet responsio ad obiecta.

¶ Super Quæstionis vndecimæ, Articulum secundum.

TItulus clarus est.

¶ In corpore vnica est conclusio. Anima Christi secundum scientiam infusam poterat intelligere absque conuersione ad phantasmata.

Universidad de Deusto
Biblioteca

phantasmata. Probatur. Conditio animæ comprehensoris est, vt nullo modo subdatur suo corpori, aut ab eo dependeat. ergo animæ beatæ ante & post resurrectionem intelligere possunt absque conuersione ad phantasmata. ergo anima Christi potuit intelligere absque conuersione ad phantasmata. Antecedens manifestatur, quia post resurrectionem, ex anima redundabit gloria ad corpus. Et prima consequentia probatur: quia indigere conuersione ad phantasmata, est ex hoc, q̃ anima est corpori obligata, & quodammodo ei subiecta, & ab eo dependens. secunda vero consequentia probatur: quia Christus ante passionem fuit simul viator & cõprehensor, comprehensor præcipuè ex parte animæ intellectiuæ, viator ex parte corporis.

¶ Circa efficaciã istius processus, dubium ſtatim occurrit: quia concesso toto, non infertur propositæ quæstionis intenta conclusio. Nam conclusio inferenda est, quòd anima Christi potest absque conuersione ad phantasmata intelligere secundum scientiam infusam: in littera autem infertur nõ dicta conclusio, sed absolutè, q̃ absque cõuersione ad phãtasmata ab a Christi potuit intelligere.

¶ Ad hoc dicitur, q̃ Auctor solicitus fuit non circa verba, sed circa illud, in quo consistit difficultas. Conuertẽtibus autem duobus simul ad propositam quæstionẽ, potentis intellectiui, & habitu scientiæ infusæ, & cum ex parte scientiæ sui generis infusæ, nulla habeatur ratio vt culi ad phantasmata, quin potius ex hac parte habetur efficatio supra phantasmata, restat vt tota difficultas ex parte intellectus, qui naturaliter necessitudinẽ denunctius, experitur phantasmatibus se teneat, an scilicet naturale vinculum inter intellectum humanum & phantasmata efficiat, vt non possit etiam infusa vti scientia, nisi conuertendo se ad phantasmata. Et ideo difficultatis huius veritate aperta, monstrando quòd intellectus cõprehensorum, ac per hoc animæ Christi, non obligatur ad phantasmata, pro constanti & claro dimittitur est quid dicendum sit ad quæsitum, scilicet quòd potuit secundum infusam scientiam Christi anima intelligere absque conuersione ad phantasmata.

¶ In eodem processu dubium occurrit ex Duran. in 3. senten. distin. 14. q. 2. tenente oppositam conclusionem, hoc est, quòd Christus indigebat conuersione ad phantasmata in vsu scientiæ infusæ. Et ratio eius est, quia scientia infusa erat perfectio animæ Christi, secundum quòd erat viator: naturalis autem conditio viatoris est indigentia phantasmatum ad vsum scientiæ. Sed hæc ratio facile apparet infirma ac voluntaria: quoniam scientia infusa est perfectio animæ Christi, aut absolute, aut secundum quòd nata est communicare cum angelis in habendo scientiam infusam, quod constat conuenire animæ humanæ non in via, sed in termino, in statu f. separationis. Vtro autem modo sit, liquet q̃ non est perfectio Christi, inquantum erat viator. Et quoniam erat simul viator & comprehensor, ex littera hac habes rationem, quare magis vsus huius scientiæ sequitur conditiones comprehensoris, quàm viatoris: quia s. in Christo hæc inuenitur differentia, q̃ conditiones viatoris habuit ex parte corporis, conditiones vero comprehensoris habuit maxime ex parte animæ intellectiuæ, ad quã contingit spectare scientiam infusam. Falsum est ergo, scientiam infusam esse perfectionem animæ Christi, inquãtum viator erat, cũ ratio ducat ad oppositum.

¶ In responsione ad primum circa illud verbum, Finis potentiæ intellectiuæ est cognoscere species intelligibiles, caute istorum sumuntur hic species intelligibiles vt species intelligibiles, hoc est, vt repræsentatiuæ sunt, hoc est secundũ repræsentata per illas, & non secundum q̃ sunt finales res quædam: sic. n. ad repugnantorũ ordinem spectant. finis. n. intellectiuæ potentiæ est intelligere res intelligibiles, quæ nõ nisi per species intelligibiles aut earum vices seu locũ tenentes repræsentantur. Quo circa differentia in littera posita inter phantasmata & species intelligibiles: hoc q̃ non illa sed istas cognoscere est finis intellectus, intelligitur etiam lumẽ do verace; in repræsentando. Phantasmata. n. sunt: singularium species autem quidditatum. Finis autem intellectus nostri est, nosse quod quid est, vt ꝓte proprium obiectum, & non esse materialis singularia, quorum tantum sunt phantasmata, quæ non nisi reflexione, aut extensione attinguntur ab intellectu.

¶ Ad secundum dicendum, quòd licet anima Christi fuerit eiusdem naturæ cum animabus nostris: habuit tamen aliquem statum, quem animæ nostræ non habent nunc in re, sed solum in spe, scilicet statum comprehensionis.

¶ Ad tertium dicendum, quod licet anima Christi potuerit intelligere, nõ conuertendo se ad phantasmata: poterat tamen intelligere, se ad phantasmata conuertendo: & ideo sensus non fuerunt frustra in ipsa, præsertim cum sensus non dentur homini solum ad scientiam intellectiuam, sed etiam ad necessitatem vitæ animalis.

ARTICVLVS III.

Vtrum hæc scientia fuerit collatiua.

AD tertium sic proceditur. Videtur q̃ anima Christi hanc scientiam non habuerit per modum collationis. Dicit enim Damasc. in 3. li. * In Christo non dicimus consilium, neque electionem. Non autem remouetur hæc à Christo, nisi inquantum important collationem & discursum. ergo videtur q̃ in Christo non fuerit scientia collatiua vel discursiua.

¶ 2 Præt. Homo indiget collatione & discursu rationis, ad inquirenda ea, igitur similitudo, quantum ad hoc, ad quod aspicit vtraque potentia: non autem quantum ad hoc, in quod vtriusque potentiæ conditio terminatur. Nihil autem prohibet, secundum diuersos status ex diuersis rem aliquam ad suum finẽ tendere: finis tamen prius alicuius rei semper est vnus: & ideo licet visus nihil cognoscat absq; colore, intellectus tamen secundum aliquem statũ potest cognoscere absque phantasmate, sed non absque specie intelligibili.

¶ 3 Præt. Scientia animæ Christi se habuit per modum comprehẽsorum, qui angelis conformantur, vt dicitur Matth. 22. sed in angelis non est scientia discursiua, seu collatiua, vt patet per Dio. * 7. c. de di. no. ergo nec etiã in anima Christi fuit scientia discursiua seu collatiua.

¶ Sed contra est, quòd Christus habuit animam rationalem, vt supra habitum est. * Propria autem operatio animæ rationalis est conferre & discurrere de vno in aliud. ergo in Christo fuit scientia discursiua vel collatiua.

¶ Respondeo Dicendum, q̃ aliqua scientia potest esse discursiua vel collatiua dupliciter. Vno modo, quantum ad scientiæ acquisitionem, sicut accidit in nobis, qui procedimus ad cognoscendum vnum per aliud, sicut effectus per causas, vel econuerso. Et hoc modo scientia animæ Christi non fuit discursiua vel collatiua: quia hæc scientia, de qua nunc loquimur, fuit sibi diuinitus indita, non per inuestigationem rationis acquisita. Alio modo, potest dici aliqua scientia discursiua vel collatiua, quantum ad vsum: sicut interdum scientes, ex causis concludunt effectus, non vt de nouo addiscant, sed vt ꝓ tẽ vti scientia, quam iam habent. Et hoc modo scientia animæ Christi poterat esse collatiua & discursiua: poterat enim ex vno aliud concludere, sicut sibi placebat. Sicut Matth. 17. cum Dominus quæsisset à Petro, à quibus reges terræ tributum acciperent, à filijs suis, an ab alienis, Petro respondente, quòd ab alienis, conclusit, ergo liberi sunt filij.

¶ Ad primum ergo dicendum, q̃ à Christo excluditur consilium, quod est cum dubitatione, & per consequens electio, quæ in sui ratione tale cõsilium includit. Non autem à Christo excluditur vsus consiliandi.

¶ Ad secundum dicendum, quòd ratio illa procedit de discursu & collatione, prout ordinantur ad scientiam acquirendam.

¶ Ad tertium dicẽdum, quòd beatitudo

¶ Super

¶ *Super Quæstionis XI. Articulum quartum.*

TItulus clarus.

¶ In corpore articuli est vnica distinctio bimembris, cum singulis conclusionibus. Distinctio est: Scientia indita animæ Christi potest dupliciter confiderari: primo secundum id, quod habuit ex causa influente: secundo secundum id quod habuit ex subiecto recipiente. Prima conclusio est. Scientia indita animæ Christi est multo excellentior scientia angelorum, quãtum ad id, quod se tenet ex parte Dei influentis, quo ad duo, hoc est multitudinem cognitorum, & certitudinem cognitionis. Probatur, quia lumen spiritualis gratiæ inditum animę Christi est multo excellentius, quàm lumen naturaliter inditum naturę angelicæ. Secunda conclusio est. Sciẽtia indita animæ Christi quantum ad id quod se tenet ex parte subiecti recipientis, est infra scientiam angelicam. Manifestatur, quia modus cognoscẽdi naturalis animæ humanæ est inferior angelico, vt patet ex collatione, & discursu, & phantasmate.

¶ Nota hic, quòd formalis differentia inter has duas conditiones scientiæ infusæ animæ Christi, consistit in diuersitate eius, q̃ se tenet ex parte gratuiti influxus, & eius quod se tenet ex parte subiecti. Et primus quidem effectus gratuiti influxus videtur lumen gratiose inditum animæ Christi, quòd extendens se, & ad tot & ad tam excellẽs certitudinem parit duos hos effectus, hoc est quòd anima Christi per infusam scientiã multo plura cognoscit, quàm angeli (quia scit omnia creata, quæ quandoque sunt) & certius scit etiam illa, quorum cognitio communis est sibi & angelis. Primum autem consequens subiectum recipiens, est modus recipiendi scientiam, quia scilicet recipit illam diuinitus, per species minus vniuersales, quàm sint species angelicæ: hoc enim ex parte subiecti se tenet, vt in artic. 6. huius q. patet, & hic effectus ꝛc defectus est essentialis scientiæ infusæ. Alij autem effectus, scilicet conferre, discurrere &c. sunt accidentales; quia possunt adesse & abesse huic scientiæ, & eius vsui. Verum, quia manifestiores sunt isti, & ille seruabatur 6. articu, (vbi ex proposito tractandus erat, tamquam proprias habens dificultates) ideo Auctor horum in litera hæc meminit, non tamquam in his consisteret essentialis differentia, sed tanquam in illis sat esset manifestare defectum scientiæ infusæ ex parte subiecti. Et potes hos effectus collationes, discursus & phantasma tum eleuare, & dicere, licet actualiter discursu aut phantasmate vti sit accidentale scientiæ infusæ, at tamen scientia infusa animæ Christi ex hoc ipso, q̃ apta nata est compati in suo vsu discursum ad phantasmata, manifestatur a posteriori essentialiter consequente, inferiorem scientia angelica, quæ nec discursum, nec phantasma patitur suo admisceri vsui. Et quòd Auctor ab essentiali proprietate in 2. ar. ia manifestata, declarauit intentum hic, a notioribus tradẽs doctrinam, reseruans proprio loco essentialem differentiam de patria, clariatate speciei rum.

¶ Circa doctrinam prædictam el sent duo dubia ex Sco. in 3. sent. dist. 14. q. 4. Alterum de perfectione seu nobilitate speciei tum infusa tum animæ Christi: sed quoniam Auctor ad sextum hoc dif fert articulũ, ideo ill. c tractãdum re seruetur. Alterum de actualis ac intuitiuæ cognitionis pfectione, quã anima Christi habuit in proprio ge nere, quod hic tra ctandum est. Tenet siquidẽ, quòd anima Christi imperfectius quo cumque angelo intuitiue cognouerit in proprio genere q̃ quid intueri vteque datum est. Et ratio sua est: quia obiectum idem respectu vtriusque, & intellectus animæ Christi est imperfectior, quàm intellectus angeli. Reprimenda vox, ponens os in cælum: sed quia ex errore in principiis procedit, exsuanda venit: prouenit enim hic error ex illo falso principio, Notitia intuitiua in proprio genere non est per speciem, & rursus, Ad huiusmodi notitiam concurrit solus intellectus cum obiecto. Primum enim iam ex dictis patet esse falsum, secundum vero ex requisito lumine infuso ad cognitionem supernaturalem rerum in proprio gẽnere, arguitur falsitatis. Et potes tu ex hoc lapsu arguere principia hæc esse falsa, vtpote deducentia ad infandam de Christi anima sententiam: est namque secundum gratuita dona animæ intellectiuæ, non minoratus ab angelis, sed super omnes angelos subhmatus, cum non nisi paulominus, hoc est, secundum corporis passionem, vt exponit Apostolus ad Hebr. fuerit minoratus

75 Sup. q. 10 ar. 4. & if. a. 6 ad 1. & q. 34 a. 4. c. & q. 59. a. 6. c. Et 3 di. 14 ar. 1. q. 2. ad 1. & a. 2. q. 2. ca. & ar. 3. q. 2. c. Et vo ri. q. 20. ar. 3. & ar. 4. & 6 cap. Et op. 3. ca. 123.

D. 141. & 186.

*Q. præc. arti. 2.

*Ca. 7 in ter prin. & med.

¶. 5. ar. 3.

D. 190.

D. 185.

D. 752.

3 diffic. ar. 3. & 4. Et vers. quantu. 3 ar. 3. q. 10 ar. 14. quæst. 2. fin. & 2. c. a.

Universidad de Deusto
Biblioteca

norátus ab angelis. Cognoscit ergo anima Christi tam abstractiue, quàm intuitiue per infusas species in proprio genere res longe perfectius, quàm quicumque angeli, & hoc excellentiori lumine gratuito sibi collato, quam sit lumen naturale angelorum, vt in litera dicitur.

¶ *Super Quæstionis vndecimæ, Articulum quintum.*

TItulus clarus est.

¶ In corpore articuli vnica est cõclusio. Scientia indita animæ Christi fuit habitualis. Probatur. Modus sciẽtiæ inditę animæ Christi fuit cõueniens subiecto recipienti. ergo scientia indita animæ Christi fuit habitualis. Antecedẽs probatur: quia receptum est in recipiente per modum recipientis. Consequentia vero probatur: quia modus connaturalis animæ humanę est, vt recipiat sciẽtiam per modum habitus. Probatur hoc. Modus connaturalis animæ humanæ est, vt quandoque sit intelligens actu & quandoque in potentia. ergo modus connaturalis eiusdem est, vt quandoque sit in habitu, quia medium inter puram potẽtiam & actum completum est habitus, & medium est eiusdem generis cum extremis, hoc est si extrema sunt naturalia, medium est naturale, & si extrema sunt connaturalia, medium est connaturale: hoc enim ad identitatem generis spectat: quia pones vnitatem subiecti communis extremis & medio attenditur genus. Et sicut est naturalis via inter extrema per mediũ, ita oportet esse connaturalem viam per medium in illo, cui vtrumque extremum est vicissim connaturale, alioquin transitus de connaturali extremo ad aliud connaturale extremum non esset connaturalis, aut sine medio, extremis non habentibus medium, quorum vtrumque a naturæ ordine exorbitat.

76 3. dist. 14. ar. 1. q. 2. & 3. Et ver. q. 20 ar. 2. *q. 9. a. 1.

¶ In resp̃sione ad primum aduerte, q̃ ideo cognitio animæ Christi, qua videt verbum, dicitur perfectissima simpliciter: quia scientia indita animæ Christi, fuit multo excellentior, quam angelorum scientia, & quantum ad multitudinem cognitorum, & quantum ad scientiæ certitudinem: quia lumen spiritualis gratiæ, quod est inditum animæ Christi, est multo excellentius, quam lumen, quod pertinet ad naturam angelicam. Quãtum autem ad secundum, scientia indita animæ Christi, est infra scientiam angelicam scilicet quantum ad modum cognoscendi, qui est naturalis animæ humanæ, qui scilicet est per conuersionem ad phantasmata, & per collationem & discursum. Et per hoc, patet respõsio ad obiecta.

Articvlvs V.

Vtrum hæc scientia fuerit habitualis.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd in Christo non fuerit habitualis scientia. Dictum est* enim, quòd anima Christi decuit maxima perfectio scientiæ: sed maior est perfectio scientiæ existentis in actu, quam existentis in potentia vel habitu. ergo conueniens fuisse videtur, quòd omnia sciret in actu: non ergo habuit habitualem scientiam.

¶ 2 Præt. Cum habitus ordinetur ad actum, frustra videtur esse habitualis scientia, quæ numquàm in actu reducitur. Cum autem Christus sciuerit omnia, sicut iam dictum est,* non potuisset actu omnia illa considerare, vnum post aliud cogitando: quia infinita non est enumerando pertransire. Frustra igitur fuisset in eo, quorundam scientia habitualis, quod est inconueniens. Habuit ergo actualem scientiam omnium, quæ sciuit, & non habitualem.

q. 10. ar. 2.

¶ 3 Præterea Scientia habitualis est quædam perfectio scientis: perfectio autem est nobilior perfectibili. Si igitur in anima Christi fuisset aliquis habitus scientiæ creatus, sequeretur quòd aliquid creatum esset nobilius, quàm anima Christi. non igitur in anima Christi fuit scientia habitualis.

¶ SED CONTRA, Scientia Christi de qua nunc loquimur, vnitam negatiue, quam positiue est perfectissima inter omnes creatas cognitiones. Est namque ita perfecta, q̃ nulla est perfectior ipsa, & ipsa est omni alia perfectior, quia non habet parem: scientia autem ipsius infusa dicitur perfectissima, non simpliciter, quia neutro modo est perfectissima, sed in genere, hoc est genere cognitionis rerum in proprio genere. In hoc siquidẽ genere est perfectissima & negatiue, quia nulla sciẽtia in proprio genere inuenitur perfectior illa, quę data est animæ Christi, & positiue, quia ipsi est perfectior qualiber alia scientia in proprio genere inuenta, tam in hominibus, quàm in angelis. Ar. præc.

¶ In respõsione ad secundũ, nota primo, q̃ cum multipliciter potuisset argumento secundo satisfieri, puta ex parte ipsius habitus, dicendo q̃ licet nõ posit tali modo, hoc est numerãdo vnũ post aliud exire in actum cognitionis infinitorum, quæ habitualiter nouit, potest tamẽ exire in actum cognitionis eorundẽ alio modo. s. simul cognoscendo actu quæcumque per vnam speciem repræsentantur, ita q̃ cognitio sit successiua quo ad numerũ specierũ intelligibilium, quæ sunt finitæ, & non quo ad numerum per illas cognitorum, quæ sunt infinita. Nec exigit habitualis cognitio infinitorum, vt possit exire in actũ tali modo, s. numerãdo cognita vnũ post aliud: quoniã non sic est in potentia ad actũ consumandum, sed ad actus inconsumabiles. Maluit tamen Auctor alia via soluere, hoc est ex parte voluntatis, quæ est reductiua habitus de otio in operationẽ, & docere, q̃ quia volũtas indeterminata se hẽt ad infinita, ad hoc deseruit in finitas, habitualiter cognitorũ, vt volũtas ad quodcũque infinitorũ maluerit habitu vtatur q̃ non esset in potestate suas, habitualis cognitio ad infinita se non extenderet. Quo fit, vt non frustra sit infinitas cognitorum habitualiter, licet non omnia actualiter in vsum cognitionis veniant, quia ad hoc est necessaria, vt ad quodcumque maluerit applicari possit habitus pro loco tempore, negotio, fine, & huiusmodi.

¶ Super

¶ *Super Quæstionis XI. Articulum sextum.*

TItulus clarus est. De scientia siquidem infusa quæritur, an sit infusa Christo in vnica specie seu habitu, an in diuersis. Et est ratio dubii, excellentia magnalis scientiæ infusæ animæ Christi

¶ In corpore vnica est conclusio respõsiua quæsito. Scientia indita animæ Christi fuit distincta secundum diuersos habitus. Probatur. Habitus scientiæ diuersificantur in nobis ex diuersitate generis scibilis, sed respectu scientiæ inditæ animæ Christi inuenitur diuersitas generis scibilis. ergo scientia indita animæ Christi distinguitur in diuersos habitus. Maior probatur ex 1. Post. Minor quæ non nisi implicite ex litera habetur, hoc est in sua probatione, probatur in litera sic. Connaturale est animæ humanæ, vt recipiat species in minori vniuersalitate, quam angeli, ita. s. q̃ diuersas naturas specificas per diuersas species intelligibiles cognoscat. Sed scientia indita animæ Christi habuit modum connaturalem animæ humanæ ergo sciẽtia indita animæ Christi est distincta per species intelligibiles secundum diuersitatem naturarum specificarum. Hoc autem nihil aliud est, quã scientiam talem respicere diuersa genera scibilia: nam si diuersificatur secũdum diuersas naturas specificas, multo magis distinguitur sm diuersa genera scibilia, cũ minor sit distinctio per genera scibilia, quã per species naturas: quoniam sub vno genere scibili cõprehẽduntur multæ naturæ specificę, vt patet ex supra dictis.

77 3. dist. 14. ar. 3. q. 3.

p. p. q. 55 art. 3.

2. 2. q. 4. art. 6.

Ar. 4. huius q.

¶ Et scito, q̃ cum hic dicitur species intelligibiles oportere diuersificari secundum diuersas naturas specificas, intelligendum est de naturis proprie, hoc est substantiis, nam per vnam & eandem speciem infusam intelligit anima Christi substantiam & proprietates accidentiaque eius. Rursus, non ita intelligas species intelligibiles infusas de articulari ad naturas specificas, vt præcise repræsentent eas & non principia indiuiduantia, vt faciunt species intelligibiles abstractæ a phantasmatibus, & quales fuerunt species infusæ primo homini: quoniam species infusæ animæ Christi, sunt non per accidens, sed ex suo genere infusæ, & ita ad naturas substantiarum specificans arctantur, vt simul indiuidua earum ostendant distincte, alioquin aut non

Vno modo simpliciter, & sic bonum & ens dicitur substantia, quæ in suo esse & sua bonitate subsistit. Alio modo dicitur ens & bonum secundum quid, & hoc modo dicitur ens & bonum accidens: non quia ipsum habeat esse & bonitatem, sed quia eius subiectum est ens & bonum. Sic igitur scientia habitualis non est simpliciter melior, aut dignior, quàm anima Christi, sed secundum quid, cum tota bonitas habitualis scientiæ cedat in bonitatem subiecti.

Articvlvs VI.

Vtrum hæc scientia fuerit distincta per diuersos habitus.

AD sextum sic proceditur. Videtur, quòd in anima Christi non fuerit nisi vnus habitus scientiæ. Quã to enim scientia est perfectior, tanto est magis vnita: vnde & angeli superiores per formas magis vniuersales cognoscunt, vt in prima parte dictum est:* sed scientia Christi fuit perfectissima. ergo fuit maximè vna. Nõ ergo fuit distincta per plures habitus.

¶ 2 Præt. Fides nostra deriuatur à scientia Christi: vnde dicitur Hebr. 12. Aspicientes in auctorem fidei & consumatorem IESVM: sed vnus est habitus fidei de omnibus credibilibus, vt in 2. parte dictum est.* ergo multo magis in Christo non fuit nisi vnus habitus scientiæ.

¶ 3 Præterea Scientiæ distinguuntur secundum diuersas rationes scibilium: sed anima Christi omnia sciuit secundum vnam rationem, scilicet secundum lumen diuinitus infusum. ergo in Christo fuit tãtum vnus habitus scientiæ.

¶ SED CONTRA est, quòd Zac. 3. dicitur, q̃ super lapidem vnũ, idest, Christum sunt septem oculi: per oculum autem scientia intelligitur. ergo videtur, quòd in Christo fuerint plures habitus scientiæ.

¶ Respondeo Dicendum, quòd sicut dictum est,* scientia indita animæ Christi, habuit modum connaturalem animæ humanæ. Est autẽ connouisset hæc scientia omnia, aut infinitæ species ponerentur: quorum vtrumque esse falsum monstratum est.

¶ Circa hanc doctrinam iunctam respõsioni ad primum dubium superius referuatum ex Sco. in 3. sent. dist. 14. q. vlt. volente, q̃ species intelligibiles infusæ animæ Christi fuerunt perfectissimæ: quia sicut ponitur animæ Christi collata esse gratiam summam possibilem creaturæ, ita probabile est infusas esse sibi species pfectissimas, & nobilissimas, per quas perfectissime nouit habitualiter res cognitione abstractiua.

¶ Ad hoc dicitur q̃ proportionalis similitudo assumpta est falsa. Ad cuius euidentiam sciendum est, q̃ dono gratiæ respondet directe donum gloriæ, & consequẽter sicut aĩæ Christi collata ponitur sũma gratia ita collata est summa gloria, ad quã spectat cognitio beata, & non cognitio infusa de qua est quæst. Vnde, quia cognitio infusa non redderet gratię, consequẽs est, vt male assumpta sit similitudo q̃portionalis, vt sicut ponitur, summã habere gratiã, ita ponendũ est habere summas spẽs infusas. Et si quæratur, cur gratia, gloria, & visio beata nõ modificantur & articulantur iuxta modũ naturalẽ animæ humanę, scientiã aũt infusam modificari ponitur in litera ad naturalẽ modum animæ humanæ, & ió species eius intelligibiles esse minus vniuersales, ac p hoc minus perfectas, quã species angelorum respõdendũ est ex respõsione ad primũ in ar. præ. q̃ visio beata, & hmõi, sunt de ordine connaturaliũ soli diuinæ naturæ, ac per hoc super excedentiũ modũ euiusq̃ naturæ creatę. Et propterea non articulatur aut modificantur ex modo naturali animæ vel angeli. Scientia autem infusa est de ordine connaturalium creaturis scilicet angelis. & animabus nostris in statu separationis, ac per hoc est de ordine proportionatorũ modo humanæ naturæ, & propterea merito ponitur ipsam modificari & de articulari, iuxte connaturalem modum humanæ naturæ, ac per hoc, vt in litera dicitur, ponitur, species ipsius esse minus vniuersales & imperfectiores, quàm sint species angelicæ. Cum qua tamen imperfectione specierum stat, q̃ scientia infusa animæ Christi, quo ad euidentiam, certitudine, multitudinemq; cognitorũ sit perfectior scia angelica, propter excellẽtius lumen, vt prædictum est.

*Li. 1. Poste. text. 43. to. 1. D. 1216.

Ar. 4. huius q.

In corp. arti.

¶ In respõsione ad tertium eiusdem art. 6. nota, q̃ sicut Aristoteles posuit, ad intellectionem nostram concurrere tria. s. obiectum

QVAEST. XII.

De scientia animæ Christi acquisita, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de scientia animæ Christi acquisita, vel experimentali.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctum in sua specie intelligibili, & intellectum possibilem elicié tem intellectio em, & lumen intellectus agentis, quo clarent immediatè principia, & illis mediantibus reliqua (concurrere enim intellectum agentem non solum ad generationem specierū intelligibilium, sed etiam ad faciendam cuidentiam cognitorum ex eo patet, q ipse vt inquit Auerrois in proœmio de anima, est causa primarum propositionum proculdubio quo ad euidentiam & consequenter reliquarum, mediantibus illis primis) ita proportionabiliter auctor ponēs scientiam altioris ordinis in anima humana, posuit speciem altioris ordinis & lumen altioris ordinis, sub quo clare cognoscātur ea, quæ per species infusas representantur. & propterea vt in litera dicitur, illud lumen commune
78 est omnibus reuelatis, sicut lumen intellectus agentis & est medium, sub quo, species autē intelligibilis est medium in quo res repræsentatur.

¶ Super quæstionis duodecimæ, Articul. I.

TItulus clarus est.

¶In corpore articuli vnica est cōclusio respōsiua quæsito: Anima Christi per scientiam acquisitā scivit omnia illa, q possunt per actionē intellectus agētis sciri. Probatur ex proportionali similitudine inter scientiam infusam respectu intellectus possibilis, & acquisitam respectu intellectus agentis: nam sicut illa ponitur propter perfectionem
Q.9. art. 4. potentiæ intellectus possibilis, ita ista propter conuenientiam obiectiuæ actiuæ intellectus agentis. Et ideo sicut illa se extendit ad omnia, ad quæ se extendit possibilis intellectus potentia, ita ista ad omnia, quæ potest intellectus agens facere.

¶In resp̄sione ad primum, & secundum simul dubiū ex Durando in 3. sen. dist. 14 quæst. 3. occurrit, arguendo directè contra vtrumq; resp̄sionem. Primo contra secundam, dicens, q ex visione corporum cœlestium nullus potest comprehendere virtutes eorum, sed potius experientia est. Deinde contra primam dicens, q experientia non præstat scientiam nisi rerum experiarum, & consimilium secundum speciem: quoniam sic ex multis sensibus fit memoria, & inde experimentum, & inde vniuersale, quod est principium artis & scientiæ (vt dicitur in proœmio Meta.): non ergo ex quibusdam expertis Christus venit in notitiam omnium, vt in litera dicitur.

¶Ad primum horum dicitur, q Durandus voluit esse cæcus: nam in litera nō dicitur, q ex sola visione corporali corporū cœ

Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶Primo, Vtrum secundum hanc sciētiam cognouerit omnia.
¶Secundo, Vtrum in hac scientia profecerit.
¶Tertio, Vtrum aliquid ab homine didicerit.
¶Quarto, Vtrum acceperit aliquid ab angelis.

ARTICVLVS I.

Vtrum secundum hanc scientiam Christus cognouerit omnia.

AD primum sic proceditur. Videtur quòd secundum hanc scientiam Christus non omnia cognouerit. Huiusmodi enim scientia per experiētiam acquiritur: sed Christus non omnia expertus est. non igitur omnia secundum scientiam sciuit.

¶2 Præt. Homo scientiam per sensum acquirit: sed non omnia sensibilia sensibus corporalibus Christi fuerunt subiecta. non igitur secundū hāc scientiam omnia cognouit Christus.

¶3 Præt. Quantitas scientiæ attenditur secundum scibile. Si igitur secūdum hanc scientiam Christus omnia sciisset, esset in eo scientia acquisita æqualis scientiæ infusæ, & scientiæ beatæ, quod est inconueniens. non ergo secundum hanc scientiā Christus omnia sciuit.

¶SED CONTRA est, quòd nihil imperfectum fuit in Christo quātum ad animam. Fuisset autem imperfecta hæc eius scientia, si secundum eam non sciuisset omnia: quia imperfectū est, cui potest fieri additio. Ergo secundum hanc scientiam Christus omnia sciuit.

¶ Respondeo Dicendum, quòd scientia acquisita ponitur in anima Christi (vt supra dictum est*) propter conuenientiam intellectus agentis, ne eius actio sit otiosa, quæ facit intelligibilia in actu: sicut & scientia indita vel infusa ponitur in aīa Christi ad perfectionem intellectus possibilis. Sicut autem intellectus possibilis est, quo est omnia fieri, ita intellectus agens est, quo est omnia facere: vt dicitur in 3. de anima. * Et ideo sicut per scientiam inditam sciuit anima Christi omnia illa, ad quæ intellectus possibilis est quocunq; modo in potentia, ita per scientiam acquisitam sciuit omnia illa, quæ possunt sciri per d actionē intellectus agentis.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, q scientia rerum acquiri potest nō solum per experientiam ipsarum, sed etiam per experientiam quarundā aliarum rerum, cum ex virtute luminis intellectus agentis possit homo procedere ad intelligendum effectus per causas, & causas per effectus, & similia per similia, & contraria per cōtraria. Sic igitur licet Christus nō fuerit omnia expertus: ex his tamen, quæ expertus est, in omnium deuenit notitiam.

¶Ad secundum dicendum, q licet sensibus corporalibus Christi non fuerint subiecta omnia sensibilia: fuerūt tamen sensibus eius subiecta aliqua sensibilia, ex quibus propter excellentissimam vim rationis eius potuit in aliorum notitiam deuenire per modum prædictum: * sicut videndo corpora cœlestia, potuit comprehendere eorum virtutes & effectus, quos habent in istis inferioribus, qui eius sensibus non subiacebant. Et eadem ratione ex quibuscunque alijs, in aliorū notitiam deuenire potuit.

¶Ad tertium dicendum, quòd secundum in ista scientiam, anima Christi non simpliciter cognouit omnia: sed illa omnia, quæ per lumen intellectus agentis homini sunt cognoscibilia. Vnde per hanc scientiam non cognouit essentiam substantiarum separatarū, nec etiam singularia præterita, præsentia, & futura, quæ tamen cognouit per scientiam d inditam, vt supra dictum est.

¶Ad secundum autem dicitur, q connexio specierum causarum ad effectum, & huiusmodi, manifestat q experientia in qualibusdam, puta in cal dis generat nō solum scientiam calidorum, sed ex eellenti existente ingenio, ex scientia calidorum generatur scientia frigidorum, & ex his D. 1218. omnibus elementorum & mistorū & ex his ad causas ascenditur superiores. Quo circa, experientiam parere scientiam similium tantum, potest intelligi dupliciter scilicet, vel immediate, & sic est verum: vel quouis modo, & sic est falsum, vt in litera hæc dicitur. Scientia, inquit Auctor, recipit non solum acquiri potest ex experientia ipsarum, sed ex experientia quarundam aliarum. Et ratio assignatur: quia ex virtute luminis potest homo procedere &c.

¶Et sciendo quòd tota diuersitas nostra consistit in cōprehendendo substantiam vnam inferiorem: quoniā illa comprehensa, facile reliquæ cōprehenderentur. Et similiter in cōprehendendo vnū corpus cœleste, vno enim comprehenso, facile omnia comprehenderentur ab excellentissimo ingenio quale fuit illud animæ Christi. Nō est autem impossibile tali ingenio cōprehendere vnū corpus cœleste, & vnum missū perfectum, puta hominem. nō est igitur impossibile, quòd omnia quæ possunt virtute intellectus agentis cognosci cognouerit per inuentionem.

¶At si quis dixerit, sensibus Christi omnia, singularia opportuna ad perfectam per inuentionem scientiam omnium naturali ratione cognoscibilium oblata esse angelorum ministerio supplente, non aberraret: quoniam si (Euangelista testante) esurienti Christo angeli cibum corporalem ministrauerunt, Matth. 4. multo magis rationabile est, vt indigenti Christo spirituali cibo scientiæ acquisitæ ministrauerint angeli singularia opportuna, ex quibus ipse suo ingenio ad inueniret scientiam. Hoc enim nullum inconueniens habet annexum, nec est miraculum voluntarie fictum, sed super simili & minus necessario expresso in Euangelio fundatum, & propterea vt rationabile amplectendum est.

¶Super

¶ Super quæstionis duodecimæ, Articulum secundū.

79
Sup. q. 7. a. 12. ad 3. & inf. art. 3. ad 3. & q. 15 arti. 8. & 3. di. 13. lit. in fi & di. 14 ar. 3. q. 5. & ver. q 20. arti. 6. ad 3. & op. 3. cap. 223. & Io. 1. lec. 22. fi. & Heb. 5.
† Ar. præ.

*lib. 3. ca. 21. Orth. fid. paulo a princip.

† L. i. de in car. Domini fac. ca. 7. med. cpm. 2.

*p. p. q. 14 art. 15. † 3. sen. di. 14. q. 3. ar tic. 3.

ARTICVLVS II.

Vtrum Christus in hac scientia profecerit.

TItulus clarus est.

¶In corpore articuli tria fiunt. Primo, ponitur distinctio bimembris. Duplex est profectus scientiæ, alter secundū ipsius essentiam, alter secundum effectum. Secundo respondetur quæsito, iuxta secundum membrū, Christus profecit secundum effectum in scientia gratia, sicut & ætate. Probatur: quia iuxta ætatis augumentum maiora opera faciebat, q maiorem scientiā & gratiam demonstrabant. Tertio respondetur quæsito iuxta primum membrum, quo ad quadruplicē Christi scientiam, scilicet infusam, beatam, diuinam, & acquisitam. Et de tribus primis quidem negatiue, scilicet quòd Christus non profecit. De acquisita vero recitatur prius aliorum & sua olim opinio, quòd non est augmentata secundum se, sed secundum experientiam, hoc est conuersionem seu applicationem illius ad phantasmata, quæ ex sensibus & experiētijs ab extra venerāt. Deinde repetitur propria nunc opinio, quòd acquisita secundum essentiam aucta fuit: quia inconueniens videtur, deesse Christo aliquam intelligibilem actionem. Vbi nota & modestiam auctoris, q opinantis personam induit, dum ait, inconueniens videtur. & explanatione supra dictorum de operatione intellectus agētis, quòd scilicet de principali illius operatione, cuius primatione otiosus seu frustra posset, fuit sermo.

¶Super quæ fuit dubitatum in corp. art.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd tam scientia infusa animæ Christi, quàm scientia beata, fuit effectus agentis infinitæ virtutis, qui potest simul totum operari, & ita in neutra scientia Christus profecit, sed à principio eam perfectam habuit: sed scientia acquisita causatur ab intellectu agente, qui non simul totum operatur, sed successiuè: & ideo secundum hanc scientiam Christus non à principio sciuit omnia, sed paulatim, & post aliquod tempus, scilicet in perfecta ætate, quod patet ex hoc, quòd Euangelista simul dicit eum profeciſſe scientia & ætate.

¶Ad secundum dicendum, quòd hæc etiam scientia semper fuit perfecta secundum tempus: licet non semper fuerit perfecta simpliciter & secundum naturam: & ideo potuit habere augmentum.

¶Ad tertium dicendum, quòd verbum Damasc.* intelligitur quantum ad illos, qui dicunt simpliciter fuisse factam additionem scientiæ Christi, scilicet secundum quamcumque eius scientiam, & præcipuè secundum infusam, quæ causatur in anima Christi ex vnione ad verbum: non autem intelligitur de augmento scientiæ, quæ ex naturali agente causatur.

*lib. 3. cap. 21.

ARTICVLVS III.

Vtrum Christus aliquid ab homine didicerit.

AD tertium sic proceditur. Videtur quòd Christus aliquid ab hominibus didicerit. Dicitur enim Luc. 2. quòd inuenerunt eum in templo in medio doctorum interrogantem illos & respondentem, interrogare verò & respondere est addiscentis. ergo Christus aliquid didicit ab hominibus.

¶2 Præt. Acquirere scientiam ab homine docente, videtur esse nobilius, quàm acquirere à rebus sensibilibus: quia in anima hominis docentis sunt species intelligibiles in actu, in rebus autem sensibilibus sunt species intelligibiles solum in potentia: sed Christus accipiebat scientiam experimentalem ex rebus sensibilibus, vt dictum est.* ergo multo magis poterat accipere scientiā addiscendo ab hominibus.

¶3 Præt. Christus secundum scientiam experimentalem non omnia à principio sciuit, sed in ea profecit, vt dictum est: * sed quilibet audiens sermonem significatiuū alicuius, potest addiscere quod nescit. ergo Christus potuit ab hominibus aliqua addiscere, quæ secundum hanc scientiam nesciebat.

¶SED CONTRA est, quòd dicitur Isa. 55. Ecce testem populis dedi eum, ducem ac præceptorē gentibus:

¶ Super quæstionis duodecimæ, Articulum tertium.

80
TItulus clarus.
¶In corpore articuli vna est conclusio respōsiua quæsito negatiue, Christus nihil ab homine didicit. Probatur. Primum mouens in quolibet genere, non mouetur illa specie motus: Christus est primus doctor hominum omnium. ergo non docetur ab aliquo homine. Maior manifestatur in primo alterante. Minor auctoritate domini. Ioan. 18.
Ar. præc.

¶3 Præt. Christus secundum scientiam experimentalem non omnia à principio sciuit, sed in ea profecit, vt dictum est: * sed quilibet audiens sermonem significatiuū alicuius, potest addiscere quod nescit. ergo Christus potuit ab hominibus aliqua addiscere, quæ secundum hanc scientiam nesciebat.
Ar. præc.

¶SED CONTRA est, quòd dicitur Isa. 55. Ecce testem populis dedi eum, ducem ac præceptorē gentibus:

Universidad de Deusto
Biblioteca

præceptoris autem non est doceri, sed docere. ergo Christus non accepit aliquam scientiam per doctrinam alicuius hominis.

¶ RESPON. Dicendum, quod in quolibet genere id, quod est primum mouens, non mouetur secundum illam speciem motus: sicut primum alterans non alteratur. Christus autem constitutus est à Deo caput Ecclesiæ, quinimmo omnium hominum, vt supra dictum est, * vt non solum omnes per ipsum gratiam acciperent: sed etiam vt omnes ab eo doctrinam veritatis reciperent. Vnde ipse dicit Ioan. 18. In hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum, vt testimonium perhibeam veritati: & ideo non fuit conueniens eius dignitati, vt à quocumque homine doceretur.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd sicut Orig. * dicit super Luc. Dominus interrogabat, non vt aliquid addisceret: sed vt interrogatus erudiret. Ex vno quippe doctrinæ fonte manat & interrogare & respondere sapienter. Vnde & ibidem in Euangelio sequitur, quòd stupebant omnes, qui eum audiebant, super prudentia, & responsis eius.

¶ Ad secundum dicendum, quòd ille qui addiscit ab homine, non accipit immediatè scientiam à speciebus intelligibilibus, quæ sunt in mente ipsius, sed mediantibus vocibus sensibilibus, tamquam signis intelligibilium conceptionum. Sicut autem voces ab homine formatæ sunt signa intellectualis scientiæ ipsius, ita creaturæ à Deo conditæ sunt signa sapiétiæ eius. Vnde dicitur Eccl. 1. Quòd Deus effudit sapientiam super omnia opera sua. Sicut igitur dignius est doceri à Deo, quàm ab homine, ita dignius est accipere scientiã per sensibiles creaturas, quàm per hominis doctrinam.

Art. præc. ¶ Ad tertium dicendum, quòd Iesus proficiebat in scientia experimentali, sicut & in ætate, vt dictum est. * Sicut autem ætas opportuna requiritur ad hoc, quòd homo accipiat scientiam per inuentionem, ita etiam ad hoc, quòd accipiat scientiam per disciplinam. Dominus autem nihil fecit quod non congrueret eius ætati: & ideo audiendis doctrinæ sermonibus, non accommodauit auditum nisi illo tempore, quo poterat etiam per viam experientiæ talem scientiæ gradum attigisse. Vnde Greg. * dicit super Ezech. Duodecimo anno ætatis suæ interrogare dignatus est homines in terra: quia iuxta rationis vsum doctrinæ sermo non suppetit nisi ætate perfecta.

Hom. 2. parum à princip.

¶ *Super quæstionis duodecimæ, Articuli quartum.*

ARTICVLVS IIII.

Vtrum Christus aliquid acceperit ab angelis.

Sr Infra q. 30. arti. 2. ad 1. & 3. dist. 13. q. 2. art. 2. q. 1. & dist. 14. arti. 3. q. 6.

TItulus clarus. ¶ In corpore art. primo ponitur distinctio de duplicimodo quo anima nata est scientia perficiseciõ do respondetur quæsito. Quo ad primũ dicitur, q anima dupliciter nata est scientia perfici, vel ex sensibilibus, vel ex substantijs immaterialibus. Et manifestatur distinctio: quia est medium inter substantias separatas & corporales. Quo

Cap. 4. nõ procul à fi. cap.

AD quartum sic proceditur. Videtur quòd Christus ab angelis scientiam acceperit. Dicitur enim Luc. 22. quòd apparuit Christo angelus de cælo, confortans eum: sed confortatio fit per verba confortatoria docentis, secundum illud Iob. 4. Ecce docuisti plurimos, & manus lassas roborasti, vacillantes confirmauerunt sermones tui. ergo Christus ab angelis edoctus est.

¶ 2 Præt. Diony. * dicit 4. cæl. hier. Video enim quòd & ipse Iesus, super cælestium substantiarum supersubstantialis substantia, ad nostram intransmutabiliter veniens, obedienter subijcitur patris & Dei per angelos formationibus. Videtur igitur quòd ipse Christus ordinationi legis diuinæ subijci voluerit, per quam homines mediantibus angelis erudiuntur.

¶ 3 Præt. Sicut corpus humanum naturali ordine subijcitur corporibus cælestibus, ita etiam humana mens angelicis mentibus: sed corpus Christi subiectum fuit impressionibus cælestium corporum: passus est enim calorem in æstate, & in hyeme frigus, sicut & alias humanas passiones. ergo etiam eius mens humana subiacebat illuminationibus supercælestium spirituum.

¶ Sed CONTRA est, quòd Dionys. * dicit 7. cap. cæl. hierar. quòd supremi angeli ad ipsum Iesum quæstionem faciunt, diuinique illius operis, & pro nobis assumptæ carnis scientiam discunt, & eos ipse Iesus sine medio docet. Non est autem eiusdem docere & doceri. ergo Christus non accepit scientiam ab angelis.

¶ RESPON. Dicendum, quòd sicut anima humana media est inter spirituales substantias & res corporales, ita duobus modis nata est perfici. Vno quidem modo, per scientiam acceptam ex rebus sensibilibus: alio modo, per scientiam inditam, siue impressam ex illuminatione spiritualium substantiarum. Vtroque autem modo anima Christi fuit perfecta: ex sensibilibus quidem secundum scientiam experimentalem, d ad quam quidem non requiritur lumen angelicum, sed sufficit lumen intellectus agentis, ex impressione verò superiori secundum scientiam infusam, quam est immediatè adeptus à Deo. Sicut enim supra communem modum creaturæ anima illa vnita est verbo in vnitate personæ, ita supra communem modum hominum, immediatè ab ipso Dei verbo repleta est scientia & gratia. Non autem media antelis, qui etiam ex influentia verbi, rerum scientiam in sui principio acceperunt, sicut in 2. super Gen. ad literam Aug. * dicit.

D. 22. q. 2.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd illa confortatio angeli non fuit per modum instructionis, sed ad demonstrandam p oprietatem humanæ naturæ. Vnde Beda dicit super Luc. * In documento vtriusque naturæ, & angeli ei ministrasse, & eum confortasse dicuntur. Creator enim creaturæ suæ non eguit præsidio: sed homo factus, sicut propter nos tristis est, ita propter nos confortatur, vt scilicet in nobis fides incarnationis ipsius confirmetur.

*Lib. 4. in Luc. cap. 22. secundum Beda. tom. 5.

¶ Ad secundum dicendum, quòd Dionys. dicit Christum fuisse formationibus angelicis subiectum, non ratione sui ipsius, sed ratione eorum, quę circa eius incarnationem agebantur, & circa ministrationem eius in infantili ætate constituti. Vnde ibidem subdit, quòd ad secundum responderur duabus cõclusionibus, iuxta dictos duos modos. Prima est, Anima Christi perfecta est, scientia experimentali ex sensibilibus, absque angelico lumine, Probatur, quia sufficit ad hanc lumen intellectus agentis. Secunda est, Anima Christi perfecta est ex impressione superiori, quæ ad scien tiam infusam a Deo immediate. Probatur. Sicut anima illa supra cõmunem creaturæ modum vnita est verbo in vnitate personæ, ita supra communem homi num modum immediate a Deo repleta est scientia.

C. 2. 7. post me. illius.

¶ Et scito, quòd hæc ratio non solum est similitudinis proportionalis sed etiam est reddititia veræ causæ, quare anima Christi immediate repleta est scientia infusa a Deo. Indignum quippe fuisset, vt assumpta anima in fonte sapientiæ, vnde angeli sapiunt, non ex ipso fonte, sed ex medijs riuulis deriuatis ad angelos perfunderetur. Consonat aũt valde, vt sicut in vnione creaturæ limites sunt excelsi, ita in perfectione non creaturæ, sed humanæ naturæ limites excedatur.

D. 22. q. 2.

¶ In respõsione ad primũ, nota quòd cõfortationẽ Christi ab angelo fuisse testificationis naturæ humanæ, non aufert quin fuerit indigentiæ, non vt egeret instrui ab angelo: sed quia egeret exteriori ac sensibili propositione obiecti seruati inferioris partis, ne plus cruciatus pro passionis procederet.

¶ Ad cuius euidentiam oportet nunc supponere ex Damasceno, quòd in Christo nõ fuit redundantia inferiorũ virium in superiores, aut ecõuerso, sed cuicumque permissum est agere quod suũ erat, propter quòd cruciatus p passionis Christi fuit valde magnus,

gnus, ut sãguis decurrens in terram tingeret. Et quia pars superior non redundabat in inferiorẽ, processisset suapte natura in tantum cruciatus ille, ut nocumẽtum & sensum abstulisset a corpore christi, aut valde impedisset, sed prouidentia diuina supplendum est per exteriùs cõfortatiuũ, acsi homo aliquis confortasset eum, ita q̃, sicut tentatus fuit a diabolo exterius proponẽdo obiecta inuitantia ad malum, ita confortatus est ab angelo exterius ꝓponente obiecta consolatoria, quę naturaliter nata sunt proposita, cõfortare vires ac corpus. Vt sic quasi frenum ex sensibiliter propositis, cruciatui pro passionis appositum sit ab extra, ut sic inferior pars haberet etiã in confortatione quod suum erat ab extra. Et hoc maxime monstrat veritatem ac proprietatem humanæ naturæ in Christo.

q. 14. ar. 1.

¶ *Super quæstionis decimæ tertiæ, Articulũ primum.*

QVAEST. XIII.

De potentia animæ Christi, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de potentia animę Christi.

Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primo, Vtrum habuerit omnipotentiam simpliciter.

¶ Secundo, Vtrum habuerit omnipotentiam respectu immutationis creaturarum.

¶ Tertio, Vtrum habuerit omnipotentiam respectu proprii corporis.

¶ Quarto, Vtrum habuerit omnipotentiam respectu executionis suæ voluntatis.

ARTICVLVS I.

Vtrum anima Christi habuerit omnipotentiam simpliciter.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd anima Christi habuerit omnipotentiam. Dicit enim Ambrosi. * super Luc. Potentiam, quam Dei filius naturaliter hẽt, homo erat ex tempore acoeperunt: sed hoc præcipuè uidetur esse secundum animam, quæ est potior pars hominis. Cum ergo filius Dei ab æterno omnipotentiã habuerit, uidetur quòd anima Christi ex tempore omnipotentiam acceperit.

* Li. 3. in 8. tom. 5.

¶ 2 Præterea, Sicut potentia Dei est infinita, ita etiam & eius scientia: sed anima Christi habet omnium scientiam, quæ scit Deus, quodammodo, vt supra dictum est. † ergo etiam habet omnium potentiam, & ita est omnipotens.

¶ 3 Præterea. Anima Christi habet omnem scientiam sed scientiarum quæ dam est practica, quædam speculatiua. ergo habet eorum, quæ scit, scientiam practicam, vt scilicet sciat, facere ea, quæ scit. Et sic videtur, quod omnia facere possit.

¶ Sed contra, Illud, quod est proprium Dei, non potest alicui creaturæ conuenire: sed proprium est Dei esse omnipotentem, secundum illud Exod. 15. Iste Deus meus, & glorificabo eum. Et postea subditur, Omnipotens nomen eius. ergo anima Christi, cum sit creatura, non habet omnipotentiam.

¶ Respondeo dicendum, quòd sicut supra dictum est, * in mysterio incarnationis, ita facta est vnio in persona, q tamen remansit distinctio naturarum, vtraque scilicet natura retinente id, quod sibi est proprium. Potentia autem actiua cuiuslibet rei, sequitur formam ipsius, quæ est principium agendi. Eorma autem uel est ipsa natura rei, sicut in simplicibus, uel est constituens ipsam rei naturam, in his scilicet, quæ sunt cõposita ex materia & forma. Vnde manifestum est, quòd potentia actiua cuiuslibet rei, consequitur naturam ipsius. Et per hunc modum, omnipotentia consequenter se habet ad diuinam naturam, quia. n. natura diuina est ipsum esse Dei incircunscriptum (ut patet per Diony. * 5. cap. de Diui. nom.) inde est, quòd habet potentiam actiuam respectu omnium, quæ possunt habere rationem entis, quod est habere omnipotẽtiam: sicut & quælibet alia res habet potentiam actiuam respectu eorum, ad quæ se extendit perfectio suæ naturæ, sicut calidum ad calefaciendum. Cum igitur anima Christi sit pars humanę naturæ, impossibile d est, quòd omnipotentiam habeat.

* 5. cap. de Diui. nom. lect. 1.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd homo accepit ex tempore omnipotentiam, quam filius Dei habuit ab æterno, per ipsam vnionem personæ, ex qua factum est, ut sicut homo dicitur Deus, ita dicat omnipotens, non quasi sit alia omnipotentia hominis, quàm filii Dei, sicut nec alia deitas: sed eo quòd est vna persona Dei, & hominis.

¶ Ad secundum dicendum, quòd alia ratio est de scientia & de potentia actiua, sicut quidam dicunt. Nam potẽtia actiua consequitur ipsam naturam rei, eo q̃ actio cõsideratur ut eg. edies ab agente. Scientia autem non semper habetur per ipsam essentiam scientis: sed potest haberi per assimilationem scientis ad res scitas, secundum similitudines susceptas: sed hæc ratio non videtur sufficere: quia sicut aliquis põt cognoscere per similitudinẽ susceptã ab alio, ita ẽt põt agere per formam ab alio susceptã: sicut aqua uel ferrum calefacit per calorem susceptum ab igne. Non ergo per hoc prohibetur, quin sicut aĩa Christi per similitudines oũm rerũ sibi à Deo inditas, põt eã cognoscere, ita per easdẽ similitudines possit ea facere. Est igitur ulterius cõsiderandũ, q̃ id qđ à superiori natura ĩ inferiori

q. 2. ar. 1. & 2.

*c. 5. ante med.

D. 944.

Universidad de Deusto
Biblioteca

recipitur, habetur per inferiorem modum: non enim calor in eadem perfectione & virtute recipitur ab aqua, qua est in igne. quia igitur anima Christi inferioris naturæ est, quàm natura diuina, similitudines rerum non recipiuntur in ipsa anima Christi secundum eandem perfectionem & virtutem, secundum quam sunt in natura diuina. Et inde est, quòd scientia animæ Christi est inferior scientia diuina, quantum ad modum cognoscendi, quia Deus perfectius cognoscit res, quàm anima Christi, & quantum etiam ad numerum scitorum: quia anima Christi non cognoscit omnia, quæ Deus potest facere, quæ tamen Deus cognoscit scientia simplicis intelligentiæ, licet cognoscat omnia præsentia, præterita & futura, quę Deus cognoscit scientia visionis. Et similiter similitudines rerum animæ Christi inditæ, non adæquant virtutem diuinam in agendo, vt scilicet possint omnia agere, quæ Deus potest, vel etiam eo modo agere, sicut Deus agit, qui agit infinita virtute, cuius creatura non est capax. Nulla autem res est, ad cuius cognitionem aliqualiter habendam requiratur virtus infinita, licet aliquis modus cognoscendi sit virtutis infinitæ, quædam tamen sunt quæ non possunt fieri, nisi à virtute infinita, sicut creatio, & alia hujusmodi, vt patet ex his, quæ in prima parte dicta sunt. * & ideo anima Christi, quæ cum sit creatura, est virtutis finitæ, potest quidem omnia cognoscere, sed non per omnem modum: non autem potest omnia facere, quod pertinet ad rationem omnipotentiæ: Et inter cætera manifestum est, quòd non potest creare seipsam.

*P.p.q. 45.

¶ Ad tertium dicendum, quòd anima Christi habuit & scientiam practicam & speculatiuam: non tamen oportet, quòd omnium illorum habeat scientiam practicam, quorum habuit scientiam speculatiuam. Ad scientiam enim speculatiuam habendam, sufficit sola conformitas vel assimilatio scientis ad rem scitam: ad scientiam autem practicam requiritur, quòd formæ rerum, quæ sunt in intellectu, sint factiuæ. Plus autem est habere formam, & imprimere formam habitam in alterum, quàm solum habere formam: sicut plus est lucere & illuminare, quàm solum lucere. Et inde est, quòd anima Christi habet quidem speculatiuam scientiam creandi (scit enim qualiter Deus creat) sed nō habet huius rei scientiam practicam: quia non habet scientiam creationis factiuam.

ARTICVLVS II.

¶ Superquæstionis tertiæ decimæ, Articulum secundum.

Vtrum anima Christi habuerit omnipotentiam respectu immutationis creaturarum.

TItulus, vt sonat, intelligēdus est.

83 ¶ In corpore triæ sunt. Primo ponuntur duæ distinctiones: secundo ponuntur tres cōclusiones: tertio ex dictis conclusionibus respondetur quæsito negatiue. Quo ad primum, ponitur distinctio trimembris. Transmutationes sunt triplices, quædam naturales, quædam miraculosæ, quædā secundum veritatem in nihil. Altera distinctio

AD Secundum sic proceditur. Videtur quòd anima Christi habeat omnipotentiam respectu immutationis creaturarum. Dicit enim ipse Matth. vltim. Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra: sed nomine Cæli & terræ, intelligitur omnis creatura, vt patet cum dicitur Gen. 1. In principio creauit Deus cælum & terrā. ergo videtur quòd anima Christi habeat omnipotentiam respectu immutationis creaturarum.

¶ 2 Præt. Anima Christi est perfectior qualibet creatura: sed quælibet creatura potest moueri ab aliqua creatura: dicit enim Aug. * in 3. de Tri. quòd sicut corpora crassiora & inferiora per subtiliora & potentiora quodam ordine reguntur, ita omnia corpora per spiritum vitæ, & Spiritus vitæ irrationalis per Spiritum vitæ rationalem, & spiritus vitæ rationalis desertor, atque peccator, per spiritum vitæ rationalem, pium & iustum. Anima autem Christi etiam ipsos supremos spiritus mouet, illuminando eos, vt dicit Dion. 7. * c. Cæl. Hier. ergo videtur, quòd anima Christi habeat omnipotentiam respectu immutationis creaturarum.

*lib. 3. ca. 4. nō procul a principio.

¶ 3 Præt. Anima Christi habuit plenissimè gratiam miraculorum, seu virtutum, sicut & cæteras gratias: sed omnis immutatio creaturæ potest ad gratiam miraculorum pertinere, cum etiam miraculosè cælestia corpora à suo ordine immutata fuerint, sicut Diony. probatin Epist. * ad Polycarpum. ergo anima Christi habuit omni potentiam respectu immutationis creaturarum.

*Per totā epist.

¶ Sed contra est, quòd eiusdem est transmutare creaturas, cuius est eas conseruare: sed hoc est solius Dei, secundum illud Heb. 1. Portans omnia verbo virtutis suæ. ergo solius Dei est habere omnipotentiam respectu immutationis creaturarum. Non ergo hoc conuenit animæ Christi.

¶ RESPON. Dicendum, quòd hic duplici distinctione est opus, quarum prima est ex parte transmutationis creaturarum, quæ [d] triplex est. Vna quidem est naturalis, quæ scilicet fit à proprio agente secundum ordinem naturæ. Alia verò est miraculosa, quæ fit ab agente supernaturali, supra consuetum ordinem & cursum naturæ: sicut resuscitatio mortuorum. Tertia autem est, secundum quòd omnis creatura vertibilis est in nihil. Secunda autem distinctio est accipienda ex parte animæ Christi, quæ dupliciter considerari potest. Vno modo secundum propriam naturam & virtutem, alio modo prout est instrumentum verbi Dei, sibi personaliter vniti. si ergo loquamur de anima Christi, secundum propriam naturam & virtutem, siue naturalem, siue gratuitam, potentiam habuit ad illos effectus faciendos, qui sunt animæ conuenientes: puta ad gubernandum corpus, & ad disponendos humanos actus, & etiam ad illuminandum per gratiæ, & scientiæ plenitudinem, omnes creaturas rationales ab eius perfectione deficientes, per modum, quo hoc est conueniens creaturæ rationali: si autem loquamur de anima Christi secundum quòd est instrumentum verbi sibi vniti, sic habuit instrumentalem virtutem ad [d] omnes immutationes miraculosas faciendas, ordinabiles ad incarnationis finem, qui est instaurare omnia, siue quæ in cælis, siue quę in terris sunt. Immutationes verò creaturarū, secūdum quòd sunt vertibiles est bimembris. Anima Christi sumitur dupliciter: vel secundum propriam virtutem siue naturalem, siue gratuitam, vel secundum quòd est instrumentum verbi Dei. Quo ad secundum prima conclusio est: Anima Christi secundum propriam virtutē habuit potentiam ad illos effectus faciendum, qui sunt animę conuenientes. Hæc conclusio non probatur, sed manifestatur quo ad effectus tres, hoc est gubernationem corporis, dispositionem humanorum actuum, & illuminationem omnium per gratiam & scientiam. Secunda conclusio est: Anima Christi, vt est instrumentum verbi sibi personaliter vniti, habuit instrumentalem virtutem ad omnes immutationes miraculosas ordinabiles ad incarnationis finem. Et hæc quoque conclusio non aliter probatur: sed manifestatur declarando in carnationis finem esse instaurare omnia, siue quæ in cælis, siue quæ in terris sunt, quòd consummabitur, cū noua fient omnia, & Deus erit omnia in omnibus. Tertia conclusio est, solus Deus potest creaturas in nihilum redigere. Probatur: quia solus potest creare & conseruare: immutatio autem in nihil respondet creationi ex nihilo. Principalis conclusio est: Anima Christi non habet omnipotentiam respectu immutationis creaturarum. Et relinquitur clara, tanquàm consequens ex antedictis conclusionibus.

*c. 7. post med.

D. 219.

¶ Et scito, quòd primæ duæ conclusiones intelliguntur cum præcisione aliorum, puta quòd secundum propriam virtutē habuit tantum potentiam ad gubernandum, &c. & similiter vt instrumentum verbi habuit potentiam ad illa

D. 314. 680.

illa tartiuum, & non ad annihilandum, aut creandum. Nec hunc sensum oportet probare: quia distinctio ipsa in litera facta probat, & in litera huius quæstionis clare habetur, vt patet intuenti. Sed si quæritur, quare Auctor non probauit primas conclusiones, respondetur, quòd prima ex natura animæ, & ex dictis de gratia Christi, q̄ est caput hominū, & Angelorum, &c. per se nota relicta est. Secunda autem sufficienter probata est ex fine monstrato: quia instrumentum ductuum debet esse ad finē, commensuratum; illi. vt instrumentum tamen. Vnde ex hoc ipso, quòd anima Christi est instrumentum proprium verbi incarnati, & finis incarnationis est instauratio omnium, habetur statim, quòd anima Christi instrumentaliter potest ad omnia miracula opportuna ad instaurationem omnium.

D. 896.

¶ Nota diligentissime, vt ex doctrina præsentis articuli discernas in speciali, quid sub quoque membro continetur, vt inde scias quid cadit sub instrumentali Christi potentia. Dico autem hoc specialiter, primo propter infusionem gratiæ gratum facientis, quàm membra Ecclesiæ habere a Christo capite effectiue instrumentaliter Auctor superius dixit. Et hinc apparet non comprehendi sub mutationibus, quæ conueniunt creaturæ, secundum vertibilitatem in nihil, quoniam cum peccator perdit gratiam, constat gratiam non annihilari, cum Deus numquam aliquid annihilet. Et consequenter patet, quòd gratiam pœnitenti concedere, non est creare, proprie loquendo. Et similiter Deum conseruare gratiam in anima, non est conseruare continuans creationem, de quo dicitur, quòd omnia in nihilum redigerentur, nisi ea manus omnipotentis cōseruaret. Hæc enim tria, scilicet creatio, conseruatio, & annihilatio sibi inuicem ita respondent, vt creationi ac conseruationi non opponatur nisi annihilatio, & econtra. Claudiūr ergo infusio gratiæ sub genere miraculosarum mutationum, quamuis non sit proprie miraculosa: quia est secundum ordinarium cursum ordinis supernaturalis ad patriam cælestem. Secundo dico hoc propter transubstantiationem panis in corpus Christi, quoniam hoc quoque sub genere eodem continetur, scilicet immutationum miraculosarum, & non sub mutatione creationis. Quod ex eo patet, quòd creatio est ex nihilo, transubstantiatio transfert quod erat in aliud præexistens. Vnde & sancti Patres, & specialiter Ambrosius arguit transubstantiationē possibilem ex creatione, tanquam magis difficilli, dicens, Sermo Christi, qui potuit ex nihilo facere quod non erat, multo magis facere potest vt sit, quod erat, in aliud transmutatum, vt patet de consecrat. dist. 2. ca. panis, & ca. reuera. Et hæc notata sint, vt aduertat lector hæc posse fieri a Deo mediantibus instrumentis, & non solum immediate: sicut etiam fieri potest resurrectio mortuorum, & ponit duo corpora in eodem loco, & quicquid eiusmodi est: quamuis requiratur infinitum in virtutem in agente principali.

¶ Circa doctrinam præsentis articuli dubium occurrit, pro quanto ponit in anima Christi virtutem instrumentalem ad omnia miracula. Est autem ratio dubij: quia vel Auctor intelligit de causa instrumentali proprie, vel large pro causa, sine qua non. Si proprie, obstat tunc doctrina Auctoris, & Durandi. Nam Auctor superius in prima parte, quæstio. 45. art. 5. docet instrumentum oportere, secundum id, quod est sibi proprium, aliquid operari dispositiue ad effectum principalis agentis, constat autem quòd anima Christi nihil operatur faciens ad effectum miraculi: puta cum dixit, Lazare veni foras, intellectio volitio, imaginatio, vox cum clamore nullum effectum ex proprijs habuerunt circa cadauer, aut animam Lazari sed deitatis virtute anima reunita est corpori concurrentibus illis actibus humanis Christi vt medio, seu causa sine qua non, & sic de alijs. Et confirmatur. quia in 3. sent. dist. 16. quæstio. 1 art. 3 Auctor dicit, quòd nec Angelo, nec animæ Christi impressa est aliqua virtus spiritualis ad faciendā miraculā, nisi per modum orationis aut intercessionis. Durandus quoque in 3. senten. dist. 14. quæst. vlti. probare nititur, quòd humanitas Christi faciebat miracula, nulla virtute super naturali inhærente animæ aut corpori Christi, sed sola diuina virtute assistente sibi: quia miracula faciebat Christus ad testificandam deitatem, sicut defectus subijcit ad testificandam suam humanitatem, & propterea sicut defectus omnes sunt humanitatis; ita miracula omnia sunt diuinitatis. Si verò large sumitur instrumentum, tunc obuiat altera pars, scilicet attribuendo animæ Christi vt instrumento verbi, operationem miraculosam, excludendo soli Deo mutationes annihilationis & creationis. Nam large de instrumento loquendo, potest oratione aut intercessione simili modi concurrere anima Christi ad creationem aut annihilationem, sicut conferri ad miracula. Obuiat quoq; doctrina Auctoris in quæstio. de Pot. quæst. 6 artic. 3. dicentis, Angelos & homines non solum operari, sed ex potestate quandoque miracula facere, iuxta doctrinam Gregorij. Et declarat potestatem illam esse per modum intentionis, seu motus in ipsis angelis seu hominibus sanctis.

¶ Ad euidentiam horum, sciendum est secundum Auctoris doctrinam indubitatum esse, quòd anima Christi instrumentaliter non abusiue, sed proprie loquendo de instrumento, concurrit ad miracula faciendum. Hoc autem quid sit, & qualiter sit, accipi potest ex ipsa ratione agendi instrumenti. Instrumentum siquidem habet duplicem actionem, scilicet propriam & instrumētalem, vt scindere est propria operatio serræ: facere vero secundum secando, est ipsius operatio in strumētalis, & calefacere est propria operatio caloris, augere vero animal est instrumentalis illius operatio. Et sicut instrumenti est operatio duplex, ita etiam est duplex quo operatur. Alterum sibi proprium, vt dentatura ferrea, & acuta ferra, qua scindit, & ipsa natura caloris, qua calidum calefacit. Alterum a principali agente participatum, quo extenditur, & facere dicitur principalem effectum. Et hoc est motus ipse, quo instrumentum mouetur a principali agente, vt testatur Auctor inferius q6. 62. art. 1. dicens, Causa instrumentalis non agit per virtutem suæ formæ: sed solum per modum, quo monetur a principali agente. Qui quidem motus vocatur virtus instrumentalis quandoque, & quandoque virtus intentionalis: & virtus spiritualis quandoque, eo quod est motus rei, quæ assumitur in instrumentum: & ideo motus & constituit ipsum in esse factiuo, & ideo vis seu virtus. Vnde etiam cum lapidem baculo moueo, baculus ex hoc ipso quòd vtor eo, fit & est motor effectiue lapidis. Et quia diminuta quædam mediatio est inter principale agens & effectum, deferens principale agens ad effectum, ideo intentionalis: & quia insensibilis est, & ad spiritualem quandoque effectum, ideo spiritualis. Et est ferato illo instrumenti motu, quo mouetur ab agente principali vt fiet quod vt clarius intelligas, considera in instrumentis artium duplicem potentiam, alteram ad motum localem, alteram ad cooperandum arti, exequendo operationem ipsius artis. Verbi gratia, instrumenta artis musicæ sunt in potentia, vt moueantur contactu digitorum, & sunt in potentia vt musicam sonent. Et constat quòd de prima potentia reduci possunt ad actum a quocumque sine arte potente illa commouere: sed de secunda potentia, non nisi ab arte reduci possunt ad actum. Cum autem mouere nihil aliud sit, quàm educere de potentia ad actum, & moueri sit educi de potentia ad actum, clare constat quòd instrumentum tunc mouetur a principali agente, cum educitur de secunda potentia ad actum, cum sit cooperans ipsi principali agenti, cum sit exequens operationem principalis agentis, quod fit per hoc, quòd principale agens vt sic, vtitur illo ad opus ipsius principalis agentis: puta cum ars musica vtitur instrumento musico ad sonum musicum. Ipse enim vsus est quidam ingressus artis in instrumenta, est quædam actuatio instrumentorum. Et propterea oportet certæ artis certa esse instrumenta: numquam enim musica ingrediretur instrumenta artis sutoriæ, aut econuerso. Et propterea habet rationem vis & virtutis & intentionis artis, & ad genus eius reducitur. Ex quibus ad propositum ascendendo dicimus, quòd Deus omnipotens, qui potest sine causis secundis cooperantibus effectiue miracula facere, dignatur quandoque illa efficere per causas secundas non dando illis virtutes aliquas naturales, aut gratuitas permanentes: sed vtendo illis instrumentaliter ad opera miraculosa, ita quòd ex hoc ipso, quòd Deus vtitur aliqua re, vt instrumento ad opus miraculosum, eleuatur res illa in ordinem causæ instrumentalis, & ipse passiuus vsus, quo Deus illa vtitur ad hoc opus, est motus quo a principali agente instrumentum mouetur. Et ex hoc ipso est sibi actuatiua atque constitutiua ipsius inesse instrumenti, ac per hoc inesse causæ effectiue instrumentaliter operis miraculosi: reducitur ergo in res illa de potentia obedientiali ad actum, cum de non instrumento hc instrumentum, quod fieri constat ex hoc solo, q̄ Deus vtitur illa instrumentaliter ad opus miraculosum. Quod non esse impossibile constat: cum nulla sit ratio impossibilitatis, & quandoq; de facto sic fuisse Gregorij auctoritate patet in 2. Dialog. ponētis, Sanctos ex potestate quandoq; miracula facere. Et vere decet diuinam liberalitatē eleuare ecia in hoc quosdam amicos suos, vt etiam cooperatores miraculorū efficiat, & non solū benemeritos aut intercessores. Et quia omnipotentia nō est alligata certis instrumētis, locis, aut propinquitatibus, ideo nō refert, quatus re vratur Deus, instrumētaliter ad quodcūq; miraculum, iuxta potest sine instrumento opus illud perficere, ita potest non solum efficere per instrumentum, sed per quodcumq; & vbicumque existat, & quamcumque distet. Neque enim moritur aut arctatur omnipotentia diuina ad limites instrumenti, quod assumit, sed instrumentum educitur ad omnipotentiæ esse iuxta ordinem in tali miraculo, ad quod efficiendum ordinatur ab ipsa. Et propterea Auctor in Secunda Secundæ, quæstio. 178. articulo primo ad primum de his loqueus, dicit, quòd Deus vtitur instrumentaliter interiori actu hominis, vel eius locutione, vel actu exteriori, vel contactu alicuius corporis etiam mortui

*super illud Matt. 28. data est mihi omnis potestas. to. 9.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quamuis ergo tunc minus perspicaciter textum illum exposuerim: non enim illuxerat mihi quod modo trado. Et quoniam homo Christus Iesus plenitudinem omnium gratiarum habuit, consequens est vt anima sua quatenus diuini verbi instrumentum, non qualecumque sed coniunctum, omnia possit miraculosa opera efficere. Nec opus est quærere alium modum, aut quid, & qualiter, nisi quòd verbum vtetur instrumentaliter anima seu humanitate coniuncta sibi ad opera miraculosa. Applicando enim dicta ad verbum & humanitatē Christi, perspicies quæ dicimus, quæ in hac litera ab Auctore traduntur.

†art. præ. ad 1.

¶Dicendum est ergo ad quæstionem, quòd de instrumēto proprie loquitur Auctor & hic & in Secunda Secundæ, loco allegato, & in Prima parte. Et ad obiectionem ex doctrina Primæ partis respondetur, quòd ad instrumentum exigitur, quòd habeat propriā operationem vltra illam, quam participat a principali agente, & quod operatio propria sit præsupposita operationi participatæ, ita quòd prius intelligatur propria operatio terminari ad illud, in quē tenditur quàm operatio participata sicut præsuppositum prius intelligitur, quàm iunctum illi. Et hu iusmodi præuiam operationem appellauit Auctor operatidispositiue, non quòd opor teat illam operationem proprie dis ponere. Nec hanc ego fingo glossam sed ex ipso Auctore inferius in qō. 62. accepi. Vbi baptismum instrumē talem causam ponens, expresse docet sufficere, vt aqua secundum propriam operationem corpus tangat, diluendo ad hoc, vt participata operatione animam abluat. Et hoc sufficit proposito & intento in prima parte: quia per hoc concluditur, efficaciter, quòd nulla creatura potest instrumentaliter creare: quia nulla potest propriam operationem præuiam creationi circa creandum, ponere, cum nihil fit, vt ibi dicitur, In proposito autem cum Deus vtitur creatura aliqua instrumentaliter ad opus miraculosum, opus proprium illius creaturæ se habet vt præuium operi miraculoso: quia se habet vt præsentans seu deferens diuinum imperium ad creaturam, in qua fit opus miraculosum, vt Auctor docuit in loco allegato in quæstio. de Potentia. Et hoc esse verum, ex eo conijcere potes, quia hinc vtriusque difficultatis solutio habetur, hoc est, quare operari miracula per modum meriti seu intercessionis, & ex potestate seu instrumentaliter distinguuntur, etiam si solus actus interior instrumentum ponatur, & quare opus creationis inter miraculosa non computatur. Prima siquidem quæstio soluitur ex hoc, quòd tam meritum quàm oratio, vt sic præcedit actionem diuinam ad miraculum, actus vero quicumque etiam interior, etiam ipsa oratio, non vt oratio, sed vt instrumentum Dei, sequitur diuinam actionem, vt illius executio, ita quòd ex hoc ipso quòd Deus eleuat illum in suum instrumentum ad opus miraculosum, fit exequutorius diuini imperij, tam quàm deferens (vt dictū est) illud creaturæ, in qua miraculū fit. ¶Quando igitur sanctorum actus aut opera solum meritorie, aut intercessorie se habent ad miracula, tunc dicuntur facere miracula impetrādo quæ Deus per seipsum facit. Quando vero actus aliquis se habet vt exequens diuinum imperiū (cui omnia obediunt) tunc dicuntur operari miracula ex potestate instrumentali tamen, vt Auctor declarauit. 84

¶Secundæ autem quæstionis solutio ex hoc habetur: quia delatio imperij non potest fieri ad nihil, oportet enim ens esse ad quod executiue delatio imperij fit: ad nihil namque nihil potest deportari. *Lib. 3. de th. fid. c. 20. & 29.

¶Ad id vero quod ex 3. senten. affertur, dici potest, vel quòd Auctor doctior seipso correxit illud: vel quòd sub modo intercessionis comprehendit etiam modum instrumētalem: quæ conueniunt in hoc generali modo, quæ non sunt de genere permanentium, sed consistentium in motu. Et per hæc patet intellectus infinitorū dictorum de instrumentali efficientia attributa humanitati Christi vel passioni, vel sacramētis Ecclesiæ, & alijs huiusmodi.

¶In respōsione ad secundum eiusdem secūdi articuli 13. quæstio. aduerte quòd hic Auctor asserit ue dicit, animam Christi vt instrumentum verbi, posse in omnes mutationes, quas quæcumque creaturæ possunt facere, quod in 3. Senten. non nisi credendo dixit.

¶In respōsione ad tertium memento, gratiam Christi esse non solum singularem, sed capitalem, ita quòd homini illi vt vniuersali capiti conuenit. Ac per hoc gratia miraculorum, vt vniuersali instrumento conferitur duplici vniuersalitate, hoc est vniuersalitate miraculorum, quia poterat omnia miracula instrumentaliter efficere, & vniuersalitate generationis sibi similium, participatiue tamen: quia poterat instrumentaliter efficere alios homines cooperatores miraculorum ex potestate instrumentali quoūs participata, vt Euangelico testimonio in litera allato probatur. Nam sicut verbum potest vti humanitate sibi iuncta, ad faciendū miracula, ita & eadem ratione potest illa vti ad communicandū alijs potestatē faciendi miracula. Est siquidem huiusmodi cōmunicatio miraculum quoddam, comprehensum sub vniuersalitate miraculorum.

D. 152.

¶p. 2. q. 113. art. 1.

Articvlvs III.

Vtrum anima Christi habuerit omnipotentiam respectu proprij corporis.

AD Tertium sic proceditur. Videtur quod anima Christi habuerit omnipotentiam respectu proprij corporis. Dicit enim Damasc. * in 3. lib. quòd omnia naturalia fuerunt Christo voluntaria: volens enim esuriuit, volens sitiuit, volens timuit, voleus mortuus est, &c. sed ex hoc Deus dicitur omnipotens, quia omnia quæcumque voluit fecit. ergo videtur q anima Christi habuerit omnipotentiā respectu naturalium operationum proprij corporis.

¶2 Præt. In Christo fuit perfectius humana natura quàm in Adam, in quo secundum originalem iustitiam, quam habuit in innocentiæ statu, corpus habebat omnino subiectum animæ, vt nihil in corpore posset accidere contra animæ voluntatem. ergo multo magis anima Christi habuit omnipotentiam respectu sui corporis.

¶3 Præt. Ad imaginationem animæ, naturaliter corpus immutatur, & tanto magis, quanto magis anima fuerit fortis imaginationis, vt in Prima parte habitum est: sed anima Christi habuit virtutem perfectissimam, & quātum ad imaginationem, & quantum ad alias vires. ergo anima Christi fuit omnipotens respectu ad corpus proprium.

¶Sed contra est, quod dicitur Heb. 2. quòd, Debuit per omnia fratribus assimilari, & præcipuè in his, quæ pertinent ad conditionem naturæ humanæ: sed ad conditionem humanæ naturæ pertinet, quòd valetudo corporis, & eius nutritio, & augmentum, imperio rationis seu voluntatis non subdantur: quia naturalia soli Deo qui est actor naturæ, subduntur.

¶Super quæstionis tertiædecimæ, Art. tertium.

TItulus clarus est.

¶In corpore vnica distinctio bimēbris repetitur: & duabus conclusionibus

conclusionibus iuxta duo distinctionis membra respondetur. Distinctio est de anima Christi secundum propriam virtutem, vel secundum quòd est instrumentum verbi. Prima conclusio est, Anima Christi secundum propriam virtutem non habuit omnipotē tiam respectu proprij corporis. Probatur ex similitudine proportionali: quia sicut non poterat exteriora corpora, immutare propria virtute, ita nec proprium. Et probatur ratione: quia anima Christi habebat determinatam proportionē ad suum corpus, ac per hoc nō omnia, sed aliquid determinatum poterat respectu sui corporis.

*Art. præced.

¶Secunda conclusio ē, Anima Christi, vt instrumentū verbi habuit omni potentiam respectu proprij corporis. Hæc conclusio non aliter probatur: sed ex præcedenti articulo vt clara reliquitur. Et hoc intellige sobrie, hoc est de omnipotentia respectu & naturaliū & miraculosarum trāsmutationum, non respectu conseruationis ex nihilo, aut annihilationis, vt in præcedenti articulo determinatum est. Subdit tamen Auctor, vnde possis doctorum dicta intelligere absque dictæ conclusionis præiuditio: quòd scilicet hæc omni potentia attributa inuenitur magis verbo Dei, quàm animæ Christi, in tantum, vt inueniās forte negatam ab anima Christi & attributam verbo: quia virtus actionis factiua, principali agenti attribuitur simpliciter: instrumento autem, ignoto præsertim, aut non attribuitur, aut etiam auferetur.

*citatum in arg.

*Q. 14. artic. 2.

¶Superquæstionis tertiædecimæ Articulum quartum.

TItulus clarus est intelligentibus terminos. Ille enim dicitur omnipotēs respectu executionis proprię volūtatis, qui potest exequi quicquid vult exequi, ita quòd potentia executiua æquiparatur in illo voluntati executionis.

¶In corpore est vna distinctio bimembris cum duabus conclusionibus responsiuis quæsito, iuxta membra distinctionis. Distinctio est, Voluntas Christi dupliciter aliquid voluit, vel per seipsum exequendum, vel per virtutem diuinam.

¶Vbinota, quòd ly per seipsum, significat per propriam virtutem naturalem vel gratuitam, immanentē scilicet in ipso, ita quòd distinguitur hoc membro contra illa, quę poterat Christus per virtutem instrumentalem, vt patet in litera. Sumitur siquidem hic per seipsum, sicut in secūdo articulo sumptū est per propriam virtutem: verobique enim contra virtutem instrumentalem distinctio fit, vt patet in litera. Prima ergo conclusio est, Anima Christi quicquid voluit per seipsū exequendum, potuit. Probatur: quia dedeceret sapientiam suam vt aliquid vellet per seipsum efficere, quod non subiaceret virtuti suę. Secunda conclusio est. Anima Christi quicquid voluit efficiendum diuina virtute, potuit instrumētaliter & non propria virtute, vt patet de operibus miraculosis.

*p.p.q. 19 art. 12.

¶In respōsione ad primum perspicere ex secunda respōsione, quòd distinctio in corpore articuli posita, non fuit comprehensiua omnium, quæ Christi humana voluit fieri: quoniam sub neutro membro comprehenduntur quę Christus voluit per alios homines fieri quæ non subiacebant potestati eius naturali, aut gratuitæ, cuius executio ad humanam spectabat volūtatem: sed comprehendit omnes modos quibus anima Christi potest dici omniporens, respectu executionis propriæ volūtatis, scilicet respectu exequendorum per ipsum, & exequēdorum instrumentaliter tāntum per ipsum, Deo principaliter operante. Respectu

*in lib. q. ex nouo test. qui incipit: Deº quidem perfectus est q. 77 in prīcipio tom. 4.

*Art. 1. huius q. †lib. & capitatis in arg. sed cont.

ergo nec in Christo subdebantur. Non igitur anima Christi fuit omnipotens respectu proprij corporis.

¶Respon. Dicendum, quòd sicut dictum est,* anima Christi potest dupliciter considerari. Vno modo, secundum propriam naturam & virtutem. Et hoc modo sicut non poterat immutare exteriora corpora à cursu & ordine naturæ, ita etiam non poterat immutare proprium corpus à naturali dispositione: quia anima secundum propriam naturam, habet determinatam proportionem ad suum corpus. Alio modo potest considerari anima Christi, secundum quòd est instrumentum vnitum verbo Dei in persona. Et sic subdebatur eius potestati totaliter omnis dispositio proprij corporis: quia tamen virtus actionis non proprię attribuitur instrumento, sed principali agenti, talis omnipotentia magis attribuitur ipsi verbo Dei, quàm animæ Christi.

¶Ad primum ergo dicendum, quòd verbum Damas. * est intelligendum quantum ad voluntatem Christi diuinam: quia sicut ipse in præcedenti ca. †dicit, beneplacito diuinæ voluntatis permittebatur carni pati, & operari quæ propria.

*lib. 3. de anima, tex. 48. & sequentibus to. 2.

†lib. 3. ca. 15. a med. & cap. 14.

¶Ad secundum, quòd non pertinebat hoc ad originalem iustitiā, quam Adam habuit in statu innocentiæ, quòd anima hominis haberet virtutem transmutandi proprium corpus in quamcumque formam: sed quòd posset ipsum conseruare absque omni nocumento. Et hanc etiam virtutem Christus assumere potuisset, si voluisset: sed cum sint tres status hominum, scilicet innocentiæ, culpæ & gloriæ, sicut de statu gloriæ assumpsit comprehensionem, & de statu innocentiæ immunitatem à peccato, ita & de statu culpæ assumpsit necessitatem subiacendi pœnalitatibus huius vitæ, vt infra* dicetur.

*Q. 14. artic. 2.

¶Ad tertium dicendum, quòd imaginationi, si fuerit fortis, naturaliter obedit corpus quantum ad aliqua, puta quantum ad casum de trabe in alto posita: quia imaginatio nata est esse principium motus localis, vt dicitur 3. de Anima. * Similiter etiam quantum ad alterationem, quæ est secundum calorem & frigus, & alia consequentia: eo quòd ex imaginatione cō sequenter natæ sunt consequi animæ passiones, secundum quas mouetur cor, & sic per commotionem spirituum, totum corpus alteratur. Aliæ verò dispositiones corporales, quæ non habent naturalem ordinem ad imaginationem, non transmutantur ab imaginatione, quantumcumque sit fortis: puta figura manus vel pedis, vel aliquid simile.

*lib. 3. de anima, tex. 48. & sequentibus to. 2.

Articvlvs IIII.

Vtrum anima Christi habuerit omnipotentiam respectu exe cutionis suæ voluntatis.

AD quartum sic proceditur. Videtur quòd anima Christi non habuerit omnipotentiam respectu executionis propriæ voluntatis. Dicitur enim Mar. 7. quòd ingressus domum, neminem voluit scire, & non potuit latere. Non ergo potuit in omnibus exequi propositum suę voluntatis.

¶2 Præt. Præceptum est signum voluntatis, vt in Prima parte dictum est. * sed Dominus quædam facienda præcepit, quorum contraria acciderunt: dicitur enim Matth. 9. quòd cæcis illuminatis, comminatus est Iesus dicens, Videte ne quis sciat: illi autem exeuntes, diffamauerunt illum per totam terram illam. Non ergo in omnibus potuit exequi propositum suæ voluntatis.

¶3 Præt. Id, quod potest aliquis facere, non petit ab alio: sed Dominus petiuit à Patre, orando illud quod fieri volebat: dicitur enim Luc. 6. quòd exiit in montem orare, & erat pernoctans in oratione Dei. ergo non potuit exequi in omnibus propositum suæ voluntatis.

¶Sed contra est, quòd dicit August. * in lib. de Quæstionibus veteris & noui Testamenti: Impossibile est, vt Saluatoris voluntas non impleatur, nec potest velle, quod scit fieri non debere.

¶Respon. Dicendum, quòd anima Christi dupliciter aliquid voluit. Vno modo, quasi per se implendum, & sic dicendum est, quòd quicquid voluit, potuit: non enim conueniret sapientiæ eius, vt aliquid vellet per se facere, quod suæ virtuti non subiaceret. Alio modo voluit aliquid, vt implendum virtute diuina: sicut resuscitationis proprij corporis, & alia huiusmodi miraculosa opera, quæ quidem non poterat propria virtute, sed secundum quòd erat instrumentum diuinitatis, vt dictum est. *

¶Ad primvm ergo dicendum, quòd sicut Aug. † dicit in lib. de Quæstionibus veteris & noui Testamenti, Quod factum est, hoc voluisse di-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſpectu ſiquidem reliquorum non ponitur omnipotens: iuxta hanc ſecundam reſponſionem auctoritate Agathonis firmatam.

¶ Sed dubio non caret hęc ſecunda reſponſio, quomodo verificentur, q Chriſtus voluerit humana voluntate aliquid fieri per alios homines: & non potuerit facere quòd ſic fieret, cum minus pie ſonare hoc videatur. Poſſet dici, q verificatur de voluntate antecedente non conſequente, ſed hæc reſpõſio non conſonat Agathoni, quia hoc commune eſt voluntati tam diuinæ quàm humanæ, vtcontra voluntatem antecedentem agatur. Sententia autem Agathonis, ſecundum differentiam inter diuinam & humanam voluntatẽ in hoc, quòd diuina quæcumq; voluit fecit, humana autem aliquid vult & non poteſt procedit vt patet in litera.

¶ Dicendum eſt ergo, quòd nõ inconuenit, Chriſtum humana voluntate vere voluiſſe aliquid per aliquos operandum, vel non operandum cuius oppoſitum factũ eſt. puta, potuit velle, quòd aliquis non peccaret, deſiderando quòd ille non offenderet Deum, & tamen ille peccabat Chriſto non permittente ſecundũ humanam voluntatem: quia nõ erat in poteſtate virtutis eius, cohibere peccatum contra peccantis voluntatem. Et eſt ſermo de Chriſto homine ſecundũ propriam virtutem. Et hoc modo Agathon dicit, quòd voluit latere, & non potuit, ſcilicet ſecundum propriam virtutem: potuiſſet tamen ſecundum inſtrumentalem virtutem. Nec hæc minus pie ſonant apud diſcernentes inter ſubiacentia & non ſubiacendus eſt Chriſtus. Aduertendum eſt enim, quod illud in finibus geſtum eſt gentilium, quibus adhuc tempus prædicandi non erat: vltro tamen venientes ad fidem non ſuſcipere, inuidiæ erat. A ſuis ergo noluit prædicari, requiri autem ſe voluit: & ita factũ eſt. Vel poteſt dici, quòd hæc voluntas Chriſti non fuit de eo, quod per eum fiendum erat: ſed de eo, quod erat fiendum per alios, quod non ſubiacebat humanæ voluntati ipſius. Vnde in epiſtola *Agathonis Papæ, quæ eſt recepta in ſexta Synodo, legitur. †ergo ne ille omnium Conditor ac Redemptor, in terris latere volens nõ potuit, niſi hoc ad humanam eius voluntatem, quam temporaliter eſt dignatus aſſumere, redigatur?

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd ſicut Greg.* dicit 19. Mor. per hoc, quòd Dominus præcepit taceri virtutes ſuas, ſeruis ſuis ſe ſequentibus exemplum dedit, vt ipſi quidem virtutes ſuas occultari deſiderent: & tamen vt alij eorum exemplo proficiant, prodantur inuiti. ſic ergo præceptum illud deſignabat voluntatem ipſius, quia humanam gloriam refugiebat, ſecundum illud Ioan. 8. Ego gloriam meam non quæro. Volebat tamen abſolutè præſertim ſecundum diuinam voluntatem, vt publicaretur miraculum factum, propter aliorum vtilitatem.

¶ Ad tertium dicendum, quòd Chriſtus orabat & pro his, quæ virtute diuina fienda erant, & pro his etiam, quæ humana voluntate erat facturus, quia virtus & operatio animæ Chriſti dependebant à Deo, qui operatur in nobis velle & perficere, vt dicitur Philip. 2.

*Quæ habetur in 6. ſyn. gener. Conſtã. a me. illius in actione 4. *recepta eſt in 8. actione 6. ſynod gener. & lecta fuit in actione 4 *ii 19. c. 18. poſt medium.

QVAEST. XIIII.

De defectibus corporis aſſumptis à filio Dei, in quatuor articulos diuiſa.

DEINDE conſiderandum eſt de defectibus, quos Chriſtus in humana natura aſſumpſit. Et primo de defectibus corporis, ſecundo de defectibus animæ.

Circa primum quæruntur quatuor.

¶ Primo, vtrum filius Dei aſſumere debuerit in humana natura corporis defectus.

¶ Secundo, vtrum aſſumpſerit neceſsitatem his defectibus ſubiacendi.

¶ Tertio, vtrum hos defectus contraxerit.

¶ Quarto, vtrum omnes huiuſmodi defectus aſſumpſerit.

ARTICVLVS I.

Vtrum filius Dei in humana natura aſſumere debuerit corporis defectus.

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur quòd filius Dei non debuerit aſſumere humanam naturam cum corporis defectibus. Sicut enim anima vnita eſt perſonaliter verbo Dei, ita & corpus: ſed anima Chriſti habuit omnimodam perfectionem & quantum ad gratiam, & quantum ad ſcientiam, vt ſupra dictum eſt.* ergo etiam corpus eius debuit eſſe omnibus modis perfectum, nullum in ſe habens defectum.

¶ 2 Præt. Anima Chriſti videbat verbum Dei ea viſione, qua beati vident (vt ſupra dictum eſt) * & ſic anima Chriſti erat beata: ſed ex beatitudine animæ glorificatur corpus: dicit enim Auguſtinus * in epiſtola ad Dioſcorum, Tam potenti natura Deus ſecit animam, vt ex eius plenitſima beatitudine redũdet etiam in inferiorem naturam, quæ eſt corpus, non beatitudo, quæ fruentis & intelligentis eſt propria, ſed plenitudo ſanitatis, id eſt, incorruptionis vigor. Corpus igitur Chriſti fuit incorruptibile, & abſque omni defectu.

¶ 3 Præt. Pœna conſequitur culpam: ſed in Chriſto non fuit aliqua culpa, ſecundum illud primæ Pet. 3. Qui peccatum nõ fecit. ergo nec defectus corporales, qui ſunt pœnales, in eo eſſe debuerunt.

¶ 4 Præt. Nullus ſapiens aſſumit id, quod impedit ipſum à proprio fine: ſed per huiuſmodi defectus corporales, multipliciter videtur impediri finis incarnationis. primo quidem, quia: propter huiuſmodi infirmitates, homines ab eius cognitione impediebantur, ſecundum illud Iſa. 53. Deſide. auimus eum deſpectum & nouiſsimum virorum, virum dolorum, & ſcientem infirmitatem, & quaſi abſconditus vultus eius & deſpectus: vnde nec reputauimus eum. Secundo, quia ſanctorum patrum deſiderium non videtur impleri, ex quorum perſona dicitur Iſa. 51. Conſurge, conſurge, induere fortitudinem, brachium Domini. Tertio, quia congruentius per fortitudinem, quàm per infirmitatem, videbatur & poteſtas diaboli poſſe superari, & humana infirmitas poſſe ſanari. Non ergo videtur conueniens fuiſſe, quòd filius Dei humanam naturam aſſumpſerit cum corporalibus infirmitatibus, ſiue defectibus.

¶ Sed contra eſt, quòd dicitur Heb. 2. In eo, in quo paſſus eſt & tentatus, potens eſt & eis, qui tentantur, auxiliari: ſed ad hoc venit, vt nos adiuuaret: vnde & Dauid dicebat, Leuaui oculos meos in montes, vnde veniet auxilium mihi tia Chriſto homini ſecundum propriam virtutem, quam quod decuerunt humanã Chriſti voluntatem recta deſideria etiã ſine opere.

¶ In reſponſione ad ſecundum, optime vteris diſtinctione inter voluntatem antecedentem vel abſolutè, attribuendo præceptum taciturnitatis voluntati etiã humanæ Chriſti antecedenter. Volebat ſiquidẽ, quantum ex ſe erat, gloriã fugere, & hanc voluntatem præcepto taciturnitatis ſignificabat: nolebat tamen abſolutè, hoc eſt omnibus conſideratis, taceri, & ideo non peccabant publicantes illa miracula.

¶ In reſponſione ad tertium, conſidera quanta ſit neceſsitas orandi, cũ etiam ad ipſa opera, quæ Chriſtus ſciebat ſe facturũ, orationis medium adhiberet, ea ratione, quia orationes cauſæ mediæ ſunt ad operanda & cõſequenda: ſine cauſis autem medijs velle effectus ſtulti eſt, ſicut velle colligere frumenta ſine ſeminatione.

86 3. diſt. 19. q. 1. art. 1. & diſt. 22. q. 2. a. 1. q. 1. c. 8 4. contra ca. 55. 11. & opuſ. 3. cap. 42. & 47. *Q 7 a. 9. & q. 9. a. 1.

*c. 9. a. 2.

*Epiſt. 28 non multum ante medium tom. 2.

¶ Super quæſtionis quartæ decimæ, Articulum primum.

TItulus articuli clarus eſt.

¶ In corpore vnica eſt concluſio, Conueniens fuit corpus aſſumptum a filio Dei, defectibus ſubiacere. Probatur tripliciter. Primo ex fine incarnationis: ſecundo, ex fidei ſuſceptione: tertio ex exemplaritate patientiæ. Et omnia clara ſunt in litera.

mihi. ergo conueniẽs fuit, vt filius Dei carnẽ aſſumpſerit, infirmitatibus humanis ſubiacentem, vt in ea poſſit pati & tentari, & ſic auxilium nobis ferre.

¶ Reſpondeo dicendum, conueniens fuiſſe, corpus aſſumptum à filio Dei humanis infirmitatibus & defectibus ſubiacere, & præcipuè, propter tria. Primo quidem, quia ad hoc filius Dei carne aſſumpta, venit in mundum, ut pro peccato humani generis ſatisfaceret. Vnus autem pro peccato alterius ſatisfacit, dum pœnam pro peccato alterius debitam, in ſe ſuſcipit. Huiuſmodi autem defectus corporales, ſcilicet mors, fames, ſitis, & huiuſmodi, ſunt pœna peccati, quod eſt in mundum per Adam introductum, ſecundum illud Roman. 5. Per unum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors. Vnde conueniens fuit quantum ad finem incarnationis, quòd huiuſmodi penalitates in noſtra natura ſuſciperet vice noſtra, ſecundum illud Iſa. 53. Vere langores noſtros ipſe tulit. Secundo, propter fidem incarnationis aſtruendam. Cum enim natura humana non aliter eſſet nota hominibus, niſi prout huiuſmodi corporalibus defectibus ſubiacet, ſi ſine his defectibus filius Dei humanam naturam aſſumpſiſſet, videretur non fuiſſe uerus homo, nec ueram carnem habuiſſe, ſed phantaſticam, vt Manichæi poſuerunt. Et ideo, ut dicitur Phili. 2. Exinaniuit ſemetipſum, formam ſerui accipiens, in ſimilitudinem hominum factus, & habitu inuentus ut homo. Vnde & beatus Thomas per aſpectum uulnerum eſt ad finem reuocatus, ut dicitur Ioann. 20. Tertio, propter exemplum patientiæ, quod nobis exhibet, paſſiones & defectus humanos fortiter tolerando. vnde dicitur Heb. 12. Suſtinuit à peccatoribus aduerſus ſemetipſum contradictionem, ut non fatigemini, animis ueſtris deficientes.

¶ Ad primum ergo dicendum, q ſatisfactio pro peccatis alterius, habet quidem quaſi materiam pœnas, quas aliquis pro peccato alterius ſuſtinet: ſed pro principio habet habitum animæ, ex quo inclinatur ad uolendum ſatisfacere pro alio, & ex quo ſatisfactio efficaciam habet: non enim eſſet efficax ſatisfactio, niſi ex charitate procederet, ut infra dicetur.* Et ideo oportuit animam Chriſti & perfectam eſſe, quantum ad habitus ſcientiarum & uirtutum, ut haberet facultatem ſatisfaciendi, & q corpus eius eſſet ſubiectum infirmitatibus, vt ei ſatisfactionis materia non deeſſet.

¶ Ad ſecundum dicendum quòd ſecundum naturalem habitudinem, quæ eſt inter animam, & corpus, ex gloria animæ redundat gloria ad corpus: ſed hæc naturalis habitudo in Chriſto ſubiacebat uoluntati diuinitatis ipſius, ex qua factum eſt, q beatitudo remaneret in anima, & non deriuaretur ad corpus, ſed caro pateretur, quæ conueniunt naturæ paſſibili, ſecundum illud quod Dam.* dicit, quòd bene placito diuinę voluntatis, permittebatur carnipati, & operari quæ propria.

¶ Ad tertium dicendum, quòd pœna ſemper ſequitur culpam actualem uel originalem: quandoque quidẽ eius qui punitur: quandoque autem alterius, pro quo ille, qui pœnas patitur, ſatisfacit. Et ita accidit in Chriſto, ſecundum illud Iſa. 53. Ipſe uulneratus eſt propter iniquitates noſtras, attritus eſt propter ſcelera noſtra.

¶ Ad quartum dicendum, quòd infirmitas aſſumpta à Chriſto non impediuit finem incarnationis, ſed maximè promouit, ut dictum eſt. *Et quamuis per huiuſmodi infirmitates abſconderetur eius diuinitas, manifeſtabatur tamen humanitas, quæ eſt uia ad diuinitatem perueniendi, ſecundum illud Roma. 5. Acceſſum habemus per Ieſum Chriſtum ad Deum. Deſiderabant autem antiqui patres in Chriſto, non quidem fortitudinem corporalem, ſed ſpiritualem per quam & diabolum uicit, & humanam infirmitatem ſanauit.

† In materia de ſatisfac. id erat factum nõ cõpleuit.

†li. 3. c. 15. a med. & c. 14.

† In corp. articuli.

ARTICVLVS II.

Vtrum Chriſtus neceſsitatem his defectibus ſubiacendi aſſumpſerit.

AD ſecundum ſic proceditur. Videtur quòd Chriſtus non ex neceſsitate his defectibus ſubiacuerit. Dicitur enim Iſa. 53. Oblatus eſt, quia ipſe uoluit, & loquitur de oblatione ad paſſionem: ſed uoluntas opponitur neceſsitati. ergo Chriſtus non ex neceſsitate ſubiacuit corporalibus defectibus.

¶ 2 Præt. Damaſc.* dicit in 3. lib. Nihil coactum in Chriſto cõſideratur, ſed omnia uoluntaria: ſed quod eſt uoluntarium, non eſt neceſsarium. ergo huiuſmodi defectus non fuerunt ex neceſsitate in Chriſto.

¶ 3 Præte. Neceſsitas infertur ab aliquo potentiori: ſed nulla creatura eſt potentior quam anima Chriſti, ad quã pertinebat proprium corpus conſeruare. ergo huiuſmodi defectus ſeu infirmitates non fuerunt in Chriſto ex neceſsitate.

¶ Sed contra eſt, quòd Apoſto. dicit Rom. 8 Miſit Deus filium ſuum in ſimilitudinem carnis peccati: ſed conditio carnis peccati eſt, quòd habeat neceſsitatẽ moriendi & ſuſtinẽdi alias huiuſmodi paſsiones. ergo talis neceſsitas ſuſtinendi hos defectus fuit in carne Chriſti.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd duplex eſt neceſsitas, Vna quidem coactionis, quæ fit ab agente extrinſecõ. Et hæc quidem neceſsitas contrariatur & naturæ & voluntati, quorum vtrunque eſt principium intrinſecum. Alia autem eſt neceſsitas naturalis, quę cõſequitur principia naturalia, puta formam, ſicut neceſsarium eſt ignem calefacere: vel materiam, ſicut neceſsarium eſt corpus ex contrarijs compoſitum diſſolui. Secundum igitur hanc neceſsitatem, quæ conſequitur materiam, corpus Chriſti ſubiectum fuit d neceſsitati mortis & aliorum huiuſmodi defectuum: quia ſicut dictum eſt,* beneplacito diuinæ volũtatis, carni Chriſti permittebatur agere, & pati quæ propria. Hæc autem neceſsitas cauſatur ex principijs carnis humanæ, vt dictum eſt.* Si autem loquamur de neceſsitate coactionis, ſecundum quidem quòd repugnat naturæ corporali: ſic iterum corpus Chriſti ſecundum conditionem propriæ naturæ neceſsitati ſubiacuit, & claui perforantis, & flagelli percutientis. Secundum vero quòd neceſsitas talis repugnat voluntati, manifeſtum eſt quod in Chriſto non fuit neceſsitas horum defectuum, neq; per reſpectum ad diuinam voluntatem, neque per reſpectum ad voluntatem humanam Chriſti abſolutè, prout ſe-

¶ *Super quæſtionis decimæ quartæ, Articulum ſecundum.*

TItulus intelligendus eſt, ut facet.

¶ In corpore duo fiunt. Primo ponitur vna diſtinctio bimembris eũ conditionibus membrorum, & multiplicitate vtriuſq;. Secundo reſpondetur quæſito tribus concluſionibus. Diſtinctio eſt. Neceſsitas eſt duplex, coactionis, vel naturalis. Conditio neceſsitatis coactionis eſt, q eſt ab extrinſeco, multiplicitas eius eſt, quòd contrariatur quandoque naturæ, quandoque voluntati: quia tam natura, quàm voluntas eſt principium intrinſecũ: illa autem eſt ab extrinſeco. Conditio neceſsitatis naturalis eſt, q conſequitur principiũ naturale: multiplicitas eius eſt, quia vel conſequitur formam vel materiã. Prima concluſio eſt: Corpus Chriſti ſecundum neceſsitatem naturalem conſequentem materiam ſubiectum fuit neceſsitati mortis, & aliorum huiuſmodi defectum. Probatur. Carni Chriſti per naturam debebatur agere, & pati quæ erant propria: ſed neceſsitas horum defectuum cauſatur ex proprijs carnis. ergo Secunda cõcluſio eſt Corpus Chriſti ſecundum conditionem propriæ naturæ ſubiacuit neceſsitati coactionis repugnantis naturæ corporali, vt patet de clauo perforante, & flagello percutiente, Tertia concluſio eſt. In Chriſto non fuit neceſsitas coactionis repugnantis voluntati diuinæ ſuchmanę abſolutè, ſed ſolum ſecundum naturalem horum voluntatis. Hæc cõcluſio non aliter probatur, ſed ex declaratione terminorum

87 Infr. q. 15. a. 5. ad 1. Et 3. di. 3. q. 1. a. 2. q. 1. c. fin.

D. 904.

†art. præced. ad 2.

†In iſto artic.

Universidad de Deusto
Biblioteca

norum relinquitur euidens apud theologos. Declaratur siquidem voluntas absolute, hoc est consequens rationem deliberantem, & naturalis, prout naturaliter refugit mortem, corporisque nocumenta.

¶ Vbi nota primo, quòd apud Auctorem hic, deliberatio est actus rationis. Et voluntas dicitur deliberata denominatiue a ratione deliberante, & causaliter, quia consequitur rationem deliberantem (quæ. s. ratio omnibus cõsideratis eõ eludit aliquid esse malum vel bonũ, fugiendũ vel prosequendum) & sequitur motus uoluntatis cõformis tali rationi appetens vel fugiens, qui vocatur voluntas deliberata. Naturalis autem voluntas vocat motus ille uoluntatis, qui consequitur rationem apprehendentem bonum vel malum, non consideratis omnibus circunstantiis, sed ipsum nudum obiectum bonum (puta vitam, sanitatẽ) vel malum, puta mortem, infirmitatẽ, flagellari, & huiusmodi. ad huiusmodi. n. apprehensionem, sequitur naturaliter motus voluntatis volens bonum, vel nolẽs malum. Et tamen, vt dictum est, superaddita rationi consideratione circunstãtiarum (puta mori, propter bonum virtutis) sequitur in voluntate motus volitionis respectu mali, puta, mortis propter iustitiam, & nolitionis respectu boni, puta vitæ cum detrimento virtutis. Renuit siquidẽ uiuere cũ defectu etiam negatiuo talis actus virtutis, puta redẽptionis humanæ.

¶ In responsione ad tertium, vide q̃ Auctor necessitatem coactionis contrariæ corpori (quam in corpore articuli respectu corporis Christi posuit) hic extendit etiam ad animam Christi secũdum proprium naturam & virutẽ: quia superius dictũ est, q̃ ita Christi fm propriã naturam & virtutẽ non poterat mutare naturalẽ cursum rerũ, secũdum quem consuetũ erat, animã esse potentiorem ad perforandum carnem humanã, quam anima sit potens seruare corpus illæsum a perforatione: qñ hoc nõ sine miraculo fieret. Et hoc est q̃ ifa docet.

D.905. li.3.c.23. & 24. in cor.ar.

quitur rationem deliberantem, sed solum secundum naturalem motum voluntatis, prout scilicet naturaliter refugit mortem, & etiam corporis nocumentum.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd Christus dicitur oblatus, quia uoluit d & voluntate diuina, & uoluntate humana deliberata: licet mors esset contra naturalem motum voluntatis humanæ, ut Damasc. dicit.

¶ Ad secundum patet responsio ex dictis.†

¶ Ad tertium dicendum, quod nihil fuit potentius, quàm anima Christi absolutè: nihil tamen prohibet aliquid fuisse potentius, quantum ad hunc effectum: sicut cluuus ad perforandum. Et hoc dico, secundum quòd anima Christi consideratur secundum propriam naturam & virtutem.

Articvlvs III.

Vtrum Christus defectus corporales contraxerit.

AD tertium sic proceditur. Videtur quòd Christus defectus corporales contraxerit. Illud enim contrahere dicimur, quod simul cum natura ex origine trahimus: sed Christus simul cum natura humana defectus & infirmitates corporales per suam originem traxit à matre, cuius caro huiusmodi defectibus subiacebat. ergo videtur quòd hos defectus contraxerit.

¶ 2 Præterea, Id, quod ex principiis naturæ causatur, simul cum natura trahitur, & ita contrahitur, sed huiusmodi pœnalitates causantur ex principiis naturæ humanæ, ergo eas Christus contraxit.

¶ 3 Prat. Secundum huiusmodi defectus Christus aliis hominibus similatur, vt dicitur Hebr. 2. sed alii homines huiusmodi defectus contrahunt. ergo videtur q̃ etiam Christus huiusmodi defectus contraxerit.

¶ Sed contra est, quòd huiusmodi defectus contrahuntur ex peccato, secundum illud Rom. 5. Per vnum hominem peccatum intrauit in hunc mundum, & per peccatũ mors, sed in Christo non habuit locum peccatum. ergo

ARTIC. III.

¶ Super quæstio 14. Artic. III.

TIculus totus consistit in verbo contractionis. Nihil n. aliud vertitur in dubium hic, nisi an defectus corporales, qui in Christo fuerunt, fuerint contracti, an non fuerint cõtracti, sed aliter habiti.

¶ In corpore articuli unica est conclusio responsiua quæsito: Christus non contraxit defectus corporales, sed uoluntarie suscepit. Probatur quo ad primã principalemque partẽ: Contractio importat ordinem effectus ad causam. ergo illi proprie dicuntur contrahere defectus mortis, &c. qui ex debito peccati hos defectus incurrunt: ergo Christus hos defectus non contraxit. Antecedens probatur: quia cõtrahere est simul trahere, effectum. s. cum causa sua. Prima consequentia probatur: quia causa mortis & horum defectuum in humana natura est peccatum. Probatur ex auctoritate ad Rom. 5. Per peccatum mors, &c. Secunda vero conclusio probatur: quia Christus non habuit hos defectus ex debito peccati. Probatur auctoritate Augustini. Vltima pars conclusioni probatur, quia potuisset, si voluisset Christus assumere naturã absque pœna, sicut assumpsit absque culpa.

¶ In responsione ad secundum, nota auctorẽ in theologia theologice loqui. cum dicit causam proximam mortis esse peccatum, remotam autem compositionẽ ex contrariis. Formaliter siquidem loquitur, ubi omnino theologica est materia, qualis est ista.

¶ Super quæstionis 14. Articu. quartum.

TIculus consistit in uniuersalitate defectuum humanorum corporalium, an scilicet omnes assumi a Christo fuerit conueniens.

¶ In corpore una est conclusio responsiua quęsito: Non fuit conueniens,

huiusmodi defectus Christus non contraxit.

¶ Respondeo dicendum, quòd in verbo contrahendi, intelligitur ordo effectus ad causam, ut scilicet illud dicatur contrahi, quod simul cum sua causa ex necessitate trahitur. Causa autẽ mortis & horum defectuum in humana natura est peccatum: quia per peccatum mors intrauit in hunc mundum, ut dicitur Roma. 5. Et ideo illi propriè dicuntur hos defectus contrahere, qui ex debito peccati hos defectus incurrunt. Christus autem hos defectus non habuit ex debito peccati, quia vt Augu. * dicit exponens illud Ioan. 3. Qui de sursum venit, super omnes est, de sursum venit Christus, id est, de altitudine naturæ humanæ, quam habuit ante peccatum primi hominis. Accepit enim naturam humanam absque peccato, in illa puritate, in qua erat in statu innocentiæ, & simili modo potuisset assumere humanam naturam absque defectibus. Sic igitur patet, quòd Christus non contraxit hos defectus, quasi ex debito peccati eos suscipiens, sed ex propria voluntate.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd caro Virginis concepta fuit in originali d peccato: & ideo hos defectus contraxit. † sed Christus naturam ex Virgine assumpsit absque culpa. Et similiter potuisset naturam assumere absque pœna sed uoluit suscipere pœnã propter opus nostræ redemptionis implẽdum, ut dictum est. * Et ideo habuit huiusmodi defectus, non contrahendo, sed voluntariè assumendo.

¶ Ad secundum dicẽdum, quòd causa mortis, & aliorum corporalium defectuum in humana natura, est duplex. Vna quidem remota, quæ accipitur ex parte principiorum materialium humani corporis, inquantum est ex contrariis compositum: sed hæc causa impediebat per originalem iustitiam. Et ideo proxima causa mortis & aliorum defectuum, est peccatũ: per quod subtracta est originalis iustitia. Et propter hoc, quia Christus fuit sine peccato, dicitur non contraxisse huiusmodi defectus: sed voluntariè assumpsisse.

¶ Ad tertium dicendum, quòd Christus in huiusmodi defectibus, assimilatus est aliis hominibus, quantum ad qualitatem defectuum, non autem quantum ad causam. Et ideo Christus non contraxit huiusmodi defectus, sicut alii.

* referens 3. sent. di. 16. & hi in glo. ordi. super hunc locum.

D. 3to. † Alius, sed cõtra Christus Virgine sũpsit naturã absq; culpa.

* Ar. 1. huius q.

89 Sup. q. 3. ad 2. ar. 4. ad 3. & inf. q. 15. ar. 1. c. & q. 46. ar. 4 ad 3. & 3. di. 1. q. 2. ad 1. & di. 15. q. 1. ar. 1. & d. 22. q. 2. ar. 3. q. 1. & 4. cõt. c. 55. ad 11. & opus. 3. c. 223. & 238. * li. 3. c. 6. & 18. † Ar. 1.

ceniens, vt Christus assumeret omnes defectus seu infirmitates humanas. Probatur, Christus assumpsit defectus humanos ad satisfaciendum pro peccato humanæ naturæ. ergo illos tantum defectus assumere debuit, qui consequuntur ex peccato communi totius humanæ naturæ, nec tamen repugnant perfectioni scientiæ & gratiæ. ergo nõ fuit cõueniens ut omnes defectus seu infirmitates humanas assumeret. Antecedens patet. Et prima cõsequẽtia, quo ad primã partem, relinquitur clara. Quo ad secũdam vero probatur, quia ad satisfaciendum pro peccato humanę naturæ, requiritur satisfactor perfectus in anima, scientia, & gratia. Secũda autem, quia defectus sunt trifariam, quidam repugnantes perfectioni scientiæ, ut ignorantia, vel gratiæ, ut pronites ad malum & difficultas ad bonum: quidam particulares, ut varii morbi: quidam cõmunes toti humanæ naturæ, ut fames, sitis, fatigatio, mors &c.

¶ Vbi nota tria. Primo, quòd quia rationis ordo poscit, vt satisfactio, quæ pœnalis est, respondeat culpæ (& culpæ communi respondeat pœna communis) iõ litera ex eo quòd Christus defectus pœnales assumpsit ad satisfaciendum pro peccato naturæ humanæ, optime, vt clarum insultit, consequens, quòd solos communes humanæ naturæ defectus pœnales assumere debuit. Secundo, quòd quia negatio particularium defectuũ in Christo illata, non erat probata (quamuis fuerit probata affirmatio vniuersalium defectuum in eodem ex proportione pœnæ ad culpam) ideo litera subiunxit rationem eximentem corpus Christi a specialibus defectibus, ex tem, ex eo, q̃ defectus speciales aut sunt ex defectu principii vel principiorum, aut ex defectu progressus vitæ, quorum neutrum in Christo locum habere potuit.

¶ Et si quis obiecerit, quòd possit esse aliquis horum defectuũ, ex tertia causa, puta, ex cœlo vel concursu elementi alicuius, sciat omnes huiusmodi concursus causatiuos morbi specialis, nihil aliud esse quam defectum principii: concurrens enim causa impedit principia a naturali perfectione actionis uel passionis suæ, & ideo reducitur huiusmodi causa ad defectum virtutis formatiuæ, causam positam in litera.

¶ Tertio, q̃ Auctor doctrinam suam conformem Damasceno ostendens, confirmat simul, & exponit illum.

¶ Sed restat hic dubium, quo pacto iucurrit, vbi de defectib. corporis agitur, ignorantiam inter defectus communes computare, cum constet ignorantiam esse defectum animæ.

¶ Ad hoc dicitur, quòd Auctor licet tractet de defectibus corporis: inserit tamen uniuersalem doctrinam de defectibus humanis, qui non debuerunt assumi a Christo, ut ex vniuersali regula habeatur discretio inter defectus etiam corporis, qui debuerunt vel non debuerunt assumi. Et hoc propter promptitudem ad malum & difficultatem boni, quoniam alia est lex in membris humanis repugnans legi mentis, secundum quam proni sunt sensus hominis ad malum, & non quod volumus bonum hoc agimus, id autem quod de ignorantia admiscetur, exempli gratia positum est.

¶ Sed quia hæc responsio dicta secundum eundem contextum separat, dum ignorantiam ut exemplum, promptitatem vero ad malum, & difficultatem ad bonum vere interpretatur, aliter dicitur, q̃ per ignorantiam hic intelligitur copulatio corporalis cãtiua ignorantiæ: nascuntur siquidem aliqui inepti ad sciendum, sicut alii inclinati ad iram, & huiusmodi.

¶ Sed hoc minus consonat literæ, dicendi contra defectus repugnãtes perfectioni scientiæ vel gratiæ, defectus corporis ipse ciales: constat autem has complexiones exhorbitantes a temperantia humanæ medietatis, inter speciales cõputari defectus. Vnde dicendũ est, q̃ ignorantia dupliciter sumi potest, vel secundum se, & sic est defectus non corporis, sed animæ, sicut scientia: contraria enim circa idẽ nata sunt fieri, vel secundum suam causam occasionalem cõmunem toti naturæ humanæ, & sic est defectus tenens se ex parte corporis, quoniam ex hoc ipso, quòd anima sit in corpore, non recipit influxum scientiæ a superioribus, & manet ignorans: in cuius signum statim, quod a corpore separatur anima, perficitur scientia infusa a superioribus. Christus autem licet susceperit animam in corpore, non susceptit tamen defectum scientiæ concomitantem animam ex hoc, quòd sit in corpore, quoniam ab initio eius anima repleta est, & beata, & infusa scientia, ut patet ex antedictis. Et ideo inter defectus corporis hoc est se tenentes ex parte corporis, computata est hoc in loco ignorantia.

li. 1. orth. fid. c. 14. & fin. & li. 3. c. 20.

¶ In responsione ad secundum perspicaciter vide, quod animæ Christi, secundum se debebatur plenitudo omnis gratiæ & scientiæ, ex hoc ipso quod erat assumpta a Verbo, est enim hoc sumptum ex Ioan. 1. Vidimus eum plenum gratiæ & ueritatis, quasi vnigenitum a Patre. Et docemur ex hoc non solum differentiam intentam in litera inter scientiam ac gratiam, & defectus, quod illæ debebantur animæ Christi secundum se, hoc est ob propriã perfectionem, istli vero solum propter aliud, hoc est satisfactionem & exemplaritatem &c. sed etiam quod non sunt duo miracula, gratia unionis, & gratia uirtutum in anima Christi: sed sicut in naturalibus generans dat una generatione formam, & consequentia ad formam, ita in mysterio incarnationis assumens dat gratiæ & scientiæ plenitudinem, ut consequentia assumptionem. Et propterea sicut debentur genito concomitanti formam, debito naturali, ita debetur assumptæ animæ plenitudo gratiæ & scientiæ, debito quasi naturali, seu connaturalis ordinis. Connaturalis quippe est assumptæ animæ plenitudo gratiæ & scien-

tiæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ris nostri, per hoc quòd eam assumpsit, ex consequenti omnes alios defectus curauit.

¶ Ad secundum dicendum, quòd plenitudo omnis gratiæ & scientiæ, animæ Christi secundum se debebatur ex hoc ipso, quòd erat à verbo Dei assumpta, & ideo absolutè omnem plenitudinem sapientiæ & gratiæ Christus assumpsit: sed defectus nostros dispensatiuè assumpsit, ut pro peccato nostro satisfaceret, non quia ei secundum se competerent, & ideo non oportuit, quòd omnes assumeret, sed solum illos, qui sufficiebant ad satisfaciendum pro peccato totius humanæ naturæ.

¶ Ad tertium dicendum, quòd mors in omnes homines deuenit ex peccato primi parentis: non autem quidam alii defectus, licet sint morte minores. Vnde non est similis ratio.

¶ Super quæstionis decimæ quintæ, Articul. primum.

TItulus clarus est.

¶ In corpore est vnica conclusio responsiua quæsito: Christus nullo mõ assumpsit defectum peccati. Probatur, Defectus assumpti a Christo sunt assumpti ad tria, hoc est ad satisfaciendum pro natura humana, ad comprobandam suam humanitatem, & ad exemplum virtutis: sed defectus peccati ad nihil horum valet. ergo. Maior patet ex primo articulo præcedentis quæstionis. Minor singillatim quo ad singulas partes clarè probatur in littera, ita ut non sit opus exponere.

QVAEST. XV.

De defectibus animæ, à Christo assumptis, in decem articulos diuisa.

DEINDE considerandum est, de defectibus pertinentibus ad animam.

Et circa hoc quæruntur decem.

¶ Primo, Vtrum in Christo fuerit peccatum.

¶ Secundo, Vtrum in eo fuerit fomes peccati.

¶ Tertio, Vtrum in eo fuerit ignorantia.

¶ Quarto, Vtrum anima eius fuerit passibilis.

¶ Quinto, Vtrum in eo fuerit dolor sensibilis.

¶ Sexto, Vtrum in eo fuerit tristitia.

¶ Septimo, Vtrum in eo fuerit timor.

¶ Octauo, Vtrum in eo fuerit admiratio.

¶ Nono, Vtrum in eo fuerit ira.

¶ Decimo, Vtrum simul fuerit viator & comprehensor.

ARTICVLVS I.

Vtrum in Christo fuerit peccatum.

90 Inf. q. 32. ar. 7 & 3. dist. 7. q. 1. cor. fin. & di. 12. q. 1. cor. fin. & quo. 4. q. 81. ar. 1.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd in Christo fuerit peccatum. Dicitur enim Psal. 21. Deus Deus meus respice in me, quare me dereliquisti, longe à salute mea verba delictorum meorum: sed hæc verba dicuntur ex persona ipsius Christi, ut patet ex hoc, quòd ipse ea in cruce protulit. ergo uidetur quòd in Christo fuerint delicta.

¶ 2 Præterea. Rom. 5. dicit Apostolus, quòd in Adam omnes peccauerunt, quia scilicet in eo originaliter fuerunt: sed Christus etiam originaliter fuit in Adam. ergo in eo peccauit.

¶ 3 Præte. Apost. dicit Heb. 2. quòd in eo, in quo Christus passus est, & tentatus, potens est & his, qui tentantur, auxiliari: sed maximè indigebamus auxilio eius contra peccatum. ergo videtur quòd in eo fuerit peccatum.

¶ 4 Præt. Secundæ ad Cor. 5. dicitur, quòd Deus eum, qui non nouerat peccatum, s. Christum, pro nobis peccatum fecit: sed illud verè est, quòd à Deo factum est. ergo in Christo verè fuit peccatum.

¶ 5 Præt. Sicut Augu. *dicit in lib. de Agone Christiano, in homine in Christo se nobis ad exemplum vitæ præbuit filius Dei: sed homo indiget exemplo non solum ad rectè viuendum, sed etiam ad hoc, quòd pœniteat de peccatis. ergo videtur, quòd in Christo debuerit esse peccatum, vt de peccatis pœnitendo, pœnitentiæ nobis daret exemplum.

¶ Sed contra est, quòd ipse dicit Ioan. 8. Quis ex vobis arguet me de peccato?

¶ Respondeo dicendum, quòd sicut supra dictum est, * Christus suscepit defectus nostros, ut pro nobis satisfaceret, & vt veritatem humanæ naturæ comprobaret, & vt nobis fieret exemplum virtutis: secundum quæ tria manifestum est, quòd defectum peccati assumere non debuit. Primo quidem, quia peccatum nihil operatur ad satisfactionem, quinimmo virtutem satisfactionis impedit: quia vt dicitur Eccle. 34. dona iniquorum non probat Altissimus. Similiter etiam ex peccato non demonstratur veritas humanæ naturæ, quia peccatum non pertinet ad humanam naturam, cuius Deus est causa, sed magis est contra naturam, per seminationem diaboli introductum, vt Dama. *dicit. Tertio, peccando exemplum virtutis præbere non potuit, cum peccatum contrarietur virtuti. Et ideo Christus nullo modo assumpsit defectum peccati, nec originalis nec actualis, secundum illud quod dicitur 1. Petri. 2. Qui peccatum non fecit.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd sicut Damascen.* dicit in 3. lib. dupliciter dicitur aliquid de Christo, vno modo, secundum proprietatem naturalem & hypostaticam, sicut dicitur quòd Deus factus est homo, & quòd passus est pro nobis, alio modo, secundum proprietatem personalem & habitudinalem, prout scilicet aliqua dicuntur de ipso in persona nostra, quæ sibi secundum se nullo modo conueniunt. Vnde & inter septem regulas Ticonii, quas Augustí.* ponit in 3. de doctr. christia. prima ponitur de Domino & eius corpore, cum. s. Christi. & ecclesiæ vna persona æstimatur. Et secundum hoc Christus est persona membrorum suorum loquens dicit, Verba delictorum meorum, non quòd in ipso capite delicta fuerint.

¶ Ad secundum dicendum, quòd sicut dicit Augus.* 10. super Gene. ad literam, non omni modo Christus fuit in Adam & in alijs patribus, quo nos ibi fuimus. Nos. n. fuimus in Adam secundum seminalem rationem & secũdum corpulentam substantiam: quia scilicet, vt ipse ibidẽ dicit, cum sit in semine & visibilis corpulentia, & inuisibilis ratio, vtrum quæcurrit ex Adam: sed Christus visibilem carnis substantiam de carne virginis sumpsit: ratio verò conceptionis eius non à semine virili, sed longe aliter, ac desuper venit. Vnde non fuit in Adam secundum seminalem rationem, sed solum secundum corpulentam substantiam. Et ideo Christus nõ accepit actiuè ab Adam humanam naturam, sed solum materialiter: actiuè verò à Spiritu sancto: sicut & ipse Adam materialiter sumpsit corpus ex limo terræ: actiuè autem à Deo. Et propter hoc Christus non peccauit in Adam, in quo fuit solum secundum materiam.

¶ Ad tertium dicendum, quòd Christus ex sua tentatione & passione nobis auxiliatus est, pro nobis satisfaciendo: sed peccatum non cooperatur ad satisfactionem: sed magis ipsam impedit, vt dictum est. * Et ideo non oportuit, quòd peccatum in se haberet, sed omnino esse purus à peccato, alioquin pœna, quam sustinuit, fuisset

fuisset sibi debita pro proprio peccato.

¶ Ad quartum dicendum, quòd Deus fecit Christum peccatum, non quidem ut in se peccatum haberet: sed quia fecit eum hostiam pro peccato: sicut & Osee. 4. dicitur, Peccata populi mei comedent, scilicet Sacerdotes, qui secundum legem comedebant hostias pro peccato oblatas. Et secundum hunc modum dicitur Isa. 52. quòd Dominus posuit in eo iniquitatem omnium: quia scilicet eum tradidit, ut esset hostia pro peccatis omnium hominum, vel fecit eum peccatum, id est, habentem similitudinem carnis peccati, ut dicitur Roman. 8. & hoc propter corpus passibile, & mortale, quod assumpsit.

¶ Ad quintum dicendum, quòd pœnitens laudabile exemplum dare potest, non ex eo quòd peccauit, sed in hoc quòd voluntariè pœnam sustinet pro peccato. Vnde Christus dedit maximum exemplum pœnitentibus, dum non pro peccato proprio, sed pro peccatis aliorum voluit pœnam subire.

¶ Super quæstionis decimæ quintæ, Artic. secundum.

91 Inf. q. 27. ar. 3. c. & ad 1. & 3. d. 17. ar. 1. q. 2. ad 4. & op. 3. c. 23i.

IN titulo fomes peccati importat inclinationem appetitus sensitiui in id, quod contrariatur rectæ rationi, puta, in superfluam delectationem, in excessiuam cupiditatẽ, & similia.

¶ In corpore vnica est conclusio responsiua quæsito: in Christo nõ fuit fomes peccati. Probatur dupliciter, primo sic. Virtus moralis facit rationalẽ partem animæ, in qua est, rationi esse subiectum, & tanto magis quanto perfectior fuerit. ergo quanto virtus in aliquo fuerit magis perfecta, tanto magis in eo debilitatur vis fomitis. ergo in Christo nõ fuit fomes peccati. Antecedens declaratur, in temperantia & mansuetudine. Prima consequentia probatur, quia ad rationem fomitis pertinet inclinatio appetitus sensualis in id, quod est contra rationem. Secunda vero, q. a in Christo fuit virtus secundum perfectissimũ gradum, quod probatur, quia Christus perfectissime habuit gratiã, & omnes virtutes. Virtus autem moralis, quæ est in rationali parte animæ eam facit esse rationi subiectam, & tanto magis, quanto perfectior fuerit uirtus: sicut temperantia concupiscibilem, & fortitudo, & mansuetudo irascibilem, ut in 2. parte dictum est. * ad rationem autem fomitis pertinet inclinatio sensualis appetitus in id, quod est contra rationem. Si igitur patet, quòd quanto uirtus in aliquo fuerit magis perfecta, tanto magis in eo debilitatur vis fomitis. Cum igitur in Christo fuerit virtus secundum perfectissimum gradum, consequens est, quòd in eo fomes peccati non fuerit, cum etiam iste defectus non sit ordinabilis ad satisfaciendum: sed potius inclinet ad contrarium satisfactioni.

li. 3. orth. fid. c. 15. 2 med. & c. 14.

¶ 2 Præterea, Sicut Damasc.* dicit in 3. lib. Beneplacito diuinæ uoluntatis permittebatur caro Christi pati & operari quæ propria: sed proprium est carni, ut concupiscat delectabilia sibi. Cum igitur nihil aliud sit fomes, quàm concupiscentia, (vt dicitur in gl. Rom. 7.) videtur quòd in Christo fuerit fomes peccati.

¶ 3 Præterea, Ratione fomitis peccati, caro concupiscit aduersus spiritum, ut dicitur Gala. 5. Sed tanto spiritus ostenditur fortior & magis dignus corona, quanto magis superat hostem scilicet concupiscentiam carnis, secundum illud 2. ad Timo. 2. Non coronabitur nisi qui legitimè certauerit. Christus autem habuit fortissimum, & victoriosissimum spiritum & maximè dignum corona, secundum illud Apocal. 6. Data est ei corona, & exiuit vincens, ut uinceret. uidetur ergo q. in Christo maximè debuerit esse fomes peccati.

¶ Sed contra est, quòd dicitur Matth. 1. Quod in ea natum est, de Spiritu sancto est: sed Spiritus sanctus excludit peccatum & inclinationem peccati, quæ importatur nomine fomitis. ergo in Christo non fuit fomes peccati.

¶ Respondeo dicendum, quòd sicut supra dictum est, * Christus perfectissimè habuit gratiam & omnes virtutes. Virtus autem moralis, quæ est in rationali parte animæ eam facit esse rationi subiectam, & tanto magis, quanto perfectior fuerit uirtus: sicut temperantia concupiscibilem, & fortitudo, & mansuetudo irascibilem, ut in 2. parte dictum est. * ad rationem autem fomitis pertinet inclinatio sensualis appetitus in id, quod est contra rationem. Si igitur patet, quòd quanto uirtus in aliquo fuerit magis perfecta, tanto magis in eo debilitatur vis fomitis. Cum igitur in Christo fuerit virtus secundum perfectissimum gradum, consequens est, quòd in eo fomes peccati non fuerit, cum etiam iste defectus non sit ordinabilis ad satisfaciendum: sed potius inclinet ad contrarium satisfactioni.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd Inferiores vires pertinentes ad sensibilem appetitum, naturaliter sunt obedibiles rationi: non autem vires corporales, vel humorum corporalium, uel etiam ipsius animæ vegetabilis, ut patet in 1. Ethicor. * Et ideo perfectio virtutis, quæ est secundum rationem rectam, non excludit passibilitatem corporis, excludit autem fomitem peccatis: cuius ratio consistit in resistentia sensualis appetitus ad rationem.

li. 1. Eth. c. vlt. t. 5.

¶ Ad secundum dicendum, quòd caro naturaliter concupiscit id, quod est sibi delectabile concupiscentia appetitus sensitiui: sed caro hominis, qui est animal ratione, hoc concupiscit secundum modum & ordinem rationis, & hoc modo caro Christi concupiscentia appetitus sensitiui naturaliter appetebat escam & potum & somnum, & alia quæ secundum rectam rationem appetuntur, ut patet per Damasc.* in 3. lib. Ex hoc autem non sequitur, quod in Christo fuerit fomes peccati, qui importat concupiscentiam delectabilium, præter ordinem rationis.

li. 3. orth. fi. c. 14.

¶ Ad tertium dicendum, quòd fortitudo spiritus aliqualis ostenditur, ex hoc quod resistit concupiscentiæ carnis sibi contrariantis: sed maior fortitudo spiritus ostenditur, si per eius uirtutem totaliter caro comprimatur, ne contra spiritum concupiscere possit, & ideo hoc competebat Christo, cuius spiritus summum fortitudinis gradum attigerat. Et licet non sustinuerit impugnationem interiorem ex parte fomitis, sustinuit tamen exteriorem impugnationem ex parte mundi, & diabolí, quos superando victoriæ coronam promeruit.

Ali. 5 irrationali.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd Inferiores vires pertinentes ad sensibilem appetitum, naturaliter sunt obedibiles rationi: non autem vires corporales, vel humorum corporalium, uel etiam ipsius animæ vegetabilis, ut patet in 1. Ethicor. * Et ideo perfectio virtutis, quæ est secundum rationem rectam, non excludit passibilitatem corporis, excludit autem fomitem peccatis: cuius ratio consistit in resistentia sensualis appetitus ad rationem.

¶ Ad secundum dicendum, quòd caro naturaliter concupiscit id, quod est sibi delectabile concupiscentia appetitus sensitiui: sed caro hominis, qui est animal ratione, hoc concupiscit secundum modum & ordinem rationis, & hoc modo caro Christi concupiscentia appetitus sensitiui naturaliter appetebat escam & potum & somnum, & alia quæ secundum rectam rationem appetuntur, ut patet per Damasc.* in 3. lib. Ex hoc autem non sequitur, quod in Christo fuerit fomes peccati, qui importat concupiscentiam delectabilium, præter ordinem rationis.

¶ Ad tertium dicendum, quòd fortitudo spiritus aliqualis ostenditur, ex hoc quod resistit concupiscentiæ carnis sibi contrariantis: sed maior fortitudo spiritus ostenditur, si per eius uirtutem totaliter caro comprimatur, ne contra spiritum concupiscere possit, & ideo hoc competebat Christo, cuius spiritus summum fortitudinis gradum attigerat. Et licet non sustinuerit impugnationem interiorem ex parte fomitis, sustinuit tamen exteriorem impugnationem ex parte mundi, & diabolí, quos superando victoriæ coronam promeruit.

1. 2. q. 56. ar. 4.

¶ Occurrit hic dubium, quia secundum primam rationem in littera allatam, sequitur, quod non solum in Christo, sed etiam in puris hominibus puta, Ioanne Baptista, non fuerit fomes peccati, quia in ipso a principio fuerunt uirtutes perfectæ, non solum in habitu, ut sunt in pueris baptizatis, sed in exercitio, cum fuerit tantæ perfectionis, ut iustitia appellatus sit, ut dicit Glos. in verbo, Iustitia, vbi scriptum est: Iustitia ante eum ambulabit.

li. 1. Eth. c. vlt. t. 5.

¶ Ad hoc dicitur, quòd differentia inter animam Christi & aliorũ est, quòd anima Christi est secundum quòd erant animæ in statu innocentiæ, quantũ ad elongationem a peccato: animæ vero reliquorum quantumcunque sanctificatorũ in vtero, in hac vita sunt sicut anima hominis, qui incidit in latrones, & non solum spoliatus est gratuitis, sed uulneratus est in naturalibus. Et ideo in alia Christi secundum se sola naturalis inclinatio partis sensitiuæ in bonũ sibi cõsonum erat per virtutem subiectã da perfectæ rationi, vt nulla fomitis ratio maneret in eo: in alijs autem nõ solum est naturalis inclinatio partis sensitiuæ, in bonum sibi consonum, sed talis inclinatio est vulnerata. Et propterea non fuit sufficiens in aliis ad tollendum fomitem, perfectio virtutis sed speciali est opus gratiæ, sic sanante vt exunctus sit (a mor-

Universidad de Deusto
Biblioteca

mes peccati, quod soli beatæ Virgini in hac vita concessum credimus. Non sequitur igitur ex processu literæ, quod perfectio virtutis regulariter collat fomitem, sed quod per sectio virtutis infert in ipso, non fuisse fomitem.

Super quæstionis decimæ quintæ, Articul. tertium.

TItulus clarus est.

¶In corpore vna est conclusio: In Christo non fuit ignorantia. Probatur, Sicut in Christo fuit plenitudo gratiæ & virtutis, ita fuit plenitudo omnis scientiæ, et ga sicut prima plenitudo excludit fomitem peccati, ita secunda excludit ignorantiam. ergo in Christo nō fuit ignorantia. primæ consequentia probatur, quia ignorantia opponitur plenitudini scientiæ: secunda, quia nō fuit fomes peccati in Christo.

¶In rēspōsione ad tertium, aduerte notitiæ, q̄ trium expositionum verborum Isaiæ, quæ in litera ponitur, duæ primæ conueniunt in hoc, q̄d ly Antequā puer sciat, exponunt, antequam Deus fiat puer sciēs, hoc est, antequam incarnetur habens matrem & patrem putatiuum. In hoc enim sensu uertitur tam literalis expositio, quòd rex Assyriorum auferret spolia ante incarnationem filii Dei, quam spiritualis, quod filius Dei ante incarnationem inuocatus saluaret populum suum. Tertia autem post incarnationem exponit, quòd ly Ante, dicat ordinem temporis, secundum ætatem infantilem IESV Christo.

ARTICVLVS III.

Vtrum in Christo fuerit ignorantia.

AD tertium sic proceditur. Videtur quòd in Christo fuerit ignorantia. Illud enim verè fuit in Christo, quod sibi competit secundum humanam naturam, licet ei non competat secundum diuinam, sicut passio & mors: sed ignorantia conuenit Christo, secundum humanam naturam: dicit enim Damas.* in 3. lib. quòd ignorantem & seruilem assumpsit naturam. ergo ignorantia verè fuit in Christo.

¶2 Præterea, Aliquis dicitur ignorans per notitiæ defectum: sed aliqua notitia defuit Christo: dicit enim Apostol. 2. ad Corinth. 5. Eum qui non nouit peccatum, pro nobis peccatum fecit. ergo in Christo fuit ignorantia.

¶3 Præterea, Isa. 8. dicitur, Antequam sciat puer vocare patrem suum & matrem suam, auferetur fortitudo Damas.* Puer autem ille est Christus. ergo in Christo fuit aliquarum rerum ignorantia.

¶Sed contra, Ignorantia per ignorantiam non tollitur. Christus autem ad hoc venit, ut ignorantias nostras auferret: venit enim vt illuminaret his, qui in tenebris & in vmbra mortis sedent. ergo in Christo ignorantia non fuit.

¶Respondeo dicendum, quòd sicut in Christo fuit plenitudo gratiæ & virtutis, ita in ipso fuit plenitudo omnis scientiæ, ut ex præmissis* patet. Sicut autem in Christo plenitudo gratiæ & virtutis excludit fomitem peccati, ita plenitudo scientiæ, excludit ignorantiam, quæ scientiæ opponitur. Vnde, sicut in Christo non fuit fomes peccati, ita non fuit in eo ignorantia.

¶Ad primum ergo dicendum, quòd natura à Christo assumpta potest dupliciter considerari. Vno modo, secundum rationem suæ speciei, & secundum hoc dicit Damascen. * eam esse ignorantem, & seruilem. Vnde subdit, Nam serua quidem est hominis natura eius, qui fecit ipsam, Dei scilicet, & non habet futurorum cognitionem. Alio modo, potest considerari secundum id, quod habet ex unione ad hypostasim diuinam, ex qua habet plenitudinem scientiæ & gratię, secundum illud Ioā. 1. Vidimus eum quasi vnigenitum à Patre, plenum gratiæ & veritatis. & hoc modo natura humana in Christo ignorantiam non habuit.

¶Ad secundum dicendum, q̄ Christus dicitur nō nouisse peccatum, quia nesciuit per experiētiam, sciuit autem per simplicem notitiam.

¶Ad tertium dicendum, quod loquitur ibi Propheta de scientia humana Christi. Dicit enim, Antequam sciat puer, scilicet secundum humanitatem, vocare patrem suum, scilicet Ioseph (qui pater eius fuit putatiuus) & matrem suam, scilicet Mariam, auferetur fortitudo Damasci: quod non est sic intelligendum, quasi ali quando fuerit homo, & hoc nescīuerit: sed antequam sciat, idest, antequam fiat homo scientiam habens humanam, auferetur, vel ad literam, fortitudo Damasci, & spolia Samariæ, per regem Assyriorum: uel spiritualiter, quia nondum natus, populum suum sola inuocatione saluabit, ut glos.* Hier. ibi exponit. Augustin. tamen in sermo. † de Epi. dicit, hoc esse completum in adoratione Magorum. Ait enim, Antequam per humanam carnem humana verba proferret, accepit virtutem Damasci, scilicet diuitias, in quibus Damascus præsumebat: in diuitijs autem principatus, auro defertur. Spolia verò Samariæ ijdem ipsi erant, qui eam incolebant: Samaria namque pro idolatria ponitur: illic enim populus ad idola colenda conuersus est. Hæc igitur prima spolia puer idolatriæ detraxit. Et secundum hoc intelligit, antequam sciat, idest, antequam ostendat se scire.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum anima Christi fuerit passibilis.

AD quartum sic proceditur. Videtur quòd anima Christi non fuerit passibilis. Nihil enim patitur nisi à fortiori, qui a agens præstantius est patiente, ut patet per Aug. 12. super Gen.* ad literam, & per Philo. 3. de anima: † sed nulla creatura fuit præstantior, quàm anima Christi. ergo anima Christi nō potuit ab aliqua creatura pati, & ita non fuit passibilis: frustra enim in ea fuisset potentia patiendi, si à nullo pati potuisset.

¶2 Præt. Tul. in lib. * de Tusculanis quæstionibus dicit, quòd passiones animæ sunt quædam ægritudines, sed in anima Christi non fuit aliqua ægritudo: nam ægritudo animæ sequitur peccatum, ut patet per illud Psal. 40. Sana animam meam, quia peccaui tibi. ergo in Christo non fuerunt animæ passiones.

¶3 Præte. Passiones animæ uidentur idem esse cum fomite peccati, vnde & Apostol. Ro. 7. vocat eas passiones peccatorum: sed in Christo nō fuit fomes peccati, ut supra dictum est. † Ergo videtur quòd non fuerint in eo animæ passiones, & ita anima Christi nō fuit passibilis.

¶Sed contra est, quod in Psal. 78. dicitur ex persona Christi. Repleta est malis anima mea: non quidem peccatis: sed humanis malis, i. doloribus, vt glo.* ibi exponit. Sic ergo anima Christi fuit passibilis.

¶Respondeo dicendum, q̄ animam in corpore constitutam d dupliciter cōtingit pati. Vno modo, passione corporali: alio modo, passione aīali. Passione quidem corporali patitur p corporis læsionem. Cum enim anima sit forma corporis, consequens est q̄ Probat. Affectiones appetitus sensitiui fuerunt in Christo. ergo. Antecedens probatur dupliciter. primo, quia pertinent ad naturam hominis: secundo, auctoritate Augusti.

¶Quo ad 5m declaratur secunda conclusio responsiua qualiter & quales fuerint passiones aīales in Christo. Et ponitur triplex dīa secūdū triplicem modū, quo deordinant passiones vel ex parte obiecti, vel principii, vel effectus: ita q̄ summa dīæ cōsistit inter passiones esse ordinatas, vel in ordinatas. Et illæ q̄dem in hoc proposito uocantur passiones, istæ autem pro passiones. Et ideo cum de Dño IESV Christo sermo est (ne cuiusq; aures offendam') aīales passiones negamus, pro passiones autem asserimus in Christo fuisse, Hieronymū imitantes, dicentē de Chri tristitia, Non passio, sed propatho est.

¶ Super quæstionis decimæ quintæ, Artic. quintum.

TItulus elatus est.

¶ In corpore vnica cōclusio: in Christo fuit verus & dolor. Probatur. In quo est læsio corporis & sensus læsionis, est dolor sensibilis: sed in Christo fuit vtrumque. ergo. Probatur minor quo ad primum, quia corpus Christi erat passibile & mortale. Quoad secūdū vero, quia aīa Christi perfecte habuit omnes potentias naturales.

¶Nota notitiæ, q̄ illa duo in litera posita requisita ad doloré, non sunt doloris partes, sed causæ sufficientes. Dolor namq; nec est læsio, nec perceptio læsionis: sed vnum sit esse animæ & corporis: & ic corpore perturbato per aliquam corpoream passionem, necesse est q̄ anima per accidens perturbetur, s. quantū ad esse, quod habet in corpore. Quia igitur corpus christi fuit passibile, & mortale (vt supra habitū est *) necesse fuit vt etiam eius aīa hoc modo, passibilis esset. Passiones aūt animali pati dī anima 5m operationem, quæ vel est propria animæ, vel principalius est animæ, quam corporis. Et quamuis ēt 5m intelligere & sentire dicatur hoc mō anima aliquid pati, tamen sicut in secunda parte dictum est, †propriissimè dicuntur passiones animæ, affectiones appetitus sensitiui, quæ in Christo fuerunt, sicut & cætera quæ ad naturam hominis pertinent. Vnde Aug. dicit in 14. de ciui. Dei, *Ipse Dominus in forma serui uitam agere dignatus, humanitus adhibuit eas, vbi adhibendas esse iudicauit, neque enim in quo verum erat hominis corpus, & verus hominis animus, falsus erat humanus affectus. Sciendū tamen est, q̄ huiusmodi passiones aliter fuerunt in Christo, quàm in nobis, quantum ad tria. Primo quidem, quantum ad obiectum, quia in nobis plerumque huiusmodi passiones feruntur ad illicita, quod in Christo non fuit. Secundo, quantum ad principium, quia hmōi passiones frequenter in nobis præueniunt iudicium rationis: sed in Christo omnes motus sensitiui appetitus ordinebantur secundum dispositionem rationis. Vnde Aug. dicit 14. de ciui. Dei, * quòd hos motus certissimæ dispēsationis gratia, ita cum voluit Christus susceperit animo humano, sicut cum uoluit, factus est homo. Tertio, quantum ad effectum, quia in nobis quandoque huiusmodi motus non sistunt in appetitu sensitiuo, sed trahunt rōnem, quod in Christo non fuit: quia motus naturaliter humanæ carni conuenientes, sic ex eius dispositione in appetitu sensitiuo manebant, quòd ratio ex his nullo modo impediebatur facere quæ conueniebant. Vnde Hiero. †dicit super Matth. q̄ Dominus noster, ut ueritatem assumpti probaret hominis, uerè quidem contristatus est: sed ne passio in animo illius dominaretur, per propassionem dicitur quòd cœpit contristari, ut passio perfecta intelligatur, quando animo. i. rationi dominatur: propassio aūt, quando est inchoata in appetitu sensitiuo, sed vlterius non se extendit.

¶Ad primum ergo dicendum, quòd anima Christi poterat quidem resistere passionibus, vt ei non superuenirent, præsertim uirtute diuina: sed propria voluntate se passionibus subiiciebat tā corporalibus quàm animalibus.

¶Ad secundum dicendum, q̄ *Tullius ibi loquitur secundum opinionem Stoicorum, qui non uocabant passiones quoscumq; motus appetitus sensitiui, sed solū inordinatos, tales aūt passiones manifestū est in Chō nō fuisse.

¶Ad tertium dicendum, q̄ passiones peccatorum, sunt motus appetitus sensitiui in illicita tendentes, quod non fuit in Christo, sicut nec fomes peccati.

ARTICVLVS V.

Vtrum in Christo fuerit dolor sensibilis.

AD quintum sic proceditur. Vī q̄ in Christo non fuerit verus dolor sensibilis. Dicit enim Hilar. in 10. de Trinit.* cum pro Christo mori sit vita, quid ipse in mortis sacramento doluisse æstimandus est, qui pro se morientibus vitā rependit? Et infra dicit †, Vnigenitus Deus hominem verum, nō deficiens à se Deo sumpsit: in quo quamuis aut ictus incideret, aut vulnus descenderet, aut nodi concurrerent, aut susp̄ensio eleuaret, afferent quidē hæc impetum passionis, non tamen dolorem passionis inferrent. non igitur in Christo fuit verus dolor.

¶2 Præt. Hoc proprium videtur esse carni in peccato conceptæ, quod necessitati doloris subiaceat: sed caro Christi non est cum peccato concepta, sed ex Spiritu sancto in utero virginali. non ergo subiacuit necessitati patiēdi dolorem.

¶2 Præt. Delectatio contemplationis diuinorum diminuit sensum doloris, vnde & Martyres in passionibus suis tolerabilius sustinuerunt ex consideratione diuini amoris: sed aīa Christi summè delectabatur in contemplatione Dei, quem per essentiam uidebat, ut supra dictum est. * Non ergo potuerat sentire aliquem dolorem.

¶Sed cōtra est, quod Isa. 53. dicitur, Verè dolores nostros ipse tulit.

¶Respondeo dicendum, q̄ (sicut patet ex his, * quę in 2. parte dicta sunt) ad ueritatem doloris sensibilis, requiritur læsio corporis & sensus læsionis. Corpus aūt Christi lædi poterat, quia erat passibile & mortale, ut supra habitū est. * Nec de fuit ei sensus læsionis, cū aīa Chri pfectè haberet oēs potentias naturales. vñ nulli dubiū dēt esse, quin in Christo fuerit verus dolor.

¶Ad primum ergo dicendum, q̄ in omnib. illis verbis & similib. Hilarius à carne Christi non veritatē doloris, sed necessitatē excludere intēdit. Vñ post præmissa verba subdit, * Neq; n. cum sitiuit, aut esuriuit, aut fleuit, bibisse Dñs aut manducasse, aut doluisse monstratus est: sed ad demonstrandā corporis veritatem, corporis consuetudo susceptа est, ita ut naturæ nostræ consuetudine: consuetudini sit corporis satisfactū, uel cū potū & cibū accepit, nō se tribuit, & accepit * necessitatē per comparationē ad cām primam horum defectuum. Quomodo stant hæc simul?

¶Ad hoc dī, q̄ prius dicta verificatur, referendo eās defectuū ad naturā humanā: hic autē dicta verificantur, referēdo eas dē ad singulos filios Adæ. Nā si ad naturā spectes humanā, inuenies cō positionē ex contrariis cām ei mortis & defectuū remotā, quia impediebatur a superueniente originali iustitia, ut in suō nō posset effectū, ac p hoc peccatū tollēs originalē iustitiam prohibentem defectus, si mortis & defectuū proxima cā non posuisse (vt cōposicio est passio appetitus sensitiui cōsurgens ex corporis læsione p̄cepta sensui: nam quantumcumq; corpus læderetur flagello, clauo, vel gladio, si non p̄ciperetur, non cōsurgeret dolor, ut patet. eū læduntur hi, qui patiuntur ecstasim. Et rursus quantumcumque corpus lædaē, & læsio percipiaē intellectu uel imaginatione, si non sentiē, non sequitur dolor, ut patet in iis, qui calidis adhuc plagis suspēduntur. Hinc mā gnā læsionē patiētes uix dolēt, quia fere illā non sentiunt, perturbato organo tactus, q̄ tñ cognoscūt esse magnā corporis læsionē. Ex hoc. n. q̄ quantitas doloris iuxta quantitatē sensationis consequitur, hī q̄ dolor absolute sensationem absolute læsionis corporis cō sequitur, ita q̄ si nullus esset læsionis sensus nullus esset dolor.

¶In rēsione ad primum, dubiū occurrit ad hominem, quia Auctor superius in q. 14. ar. 3. ad 5m dixit cōpositionē ex contrariis esse cām remotā: peccatum uero cām proximā mortis, & aliorū defectuū naturæ humanę: nūc vero dicit peccatū esse cām primā, & compositionē ex cōtrarijs esse cām propinquā horum defectuum. Quomodo stant hæc simul?

¶Ad hoc dī, q̄ prius dicta verificatur, referendo eās defectuū ad naturā humanā: hic autē dicta verificantur, referēdo eas dē ad singulos filios Adæ. Nā si ad naturā spectes humanā, inuenies cō positionē ex contrariis cām eī mortis & defectuū remotā, quia impediebatur a superueniente originali iustitia, ut in suō nō posset effectū, ac p hoc peccatū tollēs originalē iustitiam prohibentem defectus, si mortis & defectuū proxima cā non posuisse (vt cōpositio

Probat. Affectiones appetitus sensitiui fuerunt in Christo. ergo. Antecedens probatur dupliciter. primo, quia pertinent ad naturam hominis: secundo, auctoritate Augusti.

¶Quo ad 5m declaratur secunda conclusio responsiua qualiter & quales fuerint passiones aīales in Christo. Et ponitur triplex dīa secūdū triplicem modū, quo deordinant passiones vel ex parte obiecti, vel principii, vel effectus: ita q̄ summa dīæ cōsistit inter passiones esse ordinatas, vel in ordinatas. Et illæ q̄dem in hoc proposito uocantur passiones, istæ autem pro passiones. Et ideo cum de Dño IESV Christo sermo est (ne cuiusq; aures offendam') aīales passiones negamus, pro passiones autem asserimus in Christo fuisse, Hieronymū imitantes, dicentē de Chri tristitia, Non passio, sed propatho est.

¶ Super quæstionis decimæ quintæ, Artic. quintum.

TItulus elatus est.

¶ In corpore vnica cōclusio: in Christo fuit verus & dolor. Probatur. In quo est læsio corporis & sensus læsionis, est dolor sensibilis: sed in Christo fuit vtrumque. ergo. Probatur minor quo ad primum, quia corpus Christi erat passibile & mortale. Quoad secūdū vero, quia aīa Christi perfecte habuit omnes potentias naturales.

¶Nota notitiæ, q̄ illa duo in litera posita requisita ad doloré, non sunt doloris partes, sed causæ sufficientes. Dolor namq; nec est læsio, nec perceptio læsionis: sed

Q. 14. a. 2.

P. 2. q. 22. ar. 2. & 3.

li. 14. c. 9. parū ante mediū, to mo. 5.

li. 14. c. 9. parū ante mediū, to mo. 5.

Ca. 26. in Matt. sup illud Cepit trista. to. 9.

Loco cita to in arg. 2.

*Hiero. to. 5. †Aug. in ser. 4. qui est 31. in ordine de tempore mo. 10.

Inf. q. 46. ar. 6. c. Et 3 d. 15 q. 2. Et veri. q 26. ar. 8. cor. fin. & ad 8. Et opuſ. 3. c. 239.

* Hil. lib. 10. in 2. fo. 2 prin. li. Li. 10. de trin. ante mediū li.

Q. 9. ar. 2

P. 2. q. 35.

Q. 14. ar. 2

Loco cita to in arg.

Alias, q̄ non accepisse pit,

Universidad de Deusto
Biblioteca

sitio ex cõtrariis) sed remouẽdo phibens, & hoc superius auctor docuit. Si vero ad singulos filios Adæ spectes, inuenies, peccatũ esse cãm primam (vtpote vniuersalẽ cãm in suo vt dictũ est, ordine, sed vt remouenté prohibens) cõpositionẽ aũt ex cõtrariis in hoc hoíe eé propinquã cãm mortis & defectus, quia hæc solꝫ sufficit ad causandam mortẽ & defectus corporales. Sed qm̃ tã cõpositio ex contrariis, quã peccatũ est cã vlis absolute, & particularis in hoc, ió aliter dr̃, q̃ prius dictũ, verum est quo ad ipsas cãs: nunc vero dictũ, verum est quo ad executiones ipsarum cãrũ. Nam si ad cõpositionẽ ex contrariis & peccatum spectemus, inuenitur cõpositio prior, & peccatum tollens superueniente iustitiã, inuenitur posterior cã, & hoc superius docuit Auctor dicens cõpositionẽ remotã, peccatum vero proximã cãm. Si aũt spectemus ad executiones cãlitatũ vtriusque inuenimus peccatũ esse priorẽ cãm, quia prius peccatum sustulit iustitiã prohibentem mortẽ & defectus, & deinde compositio ex contrariis stulit defectus & mortẽ. & ió Auctor hic dicit peccatũ esse primam cãm mortis & defectuũ, quia ab ipso incepit mors & defectus ois, cõpositio aũt dr̃ cã propinqua, quia compositio ex contrariis post peccatum executa est operationẽ suã, qua mortem defectusq; intulit. Et hæc est vera expositio horum dictorum.

*li.14.c.6. in med. to 19.5.

¶ Super quæstio. 15. Articulum sextum.

*li.2. de fide ad ora. 23.2. post med. to.2.

TItulus clarus est.

¶ In corpore vnica est cõclusio respõsiua quæsito.

Q.14.ar.1 & ar.3.ad 2.

*li.10. de Trin. ante me. illius.

Q.14.ar.2

Q.14.ar.1. ad 2.

95 Inf. q.46. ar.2. Et 3. di. 15.q.2. ar.3.q.3. cor. & ad 5. Et op.3. c.239.

fectuũ, quæ est peccatum, vt supra dictum est, † vt. s. ea rõne dicatur caro Christi non subiacuisse necessitati horum defectuum, quia non fuit in ea peccatũ. Vnde subdit: * Habuit. n. s. Christus, corpus, sed originis suæ proprium, neque ex uitiis humanæ conceptionis existens, sed in forma corporis nostri, virtutis suæ potestate subsistens. Quantum tamen ad cãm propinqam horum defectuum, quæ est compositio contrariorũ, caro Christi subiacuit necessitati horum defectuũ, ut supra dictum est.*

¶ Ad secundum dicendum, q̃ caro in peccato concepta subiacet dolori, non solum ex necessitate naturaliũ principiorum, sed ẽt ex necessitate reatus peccati. Quæ quidem necessitas in Christo non fuit: sed solum necessitas naturalium principiorum.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ sicut supra dictũ est, *virtute diuinitatis Christi dispensatiuè, sic beatitudo in anima continebatur, q̃ non deriuabat ad corpus, ut eius passibilitas & mortalitas tolleretur. Et eadem ratione delectatio contemplationis, sic retinebatur in mente, q̃ non deriuabatur ad vires sensibiles, ut per hoc dolor sensibilis excluderetur.

ARTICVLVS VI.

Vtrum in Christo fuerit tristitia.

AD sextum sic proceditur. Videtur q̃ in Christo non fuerit tristitia. Dicitur. n. de Christo Isa. 42. Non erit tristis, nec turbulentus.

¶ 2 Præt. Prouer. 12. dr̃, Non contristabit iustum quicquid ei acciderit. Et huius rõnem Stoici assignabant, quia nullus tristatur nisi de amissione suorũ bonorum; iustus aũt non reputat bona sua nisi iustitiam & uirtutem, quas nõ potest amittere, alioquin subiiceretur iustus fortunæ, si pro amissione bonorũ fortunæ tristaretur; sed Christus fuit maximè iustus, *m illud Hieron. 23. Hoc est nomen qd̃ vocabunt eũ, Dñs iustus noster. ergo in eo non fuit tristitia.

¶ 3 Præt. Philo. dicit in *7. Ethic. q̃ omnis tristitia est malum & fugiendũ: sed nullum malum fuit in Christo. ergo in Christo non fuit tristitia.

¶ 4 Præt. Sicut Aug. † dicit 14. de ciui. Dei, tristitia est de his, quæ nobis nolentibus accidunt, sed nihil passus est Christus contra suam voluntatem: dr̃ n. Isa. 53. Oblatus est, quia voluit. non ergo in Christo fuit tristitia.

¶ Sed contra est, q̃ dicit Dominus Matt. 26. Tristis est anima mea usque ad mortem, & Ambro. dicit in 3. de Trinita. * Vt homo tristitiam habuit: suscepit enim tristitiam meam confidenter; tristitiam nomino qui crucem prædico.

¶ Respondeo dicendum, quòd sicut dictum est, † delectatio diuinæ contemplationis, ita per dispensationem diuinæ virtutis retinebatur in mente Christi, quòd non deriuabatur ad vires sensitiuas, vt per hoc dolor sensibilis excluderetur. Sicut autem dolor sensibilis est in appetitu sensitiuo, ita & tristitia: sed est differentia secundum motiuum siue obiectum: nam obiectum & motiuum doloris, est læsio, sensu tactus percepta: sicut cum aliquis vulneratur. Obiectum autem & motiuum tristitiæ, est nociuum seu malum interius apprehensum siue per rationem, siue per imaginationem (vt in 2. parte habitum est*) sicut cum aliquis tristatur de amissione gratiæ vel pecuniæ. Potuit aũt anima Christi interius apprehendere aliquid ut nociuũ, & quantũ ad se, sicut passio & mors eius fuit, & quantum ad alios, sicut peccatum dicipulorum, vel etiam iudæorum occidentium ipsum. Et ideo sicut in Christo potuit esse verus dolor, ita potuit in eo esse vera tristitia, alio tamen mõ, quàm in nobis, secundum illa tria quæ supra assignata sunt, *cum communiter de passionibus animæ Christi loquerentur.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd tristitia remouetur à Christo secundũ passionem perfectam: fuit tamen in eo initiata secundum passionem perfectam: fuit tamen in eo initiata secundũ passionem. Vnde dicitur Matt. 26. Cœpit cõtristari & mœstus esse. Aliud enim est contristari, aliud incipere contristari, ut Hiero. † ibidem dicit.

¶ Ad secundum dicendum, quòd sicut Aug. dicit in 14. de Cnita. Dei. * pro tribus perturbationibus. s. cupiditate, lætitia & timore, Stoici tres ex pathias. i. bonas passiones, in animo sapiẽtis poluerunt. s. pro cupiditate uoluntatem, pro lætitia gaudium, pro metu cautionem: sed pro tristitia negauerũt aliquid posse esse in animo sapientis, quia tristitia de malo est, quod iam accidit: nullum autem malum existimãt posse accidere sapiẽti, & hoc ideo est, quia non credebant aliquid esse bonũ nisi honestum, quod homines bonos facit: nec aliquid esse malũ nisi inhonestum, per quod homines mali fiunt. Quamuis aũt honestum sit principale hominis bonũ, & inhonestũ principale hominis malum (quia hæc pertinent ad ipsam rõnem, quæ est principalis in homine) sunt tamen quædam secundaria hominis bona, quæ pertinent ad ipsum corpus, vel ad exteriores res corpori deseruientes. Et secundum hoc, potest in aio sapientis esse tristitia, quantum ad appetitum sensitiuum, secundum apprehensionem hmõi malorum, non tñ ita q̃ ista tristitia perturbet rõnem. Et secundum hoc intelligitur, q̃ non contristabit iustum quicquid ei acciderit, quia scilicet, ex nullo accidẽ

Sicut in Christo potuit esse verus dolor, ita potuit in eo esse vera tristitia. Probatur. Anima Christi potuit aliquid apprehendere interius ut nociuum. ergo potuit in eo esse vera tristitia, sicut & verus dolor. Antecedens manifestatur, quia & quantum ad se, & quãtum ad alios potuit apprehẽdere aliquid ut nociuum, ut patet in exemplis. Consequentia vero probatur ex qđ quod est tristitiæ & doloris, & ex una cõ vtriusq; cã in christo passiua. Et hoc namque q̃ cõueniunt in hoc, q̃ sunt una passio appetitus sensitiui, consistens in refutatione mali præsentis, & differunt penes obiectum (quia doloris obiectũ est malũ corporis præsens, sensu tactus percepta: tristitiæ autem malum præsens interius percepũ) unde his, q̃ cã doloris possibilis in Christo fuit dispẽsatio diuinæ uirtutis, retinens in parte superiori quæ sunt gloriæ, ut pars sensitiua propria dolẽdo exequi posset, clare sequitur q̃ sicut in Christo potuit esse verus dolor, ita & uera tristitia. Et ly Sicut, monstrat non solum similitudinem seu conueniẽtiam in cã propria Christo, sed & in proportionali rõne definitiua utriusque, & in modo cõi omnib. in christo passionib. f. per modum pro passionis: de quo mõ subditur, in litera remittente se ad dicta in ar. 4. huiusmet quæstionis.

¶ In responsione ad secundum memento nouitie numeri principalium passionum. s. spei seu cupiditatis, delectationis, timoris, & tristitiæ & intelliges quare ad has quatuor spectant Stoici.

¶ Super

At. præc. ad 3.

P. 3. q. 15. ar. 2.

Ar. 4. huius qu.

*Hieron. Matt. tom. 2. *Aug. lib. 14. c. 9. prin. & 24.

¶ Super quæst. XV. Art. VII.

TItulus clarus est.

¶ In corpore duo fiunt. primo declarantur conditiones requisitæ ad causandum timorem, secundo respondetur quæsito, cum distinctione bimembri, & conclusionibus duabus. Quo ad primum, conditiones sunt quatuor: apprehensio mali futuri, incerti, seu possibilis euitari. Et in duobus primis conuenit cum tristitia, quia vterque est ex apprehensione mali: in tertia differunt, quia illa est præsentis, iste futuri. Sed hæc differentia non sufficit, quia non est vsque quaque differentia quoniam futurum potest habere rationem præsentis, & tunc nõ timor, sed tristitia causatur. Apprehenditur autem malum futurum sub ratione præsentis, quando vt certum apprehenditur, & ió in certum seu possibile vitari esse debet malum futurum, quod timorẽ ingerit. Et hæc omnia in litera ex conuenientia, & differentia inter tristitiam & timorem clare dicuntur.

*li.14.c.9 ante me. 20.5

96 Supr. q.7. ar.6. Et 3. di.15.q.2 ar.2.q.3

¶ Sed bene nota verba literæ, si omnimodam certitudinem habeat: quoniam, & si est certum quo ad substantiam & in certum quo ad tempus (vt contingit communiter de morte) aut, quo ad genus mortis (vt contingit damnatis ad mortem & huiusmodi) quantum admittet de incertitudine, tantum potest immisceri spei euadendi, & consequẽter timoris. Nec putes propterea enumeratas esse omnes timoris causas, quoniam sat fuit proposito eas conditiones afferre, secundum quas discernendum est qualiter fuit, & qualiter non fuit in Christo timor: de timore enim diffuse in prima secundæ tractatum est.

*li.10.in 3 fo.a prin. lit.

¶ Quo ad secundum, distinctio est, Timor poterit considerari quantum ad duo: primo, quantum ad motum appetitus sensitiui ex apprehensio malo futuro: secundo, quantum ad motum eiusdem ex apprehenso malo futuro incerto. Prima conclusio est, In Christo fuit timor quo ad primum. Secunda conclusio est, In Christo non fuit timor quo ad secundum. Probatur auctoritate Dama. Et patet vtraque conclusio ex dictis.

¶ Sed dubium occurrit circa primam conclusionem, quia motus appetitus ex malo futuro apprehenso, non est timor nisi sit cum spe euasionis (vt in litera dicitur ex Aristotele) ergo talis motus non est timor nisi æquiuoce. non saluatur igitur per hoc sufficienter in Christo timor.

¶ Dubium quoque alterum occurrit circa secundam conclusionẽ, quoniam ex hoc, q̃ Christus omnia futura certo cognouit, non sufficienter excludit timor, quo ad incertitudinem euentus, quoniam scientia diæ Christi (vt patet ex supra dictis) erat habitualis, nec oportebat esse actualẽ, quoniam habitus est, quo quis operatur cum vult, & propterea poterat Christus non uti do scientia cuetus, quam habebat, apprehendere malũ futurum, quasi incertum, & sic habere in suo appetitu timoris motũ quo ad omnia (hicut & tristitiam) non quo ad aliquid tantum.

li.2.Rhet. c.5. circa med. to.3

¶ Et augetur dubium: quia ex eo, quòd in Christo non erat redundantia superiorum ad inferiores partes, aut econtra, sed vnaquæque pars sibi propria exercebat, consentaneũ est, vt æstimatiua sen cogitatiua Christi cum ratione non vtente scientia infusa de certitudine cuetus mortis, quamus vtente scientia futuræ mortis, apprehenderit malum futurum, vt incertum ipsi cogitatiuæ quo ad euentum, & ex tali apprehensione fuerit timor quo ad omnia, cũ imaginatiua seu cogitatiua sit motus immediatus appetitus sensitiui.

*li.3. ort. fid. c.23.

¶ Ad horum euidẽtiam sciendum est, quòd sermo literæ est de Christo homine simpliciter, & absolute, & non est de Christo, secundum quid: ita quòd vtraque conclusio verificatur de Christo secundum id, quod conuenit Christo simpliciter. Constat autem, de Christo non dici simpliciter, quòd certus erat de euentu mortis & reliquorum malorum futurorum non solum inquantum Deus, sed etiam inquantum homo: nec solum vt comprehensor, sed etiam vt viator, quamuis secundũ quid hoc est secundum aliquam eius partem, posset euentus incertitudo non priuatiue, sed negatiue intellectæ, illi attribui. Sed nõ propterea potest ratione partis attribui ipsi Christo absolute, quia oppositum, vt dictum est, conuenit illi simpliciter: sicut ethiops potest quidem dici albus dentes: non tamen propterea potest dici albus, quia, simpliciter loquendo, est niger. Timor igitur quo ad incertitudinem euentus, vere negatiue Christo simpliciter & absolute, quia Christus erat certissimus de euentu malorum.

*Hier. in ipsi cogitatiuæquo c.26.Mat. to.9

Q V A E S T. XV.

¶ Super quæst. XV. Art. VII.

TItulus clarus est.

¶ In corpore duo fiunt. primo declarantur conditiones requisitæ ad causandum timorem, secundo respondetur quæsito, cum distinctione bimembri, & conclusionibus duabus. Quo ad primum, conditiones sunt quatuor: apprehensio mali futuri, incerti, seu possibilis euitari. Et in duobus primis conuenit cum tristitia, quia vterque est ex apprehensione mali: in tertia differunt, quia illa est præsentis, iste futuri. Sed hæc differentia non sufficit, quia non est vsque quaque differentia quoniam futurum potest habere rationem præsentis, & tunc nõ timor, sed tristitia causatur. Apprehenditur autem malum futurum sub ratione præsentis, quando vt certum apprehenditur, & ió in certum seu possibile vitari esse debet malum futurum, quod timorẽ ingerit. Et hæc omnia in litera ex conuenientia, & differentia inter tristitiam & timorem clare dicuntur.

*li.14.c.9 ante me. 20.5

96 Supr. q.7. ar.6. Et 3. di.15.q.2 ar.2.q.3

¶ Sed bene nota verba literæ, si omnimodam certitudinem habeat: quoniam, & si est certum quo ad substantiam & in certum quo ad tempus (vt contingit communiter de morte) aut, quo ad genus mortis (vt contingit damnatis ad mortem & huiusmodi) quantum admittet de incertitudine, tantum potest immisceri spei euadendi, & consequẽter timoris. Nec putes propterea enumeratas esse omnes timoris causas, quoniam sat fuit proposito eas conditiones afferre, secundum quas discernendum est qualiter fuit, & qualiter non fuit in Christo timor: de timore enim diffuse in prima secundæ tractatum est.

*li.10.in 3 fo.a prin. lit.

¶ Quo ad secundum, distinctio est, Timor poterit considerari quantum ad duo: primo, quantum ad motum appetitus sensitiui ex apprehensio malo futuro: secundo, quantum ad motum eiusdem ex apprehenso malo futuro incerto. Prima conclusio est, In Christo fuit timor quo ad primum. Secunda conclusio est, In Christo non fuit timor quo ad secundum. Probatur auctoritate Dama. Et patet vtraque conclusio ex dictis.

¶ Sed dubium occurrit circa primam conclusionem, quia motus appetitus ex malo futuro apprehenso, non est timor nisi sit cum spe euasionis (vt in litera dicitur ex Aristotele) ergo talis motus non est timor nisi æquiuoce. non saluatur igitur per hoc sufficienter in Christo timor.

¶ Dubium quoque alterum occurrit circa secundam conclusionẽ, quoniam ex hoc, q̃ Christus omnia futura certo cognouit, non sufficienter excludit timor, quo ad incertitudinem euentus, quoniam scientia diæ Christi (vt patet ex supra dictis) erat habitualis, nec oportebat esse actualẽ, quoniam habitus est, quo quis operatur cum vult, & propterea poterat Christus non uti do scientia cuetus, quam habebat, apprehendere malũ futurum, quasi incertum, & sic habere in suo appetitu timoris motũ quo ad omnia (hicut & tristitiam) non quo ad aliquid tantum.

li.2.Rhet. c.5. circa med. to.3

¶ Et augetur dubium: quia ex eo, quòd in Christo non erat redundantia superiorum ad inferiores partes, aut econtra, sed vnaquæque pars sibi propria exercebat, consentaneũ est, vt æstimatiua sen cogitatiua Christi cum ratione non vtente scientia infusa de certitudine cuetus mortis, quamus vtente scientia futuræ mortis, apprehenderit malum futurum, vt incertum ipsi cogitatiuæquo ad euentum, & ex tali apprehensione fuerit timor quo ad omnia, cũ imaginatiua seu cogitatiua sit motus immediatus appetitus sensitiui.

*li.3. ort. fid. c.23.

¶ Ad horum euidẽtiam sciendum est, quòd sermo literæ est de Christo homine simpliciter, & absolute, & non est de Christo, secundum quid: ita quòd vtraque conclusio verificatur de Christo secundum id, quod conuenit Christo simpliciter. Constat autem, de Christo non dici simpliciter, quòd certus erat de euentu mortis & reliquorum malorum futurorum non solum inquantum Deus, sed etiam inquantum homo: nec solum vt comprehensor, sed etiam vt viator, quamuis secundũ quid hoc est secundum aliquam eius partem, posset euentus incertitudo non priuatiue, sed negatiue intellectæ, illi attribui. Sed nõ propterea potest ratione partis attribui ipsi Christo absolute, quia oppositum, vt dictum est, conuenit illi simpliciter: sicut ethiops potest quidem dici albus dentes: non tamen propterea potest dici albus, quia, simpliciter loquendo, est niger. Timor igitur quo ad incertitudinem euentus, vere negatiue Christo simpliciter & absolute, quia Christus erat certissimus de euentu malorum.

*Hier. in ipsi cogitatiuæquo c.26.Mat. to.9

ARTICVLVS VII.

Vtrum in Christo fuerit timor.

AD Septimum sic proceditur. Videtur quòd in Christo non fuerit timor. dicitur enim Prouer. 18. Iustus quasi leo confidens, absque terrore erit: sed Christus fuit maximè iustus. ergo in Christo non fuit aliquis timor.

¶ 2 Præte. Hila. dicit 10. de Trini. * Interrogo eos, qui hoc ita existimant, an ratione subsistat, vt mori timuerit, qui omnem ab apostolis mortis timorem expellens, ad gloriam eos sit martyrii exhortatus. non ergo in Christo rationabile est fuisse timorem.

¶ 3 Præt. Timor non videtur esse nisi de malo, quod non potest homo vitare: sed Christus poterat uitare, & malum pœnæ, quod passus est, & malũ culpæ, quod aliis accidit. ergo in Christo non fuit aliquis timor.

¶ Sed contra est, quod dicitur Marci 14. Cœpit Iesus pauere & tædere.

¶ Respondeo, Dicendum, q̃ sicut tristitia causatur ex apprehensione mali præsentis, ita timor causatur ex apprehensione mali futuri. Apprehensio autem mali futuri si omnimodam certitudinem habeat, non inducit timorem. vnde Philosop. dicit in secundo Rhet. * quòd timor non est nisi vbi est aliqua spes euadendi. Nã quando nulla spes est euadendi, apprehendi tur malum ut præsens, & sic magis causat tristitiam, quàm timorem.

¶ Sic ergo timor potest considerari, quantum ad duo. Vno modo, quantum ad hoc q̃ appetitus sensitiuus, naturaliter refugit corporis læsionem, & per tristitiam, si sit præsens, & per timorẽ, si sit futura. Et hoc modo, timor fuit in Christo, sicut & tristitia. Alio modo, potest considerari secundum incertitudinem futuri euentus: sicut quando nos ete timemus ex aliquo sonitu, quasi ignorantes quid hoc sit. Et quantum ad hoc timor non fuit in Christo, vt Dama.* dicit in 3. lib.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd iustus dicitur esse absque terrore, secundum q̃ terror importat perfectam passionem, auertentem hominẽ ab eo, quod est rationis. & sic timor non fuit in Christo, sed solum secundũ propassionem. & ideo dicitur q̃ Iesus, cepit pauere, quasi secundum propriam passionem, vt Hieron.* exponit.

¶ Ad secundum dicendum, quòd Hila. eo modo à Christo excludit timorem, quo excludit tristitiam. s. quo ad necessitatem timendi: sed tamen ad comprobandam veritatem humanæ naturæ, voluntariè timorem assumpsit, sicut etiam & tristitiam.

¶ Ad tertium dicendum, quòd licet Christus potuerit uitare mala futura secũdum virtutem diuinitatis, erant tamẽ incuitabilia nel non de facili uitabilia, secundum infirmitatem carnis.

¶ Et

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Et hoc est, quod docemur ex secunda conclusione literæ: cũ quo tamen stat quòd in Christo secundum aliquam portionem potuit esse timor, etiam quo ad incertitudinem euẽtus, quod est, in Christo secundum quid fuisse timorem, quo ad incertitudinem euentus, pro quanto potuit ratio inferior apprehendere malum futurum, nihil proponendo de certitudine, vel incertitudine euentus, ac per hoc apprehendebatur malum futurum vt incertum negatiue: remanebat siquidem malum futurum non certum ex hoc ipso, quòd non proponebatur certe euenturum. Et sic potuit esse in Christo timor, etiam quo ad incertitudinem euentus:

97 4.cõ.c.33 fi.& Mat. 7.

*li.1.Met. c.2.in me. to.3

†Ar.3.huius q.

*li.2.c.15

*li.4.eth. c.3. decli. ad fi.to.5

¶ Ad primum igitur dubium dicitur, quòd motus appetitus sensitiui causatus ex apprehensione mali futuri, abstrahendo a certo, vel incerto, est vere timor, non tristitia, requirens quòd malum futurum apprehendatur, quasi præsens, quia certum. Et quoniam in litera nihil aliud dicitur, ponendo primam conclusionem, nisi quòd timor fuit in Christo, quatenus causatur ex apprehensione mali futuri, ideo sibi non obstant prius dicta ex Aristot. Nec obstat secunda conclusio, quæ non negat huiusmodi timorem a Christo, sed negat timorem quo ad incertitudinem contrarie a Christo simpliciter.

D.1.12.8.

¶ Et hinc patet solutio secundi dubii, quoniam vt dictum est, conclusio secunda asserit in Christo absolute non fuisse incertitudinem euentus mali (quæ est ambiguitas quædam de malo futuro) hæc est enim incertitudo contrarie, ac per hoc non esse timorem quo ad huiusmodi incertitudinem. Obiectiones autem loquuntur, & de incertitudine negatiue, & de Christo secundum quid: quia vt dictum est, veritcatur de Christo simpliciter, quòd erat certissimus de euentu cuiusque mali futuri.

†Alias affectum.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum in Christo fuerit admiratio.

AD octauum sic proceditur. Videtur quòd in Christo non fuerit admiratio. Dicit enim Philos. in 1. Meta.* ꝙ admiratio causatur ex hoc, ꝙ aliquis uidet effectum, & ignorat causam. Et sic admirari non est nisi ignorantis: sed in Christo non fuit ignorantia, vt dictum est. † ergo in Christo nõ fuit admiratio.

¶ 2 Præt. Dama. dicit in 2. lib. * ꝙ admiratio est timor ex magna imaginatione, & ideo Philo. dicit in 4. Ethi. † ꝙ magnanimus non est admirativus: seu Christus fuit maximè magnanimus. ergo in Christo non fuit admiratio.

¶ 3 Præt. Nullus admiratur de eo, quod ipse facere potest: sed Christus facere poterat quicquid magnum erat in rebus. ergo videtur, quòd de nullo admirabatur.

¶ SED CONTRA est, quod dicitur Mat. 7. Audiens Iesus, (scilicet verba Centurionis) miratus est.

¶ Respondeo dicendum, quod admiratio propriè est de aliquo nouo & insolito. In Christo autem non poterat esse aliquid nouum & insolitum, quantum ad scientiam diuinam, neque etiã quantum ad scientiam humanam, qua cognoscit res in verbo, vel qua cognoscit res per species inditas; potuit tamẽ aliquid esse sibi nouum & insolitum secundum scientiam d experimentalem, secundum quam, sibi poterant quotidie aliqua noua occurrere. Et ideo si loquamur de ipso, quantum ad scientiam diuinam, & scientiam beatam, vel etiam infusam, non fuit in Christo admiratio. Si autem loquamur de eo, quantum ad scientiam experimentalem, sic admiratio in eo esse potuit. Et assumpsit hunc * defectum ad nostram instructionem, vt scilicet doceat esse mirandum, quod etiam ipse mirabatur. Vnde dicit Aug. in 1. super Gene. † contra Manichæos, quòd mirabatur Dominus, nobis mirãdum esse significat, quibus adhuc opus est sic moueri. Omnes ergo tales motus eius non perturbati animi signa sunt, sed docentis magisterium.

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ licet Christus nihil ignoraret, poterat tamen aliquid de nouo occurrere experimentali eius scientiæ, ex quo admiratio causaretur.

¶ Ad secundum dicendum, quòd Christus non admirabatur de fide Cẽturionis, ea ratione, ꝙ esset magna quãtum ad ipsum: sed quia erat magna quãtum ad alios.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ipse poterat facere omnia secundum virtutem diuinam, secundum quam in eo admiratio non erat: sed solum secundũ humanam scientiam experimentalem vt dictum est.*

ARTICVLVS IX.

Vtrum in Christo fuerit ira.

AD Nonum sic proceditur. Videtur quòd in Christo nõ fuerit ira. Dicitur enim Iacobi. 1. Ira viri, iustitiam Dei non operatur: sed quicquid fuit in Christo, ad iustitiam Dei pertinuit: ipse enim factus est nobis iustitia à Deo, vt dicitur 1. Corinth. 1. ergo videtur ꝙ in Christo non fuerit ira.

¶ 2 Præterea. Ira mansuetudini opponitur, vt patet in 4. Eth.* Sed Christus fuit mansuetus. ergo in eo non fuit ira.

¶ 3 Præterea, Grego. dicit in 5. Mora. † ꝙ ira per vitium, excęcat oculum mentis: ira verò per zelum, ipsum turbat: sed in Christo mentis oculus non fuit excæcatus nec turbatus. ergo in Christo non fuit nec ira per vitium, nec ira per zelum.

¶ Sed contra est, quod Ioan. 2. de eo dicitur esse impletum, quod in Psal. 68 legitur, Zelus domus tuæ comedit me.

¶ Respondeo dicendum, quòd sicut in 2. parte dictum est, * ira est effectus tristitiæ. Ex tristitia enim alicui illata, consequitur in eo circa sensitiuã partem, appetitus repellendi illatam iniuriam, vel sibi vel aliis. Et sic ira est passio composita ex tristitia & appetitu vindictæ. Dictum est autem, † ꝙ in Christo tristitia esse potuit. Appetitus etiam vindictæ quãdoque est cum peccato, quando. s. aliquis vindictam quærit absque ordine rationis, & sic ira in Christo esse non potuit: huiusmodi. n. dicitur ira per vitium. Quandoque verò talis appetitus est sine peccato, immo est laudabilis. puta cum aliquis appetit vindictam secundum ordinem iustitiæ, & hoc vocatur ira per zelum. Dicit enim Augustin. super Ioan. † quòd zelo domus Dei comeditur, qui omnia peruersa quæ videt, cupit emendare, & si emendare non potest, tolerat, & gemit. Et talis ira fuit in Christo.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd sicut Gregor. dicit quinto Moral. * ira dupliciter se habet in homine. Quandoque enim præuenit rationem, & trahit eam secum ad operandum, & tunc propriè ira dicitur operari, nam operatio attribuitur principali agenti. Et secundum hoc intelligitur, quòd ira viri, iustitiam Dei non operatur. Quandoque verò ira sequitur rationem, & est quasi instrumentum ipsius, & tunc operatio, quæ est iustitiæ, non attribuitur iræ, sed rationi.

¶ Ad secundum dicendum, quòd ira quæ transgreditur ordinem rationis, opponitur mansuetudini, non autem ira, quæ est moderata, & ad medium reducta per rationem; nam mansuetudo medium tenet in ira.

¶ Ad tertium dicendum, quòd in nobis secundum naturalem ordinem, potentiæ animæ mutuo se impediunt, ita scilicet ꝙ cum vnius potentiæ operatio fuerit intensa, alterius operatio debilitetur. Et ex hoc procedit, ꝙ motus iræ, etiam si sit secundum rationem moderatus, vtcumque impedit oculum animæ contemplantis. Sed in Christo per moderationem diuinę virtutis, vnicuique potentiæ permittebatur agere quod erat ei proprium, ita ꝙ una potentia ex alia non impediebatur. Et ideo, sicut delectatio mentis contemplantis non impediebat tristitiam, vel dolorem inferioris partis, ita etiam econuerso passiones inferioris partis, in nullo impediebãt actum rationis.

¶ Super quæstio. 15. Artic. Nonum.

TItulus clarus est.

¶ In corpore articuli sunt duæ conclusiones rõsiuæ q̃ sito. Prima est: Ira ꝙ vitium non potuit esse i Christo. Secũda est, Ira per zelum fuit i Christo. Probatur conclusio utraque simul, monstrando primo, ex quib. cõstat ira (.s. ex tristitia & appetitu vindictæ) & distingue do duplicẽ appetitum vindictæ, vel non sm ordinẽ rõnis, vel sm ordinẽ rõnis, ille irã per vitium, iste irã per zelum constituit, vt Aug. dicit. Et sic relinquunt ambæ conclones ut p se notæ: prima, quia i Christo constat nõ fuisse peccatũ. Secunda uero, quia Euãgelium expresse dicit de Christo, Zelus domus tuæ, &c.

¶ Nec putes nouitie, proprie cõpoq̃ tã esse irã ex tristitia & appetitu vindictæ: cum illa sit incõcupiscibili, hęc in irascibili: & rursus vterq; est qualitas simplex. Sed cõposita dr tamẽ ex necessario concurrentib. ad cõstitutionem ipsius: q̃ formaliter est appetitus vindictæ: causaliter autẽ est tristitia, quia ex tristitia iniuriæ causatur. Et potes, si vis conclusiones deducere, syllogizare facile. In Christo fuit tristitia & appetitus vindictæ, non præter, sed secundum rationis ordinem. ergo in ipso ira non per vitium, sed per zelum fuit.

¶ Super

*Trac. 10 in Ioã. super illud, zelus domus tuæ comedit me. to. 9

*li. 5. Mo. c. 33

corpora morti subiacerent, tamen non dicuntur uiatores, sed solum comprehensores. ergo pari ratione licet corpus Christi fuerit mortale, quia tamẽ mens eius Deo fruebatur, videtur ꝙ fuerit purus comprehensor, & nullo modo viator.

¶ SED CONTRA est, quod dicitur Hier. 14. Quare colonus futurus es in terra, & quasi viator declinãs ad manendum?

¶ Respondeo dicendum, quòd aliquis dicitur viator, ex eo quòd tendit in beatitudinem, comprehensor autem dicitur ex hoc, quòd iam beatitudinem obtinet, secundum illud primo Corinth 9. Sic currite ut comprehendatis, & Philipp. 3. Sequor autem, si quo modo comprehendam. Hominis autem beatitudo perfecta consistit in anima & corpore, vtin secunda parte habitum est. * In anima quidem quantum ad id, quod est ei proprium, secundum quòd mens uidet, & fruitur Deo. In corpore verò, secundum quòd corpus resurgit spirituale, & in virtute, & in gloria, & in incorruptione, vt dicitur primo Corinth. 15. Christus autem ante passionem secundum mentem, plenè videbat Deum, & sic habebat beatitudinem quantum ad id, quod est proprium animæ, sed quantum ad alia deerat ei beatitudo, quia & anima eius erat passibilis, & corpus passibile & mortale, vt ex supradictis patet. * Et ideo simul erat comprehensor, inquantum habebat beatitudinem propriam animæ, & simul viator, inquantum tendebat in beatitudinem, secundum id, quod ei de beatitudine deerat.

1.2.q.4. ar.4

a.4 huius q.8 q.14. ar.2

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ impossibile est moueri ad finem, & quiescere in fine, secundum idem. Sed secundum diuersa nihil hoc prohibet, sicut aliquis homo simul est sciens, quantum ad ea, quæ iam nouit, & addiscens, quantum ad ea, quę nondum nouit.

¶ Ad secundum dicendum, quòd beatitudo principaliter & propriè consistit in anima & secundum mentẽ, secundario tamen & quasi instrumentaliter requiruntur ad beatitudinem corporis bona. Sicut etiã Philosophus dicit in primo Ethi. † quòd exteriora bona organicè deseruiunt beatitudini.

li. 1. Ethi. c. 8. circ. fi. to. 15

¶ Ad tertium dicendum, quòd non est eadem ratio de animabus sanctorum & de Christo, propter: duo primò quidem, quia animæ sanctorum non sunt passibiles, sicut fuit anima Christi: secundo, quia corpora non agunt aliquid per quod in beatitudinem tendant, sicut Christus secundum corporis passiones, in beatitudinem tendebat, quantum ad gloriam corporis.

¶ Super quæstionis quintæ decimæ, Articulum decimum.

99 3.di.14.a. 2.& di.18 ar.2. Et veri.q.26.a. 10.& q.29 arti. 6. Et quolib.11 q.2.ar.1. Et op.3.c. 238. Et opu.18.c.7

TItulus in principio corporis clarificatur, dum termini declarantur, scilicet comprehensor, & viator, hoc est habens beatitudinẽ, & tendens in beatitudinem.

¶ In corpore vna est conclusio. Christus fuit simul cõprehensor, & viator. Probatur, Christus ante passionem secundum mentem plene videbat Deum, & cum hoc, anima eius erat passibilis, & corpus passibile & mortale. ergo habebat beatitudinem, quantum ad id, quod erat proprium animæ, & deerat ei beatitudo quantum ad alia. ergo erat simul comprehensor, & viator. Antecedẽs patet ex anteditis. Prima consequentia probatur, quia beatitudo hominis perfecta cõsistit in anima, & corpore, &c. Secunda autem, quia uia tot est, qui tendit in beatitudinem, comprehensor, qui obtinet. Probatur auctoritate duplici Apostoli.

*epist. 56. ante med. to. 2

¶ Super Quæstio. sextamdecimam.

QVAEST. XVI.

De consequentibus Vnionem quantum ad ea, quæ conueniunt Christo secundum esse, & fieri, in duodecim articulos diuisa.

HIc incipit secunda pars primi tractatus de Christo, in qua expeditis his, quæ de Vnionis mysterio erant dicenda, tractatur illa quæ ad vnionem consequũtur vt patet in litera, in qua tota illa pars durans vsque ad q.26. distinguitur satis clare.

¶ Super

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Super quæstio. sextædecimæ, Articul. I.

TItulus clarus est.

¶In corpore articuli tria sunt. Primo in communi recitatur, in quo conueniunt & differunt Christiani circa propositum, & dicitur q̃ conueniunt omnes in affirmatiõe istius propositionis: differunt autem in ratione affirmandi.

¶Secundo referũtur tria genera erroris circa rationem affirmandi illam. Primum est, circa veritatem prædicati, scilicet ly homo, & diuidi tur in duos errores. Secundum est, circa veritatem subiecti, scilicet ly Deus, & continet vnum errorem. Tertium est, circa veritatem propositionis, hoc est circa esse significatum per ly est, copulam verbalem dictæ propositionis, & diuiditur in duos errores, computando illos quatuor modos, scilicet dignitatis, auctoritatis, affectionis, vel inhabitationis pro vnico, & reliquum duarum hypostasum pro alterõ, ita q̃ vniuersi errores hi, sunt quinque, qui satis clare patent in litera ex prius dictis.

¶Tertio, respõdetur quæsito vnica conclusione, Hæc propositio, ſ. Deus est homo, est vera, & ppria secundũ incarnationis mysterio cum fide catholica. Probat, Hoc nomen Deus ex modo suæ significationis potest supponere p̃ persona filii Dei. ergo potest supponere pro suppõito humanæ naturæ. ergo de Deo potest prædicari homo. Antecedẽs probatur, quia nomen significãs naturã communem in concreto, potest supponere p̃ quolibet contentorum sub natura communi, vt patet, inductiue in homine, &c. Consequentia autem prima probatur, quia persona filii Dei est vere & proprie suppositum humanæ naturæ. Secunda autẽ probatur, quia de quolibet suppõito alicuius naturæ, potest vere, & proprie prædicari nomen significans illam naturam in concreto.

¶Vbi nota diligẽtissime, quod in ista propositione, Deus est homo, Deus supponit p̃ persona humana, quia supponit pro persona filii Dei, quatenus est persona humana. hic enim littera infert quòd homo vere, & proprie prædicat de Deo, quia nomen naturæ humanæ in concreto vere & proprie prædicatur de quolibet suo suppositoi oportet enim subsumere, sed Deus pro persona verbi est nere, & proprie suppositum naturæ humanæ. ergo.

¶Et scito quòd ista propositio, Deus est homo, est quasi vna indefinita, & ideo ad veritatem eius sufficit, quòd vna persona diuina sit homo, & ad proprietatem ipsius sufficit prædicatum esse æquale aut maius subiecto (vt Porphyrius dixit) & se habere ad subiectũ quasi per modum informantis, vt exutentur implicita subiecta, quæ oportet subintelligi in propositionibus indirectis, puta risibile est homo, hoc est, ille qui est risibilis, est homo.

¶Vnde sicut ista est vera & propria, Homo est crispus, quia Sortes est crispus ita ista est vera, & propria, Deus est homo, quia vna persona diuina est homo: habet enim se homo ad verbum, vt est persona humana tamquam formale, vt Auctor docuit in quarto contra Gene. cap. 46. in solutione sextæ obiectionis.

¶In responsione ad primum, collige copiæ doctrinæ ibi contentæ. Duo inquidem ad metaphysicam, & tria ad logicam spectantia, ibi docemur. Primum metaphysicum mistum logicæ est quòd non formarum diuersitas, sed incompossibilitas cocundi, est quæ fundat materiam remotam.

¶ Alterum mistum fidei est, quòd suppõito diuino neutra natura, diuina scilicet & humana, ineit per accidens, sed per se. Primum Logicum suppõito incarnationis mysterio est: hæc propositio, Deus est homo, non est in materia remota neque in contingenti, sed naturali. Secundum est, Homo prædicatur de Deo, non per accidens. sed per se. Tertium est, quòd homo prædicatur de Deo, sicut species de sua hypostasi. Et declaratur, qua ratione, subiungendo, Non ratione formæ significatæ per hoc nomen Deus, quod est subiectum propositionis, sed ratione suppositi, quod est hypostasis humanæ naturæ. Et prima quidem duo ab omnibus acceptari videntur, quoniam sine his incarnationis mysterium saluari nequit, & de his superius multa dicta sunt: sed tria vltima non carent quæstione, & singula discutienda sunt.

¶Circa primum igitur horum, scilicet hæc propositio, Deus est homo, est in materia naturali, dubium occurrit: quia omnis propositio in materia naturali est necessaria, alioquin non distingueretur contra propositionem in materia contingenti. sed ista non est necessaria (non enim Deus necessario est homo) ergo non est in materia naturali.

¶ Circa secundum, scilicet quòd dicta propositio est per se, ex Scoto & durando in septima distinctio. tertia sententia. dubium occurrit Scotus quidem probat tripliciter hanc propositionem esse veram non per se, sed per accidens, logice loquendo: tum quia prædicatum non est de intellectu subiecti: tum quia si sit, prædicaretur de quolibet contento sub subiecto, & sic Spiritus sanctus, & Pater esset homo: tum quia in prædicationibus per se, subiectum supponit determinate: quia si indeterminate tantum supponeret, hæc esset per se, animal est homo, quia potest verificari pro Petro, vel Paulo, sed hoc subiectum Deus, non includit determinate plus Filium, quam Patrem.

¶ Durandus uero inquit, Puto quòd magis proprie potest dici vera per accidens, quam per se, quia omnis propositio vera per se, est vera cum reduplicatione termini supra se: homo enim, secundum quòd homo, est animal, & est risibilis. In proposito autem Deus, secundum quòd Deus, est homo est falsa: quia non forma significata per subiectum est ratio inhærentiæ prædicati ad subiectum, sed sola vnitas suppositi, quæ etiam in propositionibus per accidens, est tota causa verificationis earum. Et ideo hæc propositio magis est dicenda per accidens, quam per se.

¶ Circa tertium, scilicet homo prædicatur de Deo, sicut species de sua hypostasi, Scotus vbi supra, occurrit dicens, quòd quia ista vnio non habet similem, nulluni est prædicatum sicut in proposito, sed hæc prædicatio ex parte prædicati est species, ex parte vero modi se habendi prædicati respectu subiecti, est sicut accidens quintum prædicabile: quia non est de ratione subiecti, & aduenit temporaliter subiecto existenti in actu completo æternaliter, & per hoc aduenit ita vt possit abesse.

¶ Ad horum euidentiam oportet tria prænotare. Primum est, quòd ly Deus, potest, quantum ad propositum spectat, dupliciter considerari, primo absolute, secundo, vt contractum, vel determinatum per prædicatum, scilicet esse hominem. potest enim supponere ly Deus, secundum suam naturalem suppositionem pro habente deitatem, absque determinatione huius, vel illius habentis deitatem, sicut homo pro habente humanitatem, & hic consideratur absolute, sicut cum dicitur, Deus habitas est. Potest quoque supponere pro certo suppõito diuinæ naturæ, quoniam talia sunt, quo ad suppositionem subiecta, qualia permittunt prædicata, sicut cum in Symbolo dicitur, Deum de Deo, ly Deum, supponit pro Filio, & ly Deo pro patre. Et hinc hac propositione. Deus est homo, accipiatur ly Deus absolute, constat propositionem istam esse veram per accidẽs, sicut constat, hanc esse per accidens, animal est homo. Accidit enim dogice loquendo (vt nũc loquimur) animali esse hominẽ, ratione alicuius animalis, qd est homo, & similiter accidit Deo esse hominem, ratione alicuius hypostasis diuinæ, quæ est homo. Si autem accipiatur ly Deus, ut iuplitat determinationi prædicati, sic supponit pro persona Filii, quæ sola est homo, sicut cum dicitur, quòd homo peccando spoliauit genus humanum stola innocentiæ, supponit pro uno singulari, scilicet Adam, & sic sumi in hac propositione, clare Auctor affirmat in litera in calce corporis articuli.

¶ Sed quia hoc non sufficit, secundum est secundo, q̃ ly Deus supponendo pro persona Filii, dupliciter potest considerari, vel quo ad formam significatam, quæ est deitas, vel quo ad ipsam personam suppositam. Et quia extrema insinuant medium, hic subintelligas, vel quo ad vtrumque. Etsi quidem in hac propositione sumeretur Deus supponens pro Filio, quo ad formam significatam, similiter clare constat, q̃ propositio esset per accidens, accidit enim deitati ratione hypostasis Verbi esse hominẽ. Et idem est iudicium, si sumeretur quo ad utrumq; Et propterea, in proposito sumitur ly Deus, ut supponit pro persona Filii, quo ad hypostasim, & hoc habes etiam clare in litera in calce responsionis ad primum.

¶Verum, quia persona Filii Dei habet hoc singularissimum, quòd est persona subsistens in duabus naturis, diuina scilicet & humana, ideò tertio recolendum est, quòd hypostasis, pro qua supponit in hac propositione ly Deus, habet conditiones æternas, & habet conditiones ex tempore, est enim persona diuina ab æterno, & est persona humana ex tempore. Et si supponeret pro persona Filii, vt est hypostasis diuina præcise, tunc etiam propositio esset per accidens, quoniam filius Dei, non inquantum hypostasis diuinæ naturæ, sed inquantum hypostasis humanæ naturæ, hominis prædicationem recipit: sed ponendo, quòd supponat pro persona Filii, quoad hypostasim, secundum quòd de facto est, postquam Verbum caro factum est, vere habebimus quòd homo prædicatur de sua hypostasi, cum dicitur, Deus est homo. Et hoc esse incentum ab Auctore, euidenter patet, ex eo quòd tractatus iste incidatur, de his, quæ consequuntur vniones. Supposito ergo incarnationis mysterio, de persona Filii est sermo præsentis literæ, cum dicitur, quòd Deus, hic supponit pro persona Filii, immo & clare in litera dicitur, quòd in dicta propositione, Homo prædicatur de Deo vt species de sua hypostasi. Supponit ergo Deus, pro hypostasi humana, si homo prædicatur de Deo, vt species de sua hypostasi: speciei siquidem humanæ nulla hypostasis est sua, nisi humana, quæ in Christo est ab æterno diuina. Clarissime autem hoc supponi explicatur in principio corporis sequentis articuli, cum dicitur, supposita veritate vtriusque naturæ diuinæ, & humanæ, & vnione in persona, & hypostasi, hæc est vera & propria, Homo est Deus, sicut & ita, Deus est homo. Hic enim explicatur, quòd vtraque propositio suppõnit conditionem de facto inuentam in persona Verbi. His præmissis ad singula dicendum est.

¶ Ad primum igitur dubium dicitur, quòd hæc propositio est necessaria, & quamuis Deus absolute non sit necessario. homo. Deus tamen pro persona Verbi incarnati est necessario, homo, constat enim euidenter, quòd persona humana quælibet est necessario homo. Deus autem in hac propositione determinatur ad supponendum pro persona humana. Et propterea ista propositio, & si non quo ad significatum, tamen quo ad suppositum per nomen subiecti, est necessaria.

¶ Ad secundum vero dubium, respondendo ad primum Scoti, dicitur quòd ista propositio est per se respectu suppositi, & quòd prædicatum est de intellectu subiecti quo ad suppositum per illud quamuis non sit de intellectu eius quo ad formam significatam per idem: est enim homo de intellectu hypostasis humanæ, ita quòd oppositum nequit intelligi.

¶ Ad secundum negatur sequela, loquendo de Deo, quo ad suppositum: illud enim quod per se prædicatur de Deo ratione formæ significatæ per ly Deus, prædicatur de quolibet contento sub Deo: sed illud quod per se prædicatur de Deo ratione suppositi talis. pro quo supponitur exigente prædicato huiusmodi suppositionem, non prædicatur de quolibet contento sub hoc nomine, Deus.

¶ Ad tertium dicitur per eandem distinctionem, quòd in prædicationibus per se ratione formæ significatæ per subiectum, subiectum ipsum supponit indeterminate quo ad suppositum, & determinate quo ad naturam. Sed in prædicatione per se ratione certi suppositi, pro quo prædicatum facit supponere subiectum secus oportet esse, quia necesse est subiectum supponere pro, determinato suppõito, & sic est in proposito, vt patet ex dictis.

¶ Ad Durandum autem ex eadem distinctione respondetur, dicendo quod illa maior, Omnis propositio per se vera est, vera cum reduplicatione termini subiecti supra se, licet admittatur in propositionibus per se veris de subiecto ratione formæ significatæ, negatur tamen in propositione per se vera de subiecto ratione certi suppositi tantum. Et ratio diuersitatis est, quia reduplicatio transfert terminum subiectum in naturam prædicati: quod constat teneri formaliter. cum enim dico, homo, inquantum homo, est animal, vel risibilis, perinde est ac si dicerem homo, inquantum est homo, est animal, vel, &cæt. Vbi patet, quòd ly homo repetitur, vt prædicatum, & propterea denotat humanitatem esse rationem coniunctionis prædicati cum subiecto. Et ideo ista est falsa, Deus, inquantum Deus, est homo: significat enim deitatem esse rationem necessariam coniunctionis prædicati cum subiecto. Nec solum ipsa est falsa, sed etiam ista, Verbum, in quantum Verbum, est homo, quia ly inquantum, reduplicatiue sumptum, denotat formam significatam hoc est propriectatem hypostaticam. Verbi constituentem, esse rationem necessariam connexionis prædicati cum subiecto. Secus autem dicendum esset, si ly inquantum,

Secundo de his, quæ conueniunt Christo per comparationem ad Deum patrem. Tertio, de his, quæ conueniunt Christo per comparationem ad nos.

¶Circa primum duplex consideratio occurrit. Prima quidem de his, quæ conueniunt Christo, secundum esse & fieri. Secunda de his, quæ conueniunt Christo secundum rationem vnitatis.

Circa primum quæruntur duodecim.

¶Primo, Vtrũ hæc sit vera, Deus est homo.

¶Secundo, Vtrum hæc sit vera, Homo est Deus.

¶Tertio, Vtrum Christus possit dici homo dominicus.

¶Quarto, Vtrum ea, quæ conueniunt Filio hominis, possint prædicari de filio Dei, & econtrario.

¶Quinto, Vtrum ea, quæ conueniunt Filio hominis, possint prædicari de diuina natura, & de humana ea, quæ conueniunt filio Dei.

¶Sexto, Vtrum hæc sit vera, Filius Dei factus est homo.

Septimo, Vtrum hęc sit uera, Homo factus est Deus.

¶Octauo, Vtrum hæc sit vera, Christus est creatura.

¶Nono, vtrum hęc sit uera, Iste homo, demonstrato Christo, incępit esse, vel fuerit semper.

¶Decimo, Vtrũ hæc sit uera, Christus, secundum quòd homo est creatura.

¶Vndecimo, Vtrum hæc sit vera, Christus, secundum quòd homo, est Deus.

¶Duodecimo, Vtrum hæc sit vera, Christus, secundum q̃ homo, est hypostasis vel persona.

ARTICVLVS I.

Vtrum hæc sit vera, Deus est Homo.

AD Primum sic proceditur. Videtur quòd hæc sit falsa, Deus est homo. Omnis enim propositio affirmatiua in materia remota est falsa: sed hæc propositio, Deus est homo, est in materia remota: quia homo est quæ significatæ per subiectum & prædicatum, sunt maximè distantes. Cum ergo propositio prædicta sit affirmatiua, videtur q̃ sit falsa.

¶ 2 Præt. Magis conueniunt tres personæ diuinæ adinuicem, quàm humana natura & diuina: sed in mysterio Trinitatis vna persona non prędicatur de alia: nõ enim dicimus, quòd pater est filius, vel econuerso. ergo videtur q̃ nec humana natura, possit prędicari de Deo, vt dicatur q̃ Deus est homo.

¶3 Præt. Athanasius dicit, * q̃ sicut anima & corpus vnus est homo, ita Deus & homo, vnus est Christus: sed hęc est falsa, Anima est corpus. ergo etiam hęc est falsa, Deus est homo.

¶ 4 Præt. Sicut in prima parte habitum est, † quod prædicatur de Deo non relatiuè, sed absolutè, conuenit toti Trinitati & singulis personis: sed hoc nomen homo, non est relatiuum, sed absolutum. Si ergo verè prædicatur de Deo, sequeretur quòd tota Trinitas & quęlibet persona sit homo, q̃ patet esse falsum.

¶SED CONTRA est, quod dicitur Philipp. 2. Qui cum in forma Dei esset, exinaniuit semetipsum, formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo. Et sic ille qui est in forma Dei, est homo: sed ille qui est in forma Dei, est Deus. ergo Deus est homo.

¶RESPON. dicendum, quòd ista propositio, Deus est homo, ab omnibus Christianis conceditur, non tamẽ ab omnibus secundum eandem rationem. Quidam enim hanc propositionem concedunt, non secundum propriam acceptionem horum terminorum. Nam Manichæi verbum Dei, dicunt esse hominem, non quidem verũ sed similitudinarium, inquantum dicunt filium Dei corpus phantasticum assumpsisse, vt sic dicatur Deus homo, sicut cuprum figuratum dicitur homo, quia habet similitudinem hominis. Similiter etiam illi, qui posuerunt quòd in Christo anima & corpus non fuerunt vnita, non possunt dicere q̃ Deus sit verus homo, sed quòd dicatur homo figuratiuè ratione partium. Sed utraque harum opinionum supra improbata est. * Alii verò econuerso ponunt veritatem ex parte hominis, sed negant veritatem ex parte Dei. Dicunt enim Christum, qui est Deus & homo, esse Deum non naturaliter, sed participatiuè, scilicet per gratiam, sicut & omnes sancti viri dicuntur dii, excellentius tamen Christus præ aliis, propter gratiam abundatiorem. Et secundum hoc, cum dicitur, Deus est homo, ly Deus, non supponit uerum, & naturalem Deum. Et hæc est hæresis Photini, quę supra improbata est. † Alii verò concedunt hanc propositionem cum veritate utriusque termini, ponentes Christum & uerum Deum esse, & verum hominem, sed tamen veritatem prædicationis non saluant. Dicunt enim quòd homo prędicatur de Deo per quandam coniunctionem vel dignitatis, uel auctoritatis, vel etiam affectionis, aut inhabitationis. Et sic posuit Nestorius

*In symbolo dei fymbolo.

p.p.q. 3 ar. 3

q. 35. a. 2 & 3.

q. 2. ar. 6

100 3. di. 7. q. 1 a. 1. Et uni. ar. 4. c. fi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

teneretur specificatiue, quoniam sic ista est vera, Verbum, inquantum Verbum, est homo, quoniam esse hominem conuenit Verbo secundum propriam personalitatem. Sed quia hoc non spectat ad perfectatem logicam, de qua est sermo, ideo reuertentes ad subiuncta per Durandum dicentem, quòd quando sola vnitas suppositi est ratio coniunctionis extremorum, propositio est vera per accidens, respondemus quòd sola vnitas suppositi extrinseci ab altero saltem extremorum verificans propositionem, constituit illam veram per accidens, sed vnitas suppositi intrinseci vtrique extremo constituit propositionem directam & formalem, veram per se de altero extremo, non respectu formæ significatæ, sed respectu suppositi.

Sic autem est in proposito, nam in vtroque termino, scilicet, Deus, & homo, claudutur intrinsece, quamuis indeterminate, hypostasis Verbi incarnati, vpote veritissime, & proprijssime persona diuina & humana. Non sic autem est in propositionibus per accidens puta, Homo est albus, quoniam in illis suppositum per hominem copulatur tantum, & extrinsece importatur per album, quod purum qualitatem significat. Et hæc iam docuerat Auctor in tertio sententiar. distinctio. septima, quæstion. prima, articulo primo.

¶.3.ar.6

¶ Ad tertium dubium dicitur, quòd Scotus videtur accepisse pro subiecto Deum seu hypostasim Verbi absolute, & ideo non inuenit quale sit hoc prædicatum cum sua prædicatione. Sed Auctor intuens talia esse subiecta, quo ad suppositionem, qualia exiguit prædicata, supponendo incarnationis mysterium, supponit cum fide catholica, Deum esse quandam hypostasim humanam, & pro illa in hac propositione supponere ly Deus. Et propterea statim innuit, non solum quòd prædicatum est species, sed etiam quòd prædicatur vt species de propria hypostasi. Nec hoc aliquam habet difficultatem, nisi illam q̃ ex fide supponimus, scilicet, personam Filii esse uere & proprie personam humanam. hac namque suppositione facta, clare liquet, quòd sicut species prædicatur de sua hypostasi, quum dicitur, A, est homo, si ly A, supponit pro certa persona humana, ita in proposito ex quo ly Deus, supponit pro quadam certa persona humana. Et hinc patet quòd ista propositio, Deus est homo, dum ly Deus, supponit pro illa persona humana, quæ est Verbum incarnatum, est per se in primo modo dicendi per se respectu suppositi, vt toties dictum est, & non respectu formæ significatæ per ly Deus. Et est prædicatio essentialis, & vniuoca, vt patet ex definitione vniuocorum, & Auctor in allegatis locis explanat. Et tu potes ex notioribus monstrare explicatam doctrinam esse veram, mutando nomen subiectum, ita quòd loco ly Deus, ponatur nomen proprium illius personæ, quatenus est persona humana, & dicendo, Iesvs est homo. Constat enim, quòd ly Iesvs supponit pro persona filii Dei, vt est hypostasis humana, pro qua dictum est etiam supponere ly Deus, in hac propositione, Deus est homo. Nec est differentia inter has propositiones, Deus est homo, & Iesvs est homo, quo ad suppositum, sed quo ad significatum per nomina subiecta. Quocirca sicut ista, Iesvs est homo, est per se in primo modo, & essentialis, & prædicat speciem de propria persona, ita ista, Deus est homo relatingendo ly Deus, ad Iesvm, vt vnico verbo dicatur. Sic sicut non versatur in opinione, an ista sit per se & essentialis, vnio ca, &c. Iesvs est homo, ita non debet in diuersas trahi opiniones ista, Deus est homo, intellecta quo ad suppositum, ex quo supponit pro Iesv. Et hinc patere potest quòd etiam ista propositio, Christus est homo, respectu suppositi, est per se in primo modo.

D.8.i.8

P.p.q.39 ar.4.ad 3

¶ Nec obstat quòd Scotus vbi supra obiicit dicens, q̃ quia Christus, Damasceno teste, significat hypostasim duarum naturarum, nihil per se vnum prædicatur de illo per se, vepote de non per se vno in se: sicut enim apud Aristot. primo Metaphi. ratio in se falsa, de nullo est vera, ita ratio per se non vna, nihil per se vnum de se verificat. Et sim le est de ista, Christus est homo, & ista, Homo albus est coloratus. Hæc inquam non obstant, quia quo ad rem, Christus significat vnã per se & in se hypostasim, homo autem significat hypostasim vnam per accidens, accidit enim subiecto albedinis esse hominem, & econtra. Quo ad propositionem quoque ipsam dicum est, quòd istæ propositiones dicuntur per se respectu suppositi, & non respectu formæ deitatis significatæ. Suppositum autem est in se per se vnum: quia non est nisi hypostasis æterna filii Dei, quæ ex tempore est incarnata, imo immutata omnino hypostasis humana, & ideo optime per se de illo prædicatur tam Deus, quàm homo, nihil minus, quàm si esset vnus illarum naturarum tantum hypostasis: extensio siquidem seu communitas ipsius ad duas naturas, nihil tollit de proprietate eiusdem respectu singularium.

¶ In responsione ad quartum, dubium occurrit, quoniam responsio ista videtur contradicere doctrinæ iam habitæ, & etionis, vt in hac responsione dicitur, sequitur quòd non prædicatur essentialiter, sicut species de sua hypostasi, vt in responsione ad primum dictum est. Prædicatio namque speciei humanæ de sua hypostasi, est & essentialis & subiantialis, non relatiua, vt patet.

¶ Ad hoc dicitur, quòd Auctor non dixit, quòd vnio, ratione cuius est ista prædicatio, est relatio aut relatiua, sed dicit, quòd relationem importat, hoc est connotat, importatur enim non solum res significata, sed connotata. Et propterea licet vnio naturæ humanæ ad Deum sit subsantialis, quia tamen connotat relationem, ideo nomen prædicatum secundum illam, non sequitur regulam absolutorum ab æterno.

¶ Altius posset exponi hæc responsio, dicendo quòd homo prædicatur de Deo ratione vnionis in persona, quam vnionem constat ex supradictis fundamentaliter esse subsantiationis fundamentalis, quæ significatur per vnionem formaliter, vt differentia per proprietatem consueuit significari. Et

ri. Et quia illa fundamentalis vnio, quæ fundat prædicationem istam, habet modum relatiuum, quo ad hoc, quòd de nouo posita in persona diuina, nullam in illa mutationem ponit nisi relatiuã relatione non reali, sed rationis, ideo dictum est, quòd relationem importat. Et ideo non sequitur regulam absolutorum ab æterno, quæ si de nouo apponerentur, aut tollerentur à Deo, mutationem in ip so ponerent.

¶ Super quæ stions sextæ decimæ, Articulum Secundum.

Titulus clarus est.

¶ In corpore articuli vnica est conclusio responsiua quæsito. Hæc est vera, & propria, Homo est Deus, supposito incarnationis mysterio. Probatur. Deus prædicatur vere, & proprie de persona filii Dei, ergo prædicatur vere, & proprie de homine. Probatur consequentia, quia homo potest supponere pro persona filii Dei. Probatur hoc. Homo potest supponere pro qualibet hypostasi humanæ naturæ, sed quædam hypostasis humanæ naturæ est persona filii Dei, ergo homo potest supponere pro persona filii Dei.

¶ In hac materia recolenda sunt dicta in priore articulo 3, quoniam ista propositio de qua est sermo, est etiã per se i primo modo respectu suppositi per subiectum, non respectu naturæ significatæ, & subiectum trahitur ad supponendum pro tali supposito ex prædicato, sicut de sua conuertente & conuersa dictum est in præcedenti articulo. Et per hoc patet tam corpus articuli, quàm responsio ad primum.

¶ In responsione ad secundum, dubium occurrit circa illud dictum, In ista propositione, Deus est Pater, ly Deus supponit pro persona Patris. Nam ly Deus, quantum est ex natura accidens, sed per se, sicut species de sua hypostasi, non quidem ratione formæ significatæ per hoc nomen Deus, sed ratione suppositi quod est hypostasis humanæ naturæ.

¶ Ad secundum dicendum, quòd tres personæ diuinæ conueniunt in natura, distinguuntur tamen in supposito: & ideo non prædicantur de inuicem. In mysterio autem incarnationis naturæ quidem, quia distinctæ sunt de inuicem non prædicantur, secundum quòd significantur in abstracto (non enim natura diuina est humana) sed quia conueniunt in supposito, prædicantur de inuicem in concreto.

¶ Ad tertium dicendum, quòd anima & caro significantur vt in abstracto, sicut diuinitas & humanitas: in concreto verò dicuntur animatum & carneum, siue corporeum, sicut, & ex alia parte Deus & homo. Vnde vtrobique abstractum non prædicatur de abstracto, sed solum cõcretum de concreto.

¶ Ad quartum dicendum, quòd hoc nomen homo, prædicatur de Deo ratione unionis in persona, quæ quidem vnio relationem importat. Et ideo non sequitur regulam eorum nominum, quæ absolutè prædicantur de Deo ab æterno.

Articvlvs II.

Vtrum hæc sit vera, Homo est Deus.

AD Secundum sic proceditur. Videtur quòd hæc sit falsa, homo est Deus, Deus enim est nomen incõmunicabile: Sed Sap. 13. reprehenditur idolatræ, de hoc quòd hoc nomẽ Deus, quod est incommunicabile, lignis & lapidibus imposuerunt. ergo pari ratione videtur esse inconueniẽs q̃ hoc nomen Deus prædicetur de homine.

¶ 2 Præterea, Quicquid prædicatur de prædicato, prædicatur de subiecto: sed hęc est vera, Deus est Pater, vel Deus est Trinitas. Si ergo hæc sit vera, Homo est Deus, videtur q̃ hæc etiam sit vera, homo est Pater, vel, homo est Trinitas: quas quidem patet esse falsas. ergo & primam.

¶ 3 Præt. in Psalm. 80. dicitur, Non erit in te Deus recens: sed homo est quiddam recens: non enim Christus semper fuit homo. ergo hęc est falsa, Homo est Deus.

¶ Sed contra est, quòd dicitur Roma. 9. Ex quibus est Christus secundũ carnem, qui est super omnia Deus benedictus in ęcula: sed Christus secundum carnem est homo. Ergo hæc est vera, Homo est Deus.

¶ Respondeo Dicendum, quòd supposita veritate utriusque naturæ, diuinæ scilicet, & humanæ, & vnione in persona, & hypostasi, hæc est vera & propria, Homo est Deus, sicut & ista, Deus est homo: hoc enim nomen homo, potest supponere pro qualibet hypostasi humanæ naturæ, & ita potest supponere pro persona filii Dei, quam dicimus esse hypostasim humanæ naturæ, Manifestum est autem, quòd de persona filii Dei verè & propriè prædicatur hoc nomen Deus, vt in prima parte habitum est. † Vnde relinquitur quòd hæc sit vera, & propria, Homo est Deus.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd idolatræ attribuebant nomen deitatis lapidibus & lignis, secundum quòd in sua natura considerantur, quia putabant in illis aliquid numinis esse. Nos autem non attribuimus nomen Deitatis homini secundum humanã naturam, sed secundum suppositum ęternum, quod est etiam per vnionem suppositum humanæ naturæ, vt dictum est.*

¶ Ad secvndvm dicendum, quòd hoc nomen Pater, prædicatur de hoc nomen Deus secũdum quòd hoc nomen Deus supponit pro persona Patris: sic autem non prædicatur de persona Filii, quia persona filii nõ est persona Patris, & per consequens non oportet, quòd hoc nomen Pater, prædicetur de hoc nomine homo, de quo prædicatur hoc nomen Deus, inquantum ly homo supponit pro persona Filij.

¶ Ad tertium dicendum, quòd licet humana natura in Christo sit quiddam recens, tamen suppositum humanæ naturæ non est recens, sed æternũ. Et quia hoc nomen Deus, non prædicatur de homine ratione humanæ naturæ, sed ratione suppositi, non sequitur quòd ponamus Deum recentem.

Sequeretur autẽ, si poneremus, quòd homo supponit suppositum creatum, secundum quòd oportet dicere eos, qui in Christo ponunt duo suppositа.

101 Locis supr. art. 1. inductis.

sensus literæ.

¶ Super

P.p.q.39 ar.3.& 4.

in cor. ar.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Super quæstio. sextædecimæ, Articul. III.

Titulus clarus est, originē habens ab Augustini varia diuersis tēporibus sententia & Magistri Sententiarum distinctio 7.tertii libri.

¶ In corpore articuli vnica est conclusio respōsiua quæsito, Non pōt vere & proprie dici,quòd homo ille sit dominicus, sed ꝙ est dominus.

*li.3. orthod. fid. ca.11. Probatur primo directe.homo ille, scilicet Christus Iesus, designat personam filii Dei.ergo de illo prædicatur dominus essentialiter.ergo non debet de illo prædicari dominus denominatiue. Antecedens probatur, quia vnum est suppositum diuinæ, & humanæ naturę in Christo. prima consequentia est clara.Secunda vero probatur quia cerogaret veritati vnionis, si prædicaretur denominatiue. Firmæ deinde conclusio ac ratio allata ex oppositō, quia.s. hæc prædicatio ꝓpria est Nestorianis, & quia similis prædicatio propria est naturæ assumptæ.Nestoriani quidem, ponendo duo in Christo supposita, proprie dicunt, Christum hominem dominicū, quia vere esset ibi suppositum participatiue dominicum. Nos quoque proprie dicimus naturam assumptam esse deificatam nō deam:quia enim diuersa est assumpta natura a deitate, non deam dicimus. Et quia iuncta est deitati in vnitate personæ, ideo deificata.

*c.4.Eccl. hier. par. 3. inſ. titu. Contem. in prin.

*li. 1. retract. c. 9. non procul a fin. tom. 1.

*Art. præced. ad 3.

*li. 3. ortho. fi. c. 2. 3. 4. 15. & 17. Suppositum autē quia vnicum, est filii Dei, ideo Deus & dominus, non dominicus, aut deificatum dicimus.

¶ Circa rationem cōclusionis dubiū occurrit,quia videtur falsa,cuius quia ex affirmatione prædicationis essentialis infert negationem denominatiue, constat.n. illationem hanc non tenere ex forma, vt manifestat instantia de Deo, & diuino, neq; ex materia,quia dominicus nomen est commune suppositō & naturæ, pōt.n. dici natura assumpta, natura dominica, sicut & caro eius, dicitur caro dominica, tū quia hæc prædicatio nō derogat veritati vnionis, qm affirmatur Christū hominem dominicū, non est negare Christū esse verū dām: sicut affirmare Verbum esse diuinum, non est negare ipsum esse verum Deum. ¶ Ad hoc dē, ꝙ ratio veritati innititur, & ex efficax. Nam quæstio ista de nominibus est, nominibus autem vtēdum est, vt plures vtūtur, Fm Philosophum, cōis autem vsus illud dominicum vocat ꝙ est domini, nō qđ dominus est, vt in responsione ad tertium littera explicat: & propterea ex affirmatione prædicationis essentialis istius termini Dominus bene illata est negatio denominatiui. Et similiter dicendo, homo dominicus fm cōem vsum intelligit homo domini, ac per hoc aliquis homo domini, & sic intelligūtur ibi duo supposita, vnum in ly Aliquis homo, & vnū in ly Domini, ac per hoc tuit veritas vnionis diuinę & humanæ naturæ in vno eodemque supposito. Et propterea Auctor hāc loquutionem Nestorianam dixit. Non est aūt simile de Deo & diuino, vt i littera dr: quia diuinum identice consueuit sumi frequenti vsu, nō sic autem dominicū.

¶ Super quæstio. sextædecimæ, Articul. IIII.

Titulus, vt iacet, intelligē dus est de connenentibus humanę naturę existenti in Christo: puta passibilitate, morte, & aliis huiusmodi, quæ de Christo ratione illius naturæ humanæ dicuntur, dum dicimus Christum crucifixum, mortuum, sepultum, &c.

*li.3. Orth.fid.c.6 in medio.

¶ In corpore articuli tria fiunt. primo refertur differentia inter Nestorium & Catholicos in hac quæstione. Secundo, reddi tur ratio catholicę doctrinæ. Tertio subiungitur opportunum documentum circa hanc ecthelicam doctrinam.

¶ Quo ad primum Nestoriani duab. distinctionib. vtebantur in proposito. Altera biunembri ex parte prædicatorum: quædam enim sunt prædicata propria diuinæ naturæ (vt esse omnipotentem, æternum, & similia) q̃dam sunt prædicata propria humanæ naturæ, vt esse mortalem, corporeum, filium hominis, & huiusmodi. Altera ex parte subiectorum trimembri: potest enim dictis prædicatis subiici in enuntiatione vel nomen proprium Dei, vt Deus, vel nomen proprium hominis, vt homo: vel nomen commune vtrique naturæ, diuinæ scilicet & humanæ, vt Christus. Et subiungebant duas cōclusiones: primam de subiectis ꝓpriis dicendo, ꝙ nec de nomine proprio Dei dicuntur prædicata propria hominis, nec de nomine proprio hominis dicuntur prædicata ꝓpria Dei. Et propterea negabant Deum esse natum ex Virgine aut mortuum, aut aliquid passum: & similiter hominē esse creatorem cœli, & terræ, & huiusmodi. Secunda, de subiectis communibus dicendo, de nomine cōi Deo, & homini prædicari vere, tamen quæ sunt propria Deo, quām ea quæ sunt propria homini. Et propterea Christus vere dicitur omnipotens, æternus, creator, & natus ex Virgine crucifixus, mortuus, & sepultus. Hoc fuit dogma Nestorii.

*In com. Eph.1.cui præfuit Cyril.cā. 4.tom.1. conc.

*li.1.c.11. in princ. to.3

¶ Catholici autem affirmant vniuoce vtraque prædicata vere enuntiari de quocumque nomine subiecto, siue proprio siue communi, vt patet ex Cyrilli auctoritate.

¶ Quo ad secundū ratio catholicæ assertionis est, identitas hypostasis vtriusque naturæ Christo. Hinc.n. fit, vt vna eademq; hypostasis supponatur vtrisque nominibus, & ꝙ propria Deo inueniātur prædicari de hypostasi diuina, & propria hominis de hypostasi humana. Nec oportet hic īmorari: quia ex supradictis patet, nomina communia concreta posse pro qualibet sua hypostasi supponere.

¶ Quo ad tertium, documentum catholicū est, qđd licet non distinguendum sit cum Nestorio subiectū de quo diuina, & humana prædicantur, distinguenda tamen est ratio subiecti, qua diuina de ipso dicuntur à ratione, qua humana de eodem enūtiantur: nam vna eademque est hypostasis in dicthis naturis subsistens, & propterea discernendum eaute est non id, de quo dicuntur: sed id, secundum quod dicuntur. Et hoc cōfirmatur auctoritate Auguſt.

Vtrum Christus possit dici homo dominicus.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd Christus possit dici homo dominicus. Dicit enim Augustinus * in lib. 83. q. Monendum est, vt illa bona expectentur, quæ fuerunt in illo homine dominico: loquitur autē de Christo. ergo videtur quòd Christus sit homo dominicus.

*q.36 circa medium.

¶ 2 Præt. Sicut dominium conuenit Christo ratione diuinæ naturæ, ita etiam humanitas pertinet ad humanā naturam: sed Deus dicitur humanatus, vt patet per Damas. in 3. lib. * vbi dicit, ꝙ humanatio eam, quæ ad hominem, compulationem demonstrat. ergo pari ratione potest dici denominatiuē, ꝙ homo ille sit dominicus.

¶ 3 Præt. Sicut dominicus denominatiuè dicitur à domino, ita diuinus denominatiuè dicitur à Deo: sed Dionys. * Christum nominat diuinissimū Iesum. ergo pari ratione pōt dici ꝙ Christus sit homo dominicus.

*c.4.Eccl. hier. par. 3. inſ. titu. Contem. in prin.

¶ SED CONTRA est, quod Aug. dicit in lib. Retract. † Non video vtrū rectè dicatur, homo dominicus Iesus Christus, cum sit vtique dominus.

*li. 1. retract. c. 9. non procul a fin. tom. 1.

¶ Respondeo dicendum, quòd sicut supradictum est, * Cum dicitur homo Christus Iesus, designatur suppositum æternum, quod est persona filij Dei, propter hoc, quòd est vnum suppositum vtriusque naturę. De persona autem filij Dei prædicatur Deus & Dominus essentialiter, & iō non debet prædicari denominatiuè: quia hoc derogat veritati vnionis. Vnde cum Dominicus dicatur denominatiuè à Domino, non potest verè & propriè dici, quòd homo ille sit dominicus, sed magis quòd sit dominus: si autem per hoc, quòd dicitur, homo Christus Iesus, designaretur suppositum aliquod creatum, secundum illos, qui ponunt in Christo duo supposita, posset dici homo ille dominicus, inquantum assumitur ad participationem honoris diuini, sicut Nestoriani posuerunt. Et hoc etiam modo humana natura nō dicitur essentialiter dea, sed deificata non quidem per conuersionem ipsius in diuinam naturam, sed per coniunctionem ad diuinam naturam in vna hypostasi, vt patet per Dam. in tertio lib.*

*li.3. ortho.fi.c.a. 3.4.15.& 17.

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ Augustinus verba illa & similia retractat in lib. Retracta. Vnde post verba prēmissa in lib. Retracta. * subdit, Vbicumque hoc dixi, scilicet ꝙ Christus Iesus sit homo dominicus, dixisse me nollem, postea quippe vidi non esse dicendum: quāmuis nonnulla ratione posset defendi, quia scilicet posset aliquis dicere quòd dicitur homo dominicus ratione humanæ naturæ, quam significat hoc nomen homo, non autem ratione suppositi.

¶ Ad secundum dicendum, quòd illud vnum suppositum, quod est humanæ, & diuinæ naturæ, primo quidem fuit diuinæ naturæ, scilicet ab aterno, postea autem ex tempore per incarnationem factum est suppositum humanæ naturæ. Et hac ratione dicitur humanatum, non quia assumpserit hominem, sed quia assumpsit humanam naturām. Non autem sic est econuerso, quòd suppositum humanæ naturæ assumpserit diuinam naturam, vnde non potest dici homo dei ficatus vel dominicus.

¶ Ad tertium dicendum, quòd hoc nomen diuinum, consueuit prædicari etiam de his, de quibus prædicatur essentialiter hoc nomen Deus: dicimus enim, quòd diuina essentia est Deus, ratione identitatis, & quòd essentia est Dei, siue diuina, propter diuersum modum significandi, & verbum diuinum, cum tamen verbum sit Deus. Et similiter dicimus personam diuinam sicut & personam Platonis, propter diuersum modum significandi: sed dominicus non dicitur de his, de quibus dominus prædicatur: non.n. consueuit dici, quòd aliquis homo, qui est dominus sit dominicus: sed illud quod qualitercumque est domini, dominicum dicitur, sicut dominica vestimenta, vel dominica manus, vel dominica passio. Et iō ipse homo Christus, qui est dominus, non potest dici dominicus: sed potest caro eius dici ea ro dominica, & passio eius potest dici passio dominica.

Vtrum ea, quæ conueniunt filio hominis possint prædicari de filio Dei, et econuerso.

AD Quartum sic proceditur. Videtur quòd ea, quæ sunt humanæ naturæ, non possint dici de Deo. Impossibile enim est oppositā de eodem prædicari: sed ea, quæ sunt humanæ naturæ, sunt contraria his, quæ sunt propria Dei: Deus enim est increatus, immutabilis, & æternus: ad humanam autem naturam pertinet, vt sit creata temporalis & mutabilis. ergo ea quæ sunt humanæ naturæ, non possunt dici de Deo.

¶ 2 Præter. Attribuere Deo ea, quæ ad defectum pertinent, videtur derogare diuino honori, & ad blasphemiam pertinere: sed ea, quæ sunt humanæ naturæ, defectum quendam continent: sicut pati, mori & alia huiusmodi. ergo videtur quòd nullo modo ea, quę sunt humanę naturæ, possint dici de Deo.

¶ 3 Præt. Assumi conuenit humanę naturę: non autem hoc conuenit Deo. non ergo ea quę sunt humanę naturę, de Deo dici possunt.

¶ SED CONTRA est, quod Damascen. * dicit in 3. libr. quòd Deus susc epit ea, quę sunt carnis idiomata, idest, proprietates, dum Deus passibilis nominatur, & Deus glorię crucifixus est.

*li.3. Orth.fid.c.6 in medio.

¶ Respon. dicendum, quòd circa hanc quæstionem diuersitas fuit inter Nestorianos & Catholicos. Nestorianī enim voces, quę dicuntur de Christo, diuidere volebant hoc modo, vt ea quę pertinent ad humanam naturā, non dicerentur de Deo: nec ea quę pertinent ad diuinam naturam, dicerentur de homine. Vnde Nestorius dixit: Si quis Dei verbo tentat passiones tribuere, anathema sit. Si qua verò nomina sunt quę pertinere possunt ad vtramque naturam, de talibus prędicabant ea, quę sunt vtriusque naturę: sicut hoc nomen Christus, uel Dominus. Vnde concedebant Christum esse natum de Virgine, & fuisse ab ęterno: non tamen dicebant vel Deum natum de Virgine, uel hominem ab ęterno fuisse. Catholici verò posuerunt huiusmodi quæ dicūtur de Christo, siue secundum diuinam naturam, siue secundum humanam, dici posse tam de Deo, quàm de homine. Vnde Cyrillus dicit, * Si quis duabus personis seu subsłantiis, idest hypostasibus eas, que in Euangelicis & Apostolicis conscriptionibus sunt, diuidit voces, vel ea quę de Christo à sanctis dicuntur, vel ab ipso Christo de semetipso, & aliquas quidem ex his homini applicandas crediderit, aliquas verò soli Verbo deputauerit, anathema sit. Et huius ratio est: quia cum sit eadem hypostasis vtriusque naturę, eadem hypostasis supponitur nomine vtriusque naturę, siue ergo dicatur homo, siue Deus: supponitur hypostasis diuinæ & humanę naturę. & ideo de homine possunt dici ea, quę sunt diuinę naturę, tanquam de hypostasi diuinę naturę: & de Deo possunt dici ea quę sunt humanę naturę, tamquam de hypostasi humanæ naturę.

*In com. Eph.1.cui præfuit Cyril.cā. 4.tom.1. conc.

*li.1.c.11. in princ. to.3

Sciendum tamen, quòd in propositione, in qua aliquid de aliquo prędicatur, non solum attenditur quid sit illud, de quo prædicatur prædicatum, sed etiam secundum quid de illo prędicetur. Quāmuis ergo non distinguantur ea quæ prædicantur de Christo: distinguuntur tamen secundum id, secundum quòd vtrumque prędicatur. Nam ea quę sunt diuinæ naturę, prædicantur de Christo secundum diuinam naturam: ea autem quæ sunt humanę naturę, prędicantur de eo secundum humanam naturam. Vnde Augusł. dicit in 1. de Trin. † Dittinguamus quid in scripturis sonet, secundum formam Dei, & quid secundum formam serui. Et infra, * quid & propter quid, & quid secundum quid dicatur, prudens & diligens & pius lector intelliget.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd opposita prędicari de eodem secundum idem, est impossibile: sed secundum diuersa, nihil prohibet. Et hoc modo opposita prædicantur de Christo, non secundum idem: sed secundū diuersas naturas.

¶ Ad secundum dicendum, quòd si ea quæ ad defectum pertinent, Deo attribuerentur secundum diuinam naturam, esset blasphemia, quasi pertineus ad diminutionem honoris ipsius non autem pertinet ad Dei iniuriam, si attribuantur ei secundum naturam assumptam. Vnde in quodam sermone Ephesini Concilii dicitur, Nihil putat Deus iniuriam, quod est occasio salutis hominib.: nihil enim abiectorum quę elegit propter nos, iniuriam facit illi naturę, quę non potest esse subiecta iniuriis, propria verò facit inferiora, vt saluet naturam nostram. Quando ergo abiecta & vilia sunt, diuinam naturam non iniuriantur, sed salutem hominibus operantur; quomodo dicis ea quę causa nostrę salutis sunt, iniurię occasionem Deo fuisse?

¶ Ad tertium dicendum, quòd assumi conuenit humanæ naturę, non ratione suppositi, sed ratione suiipsius & ideo non conuenit Deo.

Vtrum ea, quæ conueniunt filio hominis, possint prædicari de diuina natura: & de humana ea quæ conueniunt filio Dei.

AD quintum sic proceditur. Videtur quòd ea quæ sunt humanæ naturæ, possint dici de natura diuina. Ea enim quæ sunt humanæ naturæ, prædicātur de filio Dei & de Deo: sed Deus est sua natura. ergo ea quæ sunt naturæ humanæ, possunt prædicari de diuina natura.

¶ 2 Præt. Caro pertinet ad naturam humanam: sed sicut dicit Damascen. * in 3. lib. dicimus naturam verbi incarnatam esse, secundum beatos Athanasium, & Cyrillum. ergo videtur ꝙ pari ratione ea quæ sunt humanæ naturæ, possint dici de diuina natura.

*lib.3. Orth.fid.c.6. cir.fi.& c.7 a med.

¶ 3 Præt. Ea, quæ sunt diuinæ naturæ cōueniunt humanę naturę in Christo, sicut cognoscere futura, & habere salutiferam virtutem. ergo videtur quòd pari ratione ea, quę sunt humanę naturę possint dici de diuina natura.

¶ Super quæstionis sextæ decimæ, Artic. V.

IN titulo vide diuersitatem huius a præcedenti titulo: nam hic quæstio refertur ad diuinam naturam, ibi vero ad Deum. nā hic quęritur an humana prædicentur de natura diuina: ibi, an humana prędicent de Deo.

Vnde

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vnde cum inter Deum & diuinam naturam sola sit differentia secundum modum significandi, omnis ista quæstio ad rem diuinam spectat, non vt res est absolute, sed vt res est significata nomine abstracto, puta deitas aut diuinitas, vel æquiualente, puta natura diuina, essentia diuina & huiusmodi.

li.3.ca.4. ¶ In corpore articuli duæ sunt conclusiones simul probatæ. Altera est: in Christo ea quæ sūt vnius naturæ, non possunt prædicari de alia in abstracto significata. Altera est. In Christo ea quæ sunt vtriusque naturę, possunt indifferenter de nominibus concretis vtriusq; naturæ prædicari. Probantur simul. Ea quæ sunt propria vnius, non possunt vere prædicari de alio, nisi de eo quod est idem illi. ergo ea quæ sunt vnius naturę, &c. Antecedens manifestatur, quia risibile non conuenit nisi ei, quod est homo. Consequentia vero probatur, primo: quia nomina concreta supponūt hypostasim naturæ. Et confirmatur deinde secunda conclusio auctoritate Leonis.

¶ Aduerte hic, q̄ abstracta & concreta nomina, quamuis conueniant in significato formali, quoniam tam deitas, quàm Deus deitatem significat, & similiter tam humanitas, quam homo humanam significat naturam, iex differenti tamen figuri ficandi modo inuento in illis, alia oritur differentia quo ad supposita per illa: nam abstractum nomen & significat naturam & supponit pro natura: deitas enim pro deitate supponit. Concretum vero significat quidem naturam, sed etiam supponit pro habente naturam, ac per hoc pro hypostasi naturæ, hypostasis.n. est habes naturam: Deus n. supponit pro habente deitate, pro hypostasi diuinæ naturæ, & similiter homo pro habente humanam naturam, q̄ hypostasi humanæ naturæ: & similiter risibilitas & significat & supponit ipsam risibilitatem, sed risibile supponit pro habente risibilitatem. Et ideo risibilitas non prædicatur de humanitate, sed risibile vere prædicatur de homine: quoniam idem est habens humanitatem & risibilitatem. Ex his igitur patet in primis assumptum in litera antecedens, cum suæ manifestatione exemplari de risibili. Verissime siquidem dicitur, propria vnius non verificari de alio, nisi illud, aliud sit idem huic cui sunt propria, quemadmodum p̄pria risibilitatis non verificantur de humanitate, quia nihil est idem vtri que, sed verificantur de homine, quia homo est id humanæ naturæ, quod est idem habenti risibilitatem idē. n. subiecto est hypostasis humana & subiectum risibilitatis. Patet deinde vis consequentiæ, quoniam dum explicatur in litera proprietas concretorum in suppondo, insinuatur differentia, quam explicauimus inter suppositionem concretorum & abstractorum, ex qua fit vt abstractum nomen vnius naturæ pareat importare omnino aliud ab his, quæ sunt alterius naturæ, scilicet ipsam solam naturam secundum se, ac per hoc optime inferri, quòd non prædicantur de abstracto ea quę sunt alterius naturæ: & similiter pateat concretum cuiusque in Christo naturæ importare id, quod idem est, quod commune est omnibus ad quam cunque naturam spectantibus, scilicet vnam eandēque hypostasim, & ideo optime inferri, quod indifferenter ea, quæ sunt vtriusque naturæ de cōcretis vtriusque naturæ, prædicantur.

Ti.3.ca.4. ¶ Sed contra est, q̄ Damasc.* dicit in 3. lib. Deitatem quidem dicentes nō nominamus de ea, quæ humanitatis idiomata sunt. i. proprietates: non.n. dicimus deitatem passibilem, vel creabilem: deitas autem est diuina natura. ergo ea, quæ sunt humanæ naturæ, non possunt dici de diuina natura.

¶ Respondeo, Dicendum, q̄ ea quæ sunt propria vnius, non possunt verè de alio prædicari, nisi de eo, quod est idem illi, sicut risibile non conuenit nisi ei quod est homo. in mysterio autem incarnationis non est eadem natura diuina & humana, sed eadem est hypostasis vtriusque naturæ, ideo ea, quæ sunt vnius naturæ, non possunt de alia prædicari, secundum q̄ in abstracto significatur. Nomina vero concreta supponunt hypostasim naturæ, & ideo indifferenter prædicari possunt ea, quæ ad vtranque naturam pertinent, de nominibus concretis, siue illud nomē de quo dicuntur, detintelligere vtranque naturam, sicut hoc nomen Christus, in quo intelligitur & diuinitas vngens, & humanitas vncta, siue solum diuinā naturam, sicut hoc nomen Deus vel filius Dei, siue solum naturam humanā, sicut hoc nomen homo vel Iesus. Vnde Leo Papa dicit in Epistola ad Palæstinos*: Non interest, ex qua Christus substantia nominetur, cum in separabiliter manente vnitate personæ, idem sit & totus hominis filius, propter carnē, & totus Dei filius, propter vnam cum Patre deitatem.

Bst epi. 83 inter me. & fi. illius.

¶ Ad primum ergo dicendum, q̄ in diuinis realiter est [d] idem persona cū natura, & ratione huius identitatis diuina natura prædicatur de filio Dei: non tamen est idem modus significandi, & ideo quædam dicuntur de filio Dei, quæ non dicuntur de diuina natura, sicut dicimus q̄ filius Dei est genitus, non tamen dicimus q̄ natura diuina sit genita, vt in prima parte habitū est.* Et similiter in mysterio incarnationis dicimus, q̄ filius Dei passus est, non autem dicimus quòd diuina natura sit passa.

D. 1147.

¶ Ad secundum dicendum, quòd incarnatio magis importat vnionem ad carnem, quàm carnis proprietatem. Vtraque autem natura in Christo, est vnita alteri in persona, ratione cuius vnionis, & diuina natura dicitur incarnata, & humana natura deificata, vt supra dictum est.*

p.p.q.39 ar.5

¶ Ad tertium dicendum, quòd ea quæ sunt diuinæ naturæ, dicuntur de humana natura, non secundum quòd essentialiter competunt diuinæ naturæ, sed secundum quòd participatiuè deriuantur ad humanam naturam. Vnde ea, quę participari non possunt à natura humana (sicut esse increatum, aut omnipotentem) nullo modo de humana natura dicuntur. Diuina autem natura nihil participatiuè recipit ab humana natura, & ideo ea quæ sunt humanæ naturæ, nullo modo possunt dici de diuina natura.

Q.3.ar.2.

Articvlvs VI.

Vtrum hæc sit vera, Deus factus est homo.

105 Inf.q.35. ar.3.ca.3. d.3.q.1. ar.3.ca.4. di.7.ca.1. Et opus.1. cap.18. Et op.2.ca.6. Et Ro. 1. li.2.

Ad Sextum sic proceditur. Videtur q̄ hęc sit falsa, Deus factus est homo. Cum enim homo significet subsistentiam, fieri hominem, est fieri simpliciter: sed hæc est falsa, Deus factus est simpliciter. ergo hęc est falsa, Deus factus est homo.

¶ 2 Præt. Fieri hominem est mutari: sed Deus non potest esse subiectum mutationis, secundum illud Malach. 3. Ego Dominus, & non mutor. ergo videtur quòd hęc sit falsa, Deus factus est homo.

¶ 3 Præt. Homo secundum q̄ de Christo dicitur, supponit personam filii Dei: sed hęc est falsa, Deus factus est persona filii Dei. ergo hęc est falsa, Deus factus est homo.

¶ Sed contra est, quòd dicitur Ioan. 1. Verbum caro factum est. Et sicut Athanasius dicit in Epistola ad Epictetum,* quod dixit, Verbum caro factum est, simile est, ac si diceretur q̄ Deus homo factus est.

Postmodū illius. & cip. ligatæ hic.

¶ Respondeo, Dicendum, q̄ vnumquodq; dicitur esse factum illud, quod de nouo incipit prædicari de ipso. Esse autem hominem, verè prædicatur de Deo, sicut dictum est †, ita tamē quòd non conuenit Deo esse hominem ab æterno, sed ex tempore per assumptionem humanæ naturæ. Et ideo hæc est vera, Deus factus est homo. Diuersimode tamen intelligitur à diuersis, sicut & hæc, Deus est homo, vt supra dictum est*.

ar.1. huius quæst.

¶ Ad primum ergo dicendum, q̄ fieri hominem, est fieri simpliciter in omnibus his, in quibus humana natura incipit esse in supposito de nouo creato. Deus autem dicitur factus homo, eo quòd humana natura incæpit esse in supposito diuinæ naturæ, ab æterno præexistente. Et ideo Deum fieri hominem, non est Deum fieri simpliciter.

¶ Ad secundum dicendum, quòd sicut dictum est, † fieri importat quòd aliquid prędicetur de nouo de altero. Vnde, quandocumque aliquid de nouo prędicatur de altero cum mutatione

In cor. ar.

¶ Dei

¶ Deinde infertur, quod hæc propositio a diuersimode intelligitur, iuxta dicta in primo huius quæstionis articulo de ista propositione, Deus est homo.

¶ In responsione ad secundum, si dubitas, vide scripta in articulo primo in responsione ad vltimum. Et si vbi illa non sufficiūt, nec quieueris ex relatiua declaratione tam profusè facti onis, dicito p̄ licet fieri hominem, absolute importet mutationē in subiecto acquirente humanam naturam, puta in materia attamen personam aliquā fieri hominem, nō importat mutationem in persona acquirente naturam humanam. Et ratio diuersitatis est, quia subiectum quod fit homo, per transmutationem sui acquirit esse humanum: sed persona, quæ fit homo, sola nouæ personationis humanæ naturæ fit homo. Personare autem naturam humanam, non est mutari, sed subsistere nunc primo in illa. Et ideo filius Dei prius nō erat homo, quia nō personabat naturam humanam, & in tempore factus est homo, quia incœpit quando que personare naturam vnitam humanam, & per hoc acquisiuit primo esse substantiale humanę naturæ & non tantum esse relatiuū: factus est subiectantia animata sensibilis, rationalis, & non ad aliquid, non ad humanam naturam. Et est non solum subiectum propositionis ly Deus, cum dicitur, Deus factus est homo, sed vt subiectū actionis, hoc est personationis nunc primo: hoc enim fieri nihil aliud est, quàm personare nunc primo. Et sic habes subsistentiam factionem & terminum & subiectum, absque mutatione subiecti. Et si tibi apparet mirabile, memento quia nihil est mirabilius, quàm verbum caro factum est, post Trinitatis arcanum.

¶ In responsione ad tertium, si formalem responsionem nouitius oprat, dicito q̄ ista est vera, Deus factus est subsistens in humana natura: hoc enim formaliter supponit ly homo. Et si ad materialiter subsistratum iuster descendi, dicito quòd hæc est etiam est vera, Deus factus est persona filii Dei subsistens in humana natura. Sicut etiam cum paries fit albus vere dicitur, quòd paries factus est paries albus, vt patet in septimo Metaphysi. & ad propositum in 4. Senten. distin. 7

¶ *Super Quæstionis sextædecimæ Articulum septimum.*

Titulus clarus est.

¶ In corpore duo fiunt. Primo, ponitur duplex propositionis sensus improprius: & iuxta vtrumque respondetur. Secūdo ponitur tertius sensus, qui solus est proprius, & respondetur quæsito.

¶ Quo ad primum vide nouitie, quod in primo sensu copula verbalis est, ly est. Et ly factus, ponitur vel adiectiuum subiecti, puta homo factus, sicut si diceretur, homo creatus, vel adiectiuum prædicati, puta Deus factus: ita quòd sensus esset, vel quòd factus homo est Deus, vel quòd homo est Deus factus. Et vtro que modo dicitur falsa: & de secunda quidem non est dubium. Prima autem falsa iudicatur: quia ly homo, in subiecto stat pro hypostasi, ac per hoc dicendo, homo factus, enuntiatur de persona humana facta, q̄ est Deus: constat autem, nullam esse personam siue humanam, siue diuinam factam, quæ sit Deus: nam persona humana, quæ est Deus, est non facta, sed genita ab æterno, Deus de Deo.

105 Lectis supra artic. 6. citatis.

¶ In secundo autem, quamuis improprio sensu, dicuntur quinque. primo, ponitur modus, quo sumitur ly factus: & dicitur sumi, vt modus determinans compositionem, sicut in propositionibus modalibus ly possibile, aut necessarium determinare dicitur compositionem, ita quòd Propositio ista, Homo factus est Deus, sonat istam, Hominē esse Deū, factum est. Et pro preterea, secundo in litera explicatur dictus sensus eiusdem, scilicet, factum est, vt homo sit Deus, & similiter Deus factus est homo, factum est, vt Deus sit homo. Tertio dicitur, quòd propositio vtraq; est vera in hoc sensu. Quarto, quòd hic sensus non est proprius harum propositionum. Et ratio quidem logica est: quia ly factus, non est modus determinatius compositionis sicut ly possibile, aut necessarium. Ratio vero realis ad sensum respiciens, quæ in litera redditur, cum quinto subiungitur, quomodo sensus iste potest proprietatem force habere, est quia hic homo, de quo enuntiatur factum esse Deum, non est factus Deus, ita quòd neque ab æterno, neque ex tempore factus est, vt homo, hoc est hic homo, esset Deus: constat enim quòd ly homo, supponit in hac enunciatione pro hoc homine: quia supponit personaliter & determinatè, & quòd hic homo est Deus ab æterno genitus, non factus, est hypostasis fil ȝ Dei. Non est igitur proprius sensus harum locutionum, dicere, Factū est vt homo esset Deus. Posset tamen, vt quinto dicitur in litera saluari, vt proprius sensus, sustinendo quòd homo habeat suppositionem simplicem, hoc est, supponat pro natura humana in concrete communiter. nam factum est, quòd homo sit Deus: quamuis non sit factum, quòd aliquis singularis homo sit Deus: quia ille singularis homo, qui est Deus, est naturaliter, & ab æterno Deus.

* Li. 1. c. 13. circa prin. to. 3.

† In epist. 1. ad Elidonium inter princ. & med.

¶ Occurrit hic autem circa duo quæstio. Primo circa suppositionem simplicem, & proprietatem propositionis sic sumptæ. Secundo, circa personalem, an iste homo sit factus Deus. Est autem dubitandi ratio circa primum: quia dicendo, homo est factus Deus, ly homo supponit pro habente naturam humanam indeterminate. aliud .n. est dicere, hic homo est factus Deus, & aliud est dicere, homo est factus Deus: quoniam homo supponit confuse pro habente naturam humanam, hic homo aūt determinate.

¶ Et hinc fit primo, vt ratio literæ nihil valeat, reprobando illam, Homo factus est Deus: quia ista est falsa. Iste homo factus est Deus. Fit secundo, vt non logice dicatur in litera, q̄ supponat simpliciter ly Homo, stando pro homine cōiter: quin supponat personaliter

Universidad de Deusto
Biblioteca

sonaliter, confuse tamen, immo naturalis suppositio termini communis increti, est supponere pro habente naturam indeterminate. Fit tertio, vt quia ista propositio, Homo factus est Deus, in personali suppositione proprijssime sumpta est vera: quia in veritate homo est Deus, & non semper fuit Deus, sed per vnionis gratiam est Deus: male in litera arguitur falsitatis. Fit quarto, vt Scotus in tertio sententiarum distinctione septima, quæstione secunda, rectius dixerit, q̃ ista propositio, Homo factus est Deus, est simpliciter vera & propriatum quia homo per actionem agentis est Deus, & non semper fuit Deus: tum quia est conuertens illam, Deus factus est homo.

¶Ad euidentiam horum scito, quod inter personalem, & simplicem suppositionem hæc est differentia, quod ly Homo: supponit personaliter, oportet prædicatum conuenire alicui personæ humanæ: quod enim de nulla persona humana, nec de omnibus simul verificatur, de homine personaliter sumpto non verificatur, vt patet discurrenti, tam in propositionibus per se, quam per accidens. Si vero supponit simpliciter, prædicatum conuenit homini abstrahenti a suis suppositis: ita q̃ verificatur de homine communiter, & de nullo homine, nec de omnibus simul verificat.

¶Ad propositum autem descendendo, considerandum est, q̃ in illa propositione, Homo factus est Deus, ly Homo supponit personaliter proprie loquendo: quia ly factus est, non permittit hominem supponere nisi personaliter, sicut cæteri dicitur, Homo factus est albus quoniam fieri reale, non est hominis communiter, sed hominis singularis. Et propterea ad veritatem istius, Homo factus est Deus, oportet veram esse istam, Aliquis homo factus est Deus, sicut ad veritatem istius. Homo factus est albus, oportet q̃ aliquis homo sit factus albus. Sed si ly homo, supponat simpliciter, veritas eius non exigit, q̃ aliquis homo sit factus Deus, sed sufficit q̃ per actionem alicuius agentis factum sit, vt de homine absolute verificetur de nouo esse Deum. Et quia potest dici q̃ iste sensus est proprius sensus istius propositionis a doctoribus positæ (ita q̃ de homine absolute dixerunt q̃ factus est Deus) nec hæc proprietas est vsquequaq; clara, ideo Auctor dixit, Nisi forte &c.

¶Ad obiecta igitur respondendo dicitur, concedendo q̃ homo proprie loquendo, supponit pro habente naturam humanam, indeterminate, & q̃ alia est propositio, Homo factus est Deus, & alia, Hic homo factus est Deus. Sed cum infertur primo, ergo ratio litteræ nihil valet, respondetur q̃ efficax est, quia licet sint diuersæ propositiones, negatio tamen illius singularis, scilicet hic homo est factus Deus, infert negationem illius indefinitæ, homo factus est Deus: quoniam gratia materiæ vnum singulare tm pro posito æquiualet omnibus singularibus, constat enim vnum tantũ hominem esse Deum. Et propterea sicut a negatione omnium singularium infertur negatio indefinitæ, ita in proposito a negatione vnius singularis destruitur indemita.

¶Ad secundum dicitur, q̃ quia talia sunt subiecta, qualia permittuntur a prædicatis, & prædicatum integrum, scilicet factum esse Deum, verificandum est, & non potest verificari de homine personaliter siue confuse, siue determinate, ideo ad suppositionem simplicem recursum est. Logicum quippe est, vt homo supponat simpliciter pro habente naturam, abstrahendo a singularibus, non solum quo ad significationem, sed quo ad id quod prædicato supponat, & hæc non est eius naturalis suppositio, sed cum personaliter supponit pro habente naturam indeterminate.

¶Ad tertium dicitur, quòd iam patet, falsum esse, quod personaliter sumpta illa propositio, homo factus est Deus, sit vera: nec est verum de homine personaliter sumpto, quod per gratiam vnionis est Deus.

¶Vnde ad quartum ex Scoto dicitur, quòd Scotus vtitur suppositione simpliciter, verum dicit: & abstrahit proprietatem sensus, quam Auctor in litera sub dubio reliquit: sed in veritate ly Factus est, transit in personalem: hoc est, factum est, vt homo esset Deus. Quod no videtur de intentione Scoti, volentis istam, Homo factus est Deus, sequi per conuersionem ad illam, Deus factus est homo: oportet enim personaliter supponere hominem, si per conuersionem sequitur ad illam. Et propterea li (vt apparet) vitiat suppositionem personalis, dicitur recte dicit contra Auctorem, sed falsum dicit: quoniam personaliter sumpta propositio illa, homo factus est Deus, est falsa. Et cum probatur, quia istæ sunt veræ, homo per actionem agentis est Deus: & homo non prius erat Deus, respondetur quòd prima est falsa, quia veritas eius exigit veritatem alicuius suæ singularis, scilicet quòd aliquis homo per actionem agentis est Deus, qui prius non fuit Deus. Constat autem, quòd nullus homo per actionem cuiuscunque agentis est de nouo Deus: quia ille homo, scilicet Iesvs Nazarenus, qui solus inter homines est Deus, non est de nouo Deus, sed ab æterno: nec per actionem alicuius agentis, sed æterna natiuitate a Patre est Deus. Nec est verum quod istius Deus factus est homo, conuertens sit, homo factus est Deus, sed illa, Qui factus est homo, est Deus, sicut ista, Paries factus est albus, non conuertitur in istam, Album factum est paries, sed in istam, Quod factum est album, est paries.

¶Secundum dubium occurrens est: quia videtur quod etiam factum sit, quod iste homo sit Deus: nam ly iste homo, stat pro supposito existente, non, quatenus est æternum, seu hypostasis diuinæ naturæ: sed quatenus est ex tempore hypostasis humanæ naturæ. Constat autem, quod factum est per gratiam diuinam, vt hypostasis diuinæ naturæ, esset hypostasis humanæ naturæ, & q̃ hypostasis humanæ naturæ, esset ipsa verbi hypostasis. Et sic propositio esset vera, & sensum proprium habet secundum personalem suppositionem.

¶Ad hoc dicitur, quod in hac vltima particula litteræ non est sermo de veritate, sed de proprietate sensus. Et propterea licet assignatus sensus obiiciendo sit verus, non tamen est proprius dictæ propositionis: quia ly homo, ex parte subiecti personaliter ac determinate supponens, debet sumi pro illa hypostasi absolute: & non pro illa, vt abstrahit a seipsa (vt obiectio sumit) quia subiecta tenentur materialiter: constat autẽ q̃ absolute sumpta hypostasis illa, falsum est q̃ factum sit illam esse Deum. Vbi tamen huiusmodi dicta inueniuntur, pie interpretanda sunt, nec extendenda.

¶Quo ad secundum tertius sensus ponit, quod hoc totum, Factus est, ponitur pro copula verbalistic: enim ly factus est, ponit circa hominem vt subiectum fieri, non absolute, sed in ordine ad Deum, vt terminum factionis: ita quod sensus proprius est, quod homo effectus est Deus. Et in hoc sensu propriæ respondetur quæsito, quod propositio est falsa: & manifestatur, & probatur. Manifestatur quidem & ex supposita sententia fidei fatisfaciente dictam propositionem, & ex contraria hæresi Nestorianorum verificante eandem. Ponendo enim vnam tantum in Christo hypostasim, cum illa sit genita Deus ab æterno, & supponatur per ly homo, non potest dici, quod factus est Deus. Ponendo autem cum hæreticis duas in Christo hypostases, optime verificatur, quod homo factus est Deus, quia ille homo coniunctus est Deo, sicut econtra, Deus factus est homo, i. coniunctus est illi homini secundum hos hæreticos. Probatur autem sic, Esse Deum verificatur de homine non ratione naturæ, sed suppositi: ergo fieri Deum, de supposito quoque verificari debet, si propositio est vera: sed de supposito non potest verificari fieri Deum. Probatur, quia ab æterno est Deus, nec vnquam cœpit esse Deus, aut fieri Deus, aut quod factus sit Deus. ergo, Antecedens patet. Consequentia vero probatur: quia cuiuslibet est fieri, & esse, si fit, cum fieri terminetur ad esse.

¶Aduerte circa hæc, quòd cum in omni factione, qua vnum fit aliud, non solum concurrat terminus, sed subiectum seu quasi subiectum, & in hac factione, vt in litera dicitur, Deus fit, significatur vt terminus, per hanc propositionem, Homo factus est Deus, restat vt homo significetur vt subiectum: & ideo, vt in litera dicitur, est falsa propositio ista, Homo factus est Deus. Et tamen si relatiue iudicetur ista factio, verissimum est, quòd Deus est terminus, & homo formaliter est subiectum: quia secundum rem mutatio ponitur in homine formaliter, & non nisi vt in termino. Quo fit, vt ad rem spectando, deberet ista illa, Deus factus est homo: dici vera, & magis vera, quam tur subiectum, & terminus ponitur terminus, in ista autem, econtra: & tamen totum oppositum affirmatur: quia ista, Deus factus est homo, affirmatur & in Euangelio, Verbum caro factum est, & in symbolo, Et homo factus est: illa autẽ, Verbum caro factum est, & communiter dicitur falsa.

¶Quorsum hæc? Propter duo. Primum est, vt non fiatas in factione relatiua, sed intelligas in hoc mysterio fieri illud, quo dicitur, Verbum caro factum est, & homo factus est, esse non fieri relatiuum: quia non cato, non homo factus esset Dei filius, sed assumpta carnem, ad hominem: & militarent multum argumenta allata. Sed fieri substantiale, non quale est fieri, quo materia transmutatur in carnem, aut humanam naturam: sed quale est fieri, quo fit generatur, Sortem fieri hominem. Nam sicut alio modo se habet ens inter Sortem & humanam naturam ex vna parte, & inter materiam & humanam naturam ex altera parte, ita dissimiliter se habet fieri inter hæc & illa: cum enim dicimus, Sortes est homo, non denotatur aliud esse prædicati, & aliud subiecti: sed cum dicitur, Materia est humana, aliud esse efficiale denotatur materiæ, & aliud humanitatis. Et ideo fieri medians inter materiam & esse humanum, fieri substantiale quidem, sed mutationis est ipsius materiæ: inter Sortem autem & humanam naturam non mediat fieri mutationis: sed aut nullum, aut sine mutatione. Et ad hoc, fieri spectat fieri illud, quo verbum caro factum est: sicut ad hunc essendi modum spectat esse illud, quo verbum est homo, in primo modo dicendi per se, vt patet ex supradictis.

¶Secundum est, q̃ cum his stat, q̃ intercuenit in hoc mysterio mutatio relatiua, secundario tamen: ita quòd cum de hoc mysterio loquendo, dum est dicito, quòd intercuenunt hic duo, i. factio, & mutatio. Et quòd factio quidem est subiantialis, qua Verbum caro factum est: & locum subiecti tenet in hac factione substantiali verbum: quia secundum rei veritatem concurrit in hoc fieri verbum, vt hypostasis, quæ naturæ subiicitur, naturam substantificans, in natura subsistens. Et natura ipsa humana (de qua est sermo) tenet locum termini, quamuis non tantum, vt dicetur.

cetur. Mutatio autem est relatiua: & respectu huius naturæ humanæ tenet locum subiecti, verbum autem locum termini: quia verbum non refertur, nisi quia natura refertur ad verbum. Et quoniam non de mutatione, sed de factione est sermo in istis propositionibus, ideo illa est simpliciter vera, Deus factus est homo: in eo siquidem de eo quod est, vt subiectum factionis dicitur, quòd factum est homo, quod constat esse verissimum, & propriissime dictum: ista vero, Homo factus est Deus, est simpliciter falsa: quoniam in ea enuntiatur vt terminus factionis Deus, qui nec ratione naturæ, nec ratione suppositi potest terminare factionem circa suppositum hominis ex significatione propositionis positam, cum dicitur, homo factus est Deus.

¶In responsione ad primum aduertendum est, quòd tota vis argumenti consistit in illo pronomine, Ei: quasi dixerit Apostolus, de filio suo quia factus est ei, hoc est Deo filius, &c. Et propterea responsio consistit in hoc, quòd ly Ei, idem significat quod ad honorem eius: & construitur sic, Qui factus est ad Dei honorem ex semine Dauid secundum carnẽ.

¶In responsione ad secundum & tertium habes plã interpræcationem Græcorum in Gregorio, & Latinorum in Augustino.

¶In responsione ad quartum vide in calce responsionis, quòd natura humana dicitur subiectum factionis non solum ex ratione, quia est subiectum mutationis relatiue: sed quia substantiale fieri in mysterio incarnationis inuentum conuenit humanæ naturæ passiue: quoniam hoc fieri non est, nisi verbo vniri naturam humanã in vnitatem hypostaticam, vbi constat verbum personare naturam, & naturam personari in verbo. Et licet verbum personare naturam, non sit agere (cum non sit commune toti Trinitati, cui omnis actio ad extra communis est, sed soli verbo conueniat (& consequenter naturam a verbo personari, non sit pati: quia tamen hoc fieri: physice loquendo, non est nisi personatio humanæ naturæ in verbo, vt nunc primo dependens a tota Trinitate, vt causa efficiente, & verbum in ipsa personatione concurrat vt hypostasis, & natura humana ut patiens ipsam factionem sue personalitatis in verbo, tam verbum quàm natura humana potest significari vt subiectum factionis in hoc mysterio. Et propterea in litera dicitur, quòd dici potest, Humanitas facta est Dei, non autem, q̃ homo factus est Deus.

*li. 3. c. 2. non longe a fi.

*2. 8. & 9. huius q.

tq. 2. a. 3

¶ Super quæstionis sextæ decimæ, Artic. VIII.

TItulus de propositione est, an enuntiatio ista Christus est creatura, sit uera.

¶In corpore duæ sunt conclusiones. Prima est directe responsiua quæsito. Non est absolute dicẽdum, Christus est creatura: sed cum determinatione, si secundũ humanam naturã. Probatur, Cum hæreticis nec nomina debemus habere communia, ergo cum Arrianis non debemus conuenire in dicẽdo Christum creaturam. Antecedens probatur & ex Hieronymo: quia ex verbis immordinate prolatis incurritur hæresis: & ne hæreticorum errori faueremus. Consequentia probatur: quia Arriani dicebant Christũ creaturam simpliciter quia secundũ verã quæ naturam erat creatura quod est damnata hæresis. Nota hic nouitie q̃ ex verbis inordinate prolatis incurritur hæresis, non formaliter, quæ exigit pertinaciam in uolũtate, sed vel materialiter, in significato uerborum in ordinatorum, errorem contrarium fidei importãtium, vel apparenter, dũ inordinata verba speciem hæresis præferunt: sicut etiam in aliis vitiis incurritur ex aliqua inordinatione species mali, a qua vnusquisque abstinendum esse iubet Apostolus.

*positũ in arg.

tin cor. ar.

D..1052

¶Nota secundo, q̃ quia quæstio ista est de nominibus, quæ diuersimode a diuersis intelligi possunt, ideo sufficiens ratio abstinendi ab aliqua locutione est fuga apparentiæ, ne videamur fauere

107 Infr. q. 20. ar. 1. ad 1. Et 3. q. 41. ar. 3. ca. & ad 4. Et 3. di. 4. q. 2. a. 2. ad 4. & di. 11. q. 1. ar. 2. & dis. 21. q. 1. art. 3. ad 2. Et 4. c6. c. 48. lit ueri. q. 29. ar. 1. ad 1. Et op. 3. c. 223. & 1. Cor. 35. lectio. 2

Articvlvs VIII.

Vtrum hæc sit vera, Christus est creatura.

AD octauum sic proceditur. Videtur quòd hæc sit uera, Christus iunctus Deo, sicut & quòd Deus factus est homo, idest, coniunctus homini.

¶Ad primum ergo dicẽdum, quòd in uerbis illis Apostoli hoc relatiuum Qui, quod refert personam filii Dei, non debet intelligi ex parte prædicati, quasi aliquis existẽs ex semine Dauid, secũdum carnem sit factus filius Dei, in quo sensu obiectio procedebat: sed debet intelligi ex parte subiecti, vt sit sensus, q̃ filius Dei factus est, s. homo ad honorem Patris (vt Glo. exponit) existens ex semine Dauid secundũ carnem. Ac si diceret, filius Dei factus est habens carnem ex semine Dauid, ad honorem Dei.

¶Ad secundum dicendum quòd illud verbum Aug. * est intelligendum in illo sensu, secundum q̃ ex illa susceptione incarnationis factum est, vt homo esset Deus, & Deus esset homo. In quo sensu ambæ locutiones sunt veræ vt dictum est. † Et similiter dicendum est ad tertium, nam deificari idem est, quòd fieri Deum.

¶ Ad quartum dicendum, quòd terminus in subiecto positus tenetur materialiter, i. pro supposito: positus uerò in prædicato, tenetur d formaliter, i. pro natura significata. Et ideo cum dicitur, Homo factus est Deus, ipsum fieri, non attribuitur humanæ naturę, sed supposito humanæ naturæ, quod est ab æterno Deus, & ideo non conuenit ei fieri Deum. Cũ autem dicitur, Deus factus est homo, factio intelligitur terminari ad ipsam humanam naturam. Et ideo proprie loquendo, hęc est uera, Deus factus est homo: sed hęc est falsa, Homo factus est Deus: sicut si Sortes cum prius fuerit homo, postea factus est albus, demonstrato Sorte, hęc est vera, Hic homo hodie factus est albus: hęc tamen est falsa, Hoc album hodie factum est homo. Si tamen ex parte subiecti poneretur aliquod nomen significans naturam humanam in abstracto, posset hoc modo significari vt subiectum factionis, puta si dicatur q̃ natura humana facta est filii Dei.

Universidad de Deusto
Biblioteca

fauere hæreticis, etiam si in veritate non fauerem us.

¶ Nota tertio, quòd communicare cum hæreticis in vocabulis prohibitum est quo ad propria, non autem quo ad communia: nam in his quæ bene cum Ecclesia dicunt, nos non communicamus cum illis. sed ipsi communicant nobiscum. Sed in iis vocibus, quas contra Ecclesiam leuant, vtpote ipsis propris, communicare non debemus. Talis autem est vox ista, Christus est creatura. Vsurparunt siquidem arriani vocem hãc de Christo secundum id totum, quod est, & non secundum partem: cum secundum veritatem non nisi ratione partis, hoc est humanæ naturæ creatus sit. Et propterea in hac enuntiatione, Christus est creatura, vtpote hæreticis propria, contra ecclesiæ & vocem & veritatem, non est communicandum cum Arianis: & ideo est simpliciter negan da.

¶ Occurrit hic dubium: quia vox ista non arriana, sed euangelica est, ac per hoc non propria hæreticis, sed communis & frequentanda. Probatur assumptum Ioan. 14. ex verbis Domini dicentis sine determinatione aliqua. Pater maior me est. Si enim Christus absolute & simpliciter dicat, Pater maior me est (quod est dicere, ego sum minor Patre) & idem est iudicium de ista & de illa, Christus est creatura, vt in littera dicitur, consequens est, vt dicere hæc, non sit communicare in vocabulis cum hæreticis: sed iectari Euangelica verba, destruendo tamen sensum hæreticorum: non enim sacræ Scripturæ, male expositæ ab hæreticis, alioquin oporteret nouum semper modum loquendi inuenire, quod est fatuum.

¶ Ad hoc dicitur, quòd Saluator non dixit sine determinatione, Pater maior me est: quoniam apposuit hanc locutionem, vt rationem præcedentis, de seipso secundum assumptam naturam loquentis: ait enim, Gauderetis vtique quia vado ad Patrem: quia Pater maior me est: constat enim liquido, quod secundum humanam naturam vadit ad Patrem: quia Pater maior est ipso proculdubio secundum illam naturam: secundum quam vadit ad Patrem, alioquin maioritas non esset ratio eundi ad Patrem. Ex contextu igitur literæ quo maioritas Patris ratio eundi ad Patrem ponitur, determinatur maioritas ipsa Patris ad filium secundum humanam naturam, secundum quam vadit ad Patrem. non est ergo euangelica, sed arriana vox, Christus est minor Patre Christus est creatura.

¶ Secunda conclusio seu potius regula vniuersalis est: Ea quæ est creatura. Dicit enim Leo Papa, Noua & inaudita conuentio: Deus qui est & erat, sit creatura; sed illud potest præ dicari de Christo, quòd filius Deifactus est per incarnationem, ergo hæc est vera, Christus est creatura.

¶ 2 Præt. Propretates vtriusque naturæ, possunt prædicari de hypostasi communi vtriusque naturę quocunque nomine significetur, vt supra dictum est: * sed proprietas humanę naturę est esse creaturam: sicut & proprietas diuinę naturæ est esse creatorem. ergo vtrumque potest dici de Christo, scilicet q̃ sit creatura, & q̃ sit increatus & creator.

¶ 3 Præt. Principalior pars hominis est anima, quã corpus: sed Christus ratione corporis, quod de Virgine traxit, dicitur esse simpliciter natus de Virgine. ergo ratione animæ, quæ creata est à Deo, debet simpliciter dici, q̃ Christus sit creatura.

¶ Sed contra est, quòd Ambro. dicit in lib. de Trinita: † Numquid dicto factus est Christus? numquid mandato creatus est Christus? quasi dicat, non. Vnde subdit. Quomodo autem creatura in Deo esse potest? etenim Deus naturæ simplicis, est non coniunctæ. ergo hæc non est concedenda, Christus est creatura.

¶ Respondeo, Dicendum, q̃ sicut Hiero. * dicit, ex verbis inordinate prolatis incurritur hæresis. Vnde cũ hæreticis nec nomina debemus habere communia, ne eorum errori fauere videamur. Arriani autem hæretici, Christum dixerunt esse creaturam, & minorem Patre, non solum ratione humanæ naturæ, sed etiam ratione diuinæ personæ. Et [d] ideo non est absolutè dicendum, quòd Christus sit creatura, vel minor Patre, sed [d] cum determinatione, scilicet secundum humanam naturam. Ea vero, de quibus suspicari non potest, quòd diuinæ personæ conueniant secundum seipsam, possunt simpliciter dici de Christo ratione humanæ naturæ, sicut simpliciter dicimus Christum esse passum, mortuum & sepultum: sicut etiam in rebus corporalibus, & humanis, ea quæ indubitationem venire possunt, an conueniant toti vel parti, si insunt alicui parti, non attribuimus toti simpliciter, idest, sine determinatione: non enim dicimus quòd æthiops est albus, sed quod est albus secundũ dentes. Dicimus autem absq; determinatione, quòd est crispus, quia hoc non potest ei conuenire, nisi secundum capillos.

¶ Ad primvm ergo dicendum, quòd aliquando sancti doctores causa breuitatis determinatione omissa; nomine creaturæ vtuntur circa Christum: est tamen in eorum dictis subintelligenda determinatio, inquantum homo.

¶ Ad secvndvm dicendum, quòd omnes proprietates humanæ naturæ, sicut & diuinę, possunt aliqualiter dici de Christo. Vnde & Damasc. * dicit in 3. libr. quòd Christus, qui Deus est & homo, dicitur & creabilis & increabilis, passibilis & impassibilis: sed tamen illa quæ dubitationem habent circa alterutram naturam, non sunt dicenda absque determinatione. Vnde ipse postea alibi subdit, † Ipsa vna hypostasis, scilicet Christi, & increata est deitate, & creata est humanitate. Sicut & econuerso non esset dicendum sine determinatione, Christus est incorporeus vel impassibilis ad euitandum errorem Manichæi, qui posuit Christum verum corpus non habuisse, nec verè passum esse: sed dicendum est cũ determinatione, quòd Christus secũdum deitatem est incorporeus & impassibilis.

¶ Ad tertivm dicendum, quòd de natiuitate ex Virgine, nulla dubitatio potest esse, quòd conueniat personę filij Dei, sicut potest esse de creatione. Et ideo non est similis ratio vtrobique.

¶ Vbi nota nouitie Auctorem in hac litera distinguere ea, quę conueniunt Christo eatione humanæ naturæ in duo genera: nam quædam sunt, quę in dubitationem venire possunt, an conueniant personæ secundum se, quædam vero quæ clare conuenire intelliguntur solum ratione naturæ. Et de secundo genere habetur regula, q̃ simpliciter & absolute affirmantur de Christo, vt esse crucifixum, mortuum &c. de primo autem genere traditam esse regulam contrariã, scilicet, quòd non simpliciter, sed cũ determinatione affirmanda sunt de Christo, testatur cõtextus literæ, cum ponendo secundi generis regulã dicit, Ea vero de quibus. Per hãc siquidem aduersatiue continuationẽ textus insinuauit, q̃ in illis duobus, scilicet minor Pſe & creatura, omnia similis generis intellexit, ac per hoc vniuersalem regulam. Probatur autem in litera vtraque regula ex communi vsu loquendi in corporalibus humanis, ex eo quòd in illis differentia huiusmodi seruatur: distinguuntur siquidem & in illis communia toti, & parti à ꝓprijs partibus. Et communia si secundum partem tantum insunt, nõ simpliciter enuntiatur de toto: non enim dicimus q̃ æthiops est albus, sed quòd est albus secundum dentes: sed bene dicimus quòd est crispus, quamuis solos capillos habeat crispos. Et scito hic neutram obiectionem Durandi in 3. sent. dist. 11 militare contra præsentem doctrinam: quia ad rem ipsam spectant ambæ. Auctor autem ad dubitationem & errorem vitandum tendit, & super hoc fundat doctrinam hanc, vt patet in litera. Et propterea nec obstat, q̃ Christus dicitur absolutè genitus ex Matia virgine: nec obstat quòd humana & diuina natura aut suppositum non se habent vt partes, sicut capilli & dentes, nec prædicarentur de Christo, sicut crispum aut album esse. Argumentũ enim à simili; optime seruit ad modum loquendi comprobandum, quicquid sit de rerum disparitate.

¶ In responsione ad primum, aduerte responsionem non voluntariam: sed sumptam ex textu Magistri sen. in 3. dist. 11. vbi hæc tractatur materia.

¶ Super

¶ *Super quæst. XVI. Art. IX.*

Tertius, vt iacet, sumendus est de hac propositione, Iste homo incœpit esse.

¶ In corpore vnica est conclusio responsiua quæsito, Iste homo non incœpit esse. Probatur dupliciter. Primo: quia propositio est simpliciter falsa, quia demonstrat suppositum æternum. Neque obstat, quòd ly homo, significat naturam: quia termi 108 3. dist. 13. q. 1. ar. vnico. nus in subiecto positus tenetur non formaliter pro natura, sed materialiter pro subiecto. *Tracta. 105. a me dio, 10. 6

¶ Circa hunc processũ occurrit primo Durandus in 12. dist. 3. sen. q. 1. reprehendens conclusionem ex eo, q̃ subiectum stat materialiter pro supposito, sitam esse falsam. Iste homo idest Christus, incœpit esse. Ex hoc enim, inquit, quod subiectum tenetur materialiter licet habeatur, q̃ aliquid potest sibi vere attribui, qđ non attribuitur illi ratione formæ (sicut cum dicimus, albũ currit) nõ tamen habetur quin etiã attribui sibi vere possit, qđ conuenit illi ratione formæ, vt patet dicendo, hoc album disgregat. Ac per hoc, cum incipere esse conueniat Christo ratione humanæ naturæ, sicut illa est vera, Hic homo (demonstrato Christo) est risibilis, ita ista, Hic homo incœpit esse, si nihil aliud obstat, nisi q̃ subiectũ tenetur materialiter. Vtrobique. n. suppositio attribuitur quod rõne formę conuenit.

¶ Occurrit deinde Scotus in 3. sen. di. 11. q. 3. obiiciens, q̃ stare pro supposito contingit dupliciter, s. secũdum se, vel vt habeat aliquid aliud, sicut Sortes albus stat pro supposito generis substantiæ, nõ secundum se, sed vt habet albedinem: & similiter hic homo id est, Christus stat pro supposito diuino, non secundum se, sed vt est suppositum humanæ naturæ: Deficit ergo processus literæ, non distinguendo modos, quibus potest pro supposito accipi hic homo, seu Christus.

¶ Circa eundem processum pro quanto fundat se super hoc, quòd ista propositio, Christus incœpit esse, significat in supposito æterno aliquid repugnans illius æternitati, scilicet incipere esse. Durandus quibusque isidem occurrit, arguens q̃ nec illud videtur valere: quia licet ponendo in Christo unum esse tantum, valeret, non tamen ponendo in ipso plura esse, sicut oportet aliquo modo ponere: quoniam non sequitur, quòd non semper fuerit nullum esse habendo: sed quòd non semper fuerit secundum esse illud, secũdum quod incœpit esse, cum quo stat, quòd semper fuerit secundum aliud esse.

¶ Circa conclusionem Scotus primo vbi supra occurrit, volens, quòd ista ponit concedi, Christus seu iste homo incœpit esse. Et ratio eius est, quia ly esse, importat esse simpliciter, hoc est, de genere substantiæ: constat autem Christum incœpisse esse homine, quod est esse de genere substantiæ. Tucturque hanc suam positionem ex prælegato dicto, scilicet quòd iste homo, seu Christus stat pro verbo, vt est suppositum humanæ naturæ, fouetque seu, tum quia quod generatur, incipit esse 5. Physicorum quia verbum incepit esse homo: ergo Christus incepit esse. Probatur consequentia: Quando de aliquo dicitur incipere determinatum per aliquod prædicatum de illo toto dicit incipere: sicut si Sortes incipit esse albus, Sortes albus incipit esse, ergo similiter est in proposito. *ar. 7. huius q. ad 4

¶ Occurrit deinde Durandus, concludens, distinguendum esse, & non simpliciter respondendum, an Christus incœperit esse: quoniam vtraque pars contradictionis est vera, ad diuersa referendo, naturam scilicet vel suppositum.

¶ Ad primo obiecta ex Durando, dicitur quòd non militant contra præsentem literam. Concedimus siquidem omnia, quæ obiiciendo dicuntur in cõmuni de subiecto stante materialiter, scientes, quòd aliud est conuenire suppositio ratione suppositi, & aliud conuenire suppositio, quãcumque illud ratione conueniat. Vnde nec somniauit Auctor, quòd quia subiectum tenetur materialiter, ió oporteat quicquid illi attribuitur, vere conuenire illi ratione suppositi: sed docuit quòd oportet illud non repugnare suppositio, ita quòd fundatur processus literæ super hoc, quod quia subiectum tenetur materialiter pro supposito, ideo oportet attributum supposito non repugnare supposito, nec sufficit non repugnare naturæ, seu formæ. Per hoc enim excludit Auctor obiectionem dicentium, quòd quia dicendo, Iste homo incœpit esse incipere esse, non repugnat naturæ humanæ Christi significatæ per ly homo, consequens est, quòd sit vera. Excluditur siquidem: quia oportet quòd incipere esse non repugnet suppositio importato per ly iste homo: quia ly homo, ex parte subiecti stat pro habente naturam hypostatice: significat enim illum habentem naturam humanam: constat enim quòd iste habens humanitatem est suppositum. Et quia in Christo non est aliud suppositum nisi æternum, cui repugnat incipere esse, ideo propositio concluditur falsa. D. 105.

¶ Ad obiecta deinde contra eundem processum ex Scoto dicitur, quòd processus non peccat ex prætermissa distinctione inter suppositum diuinum secundum se, & vt suppositum humanæ naturæ: quia illa distinctio superflua est in proposito: quoniam quæcumque non est de propositione alicuius, in qua subiectum est suppositum diuinum secundum se: non enim vertitur hic in dubium, An verbum seu filius Dei incœpit esse, præsupponimus enim suppositum diuinum æternum esse. Sed quæstio est de propositione, in qua subijcitur suppositum æternum habens humanam naturam, vt est ista, Iste homo, demonstrato Christo, incœpit esse: & similiter ista, Christus incœpit esse. Et propterea non oportuit distinguere: sed infra terminos quæsti

ar. 5. huius q. in liu. de fide c. 7. circa med. to. 2

refertur in 4. sen. di. 13 in fine.

D. 221.

D. 6. 7.

* lib. 2. c. 4. in fi. & c. 3. à me dio.

† lib. 4. c. 5. à med.

Universidad de Deusto
Biblioteca

stando procedere. Et sic falsum est in litera procedente ex eo, q̃ si de hoc homine negatur fuisse, negatur fuisse de supposito æterno: quia negatio totum destruit significatum per hunc hominem & non solam rationem, quæ est homo: ista siquidem propositio, Iste homo demonstrato Christo incœpit esse, claudit in se duas propositiones: alteram affirmativã, iste homo quando que fuit, alteram negativam, & iste homo immediate ante illud non fuit. Hæc autem negativa est de secundo adiacente, & negat pro tempore præcedente ab isto homine esse. Negans autem hunc hominem esse, non negat directe hunc esse hominem, vt Scotus & aduersarii exponunt, vt patet. ergo negat totum, scilicet hunc hominem esse. Et cum hic homo ex parte subiecti principaliter importet ly hunc (quia subiecta materialiter tenentur) cõsequens est, quòd principaliter negatur esse de supposito demonstrato per ly hic, & per hoc propositio est simpliciter falsa. 109 3.d.4.q.1 a.2.q.1.c. &q.2.ad Et dist.10. q.1.a.1.q. 2.& di.11. ar.3.

¶ Ad obiecta secundo loco Durandi & Scoti, scito quod esse, quando est secundum adiacens, dicitur importare esse simpliciter, non vt esse simpliciter vocatur esse substantiæ (vt patet ex eo, quod de accidentibus formatur propositio de secundo adiacente, vt albedo est, & hinc ruit fabrica Scotica) sed vt esse simpliciter significat esse sine additione, seu determinatione aliqua, iuxta illud secundi Topicorum, Simpliciter dico, quod nullo addito dico. Et hinc fit, vt siue in Christo sit vnum, siue plura esse, nihil referat ad quæstionem hanc de propositione, non de re. Et similiter siue esse hominem ponat esse substantiæ in Christo, siue non, nihil ad propositum, de propositionis veritate quærens. Dicendo igitur, iste homo incepit esse, quia claudit in se istam negativam de secundo adiacente, iste homo non fuit, & ly non fuit, tollit esse absque determinatione quacunque, consequens euidenter est, quod significat subiectum non fuisse, & non significat non fuisse substantiam aut hominem, aut secundum primarium aut secundarium esse. Et fuit tam obiectio Durandi super duo esse fundata, quam positio Scoti super esse simpliciter, hoc est substantiæ fundata: vterque enim oportet quod determinet ly non fuit, ad aliquod esse saltem substantiæ: propositio autem ipsa negat fuisse, absque determinatione ad esse substantiæ vel accidentis, primi vel secundi, simpliciter vel secundum quid: & ideo ex virtute sermonis propositio est simpliciter falsa, vt Auctor optime in litera intulit.

¶ Ad rationem ergo Scoti dicitur, quod licet esse substantiæ sit esse simpliciter, vt distinguitur contra esse accidentale: non tamen est esse simpliciter, vt distinguitur contra esse determinatum. esse autem secundum adiacens est esse simpliciter, vt distinguitur contra esse determinatum, cum enim dicimus, A, est, vel non est, non dico esse substantiale, aut accidentale, sed esse absque determinatione substantialitatis aut accidentalitatis, &c.

¶ Ad primum fomentum, quia quod generatur, incipit esse, dicitur, quod hoc est verum communiter, sed non est verum, quando quod generatur, supposito aliter præest, vt accidit in proposito.

¶ Ad secundum, negatur consequentia. Et ad probationem dicitur, quod maior est vera de toto, vt totum est categorematice, & similiter de composito seu coniuncto. Et similiter de nomine per se primo significante totum, seu compositum, aut coniunctũ categorematice, & supponente per se primo pro illo, vt si æs incœpit esse sphæricum, sequitur, ergo sphæra ænea incepit esse, quia & significat & supponit per se primo pro toto, s. sphæra ænea. Secus autem est de termino importante quidem totum, sed principaliter alteram partem, & supponente pro illa, connotando tantum reliquam: tunc enim, quamuis præcedens pars incipiat esse altera, non infertur tamen quod nomen supponens pro prima parte, & connotando tantum in suppositione alteram, insibile: sed hæc non est absolutè (sicut dictum est *) concedenda, homo Christus est creatura. ergo neque hæc, Christus, secundum quòd homo, est creatura.

¶ 3 Præte. Quicquid prædicatur de quocumque homine, secundum quòd homo prædicatur de eo per se & simpliciter: idem enim est per se, & secundum q̃ ipsum, vt dicitur 5. Meta.* sed hæc est falsa, Christus est per se & simpliciter creatura. ergo etiam hæc est falsa, Christus, secundum quòd homo est creatura.

¶ Sed contra, Omne quod est, vel est creator vel creatura: sed hæc est falsa, Christus secundum quod homo, est creator. ergo hæc est vera, Christus secundum quod homo, est creatura.

¶ Respondeo Dicendum, quod cum dicitur, Christus, secundum quod homo, hoc nomen homo, potest resumi in reduplicatione, vel rõne suppositi, cipisse, quia denotur per hoc, quòd eat ra ipsa prima pars, pr qua supponit, inciperet esse. Sic autem est in proposito: quoniam tam ly Christus, quam iste homo, licet importet totum, scilicet suppositum & naturam humanam: supponit tamen pro supposito, & in supponendo ex parte subiecti connotat tantum naturam humanam quia subiecta tenentur materialiter. Et propterea quamuis iste incipiat esse homo, nõ tamen sequitur, ergo iste homo incipit esse: quia denotaretur q̃ persona illa incepit esse. *Art.præced.

¶ Ad Dicãdum vltimo distinguendum censentes mi, dicitur quòd si cautelæ opera datur, distinguendo, tutior cum Magistro sent. in 3. dist. 12. eligitur pars, vt ibi patet. sed si accusatur falsitatis, negans istam propositionem, iste) homo, seu Christus, incœpit esse, vtinã non studeatur calumniæ: quoniam, vt iam ex dictis p̃suaderi potest, locutio ista simpliciter & absolute est falsa. Vnde damnata nuper est Parisijs, & cum appellatum esset ad Apostolicam sedem, reprobata dicitur sub Alexandro sexto. † li. 5. Metaph. tex. 28. to. 3.

¶ Secundo in litera probatur conclusio proposita, scilicet, non est dicendum, quod iste homo incœpit esse: quia dato, quòd esset vera, non esset ea vtendum, ad euitandam hæresim Arrij, attribuentis Christo non solum, q̃ est creatura, & minor Patre sed etiam quòd incepit esse, dicendo, quòd erat, quãdo non erat vt patet in Nicena synodo. Et est sensus, Erat duratio, in qua nõ erat Christus: quia non est ab æterno, Contra Apostolum dicentem, Iesus Christus heri & hodie, ipse & in secula, & Ioannem dicentem. In principio erat verbum.

¶ In responsione ad secundum, habes quod diximus de esse simpliciter, vt distinguitur contra esse substantiæ, puta hominis, & similiter accidentis, cum ponitur superius ad esse hominem, & patri ratione ad esse substantiam, & esse accidens.

¶ Super Quæstionis sextædecimæ, Articulum decimum.

TItulus clarus, vt sonat.

¶ In corpore articuli duo fiunt. Primo dicitur, quid potest dici distinguendo, hoc est q̃ verã; pars sustineri potest cum distinctione: quia ly homo, potest stare vel pro natura, vel pro supposito. Secundo, in quam partem sit totius declinandum. Et duo dicuntur. Primum, circa propositam propositionem, s. Christus, secundum q̃ homo, est creatura, vel incepit esse, & dicitur quòd in partem affirmatiuam declinandum est, quia ly homo, tenetur formaliter, quia habet vim prædicati. Secundum, circa alteram propositionem, s. Christus, secundum q̃ hic homo, est creatura, aut incepit esse. Et dicitur, quòd in partem negatiuam declinandum est: quia ly hic, trahit hominem ad suppositum.

¶ Hoc in loco aduerte, quòd quia ista propositio, Christus est creatura, non est reprobata, quia omnino falsa, sed quia Arrianos sonans, ideo cum de ista modo est quæstio, Christus secundum, q̃ homo est creatura, minor quæstio est, & nulla de falsitate, sed de vsu. Et ista quidem vti licet: illa non: quia in illa cum Arrio communicaremus, in ista non. Verum aduerte, quòd cum de Christo fermo sacer loquitur, & distinguit ea, quæ conueniunt illi ratione naturæ assumptæ, semper vtitur ly inquantum, aut ly secundum quòd, sumptum specificatiue: dicimus enim q̃ Christus, secundum quòd homo, est crucifixus, sepultus, descendit ad inferos, prædicauit, ascendit in templum, circumcisus est, &c. Constat namque, quòd in his & similibus ly inquantum, non tenetur reduplicatiuè, quoniam natura humana non est per se ratio talium, sed multa per accidens insunt, vt patet: sed tenetur specificatiuè, quoniam specificat eam partem seu conditionem, qua insunt hæc: sicut cum dicitur, æthiops, secundum quòd habet

habet dentes, est albus. Vnde & in proposito licet possit teneri, reduplicatiuè (quia esse hominem, est per se ratio, quod sit creatura) à sanctis tamen assumptum videtur principaliter, vt tenetur specificatiuè, vt denotetur quòd esse creaturam, nõ conuenit Christo secundum suppositum, sed secundum naturam assumptã, & similiter incipere esse. Verum inter has duas ex dictis patet differentia, q̃ illa reprobata est, vt malesonans, ista, vt falsa ita q̃ dicimus istam esse falsam, Christus incœpit esse: istam autẽ veram, Christus, inquantum homo, incepit esse. *art.8.huius q.

¶ Occurrit aũt statim hic Scotus in q.2.distin.13. sent. obijciens, q̃ propositio affirmatiua falsa ex repugnantia terminorum, non fit vera per additam reduplicationẽ, vel determinationem, non tollentem illam repugnãtiam, Sed reduplicatio pprie sumpta, nõ diminuit alterum extremũ: quia est determinatio extremi ad extremũ ergo ipsa non verificat aliquã propositionem, quæ sine reduplicatione fuit falsa. Si igitur ista est falsa, Christus incœpit esse, ista nõ est vera, Christus, inquantum homo, incœpit esse, & hoc loquendo de reduplicatiua propria. Et addit, q̃ loquendo de ipsa specificatiue, quamuis sit vera, est tamen impropria: quo iam deberet specificatio se tenere ex parte prædicati, puta, Christus incepit esse secundum hominem: sicut non est propria illa, æthiops, secundum quòd habet dentes, est albus: sed ista, æthiops est albus secundum dentes. Et hæc sint allata quo ad illam propositionem, Christus, inquantum homo, incœpit esse: quia apud nos ista est vera, & sua præiacens falsa quamuis Scotus subsumat de illa, Christus, inquantum homo, est creatura: quia ipse tenet illius præiacentem esse falsam. *In corp. arti.

¶ Ad hæc dicitur, sustinendo etiam hanc esse veram & propriè reduplicatiuam Christus secundum q̃ homo, incepit esse: ita tamen q̃ non fiat difficultas circa incœptionem edendi: an per se conueniat homini, an solum de facto: quia non est ab æterno, quoniam ad propositum non refert. Et propterea, supposito q̃ per se conueniat naturæ humanæ incipere esse sicut per se conuenit ei esse creaturam, dicitur q̃ maior Scoti est vera: sed minor tacita, scilicet, sed nulla reduplicatio tollit illam repugnantiã, est falsa. Et ad illius probationem expressim, quia scilicet reduplicatio non minuit extremum, si propriè loquimur de conditione diminuente, conceditur totum quod assumitur. Sed negatur sequela, quoniam conditio diminuens tollit terminum, quem diminuit: sicut homo in potentia non est homo, & homo mortuus, non est homo: constat enim quòd reduplicatio extremi non tollit illud. Sed si laciori vocabulo sumitur minuere, prout vtens aliquo vnius, & non vtens aliquo eiusdem, minuit illud (pro quanto non totaliter, seu secundum totum, sed secundum aliquid eius illo vtitur) sic concedimus quòd reduplicatio minuit quandoque, quia reduplicat terminum ratione naturæ seu formæ, & non ratione suppositi. Et propterea tollit repugnantiam inuentam in præiacente propositione inter extrema sine reduplicatione propter suppositum vel ratione naturæ. Si quidem resumatur ratione suppositi, cum suppositũ humanæ naturæ in Christo, sit æternum & increatum, hæc erit falsa, Christus, secundum quòd homo, est creatura. Si verò resumatur ratione humanæ naturæ, sic est vera: quia rõne humanæ naturæ, siue secundũ humanam naturam, conuenit sibi esse creatura, vt supra dictum est. * Sciendum tamen, q̃ nomen sic resumptum in reduplicatione, magis propriè tenetur pro natura, quàm pro supposito: resumitur enim in vi prædicati, quod tenetur formaliter: idẽ enim est dictu, Christus secundum q̃ homo, acsi diceretur, Christus secundum q̃ est homo. Et ideo hæc magis est concedenda quàm neganda, Christus, secũdum q̃ homo, est creatura. Si tamen adderetur aliquid, per quod traheretur ad suppositum, esset propositio magis neganda, quàm concedenda: puta si diceretur, Christus, secundum q̃ hic homo, est creatura.

¶ Ad primum ergo dicendum, q̃ licet Christus non sit humana natura, est tamen habens humanam naturam. Nomen autem creaturæ, natum est prædicari non solum de abstractis. sed etiam de concretis: dicimus enim q̃ humanitas est creatura, & q̃ homo est creatura.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ ly homo, secundum q̃ ponitur in subiecto, magis respicit suppositum: secundum autem q̃ ponitur in reduplicatione, magis respicit naturã, vt dictum est.* Et quia natura est creata, suppositum verò increatum, ideo licet non concedatur ista simpliciter, Homo Christus est creatura: conceditur tamen ista, Christus secundum q̃ homo est creatura.

¶ Ad tertium dicendum, quòd cuilibet homini, qui est suppositum solius naturæ humanæ, competit q̃ nõ habeat esse, nisi secundum humanam naturam: & ideo de quolibet tali supposito sequitur, si secundum q̃ homo est creatura, q̃ sit creatura simpliciter: sed Christus non solum est suppositum humanæ naturæ, sed etiam diuinæ, secundum quam habet esse increatum: & ideo non sequitur, si secundũ q̃ homo est creatura, q̃ sit simpliciter creatura.

Articvlvs XI.

Vtrum hæc sit vera, Christus secundum quòd homo, est Deus.

AD Vndecimum sic proceditur. Videtur quòd Christus, secundum quòd homo, sit Deus. Christus enim est Deus per gratiam vnionis: sed Christus, secundum quòd homo, habet gratiam vnionis. ergo Christus, secũdum quòd homo, est Deus.

¶ 2 Præte. Dimittere peccata, est proprium Dei, secundum illud Isa. 43. Ego sum ipse, qui deleo iniquitates tuas propter me: sed Christus, secundum quòd homo, dimittit peccata, secundum illud Matth. 9. Vt autẽ sciatis, quia filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata, &c. ergo Christus secũdum q̃ homo, est Deus.

¶ 2 Præte. Quicquid est proprium naturæ humanæ, competit q̃ nõ habeat esse, nisi secundum humanam naturam: & ideo de quolibet tali supposito sequitur, si secundum q̃ homo est creatura, q̃ sit creatura simpliciter: sed Christus non solum est suppositum humanæ naturæ, sed etiam diuinæ, secundum quam habet esse increatum: & ideo non sequitur, si secundũ q̃ homo est creatura, q̃ sit simpliciter creatura.

¶ In responsione ad tertium vide nouitie, quòd sustinendo propositionem reduplicatam propriè esse, respondet Auctor ad maiorem distinguendo illam, quòd verum est prædicari de quocumque homine, qui solummodo est suppositum humanæ naturæ: secus autem est de illo homine, qui est suppositum diuinæ prius, & post humanæ naturæ.

¶ Super Quæstionis sextedecimæ, Articul. vndecimum.

TItulus vt sonat, clarus.

¶ In corpore duo, primo distinguendo, verang; partem dicit pos- 110 3. dist. 10. q. 1. art. 1. q. 1. & q. 3. c.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cit poſſe teneri: quia terminus reduplicatus poteſt, vel ratione naturæ vel ſuppoſiti reduplicati. Secundo docet, quòd in parte negatiuum declinandum eſt: quia magis tenetur formaliter terminus reduplicatus. Et omnia clara ſũt ex præcedentibus.

¶ In reſponſione ad tertium, percipe reſponſionem conſiſtere in hoc, quod licet ſecundũ rem Chriſtus non ſit homo communis ſed iſte, in propoſitione tamen illa, Chriſtus ſecundum quòd homo eſt &c. ly homo, non trahitur ex reduplicationis nota ad ſuppoſitum, ad quod trahitur ex pronomine. Et ideo iſta conceditur Chriſtus ſecũdum quod iſte homo eſt Deus, & nõ illa, Chriſtus, ſecũdum quod homo, eſt Deus.

*ar. præc. in corp. & ad 2.

¶ Super quæſtionis ſextædecimæ Articulum duodecimum.

TItulus clarus, verſo ar.

¶ In corpore articuli cum diſtinctione reſpõdetur tripliciter concluſione. Diſtinctio eſt, q̃ ly homo reduplicari poteſt ratione ſuppoſiti vel naturæ. Et hoc dupliciter, vel quòd natura exigat perſonam, vel quod natura exigat perſonam propriam. Concluſio prima iuxta primum membrum eſt, Chriſtus, ſecundum q̃ homo, eſt perſona: tum quia ſuppoſitum Chriſti eſt perſonatum quia ſuppoſitum humanæ naturæ in Chriſto eſt perſona filii Dei. Concluſio ſecunda iuxta ſecundum membrũ eſt Chriſtus, ſecũdum q̃ homo, eſt perſona, quia humana natura exigit perſonari: eſt enim ſubſtantia rationalis perfecta, omnia autẽ ſubſtãtia huiuſmodi ſubſiſtentiam exigit, qua perſona eſt. Concluſio tertia iuxta tertiũ membrũ eſt: Chriſtus, ſecundum q̃ homo, non eſt perſona, quia humana natura in Chriſto caret propria ſubſiſtentia ſeu perſonalitate, utpote nõ per ſe ſeorſum, ſed in perſona diuina exiſtens.

Hom. 30. in Matt. circa me. to. 3.

¶ 3 Præt. Chriſtus non eſt homo cõmunis, ſed eſt homo iſte particularis: ſed Chriſtus, ſecundum q̃ eſt iſte homo, eſt Deus: quia in iſto homine deſignatur ſuppoſitum æternum, quod naturaliter eſt Deus. ergo Chriſtus, ſecundum quòd homo, eſt Deus.

¶ Sed contra, Illud, quod conuenit Chriſto, ſecundum q̃ homo, conuenit cuilibet homini. Si ergo Chriſtus, ſecundum q̃ homo, eſt Deus, ſequitur quòd omnis homo ſit Deus, quod patet eſſe falſum.

¶ Reſpondeo dicendum, q̃ iſte terminus, homo, in reduplicatione poſitus, poteſt dupliciter accipi. Vno modo, quantum ad naturam, & ſic non eſt verum, q̃ Chriſtus, ſecundum q̃ homo ſit Deus: quia humana natura eſt diſtincta a diuina ſecundum differentiam naturæ. Alio modo, poteſt accipi ratione ſuppoſiti, & ſic cum ſuppoſitum naturæ humanæ in Chriſto, ſit perſona filii Dei, cui per ſe conuenit eſſe Deum, verum eſt q̃ Chriſtus, ſecũdum q̃ homo, ſit Deus: quia tamen terminus in reduplicatione poſitus, magis propriè tenetur pro natura, quàm pro ſuppoſito (vt ſupra dictum eſt.*) ideo magis eſt iſta neganda, Chriſtus, ſecũdum quòd homo, eſt Deus, quàm ſit affirmanda.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd non ſecundum idem conuenit alicui moueri ad aliquid: & eſſe illud: nam moueri conuenit alicui ratione materiæ uel ſubiecti, eſſe autem in actu, ratione formæ. Et ſimiliter non ſecundũ idem cõuenit Chriſto ordinari ad hoc, q̃ ſit Deus per gratiam unionis, & eſſe Deum: ſed primum conuenit ſibi ſecũdum humanam naturam: ſecũdum verò ſ. eundum diuinam. Et ideo hæc eſt vera Chriſtus ſecundum q̃ homo, habet gratiam vnionis: non tamen iſta, Chriſtus ſecundum quòd homo, eſt Deus.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd filius hominis habet in terra poteſtatem dimittendi peccata, non uirtute humanæ naturæ, ſed uirtute naturæ diuinæ: in qua quidem natura conſiſtit poteſtas dimittendi peccata per auctoritatem, in humana aũt natura conſiſtit inſtrumentaliter & per miniſterium. Vnde Chryſ. ſuper Matth. *hoc exponẽs dicit: Signanter dixit, In terra dimittẽdi peccata, ut oſtenderet, q̃ humanæ naturæ poteſtatem diuinitatis uniuit indiuiſibili vnione: quia etſi factus eſt homo, tamen Dei verbum permanſit.

¶ Ad tertium dicendum, quòd cum dicitur, iſte homo, pronomen demonſtratiuum, hoc nomen homo, trahit ad ſuppoſitum: & ideo magis eſt hæc vera, Chriſtus, ſecundum quòd iſte homo, eſt Deus, quàm iſta, Chriſtus, ſecundum quòd homo, eſt Deus.

ARTICVLVS XII.

Vtrum hæc ſit vera, Chriſtus ſecũdum quòd homo, eſt hypoſtaſis, vel perſona.

AD duodecimum ſic proceditur. Videtur quòd Chriſtus ſecũdum quòd homo, ſit perſona. Illud enim quod conuenit cuilibet homini conuenit Chriſto, ſecũdum quòd eſt homo: eſt enim aliis hominibus ſimilis, ſecundum illud Phi. 2. In ſimilitudinem hominum factus: ſed omnis homo eſt perſona. ergo Chriſtus, ſecundum quòd homo, eſt perſona.

¶ 2 Præt. Chriſtus ſecundum quòd homo, eſt ſubſtantia rationalis naturæ, non autem ſubſtantia vniuerſalis. ergo ſubſtantia indiuidua: ſed nihil aliud eſt perſona, quã rationalis naturæ indiuidua ſubſtantia, vt Boetius dicit in lib. de duab. nat.* ergo Chriſtus, ſecundum quòd homo, eſt perſona.

¶ 3 Præt. Chriſtus, ſecundum q̃ homo, eſt res humanæ naturæ, & ſuppoſitum & hypoſtaſis eiuſdem naturæ, ſed omnis hypoſtaſis & ſuppoſitum & res humanę naturæ, eſt perſona. ergo Chriſtus, ſecundum quòd homo, eſt perſona.

¶ Sed contra, Chriſtus ſecundum quòd homo, non eſt perſona æterna. Si ergo Chriſtus ſecundum quòd homo, ſit perſona, ſequeretur quòd in Chriſto ſint duæ perſonæ, una temporalis & alia æterna, quod eſt erroneum, ut ſupra dictum eſt.*

¶ Reſpondeo dicẽdum, q̃ ſicut ſupra dictum eſt,* iſte terminus homo, in reduplicatione poſitus, poteſt accipi, vel ratione ſuppoſiti, ut ratione naturæ. Cum ergo dicitur, Chriſtus, ſecundum quòd homo, eſt perſona, ſi accipiatur ratione ſuppoſiti, manifeſtum eſt quòd Chriſtus ſecundum quòd homo, eſt perſona: quia ſuppoſitum humanæ naturæ nihil eſt aliud, quàm perſona filii Dei. Si autem accipiatur ratione d naturæ, ſic poteſt intelligi dupliciter. Vno modo, ut intelligatur, q̃ naturæ humanæ competat eſſe in aliqua perſona, & hoc etiam modo verũ eſt: omne enim quod ſubſiſtit in humana natura, eſt perſona. Alio modo poteſt intelligi, ut naturæ humanæ in Chriſto propria perſonalitas debeatur, cauſata ex principiis humanæ naturæ. Et ſic Chriſtus ſecundum q̃ homo, non eſt perſona: quia humana natura non eſt per ſe ſeorſum ſubſiſtens à diuina natura, quod requirit ratio perſonæ.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd omni homini conuenit eſſe perſonam, ſecundum q̃ omne ſubſiſtens in humana natura eſt perſona: ſed hoc eſt proprium homini Chriſto, quòd perſona ſubſiſtens in humana natura eius non ſit cauſata ex principiis humanæ naturę, ſed ſit æterno modo non, ſicut dictum eſt.*

¶ Ad ſecundum dicendum, q̃ ſubſtantia indiuidua, quæ poritur in definitione perſonæ, importat ſubſtãtiam completam per ſe ſubſiſtentem ſeparatim ab aliis, alioquin manus hominis poſſet dici perſona, cũ ſit ſubſtantia d quædam indiuidua: quia tũ eſt ſubſtantia indiuidua ſicut in alio exiſtens, non poteſt dici perſona. Et eadẽ ratione, nec humana natura in Chriſto, quæ tamen poteſt dici indiuiduum uel ſingulare quoddam.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ ſicut perſona ſignificat quid completum, & per ſe ſubſiſtens in natura rationali, ita d hypoſtaſis, ſuppoſitum & res naturæ in genere ſubſtantiæ ſignificant quiddam per ſe ſubſiſtens. Vnde ſicut humana natura non eſt per ſe perſona ſeorſum

à per-

à perſona filij Dei, ita etiam non eſt per ſe hypoſtaſis vel ſuppoſitum, vel res naturæ: & ideo in ſenſu, in quo negatur iſta, Chriſtus ſecundum quòd homo, eſt perſona, oportet etiam negari omnes alias.

QVAEST. XVII.

De pertinentibus ad vnitatem in Chriſto quantum ad eſſe, in duos articulos diuiſa.

¶ Super Quæſtio. decimæſeptimæ, Articulum primum.

IN titulo ſigeo cuſos mitis in neutrum genus, cum legis, an Chriſtus ſit vnum, vel duo, ita quòd ly duo, in neutro etiam genere ſumitur, & merito, vt directe opponatur ad ly vnum. Nec addendus, eſt aliquis alius terminus, puta ens, ait ſcilicet ſic vnũ ens, vel duo entia, ſed abſolute, vt ſonat, diſcutienda eſt quæſtio, an Chriſtus ſit vnum, vel duo. Sic enim promiſſus rectuſque ordo de conſequentibus incarnationis myſteriũ, ſeruatur, dum diſcuſſis his, quæ ad veritatem, eſſe, vel fieri ſpectant in præcedenti quæſtione, in hac veritas indaganda eſt eorum, quæ ſpectant ad vnitatem, inter quæ conſtat primum locum tenere vnitatẽ aut dualitatem ſimpliciter, & abſolute, & deinde vnitatẽ vel dualitatem talem. Eſt igitur quæſtio in hoc articulo, an Chriſtus ſit vnum, vel duo ſimpliciter & abſolute ſine determinatione aliqua.

Quæſt. 9.

Quæſt. 35

¶ In corpore duo ſunt. Primo, reſpondetur ſecundum quid attendatur eſſe vnũ, vel duo in Chriſto. Secundo, reſpondetur determinate quæſito vnica concluſione. Quo ad primum, concluſio eſt illa: Chriſtus eſt vnum vel duo, non ſecundum dualitatem naturarum, ſed ſecundum vnitatem, vel dualitatem ſuppoſiti, ſeu perſonæ. Probatur concluſio hæc quo ad primam partem: quia de Chriſto non prædicantur ambæ naturæ in abſtracto, ſed altera tantum, ſcilicet diuina, quod probatur ex differentia, inter Deum, & alia in hoc, quòd in ſolo Deo natura ſecundum ſe prædicatur de ſuppoſito: hinc enim ſequitur, quòd humana natura non prædicatur de Chriſto. Quo ad ſecundam, vero partem: quia ambæ naturæ vt in ſuppoſito, prædicantur de Chriſto, ſiue ſignificẽtur in ſuppoſito indeterminate, ſiue determinate.

*li. 3. tex. 18. to. 2.

*In prædica. in c. de diffe. to. 1 inter opera Ariſ.

*In lib. an oẽ quod ẽ bonũ ſit.

Diui. & 489. & 465. D. 1081.

¶ Vbi nota, q̃ licet diuerſimode poſſit formari hæc prima pars corporis articuli, puta præmittendo differentem habitudinem Chriſti ad naturas ſecundum ſe, vel vt in ſuppoſito ſignificatas, & ſubdendo conditionalem proceſſum, ſi ambæ naturæ, &c. vis tamen rationis conſiſtit in hoc. Ad eſſe duo exigitur, quòd Chriſtus ſit aliqua prædicata ponentia in numerum: deitas autem & humanitas ponunt in numerum: ſunt enim duæ naturæ: & ideo ſi Chriſtus eſſet ſua humanitas, ſicut eſt ſua deitas, Xps vere eẽt duo. Et hoc eſt qđ in litera dicitur, quòd quia numerus dualitatis in Chriſto ponitur circa ipſas naturas, 16 6 ambę naturę &c. Sed prædicata, quæ vere affirmantur de Chriſto, non ponunt in numerũ, Deus enim & homo in Chriſto, nõ ponunt in numerum: non. n. ſunt duo habentia deitatem & humanitatem, ſed vnum, & idem numero eſt habens humanitatem & habens diuinitatem: & ſimiliter filius Dei, & hic homo, ſeu IESVS, non ponunt in unã merum,

p. p. q. 3. a. 3. & 4

¶ 2 Præt. Vbicumq; eſt aliud & aliud, ibi ſunt duo: ſed Chriſtus eſt aliud & aliud: dicit enim Aug. † in Ench. Cum in forma Dei eſſet, formam ſerui accepit, vtrumque vnus, ſed aliud propter verbum, aliud propter hominem. ergo Chriſtus eſt duo.

¶ 3 Præt. Chriſtus non eſt tantum homo: quia ſic purus homo eſſet. ergo eſt aliquid aliud, quã homo, & ita in Chriſto eſt aliud & aliud. ergo Chriſtus eſt duo.

¶ 4 Præt. Chriſtus eſt aliquid, quod eſt pater, & eſt aliquid, quod non eſt pater. ergo Chriſtus eſt aliquid & aliquid. ergo Chriſtus eſt duo.

¶ 5 Præt. Sicut in myſterio Trinitatis ſunt tres perſonæ in vna natura, ita in myſterio incarnationis ſunt duæ naturæ in vna perſona: ſed propter vnitatem naturæ, non obſtante diſtinctione perſonæ, Pater & Filius ſunt vnum, ſecundum Illud Ioan. 10. Ego & pater vnum ſumus. ergo non obſtante vnitate perſonæ propter dualitatem naturarum, Chriſtus eſt duo.

¶ 6 Præt. Philoſophus dicit, in 3. Phyſic.* quod vnum & duo denominatiue dicuntur: ſed Chriſtus habet duas naturas rum. ergo Chriſtus eſt duo.

¶ 7 Præt. Sicut forma accidentalis facit alterum, ita forma ſubſtantialis aliud, vel† porphyrius dicit: ſed in Chriſto ſunt duæ naturæ ſubſtantiales, humana ſcilicet, & diuina. ergo Chriſtus eſt aliud & aliud. ergo Chriſtus eſt duo.

¶ Sed contra eſt, quòd Boet. dicit in lib. de duab. nat.* Omne quod eſt, inquantum eſt, vnum eſt: ſed Chriſtum eſſe confitemur. ergo Chriſtus eſt vnum.

¶ Respondeo Dicendum, quòd natura ſecundum ſe conſiderata prout in abſtracto ſignificatur, non ſ. verè poteſt prædicari de ſuppoſito ſeu perſona niſi in Deo, in quo ſ. non differt quod eſt, & quo eſt, vt in prima parte habitum eſt.* In Chriſto autem, cum ſint duæ naturæ, diuina ſ. & humana, altera earum, ſcilicet diuina, poteſt de eo prædicari, & in abſtracto & in concreto: dicimus enim q̃ filius Dei, qui ſupponitur in hoc nomine Chriſtus, & eſt diuina natura, & eſt Deus: ſed humana natura non poteſt prædicari de Chriſto ſecundum ſe in abſtracto, ſed ſolum in cõcreto, prout ſcilicet ſignificatur in ſuppoſito. Nõ enim verè poteſt dici, q̃ Chriſtus ſit humana natura: quia natura humana non eſt nata prædicari de ſuo ſuppoſito. Dicitur autem, q̃ Chriſtus eſt homo, ſicut & quod Chriſtus eſt Deus. Deus autem ſignificat habentem deitatem, & homo ſignificat habẽtem humanitatem. Aliter tamen habens humanitatem ſignificatur per hoc nomen homo, & aliter per hoc nomen Ieſus, vel Petrus. Nam hoc nomen homo, importat habentem humanitatem indiſtinctè, ſicut & hoc nomen Deus indiſtinctè importat habentem deitatem: hoc autem nomen Petrus vel Ieſus, importat diſtinctè habentem humanitatem. ſcilicet ſub determinatis indiuidualibus proprietatibus: ſicut & hoc nomen filius Dei, importat habentem deitatem ſub determinata proprietate perſonali. Numerus autẽ dualitatis in Chriſto ponitur circa ipſas naturas, & ideo ſi ambæ naturæ in abſtracto prædicarentur de Chriſto, ſequeretur q̃ Chriſtus eſſet duo: ſed quia duæ naturæ non prædicantur de Chriſto niſi prout ſignificantur in ſuppoſito, oportet ſecundum rationem ſuppoſiti prædicari de Chriſto, vnum vel duo. Quidã aũt poſuerunt in Chriſto, duo ſuppoſita, ſed vnam perſonam, quæ quidem videtur ſe habere ſecundum eorum opinionem tamquam ſuppoſitum completum vltima completione: & ideo quia

*li. 3. tex. 18. to. 2.

*In prædica. in c. de diffe. to. 1 inter opera Ariſ.

*In lib. an oẽ quod ẽ bonũ ſit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

merum, vt patet in hoc consistit tota vis huius articuli. Et in hac quidem prima parte corporis deuenitur vsq; ad hoc, q; si natura vtique prædicaretur de Christo, esset duo Christus: quia naturæ ponunt in numerum: sed quia non prædicatur, non constituit Christum duo. & quia prædicatur, vt in supposito, ideo secundum rationem suppositi

q.1.ar.2. & 6.

numerati vel non numerati, hæc duo est Christus vnum vel duo.

¶ Vbi occurrit duplex dubium. Primum est circa illud: In solo Deo natura prædicatur de supposito: habet enim instare à, quia in angelis suppositum non differt a natura.

¶ Alterum est circa id quod sequitur in litera conditionalem illam procedita destructione antecedentis, quod non licet. Aio enim, q; ambæ naturæ in abstracto prædicarentur de Christo, sequeretur q; Christus esset duo: sed quia duæ naturæ non prædicentur de

Cyrillum in arg.

¶ Ad primum ergo dicendum, q; quia aliquo modo differt suppositum a natura, tanquam totum a parte, ideo falsa ratione.

¶ Ad secundum dicitur, q; quia in propriis argumentum a destructione antecedentis non est prohibitum, ideo cum ex propriis hic procedat (vt patet ex declaratis) absque vitio peccatum est.

*Cap. 11. in fine to mo 6.

¶ Quo ad secundam partem corporis conclusio est: Christus est & vnus & vnum. Deducitur conclusio ex præmissis, subiunctis tribus modis dicendi de supposito, seu persona Christi. Primus est dicentium in Christo duo suppositum & vnam personam. Secundus est dicentium in Christo duo suppositum, & duas personas. Tertius est dicentium in Christo vnum suppositum & vnam personam. Iuxta primum, Christus est duo, in neutro genere, & vnus. Iuxta secundum Christus est duo, tam neutraliter quam masculine. Iuxta tertium Christus, est vnus & vnus. Et quia tertius modus solus est sententia fidei, ideo concluditur, q; Christus est vnum & vnus.

* Ad Elidon opi. 1. in er princi & medi In cipit: Honorandi simo.

D. 1052.

¶ In responsione ad tertium aduerte nouitie, quòd cum in medio responsionis dicitur, non tamen sequitur, quòd sit aliquid aliud, quàm homo &c. ista aduersatiua non respicit ad propositionem immediate positam in litera: sed ad propositionem negatiuam in arguendo assumptam, scilicet Christus non est tantum homo: Auctor siquidem in hac responsione primo monstrat hanc assumptam propositionem esse veram, monstrando suam contradictoriam affirmatiuam esse falsam, scilicet Christus est tantum homo: quia prædicata tenentur formaliter. Et interponit ad bonitatem doctrinæ qualiter posset fieri affirmatiua vera, scilicet Christus est tantum id, quod est homo. Deinde respondendum est, argumento. Et quia conceditur antecedens assumptum, scilicet Christus nó est tantum homo, respondet ad consequentiam, ergo est aliquid aliud, quia homo, dicens, Nó tamen sequitur q; sit aliqd aliud quia homo &c. quasi dixerit: licet antecedens sit verum, consequela tamen non valet.

¶ In responsione ad quartum, vide nouitie, quod cum in litera concedatur, q; Christus est aliquid quod non est pater &c. sensus est quòd Christus est homo, hoc est suppositum humanæ naturæ, quod est esse aliquid qd non est pater, quia est esse substantiæ, vt substantia dicitur hypostasis, quæ substantia secundum rem in Christo est hypostasis filij, q; non est pater: quæ vis non significetur nomine hominis ipsa hypostasis filij distincte, sed indistincte. Quia igitur ex his duobus dictis, Christus est aliquid qd est pater, Christus est aliquid quod non est pater, nihil aliud habetur, nisi quòd Christus est deitas & suppositum humanæ naturæ, & hæc duo scilicet, deitas & suppositum humanæ naturæ in Christo non ponunt in numerum, quia suppositum humanæ naturæ in Christo est filius Dei, qui non ponitur in numerum eum deitate; ideo non sequitur quòd Christus sit duo.

Li. 3. metaph. tex. 15. co. 3.

¶ Attende vir docte, ex hoc articulo collato cum articul. 2. in quæstionibus disputatis de vnione verbi incarnati, quantum seipso doctior fuerit hic Auctor, quantum distent fundamenta doctrinæ huius ab illis, vt scias omnem auctoritatem huic operi deferre.

¶ Super

¶ *Super quæstionis decimæseptimæ, Art. II.*

TItulus, vt sonat, sumendus est de esse simpliciter & absolute. Vertitur enim in quæstionem, an sicut dicimus in Christo simpliciter & absolute duas naturas, ita dicere possimus in Christo duo esse simpliciter & absolute, an vero sicut in Christo non est nisi vnum suppositum, vna persona, ita non est nisi vnum esse. Et notandum est, quòd non quæritur de propositione, sed de re: non enim quæritur an illa propositio sit vera, Christus habet duo esse sed an in Christo sint duo esse. Et licet ista quæstio videatur prima facie locanda inter quæstiones substantiales de incarnatione, & nó inter consequentes (vt ab Auctore locata est) tamen pro fundius considereet, suo loco posita est, quoniam vnum sequitur ens: tota autem latitudo tractatorum ante illam quæstionē, spectat ad esse vel fieri incarnationis in se, vel enuntiatum. Vnde merito, modo de vno vel multis tractatur. Nec propterea à substantialibus recedit: quia vnum vel multa non addit naturam aliquam supra ens, hoc est illud quod vnum vel multa dicitur secundum veram metaphysicam. Vna enim albedinis natura, nullam entitatem addit supra albedinis naturam, & sic de alijs.

In corpore duo principaliter fiunt. Primo, præmittuntur tria manuducentia ad veritatem. Secundo, proceditur ex duabus conditionalibus, & infertur conclusio responsiua quæsito, quod in Christo est vnum esse tantum.

¶ Quo ad primum præmittuntur tria. Vnum ex parte subiecti, quod est Christus, & duo ex parte prædicati, quod est habere esse vnum vel plura ex parte siquidem subiecti præmittitur generalis regula, quòd quæ sunt naturæ, multiplicantur in Christo, quæ sunt hypostasis, non multiplicantur. Et ratio redditur: quia in Christo sunt duæ naturæ & vna persona. Ex parte vero prædicati præmittitur prius, quòd esse est de numero spectantium & ad naturam & ad personam: diuersimode tamen, quia personæ vt habentis seu quod est, naturæ autem vt principij, seu quo aliquid est. Et hoc probatur a signo, quia natura significatur per modum formæ, qua aliquid est ens vel tale, vt patet de albedine & humanitate. Deinde præmittitur aliud ex parte prædicati, scilicet quòd esse est duplex, quoddam a forma vel natura pertinente ad esse personale, quoddam a forma vel natura non pertinente ad esse personale. Exemplum primi in homine, est esse quod habet ab anima. Exemplum secundi est esse quod habet ab albedine, & vniuersaliter ab accidentali forma, nam anima spectat ad substantiam Sortis, albedo non. Ponitur autem in litera duplex inter hæc duo esse, differentia. Prima est penes simpliciter vel secundum quid: quia primum est esse Sortis simpliciter & absolute: secundum autem est esse Sortis non simpliciter, sed vt est talis, puta quantum albus. Secunda est penes vnitatem vel plura itatem: quia secundum potest in vna & eadem persona multiplicari, vt patet, primum autem impossibile est in vna & eadem persona multiplicari: quia impossibile est, q; vnius rei non sit vnum esse.

¶ Quo ad secundum, prima conditionalis est, Si natura humana adueniisset filio Dei non hypostatice, sed accidentaliter, oporteret in Christo ponere duo esse: vnum, secundum q; est Deus, & aliud secundum q; est homo. Hæc conditionalis non aliter probatur in litera, nisi q; deducitur ex præmissis, exemplum allerendo in Sorte de esse ipsius, secundum q; est homo, & secundum quòd est albus, & rationem applicando, quia esse album, non spectat ad esse personale Sortis.

¶ Secunda conditionalis est, Si natura humana coniungitur filio Dei personaliter, secundum naturam humanam non aduenit sibi nouum esse personale, sed solum noua habitudo præexistentis esse personalis ad naturam humanam. Circa quam conditionalem quatuor apponit: nam primo narrat, quòd quotcumque sint integrantia personam, non nisi vnum esse constituunt. Et hoc declarat in partibus integralibus, per ly esse autem & capitatum, & in partibus essentialibus materialibus, per ly & esse corporeum, & in partibus essentialibus formalibus, per ly esse animatum. Secundo declarat, quòd si pars aliqua personalis aduenireti præexistenti personæ, idem esset iudicium quo ad vnitatem ipsius esse, ita quòd ex adueniente noua parte non aduenireti nouum esse. Ita quòd manifestauit, quòd spectantia quæcumque ad personalitatem, siue simul cum persona coæua sint, vt cum Sortes integer nascitur, siue aliquid eorum de nouo adueniat præexistenti personæ, vnum tantum esse semper est. Et ratio est in promptu: quia non melioris sunt conditionis personalia ex hoc, quòd aduenerunt post, quàm si essent congenita seu coæua personæ: sed si essent congenita seu coæua, non nisi vnum esse cōstitueretur, ergo si aduenerunt, non deferunt nouum esse. Tertio declaratur, quid noui personæ aduenit ex superaduentu personalis, & dicitur quòd est relatio ad nouam partem personalem. Et huius quoque in promptu causa est, quia sicut personalia congenita non dant personæ singulæ propria esse, sed personæ vnum esse habet relatum ad omnia personalia (Sortes enim non habet vnum esse partiale a manu, & vnum a capite, & vnum ab hepate, & vnum ab oculis &c. quasi ex his confletur vnum esse totale. sed Sortes habet suum proprium esse, quod est primo esse ipsius Sortis, & illo refertur ad omnia personalia, cum illo dicitur esse & ipse, & dicitur esse secūdum caput, manus, pedes, &c. ita si sint aduentitia, sola relatio præexistentis esse acquiritur ad illa. Demum posita ipsa conditionali, declaratur sensus huiusmodi relationis in Christo, vt scilicet personalia illa dicatur subsistere non solum secundum diuinam, sed etiam secundum humanam naturam.

¶ Hæc sunt in corpore articuli in quibus multæ sunt quæstiones. Prima domestica est de intentione & sensu Auctoris, an scilicet Auctor intendat docere, q; in Christo nullum est esse actualis existentiæ de genere substantiæ creatum, sed sola existentia increata. Secunda quæstio, an ita sit in veritate, q; in Christo nulla existentia substantialis sit nisi diuina.

¶ Quæstionis primæ ratio est, varietas verborum ipsius Auctoris: nam in quæstionibus disputatis de vnione verbi incarnati, Auctor clare dicit, in Christo inueniri duo esse, vnum æternum, quod est esse principale suppositi, & vnum temporale, inquantum verbum est factum homo, & hoc esse est esse secundarium illius suppositi. In hac etiam litera non concludit Auctor, quòd Christo secundum humanam naturam non aduenit nouum esse, sed apposuit ly personale, vt patet cum infertur conclusio circa calcem corporis articuli, quasi præcauerit ne auctor ab existentia actuali, vt est naturæ humanæ, non vt est personæ. In responsione quoque ad primum, non negatur totaliter dualitas esse: sed cum comparatiuo magis dicitur, quòd esse magis retinet vnitatem secundum vnitatem hypostasis, quàm habeat dualitatem secundum dualitatem naturæ. In quibus verbis dualitas esse minus quidem affirmatur, non autem negatur totaliter, quasi tamquam quid secundarium, non nisi secundum quid affirmandum. In responsione quoque ad tertium duplex esse insinuatur, dum soluitur argumentum ex identitate naturæ & personæ in diuinis, & affirmatur conditionalis, quòd si ibi esset aliud esse naturæ, & aliud esse personæ, esset triplex esse. Hæc enim solutio insinuat, quòd quia in humanis & in Christo, persona non est idem cum natura assumpta, aliud est esse personæ, & aliud naturæ, ac per hoc duo sunt in Christo esse. In oppositum autem est processus articuli secundum planum sensum.

¶ Ad hoc dicitur, quòd proculdubio sensus literæ huius & doctrina Auctoris est, in Christo non inueniri aliquod esse actualis existentiæ subsistentiale, nisi esse existentiæ diuinum. Clare siquidem patet ex processu huius articuli, tollit a Christo omne esse. Fundatur enim vis rationis literæ super hoc, quòd sue forma sue materia sue pars, sue natura quæcumque sit spectans ad personalitatem alicuius, non affertiuum esse, & propterea oportet alterum duorum dicere, aut quòd natura humana non spectet ad personalitatem Christi, aut quòd non attulerit Christo esse, quod dedisset personæ humanæ quam constituit, si non fuisset assumpta. Ad hoc namque fundauit se Auctor super pertinentia, vel impertinentia formæ ad personalitatem alicuius, vt pertinentia ad personalitatem alicuius, primata fore singulis propriis esse, ex hoc ipso q; ad alterius personalitatē spectant, mon-

Universidad de Deusto
Biblioteca

straret: quoniam in hoc differunt personales a non personalibus formis, quòd non personales habent singulæ singula propria esse, vt patet de albedine, dulcedine quantitate &c. personalia autem carent singulis esse. Et propterea si, pro quia, humanitas in Christo personalis res est, oportet quòd careat suo proprio esse, quod constat vocari esse actualis existentiæ, natum principiari ab humanitate, seu natum esse humanitatis vt principij quo. Vade perinde esset dicere humanitatē in Christo habere propriā existentiam sed illam non esse simpliciter, aut principalem existentiā Christi, sed secundariam aut secundum quid puta in quātum est homo, & collocare humanitatem Christi in ordine formarum seu naturarum nō pertinentium ad personalitatē, quibus conuenit afferre secum sua singularitatē esse, & propterea multiplicare illa in vna & eadem persona. Cum tamen euidenter in litera clarum sit, humanitatem Christi locatam esse inter spectantia ad personalitatem, & ideo non afferre proprium esse: quia si afferret illud, multiplicaretur in vna & eadem persona esse personale: quoniam esse proprium naturæ humanę est esse personale: est enim esse. Sortis aut Platonis &c.

¶Ad obiecta autem in oppositum respondendo ad primum dicitur, quòd opinio illa posita in 9. illa de vnione verbi, vt retractata censenda est, nisi quis adeo desipiat, vt putet doctrinam in hoc vltimo libro traditam, & in authenticis libris etiam prius probatam, scilicet in tertia sententiæ, distinctione sexta, quæstione secunda, & in quolib 9 quæstione secunda, reducendam esse ad quæstiunculam vix cognitam inter opera Auctoris, & longe ante factam. Quæ rationabilius creditur colligendo condita, inter schedulas disputationum quam vnquam edita a D. Tho. constat enim quæstionem illam de tanta re, hoc est de vnione verbi incarnati, imperfectissime materiam vnionis tractare, & per hoc dissonare ab alijs quæstionibus disputatis ejusdem, & rationibus multum debilibus vti, vt patet conferenti illos articulos similibus in hoc opere, & quinque tantum articulis rem tantam absoluere: præseferunt siquidem hæc quod diximus.

¶Ad secundum Sumptum ex corpore huius articuli dicitur, quòd nihil obstat: quoniam esse personale, & esse subsistentiale personalium, apud Auctorem idem est, & iam declaratum erat in hac lectra hoc, quando illatum est, in Christo non aduenire nouum esse personale. Vnde ly personale, sumitur ibi, vt distinguitur contra accidentale: quia enim hæc duo tantum essendi genera in persona declarauerat, & Filio Dei ex humanitate assumpta non aduenit nouum esse accidentale. sub quo substantiale esse existentiæ claudi oportet, quoniam humana natura non nisi substantiale esse existentiæ secum affert, quod accidentale esset filio Dei, dicit ad differentiam huiusmodi accidentalis esse addidit ly personale, alioquin conclusio nouum terminum appoluisset, & non sequeretur ex præmissis.

¶Ad tertium Sumptum ex responsione ad primum, dicitur quòd comparatio cadit supra causas, & non supra effectus: vnitas enim personæ, & dualitas naturæ sunt causæ, vnitas vel dualitas esse, est effectus. Docet ergo litera, quòd quia esse ad naturam se habet vt ad principium quo, ad personam vero se habet vt ad proprium subiectum quod, ideo magis vrget vnitas personæ ad vnitatem esse, quam dualitas naturæ ad duo esse, ac per hoc, quia causa efficaciorem effectum habere debet, ponenda est vnitas, & non dualitas esse in Christo. Hic est verus & intentus sensus literæ, & responsione tatisfacit argumento, vt patet, & consonat corpori articuli, nec vllam habet dissonantiam. Et si vis etiam grammatice literam construere, dispone consequendo ly magis, supra ly secundum vnitatem hypostasis, & similiter ly quàm, supra ly secundum dualitatem naturæ, cundum hoc dicitur ens, secundum quòd dicitur vnum, quia vnum & ens conuertuntur. si ergo in Christo essent duo esse, & non tantum vnum, Christus esset duo, & non vnum.

¶Respondeo Dicendum, quòd quia in Christo sunt duæ naturæ & vna hypostasis, necesse est quòd ea, quæ ad naturam pertinent in Christo, sint duo: quæ autem pertinent ad hypostasim in Christo, sint vnum tantum. Esse autem pertinet & ad naturam & ad hypostasim: ad hypostasim quidem, sicut ad id quod habet esse; ad naturam autem, sicut ad id, quo aliquid habet esse. Natura enim significatur per modum formæ, quæ dicitur ens ex eo, quòd ea aliquid est, sicut albedine est aliquid album, & humanitate est aliquis homo. Est autem considerandum, quòd si est aliqua forma vel natura, quæ non pertineat ad esse personale hypostasis subsistentis, illud esse non dicitur esse illius personæ simpliciter, sed secundum quid, sicut esse album, est esse Sortis, non inquantum est Sortes, sed inquantum est albus. Et huiusmodi esse nihil prohibet multiplicari in vna hypostasi vel persona: aliud enim est esse, quo Sortes est albus, & quo Sortes est musicus: sed illud esse, quod pertinet ad ipsam hypostasim vel personam secundum se imposibile est in vna hypostasi vel persona multiplicari; quia impossibile est, quòd vnius rei non sit vnum esse. Si igitur humana natura adueniret filio Dei, non hypostatice vel personaliter, sed accidentaliter (sicut quidam posuerunt) oporteret ponere in Christo duo esse: vnum quidem, secundum quòd est Deus, aliud autem, secundum quòd est homo: sicut in Sorte ponitur aliud esse, secundum quòd est albus, & aliud, secundum quòd est musicus. Et cum dixit, Non est aliud, intendit de illa alietate, qua persona est aliud a natura. In his enim, in quibus persona & natura secundum rem differunt, sicut persona est aliud a natura, ita esse personæ debitum, est aliud ab esse naturæ. Aliud autem non per positionem duorum esse, quorum vnum sit aliud ab alio, sed per alietatem, vt ita dixerim, naturalem: quia alterius naturæ est esse, quod non deberet naturæ nisi per personam, cui primo conuenit, & alterius naturæ esset esse, quod conuenit naturæ absque expectatione a persona, quod in solo Deo inuenitur. Quia igitur in diuinis persona est idem cum natura vendicante sibi esse vt proprium, ideo non est aliud esse conueniens personæ quam esse proprium naturæ, & ideo tres personæ non habent nisi esse, & haberent triplex esse, sicut est ibi triplex persona, si personæ esse distingueretur ab esse naturæ, hoc est, si personæ deberetur proprium est alterius rationis ab eo, quod debetur naturæ, quando esse est proprium naturæ. Et hunc esse intentum sensum, videre potes, tum ex eo quòd nec in creaturis apud Auctorem esse duplex ponitur, vnum naturæ, & aliud personæ: tum ex eo, quòd non triplex, sed quadruplex esse haberent diuinæ personæ, si esse personæ esset aliud ab esse naturæ per positionem plurium esse in persona & in natura, quia inueniretur præter esse naturæ in quo communicarent personæ, triplex esse personæ triplicis: in litera autem non nisi triplex infertur esse, si aliud esset esse naturæ, ab esse personæ: tum, quia hinc fatis fit argumento, quòd non est eadem ratio de vnitate vel pluralitate ipsius esse penes naturam, vel personam in Trinitate, & in mysterio incarnati Verbi: quia in Trinitate esse est naturæ proprium: & ideo eius vnitatem sequitur, & non pluralitatem personarum, existente persona idem cum natura: in assumpta autem natura a Verbo, esse est proprium personæ, quia persona aliud est a natura: sicut in cæteris hominibus esse, quamuis fit a natura, non est tamen naturæ, sed personæ proprium, & propterea ad vnitatem personæ sequitur vnitas esse, & ad pluritatem naturæ non sequitur pluralitas ipsius esse. Nec satisfieret argumento si exponeretur litera, quòd vbi persona est aliud a natura, ibi sunt duo esse, vnum naturæ & aliud personæ: sed potius argumenti vis firmaretur, & concluderentur in Christo duo esse, vnum naturæ & personæ simul diuinæ, & aliud naturæ humanæ, quoniam persona Christi aliud est a natura humana assumpta. Est igitur indubie tenendum secundum Auctoris doctrinam, in Christo nullum esse actualis existentiæ substantialis inueniri, nisi esse actualis existentiæ Filij Dei, quod est æternum, & ipse Deus.

¶Circa secundam autem quæstionem multiplex dubium occurrit: nam primo dubitatur de præmissis: deinde de modo, quo ponitur Christus existentiam humanam habere: tertio, de ipsa conclusione: quarto, de sua contradictoria. Scotus in primis in 3. senten. distin. 6. q. 1. arguit processum istum quo ad fundamentum, scilicet q vnum & idem est esse personæ & pertinentium ad personam, tum quo ad personam respectu naturæ, tum quo ad personam respectu partium. Et primo etiam arguit non sequi intentum sic, Esse naturæ & personæ est idem, quando est in proprio suppósito: quia suppositum non addit rem supra naturam, sed negationem. ergo si a natura tollatur ratio suppositi, tollendo illas negationes, non propterea tollitur esse naturæ, sed remanet cum suo esse, ac per hoc in alia persona posita, haberet & suum esse, & esse illius personæ. non est ergo idem iudiciū de natura in proprio vel alieno suppósito, quo ad vnum vel plura esse. Et confirmatur: quia sicut persona assumens non supplet identitatem personæ humanæ cum natura humana, ita esse personæ assumentis non supplet identitatem ipsius esse personæ humanæ, & naturæ humanæ.

Contra secundum vero de partibus personæ arguit. Pars adueniens toti non dat esse toti, sed recipit: quia perficitur a forma totius, quod probatur: quia si remaneret distincta sicut prius non recuperet esse totius, sed vel haberet proprium esse, vel nullum: sed natura humana vnita verbo non habet rationem partis, nec istam rationem partis: quia non informatur a verbo, sed remanet simpliciter distincta. igitur vel nullum esse habet, vel aliquod esse proprium.

¶Contra modum, quo ponitur Christum habere esse, secundum naturam humanam, scilicet quòd verbum nouo modo relatiue se habet secundum illam, arguit. Si verbum tantum habeat respectum nouum ad naturam illam, & ille est respectus rationis tantum, cum per respectum rationis non dicatur subiectum formaliter esse aliquid. ergo verbum, in quantum homo, non erit formaliter esse aliquid. Consequens est contra illud, extra de hæretic. Cum Christus. ergo &c.

¶Contra conclusionem ipsam, scilicet, in Christo nullum est esse existentiæ substantiale creatum, arguit septem vel octo modis. Primo, Terminus per se generationis habet esse acquisitum per generationem: filius Dei homo est per se terminus generationis ex matre. ergo. Si dicatur, inquit Durandus, q generatio terminatur ad esse diuinum, non secundum se, sed relatum ad humanam naturam. Contra, Illud est per generationem acceptum, quod est per corruptionem mortis perditum: sed per mortē Christi non est amissa relatio Verbi ad naturam assumptam, sed esse vitale secundum naturam humanam. ergo illud non est per generationem acquisitum, sed hoc.

¶Secundo, in Christo fuit duplex viuere, vt patet ex hoc, quòd vnum per mortem perdidit. ergo in ipso fuit duplex esse. Et tenet sequela ex secundo de Anima Viuere viuentibus est esse.

¶Tertio, anima Christi creabatur. ergo habuit creatā existentiam. Probatur sequela: quia creatio terminatur ad existentiam.

¶Quarto, humanitas Christi est effecta & conseruatur a tota Trinitate. ergo secundum existere creatum. Probatur consequentia: quia non secundum existere increatum. Probatur: quia nihil efficit se.

¶Quinto, si natura assumpta a Verbo dimitteretur, non oporteret acquiri sibi nouum esse per generationem, nec per creationem. & tamen ipsa ex hoc, q dimissa, non esset annihilata, nec esset ens in potentia (vt anima Antichristi ante creationem) ergo haberet aliquod esse in actu, & non nouum: quia per nullam mutationem positiuam. ergo idem quod modo habet, igitur &c. Et si dicatur, inquit Durandus, q̄nòd habet esse nouum. ergo est corrupta. Probatur dupliciter sequela: tum quia perdidit esse simpliciter, & acquisiuit aliud esse simpliciter: tum quia nisi hoc sufficiat ad corruptionem simpliciter naturæ, sed requiritur quòd nullū aliud esse recipiat, sequeretur quòd numquam poterit esse corruptio sine annihilatione.

¶Sexto, natura angeli posset assumi a Verbo, & illa nō potest manere eadem, nisi maneat sua existentia eadem secundū istos. ergo nec natura humana modo posset manere eadem in Christo, nisi maneret sua existentia. Consequentia est manifesta: quia ita est intrinseca sua existentia vni, sicut alteri.

¶Septimo, fundamentum relationis naturaliter præcedit relationem, & secundum esse actuale, præcedit rationem relationis actualis: vnio ista fuit relatio actualis. ergo eius fundamentum præcesserit naturaliter secundum esse actuale, fundamentum illud erat ipsa natura totalis, igitur &c. Confirmatur, Prius naturaliter anima perficit corpus, quam tota natura esset nata assumi in illo priori forma fuit actus materiæ, & per consequens debatur esse sibi quod non corrumpebatur per assumptionem.

¶Octauo, arguitur ex doctrina Auctoris in 1. par. q. 50. ar. 5. ex proposito probantis esse non posse separari a forma: sicut nec rotunditas potest separari a circulo: quia esse conuenit formæ secundum se, sicut rotunditas circulo. Ex hoc enim arguitur sic. Esse non potest separari a forma. ergo nec ab anima Christi, igitur anima Christi habet proprium esse.

¶Durando quoque in 3. sent. dist. 6. q. 2. vltra prælallata arguitur: quia agere est etiam suppositi sicut & esse, & præsupponit esse, & multiplicatur in Christo. ergo.

¶Aureolus etiam & Io. de Neapoli apud Capreolum in 6. distinct. 3. sentent. arguunt. Ille quidem: quia esse existentiæ est actus quo formaliter essentia est esse diuinum non actuat essentiam humanam. ergo humanitas Christi vel est actuata suo esse, vel adhuc perseuerat potentialis ad esse: nam esse diuinum non supplet vicem causæ formalis inhærentis. Iste autem: tum quia secundum Damas. quod est inassumptibile, est incurabile: tum quia Christus homo perfectus est, nihil minus habens tam in diuinitate, quàm in humanitate. Et qui oppositum dixerit plenus diaboli spiritu, seipsum gehennæ filium demonstrabit, vt Damasus dixit in epistola recitata in libr. 9. titul. 15. Historiæ tripartitæ.

¶Demum pro contradictoria conclusionis arguit Scotus tenēs illam, tum quia humanitas Christi est extra causam suam, ergo habet necessario propriam existentiam actualem, sicut habet proprium esse quidditativum, licet non habeat propriam subsistentiam, quæ nihil positiui addit tum quia Verbum subsistit in natura humana, sicut suppositum in natura, propter quod proprie dicitur homo. & ideo est existens existentia huius naturæ. Sicut per oppositum: quia ego non sum pes meus, nec subsisto respectu pedis, sicut respectu naturæ, ideo existentia pedis mei non est existentia mei, quāmuis sic in me: sed econuerso magis per existit per existentiam mei. Nec est, inquit Scotus existentia humanitatis Christi existentia secundum quid, sed simpliciter, tam in se, quia ex exillentia de genere substantiæ, quæ est ens simpliciter, quàm respectu Christi: quia qualis est existentia in se, tale existere dat cuicumque existenti per ipsam: sed Verbum existit existentia ista, scilicet, naturæ humanæ. ergo existit simpliciter per existentiam naturæ humanæ, & sic sunt duæ existentiæ simpliciter, non solum in Christo, sed Christi: tum quia in Christo sunt duæ voluntates & duo velle secundum Damas. c. 62. sed esse intimius seu immediatius, se habet ad essentiam, quam velle ad voluntatem. ergo magis necesse est pluificari esse, secundum pluralitatē naturarum. Vel formetur sic. Natura vt distinguitur contra suppositum, est principium operandi. ergo est etiam principium essendi in actu, quia esse immediatius se habet &c.

Ad euidentium horum, non sunt alia fundamenta iacienda, sed supra positum in litera fundamentum solide fabricandū: quāmuis enim duo non curamus de distinctione inter personam & naturam, dicamus, esse actualis existentiæ, de quo est sermo, esse actualitatem naturæ cuiusque creatæ, cum tamen exacte diceremus personam a natura, dicimus, vt in hac litera habetur, q esse est actus naturæ, vt principij quo, personæ autē vt subiecti, seu quod habet ipsum esse. ita q natura est principium, quo immediatum ipsius esse, sed non est receptiuum immediatum ipsius esse, sed mediante persona, ita q oportet naturam personari ad hoc, vt ab ea principietur actualiter ipsum esse, non ex defectu naturæ principiantis vt quo: sed quia deficeret susceptiuum primum ipsius esse. si non esset persona: persona enim est, cui primo conuenit esse vt subiecto, seu quod habet esse, seu quod est. & si his adiunxeris, quòd natura nunquàm est, quod est, semper est quo est, inuenitur siquidem natura existens, non vt quæ existit: sed vt qua aliquis existit, perspicies duo. Primum, quòd ad hoc quòd natura existat, non exigitur quòd ipsa actuetur per existentiam, vt subiectum actuatur per formam in eo, sed sufficit quòd ipsa sit, qua aliquis existit. Nec mirum est scientibus, quòd non omnia vno eodemque modo sunt, sed sat est vnicuique entium esse modo sibi conuenienti: sunt enim multi essendi modi. Et naturis quidem ac formis consonus essendi modus est, non vt sint tamquàm quod est, sed vt sint tamquàm quo est: nec plus eis debetur: sicut apud Peripat. principium est indubitatum, quòd formæ sunt & non sunt absque sui generatione & corruptione. Aliud est, quòd quia prius natura personatur quàm existentiam propriam constituat, intimior est persona naturæ, quàm existentia, ac per hoc si potest præueniri, ne constituat propriam personam, multo magis potest præueniri, ne constituat existentiam, ordine siquidem quodam, personalitas prius, & existentia deinde a natura constituitur propter antedictam rationem. Et ex his sequitur tertium, quòd natura carens propria personalitate, quæ præueniitur ab aliena, oportet consequenter quòd careat propria existentia: si enim existentia propria non prouenit ab ipsa actu aliter, nisi in propria persona, ex hoc ipso quòd ad alienam trahitur personam, sequitur quòd ad alienam trahitur existentiam, illius scilicet personæ præuenientis ipsam. Et rursus, si existentia non debetur naturæ, vt quod est, sed vt quo est, personæ autem vt quod, ex hoc ipso quòd natura trahitur ad alienā personam, vt sit quo est, sequitur quòd sufficienter consecuta est existentiam: quia consecuta est existentiam illius personæ, modo conuenienti ipsi naturæ, scilicet vt quo: hoc enim ipsum, quod est, naturam aliquam esse naturam alicuius personæ actu existentis, est naturam illam existere, siue persona illa sit constituta per illam naturam, siue non. Sicut igitur in Christo, vt inferius patebit, vnam tantum filiationem, relationem realem ponimus ex defectu subiecti, ita in Christo ex defectu subiecti primi vnum tantum esse ponimus. Primum enim substantialis existentiæ subiectum est persona. Repugnat autem diuinæ personæ existentia creata duplici ratione. Prima est ex diuinitate: quia diuina persona non potest recipere in se creatum aliquid. Secunda est, ex communi ratione personæ: quia persona vnius non est nisi vnum esse substantiale. Et hæc ratio in litera ponitur. Quocirca quia humanitas Christi præuenta est in mysterio incarnationis, vt propriam non sortiretur personalitatem, sed ad personalitatem Verbi assumpta est, ideo quasi impedita est a proprio esse, & est sortita esse personæ diuinæ, ex hoc ipso, q

Universidad de Deusto
Biblioteca

est diuinæ personæ natura dicta de illa in quid. Habet enim ex hoc suum essendi modum, scilicet, esse vt quo. natura enim personæ est vt quo, nec plus sibi debetur.

¶ Ad primo ergo obiecta cótra fundamentum processus, quia idem est esse naturæ & personæ, respondetur præmittendo timé, q̃ fundamentum Auctoris est quidé identitas ipsius esse respectu naturæ & personæ: sed nó sola identitas, sed adiuncta modi diuersitate respectu vtriusque: quia scilicet illud idé esse est naturæ, vt quo: personæ, vt quod. Ex idéitate enim esse cum hac modi diuersitate, procedit litera, vt patet. Sed Scotus contra solam identitatem affert pro causa, & hoc est primum, in quo argumentú deficit. Verumtamé quia identitas quo quite causa est, respó detur q̃ falsa ratio redditur, quare esse est vnum vtriusq;, quia scilicet non differunt re aliqua: quoniam, vt patet ex superius dictis, persona addit rem aliquam supra naturam: addit enim terminationem ipsius. Vnde argumentum Scoti assumit, & nó causam pro causa, & falsum. Vera autem causa est: quia esse vnicui que rei sufficit suo modo. propterea enim personæ & personalibus omnibus sufficit vnum esse: quia eodem esse persona est, vt quod, personalia vt quo, vel secundum quòd, vel alio simili modo. Et per idem patet responsio ad confirmationem: non oportet enim personam supplere identitatem cum natura, sed sufficit q̃ suppleat personalitatem illius naturæ. Ex hoc enim, quòd verbum supplet humanitatis personam, supplet etiá illius esse: quia fit ipsum quod est humanitatis, ac per hoc humanitas existit, vt quo est personæ. quæ est humanitas quod est.

D.569.

q.2. ar.6.

¶ Ad obiecta vero eiusdem, contra vnum esse partis & personæ respondetur, quòd si vis fiat in verbis, assumitur non causa vt causa: non enim ideo pars est contenta ipso esse totius, quia perficitur per formam totius: sed quia spectat ad integritatem totius. Ex hoc enim fit, vt sit contenta modo essendi congruo, ac debito integrantibus personam, scilicet vt existant per existere totius, ex hoc ipso, q̃ totius integratius sunt. Et proportionaliter in proposito dicitur, q̃ quia humanitas Christi pertinet ad personalitatem Christi: quia est assumpta quasi ad integritatem personæ Christi, non quasi suppleat defectum aliquem in persona Christi, sed vt sit persona Christi p̃sona illius humanitatis, ideo humanitas Christi non dat nouum esse Christo: sed contenta est consono sibi essendi modo, scilicet existat ex hoc ipso, q̃ est natura Christi.

¶ Ad probationem autem, quia si pars maneret distincta a toto, vt prius & cætera, dicitur q̃ ista conditionalis nó probat pro bandum: quoniam cum ipsius veritate stat falsitas causalis assumptæ, quæ negata est. Veruntamen ad rem dicendo, non faciendo vim in verbis, respondetur q̃ si pars remaneret distincta & omni no diuersa a toto, dumtamen esset toti vnita pars personaliter, non afferret nouum esse, sed existeret per esse sui totius. Et in proposito humanitas Christi non sic aduenit personæ diuinæ, vt sit distincta ab illa sicut prius: sed est indiuisa a persona secundum esse personale, ita q̃ non est sicut pars separata, sed est sicut pars coniuncta secundum esse substantiale: est enim assumpta ad personalitatem positiuam verbi Dei. Et ex hac personalitate communicata humanitati Christi perfecta est humanitas illa, multo plus, quam quæcumque pars perficiatur per hoc, q̃ aduenit suo toti: acquisiuit enim perfectionem infinitam, acquirendo personalitatem infinitam. Quo fit, vt quia humanitas Christi non remanet distincta, sed indistincta secundum esse substantiale a Verbo, consequens fit, vt non det Verbo nouum esse, sed ipsa sit per esse infinitum ipsius Verbi.

¶ Ad obiecta deinde eiusdem Scoti contra modum, respó detur, q̃ ex malo intellectu litteræ procedit. Interpretatur siquidem arguens Auctorem dicere, inter Verbum & naturam humanam nó esse coniunctionem, nisi relatiuá relatione rationis ex parte Verbi: & ideo arguit, Si tantum habet relationem &c. Hic autem sensus longe est a nobis, plus quàm terra a cœlo: quoniam secundum doctrinam Auctoris sæpe repetitam, inter Verbum & humanitatem assumptam est coniunctio substantialis quá constatur vnio relatiua. Sed quia coniunctio ista substantialis nó est secundum nouum esse ipsius humanitatis, sed se cundum æternum esse ipsius Verbi, ideo Auctor ad excludendam acquisitionem noui esse, dicit q̃ solum aduenit sibi noua relatio, & non dixit hoc ad excludendam coniunctionem substantialem secundum personalitatem & illius esse, vt clare patet in litera: quin potius cum dictio exclusiua non excludat a concomitantibus nec fundamentum a relatione, ponendo solum nouá relationem acquiri, sint relationes acquisiti fundamentum illius, quod est personalis coniunctio, super qua fundatur relatio noua personæ ad naturam. Vnde patet argumentú totaliter ruere.

¶ Ad obiecta cótra conclusionē respondendo, ad primam Scoti dicitur, negádo maiorem ad sensum arguentis enim terminus habet esse nouiter ac quisitum, vel antiquum nouo modo se habens.

¶ Vnde ad obiectionem Durandi contra hanc respónsionem, dicitur, q̃ si maior intelligatur cum præcisione, falsa est: nam licet illud per generationem sit acceptum quod est per corruptionem mortis amissum, non tamen illud præcise. Sed si ad terminum formalem generationis proposito restringatur, concedatur: sed terminus formalis est natura, vel anima in corpore, & per mortem humanitas ipsa corrupta est per separationem animæ a corpore. Quámuis etiam dici possit, falsam esse minorem: quia desinente per mortem humanitate Christi, quæ est ipsa natura humana resultans ex partibus vnitis, oportuit quo que definere vnionem Verbi ad illam secundum se, quámuis reman serit ad illam secundum vtramque sui partem, animam scilicet & corpus.

¶ Ad secundum Scoti dicitur, q̃ verbum Philosophi verum est de viuere essentiali & de esse essentiali: viuere enim est esse essentiale. Et hoc in Christo duplex fuit, & vnum eorum quod in coniunctione animę & corporis consistit, corruptum est per mortem, & non intelligitur de esse actualis existentiæ.

¶ Ad tertium dicitur, negando sequelam, & ad probationem, q̃ creatio terminatur ad rem, quæ creatur sub existētia noua simpliciter vel illi rei, quæ creatur. Et sic anima Christi creata est, vt existat existentia noua sibi, non noua simpliciter.

¶ Ad quartum dicitur, q̃ humanitas Christi effectiue conseruatur, & facta est a tota Trinitate secundum esse existētiæ increatum cōmunicatum sibi. Nec sequitur q̃ Deus efficiat ideo se, aut suum esse, sed q̃ effecerit, & conseruet se, suum esse communicando humanæ naturæ personaliter.

¶ Ad quintum dicitur, q̃ si humanitas Christi dimitteretur a verbo, sortiretur nouam personalitatem & nouam existentiam, non per aliquam nouam actionem, sed per antiquam actionem, quá a principio effecta fuit. Illa enim actio tamquàm impedita a complecione proprij effectus, ob præuenientem personalitatem Verbi non est hactenus consecuta effectum propriæ personalitatis & propriæ existentiæ. Modo autem dimisso ipsa esset tamquá remotio prohibentis, & sic sortiretur effectum nouæ personalitatis & noui esse. Et probatur sic esse dicendum: quia perinde se haberet humanitas dimissa, ac si non fuisset assumpta: sed constat q̃ si non fuisset assumpta, ex sua generatione propriam personalitatem & propriam existentiam habuisset. igitur si dimitteretur, acquireret propriam personalitatem & propriam existentiam a generante, per se loquendo, & a dimittente per accidens, tamquá a remouente prohibens. Et per hæc patet ad formam argumenti, q̃ haberet esse nouum per nouam mutationem, licet per accidēs, tamquàm remotionem prohibentis, & per antiquam per se, soluto impedimento: sicut graue impedirum mouetur a generāte per se, a remouente prohibens per accidens. Habet enim a generante humanitas plus ad personalitatem propriam & propriam existentiam, quàm graue ad motum deorsum, cum illa seipsa ad hoc tendat intime: hoc autem per grauitatem & extrinsece: in cuius signum illa per solam omnipotentiam diuinam potest impediri, hoc autem a naturalibus & voluntarijs impeditur passim.

¶ Ad obiectionem autem Durandi dicitur, q̃ talis dimissio esset nonnulla corruptio: quoniam corrumperetur humanitas non in se, sed secundum esse coniunctum Verbo, & perderet duo, scilicet personalitatem diuinam sibi, & existentiam diuinam sibi, & acquireret personalitatem propriam, non solum sibi, sed simpliciter: & similiter existentiam propriam, & sibi, & simpliciter: hic esset secundum rem. Ad rationes autem terminorum spectando, dicitur

dicitur quòd corruptio simpliciter naturæ compositæ (qualis est humanitas Christi) non attenditur penes esse actualis existentiæ, sed penes esse essentiæ, quod ex eo clare patet, q̃ humanitas Christi per mortem corrupta est, ex hoc q̃ anima separata est a corpore. Et in hoc omnes conuenimus, quámuis secundum Auctorem & multos, nullum esse actualis existentiæ fuerit per Christi mortem corruptum. Quum igitur ex perditione esse corrupcio simpliciter infertur, nisi sit sermo de essentiæ, aut de esse vt includit esse essentiæ, negetur sequela. Et per hoc patet quòd subiuncta probatio nihil valet dicendo, Si non sufficit perdere vnum esse existentiæ, & acquirere aliud, sed oportet etiam nullum aliud acquirere, ergo annihilatio. Stat enim, quòd perdat vnum, & nullum aliud acquirat, & non annihiletur, sed corrumpatur per expolia tionem materiæ ab illa forma. Si enim in ipsa dimissione humanitatis a Christo, anima illa separaretur a corpore, tunc humanitas Christi perderet vnum esse, & nullum aliud acquireret, quia non esset, & tamen non annihilata esset: quia remaneret, & materia cum forma eadaueris, & anima intellectiua cum noua existentia modo præexposito.

¶ Ad sextum Scoti negatur, quòd apud nos natura Angeli nó esset eadem, nisi sit eadem existentia.

¶ Ad septimum conceditur, quòd fundamentum est prius secundum actualem existentiam relatione, & in proposito: dicimus enim q̃ humanitas Christi fuit prius existens, quàm relata ad Verbū. Sed negatur sequela: ista fuit existens, ergo propria existentia, stat enim quòd fuerit existens existentia Verbi. Et hæc responsio satisfacit omnibus argumentis, quæ fiunt de agere, q̃ supponit existere, & de accidentibus, quod supponunt subiectum existere, & similibus conceditur enim semper, quòd hæc omnia in Christo supponuntur humanitatem existere, sed ab existentia ad existentiam propriam, non valere constat argumentum: stat enim quòd præexistat existentia communicata sibi ex personalitate Verbi si bi communicata.

¶ Ad confirmationem dicitur, quòd anima Christi informabat corpus & dabat ei esse animatum, esse dico essentiæ: essentialiter siquidem constituebat animatum corpus, non autem esse existentiæ propriæ, sed antequam daret hoc, præuenta fuit ex assumptione ad personam Verbi.

¶ Ad octauum ex doctrina Auctoris dicitur, quòd doctrina Auctoris intelligitur de separabilitate naturali, quòd scilicet impossibile est naturaliter formam separari a suo esse. Et ex hoc conclu dit efficaciter formas subsistentes per se absque materia, esse incorruptibiles, anima autem Christi absque proprio esse ex diuinæ omnipotentiæ præuentione. Nec obstat exemplum de circulo & rotunditate, quia exempla & similia non currunt in omnibus. Et si exigat pars exactam responsionem ad singula, dicito q̃ hæc propositio, Formæ conuenit per se proprium esse, potest intelligi dupliciter. Primo, q̃ per se conueni t formæ vt principio, & hæc est vera: sed quia per se itas principii est impedibilis per superiorem causam, ideo cum huius propositionis veritate, stat quòd in Christo anima præuenitur a proprio esse, cuius per se esset principium. Alio modo intelligitur, q̃ per se conuenit formæ vt principio & subiecto, sicut propria passio conuenit subiecto proprio. Et sic hæc propositio non est vera, nisi de forma, propria personalitate seu substantia terminata, qualis non est anima Christi, quæ non nisi per Verbum subsistit. Vnde Auctor sibi ex primo proposito per se subsistente, concluxit Angelos in corruptibiles. Et vere sic est, quia implicat formam per se subsistere absque proprio esse, non minus quàm circulum absque rotunditate inueniri.

¶ Ad duodecimum dicitur, q̃ licet esse, & agere conueniant in hoc, q̃ vtrumque est suppositi, quia tamen diuersimode sunt suppositi, ideo non est similis de illis ratio quo ad vnitatem, vel pluralitatem. Esse enim est suppositi immediate, vt subiecti, agere autem non suscipit in supposito, nisi mediante natura, & potentia eius, & idcirco agere multiplicatur cum pluralitate naturæ, esse vero est cum persona vna.

¶ Ad decimum dicitur, q̃ esse existentiæ non actuat essentiam nisi terminatam, hoc est personatam, seu per se subsistentem: & quia humanitas Christi non est terminata propria personalitate, sed personalitate Verbi, ideo non conuenit sibi actuari per existentiam. Et hæc intellige, loquendo de Actuare & Actuari per modum inhæsionis. Nam si de Actuare & Actuari, infra totam latitudinem suorum modorum sermo sit, non est remotum a Philosophia diuina, Deum posse actuare rem creatam. In cuius signum diuinam essentiam esse actum cuiusq; intellectus videntis ipsam, & Theologi, & Philosophi fatentur. Cum ergo naturam humanam in Christo ex diuina personalitate, & esse diuino perfici fateamur, non est absonum fateri etiam, q̃ actuetur aliquo etiam modo per personalitatem, & esse diuinum. Quocirca cum dicitur, aut est actuata proprio esse, aut perseuerat potentialis ad proprium esse, dicitur q̃ proprie loquendo vtraque pars disiunctiue est falsa, quoniam ex assumptione ad diuinum esse perfecta est potentialitas ad existentiam longe excellentius, quàm fuisset per fecta per propriam existentiam: sicut posse personari in propria persona, longe excellentius per fectum est per personam Verbi, q̃ fuisset perfectum per propriam personalitatem. Et quia potentiæ perfectio actuatio vocatur, ideo dicere potes, quòd potentia ad propriam existentiam est actuata non per proprium, sed per diuinum esse, longe excellentius, & perfectius, quàm fuisset actuata per proprium esse. Et ideo non remanet humanitas Christi potentialis, hoc est in statu potentiali ad propriam existentiam, ad quē statum rediret, si dimitteretur à Verbo, cessante tam excellenti actuatione, prohibente naturam ab imperfectioribus sibi propriis & connaturalibus, personalitate scilicet & existentia propria.

¶ Ad Ioannem de Neapoli dicitur, q̃ vtraque auctoritas cum sibi similibus loquitur de naturalibus, vt distinguuntur contra personalia, ita quòd Christus habuit omnia hominī naturalia, non personalia, & quòd de naturalibus est in ista inaptibile, est incurabile, secus est de personalibus. Probatur hæc glossa ex fidei catholicæ sententia, dicentis in Christo non esse personam, nisi diuinā. non est ergo in Christo personalitas humana: quàm tamen constat in reliquis hominibus inueniri. Idē est aūt iudicium de personalitate, & propriis personæ, vt distinguitur contra naturam. Aut igitur dicant illi personas nostras esse incurabiles, quia persona est inassumptibilis. & similiter Christum nó perfectum hominem, quia caret personalitate humana, quorum vtrumque alienum esse a veritate constat, aut vniuersaliter sic fateantur, quòd non de personalibus hominis, sed de naturalibus est sermo, quum Christus perfectus homo dicitur, & assumpsisse omnia humana, & similia, attestante hoc Symbolo Athanasii, explicante, naturalia sufficere ad hoc, quòd Christus sit perfectus homo, dum dicit de Christo, Perfectus homo ex anima rationali, & humana carne subsistens.

¶ Ad obiecta demum Scoti pro contraria positione, respondeu do dicitur ad primum, quòd consequentia nihil valet, quia esse actualis existentiæ, realiter distinguitur ab esse essentiæ, seu quidditatiuo. Et diuina præuentione factum est, vt humanitas Christi extra causam suam actu sit per existentiam Verbi, & non per propriam. Vbi aduerte pro clariori intellectu, quòd non est imaginandum (vt isti putant) quòd additio partis ad personam, sit velut additio quanti ad quantum, sicut per modum continuationis, puta cum aqua aquæ continuatur, vbi ex duabus quantitatibus partialibus fit vna totalis quantitas, partialiter inhærens partibus totius aquæ, siue per modum aggenerationis, puta cum alimentum auget hominē, qui alitur ex illo, vbi nō remanet quantitas cibi penitus ac lentis: sed sic adiungitur alito, vt subinduat quantitatem ipsius, qui alitur, extendeate illam anima, vt in secundo de anima dicitur. Nam si oculus aduenire de nouo Sorti, neque existentiam propriam partialem adiungeret existentiæ Sortis, cum existentia Sortis sit indiuisibilis, non extensa per se aut per accidens: quia de genere est immaterialis, vtpote propria animæ intellectiuæ, quæ inextensa est omnino in corpore. Nec aduenies oculus subinduceret existentiam Sortis, tamquam formā ad se extensum per inhæsionem sibi, ita q̃ existentia Sortis incipere inhærere oculo nouo: quoniam huiusmodi inhæsio non debetur parti: sed sufficienter prouisum est parti de existentia in hoc ipso, quòd est pars personæ existentis. Nec videtur etiam intelligibile, q̃ secus possit esse quomodo-cunque existentia indiuisibilis propria alicui; intelligetur actuare quantum aliquod, seu etiam non quantum adiuncta nisi mediante illo, cui est propria? Et quia idem est iudicium de oculo aduenīente de nouo & oculo congenito, & de hīc & reliquis partibus, ideo humanitas Christi, quæ quasi pars quædam est personæ Verbi (quia ad personalitatem propriam Verbi assumpta est) inuenitur sufficienter posita extra causam suam existens absque propria existentia, & absque hoc, quòd actuetur per informationem inhæsiuam ab existentia Verbi: sibi enim non debetur existentia nisi per personam, cuius est.

¶ Ad secundum dicitur, quòd ex hoc quòd Verbum subsistit in natura humana sicut suppositum in natura, non sequitur quòd existat per existentiam illius naturæ: sed bene sequitur econtra, quòd natura illa subsistat per existentiam Verbi. Ad probationem autem ex oppositio de pedis existentia dicitur, quòd peccat secundum non causam vt causam. Neque enim, quia Christus est homo, causa est q̃ existat humana existentia: neque quia non est pes, cā est nó q̃ existat existentia pedis: sed ratio propria est, quia personæ soli debetur esse, vt subiecto quod est. Ad id vero quod subditur de qualitate existentiæ humanæ in Christo, scilicet q̃ est existentia simpliciter & in se & Christo, non oportet aliter respondere: quoniam negata in Christo existentia humana, vana est disputatio de qualitate existentiæ humanæ in ipso.

¶ Ad tertium dicitur, negando sequelam, esse est intimius seu immediatius, ergo magis multiplicatur. Melius autem dicitur q̃ intimius seu immediatius alicui dupliciter, vel vt principio, vel vt subiecto. Et subditur, quòd esse est intimius naturæ vt principio, quàm velle voluntati: sed velle immediatius voluntati vt subiecto, quàm esse naturæ vt subiecto: quia esse non naturæ, sed personæ est vt subiecti proprij: velle autem est voluntatis vt proprii subiecti. Et propterea non sequitur, q̃ si velle plurificatur ad pluralitatum voluntatum, quòd esse plurificetur ad pluralitatem naturarum.

¶ Ad vltimam formationem argumenti, concedi potest totum, & dici quòd non ex defectu naturæ immediate principiantis esse: sed ex defectu susceptiui, scilicet personæ propriæ sit, vt natura non principiet actualiter actū essendi, & principiat actualiter

actum

Universidad de Deusto
Biblioteca

actum operandi: quia non deest proximum susceptiuum operationis. Concede ergo, ꝙ natura vt distinguitur contra suppositum, eſt principium & operandi, & existendi: sed negetur sequela implicita, ergo actualiter principiat existere in Christo, sicut actualiter principiat operari: quia natura, vt distinguitur contra suppositum, eſt non solū principium: sed & susceptiuum proximum operandi: sed existentiæ eſt solum principium, & non eſt susceptiuum propriū. Natura enim humana eſt principium existendi personæ propriæ, vt proprio subiecto, quę in Christo nō eſt: & ideo non principiat existentiā in Christo: sed operāndi eſt principiū sibiipsi vt proprio subiecto distinguẽdo naturam cōtra suppositum, vt dictum eſt. Et ideo in Christo principiat propriū operari: & propterea operari multiplicatur secundū naturas, eſſe autem non.

P. p. q. 3. art. 3. & 4.

¶ Attende diligenter & caute notitie, ꝙ ista decisio pendet ex duabus quæstionibus communibus. Altera eſt, An existentia & essentia distinguantur realiter. Altera, An existentia substantialis sit personæ vt proprii susceptiui, an communiter sit psonæ vel naturę. Præsupponit.n. doctrina ista, & esse aliam rem esse ab essentia, & esse deberi personæ, vt proprio subiecto. Et qm̃ variæ sunt opiniones circa hæc, cum de Christi existentia humana quæstio eſt, noli hæc intellige re quasi sint fidei, noli pertinax esse in conclusione, ni ſi euidentiā prius habeas de communibus quæstionibus: sed vt rationabilia ac consona hæc amplectere.

¶ In eodem art. 2. q. 17. in responsione ad secundum, intellige perspicacius, quòd quia vnio diuinorum humanorumq; in Christo eſt in persona & non in natura (conuenerunt namque diuina & humana in vnam personam, non in vnam naturam) ideo cum audis, quòd esse diuinum, factum eſt esse hominis, quia natura humana assumpta eſt in vnitatem personæ, distinctionem de ipso esse in communi penetrā, quatenus ipsum esse eſt vel personæ vel naturæ. Quamuis enim vnum idemque sit esse naturæ ac personæ alia tamen ratione eſt naturæ, & alia personæ: nam naturæ eſt vt principij, personæ vt susceptiui, vt dictum eſt. Quo circa conuenire in esse, quatenus eſt naturæ, eſt cõuenire ad integritatem principii ipsius esse: hoc eſt, sicut partes naturæ, quæ eſt principium essendi: & sic materia & forma conueniunt in vno esse, vt esse eſt naturæ. Conuenire autem in vno esse, quatenus eſt personæ, eſt conuenire seu spectare ad integritatem personalium: & sic caput & pedes & reliquæ partes, & natura ipsa cum suis partibus conueniunt in esse vt eſt personę. Vnde patet ꝙ esse diuinum, nō quatenus eſt naturæ, communicatum, eſt humanitatis Christi: quoniam constat humanitatem Christi non concurrere cum deitate ad integrandum quasi principium ipsius esse: sed eſt communicatum vt eſt personæ: quoniam humanitas Christi assumpta eſt ad personalitatem Verbi: ita quòd eſt ad numero spectantium ad personalitatem filij Dei, modo nostram intelligentiam excedente. Et propterea non sequitur, quòd vnio sit facta in natura, nec ꝙ vnio sit facta cum Patre & Filio: communicatum siquidem eſt humanæ naturæ esse diuinum, non vt eſt naturæ, nec vt eſt cuiuscumq; psonæ diuinæ: sed vt eſt personæ Filij: quia assumpta eſt ad personalitatem Filij tantum.

¶ In responsione ad quartum eiusdē articuli, habes clare responsionem de effectu formali intrinseco, quem formam oportet ponere in sua materia, quod eſt esse essentiæ, ita ꝙ forma substantialis dat materiæ substantiale esse essentiæ, cõstituẽdo substantiæ naturam, seu essentiā cõplectam: & similiter anima dat esse animatū (quod alio nomine dicitur esse viuum) cõstituendo essentiam viuā seu animatam, & sic de aliis. In hoc enim cõsistit effectus formalis, a quo non potest separari ēt per intellectū forma in materia. Et si nō intelligis formæ vlteriorē progressum, nō habes adhuc (vt in litera dicitur) illud quod eſt, sed tantū modo naturam: quia aliquid eſt, quæ scilicet est esse di principium non subiectum. Et ideo ex hoc, ꝙ forma seu anima necessario dat esse corpori, non habetur ꝙ esse sit naturæ & subiecti quod, sed quia constituit naturam, quæ eſt quo relinquit subsecuturum illud, quod eſt quod: & ideo esse eſt personæ in ordine ad naturam, &c. vt prædeclaratum fuit. Superius quoque, cum tractatum fuit, an corpus mediante anima assumptum fuerit, declaratum eſt ꝙ in calce huius responsionis subditur, scilicet quòd anima in formando corpus, sicque in esse perfecto constituendo naturam humanam, eſt causa habitudinis vnionis humanæ naturæ ad Verbum.

3. dist. 14. ar. 1. q. 1. cor. & di. 17. art. 1. q. 1. & 4. cõc. 2. & 3. Et po. q. 10. ar. 4. ad 13. Et op. 3 c. 213. Et Io. 6. lc. 4.

QVAEST. XVIII.

De pertinentibus ad vnitatem in Christo quantum ad voluntatem, in sex articulos diuisa.

DEINDE considerandum eſt de vnitate quantum ad voluntatem.

¶ Et circa hoc quæruntur sex.

¶ Primo, Vtrum in Christo sit alia voluntas diuina, & alia humana.

¶ Secundo, Vtrum in humana natura Christi sit alia voluntas sensualitatis, & alia rationis.

¶ Tertio, Vtrum ex parte rationis fuerint in Christo plures voluntates.

¶ Quarto, Vtrum in Christo fuerit liberum arbitrium.

¶ Quinto, Vtrum voluntas humana Christi, fuerit omnino conformis diuinæ voluntati in volito.

¶ Sexto, Vtrum in Christo fuerit aliqua contrarietas voluntatum.

ARTICVLVS I.

Vtrum in Christo sint duæ voluntates.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur ꝙ in Christo non sint duæ voluntates, vna diuina, & alia humana. Voluntas enim eſt primum mouens & imperans in vnoquoque volente: sed in Christo primum mouens, & imperans fuit voluntas diuina, quia omnia humana in Christo mouebantur secundum voluntatem diuinam. ergo videtur ꝙ in Christo non fuerit nisi vna voluntas, scilicet diuina.

¶ 2 Præt. Instrumentum non mouetur propria voluntate, sed voluntate mouentis: sed natura humana fuit in Christo, sicut instrumentum diuinitatis eius. ergo natura humana in Christo non mouebatur propria voluntate, sed diuina.

¶ 3 Præt. Illud solum multiplicatur in Christo, quod pertinet ad naturam. Voluntas autem non videtur ad naturam pertinere, quia ea quę sunt naturalia, sunt ex necessitate: quod autem eſt voluntarium, non eſt necessarium. ergo voluntas eſt vna tantum in Christo.

¶ 4 Præt. Damascenus * dicit in 3. libro, ꝙ aliqualiter velle non eſt naturæ, sed nostræ intelligentiæ, scilicet personalis: sed omnis voluntas eſt aliqualis voluntas, quia nihil eſt in genere, quod non sit in aliqua eius specie. ergo omnis voluntas ad personam pertinet: sed in Christo fuit, & eſt vna tantum persona. ergo in Christo eſt vna tantum voluntas.

¶ Sed contra eſt, quòd dominus dicit Luc. 22. Pater, si vis, transfer calicem istum à me, veruntamen non mea voluntas, sed tua fiat: quod inducens Amb. ad Gratianum Imperatorem dicit, * Sicut susceperat voluntatem meam, suscepit tristitiam meam. Et super Luc. dicit, † voluntatem suam, ad hominem retulit, Patris, ad diuinitatem: voluntas enim hominis eſt temporalis, voluntas diuinitatis æterna.

¶ Respondeo dicendum, quòd quidam posuerunt in Christo esse vnam solam voluntatem: sed ad hoc ponendum diuersimodè moti esse videntur. Appollinarius enim non posuit animam intellectualem in Christo, sed ꝙ Verbum esset loco animæ, vel etiā loco intellectus. Vnde cum voluntas sit in ratione (vt Philosophus dicit in 3. de Anima*) sequebatur ꝙ in Christo non esset voluntas humana, & ita in eo non esset nisi vna voluntas. Et similiter Euthices, & omnes qui posuerunt vnam naturam compositam in Christo, cogebantur ponere vnam voluntatem in eo. Nestorius etiam, quia posuit vnionem Dei, & hominis esse factam solum secundum affectum, & voluntatem, posuit vnam voluntatē in Christo. Postmodum vero Macharius Anthiochenus patriarcha, &* Cirus Alexandrinus, & Sergius Constantinopolitanus, & quidam eorum sequaces, posuerunt in Christo vnam voluntatem, quamuis ponerent duas naturas in Christo secundum hypostasim vnitas, quia opinabantur ꝙ humana natura in Christo numquam mouebatur proprio motu, sed solum secundum ꝙ erat mota à diuinitate, vt patet ex epistola synodica Agathonis Papæ. †Et ideo in sexta Synodo apud Constantinopolim celebrata, determinatum eſt oportere dici, ꝙ in Christo sint duæ voluntates: vbi sic legitur, * Iuxta quod olim prophetæ de Christo, & ipse nos erudiuit, & sanctorum patrum nobis tradidit symbolū duas naturales voluntates in eo, & duas naturales operationes prædicamus. Et hoc necessarium fuit dici. Manifestum eſt enim ꝙ filius Dei assumpsit humanam naturam perfectam, sicut supra ostensum eſt. † Ad perfectionem autē humanæ naturæ pertinet volūtas, quæ eſt naturalis eius potentia, sicut & intellectus, vt patet ex his quæ in prima parte dicta sunt. * Vnde necesse eſt dicere, ꝙ filius Dei humanam voluntatem assumpserit in humana natura. Per assumptionem autem humanę naturæ, nullam diminutionem passus eſt filius Dei in his, quæ pertinet ad diuinam naturam, cui competit voluntatem habere, vt in prima parte habitum eſt. * Vnde necesse eſt dicere, quòd in Christo sunt duæ voluntates, vna scilicet diuina, & alia humana.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quicquid fuit in humana natura Christi, mouebatur nutu voluntatis diuinæ: non tamen sequitur ꝙ in Christo non fuerit motus voluntatis proprius naturæ humanæ, quia etiam aliorum sanctorum piæ voluntates mouentur secundum volūtatem Dei, qui operatur in eis velle & perficere, vt dicitur Philip. 2. Licet enim voluntas nō posit interius moueri ab aliqua creatura, interius tamen mouetur a Deo, vt in prima parte dictum eſt. * Et sic etiā Christus secundum voluntatem humanam, sequebatur voluntatem diuinam, secundum illud Psal. 39. Vt facerem voluntatem tuam, Deus meus, volui. Vnde Aug. dicit contra Maximinum, †vbi dixit Filius Patri, Non quod ego volo, sed quod tu vis, quid te adiuuat ꝙ tua verba subiungis & dicis, Ostendit verē suam voluntatem subiectam suo genitori, quasi nos negemus hominis voluntatem, voluntati Dei debere esse subiectam.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ proprium eſt instrumenti, ꝙ moueatur a principali agente, diuersimodè tamen secundum proprietatem naturę ipsius. Nam instrumentum inanimatum, sicut securis aut serra, mouetur ab artifice per solum motum corporalem. Instrumentum vero animatum anima sensibili, mouetur per appetitum sensitiuū, sicut equus à sessore. Instrumentum verò animatum anima rationali, mouetur per voluntatem eius, sicut per imperium domini mouetur seruus ad aliquid agendum, qui quidem seruus eſt, sicut instrumentum animatum, vt Philosophus dicit in 1. Politico. * Sic ergo humana natura in Christo fuit instrumentum diuinitatis, vt moueretur per propriam voluntatem.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ ipsa potētia voluntatis eſt naturalis, & consequitur naturam ex necessitate. Sed motus vel actus huius potētiæ (qui etiam voluntas dicitur) quandoque quidem eſt naturalis & necessarius, puta respectu felicitatis, quandoque autem ex libero arbitrio rationis prouenies, & non necessarius neque naturalis (sicut patet ex his, quæ in prima parte dicta sunt †) & tamen etiam ipsa ratio, quæ eſt principium huius motus, eſt naturalis. Et ideo præter voluntatem diuinam, oportet in Christo ponere voluntatem humanam, non solum, prout eſt potentia naturalis, aut prout eſt motus naturalis, sed etiam prout eſt motus rationalis.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ per hoc ꝙ dicitur aliqualiter velle, designatur determinatus modus volendi, determinatus autem modus ponitur circa ipsam rem, cuius eſt modus. Vnde cum volūtas pertineat ad naturam, ipsum etiam ꝙ eſt aliqualiter velle, pertinet ad naturam, non secundum ꝙ eſt absolutè considerata, sed secundum ꝙ eſt in tali hypostasi. Vnde etiam voluntas humana Christi habuit quendam determinatum modum, ex eo ꝙ fuit in hypostasi diuina, vt scilicet moueretur semper secundum nutum diuinæ voluntatis.

* li. 2. de fid. ad gra tia. c. 3. a medio, to. 2.

† Super il lud Lu. Nō sicut ego volo. lib. 10. in Luc. to. 5.

* li. 3. de alia tex. 42 to. 2.

*Alias Cipus, seu Tipus.

† Hæc epist. missa fuit ad Synodum, lecta in actione 4. & recepta in 8.

† In epi. Ag. 6 fuit lecta in actio 4. Synodi 6. gener. *q. 2. ar. 5. P. p. q. 79. & 80.

P. p. q. 80.

li. 3. orth. fid. c. 14.

P. p. q. 105 art. 4.

† li. 3. c. 19 ante med. to. 6.

* li. 1. Poli. c. 3. & 4. & l. 8. eth. c. 11. to. 5.

p. 2. q. 5. ar. 8. & q. 6. art. 1.

ARTICVLVS II.

Vtrum in Christo fuerit aliqua voluntas sensualitatis, præter rationis voluntatem.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur ꝙ in Christo non fuerit

¶ *Super quæstio. XVIII Artic. III.*

115 Inf. art. 5. eor Et 3. d. 17. ar. 1. q. 2. Et op. 3. ca. 39.

Titulus singularis eſt: non quærit de appetitu

Universidad de Deusto
Biblioteca

tu sensitiuo, vt sic. sed de appetitu sensitiuo, vt habet rationem volúntaris, non simpliciter & absolutè sed talis, hoc est sensualis. Puto aût rationem tituli huius fuisse euangelica verba, quibus motus appetitus sensitiui, velle vocatur, cũ dicitur. Veruntamen nõ sicut ego volo.

¶ In corpore art. vnica est conclusio. In Christo fuit voluntas sensualitatis, seu sensualitas, dicta voluntas participatiue, probat primo, q in Christo fuit sensualitas appetitus: secundo, q ille sit volũtas per participationem. Primum probat, Filius Dei assumpsit naturã humanam cum oib pertinentibus ad ipsius naturæ perfectionẽ, ergo assumpsit cum ea omnia quæ pertinent ad perfectionẽ naturæ animalis. ergo assumpsit sensualitatem: prima consequentia probat, quia in natura humana includit natura animalis, sicut in specie includitur genus. Vnde oportet q filius Dei assumpserit cum humana natura, & ea quæ pertinent ad perfectionem ipsius naturæ humanæ. In humana aût natura includitur & natura animalis, sicut in specie includitur genus. Secunda autem probat, quia appetitus sensitiuus, qui sensualitas dicitur, est vnum de pertinentib. ad perfectionẽ naturæ animalis. Secundum probat. appetitus sensitiuus seu sensualitas, vt natus obedire rationi, vocatur, & est rationalis participatiue secundo Eth. ergo pari ratione vocari potest & est voluntas participatiue. probatur, quia voluntas in ratione est. nam sicut a ratione præcipiente rationalis appetitus, ita à voluntate quoq; præcipiente volũtarius appetitus, qui voluntas vocatur, dici potest. Imo ex hoc ipso q rõnalis appetitus, appetitus dr, volũtas dr, quia rationalis appetitus nomen est proprium volũtatis, & participatiue solum cõmunicatũ sensualitati.

¶ Aduerte hic, q quia ois motus aliqua voluntas sensualitatis præter rationis voluntatem. Dicit enim Philosophus in 3. de anima, * q voluntas in ratione est, in sensitiuo autem appetitu est irascibilis & concupiscibilis: sed sensualitas significat appetitum sensitiuum. ergo non fuit in Christo voluntas sensualitatis.

¶ 2 Præt. Secundũ Aug. 12. de Trin. * sensualitas significatur per serpentẽ: sed nihil serpentinum fuit in Christo, habuit enim similitudinem animalis venenosi sine veneno, vt Aug. dicit † super illud Ioan. 3. Sicut exaltauit Moyses serpentem in deserto; ergo in Christo non fuit voluntas sensualitatis.

¶ 3 Præt. Voluntas sequitur naturã, vt dictum est.* Sed in Christo nõ fuit, nisi vna natura præter diuinã: ergo in Christo non fuit, nisi vna voluntas humana.

¶ Sed contra est, q Ambro. dicit in 2. ad Gratianum †, Mea est voluntas, quam suã dixit, quia vt homo suscepit tristitiam meam. Ex quo datur intelligi, q tristitia pertinet ad humanam voluntatem in Christo: sed tristitia pertinet ad sensualitatẽ, vt in secunda parte habitum est.* ergo videtur quòd in Christo sit voluntas sensualitatis, præter voluntatem rationis.

¶ Respon. dicendum, q sicut prædictum est,* filius Dei humanam naturam assumpsit cũ omnibus, quæ pertinent ad perfectionem ipsius naturæ humanæ. In humana aût natura includitur ẽt natura animalis, sicut in specie includitur genus. Vnde oportet q filius Dei assumpserit cum humana natura, ẽt ea quæ pertinent ad perfectionem naturæ animalis, inter quæ est appetitus sensitiuus, qui sensualitas dr, & ideo oportet dicere, quòd in Christo fuit d sensualitas. Sciendum est etiam, q sensualitas, siue sensualis appetitus, inquantum est natus obedire rõni, dr rõnale per participationem, vt patet per Philosophum 1. Ethi. * Et quia volũtas est in rõne (vt dictũ est) a pari ratione potest dici, q sensualitas sit voluntas per participationem.

¶ Ad primum ergo dicendum, q ratio illa procedit de voluntate essentialiter dicta, quæ non est nisi in parte intellectiua: sed voluntas participatiuè dicta, potest esse in parte sensitiua, inquantum obedit rationi.

¶ Ad secundum dicendum, q sensualitas signatur per serpentem, non quantum ad naturã sensualitatis, q Christus assumpsit, sed quãtum ad corruptionẽ fomitis, quæ in Christo non fuit.

¶ Ad tertium dicendum, q vbi est vnum propter alterum, ibi vnum tm esse videtur, sicut superficies, quæ est visibilis per colorem, est vnum visibile cum colore. Et similiter, quia sensualitas non dicitur volũtas nisi quia participat voluntatem rationis, sicut est una natura humana in Christo, ita etiam ponitur una voluntas humana in Christo.

ARTICVLVS III.

Vtrum in Christo fuerint duæ voluntates, quantum ad rationem.

AD tertium sic proceditur. Videt q in Christo fuerint duæ voluntates, quantum ad rationem. Dicit. n. Damasc. * in 2. lib. q duplex est hominis voluntas, s. naturalis, quæ uocatur thelisis, & uoluntas rationalis, quæ uocatur bulisis: sed Christus in humana natura habuit quicquid ad perfectionem humanæ naturæ pertinet. ergo utraque prædictarum uoluntatum fuit in Christo.

¶ 2 Præt. Vis appetitiua diuersificatur in homine, secundum diuersitatem uirtutis apprehensiuæ, & ideo secundum differentiam sensus, & intellectus diuersificatur in homine appetitus sensitiuus & intellectiuus: & similiter quantum ad apprehensionem hominis ponitur differentia rationis & intellectus: quorum utrumque fuit in Christo. ergo fuit in eo duplex voluntas, vna intellectualis, & alia rõnalis.

¶ 3 Præt. A quibusdam ponitur in Christo volũtas pietatis, quæ non potest poni nisi ex parte rationis. ergo in Christo ex parte rationis sunt plures voluntates.

¶ Sed contra est, q in quolibet ordine est vnum primum mouens: sed voluntas est primum mouens in genere humanorum actuum. ergo in vno homine nõ est nisi vna voluntas propriè dicta, quæ est voluntas rationis. Christus autẽ est vnus homo. ergo in Christo est vna tantum voluntas humana.

¶ Respon. dicendum, q sicut dictũ est*, voluntas quandoq; accipitur pro potentia, & quandoq; pro actu. Si ergo voluntas accipiatur pro actu, sic oportet in Christo ex parte rationis ponere duas voluntates, id est duas species actuum voluntatis. Voluntas enim vt in secunda parte dictum est †, & est finis, & eorum quæ sunt ad finem, & alio modo fertur in vtrumque. Nam in finem fertur simplicitè & absolutè, sicut in id, quod est secundum se bonum. In id autem, quod est finem, fertur cum quadam comparatione, secundum quòd habet bonitatem ex ordine ad aliud. Et ideo alterius rationis est actus voluntatis secundum q fertur in aliquid, quod est secundum se volitum, vt sanitas (quod à Damas. ‡ uocatur thelisis, id est, simplex uoluntas, & à Magistris uocatur uoluntas ut natura) & alterius rationis est actus uoluntatis, secundum quòd fertur in aliquid, quod est uolitum solum ex ordine ad alterum, sicut est sumptio medicinæ, quem quidem uoluntatis actum Damasc. * uocat bulisim, id est, consiliatiuam voluntatem, à Magistris autem uocatur voluntas vt ratio. Hæc autem diuersitas actus non diuersificat potentiam, quia vterque actus attendit ad vnam communem rationem obiecti, quod est bonum. Et ideo dicendum est, quòd si loquamur de potentia voluntatis, in Christo est vna d sola voluntas humana, essentialiter, & non participatiuè dicta: si verò loquamur de voluntate, quæ est actus, sic distinguitur in Christo voluntas, quæ est vt natura, quæ dicitur thelisis, & voluntas, quæ est vt ratio, quæ dicitur bulisis.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd illæ duæ voluntates non diuersificantur secundum potentiam, sed solùm secundum differentiam actus, vt dictum est.*

¶ Ad secundum dicendum quòd, etiam intellectus, & ratio non sunt diuersæ d potentiæ, vt in prima parte dictum est †.

¶ Ad tertium dicendum, quòd voluntas pietatis non videtur esse aliud quàm voluntas, quæ consideratur vt natura, inquantum scilicet refugit alienum malum absolutè consideratum.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum in Christo fuerit liberum arbitrium.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd in Christo non fuerit liberum arbitrium. Dicit enim Damasc. * in 3. li. Gnomen autem, id est, sententiam vel mentem, vel excogitationem, & prohæresim, idest electionem, in Domino dicere impossibile est, si propriè loqui volumus. Maximè autem in his, quæ sunt fidei, est propriè loquendum. ergo in Christo non fuit electio, & per consequens nec liberum arbitrium, cuius actus est electio.

¶ 2 Præt. Philosophus dicit in 3. Ethic †. quòd electio est appetitus præconsiliati: sed consilium non videtur fuisse in Christo, quia non consiliamur, de quibus certi sumus, Christus autem de omnibus certitudinem habuit. ergo in Christo non fuit electio, & sic nec liberum arbitrium.

¶ 3 Præt. Liberum arbitrium se habet ad vtrumque: sed voluntas Christi fuit determinata ad bonum, quia non potuit peccare, sicut supra dictum est.* ergo in Christo non fuit liberum arbitrium.

¶ Sed contra est, quòd dicitur Isa. 7. Butyrum & mel comedet, vt sciat reprobare malum, & eligere bonum, quod est actus liberi arbitrii. ergo in Christo fuit liberum arbitrium.

¶ Respon. dicendum, q sicut dictũ est †, in Christo fuit duplex d actus voluntatis, vnus quidem, quo eius voluntas fertur in aliquid, sicut secũdum se volitum, quod pertinet ad rationem finis: alius autem, secũdum quem eius voluntas fertur in aliquid per ordinem ad aliud, quod pertinet ad rationem eius, quod est ad finem. Differt autem, vt Philosophus dicit in 3. Eth.* electio à voluntate in hoc, q voluntas, per se loquendo, est ipsius finis, electio autem eorum quæ sunt ad finem. Et sic simpliciter voluntas est idem, quod voluntas ut natura. Electio autem est idem, quod voluntas ut ratio, & est proprius actus liberi arbitrii, vt in prima parte dictum est †. Et ideo cum in Christo ponatur voluntas vt ratio, necesse est etiam ponere electionẽ, & per consequens liberum arbitrium, cuius actus est electio, vt in prima parte habitum est.*

¶ Ad primum ergo dicendum, q Damasc. excludit à Christo electionem, secundum q intelligit in nomine electionis importari dubitationẽ. Hæc tamen dubitatio non est de necessitate electionis, quia etiam Deo conuenit eligere, secundum illud Ephes. 1. Elegit nos in ipso &c. cum tamen in Deo nulla sit dubitatio. Accidit tamen dubitatio electioni, inquantum est in natura ignorante. Et idem dicendum est de alijs, de quibus fit mentio in auctoritate prædicta. †

¶ Ad secundum dicendum, q electio præsupponit consilium, non tamen sequitur ex consilio, nisi iam determinato per iudicium. Illud enim, quod iudicamus agẽdum post inquisitionem consilij eligimus, vt in 3. Eth. dicitur. * Et ideo si aliquid iudicetur vt agendum absque dubitatione & inquisitione præcedente, hoc sufficit ad electionem. Et sic patet, q dubitatio siue inquisitio non per se pertinet ad electionem, sed solum secundum q est in natura ignorante.

¶ Ad tertium dicendum, quòd voluntas Christi licet sit determinata ad bonum, non tamen est determinata ad hoc vel ad illud bonum. Et ideo pertinet ad Christum eligere per liberum arbitrium confirmatum in bono, sicut ad beatos.

ARTICVLVS V.

Vtrum voluntas humana Christi, fuerit omnino conformis diuinæ voluntati in volito.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur q voluntas humana in Christo non voluerit aliud, quàm Deus vult. Dicitur enim in Psal. 39. ex persona Christi, vt faceremus voluntatem tuam, Deus meus, volui: sed ille qui vult quod ille vult. ergo videtur q volũtas humana Christi nihil aliud voluerit, quàm voluntas diuina ipsius.

¶ 2 Præt. Anima Christi habuit perfectissimam charitatem, quæ etiam comprehensionem nostræ scientiæ excedit, secundum illud Ephes. 3. supereminentem scientiæ charitatem Christi: sed charitatis est facere, q homo idem velit quod Deus, vnde & Philosophus in 9. Ethi. * dicit, q vnum de amicabilibus est eadem velle & eligere. ergo voluntas humana in Christo nihil aliud voluit, quàm diuina.

¶ 3 Præt. Christus fuit verus comprehensor, vt patet de sumptione medicinæ propter sanitatem. Consequentia relinquitur p euidenti gratia materiæ, nam talis modorum diuersitas, qualis scilicet consurgit ex propriis rationibus finis, & eius quod est ad finem, diuersam habet rationẽ in appetitibus p priis. Probatur de inde prima conclusio, quia talis diuersitas actuum nõ diuersificat potentiam. Probatur: stat cum vna communi ratione boni, quæ est obiectum voluntatis: stante enim vnitate obiecti proprii voluntatis, quod est bonum in communi, non diuersificatur potentia voluntatis, quamuis diuersificentur genera actuum eius ex diuersa ratione generali actuum eius cuiusmodi sunt motus ad bonum in se, & motus ad bonum propter aliud.

¶ Super quæstionis decimæ octauæ 3 Artic. quartum.

TItulus vt sonat clarus est.

¶ In corpore articuli vnica est conclusio respondua, In Christo fuit liberum arbitrium. Probatur: in Christo voluntas ponitur vt ratio, ergo electio, ergo liberum arbitrium. Antecedens probatur, quia in Christo ponitur duplex voluntatis actus, scilicet respectu finis, & respectu eius quod est ad finem, &c. ut supra dictum est. Prima consequentia probatur, quia electio est idem quod voluntas, vt ratio: quod probatur ex differentia inter voluntatem, & electionem ex tertio Ethicorum, quia illa finis, hæc eius quod ad finem, & propterea illa voluntas vt natura, hæc voluntas vt ratio. Secunda vero consequentia probatur, quia electio est proprius actus liberi arbitrii, hoc est voluntatis, vt est liberum arbitrium, vt in prima parte dictum est.

¶ Super quæstio. decimæ octauæ, Artic. quintum.

TItulus clarus est de cõformitate voluntatis Christi humanæ ad diuinam in volito. Nam de cõformitate i mõ volendi nulla est qõ, cum impossibile sit voluntatem creatã velle eo modo, quo vult Deus: sed an circa rem volitã fuerit conformitas, ita q nihil voluerit sm appetitum humanũ, quod alienum sit a volito sm diuinã voluntatem, in dubium uertitur, propterea q legimus Christum sm homonem noluisse mortem propriã, quãtamen cõstat eundem voluisse voluntate diuina.

¶ In corpore articuli

¶ li. 3. de gia, text. 62. to. 2.

¶ li. 12. ca. 13. Paulo post prin. to. 3. †ex tract. 22. a medio post colligi. 5. 9.

Art. præc.

‡li. 2. de fi de ad Gra. c. 3. 2 medio. to. 2.

3. 2. q. 23. ar. 1. & 3.

Art. præc.

D. 1219.

li. 1. ethi. c. vlt. t. 5. †Ar. præc.

D. 1219.

In 2 cor. ar.

D. 1084. P. p. q. 79 art. 8.

117 3. dist. 14. ar. 1. q. 1. cor. & di. 17. ar 1. q. 3. ad 5. Et di. 18. art. 2. ad 5. *li. 3. c. 14 non procul a fi.

†li. 3. eth. c. 3. circa fin. to. 5.

q. 15. art. 1. & 2.

art. 1. huius q. ad 3

116 Sup. ead. q art. 2. ad 2 & 1. ar. 4. & 5 cor. & 3. d. 17. ar. 1. q. 3. & opus 3. c. 239. *li. 2. c. 22 & li. 3. ca. 14. & 16.

ar. 1. huius quæst. 3

1. 2. q. 8. ar. 2. & 3.

Loco cita to 1 arg. 1.

Loco cita to 1 arg. 1.

¶ li. 3. eth. c. 2. in fi. to. 5.

P. p. q. 83. art. 4.

P. p. q. 83. ar. 3. & 1. 2. q. 13. art. 1.

citata in ar. 1.

*li. 3. eth. c. 2. & 3, to. 5.

1. 2 Inf. q. 21. ar. 3. & 4. Et 3. d. 17 ar. 2. q. 1. & 4. contra ca. 39. fi.

*li. 9. c. 4. to. 5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ciuli rñdetur quæsto cum distinctione duabus conclusionibus. Distinctio est de triplici in Christo humana voluntate, hoc est, voluntate sensualitatis, voluntate rōnali, vt est natura & voluntate rationali, vt est rō. Prima conclusio est, Christus secundum voluntatem sensualitatis, & sm voluntatem rationalem per modum naturæ, poterat aliud velle quàm Deus. Secunda cōclusio est, Christus sm voluntatē per modum rationis, semper idē voluit quod Deus. Probant simul duplici ter, primo ratione, secundo auctoritate. Rō est ista: voluntas sensualitatis naturaliter refugit, & læsionē corporis & dolores sensibiles, & voluntas vt natura repudiat, & contraria naturæ, & sm se mala, & voluntas per modū rationis eligit, sūque hæc eadem ex ordine ad finē, & voluntas Dei erat, vt Christus moreretur, & mala paterētur, non q̄ ea vellet secundū se, sed in ordine ad finem, ergo. Christus secundum voluntatem sensualitatis, & secundum voluntatē per modum naturæ, poterat aliud velle, q̄ Deus, & secūdum voluntatē per modum rationis semper voluit idē qđ Deus. Antecedens habēs quatuor partes, quo ad primas tres partes probat ex hoc, q̄ videm' sensualitatē, & voluntatem vt naturam refugere adustionem, quàm tñ voluntas per modum rationis, q̄nque eligit propter sanitatem acquirendā. Cōsequētia autem probatur, Filius Dei ex qua dam dispēsatione ante passionē suā permittebat oīb. viribus a æ agere quæ propria sunt eis. ergo permittebat in Christo voluntatem sensualitatis refutare læsionem absolute. &c. & voluntatem vt naturam repudiare mortem absolute & voluntatem vt rationem acceptare eandem in ordine ad finem humanæ salutis. Vbi patet, primas duas voluntates aliud velle, quàm Deus, & tertiam velle idem quod Deus. Assumptum ad probandum consequentiam probatur, quia supra dictum est, q̄ filius Dei ex quadā dispēsatione permittebat carni agere & pati, quæ sunt ei propria: ex hoc. n. sequitur per viam æ rōnem similis, q̄ similiter permisit viribus animæ agere quæ eis sunt propria. Deinde probantur ambę conclusiones auctoritate vnius Christi orantis ad Patrem, Non sicut ego volo, sed sicut tu. In his. n. verbis, triplex voluntas patet. s. diuina in ly tu, humana cōformis diuinæ in ly sicut tu (quæ est voluntas per modū rōnis) & humana aliud volēs. q̄ diuina in ly sicut ego volo. Sit hæc est volūtas rōnalis per modū naturæ, repudiās mortē absolute. & uolūtas sensualitatis, refutās dolores sensibiles &c. Patet ergo ex hac auctoritate utraque cōclusio.

¶ Nota nouitiæ, q̄ ut in responsione ad primum clarius explanatur, tam actus uoluntatis per modum naturæ, quàm actus sensualitatis ex propria natura habet obiectum abstrahens ab ordine ad diuinā uoluntatē, & ppea quantū est ex parte obiecti, nō sue dat ad hos motus, cōformitas ad diuinā volūtatē. Dico aūt quātū ad primum, q̄ ex parte obiecti, q̄ ex parte subiecti ēt aīa Christi cōformes sunt diuinæ uoluntati in beatis. ita q̄ inter Christum ante mortem & beatos, differentia horum motuum in uolito ex parte subiecti oriatur: quia sed licet Christus animam & carnem passibilem habebat, beati autem non. Hinc enim fit, ut Christi uoluntati naturali & sensuali occurrerent aliqua ut contraria & læsiua, quæ beatis exemptis ab omnis possibilitate mali occurrere nequeunt, & propterea beati etiam secundum naturalem uoluntatis motum, & secundum appetitū sensitiuum conformantur diuinæ uoluntati in uolito, Christus aūt non. Et scito quòd isti uoluntatis motus, qui in aliud rendebant in Christo, nihil aliud sunt quàm uelleitates uniuersaliter siqui dem loquendo, actus uolūtatis per modum naturæ distinctus contra actum uoluntatis per modum rationis contrarium est genti. nihil aliud est quàm uelleitas. de qua dicitur in Ethic. quòd est est etiam impossibilium: ita quòd in beatis nec electio, nec uelleitas est ad aliud positum, quam quod Deus vult. In Christo autem electio omnis conformis Deo fuit in uolito. sed nō omnis uelleitas eius fuit cōformis Deo in uolito, habuit enim Christus uelleitatem non patiēdi cruciem, quā tamen elegit, quia Deus sic uolebat. Et simile est in rōbis, cum dolemus de morte iuste patientium. & plāgis iuste a Deo nobis inflictis. & aliis huiusmodi. Vellemus enim hæc non esse: uerumtamen, fiat uoluntas Dei, dicimus, & uolumus si non exorbitamus.

Ii. 3. de tri c 5. & li. 13. c. 5. in fi & c. 6. circa fi. li. 3 Mar. c. 19 in medio 40 6.

ar. 1 2 & 3 huius q.

q. 14. ar. 2 ad 2.

D. 12 9.

ARTICVLVS VI.

Vtrum in Christo fuerit contrarietas uoluntatum.

AD sextum sic proceditur Videtur q̄ in Christo fuerit contrarietas voluntatum. Contrarietas nam q; voluntatum attenditur secundum contrarietatem obiectorum, sicut ēt contrarietas motuū attenditur sm contrarietatem terminorū, vt patet per Philo. in 5. Phis.* sed Christus sm diuersas voluntates cōtraria volebat, nam sm uoluntatē diuinā volebat mortē, q̄ refugiebat sm voluntatē humanam. vnde Ath. dicit in lib. aduersus Apollinariū, Qñ Christus dicit, Pater, si possibile est transeat à me calix ille, & tñ non mea, sed tua voluntas fiat; & iterum, Spiritus promptus est, caro autem infirma, duas volūtates hic ostendit: vnā humanā, quæ propter infirmitatē carnis refugiebat passionem, & diuinam eius, promptam ad passionem. ergo in Christo fuit cōtrarietas voluntatum,

¶ 2 Præt. ad Galat. 5. dr, q̄ Caro cō cupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnē. Est igit cōtrarietas uoluntatū, qñ spiritus vnū cōcupiscit, & caro aliud: sed hoc fuit in Christo, nam per voluntatem charitatis, q̄ Spiritus sanctus in eius mēte faciebat, volebat passionē, secundum illud Isa. 53. Oblatus est, quia voluit, secundum autem carnem, passionem refugiebat. ergo erat in eo contrarietas voluntatum.

¶ 3 Præt. Luc. 22. dr, q̄ factus in agonia prolixius orabat: fed agonia vr importare quandā cōpugnationē animi in cōtraria tendētis. ergo vr, q̄ in Christo fuerit contrarietas voluntatum.

¶ Sed contra est, q̄ indeterminatione sextæ Synodi dicit* , Prædicamus duas naturales voluntates, non cōtrarias (iuxta q̄ impij asserunt hæretici) sed sequentem eius humanam voluntatem, & non resistentem vel reluctantem, sed potius subiectam diuinæ eius, atque omnipotenti voluntati.

¶ Respon. dicendū, q̄ contrarietas non pōt esse nisi oppositio attendatur in eodē, & sm idem: si aūt sm in diuersa & in diuersis existat diuersitas, nō sufficit hoc ad rōnem contrarietates, sicut ad rōnem cōtradictionis, puta q̄ hō sit pulcher aut sanus sm manū, & nō sm pedē. Ad hoc ergo, q̄ sit cōtrarietas voluntatū in aliquo, requirit primò quidem, q̄ sm idem attēdatur diuersitas voluntatū. Si. n. vnius voluntas sit de aliquo fiendo sm quandā rōnem vniuersalē, & alterius voluntas sit de eodem nō fiendo sm quandā rōnem particularem, non est oīno cōtrarietas voluntatum. Puta, si Rex vult suspendi latronem propter bonū publicū, & aliquis eius consanguineus nolit eū suspendi propter amorē priuatū, nō erit contrarietas volūtatis, nisi forte in tm se extendat voluntas hois priuati, vt bonū publicū velit impedire, vt consequetur bonū priuatū: tūc. n. circa idē attenditur repugnantia voluntatū. Secundo aūt requiritur ad contrarietatē volūtatis, q̄ sit circa eandē voluntatē. Si. n. hō vult vnū sm appetitū rōnis, & vult aliud sm appetitū sensitiuum, non est hic aliqua contrarietas, nisi forte appetitus sensitiuus in tm præualeat, q̄ vel immutet vel retardet appetitum rationis: sic. n. iam ad ipsam voluntatem rōnis peruenire aliquid de motu contrario appetitus sensitiui.

Sic igit dicendū est, q̄ licet voluntas naturalis, & voluntas sensualitatis in Christo aliquid aliud voluerit, q̄ voluntas diuina & volūtas rōnis ipsius, nō tñ fuit aliqua contrarietas voluntatum. Primo quidē, quia neq; voluntas naturalis, neq; voluntas sensualitatis repudiabat illā rōnem, s. qua diuina voluntas, & voluntas rōnis humana in Christo passionē volebat. Volebat. n. ēt voluntas absoluta in Christo saluté humani generis, sed eius non erat velle hoc in ordine ad aliud: motus aūt sensualitatis ad hoc se extendere non valebat. Secundo, quia neq; volūtas diuina neq; voluntas rōnis in Christo impediebatur aut retardabatur per voluntatem naturalē, aut per appetitum sensualitatis. Similiter ēt, nec e contrario voluntas diuina, vel volūtas rōnis in Christo, refugiebat aut retardabat motum voluntatis naturalis humanæ, & motū sensualitatis in Christo. Placebat. n. Christo sm volūtatē diuinā, & ēt sm voluntatē rōnis, vt voluntas naturalis in ipso, & voluntas sensualitatis, sm ordinē suæ naturæ mouerent. Vñ patet, q̄ in Christo nulla fuit repugnantia, vel contrarietas voluntatum.

¶ Ad primum ergo dicendū, q̄ hoc ipsum, q̄ aliqua voluntas humana in Christo aliud volebat, q̄ eius voluntas diuina, procedebat ex ipsa voluntate diuina, cuius beneplacito natura humana motibus propriis mouebatur in Christo, vt Damas.* dicit.

¶ Ad secundum dicendū, q̄ in nobis per concupiscentiā carnis impeditur, aut retardatur concupiscētia spiritus, quod in Christo non fuit. Et ideo in Christo non fuit contrarietas carnis ad spiritum, sicut in nobis.

¶ Ad tertium dicendum, q̄ agonia nō fuit in Christo, quantū ad partē ratiōnalem, sm q̄ importat cōcertationē voluntatū ex diuersitate rōnum procedentē: puta cū aliquis, sm q̄ rō cōsiderat vnū, vult hoc, & sm q̄ cōsiderat aliud, vult cōtrariū. Hoc. n. cōtingit pp debilitatē rōis, q̄ nō ēt diiudicare quid sit simplr melius, quod in Christo nō fuit: quia per suā rōnē iudicabat simplr esse melius, q̄ per eius passionē impleretur voluntas diuina circa salutem generis humani: fuit tamen in Christo agonia, quantum ad partem sensitiuam, secundum quòd importat timorem sensitiuum, aut sm diuersa, non est contrarietas. Probatur: quia non est contradictio, contrarietas nam q; contradictionem in se claudit. Deinde declaratur eadē conclusio quo ad illā particulam, sm idē ex diuersis rōnib volendi, & nolendi vnū & idem (puta mortem Sortis pp cōe vel priuatū bonū) dupliciter se habētibus, vel vt diuersis tm, vel nō solum vt diuersis, sed oppositis, vt patet in exemplo lr̄g. de volūtate principis circa mortē Sortis latronis ppter bonum publicū, & uoluntate parētis, ut nō moriaf propter bonū ppriū: gñ. n. hic fiūt ambę voluntates diuersæ quidē tunt, sed nō cōtrariaē, quia licet cōtraria velint (s. mori illū, & nō mori illū) diuersa tñ est ratio volēdi mortē, & volendi nō mortem, ac per hoc nō est oppositio sm eandē rōnē volendi. Sed si nō sistitur hic, sed uoluntas parētis circa nō mori pp bonum ppriū, opponit bonum ppriū bono cōi, iam non sola est diuersitas rōnum volendi. s. cōis & proprii, sed est oppositio earūdem quia cōe bonum tollit per ppriū in rōne volendi. Vincit. n. amor proprius amorem cōis boni, & expellit illud a rōne volendi: & vult filiū non mori, ēt cōtra eōe bonū ob nimiū amorē proprii boni. Demum declarat eadē conclusio quo ad illā particulā, in eadē volūtate ex diuersis appetitibus, dupliciter ēt dispositis, vel cū sola diuersitate, vel cū diuersitate habētib. ēt oppositionem Verbi gra. Appetitus rōnalis vult bonū rōnis, appetitus sensualis vult bonum delectabile sm sensum. Si hic sistit, diuersitas appetituū est sola, sed si vlera progredit ex parte subiecti appetitus boni delectabilis, vt imminuet appetentē vel ad tardā dū, vel mutandum appetitū boni rōnis, iā non sola diuersitas est appetituū, sed oppositio, quia oppōnit se appetitus delectabilis cōtra appetitū rōis, & uincit illū, dum immutat illū vel annullando, vel debilitando illū ex parte appetētis, vt fiat vel nō velit bonū rōnis tunc, vel debiliter velit illud. Hoc aūt quod dicimus de oppositionē appetitū sensitiui ad rōnalem, intelligendum quoq; est locū hīe inter actū voluntatis per modū naturæ & actū electionis. nam cū in diuersa tendunt, si uoluntas naturalis in tm protenditur, vt opponat se electioni, & vincat illā, cōtrarietas volūtatum est, ut si quis electurus dispendiū honoris, famę, ac vitæ, ob bonū virtutis, a naturali volūtate vitæ, honoris glorięq; vincatur.

¶ Circa hanc cōclusionē nota, q̄ ī cōclusione non dr ad cōtrarietatem voluntatū requiri hæc duo, sed dicit hæc duo reqri ad cōtrarietatē voluntatū in aliquo. Apposuit siquidē Aut or ly in aliquo, ad mouftrandū q̄ de cōtrarietate uoluntatū in vno & eodem hoīe loquitur. Et dixit hoc, quia scieba t, imo ēt in hac litera docet, q̄ ad contrarietatē voluntatū simpliciter & absolute non requiruñt hæc duo, sed alterum tm sufficit, ut patet in exemplo literæ de uoluntate principis, & uoluntate parētis nimis uitā filii amantis. Sunt. n. ueretūc cōtrariæ uoluntates, quāuis sint diuersorum hoīum. Et hoc mō uoluntas peccatorum est contraria uoluntati diuinæ, & cōtra Dei uoluntatē agere dicuntur: est siquidem hæc cōtrarietas uoluntatum obiectiue, nō subiectiue. Sed Auctor in ista loquitur de uoluntatū cōtrarietate, & obiectiua, & subiectiua, & ideo adiunxit ly i aliquo. & dixit ad cōtrarietatē uoluntatum in aliquo, hoc est obiectiue, & subiectiue, exigi duo s. oppositionē secundum idem, & oppositionem in eadem uoluntate.

¶ Quo ad secundum conclusio respōnsiua q̄sito est, in Christo nulla fuit cōtrarietas uoluntatum. Probat, primo ex parte primæ cōditionis requisitæ ad contrarietatem uoluntatum, hoc est oppositionis secundum idem, seu eandē rōnem. Probat aūt hoc sic, In Christo nec uolūtas naturalis, nec voluntas sensualitatis, aut sm diuersa, non est contrarietas. Probatur: quia non est contradictio, contrarietas nam q; contradictionem in se claudit. Deinde declaratur eadē conclusio quo ad illā particulam, sm idē ex diuersis rōnib volendi, & nolendi vnū & idem (puta mortem Sortis pp cōe vel priuatū bonū) dupliciter se habētibus, vel vt diuersis tm, vel nō solum vt diuersis, sed oppositis, vt patet in exemplo lr̄g. de volūtate principis circa mortē Sortis latronis ppter bonum publicū, & uoluntate parētis, ut nō moriaf propter bonū ppriū: gñ. n. hic fiūt ambę voluntates diuersæ quidē tunt, sed nō cōtrariaē, quia licet cōtraria velint (s. mori illū, & nō mori illū) diuersa tñ est ratio volēdi mortē, & volendi nō mortem, ac per hoc nō est oppositio sm eandē rōnē volendi. Sed si nō sistitur hic, sed uoluntas parētis circa nō mori pp bonum ppriū, opponit bonum ppriū bono cōi, iam non sola est diuersitas rōnum volendi. s. cōis & proprii, sed est oppositio earūdem quia cōe bonum tollit per ppriū in rōne volendi. Vincit. n. amor proprius amorem cōis boni, & expellit illud a rōne volendi: & vult filiū non mori, ēt cōtra eōe bonū ob nimiū amorē proprii boni. Demum declaratur eadē conclusio quo ad illā particulam, in eadē volūtate ex diuersis appetitibus, dupliciter ēt dispositis, vel cū sola diuersitate, vel cū diuersitate habētib. ēt oppositionem Verbi gra. Appetitus rōnalis vult bonū rōnis, appetitus sensualis vult bonum delectabile sm sensum. Si hic sistit, diuersitas appetituū est sola, sed si vlera progredit ex parte subiecti appetitus boni delectabilis, vt imminuet appetentē vel ad tardā dū, vel mutandum appetitū boni rōnis, iā non sola diuersitas est appetituū, sed oppositio, quia oppōnit se appetitus delectabilis cōtra appetitū rōis, & uincit illū, dum immutat illū vel annullando, vel debilitando illū ex parte appetētis, vt fiat vel nō velit bonū rōnis tunc, vel debiliter velit illud. Hoc aūt quod dicimus de oppositionē appetitū sensitiui ad rōnalem, intelligendum quoq; est locū hīe inter actū voluntatis per modū naturæ & actū electionis. nam cū in diuersa tendunt, si uoluntas naturalis in tm protenditur, vt opponat se electioni, & vincat illā, cōtrarietas volūtatum est, ut si quis electurus dispendiū honoris, famę, ac vitæ, ob bonū virtutis, a naturali volūtate vitæ, honoris glorięq; vincatur.

¶ Circa hanc cōclusionē nota, q̄ ī cōclusione non dr ad cōtrarietatem voluntatū requiri hæc duo, sed dicit hæc duo reqri ad cōtrarietatē voluntatū in aliquo. Apposuit siquidē Aut or ly in aliquo, ad mouftrandū q̄ de cōtrarietate uoluntatū in vno & eodem hoīe loquitur. Et dixit hoc, quia scieba t, imo ēt in hac litera docet, q̄ ad contrarietatē voluntatū simpliciter & absolute non requiruñt hæc duo, sed alterum tm sufficit, ut patet in exemplo literæ de uoluntate principis, & uoluntate parētis nimis uitā filii amantis. Sunt. n. ueretūc cōtrariaē uoluntates, quāuis sint diuersorum hoīum. Et hoc mō uoluntas peccatorum est contraria uoluntati diuinæ, & cōtra Dei uoluntatē agere dicuntur: est siquidem hæc cōtrarietas uoluntatum obiectiue, nō subiectiue. Sed Auctor in ista loquitur de uoluntatū cōtrarietate, & obiectiua, & subiectiua, & ideo adiunxit ly i aliquo. & dixit ad cōtrarietatē uoluntatum in aliquo, hoc est obiectiue, & subiectiue, exigi duo s. oppositionē secundum idem, & oppositionem in eadem uoluntate.

¶ Quo ad secundum conclusio respōnsiua q̄sito est, in Christo nulla fuit cōtrarietas uoluntatum. Probat, primo ex parte primæ cōditionis requisitæ ad contrarietatem uoluntatum, hoc est oppositionis secundum idem, seu eandē rōnem. Probat aūt hoc sic, In Christo nec uolūtas naturalis, nec voluntas sensualitatis,

*Habetur in epi. Agath. ad sextā Synod. & legitur ibi actione 4. & recipitur actione 8.

*li. 3. ort. fi. ca. 15. a med.

Li. 5. Phy. text. 29. usque ad 32. to. 2.

1 p. d. 17. q. 2. a. 3. 2. q. 2. & 3. Et. Op. 2. c. 239. hu.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sualitatis repudiabat rationem volitam à diuina, & humana electione. ergo in Christo non habuit locum repugnantia voluntatũ secundum idem. antecedens probatur quo ad voluntatem naturalem, quia etiam voluntate absoluta Christus volebat salutem humani generis, quãmuis nõ vellet hoc in ordine ad aliud, hoc est, quamus non vellet eam ut ratione volendi mortem propriam: quia ad voluntatem vt naturam, nõ spectat velle aliquid in ordine ad aliud, sed solum velle, vel nolle aliquid absolute. Deinde probatur antecedens quo ad voluntatẽ sensualitatis, quia eius motus, nec ad acceptandum, nec ad repudiandum tam excelsum bonum (quod est bonum cõe æternæ salutis generis humani) se extendit. Secundo probatur conclusio ex parte secundæ conditionis requisitæ ad cõtrarietatem voluntatum in aliquo, hoc est oppositionis in eadem voluntate. Probatur autem sic. Neutra voluntatũ conjugatio ex altera impediebatur aut retardabatur. ergo in Christo nõ habuit locum repugnantia voluntatum in eadem voluntate. Antecedẽs manifestatur, & quo ad voluntatem diuinam, humanamq; electionem quia nec impediebatur, nec retardatur ex volũtate naturali, aut sensualitatis, & econuerso: quia nec voluntas naturalis, nec sensualitatis impediebatur a diuina, aut humana electione. Placebat siquidem Christo secũdum diuinam voluntatem & rationalem voluntatem, vt & voluntas sua humana per modũ naturæ moueretur, hoc est, haberet suas naturales velleitates respectu vitæ, respectu integritatis corporis, respectu honoris, respectu famæ, respectu gloriæ, &c. appetitus sẽsitiuus timeret futurũ, tristaretur; de præsenti malo corporis &c.

*li. 3. c. 10 20. & 23.

120 Infr. q 25 art. 1. & 2. Et 2. d. 10. q. 1. ar. 2. q. 1. ad 3. & d. 18. ar. 1. Et 4. cõtra ca. 36. Et veri. q. 20. art. 1. ad 2. & 6. Et uni. ar. 1. ad 16. & art. 5. Et opus 43. c. 219.

*c. 2. inter finẽ & medium c.

Q. 13. ar. 2. & 3.

rem infortunij imminentis, vt dicit Damasc. * in 3. libro.

QVAEST. XIX.

De pertinentibus ad virtutem Christi quantum ad operationem in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de vnitate operationis Christi.

Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primo, Vtrum in Christo sit vna operatio diuinitatis & humanitatis, vel plures.

¶ Secundo, Vtrum in Christo sint plures operationes secundum humanam naturam.

¶ Tertio, Vtrum Christus secundum humanam operationem aliquid sibi meruerit.

¶ Quarto, Vtrum per eam aliquid meruerit nobis.

ARTICVLVS I.

Vtrum in Christo sit vna tantum operatio diuinitatis & humanitatis.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd in Christo sit vna tantum operatio diuinitatis & humanitatis. Dicit enim Dion. * in 2. cap. de Di. no. Discreta autem est benignissima circa nos Dei operatio: per hoc, quòd secundum nos ex nobis integrè vereque humanatũ est Verbum, quod est supra substantiam, & operari & pati, quæcumque humanæ eius diuinæque operationi congruunt: vbi vnam operationem nominat, humanam & diuinam, quæ in Græco dicitur theandrica, ideſt, Dei virilis. videtur igitur esse vna operatio composita in Christo.

2 Præt. Principalis agentis, & instrumenti est vna sola operatio: sed humana natura in Christo fuit instrumentum diuinæ, vt supra dictum est. * ergo eadem est diuinæ, & humanæ naturæ in Christo operatio.

¶ *Super quæst. XIX. Artic. I.*

TItulus articuli præsentis & sequentis, accurata eget annotatione sui sensus nam cum vnum multipliciter dicatur, consequens est vt operatio vna multipliciter dicatur. In proposito autem, vt Auctor ipse in hoc articulo insinuat, & in sequenti aperte testatur, sermo est de operationis vnitate sm principium actiũ, nõ quodcumq; sed proprium, hoc est virtute propria agẽs, ita q operatio vna appellatur, quæ est ab vno tm actiuo principio virtute propria, & ii a plurib. actiuis principiis sm suas proprias virtutes est, non est operatio vna, perinde ergo est quærere, an diuinitatis & humanitatis in Christo sit vna tm operatio, acsi quæreretur, an in Christo sit vnum tm principium operãdi virtute propria sue illud sit sola diuinitas, siue cõpositum quid ex humanitate & diuinitate, siue sola humanitas. Quod tn nullus vnquam opinatus est, credẽs incarnati Verbi mysterium. Est aũt mouendi hũc articulum ratio, & hæresis ponentium in Christo vnam naturam cõpositam ex deitate & humanitate, qm consequenter ponerẽtur vna tm confusa operatio in Christo, quia ponerẽtur, in eo vnum tm principium virtute propria actiuum. s. natura illa tertia cõfusa, & multo magis hæresis ponentium in Christo solam deitatẽ esse actiuam virtute propria, humanitatem vero esse purũ instrumentũ sine propria virtute (quales fuerũt subtrahentes Christo volũtatem humanã, vel eius actũ) qm secundum hoc in Christo cõsequenter ponerẽtur deitatis & humanitatis vna tm operatio, iuxta virtutẽ actiui principii primi. Ac si in Christo deitas agit virtute propria, & humanitas agit & virtute propria (quãuis coagat simul deitas) nõ est deitatis & humanitatis in Christo operatio una tm, sed est una & multæ. Verbi gratia, dum Christus sanauit infirmum tangendo, & fuit in illo opere aliquis actus causatus ab humanitate virtute propria, & aliquis causatus a diuinitate virtute propria, operatio illa nõ est una tantũ, sed est quidem una & multæ. Vna puta sanatio, quia virtute propria deitatis, & ab humanitate instrumentaliter est, duæ uero, quia adiungitur dictæ operationi operatio, q̃ est ab humanitate virtute propria, duæ sanationi coniungitur voluntaria contactio, sanatio enim una operatio est a deitate per humanitatem, contactus autem voluntarius ponereꝰ

*li. 1. Metaph. c. 1. ante medium t. 3.

Q. 17. ar. 2.

* li. 2. de fide ca. 4. in 2. pag. a principio c. 10. 2.

q. præc. ar. 1.

ponerẽt humana operatio a propria humanitatis virtute. Si autem sola deitas propria virtute operari ponatur, & humanitas solum vt pote exequens principalis agentis virtutem ponerẽtur, vna tantum operatio inueniretur in huiusmodi curatione. Hæc de titul.

¶ In corpore ar. primo recitatur sinul & declaratur hæreticorum positio cum fundamento. secundo ostenditur radix erroris eorum. tertio respondetur quæstioni ibi, Et ideo vbicunq; mouens & motum.

¶ Quod primũ erroneæ conclusio est. In Christo est vna tantum operatio, licet sint multæ operatæ. Probatur, quia vnũ tantum est in Christo principium actiuum. s. deitas, humanitas autem instrumẽtaliter se habet. Declaratur hæc & in anima respectu organorum corporeorum, & respectu virium sensitiuarum.

¶ Quoad secundum radix errandi ponitur, quia non distinxerunt operationẽ instrumenti per propriã formam, vel per participationẽ agentis. Declaratur hæc in artificialibus, artifice, & secura, & in naturalibus, scilicet igne respectu artis: quippe declaratur respectu animæ vegetatiuæ cuius instrumentum ponitur ignis an augmẽto, vt patet in 2. de Anima contra Empedoclem. Indistinctio igitur operationum & communio agentium, q̃ principale vtitur propria operatione instrumenti, & instrumentum participat operationem principalis agentis. Quo ad tertium obiectio est. In Christo sunt duæ operationes. Probatur primo ratione ostensiua secundo, auctoritate. Consistit tertio, ducendo ad impossibile, quarto, similitudine a quodlibet. Omnia clara sunt in littera.

¶ In responsione ad quartum, aduerte & respice sensum literæ, ponentis differentiam inter esse & operari respectu naturæ & personæ. Ponitur siquidem primo modo vtriusque conuenientia in hoc, quòd vtrumque hoc est tam esse, quàm operari, est personæ a natura, ita quòd vtrumque habet naturam pro principio & personam pro subiecto, quod est, quod operatur. Deinde subditur differentia inter vtrumque, quia in constitutione personæ a natura esse se habet vt terminus, quia spectat ad ipsam personæ cõstitutionem, vt propria actualitas eius: persona enim nihil aliud est, quàm natura dedicta ad hoc quòd sit proprie id, quod est. Et hinc prouenit, vt veritas personæ exigat vnitatem esse, oportetq; namque constitutionẽ vnius personæ, ad vnum tantummodo terminum compleri. Operatio vero nõ sic se habet: non enim natura, constituendo personam, dat operari, sicut dat eis, se subsistens persona, tanquam existens profert, mediante natura, operationem. Et ideo veritas personæ non exigit vnitatem operationis. Vbi videtur, quod esse immediate in persona a natura sit, operari vero tam constituta persona habeat a natura ipsa, mediante natura habet enim operatio naturam & vt principium, & vt susceptuum proximum saltem mediante potentia, personam autem vt primum operans, vt quod: esse vero naturam habet vt principium quo tantum, & personam vt immediatum subiectum quod est. Eadem ergo est doctrina hic & superius traditorum. Nam quod est non ad constitutionem personæ. Et vere sic est, quoniam constituto iam persona, per actum, constituto ipsum esse, tum quia non alia constitutione persona, & alia ipsum esse, sed pos., & eadem; tum, quia ad hoc constituitur, vt ipsum esse, vt sui ipsius, & constitutionem personæ terminari ad esse, tanquam ad ipsi personæ proprium, inquam tamen participat operationem principalis agentis. Et hoc est quod dicit Leo Papa in Epistola ad Flavianum: * Agit vtraque forma, scilicet tam natura diuina, quàm humana in Christo cum alterius communione, quod proprium est: Verbo scilicet operante quod Verbi est, & carne exequente quod carnis est. Si verò esset vna tantum operatio diuinitatis & humanitatis in Christo, oporteret dicere vel quòd humana natura non haberet propriam formam & virtutem (de diuina enim hoc dici est impossibile) ex quo sequeretur, quòd in Christo esset tantum diuina operatio, vel oporteret dicere, quòd ex diuina virtute & humana esset conflata in Christo vna virtus, quorum vtrumque est impossibile. Nam per primum horum ponitur natura humana in Christo esse imperfecta: per secundum vero, ponitur cõfusio naturarum, & ideo rationabiliter in 6. Synodo * hæc opinio est condemnata, in cuius determinatione dicitur: Duas naturales operationes indiuise, inseparabiliter, in nolle domino IESV Christo vero Deo nostro glorificamus, hoc est, diuinam operationem, & humanam operationem.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Dion. * ponit in Christo operationem theandricam, ideſt diuinam virilem, vel diuinam humanam, non per aliquam cõfusionem operationum seu virtutum vtriusq; naturæ, sed per hoc, quod diuina operatio eius vtitur humana, & humana eius operatio participat virtutem diuinæ operationis. Vnde sicut ipse dicit in quadam Epistola ad Caium: * Super hominẽ operabantur ea, quæ sunt hominis: quod manifestat, Virgo supernaturaliter concipiens, & aqua instabilis, terrenorum pedum sustinens grauitatẽ. Manifestũ est enim eo quod concipi est humanæ naturæ, similiter & ambulare, sed vtrumque fuit in Christo supernaturaliter, & similiter diuina operabatur humanitus sicut cum fundit de proximo vinum gendo. Vnde in eadem Epistola subditur: * Non secundum Deũ diuina hæbens, non humana secundum hominem, sed Deo homine facto, & nostra quadam Dei & hominis operatione. Quod autem intellexerit aliud esse operationes in Christo, vnam diuinam, naturæ, aliam autem humanam, patet ex his, quæ dicit in 2. cap. de diuinis nominibus, vbi dicit, quod his, quæ pertinent ad humanam eius operationem dum Pater & Spiritus sanctus nulla virtute communicauerint, nisi quis dixerit secundum benignissimam & misericordem diuinitatem, inquantum scilicet habent & Spiritum sanctum ex sua diuina natura, & humanam Christum

*Est epist. 10. capitu. 4. paulo a prin.

Loco cita to, in arg.

* In epist. quæ ïcip. Queris tu quide, circa mediũ.

*In predicta epist, in fine.

*Ca. 2. inter finem & mediũ partis 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

vltimamque actualitatem, infra latitudinem sui generis, scilicet subsistentiæ.

¶In respondendo ad quintum vide nouitie, quòd cum propriis operatis singularium operationum (diuinæ scilicet & humanæ) stare dicitur vnitatem operati respectu vtriusque: non per viam proprietatis, quia hoc repugnat his, quæ nunc immediate dicta sunt, sed per viam concursus seu communionis. Numquam enim operatũ proprium vnius operationis est operatum proprium alterius, vt in principio respõsionis docemur: sed operatum propriũ vnius potest esse operatum commune sibi & alteri operanti, vt sanatio leprosi est propriũ operatum diuinæ operationis, & cũ hoc est commune operatum dictæ diuinæ operationi, & humanæ contactui participati diuinam operationem, vt in calce respõnionis docemur.

In cor. ar.

¶ Super quæstionis decimænonæ, Articu. II.

In cor. ar.

TItulus ex præcedenti clarus est.

D. 946. [¶In corpore tria sunt. primo, declaratur in communi quid, & quæ sit operatio humana, vel non humana & similiter vna vel multæ. Secundo, declarantur hæc eadem in puro homine, applicando ad purum hominẽ communiter prædicta. Tertio, applicando ad Christũ, respondetur quæstio vnica conclusione: In Christo est vna humana operatio multo magis, quàm in quocumque homine

¶Quo ad primum, quia titulus duos terminos claudit, scilicet operationem humanam & vnitatem, vel pluralitatem, ideo Auctor primo operationem elucidat humanam, & deinde illius vnitatem vel multitudinem in communi. Dicit ergo tria. Primum. Operatio humana simpliciter est, quæ a natione procedit se agere & pati humana. Addit autem & omnem sublimissimam & ineffabilem Dei operationem, quam homo pro nobis factus adimpleuit, immutabilis profecto Deus & Dei verbum. Sic igitur patet, quòd alia est operatio humana, in qua Pater, & Spiritussanctus nõ communicant nisi secundum acceptationem misericordiæ suæ, & alia est eius operatio, inquantum est Dei verbum, in qua communicant Pater, & Spiritussanctus.

¶Ad secundum dicendum, q̃ instrumentum dicitur aliquid agere ex eo, quòd mouetur à principali agente, quod tamen præter hoc potest habere propriam operationem secundum suã formam, vt de igne dictum est. * Sic igitur actio instrumenti, inquantum est instrumentum, non est alia ab actione principalis agentis: potest tamen habere aliam operationem, prout est res quædam. Sic igitur operatio, quæ est humanæ naturæ in Christo, inquantum est instrumentum diuinitatis: non est alia ab operatione diuinitatis: non enim est alia saluatio, qua saluat humanitas Christi, & diuinitas eius: habet tamen humana natura in Christo, inquantum est natura quædam, quandã propriam operationem præter diuinã, vt dictum est.*

¶Ad tertium dicendum, q̃ operari est hypostasis subsistentis: sed secundum formam & naturam, a qua operatio d speciem recipit. & ideo à diuersitate formarum, seu naturarum est diuersa species operationum: sed ab vnitate hypostasis est vnitas secũdum numerum, quantum ad operationem speciei. Sicut ignis habet duas operationes species differentes, scilicet illuminare & calefacere, secundum differentiam lucis & caloris, & tamen est vna numero illuminatio ignis semel illuminantis. Et similiter in Christo oportet, quòd sint duæ operationes specie differentes secundum eius duas naturas: quælibet tamen operationum est vna numero in Christo semel facta, sicut vna ambulatio & vna sanatio.

¶Ad quartum dicendum, quòd esse & operari est personę à natura, aliter tamen & aliter. Nam esse, pertinet ad ipsam constitutionem personæ, & sic quantum ad hoc se habet in ratione termini; & ideo vnitas personæ, requirit vnitatem ipsius esse completi & personalis: sed operatio est quidam effectus personæ secundum aliquam formam, vel naturam, vnde pluralitas operationum non præiudicat vnitati personali.

¶Ad quintum dicẽdum, quòd aliud est proprium operatum operationis diuinæ & operationis humanę in Christo: sicut operatum proprium diuinæ operationis est sanatio leprosi, operatum autem proprium humanæ naturę, est eius contactus. Concurrunt autem ambæ operationes ad vnum operatum, secundum quòd vna naturaagit cum communione alterius, vt dictum est.

ARTICVLVS II.

Vtrum in Christo sint plures operationes humanæ.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd in Christo sint plures humanæ operationes. Christus enim inquantum homo, communicat cum plantis in natura nutritiua, cum animalibus autem in natura sensitiua, cum angelis autem in natura intellectiua, sicut & cæteri homines: sed alia est operatio plantæ, inquantum est planta, & alia animalis, inquantum est animal. ergo Christus, inquantum est homo, habet plures operationes.

¶2 Præt. Potentiæ & habitus distinguuntur secundum actus: sed in anima Christi fuerunt diuersæ potentię & diuersi habitus. ergo & diuersæ operationes.

¶3 Præt. Instrumenta debent esse proportionata operationibus: corpus autem humanum habet diuersa membra differentia secundum formam. ergo diuersas operationibus debent esse accommodata. Sunt ergo in Christo diuersę operationes secundum humanã naturam.

¶Sed contra est, q̃ sicut Dama. * dicit in 3. li. operatio sequitur naturam: sed in Christo est tantum vna natura humana. ergo in Christo fuit vna tantum operatio humana.

¶Respon. Dicendum, q̃ quia homo est id, quod est secundum rationem, illa operatio dicitur esse simpliciter humana, quę à ratione procedit per voluntatem, quæ est rationis appetitus. Si qua autem operatio est in homine, quę non procedit à ratione & voluntate, non est simpliciter operatio humana: sed conuenit homini secundum aliquam partem humanę naturę: quandoque quidem, secundum ipsam naturam elementi corporalis, sicut ferri deorsum: q̃nque verò secundum virtutem animę vegetabilis, sicut nutriri & augeri: quandoque vero, secundum partem sensitiuam, sicut videre & audire, imaginari & memorari, concupiscere & irasci. Inter quas operationes est differentia. Nam operationes animæ sensitiuę sunt aliqualiter obedientes rationi, & ideo sunt aliqualiter rationales & humanæ, inquantum scilicet, obediunt rationi, vt patet per Philo. in 1. Eth. * Operationes verò quę sequuntur animam vegetabilem, vel etiam naturam elementaris corporis, non subiiciuntur rationi, vnde nullo modo sunt rationales, nec humanæ simpliciter, sed solum secundum partem humanæ naturæ. Dictum est autem supra, * q̃ quando agens inferius agit per propriam formam, tunc est alia operatio inferiores agentis & superioris: quando verò agens inferius non agit, nisi secundum q̃ est motum à superiori agente, tunc est eadem operatio superioris agentis, & inferioris. Sic igitur in quocumque homine puro alia est operatio elementaris corporis & animæ vegetabilis ab operatione volũtatis, quæ est propriè humana. Et similiter etiam operatio animæ sensitiuæ quantum ad id, q̃ nõ mouetur à ratione: sed quantum ad id, q̃ mouetur à ratione, est eadem operatio partis sensitiuæ & rationalis. Ipsius autem animæ rationalis est vna operatio, si attendamus ad ipsum principiũ operationis, quod est ratio vel voluntas. Diuersificatur autem secundum respectum ad diuersa obiecta, quam quidem diuersitatem aliqui appellauerunt diuersitatem operatorum, magis quàm operationum, iudicantes de vnitate operationis solũ ex parte operatiui principij. Sic.n. nunc quæriẽ de vnitate vel pluralitate operationum in Christo. Sic igitur in quolibet puro homine est tantum vna operatio, quæ propriè humana dicitur: præter quam tamen sunt in homine puro quædam

* Lib. 1. Eth. c. vlt. to. 5.

Ar. præc.

* Lib. 3. de anim. cap. 8. & 15.

hominis secundum suum genus est a voluntate, quamuis prima intellectio sic accepta. Alio modo, potest intelligi, vt litera intelligatur vt sonat, scilicet, quòd operatio hominis non a voluntate, non est simpliciter humana, sed conuenit homini secundum aliquam partem humanæ naturæ, & hic terminetur sententia, ita quòd sequens distinctio non approbatur, vt euacuati na partis humanæ naturæ: sed vt naturiua partium humanæ naturæ opportunarũ ad propositum.

¶Dico autem hoc, q̃ inter partes humanæ naturæ est cõpuranda intellectiua pars, vt natura, sicut sensitiua, vegetatiua, & elementaris. Et sic multo magis sine vlla glossa litera caret scrupulo, quia primus actus intellectus non est propriè humanus, & conuenit homini secundum partem intellectiuam humanæ naturæ: sequitur enim actus ille ad partem intellectiuam, vt natura quædam est, sicut ad graue sequi moueri deorsum, vterque enim motus est a generante deductis impedimẽtis, & pars intellectiua vt natura sumpta, optime distinguit contra rationem appetitus determinatam ad operandum, sicut agens naturale contra agens a proposito vt patet.

¶Quo ad secundum cõclusio est, In quolibet puro homine est tantum vna operatio humana, mulæ autem non humanæ. Declaratur discurrendo singillatim per quatuor enumeratas partes humanæ naturæ, scilicet elementarem, vegetabilem, sensitiuam & rationalem. Nam ex elementari & vegetabili patet secunda pars conclusionis: quia alia & alia est operatio harum partium & voluntatis. Et sensitiua vero distinguendo propriam a participato, patet quòd secundum propriã habet etiam aliam operationem, participatiue autem vnam & est ipsius & voluntatis operatio. ex rationali autem distinguendo seu replicando de quali vnitate operationis est sermo (scilicet penes vnitatem principii propri virtute) habetur quòd vna tantum est operatio humana in vno homine: quæ est prima pars conclusionis, quia vnum tantum est humanum principium scilicet voluntas, quãuis diuersitas sit operationum humanarum penes obiecta, quæ vocantur penes operata a quibusdam. Ex quibus omnibus patet, quòd sequitur conclusio quo ad vtrumque sui partem: nam ex hoc quòd nulla pars humanæ naturæ multiplicat operationem humanam in vno puro homine, habetur quòd vna tantum est operatio humana in vno homine, & ex eo quòd in eodem secundum diuersas humanæ naturæ partes multiplicantur operationes non humanæ, habetur q̃ præter humanam operationem sunt in vno puro hominæ multę operationes non humanæ.

¶Notaro hic, quòd hic apparet non esse hic sermonem de vnitate numerali, aut pure specifice operationis, cum clare constet, in vno eodemque homine esse diuersis temporibus humanas operationes multas secundum numerum ab eodem principio actiuo humano: sed quia omnis humana operatio in vno homine ab eodem est humano principio, vna dicitur vnitate formali sui actiui principii, & vnitate nihilominus numerali in omni subordinato principio sibi obsequente, vna enim numero est moderatio humani motus à voluntate, concupiscentia, ac lingua seu manu, & simile est de aliis. Distinctio autem specifica vel etiam generica operationum humanarum penes obiecta de qua in præcedentibus libris tractatum & discussum est in processu materiæ moralis, extra præsens propositum est, vt patet in litera.

In isto 2.

¶Quo ad tertũ, cõcluso est, multo magis est vna operatio in Christo, q̃ in quocumq; alio homine. Probatur, quia & operationes elementares & vegetatiuæ aliqualiter voluntariæ erant, & sensitiuæ nullus erat motus non ordinatus a ratione, quorum opposita in homine puro multiplicant operationes.

Q. præoc. art. 5.

In cor. ar.

¶Aduerte hic primo, q̃ ois motus partis sensitiuæ in christo dicitur ordinatus a ratione, pro quanto voluntas rõnis in Christo volebat motus naturales partis sensitiuæ in se esse vsque ad tales terminos, & non amplius.

¶Aduerte secundo, quòd motus naturales partis vegetatiuæ, & elementaris dicuntur in Christo voluntarii voluntate humana, & approbatiue, vt patet, & causaliter seu imperatiue, pro quãto subditi erant voluntati humanæ Christi, vt voluntas eius erat instrumentum diuinitatis. His enim duobus modis verificatur de voluntate humana Christi, quòd esuriit, sitiuit &c. voluntarie.

In cor. ar. tic.

122 3. dist. 18. art. 2. 3. 4. & 5. & ver. q. 29. art. 7. ad 6. & opus. 3. c. 238. fin.

¶Aduerte tertio, quòd Auctor non concluditi in Christo esse vnam tantum operationem humanæ naturæ: sed cum non ostenderet, in quolibet puro homine inueniri operationem quidem humanam vnam, tantum operationes autem naturæ humanæ secundum diuersas partes multas, intulit, in Christo non solum esse operationem humanam vnam, sicut in cæteris hominibus, sed reliquas partium naturæ humanæ operationes in Christo ad illud vnum principium operationis humanæ reduxit, ostendendo eas esse voluntarias, ac per hoc ad vnitatem rediuxit non simpliciter, quia ex propriis actiuis principiis emanant vegetatiuæ & elementares, sed quodammodo, quatenus scilicet sunt voluntariæ, & ideo comparatiuam conclusit. Multo magis est vna operatio in Christo, quàm in quocumque alio homine.

ARTICVLVS III.

Vtrum actio humana Christi potuerit esse sibi meritoria.

AD tertium sic proceditur. Videtur quòd actio humana Christi non potuerit ei esse meritoria. Christus enim ante mortem fuit comprehẽsor,

¶ Super Quæstionis decimænonæ, Articulum tertium.

TItulus clarus est.

¶In corpore duæ sunt conclusiones. Prima est, Christus habuit per meritum quicquid alii habent per meritum, nisi fuerit tale, cuius meritum deroget dignitati Christi. Secunda est dicte re-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ste respansua quæsito, Christus potuit aliquid sibi mereri. Primus conclusio habet duas partes. Et quo ad primam probatur, Habere aliquod bonum per se, est nobilius, quàm habere illud per alium: sed habere per proprium meritum, est habere illud per se, ergo habere per meritum, est nobilius quàm sine merito, ergo Christus habuit per meritum quicquid alij habent per meritum. Maior probatur, quia causa per se, potior est ea, quæ est per aliud. Minor probatur, sane tamen exposita, quòd intelligitur per se tamquàm causam non primam (quia illa est Deus, vt patet ex Apostolo) sed secundariam, quia est esse Dei cooperatorem. Consequentia autem vltima probatur, quia omnis perfectio & nobilitas est Christo attribuenda.

¶ Quo ad secundam vero partem probatur conclusio, distinguendo bona in duo genera: quædam quorum quandoque absentia maiorem admittit perfectionẽ, quam dignitas merendi ponat, vt gloria animæ, scientia, gratia, vnio personalis Verbi: quædam quorum coæua præsentia, melior est dignitas merendi, vt gloria corporis, ascensio, veneratio. Scante siquidem distinctione patet, quòd probata restat conclusionis secunda pars ex illa radice. Omnis perfectio & nobilitas attribuenda est christo. Hinc siquidem sequitur, & quòd dignitas meritis attribuenda est sibi respectu bonum tunc minorum dignitate merendi, & quòd respectu maiorum bonorũ tunc dignitate merendi non habuerit meritum. Specificantur autem in litera vtraq; bona, & probatur, quòd quædam Christus meruit, quia minora sunt quam dignitas merendi, quæ pertinet ad virtutem charitatis. Secunda autem conclusio responsiua directe quæsito, non aliter probatur: sed ex prima probata & explanata in specialibus bonis quæ Christus meruit, relinquitur euidens.

¶ Aduerte hic, quòd licet Auctor potuisset vnico verbo expedire hanc quæstionem, dicendo quòd supposita absentia quorundum bonorum, quæ de facto fuit in Christo, vt patet, ad dignitatem ipsius spectat, quòd habuerit illa per meritum, quia quod est per se nobilius est, quàm quod per aliud. Altius tamen Auctor orsus, monstrare voluit quare quædam potuit mereri Christus, & quædam non. Et ad hoc monstrandum accepit hinc modum habendi, scilicet per meritum vel sine merito, & inde bonum quod haberi debet, & appendit vtrumque in statera cum oppositio alterius: posuit enim in vna parte modum habendi per meritum cum absentia quandoque boni, & in altera parte vtrumque præsentiam boni cum non merito. Et librando cum ea, quia inuenit modum habendi per meritum cum absentia exteriorum bonorum, meliorem esse, quàm præsentiam eorundem sine merito, concluxit in Christo fuisse meritum respectu exteriorum bonorum. Et quia inuenit præsentiam interiorum bonorum nostrorum per auctoritatem est Deus, & per hunc modum nulla creatura habet aliquid boni per seipsam, secundum illud 1. ad Corint. 4. Quid habes quod non accepisti? Potest tamen secundario aliquis esse causa sibi alicuius boni habendi, inquantum scilicet in hoc ipso Deo cooperatur: & sic ille, qui habet aliquid per meritum proprium, habet quodammodo illud per seipsum. vnde nobilius habetur id, quã habetur per meritum quã id, quod habetur sine merito. Quia autem omnis perfectio & nobilitas Christo est attribuenda, consequens est, quòd ipse per meritum habuerit illud, quod alii per meritum habent, nisi sit tale quid, cuius carentia magis dignitati Christi & perfectioni præiudicet: quam per meritum accrescat: vnde nec gratiam nec scientiam, nec beatitudinem animæ, nec diuinitatem meruit: quia cum meritum non sit nisi eius quod nondum habetur oporteret quòd Christus aliquando istis caruisset, quibus carere, magis diminuit dignitatem Christi, quàm augeat meritum, sed gloria corporis, vel si quid aliud huiusmodi est, minus est quàm dignitas merendi, quæ pertinet ad virtutem charitatis, & ideo dicendum est, quòd Christus gloriam corporis, & ea quæ pertinent ad exteriorem eius excellentiam (sicut est ascensio, veneratio, & alia huiusmodi) habuit per meritum. & sic patet, quòd aliquid sibi mereri potuit.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd fruitio, quæ est actus charitatis, pertinet ad gloriam animæ, quàm Christus non meruit, & ideo si per charitatem aliquid meruit, non sequitur, quòd idem sit meritum & præmium. Nec tamen per charitatem meruit, inquantũ erat charitas comprehensoris, sed inquantũ erat viatoris: nam ipse fuit simul viator & comprehensor, vt supra habitum est.* Et ideo, quia nunc non est viator, non est in statu merendi.

¶ Ad secundum dicendum, quòd Christo, secundum quod est Deus, & Dei filius, per naturam debetur gloria diuina, & dominium omnium, sibi ex merito. Et præterea ratio literæ stat solida respectu exteriorum bonorum, nec habet locum respectu scientiæ infusæ.

¶ In responsione ad tertium eiusdem articuli aduerte responsionem consistere in distinctione maioris argumenti assumpti, scilicet habito principali, accessorium non præcise cadit sub merito Distinguitur enim accessorium dupliciter, vel absolute, vel secundum congruentiam humanorũ meritorum. De primo transeat maior, sed de secundo negatur: gloria autem corporis est ad gloriam animæ accessoria, secundum congruentiam humanorum meritorũ ex diuina ordinatione: & ideo sub merito cadere potest. Christum. Nam si parentibus & benefactoribus debemus, secundum Ph: quod habent in nobis, & opinionem bonam, & affectum benevolum, & actus reuerentes, & verba honorabilia, quanto magis Creatori ac Redemptori nostro debemus, vt in nobis

Est epis. 56. non multũ remote ante mediũ tom. 2.

Lib. 8. phyſi. tex. 39. to. 2.

D. 887.

D. 889. Q. 5. art. 20.

nobis esse habeat (tam in intellectu, quàm in affectu, quàm in verbis & actibus) consone ad excellentiam suam, ad recepta beneficia, & cap. Hoc enim est id solum quod retribuere illi possumus: quoniam secundum esse, quod habet in ipso, nihil possumus ei da re auctoritate. In hoc namque esse quod in nobis habet, omnia cultus diuinus consistit, & ad hoc ordinatur, in quo tota Dei gloria extra seipsum consistit.

In corpo. art.

alias actuum.

¶ Super quæstionis decimænonæ, Articulum quartum.

Titulus de merito condigni intelligitur & clarius est ex terminis superius declaratis.

¶ In corpore est vnica conclusio responsiua. Meritum Christi extendit se ad alios vt membra ipsius. Probatur, & declaratur. Primo, probatur: in Christo fuit gratia, non solum vt in homine singulari, sed vt in capite totius Ecclesiæ, cui omnes vniuntur, sicut capiti membra, ex quibus constituitur mysticè vna persona. Et exinde est, quòd meritum christi se extendit ad alios, inquantum sunt membra eius, sicut etiamin vno homine actio capitis aliqualiter pertinet ad omnia membra eius, quia non solum sibi sentit, sed omnibus membris.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd peccatum singularis personæ non nocet nisi sibipsi: sed peccatum Adæ, qui constitutus est à Deo principium totius naturæ, ad alios per carnis propaginem deriuatur. Et similiter meritum christi, qui est à Deo constitutus caput omnium hominum, quantum ad gratiam, se extendit ad omnia eius membra.

¶ Ad secundum dicendum, quòd alii de plenitudine christi accipiunt, non quidem fontem gratiæ: sed quãdam particularem gratiam. & ideo non oportet, quòd alij homines possint aliis mereri, sicut christus.

¶ Ad tertium dicendum, quòd sicut peccatum Adæ, non deriuatur ad alios, nisi per carnalem generationem, ita meritum Christi non deriuatur ad alios, nisi generationem spiritualem quæ fit in baptismo per quam homines Christo incorporantur, secundum illud ad Gala. 3. Omnes quotquot in Christo baptizati estis, Christum induistis. Et hoc ipsum est gratiæ, quòd homini conceditur regenerari in Christo, & sic salus hominis est ex gratia.

Quæst. 8.

123 Inf. q. 48. art. 1. cor. & ar. 6. & q. 49. ar. 1. cor. & 2. dist. 20. q. 2. art. 3. ad 3. & 3. dist. 18. ar. 6. & veri. qó. 26. ad 20. & qó. 29. ar. 7.

QVAESTIO XX.

De conuenientibus Christo, secundum quòd Patri fuit subiectus, in duos articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de his 3 quæ conueniunt Christo per comparationem ad Patrem: quorum quædam dicuntur de ipso secundum habitudinem ipsius ad Patrem, puta, quòd est ei subiectus, quòd ipsum orauit, quòd ei in sacerdotio ministrauit: quædam vero dicuntur vel dici possent, secundum habitudinem Patris ad ipsum, puta, si Pater eum adoptasset, & quòd eum prædestinauit.

¶ Primo igitur considerandum est, de subiectione Christi, ad Patrem.

¶ Secundo, De eius oratione.

¶ Tertio, De ipsius sacerdotio.

¶ Quarto, De adoptione, an ei conueniat.

¶ Quinto, De eius prædestinatione.

Circa primum quæruntur duo.

¶ Primo, Vtrum Christus sit subiectus Patri.

¶ Secundo, Vtrum sit subiectus sibiipsi.

ARTICVLVS I.

Vtrum dicendum sit Christum subiectum Patri.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd non sit dicendum,

¶ Super quæstionis vigesimæ, Articul. primum.

Titulus declarus.

¶ In corpore

124 1. p. q. 42. ar. 4 ad 1. & q. 43. ar. 7. ad 1. & 3 dist. 11. ar. 1 ad 2. & di. 17. art. 3. q. 1. cor. & 1. cor. 15. lec. 3 fin.

Universidad de Deusto
Biblioteca

vna est conclusio responsiua quæsito, Christus est subiectus Patri tripliciter, secundum bonitatē, seruitutem, & obedientiam. probatur primo, Natura humana ex sui conditione habet triplicē hanc subiectionē ad Deū. ergo Christus est tripliciter subiectus Patri. Antecedens manifestatur in singulis tribus subiectionibus. Consequentia probatur, quia cuilibet habenti naturam conueniunt quæ ppria sunt illi naturæ. Declaratur secundo conclusio auctoritatibus, singulas subiectiones attributas esse Christo.

¶ In responsione ad primum & secundum habes rationem huius articuli, propter Arrii scilicet errorem motus videtur. Et cum quanta cautela loquendum est, & si sermoni cautela deest, non defit intellectui sanus sensus.

Christum esse subiectum Patri. Omne enim quod subijcitur Deo Patri, est creatura, quia, vt dicitur in lib. * de Ecclesiasticis dogmatibus, in Trinitate nihil est seruiens neque subiectum: sed non est simpliciter dicendum, quòd Christus sit creatura, vt supra dictum est. † ergo etiam non est simpliciter dicendum, q̄ Christus sit Deo patri subiectus.

¶ 2 Præterea. Ex hoc dicitur aliquid Deo subiectum, quòd est eius dominio seruiens: sed humanæ naturæ in Christo non potest attribui seruitus: dicit enim Dama. * in 3. lib. Sciendum est, quòd neque seruam ipsam, scilicet humanam naturam Christi dicere possumus: seruitutis enim & dominationis nomina, non naturæ sunt nomina cognitionisque signa, sed eorum, quæ ad aliquid, quemadmodum paternitatis, & filiationis nomina. ergo Christus secundum humanam naturam, non est subiectus Deo patri.

¶ 3 Præterea. Prioris ad Corin. 15. dicitur, Cum autem subiecta illi fuerint omnia, tunc ipse filius subiectus erit illi, qui sibi subiecit omnia: sed sicut dicitur Hebr. 2. Nunc, necdum videmus omnia subiecta ei. ergo nondū ipse est subiectus Patri, qui ei subiecit omnia.

¶ SED CONTRA est, quòd Dominus dicit Ioan. 14. Pater maior me est. Et August. dicit in 1. de * Trinit. Non immerito Scriptura vtrumque dicit, æqualem Patri Filium, & Patrem Filio maiorem: illud enim propter formam Dei, hoc autem propter formam serui sine vlla confusione intelligitur, sed minor est subiectus maiori. ergo Christus secundum formam serui est Patri subiectus.

¶ RESPONDEO, Dicendum, quòd cuilibet habenti aliquam naturam, conueniunt ea, quæ sunt propria illi naturæ. Natura autem humana ex sui conditione habet triplicem subiectionem ad Deum. Vnam quidem secundum gradum bonitatis, prout scilicet diuina natura est ipsa essentia bonitatis, vt patet per Diony. * 1. cap. de diuin. nomin. natura autem creata habet quandam participationem diuinæ bonitatis, quasi radiis illius bonitatis subiecta. Secundo, humana natura subijcitur Deo, quantum ad Dei potestatem, prout scilicet natura humana, sicut & quælibet creatura subiacet operationi diuinæ dispositionis. Tertio modo, specialiter humana natura Deo subiicitur, quantum ad proprium suum actum, inquantum scilicet, propria voluntate obedit mandatis eius. Et hanc triplicem subiectionem ad Patrem Christus de seipso confitetur. Primam quidem Matth. 19. Quid me interrogas de bono? vnus est bonus Deus. Vbi * Hieron. dicit, quòd quia eum magistrum vocauerat bonum, & non Deum vel Dei filium confessus erat, dixit, hominem, quāmuis sanctum, in comparatione Dei non esse bonum. Per quod dedit intelligere, quòd ipse secundum humanam naturam non pertingebat ad gradum bonitatis diuinæ. & quia in his quæ non mole magna sunt, idem est esse maius, quod melius, vt August. dicit in 6. de Trinit. * ex hac ratione Pater dicitur maior Christo secundum humanam naturam. Secunda etiam subiectio Christo attributur, inquantum omnia, quæ circa humanitatem Christi acta sunt, diuina dispositione gesta creduntur. vnde Dionysi. † dicit 4. cap. Cæl. Hierar. quòd Christus subiicitur Dei patris ordinationibus. Et hæc est subiectio seruitutis, secundum quòd omnis creatura Deo seruit, eius ordinationi subiecta, secundum illud Sap. 16. Creatura tibi factori deseruiens. Et secundum hoc, etiam filius Dei Philippen. 2. dicitur, formam serui accepisse. Tertiam etiam subiectionem attribuit sibiipsi Ioan. 8. dicens, Quæ placita sunt ei, facio semper. Et hæc est subiectio obedientiæ. Vnde dicitur Philippens. 2. quòd factus est obediens Patri vsque ad mortem.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sicut non est simpliciter intelligendum, quòd Christus sit creatura: sed solum secundum humanam naturam, siue apponatur ei determinatio, siue non (vt supra dictum est *) ita etiam non est simpliciter intelligendum, quòd Christus sit subiectus Patri: sed ‖ solum secundum humanam naturam, etiam si hæc determinatio non apponatur, quam tamen conuenientius est apponere, ad ‖ euitandum errorem Arrij, qui posuit filium minorem Patre.

¶ AD SECVNDVM dicendum, quod relatio seruitutis & dominii fundatur super actione & passione, inquantum scilicet seruiens est moueri à domino secundum imperium. Agere autem non attribuitur naturæ sicut agenti, sed personæ: actus enim suppositorum sunt & singularium, secundum Philosop. * attribuitur tamen actio naturæ, sicut ei secundum quam persona vel hypostasis agit. & ideo quāmuis non propriè dicatur, quod natura sit domina vel serua, potest tamen propriè dici quod quælibet hypostasis vel persona sit domina vel serua secundum hanc vel illam naturam. Et secundum hoc nihil prohibet, Christum dicere Patri subiectum, vel seruum secundum humanam naturam.

¶ AD TERTIVM dicendum, quòd sicut August. * dicit in 1. de Trinit. tunc Christus tradet regnum Deo & Patri, quando iustos, in quibus nunc regnat per fidem, perducturus est ad speciem, vt scilicet videant ipsam essentiam communem Patri & filio. Et tunc taliter erit Patri subiectus non solum in se, sed etiam in membris suis, per plenam participationem diuinæ bonitatis. Tunc etiam omnia erunt plene ei subiecta per finalem implectionem suæ voluntatis de eis, licet etiam modo sint omnia ei subiecta, quantum ad potestatem, secundum illud Matth. vlt. Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra.

* Li. 1. de trini. c. 7. ante med. tom. 3.

† Q. 16. ar. 8.

* Lib. 3. orth. fid. ca. 21. parum ante medium.

* Cap. 1. a medio illius.

* Super illud Quid me interrogas de bono, to. 9.

* Li. 6. de tri. c. 8. circa mediū tom. 3.

* Cap. 4. circa fin. illius.

ARTICVLVS II.

Vtrum Christus sit subiectus sibiipsi.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quod Christus nō sit subiectus sibiipsi. Dicit enim Cyrillus in Epistola synodica, * quam scilicet synodus Ephesina recepit: Neque ipse Christus sibi seruus est, neque dominus, fatuum enim est, magis autem & impium ita dicere & sapere. & hoc etiam asserit Dama. † in 3. libro dicens: Vnum enim ens Christus, & non potest seruus esse suiipsius & dominus: sed intantum Christus dicitur seruus Patris, inquātum est ei subiectus. ergo Christus non est subiectus sibiipsi.

¶ 2 Præt. Seruus refertur ad dominum: sed relatio non est alicuius ad seipsum. vnde & Hila. dicit in lib. de Trini. * quòd nihil est sibi simile, aut æquale. ergo Christus non potest dici seruus suiipsius, & per consequens nec sibi esse subiectus.

¶ 3 Præter. Sicut anima rationalis & caro vnus est homo, ita Deus & homo vnus est Christus, vt Athana. * dicit: sed homo non dicitur subiectus sibiipsi, vel seruus suiipsius, aut maior seipso propter hoc, quòd corpus eius subiectum est animæ. ergo neq; Christus dicitur subiectus sibiipsi propter hoc, q̄ eius humanitas subiecta est diuinitati ipsius.

¶ Sed contra est, quòd August. * dicit in 1. de Trin. Veritas ostendit secundum istum modum, quo scilicet, Pater maior est Christo secundum humanam naturam, & seipso minorem Filium.

¶ 2 Præt. Sicut ipse argumentatur ibidem, si accepta est à Filio Dei forma serui, vt non amitteretur forma Dei: sed secundum formam Dei, quæ est communis Patri, & Filio, Pater est filio maior secundum humanam naturam. ergo etiam Filius est maior seipso secundum humanam naturam.

¶ 3 Præt. Christus secundum humanam naturam est seruus Dei patris secundum illud Ioan. 20. Ascendo ad Patrem meum & patrem vestrum, Deū meum & Deum vestrum: sed quicumque est seruus patris, est seruus Filii, alioquin non omnia quæ sunt patris, essent filii. ergo Christus est seruus sui ipsius, & sibi subditus.

¶ Respond. Dicendum, quòd (sicut dictum est *) esse dominum & seruum attribuitur personæ vel hypostasi secundum aliquam naturam. Cum ergo dicitur Christus esse dominus vel seruus suiipsius, vel q̄ verbū Dei est dominus hominis Christi, hoc potest intelligi dupliciter. Vno modo, vt intelligatur hoc esse dictum ratione alterius hypostasis vel personæ, quasi alia sit persona verbi Dei dominantis, & alia hominis seruientis, quod pertinet ad hæresim Nestorij. Vnde in condemnatione Nestorii dicitur in synodo * Ephesina, Si quis dicit Deum vel dominum esse Christi ex Deo patre verbum, & non magis eundem confitetur simul Deum & hominem, vtpote verbum factum carnem, secundum Scripturas, anathema sit. Et hoc modo negatur à Cyrillo & Dama. † Et sub eodem sensu negandum est, Christum esse minorem seipso, vel esse sibi subiectum. Alio modo, potest intelligi secundum diuersitatem naturarum in vna persona vel hypostasi. Et sic dicere possumus secundum vnā earum, in qua cum patre conuenit simul eum cum patre præesse, & dominari: secundum verò aliam naturam, in qua nobiscum conuenit, ipsum subesse & seruire. Et per hunc modum dicit August. * Filium esse seipso minorem. Secundum tamen, quòd cum hoc nomen Christus sit nomen personæ, sicut & hoc nomen Filius, illa per se, & absolutè possunt dici de Christo, quæ conueniunt ei ratione suæ personæ, quæ est æterna, & maximè huiusmodi relationes, quæ magis propriè videntur ad personam vel hypostasim pertinere, se ea quæ conueniunt sibi secundum humanam naturam sunt potius attribuenda cum determinatione, vt videlicet dicamus Christum esse simpliciter maximum, & dominum & præsidentem, quòd autem sit subiectus vel seruus vel minor, est ei attribuendum cum determinatione, scilicet secundum humanam naturam.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Cyrillus & Dama. negant Christum esse dominum suiipsius, secundum q̄ per hoc importatur pluralitas suppositorum, quæ requiritur ad hoc, q̄ aliquis simpliciter sit dominus alicuius.

¶ AD SECVNDVM dicendum, quod simpliciter quidem oportet esse alium dominum, & alium seruum, potest tamen aliqua ratio dominii & seruitutis seruari, prout idem est dominus & seruus suiipsius, secundum aliud & al ud.

¶ AD TERTIVM dicendum, q̄ propter diuersas partes hominis, quārum vna est superior & alia inferior, dicit etiam Philosoph. in 9. Ethico. * quòd est hominis ad seipsum iustitia, inquantum irascibilis & concupiscibilis obediunt rationi. Vnde, per hunc modum etiam vnus homo potest dici subiectus & seruiens secundum diuersas sui partes.

¶ Ad alia autem argumenta patet responsio ex dictis. Nam Augustin. * asserit Filium seipso minorem esse, vel sibi subiectum, secundum humanam naturam, non secundum diuersitatem suppositorum.

* Lib. 2. non multum remote ante finem.

* In suo symbolo fidei.

Ar. præc. ad 2.

* In concil. 1. Ephe. cui præsidet Cyrillus c. 6.

* Locis in arg. 1. citatis.

* In synod. 1. Ephesina missa ad Nestorium medio illius.

* Li. 3. de orth. ca. 1. parum a medio.

* Li. 1. de trin. c. 8. ante medium tom. 3.

* Li. 1. de trin. ca. 7. tom. 2.

* Locis in arg. 1. citatis.

* Lib. 5. Ethi. cap. vlt. to. 5.

QVAESTIO XXI.

De oratione Christi, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de oratione Christi.

Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primo, Vtrum Christo conueniat orare.

¶ Secundo, Vtrum conueniat sibi secundum suam sensualitatem.

¶ Tertio, Vtrum conueniat sibi orare pro seipso, an tantum pro alijs.

¶ Quarto, Vtrum omnis eius oratio sit exaudita.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ *Super quæstionis vigesimæ primæ, Artic. primum.*

ARTICVLVS I.

Vtrum Christo competat orare.

AD primum sic proceditur. Videtur q̃ Christo non competat orare. Nam sicut Dam.* dicit, oratio est petitio decentium à Deo: sed cũ Christus omnia facere posset, non videtur ei conuenire, q̃ aliquid ab aliquo peteret. ergo videtur q̃ Christo non conueniat orare.

¶ 2 Præt. Non oportet orando petere illud, quod aliquis scit pro certo esse futurum (sicut non oramus q̃ sol oriatur cras) neque est etiam conueniens, q̃ aliquis orando petat, quod scit nullo modo esse futurum: sed christus sciebat circa omnia quid esset futurum. ergo non cõueniebat ei aliquid orando petere.

¶ 3 Præt. Dama.* dicit in lib. 3. q̃ oratio est ascensus intellectus in Deũ: sed intellectus Christi non indigebat ascensione in Deum, quia semper intellectus eius erat Deo coniunctus; non solum secundum vnionem hypostasis, sed etiam secundum fruitionem beatitudinis. ergo Christo non conueniebat orare.

¶ Sed contra est, q̃ dicitur Luc. 6. Factum est, in illis diebus exijt in mõtem orare, & erat pernoctans in oratione Dei.

¶ Respond. Dicendum, quòd (sicut dictum est * in 2. parte) oratio est quædã explicatio propriæ voluntatis apud Deum, vt eam impleat. Si igitur in Christo esset vna tantum voluntas, scilicet diuina, nullo modo, competeret sibi orare, quia voluntas diuina per seipsam est effectiua eorum, quæ vult, secundum illud Psal. 134. Omnia quæ cumque voluit Dominus, fecit: sed quia in Christo est alia voluntas diuina, & alia humana, & voluntas humana non est per seipsam efficax ad implendum quæ vult, nisi per virtutem diuinam, inde est q̃ Christo, secundum q̃ est homo, & humanam voluntatem habens, competit orare.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd Christus poterat perficere omnia quæ volebat, secundum quòd Deus, non autem secundum quòd homo, quia secundum quod homo non habuit omnipotentiam, vt supra habitum est.* Nihilominus tamen ipse idem Deus existens & homo, voluit ad Patrem orationem porrigere, non quasi ipse esset impotens, sed propter nostram instructionem. Primo quidẽ, vt ostenderet se esse à patre. Vnde ipse dicit Ioan. 11. propter populum qui circunstat, dixi, scilicet verba orationis, vt credant, quia tu me misisti. Vnde Hila. in 10. de Trin.* dicit, Non prece eguit, q̃ nobis orauit, ne filius ignoraretur. Secundo, vt nobis exemplum orandi daret. Vnde Ambr. dicit super Luc. † Noli insidiatrices aperire aures, vt putes filiũ Dei quasi infirmum rogare, vt impetret quod implere non possit; potestatis enim actor, obediẽtiæ magister, ad præcepta virtutis, suos informat exemplo. Vnde & Augustus,* dicit super Ioan. Poterat Dominus in forma serui, si hoc opus esset, orare silentio: sed ita se patri exhibere voluit precatorem, vt meminisset nostrum se esse doctorem.

¶ Ad secundum dicendum, quòd in ter alia, quæ Christus sciuit futura, sciuit quædam esse fienda propter suam orationem, & huiusmodi non inconuenienter à Deo petijt.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ascensio nihil est aliud, quàm motus in id, quod est sursum: motus autem, vt habetur in 3. de anima,* dupliciter dicitur. Vno modo, propriè, secundum quòd importat exitum de potentia in actum, prout est actus imperfecti, & sic ascendere competit ei, quod est potentia sursum, & non actu. & hoc modo, vt Dam. † dicit in 3. li. intellectus humanus Christi non esset ascensione in Deum, cum sit semper Deo vnitus, & secundum esse personale, & secundum contemplationem beatam. Alio modo, dicitur motus qui est actus perfecti. i. existentis in actu: sicut intelligere & sentire dicũtur quidam motus. & hoc modo intellectus Christi semper ascendit in Deum, quia semper cõtemplatur ipsum, vt supra se existentẽ.

ARTICVLVS II.

Vtrum Christo conueniat orare, secundum suam sensualitatem.

AD secundum sic proceditur. Videtur quòd christo conueniat orare secundum suam sensualitatem. Dicitur enim in Psalmus 83. ex persona christi, cor meum & caro mea exultauerunt in Deum viuum: sed sensualitas dicitur appetitus carnis. ergo sensualitas christi potuit ascendere in Deum viuum, exultando, & pari modo orando.

¶ 2 Præt. Eius videtur esse orare, cuius est desiderare illud qđ petitur, sed christus petiuit aliquid quod desiderauit eius sensualitas, cum dixit, Transeat a me calix iste: sicut dicitur Matth. 26. ergo sensualitas christi orauit.

¶ 3 Præt. Magis est vniri Deo in persona, q̃ ascendere in Deum orationẽ: sed sensualitas fuit assumpta à Deo in vnitatẽ personæ, sicut & quælibet pars humanæ naturæ. ergo multo magis potuit ascendere in Deum orando.

¶ Sed contra est, quòd dicitur Phil. 2. quòd filius Dei secundum naturam quam assumpsit, in similitudinem hominum factus est: sed alij homines non orant secundum sensualitatem. ergo nec Christus orauit secundum sensualitatem.

¶ Respon. Dicendum, quòd orare secundum sensualitatem potest intelligi dupliciter. Vno modo sic, quòd ipsa oratio sit actus sensualitatis, & hoc modo Christus secundum sensualitatem non orauit: quia eius sensualitas eiusdem naturæ & speciei fuit in Christo & in nobis. In nobis autem non potest sensualitas orare duplici ratione. Primo quidem, quia motus sensualitatis non potest sensibilia transcendere: & ideo non potest in Deum ascendere, quod requiritur ad orationem. Secundo, quia oratio importat quandam ordinationem, prout scilicet aliquis desiderat aliquid quasi à Deo implendum, & hoc est solius rationis. Vnde oratio est actus rationis, vt in secunda parte habitum est.* Alio modo potest dici aliquis orare secundum sensualitatem, quia scilicet eius ratio orando Deo proponit, quod est in appetitu sensualitatis ipsius, & secundum hoc Christus orauit secundum sensualitatem, inquantum scilicet oratio eius exprimebat sensualitatis affectum tanquàm sensualitatis aduocata, & hoc vt nos de tribus instrueret. Primo quidem, vt ostenderet, se veram naturam humanam suscepisse cum omnibus naturalibus affectibus. Secundo, vt ostenderet quòd homini licet secũdum naturalem affectum aliquid velle, quod Deus non vult. Tertio, vt ostendat quòd proprium affectum debet homo diuinæ voluntati subiicere. Vnde Aug.* in Enchir. dicit. Sic Christus hominem gerens, ostendit priuatam quandam hominis voluntatem, cum dicit, Transeat à me calix iste. Hæc enim erit humana voluntas, proprium aliquid & tanquàm priuatum volens: sed quia rectum vult esse hominem, & ad eum dirigi, subdit, Veruntamen non sicut ego volo, sed sicut tu: ac si dicat, Vide tu in me quia potes aliquid proprium velle, etsi Deus aliud velit.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd caro exultat in Deum viuum, non per actum carnis ascendentem in Deum: sed per redundantiam à corde in carnem, inquantum appetitus sensitiuus sequitur motum appetitus rationalis.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ licet sensualitas hoc voluerit quod ratio petebat, hoc tamen orando petere non erat sensualitatis, sed rationis, vt dictum est.*

¶ Ad tertium dicendum, quod unio in persona est secũdum esse personale, quod pertinet ad quamlibet partem humanæ naturæ: sed ascensio orationis est per actum qui non conuenit nisi rationi, vt dictum est.* Vnde non est similis ratio.

¶ *Super quæstionis vigesimæ primæ Articulum secundum.*

ARTICVLVS III.

Vtrum fuerit conueniens Christum pro se orare.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur q̃ Christo non fuerit conueniens pro se orare. Dicit enim Hilar.* in 10. de Trini. Cum sibi non proficeret deprecationis sermo, ad profectum tamen nostrę fidei loquebatur. Sic ergo videtur quòd Christus non sibi, sed nobis orauerit.

¶ 2 Præt. Nullus orat nisi pro eo quod vult: quia sicut dictum est, † oratio est quædam explicatio voluntatis per Deum implendæ: sed Christus volebat pati ea, quæ patiebat: dicit enim Aug.* 26. contra Faustum. Homo plerunque etsi nolit, contristatur: etsi nolit, dormit, etsi nolit, esurit, aut sitit. Ille autem, scilicet Christus, omnia ista habuit, quia voluit. ergo ei non competebat pro seipso orare.

¶ Respon. Cyprianus dicit in lib.* de oratione dominica: Pacis & vnitatis magister noluit sigillatim & priuatim preces fieri, vt quis cum precatur, pro se tantum precetur: sed Christus illud impleuit quod docuit, secundum illud Act. 1. Cœpit Iesus facere & docere. ergo Christus nunquàm pro se solo orauit.

¶ Sed contra est, quod ipse Dominus orando dicit Ioan. 17. Clarifica filium tuum.

¶ Respon. Dicendum, quòd Christus pro se orauit dupliciter. Vno modo, exprimendo affectum sensualitatis d vt supra dictum est, * vel etiam voluntatis simplicis, quæ consideratur vt natura, sicut cum orauit à se calicem passionis transferri. Alio modo, exprimendo affectum voluntatis deliberatę, quæ consideratur vt ratio: sicut cum petijt gloriam resurrectionis: & hoc rationabiliter. Sicut enim dictum est, * Christus ad hoc vti voluit oratione ad patrem, vt nobis daret exemplum orãdi. & vt ostenderet, patrem suum esse auctorem, a quo & æternaliter processit secundum diuinam naturam, & secũdum naturam humanam ab eo habet quicquid boni habet. Sicut autem in humana natura, quædam bona habebat a patre iam percepta, ita etiam expectabat ab eo quædam bona, nondum habita, sed percipienda: & ideo sicut pro bonis iam perceptis in humana natura gratias agebat patri, recognoscendo eum auctorem, vt patet Matth. 26. & Io. 11. ita etiam vt patrem auctorem recognosceret, ab eo orando petebat ea, quæ sibi deerant, secundum humanam naturam, puta gloriam corporis, & alia huiusmodi. Et in hoc etiam nobis dedit exẽplũ, vt de perceptis à nobis muneribus gratias agamus, & etiam nondum habita orando postulemus.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Hilarius loquitur quantum ad orationem vocalem, quæ non erat ei necessaria propter ipsum, sed solum propter nos: vnde signanter dicit, quod sibi non proficiebat deprecationis sermo. Si enim desiderium pauperum exaudit Dominus, vt in Psal. 9. dicitur, multo magis sola voluntas Christi habet vim orationis apud patrem. Vnde ipse dicebat Ioan. 11. Ego sciebam, quoniam semper me audis, sed propter populum qui circunstat dixi, vt credant, quia tu me misisti.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ Christus volebat quidẽ pati illa quæ patiebatur, pro tẽpore illo: sed nihilominus volebat, vt post passionem gloriam corporis consequeretur, quam nondum habebat: quam quidem gloriam expectabat à patre sicut ab Auctore, & ideo conuenienter ab ipso eam petebat.

¶ Ad tertium dicendum, quod ipsa gloria quam Christus orando petebat, pertinebat ad salutem aliorum, secundum illud Roma. 4. Resurrexit propter iustificationem nostram: & ideo illa etiam oratio, quam pro se faciebat, erat quodammodo pro alijs. Sicut & quicunque homo aliquod bonum à Deo postulat, vt vtatur illo ad vtilitatem aliorum, non sibi soli, sed etiam alijs orat.

¶ Super

128 3. dist. 17. art. 1. q. 1. & 4. dist 15 q. 4. art. 6. q. 2. ad 1. & Io. 11. le. 6. Li. 3. ca. 24. in pri.

* Li. 2. ortho fid. c. 24. i. ptin.

2. 2. q. 83. ar. 1. & 2.

Lib. 5. in Luc. c. 6. tem illius cap. est de oratione Ieiu. i. mõte paulo à princ. to. 5.

Q. 3. art. 1.

* Lib. 10. parũ ante fin.

Trac 104 parum ante med. to mo. 9.

2. 2. q. 83. ar. 1.

Lib. 3. de ãia. ter. 28. roma.

Lib. 3. ca. 24 citer ptin.

9 Psal 32. ecõcione i. sup illud: Rectos decet collaudatio, to. 1.

Art. 1. huius quæst.

* Li. 16. c. 8 in fi. to. 6.

In cor. ar.

In cor. ar.

128 3. dist. 17. ar. 3. q. 2. Et opusc. 7. Et Io. 12. le. 4. Li. 10. parũ ante fi.

Art. 1. huius quæst.

* Aliquantulum pri. inci. Euangelica præcepta.

D. 1220. Ar. præce.

Art. 1. huius q. ad 1.

Inf. ar. 4. & ad 4. 3 dist. 17. ar. 3. q. 1. & opusc. 3. ca. 2. q. 2. & opusc. 57.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Super quæstionis vigesimæ primæ, Articulum IIII.

119 3.d.17. q. 3.q.3.& 4. Et opusc. 3. ca.140. Et opus.7. & Pla.20. & Io. 12. lec. 4. & Heb.5.

TItulus clarus. ¶In corpore articuli vna est conclusio respõsiua quæsito. Omnis oratio Christi fuit exaudita. Probatur. Omnis voluntas simpliciter Christi fuit adimpleta, ergo omnis oratio eius fuit exaudita. Antecedens & declaratur & probatur. Declaratur quidẽ distinguendo de voluntate simpliciter, vel secundũ quid: illa rationis deliberata, ista naturæ & velleitas. Probatur vero, quia omnis voluntas simpliciter Christi fuit Deo conformis, quia nihil sic voluit nisi quod sciuit Deũ velle. Consequentia vero probatur dupliciter. Primo, tunc alicuius oratio exauditur, quando eius voluntas impletur, quia oratio est interpretatiua voluntatis. Secundo, quia conformitas voluntatis ad diuinam voluntatem, est ratio exauditionis aliorũ orantium, vt probatur ex auctoritate Apostoli ad Roma.8.

Ar.pr.ec. ar.2.& ar. 2.huius q.

¶Aduerte hic notitie, q̃ oratio est explicatiua voluntatis, & illius procuratrix non solũ autem voluntatis deliberatæ, sed vel leitatis, & affectus, vt patet ex supradictis, & ex oratione Christi, Transeat à me calix iste. Verum sicut voluntas distinguitur in simpliciter vel secundum q̃d, ita oratio, prout est petitio, distinguitur in simpliciter uel secundum quid. Et ut petit seu procurat pro uoluntate deliberata, est oratio simpliciter: ut autem pro uelleitate & affectu humano, est oratio secundũ quid. Et propterea simpliciter de oratione loquẽdo, verum est, q̃ omnis Christi oratio fuit

ARTICVLVS IIII.

Vtrum oratio Christi semper fuerit exaudita.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur q̃ oratio Christi nõ semper fuerit exaudita. Petijt enim à se remoueri calicẽ passionis, ut patet Matth.26. Qui tamen ab eo non fuit translatus. ergo videtur quod non omnis oratio eius fuerit exaudita.

¶2 Præt. Ipse orauit, vt peccatum crucifixoribus suis ignosceretur, vt patet Luc.23. Non tamen omnibus peccatum illud fuit dimissum: nam iudæi fuerunt pro illo peccato puniti. ergo videtur quod non omnis eius oratio sit exaudita.

¶3 Præt. Dominus orauit pro his, qui erant crediturí per verbum apostolorum in ipsum, ut omnes in eo vnum essent, & vt peruenirent ad hoc, quòd essent cum ipso: sed non omnes ad hoc perueniunt. ergo non omnis eius oratio est exaudita.

¶4 Præt. In Psal.21 dicitur in persona Christi: clamabo per diem, & non exaudies. non ergo omnis oratio Christi fuit exaudita.

¶Sed cõtra est, quod Apost. dicit ad Heb.5. Cum clamore valido & lachrymis offerens, exauditus est pro sua reuerentia.

¶Respon. Dicendum, quòd sicut dictum est, * oratio est quodammodo interpretatiua voluntatis humanæ, tũc ergo alicuius orantis exauditur oratio, quando eius uoluntas adimpletur. Voluntas autem simpliciter hominis est rationis voluntas: hoc enim absolutè volumus, quod secundum deliberatam rationem volumus. Illud autem quod volumus secundum motum sensualitatis, vel etiam secundum motum voluntatis simplicis, quæ consideratur vt natura, non simpliciter volumus, sed secundum quid scilicet, si aliud non obsistat, quod per deliberationem rationis inuenitur. Vnde talis voluntas magis est dicenda velleitas, quam absoluta voluntas, quia scilicet, homo hoc vellet, si aliud non obsisteret. Secundum autem voluntatem rationis, Christus nihil aliud voluit, nisi quod sciuit Deum velle: & ideo omnis absoluta voluntas Christi, etiam humana fuit impleta, quia fuit Deo conformis, & per consequens omnis eius oratio fuit exaudita. Nam & secundum hoc aliorum orationes implentur, quòd sunt eorum uoluntates Deo conformes, secundum illud Roma.8. Qui autem scrutatur corda, scit, ideſt, approbat, quid desideret spiritus, ideſt, quid faciat sanctos desiderare, quoniam secundum Deum, ideſt, secundum conformitatem diuinæ voluntatis, postulat pro sanctis.

¶Ad primum ergo dicendum, quod illa petitio de translatione calicis, diuersimodè a sanctis exponitur. Hilarius enim super Matth. dicit. * Quod autem vt a se transeat, rogat, non ut ipse prætereatur, orat: sed vt in alterum id quod a se transit, accedat, atque ideo pro his orat, qui passuri post se erant, vt sit sensus, quomodo a me bibitur calix iste passionis, ita ab his bibatur sine spei diffidentia, sine sensu doloris, sine metu mortis. Vel secundum Hieron y. * Signanter dicit, Calix iste, hoc est populi iudæorum, qui excusationem ignorantiæ habere non possunt, si me occiderint habentes leges & prophephetas, qui vaticinantur. uel secundum Dionys. Alexandrinum, quod dicit, Transfer calicem istum a me, non hoc est, non adueniat mihi: nisi enim aduenerit, transferri non poterit: sed sicut quod præterit, nec intactum est nec permanens, sic Saluator leuiter inuadentem tentationem flagitat pelli. Ambrosi. * autẽ dicit & Origen. & Chrysostom, quod hoc petiit quasi d homo, naturali voluntate mortem recusans. Sic ergo si intelligatur, quod petierit per hoc, alios martyres suæ passionis imitatores fieri secundum Hilarium. † vel si petiit quod timor bibendi calicis eũ non perturbaret, uel quòd mors eum nõ detineret: omnino impletum est quod petiuit. Si vero intelligitur petiisse quod non biberet calicem mortis & passionis, uel quod non biberet ipsum a iudæis, non quidem est factum quòd petiit: quia ratio quæ petitionem proposuit, nolebat ut hoc impleretur: sed ad instructionem nostram volebat demonstrare nobis suam voluntatem naturalem & motum sensualitatis, quẽ sicut homo habebat.

¶Ad secundum dicendum, q̃ Dominus non orauit pro omnibus crucifixoribus, neque etiam pro omnibus, qui erant crediturí in eum: sed pro his solũ qui erant prædestinati, ut per ipsum vitam consequerentur æternam.

¶Vnde patet etiam responsio ad tertium.

¶Ad quartum dicendum, q̃ cum dicit, Clamabo, & non exaudies, intelligendum est, quantum ad affectum sensualitatis, quæ mortem refugiebat: exauditur tamen quantum ad affectum rationis, vt dictum est.*

*Cano.3. in Matth. paulo a medio.

* Super illũ locum Mat.9.to.

* Amb. li. 10. in Luc. hom. 65. Orige. ho mi. 35. in Matthæ. & in fo. a prin. illius. & Chrysost. hom. 84. in Matth. to. 2. D. 1220.

* Hilar. 2. in Matt.

QVAEST. XXII.

De sacerdotio Christi, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandũ est, de sacerdotio Christi.

Et circa hoc quæruntur sex.

¶Primo, Vtrum conueniat Christo esse sacerdotem.

¶Secundo, De hostia huius sacerdotis.

¶Tertio, De effectu huius sacerdotii.

¶Quarto, Vtrum effectus sacerdotii eius pertineat ad ipsum, vel solum ad alios.

¶Quinto, De æternitate sacerdotij eius.

¶Sexto, Vtrum debeat dici sacerdos secundum ordinem Melchisedech.

fidera nouitie, q̃ tota vita Christi in terra fuit oblatio pro humano genere, & propterea angeli Christo post ieiunium & tentationem ministrantes in his, quæ ad refectionem corporis spectabant, ministri sacerdotii Christi dicuntur.

ARTICVLVS I.

Vtrum Christo conueniat esse sacerdotium.

130 Inf. q.31. 2.2. cor. & ad 2. & q. 59. art. 4. ad 1. & 4. cont. c 76. Et opusc. 20. libr. 3. ti. Et Pla). 2 & Pſal. 44. & Heb. 1. lec. 4. fi.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd Christo non conueniat esse sacerdotem. Sacerdos enim est minor angelo: vnde dicitur Zach. 3. Ostendit mihi Deus sacerdotem magnum stantem coram angelo Domini: sed Christus est maior angelis, secundum illud Hebr. 1. Tanto melior angelis effectus, quanto differentius præ illis nomen hæreditauit. ergo Christo non conuenit esse sacerdotem.

¶2 Præt. Ea, quæ fuerunt in veteri testamento, fuerũt figuræ Christi, secundum illud Col. 2. Quæ sunt vmbra futurorum: sed Christus non traxit carnis originem ex sacerdotibus veteris legis: dicit enim Apost. ad Hebr. 7. Manifestum est, q̃ ex Iuda ortus sit Dominus noster, in qua tribu nihil de sacerdotibus Moyses locutus est. ergo Christo non conuenit esse sacerdotem.

¶3 Præt. In veteri lege, quæ est figura Christi, non fuit ibidem legislator & sacerdos: vnde dicit Dominus ad Moysen legislatorem, Exo. 28. Applica Aaron fratrẽ tuum, vt sacerdotio fungatur mihi. Christus autem est lator nouæ legis, secundum illud Hier. 3. Dabo legem meã in cordibus eorum. ergo Christo non conuenit esse sacerdotem.

¶Sed contra est, quod dicitur Heb. 4. Habemus Pontificem, qui penetrauit cœlos, Iesum filium Dei.

¶Respon. Dicendum, quòd propriè officium sacerdotis est esse mediatorem inter Deum & populum, inquantum scilicet diuina populo tradit, vnde dicitur sacerdos, quasi sacra dans, secundum illud Malach. 2. Legem requirent ex ore eius, scilicet sacerdotis: & iterum, inquantum preces populi Deo offert, & pro eorum peccatis Deo aliqualiter satisfacit. Vnde Apostolus dicit ad Heb. 5. Omnis Pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in his, quæ sunt ad Deum, vt offerat dona & sacrificia pro peccatis. Hoc autem maxime conuenit Christo: nam per ipsum diuina dona hominibus sunt collata, secundum illud 2. Per. 1. Per quem, scilicet Christum, maxima & pretiosa nobis promissa donauit, vt per hoc efficiamini diuinæ consortes naturæ. Ipse etiam humanum genus Deo reconciliauit, secundum illud Colos. 1. In ipso, scilicet Christo, complacuit omnem plenitudinem inhabitare, & per eum reconciliare omnia. Vnde Christo maximè conuenit esse sacerdotem.

¶Ad primum ergo dicendum, quòd potestas hierarchia conuenit quidem angelis, inquantum & ipsi sunt medij inter Deum & hominem, vt patet per Diony. * in lib. cæl. hierar. ita quòd ipse sacerdos, inquantum est medius inter Deum & populum, angeli nomen habet, secundum illud Malach. 2. Angelus Domini exercituum est. Christus autem maior angelis fuit, non solum secundum diuinitatem, sed etiam secundum humanitatem, inquantum habuit plenitudinem gratiæ & gloriæ. Vnde etiam excellentiori modo hierarchiam, seu sacerdotalem potestatem præangelis habuit, ita etiam quòd ipsi angeli fuerunt ministri sacerdotij eius, secundum illud Matth. 4. Acceſſerunt angeli, & ministrabant ei, secundum tamen passibilitatem carnis, modico ab angelis minoratus est, vt Apostolus dicit Heb. 2. Et secundum hoc, conformis, fuit hominibus viatoribus in sacerdotio constitutis.

*C. 6. Eccl. hier. parce 3. a med.

¶Ad secundum dicendum, quòd sicut Damasc. * dicit in 3. lib. quod in omnibus est simile, idem vtique erit, & non extraneum, Quia igitur sacerdotium veteris legis erat figura sacerdoti Christi, noluit Christus nasci de stirpe figuralium sacerdotum, d vt ostenderetur non esse omnino idem sacerdotium: sed differre sicut verum a figurali.

Li. 3. Ort. fid ca. 26. circa fin.

D. 1094.

¶Ad tertium dicendum, quod sicut supra dictũ est, * alij homines particulatim habent quasdam gratias, sed Christus tamquàm omnium caput habet perfectionem omnium gratiarum: & ideo quantum ad alios pertinet, alius est legislator, & alius sacerdos, & alius rex: sed hæc omnia concurrunt in Christo tamquàm in fonte omnũ gratiarum. Vnde dicitur Isa. 33. Dominus iudex noster, Dominus legiser noster, Dominus rex noster: ipse veniet & saluabit nos.

q. 8. art. 4. & aliis eiusd. q.

ARTICVLVS II.

Vtrum Christus simul fuerit sacerdos & hostia.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quod ipse Christus non fuerit simul sacerdos & hostia. Sacerdotis enim est hostiam occidere: sed Christus non seipsum occidit. ergo ipse non fuit simul sacerdos & hostia.

¶2 Præt. Sacerdotium Christi magis est simile sacerdotio Iudæorum, quod erat à Deo institutum, quàm sacerdotio Gentilium, quo dæmones colebantur. In veteri autem lege nunquàm homo in sacrificium offerebatur, quod maxime reprehenditur in sacrificiis gentilium, secundum illud Psalm. 105. Effunderunt sanguinem innocentem, sanguinem filiorum suorum & filiarum suarum, quas sacrificauerũt sculptilibus Chanaan. ergo in sacerdotio Christi non debuit esse ipse homo Christus hostia.

¶3 Præt. Omnis hostia ex hoc, quod Deo offertur, Deo sanctificatur: sed ipsa Christi humanitas à principio fuit sanctificata, & Deo coniuncta. ergo non conuenienter potest dici, quod Christus, secundum quod homo, fuerit hostia.

¶Sed contra est, quod Apostolus dicit ad Ephes. 5. Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis oblationem & hostiam Deo in odorem suauitatis.

¶Respon. Dicendum, quod sicut Augusti. * dicit in 10. de ciui. Dei, omne sacrificium visibile, inuisibilis sacrificii sacramentum, ideſt, sacrum signũ est. Inuisibile autem sacrificium est, quo homo Deo spiritum suum offert, secundum illud Psalm. 51. Sacrificium Deo spiritus contribulatus: & ideo

*Li. 10. c. 5. tom. 5.

¶ Super quæstionis vigesimæ secundæ, Articu. II.

131 Infr. q 84. art. 7. ad 4. Et opu. 69. c. 18.

TItulus clarus. ¶In corpore vnica est conclusio responsiua. Christus non solum sacerdos, sed simul fuit hostia perfecta, scilicet pro peccato, pacifica, & holocaustum. Hæc conclusio quo ad primam partẽ supponitur ex precedente articulo, quo ad secundam veto quòd fuerit simul hostia probatur. Omne quod Deo exhibetur ad hoc, ut spiritus hominis feratur in Deum est hostia seu sacrificiũ: sed humanitas Christi est Deo exhibita ad hoc, ut spiritus hominum ferãtur in Deum. ergo Maior propositio probatur. Sacrificium inuisibile est sacramentum inuisibilis, in uisibile autem est oblatio spiritus ergo.

¶Aduerte quòd uis probationis consistit in hoc: Omne sacrificiũ aut est uisibile, aut inuisibile. sed uisibile ordinatur ad inuisibile, ut sacrũ eius signum ad sanctum signatum, eo per hoc, si ens signatum enim finis est signi. omne igitur sacrificiũ exterius est sacrificiũ ex ordine ad interius, hoc

Universidad de Deusto
Biblioteca

hoc est oblationē spiritus: & ecōtra, omne quod ad oblationem spiritus Deo offertur, sacrificium denominatiuē dicitur. Tertia uerò pars conclusionis, hoc est perfecta pro peccato pacifica & holocaustum, probatur ex littera. Homo indiget sacrificio p̄pter tria, scilicet remissionē peccati, gratiæ conseruationem & consummationem: sed hęc tria per humanitatem Christi habuimus, ergo. Maior in litera & iuſtertur ex priori syllogismo, quo probata est altera pars conclusionis, nam sacrificium exterius dicitur ex relatione ad oblationem spiritus, & ad oblationē spiritus nostri cōcurrunt ista tria, scilicet remissio peccati, conseruatio vitæ gratiæ, & consumatio illius, consequēs est vt ad hæc tria homo indigeat sacrificio, & declaratur quo ad singula singulis auctoritatibus scripturæ. Minor uero probatur auctoritatibus sacræ scripturæ quā singulis ad singula.

¶Recolito hic ex prima secundæ q̄. 102. art. 3. ad octauum, triplex fuisse sacrificii genus in ueteri testamento, holocaustū, hostiā pro peccato, & hostiam pacificam, & holocaustum quidem perfectionis. Ratui cōsonare, quia totū comburebatur in honorem Dei, hostiam uero pacificam ad profectus statum pertinere, qui ex Deo per ministros nobis cooperantibus est. In tres enim partes diuidebatur, ynam Deo incēsam, aliā in vsum sacerdotum, tertiā in usum offerentium, siue pro beneficiis receptis, siue recipiēdis esset. Hostia uero pro peccato, statum pœnitentiū mōstrat, & in duas secabatur partes, vnam Deo incensam, alteram in vsum sacerdotum: quia remissio peccatorū non a potestate nostra, sed a Deo per ministros est, nisi pro p̄priis sacerdotis uel populi peccatis offeretur: quia tūc nulla erat pars sacerdotum. Vnde quia humanitas Christi pro omnibus istis oblata fuit ab ipsomet, ideo dicitur in littera, q̄ fuit hostia perfecta, ut pote existēs simul & hostia pro peccato, & hostia pacifica, & holocaustū.

*Respondeo supplēta.

omne illud, quod Deo exhibetur, ad hoc quòd spiritus hominis feratur in Deum, potest dici sacrificium. Indiget igitur homo sacrificio propter tria. Vno quidem modo ad remissionem peccati, per quod à Deo auertitur: & ideo Apostolo dicit ad Hebr. 5. quòd ad sacerdotem pertinet, vt offerat dona & sacrificia pro peccatis. Secundo, vt homo in statu gratiæ cōseruetur, semper Deo inhærens, in quo eius pax & salus consistit. Vnde & in veteri lege lmolabatur hostia pacifica pro offerentium salute, vt habetur Leuit. 3. Tertio ad hoc, quòd spiritus hominis perfectè Deo vniatur, quod maximè erit in gloria. Vnde & in veteri lege offerebatur holocaustum quasi totum incensum, vt dicitur Leuit. 1. Hęc autem per humanitatem Christi nobis prouenerunt. Nam primo quidem nostra peccata deleta sunt, secundum illud Roman. 4. Traditus est propter delicta nostra. Secundo, gratiam nos saluantem per ipsum accepimus, secundum illud Heb. 5. Factus est omnibus obtemperantibus sibi, causa salutis æternæ. Tertio, per ipsum perfectionem gloriæ adepti sumus. Heb. 10. Habemus fiduciam per sanguinem eius in introitum sanctorum, scilicet in gloriam cæleſtem: & ideo ipse Christus inquantum homo, non solum fuit sacerdos, sed etiam hostia perfecta, simul existens hostia pro peccato, & hostia pacifica, & holocaustum.

¶Ad primum ergo dicendum, quod Christus non se occidit, sed seipsum voluntariè morti exposuit, secundum illud Isa. 53. Oblatus est, quia ipse voluit: & ideo dicitur seipsum obtulisse.

¶Ad secundum dicendum, quod hominis Christi occisio potest ad duplicem voluntatem comparari, Vno modo, ad voluntatem occidentium. Et sic non habet rationem hostiæ: non enim dicuntur occisores Christi, hostiam Deo obtulisse, sed grauiter deliquisse. Et huius peccati similitudinem gerebant impia gentilium sacrificia, quibus homines idolis immolabant. Alio modo, potest considerari occisio Christi per comparationem ad voluntatem patientis, qui voluntariè se obtulit passioni. Et ex hac parte habet rationem hostiæ in quo non conuenit cum sacrificiis Gentilium.

¶Ad * tertium dicendum, quod sanctitas humanitatis Christi à principio non impedit, quin ipsamet humana natura, cum in passione oblata est Deo, sanctificata nouo modo fuerit, scilicet vt hostia actualiter tunc exhibita. Acquisiuit enim actualem hostiæ sanctificationem tunc ex antiqua charitate & gratia vnionis sanctificante eandem absolutè.

ARTICVLVS III.

Vtrum effectus sacerdotij Christi sit expiatio peccatorum.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quod effectus sacerdotij Christi non sit expiatio peccatorum. Solius enim Dei est peccata delere, secundum illud Isa. 43. Ego sum qui deleo iniquitates tuas propter me: sed Christus non est sacerdos, secundum quod Deus, sed secūdum quod homo. ergo sacerdotium Christi nō est expiatium peccatorum.

¶2 Præt. Apōsto. dicit Heb. 10. quod hostiæ veteris testamenti non poterant perfectos facere: alioquin cessassent offerri, eo quod nullam haberent conscientiam peccati cultores sufficienter semel mundati, sed in ipsis commemoratio peccatorum per singulos annos fit: sed similiter sub sacerdotio Christi fit commemoratio peccatorum, cum dicitur, Dimitte nobis debita nostra. Matth. 6. offertur etiam continuè sacrificium in ecclesia: vnde & ibidem dicitur, Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. ergo per sacerdotium Christi non expiantur peccata.

¶3 Præt. In veteri lege maximè immolabatur hircus pro peccato principis, uel capra pro peccato alicuius de populo, vel vitulus pro peccato sacerdotis, vt patet Leuit. 4. Sed Christus nulli horum comparatur, sed agno, secundum illud Hier. 11. Ego quasi agnus mansuetus, qui portatur ad victimam. ergo videtur quod eius sacerdotium non sit expiatiuum peccatorum.

¶Sed contra est, quod Apōsto. dicit Heb. 9. Sanguis Christi, qui per Spiritum sanctum seipsum obtulit immaculatum Deo, emundabit conscientiam nostram ab operibus mortuis, ad seruiendum Deo viuenti. Operaautem mortua dicuntur peccata. ergo sacerdotium Christi habet virtutem emundandi peccata.

¶Respon. Dicendum, quòd ad peccatorum perfectam emundationem duo requiruntur, secundum quod duo sunt in peccato, scilicet macula culpæ, & reatus pœnæ. Macula quidem culpæ deletur per gratiam, qua cor peccatoris conuertitur in Deum: reatus autem pœnæ, totaliter tollitur per hoc, quod homo Deo satisfacit. Vtrumque autem horū efficit sacerdotium Christi. Nam virtute ipsius gratia nobis datur, qua corda nostra conuertuntur ad Deum, secundum illud Roman. 3. Iustificati gratis per gratiam ipsius, per redemptionem, quæ est in Christo Iesu, quem proposuit Deus propitiatorem per fidem in sanguine ipsius. Ipse etiam pro nobis plenariè satisfecit, inquantum ipse languores nostros tulit, & dolores nostros ipse portauit. Vnde patet, quòd Christi sacerdotium habet plenam vim expiādi peccata.

¶Ad primum ergo dicendum, quòd licet Christus non fuerit sacerdos secundum quòd Deus, sed secundum quòd homo, vnus tamen & idem fuit sacerdos & Deus. Vnde in syno. * Ephes. legitur: Si quis Pontificem dicit & Apostolum nostrum fieri, non ipsum ex Deo Verbum, quando factū est caro, & secundum nos homo, sed tanquàm alterū præter eum seorsum hominem ex muliere, anathema sit: & ideo inquātum eius humanitas operabatur in virtute diuinitatis, illud sacrificium erat efficacissimum ad delenda peccata. Propter quod Augu. dicit in 4. de Trini. * Vt quoniam quatuor considerantur in omni sacrificio, cui offeratur, à quo offeratur, quid offeratur, pro quibus offeratur: idem ipse vnus verusque mediator, per sacrificiū pacis reconciliās nos Deo, vnum cum illo maneret, cui offerebatur: vnum in se faceret, pro quibus offerebat: vnus ipse esset, qui offerebat, & quod offerebat.

¶Ad secundum dicendum, quòd peccata non commemorantur in noua lege, propter inefficaciam sacerdotij Christi, quasi per ipsum non sufficienter expientur peccata: sed commemorantur quantum ad illos, qui vel eius sacrificij nolunt esse participes (sicut sunt infideles) pro quorum peccatis oramus, vt conuertantur: vel etiam quantum ad illos, qui post participationem huius sacrificii ab eo deuiant, qualitercunque peccando. Sacrificium autem, quòd quotidie in ecclesia offertur, non est aliud à sacrificio, quòd ipse Christus obtulit: sed eius commemoratio: vnde Aug. dicit in 10. de ciuit. * Dei. Sacerdos ipse Christus offerens, ipse & oblatio: cuius rei sacramētum, quotidianum esse uoluit ecclesiæ sacrificium.

¶Ad tertium dicendum, quòd sicut Orige. * dicit super Ioan. Licet diuersa animalia in ueteri lege offerentur, quotidianum tamen sacrificium, quod offerebat mane & vespere, erat agnus, vt habetur Nume. 28. Vnde significabatur, q̄ oblatio agni veri, id est Christi, esset sacrificium consummatium omnium aliorum. Et ideo Ioan. 1. dicitur, Ecce agnus Dei, qui tollis peccata mundi.

*In syno. 1. Ephesi. cui præfuit Cyrillus. can. 10.

*Li. 4. ca. 14. circa fi. to. 3.

*Li. 10. de ciui. Dei. cap. 20. in med. to. 5.

*Su. illud Ioā. 1. Ecce agnus Dei. qui liber 1. in lucē prodiit anno Domini 1555.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum effectus sacerdotij Christi non solum ad alios pertinuerit, sed etiam ad ipsum.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd effectus sacerdotij Christi nō solùm pertinuerit ad alios, sed etiam ad ipsum. Ad officium enim sacerdotis pertinet, pro populo orare, secundum illud 2. Mach. 1. Orationem faciebant sacerdotes, dum consumaretur sacrificium: sed Christus non solùm pro alijs orauit, sed etiam pro seipso, secundum quod supra dictum est, * sicut expresse dicitur Heb. 5. q̄ in diebus carnis suæ, preces supplicationesque ad Deum, quipotsit illum saluum facere à morte, cum clamore valido, & lachrymis obtulit. ergo sacerdotium Christi effectum habuit non solum in alijs, sed etiam in seipso.

¶2 Præt. Christus sacrificium obtulit seipsum in sua passione: sed per passionem suam non solum aliis meruit, sed etiam sibi, vt supra habitum est. * ergo sacerdotium Christi non solum habuit effectum in aliis, sed etiam in seipso.

¶3 Præt. Sacerdotium veteris legis fuit figura sacerdotij Christi: sed sacerdos veteris legis non solum pro alijs, sed etiam pro seipso sacrificium offerebat: dicitur enim Leuit. 16. quòd Pontifex ingreditur sanctuarium, vt roget pro se, & pro domo sua, & pro vniuerso cœtu filiorum Israel. ergo etiam sacerdotium Christi non solum in alijs, sed in seipso effectum habuit.

¶Sed contra est, quod in Ephesina * synodo legitur, Si quis dicit Christum pro se obtulisse oblationem, & non magis pro nobis solum (non enim indiguit sacrificio, qui peccatum nescit) anathema sit: sed in sacrificio offerendo, potissimè sacerdotis consistit officium. ergo sacerdotium Christi non habuit effectum in ipso Christo.

¶Respon. Dicendum, quod sicut dictum est, * sacerdos constituitur medius inter Deum & populum. Ille autem indiget medio ad Deum, qui per seipsum accedere ad Deum non potest, & talis sacerdotiq̄ subiicitur, effectum sacerdotii participans. Hoc autem Christo non competit: dicit enim Apostolus ad Heb. 7. Accedens per semetipsum ad Deum, semper viuens, ad interpellandum pro nobis: & ideo Christo non conuenit effectum sacerdotii in se suscipere, sed potius ipsum aliis communicare. Primum enim agens in quolibet genere, ita est influens, quod non est recipiens in genere illo: sicut Sol illuminat, sed non illuminatur, & ignis calefacit, sed non calefit. Christus autem est fons totius sacerdotij: nam sacerdos legalis erat figura ipsius: sacerdos autem nouæ legis in persona ipsius operatur, secundum illud 2. ad Cor. 2. Nā & ego quod donaui, si quid donaui, propter vos in persona Christi: & ideo nō competit Christo effectum sacerdotii recipere.

*Can. 10. concil. 1. Ephes. cui præfuit Cyrill. tom. 1. Concil.

ad primū cum dē, q̄ inquātum Christi humanitas operabatur virtute diuinitatis, sacrificiū Christi erat efficacissimū ad delenda peccata per gratiā, non intelligas humanitatē Christi concurrere instrumentaliter adcreādam gratiā in anima, sed intelligito quantum ad creationē spectat, concurrere instrumēta liter dispositiue & meritorie: nata est enim gratia fm illam viā creari in patiēte dispositō, sicut anima rationalis. Et propterea licet creatio absolute refutet instrumētum, creatio tñ rei in patiente dispositō nō refutat instrumentū, & sacrificiū Christi in ueniret efficacissimū ad causandam gratiā iustificantē: sicut semen humanū bene dispositū inuenié efficax ad causandam animā rationalē producē di hominis. Verius tamen dicitur secūdū Auctoris doctrinam, humanitatē Christi operarivirtute diuinitatis instrumētaliter deletionē peccatorū, per gratiā nō creatione, sed infusione producēdam, vt superius monstratum est auctoritate eius, & ratione.

¶In responsione ad tertiū, vide nouitie, q̄ Christus ex hoc ipso q̄ assimilatus est agno cōtinuæ hostiæ, figuratus dicitur per cætera sacrificia, vt sacrificium omnium consummatiuum: ita q̄ nō negatur Christum cōparari aliis: sed distinguitur q̄ per assimilationem cum paratur agno, per cōsummationem cō paratur aliis, & ex hoc ipso q̄ agno assimilatur, refert ad omnia, ut consumatio. Rationi siquidem cōsonat, vt momentanea ad continuum reducātur, & quod continui est cōsumatio, omnium sit consumatiuum. Reliqua enim sacrificia pro peccatis, hircus, capra, vitulus, nunc uel tunc offerebantur, agnus autem continue, & propterea ver' agnus ad omnia comparatur sacrificia, vt omnium consumatiuum.

*Li. 10. de ciui. Dei. cap. 20. in med. to. 5.

*Su. illud Ioā. 1. Ecce agnus Dei. qui liber 1. in lucē prodiit anno Domini 1555.

*Ar. 1. hu. ius q.

¶ Super quæstionis vigesimæ secundæ, Articul. IIII. q. 21. ar. 3.

TItulus clarus est, occasionē sumens ex diuersis auctoritatibus, Apostoli scilicet, & synodi, vt patet in arti.

¶In corpore articuli unica est cōclusio. Non conuenit Christo effectū sacerdotii sui recipere. Probatur dupliciter. Primo, ex conditione recipiēdis sacerdotij effectum. Secundo, ex excellentia sacerdotij Christi. Prima ergo ratio est, Suscipiēs sacerdotij effectum, non potest per seipsum accedere ad Deū: sed Christus per se ipsum accedit ad Deum, ergo. Maior probatur: quia sacerdos est medius, ac per hoc suscipere effectum sacerdotij est suscipere effectum medij: hoc autem est solius impotentis per seipsum accedere ad Deum: qui enim potest q̄ seipsum, nō egent medio. Minor probatur auctoritate Apostoli. Secunda ratio est. Primum agens in quolibet genere, est ita influens, quòd non est recipiens in illo genere. Probatur inductiue in primo illuminate, in primo calefactē, & posset assumi in primo alterāte, scilicet cœlo, & in primo mouente localiter, scilicet Deo, seu intelligētia. Sed Christus est fons totius sacerdotij. Probatur inductiue, & respectū sacerdotii legis ueteris & nouę.

¶Occurrit aūt statim dubium, quare omissum fuerit in hac inductione sacerdotium ante vtranque legē, scilicet Melchisedech & patrum.

A I hoc dicitur, q̄ quia erat eadem ratio de sacerdote legali, & ante legē quę ad

q. 19. ar. 3. & 4.

*Can. 10. concil. 1. Ephes. cui præfuit Cyrill. tom. 1. Concil.

*Reſpondeo supplēta.

*Li. 4. ca. 14. circa fi. to. 3.

*Li. 10. de ciui. Dei. cap. 20. in med. to. 5.

*Su. illud Ioā. 1. Ecce agnus Dei. qui liber 1. in lucē prodiit anno Domini 1555.

*In syno. 1. Ephesi. cui præfuit Cyrillo. can. 10.

*Li. 4. ca. 14. circa fi. to. 3.

*Li. 10. de ciui. Dei. cap. 20. in med. to. 5.

*Su. illud Ioā. 1. Ecce agnus Dei. qui liber 1. in lucē prodiit anno Domini 1555.

Universidad de Deusto
Biblioteca

que ad propositũ (quia vterque erat ꝛg r Christi) ió exprimendo legalẽ cum eius ratione, scilicet quia figura erat sacerdotij Christi, etiam præcedentes eo cõprehendit.

¶In responsionibus argumentorum, vide quòd Auctor non totaliter excludit Christũ ab effectu sui sacerdotii: sed docet loqui caute, ꝙ secundum quid, inquantum scilicet erat passibilis participauit sacerdotij sui effectum, simpliciter autẽ non: tum quia non habuit peccatum: tũ quia non indiguit, vt prima ratio in corpore articuli allata probat: tum quia non congruebat sibi, vt secunda ratio ibi allata ꝓbat.

In arg. 1.

¶In responsione ad secundum perspice, ꝙ dẽ sacrificiõ offerri per modũ satisfactionis, & effectum ipsius proprium esse, qđ ex vi ipsius quærenus satisfactorium est, sic Ratio siquidem huius est: qa sacrificium ex sua essentiali & prima institutione nihil aliud est quàm quædam recognitio reuerẽtialis ipsius Dei, quæ quia debita est Deo qa Deus est, qua creator, cõseruator, largitor, & omnium satisfactionẽ cuiusdã rationẽ habet. Offertur ergo sacrificium per modũ satisfactionis, non tantum pœnæ debitę peccatoribus aut offensæ cõtra neũ: sed ét beneficiorũ, & (quod primum est) debiti Deo cultus, quia Deus est.

¶Vnde habes, ꝙ effectus consequens ex vi sacrificii, vt satisfactorii, est absolutio a pœna, aut reconciliatio ad Deũ. Nã liberatis a gratiarũ actione, aut debito cultus, non est effectus aliquis consequens sacrificiũ, proprie loquẽdo: sed cõsequitur negationem actus debitum, quando solueus est. commãsipsum enim sacrificium est gratiarum actio, & cultus dei,

¶Ad primum ergo dicendum, quod oratio & si conueniat sacerdotibus: nõ tamen est eorum officio propria. Cui libet enim conuenit & pro se & pro aliis orare, secundum illud Iac. vlti. Orate pro inuicem, vt saluemini. Et sic posset dici, quòd oratio qua Christus pro se orauit, non erat actus sacerdotii eius: sed hæc responsio videtur excludi per hoc, quòd Apost. Hebr. 5. cum dixisset, Tu es sacerdos in æternum secundum ordinẽ Melchisedech, subdit, Qui in diebus carnis suæ preces &c. vt supra. * Et ita videtur quòd oratio, qua Christus orauit, ad eius sacerdotium pertineat: & ideo oportet dicere, quod alii sacerdotes effectum sacerdotij sui participant, non inquantum sacerdotes, sed inquantum peccatores, vt infra dicetur. Christus autẽ, simpliciter loquendo, peccatum non habuit. Habuit tamen similitudinem peccati in carne, vt dicitur Roma. 8. Et ideo non simpliciter dicendum est, ꝙ ipse effectum sacerdotij participauerit, sed secundum quid, scilicet secundum passibilitatem carnis. Vnde signanter dicit, Qui possit illum saluum facere à morte.

¶Ad secundum dicendum, quod in oblatione sacrificij cuiuscunque sacerdotis, duo possunt considerari, scilicet, ipsum sacrificium oblatum, & deuotio offerentis. Proprius autem effectus sacerdotij est id, quod sequitur ex ipso sacrificio, Christus autem consecutus est per suam passionem, gloriam resurrectionis, non quasi ex vi sacrificii, quod offertur per modum satisfactionis: sed ex ipsa deuotione, qua secundum charitatem humiliter passionem sustinuit.

¶Ad tertium dicendum, quod figura non potest adæquare veritatem. Vnde sacerdos figuralis veteris legis non poterat ad hanc perfectionem pertingere, vt sacrificio satisfactorio non indigeret: sed Christus non indiguit: vnde non est similis ratio de vtroque. Et hoc est quod Apostolus dicit, Lex homines constituit sacerdotes, infirmitatem habentes: sermo autem iurisiurandi, qui post legem est, Filium in æternũ perfectum.

Articvlvs V.

Vtrum sacerdotium Christi permaneat in æternum.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quod sacerdotium Christi non permaneat in æternum: quia, vt dictum est, * illi soli effectu sacerdotij indigent, qui habent infirmitatem peccati, quæ per sacerdotis sacrificium expiari potest: sed hoc non erit in æternum: quia in sanctis nulla erit infirmitas secundum illud Isaiæ 60. Populus tuus omnes iusti. Peccatorum autem infirmitas inexpiabilis erit: quia in inferno nulla est redemptio. ergo sacerdotium Christi frustra remaneret in æternum.

¶2 Præt. Sacerdotium Christi præcipuè manifestatum est in eius passione & morte, quando per proprium sanguinem introiuit in sancta, vt dicitur Hebr. 9. sed passio & mors Christi nõ erit in æternum, secundum illud Ro. 6. Christus resurgens à mortuis, iam non moritur. ergo sacerdotium Christi nõ est in æternum.

¶3 Præt. Christus est sacerdos non secundum quod Deus, sed secundum quod homo: sed Christus quandoque nõ fuit homo, scilicet in triduo mortis. ergo sacrificium Christi, nõ est in æternum.

¶Sed contra est, quod dicitur in Psa. 109. Tu es sacerdos in æternum.

¶Respon. Dicendum, quòd in officio sacerdotis duo possunt cõsiderari, primo quidem, ipsa oblatio sacrificii: secundo, ipsa sacrificij cõsumatio, quæ quidem consistit in hoc, quod illi, pro quibus sacrificium offertur, finem sacrificij consequuntur. Finis autem sacrificii, quod Christus obtulit, non fuerunt bona temporalia, sed æterna, quæ per eius mortem adipiscimur (vnde dicitur Heb. 9. ꝙ Christus est assistens pontifex futurorum bonorum) ratione cuius Christi sacerdotiũ dicitur esse æternum. Et hæc quidem consumatio sacrificij Christi, præfigurabat in hoc ipso, quod Pontifex legalis semel in anno cum sanguine hirci & vituli intrabat in sancta sanctorum, ut dicitur Leuit. 16. cum tamen hircum & vitulum non immolaret in sanctis sanctorum, sed extra: & similiter Christus in sancta sanctorum, i. in ipsum cælum intrauit, & nobis viam parauit intrandi, per virtutem sanguinis sui, quẽ pro nobis in terra effudit.

¶Ad primum ergo dicendum, quod sancti qui erunt in patria, non indigebunt vlterius expiari pro sacerdotium Christi: sed expiari iam indigebunt consumari per ipsum Christum, à quo gloria eorum dependet. Vnde dicitur Apoc. 21. quod claritas Dei illuminat illam, scilicet ciuitatem sanctorum, & lucerna eius est agnus.

¶Ad secundum dicendum, quod licet passio & mors Christi de cetero nõ sit iteranda, tamen virtus illius hostiæ semel oblatæ, permanet in æternum.

¶Et per hoc patet responsio ad tertium: quia, vt dicitur ad Heb. 10. Vna oblatione consumauit in æternum sanctificatos. Vnitas autem huius oblationis figurabatur in lege per hoc quod semel in anno legalis Pontifex cum solemni oblatione sanguinis intrabat in sancta, vt dẽ Leuit. 16. sed deficiebat figura a veritate in hoc, qꝛ illa hostia nõ habebat sempiternã virtutem: & ideo annuatim illæ hostiæ reiterabantur.

& non est exolutio pœnæ, sed solutionis causa, nisi sit pœnale, pœnæ propriæ: nec est reconciliatio, sed gratiæ reconciliantis prouocatio.

¶Super quæstionis vigesimæ secundæ, Articul. V.

TItulus clarus est.

¶In corpore vnica est cõclusio: Sacerdotium Christi est æternũ quoad consumationẽ. Declarãtur primo termini distinguẽdo in sacerdotis officio, duo, s. oblationem & cõsumationem. Probatur deinde, quia consumatio sacerdotii Christi cõsistit in bonis æternis. Probatur auctoritate Apostoli, Christus Pontifex futurorum bonorum. Manifestaturque demum ipsa conclusio ex figura legalis sacerdotis, ita quòd introitus pontificis legalis semel in anno in Sãcta sanctorum cũ sanguine immolatorum extra, est figura consumationis sacerdotii Christi: quia Pontifex in Sancta sanctorum signat Christum totum, hoc est in se & membris intrantem in cælum secretum æternorum bonorum, quia cum sanguine immolatorum extra, significat modum, quo Christus totus cælos intranit, scilicet per sanguinem suum, quem effudit extra cælos, immolando seipsum in terra, quia semel in anno, hoc est integro cursu solis, significat unitatẽ sacrificii Christi in perfecto cursu solis iuitiũ, hoc est in æternum, vt in responsione ad tertium dicitur.

¶Super

¶Super quæstionis vigesimæ secundæ, Articul. VI.

TItulus clarus est.

¶In corpore articuli, vnica est conclusio. Sacerdotium Christi est secundum ordinem Melchisedech. Probatur: Sacerdotiũ Christi fuit præfiguratum per legale sacerdotium & per sacerdotium Melchisedech, sed ꝙ illud defectiue, per hoc quantũ ad excellentiã ipsius supra legale. ergo est secundum ordinẽ Melchisedech.

¶Antecedẽs habet tres partes. Prima, supponitur, ꝙ sacerdotium Christi præfiguratũ fuerit in vtroque. Secunda, ꝙ defectiue in legali, probatur tum quia non mãdabat peccatum: tum quia nõ æternum. Tertia, ꝙ excellentia figurata effet per Melchisedech, probatur: qa excellentia istius per excellentiam illius repræsentata fuit. Quod autem illud fuerit excellentius legali, probatur: quia sacerdos legalis decimatus fuit in lumbis Abrahæ, decimas soluẽtis Melchisedech: constat enim excellere illũ cui decimæ dant. Hãc materiã diffuse tractat Apo. ad Heb. 7. vnde sumpta est hæc ratio.

¶Aduerte hic, quòd sacrificium Christi sumitur duplicater. Primo secundum seipsum, vt ab ipso Christo oblatum est in ara cruets. Et sic consideratur dupliciter. vel formaliter secundum id, quod in se est, & hoc modo Christus, cum dicitur sacerdos secundum ordinem Melchisedech, intelligitur secundũ eandem diguitatis & excellentiæ respectu sacerdotii legalis, vel causaliter secundum suũ effectum, vnitatem scilicet membrorũ Christi in charitate & pace, & hoc modo cũ Christus dicitur sacerdos secundum ordinem Melchisedech, intelligitur secũdum ordinem proportionalis simillitudinis inter res oblatas a Melchisedech (panem s. & vinum) & vnitatẽ ecclesiæ: quoniam sicut tam panis, ꝙ vinum fit ex multis concurrentibus in vnum, vt Augu. dicit, & in litera habet, ita ex multis vnum Christi corpus mysticum efficitur, quod est ecclesia &c.

*Refertur de conse. dist. 2. c. Quia passus.

¶Secundo modo sumitur sacrificium Christi secũdum suum memoriale sacrificium, quod scilicet Christus instituit in sua ecclesia, in suę passionis mortisque memoriam offerẽdũ, vt quotidie fit in Eucharistiæ sacrificio, & sic cum Christus dicitur sacerdos secũdum ordinem Melchisedech, intelligitur de ordine assimilationis in materia sacrificij: nam panem & vinum ossimi instituit in suo memoriali sacrificio pro materia Eucharistiæ, sicut Melchisedech panem & vinum obtulerat in sacrificium.

¶Super quæstionis vigesimæ tertiæ, Articulum I.

TItulus clarus est. Adoptare enim significat facere sibi filiũ adoptiuum.

¶In corpore vnica est conclusio, Deo conuenit adoptare. Probatur & declaratur: probatur quidẽ sic, Deus ex sua bonitate admittit homines ad diuinæ beatitudinis hæreditatem, ergo Deo conuenit adoptare. Antecedens cõtinet tria. Primo causam, scilicet quod ex bonitate. S. cũdo terminum, scilicet diuinam beatitudinem. Tertio modum seu formam, scilicet hæreditatem. Et quoad singula in litera pobatur. Quo ad causam:

Inf. q. 61. ar. 3. ad 3. Et 4 d. 8. q. 1. ar. 2. q. 3.

Ar. 4. huius q. 2. ad 3.

224 Art. seq. cor. & q. ad 3. ar. 3 cor. & 1. 2. q. 5. art. 4. 1. 3. dist. 2. q. 1. ar. 1. q. 4. ar. præc.

226 3. dist. 10. q. 2. art. 1. q. 1. Et 4. contra c. 17. fin.

Universidad de Deusto
Biblioteca

1.1. q. 33. ar. 3. fami quia Deus ex sua bonitate admittit omnes creaturas ad suæ bonitatis participationem, & præcipue rationales. Quo ad terminum quia creaturæ rationales sunt capaces diuinæ beatitudinis, quia sunt ad imaginem Dei factæ. Quo ad formam hæreditatis: quia diuina beatitudo est qua Deus est beatus, ac per hoc per seipsum dies, ac per hoc, hæreditas. Prima sequela in litera non probatur. Secunda autē probatur: quia illud est alicuius hæreditas, quo est dies. Consequentia vero principalis probatur. Humana adoptio, ad cuius similitudinē diuina dicitur, est qua aliquis ex sua bonitate constituit aliū in successione suæ hæreditatis. Declaratur autem ex differentia inter humanam & diuinam adoptionem: quia diuina dignificat, idoneū faciendo hæreditate, humana autem idoneum præsupponit, quem hæredem facit.

¶ Et nota hic responsiones ad singula argumenta: quia necessariæ valde sunt ad intellectum materiæ huius.

¶ Vnum tamen restat hic dubium circa illud, Beatitudo est qua Deus est dies quoniam beatitudo spectat ad mētem, diuitiæ vero ad potēriam constituunt enim diuitiæ potentem vti affluenter rebus ad possessionem pertinentibus.

¶ Sed hoc facile soluitur, dicendo, vel quod beatitudo facit causaliter diuitem. Vnde beato promissum est, Super omnia bona sua constituet eū. Vel quod beatitudo sumitur collective seu integraliter, vt ex suis omnibus partibus cōstituat felicitatem: enim requiritur potentia plena, alioquin non esset quis simpliciter felix.

Glo. ordi. ibid.

tum est. * ergo non conuenit Deo filios adoptare.

¶ 3 Præt. Ad hoc aliquis adoptatur, vt in hæreditate adoptantis succedat; sed in hæreditate Dei non videtur aliquis posse succedere: quia ipse nunquā decedit. ergo Deo non conuenit adoptare.

¶ Sed contra est, quod dicitur Ephe. 1. Prædestinauit nos in adoptionem filiorum Dei: sed prædestinatio Dei nō est irrita. ergo Deus aliquos sibi adoptat in filios.

¶ Respon. Dicendum, quòd aliquis homo adoptat alium sibi in filium, inquantum ex sua bonitate admittit eū ad participationem suæ hæreditatis. Deus autem est infinitæ bonitatis, ex qua cōtingit, quòd ad participationem bonorum suorum suas creaturas admittit. Et præcipuè rationales creaturas, quæ inquantum sunt ad imaginem Dei factæ, sunt capaces beatitudinis diuinæ: quæ quidem consistit in fruitione Dei, per quam etiam ipse Deus beatus est, & per seipsum dies, inquantum scilicet seipso fruitur. Hoc autem dicitur hæreditas alicuius, ex quo ipse est dies: & ideo inquantum Deus ex sua bonitate admittit homines ad beatitudinis hæreditatem, dicitur eos adoptare. Hoc autem plus habet adoptatio diuina, quàm humana: quia Deus hominem, quem adoptat, idoneum facit per gratiæ munus ad hæreditatem cælestem percipiendam. Homo autem non facit idoneum cum, quem adoptat: sed potius eum iam idoneum eligit adoptando.

¶ Ad primum ergo dicendum, quod homo in sua natura consideratus, non est extraneus à Deo, quantum ad bona naturalia quæ recipit: est tamen extraneus, quantum ad bona gratiæ & gloriæ, & secundum hoc adoptatur.

¶ Ad secundum dicendum, quod hominis est operari ad supplendam suam indigentiam: non autem Dei, cui conuenit operari ad communicandam suæ perfectionis abundantiam. Et ideo sicut per actum creationis communicatur bonitas diuina omnibus creaturis, secundum quandam similitudinem, ita per actum adoptionis communicatur similitudo naturalis filiationis hominibus, secundum illud Ro. 8. Quos præscijt conformes fieri imaginis Filij sui.

¶ Ad tertium dicendum, quod bona spiritualia possunt simul a pluribus possideri, non autem bona corporalia; & ideo hæreditatem corporalem nullus potest percipere, nisi succedens decedenti: hæreditatem autem spiritualem simul omnes ex integro accipiunt sine detrimento patris semper viuentis. Quamuis posset dici, quòd Deus decedit, secūdum quòd est in nobis per fidem, & incipiet in nobis esse per speciem: sicut glossa dicit Rom. 8. super illud, Si filij, & hæredes.

¶ Super quæstionis vigesimætertiæ, Articulum. II.

ARTICVLVS II.

Vtrum adoptare conueniat toti Trinitati.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quod adoptare non conueniat toti Trinitati. Adoptatio enim dicitur in diuinis ad similitudinem rerum humanarū: sed in rebus humanis soli illi conuenit adoptare, qui potest filios generare, quòd in diuinis conuenit soli Patri. ergo in diuinis solus pater potest adoptare.

¶ 2 Præt. Homines per adoptionē efficiuntur fratres Christi, secundum illud Rom. 8. Vt sit ipse primogenitus in multis fratribus. Fratres autem dicūtur, qui sunt filii vnius patris. vnde & Dominus dicit Ioan. 20. Ascendo ad Patrem meum, & Patrem vestrum. ergo solus Pater Christi habet filios adoptiuos.

¶ 3 Præt. Galat. 4. dicitur, Misit Deus filium suum, ut adoptionem filiorum Dei reciperemus, quoniam autem estis filii Dei, misit Deus spiritum filii sui in corda vestra, clamantem, Abba, pater. ergo eius est adoptare, cuius est Filium & Spiritum sanctū habere: sed hoc est solius personæ Patris. ergo adoptare conuenit soli personæ Patris.

¶ Sed contra, Eius est adoptare nos in filios, quem nos patrem possumus nominare. vnde dicitur Roma. 8. Accepistis Spiritum adoptionis filiorū, in quo clamamus, Abba, pater: sed Deo dicimus, Pater noster, hoc pertinet ad totam Trinitatem: sicut & cætera nomina, quæ dicuntur de Deo relatiuè ad creaturam, vt in prima parte habitum est. * ergo adoptare conuenit toti trinitati.

¶ Respon. Dicendum, quod hæc est differentia inter filium Dei adoptiuum & naturalem, quod filius Dei naturalis est genitus, non factus: filius autē adoptiuus est factus, secūdum illud Ioan. primo, Dedit eis potestatē filios Dei fieri. Dicitur autem quandoque filius adoptiuus esse genitus propter spiritualem regenerationem, quæ est gratuita, non naturalis: vnde dicitur Iacob. 1. Voluntariè genuit nos verbo veritatis. Quamuis autem generare in diuinis sit proprium personæ Patris, tamen facere quemcunque effectum in creaturis est commune toti trinitati propter vnitatem naturæ: quia vbi est vna natura, oportet, quod sit una virtus & vna operatio. vnde Dominus dicit Ioan. 5. Quæcunque Pater facit, hæc & filius similiter facit. Et ideo adoptare homines in filios Dei, conuenit toti Trinitati.

¶ Super quæstionis 23. Articulum. II.

Titulus clarus est.

¶ In corpore vnica est conclusio: Adoptare homines in filios Dei, conuenit toti Trinitati. Probatur: Facere quemcūque effectum in creaturis commune est toti Trinitati: sed filius adoptiuus est factus nō genitus naturali generatione a Deo. ergo adoptare est commune toti Trinitati. Maior triplicitер probatur. Primo ex oppositō, quia generare naturaliter in diuinis proprium est Patri. Secundo, quia vna est substantia Trinitatis: vbi autem est vna substātia, est vnica virtus & operatio. Tertio auctoritate, Quæcunque facit Pater. Minor declaratur ex differētia inter filium Dei naturaliter & adoptiuum: quia ille genitus, nō factus, iste factus, non genitus naturaliter. Et notanter apponitur ly naturaliter: quia generatio est duplex: naturalis & gratuita, illa propria est filio, hæc conuenit adoptiuis, & ad facere spectat: est enim faciendi quædam species.

¶ In responsionibus argumentorum mementō differentiæ inter proprium & appropriatum. & videbis adoptionē nostram, non propriam alicui personæ diuinæ, sed communi tribus appropriatam. autem Patri, ut actori (& ideo peculiariter dicitur ipse pater noster) Filio, ut exemplari (& ideo frater noster, quasi similis communicans in Patre) Spiritui sancto, quasi executori in suo appropriato, qui est charitas, qua sumus filii Dei, & ideo Spiritus sanctus dicitur spiritus adoptionis filiorum.

¶ Ad

¶ Super quæstionis 23. Articulum. III.

Titulus clarus est.

¶ In corpore vnica est conclusio: Adoptari conuenit creaturæ rationali soli, non omni. Probatur. Filius Dei naturaliter procedit a Patre, vt verbū intellectuale vnā cum ipso Patre existens, & filiatio adoptionis, est similitudo filiationis naturalis, non tantum secundum formam, aut gradum intelligibilitatis, sed secundum vnitatem. ergo adoptari conuenit creaturæ rationali soli, non omni. Antecedēs quo ad primā propositionem includit tres conditiones ad propositū filii Dei. prima est, quòd verbum: secunda, quòd intellectuale: tertia quòd vnum cum Patre.

¶ Et ideo ex ipsa propositione deducitur triplex modus, ac gradus assimilationis ad filium Dei, seu ad Verbum. Primus per imitationem formæ, quæ habet verbum, quod est omnium eminentissima similitudo, & hic communis omnibus est, quæ per Verbum facta sunt. Secundus per imitationem eorum gradus immaterialitatis, & hic proprius rationalibus est, & solā sunt immaterialis. Tertius per imitationem etiā vnitatis ad Deū. & hic est proprius gratiam charitatis habentibus. Secunda autem propositio antecedentis, ex præmissis clarificata quo ad terminos est. Et quo ad vltimam partem dupliciter probatur. Primo, quia assimilatio secundum hujusmodi vnicatē, fit per gratiā charitatis, ut patet ex auctoritate domini, Ioann. 17. Secundo, quia ratiōnis assimilatio perficit ratione adoptionis, sicut rationale pficit rōne hominis. Probatur: quia sic, similibus filio Dei debetur hæreditas æterna.

¶ Consequentia vero quo ad ly soli, patet: quia talis similitudo in sola rationali natura inuenitur. Quo ad ly vero, sed nō omni, probatur: quia non omnium rationalium est charitas per Spiritum sanctum.

¶ Super quæstionis 23. Articulum quartum.

Titulus clarus est.

¶ In corpore vnica est conclusio: Christus nullo modo potest dici filius Dei adoptiuus. Probatur hæc conclusio dupliciter. Primo, Christus est naturalis filius Dei: ergo non potest dici filius Dei adoptiuus. Antecedens probatur: quia filiatio cōuenit nō naturæ, sed personæ vt patet ex dictis: persona autem Christi vnica & increata est. Consequentia præsupposita ratione termini, scilicet, quòd filiatio adoptiua est quædam participatio filiationis naturalis, quod ex dictis patet. Probatur ergo: quia quod dicitur participative, non dicitur proprie. Probatur: quia filiatio cōuenit nō naturæ, sed personæ vt pater ex antedictis: persona autem Christi vnica & increata est. Consequentia præsupposita ratione termini, scilicet, quòd filiatio adoptiua est quædam participatio filiationis naturalis, quod ex dictis patet. Probatur ergo: quia quod dicitur participative, non dicitur proprie;

Universidad de Deusto
Biblioteca

Christum ratione solius naturæ, sicut passio, crucifixio, natiuitas, & huiusmodi: secundum hoc enim poss set Christus ratione naturæ humanæ assumptæ, in gratia, & gloria beatitudinis participata, ratione naturæ assumptæ. Et hoc Auctor excludit in principio corporis, per hoc, q filiatio non naturæ, sed personæ conuenit: & propterea non potest Christo conuenire filiatio adoptiua ratione naturæ humanæ. Excluso autem, quòd non conuenit Christo adoptiua filiatio ratione naturæ humanæ (cum sit filius Dei per se, seu naturalis) consequens est, quòd nõ possit dici Dei filius participatiue. Id enim quod per se dicatur, nõ participatiue dicitur: & hoc solo modo posset participatiue dici, si ratione naturæ assumptæ filiatio adoptiua ei conueniret, quod excl sum est.

¶ Nota hic prolationi intellectu ex responsione ad secundum, quòd sicut in humanis, is qui est filius naturalis, &c. non adoptatur in filiũ, sed hæreditas sibi debetur, quia filius, ita Christus, vt homo hoc quidem omnia bona patriæ & vitæ: quæ debentur filius adoptiuis: sed non ex vi, seu iure adoptionis, sed ex hoc quòd est filius dei naturalis, habet in natura assumpta hæreditatem Dei, ita quòd non fuit opus Christo ad hoc, vt natura sua humana haberet dona patriæ, & vitæ, vt adoptaretur a Deo, quoniam ex hoc ipso quòd erat Dei naturalis filius, debebatur sibi, vt natura assumpta haberet illam, testante hoc Ioanne: Vidimus, inquit, gloriam eius, scilicet verbi incarnati, gloriam quasi vnigeniti a Patre, plenum gratiæ & veritatis.

¶ Et hinc patet, q non est eadem ratio de beatitudine duplici in Christo (scilicet diuina & participata) & de filiatione duplici, scilicet naturali & adoptiua, illa. n. dualitas necessaria est, vt natura assumpta sit perfecta: sed ista non est necessaria, nec conueniens dignitati Christi: quoniam derogat dignitati filii veri, quòd hæres fiat adoptione. Denique Auctor ex opposito errore confirmat conclusionem & probationem dicens, q opposita conclusio consonat errori ponentium in Christo plures hypostases.

¶ Super quæstionis vigesimæ quartæ, Articulum primum.

TRiplex, vt iacet, sine additione aliqua sumendus est.

¶ In corpore vna est conclusio: Christus est prædestinatus. Probatur, Prædestinatio proprie est diuina ab æterno præordinatio eorum, quæ q gratiam sunt fiendum in tempore: sed deum esse hominẽ & conuenit, est quoddam factum in tempore q gratiam vnionis, & præordinatum a deo ab æterno: alioquin aliquid nouũ diuinæ mentι accideret. ergo vnio illa est prædestinata. ergo Christus est prædestinatus.

¶ Aduerte sensũ literæ intẽtum ab Auctore: & ut discernas doctrinam Auctoris ab aliorum sententiis, recolito, quòd prædestinationis nomen in sacris literis dupliciter ponitur: vel simpliciter, hoc est sine addictione alicuius, sicut dicimus Sanctus Petrus fuit prædestinatus. Vel cum determinatione alicuius: vt cum dicimus, quòd Magdalena fuit prædestinata ad laudandum Christi pedes lachrymis, & iacto ad confitendum regnũ Christi pendentis in cruce, & similia. Et quoniam communi vsu prædestinatio absolute respicit æternam felicitatem, vt terminum (est enim ratio ordinis electorum in vitam æternam, vt in prima parte habitum est) ideo Durandus in 3 sentẽ distinct. 7. dicit, quòd prædestinatio absolute est respectu beatitudinis, distinguens prædestinationem Christi, qua prædestinatus est filius Dei, a prædestinatione absolute, & dicens ex esse prædestinationem ad hoc scilicet esse filium Dei. Scotus quoque ibidẽ prædestinationẽ Christi ponit in ordine ad beatitudinem, quasi gratia vnionis fuerit medium in Christo ad gratiam summæ beatitudinis animæ suæ. Dimus autem Auctor intuẽs gratiam vnionis esse excellentius quid gratia summæ beatitudinis creatæ, quanto magis est esse Deum q frui Deo, & gfam summæ beatitudinis cõsequi ad gratiam vnionis (non vt finis sequit ad medium, sed vt proprietas ad subiũctam, vt calor ad ignẽ) posuit prædestinationẽ absolute communiter quidem respicere gratiam vitæ æternæ: vt terminum: singulariter aũt in Christo, respicere gratiam vnionis, vt in responsione ad primum litera monstrat.

¶ Et si perspicacius consideraueris: videbis tria, scilicet gratiam vitæ æternæ, gratiam vnionis, & gratiam in communi. Et quia gratia æternæ felicitatis, cõis est omnibus electis in Dei filios adoptiuos, penes illam definita fuit prædestinatio filiorũ adoptionis, de qua in prima parte tractatum est. Quia vero gratia vnionis propria est naturali Dei filio, & longe eminentior prima, ideo penes istã concluditur prædestinatio Christi. Consonat namque rõni, vt excellentior gratia, terminũ simpliciter rõnem habens, magis terminet prædestinationem simpliciter, si minor illam terminat.

¶ Quia autem gratia beatitudinis patriæ, includit in se rationem gratiæ & rationem gratiæ per se primo summi, & vltimi termini, vt species claudat in se ratione generis, & tam gratia æternæ vitæ quam gratia vnionis conuenit in ratione per se primo termini, summi, & vltimi, quantum est ex propriis generationibus, quod ideo apposuerim, quia si beatitudo alicuius non propria generatione haberet, seu consecutiue haberetur, non haberet rationem per se primi termini, sed consequentis ad terminum, vt in Christo dictum est contigisse) quia inquam hoc in se claudit, ideo Auctor in litera a prædestinationem proprie accepta dicit respicere gratiam, & hoc haberi ex antedictis in prima parte. Verissimum siquidem est hoc, non solum vt sonat, sed vt inducit ad excellentius genus gratiæ, & termini gratuiti. Si. n. gratia consumata sufficit ad terminum prædestinationis simpliciter (vt dictum est) multo magis gratia vnionis quæ parit gratiam consumatam, vt proprietatem, sufficiens est, vt terminet prædestinationem etiam absolute. Et propterea literaliter dicit, q ratione gratiæ vnionis Christus dicitur esse prædestinatus, non id hoc vel illud, sed prædestinatus.

¶ In responsionibus ad secundum & tertium, attende primo, quòd secundum rem nulla est inter catholicos quæstio de prædestinatione Christi ad filiationem Dei per gratiam vnionis naturæ humanæ ad filium Dei, sed quæstio est de verificatione sermonis Pauli Apostoli: proprie vel impropriè, in hoc, vel in illo sensu. Auctor supponens locutionem Apostoli esse propriam, & intelligi non de aliquo consequente ad filium Dei (puta manifestatione) difficilem suscepit prouinciam verificandi illam de persona Christi. Vtra expositionem, namque illam referentem prædestinationem ad naturam, & alterã Ambrosii referentem ad manifestationem Christi, referri quoque potest prædestinatio Christi ad filium Dei, in virtute actuali, ita quòd filius Dei ex semine Dauid secundum carnẽ, prædestinatus est filius Dei in virtute actualis operationis sanctificatiuæ, & reparatiuæ mũdi: ita quòd totum conuinctũ, scilicet filius Dei in virtute actuali, est terminus prædestinationis.

¶ Et licet hæc expositio satis cõsonet literæ Apostoli, subiungentis opera sanctificationis & resurrectionis mortuorum: tamen, exponitur etiam, q filius Dei absolute sic terminus prædestinationis (vt Auctor cũ Glosa ibidem sentinet) ideo hunc prosequendo, aduerte secundo, q auctor ponit Christum prædestinatum ratione naturæ, ita quòd ipsa persona Christi ratione assumptæ naturæ, denominatur prædestinata ad Dei filiationem. Considerat quippe æternam Christi personam dupliciter: vel secundum se seu absolute, & sic negat ipsam prædestinatam ad filiationem Dei quia est ipsa Dei filiatio per essentiam: vel secundum quòd induxa est humanitatẽ, & sic affirmat ipsam prædestinatam ad filiationem Dei, quia vt sic, per gratiam vnionis assecuta est filiationem Dei.

¶ Quòd vt clarius percipias, vtere positionibus hæreticorum, & ex differentia illarum ad sententiam fidei, videbis veritatem, necessitatem, proprietatemque huius sensus. Si enim verbum indutum esset carnem (vt hæretici fingunt) vel per inhabitationem, aut affectionem, aut quouis modo non personaliter, falsum esset quòd verbum secundum carnem prædestinatum est, vt sit filius Dei per gratiam vnionis: quoniam secundum carnem non esset personaliter vnitum sibi Dei filio. Sed si, pro quia Verbum secundum carnem est personaliter vnitum sibi ipsi, ideo verum est dicere, de filio Dei, qui ex semine Dauid est secundum carnem, quòd prædestinatus est filius Dei: significat enim hic sermo, quòd ab æterno prædestinatum est de hito Dei naturali, vt secundum carnem sit per gratiam vnionis filius Dei: quod est carnem esse personaliter vnitam filio Dei.

¶ Occurrit hic dubium ex Duraudo in 3. sen. dist. 7. q. 3. dicente hanc locutionem esse impropriam, propter defectum duarum conditionum requisitarum ad prædestinationem.

¶ Prædestinatio. n. primo est ad ea, quæ excedunt virtute prædestinati: nihil autem est quod excedat virtutem verbi incarnati.

¶ Prædestinatio rursus est ad id, quod est posterius natura saltem prædestinato, quia est ad gratuitum aliquod: gratia autem supponit naturam. Constat autem quòd esse filium Dei per gratiam vnionis, non est posterius natura aut intellectu verbo incarnato. Non est igitur propria hæc locutio, Christus, prædestinatus est filius Dei.

¶ Ad hæc dicitur, quòd satis saluatur prima prædestinationis conditio, si id, ad quod quis prædestinatur, excedit virtutem prædestinati, vel absolute, vel quatenus prædestinatus est. Sic autem

¶ 1 Ad tertium dicendum, quòd esse creaturam & etiam seruitus vel subiectio ad Deum, non solum respicit personam, sed etiam naturam, quod non potest dici de filiatione. Et ideo non est simillis ratio.

QVAEST. XXIIII.

De prædestinatione Christi, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de prædestinatione Christi.

Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primo, Vtrum Christus sit prædestinatus.

¶ Secundo, Vtrum sit prædestinatus, secundum quòd homo.

¶ Tertio, Vtrum eius prædestinatio sit exemplar nostræ prædestinationis.

¶ Quarto, Vtrum sit causa prædestinationis nostræ.

ARTICVLVS I.

Vtrum Christo conueniat prædestinatum esse.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd Christo non conueniat prædestinatum esse. Terminus. n. prædestinationis videtur esse adoptio filiorum, secundum illud Ephes. 1. Prædestinauit nos in adoptionem filiorum: sed Christo non conuenit esse filium adoptiuum, ut dictum est. * ergo Christo non conuenit prædestinatum esse.

¶ 2 Præt. In Christo duo est considerare, (naturam humanam & personã: sed non potest dici, q Christus sit prædestinatus rõne humanæ naturæ, quia hæc est falsa, humana natura est filius Dei, similiter etiam neque ratione personæ, quia illa persona non hẽt ex gratia q sit filius Dei, sed ex natura: prædestinatio autẽ est eorum, quæ sunt ex gratia, ut in prima parte dictum est. * ergo Christus non est prædestinatus filius Dei.

¶ 3 Præt. Sicut illud, qđ est factum, non semper fuit, ita & illud qđ est prædestinatũ, eo q prædestinatio anteceſſionem quandã importat: sed quia Christus semper fuit Deus & filius Dei, nõ propriè dr q homo ille sit factus filius Dei. ergo pari ratione non debet dici, q christus sit prædestinatus filius dei.

¶ Sed contra est, quòd Apostol. dicit Roman. 1. de Christo loquens, Qui

*1. p. q. 24. art. 2. & 4.

*glo. or. super illud: Qui prędestinatus est filius Dei.

*1. p. q. 23. art. 2. & 3.

Art. præce. in cor. Et locis ibi citatis.

*Ad Ro. 1. sup. illud verbũ Pauli. ca. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tem est in proposito: qm vnio personalis ad filium Dei, etsi non excedit propriam virtutem verbi absolute, excedit tamen virtutem ipsius secundum carnem, secundum quam est prædestinatú, vel secundum rem, vel secundum intellectum. Et dicitur, q licet non sit pars natura verbum incarnatum, quàm verbum incarnatum esse filium Dei per gratiam vnionis, tamen secundum consideratione abstractiuam intellectus, prius natura est verbum incarnatum, quàm modus incarnationis scilicet per vnionẽ personalem. Manifestatur autem talis prioritas ex cõuenientia & differentia inter nos, & hæreticos. Nam verbum incarnatum intelligitur, vt commune quid apprehensum a nobis & illis, & differentia est circa speciales vnionis modos, dum illi per modum tẽporis, vel habitus, &c. nos autem per personalem vnionem verbum incarnatum dicimus. Quo circa licet secundum rem nullus sit ibi ordo, secundum apprehensionem tamen intellectus (qui natus est non solum cõiuncta diuidere, sed etiam vnum & idem a seipso abstrahere) inter verbum, vt habẽs carnem, & seipsum, vt habens carnem personaliter iunctam, ordo est naturæ, sicut inter commune & proprium. Et propterea prædestinatio, quæ actus est mentis, & ad rem sub certa apprehẽsione tẽdit, ex hoc ipso, quòd ad verbum cũ carne terminatur, determinat ad vnionem personalem, excludendo ceteros alios modos, quibus verbum eum carne prærordinari potuisset. Et ob hoc filius Dei naturalis, factus ex semine David filius hominis, prædestinatus dicitur & est filius Dei.

*3 esp. 15.a med. to.7.

248 3.d.10.q.2. ar.1.q.3. & 4.contra c. 9.ad 2.

¶ In responsione ad tertium, per spice primo literã Apostoli apud Origenem esse punctuatam sic, quod ly prædestinatus, est adiectiuũ subiecti, & non est pars copulæ, seu prædicati, ita q dixit, Qui prædestinatus, tanquam si dixisset, qui omnipotens, vel quoduis aliud apposuisset subiecto: & subdit copulam cum prædicato, Est filius Dei in virtute. Et sic littera nihil habet difficultatis: quoniã

cipio prædestinatus: referunt, non ad id, quod est esse filiũ Dei, sed ad eius manifestationem, secundum illum cõsuetum modum loquendi in Scripturis, quo res dicuntur fieri, quando innotescunt, vt sit sensus, quòd Christus prædestinatus est manifestari filius Dei: sed sic non propriè prædestinatio accipitur. nam aliquis dicitur propriè prædestinari, secundum quòd dirigitur in finem beatitudinis: beatitudo autem Christi non dependet ex nostra cognitione. Et ideo melius dicendum est, quòd illa antecessio, quam importat hoc participium prædestinatus, non refertur ad personam secundum seipsam, sed ratione humanæ naturę: quia scilicet persona illa, etsi ab æterno fuerit filius Dei, hoc tamen non fuit semper, quòd subsistens in natura humana, fuerit filius Dei. Vnde Augustinus dicit in libro de prędestinatione sanctorum. *Prędestinatus est Iesus, vt qui futurus erat secundum carnem filius Dauid, esset in virtute filius Dei. Et sic considerandum, quòd licet hoc participium prędestinatus, importet antecessionem, sicut & hoc participium factus, aliter tamen & aliter. Nam fieri pertinet ad ipsam rem, secũdum quòd in se est: prędestinari autem pertinet ad aliquem, secundum q est in apprehẽsione alicuius præordinantis. Id autem, quòd subest alicui formæ vel naturæ secundum rem, potest apprehendi, vel prout est sub forma illa, vel etiam absolutè. Et quia absoluto non conuenit personę Christi, q incœperit esse filius Dei, conuenit autem ei, secundum q intelligitur, vel apprehenditur, vt in natura humana existens (quia scilicet hoc aliquando incœpit esse, q in natura humana existens esset filius Dei) ideo magis est hæc vera, Christus est prædestinatus filius Dei, quàm ista, Christus est factus filius Dei.

Articvlvs II.

Vtrum hæc sit falsa, Christus, secundum quòd homo, est prædestinatus esse filius Dei.

AD Secundum sic proceditur. Videtur quòd hæc sit falsa, Christus secundum quòd homo, est prędestinatus esse filius Dei. Hoc enim est vnusquisque secundum aliquod tempus, quod est prędestinatus esse, eo q prædestinatio Dei non fallitur. Si ergo Christus, secundum quòd homo, est prædestinatus esse filius Dei, videtur sequi q sit filius Dei, secundũ quòd homo. Hoc autem est falsum, ergo & primum.

¶ 2 Præter. Illud, quod conuenit Christo, secundum q homo, conuenit cuilibet homini, eo quòd ipse est vnius speciei cum aliis hominibus. Si ergo Christus, secundum q homo, est prędestinatus esse filius Dei, sequeretur, q cuilibet homini hoc conueniat. Hoc autem est falsum. ergo & primum.

¶ 3 Præter. Hoc ab æterno prædestinatur, quod est aliquando fiendum in tempore: sed magis hæc est vera, filius Dei factus est homo, quàm ista, homo factus est filius Dei, vt supra habitum est. *ergo magis hæc est vera, Christus, secundum quòd est filius Dei, prędestinatus est esse homo, quã econuerso, Christus, secundum quòd est homo, est prædestinatus esse filius Dei.

¶ Sed contra est, quòd Augustin. * dicit in lib. de Prædest. San. Ipsum Dominum gloriæ, inquantum homo factus est Dei filius, prædestinatum esse dicimus.

¶ Respondeo. Dicendum, quòd in prædestinatione duo possunt considerari. vnum quidem ex parte ipsius prędestinationis æternę, & secundum hoc importat antecessionem quandã respectu eius, quod sub prædestinatione cadit. Alio modo potest considerari secundum effectum temporalem, qui quidem est aliquod gratuitũ Dei donum. Dicendum est ergo, quòd secundum vtrumque istorum attribuitur prædestinatio Christo, ratione solius humanæ naturę. Nam humana natura non semper fuit verbo vnita, & ei etiam hoc per gratiam est collatum, vt filio Dei in persona vniretur. Et ideo solum ratione humanæ naturę prędestinatio competit Christo: vnde Augustinus dicit in lib. *de prędestin. san. prædestinata est ista humanæ naturæ tanta, & tam excelsa subuectio, vt quo attolleretur altius non haberet. Hoc autem dicimus conuenire alicui, secundum quòd homo, quod ei conuenit ratione humanæ naturæ. Et ideo dicendum est, q Christus secundum quòd homo est prædestinatus esse filius Dei.

*cap. 15.a med. to.7.

¶ Super quæstionis 24. Art. II.

TIculus, vt iacet sumatur.

¶ In corpore articuli vna est conclusio responsiua quæstiõi:

to. Christus secũdum q homo est prędestinatus esse filius Dei. Probatur. Hoc conuenit alicui, secũdum q homo, quod conuenit ei ratione humanæ naturæ: sed prædestinatio conuenit Christo ratione solius humanæ naturæ. ergo. Probatur minor: dictum quendo duo importata in prædestinatione, scilicet ordinẽ & effectum, gratuitum scilicet donum, & manifestando vtrumque cõuenire humanitati Christi, adiuncta auctoritate Augustini.

¶ In responsione ad primum vide: & perspice cautelam Auctoris: nam quia ista propositio, Christus, secundum q homo, est filius Dei, simpliciter est falsa, ut ex quæstione 16. superius patet, & sic simpliciter & absolute sequeretur ex ista Christus, secundũ quod homo prædestinatus est esse filius Dei, si quo ad materiale prędestinationis ponereture hæc vera, ideo Auctor sustinẽs antecedens, exponit illud limitate.

*In cor. ar.

¶ Posset tamen dici absque antecedentis limitatione, quod in consequente apponẽda secundum intellectum est gratia vnionis, ita quòd ex isto antecedente, Christus secundum quòd homo, prædestinatus est filius Dei, sequitur, ergo Christus, secundum q homo, est filius Dei, subintelligendo uel exprimendo per gratiã unionis, ita quod licet ista sit falsa, Christus, secundum q homo, est filius Dei (quia significat Christum secũdum naturam humanam esse naturalem filium Dei) ista, tamen est vera, Christus, secundum q homo, est per gratiam unionis filius Dei: & quia in antecedente illo, Christus, secundum q homo, est prædestinatus filius Dei, subintelligit per gratia unionis, ideo in cõsequente quo que, potest subintelligi. Et sic concedimus, quòd illud vnusquisque quandoque est, qđ prędestinatus est esse, & quòd Christus, secundum q homo, prædestinatus est esse filius Dei, nõ per naturam, sed per gratiam vnionis. Et ideo Christus, secundum quòd homo, est filius Dei per gratiam unionis. Vnde Glosa interlinearis ad Rom. 1. dicit. Secundum quòd homo gratia sola prælectus, ut sit filius Dei in eadem potentia & virtute diuinitatis cum Patre, per unionem verbi.

* In corpar. 3 d. 7. o. 3 artic 1 & ar 2. q. 2.

† Cap. 15. a med. to. 7.

¶ In responsione ad secundum collige hinc ex Auctore illam distinctionem de ly secundum quòd, seu inquãtum, vel reduplicatiue, uel specificatiue. Primum enim membrum literæ exponit reduplicative, denotando causam secundum autem specificatiue, determinando conditionem, qua subiectũ recipit prędicatum. Et hoc modo, scilicet specificatiue tenetur, cum dicitur, Christus secundum q homo, est prædestinatus filius Dei, sicut cum dicitur, Sortes, secundum quòd habet capillos, est crispus.

142 3.d.10.q.3. ar.3. & Ro. 1.le.3.

Articvlvs III.

Vtrum prædestinatio Christi sit nostræ prædestinationis exemplar.

AD Tertium sic proceditur. Videtur quòd prædestinatio Christi non sit exemplar nostræ prædestinationis. exemplar enim præexistit exemplato: nihil autem præexistit æterno. Cũ igitur prædestinatio nostra sit æterna, videtur quòd prædestinatio Christi non sit exemplar nostræ prædestinationis.

¶ 2 Præ. Exemplar ducit in cognitionem exemplati: sed non oportuit, quòd Deus duceretur in cognitionem nostræ prædestinationis ex aliquo alio cum dicatur Rom. 8. Quos præscivit, hos prædestinauit. ergo prædestinatio Christi non est exemplar nostræ prædestinationis.

¶ 3 Præter. Exemplar est conforme exemplato: sed alterius rationis vę esse prædestinatio Christi, quàm prædestinatio nostra: quia nos prædestinamur in filios adoptionis, Christus autem est prædestinatus filius Dei in virtute, vt dicitur Ro. 1. ergo eius prædestinatio non est exemplar nostræ prædestinationis.

¶ Sed contra est, quòd Augustin. dicit in lib. de Prædestina. Sanct. *Est præclarissimum lumen prædestinationis & gratiæ ipse Saluator, ipse mediator Dei & hominum, homo Christus Iesus. Dicitur autem lumen prædestinationis & gratiæ, inquantum per eius prædestinationem, & gratiam manifestatur nostra prædestinatio, quod videtur ad rationem exẽplaris pertinere. ergo prædestinatio Christi est exemplar nostræ prædestinationis.

* Ca. 15. in princ. to. 7.

¶ Respondeo dicendum, q prædestinatio dupliciter potest considerari. Vno modo, secundum ipsum actũ prædestinantis, & sic prædestinatio Christi non potest dici exẽplar nostræ prædestinationis: vno enim modo, & eodem actu æterno, prædestinauit Deus nos & Christum. Alio modo, potest prædestinatio considerari secundum illud, ad quod aliquis prædestinatur, quod est prædestinationis terminus & effectus. Et secundum hoc, prædestinatio Christi est exẽplar nostræ prædestinationis, & hoc dupliciter. Primo quidem, quantum ad bonum ad quod prædestinamur: ipse enim est prædestinatus ad hoc, quòd esset Dei filius naturalis: nos autem prædestinamur ad filiationem adoptionis, quæ est

¶ Ad primvm ergo dicendum, q cum dicitur, Christus secundum q hõ, est prædestinatus esse filius Dei, hæc determinatio, secũdum q homo, potest referri ad actum significatum per participium dupliciter. Vno mõ ex parte eius, quod materialiter cadit sub prædestinatione, & hoc modo est falsa: est. n. sensus, q prædestinatũ sit, vt Christus, secundum q homo, sit filius Dei: & in hoc sensu procedit obiectio. Alio modo, potest referri ad ipsam propriam rationem actus: prout s. prædestinatio importat in sui ratione antecessionem & effectum gratuitum: & hoc mõ conuenit Christo rõne humanæ naturæ, vt dictum est. * Et secundum hoc dr prædestinatus, secũdum q homo.

¶ Ad secundum dicendum, quòd aliquid potest conuenire alicui hominiratione humanæ naturæ dupliciter. Vno modo sic, q humana natura sit causa illius, sicut esse risibile conuenit Sorti ratione humanæ naturæ, ex cuius principiis causatur. Et hoc modo prædestinari non conuenit, nec Christo, nec alteri homini ratione humanæ naturæ, & in hoc sensu procedit obiectio. Alio modo, dicitur conuenire aliquid alicui ratione humanæ naturę, cuius humana natura est susceptiua, & sic dicimus Christum esse prædestinatum ratione humanæ naturæ: quia prædestinatio refertur ad exaltationem humanæ naturæ in ipso, vt dictum est. *

¶ Ad tertium dicendum, quod sicut Augu. dicit in li. de Prædest. † Ipsa est illa ineffabiliter facta hoîs à Deo verbo susceptio singularis, vt filius hominis simul propter susceptum hominem, & filius Dei propter suscipientẽ vnigenitum Deum, veraciter & propriè diceretur. Et ideo, quia illa susceptio sub prædestinatione cadit, tãquã gratuita, vtrumque potest dici, scilicet quòd & filius Dei prædestinatus sit esse homo, & filius hominis prædestinatus sit esse filius Dei. Quia tamen gratia non est facta filio Dei, vt esset homo, sed potius humanæ naturæ, vt filio Dei vniretur, magis propriè potest dici, quòd Christus, secundũ quòd homo, est prædestinatus esse filius Dei, quàm q Christus secundum quòd homo, est prædestinatus esse filius Dei.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& quo ad modum consequendi illud bonum. Probatur primũ: quia Christus ad filiationẽ naturalem, nos ad adoptiuum. Probatur secundum: quia Christus per gratiam excludẽs omne meritum, nos per gratiam, includẽs meritum Christi: quia de plenitudine eius omne accepimus.

¶ Memento notitiæ, q̃ Christus dr̃ prædestinatus, vt sit filius Dei naturalis modo exposito. s. ratione humanæ naturæ per gratiam vnionis personalis. Reliqua sunt plana.

¶ Super quæstionis vigesimætertiæ, Articul. IIII.

243 3.di.10.q.3 ar.3. TItulus clarus vt iacet.

¶ In corpore est vnica distinctio cum duplici conclusione: sicut in præcedenti ar. & quia similiter clara sunt, pertranseamus.

¶ Super quæstionis 25. Articulum primum.

TItulus nõ de qualitate, sed de identitate, vel diuersitate adorationis quærit, an scilicet vna eadẽque adoratio (qualiscumque sit illa) terminetur ad Christi humanitatem, quæ ad illius terminatur diuinitatem. Et est ratio dubii huius, vsus Ecclesiæ, & decretum quintæ synodi, quod in litera affertur, tractaturque hæc materia in 3. sententiarum dist. 9.

¶ In corpore articuli duo fiunt. primo distinguuntur termini: deinde respondetur quæstioni. Distinguitur quædam participata similitudo filiationis naturalis. Vnde dicitur Roma. 8. Quos præsciuit, hos prædestinauit cõformes fieri imaginis filii sui. Alio modo, quantum ad modum consequẽdi istud bonum, quod est per gratia, quod quidem in Christo est manifestissimum: quia natura humana in Christo nullis suis præcedentibus meritis est vnita filio Dei. Et de plenitudine gratiæ eius nos omnes accepimus, vt dicitur Ioan. 1.

¶ Ad primum ergo dicendum, q̃ illa ratio procedit ex parte illius actus prædestinantis.

Et similiter dicendum ad secundũ.

¶ Ad tertium dicendum, quòd nõ est necessariũ, q̃ exemplãtum exẽplari, quãtum ad omnia conformetur: sed sufficit quod exemplatum aliqualiter imitetur suum exemplar.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum prædestinatio Christi sit causa nostræ prædestinationis.

AD Quartum sic proceditur. Videtur quòd prædestinatio Christi non sit causa nostræ prædestinationis: æternum. n. non habet causam: sed prædestinatio nostra est æterna. ergo prædestinatio Christi nõ est causa nostræ prædestinationis.

¶ 2 Præt. Illud, quod dependet ex simplici Dei voluntate, non habet aliam causam, nisi Dei voluntatẽ: sed prædestinatio nostra ex simplici voluntate Dei dependet. dr̃. n. Ephe. 1. Prædestinati secundum propositum eius, qui omnia operatur secundum consilium voluntatis suæ. ergo prædestinatio Christi non est causa nostræ prædestinationis.

¶ 3 Præt. Remota causa, remouetur effectus: sed remota prædestinatione Christi, non remouetur nostra prædestinatio: quia ẽt si filius Dei non incarnaretur, erat alius modus possibilis nostræ salutis, ut Augu. dicit in lib. de Trin. *Prædestinatio ergo Christi nõ est causa nostræ prædestinationis.

¶ Sed contra est, quòd dr̃ Ephe. 1, Prædestinauit nos in adoptionẽ filiorum per Iesum Christum.

¶ Respondeo dicendum, quòd si cõsideretur prædestinatio secundum ipsum prædestinationis actum, prædestinatio Christi non est causa nostræ prædestinationis, cum vno & eodem actu Deus prædestinauerit ipsum & nos: si autem consideretur prædestinatio secundum terminum prædestinationis, sic prædestinatio Christi est causa nostræ prædestinationis. Sic. n. Deus præordinauit nostram salutem, ab æterno prædestinando, vt per Iesum Christũ compleretur. Sub prædestinatione. n. æterna non solum cadit id, quod est fiendum in tempore, sed ẽt modus, & ordo, secundum quem est complendũ in tempore.

¶ Ad primum ergo & secundũ dicendum, q̃ rationes illæ procedunt de prædestinatione secundum prædestinantis actum.

¶ Ad tertium dicendum, quòd si Christus non fuisset incarnãdus, Deus præordinasset homines saluari per aliam causam: sed quia præordinauit in carnationem Christi, simul cum hoc præordinauit, vt esset nostræ salutis causa.

QVAEST. XXV.

De adoratione Christi, in sex articulos diuisa.

DEinde considerandum est de his, quæ pertinent ad Christum in comparatione ad nos. Et primo de adoratione Christi, qua. s. nos eum adoramus. secundo, de hoc, quod est Mediator noster ad Deum.

Et circa primum quæruntur sex.

¶ Primo, Vtrum vna & eadem adoratione sit adoranda diuinitas Christi, & eius humanitas.

¶ Secundo, Vtrum caro Christi sit adoranda adoratione latriæ.

¶ Tertio, Vtrum adoratio latriæ sit exhibenda imagini Christi.

¶ Quarto, Vtrum sit exhibenda cruci Christi.

¶ Quinto, Vtrum sit exhibenda matri eius.

¶ Sexto, De adoratione reliquiarum sanctorum.

ARTICVLVS I.

Vtrum vna & eadem adoratione sit adoranda diuinitas Christi, & eius humanitas.

AD PRIMVM sic proceditur. Vẽ q̃ non eadem adoratione adoranda sit humanitas Christi, & eius diuinitas. Diuinitas. n. Christi est adoranda: quia est cõis Patri & Filio: vnde dicit Ioan. 5. Omnes honorificent Filium, sicut honorificant Patrem: sed humanitas Christi non est communis ei & Patri. ergo nõ eadem adoratione adoranda est humanitas Christi & eius diuinitas.

¶ 2 Præt. Honor est propriè præmiũ virtutis, vt Philosophus dicit in 4. Ethico. *meretur autem virtus suum præmium per actum. Cum igitur in Christo sit alia operatio diuinæ & humanæ naturæ (vt supra habitũ est †) videtur q̃ alio honore sit veneranda humanitas Christi, & alio eius diuinitas.

¶ 3 Præt. Anima Christi si non esset verbo vnita, esset veneranda propter excellentiam sapientiæ & gratiæ, quam habet: sed nihil dignitatis est ei subtractum per hoc, q̃ est vnita verbo. ergo natura humana in Christo est quædam propria adorationẽ veneranda præter veneration em, qui exhibetur diuinitati ipsius.

¶ Sed contra est, quòd in capitulis quintæ Synodi sic legitur, † Si quis duabus naturis adorari dicit Christũ (ex quo duæ adorationes introducuntur) sed non vna adoratione deũ verbum incarnatum cum propria ipsius carne adorat, sicut ab initio Dei Ecclesiæ traditum est, talis anathema sit.

¶ Respondeo dicendum, quòd in eo qui honoratur, duo possumus cõsiderare, scilicet eum cui honor exhibetur, & causam honoris. Propriè autem honor exhibetur toti rei subsistenti: non enim dicimus quòd manus hominis honoretur, sed quòd homo honoretur. Et si quandoque contingat, quòd dicatur honorari manus vel pes, alicuius, hoc non dicitur ea ratione, quòd huiusmodi partes secundum se honorentur: sed quia in istis partibus honoratur totum: per quem etiam modum aliquis homo potest honorari in aliquo exteriori: puta in veste, aut in imagine, aut in nuntio. Causa autem honoris est id, ex quo ille qui honoratur, habet aliquã excellentiam. Nam honor est reuerentia alicui, exhibita propter sui excellentiam, vt in secunda parte dictũ est. * Et ideo, si in vno homine sunt plures causæ honoris (puta prælatio, scientia & virtus) erit quidem illius hominis vnus honor ex parte eius, qui honoratur, plures tamen secundum causas honoris: homo enim est qui honoratur, & propter scientiam & propter virtutem. Sic ergo, cum in Christo sit tantum vna persona diuinæ & humanæ naturæ, & etiam vna hypostasis & vnum suppositum, est quidem eius vna adoratio, & vnus honor ex parte eius, qui adoratur: sed ex parte causæ qua honoratur, possunt dici esse plures adorationes, vt scilicet alio honore honoretur propter sapientiam increatam, & alio propter sapientiam creatam. Si autem ponerentur in Christo plures personæ seu hypostasis, sequeretur quòd simpliciter essent plures adorationes. Et hoc est quod in Synodis reprobatur. Dicitur enim in capitulis Cyrilli, † Si quis audet dicere assumptum hominem coadorari oportere Deo verbo, quasi alterum alteri, & nõ potius vna adoratione honorificat Emanuelem, secũdum q̃ factum est caro verbum, anathema sit.

¶ Ad primum ergo dicendum, q̃ in Trinitate sunt tres, qui honorãtur, sed est vna causa honoris: in mysterio autem incarnationis est econuerso. Et ideo alio modo est vnus honor Trinitatis, & alio modo est vnus honor Christi.

¶ Ad secundum dicendum, quòd operatio non est, quæ honoratur, sed est ratio honoris. Et ideo per hoc, quòd in Christo sunt duæ operationes, non ostenditur, quòd sint duæ adorationes, sed q̃ sint duæ adorationis causæ.

¶ Ad tertium dicendum, quòd anima Christi, si non esset vnita Dei verbo, esset id, quod est principalissimũ in homine illo: & ideo sibi præcipuè deberetur honor: quia homo est id, quod est potissimum in eo: sed quia anima Christi est vnita personæ digniori, illi personæ præcipuè debetur honor, cui anima Christi vnitur. Nec per hoc tamen diminuit dignitas animæ Christi, sed augetur, vt etiam supra dictum est.

*Q.19.ar.1.

*In conci. 2. Constantinop. quod est 5. generale can. 9

*2.2.q.103. ar.1.

Probatur primo conclusio quo ad primam partem: quia in Christo vna tantum est hypostasis. Quo ad secundam, quia alia ratio honoris est sapientia diuina, alia sapientia humana. Deinde probatur ex opposito: quia scilicet si essent plures hypostases in Christo adoratio eius non esset vna, etiam ex parte adorati: sed totaliter adoratio Christi non esset vna, sed diuersa, & hoc est damnatum in synodis, &c.

¶ Circa primã distinctionem nota cautissime, q̃ honorari vt causam honoris, non est honorari simpliciter, sed cum tali determinatione, ita q̃ ly vt causa honoris, est conditio diminuẽs honoratum, ita q̃ nõ valet argumẽtum, Sapientia honoratur vt causa honoris, ergo honoratur. Et hoc propriè loquendo: quia honorari non est, nisi terminantis passiuè actum honorandi: non terminat autẽ honoris actũ, nisi persona, cui exhibetur honor. Et hinc oritur, q̃ Christo debetur simpliciter vna adoratio, & q̃ humanitas eius, vt abstrahit ab hypostasi, est inadorabilis sicut cæteræ causæ adorãdi, inadorabiles sunt, propriè loquendo. Quia tamen inuenitur quandoque dictum de huiusmodi, q̃ honorantur vel adorantur, ideo non faciendo vim in vocabulis, loquere, vt plures loquuntur, & intelligo q̃ ideo ecclesia Christum vnica adoratione adorat, dicendo ei Miserere nobis, & nõ dicendo ei, Miserere, & intercede: quia ad vnitatem personæ respicit. Et hinc synodi anathema processit contra adorantes Christum duabus adorationibus: q̃ prius enim locuti sunt de honorato seu adorato.

¶ Rursus, circa eandem distinctionem nota, q̃ causa honoris dicitur id, quo persona excellit. Hoc autem inuenitur dupliciter: vel per modum formæ, vt sapientia, virtus, ista eius: vel per modum operationis, vt crearе gubernare, vincere, docere, misereri, &c. Vtrunque enim est, vnde quis excellit: excellunt enim homines non solum sapientia, potentia, virtute, dignitate, sed etiam quia vicerunt, quia docuerunt, quia ordinarunt, &c. Et virtus q̃ in litera hac habes, primum in corpore, secundum in responsione ad secundum.

¶ Circa distinctionem alteram ex litera sumptam de modo duplici, quo res adorata adoratur (vel secundum se, vel secundum aliud in se) aduerte primo ex litera illam habeti, dum dicitur de partibus, q̃ non secundum se honorantur. sed totum in illis honoratur. Et subditur per quem modum potest aliquis honorari in exteriori, puta veste, imagine vel nuntio. Ex his enim clara habetur dicta distinctio, dum totum secundum se honoratur, & quando partes honorantur, totum honoratur in partibus. Hoc enim est partem honorari, secundum q̃ totum est in parte. Et similiter vestis honoratur, secundum quòd persona est sub illa: imagó quoque veneratur, secundum quòd repræsentata persona est in illa. Et similiter nuntius honoratur, secundum q̃ princeps est in illo.

¶ Aduerte secundo, q̃ quia ista quodammodo honorantur, & quodammodo nõ (quia secundum se non honorantur, secundum vero aliud in ipsis honorantur) ecirco de eis & affirmatiua, & negatiua verificantur. Dicitur. n. partes & huiusmodi non honorãtur, s propriè (quia non secundum se) & q̃ honorantur, scilicet secundum aliud in ipsis. Et quoniã clauis est vna istius tractatus sententia hæc, dilucidanda amplius est, discutiẽdo illam.

¶ Scito igitur tertio, duplicem esse opinionem circa honorationem per sonę in suis extrinsecis. puta imagine, &c. Altera est, q̃ persona honoratur in ipsis: quia hẽt quoddã esse in illis. Altera est, q̃ persona honoratur in illis: non quia habet esse in illis, sed quia per illa excitantur. cõuertunturq; homines ad personam illam honorãdam: ita q̃ inter has opiniones tanta est distantia, q̃ prima ponit extrinsecã hãc terminare honorationem, non secundum se, sed secundum q̃ persona est in illis: secunda autem ponit extrinseca hãc non terminare honorationem quouis modo. Et hinc distant secundo, q̃ secũdum primam extrinseca dicũtur honorari, iuxta secũdam autem extrinseca non nisi abusiuè, & communicando in nominibus cũ vulgo dicuntur honorari: quod aũt horũ verius sit, inferius patebit. Sed hinc quamuis non habeatur ab Auctore prima opinio de verbo ad verbum, satis tamen insinuatur cum dicitur, quòd totum honoratur in partibus, & quòd per hunc modum homo honoratur in exteriori, vt veste, imagine, aut nuntio. Clare autem aperitur inferius hæc sententia, cum non solum dicitur, quòd imago aut crux adoranda est, sed exprimitur terminatiue, dicendo motum in imaginem & personam esse vnũ: si enim motus est in imaginem, imago ipsa nonnullis terminus est motus. Est ergo prima opinio Auctoris, inferius discutienda: nunc autem prælibata hæc sint, vt scias dubitare & discernere.

*In lib. 13. c. 10. nõ. prælium. 3.

*c.3.10.5.

*q.2.art.2. ad 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Super Quæstionis 25. Artic. II.

TItulus clarus.

¶ In corpore articuli cum distinctione respondetur duabus conclusionibus. Prima est. Humanitas Christi, vt res adorata, est adoranda adoratione latriæ: Probatur, quia ipsam sic adorari, nihil aliud est, quã Verbum incarnatum adorari. Probatur hoc a simili, sicut adorare vestem regis, est adorare regem vestitum. Secunda est, Humanitas Christi, vt ratio adorandi, non est adoranda adoratione latriæ; sed duliæ: hoc est, persona Christi honoranda est dulia tatione humanitatis, plenæ gratiæ, &c. Declaratur hoc non esse inconueniens ex persona patris, quæ latria & dulia adoratur.

145 3 di. 9. q. 1. ar. 2°. q. 1. & q. 4. ad 1.

¶ Aduerte hic duo. Primum est, q̃ adorari, vt rem adoratam, contingit dupliciter: vel per se, vel per aliud. Et propterea persona Christi per se adoratur latria quia per deitatẽ, quæ est ipsa persona: humanitas per aliud vero dulia, quia p̃ humanitatẽ, quæ est aliud ab ipsa. Et econtra humanitas Christi per aliud adoratur latria: per se autem non, sed dulia, vt ratio tamen adorandi. Et hæc omnia in litera habẽtur, quamuis dicta distinctio nõ formaliter explicet, sed ipsa Auctor vtatur.

Aliæ, time bis.

¶ Secundõ est, q̃ licet dulia, qua persona patris honoratur propter potentiam, & dulia, qua persona Filii ratione humanitatis adoratur, non omnino sint eadem (quia illa est dulia communiter sumpta ad speciem duliæ, & latriæ: ista vero est species duliæ distincta contra latriam, sicut dispositio est genus ad dispositionem & habitum) licet inquam ita sit, nõ officit tamen processui licerę per-

*I. 4 Orth. fidei ca. 3. circa prin.

* Psal. 98. Est Aug. ibi. to. 8.

Ar. præce.

Articvlvs II.

Vtrum humanitas Christi adoranda sit adoratione latriæ.

AD Secundum sic proceditur. Videtur q̃ humanitas Christi non sit adoranda adoratione latriæ: quia super Psalm. 98. Adorate scabellum pedum eius, quoniam sanctum est, dicit glossa. Caro à Verbo Dei assumpta, sine impietate adoratur à nobis, quia nemo carnem eius spiritualiter manducat, nisi prius adoret: non illã dico adoratione quæ latria est, quæ soli creatori debetur: caro autem Christi est pars humanitatis, ergo humanitas Christi non est adoranda adoratione latriæ.

¶ 2 Præterea. Cultus latriæ nulli creaturæ debetur: ex hoc. n. reprobantur gentiles, q̃ coluerunt & seruierunt creaturæ, vt dr Ro. 1. sed humanitas Christi est creatura. ergo non est adoranda adoratione latriæ.

¶ 3 Præt. Adoratio latriæ debetur Deo in recognitionem maximi dñij, secundum illud Deute. 6. Dñm Deũ tuum adorabis, * & illi soli seruies: sed Christus, secundum q̃ est homo, est minor patre. ergo humanitas eius non est adoratione latriæ adoranda.

¶ Sed contra est, quòd Damas. dicit in 3. lib. * Adoratur autem caro Christi incarnato verbo Deo, non propter seipsam: sed propter vnitum ei secundum hypostasim verbum Dei. Et super illud Psal. 98. Adorate scabellum pedum eius, dicit gl. † Qui adorat corpus Christi, non terram intuetur: sed illum potius, cuius scabellum est, cuius in honore scabellum adorat, sed Verbum incarnatũ adoratur adoratione latriæ. ergo & corpus eius, siue eius humanitas.

¶ Respondeo dicendum, quòd sicut supra dictum est *, honor adorationis propriè debetur hypostasi subsistenti: tamen ratio honoris potest esse aliquid non subsistens, propter quod honoratur persona, cui illud inest. Adoratio igitur humanitatis Christi, dupliciter potest intelligi. Vno modo, vt sit eius, sicut rei adoratæ, & sic adorare carnem Christi, nihil est aliud, quàm adorare Verbum Dei incarnatum, sicut adorare vestem regis, nihil aliud est, quàm adorare regem vestitum. Et secundum hoc, adoratio humanitatis Christi est adoratio latriæ. Alio modo, potest intelligi adoratio humanitatis Christi, quæ

fit ratione humanitatis Christi, perfectæ omni munere gratiarum, & sic adoratio humanitatis Christi, non est adoratio latriæ, sed adoratio duliæ, ita scilicet, quòd vna & eadem persona Christi adoretur adoratione latriæ, propter suam diuinitatem, & adoratione duliæ, propter perfectionem humanitatis. Nec hoc est inconueniens, quia ipsi Deo patri debetur honor latriæ propter deitatem, & honor duliæ propter dominiũ, quo gubernat creaturam. Vnde super illud Psal. 7. Domine Deus meus in te speraui, dicit glossa. * Domine omnium, per potentiam, cui debetur dulia: Deus omnium per creationem, cui debetur latria.

¶ Ad primum ergo dicendum, q̃ glo. illa non est sic intelligenda, quasi seorsum adoretur caro Christi ab eius diuinitate: hoc enim contingeret solum hoc modo, si esset alia hypostasis Dei, & hominis, sed quia, vt Damasce. † dicit, si diuidas subtilibus intelligentiis quod videtur, ab eo quod intelligitur, inadorabilis est, vt creatura. s. adoratione latriæ. Et tunc sic intellectæ, vt separatæ à Dei verbo deberetur sibi adoratio duliæ: non cuiuscumque (puta, quæ communiter exhibetur aliis creaturis) sed cuiusdam excellentioris, quam hyperduliam vocant.

¶ Et per hoc etiam patet responsio ad secundum & tertium, quia adoratio latriæ non exhibetur humanitati Christi ratione humanitatis, cui vnitur, secundum quam Christus nõ est minor Patre.

Articvlvs III.

Verum imago Christi sit adoranda adoratione latriæ.

AD Tertium sic proceditur. Videtur quòd imago Christi, non sit adoranda adoratione latriæ. Dicitur enim Exodo 20. Non facies tibi sculptile, neque omnem similitudinem: sed nulla adoratio est facienda contra Dei præceptum. ergo imago Christi non est adoranda adoratione latriæ.

¶ 2 Præt. Operibus gentilium non debemus communicare, vt Apost. dicit Ephes. 5. sed gentiles de hoc præcipuè inculpantur, quòd commutauerunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, vt dicitur Roma. 1. ergo imago Christi non est adoranda adoratione latriæ.

¶ 3 Præte. Christo debetur adoratio latriæ ratione diuinitatis, non ratione humanitatis, sed imagini diuinitatis eius, quæ est animæ rationali impressa, non debetur adoratio latriæ. ergo multo minus imagini corporali, quæ repræsentat humanitatem ipsius.

¶ 4 Præter. Nihil videtur esse in cultu diuino faciendum, nisi quod est à Deo institutum. vnde & Apostol. 1. ad Cor. 11. traditurus doctrinam de sacrificio Ecclesiæ, dicit, Ego accepi à Domino quod & tradidi vobis. sed nulla traditio in Scriptura inuenitur de adorandis imaginibus. ergo imago Christi non est adoranda adoratione latriæ.

¶ Sed contra est quòd Damascen. inducit Basilium dicentem *, Imaginis honor ad prototypum pertransit, idest, exemplar: sed ipsum exemplar, scilicet Christus, est adorandus adoratione latriæ. ergo & eius imago.

* Psal. 7 glo. interlinea. ris. ibi.

* li. 4. c. 17 non. longe a princ.

* lib. 4. c. 3. circa prin.

146 2. 2. q. 81. a. 3. ad 3. & 3. 9. 25. a. 2. ad 1. Et in. 4. Cor. 6. lect. 3. ad 2. & 3. d. 9. q. 1. ar. 2. q. 2.

¶ Respondeo dicendum, quòd sicut Philosophus dicit in libro * de Memoria & reminiscentia, duplex est motus animæ in imaginem, vnus quidem in ipsam imaginem, secundum quòd res quædam est, alio modo in imaginem, inquantum est imago alterius. Et inter hos duos motus est hæc differentia: quia primus motus, quo quis mouetur in imaginem, vt est res quædam, est alius à motu, qui est in rem: secundus autem motus qui est in imaginem, inquantum est imago, & est vnus & idem cum illo qui est in rem. Sic ergo dicendum est, quòd imagini Christi, inquantum est res quædam (puta lignum sculptum vel pictum) nulla reuerentia exhibetur, quia reuerentia, non nisi rationali naturæ debetur. Relinquitur ergo quòd exhibeatur ei reuerentia solum inquantum est imago, & sic sequitur, quòd eadem reuerentia exhibeatur imagini Christi, & ipsi Christo. Cum ergo Christus adoretur adoratione latriæ, consequens est, quòd eius imago sit adoratione latriæ adoranda.

C. 2. circa med. to. 2.

D. 420.

¶ Sed hunc sensum longe esse a vero sensu Aristotelis, & Auctoris, patet ex duobus. Primo, quia imago, vt res quædam comprehendit imaginem & secundum materiam. & secũdum formam, vt quædam res est: imago enim Cæsaris sumitur, vt res quædam ex parte materiæ si sumatur, vt marmor rea, aut aurea. Et similiter sumitur, vt res quædam ex parte formæ si sumatur, vt secundũ talia lineamenta, colores &c. vel vt est relatio quædã siue realis, siue rõnis. Hæc. n. omnia sub vno mẽbro distinctionis cõprehenduntur. s. sub imagine, ut res quædam est, licet exempla dẽtur de materia: quia manifestius habet ratio nem cuiusdam rei. Secundo, ex eo q̃ motus i imaginẽ, vt est figura quædam vel relatio, non est vnus cum motu in rẽ, sed diuersus ab illo. Sistit. n. intellectus & affectus in figuræ & relationis consideratione & complacentia, vt patet, dum alicui forma ipsius figuræ placet, vellerque illam relationem habere ad se, vel aliquem suorum, ex quo elicita placebat. Est. n. tunc motus animi in imaginem formaliter, & 2 mem non in rem: immo oppositum motum habet quandoque versus rem, puta, quia displicet, quòd imago tam pulchra, sit imago illius, cuius est.

¶ Est igitur secundo modo intelligendum, quòd res contra imaginem distinguitur quo ad veritatem motus: res, quatenus exercet actum rei cuiusdam, vt res est, & similiter terminat motum, inquantũ imago, quatenus exercet actum imaginis. Et quia res vt res in se, est quædam entitas, ideo tunc terminat vt res, quando ratione sui siue formaliter, siue materialiter terminat. Et quia imago tunc tantum exercet actum imaginis, quando ratio eius actus est exemplar, ipsa autem est conditio agentis. sic enim tantum motus tam apprehensiuus quàm appetitiuus in ipsam, ad exemplar suum terminatur, ideo motus in imaginem, quatenus est imago, est in ipsam quidem, sed secundum aliud in ipsam ipsam quidem, quia ipsa est, quæ exercet actum terminandi motum, quia in ipsa est exemplar ad quod ducit. Secundum aliud vero in ipsa, quia ratio terminandi est exemplar quod est aliud ab ipsa, & constat quòd est in ipsa. Ex his autem est facile perspicere, & efficacium processus literæ, & veritatem doctrinæ eius, & causam defectus aliorum declinantium: habetur siquidem hinc, quod motus adorationis, quo imago Christi veneratur, terminatur ad imaginem Christi, & vere & proprie loquendo. Et quia terminatur ad ipsam, non quatenus est res hoc est non quatenus exercet actum rei in se, siue secundum rem, quæ est forma, siue secũdum rem quæ est materia, sed quatenus est imago, hoc est, quatenus exercet actum imaginis, ideo Christus, cuius est imago, est rõ quare imago eius adoratur, & esse Christum in imagine, est conditio in qua ratio adorandi monet ad adorandum, & terminat adorationem. Et propterea non exhibetur adorationis honor creaturæ, sed creatori: quia non exhibetur conditioni adoratæ rei, sed rationi adorandi, quæ est ipse Christus. Et hoc est quod in litera dixit Auctor, quòd per hunc modum, scilicet quòd totum in parte honoratur, adoratur etiam quis in imagine. Habes & falsum intellectum Aristotelicæ propositionis, causam fuisse errandi.

¶ Ad obiecta contra dictam propositionem ex parte motus, iam patet, quòd vera est de vero quie motus genere, scilicet appetitiui, & apprehensiui: quoniam impossibile est intelligere, aut cognoscere imaginẽ, vt exercet imaginis actum, nisi terminus apprehensionis, vel appetitus fieres ipsa sentata, quia ipsa est quasi terminandi

Universidad de Deusto
Biblioteca

minandi vtrumque motum. In æquiuoco quoque laborant obiecta ex parte imaginis, quoniam, vt iam patet, ignorant imaginem vt exercet imaginis actum, quæ cum adoratur, non relatio, nec figura, sed persona adoratori repræsentata in imagine, vt in conditione in qua adoratur.

¶Ad obiecta ex parte unitatis dicitur, q̃ est sermo de vnitate simpliciter, hoc est specifica, quia est sermo de vnitate motus secundum per se primo terminū, ex quo vnitas specifica motus sumitur. Nec obstat differentia penes esse sine medio vel cum medio, quia non inuenitur hic medium ex parte termini, sed solū secundum conditionem diuersam eiusdem termini: eadem siquidē persona repræsentata, terminat formaliter motū vel in seipsa, vel in sua imagine. Conditiones aut̃ ē, quia non variant speciem termini, consequenter nec speciem motus in terminum.

¶Ad obiectā autem Durandi dī, q̃ sane intellecta imagine vt imago, imago & repræsentata res, sunt idem, quo ad formalem rationē terminandi motum (quod ipse non vidit) & ideo optime infertur, quòd honor exhibitus imagini - Errorenim fuit, quia non est intellectum quid importat imago, ut imago in actu exercito.

¶Ad aliam obiectionē eiusdem dicitur, quòd imago Christi, prōprie loquendo est adoranda adoratione latriæ quæ soli Creatori debetur. Distinctio autem ab obiciente inducta, de per se vel per accidens coniuncto refutanda est, ut insufficiens. Distinguitur siquidem in 2. arti. huius q. honorari ut rem honoratam, dupliciter, vel secundum se, vel secundum aliud. Et ad secundum modum, ut ibi dicitur, & declaratum est, spectat adorari personam in sua imagine: exhibetur siquidem Christi imagini latria, ut termino secundum Christum in ipsa, vel Christo in sua imagine, quorum neutrum est aliud, quam exhibere latriam Creatori Iesv Christo.

¶Ad tertium eiusdem dicitur, q̃ Auctoris & communē dictum est proprie dictum, & non est ob ignorantiam quorundam, inter impropria locandum, ut obiciens facit. Cuius error ex hoc pōt contingere: q̃ h imago Christi non nisi quia ad memoriam, aut cognitionem reducit Christi, adorari dicitur, posset pari ratione quælibet res, quatenus reducit in memoriam Christi, adorari adoratione latriæ. Et si hoc ponas in practica, percipies, & videbis q̃ Ecclesia non ideo imaginem Christi adorat quia facit sibi eam signum rememorationis Christi: sed quia imago Christi adoranda latria est, ideo eam adorat. Si autem esset huiusmodi adoratio, nostra lege aut consuetudine posita, fictis istiusmodi rememorationis, quis Ecclesiam a iudæorum præsertimque quorundam imaginum cultui detrahentium morbus eripuisset? quis iuste damnasset læsæ maiestatis, iniuriantes imaginibus principum? Monstrant hæc, imagines quia imagines honorandas, aut dehonorandas esse.

¶In responsione ad primum eiusdem arti. circa imagines Dei, dubium occurrit, aut fuit licitæ. Et est ratio dubii, quia auctoritas Damasceni in litera damnat illas insipientiæ, & impietatis. Et eadem est ratio nunc de deitate, quæ erat in veteri lege quo ad rem figurabilem vel non, secundum se: constat autem in veteri lege, imagines Dei esse prohibitas: occasio quoque falsæ opinionis de Deo ex imaginibus, eadem vt ubique est. Vnde non desunt doctores reprehendentes imagines sanctæ Trinitatis.

¶Ad primum ergo dicendum, quòd non prohibetur illo præcepto facere quamcumque sculpturam vel similitudinem, sed facere adorandam. vnde subdit, Non adorabis ea, neque coles. Et quia, sicut dictum est, idem est motus in imaginem, & inrē, eo modo prohibetur adoratio imaginis, quo prohibetur adoratio rei, cuius imago est. Vnde ibi intelligitur prohiberi adoratio imaginum, quas gentiles faciebant in veneration̄em deorum suorum, ideſt, dæmonum. Et ideo præmittitur, Non habebis Deos alienos coram me. Ipsi autem vero Deo, cum sit incorporeus, nulla imago corporalis poterat poni: quia, ut Damascen. dicit, * insipientiæ summæ est & impietatis, figurare quod est diuinum. Sed quia in nouo Testamento Deus factus est homo, potest in sui imagine corporali adorari.

¶Ad secundum dicendum, q̃ Apostolus prohibet operibus infructuosis gentilium communicare: communicate aurem vtilibus eorum operibus, Apostolus non prohibet. Adoratio autem imaginum est inter infructuosa opera computanda, quantum ad duo. Primo quidem, quantum ad hoc, quòd quidam eorum adorabant ipsas imagines ut res quasdam, credentes in eis esse aliquod numen propter responsa, quæ dæmones in eis dabant, & alios huiusmodi effectus mirabiles. Secundo, propter res, quarum erant imagines, statuebant enim huiusmodi imagines aliquibus creaturis, quas in eis veneratione latria uenerabantur. Nos autem adoramus adoratione latriæ imaginem Christi, qui est verus Deus, non propter ipsam imaginem, sed propter rem, cuius imago est, sicut dictum est.*

*li.4. c.15. ante med.

¶Ad tertium dicendum, quòd creaturæ rationali debetur reuerentia propter seipsam, & ideo si creaturæ rationali, in qua est imago Dei, exhiberetur adoratio latriæ, posset esse erroris occasio, ut scilicet motus adorantis sisteret in homine, inquantum est res quædam, & non ferretur in Deum, cuius est imago, quod non potest contingere de imagine sculpta, uel picta in materia sensibili.

¶Ad quartum dicendum, q̃ Apostoli familiati instinctu Spiritussancti quædam ecclesiis tradiderunt seruanda, quæ non reliquerunt in scriptis, sed in obseruatione ecclesiæ per successionē fidelium. Vnde ipse dicit 2. ad Thessa. 2. State, & tenete traditiones, quas didicistis, siue per sermonem, scilicet ore prolatum, siue per epistolam, scilicet scripto transmissam: & inter huiusmodi traditiones est imaginum Christi adoratio. Vnde & beatus Lucas dicitur depinxisse Christi imaginem, quæ Romæ habetur.

¶In oppositum autem est Ecclesiæ vsus, admittens Trinitatis imagines, repræsentantes non solum Filium incarnatum, sed Patrem ac Spiritum sanctum. Ad sunt & literæ huius verba Iohannis, quòd postquam Deus est incarnatus, potest adorari in

In corp. ar.

¶Ad huius rei euidentiam aduertendum est, tripliciter posse formari imagines Dei: secluso incarnationis mysterio. Primo, vt res diuina figuretur per imagines. Et sic, insipientiæ quo ad partem apprehensiuam, & impietatis secundum partem appetitiuam, est figurare quod diuinum est, ut Damascen. dicit. Et hac ratione damnantur imagines Dei, ut Deus est, & ingerunt erroneam de Deo opinionem. Et hoc modo in Ecclesia Dei constat non haberi imagines Dei.

¶Secundo, ut species Dei in scripturis traditæ figurentur: sicut cum depingitur Spiritussanctus in forma columbæ, non ut Spiritussanctus figuratus lineamentis columbæ monstretur, sed ut species in qua apparuit Spiritussanctus, figurata monstretur. Et hoc frequenti vsu Ecclesia passim efficit & de Deo, & de Christo, & de Angelis, & de Sanctis, ut patet cum Deus depingitur imaginibus specierum, in quibus visus dicitur in testamento veteri ut in forma senis antiqui, scilicet dierum, Daniel. 7. & Christus in forma agni, & angeli cum sex alis, & Euangelia ostendantur, sicut Cherubim olim in templo, sed ut adorentur, ut frequens usus ecclesiæ testatur.

¶Tertio, ut ex similioribus apud nos etiam fictis, ad inuisibilia ascendamus, sicut Angelorum imaginem, facimus iuuenem pulchrum, alatum, cum diadem te, non q̃ talis sit angelus, sed ut per diadema, & iuuenture pro perfectione, & alis confictis pro celeritate) vel sic ex sensibilibus ad insensibilia venerando ascendamus. Et hoc modo, alicubi Spiritussanctus in forma senis, orbē pugillo concludentis, &c. figuratur. Hic autem tertius modus iam de, prout causa est diuersorum effectuum, ut in forma Minervæ ex tione sapientiæ, & huiusmodi.

¶His præmissis sciendum est, quod figurare diuinum primo modo, est actus ex suo genere malus moraliter, quia cadit super repugnante materiā: repugnat siquidem deitati figurabilem existructionis, est actus ex suo genere bonus, quoniam naturale est homini per sensibilia discere insensibilia. Vnde picturæ codices sunt populorum, sicut libri, in quibus per hæc sensibilia docemur intelligibilia contemplari: propter eruditos sunt, & sic Moyses statuas constituit angelorum in templo. Sed ad actum cultus figurare hæc, actus est solitarie sumptus, non bonus nec proponatur, non est actus eligibilis aut laudabilis, sed simpliciter malus & utroperabilis: sed si figurare Deum ad actum cultus, vestiatur quibusdam circumstantiis (puta auctoritate Ecclesiasticæ consuetudinis, securitate ab errorum occasione, p̃ etateque colentium) redditur actus iste honestus: sicut si occidere hominem, inducatur circumstantia publicæ potestatis, actum prō cipientis propter iustitiam, ac commune bonum, erit occidere hominem, actus honestus.

¶ Cauere

¶Cauere ergo oportet, ne facilis sit sententia contra quamcūque partem: habenda siquidem in primis est ratio erroris. Nam si ex falsa aliqua opinione de Deo, aut Angelis & aliquas processit, aut perseuerat imago tertii modi, vel secūdi inuisitata, abolenda esset, & instruendus populus. Dico aūt, vel secundi inuisitata, quia etsi ad repræsentationem historiæ Deus depingitur in forma rubi ardentis, loquentis Moysi, & similium visionū, quia tamen ecclesia non consuetuit omnia figuralia ponere, vt colenda, ideo cauendū est ne noua abusio introducta sit, puta, si petra adoraretur pro Christo, quia scriptum est, Petra autem erat Christus: & vero nulla falsa opinio, aut p̃sumptio interueniat, sed antiquus Ecclesiæ vsus seruatur, nullusq; occasionem errandi accipit (quia plebs est bene instructa in fide, & credit Deum spūm esse, & in omnibus recte cum ecclesia sentiunt) non video peccatum aliquod in hmōi cultu imaginum, tam secundi, quàm tertii modi. Et secundus quidē authoritatē hēt ex sacra scriptura, & ecclesiæ usu manifeste.

147 2.2.q.103. arti.4. ad 3. Et 3.d.9.q.1.ar.2.q.4

¶Tertius aūt, quia originaliter secundum partes est ex sacra scriptura (quamuis non tota imago) & ecclesiæ vsu approbatur. non solum tolerabilis, sed licitus mihi videtur: ex eo. n. q̃ cultus Deo exhibetur in, imagine, non impie, aut p̃sumptuose, sed ab ecclesia propositæ actus adorationis circa debitam materiā versat, ac per hoc nullā peccati rōnem hēt. Et si sic est, nō vīr cassandæ Trinitatis imagines i forma senis, crucifixum sustinentis columba interme dia, partes enim imaginis huius ex sacra sunt Scriptura. Et de filii & Spiritus sancti imaginibus constat. De Patris autem ex Daniele habetur c. 7. cum dicitur de Filio, q̃ peruenit ad antiquum dierum, hoc est Deum patrem. Et hoc, vt dictum est: vbi nulla est occasio erroris.

*In Dominica de passione domini i Hym.

¶Non laudo tamen hmōi multiplicationem imaginum Trinitatis, aut deitatis, aut Dei patris, aut Spiritussancti, nisi in specie columbæ, & ignea linguæ super discipulos: sed potius tamquam insignibilis, tamquam supra nubem aliquam aureā latens, pingendus esset Deus, vnde effectus creationis proueniret, vt vel sic eruditur plebs, q̃ Deus est spiritus insignibilis, sicut Moyses absque sedente sedem impositam angelis statuens, Deum intelligi, & coli super omnia quiescentem, regnantem, prospicientem, ac iudicantem ordinauit sapientissime. Imagines enim codices sunt populorum, & propterea a multis reprehenduntur, ea inquam occasionem errandi præbentes, quantum est ex se. Et vt erum dicerent, nisi conditiones prædictæ exenſaret actum, vt dictum est.

Ar. præce. ad 3. arg.

¶Et per hæc patet responsio ad obiecta, quoniam aliqualiter omnia verum concludunt, dum Dei imagines solitarie propositæ dissonant & auctoritate fultæ ecclesiasticæ consuetudinis, securitateque ab errore concurrente, cum origine a sacra Scriptura in toto vel parte, honestantur.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum crux Christi sit adoranda adoratione latriæ.

AD quartum sic proceditur. Vī q̃ crux Christi nō sit adoranda adoratione latriæ. Nullus. n. pius filius veneratē contumeliā patris sui, puta flagellū, quo flagellatus esset, vel lignū in quo fuisset suspensus, sed magis illud abhorreret. Christus aūt in ligno crucis opprobriosissimā mortem passus est, secundum illud Sap. 2. Morte turpissima condemnemus eum. ergo non debemus crucem venerari, sed magis abhorrere.

¶2 Præ. Humanitas Christi adoratione latriæ adoratur, inquantū est vnita filio Dei in persona, qđ de cruce dici non pōt. ergo crux Christi nō est adoranda adoratione latriæ.

¶3 Præ. Sicut crux Christi fuit instrūm passionis eius & mortis, ita et & multa alia (puta claui, corona, & lancea) quibus tñ non exhibemus latriæ cultum. ergo vī q̃ crux Christi non sit adoratione latriæ adoranda.

¶Sed contra est, quòd illi exhibemus latriæ cultum, in quo ponimus spem salutis: sed in cruce Christi ponimus spem salutis: cantat. n. ecclesia, * O crux, aue spes vnica, hoc passionis tempore, auge piis iustitiā, reisque dona veniā. ergo crux Christi est adoranda adoratione latriæ.

¶Resp. Dicendū, q̃ sicut supra dictū est, honor seu reuerentia non debetur nisi rōnali naturæ, creaturæ aūt insensibili nō debetur honor vel reuerentia, nisi rōne rationalis naturæ. Et hoc dupliciter vno mō, inquantum re præsentat rōnalem naturā: alio modo, inquantū ei quocumq; mō, coniungitur. Primo mō, cōsueuerunt hoīes venerari regis imaginē: sed o modo, eius vestimentum. Vtrūq; aūt venerantur hoīes eadē veneratione, qua venerant & regē. Si ergo loquamur de ipsa cruce, in qua Christus crucifixus est, vtroque mō est à vobis veneranda: vno. s. mō, inquantum repræsentat nobis figurā Christi extensi in ea: alio modo ex cōtactu ad mēbra Christi, & ex hoc q̃ eius sanguine est perfusa. Vndevtroq; mō adorat eadē adoratione cū Christo. s. dā adoratione latriæ. Et pp hoc ēt crucē alloquimur, & deprecamur quasi ipsum crucifixū. Si vero loquamur, de effigie crucis Christi in quacūq; alia materia (puta, lapidis vel ligni, argenti vel auri) sic veneramur crucem tñi, vt imaginē Christi, q̃ veneramur adoratione latriæ, vt supra dictum est.*

*li.4. ca.12. circa med.

¶Ad primum ergo dicendum, q̃ in cruce Christi quantum ad intentionem, vel opinionem infidelium consideratur opprobrium Christi: sed quātum ad effectum nostræ salutis consideratur virtus diuina ipsius, quæ de hostibus triumphauit, secundum illud Colo. 2. Ipsum tulit de medio, affigens illud cruci, & spolians principatus, & potestates, traduxit confidenter, palam triumphans illos in semetipso. Et ideo dicit Apostolus 1. ad Corinth. 1. Verbum crucis pereuntibus quidem stultitia est: his autem, qui salui fiunt, ideſt nobis, virtus Dei est.

¶Ad secundum dicendum, q̃ crux Christi, licet non fuerit vnita verbo Dei in persona: fuit tamen ei vnita aliquo alio modo. s. per repræsentationē & contactum. Et hac sola ratione exhibetur ei reuerentia.

¶Ad tertium dicendum, q̃ quantum ad rationem contactus membrorum Christi, adoramus non solum crucem, sed etiam omnia, quæ sunt Christi. Vnde Dama.* dicit in 4. li. pretiosum lignum, vt sanctificatū tactu sancti corporis & sanguinis: decenter adorandum. clauos, indumenta, lanceam, & sacra eius tabernacula, quæ sunt præsepe, spelunca, & huiusmodi. Ista tamen non repræsentant imaginem Christi, sicut crux, quę dicitur signum filii hominis, quod apparebit in cælo. vt dicitur Matt. 24. Ideoque mulieribus dixit angelus, Iesum quæritis Nazarenum crucifixum: non dixit sacratum, sed crucifixum. Et inde est quòd crucem Christi veneramur in quacumque materia, non autem imaginem clauorum, vel quorumcumque huiusmodi alia. Et de prima quidē rndetur vna conclusione habeute duas partes, q̃ est veneranda vtroq; modo, & adoratione latriæ, qua Christus adoratur, & declaratur quo ad singula clare. De cruce vero Christi in quacumque alia materia rndetur, q̃ est adoranda ēt latria, inquantum repræsentatiua Christi, sicut Christi crucifixi imago. Ota clare patent in litera, aduertendo q̃ allocutio crucis pro effectu affertur adorationis eiusdē, qua Christus adoratur: ex eo. n. q̃ ipsum alloquimur quasi Christum, signum est, q̃ ad ipsam vt Christum nos recurrimus. Et propterea allocutio hēt ēt ad crucem in omni materia, & non ad illam tantum, in qua Christus pependit.

Art. præced.

¶Super quæstionis 25. Articulum quartum.

TItulus de cruce Christi loquitur, siue illa ī qua passus est Christus, siue qua cumq; alia, vt est crux Christi.

¶In corpore articuli duæ sunt partes. Primo, determinatur in cōmuni de re honorata & qualitate adorationis. Et dicuntur quatuor. Primum est, Soli rationali naturæ debetur honor, intelligē rōne sui. Secundū est, creaturæ insensibili non debet honor, nisi ratione rationalis naturæ. Tertium est, dupliciter creaturæ sensibili ratione naturæ rationalis honor debetur, vel tatione repræsentationis, vel ratione coniunctionis quomodolibet, declaratur hoc exēplis imaginis, & vestis regiæ. Quartum est. Vtroque mō eadē exhibet reuerentia, quæ exhibetur & regi. In secunda parte rndetur in speciali de cruce Christi, distinguendo, vel de cruce illa, i qua Christus pependit, vel de quacumq; alia. Et de prima quidē rndetur vna conclusione habeute duas partes, q̃ est veneranda vtroq; modo, & adoratione latriæ, qua Christus adoratur, & declaratur quo ad singula clare. De cruce vero Christi in quacumque alia materia rndetur, q̃ est adoranda ēt latria, inquantum repræsentatiua Christi, sicut Christi crucifixi imago. Ota clare patent in litera, aduertendo q̃ allocutio crucis pro effectu affertur adorationis eiusdē, qua Christus adoratur: ex eo. n. q̃ ipsum alloquimur quasi Christum, signum est, q̃ ad ipsam vt Christum nos recurrimus. Et propterea allocutio hēt ēt ad crucem in omni materia, & non ad illam tantum, in qua Christus pependit.

¶Aduerte hic: q̃ Duran. vbi supra, & Ioan. Capreolus credidere Anctorem retractasse hic, quod in 3. sen. dixerat, crucem illam, in qua pependit Christus, esse adorandā nō solū vt imaginem

Universidad de Deusto
Biblioteca

nem Christi latria, sed vt quandam rem Christi, hyperdulia, qua si crux illa Christi non sic capax adorationis, vt est quædam res Christi. Parcant mihi Domini isti. non retractauit, sed magnifi cauit hic Auctor doctrinam ibi tractatam, qm̃ crucem illam, vt quandam Christi rem per contactum, ibi hyperdulia, hic latria adorandam dixit. Hoc.n. patet non esse reuocationē dicti, q̃ crux sit la, vt quædam Christi res est veneranda, sed magnificationem illius dū ab hyperdulia ad latriam ascendit.

148 3.2.q.103. 2.4.ad 2.& 3.d.9. q 1. ar.2.q.3.

¶ *Super quæstionis 25. Articulum quintum.*

*In li.de assumptione beatæ Mariæ c. 6. circa medium to.9.

*li.4.e.15 post med.

IN corpore art. vnica cōclusio, habēs duas partes: beata virgo est adoranda non latria, sed hyperdulia. Probatur primo pars negatiua. Nulli res uenerabil sed̄m se, nisi soli Deo debetur latria. ergo nulli puræ creaturæ rationali. ergo beatæ Virgini nō debetur latria. Antecedens in illa particula, venerabili sed̄m se excludit, & creaturas insensibiles (quales sunt imagines & cruces, quæ nō sunt secundum se venerabiles) excludit & humanitatē Christi, quæ sed̄m se nō est venerabilis, ut res adorata, vt patet ex dictis superius. Ambo.n. adorant latria, vt patet ex antedictis. & ideo

D.844. in litera, apponitur ly puræ, cum dr̃ puræ creaturæ. Consequētia prima pbatur, quia creatura rationalis est capax secūdum se honoris: secunda aūt, quia beata Virgo, est pura creatura rōnalis, Secunda aūr pars probatur, quia venerāda est eminentius creaturis cæteris, quia est mater Dei.

¶ In hoc ar. & specialiter in respōsione ad tertium, dubium occurrit, quia non debet esse minoris conditionis res veneranda sed̄m se, & secundum aliud, q̃ si esset solum veneranda secūdum aliud, quoniam venerabilitas secundum se, non est conditio diminuens rōnem venerabilitatis: sed beata Virgo si non esset venerabilis sed̄m se, sed solum ratione Christi, ut crux, adoraretur latria non minus quām crux Christi, quia intrinsece fuit illi cōiuncta, ergo etiam nunc vt res coniuncta Christo, adoranda est latria, & secundum seipsam, hyperdulia. Et confirmatur, quia iā dictum est, q̃ non inconuenit vnam & eandem personam adorari duplici adoratione.

¶ Ad hoc dr̃, q̃ licet venerabilitas secundum se, non distrahat rōnem venerabilitatis, immo est perfectior differētia eius, distrahit tamen rationem venerabilitatis ratione alterius, ita q̃ venerabile ratione alterius, distrahitur per venerabile secundum se. Exemplum, per se subsistere, non distrahit rationem entis, sed est perfectior illius modus, sed distrahit rationem entis in alio, puta, accidentis. Et ideo cum latria inter creaturas debeatur soli

ARTICVLVS V.

Vtrum mater Christi sit adoranda adoratione latriæ.

AD quintum sic proceditur. Vī q̃ mater Dei sit adoranda adoratione latriæ. Vī enim idem honor esse exhibendus matri regis, & regi, vnde dicitur 2. Re. 2. q̃ politus est thronus matri Regis, quæ sedit ad dexteram eius. Et Aug. dicit in sermone de Assumptione, *Thronum Dei, & thalamum Domini cæli, atq; tabernaculū Christi dignum est ibi esse, vbi est ipse. sed Christus adoratur adoratione latriæ. ergo & mater eius.

¶ 2 Præ. Dama. †dicit in 4 li. q̃ honor matris refertur ad filium: sed filius adoratur adoratione latriæ. ergo & Mater.

¶ 3 Præ. Cōiunctior est Christo mater eius, q̃ crux: sed crux adorat adoratione latriæ. ergo & mater Christi est adorationē latriæ adoranda.

¶ Sed contra est, q̃ mater Dei est pura creatura. non ergo ei debetur adoratio latriæ.

¶ Resp. Dicendum, q̃ quia latria soli Deo debetur, nulli creaturæ debet latria, prout creaturam sm̃ se venerāmur. Licet autem creaturæ insensibiles, non sint capaces venerationis sm̃ seipsas, creatura tamen rationalis est capax venerationis secūdum seipsam. & ideo nulli puræ creaturæ rationali debetur cultus latriæ. Cum igitur beata Virgo sit pura creatura rationalis, non debetur ei adoratio latriæ: sed solū veneratio duliæ, eminentius tamen q̃ cæteris creaturis, inquantum ipsa est mater. d Dei. & ideo dicitur q̃ debetur ei non qualiscunque dulia, sed hyperdulia.

¶ Ad primum ergo dicēdum, quòd matri regis non debet æqualis honor honori, qui debet regi: debetur tamen ei quidam honor consimilis rōne cuiusdam excellentiæ. Et hoc significāt auctoritates *inductæ.

¶ Ad secundum dicendum, quòd honor matris refert ad filium, quia ipsa mater est propter filiū adoranda: non tamen eo modo, quo honor imaginis refert ad exemplar, quia ipsa imago, prout in se consideratur, vt res quædam, nullo modo est veneranda.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ crux nō est capax venerationis prout in se consideratur, vt dictum est*, sed beata virgo sm̃ seipsam est venerationis capax & ideo non est similis ratio.

ARTICVLVS VI.

Vtrum reliquiæ Sanctorum sint adorandæ.

AD Sextum sic proceditur. Vī q̃ Sanctorum reliquiæ nullo modo sint adorandæ. Non enim est aliquid faciendum, quod possit esse occasio erroris: sed adorare mortuorum reliquias vī ad errorem Gentilium pertinere, qui mortuis hoībus honorificentiam impendebant. ergo non sunt sanctorum reliquiæ adorandæ.

¶ 2 Præ. Stultum vī rem insensibilem venerari: sed sanctorum reliquiæ sunt insensibilia corpora. ergo stultū est eas venerari.

¶ 3 Præt. Corpus mortuum non est eiusdem speciei cum corpore viuo, & per consequens nō videtur esse numero idem. ergo videtur q̃ post mortem alicuius sancti corpus eius non sit adorandum.

¶ Sed contra est, q̃ dr̃ in li. de Eccle. dogmatibus, *Sanctorum corpora, & præcipuè beatorū martyrū reliquias, acsi Christi membra, syncerissimè honoranda. s. credimus. Et postea subditur: Si quis contra hanc sententiā velit esse, non christianus, sed Eugnominianus & Vigilantianus creditur.

¶ *Super quæstionis 25. Articulum sextum.*

TItulus hic clarissimus est.

¶ In corpore art, vnica est cōclusio dupliciter probata. Cōcluso est, Reliquias sanctorum qualescunque congruo honore venerari debemus, & præcipue eorum corpora. Probatur primo: Affectus alicui, veneratur etiā illa, quæ de ipso post mortem relinquuntur, sed sanctos Dei veneramur. ergo eorum reliquias venerari debemus, & præcipue eorum corpora. Maior probatur, auctoritate Aug Minor probatur ex quatuor: quia sancti sunt Christi membra, quia Dei filii, quia amici, quia nostri intercessores. Pars autem specificata in conclusione. s. præcipuè eorū corpora, manifestatur ex tribus: quia templa Spiritussancti habitantis: quia organa Spirituſſancti operantis per ea fuerunt: quia sunt corpori Christi configuranda. Secundo probatur conclusio, quia Deus sanctorum reliquias honorat miraculis, ergo & nos debemus honorare.

¶ Super

*Ii. r. e. 13. to. 5.

¶ Respondeo dicendum, quòd sicut Aug. dicit in lib. de ciuita. Dei. †Si paterna vestis & anulus, ac si quid est huiusmodi, tanto carius est posteris, quanto erga parentes est maior affectus, nullo mō ipsa spernenda sunt corpora, quæ vtiq. multo familiarius, atq. coniunctius, q̃ quælibet indumenta gestamus. hæc.n. ad ipsam naturam hominis pertinent. Ex quo patet, q̃ qui habet affectum ad aliquem, & ea, quæ de ipso post mortem relinquunt, veneratur, non solum corpus, aut partes corporis eius, sed etiam aliqua exteriora, puta, vestes, & similia. Manifestum est autem, q̃ sanctos Dei in veneratione habere debemus, tamquam membra Christi, Dei filios, & amicos, & nostros intercessores. Et ideo eorum reliquias qualescunque, honore congruo in eorum memoriā venerari debemus, & præcipuè eorum corpora, quæ fuerūt templa, & organa Spiritussancti in eis habitantis, & operantis, & sunt corpori Christi configuranda per gloriosam resurrectionem. Vnde & ipse Deus huiusmodi reliquias conuenienter honorat, in eorum *præsentiam miracula faciendo.

*Alias, præsentia.

*In epist. ad Riparium non procul a prin. to. 3

¶ Ad primum ergo dicendū, quòd hæc fuit rō Vigilantij, cuius verba introducit Hiero. †in lib. quem contra eum scribit, dicentis, Propè ritum Gentilium videmus sub prætextu religionis introductū, puluiſculum ne scio quem in modico vasculo, pretioso linteamine circūdatum osculantes adorant. Contra quem Hiero. dicit in Epist. ad Riparium, *Nos non dico Martyrū reliquias, sed nec solem, nec lunam, nec angelos adoramus. s. adoratione latriæ: honoramus aūt reliquias martyrum, vt eum cuius sunt martyres, adoremus: honoramus seruos, vt honor seruorum redundet ad dominum. Sic ergo honorando reliquias sanctorum, non incidimus in errore gentilium, qui cultum latriæ mortuis hominibus exhibebant.

*Incipit ēpist. Acceptis primum literis tuis, to. 3. hī nō procul a prin.

¶ Ad secundum dicendum, quòd corpus illud insensibile, non adoramus propter seipsum: sed propter animam, quæ fuit ei vnita, quę nunc fruitur Deo, & propter Deum, cuius fuerunt ministri.

* Alias, mortuum. D. 404. & 1091.

¶ Ad tertium dicendum, quod corpus *mortui alicuius sancti non est idem d numero quod primo fuit dum viueret, propter diuersitatem formæ, quæ est anima: est tamen idem, identitate materiæ, quæ est iterum suæ formæ vnienda.

QVAEST. XXVI.

De eo, quòd Christus mediator Dei & hominū dicitur, in duos articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de hoc, q̃ dicitur Christus Dei, & hominum mediator.

Et circa hoc quæruntur duo.

¶ Primo, Vtrum esse mediatorem Dei, & hominum, sit proprium Christo.

¶ Secundo, Vtrum hoc conueniat ei, secundum humanā naturam.

¶ *Super quæstionis vigesimæ sextæ, Articulum primum.*

ARTICVLVS I.

Vtrum esse mediatorem Dei, & hominum, sit proprium Christo.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur q̃ esse mediatorē Dei, & hominum, non sit proprium Chri-

150 3.d.19.e.q. 3.Et opu.3. c.22.Et op. 60.c.18.Et Gal.3.le.7. §.

TItulus clarus est. ¶ In corpore artic. sunt duæ

sto, Sicut.n. sacerdos, ita & propheta videtur esse mediator inter Deum & homines: secundum illud Deutero. 5. Ego illo tempore sequester fui & medius inter Deum & vos. sed esse prophetam & sacerdotem, non est proprium Christo. ergo etiam esse mediatorem.

¶ 2 Præter. Illud, quod conuenit angelis bonis & malis, non potest dici esse proprium Christo: sed esse mediū inter Deum & homines, conuenit angelis bonis, vt Diony. dicit 4. c. de diui. nomi. *conuenit ēt angelis malis. i. dęmonibus: habent.n. quædam cōmunia cum Deo. Immortalitatem, quædam cum hominibus. s. q̃ sunt animo passiui, & per consequens miseri, vt patet per Aug. in 9. de ciu. Dei. †ergo cē mediatorem Dei, & hominum nō est proprium Christo.

¶ 3 Præte. Ad officium mediatoris pertinet interpellare ad vnū eorū, inter quos est mediator pro altero: sed Spiritussanctus, sicut dr̃ Ro. 8. interpellat pro nobis ad Deum gemitibus inenarrabilibus. ergo Spiritussanctus est mediator inter Deum & hoīes. nō ergo est proprium Christo.

¶ Sed contra est, quod dr̃ 1. ad Timo. 2. Vnus est mediator Dei & hominum, homo Iesus Christus.

¶ Respon. Dicendum, q̃ ad mediatoris officium propriè pertinet, cōiungere & vnire eos, inter quos est mediator: nam extrema vniuntur in medio. Vnire autem hoīes Deo, perfectiuè quidem conuenit Christo, per quem homines sunt reconciliati Deo, secundum illud 2. ad Corin. 5. Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi. & ideo solus Christus est perfectus Dei, & hominum d mediator, inquantum per suam mortem humanum genus Deo reconciliauit. Vnde cum Apost. dixisset, Mediator Dei & hominum homo Christus Iesus, subiunxit, Qui dedit semetipsum redemptionem pro omnibus. Nihil tamen prohibet aliquos alios secūdum quid dici mediatores, inter Deum & homines, prout. s. cooperantur ad vnionem hominum cum Deo dispositiuè vel ministerialiter.

D. 864.

¶ Ad primum ergo dicendum, q̃ prophetæ & sacerdotes veteris testamenti, dicti sunt mediatores inter Deum & hoīes dispositiuè, & ministerialiter, inquantū. s. prænuntiabant & præfigurabant verum, & perfectum Dei & hoīum mediatorem. Sacerdotes verò noui testamenti possunt dici mediatores Dei & hominum, inquantum sunt ministri ueri mediatoris, vice ipsius salutaria sacramenta hominibus exhibentes.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ angeli boni, ut Augu. dicit in 9. de ciui. Dei *, non rectè possunt dici mediatores inter Deum & homines. Cū.n. vtrumq; habeant cōcum Deo & beatitudinem, & immortalitatem, nihil autem horum cum hominibus miseris & mortalibus, quo non potius remoti sunt ab hoībus, Deoq; coniuncti, q̃ inter vtrosq; medii constituti? Diony. *tñ dicit eos esse medios, quia secundum gradum naturæ sunt infra Deū, & supra homines constituti, & mediatoris officiū exercent, non quidem principaliter, & perfectiuè, sed ministerialiter & dispositiuè. Vnde Matt. 4. dicitur, q̃ accesserunt angeli, & ministrabant ei. s. Christo. Dæmones autem habent communem cum Deo immortalitatem,

cum

conclusiones. Prima est: esse mediatorem inter Deū, & homines, simpliciter, seu perfectiue, est proprium Christo. Secunda est: Nihil prohibet alios dici mediatores secūdum quid. s. dispositiue vel ministerialiter. prima conclusio probatur: Vnire homines Deo, perfectiue conuenit soli Christo. ergo solus Christus est perfectus mediator Dei, & hominum. Antecedens probatur; quia per mortem suam mundū Deo reconciliauit: & Apostolus dicit, Deus erat i Christo mundum, sibi reconcilians. Consequentia vero pbatur, & ratione; quia mediatoris officium est media te, inter eos, inter quos est mediator, probatur: quia in medio vniuntur extrema. Et auctoritate Apost. quia cum dixisset, Mediator &c. subiunxit, Qui dedit &c. Secunda conclusio, vt clara reliquitur, quia coopērantur aliqui ad vnionem.

* cap. 4. nō multū procul a prin.

* lib. 9. c. 8. to. 5.

* li. 9. & li. 14 ca. 15. a med. to. 5.

*loco citato in arg.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Super quæstionis 26. Articulū secundum.

TItulus clarus. ¶ In corpore duo huāt. Primo ponuntur duæ conditiones mediatoris, secundo, applicantur ad Christum duplici ter, & secundū q̄ Deus negatiue, & secūdum q̄ homo affirmatiue, & sic respondetur quæsito. Christus verissime dr̄ mediator Dei & hoīum, secundum q̄ hō. Omnia clara sunt in littera, cōstitit enim eius processus in hoc: Media por secūdum duo quæ habet (s. esse medium & officiū cōiungendi extrema inter se) duas exigit cōditiones: prima est distantia ab extremis, secūda est delatio ad extrema vtrinque ex altero. Sed christus, secundum q̄ Deus, neutram habet, quia nō distat a Deo in natura, aut dominio: nec aliquid Dei non suum deferre pōt: ac per hoc, nihil potest deferre ex Deo tanquam extremo. Sed secundum q̄ homo, hēt vtramq; quia distat a Deo natura, & ab hominibus pūris dignitate gratiæ & gloriæ, defert quoque præcepta donaque Dei ad homines, & satisfactionē ac interpellationem ex hoīibus ad Deum, non quasi hæc ab hominibus accipiat, sed quia hæc vice hominū ipse Deo offert, quod vocatur pro hominibus offerre, ac satisfacere. Nihilominus satisfactionē ex hominibus quoda modo accipit, pro quanto ex massa peccatrice carne (humana ab Adam genita, naturā passibilem in qua satisfaceret assumpsit.

¶ In resūone ad primum & tertiū, simul considerandi discernendo rōnem specificantem id, quo Christus mediat, aut satisfacit, aut cum hominibus aūt miseriam: ad hoc enim se interponit medium dæmō immortalis & miser, vt ad immortalitatem beatam transire non sinat, sed perducat ad miseriam immortalem. Vnde est sicut malus medius, qui separat amicos. Christus autem habuit cōmunem cum Deo beatitudinem, cum hominibus autem mortalitatē & ideo ad hoc se interposuit medium, vt mortalitate transacta & ex mortuis faceret immortales (quod in se reluxit ad dō monstrauit) & ex miseris beatos, vnde numquam ipse discessit: & ideo ipse est bonus mediator, qui reconciliat inimicos.

¶ Ad tertium dicendum, quòd Spiritussanctus cum sit per omnia Deo æqualis, non pōt dici medius, vel mediator inter Deum & homines: sed solus Christus, qui licet secundum diuinitatem æqualis sit Patri, tamen secūdum humanitatem minor est patre, vt supra dictum* est. Vnde super illud ad Gal. 3. Christus est mediator dicit gl. *Non Pater nec Spiritussanctus. Dicitur autem Spiritussanctus interpellare pro nobis, quia ipse interpellare nos facit.

ARTICVLVS II.

Vtrum Christus, secūdum quòd homo, sit mediator Dei, & hominum.

AD Secundum sic proceditur. Videtur quòd Christus non sit mediator Dei & hoīum, s̄m q̄ homo. Dicit* n. Aug. in li. contra Felicianū: Vna est Christi persona, ne sit non vnus Christus, non vna substantia, nec mediatoris dispēsatione submota, aut Dei tm̄ dicatur, aut hominis filius, sed non est Dei & hominis filius, secundū q̄ homo, sed simul secundū q̄ Deus, & homo. ergo neque dicendum est, q̄ sit mediator Dei & hominum solum secundum q̄ homo.

¶ 2 Præ. Sicut Christus: inquantum est Deus, cum Patre & Spiritusancto, ita inquantum est homo, conuenit cū hominibus: sed propter hoc, q̄ inquātum est Deus; conuenit cum Patre & Spiritusancto, non potest dici mediator, inquantum est Deus, quia super illud 1. ad Timo. 2. Mediator Dei & hominum &c. dicit glo. †Inquantum est verbum non medius est, quia æqualis est Deo, & Deus apud Deum, & simul vnus Deus. ergo nec etiam inquātum est homo, potest dici mediator, propter conuenientiā quam cum hominibus habet.

¶ 3 Præte. Christus dr̄ mediator inquantū reconciliauit nos Deo: quod quidē fecit, auferendo peccatū, quod nos separabat à Deo: sed auferre peccatū, conuenit Christo non inquantū est hō, sed inquantum est Deus. ergo Christus, inquantū est hō, nō est mediator, sed inquantum est Deus.

¶ Sed contra est, q̄ Augu. dicit* in ii. 9. de ciu. Dei, Nō ob hoc mediator est Christus, quia est verbum: maximè quippe immortale, & maximè beatū verbū, longè à mortalibus miseris, sed mediator est secundum q̄ homo.

¶ Respondeo. Dicendum, quòd in mediatore duo possumus cōsiderare. Primo quidē rōnē medii, secundo, officium coniungendi. Est aūt de rōne medii, q̄ distet ab vtroq; extremorū: cōiungit aūt mediator per hoc, q̄ ea quæ vnius sunt, defert ad alterū. Neutrum aūt horum pōt conuenire Christo secundum q̄ Deus, sed sōlum secūdum q̄ homo. Nā secundum q̄ Deus, non differt à Patre & Spiritusancto in natura & potestate dominii. Nec etiā Pater & Spiritussanctus aliquid habēt quod non sit filii, vt sic possit id, quod est Patris vel Spiritussancti, quasi quod est alioū, ad alios deferre: sed vtrūq; conuenit ei, inquantū est hō: qa secundum q̄ est homo, distat & à deo in natura, & ab hominibus in dignitate & gratiæ & gloriæ. Inquantum etiā est homo, conuenit ei coniungere homines Deo, præcepta & dona Dei, hominibus exhibēdo, & pro hominibus Deo satisfaciendo, & interpellando. & ideo verissime dr̄ mediator secundum quòd homo.

¶ Ad primum ergo dicendum, q̄ si subtrahatur diuina natura à Christo, subtrahetur per consequens ab eo singularis plenitudo gratiarum, quæ conuenit ei, inquantum est vnigenitus à patre, vt dr̄ Ioan. 1. Ex qua quidem plenitudine habet, vt sit super omnes homines constitutus, & propinquius ad Deum accedens.

¶ Ad secundum dicendum, q̄ Christus, secundū q̄ Deus, est p oīa æqualis patri: sed ēt in humana natura excedit alios homines. & ideo s̄m q̄ hō, potest esse mediator, non autem secūdum quòd Deus.

¶ Ad tertium dicendum, q̄ licet auctoritatiue peccatum auferre conueniat Christo secundum q̄ est Deus, tamen satisfacere pro peccato humani generis conuenit ei, s̄m q̄ est homo. Et secundum hoc dicitur Dei & hominum mediator.

QVAEST. XXVII.

De Beatæ Virginis Mariæ sanctificatione, in sex articulos diuisa.

POST prædicta, in quibus de vnione Dei & hominis, & de his quæ vnionē consequunt, tractatū est, *restat considerandum de his, quæ filius Dei incarnatus, in natura humana sibi vnita gessit, vel passus est: quæ quidē consideratio quadripartita erit. Nam primo considerabimus de his, quæ pertinēt ad ingressum eius in mūdum. Secundo, de his quæ pertinēt ad progressum vitæ ipsius in hoc mūdo. Tertio, de exitu ipsius ab hoc mūdo. Quarto, de his quæ pertinent ad exaltationem ipsius post hanc uitam.

¶ Circa primum quatuor considerāda occurrunt. Primo quidē de conceptione Christi. Secundo, de eius natiuitate. Tertio, de eius circumcisione. Quarto, de eius baptismo.

¶ Circa conceptionem autem eius oportet primo, aliqua considerare quātum ad matrem concipientem: secundo, quantum ad modum cōceptionis. tertio, quantum ad perfectionem prolis conceptæ.

¶ Ex parte autem matris occurrit considerandum, primo quidem, de sanctificatione eius: secundo, de virginitate eius: tertio de despōsatione eiusdem: quarto de annuntiatione ipsius: quinto, de præparatione ipsius ad concipiendum.

Circa primum quæruntur sex.

¶ Primo, Vtrum beata Virgo mater Dei, fuerit sanctificata ante natiuitatem ex vtero.

¶ Secundo, Vtrum fuerit sanctificata ante aīationem.

¶ Tertio, Vtrum per huiusmodi sanctificationem fuerit sibi totaliter sublatus fomes peccati.

¶ Quarto, Vtrum per huiusmodi sanctificationem fuerit consecuta, vt nunquam peccaret.

¶ Quinto, Vtrum per huiusmodi sanctificationē adepta fuerit plenitudinem gratiarum.

¶ Sexto, Vtrum sic sanctificari, fuerit proprium sibi.

ARTICVLVS I.

Vtrum beata virgo mater Dei, fuerit sanctificata ante natiuitatem ex vtero.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur q̄ beata Virgo non fuerit sanctificata ante natiuitatem ex vtero. Dicit. n. Apost. 1. ad Cor. 15. Non prius quod spirituale est, sed prius, quod est animale, deinde quod est spirituale: sed per gratiam sanctificantem nascit homo spiritualiter in filium Dei, secundum illud Ioann. 1. Ex Deo nati sunt. Natiuitas autem ex vtero, est natiuitas animalis. non ergo beata Virgo fuit prius sanctificata, q̄ ex vtero nasceretur.

¶ 2 Præ. Aug.* dicit in Epist. ad Dardanum: Sanctificatio qua efficimur templum Dei, non nisi renatorū est: nemo autem renascitur, nisi prius nascatur. ergo beata Virgo non fuit prius sanctificata, quàm ex utero nascerētur.

¶ 3 Præter. Quicumq; est sanctificatus per gratiā, est mūdatus à peccato originali & actuali. si ergo beata Virgo fuit sanctificata ante natiuitatem ex vtero, cōsequēs est q̄ tunc fuerit emundata ab originali peccato: sed solum originale peccatum poterat eā impedire ab introitu regni cęlestis. Si ergo tunc mortua fuisset, vt q̄ianq̄ regni cęlestis introisset, quod tm̄ fieri nō potuit ante passionem Christi: habemus. n. fiduciam in introitum sanctorum per sanguinem eius, vt dicitur Hebr. 10. Videtur ergo q̄ beata Virgo non fuerit sanctificata antequam ex vtero nasceretur.

¶ 4 Præ. Peccatum originale contrahitur ex origine, sicut peccatum actuale ex actu. Sed quamdiu aliquis est in actu peccādi, non pōt à pcto actuali mundari. ergo ēt nec beata Virgo à pcto originali mundari potuit, dū eēt adhuc in ipso actu originis in matērno vtero existens.

¶ Sed contra est, q̄ Ecclesia celebrat natiuitatē beatæ Virginis, non aūt celebratur festum in Ecclesia, nisi pro aliquo sancto. ergo beata Virgo in ipsa sua natiuitate fuit sancta. fuit ergo in utero sanctificata.

¶ Resp. Dicendum, q̄ de sanctificatione beatæ Mariæ, q̄. s. fuerit sanctificata in vtero, nihil in Scriptura canonica traditur, quæ ēt nec de eius natiuitate mentionē facit: sic tm̄ Auguit.* in sermone de Assumptione ipsius Virginis, rationabiliter argumentatur, q̄ cum corpore sit assumpta in cęlum (quod tm̄ Scriptura non tradit) ita ēt rationabiliter argumentari possumus, q̄ fuerit sanctificata in utero. Rationabiliter. n. creditur, q̄ illa quæ genuit Vnigenitum à Patre, plenum gratiæ & veritatis, præ omnibus aliis maiora priuilegia gratiæ acceperit. Vnde, vt legitur Luc. 1. Angelus ei dixit, Aue Maria gratia plena. Inuenimus autem quibusdam aliis hoc priuilegialiter esse concessum, vt in vtero sanctificarentur, sicut Hieremias, cui dictum est, Hieremiæ 1. Antequam exires de vulua, sanctificaui te, & sicut Ioannes Baptista, de quo dictum est Luc. 1. Spiritu sancto replebitur adhuc ex vtero matris suæ. Vnde rationabiliter creditur, quòd beata Virgo sanctificata fuerit antequā ex vtero nasceretur.

¶ Ad primum ergo dicendum, q̄ ēt in beata Virgine prius fuit id quod est animale, & post id quod est spirituale, quia prius fuit secundum carnem concepta, & postea secundum Spiritum sanctificata.

¶ Ad secundum dicendum, quòd Augu. loquitur ē m legem communem, secundum quam per sacramenta nō regenerantur aliqui nisi prius nati: sed Deus huic legi sacramentorum, potentiam suam non alligauit, quin aliquibus ex priuilegio gratiam suam conferre possit, antequam nascantur ex vtero.

¶ Ad tertium dicendum, quòd beata Virgo sanctificata fuit in vtero à peccato originali, quantum ad maculam personalē, non tm̄ fuit liberata a reatu, quo tota natura tenebat obnoxia, vt. s. non intraret in paradisum nisi per Christi ostium,* sicut & de sanctis patribus dr̄, qui fuerunt ante Christum.

¶ Ad quartum dicendum, q̄ peccatum originale trahitur ex origine, inquantum per eam cōicatur humana natura, quam propriè respicit peccatum originale, quod quidem est quando proles concepta animatur. Vnde post animationem nihil prohibet prolem conceptam sanctificari: postea. n. non manet in materno vtero ad accipiendam humanam naturam, sed ad aliqualem perfectionem eius, quod iam accepit.

ARTICVLVS II.

Vtrum beata virgo fuerit sanctificata ante animationem.

AD Secundum sic procedit. Vī q̄ beata Virgo sanctificata fuerit ante animationem: quia (vt dictū est*) plus gratiæ est collatum Virgini matri Dei, q̄ alicui sanctorum: sed q̄busdam vī esse concessum, q̄ sanctificarēturante aiationē: quia vt dr̄ Hiere. 1. Priusquā te formarem in utero noui te: non aūt infunditur aīa ante corporis formationē. Similiter ēt de Ioan.

*Ioannis, vt Augu. de Assumptione arguit.

¶ Quo ad secundum conclusio est, Rōnabiliter creditur beatam Virginem sanctificatā in vtero, probat, Maiora gratię priuilegia beatæ Virgini concessa creduntur, quam aliis sanctis: sed quibusdam sanctis concessa est sanctificatio in utero. ergo. Maior probatur, tum quia mater futura erat Vnigeniti a Patre pleni gratia: tum quia Angelus dixit eā plenam gratia. Minor ꝓbat dr̄ Hie. & Ioan. Bapt.

*In li. de assumptione beatæ Mariæ c. 6. prę. cipue to. 9.

*In epi. 57. a med. to. 2.

*Alias hostiam.

*Est sūpta ex Aug. li. 10. confess. ca. 43. ante med. to. 1.

*Ii. q. 1. non prius a fine. to. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

est beata Virgo fuit sanctificata post animationem. Conclusio probatur dupliciter, primo sic, Sanctificatio de qua loquimur, est emundatio a peccato originali. ergo est per gratiam. ergo in sola creatura rationali. ergo non ante infusionem animæ rationalis. Antecedens declaratur ex Dionys. Sanctitas est perfecta mundicia. Prima consequentia probatur, quia culpa non emundatur, nisi per gratiam. Secunda uero, quia sola creatura rationalis est subiecta gratiæ. Secundo, ducendo ad inconueniens sic, Proles concepta ante infusionem animæ rationalis non est culpæ obnoxia. ergo quocumque modo ante animationem beata virgo sanctificata fuisse, non incurrisset originalis peccati maculam. ergo non indiguisset redemptione, & salute, quæ est facta per Christum: sed hoc est inconueniens. ergo. Antecedens probatur, quia sola creatura rationalis est susceptiua culpæ. Prima consequentia, ut clara relinquitur. Secunda autem probatur auctoritate angeli Matth. 1. Ipse saluũ faciet a peccatis. Inconueniens consequentis probatur auctoritate Apo. 1. ad Tim. 4.

¶ Aduerte hinc primo, quòd sanctificatio, potest dupliciter sumi. Primo, ut est de contrario in contrarium, de immũditia ad munditiã & sic consistit, q̃ est de peccato in gratiam. Secundo, ut est de negatio in affirmatum, de non sancto in sanctum, de non gratia in gratiam. Et sic non supponit peccatum, & incipit in Christo, & angelis, angeli enim sanctificati sunt a Deo, qui numquam peccauerunt, & de seipso dicit Christus, quem Pater sanctificauit, &c. In prima autem ratione, hic allata sumitur sanctificatio primo Gratia materiæ, quoniã secũdo est de sanctificatione hois descendentis ex commixtione maris, & fœminæ: supponimus n. oẽm hmõi hoiẽm peccatum originale contrahere, iuxta superius determinata de peccato originali. Et propterea in litera dicitur, q̃ sanctificatio, de qua loquimur, sit emundatio a peccato originali. Et ex auctoritate Dion. accipiendo mundiciam a contrario probatur, q̃ ratione materiæ, probatur, quia perfecta mundicia in tali materia est emundatio a peccato originali.

¶ Aduerte secundo, q̃ licet sanctificatio proprie sumpta, ut sæpe licet percingit ad proprium terminum ad quem, qui est gratia reddens creaturam impeccabilem ad minus mortaliter, sumatur duobus antedictis modis, extenditur tamen sanctificationis nomen (sicut etiã extenduntur alia nomina multiplicia) ad ea quæ ad sanctitatem præparant, vel faciunt, & huiusmodi. Et propterea Auctor in secunda rõne hic allata extensio sanctificationis nomine vtitur, dicens, Quocunque modo ante animationem beata Virgo sanctificata fuisset. Ea autem necessitas, secundæ rationis fuit, q̃ excluso per primam rationem, q̃ ante infusionem rationalis animæ sanctificata fuit proprie (quia non erat capax gr̃æ) supererat excludere, q̃ susceptiua, f. ante animationẽ non fuit sanctificata illo modo, quo ille, fœtus erat sanctificationis capax, pura q̃ mundaretur ab infectione, seu contagione, quæ erat infectura animã rationalem sibi infundẽdam. Et hoc per secundã rõne directe excluditur vt patet.

¶ Circa secundam rationem quæritur de illa consequentia, ergo non indiguisset redemptione Christi. Nam vt non valeret ea, q̃ multa cum sint modi, quibus redimi, & saluari per Christum fit eis a peccato, tã illa vnum tantũ modum excludens, quin omnes excluserit, infert negatiuam totaliter, q̃ non indiguisset redemptione Christi. Quòd autem non sit vnicus tã modus, quo redemptio a peccato fit per Christũ ex eo patet, q̃ vltra illa cõmodum tenentibus beatam Virginem conceptam in peccato originali, & ideo vt videtur, reprobantibus sanctificationem carnis eius ante infusionem animæ, vt in hac litera patet. Et propterea loquendo secundum præsentis literæ contextum, consequentia tenet, quia à negatione sanctificationis auterioris cum sua ratione, quia scilicet contraxit peccatum originale, infertur q̃ fuerit sanctificata post animationem. Et clare patet q̃ sequela

*Lib. 1. in Luc. in tit. de turbati Zachariæ confirmat. Parum ante me to. 5. fo. 18. parũ a prine.

Bapt. dicit Ambr. †super Luc. quòd nondum inerat ei Spiritus vitæ. ergo multo magis beata Virgo ante animationem sanctificari potuit.

¶ 2 Præter. Conueniens fuit (sicut Ansel. *dicit in li. de concepta Virginali) vt illa Virgo ea puritate niteret, qua maior sub Deo nequit intelligi. Vnde & Canti. 4. dr. Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te: sed maior puritas fuisset beatæ Virginis, si numquã ala eius fuisset inquinata cõtagio originalis peccati. ergo hoc ei præfuit, vt antequã animare tur caro eius, sanctificaretur.

Art. 1. huius q. argu. Sed cont.

¶ 3 Præte. Sicut dicitum est, *nõ celebratur festum, nisi de aliquo sancto: sed quidam celebrant festum conceptionis beatæ Virginis. ergo videt, q̃ in ipsa sua conceptione fuerit sancta, & ita q̃ ante animationem fuerit sanctificata.

¶ 4 Præ. Apostolus dicit Ro. 11. Si radix sancta, & rami, radix aut filiorũ sunt parentes eorum, potuit ergo beata Virgo sanctificari ẽt in suis parentibus ante animationem.

¶ Sed contra est, quòd ea quæ fuerunt in veteri testamẽto sunt figura noui, secundum illud 1. ad Corinthios 10. Omnia in figura contingebant illis: sed per sanctificationem tabernaculi, de qua dicitur in Psalm. 45. Sanctificauit tabernaculum suum altissimus, videtur significari sanctificatio matris Dei, quæ tabernaculum Dei dicitur, secundum illud Psal. 18. In sole posuit tabernaculum suũ. De tabernaculo autem dicitur Exod. vltim. Postquam cuncta perfecta sunt, operuit nubes Tabernaculum testimonii, & gloria Dominj impleuit illud. ergo etiam beata Virgo non fuit sanctificata, nisi postquam cuncta eius perfecta sunt, scilicet & corpus & anima.

¶ Respondeo dicendum, q̃ sanctificatio beatæ Virginis, non potest intelligi ante eius animationem, duplici ratione. Primo quidem, quia sanctificatio, de qua loquimur, non est nisi emũdatio a peccato originali. Unctitas. D. est perfecta mundicia, ut Dion. *dicit in 12. c. de Diui. no. Culpa autem nõ potest emundari, nisi per gratiam, cuius subiectum est sola creatura rationalis. Et ideo ante infusionem animæ rationalis beata virgo sanctificata nõ fuit. Secundo, quia cum sola creatura rationalis sit susceptiua culpæ, ante infusionem animæ rationalis proles concepta, non est culpæ obnoxia. Et sic quocumque modo ante animationem beata Virgo sanctificata fuisset, numquam incurrisset maculam originalis culpæ, & ita non indiguisset redemptione, & salute, quæ est p Christum, de quo dicitur Matth. 1. Ipse saluum faciet populum suum a peccatis eorum. Hoc autem inconueniens est, quòd Christus non sit saluator omnium hominum, vt dicitur 1. ad Tim. Vnde relinquitur, quòd sanctificatio beatæ Virginis fuerit post eius animationem.

¶ Ad primvm ergo dicendum q̃ Dominus dicit, ante formationẽ in vtero se Hieremiam nouisse, notitia scilicet prædestinationis, sed sanctificasse dicit eum non ante formationem, sed antequam exiret de ventre. Quod autem Ambr. *dicit, quòd Ioanni Baptistæ nondum inerat spiritus vitæ, cum iam habebat spiritũ gratiæ, non est intelligendum, secundum q̃ spiritus vitæ dicitur anima viuificans, sed secundum quòd spiritus vitæ dicitur aër exterius respiratus: vel potest dici, quòd nondum inerat ei spiritus vitæ, idest anima, quantum ad manifestas & completas operationes ipsius.

¶ Ad secundum dicendum, quòd si numquam anima beatæ Virginis fuisset contagio originalis peccati inquinata, hoc derogaret dignitati christi, secundum quam est vniuersalis omnium saluator. Et ideo sub Christo qui fuit carnem non indigãte, tamen vniuersalis saluator, maxima fuit beatæ d Virginis puritas. Nam Christus nullo modo contraxit originale peccatum, sed in ipsa sui conceptione fuit sanctus, secundum illud Luc. 1. Quod ex te nascetur sanctum, vocabitur Filius Dei. sed beata virgo d contraxit quidem originale peccatum, sed ab eo fuit mundata, antequam ex vtero nasceretur. Et hoc signatur Iob 3. vbi de nocte originalis peccati dicitur, Expectet lucem, idest Christum, & non videat (quia nihil inquinatum incurrit in illam, vt dicitur Sap. 7.) nec ortum surgentis auroræ, idest beatæ Virginis, quæ in suo ortu a peccato originali fuit immunis.

¶ Ad tertium dicendum, quòd licet Romana ecclesia conceptionem beatæ Virginis non celebret, tolerat tamen consuetudinem aliquarum ecclesiarum, illud festum celebrantium. Vnde talis celebritas non est totaliter reprobanda. Nec tamen per hoc, quòd festum conceptionis celebratur datur intelligi, quòd in sua conceptione fuerit sancta: sed quia quo tempore sanctificata fuerit ignoratur, celebratur festum sanctificationis eius potius quàm conceptionis in die conceptionis ipsius.

¶ Ad quartum dicendum, quòd duplex est sanctificatio. Vna quidem totius naturæ, inquantum scilicet tota natura humana ab omni corruptione culpæ, & pœnæ liberatur. & hæc erit in resurrectione. Alia vero est sanctificatio personalis, quæ non transit in prolem carnaliter genitam, quia talis sanctificatio non respicit carnem, sed mentem. Et ideo si parentes beatæ Virginis fuerunt mundati à peccato originali, nihilominus beata Virgo peccatum originale contraxit, cũ fuerit concepta secundum carnis concupiscentiam ex commixtione maris, & fœminæ: dicit enim Augustinus* in libro de nuptijs, & concupiscentia, omnem quæ de concubitu nascitur, carnem esse peccati.

†c. 12. circa prine. tom. 9.

Articvlvs III.

Vtrum per sanctificationem fuerit beatæ Virgini fomes totaliter sublatus.

AD Tertium sic proceditur. Videtur quòd beata Virgo non fuerit emundata ab infectione fomitis. Sicut enim pœna originalis peccati est fomes, qui consistit in inferiorum virium rebellione ad rationem, ita etiã pœna originalis peccati est mors, & cæteræ pœnalitates corporales: sed beata Virgo fuit subiecta huiusmodi pœnalitatibus, vt doctrinæ sanctorum æstima ta pietas præferatur, & quod in cõmuni asseritur, in his, f. quæ credenda sunt sectandos magis esse antiquos doctores, q̃ modernos, in hoc particulari post hãc dum moderni antiquis, & non sancti sanctis præferũtur. Testatur autem erraticus hic processus similes esse illos peccantibus ex ignorantia electionis, dũ in vniuersali scientes, applicando ad particulare, ab vniuersali declinant. Verum opinio ista media, quãuis noua, quamuis aliena à doctrina antiquorum doctorũ, & à doctrina sanctorum, communiter, quia tamen nihil contra fidem sustinet, & Apostolica sedes decreuit donec fuerit decisum, absq; hæresis crimine, q̃ libet vtranq; contradictionis partem teneri posse, vnaquæq; prouincia in suo sensu abundet, modo prompta sit Ecclesiæ sanctæ definitioni subesse.

154 3. eti. 3. q. 1 ar. 2. & ibidem i expositione prim. par. text. Et opu. 3. c. 231.

¶ Scripsimus de hac materia tractatulum quendam ad Leonem 10. Pontif. Maxi. qui viuit, & regnat: & ideo sat sit hic monuisse omnes de re hac differentes, aut prædicantes, vt meminerint se non de fidei necessarijs, sed de probabilibus tractare: neutra siquidem pars fidei documentis aduersatur. Nam si teneatur beatam Virginem contraxisse originale peccatum (vt sancti, & antiqui doctores tenent) illat omnia conuenta inueniri. Si autem tenetur beatam Virginem non ex vi conceptionis, sed ex gratia singularissima in ipso instanti infusionis animæ, in sua illa animæ præseruatam ab originali peccato quod tunc incurrisset, nisi illa gratia affuisset, nihil contra fidem tenetur, sed specialis modus redimendi ac saluandi à peccato originali, Christo attribuitur re spectu suæ matris. sic enim ipsa beata Virgo indiguit redimi, & saluari à peccato per Christum, quoniam ipsa tunc incurrisset peccatum, nisi munus gratiæ præuenientis non tempore, sed natura affuisset. Et ita puritas eius fuit maxima sub Christo, qui nullo modo indiguit redimi, qui ex vi suæ conceptionis fuit sanctus. Fuit quoque beata Virgine quod animale est prius natura non tempore, quàm quod spirituale est: quoniam infusio gratiæ in ipsius anima supponit productionem animæ, quamuis, vt dictum est, præueniat peccati maculam, quæ tunc incurrenda erat nisi gratia illam impedisset, probabilis profecto opinio, nisi sanctorum antiquorum auctoritas obstaret, longe probabiliorem reddens contrariam positionem.

¶ *Super Quæstionis vigesimæ septimæ, Articulum tertium.*

TItulus clarus recolentibus fomitis rationem ex dictis in precedentibus: est enim fomes appetitus sensitiui deordinatio ex subtractione originalis iustitiæ destituti, qua deordinatione caro concupiscit aduersus spiritum.

¶ In corpore art. duo fiunt. primo, recitantur quatuor opiniones circa quæsitum, deinde singulæ examinantur, & sola quarta approbatur, sicque respondetur quæsito.

¶ Quo ad primum opiniones patent, prima quòd totaliter ablatus: secunda q̃ ablatus, quantum ad pronitatẽ in malũ, non aũt quantum ad difficultatem in bonum. tertia, q̃ ablatus quantum ad personam, non quantum ad naturam: quarta quòd remanet secundum essentiam ligatus quo ad actum. Et hæc quarta videtur coincidere cum secunda opinione posita à Magistro sent. in 3. dist. tertij sent. Duas tantum ibi ponit, scilicet primam & quartam sub aliis verbis, vide ibi.

¶ Quo ad secundum, examinatur primo, secunda opinio dicens, q̃ fomes remanet quo ad difficultatem ad bonum, sed non

Universidad de Deusto
Biblioteca

quo ad pronitatem ad malum. Cõtra quam obijcitur sic, Fomes est inordinata habitualis concupiscentia appetitus sensitiui, & inordinatio hæc arrenditur penes repugnantiam ad rationem. ergo ponere quòd remanserit, & non inquantum inclinat ad malum, est ponere duo opposita. Et tenet sequela, quia repugnantia ad rationem in appetitu, est inquantum inclinat ad malum, vel difficulter in bono.

¶ Circa hãc rationem duo sunt dubia, alterum cõmune, qualiter fomes sit inordinata concupiscentia habitualis, cum nullus sit habitus malus in prole, quia

* lib.4.ortho. ſi.ca.15. nec acquisitus, nec infusus: alterũ prium huic intento, quia hæc ratio nõ videtur efficax

*ca.36.to mo 7. quoniam inordinata concupiscentia (vt litera testatur) habet duos effectus sub disiunctione, vel inclinare ad malum, vel difficultare ad bonum, & positio cõtraria dicit, q fomes manet cũ vno tantum istorum effectuum. Auctor autem ex positione causæ habentis plures effectus. s. inordinatæ concupiscentiæ natę, habere vtrunq; dictorum effectuum, infert positionem vtriusque effectus, quod constat non licere ex 2. Posit. sed econuerso: ex quolibet. n. effectu cõmunis causæ potest inferri causa, sed ex positione communis causæ non potest inferri determinatè iste effectus, vt in litera fit, dũ ex inordinata concupiscentia infertur, pronitas ad malum, & nõ solum difficultas ad bonum, quam opinio illa ponebat.

¶ Ad primum dubium dicitur, quòd concupiscentia habitualis dicitur non quia sit habitus, sed quia est priuatio habitus: priuatio enim ad genus sui oppositi spectat: non homo enim ad substantiam, & non albũ ad quale reducitur, est siquidem appetitus sensitiuus humanus priuatus gratia habituali originalis iustitię. qua promptus subesse rationi ordini: destitutus siquidẽ tali dono dicitur concupiscentia inordinata habitualis: quia sic est etiã si nihil actualiter concupiscat.

¶ Ad secundum dubium dicitur dupliciter. Primo quod doctrina Aristo. loquitur de causa communi ad disparatos effectus, non autem de causa communi effectuum inuuo se inferentium, quales sunt isti. Nam pronitas ad malum difficilem facit ad bonum, & difficultas ad bonum, pronum monstrat animum ad malum, nisi enim animus inclinaretur ad cõtrarium bono rationis, non esset difficilis ad bonum: sicut si corpus non inclinaretur ad motum deorsum, con difficultaretur ad ascendendum. Et similiter ex hoc, quòd inclinatur ad bonum sensibile contrarium bono rationis, prouenit quòd difficultatem patitur ad motum secundum rationem in bonum. Nullus ergo error, nulla debilitas in processu huc literæ est, secundo dici potest, q licet ex positione causæ communis non possit determinate inferri positio alterius determinate effectus, vel positio vtriusque simul, potest tamen inferri potentia ad alterum determinatè & ad vtrumque simul, quia ex hoc ipso q causa communis est vtrique, in potentia habet vtrunque, ac per hoc licuit Auctori ex hoc, q fomes est concupiscentia contraria rationi habitualiter inferre, q fomes necessario est inclinatiuus ad malum & difficultatiuus in bono, & non intulit q actualiter inclinaret ad malum: ipsa siquidem inordinatio, quia rationi contraria, sonat pronitatem ad malum non actualem, sed habitualem, vt declaratum est. Et propterea recte illatum est, q duo simul ponuntur contraria, dum ponitur fomes & negatur habitualis pronitas ad malum, quia ipsa inordinata concupiscentia est pronitas ad malum, quia est contraria rationi. Et hæc responsio magis literam sequitur.

¶ Examinatur deinde tertia opinio, dicens fomitem remansisse quantum ad corruptionem naturę, non quantum ad corruptionem personæ. Contra hanc in litera similiter proceditur, quòd ponat duo opposita simul, arguendo sic, Fomes vt corruptio naturæ est libido transmittens peccatum in prolem: libido autem est supra dicta concupiscentia rationi contraria. ergo fomes vt corruptio naturæ infert seipsum, vt corruptionem personæ. Antecedens est Aug. Altera propositio accipitur, vt per se nota, quia aut est sermo de libidine æquali, & habetur intentum, quia hæc non compatitur liberum rationis vsum: sed de hac non est sermo, quia quantũcunque parentes absque delectatione coirent, proles conciperet in peccato originali. Si autem est sermo de libidine habituali, vt in veritate est sermo de illa, constat, quòd ipsa non nisi habitualis est concupiscentia inordinata, quam declarauimus. Consequentia aũt est per se euidens, quia inordinata concupiscentia, ideo inordinata est, quia contraria rationi habentis illam, ac per hoc ad personale malum habentis illam spectat. Quia igitur inordinata habitualis concupiscẽcia est ex eadem ratione, & contraria ratio ni habentis illam & ex qua transiit originale peccatum in prolem, non potest secundum vnam & eandem atomam rationem separari à seipsa vt maneat in seipsa, & nõ maneat, quicquid sit de effectibus.

¶ Post hæc exclusis, secunda & tertia opinionibus, infertur, primam aut quartam asserendam. Et examinatur prima, declarando primo, quomodo potest intelligi ista positio, & satis plarè patet litera quo ad hoc, exemplo Christi & Adæ. Muniendo secundo hanc opinionem, quia spectat ad dignitatem beatę Virginis, obijciendo tertio contra illam, quia derogat dignitati Christi, quia prima caro sancta debuit esse caro Christi. Afferturque eam in litera ratio talis. Absque virtute Christi nullus à prima damnatione liberatur. ergo ante incarnationem Christi nullus secundum carnem debuit a prima damnatione liberari. Consequentia probatur, quia in Christi carne debuit primo apparere immunitas à damnatione. Et confirmatur à simili, de immortalitate carnis.

¶ Aduerte hic quòd Auctor posito antecedente, aduersarium apponit adiuuantem consequentiam, dicens: & quamuis per spiritualem fidem Christi aliqui sint secundum Spiritum ab illa damnatione ante Christi incarnationem liberati, tamen, & cætę. Vbi ex dissimili effectu salutis carnalis, & spiritualis à Christo, dum causam tangit scilicet secundum spiritum & secundum carnem, consequentiam probat. Consentaneam quippe rationi est, vt sicut salus spiritus per spiritualem modum fit (per fidem scilicet quæ est etiam futurorum) ita salus carnis carnaliter quoque fiat, ac per hoc à prima carne sanctificatę Christi caro, de qua sola scriptum est, Quod ex te nascetur sanctum. videre etiam potes quàm consona ratio allata sit, vt principium, & consumatio rei correspondeant sibi, salus carnis consumatur per immortalitatem, inchoatur per sanctitatem eiusdem carnis. Et quia cõstat primam carnem immortalẽ fuisse carnẽ Christi (quia ipse est primogenitus mortuorũ) consonum est, vt eius caro fuerit & prima caro sancta: sanctitas autẽ carnis penes munditiam, seu immunitatem à fomite, qui lex carnis dicitur, attenditur, non igitur inuenta est caro sine fomite in te Christi Carnem, & primus locus Christo reseruatus est, sicut reseruari decuit. Et memento lector, vt in istiusmodi quæstionibus non quæras rationes mathematicas. indisciplinati enim est ingenij, uerere similẽ in omni materia certitudinem, rationabilem hic sufficit inferre conclusionem.

¶ Demum quarta opinio approbatur, quam primo ponit, dicens quòd remansit fomes secundum essentiam, ligatus quo ad exercitium seu operationem vsque ad conceptionem filij Dei, in qua fuit totaliter sublatus. Secũdo declarat modum quo ligatus fuit, vbi tres modos tangit, scilicet per dominium liberi arbitrii per gratiam habitualem, per diuinæ prouidentiæ assistentiam. Et primum modum excludit eadem ratione, quia priuilegium similiter Christi est vsum liberi arbitrij in materno vtero habere. Secundum modum approbat, quem declarauerat examinando primam opinionem vltimo improbatam, tertium autem modum magnificat. Tertio declarat vltimam cõclusionis partem, tum quia in conceptione Christi iam apparuit immunitas primo in carne Christi, ac per hoc absque vlla derogatione priuilegiorum Christi dignitas matris tunc ponitur, vt gratiam habuerit totaliter auferentem fomitem, tum quia figurate ſuccubitas Ezech. fatet.

¶ Circa primum modũ vinculi quo ligatur fomes, scilicet per imperium liberi arbitrii, pro quãto dicitur Christi priuilegium, scito quòd dupliciter contingit haberi vsum liberi arbitrii in materno vtero. Primo, ab initio conceptionis seu infusionis animæ, & deinceps semper, & hoc est priuilegium Christi, & hoc negatur

§. 1. n. 2. cessum. Et per hãc negationem sufficienter probatur fomitem in beata Virgine non esse ligatum per liberũ arbitrium quia fomitem ab initio habuit & continuè: liberi autem arbitrii vsum non habuit ab initio, & deinceps, quia hoc est Christi priuilegium. Secundo contigit ex speciali gratia ad aliquem actum, vt de Ioanne Baptista potest credi cum exultauit in gaudio in fans in vtero: gaudere enim motus est appetitiuæ partis, & gaudere de spiritualibus motus est appetitus superioris, qui vocatur voluntas, constat autem Ioannis gaudium non de re sensibili, sed de Christi aduentu fuisse, & exultasse in gaudio: verum post actum illum Ioannes sanctus perseuerauit, licet non cum viu liberi arbitrii. Sicut & miraculose quandoque legitur præstitus vsus loquendi ad aliquem actum aliquibus infantibus, qui tamen nesciebant propterea postea loqui, sed erant sicut alii infantes, vt patet in gestis Apostolorum Simonis & Iudæ, & Faustini, Simplicii, & Beatricis.

¶ Circa magnificationem tertii modi, quo fomes ligatus perfectius ponitur per diuinam prouidentiam, aduerte quòd dupliciter exponi potest illud comparatiuum, perfectius. Primo, vt denotet solam additionem maioris perfectionis, ita quòd perfectioni interiori superaddatur perfectio ab exteriori prohibente, sicut si diceremus quòd fons aquæ est frigidus ab intrinseca qualitate, & perfectius ab extrinseco concauo monte prohibente solem calefacientem. Et hic sensus caret scrupulo, quoniam constat fomitem perfectius ligari ex gratia intrinseca, & prouidentia extrinseca prohibente in ordinationem fieri, quam ex gratia intrinseca tantum. Alio modo potest exponi, vt comparationem faciat ad secundum modum vinculi, vt sit sensus, quòd fomes perfectius ligabatur per diuinam prouidentiam, quã per interiorem sanctificationem: & hic sensus non caret ambiguitate, quoniã efficacius ac nobilius ref e natur inclinatio interior ab intus, quàm ab extra, fomes autem interior, quædam est inclinatio aduersus rationem. Sed si diligentius perspexerimus, inuenietur oppositum aliud quippe est loqui de fomite in seipso, & aliud de actibus eius. Fomes ipse, cum inclinatio habitualis sit, optime ac q̃ prissime per habitum curatur ac tollitur, sed actus ipse cum præsit ac contra infusum habitum exerceri positus ipsa habituali inclinatione impellente, requirit ad hoc vt inobliquabilis sit manente interiori inclinatione, ad exteriorem curam, quę ad ea, quæ intus, & ad ea quæ extra sunt, se efficacissime extendat. Et ideo melius dicendum, q̃ per sanctificationem in vtero non fuerit sublatus beatæ Virgini fomes secundum essentiã, sed remanserit ligatus, non quidem per actum rationis suæ, sicut in viris sanctis, quia non habuit vsum liberi arbitrii, adhuc in ventre matris existens, hoc enim est speciale priuilegium Christi, sed per abundantiam gratiæ, quam in sanctificatione recepit, & etiam perfectius per diuinam prouidentiam sensualitatem eius ab omni inordinato motu prohibentem. Postmodum verò in ipsa conceptione carnis Christi, in qua primo debuit resulgere peccati immunitas, credendum est q̃ ex prole redundaueri t in matrem, totaliter fomite subtracto. Et hoc signatur Eze. 43. vbi dicitur, Ecce gloria Dei Israel ingrediebatur per viã orientalem. i. per beatam Virginẽ, & terra ii. caro ipsius, splendebat à maiestate eius scilicet Christi.

¶ Ad primum ergo dicendum, q̃ mors & huiusmodi penalitates, de se non inclinant ad peccatum. Vnde etiam Christus licet assumpserit huiusmodi penalitates, fomitem tamẽ non assumpsit. Vnde etiam in beatã Virgine, vt Filio conformaretur (de cuius plenitudine gratiam accipiebat) primo quidem fuit ligatus fomes, & postea sublatus, non autem liberata fuit à morte, & alijs huiusmodi pœnalitatibus.

¶ Ad secundum dicendum, quòd infirmitas carnis ad fomitem pertinens, est quidem in sanctis viris perfectæ virtutis occasio, non tamen causa sine qua perfectio haberi non posit. Sufficit autem in beata Virgine ponere perfectam virtutem ex abundantia gratiæ, nec oportet in ea ponere omnem occasionem perfectionis.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ Spiritussanctus in beata Virgine duplicem purgationem fecit, vnam quidem, quasi præparatoriam ad Christi conceptionem, quæ non fuit ab aliqua immunitate culpæ, vel fomitis, sed mentem eius magis in vnum colligens & à multitudine sustollens. Nam & angeli purgari dicuntur, in quibus nulla impuritas inuenitur, vt Dion. * dicit 6. cap. Eccle. hierar. Aliam verò purgationem operatus est in ea Spiritussanctus mediante conceptione Christi, quæ est Spiritussancti opus. Et secundum hoc potest dici, quòd purgauit eam totaliter à fomite.

* c.6.par. 3.a med.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et loquitur de possibili secundum diuinam sapientiam suauiter omnia disponentem, quæ vocatur potentia ordinata. ligatus est ergo beatæ Virginis fomes vsque ad conceptionem filij, & per gratiam sanctificationis relinquetem fomitis essentiam, & dominantem exercitio (vt habitualis gratia viatorum præsidere consueuit subiecto ne exorbiter in actu) & per diuinã prouidentiam perfectius, vt plene, ac infallibiliter præsidentem, ne actus exorbiter. Et hæc expositio est tanto Auctore dignior, quanto subtilior, & diuersitatem in litera positam modorum ligandi, & comparationem propriæ penetrat, & ab ipso Auctore in sequenti articulo in responsione ad primum haberi potest.

155 3.di.3.q.2. ar.3.& di. 13.q.1.ar.2.q.3.cor. Et 4.di.6.q.1.ar.1.q.2. cor. Et op.3.ca.228. & 231. Et op.66 prin.col.2. Et op.60.c.3. *ar.præ. &c.12.to.3. * 3.q.ex no. tell. q.73.circa med. tom.4. * Hom.41. in Matth. to.2.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum per huiusmodi sanctificationem fuerit consecuta, vt numquam peccaret.

AD quartum sic proceditur. Videtur, q̃ per sanctificationem in vtero non fuerit beata Virgo præseruata ab omni peccato actuali. Quia vt dictum est * post primam sanctificationem fomes peccati remansit in Virgine. Motus autem fomitis etiam si rationem præueniat, est peccatũ veniale, licet leuissimum, vt Augu. dicit in li. de Tri. † ergo in beata Virgine fuit aliquod peccatum veniale.

¶ 2 Præt. Super illud Luc. 2. Tuam ipsius animam pertrãsibit gladius, dicit Aug. * in li. veteris & noui Testamenti, quòd beata Virgo in morte domini, stupore quodam dubitauit. Sed dubitare de fide, peccatum est. * ergo beata Virgo non fuit præseruata immunis ab omni peccato.

¶ 3 Præt. Chrys. † super Mat. exponens illud, Ecce, mater tua, & fratres tui foris stant, quærentes te, dicit, Manifestum est, q̃ solum ex vana gloria hoc faciebant. Et Io. 2. super illud, Vinum non habent, dicit idẽ Chrys. * q̃ volebat illis ponere gratiam, & seipsam clariorem facere per Filiũ, & fortasis quid humanum patiebat, quem admodum & fratres eius dicentes, Manifesta teipsum mũdo. Et post pauca subdit, Nondum enim quam oportebat, de eo opinionem habebat: quod totum constat esse peccatum. ergo beata Virgo non fuit præseruata immunis ab omni peccato.

¶ Sed contra est, q̃ Aug. * dicit in li. de Natura & gratia, De sancta virgine Maria propter honorẽ Christi, nullam prorsus, cũ de peccatis agitur, habere volo quæstionem. inde. n. scimus, q̃ ei plus gratiæ collatũ fuerit ad vincendũ ex omni parte peccatum, q̃ concipere ac parere meruit eum, quem constat nullum habuisse peccatum.

¶ Respon. Dicẽdum, q̃ illos, quos Deus ad aliquid eligit, ita præparat & disponit vt ad id, ad q̃ eliguntur, inueniantur idonei, secundum illud secundæ ad Cor. 3. Idoneos nos fecit ministros noui Testamenti. Beata autem Virgo fuit electa diuinitus, vt esset mater Dei, & ideo non est dubitãdum q̃ Deus per suam gratiam eam ad hoc idoneam reddidit, secundum q̃ Angelus ad eã dicit, Inuenisti gratiam apud Dẽum, ecce concipies &c. Nõ autem fuisset idonea mater Dei, si peccasset aliquando: tum, quia honor parentum redundat in prolem, secundum illud Prou. 17. Gloria filiorum, patres eorum, vnde & per oppositum ignominia matris ad filium redundasset: tum etiã, quia singularem affinitatẽ habuit ad Christum, quia ab ea carnem accepit dicitur aũt secundæ ad Cor. 6. Quæ cõuentio Christi ad Belial? tum etiã, quia singulari modo Dei filius, qui est Dei sapientia, in ipsa habitauit, non solum in anima, sed etiam in vtero. dicitur autem Sap. 1. In maleuolam animã non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis. & ideo simpliciter fatendum est, q̃ beata Virgo nullũ actuale peccatum cõmisit, nec mortale, nec veniale, vt sic in ea impleatur q̃ dicitur Cant. 4. Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ in beata Virgine post sanctificationem in vtero, remansit quidem fomes peccati, sed ligatus, ne scilicet prorumperet in aliquem motum inordinatum qui rationem præueniret. Et licet ad hoc operaretur gratia sanctificationis non tamen ad hoc sufficiebat, alioquin virtute illius gratiæ hoc ei fuisset præstitum, vt nullus motus posset esse in sensualitate eius, nisi ratione præuentus, & sic fomitem non habuisset, q̃ est contra supradicta. * Vnde oportet dicere, q̃ complementum illius ligationis fuit ex diuina prouidentia, quæ non permittebat aliquem motum inordinatum ex fomite prouenire.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ illud verbum Simeonis, Origenes, † & quidam alij doctores exponunt de dolore, quem passa est in Christi passione. Ambr. * autem per gladium dicit significari prudẽtiam Mariæ, non ignaram mysterii cælestis, viuum est enim verbum Dei, & validum, & acutius omni gladio acutissimo. Quidam vero per gladium dubitationem intelligunt, quæ tamen non est intelligenda dubitatio infidelitatis, sed admirationis, & discussionis. dicit enim Basilius in Epist. ad Optimum, quòd beata Virgo assistens cruci, & aspiciens singula, post testimonium Gabrielis, post ineffabilem diuinæ conceptionis notitiam, post ingentem miraculorum ostensionem, animo fluctuabat, ex vna scilicet parte videns eum patibilem & ex alia parte considerans eius mirifica.

¶ Ad tertium dicendum, quòd in verbis illis Chrysostomus excesit, possunt tamen exponi, vt intelligatur in ea Dominum cohibuisse non inordinatum ad ipsam, sed id, quod ab aliis posset æstimari.

¶ Super

¶ *Super Quæstionis 27. Articulum quintum.*

TItulus, vt sonat sumatur de plenitudine, vt extenditur ad plenitudinem intensiuam, & extensiuã.

¶ In corpore vna est conclusio. beata Virgo maiorẽ præ cæteris gratiæ plenitudinem a Christo obtinuit. Probatur. Quanto magis appropinquat aliquid principio in quolibet genere, tanto plus effectum illius participat, sed beata Virgo maxime appropinquauit principio. ergo. Minor probatur, quia Christo maxime appropinquauit, qui secundum deitatem auctoritatiue, & secundum humanitatem instrumentaliter est principium gratiæ: quod probatur Ioan. 1. Gratia & veritas per Iesum Christum facta est.

¶ Aduerte ergo, q̃ cum in litera concludatur, beatã Virginem præ cæteris gratiam habuisse, non sit comparatio ad Angelos, sed homines tantum, tum quia est sermo de gratia data beatæ Virgini in vtero matris, quam constat fuisse minorem gratia angelorum beatorum tum quia sermo est de viatorum gratia, vt patet ex responsione ad secundum: vbi in beata virgine perfectissima gratia ponitur, gratia quæ fuit inter comprehensores. tum quia ratio literæ disparata est ab angelorum ratione, dum illi propinquiores Deo secundum deitatẽ inueniuntur, ista inuenitur propinquior Deo secundũ humanitatem. Nec hæc ideo dicta sunt, quasi angeli habeãt in cælo maiorem gratiam quã beata Virgo, hoc enim est falsum, quoniam ipsa est domina angelorum: sed ideo dicta sunt, vt hæc litera exponatur ad litera de gratia sanctificationis in vtero, post quam deinde multiplicato proprio merito gratiæ acquisiuit, crescens vsque ad perfectum æternitatis diem, ita q̃ propinquissima fuit, & est Christo, & secundum deitatem in esse gratiæ, quamuis non in esse naturæ, & secundum humanitatem in esse naturæ.

¶ In eodem art. in responsione ad certium aduerte, quod cum Auctor dicit, non tamẽ accepit, vt haberet omnes vsus hatum & similium gratiarum, sicut habuit Christus, ly omnes, non distribuit pro omnibus simpliciter vsibus gratiarum, quia nec Christus habuit omnes vsus gratiarum, quoniã non est loquutus vartis linguis, vt superius in q. 7. ar. 7. ad vltimum Auctor dicit: sed distribuit pro quasi omnibus, quæ in moralibus appellare licet omnia. Christus enim habuit omnes vsus gratiarum, quia modicum q̃ nihilo reputatur. Beata autem virgo non habuit omnes vsus, quia multi sibi defuerunt, quia scilicet impertinentes erant suæ conditioni, non enim fecit miracula, &c. Vel distribuit pro omnibus vsibus limitatis ad illos, quos habuit Christus, vt non sit dictum in litera, non habuit omnes vsus, sed non habuit omnes vsus sicut Christus, tantum quam ly sicut limitet ly omnes vsus. Et quouis modo exponatur sententia, in idem redit, prima tamen expositio magis consonat literæ.

¶ In eodem articulo quo ad actum doctrinæ negatum a beata Virgine, aduerte quòd quia theologia solida fundatur super Scripturã sacra, & nullibi in ea reperitur beatã Virginẽ docuisse, sicut nec Christum loquutum linguis, ideo sicut affirmamus Christum

156 3.di.3.q.1.a.2.q.3 c.& di.13 q.1.ar.2. q.1.ca.& opu.66.c. 3. Et Ioã. 16. & Ro. 8.di.5.

*li.3.tex. 63.& 64. to.2.

*li.1.tex. 32.& li.2 tex. 58. to.2.

*I° so.2. a pri.ser. to.2.

*c.4.ante medium.

ARTICVLVS V.

Vtrum beata Virgo per huiusmodi sanctificationem adepta fuerit plenitudinem omnium gratiarum.

AD Quintum sic proceditur. Videtur quòd beata Virgo per sanctificationem in vtero, non obtinuerit gratiæ plenitudinem siue perfectionem. Hoc enim videtur pertinere ad priuilegium Christi, secundum illud Ioan. 1. Vidimus eum quasi vnigenitum à Patre, plenum gratiæ & veritatis: sed ea quæ sunt propria Christi, non sunt alteri attribuenda. ergo beata Virgo plenitudinem gratiarum non accepit in sanctificatione.

¶ 2 Præte. Ei quod est plenum, & perfectum, non restat aliquid addendum, quia perfectum est cui nihil deest, vt dicitur in tertio Phy. * sed beata Virgo postmodum additionem gratiæ suscepit, & quando Christum concepit (dictum est enim Luc. 1. Spiritus sanctus superueniet in te) & iterum quando in gloria est assumpta. ergo videtur quod non habuerit in sua prima sanctificationi plenitudinem gratiarum.

¶ 3 Præte. Deus non facit aliquid frustra, vt dicitur in 1. de Cælo: † frustra autem habuisset quasdam gratias cum earum vsum numquam exercuerit, non enim legitur aut docuisse, quod est actus sapientiæ, aut miracula feciſſe, quod est actus gratiæ gratis datæ. non igitur habuit plenitudinem gratiarum.

¶ Sed contra est, q̃ Angelus ad eam dixit Luc. 1. Aue gratia plena, q̃ exponens Hier. * in sermone de Assumptione dicit, Bene gratia plena, quia cæteris per partes præstatur, Mariæ vero se totam simul infudit gratiæ plenitudo.

¶ Respon. Dicendum, q̃ quando aliquid magis appropinquat principio in quolibet genere, tanto magis participat effectum illius principij, vnde Dionys. * dicit 4. ca. Cæl. hierar. q̃ angeli qui sunt Deo propinquiores, magis participant de bonitatibus diuinis quam homines. Christus autem est principium gratiæ, secundum diuinitatem quidem auctoritatiue, secundum humanitatem vero instrumentaliter, vnde & Ioan. 1. dicitur, Gratia, & veritas per Iesum Christum facta est beata autem virgo Maria propinquissima Christo fuit secundum humanitatem, quia ex ea accepit humanam naturam. & ideo præ cæteris maiorem debuit à Christo gratiæ plenitudinem obtinere.

¶ Ad primum ergo dicendum, q̃ vnicuique à Deo datur gratia secundum hoc ad quod eligitur. Et quia Christus, inquantum est homo, ad hoc fuit prædestinatus & electus vt esset filius Dei, in virtute sanctificandi, hoc fuit sibi proprium, vt haberet talem plenitudinem gratiæ, quòd redundaret in omnes, secundum quòd dicitur Ioann. 1. De plenitudine eius nos omnes accepimus: sed beata Virgo Maria tantam gratiæ obtinuit plenitudinem, vt esset propinquissima auctori gratiæ, ita quòd eum qui est plenus omni gratia, in se reciperet, & eum pariendo, quodam modo gratiam ad omnes deriuaret.

¶ Ad secundum dicendum, quòd in rebus naturalibus, primo quidem est perfectio dispositionis, puta cum materia est perfectè ad formam disposita. Secundo autem est perfectio formæ, quæ est potior, nam & ipse calor est perfectior, qui prouenit ex forma ignis, quàm ille qui ad formam ignis disponebat. Tertio autem est perfectio finis: sicut ignis perfectissimè habet proprias qualitates, cum ad locum suum peruenerit. Et similiter in beata Virgine fuit triplex perfectio gratiæ. Prima quidem quasi dispositiua, per quam redebatur idonea ad hoc quòd esset mater Christi, & hæc fuit perfectio sanctificationis. Secunda autem perfectio gratiæ fuit in beata Virgine ex præsentia filij Dei in eius vtero incarnati. Tertia autem est perfectio finis, quam habet in gloria.

Quòd autem secunda perfectio sit potior quàm prima, & tertia quàm secunda, patet quidem vno modo per liberationem à malo. Nam primo in sua sanctificatione fuit liberata à culpa originali: secundo in conceptione filij Dei, fuit totaliter à fomite mundata: tertio verò in sui glorificatione, fuit liberata etiam ab omni miseria. Alio modo per ordinem ad bonum. Nam primo in sua sanctificatione adepta est gratiam inclinantem eam ad bonum: in conceptione autem filij Dei consumata est eius gratia confirmans eam in bono: in sui vero glorificatione consumata est eius gratia perficiens eam in fruitione omnis boni.

¶ Ad tertium dicendum, quòd non est dubitandum, quin beata Virgo acceperit excellenter donum sapientiæ & gratiam virtutum, & etiam gratiam prophetiæ, non tamen accepit vt haberet omnes vsus harum, & similium gratiarum, sicut habuit Christus, sed secundum quòd conueniebat conditioni ipsius. Sapientiæ enim vsum habuit in contemplando, secundum illud Luc. 2. Maria autem conseruabat omnia verba hæc, conferens in corde suo. Non autem habuit vsum sapientiæ, quantum ad docendum: quia hoc non conueniebat sexui muliebri, secundum il-

Universidad de Deusto
Biblioteca

stum non vsum gratia linguarum in loquendo, eademratione affirmandum est beatam Virginem non docuisse, præsertim cum apostolica auctoritas hoc interdictum mulieribus comprobet. Quod autem dicitur, ipsam instruxisse discipulos Christi de annuntiatione sua & nativitate filji, & magorum aduentu, & similibus, ex Scriptura non habetur, sed habetur quòd Spiritussanctus docuit Apostolos omnes veritatem de spectantibus ad fidem, per quæ erat Christi conceptio ex Spiritusancto, & natiuitas ex Virgine, quæ etiam in Symbolo posita sunt.

¶ Posset tamen dici, quòd non publica doctrina, sed familiari instructione, quam constat mulieribus non esse prohibitam, beata Virgo aliqua particularia facti explicauit apostolis. Auctor autem secundum scripturam sacram loquitur, negans ab ea vsum sapientiæ, quo ad actum doctrinæ.

¶ *Super quæstionis 26. Articulum sextum.*

TItulus clarus.

¶ In corpore duo sunt, primo tractatur quid Aug. de hoc scripserit, secundo respondetur quæstio. Quo ad primum August. sub dubio quæstionem reliquere videtur, & dicit litera, quòd videtur dubie loqui, quoniam Augu in his verbis non loquitur de sanctificatione qualicumque, sed illa, quæ est cum proprio sanctificati actu, scilicet credere, amare, & huiusmodi. Quia enim hanc reliquit sub dubio & de nulla alia loquitur sanctificatione, videtur sub dubio quæstionem de sanctificatione horum in vtero reliquisse. Omnia clara sunt in litera.

¶ Aduerte tamen, quòd ex litera euangelii sumi potest, Ioanni acceleratum fuisse vsum liberi arbitrii. Nam ibi non solum dicitur, Exultauit infans, sed, exultauit in gaudio. exultare autem similitudinarie, licet etiam sit inanimatorum (iuxta illud, Montes exultauerunt vt arietes, & colles sicut agni ouium) proprie tamen est animalium. Et quia non sine animali passione fit gaudium, oportet Ioannem exultasse in gaudio, vel secundum sensitiuam tantum partem, & hoc non consonat causæ exultationis & gaudii in euangelio scriptæ, quia vox beatæ Virginis salutantis non erat commotiua partis sensitiuæ prolis in vtero, sicut nec aliæ eiusdem & aliarum mulierum voces, vel secundum partem intellectiuam, & hoc ordo effectuum causatorum a salutatione insinuat, quòd scilicet gaudium partis intellectiuæ fuit in puero: nam ex salutatione, aurium Elisabet commotiua, puer non in auribus, sed in gaudio exultauit, & Elisabet deinde repleta est Spiritusancto proculdubio in mente. Vnde comprehenditur, quòd primo mater secundum sensum percepit: deinde puer secundum mentem, & demum ad matris mentem intelligentia peruenit. Et hanc sensui doctorum verba consonant dicentium de Ioanne, quòd prius sensit Domi um, vel quòd a perfectæ cœpit ætatis mensura, vel aliquid huiusmodi.

¶ Quo ad secundum, tria Auctor facit, primo respondet quæstioni negatiue, affirmando duos alios sanctificatos: deinde dicit neminem alium esse sanctificatum tertio rationem reddit, quare illi duo sanctificati sunt. Circa responsionem ergo distinguuntur hic duæ quæstiones, altera quæ mota est de sanctificatione, altera de tali sanctificatione, scilicet cum vsu liberi arbitrii. Monstratur diuersitas magna inter istas quæstiones, ex eo quòd sanctificatio potest fieri & esse sine vsu liberi arbitrii, vt patet in sanctificatione paruulorum per baptismi gratiam. Et propterea nihil obstat, quæstioni propositæ in hoc articul. si pars negatiua quæstionis secundæ, quæ ab Aug. tractata est teneatur. Propter hæc igitur, litera respondet quæsto, quòd duo vltra beatam Virginem

iueniuntur sanctificati in vtero, scilicet Hieremias & Ioannes. Probatur auctoritate Scripturæ, & excluditur obiectio de vso liberi arbitrii, quamuis illum non habuerit, &c.

¶ Vbi nota, quòd hinc non potest asseruire dici de mente Auctoris hos non habuisse liberi arbitrii vsum in vtero, quoniam fuit sanctificata in vtero.

¶ 2 Prat. Aliqui videntur propinquius accessisse ad Christum, quàm Hieremias & Ioannes Baptista, qui dicuntur sanctificati in vtero, nam Christus specialiter dicitur filius Dauid, & Abraham proper promissionem eis specialiter factam de Christo Isaias etiam expressissimè de eo prophetauit, Apostoli etiam cum ipso Christo conuersati sunt: nec tamen leguntur sanctificati in vtero. ergo neque etiam Hieremiæ & Ioanni Baptistæ conuenit sanctificari in vtero.

¶ 3 Præterea Iob de se dicit, Iob. 31. Ab infantia creuit mecum miseratio, & de vtero egressa est mecum, nec tamen propter hoc dicimus eum sanctificatum in vtero. ergo neque etiam Ioannem Baptistam, & Hieremiam cogimur dicere sanctificatos in vtero.

¶ SED CONTRA est, quòd dicitur de Hieremia, Hier. 1. Antequam exires de ventre, sanctificaui te. Et de Ioanne Baptista dicitur Luc. 1. Spiritusancto replebitur adhuc ex vtero matris suæ.

¶ Respondeo. Dicendum, quòd Augustin. in Epist. * ad Dardanum, Goliæ. Nam si verum assumit, sequitur quòd beata Virgo nó fuit sanctificata in vtero, quia illius sanctificatio in scriptura non habetur, ac per hoc Ecclesiæ non innotuit, ac per hoc sine vtilitate fuisset sanctificata secundum literæ processum.

¶ Tertium dubium est, quia secundum hanc rationem sequeretur, q non esset credendum aliquod miraculum, nisi quod in sacra Scriptura contineretur, quia ad vtilitatem Ecclesiæ miracula ordinantur, cui non nisi per Scripturam sactam innotescunt, secundum hanc literam.

¶ Ad primum dubium dicitur, quòd assumptum literæ ad quod probandum inducitur Apostoli auctoritas, non est, sanctificationis gratia ordinatur ad vtilitatem, sed est huiusmodi, priuilegia gratiæ, quæ dantur aliquibus, præter communem legem ordinantur ad vtilitatem. Ex quibus verbis dupliciter respondeti potest primo quòd sicut priuilegia materialia alicui a principe cum retu concessa, sub specie manifestationis continentur, ita priuilegium gratiæ est manifestatio spiritus, & concessi in ipsa gratia infusa, & concedentis Spiritussancti, specialiter diligentis illũ, cui gratiam dedit, ac per hoc litera probans priuilegia gratiæ per manifestationem spiritus, non diuertit ad extranea. Et si obiciatur, quòd tunc ratio ista supponit sanctificationem in vtero semper fieri cum priuilegio, conceditur quòd sic est secundum hanc responsionem. Et suppositio est satis rationabilis, quoniam sicut secundum rem sanctificatio in vtero est actus priuilegialis, ita etiam debet esse secundum cognitionem.

¶ Secundo, quòd quia tam singulares gratiæ superexcedunt communem legem diuinæ prouidentiæ, ac per hoc harum concessio spectat ad diuina miracula, constat autem miracula ordinari ad aliorum vtilitatem, ideo non solum priuilegia, sed ipsa sanctificatio in vtero, ex hoc ipso quòd præter legem communẽ fit, continetur sub gratia, quæ datur ad aliorum vtilitatem, & consequenter sub spiritu manifestando. Nam ex hoc ipso, quod ad ecclesiæ vtilitatem ordinatur ad ecclesiæ quoque notitiam necesse est ordinetur, alioquin diuina sapientia non disponeret omnia suauiter, dum rationalibus creaturis ex quibus ecclesia constat, non per rationis actum de suo bono prouideret, sed velut animalibus brutis incognitas vtilitates ingereret. Et confirmatur ex dictis in primo libro, scilicet quod Deus in ecclesia tanquam numquam præter communem ibi legem operatur: quia nulla vtilitas esset, cum igitur in militanti ecclesia præter communem legem operatur, ad ecclesiæ vtilitatem operatur, ob cuius vtilitatem communem legem prætermittit. Quia igitur assumptum in litera de gratia contenta sub spiritu manifestando loquitur

loquitur, ideo probandum merito fuit per auctoritatem Apostoli de manifestatione spiritus. Et hæc responsio est directe secundum literam, nihil præsupponens, & solida.

¶ Ad dubium secundum dicitur, quòd sanctificatio beatæ Virginis in vtero matris, etsi non est tradita in sacra scriptura explicite, est tamen tradita implicite, ex hoc ipso quòd in sacris literis inuenitur alicui sancto concessa gratia sanctificationis in vtero: hinc enim, vt ex superius dictis patet, habetur, beatam virginem fuisse sanctificatam: quia habuit quicquid gratiæ cæteris collatum est. Vnde hæc ratio non interimit Auctorem suum, sed tuetur eum.

¶ Ad tertium dubium dicitur, quod loquendo de Ecclesiæ fide simpliciter necessaria, concedendum est consequens: sed si sit sermo de Ecclesiæ fide ex talisuppositione vel acceforia (puta quæ post talem approbationem extensa est ad tale miraculum: vt si Ecclesia credendum traderet tale miraculum) vel probabili (vt est fides de miraculis recitatis in canonizationibus sanctorum) credenda sunt miracula, quæ in sacra scriptura non continentur. Nec oppositum sequitur ex ratione literæ: quæ de fide Ecclesiæ simpliciter & absolute, & non præsuppositi tali decreto aliloquitur: discutiquæ per hoc Auctor, quòd nec necessario nec probabiliter credendum est, aliquem alium esse sanctificatum in vtero, simpliciter & absolute loquendo. An autem Deus aliquem deinceps sanctificauerit & Ecclesiæ reuelauerit, alterius est quæstionis: quia tamen non est expectanda ecclesia melior, quàm fuerit: nec Apostoli ipsi primitias Spiritus habentes sanctificati funtin vtero (quamuis Ioannes euangelista virginitatis, prophetiæ, euangelistæ, singularis quoque officij) erga matrem Domini gratia donatus fuerit) credendum est, quòd nullus simpliciter in toto temporis decursu fuit, est, aut erit sanctificatus in vtero, nisi qui in litera explicatur. Non defuisse tamen audimus temeritatem modernam cuiusdam mulierculæ, sanctificatam se in vtero profitentis: & forte fuit vere sanctificata in vtero non materno, sed proprio, velut Bersabee, Deo puniente superbiam illius.

¶ Demum ratio nem reddit Auctor quare isti duo Ieremias, & Ioannes Baptista sanctificati sunt in vtero, præmissa excusatione rationis necessariæ, subdens rationem consequentiæ: quia scilicet præfiguratores fuerũt sãctificationis per Christum faciendæ, dum præmonstrarunt media sanctificantia, alter passionem, alter baptismatis enim duobus mediis Christus sanctificauit mundũ, passione vt cõiuncto instrumento: baptismo, vt instrumento separato. *In cor. arti.

¶ Nota hic, quòd duorum propositorum, scilicet quòd isti duo sunt sanctificati in vtero, & q nullus alius, Auctor primi tantum rationem reddere nititur: quoniam ad affirmationem certa potest consonantia inueniri ad tam latam autem & altam ac profundam negationem, quæ consonantia ias erit?

¶ *Super Quæstionis vigesimaoctauæ, Articulum primum.*

TItulus de virginitate carnali intelligitur.

¶ In corpore duo sunt: primo, reipó detur quæsito affirmative: Mater Christi concepit virgo, probatur ex contrario: quia cõtrariũ est hæresis, &c. Secundo, assignatur ratio quadruplex conueniẽtiæ, quòd sic fuerit, & omnia clare patent in litera. Si tamen nouimus nõ intelligit corruptionem cordis, cuius meminit secunda ratio, sciat cor pro mente, seu intellectu sumi: corruptio autẽ intellectus non secũdum subitan-

*Ex ar. 3 & 4. huius q.

157 3. di. 3. q. 1. a. 2. q. 1 ad 4. Et quol. 6. q. 5. ar. 1. cor. in fi. Et op. 3. ca. 131. Et psal. 45. co 5.

*Ea. epist. dicta to. 2.

D. 843.

*Est cita 57. circa med. & deleta.

158 4. cont. c. 45. Et opu. 3. ca. 272. Et opus. 60. c. 4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

substantiam, sed secundum operationem attenditur: omnis enim defectus in intelligendo, corruptio quædam intellectus est, sicut omnis deperditio alicuius rei corruptio quædam in natura est. Qua igitur defectus intellectus in intelligendo efficit: vt intellectus defectuosum quoque verbum formet, concipiendo illud quod sic defectiue intelligit (qui enim imperfecte intelligit leonis naturam, perfectum quoque verbum de natura leonis exprimere intus nequit) ideo in litera dicitur, quòd cordis corruptio impedit perfectionem verbi.

¶ In responsione primum habes, Ioseph patrem dici Christi vere dupliciter, vel putatiue, vel officio: quamuis non fuerit pater generatione.

¶ In responsione ad tertium, adiunge ad glossam, quòd nec secundum latinæ linguæ proprietatem mulier est nomen corruptionis, sed naturalis proprietatis fœminæ humanæ dicta est enim mulier quasi mollier a mollitie & animi & corporis.

¶ In responsione ad quartum, dubium magnum in Philosophia occurreret, si philosophia nunc traderetur, quantum veritatis habeat litera hæc dicens, Ratio illa habet locum in his, quæ procedunt in esse per viam naturæ, eo quòd natura sicut est determinata ad vnum effectum, ita est determinata ad vnum modum producendi illum: habet siquidem instantias in elementaribus, in vegetabilibus, & in animalibus: Auctoris autem proposito sat est, quod non habet locum in potentia diuina. Absque multa tamen digressione pro litteræ expositione aduerte, qui philosopharis, quòd illa propositio, de qua est tanta quæstio, scilicet vnius naturæ, vnus est modus generationis, probatur in litera hac dupliciter, scilicet ex parte termini, quia generatio recipit speciem a termino, & hæc probatio

¶ 2 Præt. Matth. 1. probatur, quòd Christus fuerit filius Abrahę & Danid, per hoc, quòd Ioseph ex Dauid descenditequæ quidem probatio nulla esset, si Ioseph pater Christi non fuisset. ergo videtur, cp mater Christi eum ex semine Ioseph conceperit, & ita non videtur fuisse virgo in concipiendo.

¶ 3 Præterea Gal. 4. dicitur, Misit Deus filium suum factum ex muliere: mulier autem consueto modo loquendi dicitur, quæ est viro cognita, ergo Christus non fuit conceptus ex Virgine matre.

¶ 4 Præterea Eorum, quæ sunt eiusdem speciei, est idem modus generationis, quia generatio recipit speciem à termino, sicut & cæteri motus: sed Christus est eiusdem speciei cum aliis hominibus, secundum illud Philip. 2. In similitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo. Cum ergo alij homines generentur ex commistione maris & feminæ, videtur quòd etiam Christus simili modo fuerit generatus: & ita non videtur fuisse conceptus ex Virgine matre.

¶ 5 Præterea, Quælibet forma naturalis habet materiam sibi determinatam, extra quam esse non potest: materia autem formæ humanæ videtur esse semen maris & feminæ. si ergo corpus Christi non fuerit conceptum ex semine maris & feminæ, non verè fuit corpus humanum, quod est inconueniens. videtur igitur non fuisse conceptus ex Virgine matre.

¶ Sed contra, est, quòd dicitur Isa. 7. Ecce, virgo concipiet.

¶ Respondeo Dicendum, quòd simpliciter confitendum est matrem Christi Virginem concepisse: contrarium enim pertinet ad hæresim Hebionitarum* & Cherinthi: qui Christum purum hominem arbitrabantur, & de vtroque sexu eum natum putauerunt. Quòd enim Christus sit conceptus ex Virgine, conueniens est propter quatuor. Primo propter mittentis Patris dignitatem conseruandam: cum enim Christus sit verus & naturalis Dei filius, non fuit conueniens, quòd alium patrem haberet, quam Deum, ne dignitas Dei Patris transferatur ad alium. Secundo, hoc fuit conueniens proprietati ipsius Filij, qui mittitur qui quidem est verbum Dei. Verbum autem absque omni corruptione cordis concipitur: quinimo cordis corruptio perfecti verbi conceptionem non patitur quia ergo caro sic fuit à verbo Dei assumpta, vt esset caro verbi Dei, conueniens fuit quòd etiam ipsa sine corruptione matris cõciperetur. Tertio hoc fuit conueniens dignitati humanitatis Christi, in qua locum peccatum habere non debuit, per quam peccatum mundi tollebatur, secundum illud Ioan. primo: Ecce agnus Dei, scilicet innocens, qui tollit peccatum mundi: non poterat autem esse, quòd in natura iam corrupta ex concubitu, caro nasceretur sine infectione originalis peccati. Vnde Augustinus dicit in libro. * de Nuptijs & concupiscentia: solus nuptialis cõcubitus ibi non fuit, scilicet in matrimonio Mariæ & Ioseph: quia in carne peccati fieri non poterat sine vlla carnis concupiscentia, quæ accidit ex peccato, sine qua concipi voluit, qui futurus erat sine peccato. Quarto, propter ipsum finem incarnationis Christi, quæ ad hoc fuit, vt homines renascerentur in filios Dei, non ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo, id est Dei virtute: cuius rei exemplar apparere debuit in ipsa conceptione Christi. Vnde Aug. * dicit in libro de sancta Virginitate: Oportebat caput nostrum insigni miraculo secundum corpus nasci de virgine, vt significaret membra sua de virgine ecclesia, secũdũ spiritũ nascitura.

¶ Ad primvm ergo dicẽdum, quòd sicut Beda * dicit super Lucam, pater Saluatoris appellatur Ioseph, non quòd verè iuxta phõtinianos pater fuerit ei, sed quòd ad famam Mariæ conseruandam pater sit ab omnibus æstimatus. Vnde & Luc. 3. dicitur, Vt putabatur filius Ioseph. vel sicut Augustinus. * dicit in lib. de Bono cõiugali, Eo modo pater Christi dicitur Ioseph, quo & vir Mariæ intelligitur, sine commistione carnis, ipsa copulatione coniugij: multo vtique delicet coniunctius, quàm si esset aliunde adoptatus. Neque enim propterea non erat appellandus Ioseph pater Christi, quia non eum genuerat conumbendo, quandoquidem pater esset etiam ei, quem non ex sua coniuge procreatum, aliunde adoptasset.

¶ Ad secundum dicendum, cp sicut Hiero. dicit * super Matthæ. cum Ioseph non sit pater Domini saluatoris, ordo generationis eius vsq; ad Ioseph deducitur. Primo quidem, quia nõ est consuetudinis scripturarum, vt mulierũ in generationibus ordo taxatur. Deinde ex vna tribu fuit Ioseph, & Maria, vnde & ex lege eam accipere cogebatur vt propinquã. Et vt Aug. * dicit in li. de Nuptiis & cõcupiscẽtia, fuit generationum series vsq; ad Ioseph perducenda, ne in illo cõiugio virili sexui vtiq; potiori, fieret iniuria cũ veritati nihil deperiret, quia ex semine Dauid & Ioseph erat & Maria.

¶ Ad quartum dicendum, quòd sicut Glos. * dicit ibidem, mulierem pro femina posuit, morè locutionis Hebręo rũ: vsus enim Hebræę locutionis mulieres dicit, non virginitate corruptas, sed feminas.

¶ Ad quartum dicendum: quod ratio illa habet locum in his, quæ procedunt in esse per viam naturæ: eo cp natura sicut est determinata ad vnum effectum, ita etiam est determinata ad vnum modum producendi illum; sed virtus supernaturalis diuina cum sit infinita, sicut non est determinata ad vnũ effectum, ita non est determinata ad modum producendi quemcumque effectum. Et ideo, sicut virtute diuina fieri potuit, vt primus homo de limo terræ formaretur, ita etiam fieri potuit, vt diuina virtute corpus Christi formaretur de Virgine absque virili semine.

¶ Ad quintum dicendum, quod secundum Philosophum * in lib. de generatione animalium, semen maris nõ est sicut materia in conceptione animalis, sed solum sicut agens: sola autem femina materiam subministrat conceptui. Vnde per hoc, quòd semen maris defuit in conceptione corporis Christi, non sequitur, quod defuerit ei debita materia. Si tamen semen maris esset materia fœtus concepti in animalibus, manifestum tamen est, quod nõ est materia permanens in eadem forma, sed materia transmutata. Et quamuis virtus naturalis non possit transmutare ad certam formam, nisi determinatam materiam: virtus tamen diuina quæ est infinita, potest transmutare omnem materiam, in quamcumque formam. Vnde sicut transmutauit limum terræ in corpus Adæ, ita in corpus Christi trãsmutare potuit materiam a matre ministratam, etiam si non esset sufficiẽs materia ad naturalem conceptum.

Est Eugu. li. 23. cõt. Faustum, c. 7. in medio, to. 6.

lib. 1. c. 2. & 19. t. 4.

Articvlvs II.

Vtrum mater Dei fuerit virgo in partu.

Ad secundum sic proceditur. Videtur cp mater Christi non fuerit virgo in partu. Dicit enim Ambros.* super Lucam, Qui vuluam sanctificauit alienam, vt nasceretur propheta, hic est qui aperuit matris suæ vuluam, vt immaculatus exiret: sed apertio vuluæ virginitatẽ excludit. ergo mater Christi non fuit virgo in partu.

¶ 2 Præ. Nihil in mysterio Christi esse debuit, per quod corpus eius phãtasticum appareret: sed hoc non videtur vero corpori, sed phantastico conuenire, vt possit per clausa transire, eo quod duo corpora simul esse nõ possunt. nõ igit debuit ex matris vtero clauso corpus Christi prodire, & ita non decuit, quod esset virgo in partu.

¶ 3 Præ. Sicut Greg. * dicit in hom. octauarum Paschæ, per hoc cp Ianuis clausis ad discipulos post resurrectionẽ intrauit Dominus, ostendit corpus suum esse eiusdem naturæ & alterius gloriæ. Et sic per clausa transire, videtur ad gloriam corporis pertinere: sed corpus Christi in sua conceptione non fuit gloriosum, sed passibile, habens similitudinem carnis peccati, vt Apostolus dicit Roman. 8. nõ ergo exiuit per Virginis vterum clausum.

¶ Sed contra est, quod in quodam sermone Ephesini concilii dicitur, Natura post partum nescit vlterius virginem: gratia vero & parientem ostendit, & matrem fecit, & virginitati non nocuit, fuit ergo mater Christi virgo in partu.

¶ Respon. Dicendum, quod absque omni dubio asserendum est matrem Christi etiam in partu virginem fuisse. Nam prophęta non solum dicit, Ecce virgo concipiet: sed etiam addit, Et pariet filium. Et hoc quidem, conueniens fuit propter tria. Primo quidem, quia hoc competebat proprietati eius, qui nascebatur, qui est verbum Dei. Nam verbum non solum in corde absq; corruptione concipitur, sed etiam absque corruptione ex corde procedit. Vnde vt ostenderetur, quod illud esset corpus ipsius verbi Dei, conueniens fuit vt de incorrupto virginis vtero nasceretur. Vnde in sermone quodam Ephesini concilii legitur, Quæ parit carnem puram à virginitate cessat: sed quia natum est carne verbum, Deus custodit virginitatem, seipsum ostendens per hoc verbum. Neque enim nostrũ verbum cum paritur, corrumpit mentem: neque Deus verbum, substantialẽ partem eligens, peremit virginitatem. Secundo, hoc est conueniens quantum ad effectum incarnationis Christi. Nam ad hoc venit, vt nostram corruptionem tolleret. vnde non fuit conueniens, vt virginitatem matris, nascendo corrumperet. Vnde Augustin. † dicit in quodam sermone de natiuitate Domini, Fas non erat, vt per eius aduentẽm violare tur integritas, qui venerat sanare corrupta. Tertio fuit conueniens, ne matris honorem nascendo diminueret, qui parentes præceperat honorandos.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd Ambro. dicit hoc, exponens illud, quod Euangelista de lege induxit, Omne masculinum adaperiens vuluam, sanctum Domino vocabitur: quod quidem, vt * Beda dicit, consuetæ natiuitatis more loquitur, non quod Domi sacri ventris hospitium, quod ingressus sanctificauerat, egressus deuirginasse credendus sit. Vnde illa adapertio non significat reserationem communẽ clausi tri pudoris virginei: sed solum exitum prolis de vtero matris.

¶ Ad secundum dicendum, quod ita Christus voluit veritatem sui corporis esse, vt de incorrupto virginis vtero nasceretur. Vnde in sermone quodam Ephesini concilii legitur, Quæ parit carnem puram à virginitate cessat: sed argumento vniuersali non satisfacit particularis responsio: quamuis satisfaciat materiæ particulari, de qua ista quæstio. Et ideo hæc responsio indigna Auctore videtur.

Est ho. 26 in euang. paulo a Prin.

¶ Super quæstionis vigesimæoctauæ, Articulum secundum.

Titulus clarus est.

¶ In corpore duo fiunt. Primo, respondetur quæsito: Beata virgo fuit virgo in partu. Probatur Auctoritate Isaiæ. Secundo, triplicem rationem conuenientiæ assignat, quæ clare patent in litera. Notandum tamen circa primam rationem, quod conceptio verbi in corde, & processio verbi ex corde, nõ sunt duo progressus: sed ad exprimẽdas diuersas cõditiones habitudinis verbi ad intellectum, diuersæ adhibentur rationes: verbum enim cordis, hoc est conceptus quem formãt intellectus cãrem aliquam intelligit, & manet intus in intellectu, dum res actu intelligitur & distinguitur ab intellectu a quo emanat. Dum enim ego intelligo me ad imaginem Dei esse, formo simulacrum de meipso ad imaginem Dei: & similiter cum intelligo me peccatorem, formo simulacrum de meipso peccatore: & sic de aliis. Illud autem simulacrum cp conceptus, quod verbum appellatur, non extra mẽtem meam, sed in mente mea manet. Et similitudinare dicitur concipi in corde &

In ser. 6. a me. to. 10.

li. 1. in Luc. c. 8. secũdũ eius ordinem tom. 2.

159 Opusc. 5. cap. 232. * lib. 2. in Luc. in c. cuius tit. est, de circum. Saluatoris in fin. to. 5.

*Matt. 1. sup. illud Christi generatio hic exactio mo 3.

*c. 1. nõ lõge a fi. tom. 7.

*Vt patet ex . . li. de hæresib. c. 8. & to. to. 6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

corde & nasci ex corde: quia proles, dum in vtero concipitur in vtero manet: & dum ex vtero nascitur, a matre distinguitur perfecte. Similiquidem modo, quia verbum cordis in corde prolatum manet, concipi dicitur: & quia corde prolatum perfecte distinguitur accidentis subiata natura, ideo nasci dicitur ex corde. Vbi videre potes, quod conceptio nativitasque verbi in, & ex corde, vnus processus est, diuersis nominibus diuersa ratione appellatus, & quod nec in conceptu nec in ortu suo mentem, in qua, & ex qua processit, corrumpit, vt in synodo allata in litera dicitur.

*In hym. qui canitur in vesperis natalis Dñi.

Quæs. 14.

Non complcuit.

Q. 14. art. 1. ad 2.

¶ In responsione ad tertium aduerte, quod Auctor dotis nomine appellat & ipsam rem, quæ dos dicitur, & modum eiusdem, hoc est rétali modo: puta per modum immanentis, vt ipsemet inferius manifestabit, quæstio. 43. articu. 2. Et cum ex duplici capite potuisset reprehendi positio Hugonis de sancto Victo. scilicet ex hoc, q̃ non spectat ad subtilitatis dotem, duo corpora esse simul in eodem loco: vnde nec corpora gloriosa ex sua proprietate poterunt simul esse in eodem loco, & ex hoc, quod in corpore animali nõ inuenitur dos, quia non inuenitur anim̃ę gloriosę redundantia simpliciter ad corpus: quamuis vt inferius in allegato loco dicitur, inuentri possit miraculose redundantia secundum quid, maluit tamen Auctor ex ipsa dotis ratione hic procedere, quam in illam disputationē aliā introire.

160 Opusc. 3. ca. 232.

In epi. ad Canū monac. incipit, Queris tu qui dem.

Trac. 121. a medio. tom. 9.

¶ Super quæstionis vigesimæoctauæ. Articulum tertium.

TItulus clarus est.

¶ In corpore vnica conclusio contra errorē Eluidii, quatuor rationibus firmata, Omnia clara sunt.

¶ In responsione ad tertium, nota pro sensu literali responsionem Hierony. quia verissima est & ad literam, & fulta auctoritatibus Scripturæ, & allata in litera & alibi, Sede a dextris meis donec ponam inimicos tuos, &c. Non enim denotatur, quod post suppositos inimicos desinet sedere a dextris, sed quia posset dubitari an interim, quod ponantur suppedanei inimici, sedeat hoc est regnet quiete a dextris Dei, ideo ad tollendam dubitationem dictum est, Sede a dextris meis, donec &c. vt per hoc sapiēs quisque intelligeret, quod tanto magis post sedebit a dextris Dei.

¶ In responsione ad sextum, vide quod etiam diuersus in euangelio fuit descriptus matris IESV, & Mariæ Iacobi, distinguit illas: nam ista a longe, illa iuxta crucem describitur.

In fest. de natali Dñi. qui 18 de tēp. nō longe a princi. tom. 10.

ARTICVLVS III.

Vtrum mater Dei permanserit virgo post partum.

AD tertium sic proceditur. Videtur quod mater Christi non permanserit virgo post partum. Dicitur enim Matth. 1. Antequam conuenirēt Ioseph & Maria, inuenta est in vtero habens de Spiritusancto, non autem euangelista diceret, antequam conuenirent, nisi de conuenturis: quia nemo dicit de non pransuro, antequam pranderet. ergo videtur quod beata Virgo quandoq; cõuenerit carnali copula cũ Ioseph, & ita non permanserit virgo post partum.

¶ 2 Prætc. Ibidem subditur ex verbis angeli loquentis ad Ioseph: Ne timeas accipere Mariam coniugem tuã. Coniugium autem consumatur per carnalem copulam. ergo videtur quod quandoque carnalis copula interuenerit inter Mariam & Ioseph, & ita videtur quod nõ permanserit virgo post partum.

¶ 3 Prætc. Ibidem post pauca subditur: Et accepit coniugem suam, & non cognoscebat, eam donec peperit filiũ suum primogenitum. Hoc autem aduerbium, donec, consueuit determinatum tempus signare, quo impleto fiat id, quod vsque ad illud tempus non fiebat: Verbum autem cognoscendi ibi ad coitum refertur, sicut & Genes. quarto dicitur, quod Adam cognouit vxorem suam. ergo videtur, quod post partum beata Virgo fuerit carnaliter a Ioseph cognita. ergo videtur quod non permanserit virgo post partum.

¶ 4 Præt. Primogenitus non potest dici, nisi qui hēat fratres subsequētes: vnde & Roma. 8. dicitur, Quos præscinit conformes fieri imaginis filii sui, vt sit ipse primogenitus in multis fratribus: sed euangelista nominat Christum primogenitum matris eius. ergo habuit alios filios post Christum, & ita videtur quod mater Christi nõ mãserit virgo post partum.

¶ 5 Præte. Ioan. 2, dicitur, Post hæc descendit Capharnaum ipse, scilicet Christus, & mater eius & fratres eius: sed fratres dicuntur, qui ex eodem parente geniti sunt. ergo videtur quod beata Virgo habuerit alios filios post Christum.

¶ 6 Prete. Matthæ. 27. dicitur, Erãt ibi, scilicet iuxta crucem Christi, mulieres multæ a longe, quæ secutæ erant IESVM à Galilæa, ministrantes ei, inter quas erat Maria Magdalenæ, & Maria Iacobi & Ioseph mater, & mater filiorum Zebedæi. Videtur autem hæc Maria, quæ hic dicitur Iacobi, & Ioseph mater, esse etiam mater Christi: dicitur enim Ioan. 19. quod stabat iuxta crucem IESV, Maria mater eius. ergo videtur quod mater Christi non permanserit virgo post partum.

¶ Sed contra est, quod dicitur Ezechie. 44. Porta hæc clausa erit, & non aperietur, & vir non transibit per eam, quoniam dominus Deus israel ingressus est per eam: quod exponens Augu. in quodam sermone * dicit, Quid est porta in domo Domini clausa, nisi q̃ Maria semper erit intacta? Et quid est homo, non transibit per eam, nisi q̃ Ioseph non cognoscet eam? Et quid est, Dominus solus intrat, & egreditur per eam, nisi quod Spiritussanctus inprægnabit eam, & angelorum dominus nascetur per eam? Et quid est, clausa erit in æternum, nisi quod Maria virgo est ante partum, & uirgo in partu, & uirgo post partum?

¶ Respon. Dicendum, quod absque omni dubio detestandus est error Eluidii, qui dicere præsumpsit matrem Christi post partum à Ioseph esse carnaliter cognitam, & alios filios genuisse. Hoc enim primo derogat Christi perfectioni, qui sicut secundum diuinam naturam vni genitus est Patris, tanquam perfectus per omnia filius eius, ita decuit ut esset unigenitus matris tamquam perfectissimam germen eius. Secundo, hic error iniuriam facit Spiritui sancto, cuius sacrarium fuit uterus uirginalis, in quo carnem Christi formauit, unde non decebat, quod de cętero uiolaretur per commistionem uirilem. Tertio derogat dignitati & sanctitati matris Dei, quæ ingratissima videretur, si tanto filio contenta non esset, & si virginitatem,

ginitatem, quæ in ea miraculose conseruata fuerat, sponte perdere vellet per carnis concubitum. Quarto etiam ipsi Ioseph esset ad maximam præsumptionem imputandum, si eam quam reuelāte angelo de Spiritusancto Deũ concepisse cognouerat, polluere attentaret. Et ideo simpliciter est asserendum, quòd mater Dei sicut virgo concepit, & virgo peperit, ita etiam & virgo post partum in sempiternum permansit.

Tit huius lib. est de perpetua Virg. Mariæ, non procul a princ. lib. to. 3.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quod (sicut Hieronym. * dicit in lib. contra Eluidium) intelligendum est, quòd hæc propositio Ante, licet sæpe consequentia indicet, tamen nonnumquam ea tantum quæ prius cogitabantur, ostendit: nec necesse est vt cogitata fiant, cum ideo aliud interuenerit, ne ea quæ cogitata sunt, fierent. Sicut si aliquis dicat, antequam in portu pranderem nauigaui: non intelligitur quod in portu prandeat postquam nauigauerit: sed quia cogitabatur in portu pransurus. Et similiter Euangelista dicit, Antequam conuenirent, inuenta est in vtero habens de Spiritusancto, non quia postea cõuenerint: sed quia dum videretur conuenturi, præuenit conceptio per Spiritumsanctum, ex quo factum est, vt vlterius non conuenirent.

c. 11. non longe a princip. to. 7.

Ad secundum dicendum, quod sicut Augustinus dicit in lib. de Nupt.* & concupiscentia, Coniunx Ioseph, vocatur mater Dei ex prima desponsationis fide, quam per concubitum non cognouerat nec fuerat cogniturus. Vt enim Ambro, † dicit super Lucam, non virginitatis erepto, sed coniugii testificatio & nuptiarum celebratio declaratur.

li. 2. in Luca. 1. a medio. to. 5.

¶ Ad tertium dicendum, quod quidam dixerunt, hoc non esse intelligendum de cognitione coitus, sed de cognitione notitiæ. Dicit enim Chrysost.* quod non cognouit eam Ioseph antequam pareret, cuius fuerit dignitatis: sed postquam peperit tunc cognouit eam: quia per ipsius prolem spatiosior* & dignior facta fuerat quam totus mundus: quia quem totus mundus capere non poterat, in angusto cubiculo vteri sui sola suscepit. Quidam vero hoc referunt ad notitiam visus: sicut enim Moysi cũ Deo colloquentis glorificata est facies, vt non possent intendere in eum filii Israel: sic Maria claritate virtutis altissimi obumbrata, cognosci non poterat à Ioseph, donec pareret: post partum autem a Ioseph agnita inuenitur specie faciei, non tactu libidinis Hierony. * autem concedit hoc esse intelligendum de cognitione coitus: sed dicit quod vsque vel donec, in Scripturis dupliciter potest intelligi. Quandoque enim designat certum tempus, secundum illud Gal. 3. Propter ingressionem lex posita est, donec veniret semen, cui promiserat: quandoque vero signat infinitum tempus, secundum illud Psal. 122. Oculi nostri ad dominum Deum nostrum, donec misereatur nostri, ex quo non est intelligendum, quod post impetratam misericordiam, oculi auertantur a Deo. Et secundum hunc modum loquendi significantur ea, de quibus posset dubitari, si scripta non fuissent: cętera vero nostræ intelligentiæ derelinquuntur. Et secundum hoc Euangelista dicit matrem Dei, non esse cognitam à viro vsque ad partum, vt multo magis intelligamus cognitã non fuisse post partum.

* Ho. 1. in Mat. i operā. imper. sup illud. Et non cognouit eā, donec. to. 2. alias specioſior.

In fi. cõm. ad 1. cap. Mat. to. 9.

¶ Ad quartum dicendum, quòd mos diuinarum Scripturarum est, vt primogenitum vocent non solum eum, quem fratres sequuntur, sed eum, qui primus natus sit. Alioquin si non est primogenitus, nisi quem sequuntur fratres tamdiu * secundum legem primogenita non debentur, quandiu & alia fuerint procreata, quod patet esse falsum, cum infra vnum mensem primogenita redimi mandentur secundum legem.

alias secũdum legẽ sacerdotibus, &c.

¶ Ad quintum dicendum, quod quidam, sicut Hieronymus * dicit super Matthæ. fratres domini de alia vxore, Ioseph filios suspicantur. Nos autem fratres Domini, non filios Ioseph, sed consobrinos Saluatoris, sororis Mariæ matris Domini filios intelligimus. Quatuor enim modis in Scripturis fratres dicuntur, scilicet natura, gente, cognatione, & affectu. Vnde fratres Domini dicti sunt, non secundum naturam, quasi ab eadem matre nati: sed secundum cognationem quasi consanguinei eius existentes. Ioseph autem, sicut Hierony. * dicit contra Eluidium, magis credendus est virgo permansisse, quia aliam vxorem habuisse non scribitur, & fornicatio in sanctum virum non cadit.

*circa fin. commen. ad 12. ca. Mat. to. 9.

¶ Ad sextum dicendum, quod Maria, quæ dicitur Iacobi & Ioseph mater, non intelligitur esse mater Domini, quæ in Euangelio non consueuit nominari, nisi cum cognominatione huius dignitatis, quod sit mater IESV. Hæc autem Maria esse intelligitur vxor Alphæi, cuius filius est Iacobus minor, qui dictus est frater Domini.

Habet c. 1. in Mat. super illud, Cum esset desponsata. to. 9. Et ẽt cõtra Eluidium antesti. libr. tom. 3.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum mater Dei virginitatem vouerit.

¶ *Super quæstionis vigesimæoctauæ, Artic. quartum.*

AD quartum sic proceditur. Videtur, quod mater Dei virginitatem non vouerit. Dicitur enim Deutero. 7. Non erit apud te sterilis vtriusque sexus. Sterilitas autem sequitur virginitatem, ergo seruatio virginitatis erat contra præceptum veteris legis: sed adhuc lex vetus habebat statum antequã Christus nasceretur, ergo non potuit licite beata Virgo vouere virginitatem pro tempore illo.

¶ 2 Preterea. Apostolus, 1. ad Cor. 7. dicit, De virginibus autem præceptum Domini non habeo, consilium autem do: sed perfectio consilii a Christo debuit inchoari, qui est finis legis, vt Apostolus dicit Roma. 10. Non ergo conueniens fuit, quod beata Virgo votum virginitatis emitteret.

¶ 3 Præter. Apostolus dicit. 1. ad Timothe. 5. quod vouentibus castitatem, non solum nubere, sed etiam velle nubere, damnabile est: sed mater Christi nullum peccatum damnabile commisit, vt supra habitum est.* Cum ergo desponsata fuerit (vt habetur Luc. 1.) videtur quod ipsa virginitatis votum non emiserit.

¶ Sed contra est, quod Augustinus dicit * in libro de sancta Virginitate: Annuntianti angelo Maria respondit, Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? quod profecto non diceret, nisi prius se virginem Deo vouisset.

¶ Respon. Dicendum, quod sicut in secunda parte habitum est * perfectionis opera magis sunt laudabilia, si ex voto celebrentur. Virginitas autem in matre Dei præcipue debuit pollere, vt ex supra † dictis rationibus patet, & ideo conueniens fuit, vt virginitas eius ex voto esset Deo consecrata. Verum, quia d tempore legis oportebat generationi insistere tam mulieres quam viros (quia secundum carnis originem, cultus Dei propagabatur antequam ex illo populo Christus nasceretur)

161 4. d. 30. q. 2. ar. 1. q. 2. & 3. Et Matt. 1.

¶ Titulus clarus est. Et ratio dubii est: quia nihil legitur de voto beatæ Virginis, & ipsa eius desponsatio cõtrariari videtur voto virginitatis.

¶ In corpore duo fiunt. primo, tractatur de ipsius voto, secundo, de tempore voti. Quo ad primum, vnica est conclusio: Conueniens fuit beatæ Virginis virginitatem esse Deo cõsecratam voto. probatur: quia laudabilior est virginitas voto dicata, sicut reliqua perfectionis opera. Quo ad secundum, distinguuntur duo tẽpora ante annuntiationem, primũ ante desponsationem: secundum inter desponsationẽ & annuntiationẽ, & secundum singula tempora sigillatim respõdetur. Iuxta primum cõcluso est: Beata virgo ante desponsationem nõ simpliciter, sed sub conditione virginitatem vouit. Probatur: quia tunc virginitas erat prohibita a lege & desiderata a persona beatæ Virginis: & quia prohibita nõ simpliciter vouit, qa desiderata vouit, sub conditione si Deo placeret, vt in responsione ad primum explicatur.

q. 27. ar. 4.

c. 4. circa prin. to. 6.

2. 2. q. 88. ar. 6.

ar. 1. huius quæst.

D. 1170.

¶ Iuxta secundũ conclusio est Aeta

Universidad de Deusto
Biblioteca

ta virgo votum uit ginitatis cum viro su simul emisit simpliciter.

¶ Vbi scito quod conclusio non aliter in litera probatur: sed ex iam dictis consequens relinquitur: ex eo enim quod ante desponsationē nō vouit simpliciter, quia prohibitum erat, & virginitatem quādo que uouit simpliciter, q̄ laudabilior virginitas est matri dei tribuenda, & ante annuntiationē uouit simpliciter: q̄ aliter non dixisset, Quomodo fiet istud, quoniam uirum non cognosco? nec actu nec potentia, propter uorum (ut Augustinus hinc accipit) & coniugatæ non potest uouere uirginitatem sine consensu uiri sui, niū post Christum dissoluendo matrimonium non consummatum, per religionis professionem, quod tunc locum non habuit, sequitur quod beata Virgo ante annuntiationem & cognoum Deo placere, quod uirginitatem uouerit simpliciter & de consensu Ioseph uirginitatem uouerit: Valde autem ratio consentiendi eū, ut sanctus sponsus concedens sponsæ, quod manente coniugio, uirginitatem uouerete, ipse quoque uirginitatem simul uoueat: pensata præsertim diuina prouidentia, quæ hoc inspirare ipsi Ioseph quasi debebat, ut Virgo uirginum, uirginem quoque comitem, seruatoremque sui haberet: alioquin non fuisset plena gratia: cui hæc gratia in suo coniuge defuisset, quam ipsa maxime secundum rectam rationem desiderare debebat. Et propterea in litera dicitur, quod cum Ioseph ante annuntiationem uirginitatem simpliciter uouit.

162 4.dist.30. q.2.art.2. q.2 & 3. Et Mat.1.

mater Dei non creditur antequam desponsaretur Ioseph, absolute uirginitatem vouisse: sed licet eam in desiderio habuerit, super hoc tamen voluntatem suam diuino commisit arbitrio. Postmodum vero accepto sponso, secundum quod mores illius temporis exigebant, simul cum eo votum uirginitatis emisit.

¶ Ad primum ergo dicendum, quod quia videbatur esse lege prohibitum, non dare operam ad relinquendum semen super terram, ideo non simpliciter uirginitatem vouit Dei genitrix: sed sub conditione, si Deo placeret: Postquam autem ei innotuit hoc esse Deo acceptum, absolute vouit antequam ab Angelo annuntiaretur.

¶ Ad secundum dicendum, quod sicut gratiæ plenitudo perfecte quidem fuit in Christo, & tamen aliqua eius in choatio præcesit in matre, ita etiam obseruatio consiliorum, quæ per gratiam Dei fit, perfecte quidem incepit in Christo, sed aliquo modo fuit inchoata in virgine matre eius.

¶ Ad tertium dicendum, quod verbum illud Apostoli est intelligendum de illis. quæ absolute castitatem vouent, quod quidem mater Dei non fecit antequam Ioseph desponsaretur: sed post desponsationem ex communi voluntate simul cum sponso suo votū virginitatis emisit.

QVAEST. XXIX.

De matris Dei desponsatione, in duos articulos diuisa.

DEINDE considerandum est, de desponsatione matris Dei.

Et circa hoc quæruntur octo.

¶ Primo, Vtrum Christus debuerit de desponsata nasci.

¶ Secundo, Vtrum fuerit verum matrimonium inter Mariam matrem Domini & Ioseph.

ARTICVLVS I.

Vtrum Christus nasci debuerit de Virgine desponsata.

AD primum sic proceditur. Videtur quod Christus non debuerit de Virgine desponsata nasci. Desponsatio enim ad carnalem copulam ordinatur: sed mater Domini numquam voluit carnali copula viri uti; quia hoc derogaret virginitati mentis ipsius. ergo non debuit esse desponsata.

¶ 2 Præte. Quod Christus ex virgine nasceretur, miraculum fuit, vnde Augustinus. * dicit in Epistola ad Volusianum: Ipsa Dei virtus per inuiolata matris virginea viscera, membra infantis eduxit, quæ postea per clausa ostia, membra iuuenis introduxit: hic si ratio quæritur, non erit mirabile: si exemplum poscitur, non erit singulare: sed miracula fiunt ad confirmationem fidei, vnde debent esse manifesta. Cum igitur per desponsationem hoc miraculum fuerit obumbratum, videtur non fuisse conueniens, quod Christus de desponsata nasceretur.

¶ 3 Præte. Ignatius martyr, vt Hiero. * dicit super Matth. hanc causam assignauit desponsationis matris Dei, vt partus eius diabolo cælaretur, dum eum putat non de Virgine, sed de vxore generatum. quæ quidem causa nulla esse videtur: tum, quia diabolus ea, quæ corporaliter fiunt, perspicacitate sui sensus cognoscit: tum etiam, quia postmodum per multa euidentia signa dæmones aliqualiter Christum cognouerunt, Vnde dicitur Mat. 1. quod homo in spiritu immundo exclamauit dicens, Quid nobis & tibi IESV Nazarene? venisti ante tempus perdere nos: scio quod sis sanctus Dei, non ergo videtur conueniens fuisse, quod mater Dei esset desponsata.

¶ 4 Præte. Aliam rationem assignat Hiero. * ne lapidaretur mater Dei à iudæis, sicut adultera. Hæc autem ratio nulla esse videtur: si enim non esset desponsata, non posset de adultero condemnari, & ita non videtur rationabile fuisse, quod Christus de desponsata virgine nasceretur.

¶ Sed contra est, quod dicitur Matthe. 1. Cum esset desponsata mater eius Maria Ioseph, & Luc. 1. Missus est Gabriel angelus ad Mariam virginem desponsatam viro, cui nomen erat Ioseph.

¶ Respon. dicendum, quod conueniens fuit Christum de desponsata Virgine nasci: tum propter ipsum, tum propter matrem, tum etiam propter nos. Propter ipsum quidem Christū, quadruplici ratione. Primo quidem, ne ab infidelibus tanquam illegitimè natus abiiceretur. Vnde Ambros. * dicit super Luc. Quid iudæis, quid Herodi posset ascribi, si natum viderentur ex adulterio persecuti? Secundo, vt consueto modo, eius genealogia per virum describeretur. Vnde dicit Ambr. † super Luc. Qui in sæculum venit, sæculi debuit more describi. viri autem persona quæritur, qui in senatu & religionis curiis ciuitatum generis asserit dignitatem. Consuetudo etiam nos instruit Scripturarum, quæ semper viri originem quærit. Tertio ad tutelam pueri nati, ne diabolus contra eum vehementius nocumenta procurasset. Et ideo Ignatius dicit * ipsam fuisse, desponsatam, vt partus eius diabolo cælaretur. Quarto, vt à Ioseph nutriretur: vnde & pater eius dictus est, quasi nutritius. Fuit etiam conueniens ex parte virginis. Primo quidem, quia per hoc redditur immunis à pœna, ne scilicet lapidaretur à iudæis tanquam adultera, vt Hieron. † dicit. Secundo, vt per hoc ab infamia liberaretur. vnde dicit Ambros. * super Luc. quod desponsata est, ne temeratæ virginitatis aduerteretur infamia, cui grauis aluus corruptelæ videretur insigne præferre. Tertio, vt cui a Ioseph ministerium exiberetur, vt Hieronym. † dicit. Ex parte etiam nostra hoc fuit conueniens. Primo quidem, quia testimonio Ioseph comprobatum est Christum ex virgine natum. vnde Ambros. * dicit super Luc. Locupletior testis pudoris maritus adhibetur, qui posset & delere iniuriam, & vindicare opprobrium, si non agnosceret sacramentum. Secundo, quia ipsa verba Virginis matris magis credibilia redduntur, suam virginitatem asserentis. vnde Ambrosius. † dicit super Luc. Fides, Mariæ verbis magis assistitur, & mendacii causa remouetur videretur enim culpam obumbrare voluisse mendacio inupta prægnās: causam autem mentiendi desponsata non habuit, cum coniugii præmium & gratia nuptiarum partus sit feminarum: quæ quidem duo pertinent ad firmitatem fidei nostræ. Tertio, vt tolleretur excusatio virginibus, quæ propter suam incautelam non vitant infamiam. vnde Ambros. * dicit, Non decuit virginibus sinistra opinione viuentibus, velamen excusationis relinqui, quod infamata mater quoque Domini videretur. Quarto, quia per hoc significatur vniuersa Ecclesia: quæ cum virgo sit, desponsata tamen est vni viro Christo, vt Augustin. † dicit in libr. de sancta Virginitate. Potest etiam & quinta ratio esse, quod mater Domini fuit desponsata & virgo: quia in persona ipsius & virginitas & matrimonium honoratur, contra hæreticos alteri horum detrahentes.

¶ Ad primum ergo dicendum, quod beata Virgo mater Dei, ex familiari instinctu Spiritussancti credenda est desponsari voluisse, confidens de diuino auxilio, quod nunquam ad carnalem copulam peruenire: hoc tamen diuino commisit arbitrio, vnde in nullo detrimentum passa est virginitas.

¶ Ad secundum dicendum, quod sicut Ambros. * dicit super Lucam, maluit Dominus aliquos de suo ortu quam de matris pudore dubitare. Sciebat enim teneram esse virginis verecundiam, & lubricam famam pudoris: nec putauit ortus sui fidem, matris iniuriis astruendam. Sciendum tamen, quod miraculorum Dei quædam sunt, de quibus est fides, sicut miraculum

Epist. 28 ante medi illius to.2.

*Sup illud Mat.1. cū esset despōsata, ante 9. *lib.2. in Luc. non procul a prin. libr. tom.5.*

*loco antea dicto, & contra Eluidium li.de perpetua virginitate Mariæ, to.3. *lib.2. in Luc.c.1. ante mediū, to.5.*

libr.2 in Luc.c.1. ante mediū, to.5.

libr.2. in Luc. non procul a prin. to. 5.

c.2.12. ante mediū, tom.2.

libr.2. in Luc. non procul a prin. libr. tom.5.

c.1. Matth. super illud, Cū esset despōsata to.3.

libr.2. in Luc. circa prin. & media to.5.

libr.2. in Luc. non procul a prin. libr. tom.5.

vt refert Hiero. in ca. Matt. tom.8.

Super illud Mat. 1. Cū esset despōsata to.3.

tell-gi potest illa conditio, si Deo placuerit, primo, secundum communē loquēdi vsum, & sic sola negatione beneplacitum Dei, expectatur, scilicet quod deus finat illud fieri: & sic loquit Apostolus Iacobus in sua Canonica, capitul. 4. Vt dicatis, si dominus voluerit, & talis conditio, quia communissima est, habetur pro non adiecta, virginitatēque mentalem auferet procul dubio a sic consentiente in copulam carnalem, & propterea non sic intelligitur in proposito beata Virginis, si Deo placuerit. Secundo sumitur placere pro iubere, ne hoc dictum esset, si Deus iusserit, & sic sumitur in proposito. Rationabile siquidem est, vt quod eo cooperat virginitatis votum diuina inspiratione ante desponsationem, nō nisi diuino nutu conceperit quoque soluendum. Experta siquidem in tota vita anteriore, tam familiare en Spiritussancti curam ac solicitudinem de vita ac operibus eius, vtpote quæ nunquam etiam venia liter peccabat, certe ubi ipsi polliceri poterat perficiendam inspiratione de virginitate contra legem Moysi, nisi Deus iud. inspirando vel nuntiando iuberet. Talis autem cōditio sub dens propositi sui oppositum diuino præcepto, transfert consensum in oppositum sui propositi, vt patet exemplariter. Quicumque enim pater consentit in occisionem proprii filii, si Deus iusserit, non propterea consensit in mortem filii: & si sanctimonialis Virgo consensit in nuptias, si Deus iusserit, non propterea consentit in nuptias. Sic autem beata virgo consensit conditionaliter in carnalem copulam, virginei partus, & resurrectionis Domini, & etiam sacramenti altaris, & ideo Dominus voluit ista occultiora esse, vt fides eorum magis meritoria esset: quædam vero miracula sunt ad fidei comprobationem, & ista debent esse manifesta.

¶ Ad tertium dicendum, quod sicut Augustin. dicit * in 3. de Trinit. diabolus multa potest virtute suæ naturæ, a quibus tamen ꝺ prohibetur virtute diuina. Et hoc modo potest dici, quod virtute naturæ suæ diabolus cognoscere poterat matrem Dei non fuisse corruptam, sed virginem: prohibebatur tamen a Deo cognoscere modum partus diuini. Quod autem postmodum eum aliqualiter cognouit diabolus esse filium Dei non obstat: quia iam tempus erat, vt Christus suam virtutem contra diabolum ostenderet, & persecutionem ab eo concitatam patere cur: sed in infantia oportebat impediri malitiam diaboli, ne cum acrius perequeretur, quando Christus nec pati dispoſuerat, nec virtutem suam ostendere: sed in omnibus aliis infantibus se similem exhibebat. Vnde Leo. * Papa in sermone de Epiphania dicit, q̄ Magi inuenerunt puerum IESVM quantitate paruum, alienæ opis indigentem, fandi impotentem, & nulla ab humanæ infantiæ generalitate discretum. Ambros. † tamen super Luc. videtur hoc magis referre ad membra diaboli. Præmissa enim hac ratione, scilicet de fallendo principem mundi, subdit, sed tamen magis fefellit principes sæculi: dæmonum enim malitia, facile etiam occultata deprehendit: at vero qui sæcularibus vanitatibus occupantur, scire diuina non possunt.

¶ Ad quartum dicendum, quod iudicio adulterarum lapidabatur secundum legem non solum illa, quæ iam erat desponsata vel nupta, sed etiam illa quæ in domo patris custodiebatur, vtꝺ virgo quandoque nuptura. Vnde dicitur Deutero. 22. Si non est inuenta puella virginitas, lapidibus obruent eam viri ciuitatis illius, & morietur: quia fecit nefas in Israel, vt fornicaretur in domo patris sui. Vel potest dici secundum quosdam, quod beata Virgo erat de stirpe Aaron: vnde erat cognata Elisabet, vt dicitur Luc. 1. Virgo autem de genere sacerdotali; propter stuprum occidebatur: legitur enim Leuit. 21. Sacerdotis filia, si deprehensa fuerit in stupro, & violauerit nomen patris sui, flammis exuretur. Quidam referunt verbum Hieron. ad lapidationem infamiæ.

libr.2. in Luc. circa prin. & media to.5.

libr.2. in Luc. non procul a prin. libr. tom.5.

In ser. 4. de Epiphania in medio, incipit hic ser. Iustū & rationabile †libr.2. in Luc.c.1. circa mediū, to.5.

li.3. ep.c. 7. & 8. col lig.tom.3. D.446.

D.1135.

ARTICVLVS II.

Vtrum inter Mariam & Ioseph fuerit verum matrimonium.

¶ Super quæstionis vigesimænonæ, Articulum secūdum.

163 4.d.30.q. 2.ar.2. Et opusc.60. cap. 2. Et Mat.1.

AD secundum sic proceditur. Videtur quod inter Mariam & Io-

IN corpore duo fiunt. Primo declaratur

Universidad de Deusto
Biblioteca

clarantur in communi, vnde & quotupliciter matrimonium dicatur verum secundo, respondetur in particulari de hoc coniugio. Quo ad primum, dicitur coniugium verum ex sua perfectione, & quia perfectio ex duplex prima & secunda, ideo dupliciter dicitur coniugium verum, vel secundum primam, vel iuxta secundam

Tit. li. est de sancta virginitate beatæ Mariæ ali quátulam a pri. to. 3

perfectionem. Et declaratur in litera, quid sit prima perfectio coniugij, scilicet forma, & quæ sit forma eius, & quid sit secunda: & ponitur duplex, generatio, & educatio. Et media ad hæc ponitur clare. Quo ad secundum, respondetur quæsito tribus conclusionibus, vel vnica trimembri. Coniugium inter natrem Dei, & Ioseph fuit verum quo ad primam perfectionem, & quo ad secundam perfectionem, si referatur ad educationem, non autem si referatur ad generationem. Prima pars probatur ratione: quia vterque consensit in copulam coniugalem. quod probatur auctoritate angli in euangelio ex posita ab Augustino. Quo ad tertiam affertur auctoritas Ambrosii: quo ad secundam, & omnes simul denique affertur auctoritas Augustin.

lib. 2. c. 1. ante medium, to. 4.

¶ In responsione ad tertium aduertendum est, quod ex euangelio bene percepto habetur, quod nondum erat nuptiarum solemnitas celebrata, cum beata Virgo inuenta est habens in vtero: quoniam ibi habetur, quod beata Virgo non solum non erat cognita a viro, sed etiam q̃ non erat adhuc accepta a Ioseph cõiuge suo. Ex eo enim quod amematur coniux, & negatur non solum cognita, sed & accepta, & post monitionem angeli affirmatur accepta, & perseverat incognita, consequens est, quod acceptio huiusmodi fuerit acceptio solemnitatis nuptialis, qua scilicet coniuges efficiuntur simpliciter & absolute domestici consortes. Et de hoc nulla est habenda quæstio: sed an prius quam ita acceptio fieret, beata Virgo fuerit retenta, secundum quid in domo Ioseph, iubente Spiritu sancto

08

dubio quoque relinquitur, de qua traductione Euangelista loquitur, an de traductione simpliciter ad domesticum consortium.

¶ 2 Præte. Superillud Matth. 1. Iacob genuit Ioseph virum Mariæ, dicit Hieron. † Cum virum audieris, suspitio tibi non subeat nuptiarum: sed recordare consuetudinis scripturarũ, quod sponsi viri, & sponsæ vxores vocantur: sed verum matrimonium non efficitur ex sponsalibus, sed ex nuptiis. ergo non fuit matrimonium inter beatam virginem & Ioseph.

¶ 3 Præte. Matthe. 1. dicitur, Ioseph vir eius cum esset iustus, & nollet eam traducere, scilicet in domum suã ad cohabitationem assiduam, voluit eam occulte dimittere, id est tempus nuptiarum mutare, vt Remigius exponit. ergo videtur q̃ nondum nuptiis celebratis, nondum esset verum matrimonium, præsertim cum post matrimonium contractum non liceat alicui sponsam dimittere.

¶ Sed contra est, quod Augustin. * dicit in libr. de Consensu euangelistarum, Non est fas, vt Ioseph ob hoc a coniugio Mariæ separandum Euangelista putaret, quod non ex eius concubitu, sed Virgo peperit Christum. Hoc enim exemplo magnifice insinuatur fidelibus coniugatis, etiam seruata pari consensu continentia, posse permanere vocarique coniugium, non permisto corporis sexu.

¶ Respon. Dicendum, quod matrimonium siue coniugium dicitur verũ ex hoc, quod suam perfectionem attingit. Duplex est autem rei perfectio, prima & secunda. Prima quidem rei perfectio consistit in ipsa forma, ex qua speciem sortitur: secunda vero perfectio, consistit in operatione rei, per quam res aliqualiter suum finem attingit. Forma autem matrimonij est, proles generanda & educanda. Ad quorum primum peruenitur per concubitum coniugalem, ad secundum per alia opera viri & vxoris, quibus sibiinuicem obsequuntur ad prolem nutriendam. Sic igitur dicendum est, q̃ quantum ad primam perfectionem, omnino verum fuit matrimoniũ Virginis Dei & Ioseph: quia vterque consensit in copulam coniugalem: non autem expresse in copulam carnalem, nisi sub cõditione, si Deo placeret. Vnde & Angelus vocat Mariam coniugem Ioseph, dicens ad Ioseph, Matth. 1. Noli timere accipere Mariam coniugem tuam: quod exponens Augustin. * in libr. de nuptiis & concupiscentia dicit: Coniunx vocatur ex prima desponsationis fide, quam concubitu nec cognouerat. nec fuerat cogniturus: Quantũ vero ad secundam perfectionẽ, quæ est per actũ matrimonii, si hoc referatur ad carnalem concubitũ, per quem proles generatur, non fuit illud matrimonium consummatum: Vnde Ambrosius † dicit super Luc. Non te moueat, quod freuenter Mariam scriptura vocat coniugem: non enim virginitatis ereptio: sed coniugij testificatio, & nuptiarum celebratio declaratur. Habuit tamen illud matrimonium etiam secundam perfectionem, quantũ ad prolis educationem. Vnde Augustin. dicit * in libr. de nuptiis & concupiscentia. Omne nuptiarum bonum impletum est in illis parentibus Christi, proles, fides, & sacramentum. Prolem cognouimus ipsum Dominũ Iesvm: fidem, quia nullum adulterium: sacramentum, quia nullum diuortium, solus ibi nuptialis concubitus non fuit.

¶ Ad primum ergo dicendum quod Hier. accipit ibi maritum ab actu matrimonii consummati.

¶ Ad secundum dicendum, quòd nuptias Hier. vocat nuptialem concubitum.

¶ Ad tertium dicendum quod sicut Chrysostom. dicit * super Matth. Beata Virgo sic fuit desponsata Ioseph, quod etiam esset domi habita. Nam sicut in ea quæ in domo viri concipit, intelligitur conceptio naturalis, sic in ea quæ extra domum concipit, est suspecta cõiunctio. Et ita non esset sufficienter prouisum famæ beatæ Virginis per hoc, quod fuit desponsata, nisi etiam fuisset domi habita. Vnde quod dicitur, & nollet eam traducere, melius intelligitur, idest, nollet eam diffamare in publicum, quam quod intelligatur de traductione in domũ. Vnde & Euangelista subdit, quod voluit occultæ dimittere eam Quamuis tamen esset domi habita propter primam desponsationis fidem, nondum tamen interuenerat solemnis celebratio nuptiarum, propter quod etiam nondum carnaliter conuenerant. Vnde sicut Chrys. * dicit, non dicit Euangelista, antequam duceretur in domum sponsi; etenim in tus erat. Consuetudo enim fuit veteribus, multotiens in domo desponsatas habere: & ideo etiam angelus dicit Ioseph, Ne timeas accipere Mariam coniugem tuam, idest, non timeas nuptias eius solemniter celebrare. Licet alii di

Hom. 2. in illud Matt. exp. & cum esset desponsata mater eius Maria Ioseph, antequam conuenirent, inuenta est in vtero habens de Spiritu sancto. to. 2.

Virginis, cum inuenta est in vtero habens. Dixi autem, siue alibi: quoniam non irrationabiliter apparet, quod post annuntiationem beata Virgo cum coniuge suo Ioseph, iuerit ex Nazaret Galilææ in ciuitatem Iudæ, in montana, visitatura Elisabeth, & quod post reuersionem in Nazareth, cum esset grauida menses tres ad minus: quoniam mansit apud Elisabeth, quasi mensibus tribus inuenta est habens in vtero. Et alii quidem putabant quod esset grauida ex Ioseph, cum quo fuerat mensibus tribus domestice in domo Zachariæ. Ipse autem Ioseph sciens non cognouisse illam, & videns illam grauidam, cum esset iustus, & nollet eum traducere, siue in infamiam, siue simpliciter in domesticum consortium, siue in vtrumque, quod verius est, voluit occulte dimittere eã. Et hæc interpretatio magis consonat Euangelio: quoniam ex presse Lucas subdit de beata Virgine, q̃ post dictum temquo, quo mansit apud Elisabeth, reuersa est in domum suam, & non dixit, in domum sponsi sui. Ex quo igitur Euangelista in domo sua eam habitasse testatur, & inuenta dicitur in vtero habens nulla facta de sponsi domo mentione nec cõsuetudo de sponsa in domo coniugis retenta ex scriptura testimonium habet, affirmandum, vt ratio ni consentaneum est, quod in propria domo inuenta est in vtero habens, sed absque infamiæ nota apud domesticos & alios: quia tribus mensibus simul fuerit in domo Elisabet cum Ioseph: quod non voluntarie dicimus, sed ex Euangelio accipimus, dicente quod beata Virgo adhuc desponsata vxor Ioseph, ascendit a Nazareth in Bethleem, quando exiit edictũ a Cæsare Augusto: Simili siquidem ratione debuit eadem desponsata vxor ascendere in montana cum eodem Ioseph suo sponso. Auctor autem in litera dicens magis consonare Euangelio beatam Mariam in domo sponsi habitasse, intelligendum est comparatiue ad opinionem extremam, q̃ nec simpliciter nec secundum quid cum sponso habitauit: non enim prouideret opinio illa famæ beatæ Virginis sufficienter, & non comparando ad hanc

364
3. d. 3. q. 3. ar. 1. q. 1. & d. 30. art. 4.

Ca. 1. lib. 2. to. 1.

Liber. 18. Lucæ medio.

Hom. 6. in Matt. in ope imperfecto ante fi. to. 6.

Hom. 5. in illud Matt. exp. & cum esset desponsata mater eius Maria Ioseph, antequam conuenirent, inuenta est in vtero habens de Spiritu sancto. to. 2.

cant, quod nondum erat in domum inducta, sed solum desponsata: primũ tamen magis consonat euangelio.

QVAEST. XXX.

De beatæ Mariæ virginis annuntiatione, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est, de annuntiatione beatæ Virginis.

Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primo, Vtrum conueniens fuerit ei annuntiari, quod in ea generandum erat.

¶ Secundo, Per quem erat ei hoc annuntiandum.

¶ Tertio, Per quem modum ei annuntiari debebat.

¶ Quarto, De ordine annuntiationis.

ARTICVLVS I.

Vtrum necessarium fuerit annuntiari beatæ Virgini quod in ea erat generandum.

AD Primum sic proceditur. Videtur quod non fuerit necessarium beatæ Virgini annuntiari, quod in ea fiendum erat. Annuntiatio enim ad hoc solum necessaria esse videbatur, vt virginis consensus haberetur: sed consensus eius non videtur necessarius fuisse: quia conceptus Virginis prænuntiatus fuit prophetia prædestinationis, quæ sine nostro completur arbitrio, vt dicit quædam glo. Matth. 1. Non ergo necessarium fuit, quod talis annuntiatio fieret.

¶ 2 Præt. Beata virgo incarnationis fidem habebat, sine qua nullus esse poterat in statu salutis: quia vt dicitur Rom. 3. Iustitia Dei per fidem est Iesv Christi: sed de eo, quod aliquis per certitudinem credit, non indiget vlterius instrui. ergo beatæ Virgini non fuit necessarium, vt ei incarnatio filii Dei annuntiaretur.

¶ 3 Præt. Sicut beata Virgo corporaliter Christum concepit, ita & quælibet sancta anima concipit ipsum spiritualiter. Vnde Apost. dicit Gal. 3. Filioli mei quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis: sed illis: qui spiritualiter debent Christum concipere, talis conceptio non annuntiatur ergo nec beatæ Virgini fuit annuntiandum, quod esset in vtero conceptura filium Dei.

¶ Sed contra est, quod habetur Luc. 1. quod angelus dixit ei, Ecce concipies in vtero, & paries filium.

¶ Respon. Dicendum, q̃ congruum fuit beatæ Virgini annuntiari, quod esset Christum conceptura. Primo quidem, vt seruaretur congruus ordo coniunctionis filii Dei ad Virginem, vt scilicet prius mens eius de ipso instruetur, quàm carne eum conciperet. Vnde Aug.* dicit in libr. de Virginitate, Beatior est Maria percipiendo fidem Christi, quàm concipiendo carnẽ Christi. Et postea subdit, † Materna propinquitas nihil Mariæ profuisset, nisi felicius Christum corde quam carne gestasset. Secundo, vt posset esse certior testis huius sacramenti, quando super hoc diuinitus erat instructa. Tertio, vt voluntaria sui obsequii munera Deo offerret, ad quod se promptam obtulit dicens, Ecce ancilla Domini. Quarto, vt ostenderetur esse quoddam spirituale matrimonium inter filium Dei, & humanam naturam: & ideo per annuntiationem expectabatur consensus Virginis, loco totius humanæ naturæ.

¶ Ad primum ergo dicendum, quod prophetia prædestinationis cõpletur sine nostro arbitrio causante: non tamen sine nostro arbitrio consentiente.

¶ Ad secundum dicendum, quod beata Virgo expressam fidem habebat incarnationis futuræ: sed cum esset humilis, non tam alta de se saprebat: & ideo super hoc erat instruenda.

¶ Ad tertium dicendum, quod spiritualem conceptionem Christi, quæ est per fidem, præcedit annuntiatio, quæ est per fidei prædicationem, secundum quod fides est ex auditu, vt dicitur Roma. 10. Nec tamen propter hoc aliquis pro certo scit se gratiam habere, sed scit veram fidem esse, quam accepit.

10

20

30

40

50

60

70

80

IN titulo sermo est de necessario ad finem, sine quo non bene peruenitur ad finem: sicut equus necessarius est homini debili ituro ex Germania Romã, & non de necessario simpliciter vel necessario, sine quo non posset peruenire ad finem. Nam constat, quod neque simpliciter necessaria est annuntiatio, quia oppositum non implicat cõtradictoria: neque sicut nauis ad transeundũ mare quia potuerat incarnari verbũ Dei absque præuia annuntiatione: sed an fuerit necessaria annuntiatio, ita quod sine illa præuia non bene fuisset facta incarnatio, quæritur.

c. 2. a. medio, to. 6.

¶ In corpore vnica est conclusio, Cõgruum fuit beatæ Virgini annuntiari, quod esset Christum conceptura. Vbi nota, quod necessitas cõgruitatis respondet quæsito. Probatur conclusio quadrupliciter. Et omnia, in litera clara sunt, duobus notatis.

c. 3. in fi. tom. 6.

¶ Primum est in prima ratione, quod quia diuina prouidentia disposuit omnia suauiter, quemadmodum conceptio naturalis hominum præuenitur a motis operis, quo homines ad concipiendum per generationis actum conueniunt, ita beata Virgo in vtero conceptura de Spiritu sancto, in mente erat prius monenda, vt prius conciperet in mente, quam in ventre: sicut etiã aliæ matres prius concipiunt in affectu, quam in vtero.

¶ Alterum est in secunda ratione, quod maior certitudo huius mysterii, ad quod non aduertisset, aut non ita aduertisset si non fuisset prius sibi nuntiatum. Attentio autem & elevatio mentis maior, certiorem reddit.

¶ In responsione ad primum, cum autem audis pro veritate præ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ARTICVLVS II.

Vtrum annuntiatio beatæ Virgini fieri debuerit per Angelum.

AD secundum sic proceditur. Videtur quòd beatæ Virgini nõ debuerit annuntiatio fieri per angelum. Supremis enim angelis fit reuelatio immediatè à Deo, vt Dion.* dicit 7. cap. cæl. hierar. Sed mater Dei est super omnes angelos exaltata. ergo videtur q̃ immediatè à Deo debuerit sibi annuntiari incarnationis mysterium, & non per angelum.

¶ 2 Præt. Si in hoc oportebat seruari cõem ordinem, secundum quem, diuina hominibus per angelos reuelantur, similiter diuina ad mulierem per virum deferuntur: vnde & Apostolus dicit. 1. ad Corinth. 14. Mulieres in ecclesijs taceant: si quid autem volunt discere, domi viros suos interrogent. ergo videtur quòd beatæ Virgini debuerit annuntiari mysterium incarnationis per aliquem virum, præsertim quia Ioseph vir eius super hoc fuit ab ab angelo instructus, vt legitur Matthe. 1.

¶ 3 Præter. Nullus potest congruè annuntiare, quod ignorat: sed etiam supremi angeli non plenè cognouerũt incarnationis mysterium: vnde dicit Dionys. 7. * cæles. hierar. ex eorum persona esse intelligendam quæstionem, quæ ponitur Isa. 63. Quis est iste qui venit de Edom? ergo videtur quòd per nullum angelum potuit conuenienter annunciatio incarnationis fieri.

¶ 4 Præter. Maiora sunt per maiores nuntios annuntianda: sed mysterium incarnationis est maximum inter omnia, quæ per angelos sunt hominibus annuntiata. ergo videtur quòd si per aliquem angelum debuit annuntiari, quòd ille debuerit esse de supremo ordine: sed Gabriel non est de supremo ordine, cum sit de ordine archã gelorum, qui est penultimus, vnde ecclesia cantat, Gabrielem Archangelum scimus diuinitus te esse affatum. non ergo huiusmodi annuntiatio per Gabrielem archangelum conuenienter facta est.

¶ SED CONTRA est, quod dicitur Luc. 1. Missus est Gabriel angelus à Deo &c.

¶ Respondeo dicendum, q̃ conueniens fuit matri Dei annuntiari per angelum diuinæ incarnationis mysteriũ, propter tria. Primo quidem, vt in hoc etiam seruaretur diuina ordinatio, secundum quam mediantibus angelis diuina ad homines perueniunt. Vnde Dionys.* dicit 4. cap. cæles. hierar. q̃ diuinum IESV benignitatis mysterium angeli primo edocti sunt, postea per ipsos ad nos cognitionis gratia trãsiuit. Sic ergo diuisimus Gabriel Zachariam quidem docuit, prophetam Ioannem ex ipso nasciturum: Mariam autem quomodo in ipsa fieret theandrica ineffabilis Dei formationis mysterium. Secundo, hoc fuit conueniẽs reparationi humanæ, quæ futura erat per Christum. Vnde Beda dicit in homi. Aptum humanæ restaurationis principium, vt angelus à Deo mitteretur ad Virginem partu consecrandam diuino: quia prima perditionis humanæ fuit causa, cum serpens à diabolo mittebatur ad mulierem spiritu superbiæ decipiendam. Tertio, quia hoc cõgruebat virginitati matris Dei. Vnde Hiero.* dicit in sermo. assumptionis, Bene angelus ad Virginem mittitur, quia semper est angelis cognata virginitas. Profecto in carne præter carnẽ viuere non terrena vita est, sed cœlestis.

¶ Ad primum ergo dicendum, q̃ mater Dei superior erat angelis, quantum ad dignitatem, ad quam diuinitus eligebatur: sed quãtum ad statum præsentis vitæ, inferior erat angelis: quia & ipse Christus ratione passibilis vitæ, modico ab angelis minoratus est, vt dicitur Hebr. 2. Sed tamen quia Christus simul fuit viator & comprehensor, quantum ad cognitionem diuinorum non indigebat ab angelis instrui: sed mater Dei nondum erat in statu comprehensorum, & ideo de diuino conceptu per angelos instruenda erat.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ (sicut Aug.* dicit in sermone de assumptione) beata virgo Maria vera æstimatione à quibusdã generalibus excipitur: quia nec conceptus multiplicauit, nec sub viri, ideſt, mariti, potestate fuit, quæ integerrimis visceribus de Spiritusancto Christum susceptt: & ideo non debuit mediante viro instrui de mysterio incarnationis, sed mediante angelo. Propter quod, etiam ipsa est prius instructa, quam Ioseph: nam ipsa instructa est ante conceptum, Ioseph autem post eius conceptum.

¶ Ad tertium dicendũ, q̃ sicut patet ex auctoritate Dion.* inducta, angeli incarnationis mysteriũ cognouerunt: sed tñ interrogabant, perfectius scire cupientes à Christo huius mysterij rationes, quæ sunt incomprehensibiles oi creato intellectui. Vnde Maximus dicit, Quòd angeli nouerint futurã incarnationẽ, ambigere nõ oportet. Latuit aũt eos inuestigabilis Domini conceptio atq; modus, qualiter totus in genitore, totus manebat in oĩ bus, nec non & in virginea cellula.

¶ Ad quartum dicendũ, q̃ quidam dicunt Gabrielẽ fuisse de supremo ordine angelorũ, propter quod Greg.* dicit, summũ angelum venire dignum fuerat, qui summum omnium nuntiabat: sed ex hoc non hẽ, q̃ fuerit summus inter omnes ordines, sed respectu

165 3 dist. 3. q. 3. art. 2. q. 2. & 2.

*c 7. parũ à med.

*Ca. 7. à medio.

*In libro de nat. Mariæ. c. 4. med. com. 9.

*Ciua prin. ser. 2.

*Homil. 34. ante med. lib. 1.

¶ Super quæstionis 30. Articul. III.

Titulus simul quærit, quia & propter quid: de corporali apparitione, an scilicet fuerit, & quare fuerit apparitio uisibilis: vtrũque enim importat titulus, q̃rens an debuerit apparere corporaliter.

Hom. 34. in euang. ante mediũ eius. †Eod. loco nunc proximo dicto.

¶ In corpore ad vtrumque simul respondetur. Angelus apparuit corporaliter, & hoc cõuenienter. Probatur tripliciter. Omnia clara sunt in litera. Quia tamen moderno tẽpore audita est noua quædã præsumptio, dicens apparitionem istã non esse visibilẽ, sed intelligibilem tantum fuisse, aduertendum quòd vltra Ambrosij, Augu. Chrys. Auctorisque auctoritatem, ut in litera dicitur, Euangelii textus præ se fert corporalem visionem fuisse. Tum, ex descriptis de angelo: quoniam describit primo ipsum Zachariæ apparuisse statem a dextris altaris: constat autem q̃ stare a dextris altaris, corporalem situm dicit. Et cõsequenter subdit quòd missus est in ciuitatem Galilææ, & ingressus est ad Virginẽ, exercitati autem in sacris literis sciunt quòd huiusmodi verba, ingressus est ad Regem, ad talem &c. corporalem morũ significare consueuerunt. Et subditur de sermone eius & colloquio cum beata Virgine, & tandẽ quod discessit ab ea, qđ etiam corporalem motum significat. Tum, ex descriptis de beata Virgine: quoniam describitur turbata turbatione mens eius esset præseruata, non ergo fuit conueniens, q̃ huiusmodi annuntiatio fieret per visionem corporalem.

166 3. di. 3. q. 3. ar. 1. q. 2.

*Ii. 12. c. 25. & 10. & 24. t. 3.

In ser. 24. de Natali Dñi. ante med. t. 10.

SED CONTRA, est, q̃ Augu.* inquodam sermone inducit beatam Virginem sic dicentem, Venit ad me Gabriel archangelus, facie rutilans, veste coruscans, incessu mirabilis: sed hæc non possunt pertinere nisi ad corpoream visionem. ergo corporea visio ne angelus annuntians beatæ Virgini apparuit.

¶ Respondeo dicendum, quòd angelus annuntians apparuit matri Dei de ordine Archangelorum. Vnde & ecclesia eum Archangelum nominat, & Grego.* ipse dicit in Homil. de centum ouibus, quòd Archangeli dicuntur: qui summa annuntiant. Satis est ergo credibile, quòd sit summus in ordine Archangelorum, Et sicut Grego. †dicit, hoc nomen officio suo cõgruit: Gabriel enim Dei fortitudo nominatur. Per Dei ergo fortitudinem nuntiãdus erat, qui uirtutum Dominus & potens in prælio, ad debellandas potestates aereas veniebat.

ARTICVLVS III.

Vtrum Angelus annuntians debuerit beatæ Virgini visione corporali apparere.

AD tertium sic proceditur. Videtur quòd Angelus annuntians, non debuerit virgini apparere visione corporali. Dignior enim est intellectualis uisio quàm corporalis, ut Augus.* dicit 12. super Gen. ad literam. Et præcipuè ipsi Angelo est magis conueniens, nam uisione intellectuali videtur Angelus in sui substantia, visione autem corporali videtur in assumpta figura corporea: sed sicut ad annuntiandum conceptum diuinum decebat venire summum nuntium, ita etiam videtur, quòd decuerit esse summum genus visionis. ergo videtur quòd Angelus annuntians apparuerit Virgini visione intellectuali.

¶ 2 Præte. Visio imaginaria videtur etiam esse nobilior, quàm visio corporalis: sicut imaginatio est altior potentia, quàm sensus: sed Angelus apparuit Ioseph in somnis secundum imaginariam visionẽ, vt patet Matth. 1. & 2. ergo videtur q̃ etiam apparere debuerit beatæ Virgini imaginaria visione, & non corporali.

¶ 3 Præt. Corporalis visio spiritualis substantiæ, videntes stupefacit: vnde & de ipsa Virgine cantatur, Expauescit Virgo de lumine: sed melius fuisset q̃ à tali turbatione mens eius esset præseruata, non ergo fuit conueniens, q̃ huiusmodi annuntiatio fieret per visionem corporalem.

¶ Præte. Corporalis visio spiritualis substantiæ, videntes stupefacit: vnde & de ipsa Virgine cantatur, Expauescit Virgo de lumine: sed melius fuisset q̃ à tali turbatione mens eius esset præseruata, non ergo fuit conueniens, q̃ huiusmodi annuntiatio fieret per visionem corporalem.

SED CONTRA, est, q̃ Augu.* inquodam sermone inducit beatam Virginem sic dicentem, Venit ad me Gabriel archangelus, facie rutilans, veste coruscans, incessu mirabilis: sed hæc non possunt pertinere nisi ad corpoream uisionem. ergo corporea uisio ne angelus annuntians beatæ Virgini apparuit.

¶ Respondeo dicendum, quòd angelus annuntians apparuit matri Dei de ordine Archangelorum. Vnde & ecclesia eum Archangelum nominat, & Grego.* ipse dicit in Homil. de centum ouibus, quòd Archangeli dicuntur: qui summa annuntiant. Satis est ergo credibile, quòd sit summus in ordine Archangelorum, Et sicut Grego. †dicit, hoc nomen officio suo cõgruit: Gabriel enim Dei fortitudo nominatur. Per Dei ergo fortitudinem nuntiãdus erat, qui uirtutum Dominus & potens in prælio, ad debellandas potestates aereas veniebat.

ARTICVLVS III.

Vtrum Angelus annuntians debuerit beatæ Virgini visione corporali apparere.

AD tertium sic proceditur. Videtur quòd Angelus annuntians, non debuerit virgini apparere visione corporali. Dignior enim est intellectualis uisio quàm corporalis, ut Augus.* dicit 12. super Gen. ad literam. Et præcipuè ipsi Angelo est magis conueniens, nam uisione intellectuali videtur Angelus in sui substantia, visione autem corporali videtur in assumpta figura corporea: sed sicut ad annuntiandum conceptum diuinum decebat venire summum nuntium, ita etiam videtur, quòd decuerit esse summum genus visionis. ergo videtur quòd Angelus annuntians apparuerit Virgini visione intellectuali.

¶ 2 Præte. Visio imaginaria videtur etiam esse nobilior, quàm visio corporalis: sicut imaginatio est altior potentia, quàm sensus: sed Angelus apparuit Ioseph in somnis secundum imaginariam visionẽ, vt patet Matth. 1. & 2. ergo videtur q̃ etiam apparere debuerit beatæ Virgini imaginaria visione, & non corporali.

¶ 3 Præt. Corporalis visio spiritualis substantiæ, videntes stupefacit: vnde & de ipsa Virgine cantatur, Expauescit Virgo de lumine: sed melius fuisset q̃ à tali turbatione mens eius esset præseruata, non ergo fuit conueniens, q̃ huiusmodi annuntiatio fieret per visionem corporalem.

SED CONTRA, est, q̃ Augu.* inquodam sermone inducit beatam Virginem sic dicentem, Venit ad me Gabriel archangelus, facie rutilans, veste coruscans, incessu mirabilis: sed hæc non possunt pertinere nisi ad corpoream uisionem. ergo corporea uisio ne angelus annuntians beatæ Virgini apparuit.

¶ Respondeo dicendum, quòd angelus annuntians apparuit matri Dei de ordine Archangelorum. Vnde & ecclesia eum Archangelum nominat, & Grego.* ipse dicit in Homil. de centum ouibus, quòd Archangeli dicuntur: qui summa annuntiant. Satis est ergo credibile, quòd sit summus in ordine Archangelorum, Et sicut Grego. †dicit, hoc nomen officio suo cõgruit: Gabriel enim Dei fortitudo nominatur. Per Dei ergo fortitudinem nuntiãdus erat, qui uirtutum Dominus & potens in prælio, ad debellandas potestates aereas veniebat.

ARTICVLVS III.

Vtrum Angelus annuntians debuerit beatæ Virgini visione corporali apparere.

AD tertium sic proceditur. Videtur quòd Angelus annuntians, non debuerit virgini apparere visione corporali. Dignior enim est intellectualis uisio quàm corporalis, ut Augus.* dicit 12. super Gen. ad literam. Et præcipuè ipsi Angelo est magis conueniens, nam uisione intellectuali videtur Angelus in sui substantia, visione autem corporali videtur in assumpta figura corporea: sed sicut ad annuntiandum conceptum diuinum decebat venire summum nuntium, ita etiam videtur, quòd decuerit esse summum genus visionis. ergo videtur quòd Angelus annuntians apparuerit Virgini visione intellectuali.

¶ 2 Præte. Visio imaginaria videtur etiam esse nobilior, quàm visio corporalis: sicut imaginatio est altior potentia, quàm sensus: sed Angelus apparuit Ioseph in somnis secundum imaginariam visionẽ, vt patet Matth. 1. & 2. ergo videtur q̃ etiam apparere debuerit beatæ Virgini imaginaria visione, & non corporali.

¶ 3 Præt. Corporalis visio spiritualis substantiæ, videntes stupefacit: vnde & de ipsa Virgine cantatur, Expauescit Virgo de lumine: sed melius fuisset q̃ à tali turbatione mens eius esset præseruata, non ergo fuit conueniens, q̃ huiusmodi annuntiatio fieret per visionem corporalem.

SED CONTRA, est, q̃ Augu.* inquodam sermone inducit beatam Virginem sic dicentem, Venit ad me Gabriel archangelus, facie rutilans, veste coruscans, incessu mirabilis: sed hæc non possunt pertinere nisi ad corpoream uisionem. ergo corporea uisio ne angelus annuntians beatæ Virgini apparuit.

¶ Respondeo dicendum, quòd angelus annuntians apparuit matri Dei de ordine Archangelorum. Vnde & ecclesia eum Archangelum nominat, & Grego.* ipse dicit in Homil. de centum ouibus, quòd Archangeli dicuntur: qui summa annuntiant. Satis est ergo credibile, quòd sit summus in ordine Archangelorum, Et sicut Grego. †dicit, hoc nomen officio suo cõgruit: Gabriel enim Dei fortitudo nominatur. Per Dei ergo fortitudinem nuntiãdus erat, qui uirtutum Dominus & potens in prælio, ad debellandas potestates aereas veniebat.

ARTICVLVS III.

Vtrum Angelus annuntians debuerit beatæ Virgini visione corporali apparere.

AD tertium sic proceditur. Videtur quòd Angelus annuntians, non debuerit virgini apparere visione corporali. Dignior enim est intellectualis uisio quàm corporalis, ut Augus.* dicit 12. super Gen. ad literam. Et præcipuè ipsi Angelo est magis conueniens, nam uisione intellectuali videtur Angelus in sui substantia, visione autem corporali videtur in assumpta figura corporea: sed sicut ad annuntiandum conceptum diuinum decebat venire summum nuntium, ita etiam videtur, quòd decuerit esse summum genus visionis. ergo videtur quòd Angelus annuntians apparuerit Virgini visione intellectuali.

¶ 2 Præte. Visio imaginaria videtur etiam esse nobilior, quàm visio corporalis: sicut imaginatio est altior potentia, quàm sensus: sed Angelus apparuit Ioseph in somnis secundum imaginariam visionẽ, vt patet Matth. 1. & 2. ergo videtur q̃ etiam apparere debuerit beatæ Virgini imaginaria visione, & non corporali.

¶ 3 Præt. Corporalis visio spiritualis substantiæ, videntes stupefacit: vnde & de ipsa Virgine cantatur, Expauescit Virgo de lumine: sed melius fuisset q̃ à tali turbatione mens eius esset præseruata, non ergo fuit conueniens, q̃ huiusmodi annuntiatio fieret per visionem corporalem.

SED CONTRA, est, q̃ Augu.* inquodam sermone inducit beatam Virginem sic dicentem, Venit ad me Gabriel archangelus, facie rutilans, veste coruscans, incessu mirabilis: sed hæc non possunt pertinere nisi ad corpoream uisionem. ergo corporea uisio ne angelus annuntians beatæ Virgini apparuit.

¶ Respondeo dicendum, quòd angelus annuntians apparuit matri Dei

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Aduerte secũdo, quòd signum in litera positum ex uita B. Antonii ad discretionem spirituum, est intelligendum per se, quantum scilicet est ex natura bonorum & malorum spirituũ. Cõmunis siquidẽ etsi utrisque apparentibus est humana turbatio propter nostram naturam, bonorum tamen apparitio ad Deũ animum ducens securitatem parit mentis: malorum autem, quia a Deo auersa est, vnde securam reddere possit turbatã animam, non habet. Verum per accidens potest euenire oppositum, dũ sathanas transformans se in Angelum lucis, ad hanc conditionem angeli lucis efficiendam studet. Potest enim post turbationem commouere phantasmata in ferioremque partem animæ ad materiam aliquã gaudii, & auertere materiam timoris, ut sic humanus animus sensuales motus sequens absq; timore lætus reddatur. Et propterea, noli in dicto signo pedem iudicii figere, sed memento, quod in his quæ sunt per accidens, contingit etiam sapientes falli.

Hom. 4. in Lu. in princip. to. 3.

167

¶ *Super quæstionis trigesimæ, Articulum quartum.*

TItulus quærit de ordine dictorum ab angelo annuntiante.

¶ In corpore vna conclusio: Annuntiatio cõgruo ordine per angelum est perfecta. Probatur: quia tria intenta, scilicet attentio, instructio, & consensus, conuenienter ordinata, facta procuratáque sunt. Omnia clare patent in litera.

ti. Primo quidem, quia ex hoc ipso, q̃ homo super seipsum eleuatur (quod ad eius pertinet dignitatem) pars eius inferior debilitatur, ex quo prouenit perturbatio prædicta: sicut etiam calore naturali ad interiora reducto, exteriora tremunt. Secundo, quia sicut Orig.* dicit super Luc. Angelus apparens, sciés hanc esse humanam naturam, primum perturbationi humanæ medetur, vnde tam Zachariæ quàm Mariæ post turbationem dixit, Ne timeas. Et propter hoc, ut legitur in uita Antonii, non difficilis est beatorum spirituum malorumque discretio. Si.n. post timorem successerit gaudium, à Domino venisse sciamus auxilium: quia securitas animæ, præsentis maiestatis iudicium est. Si autem incussa formido permanserit, hostis est qui videtur: ipsa etiam turbatio Virginis, conueniens fuit verecundiæ uirginali, quia ut Ambr.* dicit super Lucam, trepidare virginum est, & ad omnes viri ingressus pauere, omnes viri affatus vereri. Quidam tamen dicunt, quòd cum beata Virgo assueta esset uisionibus Angelorum, non turbata fuit in uisione Angeli: sed in admiratione eorum, quæ ei ab angelo dicebantur, quia de se tam magnifica non cogitabat. Vnde & euangelista non dicit, quòd turbata fuerit in uisione angeli, sed in sermone eius.

*lib. 2. in Lu. c. cuius titulus est: De salutat. Mariæ to. 5.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum annuntiatio conuenienti fuerit ordine perfecta.

AD quartum sic proceditur. Videtur quòd annuntiatio eius non fuerit conuenienti ordine perfecta. Dignitas enim matris Dei dependet ex prole concepta: sed causa prius debet manifestari, quàm effectus. ergo primo debuit angelus Virgini annuntiare conceptum prolis, quàm eius dignitatem exponere, eam salutando.

¶ 2 Præt. Probatio aut prætermitti debet in his, quæ dubia non sunt, aut prætermitti in his, quæ dubia esse possunt: sed Angelus primo uidetur annũtiasse id, de quo Virgo dubitaret, & dubitando quæreret, dicens, Quomodo fiet istud? & postea probationem adiũxit, tum ex exemplo Elisabeth, tum ex Dei omnipotentia. ergo inconuenienter ordine annuntiatio per Angelum est effecta.

¶ 3 Præt. Maius non potest probari sufficienter per minus: sed maius fuit uirginem parere, quàm vetulam. ergo non fuit sufficiens probatio angeli, probantis conceptum Virginis ex conceptu senis.

¶ Sed contra est, q̃ dicitur Rom. 13. Quæ à Deo sunt, ordinata sunt, angelus autem missus est à Deo ad hoc, q̃ Virgini annuntiaret, ut dicitur Luc. 1. ergo ordinatissimè fuit annuntiatio per angelum completa.

¶ Respon. Dicendum, quòd annuntiatio congruo ordine per angelum est perfecta. Trian. angelus intẽdebat circa Virginẽ. Primo quidem, reddere mẽtem eius attentam ad tantæ rei considerationem, quod quidem fecit, eam salutando quadam noua & insolita salutatione. Vnde Orig.* dicit super Lucam, q̃ si sciuisset ad alium quempiam similem esse factum sermonẽ (vtpote quæ habebat legis scientiam) numquã eam quasi peregrina talis salutatio terruisset: in qua quidem salutatione, præmisit idoneitatem eius ad conceptum, in hoc q̃ dixit, Gratia plena: expressit cõceptum, in hoc q̃ dixit, Dominus tecum, & prænuntiauit honorem consequentem, cum dixit, Benedicta tu in mulieribus. Secundo autem, intendebat eam instruere de mysterio incarnationis, quod in ea erat implendum, quod quidem fecit in prænuntiando conceptum & partum, dicens: Ecce cõcipies in vtero &c. & ostendendo dignitatem prolis conceptæ, cum dixit, Hic erit magnus, & etiam demonstrando modũ conceptionis, cũ dixit, Spiritus sanctus superueniet in te. Tertio, intendebat animum eius inducere ad consensum, quidem fecit exemplo Elisabeth, & rõne ex diuina omnipotentia sumptã.

*Hom. 6. in Lu. in med. illius co. 3.

¶ In responsione ad primum, perspice naturam humilitatis reddere, scilicet animã admirabilem suarum laudum: quia assidue animus humilis circa imperfectiones suas condignamque illis mercedem uersatur, quo sicut magnum de se audire, ut nouum, insolitum, celsum, atque occultum, ad admirationem sibi pariat. Hinc autẽ habemus vnde nosipsos cognoscere intus possumus, si vere humiles sumus: nam ad nostras laudes si nullus admirationis motus cõsurgit, percipere possumus quãtum ab humili animo longe sumus.

¶ Ad primum ergo dicendum, q̃ animo humili nihil est mirabilius quam auditus suæ excellentiæ, admiratio aũt maximè attẽtionem animi facit: & ideo angelus volens mentem Virginis attentam reddere ad auditum tanti mysterii, ab eius laude incœpit.

¶ Ad secundum dicendum, quòd Ambr.* expresse dicit super Lucam, q̃ beata Virgo de verbis angeli nõ dubitauit. Dicit.n, temperantior est Mariæ responsio, quàm verba sacerdotis. Hæcait, Quomodo fiet istud? ille respõdit, Vnde hoc sciam? Negat ille se credere, qui negat se scire ista, non dubitat esse faciendum, quod quomodo fieri possit inquirit. Aug.* tamen videtur dicere, q̃ dubitauerit. Dicitur. n. in lib. Quæstionum veteris & noui testamenti: Ambigenti Mariæ de conceptu, possibilitatem angelus prædicat: sed talis dubitatio magis est admirationis, q̃ incredulitatis, & ideo probationẽ angelus induxit, non ad auferendam infidelitatem, sed magis ad remouendam eius admirationem.

*li. 2. in Luc. c. 2. cuius titulus est: De Mariæ interrogatione &c. to. 5. In lib. q. ex nouo test. q. fi. in princ. respond. to. 4.

¶ Ad tertium dicendum, quòd sicut Ambro. dicit in Hexameron, ob hoc multæ steriles præuenerunt, ut partus credatur Virginis: & ideo conceptus Elisabet sterilis inducitur, non quasi sufficiens argumentum, sed quasi quoddam figurare exemplum; & ideo ad confirmationẽ huius exempli subditur argumentum efficax ex omnipotentia diuina.

QVAEST. XXXI.

De conceptione Saluatoris quo ad materiam de qua corpus eius conceptum est, in octo articulos diuisa.

DEinde considerandum est, de ipsa conceptione Saluatoris. Primo, quantum ad materiã, de qua eius corpus conceptum est. Secundo, quantum ad conceptionis auctorem. Tertio, quantum ad modum & ordinem conceptionis.

Circa primum quæruntur octo.

¶ Primo, Vtrum caro Christi fuerit sumpta de Adam.
¶ Secundo, Vtrum fuerit sumpta de Dauid.
¶ Tertio, Degenealogia Christi, quæ in euangeliis ponitur.
¶ Quarto, Vtrum decuerit Christum nasci de fœmina.
¶ Quinto, Vtrum fuerit de purissimis sanguinibus Virginis corpus eius formatum.
¶ Sexto, Vtrum caro Christi fuerit in antiquis patribus, secundum aliquid signatum.
¶ Septimo, Vtrum caro Christi in patribus fuerit peccato obnoxia.
¶ Octauo, Vtrum fuerit decimata in lumbis Abrahæ.

ARTICVLVS I.

¶ Super quæstionis trigesimæ primæ, Articulum primum.

168

Vtrum caro Christi fuerit sumpta de Adam.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd caro Christi non fuerit sumpta ex Adam. Dicit.n. Apostolus 1. ad Corint. 15. Primus homo de terra terrenus, secundus homo de cœlo cœlestis. Primus autem homo est Adã, secundus est Christus. ergo Christus non est ex Adã, sed habet ab eo distinctam originem.

¶ 2 Præte. Conceptio Christi debuit esse maximè miraculosa: sed maius est miraculũ formare corpus hominis ex limo terræ, quàm ex materia humana, quæ de Adam trahitur. ergo vr. q̃ non fuerit conueniens Christum ab Adam carnem sumpsisse. ergo videtur, q̃ corpus Christi non debuerit formari de massa humani generis deriuata ab Adam, sed de aliqua alia materia.

¶ 3 Præt. Peccatum in hunc mundũ intrauit per unum hominem, scilicet per Adam: quia omnes in eo originaliter existentes, peccauerũt, ut patet Ro. 5. sed si corpus Christi fuisset ab Adã sumptum, ipse etiam in Adam originaliter fuisset, quando peccauit. ergo peccatum originale contraxisset, quod nõ decebat Christi puritatem. non ergo corpus Christi est formatum de materia sumpta ad Adam.

¶ Sed contra est, quòd Apostol. dicit ad Heb. 2. Nusquam Angelos apprehendit, scilicet filius Dei: sed semen Abrahæ apprehendit: semen autem Abrahæ sumptum est ex Adam. ergo corpus Christi fuit formatum de materia ex Adam sumpta.

¶ Respondeo Dicendum, quòd Christus humanam naturam assumpsit, ut eam à corruptione purgaret. Non autem purgatione indigebat natura humana, nisi secundum q̃ infecta erat per originem uitiatam, qua ex Adam descendebat: & ideo conueniens fuit, ut carnem sumeret ex materia ab Adam deriuata, ut ipsa natura per assumptionem curaretur.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd secundus homo, idest, Christus, dicitur esse de cœlo, non quidem quantum ad materiam corporis: sed, vel quantum ad uirtutem formatiuam corporis eius, vel etiam quantum ad ipsam eius diuinitatem. Secundum autem materiam corporis Christi fuit terrenum, sicut & corpus Adæ.

¶ Ad secundum dicendum, quòd sicut supra dictum est,* mysterium incarnationis Christi est quiddam miraculosum, non sicut ordinatum ad confirmationem fidei, sed sicut articulus fidei; & ideo in mysterio incarnationis non requiritur, quid sit maius miraculum, sicut in miraculis, quæ fiunt ad confirmationem fidei, sed quid sit diuinæ sapientiæ conuenientius, & magis expediens humanæ saluti, quod requiritur in omnibus, quæ fidei sunt. Vel potest dici, quod in mysterio incarnationis, non solum attenditur miraculum ex materia conceptus, sed magis ex modo conceptionis & partus, quia scilicet, Virgo concepit & peperit.*

q. 29. ar. 1 ad 2.

¶ Ad tertium dicendum, quod sicut supra dictum est,* corpus Christi fuit in Adam secundum corpulentam substantiam, quia scilicet ipsa materia corporis Christi deriuata est ab Adam. Non autem fuit ibi secundum seminalem rationem: quia non est concepta ex viri li semine, & ideo non contraxit originale peccatum, sicut ceteri, qui ab Adam per viam uirilis seminis detiuantur.

*alias & peperit Deum. Ex cor. ar. & q. 4. a. 6

ARTICVLVS II.

Vtrum caro Christi fuerit sumpta de Dauid.

AD secundum sic proceditur. Videtur quòd Christus non sumpserit carnem de semine Dauid Matth. 1. genealogiam Christi texens, eam ad Ioseph perducit: Ioseph autem non fuit pater Christi, ut supra dictum est.* non ergo videtur, quòd Christus de genere Dauid descenderit.

¶ 2 Præt. Aaron fuit de tribu Leui, ut patet Exo. 6. Maria autem mater Christi cognata dicitur Elisabeth, quæ est filia Aaron, ut patet Luc. 1. Cum ergo Dauid fuerit de tribu Iuda, ut patet Mat. 1. videtur quòd Christus de semine Dauid non descenderit.

¶ 3 Præt. Hier. 22. dicitur de Iechonia, Scribe istum virum sterilem, nec. n. erit de semine eius uir, qui sedeat super solium Dauid: sed de Christo dicitur Isa. 9. super solium Dauid sedebit. ergo Christus non fuit de semine Iechoniæ, & per consequens, nec de gene-

D. 370.

¶ *Super quæstionis trigesimæ primæ, Artic. secundum.*

169

TItulus clarus est.

¶ In corpore una conclusio: Christus specialiter dicitur filius Abrahæ & Dauid. Probatur triplici ratione cõuenientiæ, quare specialiter. Omnia clara sunt, & plus responderetur q̃ fuerit quæsitum, ut patet.

q. 29. ar. 2 & q. 28. a. 1. ad 2.

re Da-

Universidad de Deusto
Biblioteca

re Dauid: quia Matth. a Dauid per Iechoniam seriem generationum perducit.

¶ Sed contra est, q̃ dicitur Ro. 1. Qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem.

¶ Respondeo dicendum, quòd Christus specialiter duorum antiquorum patrum filius dicitur esse, Abrahæ, s. & Dauid, vt patet Matth. 1. Cuius est multiplex ratio. Prima quidem, quia ad hos specialiter de Christo promissio facta est: dictum est enim Abrahæ Gene. 22. Benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ: quod Apostolus de Christo exponit, dicens Galat. 3. Abrahæ dictæ sunt promissiones, & semini eius. non dicit & seminibus, quasi in multis, sed quasi in vno, & semini tuo, qui est Christus. Ad Dauid autem dictum est, De fructu ventris tui ponam super sedem tuam. Vnde & populus Iudæorum, ut regem honorificè suscipientes, dicebant Matth. 21. O sanna filio Dauid. Secunda ratio est, D.1068. quòd Christus futurus erat rex, Propheta, & sacerdos: Abraham autem sacerdos fuit, vt patet ex hoc, quòd Dominus dixit ad eum Genes. 15. Sume tibi vaccam triennem &c. Fuit & Propheta, secundum illud quod dicitur Gene. 20. Propheta est, & orabit pro te. Dauid autem rex fuit & Propheta. Tertia ratio est: quia in Abrahã primo incœpit circumcisio: in Dauid autem maximè manifestata est Dei electio, secundum illud quod dicitur 1. Reg. 13. Quæsiuit Dominus sibi virum iuxta cor suum: & ideo vtriusque filius Christus specialissimè dicitur, vt ostendatur esse in salutem & circumcisioni, & electioni gentilium.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd hæc obiectio fuit Fausti Manichæi, volentis probare Christum non esse filium Dauid, quia non est conceptus ex Ioseph, vsque ad quem seriem generationis Matth. perducit. Cõtra quem li.23.c.8. post med. to. 6. Aug. * respondet 23. lib. contra Faustum quòd cum idẽ Euangelista dicat & virum Mariæ esse Ioseph, & Christi matrem virginem esse, & Christum esse ex semine Dauid, quid restat nisi credere Mariam non fuisse extraneã à cognatione Dauid, & eam Ioseph coniugem non frustra appellatam, propter animorum confœderationem, quàmuis ei non fuerit carne commistus, & quòd potius propter dignitatem virilem ordo generationum usque ad Ioseph perducitur? Sic ergo nos credimus etiam Mariam fuisse de cognatione Dauid: quia scripturis credimus, quæ vtrumque dicunt, & Christum ex semine Dauid secundum carnem, & eius matrem Mariam, non cum Mat. 1. super illud, christi generatio sic erat, to. 9. viro concumbendo, sed Virginem. Vt enim dicit Hier. * super Mat. Ex vna tribu fuit Ioseph & Maria, & secũdum legem eam accipere cogebatur ut propinquam, propter quòd & simul censentur in Bethleem, quasi de vna stirpe generati.

¶ Ad secundum dicendum, quòd huic obiectioni Gregor. Nazan. respondet dicens, quòd hoc nutu superno contigit, ut regium genus sacerdotali stirpi iungeretur, D.1094. vt Christus, qui Rex est & sacerdos, ab vtrisque nasceretur secundum carnem. Vnde & Aaron, qui fuit primus sacerdos secundum legem, duxit ex tribu Iuda coniugem Elisabeth filiam Aminadab. Sic ergo potuit fieri, ut pater Elisabeth aliquam vxorem habuerit de stirpe Dauid, ratione cuius beata virgo Maria, quæ fuit de stirpe Dauid, esset Elisabeth cognata. Vel potius econuerso, quòd pater beatæ Mariæ de stirpe Dauid existens, li.23.c.9. a med. ad fin.to 6. vxorem habuerit de stirpe Aaron. Vel sicut Augustin. * dicit 23. contra Faustum, Si Ioachim pater Mariæ de stirpe Aaron fuit (vt Faustus hæreticus per quasdam scripturas apocryphas asserebat) credendum est, quòd mater Ioachim fuerit de stirpe Dauid, vel etiam vxor eius, itaut per aliquem modum Mariam dicamus fuisse de stirpe Dauid.

*lib. 3. in Luc. circa fi. ante fi. libri to. 5. ¶ Ad tertium dicendum, q̃ per illam auctoritatem Propheticam, sicut Ambros. dicit super Lucam, * non negatur ex semine Iechoniæ posteros nascituros: & ideo de semine eius Christus est. Et quòd regnauit Christus, non contra prophetiam est, non enim sæculari honore regnauit. Ipse enim dixit, Regnum meum non est de hoc mundo.

ARTICVLVS III.

Vtrum conuenienter genealogia Christi ab Euangelistis texatur.

¶ *Super quæstionis trigesimæ primæ, Articu. tertium.*

AD tertium sic proceditur. Videtur q̃ genealogia Christi inconuenienter ab euãgelistis texatur. Dicitur n. Isa. 53. de Christo, Generationẽ eius quis enarrabit? ergo non fuit generatio Christi enarranda.

¶ 2 Præt. Impossibile est vnũ hominẽ duos patres hre, sed Matth. dicit, q̃ Iacob genuit Ioseph virũ Mariæ. Luc. autem dicit Ioseph fuisse filiũ Heli. ergo contraria sibi inuicem scribunt.

¶ 3 Præt. Videntur in quibusdam à se inuicem diuersificari. Matthæus. n. in principio lib. incipiens ab Abraham, descendendo vsque ad Ioseph, quadraginta duas generationes enumerat. Lucas aũt post baptismum Christi, generationẽ Christi ponit, incipiens à Christo, & perducens generationum numerũ vsque ad Deum, ponens generationes septuaginta septem vtroque extremo cõputato. Videtur igitur q̃ inconuenienter generationem Christi describant.

¶ 4 Præt. Quarti Reg. 8. legitur, q̃ Ioram genuit Ochoziam, * cui successit Ioas filius eius: huic autem successit filius eius Amasias, postea regnauit filius eius Azarias, qui appellatur Ozias, cui successit Ioathan filius eius. Matthæus autem dicit, q̃ Ioram genuit Oziam. ergo videtur inconuenienter generationem Christi describere, tres reges in medio prætermittens.

¶ 5 Præt. Omnes, qui in Christi generatione describuntur, patres habuerũt & matres, & plurimi ẽt ex eis fratres habuerunt. Matth. aũt in generatione Christi tres tantum enumerat matres, s. Thamar, Ruth, & vxorem Uriæ: fratres aũt nominat Iudæ & Iechoniæ, & iterũ Phares & Zaram, quorũ nihil posuit Lucas. ergo videntur euãgelistæ in conuenienter genealogiam Christi descripsisse.

¶ Sed contra est, auctoritas scripturæ.

¶ Respondeo dicendum, quòd sicut dicitur 2. ad Timoth. 3. Omnis scriptura sacra est diuinitus inspirata, quæ autem diuinitus fiunt, ordinatissimè fiũt, secundum illud Roma. 13. Quæ à Deo sunt, ordinata sunt. Vnde conuenienti ordine genealogia Christi est ab euangelistis scripta.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd sicut Hierony. * dicit super Matth. Isaias loquitur de generatione diuinitatis Christi: Matth. autem enarrat generationem Christi secundum humanitatem, non quidem explicans modum incarnationis, quia hoc etiam est ineffabile: sed enumerans patres, ex quibus Christus secundum carnem processit.

¶ Ad secundum dicendum, quòd ad hanc obiectionẽ, quam nouit Iulianus apostata, diuersimodè ab aliquibus respondetur. Quidam enim, ut Grego. Nazan. dicit, dicunt eosdem esse, quos vterque euangelista enumerat: sed sub diuersis nominibus, quasi binomios, sed hoc stare non potest: quia Matth. ponit vnum filiorum Dauid, scilicet Salomonem; Lucas autem ponit alium, scilicet Nathan, quos secundum historiam libri regum constat fratres fuisse. Vnde alii dixerunt, quòd Matthæus varam genealogiam Christi tradidit: Lucas autem puratiuam, vnde incœpit, vt putabatur filius Ioseph. Erant enim aliqui ex iudæis, qui propter peccata regum Iuda, credebant Christum ex Dauid non per reges, sed per aliam eius stirpem hominum priuatorum, esse nasciturum. Alii verò dixerunt, quòd Matthæus posuit patres carnales: Lucas verò posuit patres spirituales, scilicet iustos viros, qui dicuntur patres propter similitudinem honestatis. In li. verò de Quæ- In li. q.ex nouo test. q̃ incipit: Deus certe perfectus est. q. 56. Et in alio li qui inci. Cur facta & dicta. q. 6. to mo. 4. stionibus veteris & noui testamenti * respondetur, quòd non est intelligendum, quòd Ioseph à Luca dicatur esse filius Heli, sed quòd Heli & Ioseph fuerunt patres Christi diuersimodè à Dauid descendentes. Vnde de Christo dicitur, quòd putabatur filius Ioseph, & quod ipse etiam Christus fuit Heli filius, quasi diceret quòd Christus ea ratione qua dicitur filius Ioseph, poterat dici filius Heli, & omnium eorum, qui ex stirpe Dauid descenderunt, sicut Apostol. dicit Roma. 9. Ex quibus, scilicet Iudæis, Christus est secundum carnem. Augustin. * verò in lib. de Quæstio. Euange. tripliciter solui dicens, Tres causæ occurrunt, quarum aliquam Euangelista secutus est. Aut enim vnus Euangelista patrem Ioseph, à quo genitus est, nominauit, alter vero vel auum maternum, vel aliquem de cognatis maioribus posuit, aut unus erat Ioseph naturalis pater & alter eum adoptauerat, aut more iudæorum, cum sine filiis unus decessisset, eius vxorem propinquus accipiens, filium quem genuit, propinquo mortuo deputauit: quod etiam quoddam genus adoptionis legalis est, *lib. 2. c. 3. circa pri. to. 4. vt ipse Augustin. * dicit in 2. de consensu euange. Et hæc vltima causa est verior, quam & Hieronym. super Matth. ponit, & Euseb. † Cæsariensis in ecclesiastica historia ab Aphricano Historiographo traditam asserit. Dicunt enim, quòd Nathan de Melchi diuersis temporibus de vna eademque vxore Iesca * nomine singulos filios procreauerunt: quia Nathan, qui per Salomonem descendit, vxorem eam primum copperat, & relicto filio vno Iacob nomine, defunctus est, post cuius obitum (quoniam lex uidnam alii verò non vetat nubere) Melchi, qui per Nathan genus ducit, cum esset ex eadem tribu, sed non ex eodem genere, relictam Nathan accepit vxorem, ex qua etiam ipse susceptit filium nomine Heli. Et sic ex diuerso patrum genere efficiuntur Iacob & Heli uterini fratres, quorum alter, ideſt, Iacob fratris sui Heli sine liberis defuncti, ex mandato legis accipiens vxorem, genuit Ioseph, naturaliter quidem generis * suum filium, secundum verò legis præceptum Heli efficitur filius: & ideo Matthæus dicit, Iacob genuit Ioseph: sed Lucas, quia legalem generationem describit, nullum nominat aliquem genuisse. Et quamuis Damascen. * dicat, quòd beata Virgo Maria Ioseph attinebat secundum illam originem, qua pater eius dicitur Heli, quia dicit eam ex Melchi descendisse, tamen credendum est, quòd etiam ex Salomone originem duxerit, secundum aliquem modum per illos patres, quos enumerat Matthæus, qui carnalem Christi generationem dicitur enarrare, præsertim cum Ambros. * dicat, Christum de semine Iechoniæ descendisse.

¶ Ad tertium dicendum, quòd sicut dicit Augustin. † in lib. de consensu euange. Matth. regiam in Christo instituerat insinuare personam, Lucas autem sacerdotalem. Vnde in generationibus Matthæi significatur nostrorum susceptio peccatorum à Domino Iesv Christo, inquantum, scilicet per carnis originem similitudinem carnis peccati assumpsit. In generationibus autem Lucæ signatur nostrorum ablutio * peccatorum, quæ est per sacrificium Christi, & ideo generationes Matthæus descendens enumerat, Lucas autem ascendens: inde etiam est, quòd Matthæus ab ipso Dauid per Salomonem descendit, in cuius matre ille peccauit: Lucas verò adipsum Dauid per Nathan ascendit, per cuius nominis Prophetam Deus peccatum illius expiauit. Eadem est etiam, quòd quia Matthæus ad mortalitatem nostrã Christum descendentem voluit signare, ipsas generationes ab Abraham vsque ad Ioseph, & vsque ad ipsius Christi natiuitatem descendendo, commemorauit ab initio euangelii sui. Lucas autem non ab initio, sed à baptismo, Christi generationem narrat, nec descendendo, sed ascendendo tamquàm sacerdotem in expiandis peccatis magis assignans, ubi testimonium Ioannes perhibuit dicens, Ecce qui tollit peccatum mundi. Ascendendo autem transit ab Abraham, & peruenit ad Deum, cui mundati & expiati reconciliamur. Merito etiam adoptionis originem ipse suscepit: * quia per adoptionem efficimur filii Dei, per carnalem vero generationem, filius Dei filius hominis factus est. Satis autem demonstrauit non se ideo dixisse Ioseph filium Heli, quod de illo sit genitus: sed quòd ab illo fuerit adoptatus, cum & ipsum Adam filium Dei dixerit, cum sit factus à Deo.

Numerus etiam q̃ adragenarius ad tempus præsentis vitæ pertinet, propter quatuor partes mundi, in quo mortalem vitam ducimus sub Christo regnante. Quadraginta autem quater habent decem, & ipsa decem ab uno vsque ad quatuor progrediente numero consumantur. Posset etiam denarius ad decalogum referri, & quaternarius ad præsentem vitam, vel etiam ad quatuor euangelia, secundum quod Christus regnat in nobis. Et ideo Matth. regiam personam Christi commendans, quadraginta personas posuit, excepto ipso. Sed hoc intelligendum est, si sit idem Iechonias, qui ponitur in fine secundi quaterdenarii & in principio tertii, ut Augustin. * vult: quod dicit factum esse ad significandum, quòd in Iechonia facta est quædam deflectio ad extraneas gentes, quando in Babyloniam transmigratum est, quod præfigurabat Christum à circumcisione ad præputium migraturum. Hieronym. * autem dicit duos fuisse Ioachim, ideſt, Iechoniam, patrem scilicet & filium, quorum uterque in generatione Christi assumitur, ut constet distinctio generationum, quas Euangelista per tres quaterdenarios, distinguit, quòd ascendit ad quadraginta duas personas. Qui etiam numerus sanctæ conuenit ecclesiæ: hic enim numerus consurgit ex senario, qui significat laborem præsentis vitæ, & septenario, qui significat quietem vitæ futuræ: sexies enim septem sunt quadraginta duo. Ipse etiam quaterdenarius, quia ex denario & quaternario constituitur per aggregationem, ad eandem significationem pertinere potest, quæ attributa est quadragenario; qui consurgit ex eisdem numeris secundum multiplicationem. Numerus autem quo Lucas utitur in generationibus Christi, significat uniuersitatem peccatorum. Denarius enim tamquam iustitiæ numerus in decem præceptis legis ostenditur. Peccatum autem est legis transgressio. Denarii uero numeri transgressio est vndenarius. Septenarius autem significat uniuersitatem: quia uniuersum tempus septenario dierum numero voluitur: septies autem vndecim sunt septuaginta se-

li.3. i Lu. declinã do ad fi. to. 5. ptima. ci. 4. in prin & post me. 4. si mul. to. 4.

Alias abolitio.

Alias scripsit.

li.2.de cõsensu euã. ca.4. ante med. to.4.

Mat.1.super illud, Et post trãsmigrationẽ Babylonis. 9. Idẽ hẽt Ambr. in Luc. lib. 3. nõ multũ procul a hi to.5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ptem,& ita per hoc significatur vniuersitas peccatorum, quæ per Christum tolluntur.

Mat.1.sup illud,Iorã genuit Oziam,to.9

¶Ad quartum dicendum,quòd sicut Hieron. * super Matth. dicit, quia Ioram rex generi se miscuerat impiissimæ Iezabelis, iccirco vsque ad tertiam generationem,eius memoria tollitur,he in sanctæ natiuitatis ordine ponere tur. Et ita vt Chrys. † dicit, quanta benedictio facta est super Iesv,qui vindictam fecerat super domum Achab & Iezabel,tanta est maledictio super domum Ioram,propter filiam iniqui Achab & Iezabel, vt vsquead quartam generationem præcidantur filii eius de numero regum,sicut scriptum est Exod. 20. Reddam peccatum parentum in filios vsque ad tertiam,& quartam generationem. Est etiam attendendum, quòd & alii reges fuerunt peccatores, quiin genealogia Christi ponuntur: sed non fuit eorum continua impietas. Nam vt dicitur in libr. * Quæstionum veteris & noui Testamenti, Salomon merito patris sui dimissus in regno est, Roboam merito Asa filii sui, horum autem trium continuata fuit impietas.

Hom. 1. in opere imperfecto to.2.

Aug. in li. q.ex nouo Test. qui incipit Deus certe.to.4.

Mar.1.sup. illud, Iudas genuit Phares,t.9

¶Ad quintum dicendum,quòd sicut dicit Heron. † super Matth. In genealogia Saluatoris, nulla sanctarum mulierum assumitur,sed eas quas Scriptura reprehendit, ut qui propter peccatores venerat, de peccatoribus nascens, omnia peccata deleret. Vnde ponitur Thamar, quæ reprehenditur de socerino concubitu, & Raab,quę fuit meretrix,& Ruth, quæ fuit alienigena, & Barsabeæ vxor Uriæ, quæ fuit adultera: quæ tamen proprio nomine non ponitur, sed ex nomine viri designatur: tum propter peccatum ipsius,quæ fuit adulterii & homicidii conscia,tum etiam ut nominato viro,peccatum Dauid,ad memoriam reuocetur,& quia Lucas Christum designare intendit:vt peccatorum expiatorem, talium mulierum mentionem non facit. Fratres autem Iudæ commemorat,ut ostendat eos ad Dei populum pertinere: cum tamen Ismael frater Isaac, & Esau frater Iacob à populo Dei fuerint separati:propter quod in generatione Christi non commemorantur,& etiam vt superbiam de nobilitate excludat. Multi enim fratrum Iudæ ex ancillis nati fuerunt:sed omnes simul erant Patriarchæ & tribuũ principes. Phares autem & Zaram simul nominantur (vt Amb.* dicit super Lucam) quia per eos gemina describitur vita populorum: vna secundum legem, quæ significatur per Zaram; altera secundum fidem, quæ significatur per Phares. Fratres autem Iechoniæ ponit, quia omnes regnauerant diuersis temporibus. quod in aliis regibus non accideret,uel quia eorum similis fuit & iniquitas & miseria.

li.3.in Lu. aliquantulũ ante medium to.3.

¶ *Super quæstionis trigesimæ primæ, Artic. IIII.*

ARTICVLVS IIII.

Vtrum decuerit Christum nasci de fœmina.

171 3.di.12.q. 3.ar.2.q.2. & opu.32. ca.228.

TItulus clarus.
¶In corpore unica conclusio: Conuenientissimum fuit, vt de fœmina carnem assumeret filius Dei, Probatur tripliciter. Omnia clara sunt.

¶In responsione ad tertium vide,q duplic iter excluditur immunditia,& ab humanitate,prima respõsione, & a verbo Dei secũda responsione.

AD Quartum sic proceditur. Videtur q materia corporis Christi nõ debuerit esse assumpta de fœmina. Sexus enim masculinus est nobilior quã sexus fœmineus: sed maximè decuit ut Christus assumeret id, quod est perfectum in humana natura. ergo videtur q non debuerit de fœmina carnem assumere,sed magis de viro,sicut & Eua de costa viri formata est.

¶2 Præt. Quicumque ex fœmina concipitur,vtero fœminæ includitur: sed Deo qui cœlum & terram implet (vt dicitur Hierem.23.)non competit quòd paruo fœminæ vtero includatur. ergo videtur quòd non debuerit concipi de fœmina.

¶3 Præt. Illi,qui concipiuntur ex fœmina, quandã immunditiam patiuntur. vnde dr Iob.25. Numquid iustificari potest homo comparatus Deo, aut apparere mundus natus de muliere? sed in Christo nulla immunditia esse debuit:ipse.n.est Dei sapientia, de qua dr Sapientiæ 7. Nihil inquinatum in illam incurrit. ergo non videtur, quòd debuerit carnem assumere de fœmina.

SED CONTRA, est,q dicitur Gala.4. Misit Deus filium suum factum ex muliere.

¶Respondeo dicendum,quòd licet filius Dei carnem humanam assumere potuerit de quacumque materia voluisset: conuenientissimum tamen fuit, vel de fœmina carnem acciperet. Primo quidem, quia per hoc tota humana natura nobilitata est, vnde Aug.* dicit in lib. 83. Quæstionum, Hominis liberatio in vtroque sexu debuit apparere, Ergo,quia virum oportebat suscipere,qui sexus honorabilior est,conueniens erat vt fœminei sexus liberatio hinc appareret,q ille vir de fœmina natus est. Secundo, quia per hoc veritas incarnationis astruitur. Vnde Amb.* dicit in li.de incar. Multa in Christo secundum naturam inuenies,& ultra naturam: secundum cõditionem etenim naturæ in vtero fœminei,scilicet corporis fuit, sed supra conditionem virgo concepit,virgo generauit, ut credere,quia Deus erat,qui innouabat naturã, & homo erat, qui secundum naturam nascebatur ex homine. Et Augu.* dicit in Epistola ad Volusia: Si omnipotens Deus hominem vbicumque formatum, non ex materno vtero crearet, sed repentinum inferret aspectibus, nonne opinionem confirmaret erroris, nec hominem verum suscepisse, ullo modo crederetur, & dum omnia mirabiliter facit,auferret quod misericorditer fecit? Nunc vero ita inter Deum & hominem mediator apparuit, vt in vnitate personæ copulans vtramque naturam, & solita sublimaret insolitis, & insolita solitis temperaret. Tertio, quia per hunc modum completur omnis diuersitas generationis humanę. Nam primus homo productus est ex limo terræ sine uiro, & fœmina: Eua verò producta est ex viro sine fœmina: alii verò homines nascuntur ex viro & fœmina. vnde hoc quartum,quasi Christo proprium relinquebatur,ut produceretur ex fœmina sine viro.

Q.11.in med.to.4

C.6.circa med. to.2.

Est epis.2. ante.med. to.2.

¶Ad primum ergo dicendum, quòd quia sexus masculinus est nobilior quàm fœmineus, ideo humanam naturam in masculino sexu assumpsit: ne tamen sexus fœmineus contemneretur,congruum fuit, vt carnem assumeret de fœmina. vnde Augus. dicit in lib.* de Agone Christiano, Nolite vosipsos contemnere viri, filius Dei virũ suscepit: nolite vosipsas contemnere fœminæ, filius Dei natus ex fœmina est.

C.11.circa medium to.3.

¶Ad secundum dicendum, quòd sicut Augu.* dicit 23.li.contra Faustũ (qui hac obiectione vtebatur) Non plane,inquit,catholica fides, quæ Christum Dei filium, natum secundum carnem credit ex virgine, vllo modo eundem Dei filium sic in utero mulieris includit, quasi extra non sit, quasi cœli & terræ administrationem deseruerit,quasi à patre recesserit,sed vos Manichæi corde illo,quo nihil potestis nisi corporalia phantasmata cogitare,ista omnino non capitis.ut.n.dicit in Epist.* ad Volusi. Hominum ille sensus est,nihil nisi corpora valẽtium cogitare,quorum nullum pót esse vbiq; totum: quoniã per innumerabiles] partes aliud alibi habeat necesse est. Longè alia est aiæ natura quam corporis, quanto magis Dei, qui creator est aiæ & corporis, & nouit ubiq; totus esse & nullo contineri loco: nouit venire, non recedendo vbi erat: nouit abire, non deserendo quo uenerat.

*li.23.c. 10. ante med.t.6.

Est epis. aliquãto ante.to.2.

¶Ad tertium dicendum, quòd in conceptione uiri ex fœmina non est aliquid immundum,inquantum est opus Dei,vnde dicitur act.10. Quod Deus creauit, tu ne commune dixeris. i.immundum. Est ibi tamen aliqua immunditia ex peccato proueniens, prout cum libidine quis

Q.19.ar.2

C.6.circa med.to.6.

quis concipitur ex commistione maris & fœminæ, quod tamen Christo non fuit,ut supra ostensum est.*

Si tamen aliqua esset ibi immunditia,ex ea non inquinaretur Dei verbum, quod nullo modo est immutabile vel alterabile. Vnde Augusti.* dicit in lib. contra quinque hæreses, Dicit Deus creator hominis. Quid est quod te permouet in mea natiuitate? non sum libidinis conceptus cupiditate. ego matrem de qua nascerer feci. Si sol is radius cloacarum sordes siccare nouit, eis inquinari non nouit, quanto magis splendor lucis æternæ, quocumque radiauerit mundare potest, & ipse pollui non potest?

ARTICVLVS V.

¶ Super quæstionis 31. Artic. quintum.

Vtrum corpus Christi de purissimis sanguinib. Virginis formatum fuerit.

172 3.di.3.q.2 ar.5.

TItulus duo ponit,ly ex sanguine, & ly purissimo. Et sanguis quidem ponitur ad differentiam carnis, ossis, nerui & humoi partiũ: puritas aũt apponit ad excludẽdã admistionẽ seminũ,quę videtur in aliorum hominũ formatione concurrere.

¶In corpore artículi unica est conclusio: corpus christi fuit conceptum ex purissimo sanguine beatæ Virginis,ad ampliorem digestionẽ perducto p uirtutẽ eius generatiuã. Probatur: Gnatio Christi habuit naturalẽ modum generationis quo ad hoc, q ex fœmina est, & supernaturalem quo ad hoc, q est ex Virgine. ergo hæc materiam ex matre similẽ aliis, principium vero actiuũ diuersum. ergo hẽc pro materia sanguinem matris non quęcũq;, sed perductũ naturali matris uirtute ad hoc, q materia sit apta conceptui. Afis patet ex auctoritate Amb. in præcedenti artículo. Prima consequentia probatur: quia ad naturalem modum generationis spectat cõformitas materiæ, sicut cõformitas materis: quia naturaliter mater materiã ministrat, ad supernaturalẽ vero modum spectat diffor mitas principii actiui: quia fœmina ex uiro concipiens non est vir-

li.3.orth. fid.c.2.in medio.

Art.præc.

li.1.c.19. in fi.præcipue, & l.2.c.4. & 5.to.4.

Q.28.ar. 1.& 2.

li.3.orth. fid.c.2.4. & 7.

AD quintum sic proceditur. Videtur q caro Christi non fuerit concepta ex purissimis sanguinib. Virginis. Dicitur.n. in collecta, q Deus verbum suum de Virgine carnem sumere voluit: sed caro differt à sanguine Virginis. ergo corpus Christi non est sumptum de sanguine Virginis.

¶2 Præter. Sicut mulier formata est miraculosè de vtro, sic corpus Christi miraculosè formatum est de Virgine: sed mulier non dicitur esse formata de sanguine uiri, sed magis de carne & ossibus eius, secundum illud, quod dr Gene.2. Hoc nunc os de ossibus meis, & caro de carne mea. ergo uidetur q nec etiam corpus Christi formari debuerit de sanguine Virginis, sed de carnibus & ossibus eius.

¶3 Præt. Corpus Christi fuit eiusdem speciei cum corporibus aliorum hominum: sed corpora aliorum hominum, non formantur ex purissimo sanguine, sed ex semine & sanguine menstruo. ergo uidetur, quòd nec etiã corpus Christi fuerit conceptum ex purissimis sanguinibus Virginis.

¶Sed contra est, quòd Dama.* dicit in 3.li.q̃ filius Dei constituxit sibiipsi ex castissimis, & purissimis sanguinibus Virginis carnem animatam anima rationali.

¶Respondeo Dicendum, quòd sicut supra dictum est,* in conceptione Christi fuit secundum conditionem naturæ, quòd est natus ex fœmina, sed supra conditionem naturæ, q est natus ex Virgine. Hẽt aũt hoc naturalis conditio, q in generatione animalis fœmina materiam ministret, ex parte autem maris sit principium actiuum in generatione, sicut probat Philo. in li.* de Generatione animalium. Fœmina autem, quæ ex mare concipit, non est virgo. & ió ad supernaturalem modum generationis Christi pertinet, q actiuum principium in gnatione illa fuerit virtus supernaturalis diuina, sed ad naturalem modum generationis eius pertinet, q eius materia de qua corpus eius concepti est, sit consormis materiæ, quã aliæ fœminæ subministrant ad conceptionẽ prolis. Hæc aũt materia d'in Philo.* in li. de gnatione animalii, est d sanguis mulieris, nõ quicũq;, sed perductus ad quã dã ampliorem digestionẽ per uirtutem generatiuã matris, ut sit materia apta ad conceptũ, & ideo ex tali matera fuit corpus Christi conceptum.

li.1.ex c. 18. & 19. to.4. D.868.

¶Ad primum ergo dicendum, quòd cum beata Virgo fuerit eiusdem naturę cum aliis fœminis, consequens est q habuerit carnem & ossa eiusdem naturæ. Carnes aũt & ossa in aliis fœminis sunt actuales corporis partes, ex quib. cõstituitur integritas corporis, & ideo subtrahi non possunt sine corruptione corporis, vel diminutione. Christus aũt qui uenerat corrupta reparare, nullam corruptionẽ aut diminutionẽ integritati matris eius inferre debuit, ut supra dictum est:* & ideo non debuit corpus Christi formari de carne uel ossib. Virginis, sed de sanguine, qui nondum est actu pars, sed est potentia totum, ut dicitur in li. de generat. animaliũ. & ideo dicitur carnem de Virgine sumpsisse, non quòd materia corporis eius fuerit actu caro, sed sanguinis, quiest potentia caro.

¶Ad secundum dicendum, q sicut in 1. parte dictum est,* Adam, quia institutus erat, ut principium quoddam humanæ naturæ, habebat in suo corpore aliquid carnis & ossis, quod non pertinebat ad integritatem personalem ipsius, sed solum inquantum erat naturæ humanæ principium, & de tali formata est mulier absque viri detrimento, sed nihil tale fuit in corpore Virginis, ex quo corpus Christi posset formari sine corruptione materni corporis.

1.p.q.92. ar.3.ad 2 arg.

¶Ad tertium dicendum, quod semẽ fœminæ non est generationi aptum: sed est quiddam imperfectum in genere d seminis, quod nõ potuit perduci ad perfectum seminis complementum, propter imperfectionẽ uirtutis fœmineę, & ideo tale semen non est materia, quæ dę necessitate d requiratur ad conceptũ, sicut Philoso. dicit in lib. de gene. animalium: & ideo in conceptione corporis Christi, non fuit: præsertim quia licet sit imperfectum in genere seminis, tamen cum quadam concupiscentia resoluitur, sicut & semen maris. In illo autem conceptu virginali, concupiscentia locum habere non potuit, & ideo Damas.* dicit quod corpus Christi non seminaliter conceptum est. Sanguis autem menstruus, quem fœminæ per singulos menses emittunt, impuritatem quandam naturalem habet corruptionis: sicut & cæteræ superfluitates, quibus natura non indiget, sed eas expellit. Ex tali autem menstruo corruptionem habente, quod natura repudiat, non formatur conceptus, sed hoc est purgamentum quoddam illius puri sanguinis, qui digestione quadam est præparatus

D.661.

D.117.

li.3.orth. fid.c.2.4. & 7.

go: principiũ autẽ actiuum naturaliter ad virum spectat. Secunda vero consequentia probatur auctoritate Philosophi eõdem materiã mulierum ponentis, sanguinem talem.

¶ Hoc in loco aduerte nouũ errorẽ dieb. nostris exortũ, dicentẽ Christã conceptũ ex sanguine beatæ Virginis purissimo non quocũq;, sed in corde existẽtem q ex tribus guttis sanguinis circa cor beatæ Virginis cõceptus est Christus. Repugnat aũt hic error & dictis hic, & Ambrosii supradictæ auctoritati (secũdũ cõditionẽ naturæ in vtero fœmineo fuit) & facræ Scripturæ ex uoce Angeli dicentis, Ecce concipies in vtero, non in corde. Et qđ proprie de vtero loquatur, ex beatæ Virginis verbis hĩ, quæ optime intellexit vera Angeli, & respõdens dixit, Quo fiet istud, qm virũ non cognosco? Si in corde conceptus erat, male allegata fuisset cã qõnis. Qm virum non cognosco, conceptio in corde non fit ex semine viri. de modo ergo concipiendi in vtero illo quæsiuit, in quo ex semine conceperit. Amplius. Beata Virgo in euangelio dicit prægnans, & q peperit filium, & q est mater, quæ omnia falsa essent. Nam habes infantem in corde, non est prægnans, sicut nec si haberet infantem in stomacho, aut in uentriculo cerebri, prægnans enim sola illa dr, quæ in suo naturali infantẽ conceptũ habet. Similiter nec mater aut pater dici potest, sicut nec Adam fuit pater, aut mater Euæ, licet ex eius parte una fuerit formata ejus, tollit ergo veritatem materialitatis beatæ Virginis respectu christi error iste. Vide & statim nam natus fuit Romæ, me præsente.

¶ In

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶In responsione ad tertium aduerte diligenter vim argumentiuel ex notitia modi intelligas solutionem. Obiicit duo, tertium argm. f. semen & menstruũ esse ex quibus aliorum hominum corpora formantur, tanquam ex materia. constat, n. vtrumque opponi puro sanguini, ac propterea Christi corpus ex eisde formatum, si

ratus ad conceptum, quasi purior & perfectior alio sanguine. Habet tamen impuritatem libidinis in conceptione aliorum hominum. inquantum ex ipsa commissione maris & fœminæ, talis sanguis ad locum generationi congruum attrahitur. sed hoc in cõceptione Christi non fuit, quia operatione Spiritus sancti talis sanguis in vtero Virginis adunatus est & formatus in prolem. Et ideo dicitur corpus Christi ex castissimis & purissimis sanguinibus Virginis formatum.

ARTICVLVS VI.

Vtrum corpus Christi in antiquis patribus fuerit secundum aliquid signatum.

AD sextum sic proceditur. Videtur quòd corpus Christi fuerit secundum aliquid signatum in Adam, & in aliis patribus. Dicit. n. Aug.* 10. super Gen. ad literam, q̃ caro Christi fuit in Adam & Abraham, secundum corpulentam substantiam: sed substantia corpulenta est quiddam signatum. ergo caro Christi fuit in Adam, & Abraham, & aliis patribus secundum aliquid signatum.

¶2 Præt. Rom. 1. dicitur, q̃ Christus factus est ex semine Dauid secundum carnem: sed semen Dauid fuit aliquid signatum in ipso. ergo Christus fuit in Dauid secundum aliquid signatum, & eadem ratione in aliis patribus.

¶3 Præt. Christus ad humanum genus affinitatem habet, inquantum ex humano genere carnem assumpsit: sed si caro illa non fuit secundum aliquid signatum in Adam, nullam videtur habere affinitatem ad humanum genus, quod ex Adam deriuatur: sed magis ad alias res, vnde de materia carnis eius assumpta est. videtur ergo q̃ caro Christi fuerit in Adam, & in aliis patrib. secundum aliquid signatum.

¶ Sed contra est, q̃ Augustinus.* dicit 10. super Gene. ad literam, quocũque modo Christus fuit in Adam & Abraham & aliis patribus, alii homines ẽt ibi fuerunt, sed non conuertitur, alii autem homines non fuerunt in Adam & Abraham, secundum aliquam materiã signatam, sed solum secundum originem, ut in 1. parte habitum est. * ergo neque Christus fuit in Adam, & Abraham, secundum aliquid signatum, & eadem ratione nec in aliis patribus.

¶Respondeo dicendum, quòd sicut supra dictum est, * materia corporis Christi non fuit caro & os beatæ Virginis, non dixit tm, Spiritus sanctus superueniet in te, sed addit, & virtus Altissimi obumbrabit tibi. ab actiu proceditur ad concupiscentiæ: vmbra enim opus non fit nisi propter æstum, qui esset non protegente umbra.

¶Nec obstat integerrimæ virginitati mentis & corporis, talis concursus seminis hominis ad conceptũ: q̃a naturalis ac voluntaria resolutio seminis integritate tollit mulieris, non aũt miraculosa supra naturæ cursum & nõ voluntaria in seipsa, sed tm in sua cã. Vt verba beatæ Virginis ad Angelũ monstrant. Ecce ancilla Dñi, (vbi tota se Deo subiiciendo obtulit) fiat mihi ℈m verbũ tuum, ubi consensum non ad semi nandũ, sed ad Spiritus sancti superuentũ & obumbrationem, illiq; Dei conceptũ virgineum præbuit. hæc. n. Angelus annuntiabat. Confirmat nanque consensum illum ad cõfirmandam virginitatem tam mirabilem pertinere, de qua solita fuerat interrogando, Quo fiet istud quoniam virum non cognosco? Securã siquidẽ reddita per subsequutam Angeli responsionem de uirginitate non solũ seruandã, sed mirabili conceptu & diuina prole magnificanda, nullũ mentali uirginitati detrimentum intulit, dicendo. Fiat mihi secundũ verbum tuum, etiam si semen suum miraculose ad conceptum hunc cõcurrum mouisset.

nis, nec aliquid, quod fuerit actu pars corporis eius, sed sanguis, qui est potentia caro. Quicquid autem fuit in beata Virgine à parentib. acceptũ, fuit actu pars corporis beatæ Virginis. Vnde illud, quod fuit in beata Virgine à parentibus acceptum, non fuit materia corporis Christi. & ideo dicendum est, q̃ corpus Christi nõ fuit in Adã & aliis patribus secundum aliquid signatum, ita. s. q̃ aliqua pars corporis Adæ, vel alicuius alterius posset designari determinatè, ut diceretur q̃ ex hac materia determinatè, formabitur corpus Christi, sed fuit ibi ℈m originem, sicut & caro aliorum hominum. Corpus. n. Christi habet relationem ad Adam & alios patres, mediante corpore matris eius, Vnde nullo alio modo, fuit in patrib. corpus Christi, quàm corpus matris eius, quod non fuit in patribus secundũ materiam signatam, sicut nec corpora aliorum hominum, ut in 1. parte dictum est. *

¶Ad primum ergo dicendum, quòd cum dicitur Christus fuisse in Adam, secundum corpulentam substantiam, non est intelligendum hoc modo, q̃ corpus Christi in Adam fuerit, quasi corpulenta substantia: sed quia corpulenta substantia corporis Christi. i. materia, quam sumpsit ex Virgine, fuit in Adam, sicut in principio actiuo, non autẽ sicut in materiali principio, quia scilicet, per virtutem generatiuã Adæ & aliorum ab Adam descendentium vsque ad beatam Virginem, factũ est ut illa materia præpararetur, ad conceptum corporis Christi. Non autem fuit materia illa formata in corpus Christi, per virtutem seminis ab Adã deriuatam, & ideo Christus dicitur fuisse in Adam originaliter, secundum corpulentam substantiam: non autem secundum seminalem rationem.

¶ Ad secundum dicendum, quòd quãmuis corpus Christi non fuerit in Adam & in aliis patribus, secundum seminalem rationem, corpus tamẽ beatæ Virginis, quod ex semine maris est conceptum, fuit in Adam, & in aliis patribus, secundum rationem seminalem. & ideo mediante beata Virgine, Christus secundum carnem dicitur esse ex semine Dauid, per modum originis.

¶Ad tertium dicendum, quòd Christus habet affinitatem ad humanum genus, secundum similitudinẽ speciei. Similitudo autem speciei attenditur, non secundum materiam remotã, sed secundum materiam proximam, & secundum principium actiuum, quod generat sibi simile in specie. Sic igitur affinitas Christi ad humanum genus sufficienter conseruatur, per hoc, quòd tor

¶Super quæstionis trigesimæ primæ, Articu. sextum. D.370.

TItulus occasionem habet ex errore putãtium, corpus Christi formatum ex certa determinata portione trãsfusa successiue de persona in personam ab Adã, vsque ad beatã Virginem: siue hoc fit opinatum esse cõe oĩb. hominibus, siue Christo proprium.

¶In corpore articuli una est cõclusio:

sis Corpus Christi non fuit in Adam & aliis patribus secundum aliquid signatũ. Probatur: Quicquid fuit in beata Virgine a parentibus acceptum, fuit actu pars beatæ Virginis. ergo illud non fuit materia corporis Christi. ergo corpus Christi nõ fuit in Adam & aliis, secundũ aliquid signatũ. Antecedẽs pro constanti relinquitur: quia fieri in aliis hominib'. Prima enim & præcipua pars geniti est id, quod a parẽtibus habetur, secundum omnes. Prima consequentia probatur: quia materia corporis Christi non fuit caro, aut os aut quæcunque pars actu beatæ Virginis, sed sanguis, vt patet in præcedenti articulo. Secunda vero consequentia probatur: quia corpus Christi non habet originis relationẽ ad Adam, & alios patres, nisi mediante corpore matris suæ.

¶Super quæstionis trigesimæprimæ, Articul. 7.

TItulus vt sonat propter quosdam ponẽtes, carnẽ Christi in patribus nõ subiectã fuisse peccato, sed immunẽ secutam.

¶In corpore tria: primo, duo supponuntur: secundo, duo excluduntur errores: tertio, respondetur quæsito. Quo ad primũ supponit primo, quòd est sermo ẽo paratiuus Christi ad patres. supponitur secundo, quòd diuersa est conditio Christi & patrum quo ad peccatum, quia illi subiecti peccato, Christus immunis à peccato.

¶Quo ad secũdum primus error esset conditionẽ patrũ attribuere Christo. secundus esset conditionẽ Christi attribuere patribus conditionem Christi vel carnis eius, vt, scilicet quia caro Christi, secundũ quòd in Christo fuit, non fuit peccato obnoxia, ita etiam in Adam & in alijs patribus fuerit aliqua pars corporis eius, quæ non fuit peccato obnoxia, ex qua postmodum corpus Christi formaretur: sicut quidam posuerunt: quod quidem esse non potest. Primo, quia caro Christi non fuit secundum aliquid signatum in Adam & in aliis patribus, quod posset distingui à reliqua eius carne, sicut purum ab immundo: sicut iam supra dictum est. * Secundo, quia cum caro humana peccato inficiatur ex hoc, quòd est per concupiscentiam concepta, sicut tota caro alicuius hominis per concupiscentiam concipitur, ita tota peccato inquinatur. & ideo dicendum est, quòd tota caro antiquorum patrum fuit peccato obnoxia, nec fuit in eis aliquid à peccato immune, de quo postmodum corpus Christi formaretur.

¶Ad primum ergo dicendum, quòd Christus non assumpsit carnem humani generis subiectam peccato, sed ab omni infectione peccati mundatam. & ideo in Dei sapientiam nihil inquinatum incurrit.

¶ Ad secundum dicendum, quòd Christus dicitur primitias nostræ naturæ assumpsisse, quantum ad similitudinẽ conditionis, quia scilicet assumpsit carnem peccato non infectam, sicut fuerat caro hominis ante peccatum. Nõ autem hoc intelligitur secundum continuationẽ puritatis: ita, scilicet quòd illa caro puri hominis conseruaretur à peccato ꝺ immunis, vsq; ad formationem corporis Christi.

¶ Ad tertium dicendum, quòd in humana natura ante Christum erat vulnus, idest, infectio originalis peccati in actu: medicina autem vulneris non erat ibi actu sed solum secundum virtutem originis, prout ab illis patribus propaganda erat caro Christi.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum Christus, in lumbis Abrahæ fuerit decimatus.

ADOctauum sic proceditur. Videtur quòd Christus fuerit in lumbis Abrahæ decimatus. Dicit enim Apo. ad Heb. 7. quòd Leui pronepos Abrahæ decimatus fuit in Abraham, quia eo decimas dante Melchisedec, adhuc Leui erat in lumbis eius: sed similiter Christus erat in lumbis Abrahæ, quando decimas dedit. ergo ipse etiam Christus fuit decimatus in Abraham.

¶2 Præt. Christus est ex semine Abrahæ, secundum carnem, quam de matre accepit: sed mater eius fuit decimata i Abraham. ergo pari ratione Christus.

patribus, seu alicui parti huiusuis eorum. Quoquis primus opinatores nõ habet, secũdus vero habet, forta secundũ duplicitẽr arguitur: primo, quia caro Christi non fuit in patribus secundũ aliqd signatum: secũdo, qui nõ pars, sed totaearo patrũ fuit peccato obnoxia, ita q̃ nihil fuit in eis liberũ, vnde caro Christi formaret. Inferẽ hæc cõclusio ex antedictis.

¶Vbi aduerte. Auctorẽ non intulisse Christi carnem in patribus peccato obnoxiam, sed nihil carnis in patribus exẽptum fuisse a culpa. Diuerte autem propterea, ne quasi fatearetur Christũ subiacuisse peccato. & cum hoc satisfaceret rõni difficultatis, quę ex hocerat q̃ in patribus aliquid exemptum a peccato putabat, ex quo caro Christi in patribus immunis a peccato dicebatur.

¶Potest nihilominus vere dici, q̃ caro Christi in patribus, vt in patribus peccato, & cũ hoc etiam vere dici, q̃ caro Christi in patribus vt ad Christũ deducẽda, nõ erat peccato obnoxia, q̃a mundata ad Christũ per Spiritumsanctum & nõ ex virili semine deducenda erat. Simpliciter aũt affirmatiua est vera, scilicet caro Christi in patribus fuit obnoxia peccato: quoniã nõ de carne Christi in se, sed in patribus exnũtiatur peccatũ: & inde filio Dei maiores debemus gratias, quòd ex massa peccatrice carnem suam deduci voluit.

¶Super quæstionis 31. Artic. 8. D.370.

TItulus ex verbis Apostoli ad Hebr. & Augustini occasionem habet.

Ar. præ. & q. 15. art. 1. ad 2.

174 3. di. 3. q. 4. ar. 1.

*Lib. 3. c. 6. & 7. nõ longe a princip. & c. 1. a medio.

*Li. 10. c. 20. a med. tom. 3.

1. p. q. vlt. ar. 1.

Art. præc. ad 1. & q. 15. art. 1. ad 2.

Q. 27 ar. 2. & q. 14. ar. 3. ad 1.

175 3. dist. 3. q. 4. art. 3. q. 2. Et 4. ar. 1. q. 2. arc. 2. q. 3. ad 2. & q. 3. ad 2. & di. 2. q. 1. ar. 2. ad 4.

li. 10. ex c. 19. & 26. colligitur 50. 3.

173 3. di. 3. q. 4. ar. 2.

li. 10. c. 19 & 20. 1. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

habet. Et significat esse decimatũ, soluisse decimas p̃ ministerium Abrahæ.

¶ In corpore est vna cõclusio: Christus nõ fuit in lũbis Abrahæ decimatus. Probatur dupliciter: primo auctoritate Apostoli, secundo ratione. Et ex auctoritate quidem Apostoli arguitur ducendo ad impossibile sic: Si Christus fuisset decimatus in lumbis Abrahæ, eius sacerdotiũ nõ esset secundum ordinẽ Melchisedec, sed minus ipse fuisset Leui. Probatur sequela, quia p̃ hoc q̃ Leui existẽte in lumbis Abrahæ, Abrahã dedit decimas Melchisedec. Probatur ab Apostolo sacerdotium Leui esse minus sacerdotio Melchisedec. Ex ratione autem mystica probatur. Dans decimas protestatur se imperfectum, & perfectionem alij tribuere. ergo Abraham dãdo decimas, protestatus est se & suos cõtracturos originale pctũ curatione indigere a Christo, ergo oẽs qui fuerunt in lumbis Abrahæ, non solum secundum corpulentã substantiam, sed & secundũ rationẽ seminalem, fuerunt decimati. ergo Christus nõ fuit decimatus. Antecedens p̃batur, quia dãs decimas, nouem sibi retinet & decimam perfectionis signum alii tribuit. Probatur signum perfectionis, quia decimus est quodammodo terminus numerorum: nam numerãdo, vsque ab decẽ procedimus, & in decẽ replicamus vnũ supra decem vndecim &c. prosequẽdo. Prima consequentia probatur quo ad primã partẽ: quia imperfecto humani generis est propter peccatum indigens curatione: & solus Christus curator est peccati, iuxta illud. Ecce qui tollit peccatum mũdi: & ipsum præfigurabat Melchisedec, vt patet ex Apostolo. Et hæc quo ad secundam partẽ. Secunda vero consequentia probatur: quia per rationẽ seminalem originale peccatũ contrahitur. Tertia aũt consequentia probatur: quia solus Christus non fuit secundum rationem seminalem in patribus.

*L.1.to.22. post medium tom.1.

Ar. præc. in fine corp.

*L.1.to.c. 20. post med. to.3.

¶ 3 Præt. Illud in Abraham decimabatur, quod curatione indigebat, vt Augusti.* dicit 10. super Gen. ad literam. Curatione autem indiget omnis caro peccato obnoxia. cum igitur caro Christi fuerit peccato obnoxia (sicut dictum est.*) videtur quòd caro Christi in Abraham fuerit decimata.

¶ 4 Præt. Hoc non videtur aliquo modo derogare dignitati Christi: nihil enim prohibet patre alicuius pontificis decimas dante alicui sacerdoti, filium eius pontificem maiorem esse simpliciter sacerdote. licet ergo dicatur Christus decimatus, Abraham decimas dãte Melchisedec, non tamen propter hoc excluditur, quin Christus sit maior quàm Melchisedec.

¶ Sed contra est, quòd Augusti.* dicit 10. super Gen. ad literam, quòd Christus ibi, scilicet in Abraham, decimatus non est, cuius caro indo non seruoreni vulneris, sed materiam medicamenis traxit.

¶ Respon. Dicendum, quòd secundum intentionem Apostoli oportet dicere, quòd Christus in lumbis Abrahæ non fuerit decimatus. Probat enim Apostolus, maius esse sacerdotium, quod est secundum ordinem Melchisedec, sacerdotio Leuitico, per hoc, quòd Abraham, decimas dedit Melchisedec, adhuc Leui existente in lumbis eius, ad quem pertinet legale sacerdotium. Si autem Christus etiam in Abraham decimatus esset, eius sacerdotium non esset secundum ordinem Melchisedec, sed minus sacerdotio Melchisedec. Et ideo dicendum est, quòd Christus non est decimatus in lumbis Abrahæ, sicut Leui: quia enim ille qui decimas dat, nouem sibi retinet, & decimam alij tribuit, quod est perfectionis signum (inquantum est quodammodo terminus omnium numerorum; qui procedunt vsque ad decem) inde est, quòd ille, qui decimas dat, protestatur se imperfectum, & perfectionem alii tribuere. Imperfectio autem humani generis est propter peccatum, quod indiget perfectione eius, qui à peccato curat. Curare autem à peccato, est solius Christi: ipse enim est agnus, qui tollit peccatum mundi, vt dicitur Ioan. 1. Figuram autem eius gerebat Melchisedec, vt Apost. probat Heb. 7. Per hoc ergo, quòd Abraam Melchisedec decimas dedit, præfiguravit se velut imperfectionem humani generis indigentem curatione: & solus Christus curator est peccati, iuxta illud. Ecce qui tollit peccatum mũdi: & ipsum præfigurabat Melchisedec, vt patet ex Apostolo. Et hæc quo ad secundam partẽ. Secunda vero consequentia probatur: quia per rationẽ seminalem originale peccatũ contrahitur. Tertia aũt consequentia probatur: quia solus Christus non fuit secundum rationem seminalem in patribus.

Ar. præc. & locis in corp. & in arg. Sed contra ei catis.

QVAEST. XXXII.

De conceptione Christi, quo ad actiuum principium, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de principio actiuo in conceptione Christi.

Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primo, Vtrum Spiritussanctus fuerit principium actiuum conceptionis Christi.

¶ Secundo, Vtrum possit dici, quòd Christus sit conceptus de Spiritusancto.

¶ Tertio, Vtrum possit dici, quòd Spiritus sanctus sit pater Christi secundum carnem.

¶ Quarto, Vtrum beata Virgo aliquid actiuè egerit in conceptione Christi.

Articvlvs I.

Vtrum Spiritussanctus fuerit principium actiuum conceptionis Christi.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd efficere conceptionẽ Christi, non debeat attribui Spiritui sancto: quia vt Augusti.* dicit in 1. de

¶ Super quæstionis trigesimæ secundæ, Articul. primum.

TItulus clarus est sumẽs occasionem ex Symbolo: Qui cõceptus est de Spiritusancto.

¶ In corpore vnica conclusio: Conceptio corporis Christi, licet a tota sit Trinitate attribuitur tamẽ Spiritusancto. Probatur secunda pars, de qua est quæstio, triplici ratione: & rationes in litera clare patent.

¶ Duo tamen prouidentijs occurrunt, primũ est, q̃ xliter attribuitur personæ Spiritussancti, efficere carnem Christi, & aliter Filio assumere eandem: nam Spiritussancto attribuitur conceptionis causalitas, vt appropriatum, sicut bonitas, & amor, Filio autem attribuitur assumere carnem, vt proprium, ita quòd corpus

176 2.dis 2.ar tic.2.q.2. Et 4.con cap.45. & 46. & op. 3.c.2.26. & Ioan. 12.l.4. *Li.1.c. 4. in fi. & 5.in princ. to.3.

corpus Christi, ita conceptum est de Spiritussancto appropriate, quòd etiam conceptũ est de Patre & Filio (in diuisa eni sunt opera Trinitatis ad extra) sicut Spiritus sanctus ita est amor appropriate, quòd tam Pater, quam Filius est etiã amor. Sed corpus Christi ita est assumptum a Filio: quòd nec a Patre, nec a Spiritusancto est assumptum: & propterea incarnatum esse, non appropriatum, sed proprium est Filio. ratio autem superius dicta est.

¶ Secundo dubium occurrit in 3. ratione circa probationem ex Apostolo ad Galat. 4. non enim infert intentum, scilicet q̃ Spiritussanctus efficiat filios Dei: sed quòd faciat eos clamare Abba, pater.

¶ Ad hoc dicitur, quòd licet in naturalibus filijs hominum aliud sit principium naturæ, & aliud principium operationis, in filio tamen adoptiuo per liberum arbitrium, quo fertur in Deum, idem est principiũ filiationis, & operationis propriæ filiorum: quia ad suauem Dei dispositionem spectat, vt rationales creaturas per rationis vsum ad se trahat. Et propterea ex eo, quòd Spiritus efficit propriam operationem filiorum Dei, quæ est clamare Abba, Pater, optime infertur, a posteriori tamen, quòd ipse sit effector filiorum Dei, quos cum efficit, facit clamantes ad Deum pater, pater.

*Lib. 4. c. 20. parum ante medium to. 3.

1.p.q. 37. a.1.

*Ench. c. 40. non longe a princi. to. 3.

¶ Præterea, Vtrum Spiritussanctus fuerit principium actiuum conceptionis Christi.

¶ Secundo, Vtrum possit dici, quòd Christus sit conceptus de Spiritusancto.

¶ Tertio, Vtrum possit dici, quòd Spiritus sanctus sit pater Christi secundum carnem.

¶ Quarto, Vtrum beata Virgo aliquid actiuè egerit in conceptione Christi.

Articvlvs II.

Vtrum Christus debeat dici conceptus de Spiritu Sancto.

AD secundum sic proceditur. Videtur quòd Christus non debeat dici conceptus de Spiritusancto: quia super illud Rom. 2. Ex ipso & per ipsum & in ipso sunt omnia, dicit glo.* Aug. Attendendum, quòd non ait de ipso, sed ex ipso: ex ipso enim cælum sunt & terra, quia fecit ea: non autem de ipso, quia non de substantia sua: sed Spiritussanctus non formauit corpus Christi de substantia sua. ergo Christus non debet dici conceptus de Spiritusancto.

*Alias, vt idem ipse esset filius Dei qui filius hominis, & filius hominis qui filius Dei.

¶ 2 Præt. Principium actiuum, de quo aliquid concipitur, se habet sicut se-

¶ Super quæstionis trigesimæ secundæ, Articulum secundum.

TItulus circa proprietatem locutionis vertitur: & propterea an dici debeat, quæritur, & consistit tota quæstio hæc in illa præpositione, De.

¶ In corpore articuli vna est conclusio: Conuenienter dicere possumus Christum conceptum esse de Spiritusancto. Probatur. Probatio est: In Spiritusancto duplex

177 3.dis. 4. q. 1.ar.1. q. 4. Et 4.cõ. cap.46. hu op. 3. ca. 226.

*Augu. in li. de natura boni c. 27. to 6.

Ex gloss. ordin. & Origc.

*Lib. 18. cap. 12. in prin.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd opus conceptionis commune quidem est toti Trinitati, secundum tamen modum aliquem attribuitur singulis personis. Nam Patri attribuitur auctoritas respectu personæ filij, qui per huiusmodi conceptionem sibi assumpsit humanam naturam: Filio autem attribuitur ipsa carnis assumptio: sed Spiritui sancto attribuitur formatio corporis, quod assumitur à Filio. Nam ipse Spiritussanctus est spiritus Filii, secundum illud Galat. 4. Misit Deus Spiritum filii sui. Sicut autem virtus animæ, quæ est in semine, per spiritum qui in semine includitur, format corpus in generatione aliorum hominum, ita virtus Dei, quæ est ipse filius (secundum illud 1. ad Corin. 1. Christum Dei virtutem) per Spiritumsanctũ corpus formauit, quod assumpsit. Et hoc etiam verba angeli demonstrant, dicentis, Spiritussanctus superueniet in te, quasi ad præparandam & formandam materiam corporis Christi, & virtus Altissimi, idest Christus obumbrabit tibi, id est, corpus in te humanitatis, accipiet incorporeum lumen diuinitatis; vmbra enim à lumine formatur & corpore, vt Gregor.* dicit. 18. Mora. Altissimus autem intelligitur Pater, cuius virtus est Filius.

¶ Ad secundum dicendum, quòd missio refertur ad personam assumentem, quæ à Patre mittitur: sed conceptio refertur ad corpus assumptum, quod operatione Spiritussancti formatur. & ideo licet missio & conceptio sint idem subiecto, quia tamen differunt ratione, missio attribuitur Patri, efficere autem conceptionem Spiritui sancto, sed carnem assumere attribuitur Filio.

¶ Ad tertium dicendum, quòd sicut Augusti.* dicit in lib. de Quæstionibus veteris & noui Testamenti, quæstio ista gemina ratione potest intelligi. Primum enim domus Christi Ecclesia est, quam ædificauit sibi sanguine suo. Deinde potest & corpus eius dici domus ipsius, sicut dicitur templum eius. Factum autem Spiritussancti factum filij Dei est, propter naturæ & voluntatis vnitatem.

In 2. parte q. ex nouo Test. q. 51. in princ. to. 4.

*Alias, opus.

¶ Ad quartum dicendum, quòd licet misso & conceptio sint idem subiecto, quia tamen differunt ratione, missio attribuitur Patri, efficere autem conceptionem Spiritui sancto, sed carnem assumere attribuitur Filio.

¶ Ad tertium dicendum, quòd sicut Augusti.* dicit in lib. de Quæstionibus veteris & noui Testamenti, quæstio ista gemina ratione potest intelligi. Primum enim domus Christi Ecclesia est, quam ædificauit sibi sanguine suo. Deinde potest & corpus eius dici domus ipsius, sicut dicitur templum eius. Factum autem Spiritussancti factum filij Dei est, propter naturæ & voluntatis vnitatem.

In 2. parte q. ex nouo Test. q. 51. in princ. to. 4.

*Alias, opus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ante me dium. 1. lius. c.to. 2.

plex est habitudo ad Christum conceptum, scilicet consubstantialitatis & causalitatis effectiuæ. ergo cõuenienter potest dici conceptus de Spiritusancto. Antecedẽs probatur: quia conceptio attribuitur non solũ corpori Christi: sed etiã ipsi Christo ratione corporis. Consequentia probatur: quia prædicto De, vtrumque denotat habitudinem, vt patet exemplariter: cum filius Dei de Patre genitus dicitur. Declaratio est, quòd consubstantialitas ad personam Christi efficientia ad corpus Christi referenda est.

¶ Respon. dicendum, quòd conceptio non attribuitur soli corpori Christi, sed etiam ipsi Christo ratione ipsius corporis. In Spiritu autem sancto duplex habitudo consideratur respectu Christi. Nam ad ipsum filium Dei, qui dicitur esse conceptus, habet habitudinem consubstantialitatis: ad corpus autem eius habet habitudinem causæ efficientis. Hæc autem prædicto De, vtramque habitudinem designat, sicut cum dicimus hominem aliquem esse de suo patre. Et ideo conuenienter dicere possumus, Christum esse conceptum de Spiritusancto, hoc modo, quòd efficientia Spiritussancti referatur ad corpus assumptum: consubstantialitas verò ad personam assumentem.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd corpus Christi, quia non est consubstantiale Spiritui sancto, non propriè potest dici de Spiritusancto conceptum sed magis ex Spiritusancto: sicut Ambro * dicit in lib. de Spiritu sancto: quod ex aliquo est, aut ex substantia, aut ex potestate eius est: ex substantia, sicut filius, qui à patre est: ex potestate, sicut ex Deo omnia, quomodo & in vtero habuit Maria ex Spiritusancto.

¶ Ad secundum dicendum, quòd super hoc videtur esse quædam diuersitas Hieron. ad quosdam alios doctores, qui asserunt Spiritumsanctum, in conceptione Christi fuisse pro semine. Dicit enim Chrysostо. * super Matth. Vnigenito Dei in Virginem ingressuro, præcesit Spiritussanctus, vt præcedente Spiritusancto in sanctificatione, nascatur, scilicet, Christus secundum corpus, diuinitate ingrediente pro semine. Et Dama. * dicit in 3. lib. Obumbrauit super ipsam Dei sapientia & virtus, velut diuinum semen. Sed hoc de facili soluitur, quia secundum quòd in semine intelligitur virtus actiua, sic Chrysostо. † & Dama. comparant semini Spiritumsanctum, vel etiam Filium qui est virtus Altissimi: secundum autem quòd in semine intelligitur substantia corporalis, quæ in conceptione transmutatur, negat Hieron. * Spiritumsanctum fuisse pro semine.

¶ Ad tertium dicendum, quòd sicut Augustin. dicit in Enchirid. non eodem modo dicitur Christus conceptus aut natus de Spiritusancto, & de Maria Virgine, sed de Maria Virgine materialiter, de Spiritusancto vero effectiuè. Et ideo non habuit hic locum commistio.

*Lib.2.c. 5. nõ procul a fine tom. 3.

*Hom. 1. in Matt. in opere imperfecto in vlti. fol. ante fi. to. 2. * 3. orth. fid. ca. 2. circa pri. †locis nũc proximè dictis.

*Hier. in loco citato in arg.

ARTICVLVS III.

Vtrum Spiritussanctus dici debea pater Christi secundum carnem.

AD tertium sic proceditur. Videtur quòd Spiritussanctus debeat dici pater Christi secundum humanitatem: quia secundum Philoso. * in lib. de Generatione animalium, pater dat principium actiuum in generatione, mater vero ministrat materiam: sed beata Virgo dicitur mater Christi propter materiam, quam in conceptione eius ministrauit. ergo videtur quòd etiam Spiritussanctus possit dici pater eius, propter hoc, quòd fuit principiũ actiuum in conceptione ipsius.

¶ 2 Præt. Sicut mentes aliorum sanctorum formantur per Spiritumsanctum, ita etiam corpus Christi est per Spiritumsanctum formatum: sed alij sancti propter prædictam formationẽ dicuntur filij totius Trinitatis, & per consequens Spiritussancti. videtur ergo quòd Christus debeat dici filius Spiritussancti, inquantum corpus eius est Spiritusancto formatum.

¶ 3 Præt. Deus dicitur pater noster secundum hoc, quòd nos fecit, secundũ illud Deuter. 22. Non ne ipse est pater tuus, qui possedit & fecit, & creauit te? sed Spiritus sanctus fecit corpus Christi, vt dictum est. * ergo Spiritussanctus debet dici pater Christi secundum corpus ab ipso formatum.

¶ Sed contra est, quòd Aug. * dicit in Ench. Natus est Christus de Spiritusancto non sicut filius, & de Maria virgine sicut filius.

¶ Respon. Dicendum, quòd nomina paternitatis & maternitatis & filiationis generationem consequuntur, non tamen quamlibet, sed propriè generationem viuentium, & præcipuè animalium. Non enim dicimus, quòd ignis generatus sit filius ignis generantis, nisi forte secundum metaphoram: sed hoc dicimus in animalibus, quorum generatio est magis perfecta. Nec tamen omne quod in animalibus generatur in similitudinem generantis. Vnde, sicut Augustin. * dicit, non dicimus quòd capillus qui nascitur ex homine, sit filius hominis: nec etiam dicimus quòd homo qui nascitur, sit filius seminis: quia nec capillus habet similitudinem hominis, nec homo qui nascitur ex semine, habet similitudinem seminis, sed hominis generantis. Et siquidem perfecta sit similitudo, erit perfecta filiatio, tam in diuinis quàm in humanis: si autem sit similitudo imperfecta, erit etiam filiatio imperfecta. Sicut in homine est quædam similitudo Dei imperfecta, & inquantum creatus est ad imaginem Dei, & inquantum recreatus est secundum similitudinem gratiæ. & ideo vtroque modo potest homo dici filius Dei, & quia scilicet est creatus ad imaginem eius, & quia est ei assimilatus per gratiam. Est autem considerandum, quòd illud quod de aliquo dicitur secundum perfectam rationem, non est dicendum de eo secundum rationem imperfectam: sicut quia Sortes dicitur naturaliter homo secundum propriam rationem hominis, nunquam dicitur homo secundum illam significationem, qua pictura hominis dicitur homo, licet forte ipse assimiletur alteri homini. Christus autem est filius Dei secundũ perfectam rationem filiationis, vnde quamuis secundum humanam naturam sit creatus & iustificatus, non tamen debet dici filius Dei, neque ratione creationis, neque ratione iustificationis, sed solum ratione generationis æternæ, secundum quam est filius Patris solius. & ideo nullo modo debet dici Christus filius Spiritussancti, nec etiam totius Trinitatis.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd Christus conceptus est de Maria Virgine materiam ministrante in similitudinem speciei. & ideo dicitur filius eius. Christus autem secundum quòd homo conceptus est de Spiritusancto sicut de actiuo principio, non tamen secundum similitudinem speciei, sicut homo, nascitur de patre suo, & ideo Christus non dicitur filius Spiritussancti.

¶ Ad secundum dicendum, quòd homines, qui spiritualiter formantur à Spiritusancto, non possunt dici filij Dei secundum perfectam rationem filiationis. & ideo dicuntur filij Dei secundũ filiationem imperfectam, quæ est secũdum similitudinem gratiæ, quę est à tota Trinitate, sed de Christo est alia ratio, vt dictum est *. Et similiter dicendum est ad tertium.

*Ar. 1. huius quæst.

*Ench. c. 38. to. 5.

In corp. art.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum beata Virgo aliquid actiuè egerit in conceptione corporis Christi.

AD quartum sic proceditur. Videtur quòd beata Virgo aliquid actiuè egerit in cõceptione corporis Christi. Dicit enim Damas. * in 3. lib. quòd Spiritussanctus superuenit Virgini, purgans ipsam, & virtutem susceptiuam verbi Dei tribuens, simul autem & generatiuam: sed virtutem generatiuam passiuam habebat à natura, sicut & quilibet femina. ergo dedit ei virtutem generatiuam actiuam, & sic aliquid actiuè egit in conceptione Christi.

¶ 2 Præt. Omnes virtutes animæ vegetabilis sunt virtutes actiuæ, sicut

*Gnech. c. 39. circa primũ. 3.

179 Inf. q. 33. ar. 4. ad 2. & 3. di. 3. q. 2. ar. 1 *Lib. 3. c. 2. parum ante medium.

¶ Super quæstionis trigesimæsecundæ, Articulũ tertium.

TItulus clarus. 178
¶ In corpore articuli tria sunt. primo præmittitur ratio paternitatis & filiationis tam perfectæ, quàm imperfectæ secundum quid. Attenditur secundo communis regula de prædicatione vnius respectu eiusdẽ perfectæ & imperfectæ. Tertio ex his respondetur quæsito.
¶ Quo ad primum duo de his dicuntur. Primo, pensequid attendantur: secundo, distinguuntur in perfectæ vel imperfectæ rationis membra. Paternitas igitur & filiatio in animalium generatione secundum similitudinem proprie dicũtur. Omnes particulæ in litera singillatim & clare declarantur. Distinguuntur autem paternitas & filiatio secundum perfectam vel imperfectam rationem, iuxta diuersæ rationis similitudinem: nam animal ex animali aut excellentius viuente, quàm animal procedens, si perfecte accipiatur similitudinem producẽtis, perfecte ibi est pater & filius: si imperfecta est similitudo, imperfecta quoque est patris filijque ratio. Declaranturque exẽplis patris secundum creationem, & secundum adoptionem gratiæ.
¶ Quo ad secundũ, regula est: De aliquo dictum secundum perfectam rationem non dicitur de eodem secũdum imperfectam rationem. Declaratur exemplo de homine secundum rationem veri & secundum rationẽ picti hominis, respectu Sortis: & patet litera.
¶ Vbi aduerte, ℣ regula intelligitur de prædicatione simpliciter & absolute, hoc est sine additione aliqua. Et in promptu eius ratio est: quia nomen quodcunq; simpliciter enunciatum de aliquo perfecta ratione illud habente non significatur diminute illi conuenire ac per hoc non secundum imperfectam sed secundum perfectam rationem.
¶ Et scito quòd super ista regula fundatur intellectus sacræ Scripturæ, cum de Iesu Christo loquens affirmatiuum esse Dei filiũ. ex hoc enim quòd esse filium Dei, Christo conuenit secundum perfectam filiationis Dei rationem (quia est naturalis filius Dei) consequens est, vt numquam Christus intelligendus sit filius adoptiuus, sicut cæteri sancti cum dicitur filius Dei.
¶ Quo ad tertium, concluso est, Christus nullo modo debet dici filius Spiritussancti, aut totius Trinitatis.
Probatur: Christus est filius Dei secundum perfectã rationem filiationis. ergo neque ratione creationis, neque iustificationis, sed solius æternæ generationis debet dici filius Dei. ergo nec Spiritussancti, nec Trinitatis debet dici filius. Antecedens patet. Prima consequentia probatur ex regula præsupposita. Secunda vero probatur: quia secundum æternam generationẽ solius Patris est Filius.

¶ Super quæstionis trigesimæsecundæ, Artic. quartum.

TItulus clarus, notãdo quòd non est quæstio, an actiue egerit, sed an actiue egerit in ipso actu conceptionis corporis Christi: de actione enim circa illũ actũ est quæstio.

Commen. dicit in 2. de anima: sed potẽtia generatiua tam in mare quàm in femina pertinet ad animam vegetabilem. ergo tam in mare quàm in femina actiuè operatur ad conceptionem prolis.

¶ 3 Præter. Femina ad conceptionem prolis materiam ministrat, ex qua naturaliter corpus prolis formatur: sed natura est principium motus intrinsecum. ergo videtur quod in ipsa materia quam beata Virgo ministrauit ad conceptum Christi, fuerit aliquod principium actiuum.

¶ Sed contra est, quòd principium actiuum in generatione dicitur ratio seminalis, sed sicut Augustin. * dicit 10. super Genes. ad literam corpus Christi in sola materia corporali, per diuinam conceptionis formationisque rationem de Virgine assumptum est, non autem secundum aliquam rationem seminalem humanam. ergo beata Virgo nihil actiuè fecit in conceptione corporis Christi.

¶ Respon. Dicendum, quòd quidam dicunt beatam Virginem aliquid actiuè operatam esse in conceptione Christi, & naturali virtute, & supernaturali. Naturali quidem virtute, quia ponunt quòd in qualibet materia naturali est aliquid actiuum principium, alioquin credunt, quòd non esset transmutatio naturalis. [d] in quo decipiuntur, quia transmutatio dicitur naturalis propter principium intrinsecum, non solum actiuum, [d] sed etiam passiuum. Expressè enim dicit Philos. * in 8. Phy. quòd in grauibus, & leuibus est principium passiuum motus naturalis, & non [d] actiuum. Nec est possibile, quòd materia agat ad sui formationem, quia non est actu. Nec est etiam possibile, quòd aliquid moueat seipsum, nisi diuidatur in duas partes, quarum vna sit mouens, & alia sit mota, quod in solis animatis contingit, vt probatur 8. Physi. * Supernaturali autem virtute, quia dicunt ad matrem requiri, quod non solum materiam ministret (quæ est sanguis menstruus) sed etiam semen, quod commistum virili semini habet virtutem [d] actiuam in generatione. Et quia in beata Virgine nulla fuit facta resolutio seminis propter integerrimam eius virginitatem dicunt quòd Spiritussanctus supernaturaliter ei tribuit virtutem actiuam in conceptione corporis Christi, quam aliæ matres habet per semen resolutum.

Sed hoc non potest stare, quia cum quælibet res sit propter suam operationem (vt dicitur 2. de Cælo) * natura non distingueret ad opus generationis sexum maris & feminæ, nisi esset distincta operatio maris ab operatione feminæ. In generatione autem distinguitur operatio agentis & patientis. Vnde relinquitur quòd tota virtus actiua sit [d] ex parte maris, passio autem

¶ In corpore articuli quatuor fiũt: primo refertur opinio quædam habens duas partes. Secundo, improbatur prima pars illius: tertio secunda: quarto respondetur quæsito.
¶ Quo ad primum opinio dicit beatam virginem operatam in conceptione Christi actiue dupliciter: scilicet naturali, & supernaturali virtute. Et primæ partis ratio est communis de inchoatione formarum in materia per aliquod cooperatiuũ principium in materia. in hoc enim ponitur differentia inter transmutationem naturalem & artificialem: quia naturalis habet tale principium in materia, & ideo est naturalis. artificialis vero habet solam materiam pure passiuam.
¶ Quo ad secundũ tripliciter arguit contra hoc Auct. Primo interimendo fundamentum, quia ad mutationẽ naturalem sufficit principium materiale esse passiuũ, ex auctoritate Aristo. Secundo: quia impossibile est ℣ materia agat ad sui formationem: quia non est actu, agere enim [d] actus non potentiæ, licet per enim ætium abiturspecies mouere, vt dicitur 3. Phys. Tertio, quia impossibile est aliquid non diuisum in duas partes (vt animata) mouere seipsũ, ex 8. Phy.
¶ Aduerte hic, ℣ oportet digredi ad quæstiones multas, si examinandæ essent hę rationes. Nam & de inchoatione formarum & de motu grauium & leuiũ, & de maxima atque vetustissima ambiguitate, an aliquid seipsum mouere possit, tractare oporteret, & non Theologiam, sed philosophiam pura tractare opere longo, propterea extra librum hunc tractanda hæc relinquam.
¶ Quo ad tertium ponitur primo ratio secũdæ partis.

*Li. 10. c. 20. to. 3.

D. 241. & 644.

D. 691. *li. 8. tex. 29. 30. 31. 32. &c. tom. 2. D. 690. & 851.

*li 8. tex. 30. to. 2.

D. 1317.

lib. 2. tex. 17. to. 2.

D. 616.

Et

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et assumit ratio hæc duo. Alterum naturale, scilicet quòd mater concurrit ad generationem per proprium semen, actiue concurrens ad generationem. Alterum supernaturale, scilicet quòd beatæ Virgini data est miraculose virtus illa actiua, quam aliæ matres habent per semen, vt scilicet sine semine posset quod per semen potuisset. Et huius miraculi ratio est integerrima virginitas, cui repugnat seminis resolutio. Deinde ponitur improbatio istius opinionis quo ad radicé eius, & ipsam bipartitam. Et est ratio ista, Distinctio sexus est a natura propter diuersam operationé ad generationem opportunam. ergo est penes diuersitatem agentis, & patientis. ergo tota virtus actiua est ex parte matris: passio vero ex parte feminæ. Antecedens probatur ex secundo Cæl. sic, Sexus est propter operationem opportunã ad generationem. ergo diuersitas sexus est propter diuersam operationem opportunam ad generationem. Consequẽtia hæc est per se nota, & assumptum est ex primo. Cæl. Vnumquodque est propter suum operationem. Consequentia principalis probatur in litera, quia distinctio operationis in generatione est secundum agens, & patiens. Deinde ad huius rationis cõclusionem firmandam affertur signum in litera ex plantis, quia idco in illis nõ est distinctio sexus, quia actiua & passiua virtus sunt inistæ: hoc enim signum est quòd distinctio sexus est penes actiuum & passiuum, hæc quo ad radicem positionis.

¶ Contra ipsum vero positionem procedit litera subsumendo, beata Virgo non accepit a Spiritusancto, vt esset pater Christi, sed mater, ergo non accepit potentiam actiuam in conceptione. Demum duæ viæ secundum hanc opinionem excludũtur, altera dicentium, quòd virtute illa supernaturali beata Virgo vsa est agendo conceptionem Christi, & sic fuisset pater Christi: altera dicentium, quòd virtute illa beata Virgo non est vsa, & sic frustra collata et fuisset virtus illa actiua.

¶ Circa processum istum duo occurrunt dubia. Primum est circa consequentiam principalem alterius rationis. non enim apparet illius efficacia, quoniam fundatur super illa vniuersali. Omnis diuersitas operationum ad generationem, est secundum diuersitatem actiui & passiui, quæ non videtur vera, nec in litera habetur. Et quidem quòd oporteat illam vniuersaliter esse veram ad probandam dictam consequentiam, patet clarissime, quia nisi sic vniuersaliter vera, facile negabitur cõsequentia, concedendo omnia assumpta, scilicet & quòd distinctio sexuum est propter diuersam operationem quòd distinctio operationis aliqua est penes actiuũ & passiuum. Tunc enim patet debilitas consequentiæ, quia ex hoc quòd aliqua distinctio operis ad generationem est penes actiuum & passiuum, nõ sequitur determinate. ergo distinctio sexus est penes actiuum & passiuum. Sed si omnis distinctio operationis ad generationem est penes actiuum & passiuum, optime sequetur. ergo, distinctio sexuum est penes actiuum & passiuum: quia ipsa est manifeste ad diuersa opera ad generationẽ requisita. ¶ Secundum dubium est circa secundã consequentiam. s. ergo tu his actiua se tenet ex parte patris. Nam plus infertur, quam sequatur. licet enim sequatur, ergo vis actiua se tenet ex parte patris, non tamen sequitur. ergo tota se tenet ex illa parte. Et confirmatur, quia secundum multos concedentes matrem & feminã distingui penes actiuum, & passiuum, pater etiam concurrit aliqualiter passiue, pro quanto pars seminis paterni materialiter cõcurrit ad generationem. Igitur contra aliquid ex parte matris non inconuenit concurrere actiuè, quamuis principalius concurrat passiue, & sic falsum est, totam vim actiuam ex parte matris, & totam passiuam ex parte feminæ se tenere.

¶ Antequam ad hæc dicatur dubia, fit terminandus progressus articuli, vt motis aliis propinquis dubijs possit simul responderi.

¶ Quo ad quartum respondetur quatuor duabus conclusionibus. Prima est, beata Virgo in ipsa conceptione Christi nihil actiue operata est, sed solã materiam ministrauit. Secunda conclusio est. Ante conceptionem operata est aliquid actiue, præparando materiã, vt esset apta conceptui, & prima conclusio non aliter in litera probatur, quam ex supradictis illam inferendo: si enim tota vis actiua generationis est ex parte maris, restat, vt femina passiue solum concurrat. Secunda autem conclusio tamquam manifesta relinquitur, quasi consequenter se habens.

Spiritusancto. Et ideo dicit Damasc. *quantum ad primum, quòd Spiritusanctus superuenit Virgini purgans ipsam, id est præseruans, ne cum peccato originali conciperet. Quantum ad secundum dicit, & virtutem suscepti- 10
uam verbi Dei tribuens, id est, vt conciperet verbum Dei. Quantum autem ad tertium dicit, simul autem & genera- 20
tiuam, vt scilicet manens virgo posset generare, non quidem actiuè, sed passiuè, sicut aliæ matres hoc consequuntur ex semine viri.

¶ Ad secundum dicendum, quòd potentia generatiua in femina est imperfecta respectu potentiæ generatiuæ, quæ est in mare. Et ideo sicut in artibus, ars inferior disponit materiam, ars autem superior inducit formam, vt dicitur in 2. Phy.* ita etiam virtus generatiue feminæ præparat materiam, virtus autem actiua maris format materiam præparatam. *li.2. Phy sit.ex.35. com.2.

¶ Ad tertium dicendum, quòd adhoc 30
iud, quod fuit instans conceptionis, præparatam materiam ministrauit (vt in prima conclusione dicitur) quasi ad terminum suæ actionis perueniens. Ad ipsum autem conceptionis actum non concurrit actiue, sed passiue, suscipiendo in materia ministrata actionem agentis Spiritussancti loco seminis. 40

¶ Occurrit circa conclusionem dubium ex Sco in 3. sent. di. 4. q. 2. directe contra doctrinam præsentis articuli arguente, primo de matribus in communi. Tum primo, quia formas eiusdem speciei consequuntur potentiæ naturales eiusdem speciei, mas & femina sunt eiusdem speciei. ergo si formam maris sequitur potentia vegetatiua actiua, similiter & formam feminæ. Et confirmatur quia aliter vegetatiua maris & feminæ different sicut actiua & passiua, & ita essent potentiæ omnino alterius rationis. Tum secundo, quia mater naturaliter plus diligit filium quam pater, vt patet 9. Ethic. ergo filius est opus matris. Et probatur consequentia, quia pater diligit filium vt opus suum. Tum tertio, quia filius assimilatur magis quandoq; matri quã patri. ergo in matre est virtus actiua. Probatur sequela, quia agentia est assimilare sibi effectum, ita quòd effectus nulli assimilatur, nisi propter aliquam actionẽ eius. Tum quarto, quia matér tantũ esse quasi vas, in quo sicut in loco conuenit generatur proles, & de alio quo eius vt materia, nõ videtur plus dare matri quã terræ, in generatione mineræ, si de aliquo eius generatur minera, & sic talis terra esset mater minerę, imo homo esset mater vermis in eo generis loco conuenienti ex aliquo hominis. Et si dicatur q vermis non est eiusdẽ speci. obiicitur q asina é mater mulæ, & tñ non est eiusdẽ speciei. Lud. Dama. c. 40. virtutem tribuens susceptiuam, simul autem, & generatiuam, si enim ipsa esset tantum principium passiui, non videretur quare copulauit virtuti susceptiuæ virtutẽ generatiuam.

¶ Ad euidentiam motarum quæstionum, sciendum est quòd veritas quæstionis huius, sicut & multarum aliarum in medio cõsistit. Et ideo extrema sectati errauerunt: & quia medium extremorũ naturas sapit, veritatis aliquid attigerunt. Feminarum enim potentiæ ad partem vegetatiuã spectantes actiuæ proculdubio sunt, sed res facta ab actiua potentia feminę materiale est, non actiuũ generationis principium: ita quòd mas & femina conueniunt in hoc, quòd virilisque potentiæ sunt actiuæ, sed differunt in re facta per illas potentias, nam factum a mare, semen est actiuum generationis principium, factum vero a femina, quicquid sit illud menstruum aut semen, materiale est generationis principiũ. Hæc est peripateticorum, quos Auctor sequitur sententia, consonat quoq; primæ philosophiæ, quoniam sic inter marem, & feminã viritas specifica saluatur, & in formis, & in potentiis, & differentia ponitur ex parte corporis, seu materiæ, dum penes res factas, nõ penes potentias animæ, diuersitas formalis actiui & passiui collocatur: res enim facta ex parte corporis se tenet. Consonat quoq; specié maris & feminæ formalis est in genere sexus: differentia siquidẽ in genere animalis, vnde ista specifica differentia ex parte materiæ consequens animalis genus, rationabiliter infert in ipsis proprijs effectibus maris & feminæ diuersarum rationum conditiones. Attestatur demum huic positioni, ipsa exterior dispositio membrorum cũ suis proprijs operationibus apparentibus manifeste: membra siquidem masculino sexui propria ad agendum apta cõspicimus, membra vero femineo sexui propria ad recipiendũ facta videmus, & feminas recipere semẽ a maribus efficien tibus illud, cõstat. Recipere autem adeo includitur in eo quod é pati, vt etiam in substantijs immaterialibus, in quibus nõ manifeste apparet potentia passiua, dicamus eas tantũ pati quantum recipiunt. Quo fit, vt alienus a philosophiæ viis sit, qui negat feminas pati in conceptione, experientia testãte eas recipere semen virile.

¶ His præmissis, ad primum dubiũ contra processum literæ dicitur, q fermo literę est de prima distinctione per se operationis ad generandũ, ita quòd intentio literæ est, q prima per se diuersitas operationũ ad generandum est secũdũ relationem actiui & passiui. Et hæc propositio nõ eget probatione, quia ad sensum est per se nota: quia constat quòd est secundũ rationẽ immissionis, & receptionis. Et super hac propositione optime fundatur sequela, quia mas & femina per se diuersificantur penes diuersa per se primo opera ad generandum: quoniam ad hoc a natura distinctio sexuum ordinatur, vt patet.

¶ Ad secundum vero dubium, contra eiusdem processus alteram consequentiam respondetur, quòd secunda consequentia, scilicet ergo tota vis actiua ex parte maris se tenet, rationabilis est, quia ex eo quòd e regione diuersificantur per se primo opera generationis penes actiuum & passiuum, consentaneum est, vt tota latitudo actiui in generatione se teneat ex parte primi actiui. Quòd autem opiniones diuersæ sint de semine maris, non obstat, quia rationabilis sit positio contraria peripateticorum principis, quam sequitur Auctor. Non est alienũ a doctrina sana tradere, quod rationi consonat, licet demonstratio mathematica non habeatur, licet alii oppositum sentiant. Ex dictis siquidem quilibet percipere potest, quod ex apparentibus membris & operationibus constantibus arguendo ad ea, quæ sensui non subiacent, consentaneum rationi est, vt prima distinguendi inter marem & feminam ratio per se penes agere & pati proculdubio generationem, propter quam per se primo est sexus, & eius diuersitas.

¶ Ad obiecta Scoti contra doctrinam articuli huius de matribus in communi respondetur, & ad primum dicitur, quòd mirum est de isto homine assumente argumentũ Auctoris in litera secundũ, & videnter responsionẽ, & tamẽ arguente, quasi Auctor non responderit. Dicimus ergo, vt iam dictum est, q nec somniauimus potẽtiam vegetatiuam in muliere esse passiuã, actiua enim est, sed materiæ in quam semen viri agit: sicut etiam in vino & eodem homine digestiua virtus est actiua materiæ, in quam nutritiua agit, cõuertendo in substantiam aliti. Nec accipias proprie, sed exempli gratia dictum in litera in responsione ad secundum, quòd potentiæ generatiuæ in mari & femina sint sicut ars superior & inferior sunt enim non diuersæ, sed eiusdem rationis in se, quamuis si ad res effectas ab eis referatur, diuersarum rationũ inueniantur secundum diuersam rationem actiui & passiui, agendi & patiendi, vt dictum est. Dic ergo, quòd potentia generatiua feminæ est actiua, non generationis, sed materiæ proximæ & propriæ ipsius generationis & geniti.

¶ Ad secũdum dicitur, quòd mater diligit filium suum, vt proprii opus effectiue, secundum propriam materiam seu proprium corpus ipsius filii: est enim ipsa effectiua causa materiæ proximæ, vt dictum est.

¶ Et ex hoc patet responsio ad tertium, concedendo quòd quia mater est causa effectiua materiæ proximę filii, ideo filius assimilatur matri: fed fallunt argutẽtes a negata efficientia respectu actus conceptionis seu generationis in vtero, ad inferendum negari omnem efficientiam respectu filii.

¶ Ad quartum dicitur, q nos non dicimus matrem esse vt vas seu locum, &c. ambæ enim opiniones sunt extremæ, & quòd mater concurrat actiue ad generationẽ, & q mater sit pure recipiens, & passiue principium filij: media siquidẽ est peripatetica sentẽtia, matrem esse principium actiuũ materiæ filij, & passiuum generationis eiusdem. *li.6. Phy sit.ex. 27. 38. 39. to. 2.

¶ Ad obiecta ex Damasceni auctoritate respondetur in litera ad primũ quòd ideo generatiuũ adiunxit Damascenus susceptiuæ, quia diuersas conditiones indicant: susceptiua quidem potentia ad filium Dei refertur, generatiua autem ad virginitatẽ matris, virgo enim manens virgo, non potest generare, quoniam generatio tunc tantum naturaliter fieri potest a femina, quam tumcumque fœcunda, quum concipere potest, cõcipere autem passiue non potest sine virili semine, quod si fit, tam non virgo conciperet. Quia ergo beatæ Virgini tributum est, vt manens virgo posset concipere, ideo ad hoc describendum Dam. addidit generatiuam, potentia enim passiue generatiua, proculdubio potentia generatiua est, multum distans a ratione potentiæ susceptiuæ verbi Dei, vt patet. *lib. 4. de Trin. c. 5. in princ. to. 3. †li. 3. q. 8. q. 4 56. in fin. to. 4.

D.660. In cor. ar.

*loco citato in arg.

180 3. di. 3. q. 5. ar. 2. Et 4. contra c. 44.

quòd transmutatio sit naturalis, non requiritur, quòd in materia sit principium d actiuum, sed solum passiuum, vt dictum est.

QVAEST. XXXIII.

De Modo & Ordine conceptionis Christi, in quatuor articulos diuisa.

DEinde considerãdum est de modo & ordine conceptionis Christi.

¶ Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primo, Vtrum corpus Christi in primo instanti conceptionis fuerit formatum.

¶ Secundo, Vtrum in primo instanti conceptionis fuerit animatum.

¶ Tertio, Vtrum in primo instanti cõceptionis fuerit à verbo assumptũ.

¶ Quarto, Vtrum conceptio illa fuerit naturalis, vel miraculosa.

ARTICVLVS I.

Vtrum corpus Christi fuerit formatum in primo instanti conceptionis.

AD primum sic proceditur. Videtur quòd corpus Christi non fuerit formatum in primo instanti suæ conceptionis. Dicitur enim Io. 2. Quadraginta & sex annis ædificatum est templum hoc: quod exponens Aug. in 4. de Trin. *dicit, Hic numerus perfectionis Dominici corporis apertè cõgruit. Et in lib. †83. Quæstionũ dicit, non absurdè 46. annis dicitur fabricatum esse templum, quod corpus eius figurabat, vt quot anni fuerunt in fabricatione templi, tot dies fuerint in corporis Domini perfectione. nõ ergo in primo instanti conceptionis corpus Christi fuit perfectè formatum.

¶ 2 Præt. Ad formationem corporis Christi requirebatur motus localis, quo purissimi sanguines de corpore Virginis ad locum generationi congruum, peruenirent: nullum autẽ corpus potest moueri localiter in instanti, eo quòd tempus motus diuiditur secundum diuisionẽ mobilis: vt probatur in 6. Phy. *ergo corpus Christi nõ fuit in instanti formatum.

¶ 3 Præte. Corpus Christi formatum est ex purissimis sanguinibus Virginis, vt supra habitum est. † Non autem potuit esse materia illa in eodẽ instãti sanguis & caro, quia sic materia simul fuisset sub duabus formis. ergo aliud fuit instans, in quo vltimo fuit sanguis, & aliud in quo primo fuit caro formata: sed inter quælibet duo instantia est tempus medium. ergo corpus Christi non fuit in instanti formatum, sed per aliquod tempus.

¶ 4 Præt. Sicut potentia augmentatiua requirit determinatum tempus in sequela, quia mas & femina per se diuersificantur penes diuersa per se primo opera ad generandum: quoniam ad hoc a natura distinctio sexuum ordinatur, vt patet.

¶ Ad secundum vero dubium, contra eiusdem processus alteram consequentiam respondetur, quòd secunda consequentia, scilicet ergo tota vis actiua ex parte maris se tenet, rationabilis est, quia ex eo quòd e regione diuersificantur per se primo opera generationis penes actiuum & passiuum, consentaneum est, vt tota latitudo actiui in generatione se teneat ex parte primi actiui. Quòd autem opiniones diuersæ sint de semine maris, non obstat, quia rationabilis sit positio contraria peripateticorum principis, quam sequitur Auctor. Non est alienũ a doctrina sana tradere, quod rationi consonat, licet demonstratio mathematica non habeatur, licet alii oppositum sentiant. Ex dictis siquidem quilibet percipere potest, quod ex apparentibus membris & operationibus constantibus arguendo ad ea, quæ sensui non subiacent, consentaneum rationi est, vt prima distinguendi inter marem & feminam ratio per se penes agere & pati proculdubio generationem, propter quam per se primo est sexus, & eius diuersitas.

¶ Ad obiecta Scoti contra doctrinam articuli huius de matribus in communi respondetur, & ad primum dicitur, quòd mirum est de isto homine assumente argumentũ Auctoris in litera secundũ, & videnter responsionẽ, & tamẽ arguente, quasi Auctor non responderit. Dicimus ergo, vt iam dictum est, q nec somniauimus potẽtiam vegetatiuam in muliere esse passiuã, actiua enim est, sed materiæ in quam semen viri agit: sicut etiam in vino & eodem homine digestiua virtus est actiua materiæ, in quam nutritiua agit, cõuertendo in substantiam aliti. Nec accipias proprie, sed exempli gratia dictum in litera in responsione ad secundum, quòd potentiæ generatiuæ in mari & femina sint sicut ars superior & inferior sunt enim non diuersæ, sed eiusdem rationis in se, quamuis si ad res effectas ab eis referatur, diuersarum rationũ inueniantur secundum diuersam rationem actiui & passiui, agendi & patiendi, vt dictum est. Dic ergo, quòd potentia generatiua feminæ est actiua, non generationis, sed materiæ proximæ & propriæ ipsius generationis & geniti.

¶ Ad secũdum dicitur, quòd mater diligit filium suum, vt proprii opus effectiue, secundum propriam materiam seu proprium corpus ipsius filii: est enim ipsa effectiua causa materiæ proximę filii, vt dictum est.

¶ Et ex hoc patet responsio ad tertium, concedendo quòd quia mater est causa effectiua materiæ proximę filii, ideo filius assimilatur matri: fed fallunturargutẽtes a negata efficientia respectu actus conceptionis seu generationis in vtero, ad inferendum negari omnem efficientiam respectu filii. *lib. 4. de Trin. c. 5. in princ. to. 3. †li. 3. q. 8. q. 4 56. in fin. to. 4.

¶ Ad quartum dicitur, q nos non dicimus matrem esse vt vas seu locum, &c. ambæ enim opiniones sunt extremæ, & quòd mater concurrat actiue ad generationẽ, & q mater sit pure recipiens, & passiue principium filij: media siquidẽ est peripatetica sentẽtia, matrem esse principium actiuũ materiæ filij, & passiuum generationis eiusdem. *li. 6. Phy sit. ex. 27. 38. 39. to. 2.

¶ Ad obiecta ex Damasceni auctoritate respondetur in litera ad primũ quòd ideo generatiuũ adiunxit Damascenus susceptiuæ, quia diuersas conditiones indicant: susceptiua quidem potentia ad filium Dei refertur, generatiua autem ad virginitatẽ matris, virgo enim manens virgo, non potest generare, quoniam generatio tunc tantum naturaliter fieri potest a femina, quam tumcumque fœcunda, quum concipere potest, cõcipere autem passiue non potest sine virili semine, quod si fit, tam non virgo conciperet. Quia ergo beatæ Virgini tributum est, vt manens virgo posset concipere, ideo ad hoc describendum Dam. addidit generatiuam, potentia enim passiue generatiua, proculdubio potentia generatiua est, multum distans a ratione potentiæ susceptiuæ verbi Dei, vt patet. †li. 3. q. 8. q. 4 56. in fin. to. 4.

¶ Super quæstionis trigesimætertiæ Articul. 1.

TItulus de mensura formationis, qua corpus figuratum in membrorum interiorum & exteriorum forma est, quærit, an scilicet mensura durationis ipsius formationis fuerit instans conceptionis, an sicut in aliis hominibus fuerit tempus consequens conceptionem.

¶ In corpore articuli primo distinctio trimembris fit: secundo singula tractantur membra, & sic responderur quæsito.

Distinctio est: Tria in conceptione considerantur, &c. quæ clare patent in litera.

¶ Tractando autem tertium membrũ, scilicet de augmento, iuuerte q cum dicitur augmentũ non esse sine motu locali, intelligendo de motu locali, formaliter, vel virtualiter, hoc est, vel quia motui augmentationis iungitur vere localis motus corporis quanti ad maiorẽ locum, vel ipse motus augmenti afferens interiscee quantitatem maiorem, est collatiuus per viam sequelæ maioris loci, ac si motus ibi interueniret localis. Vtro autem modo sit, ratio literæ currit, quia vtroque modo tempore mensuratur acquisito maioris loci. Nõ est aũt locus iste cõsonus discutiendę huic quæstioni.

¶ Tractando secundum membrum in quo tituli quæstio consistit conclusio responsiua ponitur. Formatio corporis Christi fuit in instanti. Probatur dupliciter. primo, ex infinitate virtutis actiuæ: secundo ex parte personæ Filii.

¶ Clara sunt in litera, si aduerteris, quòd prima ratio concludit de possibili, secunda vero de facto Nam ex infinitate virtutis acti-

uæ,

Universidad de Deusto
Biblioteca

uæ, agentis tamen secundum liberum arbitrium, non infertur efficaciter, quòd fecit, sed q̃ facere potuit in instanti, & hoc expresse sonant verba literæ. Ex necessitate autẽ consistendi, quòd filius Dei cõceptus est, iuncta decentia, q̃ nõ nisi formatum
*li.18.ca. 35.in prĩ. corpus assumendũ erat, infertur quòd de facto idem fuit instans conceptionis, formationis, & assumptionis, vt patet.

¶ In respõsione ad primum, aduerte quòd Magister sen ten.in 4.dist.3. ex ponit Aug. auctoritatẽ nõ de formatione in se, sed in sua manifestatione. Et in idẽ redit respõsio Auctoris obscurior, quæ de augmẽto illius formationis exponit: augmentatio enim formatorum manifestauit formationẽ latentem prius ob paruitatẽ. Consonat autem expositio hæc Augustini verbis, qui de perfectione Domini corporis loquitur: quamuis enim ipsa formatio Dominici corporis in primo instãti fuerit perfecta essentialiter, non tamẽ fuit perfecta quantitatiue. Hoc est, quòd licet habuerit in primo instãti omnia membra
*q. præc. art.1. & lineamenta, non tamen in ea quantitate, quã habuisset, si in quadraginta & sex diebus fuisset corpus illud formatum, sed ad tantam quantitatem peruenit spatio quadragẽta sex dierum, & propterea tot dies in dominici corporis perfectione interuenisse dicuntur. Verũ est enim hoc de perfectione quãtitatiua formationis corporis, & nõ de perfectione essentiali ipsius formationis, vt dictũ est. Et ideo licet inter formationem corporis Christi, & aliorum sit differentia temporis, quia Christi corpus in instanti formatum est, aliorũ vero in 46. diebus inter perfectionẽ tamẽ quantitatiuã suo actu, ita etiam & virtus generatiua: vtraque enim est potentia naturalis ad vegetatiuam animam pertinens: sed corpus Christi fuit determinato tẽpore augmentatum, sicut & aliorũ hominum corpora: dicitur enim Luc. 2. q̃ proficiebat sapientia & ætate. ergo videtur q̃ pari ratione formatio corporis eius. quæ pertinet ad vim generatiuam, non fuerit in instanti, sed determinato tempore, quo aliorum hominum corpora formantur.

¶ Sed contra est, quòd Greg.* dicit 18. Moralium, Angelo nuntiante, & Spiritusancto adueniente, mox verbum in vtero, mox intra vterum Verbum caro.

¶ Respon. Dicendum, q̃ in conceptione corporis Christi, tria est considerare. Primo quidem, motum localẽ sanguinis ad locum generationis: secundo formationem corporis ex tali materia: tertio autem, augmentum quo perducitur ad quantitatem perfectam: in quorum medio ratio conceptionis consistit. nam primum est conceptioni præambulum: tertium autem conceptionem consequitur. Primum autem nõ potuit esse in instanti, quia hoc est contra ipsam rationem motus localis corporis cuiuscunq; cuius partes successiuè subintrant locum. Similiter & tertium oportet esse successiuũ, tum quia augmentum non est sine motu locali, tum etiam quia procedit ex virtute animæ iam in corpore formato operantis, quæ non operatur nisi in tempore. Sed ipsa formatio corporis, in qua principaliter ratio conceptionis consistit, fuit in instanti duplici ratione. Primo quidem, propter virtutem agentis infinitam, scilicet Spiritus sancti, per quẽ corpus Christi est formatum, vt supra dictũ est.* Tanto enim aliquod agens citius potest materiam disponere, quãto maioris virtutis est: vnde agens infinitæ virtutis, potest in instanti materiã disponere ad debitam formam. Secundo ex parte personæ Filij, cuius corpus formabatur: non enim erat congruum vt corpus humanum assumeret nisi formatum. Si autem ante formationem perfectam aliquod tempus conceptionis præcessisset, non posset tota conceptio attribui filio Dei, quæ non attribuitur ei nisi ratione assumptionis. Et ideo in primo instãti, quo materia adunata peruenit ad locum generationis, fuit perfectè formatum corpus Christi & assumptum. Et per hoc dicitur ipse filius Dei conceptus, quod aliter dici non posset.

¶ Ad primum ergo dicendum, q̃ verbum Aug. vtrobiq; non refertur ad solam formationem simul cum determinato augmento vsq; ad tempus partus. Vnde secũdum rationem illius numeri, dicit perfici tempus nouem mensiũ, quo Christus fuit in vtero Virginis.

¶ Ad secundum dicendum, quòd motus ille localis non comprehenditur infra ipsam conceptionem, sed est conceptioni præambulus.

¶ Ad tertium dicendum, quòd non est assignare vltimum instans, d in quo materia illa fuit sanguis, sed est assignare vltimum tempus, quod continuatur nullo interueniente medio ad primum instans, in quo fuit caro Christi formata. Et hoc instans fuit terminus temporis motus localis materiæ ad locum generationis. D. 748.

¶ Ad quartum dicendum, quòd augmentum fit per potentiã augmentatiuam ipsius, quod augetur: sed formatio corporis fit per potentiam generatiuã non eius qui generatur, sed ipsius genitoris ex semine, in quo operatur vis formatiua ab anima patris deriuata. Corpus autem Christi non fuit formatũ ex semine viri (sicut supra dictum est*) sed ex operatione Spiritussancti, & ideo talis debuit esse formatio, vt Spiritum sanctum deceret. Sed augmentũ corporis Christi fuit factum secundum potentiam augmentatiuam animæ Christi, q̃ cum sit specie conformis animæ nostræ, eodem modo debuit corpus illud augmentari, sicut & alia hominum corpora augmentantur, vt ex hoc ostenderetur veritas humanæ naturæ. q. præc. art.1.

Articvlvs II.

Vtrum corpus Christi fuerit animatum in primo instanti suæ conceptionis.

¶ *Super quæstionis trigesimætertiæ, Artic. 2.*

Titulus. de animato intellectiua, anima, quærit. 181 3. di.3.q. 1.ar.2.ad 3.& 4.cõ. cap.44.& 45.ad 2. Et op.3.c. 223.& 224. Et Io.1.li. 15.& ca. 2.li.3.

¶ In corpore vna est conclusio: corpus Christi in primo conceptionis instanti fuit anima tum anima rationali. Probatur: Filius Dei cõceptus est ex Spiritusancto. ergo dũ cõciperetur assumpsit corpus ergo animatũ anima intellectiua. Antecedens est in Symbolo. Prima consequentia probatur, quia aliter nõ attribui posset filio Dei conceptum esse: secunda vero, quia assumpsit corpus mediante anima, & animam mediante spiritu, idest intellectu, vt patet ex superioribus. *Est epist. 11. ad Iulianum epis. Cõsem non re motea fine illius.

AD secũdum sic proceditur. Videtur quòd corpus Christi non fuerit animatum in primo instanti suæ conceptionis. Dicitur enim Leo Papa in Epistola ad Iulianum*. Non alterius naturæ erat caro Christi quàm nostra, necalio illi quàm cæteris hominibus anima est inspirata principio: sed aliis hominibus nõ infunditur anima in primo instanti suæ conceptionis. ergo nec corpori Christi anima debuit infundi in primo instanti suæ conceptionis.

¶ 2 Præter. Anima, sicut quælibet forma naturalis, requirit determinatam quantitatem in sua materia: sed in primo instanti conceptionis corpus Christi nõ habuit tantam quantitatem, quantam habent corpora aliorum hominũ, quãdo animantur, alioquin si continuè fuisset postmodum augmentatum, vel citius fuisset natum, vel in sua natiuitate fuisset maioris quantitatis, quam alij infantes: quorum primum est contra Aug.* 4. de Trini. vbi probat eum spatio nouem mensium in vtero Virginis fuisse; secundum autem est contra Leonem Papam, qui in sermone Epiphaniæ dicit, quòd Magi inuenerunt puerum Iesum in nullo ab humanæ infantiæ generalitate discretum. non ergo corpus Christi fuit animatum in primo instanti suæ conceptionis. *l.4.ca.5. tom.5. In serm.4. circa medium illius inchoationabile. *lib.2.c. 4.com.4.

¶ 3 Præter. Vbicumq; est prius & posterius, oportet esse plura instantia: sed secundum Philosoph.* in li. de generatione animalium, in generatione hominis requiritur prius & posterius: prius enim est viuum, & postea animal & postea homo. ergo non potuit animatio Christi perfici in primo instanti suę conceptionis.

Sed

li.3.c.2.a med. ¶ Sed contra est, quòd Damas.* dicit in 3. lib. Simul caro, simul Dei verbi caro, simul caro animata anima rationali & intellectuali.

¶ Respondeo Dicendum, q̃ ad hoc, q̃ conIn symb. ceptio ipsi filio Dei attribuatur (vt in Symbolo* confitemur, dicentes. Qui conceptus est de Spiritusancto) necesse est dicere, q̃ ipsum corpus Christi, dum conciperetur, esset a verbo Dei assumptum. Ostensum est autẽ
q.6.ar.1 supra,* q̃ verbum Dei assumpsit corpus mediante anima & animam mediante spiritu, id est intellectu: vnde oportuit q̃ in primo instanti conceptionis corpus Christi esset animatum anima rationali.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd principium inspirationis animę, potest considerari dupliciter. Vno modo, secundum dispositionem corporis, & sic non ab alio principio inspirata est anima corpori Christi, & corporibus aliorum hominum: sicut enim statim formato corpore alterius hominis, infunditur anima, ita fuit in Christo. Alio modo, potest considerari dictum principium, solum secundum tempus, & sic quia prius tempore formatum fuit perfectè corpus Christi, prius tempore fuit etiam animatum.

¶ Ad secundum dicendum, quòd anima requirit debitam quantitatem in materia, cui infunditur, sed ista quantitas quandã latitudinem habet, quia & in maiori, & in minori quantitate saluatur. Quantitas autem corporis, quã habet, cum primo sibi infunditur anima, proportionatur quantitati perfectæ, ad quam per augmentum perueniet, ita. s. q̃ maiorum hominum maiorẽ quãtitatem corpora habent in prima animatione. Christus autem in perfecta ætate habuit decentem & mediocrẽ quantitatem, cui proportionabatur quantitas quam corpus eius habuit in tempore, quo aliorum hominum corpora animantur, minorem tamen habuit in principio suæ conceptionis: sed tamen illa parua quantitas non erat tam parua, vt in ea non posset ratio animati corporis conseruari, cum in tali quantitate quorundam paruorũ hominum corpora animentur.

¶ Ad tertium dicendum, quòd in generatione alioloco ci- tato Iar. rum hominum locum habet, quod dicit Philo.* propter hoc q̃ successiuè corpus formatur, & disponitur ad animam: vnde primo, tamquam imperfectè dispositum, recipit animam imperfectam, & postmodum quando perfectè est dispositum, recipit animam perfectam: sed corpus Christi propter infinitam virtutem agentis fuit perfectè dispositũ in instanti, vnde statim in primo instanti recepit formam perfectam, idest animam rationalem.

Articvlvs III.

Vtrum corpus Christi in primo instanti suæ conceptionis fuerit à verbo assumptum.

¶ *Super quæstionis trigesimæ tertiæ, Articulum tertium.*

Titulus prima facie superfluitatẽ præsefert, quia iã in præcedenti ar. assumptũ & probatum est, q̃ dum conciperetur corpus Christi, assumptum est. Verumtamen si conspectũ fuerit q̃ propriashæc difficultates, q̃ positio ista, quæ manifestata est ad fundandum antedicta, nõ superfluit 182 3.di.2.q. 2.ar. 3.& di.3.q.5. ar.2.Et 4 cont. ca. 44.& 45.

AD Tertium sic proceditur. Videtur, q̃ caro Christi prius fuerit concepta, & postmodum assumpta. Quod enim non est, non potest assumi: sed caro Christi per conceptionem esse incepit. ergo videtur q̃ fuerit assumpta à verbo Dei, postquam fuit concepta.

¶ 2 Præte. Caro Christi fuit assumpta à verbo Dei mediante anima rationali: sed in termino conceptionis accepit animam rationalem. ergo in termino conceptionis fuit assumpta: sed in termino conceptionis dicitur iam concepta. ergo prius fuit concepta, & postmodum assumpta.

¶ 3 Præt. In omni generato prius tempore est id, quod est imperfectum eo, quod est perfectum, vt patet per Philosophum in 9. Metaph.* sed corpus Christi est quiddam generatum. ergo ad vltimam perfectionem, quæ consistit in vnione ad verbum Dei, non statim in primo instanti conceptionis peruenit, sed primo fuit caro concepta, & postmodum assumpta. *li.9. tex. 13.to.3

¶ Sed contra est q̃ Augustin.* dicit in lib. de fide ad Petrum, Firmissimè tene & nullatenus dubites, carnem Christi non fuisse conceptam in vtero Virginis, priusquam susciperetur à Verbo. cap.18.in prin.to.3

¶ Respondeo dicendum, quòd (sicut supra dictum est*) propriè dicimus Deum factum esse hominem, non autem propriè dicimus, q̃ homo factus sit Deus, quia. s. Deus assumpsit sibi id, quod est hominis, nõ autẽ præextitit id, quod est hominis, quasi per se subsistens antequam susciperetur à Verbo. Si autem caro Christi fuisset concepta, antequam susciperetur à Verbo, habuisset aliquando aliquam hypostasim præter hypostasim Verbi Dei, quod est contra rationẽ incarnationis, secundum quam ponimus verbum Dei esse vnitum humanæ naturæ, & omnibus partibus eius in vnitate hypostasis, nec fuit conueniens quòd hypostasim præexistentem humanæ naturæ vel alicuius partis eius, uerbum Dei sua assumptione destruere. & ideo contra fidem est dicere, q̃ caro Christi prius fuerit concepta, & post modum assumpta à uerbo Dei. q.16.ar.6 &7.

¶ Ad primum ergo dicendũ, quòd quòd si caro Christi non fuisset in instanti formata, seu concepta, sed per temporis successionem, oporteret altrum duorum sequi, vel quòd assumptum nondum esset caro, vel quòd prius esset conceptio carnis, quàm eius assumptio: sed quia ponimus, conceptionem in instanti esse perfectam consequens est, quòd in illa carne simul fuit concipi & conceptum esse. Et sicut Aug.* dicit in libr. de fide ad Petrum, dicimus ipsum Dei uerbum suæ carnis acceptione conceptum, ipsamque carnem Verbi incarnatione conceptam.

¶ Et per hoc, patet etiam responsio ad 4m. Nã simul dum caro illa cõcipitur, concepta est, & animatur.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ in mysterio incarnationis, non consideratur ascensus quasi alicuius præexistentis proficiẽtis usq; ad unionis dignitatẽ, sicut posuit Photinus hæreticus, sed potius consideratur ibi descensus 4m quòd perfectũ Dei verbum imperfe-

¶ Super

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ *Super Quæstionis trigesimatertiæ Ar. IIII.*

TItulus quærit, an simpliciter & absolute conceptio Christi fuerit naturalis vel miraculosa. Constat enim, q̃ in cõceptione naturæ nostræ sibi assumpsit, secundum illud Ioan. 6. Descendi de cœlo.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum conceptio Christi fuerit naturalis, vel miraculosa.

AD Quartum sic proceditur. Videtur quòd conceptio Christi fuerit naturalis. Secundum enim conceptionẽ carnis, Christus dicit filius hominis. Est autem uerus & naturalis filius hominis, sicut & uerus & naturalis Dei filius. ergo eius conceptio fuit naturalis.

¶ 2 Præterea. Nulla creatura producit operationem miraculosam: sed conceptio Christi attribuitur beatæ Virgini, quæ est pura creatura, dicitur. n. q̃ Virgo Christum concepit. ergo videtur q̃ non sit miraculosa conceptio, sed naturalis.

¶ 3 Præterea. Ad hoc quòd aliqua transmutatio sit naturalis, sufficit q̃ principium passiuum sit naturale, vt supra habitum est: * sed principium passiuum ex parte matris in conceptione Christi fuit naturale, vt ex dictis patet. * ergo conceptio Christi fuit naturalis.

¶ SED CONTRA est, quod Dionys. dicit in Epistola ad Caium monachum: * Super hominem operabatur Christus ea, quæ sunt hominis, & hoc monstrat Virgo supernaturaliter concipiens.

¶ Respondeo dicendum, q̃ (sicut Amb.* dicit in lib. de incarnatione) multa in hoc mysterio, & secundum naturam inuenies, & vltra naturam. Si enim consideremus id, quod est ex parte materiæ conceptus quam mater ministrauit, totum est naturale. Si verò consideremus id, quod est ex parte uirtutis actiuæ, totum est miraculosum: sed quia unumquodque magis iudicatur secundum formam, quàm secundum materiam, & similiter secundum agens, quàm secundum patiens, inde est, q̃ conceptio Christi debet dici simpliciter miraculosa & supernaturalis: sed secundum aliquid naturalis.

¶ Ad primum ergo dicendum, q̃ Christus dicitur naturalis filius hominis, inquantum habet naturam humanam veram, per quam est filius hominis, licet eam miraculosè habuerit: sicut cæcus illuminatus, uidet naturaliter per potentiam visiuam, quam miraculosè accepit.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ conceptio attribuitur Virgini beatæ, non tanquam principio actiuo: sed quia ministrauit materiam conceptui, & in eius utero est conceptio celebrata.

¶ Ad tertium dicendum, quòd principium passiuum naturale sufficit ad trasmutationem naturalem, quando naturali, & consueto modo mouetur à principio actiuo proprio: sed hoc in proposito non habet locum: & ideo conceptio illa non potest dici simpliciter naturalis.

283 3 d.3.q.2. ar.2. Et 4 cont. c.45 Et quo.6. q6. 10. Et opus.3.c. 225. vsque 227. Et Isa.7. lec.2 prin.

q.præ.a.4

q.32.ar.4

In ep. quæ inci. Quæris quidẽ circa me. illius.

C.6. circa med to.2.

¶ *Super Quæstionis trigesimæquartæ Articu. I.*

TItulus clarus est, intellectus vt sonat.

¶ In corpore vnica est conclusio: Christus fuit sanctificatus in primo suæ conceptionis instanti. Probatur: Abundantia gratiæ sanctificantis animã Christi derivatur ex ipsa Verbi vnione. ergo in primo instanti conceptionis Christus habuit plenitudinem gratiæ sanctificantis animam, & corpus eius. Antecedens probatur, Io. 1. Consequentia probatur ex supra dictis, q̃ corpus Christi animatum, & assumptum in primo suæ conceptionis instanti fuit.

¶ Aduerte hic & in resolutorio ad primum, vt ipsum originis ordinẽ sic intuearis, vt perspicias esse non solũ originis, sed causalitatis ordinẽ inter gratiã vnionis, & gratiam habitualẽ in Christo. hæc. n. Auctor hic docet ex doctrina suan gelica, vidimus eũ plenum gratiæ quã si vnigenitũ a Patre. Nota aũt hoc, quia priora ordine generationis tantum, sunt imperfectiora, vtpote ordinata ad posteriora vt ad finẽ, vt artificialiũ ordo in exequutione cellatur: sed priora ordine generationis & cõsecutionis simul, nõ imperfectiora, sed perfectiora sunt, & finales posteriorũ, ut patet de subtilitate, & accidente proprio: homo enim prius generatur, q̃ suum accidens proprium, quod ipsum concomitatur, perfectius tñ eas homo est, quia nõ solũ origine, sed causalitate præcedit suũ accidẽs: est. n. illius causa effectiua, & finalis. Et simile accidit in mysterio Christi: prin. ex equutionis ordine ẽ gratia vnionis & posterius comitatur gratia habitualis sanctificãs animam Christi: licet non propterea est imperfectior, ut Scotus in 3. sent. dis. 7. q. 3. dubio secundo sõniauit, vel finxit, ponens, prius ordine

q.7 ar.1

q.præc.a.

3. d.5.q.3 ar.3.

dine intentionis esse summam gratiam seu gloriam, & propterea vnionem intentam propter dictam rationem defectum in scilicet prius in exequutione est posterius in intentione. Debebat apponere ly tantum, & dicere, prius ordine exequutionis, tantum, est posterius ordine intentionis, alioquin proposito non esset vniuersaliter vera, & tunc subsumendo, sed vnio personalis ẽ prior ordine exequutionis tãtum, aduertisset minorẽ hanc esse falsã, & desuisset illã inopinabilẽ phãtasiam confutatã ab euangelio, & ab vniuersis parũ meditantibus circa excellentiam mysterii vnionis personalis. Est siquidem non solũ prior exequutione, sed causalitate omni possibili, est enim finis & efficiens reliquorum donorum in Christo. Et ideo ex ipsa vnione concludimus & gratiam & gloriam summã, adeo, vt Io. Euangel. describens plenitudinem gloriæ in Christo, nesciens quomodo melius describeret, vt ad radicem altissimam se conferret, cum dixisset, Vidimus gloriam eius, subdidit, Gloriam quasi vnigeniti a patre, plenum, & cet. Nõ solum vniuersa humana natura, sed dæmones, & Angeli stupent de mysterio Vnionis personalis. Sit ad ipsum omnia a principio mundi ordinata conspicimus, tanquam maximũ omnium factibilium, sicut & vere est eorum maximum: non potest siquidem maius fieri, quam q̃ homo sit vere personaliter Deus. Et iste homo nõ erubuit dicere eam esse posteriorem ordine intentionis.

li.1.ca.6. non. pcul a prin.t.3

¶ *Super quæstionis trigesimæ quartæ, Articuli. II.*

li.18.c.34 circa me.

TItulus clarus. ¶ In corpore vnica est conclusio: Christus in primo instanti suæ conceptionis habuit vsum liberi arbitrii. Probatur, Humanæ naturæ assumptæ cõfacta sunt, ita per Verbum incarnatum sunt omnes homines sanctificati, qui sanctificantur, Heb. 2. Qui sanctificat, & qui sanctificantur ex vno omnes: sed verbum Dei, per quod facta sunt omnia, non est factum, vt Augu. * dicit in 1. de Trin. ergo Christus per quem sanctificantur omnes, non est sanctificatus.

¶ Sed Contra est, quòd dicitur Luc. 1. Quod ex te nascetur sanctum, vocabitur filius Dei. vt Io. 10. Quem pater sanctificauit, et misit in mundum.

¶ Respondeo, Dicendum, q̃ (sicut supra dictum est *) abundantia gratiæ sanctificantis animam Christi, derivatur ex ipsa Verbi vnione, secundum illud Ioan. 1. vidimus gloriam eius quasi Vnigenitii a patre, plenum gratiæ, & veritatis. Ostensum est aut supra *, q̃ in primo instanti suæ cõceptionis corpus Christi animatũ fuit, & à verbo Dei assumptũ: vnde cõsequens est, q̃ in primo instanti conceptionis Christus habuerit plenitudinem gratiæ sanctificantis animam, & corpus eius.

¶ Ad primum ergo dicẽdum, quòd ille ordo quẽ ponit ibi Apostolus, pertinet ad eos, qui per profectum ad spiritualem statum perueniunt. In mysterio autem incarnationis magis consideratur descensus diuinæ plenitudinis in naturam humanam, quam profectus humanæ naturę, quasi præexistentis in Deũ: & ideo in homine Christo a principio fuit perfecta spiritualitas.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ sanctificari, est aliquid fieri sanctum. Fit aũt aliquid non solum ex contrario, sed etiam ex negatiuè vel priuatiuè opposito, sicut album fit ex nigro, & etiam ex non albo: nos autem ex peccatoribus sancti efficimur, & ita sanctificatio nostra est ex peccato: sed Christus quidẽ secundum hominem factus est sanctus: quia hanc gratiæ sanctitatem non semper habuit, non tamen factus est sanctus ex peccatore, quia peccatum nunquam habuit, sed factus est sanctus, ex non sancto secundũ hominẽ, non quidem priuatiuè, vt s. aliquando fuerit homo, & non fuerit sanctus: sed negatiuè, quia scilicet quando non fuit homo, non habuit sanctitatem humanam & ideo simul factus fuit homo & sanctus homo. Propter quod Angelus dicit, Lucæ 1. Quod nascetur ex te sanctum: quod exponens Gre.* 18. Mor. dicit, Ad distinctionem nostræ sanctitatis, IESVS sanctus nasciturus asseritur, nos quippe si sancti efficimur, nõ tamen nascimur, quia ipsa naturæ corruptibilis conditione constringimur: ille autem solus veraciter sanctus natus est, qui ex coniunctione carnalis copulæ conceptus non est.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ aliter operatur pater creationem rerum per Filium, aliter tota Trinitas sanctificationem hominum per hominẽ Christum. Nam verbum Dei est eiusdẽ virtutis & operationis cum Deo patre, vnde pater non operatur per Filiũ sicut per instrumentum, q̃ mouet motũ. Humanitas aũt Christi est, sicut instrumentum diuinitatis, vt supra dictum est: * & ideo humanitas Christi est sanctificans & sanctificata.

ARTICVLVS II.

Vtrum Christus in primo instanti suæ conceptionis habuerit vsum liberi arbitrij.

AD Secundum sic proceditur. Videtur q̃ Christus secũdum hominem non habuerit vsum liberi arbitrii in primo instanti suæ conceptionis. Prius est. n. esse rei, quam agere vel operari: vsus autem liberi arbitrii est quædam operatio. Cum ergo anima Christi esse inceperit in primo instanti conceptionis (vt ex prædictis patet*) videtur esse impossibile, q̃ in primo instanti conceptionis habuerit vsum liberi arbitrii.

¶ 2 Præt. Vsus liberi arbitrii est electio. Electio autem præsupponit deliberationẽ consilii, dicit. n. Philosophus in 10. Ethico. * q̃ electio est appetitus præconsiliati. ergo videtur impossibile, q̃ in primo instanti suæ conceptionis Christus habuerit vsum liberi arbitrii.

¶ 3 Præt. Liberum arbitrium est facultatis & rationis (vt in prima parte habitum est*) & ita vsus liberi arbitrii est actus voluntatis & rationis siue intellectus: sed actus intellectus præsupponit actum sensus qui esse non potest sine conuenientia organorum, quę non videtur fuisse in primo instanti conceptionis Christi. ergo videtur q̃ Christus non potuerit habere vsum liberi arbitrii in primo instanti suæ cõceptionis.

¶ Sed contra est, q̃ Aug.* dicit in lib. de Trin. Mox vt Verbum uenit in uterum, seruata veritate propriæ naturæ factum est caro, & perfectus homo: sed perfectus homo habet vsum liberi arbitrii. ergo Christus habuit in primo instanti suæ conceptionis vsum liberi arbitrii.

¶ Respon. Dicendum, q̃ (sicut supra dictum est*) humanæ naturæ, quam Christus assumpsit, conuenit spiritualis perfectio, in qua non profecit, sed uenit spiritualis perfectio a principio. ergo Christus in primo suæ conceptionis instanti habuit illam operationem, quæ potest in instanti haberi. ergo habuit suæ vsum liberi arbitrii. Antecedens habetur ex supradictis, q̃ Christus non profecit in spirituali perfectione. Consequentia prima probatur, quia perfectio vitæ non in potentia, vel habitu, sed operatione consistit, in cuius signũ secũdo de Anima, operatio actus secũdus dicitur. Consequentia secunda probatur, quia operatio intellectus, & voluntatis, in qua vsus arbitrii liberi consistit, potest haberi in instanti: quod declaratur a minori ex operatione vsus. Et probatur tertia ratione, quia est motus qui est actus perfecti, ad differentiã motus, qui perficitur successiue, vt dicitur in tertio de anima.

¶ Circa assumptũ huius processus dubium occurrit, quoniam æquiuocare videtur de perfectione. Nam perfectio actus secundi non est inconueniens, quòd de nouo aduenerit sanctæ Christi etiam secundum scientiã infusam, alioquin anima Christi semper fuisset in actu secundo respectu omnium, quæ possunt cognosci per scientiam infusam, quod patet esse falsum. Proficere ergo animam Christi in perfectione spirituali, potest intelligi dupliciter. Primo, secundum perfectionẽ actus secundi, & sic non inconueniret, animam Christi profecisse. Alio modo secundum perfectionem actus, & sic dato, q̃ hic inconueniens, est extra propositum, quia de perfectione actus secundi quæritur & tractatur, vt patet. Et sic antecedẽs fuit, ac per hoc totus processus literæ.

¶ Ad hoc dicitur, quòd aliud est acquirere simpliciter actum secundum: & aliud est transire de vno actu secundo in alium quia in acquisitione simpliciter actus secundi, quando scilicet anima ex non operãte fit operãs consistit perfectus ipsius animæ, proficit enim acquirendo suam perfectionem

Tertia S. Thom. P

3 Eth.c. 3 circa. fi. to.5

1.p.q.83.

Id habet Gre. li.9 regist. epist. 61. a med. Et Aug. 13 de Tri. c. 9. t. 17. & 19. to.3

q.7.ar.12 Et q.49.a. 3. hic q.33 ar.3

Universidad de Deusto
Biblioteca

nem & finem, propter quem est. vnumquodque enim est propter suam operationem, vt dicitur 2. Cel. In transeundo vero de vno actu secundo in alium, non constitit profectus ipsius animæ, vt patet ex eo, q quandoque ad imperfectiorem actum secundum, cõtingit ex perfectiori transire, vbi non proficere, sed deficere potius inuentur. Et propterea, licet nullum inconueniens sit ponere in Christi anima nouos multos actus secundos per successum temporis, inconueniens tñ esset ponere animã ipsi totaliter caruisse quandoqs actu secundo, quia fuisset simpliciter imperfecta tunc, & vere profecisset, non ẽm hãc vel illam perfectionẽ, sed simpliciter, qđ excellẽtiæ animæ assumptæ non consonat. Et quia processus literæ fundatur non super hæc, vel illa perfectione actus secundi, sed super perfectione spirituali simpliciter, & superprofectu secundum spiritualem perfectionem simpliciter, ideo verũ assumit, & efficaciter concludit. Oportet enim ponere animam Christi a principio ita perfectam simpliciter, vt non profecerit simpliciter adhoc autem manifeste constat seq & q a principio fuit in actus secundi perfectione, & q oppositum, scilicet, q fuerit in principio totaliter absque secundo actu, repugnat perfectioni simpliciter ipsius animæ a principio. Et propterea optime illatum est, q habuit in primo instanti illas operationes, quas potuit in illo instanti habere, tenuato intellecto tu, naturæ & decẽtiæ ordine: quod dico ne confundaris ierutando, quæ est maior ratio de illa quãm de illa operatione, q habita fuerit in illo primo instanti: absq; dubio enim cõstat primum operum nostrorum, quo reliquis veniamur, consistere in libero arbitrio: & ideo optime concludum in litera non solum de possibili: sed de facto in anima Christi tunc.

1.2.de anima tex.5. to.2

D.746.

1.3.de anima te.28 to.2.

In cor.ar.

q.11.ar.2

li.2.c.4.& 3.c.4

eam statim a principio habuit. Perfectio autem vltima non consistit in potentia vel in habitu, sed in operatione: vnde in 2. de Anima dicitur, † quòd operatio est actus secundus. Et ideo dicendum est, quòd Christus in primo instanti suæ conceptionis habuit illam operationem animæ, quæ potest in instanti haberi. Talis autem est d operatio voluntatis & intellectus, in qua cõsistit vsus liberi arbitrij. Subito enim, & in instanti perficitur operatio intellectus & voluntatis, multo magis quã visio corporalis, eo quòd intelligere, velle & sentire, non est motus qui sit actus imperfecti (quod successiue perficitur) sed est actus iam perfecti, vt dicitur in 3. de Anima.* Et ideo dicendum est, quòd Christus in primo instanti suę conceptionis habuit vsum liberi arbitrij.

¶ Ad primum ergo dicendum, quod esse est prius natura quam agere, non tamen est prius tempore, sed simul cũ agens habet esse perfectum, incipit agere, nisi fit aliquid impediens: sicut ignis simul dum generatur, incipit calefacere & illuminare: sed calefactio non terminatur in instanti, sed per tempus successiones, illuminatio autem perficitur in instanti. Et talis operatio est vsus liberi arbitrij, ut dictum est. †

¶ Ad secundum dicendum, quòd simul cum terminatur consilium vel deliberatio, potest esse electio: illi autem qui deliberatione consilij indigent, in ipsa terminatione consilij primo habent certitudinem de eligendis, & ideo non statim eligunt. Ex quo patet, quod deliberatio consilij non præexigitur ad electionem, nisi propter inquisitionem incerti. Christus autem in primo instanti suæ conceptionis, sicut habuit plenitudinem gratiæ sanctificantis, ita habuit plenitudinem veritatis cognitæ, secundum illud, Plenum gratiæ & veritatis, vnde quasi habens omnium certitudinem, potuit statim in instanti eligere.

¶ Ad tertium dicendum, quòd intellectus Christi, secundum scientiam infusam poterat intelligere, etiam non conuertendo se ad phantasmata, vt supra habitum est. * vnde poterat in eo esse operatio voluntatis & intellectus absque operatione sensus, sed tamen potuit in eo esse etiam operatio sensus, in primo instanti suæ conceptionis, maxime quantum ad sensum tactꝰ, quo sensu proles cõcepta sentit in matre, etiã ante quã anima rationalẽ obtineat, vt dicitur in lib.* de Generatione animalium, undecũ Christus in primo instanti suæ conceptionis habuerit animam rationalem, formato iam & organizato corpore eius, multo magis in eodem instanti poterat habere operationem sensus tactus.

ARTICVLVS III.

Verum Christus in primo instanti suę conceptionis mereri potuerit.

AD Tertium sic proceditur. Videtur q Christus in primo instanti suę conceptionis mereri non potuerit. Sicut enim se habet liberum arbitrium ad merendum, ita ad demerendum: sed diabolus in primo instanti suæ creationis nõ potuit peccare, vt in prima parte habitum est. * ergo neque anima Christi in primo instanti suæ creationis (quod fuit primum instans conceptionis Christi) potuit mereri.

¶ 2 Præt. Illud, quod homo habet in primo instanti suæ conceptionis, videtur ei esse naturale: quia hoc est ad quod terminatur sua generatio naturalis: sed naturalibus non meremur, vt patet ex his, quæ dicta sunt in Secunda parte. ergo videtur q vsus liberi arbitrij, quem Christus habuit secundum hominem in primo instanti suæ conceptionis, non fuerit meritorius.

¶ 3 Præt. Id, quod semel aliquis meruit, iam fecit quodammodo suum & ita non videtur q iterum possit illud mereri: quia nullus meretur quod suũ est. si ergo Christus in primo instanti suæ conceptionis meruit, sequitur q postea nihil meruerit, quod patet esse falsum. non ergo Christus in primo instanti suæ conceptionis meruit.

¶ SED CONTRA est, quòd Augustꝰ. dicit super Exod. Non habuit omnino Christus iuxta animæ meritum, quo potuisset proficere. Potuisset autem proficere in merito, si in primo instanti suæ conceptionis non meruisset. ergo in primo instanti suæ conceptionis meruit Christus.

¶ Respon. Dicendum, q (sicut supra dictum est*) Christus in primo instanti suæ conceptionis sanctificatus fuit per gratiam. Est autem duplex sanctificatio: vna quidem adultorum, qui secundum proprium actum sanctificatur, alia autem puerorum, qui non sanctificantur secundum proprium actũ fidei sed secundum fidem parentum vel Ecclesię. Prima aũt sanctificatio est perfectior, q secũda, sicut actus est perfectior, q habitus, & quod est per se, eo quod est per aliud. Cũ ergo sanctificatio Christi fuerit perfectissima (quia sic sanctificatus est, vt esset aliorum sanctificator) consequens est, q ipse secũdum proprium motũ liberi arbitrii in Deum, fuerit sanctificatus, qui quidem motus liberi arbitrii est meritorius. Vnde consequens est, q in primo instanti suę conceptionis, Christus meruerit.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, q liberum arbitrium non eodẽ modo se habet ad bonum & ad malũ. Nam ad bonum se habet per se & naturaliter, ad malum autem se habet per modum defectus & præter naturam. Sicut autem Phil. dicit* in 2. de Cælo, Posterius est quod est præter naturã, eo quod est secundum naturam: quia id, quod est præter naturam, est quædam excisio ab eo quod est secundum naturam, & ideo liberum arbitrium creaturæ d in primo instanti creationis potest moueri ad bonum meredo, non autem ad malum peccando, si tamen natura sit integra.

¶ AD SECVNDVM dicendum, quòd illud, quod homo habet in principio suæ creationis secundum communem naturæ cursum, est homini naturale, nihil tamen prohibet quin aliqua creatura in principio suæ creationis, aliquod beneficium gratiæ à Deo consequatur. Et hoc modo anima Christi in principio suæ creationis consecuta est gratiam, qua posset mereri. & ea ratione gratia illa, secundum quandam similitudinem dicitur fuisse illi homini naturalis, ut patet per Aug.* in Enchir.

¶ Ad tertium dicendum, quòd nihil prohibet idem esse alicuius ex diuersis causis. Et secundum hoc Christus gloriam immortalitatis, quam meruit in primo instanti suæ conceptionis, potuit etiam posterioribus actibus & passionibus mereri, non quidem vt esset sibi magis debita, sed vt sibi ex pluribus causis deberetur.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum Christus fuerit perfectus comprehensor in primo instanti suæ cõceptionis.

AD quartum sic proceditur. Videtur q Christus non fuerit perfectus comprehensor in primo instanti suæ conceptionis. Meritum. n. præcedit præmium, sicut & culpa pœnã: sed Christus in primo instanti suæ cõceptionis meruit, sicut dictum est.* Cum ergo status comprehensoris sit principale præmium, videtur quòd Christus in primo instanti suæ conceptionis non fuerit comprehensor.

¶ 2 Præt. Dominus dicit Luc. vlt. Hæc oportuit Christum pati, & ita intrare in gloriam suam: sed gloria pertinet ad statum comprehensoris, ergo Christus non fuit in statu cõprehensoris in primo instanti suæ conceptionis, quando adhuc nullam sustinuerat passionem.

¶ 3 Præt. Illud, quod non conuenit nec homini, nec angelo, vt esse proprium Deo, & ita non conuenit Christo ẽm q homo: sed semper esse beatum, non conuenit nec homini nec angelo: si. n. fuissent conditi beati, postmodũ non peccassent. ergo Christus secundum q homo, non fuit beatus in primo instanti suæ conceptionis.

¶ Sed contra est, q dicitur in Psal. 64. Beatus, quem elegisti & assumpsisti, quod secundũ gl.* refertur ad humanam naturã Christi, quę assumpta est a verbo Dei in vnitatem personę: sed in primo instanti cõceptionis fuit assũpta humana natura a verbo Dei in vnitatem personæ. ergo in primo instanti suæ conceptionis Christus, secundum q homo, fuit beatus, quod est esse comprehensorem.

¶ Respondeo dicendum, quòd (sicut ex dictis patet*) non fuit conueniens, vt Christus in sua cõceptione acciperet gratiam habitualem tantum absque actu: accepit. n. gratiã nõ ad mensuram, vt supra habitum est.* Gratia aũt viatoris cum sit deficiẽs à gratia comprehensoris, habet mensuram minorem respectu gratiæ cõprehensoris. Vnde manifestum est, quòd Christus in primo instanti suæ cõceptionis, accepit non solum tantã gratiam quantã comprehensores habent sed etiam omnibus comprehensoribus, maiorem. Et quia gratia illa non fuit sine actu, consequens est q actu fuerit cõprehensor, videndo Deum per essentiam clarius cęteris creaturis.

¶ Ad primum ergo dicendum, q (sicut supra dictum est*) Christus nõ meruit gloriam animæ, secundũ quã dicitur comprehensor, sed gloriã corporis, ad quam per suam passionem peruenit.

¶ Vnde patet responsio ad secundũ.

¶ Ad tertium dicendum, q Christus ex hoc q fuit Deus & homo, in sua humanitate habuit aliquid præceteris creaturis, vt s. statim a principio esset beatus.

QVAEST. XXXV.

De natiuitate Christi in octo articulos diuisa.

CONsequenter post Christi conceptionẽ agendũ est de eius natiuitate. Et primo, quantum ad ipsam natiuitatem. Secundo, quantum ad natiuitatis manifestationem.

Circa primum queruntur octo.

¶ Primo, Vtrum natiuitas sit naturæ, uel personæ.

¶ Secundo, Vtrũ Christo sit attribuenda alia natiuitas præter æternam.

¶ Tertio, Vtrũ ẽm natiuitatẽ tẽpo-

Auctor, vt patet, tũ ex eo q termi eius est formalis, & liberũ arbitriũ sæpe nominat: tũ ex eo quod in præcedenti ar. in rñsione ad ẽm expresse ad actũ electionis descendit. Et hæc ita dixerim, vt percipias, tam in angelis, quam in Christi alia, primũ actum meritorium uere fuisse actũ liberum, quis non indifferentem ad bonum & malum, sed ex natura sua naturæ ordine (vt in litera dr) determinatũ ad bonũ. Nam non solum voluntas, sed liberum arbitrium (vt in litera dr) per se & naturaliter se habet ad bonũ, ad malum autem per aliud, hoc est per bonum, a quo deficiendo, malum incurrit, & præter naturam, malum enim est excisio ab eo, quod est secũdum naturam: alioquin malo rõnem non haberet.

li.2.tex.18

D.199.

c.40.ame to.3

¶ *Super quæstionis trigesimæ quartæ, Artic. IIII.*

TItulus clarus est.

¶ In corpore vna est cõclusio, Christus in primo instanti suæ conceptionis fuit actu comprehensor, videndo Deũ per essentiam clarius cæteris creaturis. Probatur, & primo, q habuerit gratiam maiorem omnib. comprehensoribus, secundo, q actu viderit plus cæteris. Primũ probatur, Christus accepit tunc gratiã & non ad mensuram. ergo accepit gratiã, & quantum habẽt comprehensores, & maiorem omnibus. Antecedens ex Euangelio. Cõsequentia probat, quia gratia viatoris minorem hẽt mensuram respũ gratiæ comprehensoris. probatur, quia deficit ab illa ex hoc. n. sequit q habeat gratiã quantum comprehensores, & tunc sequitur, q maior est eis bus, quia aliter fuisset mensurata ad aliam maiorẽ uel æqualẽ. Secunda vero pars probatur, quia gratia non fuit sine actu. probatur, quia inconueniens esse iã dictũ est † Christo ponere gratiã habitualẽ sine actu.

187 locis sup. ar.3. addu cis.

¶ Aduerte hic, q ex hoc loco apparet quid videatur sensisse Auctor de illa qõne in præcedente libro tacta, an gratia viatoris sit minor gratia comprehensoris, secundum suã quantitatẽ, an solũ rõne modi, quia scilicet comprehensor videt, & viator non. Expresse tñ quidẽ hoc i loco, ex hoc q viatoris gratia deficit a gratia cõprehensoris, infertur q minorẽ hẽt mensuram. Et ne dubites, quòd de quantitate loquit, subditur tanta, & quanta: & ut accipias hæc de ipsa essentia gratiæ, & nõ de modo actus subdit, & quia gratia illa non fuit sine actu, ubi monstrat se de ipsa essentia habitualis gratiæ loquutum, ex hoc ipso q postea ad illius actũ defecerit: & si hoc est, consequẽs est, vt minimus comprehensor habuerit actualiter maiorem gratiam, q Ioannes Bap. & S. Petrus, & quicumque alius viator, dum in hac fuerãt vita. Et propterea gratia hic est sicut semen, ita q quãto maior est hic gratia, tanto in patria erit maior gloria proportionaliter. Numquam tamen gratia tanta est in via, quanta est gratia consummata, quæ est gloria, sicut nec semen est, quãta est arbor sua, quantumcumque minima, seu animal suum quantũcumque parvum.

*Augu. hoc loco Pr. 64 to. 8.

Art. præc.

q.7.ar.9.10 & 12.

q.9.ar.3.

1.2.dis.5.q.1.ar.2.q.1 & dis.14.q.1. 3.q.6.& d.1.q.2.a.3 & 5.ca.Ea vero.q.29. 2.8.Et q. 3.a.2.3.& 221. 1.p.q.63 ar.5.

3. huius quæst.

Super

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ *Super quæstionis trigesimæquintæ, Articul. I.*

PRo hac quæstione in tit. primi art. notandi sunt termini omnes, & primam quòd natiuitas sumitur proprie & formaliter vt connectit natiuitatem ex vtero & natiuitatem ex vtero: ita quòd nō tractabitur solum de natiuitate ex vtero, sed etiam de natiuitate in vtero, vt tetigimus quinque primi articuli huius quæstionis. Et autem differentia inter conceptionem & natiuitatem in vtero formalis, quia conceptio attenditur penes captionem rei ad concipientem: ex hoc enim dicitur mulier concipere, ꝙ simul apud se capit quod generandum est. Natiuitas autem attenditur penes egressum a parente: ex hoc. nomine nasci dicitur, ꝙ ad naturam pergit, est enim, via in naturam. Vnde natiuitas tūc perfecte consumata est, quando ex vtero proles exit, quia tunc primo adipiscitur propriam naturam, vtpote omnino separata a matre. Quandiu enim est in vtero proles, est aliquid matris, & præterea tunc simpliciter & absolute dicimus ꝙ homo natus est. Tractauit ergo Auctor prius de Christi conceptione, & nunc de natiuitate: tum, quia prius considerandum fuit ratio conceptionis, & poste natiuitatis in vno, & eodem opere, quo conceptus, & natus est in vtero: tum, quia natiuitas simpliciter, & absolute nuncupata, quæ scilicet est ex vtero (vnde tractatus iste denominatur) potterior est omnino conceptione, & fas fuit vt in principio tractatus de natiuitate inchoaretur, ratione natiuitatis etiam in vtero.

188 3.d.8.ar.2 c.40.ime. to.3.

li.7. Met. tex.5.c.3

lib.3.c.6. paul 6 a prin.

¶ Notandum est deinde, quòd comparatio distinctionem comparatorum exigit, & propterea natura, & persona inter quas hīc comparatio in ordine ad natiuitatem, sumuntur in hoc articulo vt abinuicem distinguuntur, hoc est natura secundum rationem naturæ vt. s. actum naturæ seu formæ exercet, qui exprimitur per ly vt quo, & similiter persona secundum rationem hypostatis, vt scilicet actum personæ exercet, qui significatur per ly vt quod: distinguuntur siquidem natura & persona vt quo, & quod est enim natura qua hypostasis est id, quod est.

¶ Notandum demum est, quòd in hoc primo art. non est quæstio de persona Christi & natura Christi, sed in communi de natura & persona, vt titulus ipse sonat. In sequenti siquidem articulo conuenit temporalis natiuitas, quæretur, & ideo ad vtriusque tam distinctionem inter naturam & personam (qualis est dicta differentia) recurre adum est, vt etiam ex Auctore in corpore articuli percipere potes, dum ex distinctione secundum modum significandi inter naturam & personam, differentiam inter naturam, & personam aperuit.

¶ In corpore artic. ponitur primo vna distinctio bimembris, de quali beata Virgo sit mater eius.

¶ Quarto, Vtrum debeat dici mater Dei.

¶ Quinto, Vtrum Christus secundum duas filiationes sit filius Dei patris & Virginis matris.

¶ Sexto, De modo natiuitatis.

¶ Septimo, De loco.

¶ Octauo, De tempore natiuitatis.

Articvlvs I.

Vtrum natiuitas sit naturæ vel personæ.

AD Primum sic proceditur. Videtur ꝙ natiuitas naturæ conueniat magis, quàm personæ: dicit enim Aug. in lib. de fide ad Petrum. Natura æterna atque diuina, non posset concipi & nasci ex humana natura, nisi secundum veritatem humanæ naturæ: si igitur diuinæ naturæ conuenit concipi & nasci, ratione humanæ naturæ, multo magis conuenit humanæ naturæ.

¶ 2 Præt. Secundum Philosophum in 5. Meta. * nomen naturæ a nascendo sumptum est: sed denominationes fiunt secundum similitudinis conuenientiam. ergo videtur, quòd natiuitas magis pertineat ad naturam, quàm ad personam.

¶ 3 Præ. Illud propriè nascitur, quod per natiuitatem incipit esse: sed per natiuitatem Christi non incepit esse persona Christi, sed eius humana natura. ergo videtur quòd natiuitas proprie pertineat ad naturam, non ad personam.

¶ Sed contra est, quòd Damascenus * dicit in 3. libro, Natiuitas hypostasis est, non naturæ.

¶ Respondeo Dicendum, ꝙ natiuitas potest attribui alicui duplici

188 3.d.8.ar.2 c.40.ime. to.3.

ter, vno modo sic vt subiecto, alio modo sicut termino: sicut subiecto quidē attribuitur ei quod nascitur: hoc autē propriè hypostasis, nō natura. Cum. n. nasci sit quoddam generari, sicut generatur aliquid ad hoc quod fit, ita nascitur aliquid ad hoc ꝙ fit: esse autem proprie est rei subsistentis, nam forma, quę non subsistit, dicitur esse solum, quia ea aliquid est: persona autem vel hypostasis significatur per modum subsistentis, natura autem significatur per modum formæ, in qua aliquid subsistit: & ideo natiuitas tamquam subiecto nascenti, propriè attribuitur personæ, vel hypostasi non naturæ: sed sicut rei mino attribuitur natiuitas naturæ: terminus enim generationis & cuiuslibet natiuitatis est forma, natura autem per modum formæ significatur. Vnde natiuitas dicitur esse via in naturam, vt patet per Philosophum 2. Phys. * terminatur enim naturæ intentio ad formam, seu naturam speciei.

¶ Ad primum ergo dicendum quòd propter identitatem, quæ in diuinis est inter naturam & hypostasim: quandoque natura ponitur pro persona vel hypostasi & secundum hoc dicit Aug. * naturam diuinam esse conceptam & natā, quia. i. persona Filii est concepta & nata, secundum humanam naturam.

¶ Ad secundum dicēdum, ꝙ nullus motus seu mutatio denominatur à subiecto quod mouetur, sed à termino motus, a quo speciē habet. Et propter hoc, natiuitas non denominatur à persona quæ nascitur, sed à natura, ad quā natiuitas terminatur.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ natura propriè loquendo, non incipit esse, sed magis persona incipit esse in aliqua natura, quia (sicut dictum est *) natura significatur. vt quo aliquid est, persona autem significatur, vt quæ habet esse subsistens.

2.Phy.t.14.to.2.

In cor.ar.

ar. præc.

*li.3. ort. fi.ca.7.in me.

*li.5. Ph. tex.41.& seq.to.2

Inde respondetur quæsito duabus conclusionibus, singulis iuxta singula distinctionis membra. Distinctio est, Natiuitas potest alicui dupliciter attribui, vel sicut subiecto, vel sicut termino, Prima conclusio est. Natiuitas attribuitur non naturæ, sed personæ vt subiecto nascenti. Secunda, Natiuitas naturæ attribuitur, vt termino.

¶ Aduertendum est hoc in loco cautissime, quòd distinctio ista non est intelligenda vt sonat, nam dupliciter potest intelligi, vel de subiecto inhæsionis, vt scilicet illi dicitur attribui natiuitas, vt subiecto, in quo subiective est natiuitas sicut motus, vel mutatio est in subiecto, cui inhæret, seu ineſt motus seu mutatio, quemadmodum si vnus calefiat, calefactio est subiective in manu, & si ex aqua fit aer, generatio aeris est subiective in materia prima, quæ transmutatur in aerem. Et sic non fuit dictum in proposito: tum quia natiuitas hæc est in litera dicitur esse in persona, vt in subiecto, constat autem personam non esse subiectum inhæsionis loco citato respectu natiuitatis, hoc est esse cui vt subiecto attribuitur natiuitas, & simile quid est videtem probatione secundæ conclusionis, dum ipsa etiā ex modo significandi probatur.

¶ Secunda conclusio probatur primo: terminus natiuitatis est forma. ergo naturā antecedens patet, quia terminus cuiuslibet generationis est forma. Consequentia probatur quia natura significatur per modū formæ. Confirmatur autem sunt duæ naturæ, diuina scilicet, & humana: quarum vnā accepit ab æterno à Patre, alteram accepit temporaliter à matre: & ió necesse est attribuere Christo duas natiuitates, vnam qua æternaliter natus est à Patre, aliam, qua temporaliter natus est à matre.

¶ Aduerte hic, quòd natura non solum se habet vt terminus in denominando ipsam natiuitatē (a terminis enim denominantur generationes) sed & secundū rem natura habet termini rationem, quoniam ad naturā terminatur secundum rem generatiot & propterea Auctor ex parte rei etiam rationem attulit ex intentione naturæ vtente generatione vt via in naturam, ad quam rendit.

¶ *Super quæst. 35. Art. II.*

TItulus clarus.

¶ Is corpore vna est conclusio. Necesse est Christo attribuere duas natiuitates: vnam, qua æternaliter natus est a patre, aliam, qua temporaliter natus est a matre. Probatur, In Christo sunt duæ naturæ, quarum vna ab æterno a Patre, alteram temporaliter a matre habet. ergo Christo attribuendæ sunt duæ natiuitates &c. Antecedēs ex fide. Consequentia probatur, quia natura se habet ad natiuitatē vt terminus ad motum, motus autem diuersificatur, secundum diuersitatem terminorū, quinto Physicor. Ex hoc enim manifeste sequitur ꝙ diuersitas naturarum terminantium, inferat diuersas natiuitates, ac per hoc duæ naturæ inferūt duas natiuitates.

*c.12.pau lo post prin. to.6

¶ In responsione ad vltimum habes in litera satisfactionem ad rem, si ad formam instantis, quòd bis exigit interruptionem mensuræ inter primum actum & secundum respondere cupis, dicito quòd est verum, si primus, & secundus actus mensurantur mensura durationis vnius rationis, puta ꝙ tempus sit vtriusque mensura, aut æternitas sit vtriusque mensura, Oportet enim interrupto tempore currere, quibus currit in tempore, & similiter oporteret interrupta æternitate nasci, qui bis in æternitate diceretur natus. Sed diuersarū rationum existentibus mensuris, actus (puta intellectionis, volitionis, natiuitatis, dū vna intellectio alicuius est in æternitate, & altera in tempore, & sic de aliis) potest dici, ꝙ ille bis intellexit lapidem semel, in æternitate, & semel in tempore absq; æternitatis interruptione: & ratio in litera assignatur, quia plus differunt etiam vt mēsuræ durationis æternitas & tēpus, quàm duo tempora interrupta, puta hodie & post eras. Non oportet igitur natiuitatem Christi diuinam, interruptionem habere respectu natiuitatis Christi humanæ, ad hoc vt Christus vere dicatur bis natus, quia plus distat mensura diuinæ natiuitatis a mensura humanæ natiuitatis, quàm si vna fuisset ante mille annos & alia hodie.

*In 6 cōcil. Calcedō. actione 1. in epist. ad Nestorium circa med.

Articvlvs II.

Vtrum attribuenda sit Christo aliqua natiuitas temporalis.

AD secundum sic proceditur. Videtur quòd Christo non sit attribuenda aliqua natiuitas temporalis: nasci enim est velut quidam motus rei non extantis, antequā nascatur, id agens beneficio natiuitatis, vt sit: sed Christus ab æterno fuit. ergo non potuit temporaliter nasci.

¶ 2 Præterea, Illud quod est in se perfectum, natiuitate non indiget: sed persona filij Dei ab æterno fuit perfecta. non ergo indiget temporali natiuitate, & ita videtur ꝙ non sit temporaliter natus.

¶ 3 Præt. Natiuitas propriè personæ conuenit: sed in Christo est vna tantum persona. ergo in Christo est tantum vna natiuitas.

¶ 4 Præt. Quod duabus natiuitatibus nascitur, bis nascitur: sed hæc videtur esse falsa, Christus est bis natus, quia natiuitas eius, qua de Patre est natus, interruptionem non patitur, cum sit æterna: quod tamen requiritur ad hoc aduerbium bis: ille enim dicitur bis currere, qui cum interruptione currit. ergo videtur quòd in Christo non sit ponenda duplex natiuitas.

¶ Sed contra est, quòd Damascenus * dicit in 3. lib. confitemur duas Christi natiuitates, vnam quæ est ex patre æternam, & vnam, quæ est in vltimis temporibus propter nos.

¶ Respondeo dicendum, quòd (sicut dictum est *) natura comparatur ad natiuitatem, sicut terminus ad motum, vel mutationem. Motus autem diuersificatur, secundum diuersitatem terminorum, vt patet per Philosophum in 5. Physicorum, * In Christo autem sunt duæ naturæ, diuina scilicet, & humana: quarum vnā accepit ab æterno à Patre, alteram accepit temporaliter à matre: & ió necesse est attribuere Christo duas natiuitates, vnam qua æternaliter natus est à Patre, aliam, qua temporaliter natus est à matre.

189 3.di.14.q.1.ar.1.ad 4 & 3.di.8.ar.4.q.1. Et de vnio.ar.2 ad 16.

*li.3. ort. fi.ca.7.in me.

ar. præc.

*li.5. Ph. tex.41.& seq.to.2

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ hæc fuit obiectio cuiusdam Feliciani hæretici, quam Augult. * in lib. contra Felicianum sic soluit, Fingamus, inquit, sicut plerique volunt, esse in mundi animam generalem, quæ sic ineffabili motu semina cuncta viuificet, vnum sit concreta cum genitis, sed vt. s. præstet ipsa gignentis: nēpe cum hæc in vterum, passibilem materiam ad vsus suos formatura peruenerit, vnam facit secum esse per sonam eius rei, quàm non eandem constat habere subsistantiam: & sit operante anima, & patiente materia, ex duabus substantiis unus homo. Sicque anima nasci fatemur ex vtero, non, quia anima: equam nasceretur, quantum ad se attinet, ipsa penitus non fuisset: sic ergo, immò sublimius natus est de matre filius Dei secundum hominem, eo pacto quo cum corpore nasci docetur, & anima: non quia vtriusque fit vna substantia, sed quia ex vtraque fit vna persona. Non tamen ab initio carnis incepisse dicimus Dei filium, ne temporalem credat aliquis deitatem, non ab æterno filii Dei nouimus carnem, ne non veritatem humani corporis, sed quandam eum suscepisse putemus imaginem.

¶ Ad secvndvm dicendum, quòd hæc * fuit ratio Nestorii, quam soluit Cyrillus in quadam epistola dicens, Non dicimus, quòd filius Dei indiguerit necessario propter se fecūda natiuitate post eam, quæ ex Patre est: est enim fatuum & indoctum existentem ante omnia ęcula, & consempiternum Patri indigere dicere initio vt sit secundo. Quoniam autem propter nos, & propter nostram salutem vniens sibi secundum subsistentiam, quod est humanum processit ex muliere, ob hoc dicitur nasci carnaliter.

¶ Ad tertivm dicendum, quòd natiuitas est personæ, vt subiecti, naturæ autem, vt termini. Possibile est autem vni subiecto plures transmutationes inesse, quas tamen necesse est secundum terminos variari. quod tamen non dicimus, quasi æterna natiuitas sit transmutatio aut motus, sed quia significatur per modum mutationis, aut motus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Super quæst. XXXV. Artic. III.

TItulus, an beata Virgo vere possit dici mater Christi.

¶ In corpore vna cocluso, beata virgo est vere mater Christi Probatur. Corpus Christi, ō est de cœlo allatum, sed de Virgine matre sumptū, & ex purissimis sanguinibus eius formatū. ergo beata Virgo est vere mater Christi. Antecedens quo ad primā partem ex opposita hæresi Valentini patet, quo ad reliquas patet ex antedictis. Cōsequentia probatur, quia hoc solum requiritur ad rationem matris.

¶ Circa probationē hanc dubiū nouitiorū occurrit, quia apparet vitium petitionis principij in ea, cū assumitur q̄ corpus Christi sumptum est ex Virgine matre, ita probandū erat, q̄ illa mulier esset mater. Nec valet dicere q̄ assumitur corpus Christi sumptum ex matre, & concluditur Christū esse matre: quia tota q̄ de Christo est rōne corporis, an sit beata Virgo mater eius, & in veniam vertitur quæstionem, an rōne corporis, an Christi beata Virgo sit mater.

¶ Ad hoc dī, q̄ ly ex matre, in præmissis assumptum breuitatis causa assumptum est, vt vno vocabulo exprimeretur modus, quo corpus Christi sumptum est ex beata Virgine, ac si dixisset, Corpus Christi sumptum est ex beata Virgine in loco naturali generationis, & per operationē naturalē mulieris ad cōceptionem & ex materia naturali, quā explicauit subdendo, Et ex purissimis sanguinib. &c. vbi patet nullam incidere suspitionē petitionis principij.

¶ In resp. ad tertium, aduerte ad crebram repetitionem, non necessarij concursus iemini mulebris ad generationem, & intellige. Auctorē

¶ Ad quartum dicendum, q̄ Christus potest dici bis natus, secundum duas natiuitates: sicut enim dicitur bis currere, qui currit duobus cēpibus, ita potest dici bis nasci, qui semel nascitur æternitate, & semel in tempore, quia æternitas & tempus multū magis differunt quām duo tempora, cum tamen vtrunq; designet mensuram durationis.

Articvlvs III.

Vtrum secundum temporalem Christi natiuitatem, beata Virgo possit dici mater eius.

AD Tertium sic proceditur. Videtur quòd secundum temporalem natiuitatem Christi, beata virgo non possit dici mater eius: vt enim supra dictū est, * beata Virgo Maria nihil actiuè in generatione Christi operata est, sed solam materiam ministrauit: sed hoc non videtur sufficere ad rationem matris, alioquin lignum diceretur esse mater lecti aut scamni. ergo videtur quòd beata Virgo non possit dici mater Christi.

¶ 2 Præt. Christus ex beata Virgine miraculose natus est: sed miraculosa generatio, non sufficit ad rationem maternitatis vel filiationis: non enim dicimus Euam fuisse filiam Adę. ergo videtur q̄ nec Christus debeat dici filius beatæ Virginis.

¶ 3 Præt. Ad natrem pertinere videtur decisio seminis: sed sicut Dama. * dicit in 3. libr. corpus Christi non seminaliter, sed conditiue à Spiritusancto formatus est. ergo videtur quòd beata Virgo non debeat dici mater Christi.

¶ Sed contra est, quòd dicitur Mathæi primo, Christi generatio sic erat cum esset desponsata mater Iesu Maria, Ioseph &c.

¶ Respondeo dicendum, quòd beata Virgo est vera & naturalis mater Christi: sicut enim supra dictum est, * corpus Christi non est de Cœlo allatum, sicut Valentinus hæreticus posuit, sed de Virgine matre sumptum, & ex purissimis sanguinibus eius formatum. Et hoc solum requiritur ad rationem matris, vt ex supradictis patet. * vnde beata Virgo verè est mater Christi.

¶ Ad primvm ergo dicendum, quòd (sicut supra dictum est *) paternitas siue maternitas & filiatio, non competunt in quacunque generatione, sed in sola generatione viuentium: & ideo si aliqua inanimata ex aliqua materia fiant, non propter hoc consequitur in eis relatio maternitatis & filiationis, sed solum in generatione viuentium, quę propter natiuitas dicitur.

¶ Ad secundum dicendum, q̄ sicut Damasc. * dicit in 3. lib. natiuitas temporalis, qua Christus est natus propter nostram salutem, est quodammodo secundum nos, quoniam natus est homo ex muliere, & tempore conceptionis debito. Super nos autem, quoniam non ex semine, sed ex Spiritusancto & sancta Virgine, supra legem cōceptionis. Sic igitur ex parte matris natiuitas illa fuit naturalis, sed ex parte operationis Spiritussancti, fuit miraculosa. vnde beata Virgo est vera & naturalis mater Christi.

¶ Ad tertium dicendum, quòd (sicut supra dictum est *) resolutio seminis fœminæ, non pertinet ad d necessitatem conceptus, & ideo resolutio seminis non ex necessitate requiritur ad matrem.

Articvlvs IIII.

Vtrum beata Virgo debeat dici mater Dei.

AD Qvartvm sic proceditur. Videtur quòd beata Virgo non debeat dici mater Dei. Non enim dicendum est circa diuina mysteria, nisi quod ex sacra scriptura habetur: sed nunquam in sacra scriptura legitur, q̄ sit mater aut genitrix Dei, sed quòd sit mater Christi vel mater pueri, vt patet Matth. 1. ergo non est dicendū, q̄ beata Virgo sit mater Dei.

¶ 2 Præt. Christus dicitur Deus secundum diuinam naturam: sed diuina natura non accepit initium essendi ex Virgine. ergo beata Virgo non est dicenda mater Dei.

¶ 3 Præt. Hoc nomen Deus, cōmuniter prædicatur de Patre, & Filio & Spiritusancto, si ergo beata Virgo est mater Dei, vī sequi, q̄ beata Virgo sit mater Patris & Filii & Spiritussancti, quod est inconueniens. non ergo beata Virgo debet dici mater Dei.

¶ Sed contra est, q̄ in capitulis Cyrilli * approbatis in Ephesina synodo legitur: Si quis non confitetur Deum esse secundum veritatem Emanuel, & propter hoc Dei genitricem sanctam Virginem (genuit enim carnaliter caro factā ex Deo Verbū) anathema sit.

¶ Respondeo dicendum, quòd (sicut supra dictum est *) omne nomen significans in concreto naturā aliquam, potest supponere pro qualibet hypostasi illius naturæ. Cum autem vnio incarnationis sit facta in hypostasi (sicut supra dictum est *) manifestum est quod hoc nomen Deus, potest supponere pro hypostasi habente humanam naturam & diuinam. Et ideo quicquid conuenit diuinæ naturæ, vel humanæ, potest attribui illi personæ, siue secundum quòd pro ea supponit nomen significans diuinam naturam, siue secundum quòd pro ea supponit nomen significans humanam naturam: concipi autem & nasci, personæ attribuitur & hypostasi, secundum naturam illam, in qua concipitur, & nascitur. Cum igitur in ipso principio conceptionis fuerit humana natura assumpta à diuina persona (sicut prædictum est *) consequēs est, quòd verè possit dici Deum esse conceptum, & natum de Virgine. Ex hoc autem dicitur aliqua mulier alicuius mater, quòd eum concepit & genuit: vnde consequens est, quod beata Virgo verè dicatur mater Dei: solum enim sic negare posset, beatam Virginem esse matrem Dei, si vel humanitas prius fuisset subiecta conceptioni, & natiuitati, quā in homo ille fuisset filius Dei (sicut Photinus posuit) vel humanitas non fuisset assumpta in vnitatem personæ, vel hypostasis verbi Dei, sicut posuit Nestorius. Verumque autem horum est erroneū, vn se hæreticum est negare beatam Virginem esse matrem Dei.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd hęc fuit obiectio Nestorij: quæ quidem soluitur ex hoc, quòd licet nō inueniatur expresse in scriptura dictum, quòd beata Virgo sit mater Dei, inuenitur tamen expresse in scriptura quòd Iesvs Christus est verus Deus, vt patet 1. Ioan. vlti. & quòd beata Virgo est mater Iesv Christi, vt patet Matth. 1. vnde sequitur ex necessitate ex verbis scripturæ. quòd sit mater Dei. Dicitur etiam Roman. 9. quòd ex iudæis est secundum carnem Christus, qui est super omnia Deus benedictus in secula. Non autem est ex Iudæis nisi mediante beata Virgine. Vnde ille. qui est super omnia Deus benedictus in secula, est verè natus est beata Virgine, sicut ex sua matre.

¶ Ad secundum dicendum, quòd illa est obiectio Nestorii: sed Cyrillus in quadam epistola contra Nestorium, eam soluit, sic dicens. Sicut hominis anima cum proprio corpore nascitur, & tamquam vnum reputatur, & si voluerit quispiam dicere, quòd est genitrix carnis, non tamen & animæ genitrix, nimis superflue loquitur. Tale aliquid gestum percipimus in generatione Christi: natum est enim ex Dei Patris substantia, Dei Verbum, quia verò carnem assumpsit, necessarium est confiteri, quia natum est secundum carnem ex muliere. Dicendum est ergo, quòd beata Virgo dicitur mater Dei, non quia sit mater diuinitatis, sed quia personæ habentis diuinitatem, & humanitatem, est mater secundum humanitatem.

¶ Ad tertium dicendum, quod hoc nomen Deus, quāmuis sit commune tribus personis, tamen supponit quandoque pro sola persona Patris, quandoque pro sola persona Filii, vel Spiritussancti, vt supra habitum est. * Et ita cum dicitur, beata Virgo est mater Dei, hoc nomen Deus, supponit pro sola persona Filii incarnata.

Articvlvs V.

Vtrum in Christo sint duæ filiationes.

AD Quintum sic proceditur. Videtur quòd in Christo sint duæ filiationes. Natiuitas enim est causa filiationis: sed in Christo sunt duæ natiuitates. ergo etiam in Christo sunt duæ filiationes.

¶ 2 Præte. Filiatio, qua quis dicitur filius alicuius, vt matris vel patris, dependet aliqualiter ab ipso, quia esse relationis est ad aliud aliqualiter se habere, vnde & interempto vno relatiuorum, intermitur aliud: sed filiatio æterna, qua Christus est filius Dei patris, non dependet à matre, quia nullum æternum dependet à temporali. ergo Christus non est filius matris filiatione æterna. Aut ergo nullo modo est filius eius (quod est contra prædicta *) aut oportet quòd sit filius eius quadam alia filiatione temporali. Sunt ergo in Christo duæ filiationes.

¶ 3 Præte. Vnum relatiuorum ponitur in definitione alterius, ex quo patet, quòd vnum relatiuorum specificatur ex alio: sed unum & idem non potest esse in diuersis speciebus. ergo impossibile uidetur quòd una, & eadem relatio, terminetur ad extrema omnino diuersa: sed Christus dicitur filius Patris æterni, & matris temporalis, qui sunt termini omnino diuersi. ergo uidetur quòd non possit eadem relatione Christus dici filius Patris & matris. sunt ergo in Christo duæ filiationes.

¶ Sed contra est, quòd sicut Damas. * dicit in lib. 3. Ea quæ sunt naturæ, multiplicantur in Christo, non autem ea, quæ sunt personæ: sed filiatio maximè pertinet ad personam, est enim proprietas personalis, vt patet ex his, quæ in prima parte dicta sunt. ergo in Christo est una tantum filiatio.

¶ Respondeo. Dicendum, quòd circa hoc sunt diuersæ opiniones. Quidam enim attendentes ad causam filiationis, quæ est natiuitas, ponunt in Christo duas filiationes, sicut & duas natiuitates. Alii verò attendentes ad subiectum filiationis, quod est persona vel hypostasis, ponunt in Christo vnam tantum filiationem, sicut & vnam hypostasim vel personam: vnitas enim relationis vel eius pluralitas: non attenditur secundum terminos, sed secundū causam vel subiectum. Si enim secundum terminos attenderetur, oporteret quòd quilibet homo in se duas filiationes haberet, vnam, qua refertur ad patrem, & aliam qua refertur ad matrem. sed recte considerantibus

¶ Super quæstionis tricesimæ quintæ, Articulum quintum.

TItulus de filiationibus realibus, hoc est, ambę sint reales relationes intelligitur.

¶ In corpore quatuor fiunt. Primo, ponuntur duę circa quę situm opiniones. Secundo tractatur in communi, penes quid attenditur vnitas, vel pluralitas relationis realis: tertio, applicatur ad Christi filiationes: quarto respondetur quęsito.

¶ Quo ad primum prima opinio ponit duas reales in Christo filiationes, propter plures natiuitates, quę sunt causę secunda ponit vnā tantum propter vnitatem personę quæ est subiectū.

¶ Quo ad secundum aduertendum est, q̄ sit mater relatio, terminetur ad extrema omnino diuersa: sed Christus dicitur filius Patris æterni, & matris temporalis, qui sunt termini omnino diuersi. ergo uidetur quòd non possit eadem relatione Christus dici filius Patris & matris. sunt ergo in Christo duæ filiationes.

¶ Sed contra est, quòd sicut Damas. * dicit in lib. 3. Ea quæ sunt naturæ, multiplicantur in Christo, non autem ea, quæ sunt personæ: sed filiatio maximè pertinet ad personam, est enim proprietas personalis, vt patet ex his, quæ in prima parte dicta sunt. ergo in Christo est una tantum filiatio.

¶ Respondeo. Dicendum, quòd circa hoc sunt diuersæ opiniones. Quidam enim attendentes ad causam filiationis, quæ est natiuitas, ponunt in Christo duas filiationes, sicut & duas natiuitates. Alii verò attendentes ad subiectum filiationis, quod est persona vel hypostasis, ponunt in Christo vnam tantum filiationem, sicut & vnam hypostasim vel personam: vnitas enim relationis vel eius pluralitas: non attenditur secundum terminos, sed secundū causam vel subiectum. Si enim secundum terminos attenderetur, oporteret quòd quilibet homo in se duas filiationes haberet, vnam, qua refertur ad patrem, & aliam qua refertur ad matrem. sed recte considerantibus

Latio

Universidad de Deusto
Biblioteca

latio plurificatur, excludendo primo terminum esse penes quem unitas aut pluralitas relationis realis attenditur? Probat autem hoc, ex eo, q̄ si ad pluralitatem terminorum multiplicaret realis relatio, sequeretur q̄ Sortes esset filius duabus filiationibus realibus specie differentib. quia est filius patris & matris, qđ est inconueniens, quia vna natiuitate est vtriusque filius. Et hinc secundo infert penes vnitatem causæ attendi vnitatem specificam relationis, & manifestat hoc primo in filiatione penes natiuitatem, secundo in magistro penes vnā doctrinam, & in domino penes vnum dominium. Et inde tertio prosequitur pluralitatem specificam attendi penes specificam pluralitatem causæ, quod manifestat i magisterio grammaticæ & logicæ, & sic de aliis. Et de num unitatem numeralem relationis non penes causam, sed subiectum ponit, & manifestat in patre respectu multorum filiorum, in quo nec plures speciepater nitates, quia generationes sunt eiusdem speciei, nec plures numero, quia forma eiusdé rationis, non potest multiplicari i eodem subiecto.

D. 1087

¶ Ad tertium duo de filiatione Christi deducit. Primū ex parte causæ, scilicet q̄ quia duæ sunt Christi natiuitates, & sunt diuersarum rationū, consequens est, q̄ duæ sunt in Christo filiationes. Secundum ex parte subiecti, q̄ quia una tantum est persona, & subiectum filiationis non est natura nec pars naturæ, sed persona, consequens est quòd in Christo non sit filiatio temporalis, nisi cuius capax est persona diuina, & sic filiatio temporalis in Christo non est realis, sed rationis tantum.

P.p.q.43 ar.7

paret eadem relatione referri vnum quodque ad suum patrem & matrem, propter vnitatem causæ: eadem enim natiuitate homo nascitur ex parte & matre, vnde eadem relatione ad vtrumque refertur. Et eadem ratio est de magistro, qui docet multos discipulos eadem doctrina, & de domino, qui gubernat diuersos subiectos eadem potestate. si verò sint causæ [d] diuersæ specie differentes, ex consequenti videntur etiam relationes specie differre. Vnde nihil prohibet, plures tales relationes eidē inesse, sicut si aliquis est aliquorum magister in grammatica, & aliorum in logica, alia est ratio magisterii vtriusque, & ideo relationibus diuersis, vnus, & idem homo potest esse magister, vel diuersorum, vel eorundem, secundum diuersas doctrinas. Contingit autem quandoque, q̄ aliquis habet relationem ad plures secundum diuersas causas, eiusdem tamen speciei, sicut cum aliquis est pater diuersorum filiorum secundum diuersos generationis actus, vnde paternitas non potest specie differre, cum actus generationum sint iidem specie. Et quia plures formæ eiusdem speciei non possunt simul inesse eidem[d] subiecto, non est possibile q̄ sint plures paternitates in eo, qui est pater plurium filiorum, generatione naturali. Secus autem esset, si esset pater vnius generatione naturali, & alterius per adoptionem. Manifestum autem est, quòd non vna & eadem natiuitate Christus est natus ex patre ab æterno, & ex matre ex tempore nec natiuitas est vnius speciei. vnde quantum ad hoc oporteret dicere in Christo esse diuersas filiationes, vnam temporalem, & aliam æternam: sed quia subiectum filiationis non est natura, aut pars naturæ, sed solum persona vel hypostasis, in Christo autem non est hypostasis vel persona nisi æterna, non potest in Christo esse aliqua filiatio, nisi quæ sit in hypostasi æterna. Omnis autem relatio, quæ ex tempore de Deo dicitur, non ponit in ipso Deo æterno aliquid secundum rem, sed secundum rationem tantum, sicut in prima parte * habitum est, & ideo filiatio, qua Christus refertur ad matrem, non potest esse realis relatio, sed solum secundum rationem. Et sic, quantum ad aliquid vtraque opinio verum dicit. nam si attendamus ad perfectas rationes filiationis, oportet dicere duas filiationes, secundum dualitatem natiuitatum. Si autem attendamus ad subiectum filiationis, quod non potest esse nisi suppositum æternum, non potest in Christo esse realiter, nisi filiatio æterna. Dicitur tamen relatiuè filius ad matrem relatione, quæ cointelligitur relationi maternitatis ad Christum, sicut etiam Deus dicitur dominus relatione, quæ cointelligitur reali relationi, qua creatura subiicitur Deo. Et quamuis relatio dominii non sit realis in Deo: dicitur tamen realiter dominus ex reali subiectione creaturæ ad ipsum. Et similiter Christus dicitur realiter filius Virginis matris, ex relatione reali maternitatis ad Christum.

D.638.

¶ Ad primvm ergo dicitur, quòd natiuitas temporalis causaret in Christo temporalem filiationem realem, si esset ibi subiectum huiusmodi filiationis capax: quod quidem esse non potest: ipsum enim suppositū æternum nō potest esse susceptiuum relationis temporalis, vt dictum est. * Nec potest dici quòd sit susceptiuum filiationis temporalis ratione humanæ naturæ, sicut etiā, & temporalis natiuitatis, quia oporteret naturam humanam aliqualiter esse subiectam filiationi, sicut est aliqualiter subiecta natiuitati. cum enim Aethiops dicitur albus ratione dentis, oportet quòd Aethiopis dens sit albedinis subiectum. Natura autem humana nullo modo potest esse subiectum filiationis, quia hæc relatio dicit respicit personam.

¶ Ad secvndvm dicendum, quòd filiatio æterna non dependet à matre temporali, sed huic filiationi æternæ cointelligitur quidam respectus temporalis dependens à matre, secundum quam Christus dicitur filius matris.

¶ Ad tertium dicendum, quòd vnum, & ens se consequuntur, vt dicitur in 4 Metaph. * Et ideo sicut contingit, quòd in vno extremorum relatio sit quoddam ens, in alio autem non sit ens, sed ratio tantum (sicut de scibili & scientia Philosop. dicit in 5. Metaph.*) ita etiam contingit quòd ex parte vnius extremi est vna relatio, ex parte autem alterius extremi sunt multæ relationes. Sicut in hominibus ex parte parentum inuenitur duplex relatio, vna paternitatis, & alia maternitatis, quæ sunt specie differentes, propter hoc quòd alia ratione pater, & alia mater est generationis principium. Si vero essent plures eadem ratione principium vnius actionis (puta cum multi simul trahunt nauem) in omnibus esset vna, & eadem relatio. Ex parte autem prolis, est vna sola filiatio secundum rem, sed duplex secundum rationem, inquantum correspondet vtrique relationi parētum, secundum duos respectus intellectus.

Et sic etiam quantum ad aliquid in Christo est vna tantum filiatio realis, quę respicit patrem æternum: est tamen ibi alius respectus temporalis, qui respicit matrem temporalem.

¶ Ad quartum respondetur primo quæsito, distinguēdo & concordando opiniones ambas, quia aut sermo est de filationibus secundum perfectas rationes filiationis, & sic affirmandæ sunt duæ in Christo filiationes iuxta duas natiuitates, aut secundū filiationis subiectū, & sic in Christo non est nisi filiatio æterna, quia solum est suppositum æternum. Secundo, excludit obiectionem, quomodo, s. Christus dicitur filius matris, & dicit q̄ dicitur relatione filiationis cointellecta materni tati. Tertio, excludit aliam obiectionem, quomodo Christus dicitur realiter filius matris, & dicit quòd dicitur realiter filius ex reali maternitate ad ipsum.

In 4. sent.

¶ Occurrunt hoc in loco quinque ex Scoto in 8. dist. 3. Sent. dubitanda, ar quinque hic dicta. primum est circa illud, q̄ relationes non pluraficantur secundum terminos. secundum est circa illud, impossibile est in eodem subiecto esse duas formas eiusdem rationis. tertium est circa illud, Pater vnica paternitate refertur ad plures filios: quartum est circa rationem literæ pro principali conclusione: quintum est circa ipsam principalē conclusionem.

In 4. sent. dist. 43. q. 1. ar. 1. q. 1.

¶ Contra primū dictum, s. relationem non pluraficari secundū terminos, arguit Scotus. si ad duos terminos esset eadem relatio, tunc eadē relatio simul esset & non esset.

¶ Contra terminum dictum, quòd est propinquū huic primo, s. q̄ pater vnica paternitate refertur ad plures filios) arguit Scotus, primo. Pater hac paternitate primo refertur ad hunc filium hac filiatione. ergo hæc paternitas non est ad plures filios. Ante quam probatur, quia

quia sicut paternitas fundatur super genuisse, ita hæc paternitas super hoc genuisse.

¶ Secundo, correllativa sunt simul natura, ita quòd vno destructo, destruitur & reliquum. ergo destructa hac filiatione in hoc filio, destruitur quoque hæc paternitas in hoc patre. ergo paternitas remanens ad alium filium, est alia paternitas, nisi aut idem simul esset corruptum, & remaneret, quod est impossibile, aut nova paternitas, tūc aduenisset sine noua generatione, quod est etiam impossibile.

¶ Tertio, quia quando aliquid est alicui vltimate tale, nō potest illud manere in ipso, nisi ipsum habens illud sit ipsi tale: sicut non potest albedo manere in superficie, nisi ipsa superficies sit alba: sed relatio est quia habens illam, est vltimate ad aliud, igitur non potest manere eadem in eo, nisi illud in quo manet sit illa ad idem aliud, igitur non manet eadem paternitas destructo illo termino, ad quem habens paternitatem dicitur pater paternitate illa.

¶ Quarto, Pater aliquo modo aliter respicit hunc filium, & illum, alia relatione, habetur propositum, si non alia relatione, sed alio respectu eiusdē relationis, iterum habetur propositum. contra secundum dictum, quia illi respectus erunt eiusdem rōnis propter fundamenta eiusdem rationis. Et propterea respectus illi aut sunt aliuda relatione, & hoc est superfluum multiplicare tot entia, aut sunt idem relationi & tunc sequitur, quòd est idem deceec, respectum pluraficari, & relationem pluraficari, ergo habetur propositum.

¶ Quinto multiplicato priori, multiplicatur posterius, sed fundamentum est prius relatione, puta generatio paternitate, ergo multiplicata generatione actiua, multiplicatur paternitas.

¶ Contra secundum dictum, s. formas eiusdem speciei non posse simul, esse in eodem subiecto, arguit Scotus, primo, in omni ordine essentialiter, cum vnitate prioris essentialiter potest itare pluralitas posterioris naturaliter, non per se, nec adæquate in arena tis prioribus subiectum est prius essentialiter illa dispositione, quæ ponitur sibi inhærens, nec per se est inhæret nec adæquate, ergo. Maior probatur per similem causa & in effectu, quia nec subiectum est causa intrinseca dispositionis.

¶ Secundo, quia plures species phantasticæ eiusdem speciei sunt simul in eodem organo phantasiæ, secundum eandem partē organi, ergo, antecedens probatur. & quidem quòd plures simul sint, patet ex eo, quia alter deleta vna specie non posset quis imaginari, nisi de nouo acquireret. Quòd vero sint eiusdem speciei, probatur ex obiectis, quia obiecta sunt eiusdem speciei. Quòd autem sint in eadem parte organi, probatur, quia organum non potest in tot partes minimas diuidi, quot sunt species intelligibiles, quæ simul sunt in organo phantasię.

¶ Contra quartum (s. rationem illam, filiatio est ita supposita vt subiecti, q̄ non naturæ, ergo in Christo non est filiatio temporalis, arguit Scotus. primo, si filiatio est tantum persona, &c. quòd non potest nisi pluraficata persona pluraficari, aut nec conuenit filiationi, vnde relatio, aut vnde relatio * talis originis, non primum, vt patet, nec secundum, quia non magis repugnat vni personæ pluralitas talis relationis, quam pluralitas originationis fundantis tales relationes, sed Christus habuit duas origines. ergo &c.

* alias ut relatio ab iclute, aut u. relationis.

¶ Secundo, quia pater æternus habet duas reales relationes originis, scilicet ad Filium & Spiritum sanctum super vno fundamento, scilicet essentia. ergo a fortiori Filius super duo fundamenta, s. duas naturas & duas itates, habet duas filiationes reales.

¶ Tertio, Christus habet duas operationes, ergo duas filiationes. Probatur consequentia, quia relatio originis non magis quam operatio respicit suppositum, quia supponit est operari primo Metaph.

¶ Quarto, Christus si genuisset plures filios, habuisset duas paternitates ad illos, ergo nunc habet duas filiationes propter duas natiuitates. Quinto, si filiatio tantum modo diceretur de Christo secundum rationem personalitatis æternæ sequeretur, quòd esset falsa q̄ Christus, inquantum homo, est filius. Probatur sequela, quia quod præcise Christo conuenit secundum rationem personalitatis æternæ, non dicitur de eo, inquantum homo: propterea enim ista est falsa, Christus, inquantum homo, est persona.

¶ Contra quintum (s. filiatio temporalis Christi non est relatio realis) arguit Scotus, probando vltimam particulam, de qua sola est quæstio. s. q̄ sit realis. Primo, illa relatio est realis, quæ consequitur extrema ex natura extremorum sine actu intellectus, sed potius mater generante & supposito habente naturam per generationem ex natura extremorum sine actu intellectus, sequitur hic filiatio, sicut ibi maternitas, ergo. Quòd si quis fingat intellectum operari ad causandum relationem, hoc improbatur, quia si Maria genuisset purum hominem, fuisset ille vere filius relatione reali, ergo cum Christus non minus acceperit ut ille a matre quam purus homo accepisset, æque realis erit in eo relatio, sicut in puro homine fuisset.

¶ Ad hæc dubia mota, secundum ordinem dictorum in litera respondendum est, non eodem ordine, sed prout doctrinæ ordo exigit, vt prius scilicet communiora, quam minus communia tractentur, vt ex notis generibus ad species cognoscendas transeatur: & propterea ad dubium tertiodecimum, quod inter illa communissimum est, vtpote in communi disputans de formis vnius speciei in eodem subiecto, dicendum est primo prænotando, quod ratio quare formas vnius speciei multiplicatum eod in dicimus impossibile, est illa radicabilis propositio peripatetica, Omnis distinctio aut est secundum formam, aut secundum quantitatem: de qua propositione cum de principio individuationis tractaretur, dictum est: hinc enim oritur quòd impliciter dicere, formas vnius speciei duas, & apponere in eodem subiecto, quia licet eodem subiecto sint, ergo non distinguuntur secundum quantitatem, ac per hoc cum noua distinguantur etiam formaliter non sunt duæ.

¶ Ad primam ergo obiectionem respondendo dicitur, q̄ Maior est vniuersaliter falsa, & distinguenda propterea ad claritatē solutionis: potest siquidem intelligi de vnitate formali vel de vnitate numerali: si de vnitate formali, tunc iret tam quam impertinenes. si de vnitate numerali, falsa est vniuersaliter. Ratio est, quia in aliis à quantitate vnitas numeralis posterioris inhærentis dependet per se ab vnitate numerali prioris, hoc est subiecti, ita q̄ licet albedo per accidens se habeat ad hoc quantum, hæc tamen albedo inquantum hæc per se dependet ab hoc quanto: ita q̄ si hæc albedo, vt hæc, definiretur in definitione eius poneretur hoc quantum, quod est subiectum, vnde cum vnitate numerali subiecti prioris non stat pluralitas numeralis accidentis posterioris, quod secundum suam speciem non per se inhæret, quod secundū vnitatem numeralem vendicat sibi per se & adæquate hoc subiectum: per se quidem, quia hoc subiectum ponitur in definitione accidentis, inquantum hoc; adæquate autem, quia vnitas numeralis huius accidentis subiecti, soli huic subiecto conuenit, nec extra illud inuenitur, aut intelligi potest. Vnde probatio à simili nulla est: quoniā vnitas numeralis effectiua non dependet ab vnitate numerali causæ, vt ex illius definitiua, sicut vnitas numeralis accidentis dependenda est per hoc subiectum.

¶ Ad secundam obiectionem de speciebus in phantasia, tripliciter, primo, q̄ non probatur ab aliquo ante tot esse species simul in vna phantasia q̄ non possint esse in diuersis organi partib. præsertim cum minor intentio talia entia videatur quasi in puncto saluari, vt apparet videntibus per minimum foramen tot: & multa sunt similia in phantasia, non per proprias species, sed per species aliquorum totorum, quorum illa occurrerant vt partes. Secundo dicitur negando, in eadem phantasia inuenirī plures species eiusdem rationis, & ad probationē, obiecta sunt eiusdem rationis, ergo species eorum, &c. q̄ obiecta iuuantur duplicitèr i in esse naturæ, & sic duo alba sunt eiusdem rationis, vel in esse sensibili, & sic duo alba sunt diuersarum rationum, quod sic manifestatur ab ipsis repræsentatiuis nam si ut in esse naturæ illa tantum dicuntur vnius speciei, quorū quicquid habet essentialiter vnum, habet essentialiter aliud, ita in repræsentando, illa tantum dicuntur vnius speciei, quorum quicquid repræsentat vnum totum illud, idem repræsentat reliquum: sicut in vnum album videatur à duobus vel pluribus omnia illæ species sunt vnius speciei, non obstante differentia in repræsentando, quia idem repræsentant, sed solo numero differunt, quia nec in alio, & alia in alio: similiter aliorū aliorū species non sunt vnius speciei, quia species vnius non repræsentat aliud, vt patet. Vnde cum in vna phantasia negemus plures species eiusdem obiecti, consequenter negamus plures species eiusdem rationis: quoniā vt dictu est, species diuersorum individuorum sunt diuersarum specierū, quia ipsa individua diuersa, sunt diuersarum rationum in esse sensato.

¶ Tertio dicitur, q̄ sicut lumen generatum in corpore diaphano à secunda candela non est aliud numero a lumine geniti a prima, sed coincidit in idem dependens a duob. vt partialib. agentibus, ita cum in phantasiæ organum secundum eandem partem occurrat obiectum eiusdem rationis, non sic alia species, sed præexistens sit dependens à duobus partialibus, conseruente anima specium illam ad nouum obiectum, ita q̄ præcedens species perficitur & firmitate, & extensione. Hæc reponēdo iuxta medium est ab illis, qui diuersorum individuorū non admittunt diuersarum rationum, species, & in eadem parte organi recipi. Ego magis trahor in secundam responsionem. Quæ pōt confirmari, quia alia, & multi ri ratione differunt species imaginatæ Sortis, & Plato is, q̄ non differunt duæ species imaginatæ Sortis: sed duæ species Sortis differunt rōne differentiæ numeralis. ergo species Sortis & Plat. differunt differentia maiori, quam contitat esse specificum.

¶ Ad primum dubium, dicitur, q̄ ex hoc q̄ relatio vna est ad plures terminos inadæquate, non sequitur eam simul esse & non esse, quamuis sequeretur si esset ad plures adæquatos terminos, qđ nō est intelligibile. tunc, n. duo inadæquati termini quasi partiales terminant. hæ propterea vno subiato, potest remanere eadem relatio ad alium, quasi partialem terminum.

¶ Ad secundum dubium de vnica paternitate ad plures filios respondendo dicitur, quòd si nor ten antecedens simul, Pater hac paternitate primo respicit hunc filium hac filiatione, distinguendum est. Nam si ly primo, nimitur pro adæquato, negatur: si vero sumitur primo, pro principaliter, concedatur, sed tunc negatur sequela. Nec antecedens in primo sensu probatur ex allata probatione, quoniam nihil aliud probatur, nisi quod

hac

Universidad de Deusto
Biblioteca

hæc paternitas habet pro propria causa, hoc genuisse: sed ex hoc negatur, ergo ad æquate respicit hunc filium.

¶ Vbi pro claritate doctrinæ scito, q̃ hęc paternitas si secundum proprias causas iudicaretur, esset procul dubio ad solũ hũc filium, sed si secundum merita subiecti iudicaretur, oportet, q̃ sic ad hunc & aliũ filiũ, propter hoc f. q̃ secunda pater-
nitas cedit in idẽtitatem primæ rationis subiecti, q̃ non habet vñ differat solo numero ab illa: sicut lumẽ genitum a secunda candela in eodem diaphano per se primo est ab hoc agente, vt patet 12 Met. sed propter subiecti identitatem coincidit in idem numero lumen prius genitũ a prima candela ibi illuminante. Et quia humõi coincidentiæ sunt p accidens, hoc est per aliud, hoc est per subiectũ, ió nõ ex rõnibus formarum aut causarum arguendũ est, sed ad identitatẽ spectandum est subiecti. ¶ Et per hoc patet responsio ad 1m, f. q̃ destructo vno correlativorum destruitur & reliquũ nisi per accidens contingat illud remanere propositiones n. sunt de eo quod secũdum proprias rationes conuenit correlativis, nõ de his quæ per accidens contingunt. Sic autem est in proposito, de fructo. n. hoc filio, secundo, vel primo, destruitur hæc paternitas, nisi per accidens remaneat ratione idẽtitatis ad paternitatem, ad reliquum: sicut destructo vno albo destruerentur similitudines omnium alborum ad illud, nisi per accidens remanerent inter se. Album n. vna similitudine refertur ad omnia alba, nisi quasi infinitas relationes reales distinctas real ter etiam ab hac albedine ponat Scotus in hoc albo simul, quod est ridiculum, absurdum & super fluum. Et hæc est altera responsio a superius data de termino adæquato uel inadæquato.

¶ Ad tertium dicitur, q̃ maior est vera per se, potest tñ esse falsa per accidens, vt dictum est. Licet n. Sortes sit pater hac paternitate ad hunc filium, & non possit per se remanere hæc paternitas sine hoc filio, potest tamen per accidens remanere absq; hoc, q̃ dicatur ad hunc filium. Et ratio est reddita ex parte subiecti, & ex parte termini, quia est inadæquatus.

¶ Ad quartum dr, q̃ pater eadem relatione & eodem respũ reali respicit vtrumque filium. Et cum apud Auctorem inuenitur, q̃ respectus sunt diuersi, non intelligitur de diuersitate reali, sed rationis: vnica illa realis relatio duorum respectuum rõnem induit, dum comtelligitur respicere diuersos terminos, ita q̃ in re non est diuersitas respectuum, sed respectorum, qurb. illa vna relatio quasi duplex comtelligitur. Et sic ruit tota fabrica argumenti, quod de respectibus realibus loquitur.

¶ Ad quintum negatur assumptum vniuersaliter, vt assumitur, & specialiter etiam de fundamentalis causæ successiuæ multitudine numerali in eodẽ subiecto permanente. Potlunt. n. successiuæ generationes actiuæ multiplicari, & tñ permanentia consequentia oportet in identitatẽ, q̃ identitatem subiecti non compatientis permanentium numeralem distinctionem in se vno.

¶ Ad quartum dubium de proprio filiationis. subiecto dr, q̃ filiatio nec ex eo q̃ relatio, nec ex eo q̃ relatio originis, habet q̃ non pluificetur nisi pluificata persona, sed hoc habet ex eo q̃ sola persona capax est filiationis, sicut & pñtas: nulla. n. natura nulla pars naturæ aut personæ capax est paternitas aut filiationis, vt patet ex eo q̃ nihil horum potest dici pf, vel filius. Vnde patet, q̃ non est ad propositum pluralitas relationum originis í Patre æterno, nec pluralitas generationum: qm generatio est subiectiue in parte naturæ, hoc est materia. Filiatio autem immediate est in persona, alioquin illud membrum posset dici filius: sicut superficies dicitur alba, quia mediat inter subiectum, & albedinem, & sic de aliis. Et per hoc patet responsio ad secundum, quoniam non ex parte fundamenti, sed subiecti prouenit, q̃ ita filiatio temporalis non est realis.

ARTICVLVS VI.

Vtrum Christus fuerit natus sine dolore matris.

AD Sextum sic proceditur. Videtur q̃ Christus non fuerit natus sine dolore matris: sicut. n. mors hominum subsecuta est ex peccato primorum parentũ (secũdum illud Gen. 2. Quacumque die comederitis ex eo, morte moriemini) ita etiã dolor partus, secundũ illud Gen. 3. In dolore paries filios: sed Christus mortẽ subire voluit. ergo uf q̃ pari ratione eius partus esse debuerit cum dolore.

¶ 2 Præt. Finis proportionatur principio: sed finis uitæ Christi fuit cum dolore, f̃m illud Is. 53. Verè dolores nostros ipse tulit. ergo uf q̃ etiam in sua natiuitate fuerit dolor partus.

¶ 3 Præt. In lib. de ortu Saluatoris narratur, q̃ ad Christi natiuitatem obstetrices occurrerunt, quæ uidentur esse necessariæ parienti propter dolorem. ergo uidetur quòd beata Virgo

193 2. 2. quæst. 164. ar. 2. ad 3.

¶ Ad tertium negatur sequela. ad probationem dicitur, q̃ aliter operatio & aliter filiatio est suppositi: nam filiatio est suppositi vt subiecti immediati; operatio autem est suppositi mediante natura & potentia & subiecto, ut patet.

¶ Ad quartam dicitur, q̃ si Christus genuisset, nullam paternitatem realem ex suo genuisse acquisiuisset: quia paternitas est subiectiue immediate in persona, non minus quam filiatio.

¶ Ad quintum dr, q̃ antecedens patet habere duos sensus, prout ly se secundum rationem personalitatis æternæ, dupliciter teneri potest. Primo reduplicatiue, & tunc conceditur totum, vtpote impertinens, quia antecedens non est nostrum & est falsum, quia Christo conuenit esse filiũ hominis, non secũdum rationẽ personalitatis æternæ, hoc est, nõ ex hoc q̃ est persona æterna. Secundo, potest teneri specificatiue, & sic antecedens quidem est nostrum, & verum, seu consequẽtia nihil valet, q̃ procedit secundũ primum sensum. Constat. n. q̃ omnia personalia siue humana, siue diuina conueniunt Christo secundum rationem personalitatis æternæ, sily secundum, tenetur specificatiue. Christus. n. secundum suam personam est hic homo & Filius hominis, vt patet.

¶ Ad quintum dubium de realitate filiationis ẽporalis in Christo, ñr negando maiorẽ, qm oportet addere q̃ suppositũ sit capax nouæ filiationis realis; pp excellentiam siquidẽ personæ Christi prouenit, q̃ non consurgat in eo filiatio realis noua. Nec oportet fingere intellectum cooperantem filiationẽre ilẽ, sed ad filiationem rõnis non fingitur, sed necessario concurrit comtelecta filiatio ad maternitatẽ. Et cũ dr, Si Maria genuisset purum hominẽ, &c. ergo negaf sequela, quia in puro homine fuisse personam capax filiationis realis nouæ in Christo aũt licet æque acceperit naturã a mre, non tñ est æque subiectum filiationis, quia non est in Christo suppositũ capax filiationis realis nouæ, ob defectũ subiecti pp excellentiã suppositi: vt. n. in Ifa. dr, oia requisita ad filiationẽ realẽ inueniunt in Christo nato, excepto subiecto, q̃ quia psona est, & illa est Deus, ió subiectũ realis filiationis nouæ esse non põt cũ quib. tñ tene, q̃ Christus refert ad nos̃m reali relatione causati ad cãm, & similis ad simile, & sic de aliis relationib. realib., q̃ nõ immediate sunt in supposito subiectiue.

¶ In rñsione ad vltimũ nota duo. primo, q̃ de vnitate specifica, & nõ de vnitate numerali est sermo in litera dicẽte, In omnib. trahentib. nauẽ est vna relatio, nam specificæ diuersitati pñtatis & mñtatis, quia sunt diuersa rõne principia, cõtra ponitur vnitas eadẽ rõne principantiũ tractũ nauis. Et veritas est, q̃ multi trahentes nauẽ multis actionibus, vnũ passiue nauis tractũ inferunt: quilibet. n. sua propria actione concurrit. Et propterea multis relationib. solo mõ differentib. referunt ad nauẽ, q̃ trahitur: quilibet. n. sua propria relatione cõsequente ad propriã actionẽ refert, q̃ nauis, quia vno numero motu trahit, vna relatione numero ad oẽs trahentes referat. Nota secundo, q̃ filiatio singulorũ hominũ dr vna f̃m rem, & duplex f̃m rõnem, f̃m duos respectus intellectus, in hoc sensu, q̃ sicut albedo vna & eo rem est multiplex f̃m rõnẽ, puta ut visibilis, vt terminat iua alterationis, vt extremitas perspicui, &c. ita filiatio Socratis est una res respectiua, & multiplex f̃m multas rõnes respectiuas, ita q̃ intellectus non facit in illa filiatione respectum ad pr̃em, aut ad matrem, sed facit distinctionem rõnis in illo uno respũ ad rem, q̃ comtelligit illum vt respondet patri, & iterũ vt rñdet matri.

Ad 1m, q. 8. ar. 2.

In sen. 4 paulo a prine. to. 10.

c. 2 post loa principiũ hic. Ad interrogata & habeto 9

¶ Super quæst. 35. Art. VI.

TItulus clarus est.

¶ In corpore duæ sunt conclusiones. prima est, Christus est

est natus sine dolore matris, probatur, Christus est egressus ex clauso utero matris. ergo nulla apertionis meatuum violentia ibi fuit. ergo in illo partu nullus fuit dolor. Prima consequentia patet, secunda vero probatur, quia dolor parientis causatur ex apertione meatuum, per quos proles egreditur. Et confirmatur conclusio, quia ibi nulla fuit corruptio. Secunda cõclusio est. In illo partu fuit maxima iucunditas. Probatur dupliciter. primo ratione, quia homo Deus natus est in mundo, secũdo auctoritate Is. 35. oia clara sunt.

¶ In rẽsponsione ad tertium, aduerte q̃ Euangelistæ tres actus beatæ Virginis in partu dicũt, f. q̃ peperit, inuoluit pannis, reclinauit in præsepio. Et ex primo quidem docet IESVM infantem per genitalia membra & non per os, aut quacumque aliam partem corporis maternigressum, parere nãque est p naturalia ghationis mẽbra prolem edere. Ex secundo vero, q̃ ipsa mater suscepit nascentẽ ex ie infantem: ex hoc. n. q̃ ipsa extremos actus. f. parere & inuoluere, exercuisse dicitur, sicut exciuditur obstetricũ obsequiũ ad matris solatiũ, ita, excluditur ad prolis susceptionẽ & reliquos actus intermedios, vt sit abluuio, & alia q̃ soleant ueri. Rõnabile autem est, vt mirabilem partũ angelica ministeria fouerint, ita vt Angelorum ministerio tam nascens filius, quam parẽs mater omnia, quæ etiam in statu innocentiæ opportuna fuissent, quæ nõ ex peccato, sed ex natura sunt, habuerint, quamuis alio modo, puta, absq; ablutione mundritiam &c. quamuis non sit, vt mater ipsa edocta ab Angelis, omnia perfecerit. Primũ tamen rõnabilius videtur, vt & manus virgineę ab huiusmodi obscuris seruarentur immunes, & mens ipsius ad tanti gaudii fructus magis vnita esset, & citius omnia expedirentur, & Ioseph hdes tam citò, tam munde, tã expedite externentis ventrem euacuatum & infantem editum, impletum esse experiretur, quia quod in ea natum est, de Spiritu sancto est, & cum expedita matre adoraret natum mundi Dominum. Et licet publica miracula ab infante fieri non deberent, ne phantasma putaretur illius humanitas, secreta tamen quæ ab hac suspitione aliena sunt, non decet ipsum effecisse ad Virginis matris obsequia, vt suauis sit semper omnium dispositio a diuina procedẽs sapientia.

¶ Super quæstionis trigesimaquintæ, Articulum septimum.

TItulus clarus.

¶ In corpore vna conclusio. Christus in Bethleem nasci voluit. Probaturque dupliciter, primo ad literam, secundo mystice.

¶ Aduerte hic, q̃ Auctor reddit rõnem ex parte loci voliti, quare Christus voluerit nasci ibi, quæ ratio est etiam ratio, quare prophetari fecerit se ibi nasciturum, & propterea non afferturin litera rõ ex parte prophetię implendæ.

¶ In rẽsponsione ad secundum, nota quòd ad literam ideo in diuersorio nasci elegit Christus, vt sacramentũ virginei partus occultum absque matris consanguineorumque nota maneret. Si enim in ciuitate peperisset, oportuisset obstetricem vocare, & consanguineas, & sic aut virginitas mat ris fuisset manifestata, aut reprehensa mater fuisset, quòd non vocasset, immo forores eius obstetricẽ etiam ad inuitam matrem conuocassent. Nec obstat quòd in Bethleem natus dicitur, quoniam Bethleem appellat one veniunt etiam subur. næ domus. In cuius signum Herodes audito quòd in Bethleem nasceretur, iussit occidi in Bethleem, & in om-

Ho. 8. in Euan. nõ procul a prin.

†*Cap. 2. in Luc. super illud, Et reclinauit eũ í præsepio, est c. 5. secũdum ordi. Bed to. 2*

397 10 20 30 40 50 60 70 80

194 Inf. q. 46. art. 10. ad 2. Et Mat. 2. co. 6 Et op. 60. ca. 4. to. 3

ARTICVLVS VII.

Vtrum Christus debuerit in Bethleem nasci.

AD Septimum sic proceditur. Videtur q̃ Christus non debuerit in Bethleem nasci. Dicitur. n. Ia. 2. De Sion exibit lex, & verbum Domini de Hierusalem: sed Christus est verbum Dei. ergo de Hierusalem debuit prodire in mundum.

¶ 2 Præt. Matth. 2. dicitur scriptum esse de Christo, quòd Nazarenus vocabitur, quod sumitur ex eo quod scribitur Isa. 11. Flos de radice eius ascendet. Nazareth. n. Flos interpretatur: sed maximè aliquis denominatur à loco suæ natiuitatis. ergo videtur q̃ í Nazareth nasci debuerit, vbi etiam fuit cõceptus & nutritus.

¶ 3 Præt. Ad hoc Dominus natus est in mundo, vt veritatis fidem annuntiaret, secundum illud Io. 18. In hoc natus sum, & ad hoc veni in mũdum, vt testimonium perhibeam veritati: sed hoc facilius fieri potuisset, si natus fuisset in ciuitate Romana, quæ tũc dominatum orbis habebat. Vnde & Paulus Romanis scribens dicit Roman. 1. Fides vestra annuntiatur in vniuerso mundo. ergo videtur, quòd non debuerit in Bethleẽ nasci.

¶ SED CONTRA est, quòd dicitur Michææ. 5. Et tu Bethleem Ephrata, paruulus es in millibus Iuda, ex te mihi egredietur, qui sit dominator in Israel.

¶ RESPONDEO Dicendum, quòd Christus in Bethleem nasci voluit duplici ratione. Primo quidem, quia factus est ex semine Dauid secũdum carnem, vt dicitur Rom. 1. Cui etiam facta fuerat repromissio specialis de Christo, secundum illud 2. Reg. 23. Dixit vir cui constitutum est de Christo Dei Iacob. & ideo in Bethleem, de qua natus fuit Dauid, nasci voluit, vt ex ipso loco natiuitatis, promissioni facta impleta ostenderetur, & hoc designat Euangelista dicens, Eo q̃ esset de domo & familia Dauid. Secundo, quia (vt Grego. dicit in Hom.*) Bethleem domus panis interpretatur. Ipse autem Christus est qui ait, Ego sum panis viuus qui de cœlo descendi.

¶ Ad primum ergo dicẽdũ, quòd sicut Dauid in Bethleem natus est, ita etiam Hierusalem elegit, vt in ea sedem regni constitueret, & templũ Dei ibi ædificaret, & sic Hierusalem elegit, vt esset ciuitas simul regalis, & sacerdotalis. Sacerdotium autem Christi & eius regnũ, præcipuè cõsumatum est in eius passione, & ió conueniẽter Bethleem elegit natiuitati, Hierusalem verò passioni. Similiter etiam per hoc hominum gloriã confutauit, qui gloriantur de hoc, q̃ ex ciuitatib. nobilibus originem ducũt, in quibus etiam præcipuè volunt honorari. Christus autem econuerso, in ciuitate ignobili nasci voluit, & in ciuitate nobili pati opprobrium.

¶ Ad secundum dicendum, quòd Christus florere voluit f̃m virtuosã conuersationem, non secundum carnis originem. & ió in ciuitate Nazareth educari voluit & nutriri, in Bethleem autem voluit quasi peregrè nasci: quia, vt Greg. * dicit, per humanitatem quam assumpserat, quasi in alieno nascebatur: non f̃m potestatem, sed secundum naturam. Et etiã (vt Beda † dicit) in diuersorio loco egebat, vt nobis multas mansiones in domo Patris sui præpararet.

¶ AD TERTIVM dicendum, quòd sicut dicitur in quodam sermone Ephesini concilii, Si maximum Romam elegisset ciuitatẽ, propter potentiam ciuium, mutationem orbis terrarum putarent, si filius fuisset Imperatoris, potestati vtilitatem asciberent: sed vt diuinitas cognosceretur orbem transformasse terrarũ

Hom. 8. in Euang. non remote a prin.

†*Cap. 2. in Luc. super illud, Et reclinauit eũ í præsepio, est c. 5. secũdum ordi. Bed to. 2*

Universidad de Deusto
Biblioteca

omnibus finibus eius infantes, intelligens per locum natiuitatis Christi, totum infra fines Bethleem. Suauiter ergo omnia diuina disposuit sapientia, dum nasci in diuersorio elegit, vbi nullius cura vel incuria censorem haberet, vbi & à Magis adorandus erat absq; arbitris cunib. s. admirantibus eorum ingressum, absq; indice in domum Ioseph, propter q̃ diuersorii hoc, non intra ciuitatem, sed extra vt fuisse, vt ipsum diuersorii nomen sonat. nã si intus fuisset, potuissent Herodi testificari multi, qua Magi in Bethl. é ingressi essent &c. sed vbi q̃ viam in diuersoria domo celebrata, é adoratio, latuit ipsa adoratio.

¶ In responsione ad tertium, notã q̃ ipse Christ' Rome caput Ecclesiæ suæ statuit, non tolum ratione communi, quia facta Apostolorum sunt facta Christi, iuxta illud, sine me nihil potestis facere, sed quia voluti Petro ex Roma recedere, sicut olim ex Antiochia recesserat, ipse Christus obuiauit iubens vt reuertatur, & Romæ sedes apostolica ita biliatur, dum dixit, Venio Romã iterum crucifigi. Petrus alibi iedem elegisset, non Romæ, sed in loco illo vbi postremo sedisset, caput Ecclesiæ fuisset. Et sicut nunc non Antiochena, sed Romana ecclesia caput est, quia Romanus pontifex successor est Petri: similiter in illo casu, non Romanus, sed illius alterius loci Pontifex successor fuisset Petri, ac Christi vicarius. Ipse ergo Christus præcipit eo regressum, & etiam Romæ statuit caput Ecclesiæ. quocirca non potest humana auctoritate mutari, & fieri vt alius q̃ successor Petri Romanus Pontifex sit caput Ecclesiæ.

¶ Super quæstio. 35. Artic. Octauum.

TItulus clarus. ¶ In corpore vnica est conclusio. Christus con- 195

pauperculam elegit matre, & pauperiorem patriam. Elegit autem Deus infirma mundi, vt confundat fortia, sicut dicitur 1. ad Corinth. 1. Et ideo, vt suam potestatem magis ostenderet in ipsa Roma, quæ caput mundi erat, etiam caput Ecclesiæ suæ statuit, in signum perfectæ victoriæ, vt exinde fides deriuaretur ad vniuersum mundum, secundum illud Isa. 26. Ciuitatem sublimem humiliabit. & conculcabit eam pes pauperis, s. Christi, gressus egenorum, idest, Apostolorum Petri & Pauli.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum Christus fuerit tempore congruo natus.

AD octauum sic proceditur. Videtur quòd Christus non fuerit cõgruo tempore natus. Ad hoc enim Christus venerat, vt suos in libertatem reuocaret. Natus est autem tempore seruitutis, quo. s. totus orbis præcepto Augusti describitur, quasi tributarius factus, vt habetur Luc. 2. ergo videtur q̃ non congruo tẽpore Christus fuerit natus.

¶ 2 Præt. Promissiones de Christo nascituro gentibus non fuerant factæ, secundum illud Roma. 9. Quorum sunt promissa: sed Christus natus est tempore, quo rex alienigena dominabatur: sicut patet Mat. 2. Cum natus esset Iesus in diebus Herodis regis, ergo videtur q̃ non fuerit congruo tempore natus.

¶ 3 Præt. Tempus præsentiæ Christi in mundo diei comparatur, propterid, q̃ ipse est lux mundi: vnde ipse dicit Ioan. 9. Me oportet operari opera eius, qui misit me, donec dies est: sed in æstate sunt dies longiores, quam in hyeme. ergo cum natus fuerit in profundo hyemis ideſt 8. Calendas Ian. videtur q̃ non fuerit conuenienti tempore natus.

¶ Sed contra est, q̃ dicitur Galat. 4. Cum venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege.

¶ Respon. Dicendum, quòd hæc est differentia inter Christum & alios homines, q̃ alij homines nascuntur subiecti necessitati temporis: Christus autem tamquam dominus & cõditor omnium temporũ elegit sibi tempus, in quo nasceretur, sicut & matrem & locum. Et quia quæ à Deo sunt, ordinata sunt, & conuenienter dispositæ, consequens est, quòd conuenientissimo tempore Christus nasceretur.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd Christus venerat nos in statum libertatis reducere de statu seruitutis. Et ideo sicut mortalitatem nostram suscepit, vt nos ad vitam reduceret, ita (vt Beda dicit*) eo tempore dignatus est incarnari, quo mox natus, censu * Cæsaris ascriberetur, atque ob nostri liberationem ipse seruitio subderetur. Tempore etiam illo, quo totus orbis sub vno principe viuebat, maxima pax fuit in mundo, & ideo decebat, ut illo tempore Christus nasceretur, qui est pax nostra faciens vtraque vnum, vt dicitur Ephes. 2. Vnde Hieronym.* dicit super Isa. Veteres si reuoluamus historias, inueniemus usque ad vigesimum octauum annum Cæsaris Augusti, in toto orbe terrarum fuisse discordiam: orto autem Domino, omnia bella cessauerunt, secundum illud Isaiæ secundo. Non leuabit gens contra gentem gladium. Congruebat etiam, vt in illo tempore, quo vnus princeps dominabatur in mundo, Christus nasceretur, qui venerat congregare suos in vnum, vt esset vnum ouile & vnus pastor, vt dicitur Ioan. 10.

¶ AD SECVNDVM dicendum, quòd ideo Christus, regis alienigenæ tempore nasci voluit, vt impleretur prophetia Iacob dicentes Gene. penulti. Non auferetur sceptrum de Iuda, & dux de femore eius, donec veniat, qui mittendus est, quia vt Chryso. * dicit super Matth. quandiu iudaica gens sub iudaicis regibus, quàm uis peccatoribus, tenebatur, prophetæ mittebantur ad remedium eius: nunc autem quando lex Dei, sub potestate regis iniqui tenebatur, nascitur Christus: quia magna & desperabilis infirmitas, medicum artificiosiorem quærebat.

¶ Ad tertium dicendum, quòd sicut dicitur in lib. de q. vet. & noui Testa. tunc Christus nasci voluit, quãdo lux diei crementum incipit accipere, vt ostenderetur, quòd ipse veniebat, vel homines crescerent in lucem diuinam, secundum illud Luc. 1. Illuminare his qui in tenebris, & umbra mortis sedent. Similiter etiam asperitatem hyemis elegit ad natiuitatem, ut ex tunc carnis afflictionem pateretur pro nobis.

*Sup. ſ. ſicut dicit Beda lib. 2. vt ponit cum Maria & c. ſ. ferm. dom. ord. pẽ. de rod. *alias ſcribit.

*Super. libr. Quæſt. 2. Nõ. Ieiunabit gẽs contra gẽtem. &c.

¶ Super quæſtionis tricesimæ ſextæ, Articu. I.

TItulus clarus. ¶ In corpore vnica conclusio: Natiuitas Christi non debuit esse cõmuniter omnibus manifesta. Probatur tripliciter. primo ex mysterio passionis, cui placuit, vt Christus, dum diceretur q̃ Simeon in Spiritu venit in templum, & minus de Anna dicitur, ut patet ex textu, euangelista. Et propterea in conclusione istius articuli sermo est de manifestatione q̃ attestationem talem, qualis facta creditur pastoribus, Magis, Simeoni, & Annæ: inteditque Auctor, quòd non debuit Christi natiuitas, manifestari sic omnib. Et secunda ratio tendit ad hoc, q̃ talis manifestatio abstulisset eidem: sed ad hoc, q̃ talis manifestatio minuisset meritum fidei: nec enim in littera dicitur, quia hoc diminuisset meritum fidei, probatur autem in littera, q̃ talis manifestatio facta omnibus diminuisset meritum fidei, ex hoc q̃ manifestatio faciens euidentiam tollit totaliter fidem: tanquã si dixisset, signum q̃ talis manifestatio minueret fidẽ est, quia si manifestatio creuisset vsque ad euidentiam tolleret totaliter fidem: hoc enim ostendit manifestationem talem esse propinquam manifestationi euidentiæ, ac per hoc diminuentem meritum fidei, utpote propinquam tollenti totaliter fidem propinquum enim casibo est re p̃ dun. Vnde in illa conditionali, Si manifestatis indicij Christo nascẽte, eius natiuitas omnibus appareret, iam tolleretur ratio fidei, loquitur de indicijs ita manifestis, ut natiuitatem Christi rederent apparẽtem, hoc est euidẽtem: sic enim fides est argumentum non apparentium, hoc est non euidentium. Duplicia siquidem possunt esse indicatia rem: quædam reducta in remotum illam credibilitate me lem, & inter hæc dium, to. est magna latitudo, & in hoc genere sunt omnia testimonia, siue Angelorum, siue miraculorum, siue hominum, nec nõ ipsius Dei, à nitra attestationem nõ procreditur, & sic fuit manifestata Christi natiuitas supradictis: quædam uero sunt indicantia rem sic, quòd reddant illã euidentem, ut in demonstrationis, ex fectus per diuersum demonstrationis indicat cãm reddit enim illam euidenter notam, & in diuinis sumẽ clarum mentã Angelicæ, uel humanæ, insulum tollit fidem respectu illius. Prima autem indicia, quando sunt manifesta, ut per miracula & angelos &c. licet nõ tollant, minuunt tamen meritum fidei propter propinquitatẽ ad apparentiã: quos ex eo potes percipere

*Est epiſt. 3. nõ mul quædam redducta tum remotum illam credibilitate me lem, & inter hæc dium, to. est magna latitudo, & in hoc genere sunt omnia testimonia, siue Angelorum, siue miraculorum, siue hominum, nec nõ ipsius Dei, à nitra attestationem nõ procreditur, & sic fuit manifestata Christi natiuitas supradictis: quædam uero sunt indicantia rem sic, quòd reddant illã euidentem, ut in demonstrationis, ex fectus per diuersum demonstrationis indicat cãm reddit enim illam euidenter notam, & in diuinis sumẽ clarum mentã Angelicæ, uel humanæ, insulum tollit fidem respectu illius. Prima autem indicia, quando sunt manifesta, ut per miracula & angelos &c. licet nõ tollant, minuunt tamen meritum fidei propter propinquitatẽ ad apparentiã: quos ex eo potes percipere

ra est Christi natiuitas. Si vero est sermo de manifestatione per attestationem, non sequitur q̃ tollatur meritum fidei: & falso in littera dicetur, si manifestis indiciis, Christo, nascente, eius natiuitas omnib. appareret, iam tolleretur ratio fidei. Vnde & magis manifestis indiciis natiuitas Christi apparuit & tamẽ non est ratio fidei ablata respectu natiuitatis Christi.

¶ Ad hoc dicitur, quòd sermo fuit de manifestatione tali, qualis facta est Pastoribus, Magis, Simeoni & Annæ. Et Pastoribus quidem & Magis, nullam constat in manifestationem factam ni si attestationem, Angeli enim testificati sunt ad pastores, & illa ad Magos. Simeon autem & Annæ qualis fuerit reuelatio facta, (an. s. testificatiua tantum, an illuminativa ad videndũ) licet in Euangelio non scribatur ex ipso tamen insinuari videtur, q̃ testificatiua tantum fuerit: quoniam alias promissionem Christi de missi, inspiratio deficiebitur impulsus ad videndum corporalibus oculis Christum, dum dicitur q̃ Simeon in Spiritu venit in templum, & de Anna dicitur, ut patet ex textu, euangelista. Et propterea in conclusione istius articuli sermo est de manifestatione q̃ attestationem talem, qualis facta creditur pastoribus, Magis, Simeoni, & Annæ: inteditque Auctor, quòd non debuit Christi natiuitas, manifestari sic omnib. Et secunda ratio tendit ad hoc, q̃ talis manifestatio abstulisset eidem: sed ad hoc, q̃ talis manifestatio minuisset meritum fidei: nec enim in littera dicitur, quia hoc diminuisset meritum fidei, probatur autem in littera, q̃ talis manifestatio facta omnibus diminuisset meritum fidei, ex hoc q̃ manifestatio faciens euidentiam tollit totaliter fidem: tanquã si dixisset, signum q̃ talis manifestatio minueret fidẽ est, quia si manifestatio creuisset vsque ad euidentiam tolleret totaliter fidem: hoc enim ostendit manifestationem talem esse propinquam manifestationi euidentiæ, ac per hoc diminuentem meritum fidei, utpote propinquam tollenti totaliter fidem propinquum enim casibo est re p̃ dun. Vnde in illa conditionali, Si manifestatis indicij Christo nascẽte, eius natiuitas omnibus appareret, iam tolleretur ratio fidei, loquitur de indicijs ita manifestis, ut natiuitatem Christi rederent apparẽtem, hoc est euidẽtem: sic enim fides est argumentum non apparentium, hoc est non euidentium. Duplicia siquidem possunt esse indicatia rem: quædam reducta in remotum illam credibilitate me lem, & inter hæc dium, to. est magna latitudo, & in hoc genere sunt omnia testimonia, siue Angelorum, siue miraculorum, siue hominum, nec nõ ipsius Dei, à nitra attestationem nõ procreditur, & sic fuit manifestata Christi natiuitas supradictis: quædam uero sunt indicantia rem sic, quòd reddant illã euidentem, ut in demonstrationis, ex fectus per diuersum demonstrationis indicat cãm reddit enim illam euidenter notam, & in diuinis sumẽ clarum mentã Angelicæ, uel humanæ, insulum tollit fidem respectu illius. Prima autem indicia, quando sunt manifesta, ut per miracula & angelos &c. licet nõ tollant, minuunt tamen meritum fidei propter propinquitatẽ ad apparentiã: quos ex eo potes percipere

196 Inf. q. 39. ar. 8. ad 3.

*In hb q. ex no. eli qui inter pit, Deus certe per fect. q. 55. ar mo 4. in ter opera Aug.

*Hom. 2 in Mat. in non lõga a prin. ca. mas

*Est epiſt. 3. nõ mul quædam redducta tum remotum illam credibilitate me lem, & inter hæc dium, to. est magna latitudo, & in hoc genere sunt omnia testimonia, siue Angelorum, siue miraculorum, siue hominum, nec nõ ipsius Dei, à nitra attestationem nõ procreditur, & sic fuit manifestata Christi natiuitas supradictis: quædam uero sunt indicantia rem sic, quòd reddant illã euidentem, ut in demonstrationis, ex fectus per diuersum demonstrationis indicat cãm reddit enim illam euidenter notam, & in diuinis sumẽ clarum mentã Angelicæ, uel humanæ, insulum tollit fidem respectu illius. Prima autem indicia, quando sunt manifesta, ut per miracula & angelos &c. licet nõ tollant, minuunt tamen meritum fidei propter propinquitatẽ ad apparentiã: quos ex eo potes percipere

QVAEST. XXXVI.

De manifestatione Christi nati, in octo articulos diuisa.

DEINDE considerandũ est de manifestatione Christi nati.

Et circa hoc quæruntur octo.

¶ Primo, Vtrum natiuitas Christi debuerit esse omnibus manifesta.

¶ Secundo. Vtrum debuerit aliquibus manifestari.

¶ Tertio, Quibus manifestari debuerit.

¶ Quarto, Vtrum debuerit ipse se manifestare, vel potius manifestari per alios.

¶ Quinto, Per quæ alia manifestari deberi.

¶ Sexto, De ordine manifestationum.

¶ Septimo, De stella per quàm manifestata fuit eius natiuitas.

¶ Octauo, De veneratione Magorum, qui per stellam, Christi natiuitatem cognouerunt.

ARTICVLVS I.

Vtrum natiuitas Christi debuerit esse omnibus manifesta.

AD primum sic proceditur. Videtur q̃ Christi natiuitas debuerit esse omnibus manifesta. Implet enim promissiones debet respondere: sed de promissione aduentus Christi dicitur in Psal. 49. Deus manifestè veniet. Venit autem per carnis natiuitatem. ergo videtur, q̃ eius natiuitas debuerit esse toti mundo manifesta.

¶ 2 Præt. Primæ ad Tim. 1. dicitur, Christus in hunc mundum venit peccatores saluos facere: sed hoc non fit, nisi inquantum eis gratia Christi manifestatur, secundum illud Tit. 2. Apparuit gratia Dei & Saluatoris nostri omnibus hominibus, erudiens nos, vt abnegantes impietatem, & sæcularia desideria, sobriè, & piè, & iustè viuamus in hoc sæculo. ergo videtur q̃ Christi natiuitas debuerit esse omnibus manifesta.

¶ 3 Præt. Deus super omnia prõnior est ad miserendum, secundum illud Psal. 144. Miserationes eius super omnia opera eius: sed in secundo aduentu, quo iustitias iudicabit, veniet omnibus manifestus, secundum illud Matth. 24. Sicut fulgur exit ab oriente, & paret vsque in occidẽtem ita erit aduentus Filij hominis. ergo multo magis primus aduentus, quo natus est in mundo, secundum carnem, debuit esse omnibus manifestus.

¶ Sed contra est quòd dicitur Isa. 45. Vere tu es Deus absconditus, sanctus Israel saluator. Et Isa. 53. Quasi absconditus est vultus eius & despectus.

¶ RESPONDEO Dicendum, quòd natiuitas Christi non debuit esse communiter omnibus manifesta. Primo quidem, quia per hoc impedita fuisset humana redemptio quæ per crucem eius peracta est: quia vt dicitur 1. ad Corint. 2. Si cognouissent, numquam Dominum gloriæ crucifixissent. Secundo, quia hoc diminuisset meritum fidei, per quam venerat homines iustificare, secundum illud Roma. 3. Iustitia Dei, per fidem IESV Christi. Si enim manifestus indicijs Christo nascente eius natiuitas omnibus appareret, iam tolleretur ratio fidei, quæ est argumentum non apparentiũ, vt dicitur Heb. 11. Tertio, quia per hoc veniisset in dubium veritas humanitatis ipsius, vnde Aug.* dicit in Epistola ad Volusianum, Si nullas ex paruulo in iuuentutem mutaret ætates, nullos cibos, nullos caperet somnos, nonne opinionem confirmaret erroris, nec hominem verum nullo modo suscepisse crederetur, & dum omnia mirabiliter facit, auferret quod misericorditer fecit?

¶ AD Primum ergo dicendũ, q̃ auctoritas illa intelligitur de aduẽtu Christi ad iudicium, secundum q̃ glossa ibidem exponit.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ de gratia Dei saluatoris eruditi erant omnes homines ad salutem, non in principio natiuitatis eius: sed postea tempore procedente, postquam operatus est salutem in medio terræ. Vnde post passionem, & resurrectionem suam dicit discipulis suis Mat. ult. Euntes docete omnes gentes.

¶ Ad tertium dicendum, quod ad iudicium requiritur quòd auctoritas iudicis cognoscatur, & propter hoc oportet, quòd aduentus Christi ad iudicium sit manifestus: sed primus aduentus fuit ad omnium salutem, quæ est per fidem, quæ quidem est est de non apparentibus. & ideo primus Christi aduentus debuit esse occultus.

*Sup. ſ. ſicut dicit Beda lib. 2. vt ponit cum Maria & c. ſ. ferm. dom. ord. pẽ. de rod. *alias ſcribit.

*Super. libr. Quæſt. 2. Nõ. Ieiunabit gẽs contra gẽtem. &c.

¶ Super quæſtionis tricesimæ ſextæ, Articu. I.

TItulus clarus. ¶ In corpore vnica conclusio: Natiuitas Christi non debuit esse cõmuniter omnibus manifesta. Probatur tripliciter. primo ex mysterio passionis, cui placuit, vt Christus, dum diceretur q̃ Simeon in Spiritu venit in templum, & minus de Anna dicitur, ut patet ex textu, euangelista. Et propterea in conclusione istius articuli sermo est de manifestatione q̃ attestationem talem, qualis facta creditur pastoribus, Magis, Simeoni, & Annæ: inteditque Auctor, quòd non debuit Christi natiuitas, manifestari sic omnib. Et secunda ratio tendit ad hoc, q̃ talis manifestatio abstulisset eidem: sed ad hoc, q̃ talis manifestatio minuisset meritum fidei: nec enim in littera dicitur, quia hoc diminuisset meritum fidei, probatur autem in littera, q̃ talis manifestatio facta omnibus diminuisset meritum fidei, ex hoc q̃ manifestatio faciens euidentiam tollit totaliter fidem: tanquã si dixisset, signum q̃ talis manifestatio minueret fidẽ est, quia si manifestatio creuisset vsque ad euidentiam tolleret totaliter fidem: hoc enim ostendit manifestationem talem esse propinquam manifestationi euidentiæ, ac per hoc diminuentem meritum fidei, utpote propinquam tollenti totaliter fidem propinquum enim casibo est re p̃ dun. Vnde in illa conditionali, Si manifestatis indicij Christo nascẽte, eius natiuitas omnibus appareret, iam tolleretur ratio fidei, loquitur de indicijs ita manifestis, ut natiuitatem Christi rederent apparẽtem, hoc est euidẽtem: sic enim fides est argumentum non apparentium, hoc est non euidentium. Duplicia siquidem possunt esse indicatia rem: quædam reducta in remotum illam credibilitate me lem, & inter hæc dium, to. est magna latitudo, & in hoc genere sunt omnia testimonia, siue Angelorum, siue miraculorum, siue hominum, nec nõ ipsius Dei, à nitra attestationem nõ procreditur, & sic fuit manifestata Christi natiuitas supradictis: quædam uero sunt indicantia rem sic, quòd reddant illã euidentem, ut in demonstrationis, ex fectus per diuersum demonstrationis indicat cãm reddit enim illam euidenter notam, & in diuinis sumẽ clarum mentã Angelicæ, uel humanæ, insulum tollit fidem respectu illius. Prima autem indicia, quando sunt manifesta, ut per miracula & angelos &c. licet nõ tollant, minuunt tamen meritum fidei propter propinquitatẽ ad apparentiã: quos ex eo potes percipere

*Est epiſt. 3. nõ mul quædam redducta tum remotum illam credibilitate me lem, & inter hæc dium, to. est magna latitudo, & in hoc genere sunt omnia testimonia, siue Angelorum, siue miraculorum, siue hominum, nec nõ ipsius Dei, à nitra attestationem nõ procreditur, & sic fuit manifestata Christi natiuitas supradictis: quædam uero sunt indicantia rem sic, quòd reddant illã euidentem, ut in demonstrationis, ex fectus per diuersum demonstrationis indicat cãm reddit enim illam euidenter notam, & in diuinis sumẽ clarum mentã Angelicæ, uel humanæ, insulum tollit fidem respectu illius. Prima autem indicia, quando sunt manifesta, ut per miracula & angelos &c. licet nõ tollant, minuunt tamen meritum fidei propter propinquitatẽ ad apparentiã: quos ex eo potes percipere

Universidad de Deusto
Biblioteca

re quòd Dominus Thomæ dixit, tam quam arguens ipsum de talib. indiciis quæsitis, Quia vidisti, s. indicia manifestata ſ me, credidisti me Deũ &c.& commendãdo ab opposito aliorum fidem subdidit. Beati qui nõ viderunt, & crediderunt: nunquam enim Dominus ex oppositio commendasset credentes q̃ non viderunt, nisi ipsum videre minueret meritũ credendi. Et ſi instet, ergo Magi & Pastores minus meruerunt credendo, fatetur, q̃ quantũ est ex parte manifestationis, minus meruerunt credendo, hoc est minorem occasionẽ merendi in credẽdo habuerunt: sed cum hoc sit q̃ magis meruerunt credẽdo ex parte ipsorum credentiũ. Et hoc præpõderat, q̃ a meritũ ex parte merentis maximè pensatur. Cũ hoc quoq; stat q̃ licet etiã nihil mereretur credendo natiuitatẽ Christi, puta, ſi vidissent: attñ multo plus meruissent amando, quàm alij credendo & amando, propter maiorem dilectionem ex visu, quàm ex fide p̃ductam.

197 Ar. præc. ad 3. arg.

¶ Super quæstionis trigesimæsextæ, Articulum secundum.

TItulus clarus est.
¶In corpore vna conclusio: Natiuitas Christi debuit quibusdam manifestari. Probatur. Ad diuinæ sapientiæ ordinem pertinet, vt Dei dona & secreta non æqualiter ad oẽs, sed immediatè ad quosdã & per eos ad alios deriuent. ergo in mysterio natiuitatis hoc debuit obseruari. Antecedens declaratur ex auctoritate Actuũ 10. de mysterio resurrectionis Christi. Consequẽtia p̃batur ex auctoritate ad Rom. 13. Quæ a Deo sunt, ordinata sunt. Permet autem ad diuinæ sapientiæ ordinem, vt Dei dona, & secreta sapientiæ eius, nõ æqualiter ad omnes, sed immediate ad quosdam perueniant & per eos ad alios deriuentur. Vnde & quantum ad resurrectionis mysterium, dicitur Act. 10. q̃ Deus dedit Christum resurgentem manifestum fieri non omni populo, sed testibus præordinatis à Deo. vnde & hoc etiam debuit circa ipsius natiuitatem obseruari, vt non omnibus Christus manifestaretur, sed quibusdam, per quos posset ad alios deuenire.

¶Ad primum ergo dicendum, quòd sicut fuisset in præiudiciũ salutis humanæ, si omnibus hominibus Dei natiuitas innotuisset, ita ét, & si nulli nota fuisset. Vtroque enim modo tollitur fides: tam, s. per hoc quòd aliquid est totaliter manifestum, quàm etiam per hoc, quòd à nullo cognoscitur, à quo possit testimonium audiri: Fides enim est ex auditu, vt dicit Rom. 10.

¶Ad secundum dicendum, quòd Maria & Ioseph instruendi erant de Christi natiuitate antequã nasceretur quia ad eos pertinebat reuerentiam exhibere proli conceptæ in vtero, & etiam obsequi nascituræ. Eorum autem testimonium propter hoc, quòd erat domesticum, fuisset habitum suspectum circa magnificentiam Christi, & ideo oportuit vt aliis manifestaretur extraneis, quorum testimonium suspectum esse non posset.

¶Ad tertium dicendum, q̃ ipsa turbatio subsecuta ex natiuitate Christi manifestata, congruebat Christi natiuitati. primo quidẽ, quia per hoc manifestatur cœlestis Christi dignitas. Vnde Grego. dicit in * Homi. Cœli rege nato, rex terræ turbatus est: quia nimirum terrena altitudo confunditur, cum celsitudo cœlestis aperitur. Secundo, quia per hoc figurabatur iudiciaria Christi potestas. Vnde Aug. †dicit in quodam sermone Epiphaniæ, Quid erit tribunal iudicantis, quando superbus reges cuna terrebat infantis? Tertio, quia per hoc figurabatur deiectio regni diabolici, quia vt Leo Papa dicit in sermone Epiphaniæ, * Non tantum Herodes in semetipso turbabatur, quantum diabolus in Herode: Herodes enim terrenum hominem æstimabat, sed diabolus Deum, & vterque regni sui successorem timebat, diabolus cœlestem, sed Herodes terrenũ. Superfluè tamen, quia Christus non venerat regnum in terra habere. Vnde Leo † Papa dicit, Herodi loquens. Non capit Christum regia tua: nec mundi dominus, potestatis tuæ sceptri est contentus angustiis. Quòd autem Iudæi turbabantur, qui tamen magis gaudere debuerant, aut hoc est, quia, vt Chryso. * dicit, de aduentu iusti non poterant gaudere iniqui, aut volentes fauere Herodi, quem timebant: populus enim plus iusto fauet eis, quos crudeles sustinet. Quòd autem pueri ab Herode sunt interfecti, non cesſit in eorum detrimentum, sed in eorum profectum. Dicit enim Augustinus in sermone quodam de Epiphania: Absit, vt ad liberandos homines Christus veniens, de illorum præmio, qui pro eo interficiuntur, nihil egerit, qui pendens in ligno, pro eis à quibus interficiebatur, orauit.

*Hom. 10 in Euan. principia.

In serm. 2. qui est 30. in ordine ante med. to. 10.

Id formaliter habet Chrys. Homil. 8. ante mediũ in opere imperfecto to. 5. In serm. de Epiphan. & med. ii.

Hom. 2. in Mat. opere imperfecto super illud, audiens Herodes turbatus est. to. 2

ARTICVLVS II.

Vtrum natiuitas Christi debuerit aliquibus manifestari.

AD secundum sic proceditur. Videtur quòd natiuitas Christi nulli debuerit manifestari: quia vt dictũ est, * hoc erat congruum humanæ saluti, vt primus Christi aduentus esset occultus: sed Christus venerat, vt omnes saluaret, secundum illud 1. ad Timoth. 4. Qui est saluator omnium, maximè fideliũ. ergo natiuitas Christi nulli debuit manifestari.

¶2 Præt. Ante natiuitatem Christi manifestata erat beatæ Virgini & Ioseph futura Christi natiuitas. non ergo erat necessarium Christo nato, eãdem alijs manifestari.

¶3 Præter. Nullus sapiens manifestat id, ex quo turbatio nascitur, & detrimentum aliorum: sed manifestata Christi natiuitate, subsecuta est turbatio: dicitur enim Matth. 2. q̃ audiens Herodes Christi natiuitatem, turbatus est, & omnis Hierosolyma cum illo. Cessit etiam hoc in detrimẽtum aliorum, quia ex hac occasione, Herodes occidit pueros ī Bethleem, & in omnibus finibus eius, à bimatu, & infra. ergo videtur q̃ non fuerit cõueniens Christi natiuitatem, aliquibus manifestari.

¶Sed contra est, q̃ Christi natiuitas nulli fuisset proficua, si omnibus esset occulta: sed oportebat Christi natiuitatem esse proficuam: alioquin frustra natus fuisset. ergo videtur q̃ aliquibus manifestari debuerit Christi natiuitas.

¶Respondeo dicendum, quòd sicut Apostolus dicit Rom. 13. Quæ à Deo sunt, ordinata sunt. Pertinet autem ad diuinæ sapientiæ ordinem, vt Dei dona, & secreta sapientiæ eius, nõ æqualiter ad omnes, sed immediate ad quosdam perueniant & per eos ad alios deriuentur. Vnde & quantum ad resurrectionis mysterium, dicitur Act. 10. q̃ Deus dedit Christum resurgentem manifestum fieri non omni populo, sed testibus præordinatis à Deo. vnde & hoc etiam debuit circa ipsius natiuitatem obseruari, vt non omnibus Christus manifestaretur, sed quibusdam, per quos posset ad alios deuenire.

¶Ad primum ergo dicendum, quòd sicut fuisset in præiudiciũ salutis humanæ, si omnibus hominibus Dei natiuitas innotuisset, ita ét, & si nulli nota fuisset. Vtroque enim modo tollitur fides: tam, s. per hoc quòd aliquid est totaliter manifestum, quàm etiam per hoc, quòd à nullo cognoscitur, à quo possit testimonium audiri: Fides enim est ex auditu, vt dicit Rom. 10.

ARTICVLVS III.

Vtrum sint conuenienter electi illi, quibus est Christi natiuitas manifestata.

AD Tertium sic proceditur. Videtur q̃ non sint conuenienter electi illi, quibus est christi natiuitas manifestata. Dominus. n. Mat. 10. mandauit discipulis, In viam gentium ne abieritis, vt. s. prius manifestaretur Iudæis quàm gentibus. ergo videtur q̃ multo minus à principio fuerit reuelanda Christi natiuitas gentilibus, qui ab oriente venerunt, vt habetur Matthæi 2.

¶ Super quæstionis trigesimæsextæ, Articulum Tertium.

TItulus clarus.
¶In corpore vnica est conclusio subinteliecta: Conueniẽter electi sunt illi, quib. est Christi natiuitas manifestata. Probatur. Salus futura per Christum ad omnem hominum diuersitatem pertinebat. ergo Christus natus omnibus cõditionibus hominum est cõuenienter manifestatus. ergo Pastoribus, Magis, Simeoni, & Annæ conuenienter. Antecedens p̃batur ex auctoritate Apostoli. Consequentia probat quia hoc. s. salus tot diuersorum, ī Christi natiuitate debuit præfigurari, vt nulla hominum conditio a Christi salute excluderetur. Secundo vero cõsequentia declaratur, ex sex diuersitatibus inter istos inuentis: prima inter iudæos & gentiles: secunda inter propinquos & distantes: tertia inter sapientes & simplices: quarta inter potentes & viles: quinta inter peccatores & iustos: sexta inter mares & feminas. Omnia clara sunt.

199

¶Respon. Dicendũ, q̃ salus, quę erat futura per Christum, ad omnem diuersitatem hominum pertinebat: quia sicut dicitur Col. 3. In Christo IESV non est masculus & femina, gentilis & iudeus, seruus & liber, & sic de alijs huiusmodi. Et vt hoc in ipsa Christi natiuitate prefiguraretur, omnibus conditionibus hominum est manifestatus: quia vt Aug. * dicit in sermone de Epiphania, Pastores fuerunt Israelitæ, Magi gentiles, illi propè, isti longè, vtrique tamen ad angularem lapidem concurrerunt. Fuit etiam inter eos alia diuersitas: nam Magi fuerunt sapientes & potentes: Pastores autem simplices & viles. Manifestatus etiam est iustis, Simeoni & Annæ, & peccatoribus, scilicet, Magis: manifestatus est etiam & viris * & mulieribus, vt per hoc ostenderetur, nullam conditionem hominum excludi à Christi salute.

* In ser. 4 qui est 32 in ord. nõ procul a prin. t. 10.

Alias, & mulieri. s.

¶Ad primum ergo dicendum, q̃ illa manifestatio natiuitatis Christi, fuit quædam prælibatio plenæ manifestationis, quæ erat futura. & sicut in secunda manifestatione, primo annuntiata est gratia Christi per Christum & eius Apostolos iudæis, & postea gẽtilibus, ita ad Christum primo peruenerunt Pastores, qui erant primitiæ iudæorum tamquàm prope existentes, & postea venerunt Magi à remotis, qui fuerunt primitiæ gentium, vt Augu. * dicit.

* ser. 2. de Epip. qui est 30. in ordine, circa princi. tom. 10.

¶Ad secundum dicendum, q̃ (sicut Aug. dicit † in sermo. de Epiphan.) Sicut prævalet imperitia in rusticitate pastorum, ita prævalet impietas in sacrilegijs magorum, vtrosque tamen sibi lapis ille angularis attribuit, quippe qui venit stulta eligere, vt confunderet sapientes, & non vocare iustos, sed peccatores, vt nullus magnus superbiret, nullus infirmus disperaret. Quidam tamen dicunt, q̃ isti Magi nõ fuerunt malefici, sed sapientes Astrologi, qui apud Persas, vel Chaldæos Magi vocantur.

In serm. 3. de Epiphan. inter princ. & medi. ii.

¶Ad tertium dicendum, q̃ sicut Chryso. dicit *, Ab oriente venerunt Magi, quia vnde dies nascitur, inde initium fidei processit: quia fides lumen est animarum, Vel quia omnes qui ad Christum veniunt, ab ipso & per ipsum veniunt, de quo dicitur Zachariæ 6. Ecce vir, Oriens nomen eius. Dicuntur autem ab oriente, ad literam venisse, vel quia de vltimis orientis partibus venerunt, secundum quosdam, vel quia de aliquibus vicinis partibus iudææ venerunt, quæ tamen sunt regioni iudæorum ad orientem. Credibile tamen est, etiam in alijs partibus mundi aliqua indicia natiuitatis Christi apparuisse, sicut Romæ fluxit oleum, & in Hispania apparuerunt tres soles, paulatim in vnum cocuntes.

*Hom. 2. Mat. in ope. imper. sup illud, Ecce Magi ab oriẽte, to. 2.

¶Ad quartum dicendum, q̃ sicut Chrysost. dicit, Angelus manifestans Christi natiuitatem, non iuit Hierosolymam, non requisiuit scribas & pharisæos: erant enim corrupti & præiudicia cruciabantur, sed pastores erant syncti antiquam conuersationẽ patriarcharum & Moysi colentes. Per hos etiam pastores significabantur docto res Ecclesiæ, quibus Christi mysteria reuelantur, quæ latebant Iudæos.

¶Ad quintum dicendum, q̃ sicut Ambro. * dicit, generatio Domini non solum a iuuenibus: sed etiam a senioribus & iustis accipere debuit testimonium, quorum etiã testimonio propter iustitiam, magis credebatur.

* lib. 2. in Lu. cuius initiũ est de Simeone & Anna. to. 5.

ARTICVLVS IIII.

¶ Super quæstio. XXXVI. Artic. IIII.

Vtrum Christus per seipsum natiuitatem suam manifestare debuerit.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd Christus per seipsum natiuitatem suam manifestare debuerit. Causa enim, quæ est per se, semper est potior ea, quæ est per aliud, vt dicitur in 8. Physico. * sed Christus suam natiuitatem manifestauit per alios, puta, Pastoribus per angelos, & Magis per stellam. ergo multo magis per seipsum debuit suam natiuitatem manifestare.

*li. 8. phy si. tex. 39. to. 2.

¶2 Præterea. Ecclesiastici 20. dicitur, Sapientia abscondita & thesaurus inuisus, quæ vtilitas in vtrisque? Sed Christus à principio suæ conceptionis plenè habuit sapientiæ & gratię thesaurum. nisi ergo hanc plenitudinem manifestasset per opera & verba, fuisset frustra ei data sapientia & gratia, quod est inconueniens, quia Deus & natura nihil frustra facit, vt dicitur in 1. de Cælo. *

* lib. 1. de Cælo tex. 32. to. 2.

¶3 Præterea. In lib. de infantia Saluatoris legitur, q̃ Christus in sua pueritia multa miracula fecit. & ita videtur q̃ suam natiuitatem per seipsum manifestauerit.

¶Sed contra est, quòd Leo Papa dicit †, quòd Magi inuenerunt puerum IESVM nulla ab humanæ infantiæ generalitate discretum: sed alij infantes non seipsos manifestant. ergo neque decuit, quòd Christus per seipsum suam natiuitatem manifestaret.

†In ser. 4. de Epiph. in med. incipit. Hic ser. iustũ & rationabile.

¶Respon. Dicendum, quòd natiuitas Christi ad humanam salutem ordinabatur, quæ quidem est per fidem: fides autem salutaris, diuinitatem, & humanitatem Christi confitetur. Oportebat igitur ita manifestari natiuitatem

Universidad de Deusto
Biblioteca

culum quippe vini factum est post baptismū Christi per annum, secundum ecclesiæ traditionem, tria mysteria vno die diuersis annis contigisse attestantem, scilicet Magorum adorationē, baptismum Christi, & conuersionē aquæ in vinum.

¶ Super quæstio. XXXVI Artic. quintum.

TItulus minus explicat breuitatis causa, quā quærit. Nam, vt patet in distinctione articulorū in principio huius quæstionis facta in litera, quintus articulus inquirit per qualia debuerit manifestari, vbi patet non solum de angelis, vt hic explicatur, sed vniuersaliter de omnibus creaturis, per quas debuerit manifestari Christina tiuitas inquirit.

Idem quoq; euidēter apparet in processu articuli, vbi non solum quare per angelos pastoribus, sed diffuse quoq; quare per stellam Magis, & per inspirationem interiorem Simeoni, & Annæ manifestata est Christi natiuitas, ratio redditur.

¶In corpore articuli vna est conclusio responsiua quæsito. Christi natiuitas conuenienter manifestata est per angelos, stellā & inspirationē, pastoribus, iudæis, Magis, & iustis Simeoni & Annæ. Probat primo Manifestatio debet fieri per signa, per familiaria illis, quibus manifestatio fit. ergo cōuenienter &c. Antecedēs probatur ex simili de manifestatione syllogistica. Consequentia aūt probatur, quia iustis. f. perfectis, familiare est per inspirationem, aliis corporalibus deditis per visibilia, & rursus iter istos alios Christi, vt demonstratio diuinitatis eius, fidei humanitatis ipsius non præiudicaret. Hoc autem factum est, dum Christus in seipso natiuitatem similem infirmitati humanæ exhibuit, & tamen per Dei creaturas diuinitatis virtutē in se monstrauit. & ideo Christus non per seipsum suam natiuitatem manifestauit, sed per quasdam alias creaturas.

¶Ad primum ergo dicendum, q̄ in via generationis & motus, oportet per imperfecta ad perfectum peruenire. & ideo Christus prius manifestatus est per alias creaturas, & postea manifestauit se per seipsum manifestatione perfecta.

¶Ad secundum dicendum, q̄ licet sapientia abscondita sit inutilis: non tamen ad sapientem pertinet, vt quolibet tempore manifestet seipsum, sed tempore congruo: dicitur enim Ecclesiast. 20. Est tacens non habens sensum loquelæ, & est tacens sciens tempus apti temporis. Sic ergo sapientia Christo data non fuit inutilis, quia seipsum tempore congruo manifestauit & hoc ipsum, quòd tempore congruo absconderetur, est sapientiæ indicium.

¶Ad tertium dicendum, quòd liber ille de infantia Saluatoris est apocryphus. Et Chrys. * dicit super Ioan. quòd Christus non fecit miracula antequam aquam conuertit in vinum, secundum illud quod dicitur Io. 2. Hoc fecit initium signorum Iesus. Si enim secundum primam ætatē miracula fecisset, non indiguissent Israelitæ alio manifestante eum, cum tamē Ioannes Baptista dicat Io. 1. Vt manifestet in Israel, propterea veni in aqua baptizans. Decenter autem non incepit facere signa in prima ætate: existimassent enim phantasma esse incarnationem, & ante opportunum tempus cruci eum tradidissent, liuore liquefacti.

* Ho. 22. in Io. non longe a prin. to 3.

ARTICVLVS V.

Vtrum natiuitas Christi debuerit per angelos & stellam manifestari.

AD quintum sic proceditur. Videtur quòd non debuerit manifestari per angelos Christi natiuitas. Angeli enim sunt spirituales substantiæ secundum illud Psal. 103. Qui facit angelos suos spiritus: sed Christi natiuitas erat secundum carnem, non autem secundum spiritualem eius substantiam. ergo non debuit per angelos manifestari.

¶2 Præt. Maior est affinitas iostorū ad angelos quàm ad quoscumq; alios, secundum illud Psal. 33. Immittet angelus Dñi in circuitu timentium eum, & eripiet eos: sed iustis s. Simeoni & Annæ, non est manifestata Christi natiuitas per angelos. ergo nec pastoribus per angelos manifestari debuit.

¶3 Præt. Videtur q̄ nec magis debuerit manifestari per stellam. Hoc. n. videtur esse erroris occasio, quantum ad illos, qui æstimant sidera natiuitatibus hominum dominari, sed occasiones peccandi sunt hominibus auferendę. non ergo fuit cōueniens, q̄ per stellam Christi natiuitas manifestaretur.

¶4 Præt. Signum oportet esse certū ad hoc, q̄ per ipsum aliquid manifestetur: sed stella non videtur esse signum certum natiuitatis Christi. ergo inconuenienter fuit Christi natiuitas per stellam manifestata.

¶Sed contra est, q̄ dicitur Deute. 32. Dei perfecta sunt opera: sed talis manifestatio fuit opus diuinum. ergo per conuenientia, signa fuit effecta.

¶Respon. Dicendum, q̄ sicut manifestatio syllogistica fit per ea, quæ sunt magis nota ei, cui est aliquid manifestandum, ita manifestatio quæ fit per signa, debet fieri per ea, quæ sunt familiaria illis, quibus manifestatur. Manifestum est autem, quòd viris iustis, est familiare & consuetum interiori Spiritussancti instinctu edoceri, absque signorum sensibilium demonstratione, scilicet per spiritum prophetiæ. Alij verò corporalibus rebus dediti, per sensibilia ad intelligibilia adducuntur. iudæi autem consueti erant diuina responsa per angelos accipere, per quos & legē acceperant, f̄m illud Act. 7. Accepistis legē in dispositione angelorum. Gentiles verò & maximè astrologi consueti sunt stellarum cursus inspicere. & ideo iustis, s. Simeoni & Annæ, manifestata est Christi natiuitas per interiorem instinctum Spiritussancti, secundum illud Luc. 2. Responsum accepit à Spiritusancto, non visurum se mortem, nisi prius videret Christum domini. Pastoribus autem & Magis tamquàm rebus corporalibus deditis, manifestata est Christi natiuitas per visibiles apparitiones. Et quia natiuitas non erat purè terrena, sed quodammodo cælestis, ideo per signa cælestia vtrisque Christi natiuitas reuelatur: vt enim Augustinus dicit in sermo. de Epiph. Cælos angeli habitant, & sidera ornant, vtrisque ergo cæli enarrant gloriam Dei. Rationabiliter autem pastoribus tanquam iudæis, apud quos frequenter factæ sunt apparitiones angelorum, reuelata est natiuitas Christi per angelos. Magis autem assuetis in cōsideratione cælestium corporum, manifestata est per signum stellæ, quia (vt Chrysostomus dicit*) per consueta eos Dominus vocare voluit, eis condescendens. Est autem alia ratio, quia vt Greg. † dicit, iudæis tamquam ratione vtentibus rationale animal idest angelus prædicare debuit. Gentiles verò, quia vt irratione nescientes ad cognoscendum Dominum, non per vocem, sed per signa perducuntur. Et sicut Dominum iam loquentem annuntiauerunt gentilibus prædicatores loquentes, ita eum nondum loquentem elementa muta prædicauerunt. Est etiam & alia ratio, quia vt Augustinus dicit in serm. Epiphan. Abrahæ innumerabilis fuerat promissa successio non carnis semine, sed fidei fœcunditate generanda. & ideo stellarum multitudini est comparata, vt cælestis progenies speraretur. & ideo gentiles in sideribus designati, ortu noui sideris excitantur, vt perueniant ad Christum, per quem efficiuntur semen Abrahæ.

¶Ad primvm ergo dicendum, quòd illud manifestatione indiget, quod de se est occultum: non autem illud, quod de se est manifestum. Caro autem eius, qui nascebatur, erat manifesta, sed diuinitas erat occulta. & ideo conuenienter manifestata est illa natiuitas per iudęis per angelorum visionē, gentilibus per astrorum signa instruendo, quo ad hoc q̄ omnia signa fuerint cælestia, ex hoc q̄ cælestem natiuitatē enarrabat. Et firmatur tertio, quo ad differentiā inter Angelos & stellā respectu pastorum & Magorū & hoc triplici ratione, vt patet in litera cōfirmatur quarto, quo ad stellam, ex spirituali genere Abrahæ, sicut stellarum numerus.

*Homil. 6. in Matth. illud. Ecce stella &c. videntes eos. † Greg. ho. 10. super Ezech. circa pri.

per angelos sui sunt Dei ministri: vnde & cum claritate angelus apparuit, vt ostenderetur q̄ ille qui nascebatur, erat splendor paternæ gloriæ.

¶Ad secundum dicendum, q̄ iusti non indigebant visibili apparitione angelorum: sed eis sufficiebat interior instinctus Spiritussancti propter eorum perfectionem.

¶Ad tertium dicendum, q̄ stella natiuitatem Christi manifestans, omnem occasionem erroris subtraxit. Vt. n. Aug.* dicit contra Faustum, nullis astrologicis constitutum est nascentium hominum fata sub stellis, vt aliquam stellarum, homine aliquo nato circuitus sui ordinem reliquisse, & ad eum, qui natus est perexisse aestimarent sicut accidit circa stellam, quæ demonstrauit natiuitatem Christi. & ideo per hoc non confirmatur error eorum, qui sortem nascentium hominum astrorum ordini colligari arbitrantur. Quorum autem credunt assertionem ordinem ad hominis natiuitatem mutari. Similiter etiam, vt Chrys.* dicit, non est hoc astronomiæ opus, à Deo illis scire eos qui nascuntur sed ab horis natiuitatis futura prædicere. Magiūt tēpus natiuitatis non cognouerunt, vt hinc sumentes initium, a stellarū motu futura cognoscerent, sed potius ecouerso.

¶Ad quartum dicendum, q̄ sicut Chrys.* refert, in quibusdam scripturis apocryphis legitur, q̄ quædam gens in extremo orientis iuxta Oceanum, scripturam quandam habebat ex nomine Seth, & de hac stella, & nunerib. huiusmodi offerendis: quæ gens diligenter obseruabat huius stellæ exortum, positis exploratoribus duodecim, qui certis temporibus de nocte ascendebant in montem, in quo post modum eam viderunt, habentem in se quasi par ui formam, & super se similitudinem crucis. Vel dicendum, q̄ sicut dicitur in lib. de Quæstionibus* veter. & noui Testamenti, Magi illi traditionem Balaam sequebantur, qui dixit, Orietur stella ex Iac. Vnde videntes stellā extra ordinem mundi, hanc esse intellexerunt, quam Balaam futuram indicem Regis Iudææum prophetauerat. Vel dicendum, sicut Aug.* dicit in serm. de Epiphania, q̄ ab angelo aliqua admonitione reuelationis audierūt Magi, q̄ stella Christum natum significaret, & probabile videtur q̄ a bonis, quando in Christo adorando salus eorū iam quærebatur. Vel sicut Leo Papa † dicit in ser. de Epiphania, præter illam speciem, quæ corpoream incitauit obtutum, fulgentior veritatis radius eorum corda perdocuit, quod ad illuminationem fidei pertinebat.

*li. 2. c. 5. a medio, to. 6.

*Homi. 6 in Mat. non. circa pri. to. 2.

*Hom. 2. in Mat. i ope. imp. sup illud. Vidimus stellam eius, to. 2.

*In li q. ex no. test. q. 39. to. 4.

*In ser. 7. qui est 35 in or. ante med. to. 10.

*In ser. 4. parum ante medii.

¶ Super quæstio. XXXVI. Artic. VI.

TItulus de ordine temporis quæritur, quo prius pastoribus, deide Magis, demum Simeoni & Annæ manifestata est Christi natiuitas.

¶In corpore Auctor duo facit: primo ordinem manifestationum ex Euangelii auctoritate aperit, scilicet quod ipso die natalis, pastoribus, terciadecima die Magis quadragesima Simeoni & Annæ. Secundo rationem reddit optimam ex significatis. Omnia clara sunt in litera.

¶In responsione ad tertium, de

ARTICVLVS VI.

Vtrum natiuitas Christi ordine conuenienti fuerit manifestata.

AD sextum sic proceditur. Videtur q̄ inconuenienti ordine Christi natiuitas fuerit manifestata. Illius enim debuit primo manifestari Christi natiuitas, qui Christo propinquiores fuerunt, & qui magis Christum desiderabant, secundum illud Sapien. 7. Præoccupat eos, qui se cōcupiscunt, vt se prior illis ostendat: sed iusti propinquiores fuerunt Christo per fidem, & maximè eis aduentum desiderabāt, vnde dicitur Luc. 2. de Simeone, q̄ erat homo iustus & timoratus, expectans redemptionem Israel. ergo prius debuit manifestari Christi natiuitas Simeoni, quā pastoribus, vel Magis.

¶2 Præt. Secundum Augu.* Magi fuerunt primitiæ gentium Christo creditum: sed primo plenitudo gentium intrat ad fidem, & postmodum omnis Israel saluus fiet, vt dicitur Roma. 11. ergo primo debuit manifestari Christi natiuitas Magis, quàm pastoribus.

¶3 Præt. Matt. 2. dicitur, q̄ Herodes occidit omnes pueros, qui erant in Bethem & in omnibus finibus eius, a bimatu & infra, secundum tempus quod exquisierat à Magis. Et sic videtur q̄ per duos annos post Christi natiuitatē Magi ad Christum peruenerint, inconuenienter igitur post tantum tempus fuit gentilibus Christi natiuitas manifestata.

¶Sed contra est, q̄ dicitur Danie. 2. ipse mutat tempora & ætates. & ita tempus manifestationis natiuitatis Christi videtur congruo ordine esse dispositum.

¶Respon. Dicendum, q̄ Christi natiuitas primo quidem, manifestata est pastoribus ipso die natiuitatis Christi: vt enim dicitur Luc. 2. Erant in regione eadem vigilantes & custodientes vigilias noctis super gregem suum, & vt discesserunt ab eis angeli in cælum, loquebantur ad inuicem, transeamus vsque Bethleem, & venerunt festinātes. Secundo autem, Magi peruenerunt ad Christum tertiadecima die natiuitatis eius, quo die festum Epiphaniæ celebratur. Si enim reuoluto anno, vel etiā duobus annis venissent, non inuenissent eum in Bethleem, cum scriptum sit Luc. 2. quòd postquam perfecerunt omnia secundum legem Domini (offerentes, scilicet puerum IESVM in templum) reuersi sunt in Galilæam in ciuitatem suam Nazareth. Tertio, manifestata est iustus in templo quadragesimo die à natiuitate Christi, vt habetur Luc. 2. Et huius ordinis ratio est, quia per pastores significantur Apostoli & alij credentes ex Iudæis, quibus primo manifestata est fides Christi: inter quos nō fuerunt multi potentes, nec multi nobiles, vt dicitur 1. ad Corinth. 1. Secundo autem, fides Christi peruenit ad plenitudinem gentium, quæ est perfigurata per Magos. Tertio autem peruenit ad plenitudinem iudæorum, quæ est præfigurata per iustos, vnde & in templo iudæorum est eis Christus manifestatus.

¶Ad primum ergo dicendum, quòd sicut Apost. dicit Rom. 9. Israel sectando legem iustitiæ, in legem iustitiæ non peruenit: sed gentiles qui non quærebant iustitiam, iudæos communiter in iustitia fidei præuenerūt. & in huius figuram Simeon, qui expectabat cōsolationem Israel, vltimo Christum natum cognouit & præcesserunt eum Magi & pastores, qui Christi natiuitatem nō ita solicitè expectabant.

*Homil. 6. in Matth. illud. Ecce stella &c. videntes eos. † Greg. ho. 10. super Ezech. circa pri.

*Aug. in ser. 7. ante medium, & in alio ser. de Epiph. post ser. ad fra. in hæremo, tom. 10. Chrysost. ho. 10. in Mat. ante medium, to. 2.

¶Ad secundum dicendum, quòd licet plenitudo gentium prius intrauerit ad fidem, quàm plenitudo iudæorum: tamen primitiæ iudæorum præuenerunt in fide primitias gentium, & ideo pastoribus primo manifestata est Christi natiuitas, quàm Magis.

¶Ad tertium dicendum, q̄ de apparitione stellæ, quæ apparuit Magis, est duplex opinio. Chrys.* enim super Matth. & Aug. † in ser. Epiph. dicunt q̄ stella Magis apparuit per biennium ante Christi natiuitatem, & tunc præmeditantes & se aditer præparantes, à remotissimis partib. orientis peruenerūt ad Christū tertiadecima die à sua natiuitate. Vnde & Herodes statim post recessum Magorum,

Universidad de Deusto
Biblioteca

gorum,videns se ab eis illusum, mandauit occidi pueros à bimatu & infra, dubitans ne tunc Christus natus esset quando stella apparuit, secundum quòd à Magis audierat.

¶ Alij verò dicunt stellam apparuisse primo,cũ Christus natus est, & statim Magi visa stella iter arripientes, longissimum iter in tredecim diebus peregerunt: partim quidem adiuti diuina uirtute, partim autem dromedariorum velocitate;& hoc dico, si venerunt ex extremis partibus orientis. Quidam tamen dicunt, eos venisse de regione propinqua,vnde fuerat Balaam,cuius doctrinæ sectatores fuerunt. Dicuntur autem ab oriente , venisse, quia terra illa est ad orientalem partem terræ iudæorum. Et secundum hoc,Herodes non statim recedentibus Magis,sed post biennium pueros interfecit : vel quia dicitur interim accusatus Romam iuisse , vel aliquorum periculorum terroribus agitatus,à cura interficiẽdi puerum interim destitisse: vel quia potuit credere Magos fallacis stellæ visione deceptos , postquam non inuenerunt quem natum putauerunt,erubuisse ad se redire,vt Aug. * dicit in li. de Consensu Euangelistarum. Ideo autem non solum bimos pueros interfecit , sed etiam infra, quia (vt Aug. dicit in quodam sermone Innocentium) timebat ne puer cui sidera famulantur, speciem suam paulo supra ætatem,vel infra transformaret.

*li.2.c.11 inter me. & li.10.4.

¶ *Super quæstio. XXXVI Artic. VII.*

202 Opu. 60. cap.7. Et Mat.2.10, 4.

†In ser.2. Epipha.q est 30. in ordine & ser.3.eius dem festi, to.10.

†li.2.c.5, a med.to. 6.

†Hom.6. post medium primi fol. a principio hom. to. 2.

TItulus clarus est.

¶In corpore duo fiunt. primo ex Chrys. respondetur quæsito vna conclusione: Stella non fuit ex cælestibus.Et asseruntur quinque rationes ex eodem. Secundo , tractatur quid fuit illa stella: primo secundũ Chrys.sub cuius opinione afferuntur duo modi dicendi: deinde secundum propriam opinionem , auctoritate Leonis firmatam. Omnia patent in litera.

¶In responsione ad tertium, per spice Auctorem cõmune verbum de significatione cometarum admittendo respondere: non quòd propterea,sic ipsum sensisse putandum sit: sed isto q̃ sit ,respondisse intelligendum est. Comes enim non magis regis,quã pauperis rustici mortem significat. sed quia mortes principum notantur, pauperum autem ratione nõ habetur, ideo vulgatum est, q̃ significat mortem principium , si magno credimus Alberto.

ARTICVLVS VII.

Vtrum stella quæ Magis apparuit , fuerit vna de cælestibus stellis.

AD septimum sic proceditur. Videtur q̃ stella quæ magis apparuit,fuerit vna de cælestibus stellis. Dicit enim Augustinus in quodam sermone Epiphaniæ,Dum pendet ad vbera, & vilium patitur Deus inuolumen tapannorum , repente nouum de cælo sidus effulsit. Fuit igitur stella cælestis,quæ Magis apparuit.

¶2 Præt. Augustꝰ. * dicit in sermone quodam Epiphaniæ: Pastoribus angeli,Magis stella Christum demonstrat : vtriusque loquitur lingua cælorum , quia lingua cessault prophetarum : sed angeli pastoribus apparentes, fuerunt verè de cælestibus angelis. ergo & stella Magis apparens, fuit verè de cælestibus stellis.

¶ 3 Præt. Stellæ quæ non sunt in cælo,sed in aëre, dicuntur stellæ cometæ, quæ non apparent in natiuitatibus regum, sed magis sunt in dicta mortis eorum:sed illa stella designabat Regis natiuitatẽ,vnde Magi dicunt Mat.2. Vbi est qui natus est Rex iudæorum? vidimus.n.stellam eius in oriente. ergo videtur q̃ fuerit de cælestibus stellis.

¶Sed contra est , quod Augustꝰ.* dicit in li.2. contra Faustum:Non ex illis erat stellis , quæ ab initio creaturæ, itinerum suorum ordinem sub creatoris lege custodiunt , sed nouo virginis partu nouum sidus apparuit.

¶Respon.dicendũ, q̃ sicut Chrysꝰ.* dicit super Mat.q̃ illa stella,quæ Magis apparuit,non fuerit vna cælestium stellarum , multipliciter manifestum est. Primo quidem, quia nulla alia stellarum hac via incedit, hæc.n.stella ferebatur à septentrione in meridiem; ita.n. Iudæa iacet ad Persidem,vnde Magi venerunt. Secundo, apparet hoc ex tpe:non.n.solum apparebat in nocte,sed ẽt in media die,quod non est virtutis stellæ sed nec etiam lunæ. Tertio,quia q̃nq; apparebat,& q̃nq; occultabatur. Cum.n.intrauerunt Hierosolymam , occultauit seipsam deinde vbi Herodem relinquerunt , seipsam monstrauit. Quarto , quia non habebat continuum motum , sed cum oportebat ire Magos,ibat,cum oportebat stare,stabat,sicut & de columna nubis erat in deserto. Quinto,quia nõ sursum manens,partum Virginis demonstrabat,sed deorsum descendens,hoc faciebat. Dicitur.n. Mat.2.q̃ stella, quam viderant Magi in oriente , antecedebat eos, vsq; dũ veniens staret supra vbi erat puer. Ex quo patet,q̃ verbũ Magorum dicentium , Vidimus stellam eius in oriente, non est sic intelligẽdum,quasi ipsis in oriente positis,stella apparuerit existens in terra Iuda , sed quia viderunt eã in oriente existentem, & processit eos vsque in Iudæam, quàmuis hoc à quibusdam sub dubio relinquatur . Non autem potuisset distinctè domum demonstrare, nisi esset terræ vicina.Et sicut ipse dicit:hoc non videtur proprium stellæ,sed virtutis rationalis cuiusdam. Vnde videtur hæc stella virtutis inuisibilis fuisse in talem apparentiã transformata. Vndequidam dicunt, q̃ sicut Spiritussanctus descendit super Baptizatum Dominum in specie columbę, ita apparuit Magis in specie stellæ. Alij verò dicunt , q̃ angelus,qui apparuit pastoribus in humana specie, apparuit magis In specie stellæ.Probabilius tamen vr, q̃ fuerit stella de nouo creata,non in cælo, sed in aëre vici no terræ,quæ ſm diuinam voluntatem mouebatur. Vnde Leo Papa dicit in ser. * Epiphan. Tribus Magis in regione orientis,stella nouę claritatis apparuit, quæ illustrior cæteris pulchriorque sideribus,in intuentium oculos ant mosque conuerteret,vt confestim aduerteretur, non esse otiosum,quod tam insolitum videbatur.

In ser. 1. non longe à prin.

¶Ad primum ergo dicendum, q̃ cęlum in sacra scriptura quandoque dicitur aër:secundum illud, Volucres cæli, & pisces maris.

¶Ad secundum dicendum , q̃ ipsi angeli cælestes ex suo officio habent, vt ad nos descendant in ministerium missi:sed stellæ cęlestes suum situm non mutant . Vnde non est similis ratio.

¶Ad tertium dicendum, q̃ sicut stella illa, non est secuta modum stellarum cælestium , ita nec etiam stellarũ cometarum,quæ nec de die apparent,nec cursum ordinatum mutant. Et tamen non omnino aberat significatio cometarum,quia cæleste regnum Christi comminuit, & cõsumit vniuersa regna terræ,& ipsum stabit in ęternũ, vt dicitur Dan.2.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum Magi conuenienter ad Christum adorandum venerint.

AD octauum sic proceditur. Videtur q̃ Magi non conuenienter ad Christum venerandum venerint , vnicuiq; n. Regi reuerentia debetur à suis subiectis:Magi aũt non erant de regno iudęorum. ergo cum ex visione stellę cognouerunt natum esse Regem iudęorum,videtur q̃ inconuenienter venerint ad eum adorandum.

¶Præt. Stultum est viuente regeali-quo extraneum regem annuntiare: sed in regno Iudęę regnabat Herodes , ergo stultè fecerunt Magi, alterius regi natiuitatem annuntiantes.

¶ *Super quæstio.XXXVI Artic. octauum.*

205 Mat.2 ptio.

TItulus de conuenientia seu rationabilitate actus quærit.

¶In corpore vnica cõclusio: Credendum est Magos a Spiritusancto inspiratos sapienter Christum adorasse.Probatur: Magi sunt primitiæ Gentium i Christũ credentiũ. ergo credẽdũ est &c.Antecedens manifestat: quia in ipsis sicut in quodam præsagio fides deuotioque gentium a remotis ad Christũ venientium monstrabatur. Consequentia probatur: quia sicut fides deuotioque gentium est absque errore per inspirationem Spiritussancti, ita &c.

¶ 3 Præt. Certius est cæleste indicium , quàm indicium humanum: sed Magi ducatu cælestis indicij ad oriente venerant in Iudæam. Stultè ergo egerunt,præter ducatum stellæ,humanum indicium requirendo,dicentes, Vbi est qui natus est Rex Iudæorum.

¶4 Præt. Munerum oblatio & adorationis reuerentia, non debetur nisi regibus iam regnantibus:sed Magi non inuenerunt Christum regia dignitate fulgentem. ergo inconuenienter ei munera & reuerentiam regiam exhibuerunt.

¶SED CONTRA est, q̃ dicitur Isa. 60. Ambulabunt gentes in lumine tuo, & reges in splendore ortus tui:sed qui diuino lumine ducuntur,non errant.ergo Magi absque errore Christo reuerentiam exhibuerunt.

Ar.6. huius q.arg. 2.

¶Respon.Dicendum,q̃ sicut dictum est, * Magi sunt primitiæ gentium in Christum credentium, in quibus apparuit sicut in quodam præsagio fides , & deuotio gentium venientium a remotis ad Christum : & ideo sicut deuotio & fides gentium est absque errore per inspirationem Spiritussancti , ita etiam credendum est , Magos a Spiritusancto inspiratos, sapienter Christo reuerentiam exhibuisse.

* In serm. 2. qui est 30.in ord. ante mediũ illius, to.10.

¶Ad primum ergo dicendum, q̃ sicut Aug. * dicit in sermone Epiphaniæ, cum multi reges iudæorum nati fuissent atque defuncti, nullum eorũ Magi adorandum quæsierunt. Non itaque regi iudæorum , quales illic esse solebant,hunc tam magnum honorem longinqui , alienigenæ,& ab eodem regno prorsus extranei, a se deberi arbitrabantur, sed talem natum esse didicerunt, in quo adorando,se salutem,quæ secundum Deum est, consecuturos minime dubitauerunt.

* Homi.2 in Mat.i ope imp. sup illud, Et intrado. to.2.

¶Ad secundum dicendum , q̃ per illam annuntiationem Magorum,præsignabatur constantia gentium, Christum vsque ad mortem confitentium. Vnde Chrisꝰ.† dicit super Matth. q̃ dum considerabant regem futurum,non timebant regem præsentem , adhuc non viderant Christum,& iam parati erant pro eo mori.

* Homi.2 in Mat.i ope iper. sup illud: Vidimus stellã t.2. *in se.6. & est 34. in ordi. a medio to. 10.

¶Ad tertium dicendum , quòd sicut Augustꝰ.* dicit in sermo. Epiphaniæ: Stella quæ magos perduxit ad locum , vbi erat cum matre Virgine Deus infans , poterat eos ad ipsam perducere ciuitatem Bethleem, in qua natus est Christus : sed tamen subtraxit se, donec de ciuitate , in qua Christus nasceretur, etiam iudæi testimonium perhiberent, vt sic geminato testimonio confirmati, sicut Leo Papa* dicit,attentiori fide expeterent,quem & stellæ claritas & prophetiæ manifestabat auctoritas. Et ita ipsi annuntiant iudæis Christi natiuitatem & interrogant locum , credunt & quærunt, tamquàm significantes eos, qui ambulant per fidem, & desiderant speciem,vt Augustꝰ.dicit * in sermo. epiphaniæ. Iudæi autem indicantes eis locum natiuitatis Christi , similes facti sunt fabris arcæ Noe, qui alijs vbi euaderent præstiterunt, & ipsi diluuio perierunt . Audierunt & obierunt inquisitores, dixerunt, & remanserunt doctores similes lapidibus miliarijs , qui viam ostendunt , nec ambulant . Diuino etiam nutu factum est, vt aspectu stellæ subtracto , Magi humano sensu in Hierusam irent, quærentes in ciuitate regia regem natum , vt in Hierusalem primo Christi natiuitas publicè annuntiaretur, secundum illud Isa.2. De Sion exibit lex , & verbum Domini de Hierusalem,& vt etiam studio Magorum de longè venientium , damnaretur iudæorum pigritia propè existentium.

*In ser.4 de Epiph. iter prin. & med.

*In serm. 6. qui est 34. in or. de tempe. paulo a princ. to. 10.

*Homi.2. i Mat. in ope.imp. sup illud, Et intrado. to.2.

¶Ad quartum dicendum, q̃ sicut Chrisꝰ.* dicit super Matth. Si Magi terrenum regem quærentes venissent, fuissent confusi:quia tanti itineris laborem sine causa susceptissent, vndenec adorassent, nec munera obtulissent. Nunc autem, quia cælestem regem quærebant , etsi nihil regalis excellentiæ in eo viderent,tamen solius stellæ testimonio contenti eum adorauerunt : vident enim hominem & agnoscunt Deum : & offerunt munera dignitatem Christi congruentia: aurum quidem, quasi regi magno, thus quod in Dei sacrificio ponitur, immolatur vt Deo: myrrha, qua mortuorum corpora condiuntur , præbetur tamquàm pro salute omnium morituro. In quo etiam,vt Gregor.* dicit,instruimur,vt nato regi aurum, per quod significatur sapientia,offeramus,in cõspectu eius,sapientiæ lumine splendentes:thus autem , per quod exprimitur oratio nis deuotio ; offerimus Deo , si per orationum studia Deo redolere valeamus : mirrham autem, quæ significat mortificationem carnis,offerimus,si carnis vitia per abstinentiam mortificemus.

*Hom.10 in enang. post med. illius.

QVAEST. XXXVII.

De legalibus circa puerum Iesum obseruatis, in quatuor articulos diuisa.

¶ *Super quæstio.trigesimę septimæ, Artic. primum.*

DEINDE considerandum est de circumcisione Christi. Et quia circumcisio est quædam professio legis obseruandæ, secundum illud Gal. 5. Testificor omni homini circumcidenti se, quoniam debitor est vniuersæ legis faciendæ: simul cum hoc quærendum est, de alijs legalibus circa puerum Iesum obseruatis.

Vnde quæruntur quatuor.

¶Prima, De eius circumcisione.
¶Secundo, De nominis impositione.
¶Tertio, De eius oblatione.
¶Quarto, De matris purgatione.

ARTICVLVS I.

Vtrum Christus debuerit circuncidi.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur q̃ Christus non debuerit circuncidi. Veniente enim veritate, cessat figura: sed circumcisio fuit Abrahæ præcepta in signum fœderis , quod erat de semine nasciturο, vt patet Genes. 17. Hoc autem fœdus fuit in Christi natiuitate completum.ergo circumcisio statim cessare debuit.

¶ 2 Præt. Omnis Christi actio, nostra est instructio : vnde dicitur Io. 13. Exemplum dedi vobis, vt quemadmodum ego feci,ita & vos faciatis,sed nos non debemus circuncidi, secundum illud Gal. 5. Si circumcidimini,Christus vobis nihil proderit. ergo videtur q̃ nec Christus debuerit circuncidi.

¶ 3 Præt.circumcisio est ordinata in remedium originalis peccati, sed Christus non cõtraxit originale peccatum, vt ex supradictis patet. * ergo Christus non debuit circuncidi.

Tertia S.Tho. Q 3

TItulus S. Tho.

¶In corpore vnica conclusio : Christus debuit circuncidi.Probatur septem rationibus,quæ clare patent in litera.

¶In responsione ad secundum , vbi de imitatiõe Christi, quo ad circuncisionem corporeã agitur,dubium oe currit de circuncisione christianoꝝ Indorum , dicentium se circuncidi vt conformentur Christo an sit licita Vr.n.q̃ non.Primo,ex auctoritate Apostoli.Si circuncidimini,Christus nihil vobis proderit, ad Galat. 5. & ex auctoritate ecclesiæ quæ in concilio Florent. sub Eugenio I I I. determinauit circuncisionem.& alia legalia, post publicationẽ euangelij esse non solum mortua,sed mortifera. Secundo,quia circuncisio facta ad imitationẽ Christi,nõ effugit quin sit tertiam ad imitationem Abrahæ & iudæorum:quoniã quicquid sit ad imitationem imitatis tertium sit ad imitationem illius tertij. ergo per hoc circuncisio facta ad imitationem Christi est circuncisio legalis . Et confirmatur , quia fieri ad imitationem alicuius mediate vel immediate,

204 Infra q. 40. art.4. cor. Et 4. d.1 e.q.2. ar.2. q 3. Et opus. 60.c.5.

q.15. ar.1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

diare, non variat naturam actus: sed circuncisio facta ad similitudinem Christi immediate, sit mediate ad similitudinem legalis circuncisionis: quia Christus legalem circuncisionem suscepit. ergo circuncisio ad similitudinem Christi facta est legalis. Tertia, quia secundum Apostolum ab omni specie mali abstinendum est: inficiari autem nō potest, quin circuncisio ista habeat, speciē mali: nam constat q̄ habet speciem iudaismi, igitur illicita est. In oppositum autem est quia damnare totam illam partiam Christianam, & morem antiquum tot ecclesiarum, præsumptuosum videtur.

¶Ad euidentiā huius quæstionis sciendum est, q̄ nō vertitur in dubiō, an circuncisio legalis sit alicubi licita. Determinata siquidem est in dicto concilio hæc quæstio, & definitum est circuncisionem legalem, siue in ea ponatur spes, siue non, esse illicitam. Sed quia ista circuncisio negatur, quòd sit legalis, dicitur enim quòd non fit ad obseruādam legem Moysi, vel præceptum datū Abrahæ de circuncisione, propterea in dubium vertitur, an sit licita vel illicita. Via autem resolutionis incedendo circuncisio facta præsertim ad conformandum hominē Christo, duo in se continet, scilicet ipsam corporalem circuncisionem voluntariam, & conformitatem ad Christum circuncisum. Ex primo autem constat actum nō esse de genere malorum: quoniam actus malus ex suo genere, non potest recte fieri ex adiuncto bono fine: quia non sunt facienda mala, vt ventant bona: circuncidere autem licite potest se homo ob sanitatem. non igitur est ex suo genere mala corporalis circuncisio voluntaria. Ex secundo autem in quantum continet conformitatem ad Christum, constat q̄ malus non redditur. Conformitas siquidem ad Christum de genere bonorum est secundum se: bonum autem adiunctum non malo actui, non habet vnde reddat actum illum malum, sed potius habet vnde bonificet actum illum. In quantum vero continet ly circuncisum (non enim additur conformitas ad Christum absolute, sed ad Christum circuncisum) pōt reddere actū malū: nam Christus vt circuncisus, significat ad circuncisionem corporalem & legalem, quoniam circuncisio eius fuit & corporalis & legalis: immo ideo ad literam corporaliter circuncidi voluit, vt legalem circuncisionem susciperet. Et propterea si conformitas ad Christum circuncisum, intelligatur ad circuncisum materialiter & formaliter, actus circuncisionis redditur malus pro tempore euangelij publicat: quia talis circuncisio nihil aliud est, quàm circuncisio legalis: est enim imitatio eius vt patet, & rationes secundo & tertio loco arguendo probant. Si vero conformitas referatur ad Christum circuncisum corporaliter tantum ratione similitudinis in patiendo, quia scilicet vult sequi Christum in dolore circuncisionis, non malus, sed laudabilis redditur actus circuncisionis. Ratione vero similitudinis an hoc, quòd est esse circuncisum corporaliter: quia Christus fuit corporaliter circuncisus, cum in corporalibus secundum se non sit vitium nec vitium nec vnde malus, nec vnde bonus reddatur actus circuncisionis propter huiusmodi corporalem similitudinem factæ video, nisi quòd pro tanto malus esset pro quanto vanus esset: careret enim necessitate & pia vtilitate, si solum pro corpore ea assimilatione fieret. Et si pro quadam veneratione Christi hoc fieret, an actus sit religiosus, an superstitiosus, consideran-

¶Sed contra est, quòd dicitur Luc. 2. Postquàm consumati sunt dies octo, vt circumcideretur puer.

¶Respon. Dicendum, quòd pluribus de causis Christus debuit circuncidi. Primo quidem, vt ostendat veritatem carnis humanæ, contra Manichæum, qui dixit eum habuisse corpus phantasticum, & contra Apollinariū, qui dixit corpus Christi esse diuinitati consubstantiale, & cōtra Valentinum, qui dixit Christū de cælo corpus attulisse. Secundo, vt approbaret circuncisionem, quam olim Deus instituerat. Tertio, vt comprobaret se esse de genere Abrahæ, qui circuncisionis mandatum acceperat in signum fidei, quam de ipso habuerat. Quarto, vt iudæis excusationem tolleret, ne eum recipere nt, si esset incircuncisus. Quinto, vt obediendi virtutem nobis suo commendaret exemplo: vnde & octaua die circuncisus est, sicut in lege erat præceptum. Sexto, vt quia in similitudinē carnis peccati aduenerat, remedium quo caro peccati cōsueuerat mundari, non respueret. Septimo, vt legis onus in se sustinens, alios à legis onere liberaret, secundum illud Gal. 4. Misit Deus filium suum factum sub lege, vt eos qui sub lege erant, redimeret.

¶Ad primvm ergo dicendum, quòd circuncisio per remotionē carnalis pelliculæ in membro generationis facta, significabat spoliationem vetustæ generationis, à qua quidem vetustate liberamur per passionem Christi: & ideo veritas huius figuræ non fuit plenè impleta in Christi natiuitate, sed in eius passione, ante quam circuncisio suam virtutem & statum habebat: & ideo decuit Christum ante suam passionem tamquàm filium Abrahæ circuncidi.

¶Ad secundum dicendum, quòd Christus circuncisionem susceipit eo tempore, quo erat sub præcepto: & ideo sua actio in hoc est nobis imitanda, vt obseruemus ea, quæ sunt nostro tempore in præcepto: quia vnicuique negotio est tempus, & opportunitas, vt dicitur Eccles. 8. Et præterea, vt Orig.* dicit, sicut mortui sumus cum illo moriente, & consurreximus Christo resurgenti, ita circuncisi sumus spirituali circuncisione per Christum, & ideo carnali circuncisione non indigemus. Et hoc est, quòd Apostolus dicit Colos. 2. in quo, scilicet Christo, circuncisi estis circuncisione non manufacta, in expoliatione corporis carnis, sed in circuncisione domini nostri Iesv Christi.

¶Ad tertium dicendum, quòd sicut Christus propria voluntate mortem nostram suscepit, quæ est effectus peccati (nullum in se habens peccatum) vt nos à morte liberaret, & spiritualiter nos faceret mori peccato, ita etiam & circuncisionem, quæ est remedium originalis peccati, suscepit absque hoc q̄ haberet originale peccatum, vt nos à legis iugo liberaret, & vt in nobis spiritualem circuncisionem efficeret, vt scilicet suscipiendo figuram, impleret veritatem.

* Orig. hom. 14. in Luc. in prin. ca. 2.

¶Super quæstionis trigesimæseptimæ, Articulum secundum.

Opus. 60. cap. 6.

Titulus clarus est.

¶In corpore triplex ratio imponendi nomina refertur. Deinde respondetur quæsito. Nomina debēt imponi à proprietatibus rerum, vel imponuntur à substantibus quomodolibet, vel significant aliquod gratuitum donū diuinitus illis datum. Primum declaratur in nominibus generum & specierum. Secundum, in singularium nominibus. Tertium, in nominibus diuinitus impositis.

¶Conclusio responsiua est. Conuenienter vocatū est nomen Christi Iesus, ideſt, saluator: quia fuit impositum diuinitus angelos nunciantes, & Christo hoc muniis gratiæ collatum est, vt esset saluator omnium.

Christo impositum in sua circuncisione.

¶Sed contra est auctoritas scripturæ, in qua dicitur Luc. 2. q̄ postquàm consumati sunt dies octo, vt circumcideretur puer, vocatum est nomen eius Iesvs.

¶Respon. Dicendum, quòd nomina debent proprietatibus rerum respondere. Et hoc patet in nominibus generum & specierum: quia, vt dicitur 4. Metaph. ratio, quàm significat nomen est definitio, quæ designat propriam rei naturam. Nomina autem singularium hominum semper imponuntur ab aliqua proprietate eius, cui nomen imponitur. Vel à tempore, sicut imponuntur nomina aliquorum sanctorum his, qui in eorum festis nascuntur. Vel à cognatione: sicut cum filio imponitur nomen patris, vel alicuius de cognatione eius: sicut propinqui Ioannis Baptistæ volebant eum vocare nomine patris sui Zachariam, non autem Ioannem: quia nullus erat in cognatione eius, qui vocaretur hoc nomine, vt dicitur Luc. 1. Vel etiam ab euentu: sicut Ioseph vocauit primogenitum suum Manassem, dicens, Obliuisci fecit me Deus omnium laborum meorum. Genes. 41. Vel etiam ex aliqua qualitate eius, cui nomen imponitur: sicut Genes. 25. dicitur, quòd quia qui primus egressus est de vtero matris, rufus erat & totus in morem pellis hispidus, vocatum est nomen eius Esau, quod interpretatur rubeus. Nomina autem quæ imponuntur aliquibus diuinitus, semper significant aliquod gratuitum domum eis diuinitus datum: sicut Genes. 17. dictum est Abrahæ, Appellaberis Abraham, quia patrem multarum gentium constitui te. Et Mat. 16. dictum est Petro, Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. Qui igitur Christo hoc munus gratiæ collatum erat, vt per ipsum omnes saluarentur, ideo conuenienter vocatum est nomen eius Iesus, ideſt, Saluator, angelo hoc nomen prænuntiante, non solum matri, sed etiam Ioseph, qui erat futurus eius nutritius.

¶Ad primvm ergo dicendum, quòd in omnibus illis nominibus quodammodo significatur hoc nomen Iesus, quod est significatiuum salutis. Nam in hoc quòd dicitur, Emanuel, quod interpretatur, nobiscum Deus, designatur causa salutis, quæ est vnio diuinæ & humanæ naturæ in persona filij Dei, per quam factum est, vt Deus esset nobiscum, quasi particeps nostræ naturæ. Per hoc autem quòd dicitur, Vocā nomen eius, accelera, spolia detrahe, &c. designatur à quo nos saluauit, quia à diabolo, cuius spolia abstulit: secundum illud Coloss. 2. Expolians principatus, & potestates, traduxit confidenter. In hoc autem quòd dicitur, Vocabitur nomen eius admirabilis &c. designatur via & terminus nostræ salutis, inquantum scilicet ad mirabili diuinitatis consilio & virtute, ad hæreditatem futuri sæculi perducimur, in quo erit pax perfecta filiorum Dei, sub ipso principe Deo. Quòd verò dicitur, Ecce vir, Oriens nomen eius, ad idem refertur ad quod primum, scilicet ad incarnationis mysterium, secundum quòd ex ortum est in tenebris lumen rectis corde.

¶Ad secundum dicendum, quòd his qui fuerunt ante Christum, potuit conuenire hoc nomen Iesus secundum aliquam aliam rationem, puta, quia aliquam particularem & temporalem salutem attulerunt: sed secundum rationem spiritualis & vniuersalis salutis hoc nomen proprium est Christo, & secundum hoc dicitur esse nomen nouum.

¶Ad tertium dicendum, quòd sicut Genes. 17. legitur simul Abraham suscepit nominis impositionem à Deo, & circuncisionis mandatum: & ideo apud iudæos consuetum erat, vt ipso die circuncisionis nomina pueris imponerentur, quasi ante circuncisionem perfectum esse non habuerint: sicut etiam nunc pueris in baptismo nomina imponuntur. Vnde super illud Prouerbio. 4. Ego filius fui patris mei, tenellus & vnigenitus coram matre mea, dicit gloss. Quare Salomon se vnigenitum coram matre nominat, quem fratrem vterinum præcessisse scriptura attestatur, nisi quia ille mox natus, sine nomine quasi numquàm esset, de vita decessit? Et ideo Christus simul cum fuit circuncisus, nominis impositionem accepit.

¶Super quæstionis trigesimæseptimæ, Articul. tertium.

Opus. 60. ar. 8.

Titulus clarus est.

¶In corpore vnica conclusiore sponsiua quæsito: Christus conuenienter in templo oblatus est, cum oblatione. Probatur: Christus voluit sub lege fieri, & ex muliere natus primogenitus est. ergo conuenienter &c. antecedens quo ad primam partem declaratur ex fine: quia vt eos qui sub lege erant redimeret. & iusti-

ARTICVLVS II.

Vtrum conuenienter fuerit Christo nomen impositum.

AD secundum sic proceditur. Videtur quòd inconuenienter fuerit Christo nomen impositum. Veritas enim euangelicæ debet prænuntiationi prophetiæ respondere: sed prophetæ aliud nomen de Christo prænuntiauerunt: dicitur enim Isa. 7. Ecce virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emanuel. Et 8. Voca nomen eius, accelera, spolia detrahe, festina prædari. Et 9. Vocabitur nomen eius admirabilis, consiliarius, Deus fortis, pater futuri sæculi, princeps pacis. & Zach. 6. dicitur, Ecce vir, Oriens nomen eius. ergo inconuenienter vocatum est nomen eius Iesvs.

¶2 Præt. Isa. 62. dicitur, Vocabitur tibi nomen nouum, quod os domini nominauit: sed hoc nomen Iesus non est nomen nouum, sed pluribus fuit in veteri testamento impositum, vt patet etiam ex ipsa genealogia Christi Luc. 3. ergo videtur q̄ inconuenienter vocatum est nomen eius Iesvs.

¶3 Præt. Hoc nomen Iesus salutem significat, vt patet per id, quod dicitur Matth. 1. Pariet filium, & vocabis nomen eius Iesum, ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum: sed salus per Christum non est facta solum in circuncisione, sed etiam in præputio, vt patet per Apost. Rom. 5. Inconuenienter ergo hoc nomen fuit

¶Sed contra est auctoritas scripturæ, in qua dicitur Luc. 2. q̄ postquàm consumati sunt dies octo, vt circumcideretur puer, vocatum est nomen eius Iesvs.

¶Respon. Dicendum, quòd nomina debent proprietatibus rerum respondere. Et hoc patet in nominibus generum & specierum: quia, vt dicitur 4. Metaph. ratio, quàm significat nomen est definitio, quæ designat propriam rei naturam. Nomina autem singularium hominum semper imponuntur ab aliqua proprietate eius, cui nomen imponitur. Vel à tempore, sicut imponuntur nomina aliquorum sanctorum his, qui in eorum festis nascuntur. Vel à cognatione: sicut cum filio imponitur nomen patris, vel alicuius de cognatione eius: sicut propinqui Ioannis Baptistæ volebant eum vocare nomine patris sui Zachariam, non autem Ioannem: quia nullus erat in cognatione eius, qui vocaretur hoc nomine, vt dicitur Luc. 1. Vel etiam ab euentu: sicut Ioseph vocauit primogenitum suum Manassem, dicens, Obliuisci fecit me Deus omnium laborum meorum. Genes. 41. Vel etiam ex aliqua qualitate eius, cui nomen imponitur: sicut Genes. 25. dicitur, quòd quia qui primus egressus est de vtero matris, rufus erat & totus in morem pellis hispidus, vocatum est nomen eius Esau, quod interpretatur rubeus. Nomina autem quæ imponuntur aliquibus diuinitus, semper significant aliquod gratuitum domum eis diuinitus datum: sicut Genes. 17. dictum est Abrahæ, Appellaberis Abraham, quia patrem multarum gentium constitui te. Et Mat. 16. dictum est Petro, Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. Qui igitur Christo hoc munus gratiæ collatum erat, vt per ipsum omnes saluarentur, ideo conuenienter vocatum est nomen eius Iesus, ideſt, Saluator, angelo hoc nomen prænuntiante, non solum matri, sed etiam Ioseph, qui erat futurus eius nutritius.

¶Ad primvm ergo dicendum, quòd in omnibus illis nominibus quodammodo significatur hoc nomen Iesus, quod est significatiuum salutis. Nam in hoc quòd dicitur, Emanuel, quod interpretatur, nobiscum Deus, designatur causa salutis, quæ est vnio diuinæ & humanæ naturæ in persona filij Dei, per quam factum est, vt Deus esset nobiscum, quasi particeps nostræ naturæ. Per hoc autem quòd dicitur, Vocā nomen eius, accelera, spolia detrahe, &c. designatur à quo nos saluauit, quia à diabolo, cuius spolia abstulit: secundum illud Coloss. 2. Expolians principatus, & potestates, traduxit confidenter. In hoc autem quòd dicitur, Vocabitur nomen eius admirabilis &c. designatur via & terminus nostræ salutis, inquantum scilicet ad mirabili diuinitatis consilio & virtute, ad hæreditatem futuri sæculi perducimur, in quo erit pax perfecta filiorum Dei, sub ipso principe Deo. Quòd verò dicitur, Ecce vir, Oriens nomen eius, ad idem refertur ad quod primum, scilicet ad incarnationis mysterium, secundum quòd ex ortum est in tenebris lumen rectis corde.

¶Ad secundum dicendum, quòd his qui fuerunt ante Christum, potuit conuenire hoc nomen Iesus secundum aliquam aliam rationem, puta, quia aliquam particularem & temporalem salutem attulerunt: sed secundum rationem spiritualis & vniuersalis salutis hoc nomen proprium est Christo, & secundum hoc dicitur esse nomen nouum.

¶Ad tertium dicendum, quòd sicut Genes. 17. legitur simul Abraham suscepit nominis impositionem à Deo, & circuncisionis mandatum: & ideo apud iudæos consuetum erat, vt ipso die circuncisionis nomina pueris imponerentur, quasi ante circuncisionem perfectum esse non habuerint: sicut etiam nunc pueris in baptismo nomina imponuntur. Vnde super illud Prouerbio. 4. Ego filius fui patris mei, tenellus & vnigenitus coram matre mea, dicit gloss. Quare Salomon se vnigenitum coram matre nominat, quem fratrem vterinum præcessisse scriptura attestatur, nisi quia ille mox natus, sine nomine quasi numquàm esset, de vita decessit? Et ideo Christus simul cum fuit circuncisus, nominis impositionem accepit.

ARTICVLVS III.

Vtrum Christus conuenienter fuerit in templo oblatus.

AD tertium sic procedi-
tur. Videtur quòd inconuenienter fuerit Christus in templo oblatus. Dicitur enim Exod. 12. Sanctifica mihi omne primogenitum, quod aperit vuluam in filijs Israel: sed Christus exiuit de clauso virginis vtero, & ita matris vuluam nō aperuit. ergo Christus ex hac lege non debuit in templo offerri.

¶2 Præt. Illud, quod est semper præsens alicui, non potest ei præsentari: sed Christi humanitas semper fuit Deo maximè præsens, vt pote ei coniuncta in vnitate personæ. ergo nō oportuit, quòd coram Domino sisteretur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

iustificationem spiritualem in membris suis impleret. Quo ad secundam est per se euidens. Consequentia probatur : quia in lege erant circa primogenitum duo præcepta: alterum inquantum genitum, & alterum inquantum primogenitum, & vtrumq; in Christo seruatum est. Litera est clara.

¶ Sed circa rõnem in litera redditam de sacrificio præcepto Leuit. 12. quia s. pro peccato prolis offerebatur, dubium occurrit: tum quia peccatum originale prolis iam expiatum erat octauo die per circuncisionem: tum qa in textu illo expresse dicitur, Et orabit pro ea s. matre, sacerdos & mundabitur, & nõ dicitur, Orabit p filio. male ergo in litera dicitur, q offereb. pro peccato prolis.

¶ Ad huius euidentiam considerandum est, quòd litera illius textus, vt glossa ex Aug. dicit dupliciter legi potest. Primo, vt ly pro filio vel filia, referatur ad oblationem. Et hunc sensum secutus est Auctor sequens Augu. probantem hunc sensum, ex verbis scilicet, Luc, dicentis: Cum inducerent puerũ Iesum parentes eius, vt facerent secundum consuetudinem legis pro eo. Ex hoc enim q dixit pro eo, & nõ pro matre, ostendit q illud quod tunc faciebãt, pro puero faciebant: constat autem q tunc offerebãt, ut prædixerat Euangelista. ergo. Alio modo, ly pro filio aut filia, refertur ad purgationis terminationem, & secundum hunc sensum ab aliis exponitur, & remanet id ecisum pro quo fiat oblatio, an p filio, an pro matre, quæ ibi mundari dicitur. Et quia litera ista vtriusque

Ar. 1. huius q. in corp. & ad 3.

expositionis ex capax, quia potest cum vtraque oratione (tam s. antecedente de termino purgationis quàm subsequente de oblatione) construi ly pro fil o vel filia ponitur in medio vtriusque orationis, ideo ambiguus restat sensus, quantum est ex litera illa. Libera videtur cuique sua opinio, quòd vel pro peccato prolis vel matris offerebatur. Ex quidem quòd pro peccato oblatio fieret, textus clare dicit. Et ideo dicere, quòd pro sola irregularitate corporea hoc fieret, alienum à litera est dicente, animal vnum pro peccato & aliud pro holocausto offerri. Dicere autem quòd pro peccato matris quod non pariendo, sed concumbendo commisit, quia communiter aliquod veniale peccatum in actu illo interuenit, omnino irrationabile non est, ex litera tamen non habetur, quæ orationem quidem pro matre fieri mandat, oblatione autem non dicit fieri pro matre. Habetque contra se hæc opinio verbum inductum ex euangelista, quod potest glossari, quòd intelligitur tatione præsentationis primogeniti, & oblationis pro holocausto. Cum inducerent eum vt facerent pro eo hæc secundum consuetudinem legis, ut sic oblatio pro peccato remaneat dubia pro quo fiat.

¶ Et licet hæc glossa non appareat conuincibilis de salutare, tamen patrem regulas sequendo, in futurem declinare debemus partem, dicendum est, quòd pro filio seu filia oblatio fiebat & in holocaustum & pro peccato: tum quia euangelistæ auctoritas indistincte tradit, quòd pro puero hæc faciebant: tum quia Augustinus tanta facit hæc euangelista verba, vt dicat conuinci ex his verbis oblationem fieri pro filio seu filia: tum quia hoc etiam sentit glo. ordinaria ibidem, vitra illam ex Augustino allatam. & cui Thomæ accedit, non posse tribuenda auctoritas: promatris autem peccato oblationem fieri nulla tradit scripturæ auctoritas, dicente expresse textu mundationẽ matris esse corpoream, dum dicit, Et rogabit pro ea sacerdos, & sic mundabitur a profluvio sanguinis sui, & non dixit a peccato: pro quo tamen offerri mandatur.

¶ Ad obiectionem autem, quòd originale peccatum iam expiatum erat per circuncisionem, dicitur, quòd quia peccatum originale plura in se continet, scilicet maculam cum reatu æternæ pœnæ damni, & somitem, non inconuenit pro peccato originali remissio quo ad maculam cum reatu æternæ pœnæ damni, offerre vt exquo ad fomitem, pietur aliqualiter vt scilicet proles minus prona sit ad malum. Et tanto magis hoc erat tunc necessarium, quanto per circuncisionẽm minor gratia conferebatur, quàm nunc per baptismum, vt sic adiunctum hoc sacrificium circuncisioni, accederetur ad gratiam baptismalem, vel propius ad illam, non ex opere aliquo sacramentali, sed ex deuotione & fide oblati sacrificij, patre misericordiarum largiente.

¶ 3 Præt. Christus est hostia principalis, ad quam omnes hostiæ veteris legis referuntur, sicut figura ad veritatem: sed hostiæ non debet esse alia hostia. ergo non fuit conueniens, vt pro Christo alia hostia offerretur.

¶ 4 Prat. Inter legales hostia præcipua fuit agnus, qui erat iuge sacrificiũ, vt habetur Num. 28. vndeetiam Christus dicitur agnus Ioan. 1. Ecce agnus Dei. magis ergo fuit conueniens, q pro Christo offerretur agnus, quàm par turturum, vel duo pulli colubaru.

¶ Sed in contrarium est, auctoritas scripturæ, quæ hoc factum esse testatur, Luc. 2.

¶ Respon. Dicendum, q sicut dictũ est, * Christus voluit sub lege fieri, vt eos qui sub lege erant, redimeret, & vt iustificatio legis in suis membris spiritualiter impleretur. De prole autem nata, duplex præceptum in lege traditur. Vnum quidem generale, quo ad omnes, vt scilicet compietis diebus purificationis matris offerretur sacrificiũ pro filio, siue pro filia, vt habet Leuit. 12. & hoc quidem sacrificium erat & ad expiationem peccati, in quo proles erat cõcepta & nata, & ad cõsecrationẽ quandam ipsius: quia tunc primo præsentabatur in templo, & ideo aliquid offerebatur in holocaustum, & aliquid pro peccato. Aliud autem præceptum erat speciale in lege de primogenitis tam in hominibus, quàm in iumentis: sibi enim Dominus deputauerat omne primogenitum filiorum Israel, pro eo q ad liberationem populi Israel percusserat primogenita Aegypti, ab homine vsq; ad pecus, primogenitis filiorum Israel reseruatis. Et hoc mandatum ponitur Exod. 13. in quo etiam præfigurabatur Christus, qui est primogenitus in multis fratribus, vt dicitur Roma. 8. Quia igitur Christus ex muliere natus, erat quasi primogenitus, & voluit fieri sub lege, hæc duo euangelista Lucas circa eum fuisse obseruata ostendit. Primo quidẽ id, quod pertinet ad primogenitos, cum dicit, Tulerunt illum in Hierusalem, vt sisterent eum domino, sicut scriptum est lege domini: quia omne masculinum adaperiens vuluam, sanctum domino vocabitur. Secundo illud, quòd pertinet communiter ad omnes, cum dicit, vt darent hostiam, secundum q dictũ erat in lege domini, par turturum, aut duos pullos columbarum.

¶ Ad primum ergo dicendum, q sicut Greg. Nissenus dicit, Illud legis præceptum in solo incarnato Deo singulariter & ab alijs differenter impleri videtur. ipse namque solus ineffabiliter conceptus ac incomprehensibiliter editus, virginalem vterum aperuit, nõ antea connubio reseratum, seruans & post partum inuiolabiliter sigillaculum castitatis. Vñ q dicit, adaperiés vuluam, designat, q nihil antea intrauerat vel exiuerat. Et per hoc ẽt specialiter dñ masculinus, quia nihil de femineita te culpæ portauit. Singulariter ẽt sanctus, quia terrenæ cõtagia corruptelæ, immaculati partus nouitate nõ sensit.

¶ Ad secundum dicendũ, q sicut filius Dei nõ propter seipsum factus est hõ & circuncisus in carne, sed vt nos q gratiam faceret deos, & vt spiritualiter circuncidamur, sic propter nos sistitur Dño, vt discamus Deo præsentare nos metipsos. Et hoc post circuncisionem eius factum est, vt ostendat neminem nisi circuncisum vitijs, dignum esse diuinis conspectibus.

Ad tertium dicendũ, q propter hoc ipsum voluit hostias legales pro se offerri, qui erat vera hostia, vt figura veritati coniungerentur, & per veritatem figura approbaretur, contra illos, qui Deum legis negant à Christo fuisse in euangelio prædicatum. Non. n. putandum est, vt Orig. * dicit, q filium suum bonus Deus sub lege inimici fecerit, quam ipse non dederat.

Ad quartum dicendũ, q Leuit. 12. præcipitur, vt qui possent agnũ pro filio aut filia, simul & turturem siue columbã offerrent, qui veronõ sufficeret ad offerendum agnum, duos turtures, vel duos columbarum pullos offerret. Dñs ergo, qui cum diues esset, propter nos egenus factus est, vt illius inopia diuites essemus, vt dicitur 2. ad Corinth. 8. pro se pauperum hostiam voluit offerri: sicut & in ipsa natiuitate pannis inuoluitur, & reclinatur in præsepio. Nihilominus tamen huiusmodi aues figuræ congruunt: turtur enim quia est auis loquax, prædicationem, & confessionem fidei significat: quia verò est animal castum, significat castitatem: quia vero est animal solitarium, significat contemplationem. Columba verò est animal mansuetum & simplex, mansuetudinem & simplicitatem significans. Est etiam animal gregale: vnde significat vitam actiuam: & ideo huiusmodi hostia figurabat perfectionem Christi & membrorum eius. Vtrumque etiã animal propter consuetudinem gemendi, præsentes sanctorum luctus designat: sed turtur, quæ est solitaria, significat secretas orationũ lachrymas. Columba verò, quæ est gregalis, significat publicas orationes ecclesiæ. Vtrũque vero animal duplicatum offertur, vt sanctitas sit nõ solum in anima, sed etiam in corpore.

*Hom. 18. in Luc. a medio in. lius, to. 4.

QVAEST. XXXVIII.

De baptismo Ioannis, in sex articulos diuisa.

¶ *Super quæstionis trigesimæseptimæ, Articulum primum.*

DEINDE considerandum est de baptismo, quo Christus baptizatus est. Et quia Christus baptizatus est baptismo Ioannis, Primo considerandũ est de baptismo Ioannis in communi. Secundo, de baptizatione Christi.

Circa primum quæruntur sex.

¶ Primo, Vtrum conueniens fuerit, quòd Ioannes baptizaret.

¶ Secundo, Vtrum ille baptismus fuerit à Deo.

¶ Tertio, Vtrum contulerit gratiam.

¶ Quarto, Vtrum alij præter Christum illo baptismo debuerint baptizari.

¶ Quinto, Vtrum baptismus ille cessare debuerit Christo baptizato.

¶ Sexto, Vtrum baptizati baptismo Ioannis essent postea baptizandi baptismo Christi.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum fuerit conueniens Ioannem baptizare.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd non fuerit conueniens Ioannem baptizare. Omnis enim ritus sacramentalis ad aliquam pertinet legem, sed Ioannes non introduxit nouam legem. ergo inconueniens fuit q nouum ritum baptizandi introduceret.

¶ 2 Præt. Ioannes fuit missus à Deo in testimonium tamquàm propheta, secundum illud Luc. 1. Tu puer propheta Altissimi vocaberis: sed prophetæ qui fuerunt ante Christum, non introduxerunt nouum ritum, sed ad obseruantiam legalium rituum inducebant, vt patet Malach. vlti. Mementote legis Moysi serui mei. ergo nec Ioannes nouum ritum baptizandi introducere debuit.

¶ 3 Præt. Vbi est alicuius rei superfluitas, non est ad illud aliquid addendum: sed iudæi excedebant in superfluitate baptismatum: dicitur enim Marci. 7. q pharisæi & omnes iudæi nisi crebro lauent manus, non manducant, & à foro venientes, nisi baptizentur non comedũt, & alia multa sunt, quæ tradita sunt illis seruare, baptismata calicum & vrceorum, & æramentorum & lectorum. ergo inconueniens fuit, quòd Ioannes baptizaret.

¶ Sed contra est, auctoritas scripturę, Matth. 3. vbi præmissa sanctitate Ioannis, subditur, quòd exibant ad eum multi, & baptizabantur in Iordane.

¶ Respondeo dicendum, q conueniens fuit Ioannem baptizare propter quatuor. Primo quidem, quia oportebat Christum à Ioanne baptizari, vt baptismum conseraret, vt Augustin. * dicit super Ioannem. Secundo, vt Christus manifestaretur. Vnde ipse Ioannes Baptista dicit Ioannis primo, vt manifestetur, scilicet Christus in Israel, propterea veni ego in aqua baptizans: concurrentibus enim turbis ad baptismum annũtiabat Christum: quod quidem facilius sic factum est, quàm si per singulos discurrisset.

208 4. di. 2. q. 2. arti. 2. ad 4.

*Habetur ex serm. 1. de Epipha. to. 10.

¶ Ad tertium dicendum, quòd legalia sacramenta nõ purgebant ab immunditia culpæ, quæ fit per gratiam, sed hanc purgationem præfigurabant: purgabant autem purgatione quadam carnali ab immunditia irregularitatis cuiusdam, sicut in secunda parte † dictum est. Neutram tamen immunditiam beata Virgo contraxerat: & ideo non indigebat purgari.

† 2. q. 102. art. 5. ad 3.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum mater Dei conuenienter ad templum purganda accesserit.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur q inconuenienter mater Dei purganda ad templum accesserit. Purgatio enim, non videtur esse nisi ab immunditia: sed in beata Virgine nulla fuit immunditia, vt ex supra dictis patet. * ergo non debuit, vt purganda ad templum accederet.

¶ 2 Præt. Leuitic. 12. dicitur. Mulier quę suscepto semine peperit masculum, immunda erit septem diebus: & ideo præcipitur q non ingrediatur sanctuarium, donec impleantur dies purgationis eius: sed beata Virgo peperit masculum sine virili semine, non ergo debuit ad templum venire purganda.

¶ 3 Præterea, Purgatio ab immunditia non fit nisi per gratiam: sed sacramenta veteris legis gratiam non conferebant, sed ipsa potius secum gratiæ actorem habebat. non ergo conueniens fuit, vt ad templum purganda veniret.

¶ Sed contra est, auctoritas scripturæ, q̃a dicitur Luc. 2. quòd impleti sunt dies purgationis Mariæ, secundum legem Moysi.

¶ Respondeo Dicendum, quòd sicut plenitudo gratiæ à Christo deriuatur in matrem, ita decuit vt mater humilitati filij conformaretur: humilibus enim Deus dat gratiam, vt dicitur Iacobi 4. Et ideo sicut Christus licet non esset legi obnoxius, voluit tamen circuncisionẽ & alia legis onera subire, ad demonstrandum humilitatis & obedientiæ exemplum, & vt approbaret legem, & vt calumniæ occasionem iudæis tolleret, propter eandem rationem voluit & matrem suam implere legis obseruantias, quibus tamen non erat obnoxia.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd licet beata Virgo nullam haberet immunditiam, voluit tamen purgationis obseruantiam implere, non propter indigentiam, sed propter legis præceptum; & ideo signanter euangelista dicit, quòd completi sunt dies purgationis eius secundum legem: ipsa enim secundum se purgatione non indigebat.

¶ Ad secundum dicendum, q signãter Moyses vẽ fuis se locutus ad excipiendã ab immũditia matrẽ Dei, quę nõ peperit suscepto semine. Et ideo patet, q non obligabatur ad impletionem illius præcepti, sed voluntariè purgationis obseruantiam adimpleuit, vt dictum est.*

In cor. ar.

Universidad de Deusto
Biblioteca

discurriſſet, vt Chryſoſto. * dicit ſuper Ioannem. Tertio, vt ſuo baptiſmo aſſuefaceret homines ad baptiſmum Chriſti. Vnde Grego. † dicit in quadam Homil. quòd ideo Ioannes baptizauit, vt præcurſionis ſuæ ordinem ſeruans, qui natiuitatem Dominum naſcendo præuenerat, baptizando quoque, baptizatorum præueniret, Quarto; vt ad pœnitentiam homines inducens, homines præpararet ad dignè ſuſcipiendum baptiſmum Chriſti. Vnde ibidem Beda dicit, quòd quantum cæteri mendis nondum baptizatis poteſt doctrina fidei, tantum profuit baptiſma Ioannis ante baptiſma Chriſti: quia ſicut ille prædicabat pœnitentiam, & baptiſmum Chriſti prænuntiabat, & in cognitionem veritatis quæ mundo apparuit attrahebat: ſic miniſtri eccleſiæ primo eruditi, poſſi peccata eorum redarguunt, demum in baptiſmo Chriſti remiſsionem peccatorum promittunt.

*Chryſo. ho. 16. in Ioā. ante med. to 3. † hom. 7. in eũ pa rum ante med.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd baptiſmus Ioannis non erat per ſe ſacramentum: ſed quaſi quoddam ſacramentale, diſponens ad baptiſmum Chriſti. & ideo aliquliter pertinebat ad legem Chriſti, non autem ad legem Moyſi.

D.263.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd Ioannes non ſolum fuit propheta, ſed plus quam propheta, vt dicitur Matthæ. 11. fuit enim terminus legis & initium euangelij: & ideo magis pertinebat ad eum, verbo & opere inducere homines ad legem Chriſti, quàm ad obſeruantiam veteris legis.

¶ Ad tertium dicendum, quòd baptiſmata illa phariſæorum erant inania, vtpote ad ſolam munditiam carnis ordinata: ſed baptiſmus Ioannis ordinabatur ad munditiam ſpiritualem: inducebat enim homines ad pœnitentiam, vt dictum eſt. *

In cor. ar.

¶ Super Quæſtionis trigeſimæoctauæ, Articulum ſecundum.

ARTICVLVS II.

Vtrum baptiſmus Ioannis fuerit à Deo.

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur quòd baptiſmus Ioānis non fuerit à Deo. Nihil enim ſacramentale quod eſt à Deo, denominatur ab homine puro, ſicut baptiſmus nouæ legis non dicitur Petri vel Pauli, ſed Chriſti: ſed ille baptiſmus denominatur à Ioanne, ſecundum illud Matth. 21. Baptiſmus Ioannis, vnde erat, e cælo an ex hominibus? ergo baptiſmus Ioannis non fuit à Deo.

¶ 2 Præt. Omnis doctrina de nouo à Deo procedens, aliquibus ſignis confirmatur: vnde & Dominus Exo. 4. dedit Moyſi poteſtatem ſigna faciendi. Et Hieb. 2. dicitur, Cum fides noſtra principium acciperet enarrari à Deo, per eos, qui audierunt, in nos confirmata eſt, conteſtante Deo ſignis & prodigijs: ſed de Ioanne Baptiſta dicitur Ioan. 10. Ioannes ſignum fecit nullum. ergo videtur q̃ baptiſmus quo baptizauit, non eſſet à Deo.

¶ 3 Præt. Sacramenta quæ ſunt diuinitus inſtituta, aliquibus ſacre ſcripturæ præceptis continentur: ſed baptiſmus Ioannis non præcipitur aliquo præcepto ſacræ ſcripturæ. ergo videtur quòd non fuerit à Deo.

¶ Sed contra eſt, quòd dicitur Ioan. 1. Qui me miſit baptizare in aqua, ille mihi dixit, Super quem videris ſpiritum &c.

¶ RESPONDEO Dicendum, quòd in baptiſmo Ioannis duo poſſunt conſiderari, ſcilicet ipſe ritus baptizandi, & effectus baptiſmi. Ritus quidem baptizandi non fuit ex hominibus, ſed à Deo, qui familiari Spiritusſancti reuelatione Ioannem ad baptizādum miſit. Effectus autem illius baptiſmi fuit ab homine: quia nihil in illo baptiſmo efficiebatur, quod homo facere non poſſet. Vnde non fuit à ſolo Deo, niſi inquantum Deus in homine operatur.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd per baptiſmum nouæ legis homines interius per Spiritum ſanctum baptizantur, quod facit ſolus Deus. Per baptiſmum autem Ioannis, ſolum corpus mundabatur aqua. Vnde dicitur Matth. 3. Ego baptizo vos in aqua, ille vos baptizabit in Spirituſancto. Et ideo baptiſmus Ioannis denominatur ab ipſo: quia ſcilicet nihil in eo agebatur, quod ipſe non ageret. Baptiſmus autem nouæ legis non denominatur à miniſtro, qui principalem baptiſmi effectum non agit, ſcilicet interiorem emundationem.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd tota doctrina & operatio Ioannis ordinabatur ad Chriſtum, qui multitudine ſignorum, & ſuam & Ioannis doctrinam confirmauit. Si autem Ioannes ſigna feciſſet, homines ex æquo Ioannē & Chriſto attendiſſent: & ideo vt homines principaliter Chriſto intenderent, non eſt datum Ioanni, vt faceret ſignum: iudæis tamen quærentibus quare baptizaret, confirmauit ſuum officium auctoritate ſcripturæ, dicens, Ego vox clamantis in deſerto &c. vnde dicitur Ioan. 1. Ipſa etiam auſteritas vitæ, eius officium commendabat, quia vt Chryſoſt. * dicit ſupra Matth. mirabile erat in humano corpore tantam patientiam videre.

*Hom. 10 in Matt. ante med. to 2.

¶ Ad tertium dicendum, quòd baptiſmus Ioannis non fuit ordinatus à Deo, niſi vt modico tempore duraret, propter cauſas prædictas. † Et ideo nō fuit commendatus aliquo præcepto communiter edito in ſacra ſcriptura, ſed familiari quadam reuelatione Spiritusſancti, vt dictum eſt. *

In ar. 1. huius q.

Ex arti. huius q.

¶ Super quæſtionis trigeſimæoctauæ, Articulum tertium.

ARTICVLVS III.

Vtrum in baptiſmo Ioannis, gratia daretur.

AD tertium ſic proceditur. Videtur q̃ in baptiſmo Ioannis gratia daretur. Dicitur enim Marci 1. Fuit Ioannes in deſerto baptizans, & prædicans baptiſmum pœnitentiæ in remiſsionem peccatorum: ſed pœnitentia & remiſsio peccatorum eſt per gratiam. ergo baptiſmus Ioannis gratiam conferebat.

¶ 2 Præt. Baptizandi à Ioanne confitebantur peccata ſua, vt habetur Matthæ. 3. & Marci 1. ſed confeſsio peccatorum ordinatur ad peccatorum remiſsionem, quę fit per gratiam. ergo in baptiſmo Ioannis gratia conferebantur.

¶ 3 Præt. Baptiſmus Ioannis propinquior erat baptiſmo Chriſti, quàm circuncisio: ſed per circuncisionem remittebatur peccatum originale: quia, vt * Beda dicit, idem ſaluti erat curationis auxilium circuncisio in lege cōtra originalis peccati vulnus agebat, quod nunc baptiſmus agere reuelatæ gratiæ tempore conſueuit. ergo multo magis baptiſmus Ioannis remiſsionem peccatorum operabatur, quod ſine gratia fieri non poteſt.

Beda in homi. Circuncisionis inter princi. & med. Eam habes in homil. tertias ianuā.

¶ Sed contra eſt, quòd Matthæ. 3. dicitur, Ego quidem baptizo vos in aqua in pœnitentiam, Quod exponens Grego. * in quadam Homil. dicit, Ioannes non in ſpiritu, ſed in aqua baptizat, quia peccata ſoluere non valebat; ſed gratia eſt à Spirituſancto, & per eam peccata tolluntur. ergo baptiſmus Ioannis gratiam non conferebat.

*Hom. 7. in eũ pa rum ante med.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd ſicut dictum eſt, * tota doctrina & operatio Ioānis præparatoria erat ad Chriſtum: ſicut miniſtri & inferioris artificis eſt præparare materiam ad formam, quam inducit principalis artifex. Gratia autem conferenda erat hominibus per Chriſtum, ſecundum illud Ioan. primo. Gratia & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt. Et ideo baptiſmus Ioannis gratiam non conferebat, ſed ſolum ad gratiam præparabat tripliciter. Vno quidem modo, per doctrinam Ioannis inducentem homines ad fidem Chriſti. Alio modo, aſſuefaciendo homines ad ritum baptiſmi Chriſti. Tertio modo, per pœnitentiam, præparando homines ad ſuſcipiendum effectum baptiſmi Chriſti.

Art. 1. huius quæſt.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd in illis verbis (vt Beda dicit †) poteſt intelligi duplex baptiſmus. Vnus quidem, quem Ioannes baptizando conferebat, qui dicitur baptiſmus pœnitentiæ: quia ſcilicet, ille baptiſmus erat quoddam inductiuum ad pœnitentiam, & quaſi quædam proteſtatio, qua profitebantur homines ſe pœnitentiam acturos. Alius autem eſt baptiſmus Chriſti, per quem peccata remittuntur, quem Ioannes dare non poterat: ſed ſolum prædicabat, dicēs, Ille vos baptizabit in Spirituſancto. Vel poteſt dici, quòd prædicabat baptiſmum pœnitentiæ, ideſt, inducentem ad pœnitentiam: quæ quidem pœnitentia ducit homines in remiſsionem peccatorum. Vel poteſt dici, q̃ per baptiſmum Chriſti, vt Hierony. dicit, * gratia datur, qua peccata gratis dimittuntur: quod autem conſummatur per ſponſum, initiatur per paranymphum, ſcilicet per Ioannem. Vnde dicitur, q̃ baptizabat & prædicabat baptiſmum pœnitentiæ in remiſsionem peccatorum, non quia hoc ipſe perficeret, ſed quia præparando ad hoc homines diſponebat.

† Sup illud Mar. 1. prædicans bapt. pœnit. to mo 9.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd illa confeſsio peccatorum non fiebat ad remiſsionem peccatorum ſtatim per baptiſmum Ioannis exhibendam: ſed conſequendam per pœnitentiam conſequentem, & per baptiſmum Chriſti, ad quem pœnitentia illa præparabat.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ circuncisio inſtituta erat ad remedium originalis peccati: ſed baptiſmus Ioannis ad hoc non erat inſtitutus, ſed ſolum erat præparatorius ad baptiſmum Chriſti, vt dictum eſt. * Sacramenta autem ex vi inſtitutionis, ſuum habent effectum.

In cor. & art. 1. huius quæſt.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum alij præter Chriſtum, baptiſmo Ioannis baptizari debuerint.

¶ Super quæſtionis trigeſimæoctauæ, Articulum quartum.

AD QVARTVM ſic proceditur. Videtur quòd baptiſmo Ioannis ſolus Chriſtus debuerit baptizari: quia ſicut dictum eſt, * ad hoc Ioannes baptizauit, vt Chriſtus baptizaretur, ſicut Auguſt. † dicit ſuper Ioannem: ſed quod eſt proprium Chriſto, non debet alijs conuenire. ergo nulli alij debuerunt illo baptiſmo baptizari.

¶ 2 Præt. Quicumque baptizatur, aut accipit aliquid à baptiſmo, aut baptiſmo aliquid confert: ſed à baptiſmo Ioannis nullus aliquid accipere poterat (quia in eo gratia non conferebatur, vt dictum eſt *) nec aliquis baptiſmo aliquid conferre poterat, niſi Chriſtus, qui tactu mundiſsimæ ſuæ carnis aquas ſanctificauit. ergo videtur, quòd ſolus Chriſtus baptiſmo Ioannis debuerit baptizari.

Ar. præ.

¶ 3 Præt. Si alij illo baptiſmo baptizabantur, hoc non erat, niſi vt præpararentur ad baptiſmū Chriſti, & ſic conueniens videbatur, q̃ ſicut baptiſmus Chriſti omnibus conferatur, & magnis & paruis, & gentilibus & iudæis, ita etiam & baptiſmus Ioannis conferretur: ſed non legitur q̃ ab eo pueri baptizarentur, nec etiam gentiles: dicitur enim Mar. 1. q̃ egrediebantur ad illum Iſraelitæ vniuerſi, & baptizabantur ab illo. ergo videtur q̃ ſolus Chriſtus à Ioanne debuerit baptizari.

¶ Sed contra eſt, quòd dicitur Luc. 3. Factum eſt, cum baptizaretur omnis populus, & Ieſu baptizato & orante, aperti ſunt cæli.

¶ Reſpondeo dicendum, q̃ duplici de cauſa oportuit alios à Chriſto baptizari baptiſmo Ioannis. Primo quidem, vt Augu. * dicit ſuper Ioan. quia ſi ſolus Chriſtus baptiſmo Ioannis baptizatus eſſet, non defuiſſent qui dicerent, baptiſmum Ioannis, quo Chriſtus eſt baptizatus, digniorem eſſe baptiſmo Chriſti, quo alij baptizantur. Secundo, quia oportebat per baptiſmum Ioannis alios ad baptiſmum Chriſti præparari, ſicut dictum eſt. *

*Tract. 4. in Ioan. a med. & tracta. 5. inter princ. & med. to mo 9.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd non propter hoc ſolum fuit Ioannis baptiſmus inſtitutus, vt Chriſtus baptizaretur, ſed etiam propter alias cauſas, vt dictum eſt. * Et tamen ſi ad hoc ſolum eſſet inſtitutus, vt Chriſtus eo baptizaretur, oportebat prædictum inconueniens vitari, alijs hoc baptiſmo baptizatis.

Ar. 1. & 3. huius q.

Ar. 1. huius quæſt.

¶ Ad ſecundum dicendum, q̃ alij qui ad baptiſmum Ioannis accedebant, non poterant quidem baptiſmo aliquid conferre, nec tamen à baptiſmo gratiam accipiebant, ſed ſolum pœnitentiæ ſignum.

¶ Ad tertium dicendum, quòd quia ille baptiſmus erat pœnitentiæ, quæ pueris non conuenit, ideo baptiſmo illo pueri non baptizabantur. Conferre autem gentibus viam ſalutis, ſoli Chriſto reſeruabatur, qui eſt expectatio gentium, vt dicitur Gen. penult. ſed & ipſe Chriſtus apoſtolis inhibuit gentilibus euāgelium prædicare, ante paſſionem & reſurrectionem: vnde multo minus conueniebat per Ioannem gentiles ad baptiſmum admitti.

ARTICVLVS V.

Vtrum baptiſmus Ioannis debuerit ceſſare Chriſto baptizato.

¶ Super quæſtionis trigeſimæoctauæ, Articu. III.

AD QVINTVM ſic proceditur. Videtur q̃ baptiſmus Ioānis ceſ-

TItulus clarus eſt.

¶ In corpore vna concluſio: Baptiſmo Ioannis alij debuerunt baptizari. Probatur dupliciter, litera clara eſt.

211 4. diſ. 2. q. 2. artic. 3. q. 2. Ar. 1. † tract. 13. in Io. inter prin. & med. to 9.

TItulus clarus eſt.

¶ In corpore vnica concluſio trimembris: Baptiſmus Ioannis non conferebat gratiā, ſed præparabat ad eam tripliciter. Probatur concluſio. primo, quo ad primas partes ſimul. Tota doctrina & operatio Ioannis, erat præparatoria ad Chriſtū, per quem conferenda erat gratia. ergo baptiſmus Ioānis non conferebat gratiam, ſed præparabat ad illam. Anteredens quo ad primā eius partem ex dictis patet, quo ad ſecundam vero Ioan. 1. Gratia per Ieſum Chriſtum facta eſt. Conſequentia

210 4 diſ. 2 q. 2. art. 1. q. 1. cor.

TItulus clarus eſt.

212 4. diſ. 2. q. 2. art. 1. q. 3. ad 1. Et q. 4 per totum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶In corpore vna conclusio: Baptismus Ioannis non debuit cessare Christo baptizato. Probatur quadrupliciter.

¶In prima ratione ex Chryso. aduerte nouitie, q̃ si Christo baptizato Ioannes cessasset, putari potuisset, quòd tantæ Christi excellentiæ in baptismo monstratæ inuidisset Ioannes, & cessando a baptismo. vel dedignaretur submini strare Christo amplius per baptismũ præparando ad ipsum, vel ipsa cessatio vindicaret suam minoritatẽ apparentẽ ex tãta manifestata Christi excellentia in baptismo. Vterque siquidem motus, inuidiæ scilicet & iræ poterat confurgere, & ad cessationem inducere Reliqua sunt clara.

*Tract. 4. in Ioan. inter me. & fi. to. 9.

sare debuerit, postquam Christus fuit baptizatus. Dicitur enim Ioan. 1. Vt manifestetur in Israel, propterea venit in aqua baptizans: sed Christo baptizato sufficiẽter fuit manifestatus, tum per testimonium Ioannis, tum per descensum columbæ, tum etiam testimonio paternæ vocis. ergo videtur quòd non debuerit postea baptismus Ioannis durare.

¶2 Præt. Aug. * dicit super Ioan. Baptizatus est Christus, & cessauit Ioannes post Christum baptizatum, nõ debuerit baptizare.

¶3 Præterea, Baptismus Ioannis erat præparatorius ad baptismum Christi: sed baptismus Christi cepit statim Christo baptizato: quia tactu suæ munditiæ carnis vim regenerativam cõtulit aquis, vt Beda dicit. ergo videtur quòd baptismus Ioannis cessauerit Christo baptizato.

¶SED contra est, quòd dicitur Ioan. 3. quòd venit Iesus in iudæam terram, & baptizabat, erat autem & Ioannes baptizatus: sed Christus non baptizauit, nisi postquam fuit baptizatus. ergo videtur quòd postquã Christus fuit baptizatus, adhuc Ioannes baptizaba.

¶Respondeo Dicendum, quòd baptismus Ioannis cessare non debuit Christo baptizato. Primo quidẽ, quia, vt Chryso st. * dicit, si cessasset Ioannes baptizare Christo baptizato, existimaretur q̃ zelo, vel ira hoc faceret. Secundo, quia si cessasset à baptizando, Christo baptizante, discipulos suos in maiorem zelum immisisset. Tertio, quia persistens in baptizando, suos auditores mittebat ad Christum. Quarto, quia (vt Beda dicit) adhuc permanebat vmbra veteris legis, nec debuit præcursor cessare, donec veritas manifestaretur.

* Homil. 28. in Io. non multũ remote a prin. to. no. 3.

¶AD primum ergo dicendum, quòd nondum Christus erat plene manifestatus eo baptizato: & ideo adhuc necessarium erat, quòd Ioannes baptizaret.

¶Ad secundum dicendum, quòd baptizato Christo cessauit baptismus Ioannis: non tamen statim, sed eo incarcerato. Vnde Chrysostom. * dicit super Ioannem, æstimo propter hoc permissam esse mortem Ioannis, & eo sublato de medio, Christum maximè prædicare cepisse, vt omnis multitudinis affectio ad Christum transiret, & non vltra his, quæ de vtroque erant, sententijs scinderetur.

*Hom. 28 in Ioã nõ remote a prin. to. 3.

¶Ad tertium dicendum, quòd baptismus Ioannis præparatorius erat, non solum ad hoc, quòd Christus baptizaretur, sed etiam ad hoc, quòd alij ad Christi baptismum accederent: quod nondum fuit impletum Christo baptizato.

¶ *Super Quæstionis trigesimæactauæ, Articulum sextum.*

ARTICVLVS VI.

Vtrum baptizati baptismo Ioannis, essent postea baptismo Christi baptizandi.

213 Infra q. 66. art. 9. ad 2. Et 4. dist. 2. q. 2. ar. 4.

TItulus clarus. ¶In corpore duo sunt. Primo recitatur opinio Magistri sen. Secundo, respondetur quæstioni. Oppinio Magistri distinguit duplicem dispositionem baptizatorum a Ioãne (vt patet in littera) & quosdam rebaptizandos baptismo Christi, & quosdam non, dicit.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd baptizati baptismo Ioannis, oportebat vt baptizarentur baptismate Christi.

¶Respondeo dicendum, quòd secundum opin. Magistri in 2. dist. 4. senten. * illi qui baptizati sunt à Ioanne, nescientes Spiritum sanctum esse, ac non surrexit maior Ioanne Baptista: sed illi qui baptizabantur ab apostolis, non iterum baptizabantur, sed solummodo addebatur eis impositio manuum. Dicitur enim Act. 8. quòd aliqui baptizati tantum erant à Philippo in nomine Domini Iesu, tunc apostoli, scilicet Petrus & Ioannes, imponebãt manus super illos, & accipiebant Spiritum sanctum. ergo videtur quòd baptizati à Ioanne, non debuerint baptizari baptismo Christi.

¶2 Præt. Apostoli fuerunt baptizati baptismo Ioannis: fuerunt enim quidam eorum discipuli Ioannis, vt patet Ioan. 1. sed Apostoli non videntur esse baptizati baptismo Christi: dicitur enim Ioan. 4. q̃ Iesus non baptizabat: sed discipuli eius. ergo videtur q̃ baptizati baptismo Ioannis, non erant baptizandi baptismo Christi.

¶3 Præt. Minor est qui baptizatur, quàm qui baptizat, sed ipse Ioannes non legitur baptizatus baptismo Christi. ergo multo minus illi, qui à Ioanne baptizabantur, indigebant baptismo Christi.

¶4 Præt. Act. 19. dicitur, quòd Paulus inuenit quosdam de discipulis, dixitque ad eos, Si Spiritum sanctum accepistis credentes? At illi dixerunt ad eum, Sed neque si Spiritus sanctus est, audiuimus. Ille vero ait, In quo ergo baptizati estis? Qui dixerunt, In Ioannis baptismate. Et sequitur, q̃ baptizati sunt iterum in nomine Domini nostri Iesu Christi. sic ergo videtur, quòd quia esse Spiritum sanctum nesciebãt, oportuit eos iterum baptizari: sicut Hieronymus * dicit super Ioelem, & in epistola de viro vnius vxoris, & Ambr. † in lib. de Spiritu sancto: sed quidam fuerunt baptizati baptismo Ioannis, qui habebant plenam notitiam Trinitatis. ergo non erant baptizandi iterum baptismo Christi.

¶5 Præt. Rom. 10. super illud, Hoc est verbum fidei, quod prædicamus, dicit glo. Aug. * Vnde est ista tanta virtus aquæ, vt corpus tangat, & cor abluat, nisi faciente verbo: non quia dicitur, sed quia creditur? Ex quo patet, quòd virtus baptismi dependet ex fide: sed forma baptismi Ioannis significauit fidem Christi, in quas nos baptizamur: dicit enim Paulus Actuum 19. Ioannes baptizabat baptismo pœnitentiæ populum, dicens, in eum qui venturus est post ipsum, vt crederent, hoc est in Iesum. ergo videtur quòd non oportebat baptizatos baptismo Ioannis, iterum baptizari baptismo Christi.

¶Sed contra est, quòd Augusti. * dicit super Ioan. Qui baptizati sunt baptismate Ioannis, oportebat vt baptizarentur baptismate Christi.

¶Respondeo dicendum, quòd secundum opinionem Magistri in 2. dist. 4. sententiam, illi qui baptizati sunt à Ioanne, nescientes Spiritum sanctum esse, ac

*c. 3 Tostatus nõ multũ remote a fi. to. 6. †Amb. li. 1. ca. 3. circa princi. to. 2.

*Aug. tract. 80. in Io. a med. litus to. 9.

*epi. 108. a medio præcipue, to. 2.

*hom. 4. in Mat. in ope. imper. sup. illud: Sine mõ, to. 2. *Mat. 3. super illud Sine modo. to. 9.

*tract. 5. in Ioan. inter princi. & me. to. 9.

*li. 4 dist. 2. paragr. vlt.

Ium in aqua, ipso Ioanne teste distinguente baptismum suum contra baptismum in Spiritusãcto, Matthæ. 3.

¶In responsione ad quintum, dubium occurrit: quia aliud est loqui de gratia futura, & aliudde Christo venturo: potuit enim gratia præsens esse ex fide Christi venturi, vt patet in sanctis illis, qui præcesserunt Christi aduentum: littera autem pro eodem habet Christum venturum & gratiam futuram. incompacta ergo videtur.

¶Ad hoc dicitur, quòd littera est intelligẽda iuxta subiectam materiam, de qua est sermo, scilicet de sacramentis. Ex illa siquidem differentia ab Aug. posita inter sacramẽta nouæ & veteris legis, quòd nostra præsentis, vetera futurę gratię sunt signa, manifeste sequitur, quòd nostra ꝓsentis Christi, per quem gratia facta est, Ioan. primo, illa, ventura Christi signa erant. Et propterea Ioannis baptisma sapiebat in hoc sacramenta veteris legis, quòd in nomine vẽturi Christi dabatur. vnde & Paulus iussit in nomine Domini nostri Iesu Christi simpliciter & absolute, & non venturi illos baptizari, qui Ioannis baptismum susceperant, Actuum 19.

¶AD SECVNDVM dicendum, quòd sicut Aug. * dicit ad Seleucianum, intelligimus discipulos Christi fuisse baptizatos, siue baptismo Ioannis, (sicut nonnulli arbitrantur) siue, quòd magis credibile est, baptismo Christi: neque enim ministerio baptizandi defuit, vt haberet baptizatos seruos, per quos cæteros baptizaret, qui non defuit memorabilis illius humilitatis ministerio, quando eis pedes lauit.

¶Ad tertium dicendum, quòd sicut Chrysost. * dicit super Matth. per hoc, quòd Christus Ioãni dicenti, Ego à te debeo baptizari, respondit, sine modo, ostenditur q̃ postea Christus baptizauit Ioannem. Et hoc dicit in quibusdam libris apocryphis manifeste scriptum esse. Certum tamen est, vt Hieronymus * dicit super Matthæ. quòd sicut Christus fuit baptizatus in aqua à Ioanne, ita Ioannes à Christo erat in Spiritu baptizandus.

¶Ad quartum dicendum, q̃ non est tota causa, quaspem ponentes in illius baptismo, postea baptizati sunt baptismo Christi: illi verò qui spem non posuerunt in baptismo Ioannis, & Patrem & Filium & Spiritum sanctum credebant, non fuerunt postea baptizati, sed impositione manuum ab Apostolis super eos facta, Spiritum sanctum receperunt. Et hoc quidem verum est, quantum ad primam partem, quod multis auctoritatibus confirmatur: sed quantum ad secundam partem est penitus irrationabile quod dicitur. Primo quidem, quia baptismus Ioannis, neque gratiam conferebat, neque characterem imprimebat, sed erat solum in aqua, vt ipsemet dicit Matth. 3. Vnde baptizatis, fides, vel spes, quam habebant in Christum, non poterat hunc defectum supplere. Secundo, quia quando in sacramento omittitur quod est de necessitate sacramenti, non solum oportet suppleri, quod fuerat omissum, sed oportet totaliter innouari. Est autem de necessitate baptismi Christi, quòd fiat non solum in aqua, sed etiam in Spiritusancto, secundum illud Ioan. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritusancto, non potest introire in regnum Dei. Vnde illis, qui tantum in aqua baptizati erant baptismo Ioannis, non solum erat supplendum, quod deerat (vt scilicet daretur eis Spiritussanctus per impositionem manuum) sed erant iterato totaliter baptizandi in aqua & Spiritu.

¶AD PRIMVM ergo dicendũ, q̃ sicut Augustinus. * dicit super Ioan. ideo post Ioannem baptizatum est: quia non dabat baptismum Christi, sed suum: quod autem dabatur à Petro, & si quod datum est à Iuda. Christi erat. Et ideo, si quos baptizauit Iudas, non sunt iterum baptizandi: baptisma enim tale est, qualis est ille, in cuius potestate datur, non qualis ille, cuius ministerio datur. Et inde est etiam, quòd baptizati à Philippo diacono, qui baptismum Christi dabat, non sunt iterum baptizati: sed acceperunt manus impositionem per Apostolos: sicut baptizati per sacerdotes, confirmantur per episcopos.

*tract. 5. in Ioan. rant. Et propterea Ioannis baptisma sapiebat in hoc sacramenta veteris legis, quòd in nomine vẽturi Christi dabatur. vnde & Paulus iussit in nomine Domini nostri Iesu Christi simpliciter & absolute, & non venturi illos baptizari, qui Ioannis baptismum susceperant, Actuum 19.

*c. 3 Tostatus nõ multũ remote a fi. to. 6. †Amb. li. 1. ca. 3. circa princi. to. 2.

*Aug. tract. 80. in Io. a med. litus to. 9.

*epi. 108. a medio præcipue, to. 2.

*hom. 4. in Mat. in ope. imper. sup. illud: Sine mõ, to. 2. *Mat. 3. super illud Sine modo. to. 9.

*tract. 5. in Io. ites princi. & med. to. 9.

*li. 4 dist. 2. paragr. vlt.

QVAEST. XXXIX.

¶ *Super quæstionis trigesimanonæ, Articulum primum.*

De Baptizatione Christi, in octo articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de baptizatione Christi.

Et circa hoc quæruntur octo.

¶Primo, Vtrum Christus debuerit baptizari.
¶Secundo, Vtrum debuerit baptizari baptismo Ioanni s.
¶Tertio, De tempore baptismi.
¶Quarto, De loco.
¶Quinto, De hoc quòd ei sunt cæli aperti.
¶Sexto, De Spiritusancto apparẽte in specie columbæ.
¶Septimo, Vtrum illa columba fuerit verum animal.
¶Octauo, De voce paterni testimonij.

TItulus clarus est. ¶In corpore vnica conclusio: Conueniens fuit Christum baptizari. Probatur tripliciter. Omnia sunt clara.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum fuerit conueniens Christum baptizari.

214 4. dist. 2. q. 2. art. 3. q. 1. Et q. 3. ar. 2. q. 1. corp. Et Matth. 3. op. co. c. 9

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd non fuerit conueniens Christum baptizari. Baptizari enim est ablui: sed Christo non conuenit ablui, in quo nulla fuit impuritas. ergo videtur quòd Christum non decuerit baptizari.

¶2 Præt. Christus circumcisionem suscepit, vt impleret legem: sed baptismus non pertinebat ad legem. ergo non debebat baptizari.

¶3 Præt. Primum mouens in quolibet genere, est immobile secundum, illum motum: sicut cælum quod est primum alterans, non est alterabile: sed Christus est primum baptizans, secundum illud Ioan. 1. Super quem videris Spiritum descendentem & manentem, hic est qui baptizat. ergo ipsum non decuit baptizari.

¶ Sed contra est, quòd dicitur Matthæ. 3. quòd venit Iesus à Galilæa in Iordanem ad Ioannem, vt baptizaretur ab eo.

¶RESPONDEO Dicendum, quòd conueniens fuit Christum baptizari. Primo quidem, quia vt Ambros. * dicit super Luc. Baptizatus est Dominus, non mundari volens, sed mundare aquas, vel ablutæ per carnem Christi, qui peccatum non cognouit, baptismatis vim haberent, & vt sanctificatas aquas relinqueret postmodum baptizandis, sicut Chrysost. † dicit super Matth. Secundo, quia sicut Chrysost. dicit super Matth. quàmuis ipse non esset peccator, tamen naturam suscepit peccatricem, & similitudinem carnis peccati: propterea, etsi pro baptismate non indigebat, tamen in alijs, carnalis natura opus habebat. Et sicut Greg. * Nazan. dicit, Baptizatus est Christus, vt totum veteranum Adã immergat aquæ. Tertio, baptizari voluit, sicut Augustinus dicit in sermone de Epiphania, quia voluit facere, quod faciendum omni bus imperauit. Et hoc est quod ipse dicit, sic decet nos implere omnem iustitiam. vt enim Ambro. * dixit super Luc. Hæc est iustitia, vt quod alterum facere

*lib. 2. in Luc. vlt. 2, in prin. tom. 5. †hom. 4. in opere. imperfe. non remote a prin. to. 2. *In orat. in Epiph. lumina a medio.

*lib. 2. in Luc. c. vl. a me. to. 5

Universidad de Deusto
Biblioteca

facere velis, prior ipse incipias, & tuo alios horteris exemplo.

¶Ad primum ergo dicendum, quòd Christus non fuit baptizatus vt ablueret, sed ablueret, sicut dictū est.

¶Ad secundum dicendum, quòd Christus non solum debebat implere ea, quæ erant veteris legis, sed etiam inchoare ea, quæ sunt nouæ legis. Et ideo non solum voluit circuncidi, sed etiam baptizari.

¶Ad tertium dicendum, quòd Christus est primus baptizans spiritualiter: & sic non est baptizatus, sed solum in aqua.

¶ Super Quæstionis trigesimænonæ, Articulum II.

ARTICVLVS II.

Vtrum Christus baptismo Ioannis debuerit baptizari.

215 TItulus clarus est.

¶In corpore duo sunt. Primo, declaratur & supponitur, Christum baptizatum baptismo Ioannis ex auctoritate Augustini. Secundo, probatur tripliciter conclusio, scilicet conueniens fuit Christum baptizari baptismo Ioannis.

*hom. 12 in Matth. nō longe a me. to. 2

¶Et in tertia ratione aduerte, q ratio tēdit ad hoc, quòd ideo ad baptismum Ioannis non sanctum accedit, vt sanctificet baptismū non Ioannis sed nouæ legis, instituendo, sanctificatione aquarum per carnis suæ lauacrum, baptismum in sanctitatem animarū: ex tunc enim insticutus est baptismus nouæ legis.

*trac. 13. in Io. aliquantulū a prin. to. mo 6.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd Christus nō debuerit baptizari baptismo Ioannis. Baptismus enim Ioannis fuit baptismus pœnitentiæ: sed pœnitentia Christo nō conuenit, quia nullum habuit peccatum, ergo videtur q non debuerit baptizari baptismo Ioannis.

¶2 Præt. Baptismus Ioannis, sicut dicit Chryso. * medium fuit inter baptismum iudæorum & Christi baptismum: sed medium sapit naturam extremorum. Cum ergo Christus non fuerit baptizatus baptismate legali, nec etiam baptismate suo, videtur q pari ratione baptismate Ioannis baptizari non debuerit.

¶3 Præterea. Omne quod in rebus humanis est optimum, debet attribui Christo: sed baptismus Ioannis non tenet supremum locum inter baptismata. ergo non conuenit Christum baptizari baptismo Ioannis.

¶Sed contra est, quòd dicitur Matthæ. 3. quòd venit Iesus in Iordanem, vt baptizaretur à Ioanne.

¶Respondeo dicendum, quòd sicut dicit Aug. * super Ioā. baptizatus Dominus baptizabat, non eo baptismate, quo baptizatus est. Vnde, cum ipse baptizaret baptismo proprio, consequens est quòd non fuerit baptizatus suo baptismate, sed baptismate Ioannis. Et hoc fuit conueniens. primo quidem, propter conditionem baptismi Ioannis, qui non baptizauit in Spiritu, sed solum in aqua: Christus autem spirituali baptismate non indigebat, qui à principio suæ conceptionis gratia Spiritussancti repletus fuit, vt patet ex dictis, * & hæc est ratio Chrysost. † Secundo vt Beda * dicit, baptizatus est baptismo Ioannis, vt baptismo suo baptismum Ioannis comprobaret. Tertio, sicut Greg. † Nazan. dicit, Accedit Christus ad baptismum Ioannis, sanctificaturus baptismum.

*q. 34. art. 4. † ho. 3. & 4. in opere. imper. to. 2. Beda Mar. 1. circa prin. 4. to. mo 2. † Nazan. in orat. Epipha. lumina, a medio. *ar. præc. † lib. 2. in Luc. c. vlt. a medio. tom. 5.

¶Ad primum ergo dicendum, quòd sicut supra dictum est, * Christus baptizari voluit, vt nos suo exemplo induceret ad baptismum. Et ideo ad hoc, quòd esset efficator eius inductio, voluit baptizari baptismo, quo manifestè non indigebat, vt homines ad baptismum accederent, quo indigebant. Vnde Ambros. † dicit super Luc. Nemo refugiat lauacrum gratiæ, quando Christus lauacrum pœnitentiæ non refugit.

¶Ad secundum dicendum, quòd baptismus iudæorū in lege præceptus, erat solum figuralis: baptismus autem Ioannis aliqualiter erat realis, inquantum inducebat homines ad abstinendum à peccatis: baptismus autē Christi habet efficaciam mundandi à peccato, & gratiam conferendi Christus autem neque indigebat percipere remissionem peccatorum, quæ in eo non erant, neque recipere gratiam, qua plenus erat: similiter etiam cum ipse sit veritas, nō competebat ei, id quod in sola figura gerebatur. Et ideo magis congruum fuit, q baptizaretur baptismo medio, quàm aliquo extremorum.

¶Ad tertium dicendum, quòd baptismus est quoddā spirituale remedium: quāto autem aliquid est magis perfectum, tanto minori remedio indiget. Vnde ex hoc ipso q Christus est maximè perfectus, conueniens fuit, q non baptizaretur perfectissimo baptismo: sicut ille qui est sanus, non indiget efficaci medicina.

¶ Super quæstionis trigesimænonæ, Articul. III.

ARTICVLVS III.

Vtrum Christus conuenienti tempore fuerit baptizatus.

TItulus, de tēpore Christi ætatis, scilicet anni trigesimi, quæ.

¶In corpore vna excluso Christus competenter anno trigesimo fuit baptizatus. Probatur tripliciter. Omnia clara sunt.

216 4. dist. 4. q. 3. art. 1. q. 2. 1. & dist. 4. in principio expositionis litteræ

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd non conuenienti tempore Christus fuerit baptizatus. Ad hoc enim Christus baptizatus est, vt suo exemplo alios ad baptismum prouocaret: sed fideles Christi laudabiliter baptizantur, non solum ante trigesimum annum, sed in infantili ætate. ergo videtur quòd Christus non debuerit baptizari in ætate trigintā annorum.

¶2 Præte. Christus non legitur docuisse, vel miracula fecisse ante baptismum: sed vtilius fuisset mundo, si prius tempore docuisset, incipiens à vigesimo anno, vel etiam prius. ergo videtur, q Christus, qui pro vtilitate hominum venerat, ante trigesimum annum debuerit baptizari.

¶3 Præt. Iudicium sapientiæ diuinitus infusæ, maxime debuit manifestari in Christo. Est autem manifestatum in Daniele tempore suæ pueritiæ: secundum illud Daniel. 13. Suscitauit Dominus spiritū pueri iuniores, cui nomen Daniel. ergo multo magis Christus in sua pueritia debuit baptizari, & docere.

¶4 Præt. Baptismus Ioānis ordinatur ad baptismum Christi, sicut ad finem: sed finis est prior in intentione, & posterior in executione. ergo vel Christus debuit primus à Ioanne baptizari, vel vltimus.

¶Sed contra est, quòd dicitur Luc. 3. Factum est cum baptizaretur omnis populus, & Iesu baptizato, & orante & infra, Et ipse Iesus erat incipiens, quasi annorum triginta.

¶Respondeo dicendum, quòd Christus conuenienter fuit in trigesimo anno baptizatus. Primo quidem, quia Christus baptizabatur quasi ex tunc incipiens docere & prædicare. Ad quod requiritur perfecta ætas, qualis est trigintā annorum. vnde legitur Genes. 41. quòd triginta annorum erat Ioseph, quando accepit regimen Aegypti. Similiter etiam 2. Reg. 5. legitur de Dauid, quòd triginta annorum erat cum regnare cœpisset. Ezechiele etiam in trigesimo anno cœpit prophetizare, vt habetur Ezech. 1. Secundo, quia sicut Chrys. * dicit super Matthæ. futurum erat, vt post baptismum Christi, lex cessare inciperet. Et ideo hac ætate Christus ad baptismum venit, qui potest omnia peccata suscipere, vt lege seruata, nullus dicat, quòd ideo eam soluit, quia implere non potuit. Tertio, quia per hoc quòd Christus in ætate perfecta baptizatur, datur intelligi, quòd baptismus parit viros perfectos, secundam illud Ephe. 4. Donec occurramus omnes in vnitatem fidei, & agnitionis filij Dei, in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi. Vnde, & ipsa proprietas numeri ad hoc pertinere videtur: consurgit enim trigenarius numerus ex ductu ternarij in denarium. Per ternarium autem intelligitur fides Trinitatis, per denarium autem impletio mandatorum legis, & in his duobus perfectio vitæ Christianæ consistit.

*hom. 12 in Matth. a me. to. 2

*hom. 4. in Mat. in opere imperfecto circa prin. illius to. 2

*Iu orat. in Epiph. lumina post me.

¶Ad primum ergo dicendum, quòd sicut Gregor. * Nazanzenus dicit, Christus non est baptizatus quasi indigeret purgatione, nec quòd aliquod illi imminere periculum differendo baptismum, sed cuius alij non in parum redundat periculum, si exeat ex hac vita, non indutus veste incorruptionis, scilicet gratia. Et licet bonū sit baptismi munditiam custodire, potius tamen est (vt ipse dicit *) interdum paulisper maculari, quàm gratia omnino carere.

* eodem loco.

¶Ad secundum dicendum, quòd vtilitas, quæ à Christo proueniebat hominibus, præcipuè est per fidem & humilitatem, ad quorum vtrumque valet, quòd Christus in pueritia, vel adolescentia non cœpit docere, sed in perfecta ætate. Ad fidem quidem, quia per hoc apparet in eo vera natura humanitatis, quòd per temporum incrementa corporaliter profecit: & ne huiusmodi profectus putaretur esse phantasticus, noluit sapientiam suam vel virtutem manifestare ante perfectam corporis ætatem. Ad humilitatem verò, ne ante perfectam ætatem aliquis præsumptuosè prælationis gradum, & docendi officium assumat.

¶Ad tertium dicendum, quòd Christus proponebatur hominibus in exemplum omnium. Et ideo oportuit in eo ostendi id, quod competit omnibus secundum legem communem: vt scilicet in ætate perfecta doceret. sed sicut Grego. Nazan. * dicit, non est lex communis, quod raro contingit, sicut nec vna hirundo vel facit. Aliquibus enim ex quadam speciali dispensatione, secundum diuinæ sapientiæ ordinem concessum est præter legem communem, vt ante perfectam ætatem, officium vel præsidendi, vel docendi haberent: Sicut Solomon, Daniel & Hieremias.

*loco citato ad argu. 1.

¶Ad quartum dicendum, quòd Christus nec primus nec vltimus debuit à Ioanne baptizari: quia vt Chrysost. * dicit super Matth. Christus ad hoc baptizabatur, vt confirmaret prædicationem, & baptismum Ioannis, & vt testimonium acciperet à Ioanne. Non autem creditum fuisset testimonio Ioannis, nisi postquam fuerunt multi baptizati ab ipso. Et ideo non debuit primus à Ioanne baptizari. Similiter etiam nec vltimus: quia (sicut ipse ibidem subdit) sicut lux solis non expectat occasum lucifери, sed eo procedente egreditur, & suo lumine obscurat illius candorem, sic & Christus non expectauit, vt cursum suum Ioannes impleret, sed adhuc eo docente & baptizante, apparuit.

¶ Super quæstionis trigesimænonæ, Articulum quartum.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum Christus debuerit in Iordane baptizari.

217 Matth. 3. TItulus clarus est.

¶In corpore vna conclusio: Conueniens fuit vt Christus in Iordane baptizaretur, quia per hoc significatur ingressus per baptismum in regnum Dei. Declaraturq; hoc duplici figura, scilicet de etiam Matthæ. 3. dicitur, quòd baptizatus Iesvs confestim ascendit de aqua. ergo videtur inconueniēs fuisse, quòd Christus in Iordane baptizaretur.

¶3 Præterea. Transeuntibus filijs Israel, aquæ Iordanis conuersæ sunt retrorsum, vt legitur Iosuæ 4. & sicut etiam in Psal. 113. dicitur: sed illi qui baptizantur, non retrorsum, sed in antea progrediuntur. Non ergo fuit conueniens, quòd Christus in Iordane baptizaretur.

¶Sed contra est, quòd dicitur Marci 1. q baptizatus est Iesvs à Ioanne in Iordane.

¶Respondeo dicendum, quòd fluuius Iordanis fuit, per quem filij Israel in terram promissionis intrauerūt. Hoc autem habet baptismus Christi speciale præ omnibus baptismatibus, quòd introducit in regnum Dei, quod per terram promissionis significatur. vnde dicitur Ioannis. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritusancto, non potest introire in regnum Dei. Ad quod etiam pertinet, quòd Helias diuisit aquas Iordanis, quando erat in curru igneo rapiendus in cœlum, vt dicitur 4. Reg. 2. quia scilicet transeuntibus per aquam baptismi, per ignem Spiritussancti patet additus in cœlum. Et ideo conueniens fuit, vt Christus in Iordane baptizaretur.

¶Ad primum ergo dicendum, quòd transitus maris Rubri præfiguravit baptismum, quantum ad hoc, q baptismus delet peccata: sed transitus Iordanis quantum ad hoc, quòd aperit ianuam regni cælestis, qui est principalior effectus baptismi. & per solum Christum impletus. Et ideo conuenienti us fuit, quòd Christus in Iordane, quàm in mari baptizaretur.

¶Ad secundum dicendum, quòd in baptismo est ascensus per profectum gratiæ, qui requirit descensum humilitatis, secundum illud Iacob. 4. Humilibus autem dat gratiam. Et ad talem descensum referendum est nomen Iordanis.

¶Ad tertium dicendum, quòd sicut Augustin. dicit in ser. de Epiph. Sicut antea aquæ Iordanis retrorsum conuersæ fuerant, ita modo Christo baptizato retrorsum peccata conuersa sunt. Vel etiam per hoc significatur, quòd contra descensum aquarum, benedictionum fluius sursum ferebatur.

ARTICVLVS V.

Vtrum Christo baptizato, cœli debuerint aperiri.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd Christo baptizato non debuerint cœli aperiri. Illi enim aperiendi sunt cœli, qui indiget intrare in cœlum, quasi extra cœlum existens: sed Christus semper erat in cœlo, secundum illud Ioan. 3. Filius hominis, qui est in cœlo. ergo videtur q non debuerint ei cœli aperiri.

¶2 Præt. A pertio cœlorum aut intelligitur spiritualiter, aut corporaliter: sed non potest intelligi corporaliter: quia corpora cælestia sunt impassibilia, & infrangibilia: secundum illud Iob. 37. Tu forsitan cum eo fabricatus es cœlos, qui solidissimi, quasi ære fusi sunt? Similiter etiam nec potest intelligi spiritualiter: quia ante oculos

¶ Super Quæstionis trigesimænonæ, Articulum quintum.

218 Inf. q. 49. ar. 5. ad 3. Et 3. di. 18 ar. 6. q. 3. ad 2. & di. 22 q. 3. ar. 1. ad 4. Et op. 60. ca. 9.

TItulus clarus ex euangelij historia ortus.

¶In corpore respondetur quæstio vnica cōclusione: Christo baptizato & orante, conueniēter aperti sunt cœli. Et duo fiunt quia declaratur cōuenientia respectu ly baptizato: secundo, respectu ly & orante. Quo ad primum probatio est: Christus baptizatus est, vt nostrā baptismā consecraret, ergo in illius baptismo

Universidad de Deusto
Biblioteca

baptismo illa mõ strari debuerunt, quæ ad nostri efficaciam baptismi spectant. ergo virtus cælestis, fides cælestium, introitusque cæli monstrari deberũ per cælos apertos. Prima consequentia est clara. Secunda declaratur ex tribus, scilicet causa, & fide, & effectu, inuentis in efficacia baptismi. Quo ad secundum declaratur, quia oratio vel ad exemplum vel ad causam apertionis cæli nobis refertur, & vtrunque est conueniens.

¶In responsione ad secundum, vide duo declarari. Primum, quòd cæli aperti dicuntur non in ipsis, sed secundum visiones Christi. Secundus est, qualis fuerit ista visio, corporalis, imaginaria vel intellectualis. Et licet quælibet possibilis dicatur, intellectualis tamen conuenientior videtur, vtpote excellentior.

filij Dei cæli antea clausi non fuerant. ergo videtur inconuenienter dici, quod baptizato Christo, aperti fuerint cæli.

¶3 Præterea, Fidelibus cælum apertum est per Christi passionem, secundum illud Hebræorum 10. Habemus fiduciam in introitu sanctorum in sanguine Christi. Vnde etiam nec Christi baptismo baptizati, si qui ante eius passionem decesserint, cœlos intrare potuerunt. ergo magis debuerunt aperiri cæli Christo patiente, quã eo baptizato.

¶SED contra est, quòd dicitur Lucæ 3. Iesu baptizato & orante, apertum est cœlum.

¶Respondeo dicendum, quòd sicut dictum est, Christus baptizari voluit, vt suo baptismo consecraret baptismum, quo nos baptizaremur. Et ideo in baptismo Christi ea demonstrati debuerunt, quæ pertinent ad efficaciam nostri baptismi. Circa quam tria sunt consideranda. Primo quidem principalis virtus, ex qua baptismus habet efficaciam: quæ quidem est virtus cælestis. Et ideo baptizato Christo, apertum est cœlum, vt ostenderetur, quòd de cætero cælestis virtus baptismum sanctificaret. Secundo, operatur ad efficaciam baptismi fides Ecclesiæ, & eius qui baptizatur: vnde & baptizati fidem profitentur, & baptismus fidei dicitur sacramentum. Per fidem autem inspicimus cælestia, quæ sensum & rationem humanam excedunt: & ad hoc significandum Christo baptizato aperti sunt cœli. Tertio, quia per baptismum Christi * specialiter aperitur nobis introitus regni cælestis, qui primo homini præclusus fuerat per peccatum. Vnde baptizato Christo, aperti sunt cœli: vt ostenderetur, quòd baptizatis patet via in cœlum. Post baptismum autem necessaria est homini iugis oratio, ad hoc quòd cælum introeat. Licet enim per baptismum remittantur peccata, remanet tamen fomes peccati, nos impugnans interitus, & mundus, & dæmones, qui impugnant exterius. Et ideo signanter dicitur Luc. 3. quòd Iesu baptizato & orante, apertum est cælum, quia scilicet fidelibus necessaria est oratio post baptismum. Vel vt deturintelligi, quòd hoc ipsum quòd per baptismum cælum aperitur credẽtibus, est ex virtute orationis Christi. Vnde signanter Matthæ. 3. dicitur, quòd apertum est ei cælum, idest omnibus propter eum: sicut si Imperator alicui pro alio petenti dicat. Ecce, hoc beneficium non illi do, sed tibi, id est propter te illi, vt Chrysost. dicit super Matth. *

*Aliàs spiritualiter.

*Hom. 4. in Mat. a medio illius, in opere imperfecto, to. 2.

† Hom. 4. in Matth. in opere imperfecto in medio illius to. 2 Circa finẽ commentarij in 2. c. Mat. t. 9.

* Hom. 4. in Mat. in opere imperfecto circa med. illius to. 2

† Alias ea tractata.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ sicut Chrysost. dicit super Matth. † sicut Christus secundum dispensationem humanam baptizatus est, quamuis ipse propter se baptismo non indigeret: sic etiam secundum humanã dispensationem aperti sunt ei cæli, secundum autem naturam diuinam semper erat in cælis.

¶AD SECVNDVM dicendum, quòd sicut Hieronymus dicit super Matth. * cæli aperti sunt Christo baptizato, non reserationem elemẽtorum, sed spiritualibus oculis: sicut & Ezechiel in principio voluminis sui cælos apertos esse commemorat. Et hoc probat Chrysosto. super Matth. dicens, Quòd si ipsa * creatura, scilicet cælorum, rupta fuisset, non dixisset, aperti sunt ei: quia quod corporaliter aperitur omnibus est apertum. Vnde etiam Marci primo expresse dicitur, quòd Iesus statim ascendens de aqua, vidit apertos cælos, quasi ipsa apertio cælorum ad visionem Christi referatur. Quod quidam aliqui referunt ad visionem corporalem, dicentes, quòd circa Christum baptizatum tantus splendor fulsit, in baptismo, vt viderentur cæli aperti. Potest etiam referri ad imaginariam visionem, per quem modum Ezechiel vidit cælos apertos: formabitur enim ex vi, tute diuina & voluntate rationis, talis visio in imaginatione Christi, ad designandum, quòd per baptismum, cæli aditus hominibus aperitur. Potest etiam & ad visionem intellectualem referri, prout scilicet, Christus vidit iam baptismo sanctificato, apertum esse cælum hominibus, quod tamẽ etiam ante viderat fiendum.

¶Ad tertium dicendum, quòd per passionem Christi aperitur cælum hominibus, sicut per causam communem apertionis cælorum, singulis applicari ad hoc, quod cælum introeant, quod quidem fit per baptismum, secundum illud Roma. 6. Quicumque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus. Et ideo potius fit mentio de apertione cælorum in baptismo, quàm in passione Christi. Vel sicut Chrysost. dicit super Matth. * baptizato Christo cæli tantum sunt aperti: postquàm verò tyrannum vicit per crucem, quia non erant necessariæ portæ cælo numquam claudendo, non dicunt Angeli, Aperite portas, iam enim erant apertæ, sed, Tollite portas. Per quod dat intelligere Chrysost. quòd obstacula, quibus prius obsistentibus animæ defunctorum introire non poterant cælos, sunt totaliter per passionem Christi ablata: sed in baptismo Christi sunt aperta, quasi manifestata iam via, Per quam homines erant in cælum intraturi.

*Hom. de Matth. in opere imperfecto a medio to. 2. Luc. to. 2.

ARTICVLVS VI.

¶ Super quæstionis trigesimænonæ, Articulum sexti.

Vtrum conueniens fuerit Spiritussanctus super Christum baptizatum descenderit in specie columbæ.

AD Sextum sic proceditur. Videtur quòd inconuenienter Spiritussanctus super Christum baptizatum dicatur descendisse in specie columbæ. Spiritus enim sanctus habitat in homine per gratiam sed in homine Christo fuit plenitudo gratiæ à principio suæ conceptionis, quo fuit vnigenitus a patre, vt ex supradictis patet. * non ergo debuit Spiritussanctus ad eum mitti in baptismo.

¶2 Præt. Christus dicitur in mundum descendisse per mysterium incarnationis, qua exinaniuit semetipsum, formam serui accipiens: sed Spiritussanctus non est incarnatus. ergo inconueniẽter dicitur, quòd Spiritussanctus descenderit super eum.

¶3 Præt. In baptismo Christi ostendi debuit, sicut in quodam exemplari id quod fit in nostro baptismo: sed in nostro baptismo non fit aliqua missio visibilis Spiritussancti. ergo nec in baptismo Christi debuit fieri visibilis missio Spiritussancti.

¶4 Præt. Spiritussanctus à Christo in omnes alios deriuatur, secundum illud Ioan. 1. De plenitudine eius nos omnes accepimus: sed sup Apostolos Spiritussanctus descendit, non in specie columbæ, sed in specie ignis ergo nec super Christum debuisset descendere in specie columbæ, sed in specie ignis.

¶SED CONTRA est, quòd dicitur Luc. 3. Descendit Spiritussanctus corporali specie, sicut columba in ipsum.

¶RESPON. Dicendum, quòd hoc quod circa Christum factum est in eius baptismo (sicut Chryso. * dicit super Matth.) pertinet ad mysterium omnium, qui postmodum fuerant baptizandi. Omnes autẽ qui baptismo Christi baptizantur, Spiritum sanctum recipiunt, nisi ficti accedant, secundum illud Matth. 3. ipse vos baptizabit Spiritusancto. Et ideo conueniens fuit, vt super Christum baptizatum Spiritussanctus descenderet.

*Hom. in Matth. in opere imperfecto a me. præcip. tom. 2.

*li. 15. ca. 26. a med. to. 3.

¶Ad primum ergo dicendum, quòd sicut Augustin. * dicit 15. de Trini. absurdissimum est dicere, quòd Christus cum iam triginta esset annorum, acceperit Spiritum sanctum, sed venit ad baptismum, sicut sine peccato, ita non sine Spiritusancto. Si enim de Ioanne scriptum est, quòd Spiritusancto replebitur ab vtero matris suæ, quid de homine Christo dicendum est, cuius carnis ipsa conceptio non carnalis, sed spiritualis fuit? Tunc ergo, idest in baptismo, corpus suum, idest Ecclesiam, præfigurare dignatus est, in qua baptizati præcipuè accipiunt Spiritum sanctum.

*li. 2. c. 6. tom. 3.

¶Ad secundum dicendum, quòd sicut Augu. * dicit in 2. de Trini. Spiritussanctus descendisse dicitur super Christum corporali specie, sicut columba, non quia ipsa substantia Spiritussancti videretur, quæ est inuisibilis, neque ita quòd illa visibilis creatura in vnitatem personæ diuinæ assumeretur: neque enim dicitur, quòd Spiritussanctus sit columba, sicut dicitur, quòd filius Dei est homo ratione vnionis: neque etiam hoc modo Spiritussanctus visus est in specie columbæ, sicut Ioannes vidit agnum occisum in Apocalypsi, vt habetur Apocaly. 2. illa enim visio facta fuit in Spiritu per spirituales imagines corporum, de illa vero columba nullus vmquam dubitauit, quin oculis visa sit. Nec etiam hoc modo in specie columbæ Spiritussanctus apparuit, sicut dicitur 1. ad Cor. 10. Petra autem erat Christus. Illa enim petra iam erat in creatura, & per actionis modum nuncupata est nomine Christi, quem significabat: illa autem columba ad hoc tantum significandum repente extitit, & postea cessauit, sicut flamma, quæ in rubo apparuit Moysi. Dicitur ergo Spiritussanctus descendisse super Christum, non ratione vnionis ad columbam: sed vel ratione ipsius columbæ significantis Spiritumsanctum, quæ descendendo super Christum venit: vel etiam ratione spiritualis gratiæ, quæ à Deo per modum cuiusdam descensus in creaturam deriuatur, secundum illud Iacob. 1. Omne datum optimum, & omne donum perfectum, de sursum est descendens à Patre luminum.

*Hom. 12 in Mat. ante medium to. 2.

¶Ad tertium dicendum, quod sicut Chrysosto. * dicit super Matthæ. in principiis spiritualium rerum semper sensibiles apparent visiones, propter eos qui nullam intelligentiam incorporalis naturæ suscipere possunt, vt si postea non fiant, ex his quæ semel facta sunt, recipiant fidem. Et ideo circa Christum baptizatum corporali specie Spiritussanctus visibiliter descendit, vt super omnes baptizandos, inuisibiliter postea credatur descendere.

¶Ad quartum dicendum, quod Spiritussanctus in specie columbæ apparuit super Christum baptizatum propter tria. Primo quidem propter dispositionem, quæ requiritur in baptizato, vt scilicet non fictus accedat: quia sicut dicitur Sap. 1. Spiritussanctus disciplinæ effugiet fictum. Columba autem est animal simplex, astutia & dolo carens: vnde dicitur Matthæ. 10. Estote simplices sicut columbæ. Secundo ad designandum septem dona Spiritussancti, quæ columba suis proprietatibus significat. Columba enim secus fluenta habitat, vt inde viso accipitre, mergat se, & euadat: quod pertinet ad donum sapientiæ, per quam sancti secus Scripturæ diuinæ fluenta residentes, vt incursus diaboli euadant. Item columba meliora grana eligit, quod pertinet ad donum scientiæ, qua Sancti sententias sanas, quibus pascantur, eligunt. Item columba alienos pullos nutrit, quod pertinet ad donum consilij, quo sancti homines, qui fuerunt pulli, idest, imitatores diaboli, doctrina nutriunt & exemplo. Item columba non lacerat rostro, quod pertinet ad donum intellectus, quo sancti bonas scientias lacerando non peruertunt, hæreticorum more. Item columba felle caret, quod pertinet ad donum pietatis, per quam sancti ira irrationabili carent. Item columba in cauernis petræ nidificat, quod pertinet ad donum fortitudinis, qua sancti in plagis mortis Christi, qui est petra firma, nidum ponunt, idest, suum refugium & spem. Item columba gemitum pro cantu habet, quod pertinet ad donum timoris, quo sancti delectanturin gemitu pro peccatis. Tertio apparuit Spiritussanctus in specie columbæ propter effectum proprium baptismi, qui est remissio peccatorum & reconciliatio ad Deum, columba enim est animal mansuetum. Et ideo sicut Chrysosto. * dicit super Matth. in diluuio apparuit hoc animal, ramum ferens oliuæ, & communem orbis terrarum tranquillitatem annuntians, & nunc etiam columba apparet in baptismo, liberationem nobis demonstrans. Quarto apparuit Spiritussanctus in specie columbæ super Dominum baptizatum, ad designandum communem effectum baptismi, qui est constructio ecclesiasticæ vnitatis. vnde dicitur Ephesiorum quinto, quòd Christus tradidit semetipsum, vt exhiberet sibi gloriosam Ecclesiam non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huiusmodi, lauans eam lauacro aquæ in verbo vitæ. Et ideo conuenienter Spiritussanctus in baptismo demonstratus est in specie columbæ, quæ est animal amicabile & gregale: vnde & Cantic. 5. dicitur de Ecclesia, Vna est columba mea. Super Apostolos autem in specie ignis Spiritussanctus descendit propter duo. Primo quidem ad ostendendum feruorem, quo corda eorum erant commouenda, ad hoc quòd Christum vbique inter pressuras prædicarent: & ideo etiam in igneis linguis apparuit. Vnde Augustinus dicit super Ioann. * Duobus modis ostendit visibiliter dominus Spiritumsanctum, per columbam super dominum baptizatum, & per ignem super discipulos congregatos: ibi simplicitas, hic feruor ostenditur. ergo ne spiritu sanctificati dolum habeant, in columba demonstratus est: & ne simplicitas frigida remaneat, in igne demonstratus est. Nec te moueat, quia linguæ diuisæ sunt, vnitatem in columba cognosce. Secundo: quia sicut Chrysosto. dicit, oportebat delictis ignoscere (quod fit in baptismo) mansuetudo necessaria erat, quæ demonstratur in columba: sed vbi adepti sumus gratiam, restat iudicii tempus, quod significatur per ignem.

*Hom. 12 in Mat. a medio illius to. 2.

*Tract. in Io. aliquãtulum a prin. to. 9.

ARTICVLVS VII.

¶ Super quæstionis trigesimænonæ, Articulum VII.

Vtrum illa columba, in qua apparuit Spiritussanctus, fuerit uerum animal.

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur quòd illa columba in qua Spiritussanctus apparuit, non fuerit

Titulus clarus est.

¶In corpore una conclusio. Columba illa fuit uerum animal. Probatur: Sicut peritos verũ hominem,

Universidad de Deusto
Biblioteca

hominem, & spiritus veritatis veram columbam, in qua appareret, &c. & confirmatur hoc Auctoritate Augustini,

verum animal. Illud enim videtur speciebus nostris apparere, quod secundum simplicitudinem apparet: sed Luc. 3. dicitur, quòd descendit Spiritussanctus corporali specie sicut columba in ipsum. non ergo fuit vera columba, sed quædam similitudo columbæ.

¶ 2 Præt. Sicut natura nihil facit frustra, ita nec Deus, vt dicitur in 2. de Cœlo. * sed cum columba illa non aduenerit, nisi vt aliquid significaret, ac que præteriret (vt Augustinus † dicit in 2. de Trin.) frustra fuisset vera columba: quia hoc ipsum fieri poterat per columbæ similitudinem. non ergo illa columba fuit verum animal.

¶ 3 Præt. Proprietates cuiuslibet rei ducunt in cognitionem naturæ illius rei. si ergo fuisset illa columba verum animal, proprietates columbæ significassent naturam veri animalis, non autem effectus Spiritussancti. non ergo videtur, quòd illa columba fuerit verum animal.

¶ Sed contra est, q̃ Aug.* dicit in lib. de agone Christiano, neq; hoc ita dicimus, vt dominum Iesum Christum dicamus solum verum corpus habuisse: Spiritū autem sanctum fallaciter apparuisse oculis hominum, sed ambo illa corpora vera esse credimus.

¶ Respon. Dicendum, quod (sicut supra dictū est*) non decebat vt filius Dei, qui est veritas Patris, aliqua fictione vteretur: & ideo non phantasticum, sed verum corpus accepit. Et quia Spiritussanctus dicitur spiritus veritatis, ut patet Ioan. 16. ideo etiam ipse veram d columbam formauit, in qua appareret: licet non assumeret ipsam in veritatem personæ. Vnde post prædicta verba Augusti. * subdit, sicut non oportebat ut homines falleret filius Dei, sic etiam non oportebat, vt falleret Spiritussanctus: sed omnipotenti Deo, qui vniuersam creaturam ex nihilo fabricauit, non erat difficile, verum corpus columbæ sine aliorum columborum ministerio figurare: sicut non fuit ei difficile verum corpus in vtero Mariæ sine virili semine fabricare, cum creatura corporea & in visceribus fœminæ ad formandum hominem, & in ipso mundo ad formandum columbam, imperio Domini voluntatiq; seruiret.

¶ Ad primum ergo dicendum, quod Spiritussanctus dicitur descendisse in specie, vel similitudine columbæ, non ad excludendam veritatem columbæ, sed ad ostendendū, quòd ipse non apparuit in specie suæ substantiæ.

¶ Ad secundum dicendum, quòd non fuit superfluum formare veram columbam, vt in ea Spiritussanctus appareret: quia per ipsam veritatem columbæ significatur veritas Spiritussancti, & effectuum eius.

¶ Ad tertium dicendum, quòd proprietates columbæ eodem modo ducunt ad significandum naturam columbæ, & ad significandos effectus Spiritussancti: per hoc enim quòd columba habet tales proprietates, ostenditur quod columba significat Spiritumsanctum.

*lib. 1. de eçl. text. 32. to. 2.
†lib. 2. de Trin. c 6. in fi. to. 2.

*ca. 22. 2 medio to. 3.

*q. 3. ar. 1 D. 362.

*ca. 1. de agone Christiano ca. 22. post med. to. 3.

¶ Super quæstionis trigesimænonæ, Articulū. VIII.

TItulus clarus ortus etiam ex euāgelio.

¶ In corpore una conclusio: Conueniens fuit, vt in illo baptismo Pater declararetur in voce probatur: In baptismo Christi demonstrari debuit, quod in nostro baptismo perficitur, ergo in baptismo Christi, mysteriū Trinitatis demonstrari debuit ergo conueniens fuit, vt Pater declararetur in voce. Antecedens probatur: quia baptismus Christi fuit exemplar nostri. Prima consequentia probatur: quia noster baptismus consecratur in inuocatione & virtute Trinitatis. Matth. vltimo. Secunda vero consequentia probatur: quia persona filii baptizatur, Spiritussanctus in columba descendit. restat ergo persona Patris manifestanda, & apponitur hic auctoritas Hieronymi.

1 2 2 Inf. q. 45. ar. 4. & q. 66. art. 6. cor. & opu. 60. ca. 9.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum conuenienter Christi baptizato fuerit uox Patris audita, filium protestantis.

AD octavvm sic proceditur. Videtur quod incōuenienter Christo baptizato fuerit vox Patris audita, Filium protestantis. Filium enim & Spiritussanctus, secundum hoc q̃ sensibiliter apparuerunt, dicūtur visibiliter esse missi: sed patri non cōuenit mitti, vt pater per Aug.* in 2. de Trin. ergo etiam nec apparere.

¶ 2 Præt. Vox est significatiua verbi incorde concepti: sed Pater non est verbum. ergo inconuenienter manifestatur in uoce.

¶ 3 Præt. Homo Christus non incepit esse filius Dei in baptismo, sicut quidam hæretici putauerunt, sed a principio suæ conceptionis fuit filius Dei. magis ergo in natiuitate debuit vox Patris protestari Christi diuinitatem, quā in eius baptismo.

¶ Sed contra est, quod Matth. 3. dicitur, Ecce vox de cælis dicens, Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui.

¶ Respon. Dicendum, quod (sicut supra dictum est*) in baptismo Christi, qui fuit exemplar nostri baptismi, demonstrari debuit quod in nostro baptismo perficitur. Baptismus autem quo baptizantur fideles, consecratur in inuocatione & virtute Trinitatis, secundum illud Matth. vltimo: Euntes docete omnes gentes baptizantes eos in nomine Patris & Filii & Spiritussancti. Et ideo in baptismo Christi (vt Hier. * dicit) mysterium Trinitatis demonstratur. Dominus enim in natura humana baptizatur, Spiritussanctus descendit in habitu columbæ, Patris vox testimonium Filio perhibentis auditur. Et ideo conueniens fuit, vt in illo baptismo Pater declararetur in uoce.

¶ Ad primum ergo dicēdum, quod missio visibilis addit aliquid super apparitionem, scilicet auctoritatem mittētis. Et ideo Filius & Spiritussanctus, qui sunt ab alio, dicuntur mitti visibiliter, & non solum apparere: Pater autē, qui non est ab alio, apparere quidem potest, visibiliter autem mitti non potest.

¶ Ad secundum dicendum, quod Pater non demonstratur in voce, nisi sicut actor uocis, vel loquens per vocem. Et quia proprium est Patri, producere verbum, quod est dicere vel loqui, ideo conuenientissimè Pater per vocem manifestatus est, quæ significat verbum. Vnde & ipsa vox à Patre emissa, filiationem verbi protestatur. Et sicut species columbæ, in qua demonstratus est Spiritussanctus, non est ipsa natura Spiritussancti, nec species hominis, in qua demonstratus est ipse Filius, est ipsa natura filii Dei, ita etiam ipsa vox non pertinet ad naturam verbi vel Patris loquentis. Vnde Ioannis. 5. Dominus dicit; Neque vocem eius, idest patris vnquam audistis, neque speciem eius vidistis. Per quod (sicut Chrysosto. * dicit super Ioan.) Paulatim eos in philosophi cum dogma inducens, ostendit, quoniam neque vox circa Deum est, neque species, sed superior est & figuris & loquelis talibus. Et sicut columbam, & etiam humanam natu-

*lib. 2. de Tri. c. 1. in fi. to. 3.

*ar. 6. hius q.

*In cōm. 2. Matth. circa fin. tom. 9.

¶ Tractatus quartus huius uoluminis.

HIc incipit quarta pars huius libri, in qua agitur de progressu Domini nostri Iesu Christi in hoc mundo, vsque ad quæstionem quadragesimā quintam inclusiue.

¶ Aduerte hic, quòd conuersatio Christi post Ioannis baptisma tractatur ab Auctore: conuersatio autem Christi autē illud tempus tacetur. Et quoniam a multis quæritur, quid fecerit in illa ætate Christus respondendum est, quòd exercuit artem fabrilem in ciuitate Nazareth. Nam non solum ex euangelio Mat. 13. habetur quòd fuit filius fabri: sed ex euangelio Mar. 6. habetur, quòd ipse Christus fuit faber. Et nisi exercuisset ipsam artem in Nazareth: non admirati ibi fuissent de doctrina eius. Nā si alibi Christus habitasset, aut in Nazareth vacasset literis nō fuissent admirati compatrio tæ: unde huic sapiētiæ? immo tam notoria erat Christi cōuersatio i Nazareth, ut etiam Hie

rosolymis

rosolymis indæi dicerent, quomodo hic literas scit, cū non didicerit? Ioā. 7. Quo circa oportet dicere aut Christum ibi artem sua fabrilem continue exercuisse, & præterea constare, q̃ literas non didicit &c. Aut inertē ociosumque vacasse per Nazareth, quod dedecet Christum filium paupertatis: deo, vt nō potuisset agnum pro eo offerre, vt habetur Luc. 2. & pauperem in tantum, vt non haberet ubi reclinaret caput suum Matth. 8. Et confirmatur, quia Mar. 3. dicitur. Et cum audissent sui exierūt tenere eū. Dicebant enim, quoniam in furorem versus est. Ex eo namque, quòd vsque ad ætatem illam fabrili arti viderat Iesum operam dantem & repente audiuerant, quod prædicabat & turba conueniebat ad eum &c. dixerunt illum versum in furorem. Hæc enim omnia simul iuncta testimonia sunt ab hostibus, & quòd Christi doctrina non erat humana, nec aliquo modo acquisita, & quòd Christus inter eos vsque ad illud tempus, cum suis conciuibus cōuersatus est sine offensa & sine scandalo proculdubio: quod non euitatum fuisset, si iuuenis, Faber pauper, inertem se in opere exhibuisset.

*c. 9. circa principiū tom. 3.

*cap. 2. in Mat. circa fin.

¶ Super quæstiōs quadragesimæ, Articulum primū.

TItulus clarus.

¶ In corpore vna cōclusio: Christus conuenienter vitam sociabilem assumpsit. Probatur: Christus debuit talem viuendi modum assumere, qui conueniret fini incarnationis: sed finis incarnationis primo, testimonium veritatis. Secundo, saluare peccatores. Tertio, adducere homines ad Deum. Omnia clara sunt in litera.

222 Inf. art. 2. cor. & ad 3. Et 22. qō. 25. art. 6. ad 3.

Vtrum cōueniens fuerit, Christū inter homines conuersari.

AD primvm sic proceditur. Videtur quòd Christus non debuerit inter homines conuersari, sed solitariam vitam agere. Oportebat enim, q̃ Christus sua conuersatione non solū se hominem ostenderet esse, sed etiam Deum: sed Deum non conuenit cum hominibus conuersari: dicitur enim Dan. 2. Exceptis diis, quorum non est cum hominibus conuersatio: & Philosophus * dicit in 1. Politicæ, quòd ille qui solitarius viuit, aut est bestia, si scilicet propter se uitiam hoc faciat, aut est Deus, si hoc faciat propter contemplandam veritatem. ergo videtur q̃ non fuerit conueniens Christum inter homines conuersari.

*li. 1. c. 2. a medio tom. 5.,

¶ 2 Præt. Christus dum in carne mortali vixit, debuit perfectissimam vitam ducere: perfectissima autem vita est contemplatiua, ut in secunda parte habitum est. * Ad vitam autem contemplatiuam maximè competit solitudo, secundum illud Oseæ 2. Ducam eam in solitudinem, & loquar ad cor eius. ergo videtur, quòd Christus debuerit solitariam vitam ducere.

*2. 2. qō. 182. art. 4.

¶ 3 Præt. Conuersatio Christi debuit esse vniformis: quia semper in eo debuit apparere id, quod optimum est: sed quandoque Christus solitaria loca quærebat, turbas declinans. vnde Remigius dicit super Matthæ. Tria refugia legitur Dominus habuisse, nauim, montem, & desertum: ad quorum alterum quotiescunque à turbis compri mebatur, conscendebat. ergo & semper debuit solitariā vitam agere.

¶ Sed contra est, q̃ dicitur Baruch. 3. Post hæc in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est.

¶ Respon. Dicendum, quod conuersatio Christi talis debuit esse, vt conueniret fini incarnationis, secundum quam venit in mundum. Venit autem in mundum, primo quidem ad manifestandum veritatem, sicut ipse dicit Ioan. 18. In hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum, vt testimonium perhibeam veritati: & ideo non debebat se occultare, vitam solitariam agens: sed in publicum procedere, publicè prædicando. Vnde Luc. 4. dixit illis, qui uolebant eum detinere: quia & aliis ciuitatibus oportet me euangelizare regnum Dei, quia ideo missus sum. Secundo venit ad hoc, vt homines à peccato liberaret, secundum illud primæ ad Timoth. 1. Christus Iesus venit in hunc mundum, peccatores saluos facere. Et ideo vt Chrysosto. dicit, in eodem loco manendo posset Christus ad se omnes attrahere, vt eius prædicationem audirent: non tamen hoc fecit, præbens nobis exemplum, vt perambulemus & requiramus pereuntem: sicut pastor ouem perditam, & medicus accedit ad infirmum. Tertio venit, vt per ipsum habeamus accessum ad Deum, vt dicitur Roman. 5. & ideo familiariter cum hominibus conuersando, conueniens fuit, vt hominibus fiduciam daret ad se accedendi. Vnde dicitur Matthæ. 9. Factum est discumbente eo in domo, ecce multi publicani & peccatores venientes, discumbebant cum Iesu & discipulis eius: quod exponens Hierony. * dicit, viderant publicani, a peccatis ad meliora conuersi, locum inuenisse pœnitentiæ: & ob id, etiam ipsi non desperant salutem.

*In ca. 9. Mat. to. 9

¶ Ad primum ergo dicendum, quod Christus per humanitatem suam, voluit manifestare diuinitatē. Et ideo conuersando cum hominibus (quod est proprium hominis) manifestauit omnibus suam diuinitatem, prædicādo, & miracula faciendo, & innocenter & iuste inter homines conuersando.

* 2. 2. qō. 182. ar. 4. & 6. D. ad 85.

¶ Ad secundum dicendum, quòd (sicut in secunda parte dictum est*) vita cōtemplatiua simpliciter est d melior

Universidad de Deusto
Biblioteca

quàm actiua, quæ occupatur circa corporales actus: sed vita actiua secundum quam aliquis prædicando, & docendo, contemplata aliis tradit, est perfectior [d] quam vita, quæ solum contemplatur: quia talis vita præsupponit abundantiam contemplationis: & ideo Christus talem vitam elegit.

d.1189.

¶ Ad tertium dicendum, quòd actio Christi fuit nostra Instructio. Et ideo vt daret exemplum prædicatoribus, quod non semper se darent in publicum, ideo quandoque Dominus se à turbis retraxit: quod quidem legitur fecisse propter tria. Quandoque quidem, propter corporalem quietem: vnde Marci 6. dicitur, quod Dominus dixit discipulis, Venite seorsum in desertum locum, & requiescite pusillum: erant enim qui veniebant & redibãt multi, & nec spatium manducandi habebant. Quandoque verò causa orationis. vnde dicitur Luc. 6. Factum est in illis diebus, exijt in montem orare, & erat pernoctans in oratione Dei. Vbi ait Ambrosi. * quòd ad præcepta virtutis suo nos informat exemplo. Quandoque vero, vt doceret fauorem humanum vitare, vnde super illud Matthæ. 5. Videns Iesus turbas, ascendit in montem, dicit Chrysosto. † Per hoc, quòd non in ciuitate & foro, sed in monte & solitudine sedit erudiuit nos, nihil ad ostentationem facere, & à tumultibus abscedere, & maximè, cum de necessarijs disputare oportet.

* lib.5.in Luc.c.cuius titulus est: De oratione Iesu in monte ante mediũ. to.5. † Hom.15. in Mat.circa princ. tom.2.

¶ Super quæstionis quadragesimæ, Articulum. II. — ARTICVLVS II. — *Vtrum Christus austeram uitam in hoc mundo ducere debuerit.*

223 Inf. q.41. ar.3.ad 1.

TIrulus clarus. ¶ In corpore vnica cõclusio. Conueniens fuit, vt Christus in cibo & potu sicut alii se haberet. probatur primo: Congruum erat incarnationis fini, vt Christus socialem vitam duceret. ergo conuenientissimum fuit, &c. Probatur sequela: quia qui cum aliis conuersatur, conuenientissimum est, vt conformet se aliis. qđ probatur etiam primæ ad Cor. 9. Factus sum omnia omnibus. Probatur secundo auctoritate Augustı. immo domini, Matthæ. 11.

*Hom.to. in Mat.ante mediũ tom.2.

¶ In responsione ad primum, nota & fige animo doctrinam hanc: scilicet, Christus exẽplum fuit perfectionis in omnibus, quæ per se pertinent ad salutem: hinc enim habes, quòd in his, quæ non per se pertinent ad salutem (quæ scilicet non sunt secundum se bona, sed solum relata ad aliquem finem, vt abstinentia, paupertas, & actiuissimam vitam incœpit post baptismum, manens in deserto, & ieiunans quadraginta diebus & quadraginta noctibus. ergo videtur non fuisse congruum, quod post tantam vitæ districtionem ad communem vitã rediret.

¶ Sed contra est, quòd dicitur Matthæ. 11. Venit Filius hominis manducans & bibens.

¶ Respon. Dicendum, quòd (sicut dictum est*) congruum erat incarnationis fini, vt Christus non ageret solitariam vitam, sed cum hominibus cõuersaretur: qui autem cum aliquibus conuersatur, conuenientissimum est, vt se eis in conuersatione conformet, secundum illud Apostoli primæ ad Corin. 9. Omnibus omnia factus sum. & ideo conuenientissimum fuit, ut Christus in cibo & potu communiter se sicut alii haberet. vnde Augustin. * dicit contra Faustum, quod Ioãnes dictus est non manducans neque bibens, quia illo victu, quo Iudæi vtebantur, non utebatur. Hoc ergo nisi dominus vteretur, non in eius comparatione, manducans bibensque diceretur.

*Ar. sed.

¶ Ad primum ergo dicendum, quod Dominus in sua conuersatione exemplum perfectionis dedit in omnibus, quæ per se pertinent ad salutem. Ipsa autem abstinentia cibi & potus, non per se pertinet ad salutem, secundum illud Rom. 14. Non est regnum Dei esca & potus. Et Augusti. * dicit in lib. de Quæstionibus Euang. exponens illud Matth. 11. Iustificata est sapientia à filis suis: quia scilicet sancti apostoli in lle xerunt regnum Dei non esse in esca & potu, sed in æquanimitate tolerandi, quos nec copia subleuat, nec deprimit egestas. Et in tertio * de doctrina Christiana dicit, quod in omnibus talibus non vsus rerum, sed libido utentis in culpa est. Vtraque autem vita est licita & laudabilis, ut scilicet aliquis à consortio hominum segregatus abstinentiam seruet, & ut in societate aliorum positus, communi uita utatur. & ideo Dominus voluit utriusque uitæ exemplum dare hominibus. Ioannes autem (sicut Chrysosto. dicit super Matthæ.) nihil plus ostendit præter vitam & iustitiam: Christus autem & à miraculis testimonium habebat. dimittens ergo Ioannem ieiunio fulgere, ipse contraria incessit uia, ad mensam intrans publicanorum, & manducans & bibens.

*lib.83.q. q. 81. in prin.to.4.

¶ Ad secundum dicendum, quod sicut alii homines per abstinentiam consequuntur virtutem continendi, ita etiam Christus in se & in suis discipulis per virtutem suæ diuinitatis carnem comprimebat. vnde sicut Matth. 9. dicitur, Pharisæi & discipuli Ioannis ieiunabant, non autem discipuli Christi: quod exponens Beda dicit, * quod Ioannes vinum & siceram non bibit: quia illi abstinentia meritum auget, cui potentia nulla inerat naturæ. Dominus autem, cui naturaliter suppetebat delicta donare, cur eos declinaret, quos abstinẽtibus poterat reddere puriores?

*In illud Marc. 2. Quare discipuli tui non ieiunãt &c. 22. ieiunium. Bole cos. *Id habet Matth. 9. remote a principio.

¶ Ad tertium dicendum, quod sicut Chrysosto. * dicit super Matthæ. Vt discas quam magnum bonum est ieiunium, & qualiter scutum est aduersus diabolum, & quoniam post baptismum non lasciuiæ, sed ieiunio intendere oportet, & ipse ieiunauit, non eo indigens, sed nos instruens: non autem vltra processit ieiunando, quàm Moyses & Helias, ne incredibilis videretur carnis assumptio: secundum mysterium autem, vt Grego. * dicit, quadragenarius numerus exemplo Christi in ieiunio custoditur, quia virtus decalogi per libros quatuor sancti euangelii impletur: denarius enim quaterductus, in quadragenarium surgit. Vel quia in hoc mortali corpore ex quatuor elementis subsistimus, per cuius voluntatem, † præceptis dominicis contrahimus, quæ per decalogum sunt accepta. vel secundum

*li.2.ca.1. ante med. to.4. *li.2.ca.1. parũ ante fi. tom.3. *Hom.18. in euang. post med. illius. † Alibi, voluptates.

Augu- *lib.83.q. q. 81. in prin.to.4. August. * in lib. 83. Quæstionum, omnis sapientiæ disciplina est, Creatorem, creaturamque cognoscere. Creator est Trinitas, Pater & Filius & Spiritussanctus. Creatura verò partim est inuisibilis, sicut anima, cui ternarius numerus attribuitur: diligere enim Deum tripliciter iubemur, ex toto corde, & ex tota anima, & ex tota mente: partim visibilis, sicut corpus, cui quaternarius debetur, propter calidum, humidum, frigidum, & siccum. Denarius ergo numerus, qui totam insinuat disciplinam, quater ductus, id est numero, qui corpori tribuitur, multiplicatus, quadragenarium conficit numerum. & ideo tempus, quo ingemiscimus & dolemus, quadragenario numero celebratur. nec tamen incongruum fuit, vt Christus post ieiunium & desertum, ad communem vitam rediret: hoc enim conuenit vitæ, secundum quam aliquis contemplata aliis tradit, quam Christus dicitur assumpsisse, vt primo contemplationi vacet, & postea ad publicum actionis descendat, aliis conuiuendo. vnde & Beda dicit super Marc: * Ieiunauit Christus, ne præceptum declinaret: manducauit cum peccatoribus, vt gratiam cernẽs, agnoscerẽs potestatem.

*Id habet formaliter Amb li.2. in Luc.1.e. de Mariæ turbateçó solatione nó remote a prin. to. 5.4. cõtraca 55. ad 12. & opus 17.c. 15. & op. 20. lib.3.

¶ Super quæstionis quadragesimæ, Articulum tertiũ. — ARTICVLVS III. — *Vtrum Christus in hoc mundo deberit pauperem uitam ducere.*

222

TIrulus clarus. ¶ In corpore vna cõclusio: Decuit Christũ in hoc mundo paupẽrem vitam ducere. Probatur quatuor rationibus, quæ clare patent in littera.

¶ Circa quarum primã & tertiã notate domini prædicatores, & quòd oportet prædicatores curis temporalium rerum absolutos esse, & nec apparere quòd lucri causa prædicent. Et hoc quidem contra multos militat, qui stipendio prædicant, qui locum prædicandi, non ubi maior animarum fructus, sed vbi maius stipendium præbetur, aut maior elemosyna speratur pro se vel conuentu suo, eligunt. Primum autem quantum noceat, experientia testatur, postquam enim prædicatio deseritur a religiosis habentibus possessiones, quæ iam ab Episcopis, Abbatibus, aliisque diuitibus ac religiosis deserta videtur. Secundum autem Iesu Christi ac Ecclesiæ præcipuum officium, ad miserendum atque quærendum abducit.

*In illud Mat. 8. Accedẽs unus scriba, ait illi vo. 9.

¶ In responsione ad primum, vbi habes differẽtiam inter voluntariam & necessariam paupertatem, quo ad occasionem peccandi, aduerte quòd non vocatur paupertas voluntaria, quæ solo voto firmata est, sed quæ habet perseuerantiam voluntariam: parum enim prodest voluisse paupertatem & ægre ferre illam: a remediis enim paupertas ista in necessariam pauperiem, & transit de voluntaria in inuitam. Nec sufficit voluntas perseuerans ad paupertatem, ita tamen vt non desint opportunæ cõmeditationes: sæpe enim voluntas hæc ad paupertatis nomẽ, & non ad paupertatis rem. Velle siquidem paupertatem & nihil sibi deesse, quòd non sit velle paupertatẽ, ex eo patet, quòd Salomon tria pro pomp. diuitijs, paupertatem, & victui necessaria, & inter duo extrema medium petit: quod appetit secundum rem ille, qui nihil vult sibi deesse sub paupertatis nomine. Oportet enim pauperem voluntarie velle & nomen & rem paupertatis pro loco & tempore, vt ubi scilicet cum caret opportunis, libenter penuriam pati: hæc enim nullius erit peccatiocasio paupertas. Et quo ultrà hoc paucorum videtur esse. 2. inde tanta videtur orta aut nutrita religiosorum imperfectio.

circa fin cõmen. ad c.17. Mat. com.9.

* In illud Mat.10. no lite possidere aurũ tom.9.

¶ Ad primum ergo dicendum, quod superabundantia diuitiarum & mendicitas, vitanda videntur ab his, qui volunt viuere secundum virtutem, inquãtum sunt occasiones peccandi. Abundantia namque diuitiarum est superbiendi occasio: mendicitas autem est occasio furandi & mentiendi, aut etiam periurandi. Quia verò Christus peccati capax non erat, propter hanc causam, ex qua Salomon hoc vitabat, Christo vitanda non erant: neque tamen quælibet mendicitas est furandi & periurandi occasio, ut ibidem Salomon subdere videtur, sed sola illa, quæ est contraria voluntati, a qua vitandam homo furatur & periurat: sed paupertas voluntaria hoc periculum non habet, & talem paupertatem Christus elegit.

¶ Ad secundum dicendum, quòd communi uita vti, quantum ad victum & vestitum, potest aliquis, non solum diuitias possidendo, sed etiam à mulieribus, & diuitibus necessaria accipiendo, quod etiam circa Christum factum

Universidad de Deusto
Biblioteca

factum est: dicitur enim Lucæ 8. quòd mulieres quædam sequebantur Christum, quæ ministrabant ei de facultatibus suis. vt enim Hieron. * dicit contra Vigilantium, consuetudinis Iudaicæ fuit, nec ducebatur in culpam more gentis antiquo, vt mulieres de substantia sua victum atque vestitum præceptoribus suis ministrarent: sed quia hoc scãdalum facere poterat in nationibus, Paulus se abiecisse commemorat, sic ergo communis victus poterat esse sine solicitudine impediente prædicationis officiũ: non autem diuitiarum possessio.

* hoc habetur for maliter c. 27. Matt. s. p. illud. Erant ibi mulieres. tom. 9.

¶ Ad tertium dicendũ, q̃ in eo, qui ex necessitate pauper est, humilitas non multum commendatur: sed in eo, qui voluntariè pauper est (sicut fuit Christus) ipsa paupertas est maximæ humilitatis indicium.

¶ *Super quæstionis quadragesimæ, Articulum. IIII.*

ARTICVLVS IIII.

Vtrum Christus in hac vita secundum legem conuersatus fuerit.

2225 Sup. q. 37. per totũ & infr. q. 47. art. 2. ad 1. Et 3 di. 14 art. 3. q. 6. ad 3. Et 4. di. 1. q. 3. art. 2. q. 3. Et op. 60 c. 13.

TItulus clarus. ¶ In corpore vnica conclusio: Christus in omnibus secundum legis præcepta conuersatus est. Hæc autẽ conclusio primo probatur, quo ad factum, deinde quo ad conuenientiam. Quòd enim Christus in omnibus secundũ legem de facto cõuersatus fuerit, probatur ex illo facto, in quo tanquam in principio comprehenduntur reliqua legalia, scilicet ex circumcisione, vt patet ex auctoritate Apostoli. Conuenientiam autem quare Christus seruare voluit, ostendit ex quatuor claris in littera.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd Christus non fuerit conuersatus secundum legem. Lex enim præcipiebat, vt nihil operis in sabbatho fieret, sicut Deus die septimo requieuit ab omni opere quod patrarat: sed ipse in sabbatho curauit hominem, & ei mandauit vt tolleret lectũ suum. ergo videtur quòd non fuerit secundũ legem conuersatus.

¶ 2 Præt. Eadem Christus fecit & docuit, secundum illud Act. 1. cœpit Iesus facere & docere: sed ipse Matthæ. 15. docuit, quòd omne quod intrat in os, non coinquinat hominem, quod est cõtra præceptum legis, quæ per esum & cõtactum quorundam animaliũ, dicebat hominem immundum fieri, vt patet Leuit. 11. ergo videtur, quòd ipse non fuerit secundum legem conuersatus.

¶ 3 Præt. Idem iudicium videtur esse facientis & consentientis, secundum illud Rom. 1. Non solum illi qui faciunt, sed & qui consentiunt facientibus: sed Christus consensit discipulis suis soluentibus legem, in hoc quòd sabbatho spicas vellebant, excusando eos, vt habetur Matthæ. 12. ergo videtur, quòd Christus non conuersatus fuerit secundum legem.

¶ Sed contra est, quòd dicitur Matth. 5. Nolite putare quoniam veni soluere legem, aut prophetas: quod exponens Chrysost. * dicit: Legem impleuit, primo quidem, nihil transgrediendo legalium, secundo iustificando per fidem, quod lex per literam facere non valebat.

* hom. 16. in Mat. 3. parum a prin. illi. to. 2.

¶ RESPON. Dicendum, quòd Christus in omnibus secundum legis præcepta conuersatus est. In cuius signũ etiam voluit circuncidi: circũcisio enim est quædam protestatio legis implendæ, secundũ illud Gal. 5. Testificor omni homini circuncidenti se, quoniam debitor est vniuersæ legis faciendæ. Voluit autem Christus secundum legem conuersari. primo quidem, vt legem veterem approbaret. secundo, vt eam obseruando, in seipso cõsumaret & terminaret, ostendens q̃ ad ipsum erat ordinata. tertio vt Iudæis occasionem calumniandi subtraheret. quarto, vt homines à seruitute legis liberaret, secundum illud Gal. 4. Misit Deus Filium suum factum sub lege, vt eos qui sub lege erant redimeret.

¶ Ad ptimum ergo dicendum, q̃ Dominus super hoc se excusat a transgressione legis tripliciter. Vno quidem modo, quia per præceptũ de sanctificatione sabbathi non interdicitur opus diuinum, sed opus humanum: quamuis enim Deus die septimo cessauerit à nouis creaturis condendis, semper tamen operatur in rerum conseruatione & gubernatione: q̃ autem Christus miracula faciebat, erat operis diuini. Vnde ipse dicit Ioannis 5. Pater meus, vsque modo operatur, & ego operor. Secundo, excusat se per hoc, q̃ illo præcepto non prohibentur opera, quæ sunt de necessitate salutis etiam corporalis. vnde ipse dicit Luc. 13. Vnusquisque vestrum sabbatho non soluit bouem suum, aut asinum à præsepio, & ducit adaquare? Et infra 14. Cuius vestrum asinus aut bos in puteum cadet, & non continuo extrahet illum die sabbathi? Manifestum est autem, quod opera miraculorum, quæ Christus faciebat, ad salutem corporis & animæ pertinebant. Tertio, quia illo præcepto non prohibentur opera, quæ pertinent ad Dei cultum. vnde dicitur Matth. 12. An non legistis in lege, quia sabbathis sacerdotis in templo sabbathum violant, & sine crimine sunt? & Ioannis 7. dicitur, q̃ circumcisionem accipit homo in sabbatho: q̃ aũt Christus paralytico mandauit, ut lectum suum sabbatho portaret, ad cultum Dei pertinebat, id est ad laudẽ virtutis diuinæ. Et sic patet, quod sabbathum non soluebat: quãuis hoc ei iudæi falso obiicerent, dicentes Ioannis 9. Non est hic homo à Deo, qui sabbathum non custodit.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ Christus voluit ostendere per illa uerba, q̃ homo non redditur immundus, secundum animam ex vsu ciborum quorumcumque secundũ suam naturam, sed solum secundum quandam significationem: quod autem in lege quidam cibi dicuntur immundi, hoc est per quandam significationem. vnde Augustinus * dicit contra Faustum: si de porco & agno requiratur, vtrum natura mundus est, dicimus q̃ omnis creatura Dei bona est, quædam vero significatione agnus mũdus, porcus immundus est.

* Lib. 6. c. 7. non long e a prin. tom. 6.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ etiam discipuli, qui esurientes, spicas sabbatho vellebant, à transgressione legis excusantur propter necessitatem famis: sicut & David non fuit transgressor legis, quando propter famis necessitatẽ comedit panes, quos ei edere non licebat.

QVAEST. XLI.

De tentatione Christi, in quatuor articulos diuisa.

¶ *Super quæstiõis. XLI. Articul. I.*

DEINDE considerandum est, de tentatione Christi.

Et circa hoc quæruntur quatuor.

Primo, Vtrum fuerit cõueniens Christum tentari.

¶ Secundo, De loco tentationis.

¶ Tertio, De tempore:

¶ Quarto, de modo & ordine tentationis.

ARTICVLVS I.

Vtrum conueniens fuerit Christum tentari.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quod Christo tentari non

TItulus clarus. ¶ In corpore vna cõclusio: Christus tẽtari voluit. Probatur quadrupliciter. Vbi in prima rõne conspicere libet, q̃ virtuosa cõtra nostras tẽtationes tentatio Christi fuit: tũm q̃ non solum exemplo (quod tertiam spectat rationem) sed efficacia auxilium nobis contra tentationes tentatus Dñs conferendo profuit: sicut mortuus nos cõtra mortem munuit. Modus autem quo hoc conferrtur auxiliũ, cum de efficacia mortis eius inferius tractabit, patebit: pro nunc sufficiat quòd saltem æritorie, tentatus

tatus dominus opem contulit nobis.

¶ In tertia autem ratione percipe, quòd modus vincendi tentationes est, recursus ad diuinas scripturas, & eadem ratione ad sanctorum exempla: hoc enim Dominus in sua pugna ac victoria docuit, dum sic pugnauit & vicit.

¶ In responsione ad primum circa notionem dæmonum de Christo, duo sunt videnda. Primum, quid dæmones sciuerũt de Christo, quod infertur tractabitur in quæstio. de miraculis Christi. Secundum est, quorsum ab Auctore hic affertur notitia habita a dæmone de Christo, cuius Lucas meminit cap. 4. cum manifeste pateat Euãgelistã loqui post visa miracula, hic autem est sermo ante miracula: nã post regressum a deserto, cœpit Christus prædicare & miracula facere.

¶ Ad hoc dicitur, quòd coactus fuit Auctor ex tentationis actu de incertitudine notitiæ de Christo apud dæmones, loqui.

*hom. 16. in euang. nõ longe a prin.

I. seruit autem verbum Lucæ euangelistæ de scientia dæmonum in principio prædicationis Christi: quoniam licet Lucas dicat illa verba inter nãrandum de miraculis Christi, non tamen dicit, quòd tunc primo didicerunt dæmones illũ esse Christum. Et propterea illud Lucæ verbũ, quia sciebant illum esse Christũ, ad præteritum tẽpus inculpabiliter & rationabiliter ab Auctore relatũ videtur. Viderunt siquidẽ dæmones, & quæ ab angelis in die natiuitatis Christi dicta sunt & quæ a pastoribus gesta, & quæ a Magis duce stella, & quæ a Simeone & Anna dicta fuãt: & postea Christi verba ad matrẽ in templo, de Patre suo, & dicta a Ioãne Baptista de Christo. Ex quibus facile erat cognoscere illum esse Christum absque vlterioribus miraculis: collatione præsertim facta cum prophetiis. Vnde vita tam longa inedia, & q̃ eum rit, tẽrant nolle, si filius Dei esset.

† Ca. 3. in Matt. non longe a prin.

*li. 4. c. 13. aliquantulũ a prin. tom. 3.

¶ In responsione ad tertium, dubium occurrit, an verum sit omnem tentationem ab intrinseco, esse peccatum. videtur quòd nõ: quia naturalibus non meremur, nec demeremur: concupiscentia autem carnis & illius delectatio naturalis est, nullum ergo peccatum est concupiscentia aut delectatio carnis.

¶ Et confirmatur: quia certũ est in Christo fuisse carnalem delectationem secundum gustum vel tactũ, cũ comedebat aut bibebat aliquid delectabile: puta bonum panem, bonum vinum, &c. non ergo omnis delectatio sensibilis est peccatum.

* Ca. 3. in Matt. non remote a prin.

¶ Ad hoc dicendum, q̃ nullus mentis cõpos dicit, q̃ omnis delectatio secundum carnẽ, seu sensum sit peccatum. oporteret enim naturam ipsam esse malam, si delectatio naturalis esset mala. Vnde in statu innocentiæ fuissent delectationes naturales absque peccato vllo, & in Christo non est dubium, quòd eum fatigatus exitisset, sederet delectabiliter fonti corpori, & similiter panis suo sapori palato erat suauis, & oculis lux solis amabilis, & sic de aliis. Sed aliud est loqui de concupiscentia & delectatione naturali, & aliud est loqui de concupiscentia & delectatione aduersus spiritum: naturalia siquidẽ vt sic, non ex obstant a recta ratione, ac per hoc non tenuant aduersus spiritum: sed a ratione necesse est declinare ea, quæ contrariæ spiritui sunt. Quo circa cõcedendum est, quòd nonnullum peccatum est, cum caro concupiscit aduersus spiritum, ratione concupiscentiæ seu delectationis aliquid præter rationem habentis, & non rationalis aut delectationis. Tentatio autem ab intrinseco, quia aduersus spiritum est, non importat naturales motus absolute, sed præter rationem.

*Amb. li. 4. in Luc. c. 14. in or di. in titu. de 1 tentatiõe Christi to. 2.

*lib. 13. c. 13. in prĩ. to. 3.

*hom. 16. in euang. nõ longe a prin.

† hom. 16. in euang. quæ legit Dominus in quadra. hom. 11. in Luc. in prin. to. 3.

D. 445.

† li. 19. de ciu. Dei, c. 4. medio. to. 5.

In responsione ad quartum, dubium occurrit, an conueniens fuerit Christum tentari a diabolo. videtur quòd non: quia sicut Hilarius dicit super Matthæ † in sanctificatis maximè diaboli tentamenta crassantur: quia victoria magis est ei exoptata de sanctis. vnde & Eccle. 2. dicitur, Fili, accedens ad seruitutem Dei, sta in iustitia & timore, & præpara animam tuam ad tentationem. Tertio, propter exemplum, vt scilicet nos instrueret, qualiter diaboli tentationes vincamus. vnde Augustinus, * dicit in quarto de Trinita. quòd Christus diabolo se tentandum præbuit, vt ad superandas tentationes eius mediator esset, non solum per adiutorium, verum etiam per exemplum. Quarto, vt nobis fiduciam de sua misericordia haberet. vnde dicitur Hebræorum 4. Non habemus pontificem, qui non possit compati infirmitatibus nostris, tentatum autem per omnia, pro similitudine absq; peccato.

¶ Ad primum ergo dicendum, quod sicut Augustinus * dicit in 9. de Ciuitate Dei, Christus tantum innotuit dæmonibus, quantum voluit: non per id, quod est vita æterna, sed per quædam temporalia suæ virtutis effecta, ex quibus quandam coniectu-

ram habebant Christum esse filium Dei: sed quia rursus in eo quædam signa humanæ infirmitatis videbant, non pro certo cognoscebant eum esse filium Dei: & ideo eum tentare voluit. Et hoc signatur Matthæi. 4. vbi dicitur, quod postquam esurijt, accessit tentator ad eum: quia vt Hilarius dicit, * tentare Christum diabolus non fuisset ausus, nisi in eo per esuriei infirmitatem, quæ sunt hominis, recognoscceret. & hoc etiam patet ex ipso modo tentandi, cum dixit, si filius Dei es. quod exponens Ambrosius * dicit, quid sibi vult talis sermonis exordius, nisi quia cognouerat Dei filium esse venturum, sed venisse per infirmitatem corporis non putabat?

* Lib. 3. c. 13. in prĩ. to. 3.

¶ Ad secundum dicendum, quod Christus venerat dissoluere opera diaboli, non potestatiuè agendo, sed magis ab eo & eius membris patiendo, vt sic diabolum vinceret iustitia, non potestate, sicut Augustinus * dicit 13. de Trinita. quod diabolus non potentia Dei, sed iustitia superandus fuit: Et ideo circa tentationem Christi considerandum est, quid propriè voluntate fecit, & quid a diabolo passus fuit. quod enim tentatori se offerret, fuit propriæ voluntatis. vnde dicitur Matthæ. 4. Ductus est Iesus in desertum a spiritu, vt tentaretur a diabolo: quod Gregor. * intelligendum dicit de Spiritu sancto, vt scilicet illuc cum spiritus suus duceret, vbi eum ad tentandum spiritus malignus inueniret: sed a diabolo passus est, vt assumeretur, vel supra pinnaculum tẽpli, vel etiam in montem excelsum valde. Nec est mirum (vt Grego. † dicit) si se ab illo permisit in montem duci, qui se permisit a membris ipsius crucifigi. Intelligitur autem a diabolo assumptus, non quasi ex necessitate: sed quia (vt Origen. * dicit super Luc.) sequebatur eum ad tentationem, quasi athleta sponte procedens.

* hom. 16. in euang. nõ longe a prin.

† hom. 16. in euang. quæ legit Dominus in quadra. hom. 11. in Luc. in prin. to. 3.

¶ Ad tertium dicendum, quod sicut Apostolus dicit, Christus in omnibus tentari voluit absque peccato. Tentatio autem quæ est ab hoste, potest esse sine peccato: quia fit per solam exteriorem suggestionem. Tentatio autem quæ est a carne, non d potest esse sine peccato: quia huiusmodi tentatio fit per delectationem & concupiscentiam. Et sicut Augustin. † dicit, nonnullum peccatum est, quando caro concupiscit aduersus spiritum. Et ideo Christus tentari voluit ab hoste, sed non a carne.

† li. 19. de ciu. Dei, c. 4. medio. to. 5.

¶ *Super quæ stiõis quadragesimæ primæ Articul. II.*

ARTICVLVS II.

Vtrum Christus in deserto tentari debuerit.

217 TItulus clarus. ¶ In corpore vnica conclusio: Christus conuenienter tẽtatus est in deserto. Probatur tripliciter. primo, ratione solutionis: secundo, ratione mysterii, ut scilicet hominem de mundo deserto liberaret: tertio ratione instructionis, ut scilicet doceremur ad meliora tendentibus diabolum inuidere. Omnia clara sunt.

¶ In responsione ad tertium perspice diligenter euangelistas, & inuenies manifestè figmenta esse hæc, quæ in litera recitantur de imaginario monte & templo. Dicitur autẽ ad literam, Christus tentatus in deserto, quia ibi incœpit tentari, ubi & prima tentatio consumata est.

*ar. præced. ad 2.

1. quod erat Iesus in deserto quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, & tentabatur a Satana.

¶ Respon. Dicendum, ꝙ (sicut dictum est*) Christus propria voluntate se diabolo exhibuit ad tentandũ, sicut etiam propria voluntate membris eius se exhibuit ad occidendũ, alioquin diabolus venire ad eum non auderet. diabolus autem magis attentat aliquem, cum est solitarius: quia, ut dicitur Ecclesiast. 4. si quispiam præualuerit contra vnum, duo resistunt ei. & inde est, ꝙ Christus in desertum exiuit, quasi ad campum certaminis, vt ibi a diabolo tentaretur. vnde Ambrosius * dicit super Lucam, ꝙ Christus agebatur in desertum consilio, vt diabolum prouocaret, nam nisi ille certasset, scilicet diabolus, non iste vicisset, idest Christus. Addit autẽ & alias rationes, dicens hoc Christum fecisse mysterio, ut Adam de exilio libertaret, qui scilicet de paradiso in desertum eiectus est, & exemplo, vt ostenderet nobis diabolum ad meliora tendentibus inuidere.

*lib. 4. in Lucam ti. de ductu Iesu in desertum nõ long. a fi. to. 5.

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ Christus proponitur omnibus in exemplũ per fidem, sm illud Hebræ. 12. Aspicientes in Auctorem fidei & consumatorem Iesum. Fides aũt (vt dr Ro. 10.) est ex auditu, non aũt ex visu. Quinimmo Ioan. 20. dicitur, Beati qui non viderunt & crediderunt. & ideo ad hoc ꝙ tentatio Christi esset nobis in exemplum, non oportuit ꝙ ab hominibus videretur, sed sufficiens fuit, quòd hominibus narraretur.

*ar. præced. ad 3. & 2. 2. q. 28. ar. 4. ad 2. †Am. lib. 4. in Luc. c. deductu Iesu in deserũ non procul a fi. to. 5.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ duplex est tentationis occasio. Vna quidem ex parte hominis, puta cum aliquis se peccato propinquũ facit, occasiones peccãdi non euitãs. Et talis occasio tentationis est uitanda, sicut dictũ est * Loth. Gẽ. 19. Ne steteris in omni regione circa Sodomã. Alia uero tẽtationis occasio est ex parte diaboli, qui sem per inuidet ad meliora tendentibus, vt Ambr. † dicit. Et talis tentationis occasio non est uitãda. Vnde dicit Chrysost. * super Mat. ꝙ non solũ Christus ductus est in desertum a Spiritu, sed omnes filij Dei habentes Spiritum sanctum: non enim sunt contenti sedere otiosi, sed Spiritus sanctus urget eos aliquod magnum apprehendere opus, quod est esse in deserto, quantum ad diabolum: quia non est ibi iniustitia, in qua diabolus delectatur. Omne etiã bonum opus est de sertum, quantum ad carnem & mundum: quia non est secundum voluntatem carnis & mundi. Talem autem occasionem tentationis dare diabolo, non est periculosum, quia magis est auxilium Spiritus sancti, qui est perfecti operis actor, quàm impugnatio diaboli inuidentis.

*hom. 13. in Matth. paulo post prin. to. 5.

¶ Ad tertium dicendum, quòd quidam dicũt omnes tentationes factas fuisse in deserto: quorum quidam dicunt, quòd Christus ductus est in sanctam ciuitatem, non realiter, sed secundum imaginariam visionem. quidam autem dicunt, quòd etiam ipsa ciuitas sancta, idest, Hierusalem, desertum dicitur: quia erat derelicta a Deo: sed hoc non est necessarium, quia Marcus dicit, quòd in deserto tentabatur à diabolo: non autem dicit, quòd solum in deserto.

¶ *Super quæ stionis quadragesimæ prime, Articul. III.*

ARTICVLVS III.

Vtrum Christi tentatio debuerit esse post ieiunium.

218 TItulus clarus. ¶ In corpore vna conclusio: Conuenienter Christus tentari voluit. Probatur tripliciter. Omnia clara sunt.

q. præced. ar. 2.

¶ In responsione ad secundũ nolli despicere expositionem Bedæ de tẽtationibus alias an te illas tres nominatas: quoniã potuit sæpe diabolus varias corporeas similitudines formare ad tentandũ Christum, sicut legimus, ꝙ ad tentãdum Antoniũ tot formauit.

*hom. 16. in euang. circa me.

¶ In responsione ad tertium, hanes Alterã ex Ambro. quòd diabolus recessit vsque ad tempus passionis per sua membra aperte pugnaturus: alteram, ꝙ per sua membra pugnando, redijt etiam tentatis de tristitia & odio proximorum: excitatio quippe tot aduersantium, & quærentium eius mortem, tentatio erat Christi ad odio habendum illos, & contristandum de illis prosequentibus.

Art. 1. hu ius quæst.

tenta-

*hom. 13. i Matthę. paulo post prin. to. 2.

tentatur. vnde Chrysostomus * dicit super Matthæum, vt discas quàm magnum bonum est ieiunium, & qualiter secutum est aduersus diabolum, & quoniam post baptismum non lasciuia, sed ieiunio intendere oportet, ideo Christus ieiunauit, nõ ieiunio indigens, sed nõ instruens. Tertio, quia post ieiunium secuta est esuries, quæ dedit diabolo audaciam eum aggrediendi, sicut dictum est. *

*art. 1. ad 1. arg. †Ca 3. in Mat. non longe a prin. * hom. 5. i Matthę. in opere imperfe. ante med. tom. 2. & hom. 1. in Genes. à med. to. 1.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd Christum non decuit conuersatio austerioris vitæ, vt se communem exhiberet illis, quibus prædicauit. nullus autem debet assumere prædicationis officium, nisi prius fuerit purgatus & in virtute perfectus, sicut & de Christo dicitur, Actũ 1. ꝙ cœpit Iesus facere & docere: & ideo Christus statim post baptismum austeritatem vitæ assumpsit, vt doceret post carnem edomitam, oportere alios ad prædicationis officium transire, secundum illud Apostoli, Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo, ne forte cum aliis prædicauero, ipse reprobus efficiar.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ verbum illud Marci, patest sic intelligi, ꝙ erat in deserto quadraginta diebus & quadraginta noctibus, quibus scilicet ieiunauit: quod autem dr, Et tentabatur à Satana, intelligendum est, non in illis quadraginta diebus & quadraginta noctibus, quibus ieiunauit, sed post illos, eo ꝙ Matthæ. dicit, ꝙ cũ ieiunasset quadraginta diebus & quadraginta noctibus, postea esurijt, ex quo sumpsit tentator occasionem accedendi ad ipsum. vnde & quod subditur, Et angeli ministrabant ei, consecutiuè intelligendum esse ostenditur, ex hoc ꝙ Matthæi quarto dicitur, Tunc reliquit eum diabolus, scilicet post tentationem, & ecce angeli accesserunt & ministrabant ei: quod verò interponit Marcus, eratque cum bestiis, inducitur, secundum Chrysost. * ad ostendendum quale erat desertum, quia scilicet erat inuium hominibus, & bestiis plenum. Tamen secundum expositionem Bedæ * Dominus tentabatur quadraginta diebus, & quadraginta noctibus: sed hoc intelligendũ est non de illis tentationibus visibilibus, quas narrant Matthæus & Lucas, quæ manifestè factæ sunt post ieiuniũ: sed quibusdam aliis impugnationibus, quas forte illo ieiunii tempore Christus est a diabolo passus.

*hom. 15. in Matt. paulo a princ. to. 2. *c. 1. Mar. in c. 5. secundum eius ord. tom. 2.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ sicut Ambrosius * dicit super Lucam, recessit diabolus à Christo vsque ad tempus, quia postea non tentaturus, sed aperte pugnaturus aduenit, tempus scilicet passionis. Et tamen per illam impugnationem videbatur Christum tentare de tristitia & odio proximorum: sicut in deserto de delectatione gulæ, & contemptu Dei per idolatriam.

*Li. 4. in Luc. c. de 3. tenta. Christ. à med. to. 3.

¶ *Super quæ stionis quadragesimæ primæ, Articul. quartum.*

ARTICVLVS IIII.

Vtrum fuerit conueniens ordo & modus tentationis Christi.

219 Opus. 60. c. 11. circa med. TItulus de modo & ordine. Ordo ad ipsas tentationes inter se respicit, quę prima, quæ secunda, quæ tertia. Modus & ordo simul, ad singulas respiciunt tentationes, quo ad modũ proponendi, ordinem que deducendi ad intentum.

¶ In corpore fiunt quatuor. Primo, in cõmuni modus ac ordo tentationis ab hoste ponitur, & modus est per viam suggestionis eorum, ad quæ homo est affectus: ordo est, vt a leuioribus incipiat spirituales tentare, & inde ad grauiora, inde ad grauissima. Probaturque auctoritate Greg. Secundo, declaratur hæc seruata in tentatione primi hominis. Tertio, applicantur hæc ad tentationẽ Christi: & redditur inde ratio, quare in primis dixit, Si filius Dei es, & in tertia non. Quarto modus resistendi ponitur, & laudatur, & ex honore humani generis & ex hostis maiore pœna.

* 1. 2. q. 86. 84. art. 4.

¶ Circa hus Christi tentationes ad uertendum est, ꝙ tentationes erant & incitationes ad peccatum, vt in litera exponitur, & explorationes deitatis in Christo, vt verba tentationis monstrant, Si filius Dei es, ita ꝙ in ordine ad filiũ Dei sunt explorationes, in ordine ad purum hominẽ inductiones sunt ad peccatum. Vtroque autem modo sunt tentationes, vel deitatis cognoscendæ, vel peccato polluendi. Vnde glos. Matth. 4. dicit, Si tentat, vt explorec quod vereatur: sic explorat vt tendendo decipiat. Et rursus sua det elinxiem pane de lapidibus facto releuare, vt ex mutatione cognoscat virtutem, & si purus homo esset, panis obiectamento illuderet esuriem patienti.

*In reg. 3. nõ remo. a princi. tom. 1.

¶ Et quia vt sunt suggestiones ad peccandum, in litera tractantur, expedit de eis loqui, vt sunt explorationes deitatis: memorãs siquidem diabolus Trinitatis sibi cæteris que angelis reuelatæ per fidem ante calum. & inde coactę credens Patrem & Filium & Spi-

† Super il lud Matt. 4. non in solo pane viuit homo to. 9,

*Lib. 31. Moral. c. 32. i prin.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& spiritum sanctum vnum esse Deum (sicut etiam Christiani damnant nunc credunt) cum audisset a Gabriele archangelo. Filius Altissimi vocabitur, & in baptismo Christi. Hic est filius meus dilectus, vidensque Christum post ieiunium esurire, quod de deitate audierat, ex superbia ei in dubium venit, vt glosa ibidem dicit, & erra quia filius dei, nō solum contubitalis erat, sed alio modo dici potuisset. Exploraturus autem deitatem Christi ab actu deitatis proprio, scilicet, Dixit & facta sunt, inchoauit, Dic vt lapides isti panes fiant: ita quod non solum ex substantia facti, scilicet lapidis in panem mutatione, sed eo modo faciendi proprio soli Deo, deitatem exploraret, nec ex opere hoc modo tantum, sed ex ipso appetito in testificationem, q̄ filius Dei esset. Cogitabat enim, q̄ si pro testimonio q̄ esset filius Dei, diceret Christus vt lapis fieret panis, aut fieret panis, aut non. Et si quidem fieret, iam exploratus esset Christi, sti deitas apud dæmonem, qui perspiciebat suo intellectu, an lapis fuisset conuersus in panem vere, an apparenter, ex solo imperio, an applicando actiua passiuis (vt magi coram Pharaone serpētes fecerunt) rum Deus nō posset esse testis mendacii. Si autem non fieret, indurasset Christum ad peccatum, quo attentasset facere miraculum sine necessitate, & non potuisset.

¶ Et quoniam delusa est eius exploratio, & deiecta suggestio inopinata via, scilicet per auctoritatem Scripturæ: ideo secundo tentat, explorando similiter & suggerendo, si filius Dei es, mitte te deorsum, apposita auctoritate scripturæ, ex quo videbat quod Christus Scripturæ auctoritate vtebatur. Similiter cogitans si id efficeret illæsus ad testandum se filium Dei exploratam esse illius deitatem: vepote absq; vlla necessitate, q̄ solo nutu miraculose in testimonium suæ deitatis facientis. Si vero læderetur, iam peccatum haberet in anima & in corpore, & inuentum esset, q̄ non esset Dei filius.

¶ Sed Dominus auctoritate scripturæ omnem eius machinationem delusit: propter quod diabolus ad occultiorem explorādi modum se transtulit, proponendo apertissima mala sub specie regni. Hæc omnia tibi dabo si cadens adoraueris me. nec enim quantum ex parte explorationis se tenent, non ea ratione proposuit, vt si filius Dei esset hoc faceret: sciebat enim valde contrariari filio Dei hanc adorationem: sed ea ratione proposuit vt si filius Dei esset, nō ferret tam nefandam propositionem: sed respōderet auctoritatiue: Ego debeo a te adorari, & tu præsumis suggerere, si cadens adoraueris me, & vel sic exploratam ex eiore haberet suam deitatem. Et propterea in tertia tentatione nō proposuit, si filius Dei es, sed in mente retinuit, quòd si filius Dei es, auctoritatiue refellendo proposita manifestabis te filiū Dei. Sed dominus increpatione eius, non omittens, ad scripturā de Deo adorando, tacens de seipso se contulit, & sic explorationem omnē delusit: & constantiam, inquantum homo seruauit ex proposito totius mundi regno, non declinando ad q̄ suggestio illa, vt incitatiua ad malum tendebat: sciebat enim quòd regnandi gratia etiā religio violanda a mortalibus est credita.

¶ Nec rationi consentaneum videtur, vt tentationes istæ quas visibiliter apparens dæmō exercuit (vt colloquiones manifestant) his solis verbis, quæ Matthæus euangelista narrat, fuerint cōtentæ: sed multis essent fuitæ ornatæ, q̄s verbis omissis ad euangelistis, substantialia rantum narrantibus.

¶ Circa rationem ordinis istarum tentationum in litera ex Gregorio

*In serm. 1. de quadra. paulo ante med.

*lib. 2. ca. 19 in medio, to. 5.

re atque pompa, sed etiam in ipsis sordibus luctuosis esse posse iactantiam. Et ad hoc significandum diabolus Christo sua sit, vt ad quærendum gloriam spiritualem, corporaliter mitteret se deorsum.

¶ Ad tertium dicendum, quòd diuitias & honores mundi appetere peccatum est, quando huiusmodi inordinatè appetuntur. Hoc autem præcipuè manifestatur ex hoc, quòd pro huiusmodi adipiscendis homo aliquid inhonestum facit: & ideo non fuit contentus diabolus persuadere cupiditatem diuitiarum & honorem, sed induxit ad hoc, quòd propter huiusmodi adipiscenda Christus eum adoraret, quod est maximum scelus, & contra Deum: nec solum dixit, Si adoraueris me: sed addidit, Si cadens: quia vt dicit Ambro. * habet ambitiò domesticum periculum: vt enim dominetur aliis, prius seruit, & curuatur obsequio vt honore dominetur: † & dum vult esse sublimior, sit remissior. Et similiter etiam in præcedentibus tentationibus, ex appetitu vnius peccati in aliud peccatum inducere est conatus, sicut ex desiderio cibi, conatus est inducere in vanitatem, sine causa miracula faciendi, & ex cupiditate gloriæ, conatus est inducere ad tentandum Deum, per præcipitium.

¶ Ad quartum dicendum, quòd (sicut dicit Ambr. * super Luc.) non dixisset scriptura, q̄ cōsumata omni tentatione, diabolus recessit ab illo, nisi in tribus præmissis esset omnium materia delictorum: quia causæ tentationum, causæ sunt cupiditatum, s. carnis oblectatio, spes gloriæ, & auiditas potentiæ.

¶ Ad quintum dicendum, quòd sicut Augustin. dicit in lib. * de consensu Euang. incertum est quid prius factum sit, vtrum regna terræ prius demonstrata sint ei, & postea in pinnaculum templi locatus sit, an hoc prius, & illud postea, nihil tamen ad rem, dum omnia facta esse manifestum sit. Videtur autem Euangelistæ diuersum ordinem tenuisse: quia quandoque ex inani gloria venitur ad cupiditatem, quandoque e conuerso.

¶ Ad sextum dicendum, q̄ Christus cum passus fuisset tentationis iniuriā, dicente sibi diabolo, Si filius Dei es, mitte te deorsum, non est turbatus, nec diabolum increpauit. Quando verò diabolus Dei, sibi vsurpauit honorem, dicens, Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me, exasperatus est, & repulit eum dicens, Vade Sathana: vt nos illius discamus exemplo, nostras quidem iniurias magnanimiter sustinere, Dei autem iniurias

*lib. 4. de Trinit. to. 8.

*lib. 4. de consens. Euang. to. 3.

gorio assignatam, dubium occurrit: quia ratio illius ordinis, scilicet vt a leuioribus ad grauiora conscendat, tentatio spiritualium locum habet, quando paulatim hostis vincit spiritualem virum. Ex quo enim vicit in minoribus, tentat ad grauiora: sed vbi in minoribus succubuit hostis, non patet sibi aditus ad maiora. & quia dæmō fuit in prima tentatione superat* a Christo non videtur ad alias processisse ex ratione assignata.

¶ Ad hoc dicitur, quòd ratio illius ordinis ad tentandum spirituales viros, non est solum præsupposito casu in prima tentatione, sed simpliciter & absolute: nam si casus in aliquo venerit, clare patet ratio processus ad grauiora. Si vero casus non interuenit, nihilominus eadem ratione progredi debet tentatio: quia multi sunt qui in his, quæ minoris sunt culpæ ex suo genere (vt peccata carnis) exhibent se constantes, qui tamen in peccatis spiritualibus vana gloria, debiles inueniuntur. Et rursum qui gloriā non affectant, ad oblatum regnum mouentur, iuxta illud Iulii Cæsaris, Si iusurandū violandum est, regnā di gratia violandum est. Non dissonat ergo reddita ratio ordinis tentationum, ab ipsa Christi victoria.

¶ In responsione ad primum, dubiū occurrit, quoniam non recte videtur opinatum, q̄ si Christus miraculum fecisset, conuertendo lapidem in panem edendū a seipso, quòd peccasset. Nam scriptum est, quòd de facto miraculose completa tentatione pastus est, Angelis ministrantibus: ex hoc enim apparet, quòd sicut absque peccato miraculum fecit de ministerio angelorum, ita potuisset de conuersione lapidis in panem.

¶ Ad hoc dicitur, quòd aliud est loqui de Christo, & aliud loqui de puro homine. Nā de puro homine loquendo, verificatur, quod in litera dicitur, scilicet inordinatum esse, vt aliquis miraculose cibum habere velit, vbi ad humana subsidia recursus potest haberi. Et ex hac communi ratione putauit diabolus, quòd Christus si purus homo esset, peccatum incurreret, ad miraculum recurrendo de conuersione lapidis in panem. Sed loquendo de Christo, qui est vniuersorum dominus, absque omni peccato poterat & conuertendo lapidem in panem, & ministerio angelorum, & quouis alio sibi grato modo cibum habere.

¶ In responsione ad quintum miror, cur Augustinus dixerit in certum esse ordinem istarum tentationū, cum Lucas licet tertiam apud Matthæum, secundo recitet, & secundam vltimo refert; non dicit eā quæ illarum prior fuerit, & ppterea ex Lucæ nullus istarum tentationum ordo temporis habetur. Matthæus autem expresse eam ordinem secūdum tempus explicat, vbi dicit, Iterum assumpsit eū diabolus in montem excelsum. Cū enim semel dixisset, Tunc, scilicet consumata prima tentatione, assumpsit eum diabolus in sanctam ciuitatem, & postea subdidit, iterū assumpsit in montem, aperte monstrauit per ly iterum, q̄ secundo assumpsit in monte, qui primo assumpserat in sanctā ciuitatem. Ac per hoc patet, quòd ordo rei gestæ fuit quòd primo tēptatus fuit in deserto, ad quod non erat assumptus a diabolo, sed ductus est a Spiritu sancto, vt tentaretur a diabolo: secundo tentatus supra templum, quo assumptus erat a diabolo: & tertio in mōte excelso, quo iterum assumptus est a diabolo: nam si hæc in monte præcessisset illam supra templum, non dixisset Matthæus, Iterum assumpsit eum diabolo in montem.

¶ Cum autem audis assumptum Dominum a diabolo non intelligas portatum super deorsum aut collum diaboli, sed ductum a diabolo. Sic enim etiam Christus assumpsit Petrum & Iacobum & Ioannem in montem, & transfiguratus est ante eos, vt dicitur Matthæi 17.

*hom. 5. in Matth. circa mediū in opere imperf. to. 2.

*Homil. 30. i Luc. paulo a prin. to. 3.

*In illud verbum Matt. 15. Non sum missus. to. 9.

*In illud Matt. 10. In viam gentium. tom. 9.

QVAEST. XLII.

De doctrina Christi, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est, de doctrina Christi.

Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primo, Vtrum Christus debuerit prædicare solum iudæis, an etiam gentilibus.

¶ Secundo, Vtrum in sua prædicatione debuerit turbationem iudæorū vitare.

¶ Tertio, Vtrum debuerit prædicare publicè, vel occultè.

¶ Quarto, Vtrum debuerit docere solum verbo, vel etiam scripto.

¶ De tempore autem, quo docere incæpit, supra dictum est, * cum de baptismo eius ageretur.

*q. 39. ar. 3.

ARTICVLVS I.

Vtrum conueniens fuerit Christum iudæis & non gentilibus prædicare.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur q̄ Christus non solum iudæis, sed etiā gentilibus debuerit prædicare. Dicitur. n. Isa. 49. Parum est, vt sis mihi seruus ad suscitandas tribus Israel, & fæces Iacob conuertendas, dedi te in lucem gentium, vt sis salus mea vsq; ad extremum terræ: sed lumen & salutem Christus præbuit per suam doctrinam. ergo videtur parum fuisse si solum iudæis & non gentilibus prædicauit.

¶ 2 Præt. Sicut dicitur Matth. 7. Erat docens eos sicut potestatem habens: sed maior potestas doctrinæ ostenditur in instructione illorum, qui penitus nihil audierunt, quales erant gentiles, vnde Apostolus dicit Rom. 15. Sic prædicaui euangelium, non vbi nominatus est Christus, ne super alienum fundamentum ædificarem. ergo multo magis Christus prædicare debuit gētibus, quàm iudæis.

¶ 3 Præt. Vtilior est instructio multorū, quàm vnius: sed Christus aliquos gentilium instruxit: sicut mulierem samaritanam, Ioan. 4. & Chananæam, Matth. 15. ergo videtur q̄ multo fortius christus debuerit multitudini gentium prædicare.

¶ Sed contra est, q̄ Dominus dicit Matth. 15. Non sum missus nisi ad oues, quæ perierunt domus Israel: sed Rom. 10. dicitur, Quomodo prædicabunt nisi mittantur? ergo Christus non debuit prædicare nisi iudæis.

¶ Respon. Dicendum, q̄ conuenient fuit prædicationem Christi, tam per ipsum quàm per Apostolos à principio solis iudæis exhiberi. Primo quidem, vt ostenderet per suum aduentū impleri promissiones antiquitus factas iudæis, non autem gentilibus. Vnde Apostolus dicit Ro. 15. Dico Christū IESVM ministrum fuisse circumcisionis, i. apostolum & prædicatorem iudæorum, propter veritatem Dei ad cōfirmandas promissiones patrum. Secundo, vt eius aduentus ostenderetur esse à Deo. Quæ. n. à Deo sunt, ordinata sunt, vt dicitur Ro. 13. Hoc autem debitus ordo exigebat, vt iudæis, qui Deo erant propinquiores per fidē & cultū vnius Dei, prius doctrina Christi proponeretur, & per eos transmitteretur ad gentes: sicut etiam in cælesti hierarchia, per superiores an angelos ad inferiores, diuinæ illuminationes deueniunt. vnde super illud Mat. Nō sum missus nisi ad oues, quæ perierunt domus Israel, dicit Hiero.* Non hoc dicit, quin & agentes missus sit: sed q̄ primum ad Israel missus est. Vnde Isa. vl. dicitur, Mittam ex eis, qui saluati fuerint, ex iudæis, ad gentes, & annūtiabunt gloriam meam gentibus. Tertio, vt iudæis auferret calumniandi materiam. vnde super illud Matt. 10. In viā gentium ne abieritis, dicit Hierony.* Oportebat primum aduentū Christi

TItulus elarus.

¶ In corpore vnica conclusio: Conueniens fuit Christum per se &

Universidad de Deusto
Biblioteca

se & Apostolos in principio, hoc est ipso mortaliter viuente, solis iudæis prædicare. Probatur, quadrupliciter. Omnia clara sunt.

¶ In respõsione ad secundum, extẽde illa quatuor, penes quæ potestas Christi in docendo attenditur, secundum miracula, secundum efficaciam in persuadendo, secundum auctoritatẽ in modo loquentis, secõdum rectitudinem vitæ. & adde quintum, secundum excellentiam doctrinæ, & sextum, secundum irreprehensibilitatem moralis vitæ, quã licuit excellentiam doctrinæ eius, & manifestando Trinitatis imperium (pater manifestaui nomen tuũ hominibus) & in aperiendo celestia, de felicitate celestis, de resurrectione &c patet. Moralis autem vita Matris de actibus excellentissimis virtutum, qui beatitudines vocantur, & desiderabilibus ab homine in oratione dominica & de modo viuendi, talis tanq; habetur, & deinde per parabolas aliosque euangelistas & ex experientia tenẽ videamus Christum nam vitam plenã omnis boni moris, inimicam omni vitio: nec in aliquo culpabilem, in nullo superstitiosam, in nullo pharisaicam sic eundũ Christi doctrinam institutã fuerit.

*Trac. 51. in Io. circa med. illius to. 2.

¶ *Super quæstionis quadragesimo secundæ, Artic. secundum.*

TItulus motus est propter publicas reprehensiones exhibitas a Christo scribis & pharisæis, cum eorum scandalo, vt patet in euãg. Io.

¶ In corpore vnica est conclusio: Dominus non obnuntiari iudæis, ne iustam haberent excusationem, dicentes, ideo se Dominũ reiecisse, quia ad gentes & Samaritanos, apostolos miserit. Quarto, quia Christus per crucis victoriam, meruit potestatem & dominium super gentes. Vnde dicitur Apoc. 2. Qui vicerit dabo illi potestatem super gentes, sicut & ego accepi a patre meo. & Phil. 2. dicitur, q̃ quia factus est obediens vsq; ad mortem crucis, Deus exaltauit illum, vt in nomine IESV omne genu flectatur, & omnis lingua ei confiteatur: & ideo ante passionem suam noluit gentibus prædicari suam doctrinã: sed post passionem dixit discipulis, Mat. vlt. Euntes docete omnes gentes. Propter quod, vt legitur Ioã. 12. cum imminente passiones, quidam gentiles vellent IESVM videre, respondit, Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet: si autem mortuum uerit, multum fructum affert. Et sicut Aug. * dicit ibidem, se dicebat granum mortificandũ in infidelitate iudæorum, & multiplicandum in fide populorum.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd Christus fuit in lumen & salutem gentium per discipulos suos, quos ad prædicandum gentibus misit.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ nõ est minoris potestatis, sed maioris facere aliquid per alios, quàm per seipsum: & ideo in hoc maxime potestas diuina in Christo monstrata est, q̃ discipulis suis tantam virtutem contulit in docendo, vt gentes, quæ nihil de Christo audierant, conuerterent ad ipsum. Potestas autem Christi in docendo attenditur, & quãtum ad miracula, per quę doctrinam suam confirmabat, & quantum ad efficaciam persuadendi, & quãtum ad auctoritatem loquentis: quia loquebatur quasi dominium habens super legem, cum diceret, ego autem dico vobis, & etiam quantum ad virtutẽ rectitudinis, quam in sua conuersatione monstrabat, sine peccato viuendo.

¶ Ad tertium dicendum, quòd sicut Christus non debuit a principio indifferenter gentilibus suam doctrinam communicare, vt iudæis tamquam primogenito populo deditus obseruaretur, ita etiam non debuit gentiles omnino repellere, ne spe salutis eis præcluderetur. Et propter hoc, aliqui gentilium particulariter sunt admissi, propter excellentiam fidei & deuotionis eorum.

ARTICVLVS II.

Verum Christus debuerit iudæis sine eorum offensione prædicare.

AD secundum sic proceditur. Videtur quòd Christus debuerit iudæis sine eorum offensione prædicare: quia, vt Augusti. * dicit in lib. de Agone Christiano, in homine IESV Christo se nobis ad exemplum vitæ præbuit, filius Dei: sed nos debemus vitare offensionem non solum fidelium, sed etiam infidelium, secundum illud 1. ad Corinth. 10. Sine offensione estote iudæis & gentibus & ecclesiæ Dei. ergo videtur, quòd etiam Christus in sua doctrina offensionem iudæorum vitare debuerit.

¶ 2 Præt. Nullus sapiens debet facere vnde effectum sui operis impediat: sed p hoc q̃ sua doctrina Christus iudæos turbauit, impediebatur effectus eius doctrinæ: dicitur enim Lucæ 11. quòd cum Dominus pharisæos & scribas reprehenderet, cœperunt graviter insistere, & os eius opprimere de multis, & insidiantes ei, & quærentes aliquid capere ex ore eius, vt accusarent eum. non ergo videtur conueniens fuisse, quòd eos in sua doctrina offenderet.

¶ 3 Præte. Apostolus dicit 1. ad Timoth. 5. Seniorem ne increpaueris, sed obsecra ut patrem: sed sacerdotes & principes iudæorum erant illius populi seniores. ergo videtur quòd non fuerint duris increpationibus arguendi.

¶ Sed contra est, q̃ Isa. 8. fuerat prophetizatum, q̃ Christus esset in lapidẽ offensionis & petram scandali duabus domibus Israel.

¶ Respondeo dicendum, quòd salus multitudinis est præferenda paci quorumcumque singularium hominum: & ideo quando aliqui sua peruersitate multitudinis salutem impediunt, non est timenda eorum offensio a prædicatore vel doctore, ad hoc quòd multitudinis saluti prouideat. Scribæ autem & pharisæi & principes iudæorum sua malitia plurimum impedie-bant populi salutem, tum, quia repugnabant Christi doctrinæ, per quam solam poterat esse salus: tum etiam quia prauis suis moribus uitam populi corrumpebant. Et ideo Dominus non obstante offensione eorum, publicè veritatẽ docebat, quã illi odiebant, & eorũ vitia arguebat, & ideo dr Mat. 15. q̃ discipulis Dñi dicentibus, Scis quia Iudæi audito hoc verbo, scandalizati sunt? respondit, Sinite illos, cæci sunt, duces quæ cæcorum: cæcus autẽ si cæco ducatum præstet, ambo in foueam cadunt.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd homo sic debet esse sine offensione omnibus, ut nulli det suo facto vel dicto minus recto occasionem ruinæ: sed cum de veritate scandalum oritur, magis est sustinendum scandalum, quàm veritas relinquatur, ut Gregor. * dicit.

¶ Ad secundum dicendum, quòd per hoc quòd Christus publicè scribas & pharisæos arguebat, non imstante Iudæorum offensione publice docebat, & vitia eorum redarguebat. Probatur duplicit er. Primo ratione. Quando aliqui sua peruersitate multitudinis salutem impediunt, non est a prædicatore vel doctore, eorum timẽda offensio, vt multitudinis saluti prouideat: sed scribæ & pharisæi & principes iudæorum sua malitia plurimum impediebant populi salutem, ergo, maior probatur, quia saluis multitudinis præponenda est paci quorumcunque singularium hominum. Minor probatur, tum quia contra doctrinam Christi per quam solã salus esse potest: tum quia prauis moribus, populi vitam corrumpebant. Secundo probatur auctoritate ipsius Christi, Matth. 15. Sinite illos &c.

¶ Aduertẽdum diligentissime, & cautissime quòd tota ratio publicæ reprehensionis malorum afflignatur saluti multitudinis, & propterea vbi maiores ẽnt pessimi, & ex eorum reprehensione publica nõ speratur populi saluti, locum non hẽt in tali Christi, vana enim esset huiusmodi publica correctio.

¶ Et hoc bene aduertant prædicatores, antequam ponant os in cœlum, nec omittant distinguere inter maiores corrumpentes multitudinis vitam malis moribus, vel exemplariter tantum, vel incitatiue. Nã maiores, qui palam vel sub aliquo colore adulterarites vel fornicarites, multitudinem ad hæc patranda solicitarent, sub dicto comprehenduntur quoque, ut scilicet si sit spes salutis ipsius multitudinis publice arguãtur. Hi enim sunt, de quibus in responsione ad tertium dicit, quòd auctoritatẽ senectutis in instrumẽtũ malitiæ vertũt, publice peccando.

Illi vero maiores, qui suis cõtenti sunt peccatis publicis, vt concubinarii & huiusmodi, qui reuera non simpliciter, sed quãtum est ex suo exemplo, aliorum mores corrõpunt, an sint publice arguendi, considerãdum est. Nam si ex eorum exemplo multitudo similia facit, essent publice arguẽdi, si spes est emendationis ipsorum vel plebis, postquam moniti ad partem nolent cessare, quod dico: quia istinó ex malitia, sed ex infirmitate peccant. Sed si moniti, cogita ruina populi ex suo exẽplo non curarent, arguendi eum populo essent publice, cum tali modestia vt salus verisimiliter populi se qui possit, ita tamen vt si prædicationis officium sibi incumbit ex plationis debito super illos, non timeat illorum scandalum: quoniam quasi paria sunt, corrumpere populi mores sic, & ex malitia. Si autem prælatus eorũ non est, superiorem illorũ debere prius consulere. Et hæc dico, si in specie deberet maiores reprehendere publice, ex infirmitate publice concubinas tenentes. Et horũ ratio est, quia hic non agitur ex proposito ad malum multitudinis: & multitudini plerumque sufficienter prouideretur, si in genere peccatum illud reprehenditur, & quòd non excusantur sequentes mala exẽpla, & huiusmodi. Si autem ex eorum publico peccato salus non periclitatur multitudinis, relinquendi sunt superioribus suis, si habent vel sibi ipsis currigendi in speciali: cessat enim ratio publicæ correctionis agendæ cum offensione maiorum.

*Ca. 11, in fine. to. 3.

*Hom. 7. in Ezech. aliquanti lũ a prin.

Trac. 96. circa fin. tomo. 9.

pediuit, sed magis promouit effectum suæ doctrinæ, quia cum eorum vitia populo innotescebant, minus auertebatur a Christo propter verba scribarum & pharisæorum, qui semper doctrinæ Christi obsistebant.

¶ Ad tertium dicendum, quòd illud verbum Apostoli, est intelligendum de illis senioribus, qui non solum ætate vel auctoritate, sed etiam honestate sunt senes, secundum illud Num. 11. Congrega mihi septuaginta viros de senioribus Israel, quos tu nosti, q̃ senes populi sint. Si autem auctoritatem senectutis in instrumentum malitiæ vertant, publicè peccando, sunt manifestè & acriter arguendi: sicut & Daniel dixit Dan. 13. Inueterate dierum malorum &c.

ARTICVLVS III.

Vtrum Christus omnia publicè docere debuerit.

AD tertium sic proceditur. Videtur quòd Christus non omnia publicè docere debuerit. Legitur enim multa seorsum discipulis dixisse, sicut patet in sermone cœnæ, vnde & Matt. 10. dixit, Quod in aure audistis in cubilibus, prædicabitur in tectis. non ergo omnia publicè docuit.

¶ 2 Prat. Profunda sapientiæ non sunt nisi perfectis exponenda, secundum illud 1. ad Cor. 2. Sapientiam loquimur inter perfectos: sed doctrina Christi continebat profundissimam sapientiam. non ergo erat imperfectæ multitudini communicanda.

¶ 3 Præt. Idem est, veritatem aliquam occultare silentio, & obscuritate verborum: sed Christus veritatem, quam prædicabat, occultabat turbis obscuritate verborum: quia sine parabolis nõ loquebatur ad eos, vt dicitur Matth. 13. ergo pari ratione poterat occultare silentio.

¶ SED CONTRA est, quòd ipse dicit Ioan. 18. In occulto locutus sum nihil.

¶ Respondeo, Dicendum, quòd doctrina alicuius potest esse in occulto tripliciter. Vno modo, quantum ad intentionem docentis, qui intendit suã doctrinam non manifestare multis, sed magis occultare: quod quidem cõtingit dupliciter, quandoque ex inuidia docentis, qui vult per suam scientiam excellere, & ideo scientiam suam non vult aliis communicare, quod in Christo locum non habuit, ex cuius persona dicitur Sapien. 7. Quam sine fictione didici, & sine inuidia communico, & honestatem illius non abscondo. Quandoque verò hoc contingit, propter inhonestatem eorum, quæ docentur: sicut Aug. * dicit super Ioan. quòd quædam sunt mala quæ portare non potest qualiscumque pudor humanus. vnde de doctrina hæreticorum dicitur, Prouerb. 9. Aquæ furtiuæ dulciores sunt. Doctrina autem Christi non est neque de errore, neque de immunditia. & ideo Dominus dicit Mar. 4. Nunquid venit lucerna, ideſt, vera & honesta doctrina, vt sub modo ponatur? Alio modo, aliqua doctrina est in occulto, quia paucis proponitur, & sic Christus etiam nihil docuit in occulto: quia Christus omnem doctrinam suam vel turbæ toti proposuit, vel omnibus suis discipulis in communi. Vnde Augusti. * dicit super Ioã. Quis in occulto loquitur, qui coram tot hominibus loquitur, præsertim si hoc loquitur paucis, quod per eos velit innotescere multis? Tertio modo, aliqua doctrina est in occulto, quãtum ad modum docendi. Et sic Christus quædam turbis loquebatur in occulto, parabolis vtens ad annuntianda spiritualia mysteria, ad quæ capienda non erant idonei vel digni. Et tamen melius erat eis, vel sic sub tegumento parabolarum, spiritualium doctrinam audire, quàm omnino ea priuari. Harum tamen parabolarum apertam & nudam veritatem Dominus discipulis exponebat, per quos deueniret ad alios, qui essent idonei, secundum illud 2 Timot. 2. Quæ audisti à me per multos testes, hæc commenda fidelibus hominibus, qui idonei erunt & alios docere, Et hoc signatum est, Numero. 4. vbi mandatur, q̃ filii Aaron inuoluerent vasa sanctuarii, quæ leuitæ inuoluta portarent.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd sicut Hilar. * dicit super Matth. exponens illud verbum inductum, non legimus Dominum solitum fuisse noctibus sermocinari, & doctrinam tradidisse in tenebris: sed hoc dicit, quia omnis sermo eius carnalibus tenebræ sunt, & verbum eius infidelibus nox est. Itaque quod ab eo dictum est inter infideles, cum libertate fidei & confessionis est loquendum. Vel secundum Hierony. * comparatiue loquitur: quia videlicet erudiebat eos in paruo Iudææ loco, respectu totius mũdi, in quo erat per apostolum prædicationem doctrina Christi publicanda.

¶ Ad secundum dicendum, quòd Dominus non omnia profunda suæ sapientiæ sua doctrina manifestauit, non solum turbis, sed nec etiam discipulis, quibus dixit Ioan. 16. Adhuc multa habeo vobis dicere, quæ non potestis portare modo: sed tamen quodcunque dignum duxit aliis tradere de sua sapientia, non in occulto, sed palam proposuit, licet non ab omnibus intelligeretur. Vnde Augusti. * dicit super Ioan. Intelligendum est, ita dixisse Dominum, Palam locutus sum mundo, ac si dixisset, Multi me audierunt: & rursus non erat palam, quia non intelligebant.

¶ Ad

¶ *Super quæstio. XLII. Artic. III.*

TItulus clarus.

¶ In corpore est distinctio trimembris quo ad principalia membra: quia tamẽ primum subdistinguitur, cõsurgunt quatuor membra, ac per hoc quatuor conclusiones sunt: quæ iuxta singula mẽbra. Distinctio est: Doctrina potest esse in occulto tripliciter vel quo ad intentionem, & hoc dupliciter, aut ratione inuidiæ aut ratione immunditiæ: vel quo ad discipulos, vel quo ad modum. Prima cõclusio est: Doctrina Christi nõ fuit occulta, secũdum intentionem ratione inuidiæ. Secunda, Non fuit occulta rõne immunditiæ. Tertia, Non fuit occulta quo ad paucitatẽ discipulorũ. Quarta, Fuit occulta, quo ad modum in quibusdam respectu quorundam, scilicet plebis immediate: quia mediantibus Apostolis reuelanda. Omnia clara sunt in litera.

¶ Et aduerte, q̃ ad literam Christus palam docuit & in occulto nihil, vt ipse testatus est: tum quia quicquid docuit, voluit palam fieri: tũ, quia nihil alienum ab his, quæ publice docuit, ad partem tradidit. Et sic omnia ad literã consona inueniuntur, scilicet sermocinæ, & domi plures, & in monte transfigurationis: &, Quod in aure auditis, & Nicodemo, & Samaritanæ, & huiusmodi. Sic enim secundum communem hominum intellectum: verificantur verba Domini pontificè interrogantem de doctrina eius, & sic cognita doctrina eius publice tradita, nihil restabat examinandum: quia nihil alienũ a publice tradita dona docuit.

*Tracta. 113. i Io. in medio tom. 9.

*Can. 10, in Matth. parum a medio.

*Supervectum Mar. citatũ in arg. to. 9.

*Tracta. 113. in Ioan. in medio illius to. 9.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶Ad tertium dicendum, quòd turbis Dominus in parabolis loquebatur, sicut dictum est, * quia non erant digni nec idonei nudam veritatem accipere, quam discipulis exponebat. Quod autem dicitur, quòd sine parabolis non loquebatur eis, secundum Chrysost. * intelligendum est quantum ad illum sermonem, quàmuis alias sine parabolis multa turbis locutus fuerit. Vel secundum Aug. † in lib. de Quæstionib. euang. hoc dicitur, nó quia nihil propriè locutus est, sed quia nullum ferre sermonem explicauit, vbi non per parabolam aliquid significauerit, quàmuis in eo aliqua propriè dixerit.

*In cor. ar. Hom. 48. in Matth. circa prin cip. illius, to. 2.

†In lib. q. ex Mat. c. 15. to. 4. in prin.

¶ *Super quæ stionis quadrageſimæ ſecundæ, Arti. quartum.*

TItulus clarus.

¶In corpo duo. Primo respondetur quæsito vnica conclusione. Secundo, referuntur quædam ex August. Conclusio est: Conueniens fuit Christũ doctrinam suam non scripsisse. Probatur tripliciter.

¶ Vbi aduerte in prima ratione ex dignitate doctoris dignissimum modum docendi concludente, duo. Primum est, quòd modus docendi distinguitur in duo, scilicet verbo vel scripto. Excellentior ponitur modus docendi solo verbo, ea ratione, quia immediatius perducit ad finem: cum enim finis doctoris sit imprimere doctrinam suã in mentibus auditorum, qui solo verbo id facit, excellentiori modo efficit, quam qui verbo in scriptis redacto, idem efficeret. Secundũ est q. Socrates nihil scripsisse, sub proprio nomine intelligendum est: quoniam tradit ipsum sub Æsopi nomine, Æsopi fabulas scripsisse, coactus, vt ipse aiebat, ad hoc à suo dæmone: in cuius signum Plato in Phædone Socratem introducit moriturum, nõ se continuisse ab Æsopo constructuro fabulam.

¶ Sed occurrit hic dubium: quia tertia ratio aduertatur primæ: nam tertia fundatur super ordine, quo

233 Ad Heb. 8. lect. 2. in fi.

*Eod lib. 1. de consensu euã ge. c. 7. circa mediũ. tom. 4.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum Chriſtus debuerit doctrinam ſuam ſcripto tradere.

ADQVARTVM sic proceditur. Videtur quòd Christus doctrinã suam debuerit scripto tradere. Scriptura enim inuenta est ad hoc, q doctrina commendetur memoriæ in futurum: sed doctrina Christi duratura erat in æternum, secundum illud Luc. 21. Cælum & terra transibunt, verba autem mea non trãsibunt. ergo videtur quòd Christus debuerit suã doctrinam scripto mandare.

¶ 2 Præt. Lex vetus in figura Christi præcesserit, secundum illud Heb. 10. Vmbram habens lex futurorum bonorum: sed lex vetus à Deo fuit descripta, secundum illud Exod. 24. Dabo tibi duas tabulas lapideas, & legem ac mandata, quæ scripsi. ergo videtur quòd etiam Christus doctrinam suam scribere debuerit.

¶ 3 Præt. Ad Christum qui venerat illuminare his, qui in tenebris & vmbra mortis sedent, vt dicitur Luc. 1. pertinebat erroris occasiones excludere, & viam fidei aperire: sed hoc fecisset, doctrinam suam scribendo: dicit enim Augustꝰ * in 1. de consensu euangel. quòd solet nonnullos mouere, cur ipse Dominus nihil scripserit, vt aliis de illo scribentibus necesse sit credere: hoc enim illi, & maxime pagani quærunt, qui Christum culpare aut blasphemare nõ audent, eique tribuunt excellentissimam sapientiam, sed tamẽ tamquàm homini. Discipulos vero eius dicunt magistro suo amplius tribuisse, quàm erat, vt eum filium Dei dicerent, & verbũ Dei per quod facta sunt omnia. Et postea subdit, * Viden tur parati fuisse hoc de illo credere, qđ de se ipse scripsisset, non quod alii de illo pro suo arbitrio prædicassent. ergo videtur quòd Christus ipse doctrinam suam scripto tradere debuerit.

¶ Sed contra est, quòd nulli libri ab eo scripti habentur in canone scripturæ.

¶Respond. Dicendum conueniens fuisse Christum doctrinam suam non scripsisse. Primo quidem, propter dignitatem ipsius. Excellentiori. n. doctori excellentior modus doctrinæ debetur: & ideo Christo tanquàm excellentissimo doctori hic modus competebat, vt doctrinam suam auditorum cordibus in primeret. Propter quod dicitur Matt. 7. q erat docens eos, sicut potestatem habens. Vnde etiam apud gentiles Pythagoras & Socrates, qui fuerunt excellentissimi doctores, nihil scribere voluerunt. Scriptura. n. ordinatur ad impressionem doctrinæ in cordibus auditorum, sicut ad finem. Secundo, propter excellentiam doctrinæ Christi, quæ literis comprehendi non potest, secundum illud Ioan. vlt. Sunt & alia multa quæ fecit Iesus, quæ si scribantur per singula, nec ipsum arbitror mundum capere posse eos, qui scribendi sunt libros: quos sicut Aug. dicit, * non spatio locorum credendũ est mundum capere non posse: sed capacitate legentium comprehendi non posse. Si autem Christus scripto doctrinam suam mandasset, nihil altius de eius doctrina homines æstimarent, quàm quod scriptura contineret. Tertio, vt ordine quodam ab ipso doctrina ad omnes peruenire t, dum ipse scilicet discipulos suos immediate docuit, qui postmodum alios verbo & scripto docuerunt. Si autem ipsemet scripsisset eius doctrina immediatè ad omnes peruenisset. vnde & de sapientia Dei dicitur, Prouerb. 9. q misit ancillas suas vocare ad arcem. Sciendum tamẽ est, sicut Augustꝰ. * dicit in 1. de consensu euang. aliquos gẽtiles existimasse Christum quosdam libros scripsisse, continentes quædam magica, quibus miracula faciebat, quæ disciplina Christiana condemnat. Et illi tamen, qui Christi libros tales se legisse affirmãt, nulla talia faciunt, qualia illum libris talibus feciſſe mirantur: diuino. n. iudicio sic errant, vt eosdem libros ad Petrum & Paulum dicant tamquam epistolari titulo præ notatos, eo q in pluribus locis simul eos cum Christo pictos viderunt. Nec mirum, si à pingentibus fingẽtes decepti sunt: toto enim tempore quo Christus in carne mortali cũ suis discipulis vixit, nondum erat Paulus discipulus eius.

¶Ad primvm ergo dicendum, q sicut Aug. dicit in eodem libro, omnibus discipulis suis tamquàm membris sui corporis Christus caput est. Itaque cum illi scripserunt, quæ ille ostendit & dixit, nequaquam dicendum est, q ipse non scripserit: quandoquidem membra eius id operata sunt, quod dictante capite cognouerunt: quicquid enim ille de suis factis & dictis nos legere voluit, hoc scribendum illis, tamquàm suis manibus imperauit.

¶Ad secundum dicendum, q quia lex vetus in sensibilibus figuris dabatur, ideo etiam conuenienter sensibilibus signis scripta fuit: sed doctrina christi, quæ est lex spiritus vitæ, scribi debuit non atramento, sed spiritu Dei viui, non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis spiritualibus, vt Apostolus dicit 2. ad Corinth. 3.

¶Ad tertivm dicendum, q illi qui scripturæ apostolorum de Christo credere noluerunt, nec ipsi Christo scribenti credidissent, de quo opinabantur, q magicis artibus fecisset miracula.

* Tert. in cal. ge. Ioã. prouol. a fine 20.

* Lucã. 9. & alibi mã.

QVAEST. XLIII.

De miraculis à Chriſto factis in generali, in quatuor articulos diuiſa.

DEINDE considerandum est de miraculis à Christo factis. Et primo in generali. Secundo, in speciali de singulis miraculorum generibus. Tertio, in particulari de transfiguratione ipsius.

Circa primum quæruntur quatuor.

¶Primo, Vtrum Christus debuerit miracula facere.

¶Secundo, Vtrum fecerit ea virtute diuina.

¶Tertio, In quo tempore incæperit miracula facere.

¶Quarto, Vtrum per miracula fuerit sufficienter ostensa eius diuinitas.

ARTICVLVS I.

Vtrum Chriſtus debuerit facere miracula.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd Christus miracula facere non debuerit. Factum enim Christi verbo ipsius debuit concordare: sed ipse dicit Matth. 16. Generatio mala & adultera signum quærit, & signum non dabitur ei, nisi signum Ionæ prophetæ. non ergo debuit miracula facere.

¶ 2 Præt. Sicut Christus in secundo aduentu venturus est in virtute magna & maiestate, vt dicitur Matth. 25. ita in primo aduentu venit in infirmitate, secundum illud Isa. 53. Virum dolorum & scientem infirmitatem: sed operatio miraculorum magis pertinet ad virtutem quàm ad infirmitatem. ergo non fuit conueniens, q in primo aduentu miracula faceret.

¶ 3 Præt. Christus venit ad hoc, vt homines saluaret per fidem, secundum illud Hebræ. 12. Aspicientes in auctorem fidei & consumatorem Iesum: sed miracula diminuunt meritum fidei: vnde Dominus Ioan. 4. dicit, Nisi signa & prodigia videritis, non creditis. ergo non videtur, quòd Christus debuerit miracula facere.

¶Sed contra est quòd ex persona aduersariorum dicitur Ioan. 11. Quid facimus, quia hic homo multa signa facit?

¶Respondeo Dicendum, q diuinitus conceditur homini miracula facere propter duo. Primo quidem & principaliter, ad confirmandam veritatem, quam aliquis docet: quia enim ea, quæ sunt fidei, humanam rationem excedunt, non possunt per rationes humanas probari, sed oportet quòd probentur per argumentum diuinæ virtutis, vt dum aliquis facit opera, quæ solus Deus facere potest, credantur ea, quæ dicuntur esse à Deo: sicut cum aliquis defert literas anulo regis signatas, creditur ex voluntate regis processisse, quod in illis continetur. Secundo, ad ostendendam præsentiam Dei in homine per gratiam Spiritussancti, vt dum scilicet homo facit opera Dei, credatur Deus habitare in eo per gratiam. vnde dicitur Galat. 3. Qui tribuit nobis Spiritum sanctum, operatur virtutes in nobis. Vtrumque autem circa Christum erat hominibus manifestandum, scilicet quòd Deus esset in eo per gratiam, non adoptionis, sed vnionis, & q eius supernaturalis doctrina esset à Deo: & ideo conuenientissimũ fuit, vt miracula faceret. vnde ipse dicit Ioan. 10. Si mihi non vultis credere, operibus credite. Et Ioan. 5. Opera quæ dedit mihi pater vt faciam, ipsa sunt quæ testimonium perhibent de me.

¶Ad primvm ergo dicendum, quòd hoc quod dicit, Signum non dabitur ei, nisi signum Ionæ prophetæ, intelligendum est, vt Chrysto. * dicit, quòd tunc non acceperunt tale signum, quale petebant, scilicet de cælo, non quòd nullum signum eis dederit: vel quia signa faciebat, non propter eos, quos sciebat lapideos esse, sed vt alios emendaret: & ideo non eis, sed aliis illa signa dabantur.

* Homil. 54. i Mat. ante med. tom. 2.

¶Ad secvndvm dicendum, q licet Christus venerit in infirmitate carnis, quod manifestatur per passiones: venit tamen in virtute Dei, quod erat manifestandum per miracula.

¶Ad tertivm dicendum, quòd miracula intantum diminuunt meritum fidei, inquantum per hoc ostenditur duritia eorum, qui nolunt credere ea, quæ scripturis diuinis probantur, nisi per miracula. Et tamen melius est eis, vt vel per miracula conuertantur ad fidem, quàm quod omnino in infidelitate permaneant: dicitur enim 1. ad Corinth. 14. q signa data sunt infidelibus, vt scilicet conuertantur ad fidem.

ARTICVLVS II.

Vtrum Chriſtus fecerit miracula diuina uirtute.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd Christus non fecerit miracula diuina virtute. Virtus enim diuina est omnipotens: sed videtur quòd Christus non fuerit omnipotens in miraculis faciendis: dicitur. n. Mar. 6. quòd non poterat ibi, scilicet in patria sua, virtutem vllam facere. ergo videtur q non fecerit miracula virtute diuina.

¶ 2 Præterea. Dei non est orare:

¶ *Super quæ ſtio. quadrageſimætertiæ, Articulum ſecundum.*

TItulus clarus.

¶In corpore duo sunt. Primo, respondetur quæsito Christus fecit miracula virtute diuina. Probatur: quia vera miracula sola virtute diuina fieri possunt, & confirmatur auctoritate

234 Opuſc. 2. capi 7. Et opuſc. 3 c. 135. Et opuſc. 11. art. 17. Et opu. 60. c. 15. princ.

235 3. diſt. 15. q. 1. ar. 3. cor. Et di. 16. q. 1. art. 3. cor. & ad 4. Et 4. diſ. 5. q. 1. ar. 1. Et opuſc. 11. c. 37.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sate Leonis. Secundo, respondet tacitæ quæstioni, Quid de humanitate Christi, numquid faciebat miracula? & dicit q̃ vtraq; natura agebat miracula: communione tamen alterius, scilicet diuinæ. Et declaratur modus, & quo ad naturas, quia humanitas erat instrumentum diuinitatis, & quo ad actionem: quia humana actio virtutem accepit a natura diuina: quæ ex superius explanatis clara sunt.

1.p.q.110 ar.4. ¶ Responsionem quoq; ad tertium, ex Luc. 11. capit. habes.

*Epif.10. ca.4.parũ a prin. Christo sunt duæ naturæ, vna.s. diuina, quæ fulget miraculis; altera scilicet humana, quæ succumbit iniurijs. Et tamen vna earum agit cum communicatione alterius, inquantum scilicet humana natura est instrumentum diuinæ actionis, & actio humana virtutem accepit à natura diuina, sicut supra habitum est. *

q.13. art. 3. ¶ Ad primvm ergo dicendum, quòd hoc quod dicitur, non poterat ibi vllam virtutem facere, non est referendum ad potentiam absolutam: sed ad id quod potest fieri congruenter: non enim congruum erat, vt inter incredulos operaretur miracula. Vnde subditur, Et mirabatur propter incredulitatem eorum, secundum quem modum dicitur Gen. 18. Num cælare potero Abraham, quæ gesturus sum? & 19. Non potero facere quicquam, donec ingrediaris illuc.

* Homil. 50. i Mat. a prin. to mo. 2. ¶ Ad secundum dicendum, quòd, sicut Chryso. * dicit super illud Matth. 14. Acceptis quinque panibus & duobus piscibus, aspiciens in cælum, benedixit & fregit, oportebat credi de Christo quoniam à patre est, & quòd ei æqualis est: & ideo vt vtrumque ostendat, nunc quidem cum potestate, nunc autem orans miracula facit, & in minoribus quidem respicit in cælum, puta in multiplicatione panum, in maioribus autem, quæ sunt solius Dei, cum potestate agit, puta quando peccata dimisit, mortuos suscitauit. quòd autem dicitur Ioan. 11. quòd in suscitatione Lazari oculos sursum leuauit, non propter necessitatem suffragii, sed propter exemplum hoc fecit. Vnde dicit, Propter populum, qui circunstat dixi, vt credant, quia tu me misisti.

¶ Ad tertium dicendum, quòd Christus alio modo ex pellebat dæmones, quàm virtute dæmonum expellantur. Nam virtute superiorum dæmonum, ita dæmones à corporibus hominum expelluntur, quòd tamen remanet dominium eorum, quantum ad animam: non enim contra regnum suum diabolus agit: sed Christus dæmones expellebat non solum à corpore, sed multo magis ab anima: & ideo Dominus blasphemiam pharisæorum dicentium, eum in virtute dæmoniorum dæmonia eiicere reprobauit. primo quidem per hoc, quòd Satanas contra seipsum non diuiditur. secundo, exemplo aliorum, qui dæmonia eiiciebant per spiritum Dei. tertio, quia dæmonium expellere non posset, nisi ipsum vicisset virtute diuina. quarto, quia nulla conuenientia in operibus, nec in effectu erat sibi & Satanæ, cum Satanas dispergere cuperet quos Christus colligebat.

sed Christus aliquando in miraculis faciendis orabat, vt patet in suscitatione Lazari Ioan. 11. & in multiplicatione panum, vt patet Matt. 14. ergo videtur quòd non fecerit miracula virtute diuina.

¶ 3 Præt. Ea, quæ virtute diuina, 01
sunt, non possunt virtute alicuius creaturæ fieri: sed ea quæ Christus faciebat, poterant fieri in virtute alicuius 10
creaturæ: vnde & pharisæi dicebant, quòd in Beelzebub principe dæmoniorum ejiciebat dæmonia. ergo videtur quòd Christus non fecerit miracula virtute diuina.

¶ Sed contra est, quòd Dominus dicit Ioan. 14. Pater in me manens, ipse facit opera. 20

¶ Respondeo: Dicendum, quòd sicut in prima parte habitum est, * vera miracula sola virtute diuina fieri possunt: quia solus Deus potest mutare naturæ ordinem, quod pertinet ad rationem miraculi. vnde Leo Papa dicit in epistola † ad Flauianum, quod in Christo sunt duæ naturæ, vna.s. diuina, quæ fulget miraculis, altera scilicet humana, quæ succumbit iniurijs. Et tamen vna earum agit cum communicatione alterius, inquantum scilicet humana natura est instrumentum diuinæ actionis, & actio humana virtutem accepit à natura diuina, sicut supra habitum est. *

¶ Ad primvm ergo dicendum, quòd hoc quod dicitur, non poterat ibi vllam virtutem facere, non est referendum ad potentiam absolutam: sed ad id quod potest fieri congruenter: non enim congruum erat, vt inter incredulos operaretur miracula. Vnde subditur, Et mirabatur propter incredulitatem eorum, secundum quem modum dicitur Gen. 18. Num cælare potero Abraham, quæ gesturus sum? & 19. Non potero facere quicquam, donec ingrediaris illuc.

¶ Ad secundum dicendum, quòd, sicut Chryso. * dicit super illud Matth. 14. Acceptis quinque panibus & duobus piscibus, aspiciens in cælum, benedixit & fregit, oportebat credi de Christo quoniam à patre est, & quòd ei æqualis est: & ideo vt vtrumque ostendat, nunc quidem cum potestate, nunc autem orans miracula facit, & in minoribus quidem respicit in cælum, puta in multiplicatione panum, in maioribus autem, quæ sunt solius Dei, cum potestate agit, puta quando peccata dimisit, mortuos suscitauit. quòd autem dicitur Ioan. 11. quòd in suscitatione Lazari oculos sursum leuauit, non propter necessitatem suffragii, sed propter exemplum hoc fecit. Vnde dicit, Propter populum, qui circunstat dixi, vt credant, quia tu me misisti.

¶ Ad tertium dicendum, quòd Christus alio modo ex pellebat dæmones, quàm virtute dæmonum expellantur. Nam virtute superiorum dæmonum, ita dæmones à corporibus hominum expelluntur, quòd tamen remanet dominium eorum, quantum ad animam: non enim contra regnum suum diabolus agit: sed Christus dæmones expellebat non solum à corpore, sed multo magis ab anima: & ideo Dominus blasphemiam pharisæorum dicentium, eum in virtute dæmoniorum dæmonia eiicere reprobauit. primo quidem per hoc, quòd Satanas contra seipsum non diuiditur. secundo, exemplo aliorum, qui dæmonia eiiciebant per spiritum Dei. tertio, quia dæmonium expellere non posset, nisi ipsum vicisset virtute diuina. quarto, quia nulla conuenientia in operibus, nec in effectu erat sibi & Satanæ, cum Satanas dispergere cuperet quos Christus colligebat.

Articvlvs III.

Vtrum Christus incœperit facere miracula in nuptijs.

Ad tertivm sic proceditur. Videtur q̃ Christus non incœperit miracula facere in nuptiis, mutando aquam in vinum. Legitur enim in lib. de infantia Saluatoris, quòd Christus in sua pueritia multa miracula fecit: sed miraculũ de conuersione aquæ in vinum fecit in nuptijs trigesimo, vel trigesimoprimo anno suæ ætatis. ergo videtur quòd non incœperit tunc miracula facere.

¶ 2 Præt. Christus faciebat miracula, secundum virtutem diuinam: sed virtus diuina in eo à principio suæ conceptionis erat: ex tũc enim fuit Deus & homo. ergo videtur q̃ à principio miracula fecerit.

¶ 3 Præt. Christus post baptismum & tentationem cœpit discipulos congregare, vt legitur Matth. 4. & Ioan. 1. sed discipuli præcipuè congregati sunt ad ipsum propter miracula, sicut dicit Luc. 5. q̃ Petr ũ vocauit obstupescentem propter miraculum, quod fecerat in captura piscium. ergo videtur q̃ ante miraculum quod fecit in nuptijs, fecerit alia miracula.

¶ Sed contra est, quòd dicitur Ioan. 2. Hoc fecit initium signorum Iesus in Cana Galilææ.

¶ Respond. Dicendum, quòd miracula facta sunt à Christo propter confirmationem doctrinæ eius, & ad ostendam virtutem diuinam in ipso: & ideo quantum ad primum non debuit ante miracula facere, quàm docere inciperet: non autem debuit incipere docere ante perfectam ætatem, vt supra habitum est, * cum de baptismo eius ageretur. Quantum autem ad secundum, sic debuit per miracula deitatem ostendere, vt crederetur veritas humanitatis ipsius: & ideo sicut dicit Chryso. * super Ioan. decenter non incœpit signa facere in prima ætate: existimassent enim phantasma esse incarnationem & ante opportunũ tempus cruci eum tradidissent.

¶ Ad primum ergo dicendum, q̃ sicut Chrisost. * dicit super Ioannes ex verbo Ioannis Baptistæ dicentis, Vt manifestetur in Israel, propterea veni ego in aqua baptizans, manifestum est, q̃ illa signa, quæ quidam dicunt in pueritia a Christo facta, mendacia & fictiones sunt. Si enim à prima ætate miracula fecisset Christus, neque Ioannes eum ignorasset, neq; reliqua multitudo indigusset magistro ad manifestandum eum.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ Dei virtus operabatur in Christo, secundũ q̃ erat necessarium ad salutem humanam, propter quam carnem assumpserat: & ideo sic miracula fecit virtute

¶ Super quæstionis quadragesimatertiæ, Articul. tertium.

Titulus clarus. occasione ℣ 57 euangelij 1551 bis habens.

¶ In corpore v̄na cõclusio: Christus incœpit miracula facere in nuptijs. Probatur: Miracula Christi sunt vel ad confirmandam doctrinã eius, vel ad monstrandam eius deitatem facta: sed perfectum q̃ debuit in ætate perfecta incipere miracula. ergo assumptum ex primo articulo patet. Minor, quo ad vtrãq; partem probatur clare & sigillatim in litera.

¶ Vbi scito, q̃ ex huiusmodi rationes, licet nõ habeatur nisi quòd miracula Christi inceperunt in ætate perfecta, quando incepit docere, hoc est post baptismum Ioannis, iuxta verbum Petri Actu. 1. Incipiens a baptismo Ioannis, quia tamen nullum legitur miraculũ ante nuptias factum, & Ioannes Baptista toto in primo anno monstrauit eũ, & Ioannes euangelista in anniuersario die quo nuptias celebratas credit ecclesia, dicit, Hoc initium signorum fecit Iesus, &c. satis rationabiliter affirmatur, q̃ illud fuit primum miraculum simpliciter, q̃ Christus fecit: q̃ etiam confirmatur ex eo, quòd Ioannes euangelista non est prosecutus secundum & tertium miraculum in Cana Galilææ, quod postquendam erat. si primum non sufficeret, sed in Cana Galilææ scribere le proposuisset, & non potius initium signorum ab omnibus circunstantijs deferibere se monstrasset.

¶ Et hoc idem patet ex eo, quòd

subiungit euangelista. Et manifestauit gloriam suam. non dicit in Cana Galilææ: sed simpliciter & absolute. Et manifestauit gloriam suã, proculdubio prius latentem: quia miraculis adhuc nõ claruerat illius naturã diuina, quæ tũc cœpit miraculis coruscare.

*Greho.5 in euan. in prin. †Chry ho. 22. in Ioã. pau.a prin ci. to.3.

¶ Super quæstionis 43. Articulum quartum.

*i.2.c.17. a med.to.4

Titulus clarus. ¶ In corpore vnica cõclusio: Miracula quæ Chs fecit, sufficientia erãt ad manifestãdam deitatẽ ipsius secundum tria, substantiam, modum, & doctrinam: probat sigillatim clare.

237 3.dist 15 q. 8. ar.1.& d. 26 q.1.ar. 3 cor. Et 1.cont.c.6 Et h. 4.ca. 55.ad 8. Et quo.2 ar.6 ad 4. Et Io. 85. lect.5.

¶ Vbi aduerte, q̃ Auctor breuiter pertrãsit: sed si fuerint hæc tria bene considerata, maximam continent efficaciam: & primũ quidem quo ad resurrectionem mortuorum, & illuminationem cæcorum, constat fabulas eis fallaciis, a solo Deo fieri posse: secundum autem inexcogitabile est, q̃ etiam dæmoni conueniat: tertium autem omnimodã conuincit intelligentiam. Ita q̃ si hæc tria simul ponantur, impossibile est, quin Deum fateamur, Christũ: quõ.n. vsurpanti sibi diuinum nomẽ & rem falso, affuisset Deus in tot operibus deitatis q̃ pris testis mendacii?

¶ Aduerte ex li. 2. contra Gen c.6. q̃ aut conceditur Christũ fecisse miracula relata in euangelio, aut non. Si conceditur, habetur illas deitates, vt patet ex prædictis illis tribus cõiunctis, si non conceditur, tunc habetur etiam deitas: ex hoc maximo miraculorum, q̃ pauperculus, iuuenis, indoctus, ex gente exosa (iudæus, scilicet) persecutionem cũ tot

diuina, vt fidei de veritate carnis eius, præiudicium non fieret.

¶ Ad tertium dicendum, quòd hoc ipsum ad laudem discipulorum pertinet, q̃ Christum secuti sunt, cum nulla eum miracula facere vidissent, sicut Greg.* dicit in quadam hom. Et vt Chrysosto. † dicit, tunc signa maximè necessarium erat facere, quando discipuli iam congregati erant & deuoti, & attendentes his, quæ fiebant. Vnde subditur, Et crediderunt in eum discipuli eius: non quia tunc primum crediderunt, sed quia tunc diligentius & perfectius crediderunt. Vel discipulos vocat eos, qui futuri erant discipuli: sicut exponit Aug.* in li. de consensu euangelistarum.

Articvlvs IIII.

Vtrum miracula per Christum facta sufficienter eius diuinitatem ostenderint.

Ad Quartum sic proceditur. Videtur quòd miracula quæ Christus fecit, non fuerint sufficientia ad ostendendam diuinitatẽ ipsius. Esse.n. Deum & hoẽm, proprium est Christo: sed miracula, quæ Christus fecit, & ab aliis sunt facta. ergo vt, q̃ non fuerint sufficientia ad ostendendam diuinitatem ipsius.

¶ 2 Præterea. Virtute diuina nihil est maius: sed aliqui fecerunt maiora miracula, quàm Christus: dicitur enim Io. 14. Qui credit in me, opera quæ ego facio, & ipse faciet, & maiora horum faciet. ergo videtur q̃ miracula quæ Christus fecit, non fuerint sufficientia ad ostendendam diuinitatem ipsius.

¶ 3 Prẽte. Ex particulari non sufficienter ostenditur uniuersale: sed quodlibet miraculorum Christi fuit quoddam particulare opus. ergo ex nullo eorum potuit manifestari sufficienter diuinitas Christi, ad quam pertinet vniuersalem virtutem habere de omnibus.

¶ Sed contra est, quòd Dominus dicit Io. 5. Opera quæ dedit mihi Pater vt faciam, ipsa testimonium perhibent de me.

¶ Respond. dicendum, quòd miracula quæ Christus fecit, sufficientia erant ad manifestandam diuinitatem ipsius, secundum tria. Primo quidem, secundum ipsam speciem operũ, quæ transcendebãt omnem potestãt creatæ virtutis: & ideo non poterant fieri nisi virtute diuina. Et propter hoc ex cus illuminatus dicebat Ioan. 9. A sæculo non est auditũ, quòd aperuit quis oculos cæci nati: nisi esset hic à Deo, non poterat facere quicquam. Secundo, propter modum miracula faciendi: quia scilicet quasi ex propria potestate miracula faciebat: non autem orando, sicut alii. Vnde dicitur Luc. 6. q̃ virtus de illo exibat, & sanabat omnes. Per quod ostenditur, sicut Cyrilus dicit, quòd non accipiebat alienã virtutem: sed cum esset naturaliter Deus, propriam virtutem super infirmos ostendebat, & propter hoc, innumerabilia miracula faciebat. vnde super illud Mat. 8. Ejiciebat spiritus verbo, & omnes malè habentes curauit, dicit Chryso. * Intende quantam multitudinem curatam transcurrunt euangelistæ, non vnumquodque curatum enarrantes, sed vno uerbo pelagus ineffabile miraculorum inducentes. Et ex hoc ostendebatur, quòd haberet virtutem coæqualem Deo patri, secundum illud Ioan. 5. Quæcumque Pater facit, hæc & Filius similiter facit. Et ibidem, sicut Pater suscitat mortuos, & viuificat, sic & Filius hominis quos vult viuificat. Tertio, ex ipsa doctrina, qua se Deum dicebat, quæ nisi vera esset, non confirmaretur miraculis diuina virtute factis: & ideo dicitur Matthæ. 1. Quænam doctrina hæc noua, quia in potestate spiritibus immundis imperat, & obediunt ei?

¶ Ad primum ergo dicendum, q̃ hæc erat obiectio gentilium. Vnde Augustin. * dicit in epistola ad Volusianum: nulla, inquiunt, competentibus signis tãtæ maiestatis indicia claruerũt; quia carnalis illa purgatio, qua scilicet dæmones effugabat, debilium cura, reddita vita defunctis, si & alia considerentur, Deo parua sunt. Et ad hoc respondet Augu. * Fatemur & nos talia quidem fecisse prophetas: sed & ipse Moyses & cæteri prophetæ dominum Iesum prophetizauerunt, & ei gloriam magnam dederunt. Qui propterea talia, & ipse facere voluit, ne esset absurdum, q̃ per illos fecerat, si ipse etiam non faceret: sed tamen & aliquid propriũ facere debuit, nasci de virgine, resurgere à mortuis, cælum ascendere, hoc Deo qui parum putat, quid plus expectet ignoro. Non homine assumpto alium mundum facere debuit, vt eum esse crederemus, per quem factus est mundus: sed nec maior mundus nec isti æqualis in hoc fieri posset. Si autem minorem faceret intra istum, similiter hoc quoque parum putaretur; quæ tamen alii fecerunt, Christus excellentius fecit. Vnde super illud Ioann. 15. Si opera non fecissem in eis, quæ nemo alius fecit, & cæ. dicit Augustinus. * Nulla in operibus Christi videntur esse maiora, quàm suscitatio mortuorum, quod scimus etiam antiquos fecisse prophetas. Fecit tamen aliqua Christus, quæ nemo alius fecit: sed respondetur nobis, & alios fecisse, quæ nec ipse, nec alius fecit: sed qui tam multa vitia & malas valetudines vexationesq; mortalium tanta potestate sanaret, nullus omnino legitur antiquorum: ut enim tacea multos iubendo, sicut occurrebant, saluos singulos fecit, Marcus dicit, quòd quocumque loco introibat in vicos, aut in villas, aut ciuitates, in plateis ponebant infirmos, & deprecabantur eum, vt vel fimbriam vestimenti eius tangerẽt, & quotquot tangebant eum, salui fiebant. Hæc nemo alius fecit in eis: sic enim intelligendum est, quod ait, in eis, non inter eos, aut coram eis, sed prorsus in eis, quia sanauit eos. Nec tamen alius quicumque in eis talia opera fecit, quoniam quisquis alius homo aliquid eorum fecit, ipso faciente fecit: hoc autem ipse non illis facientibus fecit.

¶ Ad secundum dicendum, quòd Augest. * exponens illud verbum Ioan. inquirit, quæ sint ista opera maiora, quæ credentes in eum erant facturi, an forte quòd ægros

*Epistio 3. post me. Ilius to.2.

* Epist 32 med. illius to.2.

* Ho.28.in Mat. paulo a primio.2

* Iannitur 23 tract. in Io. super illud Maiora demonstrabit illis to.9 lib.1. Tri.c 6.circa me. to.3

* Homil. 20. in Ioã. parum ante medium. to.3

* Tra.71.in Ioan.a me. to.9.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ipsis transeuntibus etiam eorum vmbra sanabat? magis est enim q̃ sanet vmbra quàm simbria. Veruntamen quando ista Christus dicebat, verborum suorum facta, & opera commendabat, Cum enim dixit, Pater in me manens ipse facit opera, quæ opera tunc dicebat, nisi verba quæ loquebantur? Et eorundem verborum fructus erat fides illorum. Verumtamen euangelizantibus discipulis, non tam pauci quàm illi erant: sed gentes etiã crediderunt. Nonne ab ore ipsius diues ille tristis abscessit: & tamen postea, quod ab illo audirium non fecit vnus, fecerunt multi, cum per discipulos loqueretur? Ecce, maiora fecit prædicatus à credentibus, quàm locutus est audientibus. Verum hoc adhuc mouet, quòd hæc maiora per Apostolos fecit: non autem ipsos tantum significans ait, Qui credit in me, opera quæ ego facio, & ipse faciet. Audi ergo, & intellige, Qui credit in me, opera quæ ego facio, & ipse faciet. Prius ego facio, deinde & ipse faciet: quia facio vt faciat. Quæ opera, nisi vt ex impio iustus fiat? quod vtique in illo, sed non sine illo Christus operatur. Prorsus maius hoc esse dixerim, quàm creare cælum & terram: cælum.n. & terra trãseunt, prædestinatorum autem salus & iustificatio permanebit: sed & in cælis angeli sunt opera Christi, numquid etiam his operibus maiora facit, qui cooperatur Christo ad suam iustificationẽ? Iudicet qui potest vtrum maius sit iustos creare, quàm impios iustificare. Certè si æqualis est vtrumque potentiæ, hoc maioris est misericordiæ: sed omnia opera Christi intelligere, vbi ait, Maiora horum faciet, nulla nos necessitas cogit: horum.n. forsitan dixit, quæ illa hora faciebat. Tunc autem verba fidei faciebat, & vtique minus est verba iustitiæ prædicare, quod fecit præter nos, quàm impios iustificare, quod ita facit in nobis, vt faciamus & nos.

¶ Ad tertium dicendum, quòd quando aliquod particulare opus proprium est alicuius agentis, tunc q̃ illud particulare opus probatur tota virtus agẽtis, sicut cum ratiocinari sit proprium hominis, ostenditur aliquis esse homo ex hoc ipso, q̃ ratiocinatur circa quodcumq; particulare propositum. Et similiter cum propria virtute miracula facere sit solius Dei, sufficienter ostensum est, Christum esse Deum, ex quocumque miraculo, quod propria virtute fecit.

QVAEST. XLIIII.

De singulis miraculorum speciebus, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est, de singulis miraculorum speciebus.

¶ Et primo, De miraculis, quæ fecit circa spirituales substantias.
¶ Secundo, De miraculis, quæ fecit circa cælestia corpora.
¶ Tertio, De miraculis, quæ fecit circa homines.
¶ Quarto, De miraculis, quæ fecit circa creaturas irrationales.

¶ Super quæstionis 44. Articulum primum.

TItulus clarus est.

238 ¶ In corpore vna conclusio. Conueniens fuit Christum circa spirituales substantias, non fuerint conuenientia. Inter spirituales.n. substantias sancti angeli præpollent dæmonibus: quia vt Augu. * dicit in 3. de Tri. spiritus vitæ rationalis desertor atque peccator, regit per spiritum vitæ rationalem pium & iustum: sed Christus nõ legitur aliqua miracula fecisse circa angelos bonos, ergo nec ẽt circa dæmones aliqua miracula facere debuit.

¶ 2 Præter. Miracula Christi ordinabantur ad manifestandam diuinitatem ipsius: sed diuinitas Christi non erat dæmonibus manifestanda, quia per hoc impeditum fuisset mysterium passionis eius, secundum illud 1. Corinth. 2. Si cognouissent, numquã Dominum gloriæ crucifixissent. ergo nõ debuit circa dæmones aliqua miracula facere.

¶ 3 Præ. Miracula Christi ad gloriam Dei ordinabantur. vnde dicitur Matt. 9. q̃ videntes turbæ paralyticũ sanatum à Christo, timuerunt, & glorificauerunt Deum, qui dedit potestatem talem hominibus: sed ad dæmones non pertinet glorificare Deũ, quia non est speciosa laus in ore peccatoris, vt dr Eccl. 15. vnde & sicut dicitur Mar. 1. & Luc. 4. non sinebat dæmonia loqui ea, quæ ad gloriam ipsius pertinebant. ergo videtur non fuisse conueniens, q̃ circa dæmones aliqua miracula faceret.

¶ 4 Præterea. Miracula à Christo facta, ad salutem hominum ordinantur: sed quædam dæmonia ab hominibus eiecta fuerunt cum hominum detrimento, quandoque quidem corporali, sicut dicitur Mar. 9. quòd dæmon ad præceptum Christi exclamans, & multum discerpens hominem, exiit ab eo, & factus est sicut mortuus, ita vt multi dicerent, quia mortuus est. Quandoque etiam cum damno rerũ, sicut quando dæmones ad eorum preces misit in porcos, quos præcipitauerunt in mare: vnde ciues illius regionis rogauerunt eum, vt transiret à finibus eorum, vt legitur Matt. 7. ergo vr inconuenienter fecisse huiusmodi miracula.

¶ Sed cõtra est, quòd Zach. 13. hoc prænuntiatũ fuerat, vbi dr, Spũm immundum auferam de terra.

¶ Respondeo Dicendum, q̃ miracula quæ Christus fecit, argumenta quædam fuerunt fidei, quam ipse docebat. Futurum autem erat, vt per virtutem diuinitatis eius excluderet dæmonum potestatem ab hominibus creditoris in eum, secundum illud Ioan. 12. Nunc princeps huius mundi eiicietur foras, & ideo conueniens fuit, q̃ inter alia miracula ẽt obsessos à dæmonibus liberaret.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ homines sicut per Christum erant à potestate dæmonum liberandi, ita per eum erant angelis consociandi, secundum illud Colo. 1. Pacificans per sanguinem crucis eius, quæ in cælis & quæ in terris sunt, & ideo circa angelos alia miracula hoibus demonstrare non conueniebat, nisi vt angeli hoibus apparerent, quod quidem factum est in natiuitate ipsius, & in resurrectione & ascensione eius.

¶ Ad secundum dicendum, quod sicut Aug. * de ciui. Dei, Christus tantum innotuit dæmonibus, quantũ voluit: tũ aũt voluit, quantum oportuit: sed innotuit eis, non sicut angelis sanctis per id, quod est vita æterna: sed p quædam temporalia suæ virtutis effecta: & primo quidem videntes Christũ esurire post ieiunium, æstimauerũt eum non esse filium Dei: vnde super illud Luc. 4. Si filius Dei es, &c. dicit Amb. * Quid sibi vult talis sermonis exordius, nisi quia cognouerat Dei filium esse venturum, sed veniße per infirmitatem corporis non putauit? Sed postmodum visis miraculis, ex quadã suspicatione coniecturauit eum esse filium Dei: vnde super illud Marci 1. Scio q̃ sis Sanctus Dei, dicit Chry. q̃ non certam aut firmam aduẽtus Dei habebat notitiam, sciebat tamen ipsum esse Christum in lege promissũ: vnde dr Luc. 4. Quia sciebant ipsum esse Christum. Quòd aũt ipsum confitebãtur esse filium Dei, magis erat ex quadam suspitione, quàm ex certitudine: vnde Beda dicit super Luc. * Et dæmonia filium Dei confitebantur: & sicut postea dr, sciebant eũ esse Chrm: quia cum ieiunio fatigatum eum diabolus videret, verũ hoiem intellexit: sed quia tentando non præualuit, vtrũ filius Dei esset, dubitabat: nunc autem per signorum potentiã, vel intellexit, vel potius suspicatus est esse filiũ Dei. non ideo igitur iudæis eum crucifigere persuasit, quia Christũ Dei filium non esse putauit, sed quia se morte illius non præuidit esse damnandum: ideo hoc.n. mysterio à seculis absc̃dito, dicit Apostolus q̃ nemo principium huius sæculi cognouit: si.n. cognouissent, nũquam Dñm gloriæ crucifixissent.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ miracula in expulsione dæmonum non fecit Christus propter vtilitatem dæmonum, sed propter utilitatem hominũ, vt ipsi eum glorificarent. Et ideo prohibuit eos loqui ea, quæ ad laudem ipsius pertinebant: primo quidem, propter exemplum: quia, vt dicit Atha. * cõpescebat eius sermonem, quamuis vera fateretur: vt nos ẽt assuefaciat, ne curemus de talibus, ẽt si vera loqui videãtur: nefas est.n. vt cum adsit nobis scriptura diuina, instruamur à diabolo: est.n. hoc periculosum, quia veritati frequenter dæmones immiscent mendacia: secundo, quia (sicut Chry. dicit) nõ oportebat eos furripere officii apostolici gloriã, nec decebat Christi mysterium lingua fœtida publicari, quia non est speciosa laus in ore peccatorũ: tertio, quia (vt Beda * dicit) nolebat ex hoc inuidiã accendere iudæorũ: vn de ẽt ipsi apostoli iubentur retinere de ipso, ne diuina maiestate prædicata, passionis dispensatio differatur.

¶ Ad quartum dicendum, q̃ Christus specialiter venerat docere, & miracula facere propter vtilitatem hoĩum, principaliter quantum ad animæ salutem. Et ideo permisit dæmones, quos eiiciebat hominibus aliquod nocumẽtum inferre, vel in corpore, vel in rebus propter animæ humanæ salutem, ad hominum.s. instructionem: unde Chry. * dicit super Matth. q̃ Christus permisit dæmonibus in porcos ire, nõ quasi à dæmonibus persuasus, sed primo quidẽ, vt instruat magnitudinẽ nocumenti dæmonum, qui hominibus insidiantur: secundo, vt oẽs discerent, quoniam nec aduersus porcos audebant aliquid facere, nisi ipse consenserit: tertio, vt ostenderet, q̃ grauiora in illos hoĩes operati essent, quàm in illos porcos, nisi essent diuina prouidẽtia adiuti. Et propter eadẽ ẽt causas permisit eum, qui à dæmonibus liberabatur, ad horã grauius affligi, à qua tamen afflictione eum continuo liberauit: Per hoc ẽt ostenditur (ut Beda dicit) q̃ sæpe dum conuerti ad Deum post peccata conamur, maioribus nouisq; antiqui hostis pulsamur insidiis: quod facit, vel vt odium virtutis incutiat, vel expulsionis suæ vindicet iniuriam. Factus est etiam homo sanatus velut mortuus (ut Hieron. * dicit) quia sanatis dicitur, mortui estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo.

¶ Ad quintum dicendum, q̃ Christus specialiter venerat docere, & miracula facere propter vtilitatem hoĩum, principaliter quantum ad animæ salutem. Et ideo permisit dæmones, quos eiiciebat hominibus aliquod nocumẽtum inferre, vel in corpore, vel in rebus propter animæ humanæ salutem, ad hominum.s. instructionem: unde Chry. * dicit super Matth. q̃ Christus permisit dæmonibus in porcos ire, nõ quasi à dæmonibus persuasus, sed primo quidẽ, vt instruat magnitudinẽ nocumenti dæmonum, qui hominibus insidiantur: secundo, vt oẽs discerent, quoniam nec aduersus porcos audebant aliquid facere, nisi ipse consenserit: tertio, vt ostenderet, q̃ grauiora in illos hoĩes operati essent, quàm in illos porcos, nisi essent diuina prouidẽtia adiuti. Et propter eadẽ ẽt causas permisit eum, qui à dæmonibus liberabatur, ad horã grauius affligi, à qua tamen afflictione eum continuo liberauit: Per hoc ẽt ostenditur (ut Beda dicit) q̃ sæpe dum conuerti ad Deum post peccata conamur, maioribus nouisq; antiqui hostis pulsamur insidiis: quod facit, vel vt odium virtutis incutiat, vel expulsionis suæ vindicet iniuriam. Factus est etiam homo sanatus velut mortuus (ut Hieron. * dicit) quia sanatis dicitur, mortui estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo.

ARTICVLVS I.

Vtrum miracula facta per Christum circa spirituales substantias fuerint conuenientia.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd miracula quæ fecit Christus circa spirituales substantias, non fuerint conuenientia. Inter spirituales.n. substantias sancti angeli præpollent dæmonibus: quia vt Augu. * dicit in 3. de Tri. spiritus vitæ rationalis desertor atque peccator, regit per spiritum vitæ rationalem pium & iustum: sed Christus nõ legitur aliqua miracula fecisse circa angelos bonos, ergo nec ẽt circa dæmones aliqua miracula facere debuit.

¶ 2 Præter. Miracula Christi ordinabantur ad manifestandam diuinitatem ipsius: sed diuinitas Christi non erat dæmonibus manifestanda, quia per hoc impeditum fuisset mysterium passionis eius, secundum illud 1. Corinth. 2. Si cognouissent, numquã Dominum gloriæ crucifixissent. ergo nõ debuit circa dæmones aliqua miracula facere.

¶ 3 Præ. Miracula Christi ad gloriam Dei ordinabantur. vnde dicitur Matt. 9. q̃ videntes turbæ paralyticũ sanatum à Christo, timuerunt, & glorificauerunt Deum, qui dedit potestatem talem hominibus: sed ad dæmones non pertinet glorificare Deũ, quia non est speciosa laus in ore peccatoris, vt dr Eccl. 15. vnde & sicut dicitur Mar. 1. & Luc. 4. non sinebat dæmonia loqui ea, quæ ad gloriam ipsius pertinebant. ergo videtur non fuisse conueniens, q̃ circa dæmones aliqua miracula faceret.

¶ 4 Præterea. Miracula à Christo facta, ad salutem hominum ordinantur: sed quædam dæmonia ab hominibus eiecta fuerunt cum hominum detrimento, quandoque quidem corporali, sicut dicitur Mar. 9. quòd dæmon ad præceptum Christi exclamans, & multum discerpens hominem, exiit ab eo, & factus est sicut mortuus, ita vt multi dicerent, quia mortuus est. Quandoque etiam cum damno rerũ, sicut quando dæmones ad eorum preces misit in porcos, quos præcipitauerunt in mare: vnde ciues illius regionis rogauerunt eum, vt transiret à finibus eorum, vt legitur Matt. 7. ergo vr inconuenienter fecisse huiusmodi miracula.

¶ Sed cõtra est, quòd Zach. 13. hoc prænuntiatũ fuerat, vbi dr, Spũm immundum auferam de terra.

¶ Respondeo Dicendum, q̃ miracula quæ Christus fecit, argumenta quædam fuerunt fidei, quam ipse docebat. Futurum autem erat, vt per virtutem diuinitatis eius excluderet dæmonum potestatem ab hominibus creditoris in eum, secundum illud Ioan. 12. Nunc princeps huius mundi eiicietur foras, & ideo conueniens fuit, q̃ inter alia miracula ẽt obsessos à dæmonibus liberaret.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ homines sicut per Christum erant à potestate dæmonum liberandi, ita per eum erant angelis consociandi, secundum illud Colo. 1. Pacificans per sanguinem crucis eius, quæ in cælis & quæ in terris sunt, & ideo circa angelos alia miracula hoĩbus demonstrare non conueniebat, nisi vt angeli hoĩbus apparerent, quod quidem factum est in natiuitate ipsius, & in resurrectione & ascensione eius.

¶ Ad secundum dicendum, quod sicut Aug. * de ciui. Dei, Christus tantum innotuit dæmonibus, quantũ voluit: tũ aũt voluit, quantum oportuit: sed innotuit eis, non sicut angelis sanctis per id, quod est vita æterna: sed p quædam temporalia suæ virtutis effecta: & primo quidem videntes Christũ esurire post ieiunium, æstimauerũt eum non esse filium Dei: vnde super illud Luc. 4. Si filius Dei es, &c. dicit Amb. * Quid sibi vult talis sermonis exordius, nisi quia cognouerat Dei filium esse venturum, sed veniße per infirmitatem corporis non putauit? Sed postmodum visis miraculis, ex quadã suspicatione coniecturauit eum esse filium Dei: vnde super illud Marci 1. Scio q̃ sis Sanctus Dei, dicit Chry. q̃ non certam aut firmam aduẽtus Dei habebat notitiam, sciebat tamen ipsum esse Christum in lege promissũ: vnde dr Luc. 4. Quia sciebant ipsum esse Christum. Quòd aũt ipsum confitebãtur esse filium Dei, magis erat ex quadam suspitione, quàm ex certitudine: vnde Beda dicit super Luc. * Et dæmonia filium Dei confitebantur: & sicut postea dr, sciebant eũ esse Chrm: quia cum ieiunio fatigatum eum diabolus videret, verũ hoiem intellexit: sed quia tentando non præualuit, vtrũ filius Dei esset, dubitabat: nunc autem per signorum potentiã, vel intellexit, vel potius suspicatus est esse filiũ Dei. non ideo igitur iudæis eum crucifigere persuasit, quia Christũ Dei filium non esse putauit, sed quia se morte illius non præuidit esse damnandum: ideo hoc.n. mysterio à seculis absc̃dito, dicit Apostolus q̃ nemo principium huius sæculi cognouit: si.n. cognouissent, nũquam Dñm gloriæ crucifixissent.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ miracula in expulsione dæmonum non fecit Christus propter vtilitatem dæmonum, sed propter utilitatem hominũ, vt ipsi eum glorificarent. Et ideo prohibuit eos loqui ea, quæ ad laudem ipsius pertinebant: primo quidem, propter exemplum: quia, vt dicit Atha. * cõpescebat eius sermonem, quamuis vera fateretur: vt nos ẽt assuefaciat, ne curemus de talibus, ẽt si vera loqui videãtur: nefas est.n. vt cum adsit nobis scriptura diuina, instruamur à diabolo: est.n. hoc periculosum, quia veritati frequenter dæmones immiscent mendacia: secundo, quia (sicut Chry. dicit) nõ oportebat eos furripere officii apostolici gloriã, nec decebat Christi mysterium lingua fœtida publicari, quia non est speciosa laus in ore peccatorũ: tertio, quia (vt Beda * dicit) nolebat ex hoc inuidiã accendere iudæorũ: vn de ẽt ipsi apostoli iubentur retinere de ipso, ne diuina maiestate prædicata, passionis dispensatio differatur.

¶ Ad quartum dicendum, q̃ Christus specialiter venerat docere, & miracula facere propter vtilitatem hoĩum, principaliter quantum ad animæ salutem. Et ideo permisit dæmones, quos eiiciebat hominibus aliquod nocumẽtum inferre, vel in corpore, vel in rebus propter animæ humanæ salutem, ad hominum.s. instructionem: unde Chry. * dicit super Matth. q̃ Christus permisit dæmonibus in porcos ire, nõ quasi à dæmonibus persuasus, sed primo quidẽ, vt instruat magnitudinẽ nocumenti dæmonum, qui hominibus insidiantur: secundo, vt oẽs discerent, quoniam nec aduersus porcos audebant aliquid facere, nisi ipse consenserit: tertio, vt ostenderet, q̃ grauiora in illos hoĩes operati essent, quàm in illos porcos, nisi essent diuina prouidẽtia adiuti. Et propter eadẽ ẽt causas permisit eum, qui à dæmonibus liberabatur, ad horã grauius affligi, à qua tamen afflictione eum continuo liberauit: Per hoc ẽt ostenditur (ut Beda dicit) q̃ sæpe dum conuerti ad Deum post peccata conamur, maioribus nouisq; antiqui hostis pulsamur insidiis: quod facit, vel vt odium virtutis incutiat, vel expulsionis suæ vindicet iniuriam. Factus est etiam homo sanatus velut mortuus (ut Hieron. * dicit) quia sanatis dicitur, mortui estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo.

* lib. 3. c. 4. non procul a prin. tex.

* li. 9. c. 21. parũ a prin. ci. to. 5.

*l. 4. in Lu. c. 14. in tit. de 1. tenta. Christi, nõ procul a prin. to. 3.

* Sup. illud Lu 4. Sciebant ipsum esse Chrm est c. 14. secund. ordi. Bedæ. to. 2.

diabolus esset, & breuiter quod Christo danda esset omnis potestas in cælo & in terra. Erre vera textus Apostoli capax eius sensus, vt patet intuenti contextum.

¶ Sed occurrit tunc dubium, quo pacto diabolus, aut sciens aut multum dubitans Christum esse verum Deum potuit rõnabiliter incitare iudæos ad mortem Christi: sciebat.n. quòd si esset verus Deus, actum esset de regno ipsius dæmonis.

¶ Sed si superbia diaboli consideretur consentaneum rationi superbiæ eius apparebit, quòd etiam si sciuisset Iesum Christum esse verum Deum, adhuc procurasset ipsius mortem, vt fecit. Ex eo enim, quòd scientia illa non est scientia euidẽtiæ, sed fidei coactæ ex Scripturis & miraculis, ac per hoc unum sic scitum non generat scientiam alterius, puta effectus: nõ enim est i hoc sciendi modo, sicut in scientia demonstratiua, in qua ex vna causa cognita deducuntur omnes illius effectus (cognita deitate restabat ĩcognitum, quid futurum esset. Nec suberat ratio deducendi pro certo multa exeellentia sequenda, quia experientia testabatur multa valde vilia illi deitati adiungi, si ille homo vere erat deus: vnde rationabiliter secundum superbiam suã agẽs dæmon, cogitauit pugnare contra ipsum, auferendo illi vitam honorẽ, famam, discipulos, &cæt. cogitans quòd si non est Deus, sed Messias purus homo, tam profitraui eum, & si est verus Deus non parum feci, habere hanc victoriam cõtra ipsum Deum, & postea videbit quid deus faciet, tutiorem enim partem se putauit eligere, hã bendo primam victoriam vincere Deum in hoc mũdo, neciens quid postea sequeretur.

Et propterea bene venerabilis Beda dixit, q̃ si cognouissent latens mysterium sequentis fructus, numquam Dñm gloriæ crucifixissent, non quin etiam ipsum Deum auderet aggredi (qñ scriptum est, Superbia eorum qui te oderunt, ascendit semper,) sed quia propriam damnum vitare voluisset, & noluisset Deum habere tantam gloriam, vt vincerer ipsum diabolũ iustitia, ut esset redemptor, ac saluator, vt est. Hæc de Beda.

¶ Sed de quæstione ipsa, parti affirmatiuæ multum fauet conclusio præcedentis articuli: ita quòd & simpliciter, & ad hominem non parua consurgit quæstio, quo pacto si miracula Christi fuissent cum illius doctrina iuncta, sufficienter illius probant deitatem, dæmones omnium scrutatores & intelligentia vigentes, in dubio deitatis ipsius persistebant. Ad hoc dicitur, quòd quia miracula etiã doctrinæ Christi iuncta, non erant sufficiẽtia ad causandam notitiam euidentiæ, sed fidei coactæ, uel volũtariæ, deitatis Christi potuit permanere dubium apud dæmones, ex hoc quòd non penetrabat habitudo miraculorum, ac doctrinæ ad gratiam vnionis personalis in Christo: qñ ex aliquo trium prouenire potuit, vel ex opinione plurium causarũ, ex quibus procedere possent, & miracula & doctrina, tunc non plene manifestata, quo ad sensum verum, qui post apertus est, ita quòd licet ipsa miracula ex se sufficerent, non penetrati tamen non erat sufficientia: latebat autem dæmonem huiusmodi habitudo, quia miracula poterant ex alia gratia, quã vnionis procedere. Et similiter Dei proprietates, & nomina, quæ de se Christus dicebat, poterat putari, quòd secundum aliam gratiã, quàm vnionis verificarentur: habitudo enim miraculorum, & doctrinæ Christi nõ erat habitudo euidentiæ, sed solius fidei mater secundũ naturalem cognitionem, & propterea locus semper suspitioni de opposito ignoto relinquitur. Sciebat si videremus mortuum resuscitari, sciremus ex supernaturali quadam virtute hoc fieri, sed qualiter se habeat Deus ad illã virtutem illumq; resuscitantem nescieremus, & sub dubio hoc relinquentes miraremur: vel ex depraua to appetitu dæmonũ affectione superbiæ & inuidiæ: quãuis, n. tentaret, & sciret diabolus ob propriũ amorẽ, an ẽt Deus, quia ita qd miseri vellent, hoc facile credũt, incredibile reddebatur diabolo, q̃ humana natura supra angelicã ẽt beatã eleuaretur, ita vt vnus hõ ẽt vere Deus, præsertim quia nulla naturali, tã humana, q̃ angelica rõne hoc possibile apparebat. unde eam q̃ quoddam inopinabile, a sui adhæsione intellectus hoc auertebat. Vel quia Seraphim hiis alas ad uelandũ, vt dr Isa. 6. diuina prouidẽtia uelatũ

* Id habet Chryſ. in cõcione, 2 de Lazaro, ante me. to. & Theoph. Luc. 4. (illegible)

* c. 4. in Lu. Est c. 14. secundum or dinẽ Bedæ, circa finem illius to. 2.

* Mar. 9. super verbũ in arg. cita. to. 9.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sic remansit vnionis mysterium, ut nõ certiores de eo redderentur dæmones, donec consumatum esset mysterium redemptionis humanæ, ne semper impediret aut differretur. Et si oẽs tres dictæ rationes simul iunctæ fuerint, manifestius apparebit rõ dubitandi in dæmonibus.

239 *Cap.4.nõ multum re mot.a fi.

¶ Super quæstionis 44. Articulum secundum.

*Ii.1.a tex. 20. usq; ad 31.to.2.

TItulus clarus per obscurationem solis tempore passionis.

¶In corpore vnica conclusio. Conueniens fuit, vt Christus miracula faceret etiã circa corpora cælestia. Probatur. Miracula Christi debebãt esse talia, vt sufficienter ostenderẽt eum esse Deum, & non ita euidenter per miracula circa corpora inferiora, sicut circa cælestia hoc monstratur. ergo conueniẽs fuit, &c. Secunda pars assumpti manifestatur ex differentia inter causas actiuas in corpora inferiora, & actiuas in cælestia, & auctoritate Dion.

¶ In responsione ad primum intellige verba Auctoris cum grano salis, & sic q̃ sicut corpora elementaria habent plures motus naturales, ita q̃ uuus motus est eis naturalis secundum quam propriam naturam particularem, & alius est eis naturalis, secũdum q̃ mouentur a superiori, quasi secundum naturã vniuersalem (vt patet de igne qui vltra naturalem motum, quo fertur sursum, mouetur etiã naturaliter motu circulari, sequẽdo cælum, & similiter ferrum, vltra naturalem motum quo fertur deorsũ, naturaliter mouetur ad adamantẽ, quasi superiorẽ sequens naturã) ita corpora cælestia, vltra naturale in-

Ar.4. q.1.

*Parum ante med.cp.

ARTICVLVS II.

Vtrum conuenienter facta fuerint miracula per Christũ circa cælestia corpora.

AD secundum sic proceditur. Videtur quòd inconuenienter fuerint à Christo facta miracula circa cælestia corpora: vt.n.Dio.*dicit 4.c.de Diui.no. diuinæ prouidentię nõ est naturam corrumpere, sed saluare. Corpora aũt cælestia fm suam naturam sunt incorruptibilia, & inalterabilia, ut probatur in primo de cælo.* ergo nõ fuit conueniens, vt per Christum fieret aliqua immutatio circa ordinem cætestium corporum.

¶2 Præte. Secundum motum cælestium corporum, temporum cursus dignantur, fm illud Ge.1. Fiant luminaria in firmamento cæli, & sint in signa, & tempora, & dies, & annos. Sic ergo mutato cursu cælestium corporum, mutatur temporum distinctio, & ordo: sed non legitur hoc esse perceptũ ab Astrologis, qui contemplantur fidera, & cõputant menses, vt dr Isa.47 ergo vr q̃ per Christum nõ fuerit aliqua mutatio facta circa cursum cælestium corporum.

¶3 Præ. Magis competebat Christo facere miracula viuens & docens, q̃ moriens: tum quia, vt dr 2. ad Cor. vlt. Crucifixus est ex infirmitate, sed viuit ex virtute Dei, fm quã miracula faciebat: tum ẽt quia eius miracula cõfirmatiua erant doctrinæ ipsius: sed in vita sua non legitur, Christũ aliquod miraculum circa cęlestia corpora fecisse, quinimmo pharisęis petentibus ab eo signum de cælo, eis dare renuit, ut hr Matth.12. & 16. ergo vr, q̃ nec in morte circa cælestia corpora aliquod miraculum facere debuerit.

¶ Sed contra est, quòd dicitur Lu.23. tenebræ factæ sunt in vniuersa terra usque ad horam nonam, & obscuratus est sol.

¶ Respon. Dicendum, quòd (sicut supra dictum est*) miracula Christi talia esse debebant, ut sufficienter eum esse Deum ostenderent. Hoc aũt non ita euidenter ostenditur per trãsmutationes corporum inferiorũ, quæ ẽt ab aliis causis moueri possunt, sicut q̃ transmutationẽ cursus cælestiũ corporũ, quæ à solo Deo sunt immobiliter ordinata, & hoc est qđ Dion.*dicit in Epist.ad Polycar. Cognoscere oportet nõ aliter aliqñ posse aliquid puerti cælestis ordinationis & motus, nisi causam haberet ad hoc mouentẽ, quæ facit oĩa, & mutat secundum suum seruonem. Et ideo conueniens fuit, vt Christus miracula faceret ẽt circa cælestia corpora.

¶ Ad primum ergo dicendum, q̃ sicut inferioribus corporibus naturale est moueri à cælestibus corporibus (quæ sunt superiora secundum naturæ ordinem;) ita etiam naturale est cuilibet creaturæ, vt transmutetur à Deo secundum eius voluntatem: unde Augustin.*dicit 26. Contra Faustum, & habetur in gl. Rom.11. super illud: contra naturam insertus es, &c. deus creator & conditor omnium naturarum, d nihil contra naturam facit, quia, id est cuique rei natura, quod facit, & ita nõ corrumpitur natura cælestium corporum, cum eorum cursus immutatur à Deo: corrumperetur autẽ, si ab aliqua alia causa immutaretur.

¶ Ad secundum dicendum, quòd per miraculum à Christo factum, non est peruersus ordo temporum: Nam secũdum quosdam illæ tenebræ, vel solis obscuratio, quæ in passione Christi accidit, fuit propter hoc, q̃ sol suos radios retraxit, nulla immutatione facta circa motum cælestium corporum, secundum quem tempora mensurantur vnde Hieron.*dicit super Mat. Videtur luminare maius retraxisse radios suos, ne aut pendentem videret Dominum, aut impii blasphemantes sua luce fruerentur. Talis autem retractio non est sic intelligenda, quasi sol in sua potestate habeat radios emittere, vel retrahere: non enim ex electione, sed ex natura radios emittit, ut dicit Dion.†4.c.de Diui.no. sed sol dicitur retraxisse radios, inquantum diuina virtute factum est, ut solis radii ad terrã non peruenirent. Origenes*autem dicit, hoc accidisse q̃ interpositionem nubium: vnde super Matth. dicit: conueniens est intelligere quasdam tenebrosissimas nubes multas, & magnas concurrisse super Hierusalem & terram iudææ, & ideo factæ sunt tenebræ profundæ à sexta hora vsque ad nonam. Arbitror enim sicut cætera signa, quæ facta sunt in passione, scilicet q̃ velum est scissum, quòd terra tremuit, &c. in Hierusalem tantummodo facta sunt, ita & hoc. Aut si latius voluerit quis extendere ad terram iudęam, propter hoc q̃ dicitur: tenebræ factæ sunt in uniuersa terra, quod intelligitur de terra iudæa, sicut in 3. lib. Regum dixit Abdias ad Eliam, Viuit Dominus Deus tuus, quia non est gens, aut regnum, vbi nõ miserit Dominus meus quærere te, ostendens quòd esi quæreretur in gentibus, quæ sunt circa iudæam: sed circa hoc magis credendum est Dion. qui oculata fide inspexit hoc accidisse per interpositionem Lunæ inter nos & Solem: dicit.n.in Epistola ad Polycarpum, *inopinabiliter soli lunam incidentem uidebamus, in Aegypto scilicet existentes, vt ibidem dicitur, & designat ibi quatuor miracula.

¶ Quorum primum est, quòd naturalis eclipsis Solis per interpositionem Lunæ, numquam accidit, nisi tẽpore coniunctionis solis & lunæ, tunc autem erat luna in oppositione ad solem, quintadecima existens, quia erat Pascha iudæorum: unde dicit, †Non enim erat coniunctionis tempus. Secundum miraculum est, quòd cũ circa horam sextam luna uisa fuisset, simul cum sole in medio cæli, in uesperis apparuit suo loco, id est in Oriente oppositа soli: unde dicit, †Rursus ipsam vidimus, scilicet lunam, à nona hora (in qua scilicet recessit à sole cessantibus tenebris) vsque ad vesperam supernaturaliter restitutam ad diametrum solis, id est, vt diametraliter est soli oppositа: & sic patet q̃ non est turbatus consuetus

d C.4.circa prin.

*Ho.35.in Mat. fo.4. & 5.in 6.ante finẽ ho.to.3.

lib.16.c.3. ante med. to.6. D. 917.

* in c.27. su. illud ab hora 6. nebræ factæ to.5.

*Ho.89.in Mat. circa prin.to.2.

*In epist. ad Polycarp. post med. illius.

Loco nunc dicto.

In præfat. epi. ad Polycarpum. a med. illius.

suetus temporum cursus, quia diuina uirtute factum est, & q̃ ad solem supernaturaliter accederet præter tẽpus debitum, & q̃ à sole recedens, in locum proprium restitueretur tempore debito. Tertium miraculum est, q̃ naturalis eclipsis semper incipit ab occidentali parte solis, & peruenit usque ad orientalem, & hoc ideo quia luna secundum proprium motum, quo mouetur ab occidente in orientem, est velocior sole in suo proprio motu, & ideo luna ab occidente veniens attingit solem, & pertransit ipsum, ad orientem tendẽs. sed tunc luna iam pertransiuerat solem, & distabat ab eo quasi per medietatem circuli, in oppositione existens, vnde oportuit q̃ reuerteretur ad orientem versus solem, & attingeret ipsum primo ex parte orientali, procedens versus occidentem. Et hoc est quod dicit. Eclipsim etiam ipsam ex oriente vidimus inchoatam, & vsque ad solarem terminum uenientem (quia totum solem eclipsauit) postea regredientem. Quartum miraculum fuit, q̃ in naturali eclypsi ex eadem parte incipit sol prius reapparere, ex qua parte incepit prius obscurari, quia. s. luna se soli subijciens, naturali suo motu solem pertransit versus orientem, & ita partem occidentalem solis quam primo occupat, primo etiam dereliquit: sed tũc luna miraculosè ab oriente versus occidentem rediens, non pertransiuit solem, vt esset eo orientalior: sed postquàm peruenit ad terminum solis, reuersa est versus orientem, & ita parte solis, quam vltimo occupauit, primo etiam dereliquit, & sic ex parte orientali inchoata fuit eclipsis: sed in parte occidentali prius incepit claritas apparere, & hoc est quod dicit, & rursus vidimus non ex eodẽ. i. non ex eadem parte solis & defectum & purgationem, sed ecõuerso secundum diametrum factam. Quintum miraculum addit Chry.* super Mat. dicens, q̃ tribus horis tunc tenebræ permanserunt, cũ eclipsis solis in momento pertranseat, non. n. habet morã, vt sciunt illi qui considerauerunt: unde datur intelligi, q̃ luna quieuerit sub sole, ni si forte velimus dicere, q̃ tempus tenebrarum computatur ab instanti, quo sol incepit obscurari, usque ad instãs in quo totaliter fuit repurgatus: sed sicut Origenes*dicit super Mat. aduersus hoc filii seculi huius dicunt, quòd hoc factum tam mirabile nemo græcorum, aut barbarorum scripsit? Et dicit, q̃ quidam nomine Phlegon in Chronicis suis scripsit hoc in principatu Tiberii Cæsaris factum: sed nõ signauit q̃ fuerit in luna plena. Potuit ergo hoc contingere, quia Astrologi ubique terrarũ tũc temporis existentes, non solicitabantur de obseruanda eclipsi, quia tempus non erat, sed illam obscuritatem ex aliqua passione aẽris accidere putauerunt: sed in Aegypto, ubi raro nubes apparent propter aẽris serenitatem permotus est Dion. & socii eius, vt prædicta circa illam obscuritatem obseruarent.

¶ Ad tertium dicendum, quòd tunc præcipuè oportebat in Christo diuinitatem per miracula ostendere, qñ in eo maximè apparebat infirmitas secundum humanã naturam, & ideo in Christi natiuitate stella noua in cælo apparuit: unde Maximus dicit in sermone Natiuitatis. Si præsepe despicis, erige parumper oculos, & nouam in cælo stellam, protestantem mundo natiuitatem Domini cognoscere. In passione autem adhuc maior infirmitas circa humanitatem Christi apparuit, & ideo oportuit, ut maiora miracula ostenderentur circa principalia mundi luminaria, & sicut Chry.*dicit super Matt. hoc est signum quod petentibus promittebat dare, dicens, Generatio praua & adultera signum quærit & signum non dabitur ei, nisi signum Ionæ prophetæ, crucem significans & resurrectionem: etenim multò mirabilius est in eo, qui crucifixus erat, hoc fieri, quàm ambulante eo super terram.

*Ho.89.in Mat. circa prin.to.2.

ARTICVLVS III.

Vtrum conuenienter Christus circa homines miracula fecerit.

AD Tertium sic proceditur. Videtur quod inconuenienter Christus circa homines miracula fecerit. In homine enim potior est anima quã corpus: sed circa corpora multa miracula Christus fecit, circa animas verò nulla miracula legitur fecisse, nam neque aliquos incredulos ad fidem virtuosè conuertit, sed admonendo, & exteriora miracula ostendendo, neque etiam aliquos fatuos sapientes legitur fecisse. ergo videtur q̃ non conueniens fuit circa homines miracula operatus.

¶2 Præte. Sicut supra dictum est, * Christus faciebat miracula virtute diuina, cuius proprium est subito operari & perfectè absque adiminiculo alicuius: sed Christus non semper subito homines curauit, quantum ad corpus: dicit.n.Mar.8. q̃ apprehensa manu cæci, eduxit eum extra vicum, & expuens in oculos eius, impositis manibus, interrogauit eũ si quid videret, & aspiciens ait, video homines velut arbores ambulantes. Deinde iterũ imposuit manus super oculos eius, & cepit videre, & restitutus est ei visus, ita vt clarè videret omnia, & sic patet q̃ non subitò eum curauit: sed primo quidem imperfectè & per sputum. ergo vr non conuenienter circa homines miracula fecisse.

¶3 Præter. Quæ se inuicem non consequuntur, non oportet q̃ simul tollantur: sed ægritudo corporalis non se per ex peccato causatur, vt patet per illud, quod Dominus dicit Io.9. Neq; hic peccauit, neq; parentes eius, vt cæcus nasceretur. nõ ergo oportuit, vt hominibus corporum curationem quærentibus peccata dimitteret, sicut legitur fecisse circa paralyticum. Mat.9. præsertim, quia sanatio corporalis cum sit minus, quàm remissio peccatorum, non videtur esse sufficiens argumentum, q̃ possit peccata dimittere.

¶4 Præ. Miracula Christi facta sunt ad confirmationẽ doctrinę ipsius: & testimonium diuinitatis eius, vt supra dictum est: * sed nullus debet impedire finem operis sui. ergo videtur inconuenienter Christus quibusdam miraculosè curatis præcepisse, vt nemini dicerent, ut patet Matth.9. & Marc.8. præsertim, quia quibusdam alijs mandauit, vt miracula circa se facta publicarent: sicut Mar.5. legitur, q̃ dixit ei, quem à dæmonibus liberauerat, vade in domum tuam ad tuos, & annuntia eis, quanta tibi Dominus fecerit.

¶ Sed contra est, quòd dr Mat.7. Bene omnia fecit, & surdos fecit audire, & mutos loqui.

¶ Respond. Dicendum, quòd ea, quæ sunt ad finem, debent fini esse proportionata: Christus autem ad hoc in mundum venerat, & docebat, ut homines saluos faceret, secundum illud Ioann. 3. Non enim misit Deus filium suum in mundum, vt iudicet mundum: sed ut saluetur mundus per ipsum, & ideo conueniens fuit, vt Christus particulariter homines miraculosè curando, ostenderet esse vniuersalem, & spiritualem hominum saluatorem.

¶ Super quæstionis 44. Articulum tertium.

TItulus clarus est.

¶In corpore vna conclusio. Conuenienter Christus circa homines miracula fecit. Probatur, ea quæ sũt ad finem, debẽt eõsonare fini: sed ad uentus, miracula doctrinæ; Christi sunt ad salutem humanam, ut finem, ergo debuerunt ei cõsonare. ergo quædã saluti fera circa homines conuenerunt mutacula ad finẽ vniuersalis salutis: Minor patet, Io2. 3. & omnia clara sunt.

¶ Hic, sicut in mille locis, nota, Auctore nihil sibi arrogare de sancto eius doctrina: sed singula quum potuisset complecti proprio nomine, maluit singulis doctoribus tribuere, ut utrumque doceret, & miracula Christi & humilitatem.

¶ Ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Ad primum ergo dicendum, q̃ ea quæ sunt ad finem, distinguuntur ab ipso fine. Miracula autem à Christo facta ordinabantur sicut ad finem, ad rationalis partis salutem, quæ consistit in sapientiæ illustratione, & hominum iustificatione, quorum primum præsupponit secundum: quia, vt dicitur Sap. 1. In malevolam animam non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis. Iustificare autem homines, non conueniebat nisi ẽis volentibus: hoc enim esset, & contra rationem iustitiæ, quæ rectitudinem voluntatis importat, & etiam contra rationem humanæ naturæ, quæ libero arbitrio ad bonum ducenda est, non autem per coactionem. Christus ergo virtute diuina interius hominesiustificauit, non tamen eis inuitis, nec hoc ad miracula pertinet, sed ad miraculorum finem. Et similiter etiam virtute diuina simplicibus discipulis diuinam sapientiam infudit: vnde dicit eis Lucæ 21. Ego dabo vobis os & sapientiam, cui non potuerunt resistere, & contradicere omnes aduersarij vestri: quod quidem quantum ad interiorem illuminationem inter visibilia miracula non numeratur: sed solum quantum ad exteriorem actum, inquantum scilicet videbant homines eos, qui fuerant illiterati, & simplices, tam sapienter & constanter loqui: vnde dicitur Actuum 4. Videntes Iudæi Petri constantiam & Ioannis, comperto quòd homines essent sine literis, & idiotæ, admirabantur. Et tamen huiusmodi spirituales effectus, etsi à miraculis visibilibus distinguuntur, sunt tamen quædam testimonia doctrinæ, & virtutis Christi, secundum illud Hæbræ. 2. Contestante Deo signis & portentis, & variis virtutibus, & Spiritus Sancti distributionibus: sed tamen circa animas hominum, maximè quantum ad immutandas interiores vires, Christus aliqua miracula fecit: vnde Hieronym. * super illud Matth. 9. Surgens secutus est eum, dicit, Furgor ipse & maiestas diuinitatis occultæ, quæ etiam in facie relucebat humana, videntes ad se trahere poterat ex primo aspectu, & super illud Matthæ. 21. Eiiciebat omnes vendentes, & ementes, &c. dicit idem Hieronym. † Mihi inter omnia signa quæ fecit Dominus, hoc videtur esse mirabilius, quòd vnus homo, & illo tempore contemptibilis, potuerit ad vnius flagelli verbera tantam eiicere multitudinem: igneum enim quiddam atque sydereum radiabat ex oculis eius, & diuinitatis maiestas lucebat in facie eius. Et Origen. * dicit super Ioann. Hoc est maius miraculum eo, quo aqua conuersa est in vinum, eo quòd illicin animata subsistit materia, hic vero tot milium hominum domantur ingenia. Et super illud Ioann. 18. Abierunt retrorsum, & ceciderunt in terram, dicit Augustin. † vna vox turbam odiis ferocem, armisque terribilem sine telo vllo percussit, repulit, strauit: Deus enim latebat in carne. Et ad idem pertinet, quod dicitur Luc. 4. quòd Iesus transiens per medium illorum ibat: vbi dicit Chrysostom, * quòd stare in medio insidiantium & non apprehendi, diuinitatis eminentiam ostendebat. & q̃ dicitur Ioan. 8. Iesus abscõdit se & exiuit de templo: vbi Augustin. dicit, Non abscondit se in angulo templi quasi timens, vel post murum aut columnam diuertens: sed diuina potestate se inuisibilem insidiantibus constituens, per medium illorum exiuit. Ex quibus omnibus patet, q̃ Christus quando voluit, virtute diuina animas hominum immutauit, non solum iustificando, & sapientiam infundendo, quod pertinet ad miraculorum finem: sed etiam exteriusalliciendo, vel terrendo, vel stupefaciendo, quod pertinet ad ipsa miracula.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ Christus venerat saluare mundum; non solum virtute diuina, sed per mysterium incarnationis ipsius. Et ideo frequenter in sanatione infirmorum non sola potestate diuina vtebatur, curando per modum impetij, sed etiam aliquid ad humanitatem ipsius pertinens apponendo: vnde super illud Luc. 4. Singulis manus imponens, curabat omnes, dicit Cyrillus, quamuis vt Deus potuisset omnes verbo pellere morbos, tangit tamen omnes, ostendens propriam carnem efficacem ad præstanda remedia. Et super illud Mar. 8. Expuens in oculos eius impositis manibus, &c. dicit Chrysostom. * Spuit quidem & manus imponit cæco, uolens ostendere quòd verbum diuinum operationi adiunctum miracula perficit: manus enim operationis est ostensiua, sputum sermonis ex ore prolati. Et super illud Ioann. 9. Fecit lutum ex sputo, & liniuit lutum super oculos cæci, dicit Augustin. † De saliua sua lutum fecit, quia verbum caro factum est. Vel etiam ad significandum, q̃ ipse erat qui ex limo terræ hominem formauerat, ut Chrysost. dicit: est autem circa miracula Christi, considerandum, quod communiter perfectissima opera faciebat, unde super illud Ioann. 2. Omnis homo primum bonum vinum ponit, dicit Chrysostо. * Talia sunt Christi miracula, ut multo his, quæ per naturam fiunt, speciosiora, & vtiliora fiant; & similiter in instanti infirmis perfectam sanitatem conferebat: unde super illud Mat. 8. Et surrexit, & ministrabat illis, dicit Hier. † Sanitas quæ confertur a Domino, tota simul redit. Specialiter autem in illo cæco contrarium fuit propter infidelitatem ipsius, ut Chrys. * dicit. Vel sicut Beda † dicit, quẽ uno verbo totum simul curare poterat, paulatim curat, vt magnitudinem humanæ cæcitatis ostendat, quæ uix, & quasi per gradus ad lucem redeat, & gratiam suã nobis indicet, per quam singula perfectionis incrementa diuinat.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ sicut supra dictum est, * Christus miracula faciebat uiis tute diuina: Dei autem perfecta sunt opera, ut dicitur Deutero. 32. Non est autem aliquid perfectum, si finem non consequatur: finis autem exterioris curationis per Christum factæ, est curatio animæ, & ideo non conueniebat Christo, ut alicuius corpus curaret, nisi eius curaret animam: unde super illud Ioan. 7. Totum hominem sanum feci in sabbatho, dicit August. * q̃ curatus est, ut sanus esset in corpore, & credidit, ut sanus esset in anima. Specialiter autem paralytico dicitur, Dimittuntur tibi peccata, quia ut Hiero. † dicit super Matt. datur ex hoc nobis intelligentia propter peccata plerisq; euenire corporum debilitates, & ió forsitan prius dimittuntur peccata, ut causis debilitatis ablatis, sanitas restituatur: unde & Ioann. 5. dicitur, iam noli amplius peccare, ne deterius tibi aliquid cõtingat, vbi dicit Chryso. * Discimus q̃ ex peccatis nata erat ei ægritudo. Quamuis autem, ut Chrys. † dicit super Mat. quanto anima est potior corpore, tanto peccatum dimittere maius sit, quàm corpus sanare, quia tamen illud non est manifestum, facit minus quod est manifestius, ut demonstraret maius & non manifestum.

¶ Ad quartum dicendum, quòd super illud Mat. 9. Videte ne quis sciat, dicit Chrysostо. * Non est hoc contrarium, quod hic dicitur ei, quod alteri dicit: unde & annuntia gloriam Dei: erubit enim nos prohibere eos qui nolunt nos propter nos laudare, si autem ad gloriam Dei refertur, non debemus prohibere, sed magis iniungere, vt hoc fiat.

¶ Super

†Super illud Mat. 9 Cum transiret vidit hominem sedentem, &c. 9.

†Super illud Matt. 21. videntes princ. & scribæ mirabilia quæ fecit &c. 9.

*In fo 128 qui li. 1. in lucẽ prodit, anno Do: 1555. Parisiis.

† Tractat. 112. in Io. post med. to. 9.

*Homil. 3. in Matth. ante medi. to 2.

*Tract. 24 in Io. fuit remot. a prin. to.

*Hom. 2. in Io. post med. illius to. 3.

†Super illud Matt. Cũ venisset Iesus in domũ Petri &c. 8.

* Ho. 8. in Matth. non multũ ante.

†Beda super Lucã 8. in 5. 14. secundi eius oculi &c. 5.

*Q. Præc. art. 2.

*Tract. 49 in Ioan. med. to 9.

† Matth. 9 super illud, quia cæci illuminãtur &c. 10. 9

*Hom. 17 in Io. to. 3.

†Hom. 17 in Matth. a med. to. 2

*Hom. 34 in Matth. non multũ longe a prin. to. 2.

¶ Super quæstionis 44. Articulum quartum.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum conuenienter Christus fecerit miracula circa creaturas irrationales.

TItulus clarus est.

¶ In corpore una conclusio: conuenienter Christus fecit miracula in creaturis irrationalibus. Probatur. miracula Christi fuerunt ad monstrandã illius deitatem pro salute hoium, sed ad deitatis uirtutem spectat subiectio omnium. ergo conueniens fuit, ut in oibus generib. creaturarum Christus miracula faceret. ergo in irrationalibus. Omnia clara sunt.

AD quartum sic proceditur. Videtur quòd inconuenienter fecerit Christus miracula circa creaturas irrationales. Bruta.n. animalia sunt nobiliora plantis: sed Christus fecit aliquod miraculum circa plantas, puta cum ad verbum eius siccata siculnea, vt dr̃ Matth. 21. ergo videtur q̃ etiam circa animalia bruta miracula facere debuisset.

¶ 2 Præte. Pœna non iustè infertur, nisi pro culpa: sed non fuit culpa siculneæ, q̃ in ea Christus fructum non inuenit, quando non erat tempus fructuum. ergo vr̃ q̃ inconuenienter eã siccauerit.

¶ 3 Præ. Aqua & aër sunt in medio cæli & terræ: sed Christus aliqua miracula fecit in cælo (sicut supra dictum est*) similiter etiã in terra, q̃n in eius passione terra mota est. ergo vr̃ q̃ et in aëre, & aqua aliqua miracula facere debuerit, ut mare diuideretur, sicut fecit Moyses, vel et flumen, sicut fecerunt Iosue, & Helias, vt fierent in aëre tonitrua, sicut factum est in monte Sinai, quando lex dabatur, & sicut Helias fecit 3. Reg. 13.

¶ 4 Præt. Opera miraculosa pertinent ad opus gubernationis mundi per diuinam prouidentiam: hoc autem opus præsupponit creationem. inconueniens ergo videtur quòd Christus in suis miraculis usus est creatione, quando scilicet multiplicauit panes. non ergo conuenientia uidentur fuisse eius miracula circa irrationales creaturas.

¶ SED CONTRA est, quòd Christus est Dei sapientia, de qua dicitur Sapien. 8. quòd disponit omnia suauiter.

¶ RESPON. Dicendum, quòd (sicut supra dictum est*) miracula Christi ad hoc ordinabãt, q̃ virtus diuinitatis cognosceretur in ipso ad hoium salutem. Pertinet aũt ad virtutem diuinitatis, vt omnis creatura sit ei subiecta, & ideo in omnibus creaturarum generibus miracula eum facere oportuit, & non solum in hominibus, sed etiam in irrationalibus creaturis.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd animalia bruta propinquè se habent secundum genus ad hominẽ, vnde & in eodem die cum homine facta sunt. Et quia circa corpora humana multa miracula fecerat, non oportebat q̃ circa corporum brutorum animalium aliqua miracula faceret, præsertim quia quantum ad naturam sensibilem & corporalem, eadem ratio est de hominibus, & de aliis animalibus, præcipuè terrestribus. Pisces autem cũ viuant in aqua, magis à natura hominum differunt, vnde & alio die sunt facti, in quibus miraculum Christus fecit in copiosa piscium captura, vt legitur Luc. 5. & Io. vlt. & etiam in pisce, quem Petrus cepit, & in eo inuenit stater em. Quòd autẽ porci in mare præcipitati sunt, non fuit operatio diuini miraculi: sed operatio dæmõnis ex permissione diuina.

¶ Ad secundum dicendum, quòd sicut Chrys. * dicit super Mat. cum in plantis uel brutis aliquid tale Dominus operatur, non quæras qualiter iustè siccata est ficus, si tempus non erat: hoc.n. quærere est vltimæ dementiæ: quia. s. in talibus non inuenitur culpa & pœna: sed miraculum inspice, & admirare miraculi factorem: nec facit creator iniuriam possidenti, si creatura sua suo arbitrio vtat ad alioru salutem: id magis (vt Hilar. *dicit super Mat.) in hoc bonitatis diuinæ argumẽtũ reperimus: nã vbi afferre voluit procuratæ per se salutis exemplum, virtutis suæ potestatem in humanis corporibus exercuit: vbi verò in contumaces formam seueritatis constituebat, futuri speciem damnationis indicauit. & præcipuè (vt Chrys. dicit) in siculnea, quæ est humiditissima, ut miraculum maius appareat.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ Christus ẽt in aqua & in aëre fecit miracula, quæ sibi conueniebant, quando. s. ut legitur Mat. 8. imperauit ventis & mari, & facta est trãquillitas magna. Non autem conueniebat ei, qui omnia in statum pacis, & tranquillitatis reuocare venerat, ut vel turbationem aëris, vel diuisionem aquarum faceret: vnde Apostolus dicit Heb. 12. Non accessistis ad tractabilem & accessibilem ignem, & turbinem, & caliginem & procellã. Circa passionem tñ diuisum est velum, ad ostendendum reserationem mysteriorũ legis. Aperta sunt monumenta, ad ostendendum, q̃ per eius mortem, mortuis via daretur. Terra mota est & petræ scissæ sunt, ad ostendendum q̃ lapidea hominum corda per eius passionem emollirentur, & q̃ totus mundus virtute passionis eius erat in melius commutandus.

¶ Ad quartum dicendum q̃ multiplicatio panũ non est facta per modum creationis, sed per [d] additionem ex tranea materiæ in panes conuersæ: vnde Aug. super Ioã. dicit: * vnde multiplicat de paucis granis segetes, inde in manibus suis multipl cauit quinque panes. Manifestũ est autem, q̃ per conuersionem grana multiplicantur in segetes.

Ar. præced.

Ar. 2. & 2. huius q.

* Ho. 68. in Mat. dũ agit de Hist. siculneæ. to. 3.

*Homil. 3. in Matth. ante medi. to 2.

*loco iã dicto in prin. huius solutionis.

D. 968.

*Tra. 24 in Io. non procul a princ. to. 9.

QVAEST. XLV.

De transfiguratione Christi, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de transfiguratione Christi.

Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primo, Vtrum conueniens fuerit Christum transfigurari.

¶ Secundo, Vtrum claritas transfigurationis fuerit claritas gloriosa.

¶ Tertio, De testibus transfigurationis.

¶ Quarto, De testimonio paternæ uocis.

ARTICVLVS I.

Vtrum fuerit conueniens Christum transfigurari.

¶ Super quæstionis 45. Articulum primum.

AD PRIMVM sic proceditur. Vẽ q̃ non fuerit conueniens Christum transfigurari: non enim competit vero corpori, ut in diuersas figuras mutetur, sed corpori phantastico. Corpus autem Christi non fuit phantasticum, sed verum, vt supra habitum est. * ergo videtur quòd transfigurari nõ debuerit.

¶ 2 Præ. Figura est in quarta specie qualitatis, claritas autem est in tertia, cum sit sensibilis qualitas. assumptio ergo claritatis à Christo transfiguratio dici non debet.

Tertia S. Tho. S 4 disse-

242 Opu. 60. c. 16.

TItulus ex Euangelio clarus est.

¶ In corpore unica est conclusio. Conueniens fuit Christum transfigurari. Probatur primo. Oportet q. 5. ar. 1. si nẽ aliqualiter præcognosci ad diredẽdũm uia, præsertim difficili, aspera & laboriosa, ad finem iucundum: sed uia

Universidad de Deusto
Biblioteca

discipulorũ Christi per passionem fuit morte præuentus, & finis gloriæ est similis gloriæ Christi, ad quam peruenit per passionem Christus. ergo conueniens fuit nõstrariq; iam Christi, qđ est ipsum transfigurari. Maior declaratur dupliciter, & exemplo sagittatoris, & verbo Thomæ. Minor autem quo ad Christum Lucæ vltimo, quo ad discipulos Actuum 4. & ad Philippenses 3. Et confirmatur auctoritate Bedæ. Omnia clara sunt.

* Non cõple uit morte præuentus.

¶ Super quæstionis quadragesimæ-- quintæ, Articul. II.

TItulus quærit an illa claritas, quæ apparuit Christo fuerit claritas, quæ ponit vna ex quatuor dotibus corporis gloriosi: hoc est. n. quærere an fuerit claritas gloriosa. Et quæritur hoc ad differentiã claritatis, quæ alias apparere põt, vt in natiuitate Domini dr, q̃ claritas Dei, circũfulsit illos, & in resurrectione Dñi. Angeli in claritate candida apparuerunt: constat enim hmõi claritates non esse claritates corporum gloriosorum, & propterea hic in quæstionem uertitur, an illa claritas Domini in transfiguratione fuerit, sicut dicũt claritates, an fuerit claritas corporis gloriosi.

¶ In corpore duo fiũt. Primo ponit conclusio, & probatur, secundo ex illa excludit opinio Hugonis de S. Victore. Cõclusio est habẽs duas partes. Claritas illa fuit claritas gloriæ, quantum ad essentiã, & non quãtum ad modũ essendi. Probatur primum: Claritas gloriæ deriuatur ab aia in corpus:

* Sup illud Matth. 17. transfigurus est ante eos, to. 9.

* Mar. 9. patrum a prin. to. 2.

¶ 3 Præter. Corporis glorioſi sunt quatuor dotes (vt infra dicetur †). s. impassibilitas, agilitas, subtilitas, & claritas. non ergo debuit transfigurari magis secundum assumptionẽ claritatis, quàm secundum assumptionẽ aliarum dotium.

¶ Sed contra est, quòd dr Mat. 17. q̃ Iesus transfiguratus est ante tres discipulorum suorum.

¶ Respond. dicendum, quòd Dominus discipulos suos prænũtiata sua passione, induxerat eos ad suæ passionis sequelam. Oportet autem ad hoc q̃ aliquis directe procedat in uia. q̃ finem aliqualiter præcognoscat, sicut sagittator non rectè iaciet sagittam, nisi prius signum prospexerit in quod iacendum est: unde & Thomas dixit Ioann. 14. Domine, nescimus quo vadis, & quomodo possumus uiam scire? Et hoc præcipuè necessarium est, quando via est difficilis & aspera, & iter laboriosum, finis vero iocundus. Christus autem per suam passionem ad hoc peruenit, vt gloriam obtineret nõ solum animæ, quam habuit à principio suæ conceptionis, sed etiam corporis, secundum illud Luc. vlti. Hæc oportuit Christum pati, & ita intrare in gloriam suam: ad quam etiam perducit eos, qui uestigia suæ passionis sequuntur, secundum illud Act. 14. Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum cælorum. Et ideo cõueniens fuit, vt discipulis suis gloriã suæ claritatis ostenderet, quod est ipsum transfigurari, cui suos configurabit, secundum illud Phil. 3. Reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ: unde Beda* dicit super Matth. Pia prouisione factum est, vt contẽplatione semper manentis gaudii ad breue tempus delibata, fortius aduersa tolerarent.

¶ Ad primum ergo dicendum, q̃ sicut Hieronym.* dicit super Matth. nemo putet Christum per hoc, quòd transfiguratus dicitur, pristinam formam, & faciem perdidisse, vel amisisse corporis veritatem, & assumpsisse corpus spirituale vel aëreum: sed quo modo transformatus sit, Euangelista demonstrat dicens, Resplẽduit facies eius sicut sol: vestimenta autẽ eius facta sunt alba sicut nix. vbi splendor faciei ostenditur, & candor describitur vestium, nõ substantia tollitur, sed gloria commutatur.

¶ Ad secundum dicendum, quod figura circa extremitatẽ corporis cõsideratur: est. n. figura quæ termino, vel terminis comprehẽditur. Et ideo ossa illa, quæ circa extremitatẽ corporis considerantur, ad figurã quodãmõ pertinere videntur: sicut aũt color, ita & claritas corporis non transparẽtis, in eius superficie attenditur. Et ideo assumptio claritatis, transfiguratio dicitur.

¶ Ad tertium dicendum, quod inter prædictas quatuor dotes, sola claritas est qualitas ipsius personæ in seipsa, aliæ verò tres dotes non percipiũtur, nisi in aliquo actu, vel motu, seu passione. Ostendit igitur Christus in seipso aliqua illarum trium dotũ indicia, puta agilitatis, cum supra vndas maris ambulauit, subtilitatis, quando de clauso vtero Virginis exiuit, impassibilitatis, qñ de manibus iudæorum, vel præcipitare, vel lapidare eũ volentium, illæsus euasit. Nec tamen propter illa transfiguratus dr, sed pp solam claritatẽ, quæ pertinet ad aspectum personæ ipsius.

† 3. d. 49. a. 2.

Articvlvs II.

Vtrum claritas Christi in trãsfiguratione fuerit claritas glorioſa.

AD Secundum sic proceditur. Videtur quod illa claritas non fuerit claritas glorioſa. Dicit. n. quædam glo. Bedæ super illud Mat. 17. Transfiguratus est coram eis, in corpore, inquit, mortali, ostendit non immortalitatem, sed claritatem similem futuræ immortalitati: sed claritas gloriæ est claritas immortalitatis. non ergo illa claritas quam Christus discipulis ostendit fuit claritas gloriæ.

¶ 2 Præter. Super illud Luc, 9. Nõ gustabunt mortem, nisi uideãt regnũ Dei, dicit gloſſ.* Bedæ, ideſt, glorificationem corporis in imaginaria repræsentatione futuræ beatitudinis: sed imago alicuius rei, nõ est ipsa res. ergo claritas illa non fuit claritas beatitudinis.

* Ca. 38. in Luc. secũd. seriẽ Bedæ ante med. to. 2.

¶ 3 Præ. Claritas gloriæ non est, nisi in corpore humano: sed claritas illa transfigurationis apparuit non solum in corpore Christi: sed etiam in uestimentis eius, & in nube lucida, quę discipulos obumbrauit. ergo videtur, quòd illa claritas non fuerit claritas gloriæ.

¶ Sed contra est, quòd super illud Mat. 17. Transfiguratus est ante eos, dicit Hieronym. * Qualis futurus est tempore iudicij, talis apostolis apparuit. & super illud Matth. 16. Donec videant filium hominis venientẽ in regno suo, dicit Chrysostom. † Volens monstrare quid est illa gloria, in qua postea venturus est, eis in præsenti uita reuelauit, sicut possibile erat eos discere, vt neque in Domini mortem iam doleant.

* Sup illud Matth. 17. transfiguratus est ante eos, to 3. † Hom. 57. in Mat. circa prin. a.

¶ Resp. Dicendum, q̃ claritas illa, quam Christus in transfiguratione assumpsit, fuit claritas gloriæ quantum ad essentiam, non tamen quantum ad modum essendi: claritas. n. corporis glorioſi deriuatur ab aĩe claritatẽ, sicut Aug.* dicit in Epist. ad Dioscorũ: & similiter claritas corporis Christi claritas Christi deriuata est a deitate, & aĩa in corpus ergo. Maior est Augustini ad Dioscorũ. Minor est Damasc. quo ad deitatem: probatur quia nõ est adempta Christo potestas deriuandi gloriã aĩæ ad corpus ex dispensatione, ne redundaret: secunda pars probatur ex differetia inter claritatis modos eis ẽ di diuersos. s. uel per modum quantitatis permanentis, vel per modũ passionis transeũtis. nam primo mõ est claritas gloriæ ẽt quo ad modum essendi: non sc̃do, quod manifestatur ex alia dicta, quia corpora glorioſa sunt affecta claritate ita ut naturaliter fulgeãt. hoc aũt miraculose. Et declaratur modus essendi, sicut lumen in aere. Declaratur miraculum: sicut ambulare super aquas, & auctoritate Dio. confirmatur.

* Ca. 38. in Luc. secũd. seriẽ Bedæ ante med. to. 2.

¶ Deinde excludit opinio Hugonis de S. Victori in hoc secũdo differt quo ad uerba, quia dotis nomine usus est, quæ quid fixum sonare vr̃: sed forte quo ad rem idẽ sentit, s. q̃ assumpsit dotẽ, secundũ essentiam, non secũdũ modum essendi. i. non per modũ dotis. Omnia clara sunt in litera.

¶ Circa rõnem litęæ dubium occurrit: tum quia fualida uſ, ex hoc q̃ nõ est adempta Christo potestas deriuandi gloriã animæ ad corpus, inferendo, ergo gloria illa deriuata est ab anima: a posse namq; ad cẽ non ualet argũ: tum quia si gloria illa deriuata est ab anima in corpus, ergo non est miraculosa, sed naturalis, quoniam pro illo tempore redũdantia prius prohibita naturalem cursum suum fecit. Et sic totum oppositum vr̃. s. q̃ non esse clarum Christi corpus, erat miraculosũ, quia miraculose sulpẽdebatur redundantia animæ ad corpus: fulgere autem erat naturale, quia sibi derelictum, fulgebat.

* Cap. 38. in Luc. secũd. seriẽ Bedæ ante med. to. 2.

D. 49. * Epi. 56. ad med. to. 2. D. 3 to.

¶ Ad hoc dr, q̃ quia dispensatio est sicut exceptio quædam a regula generali (vt patet secundum cõem vsum Ecclesiæ & regulariter aĩa beata glorificat corpus, quod animat, ut Aug. dicit, ac per hoc cũ anima Christi fuerit beata ab initio sui, debebat regulariter ipsius corpus glorioſum esse ex naturali redundãtia animæ beatæ ad corpus, quod utiq; ficat: sed quia christus uoluit pati, & ſ similitudine carnis peccati nobiſcum conuersari, ſuspendit actualem redundantiam gloriæ in corpus ab aĩa ſua. Et hoc est dispensasse in generali regula redundantiæ. Ex qua dispensatiua ſuſpenſione actualis redundantiæ, factũ est, ut corpus remaneret passibile, vepote non dotatum actualiter ad huc ab animæ gloria, & vt anima nihil minus potestatis in se haberet. ¶ Si redũdãdo actualiter communicaret corpori ſuo gloriam. nihil enim ex hoc animæ adẽptũ est, niſi actualiter redundantia ad tempus, ex quo conſtat non minuit ipſius animæ secũdum ſe potestatẽ, propterea in litera dicitur, q̃ non est per dispensationem adempta Christo potestas deriuandi gloriã animæ ad corpus. Et quia de facto apparuit gloria in corpore Christi, monſtrata ad hoc, vt Apoſtoli uiderent, vel modicum futurę gloriæ poſt reſurrectionẽ, consequens est, ut gloria illa nõ alia fuerit, quàm illa quæ est ipsius Chr̃i propria, quam cõſtat ab anima deriuari: alioquin non ostẽdiſſet illis gloriam ſuã, ſed aliã eũm tamen Ioannes, qui uidit, dicat, vidimus gloriã eius: Quocirca quia poſita potestate deriuandi, dubium non est quin deriuatio ſequuta fuerit, ideo ſufficit Auctori potestatem deriuandi declarasſe, pro manifeſto relinquens q̃ actualiter deriuata est.

D. 486. & 987. 2. 2. q. 175. ar. 3. ad 2.

¶ Et licet claritas illa relata ad aĩam Christi fuerit non miraculoſa, ſed naturalis (vt obiiciendo dr, quia beata erat anima Christi) relata tamen ad corpus Christi miraculoſa erat, quia corpus illud ẽt tũc erat paſſibile: quod. n. corpus paſſibile ſurgeat ſicut ſol, miraculoſum est. Verum ſi deriuata totaliter fuiſſet in transfiguratione derſuata est, & à diuinitate ipſius (vt Damaſ. dicit) & à gloria animæ eius. Quod. n. à principio conceptionis Chriſti, gloria animæ non redundaret ad corpus, ex quadam diſpenſatione diuina factum est, vt in corpore paſſibili noſtræ redemptionis expleret myſteria, sicut ſupra dictum est.* Non tamen per hanc adẽptam est Chriſto poteſtas deriuãdi gloriam animæ ad corpus. Et hoc quidẽ fecit, quantum ad gloriæ claritatẽ in transfiguratione. Aliter tamen quam in corpore glorificato: nam ad corpus glorificatum redundat claritas ab anima, ſicut qualitas quædam permanẽs, corpus afficiens: unde fulgere corporaliter, non est miraculoſum in corpore glorioſo: ſed ad corpus Chriſti in transfiguratione deriuata est claritas à diuinitate & anima eius, non per modum qualitatis immanentis & afficiẽtis ipſum corpus, ſed magis per modũ paſſionis tranſeuntis, ſicut cum aër illuminatur à Sole: unde illo fulgor tũc in corpore Chriſti apparens. miraculoſus fuit, ſicut & hoc ipſum, quòd ambulauit ſuper vndas maris: vnde Dionyſi.* dicit in Epiſto. 4. ad Caium, Super hominem operabatur Chriſtus ea, quæ ſunt hominis, & hoc monſtrat Virgo ſupernaturaliter concipiens, & aqua inãbilis, materialium & terrenorum pedum ſuſtinens grauitatem: vnde non est dicendum (ſicut Hugo de Sanct. Victo. dixit) quòd Chriſtus aſſumpſit quatuor dotes: claritatis in transfiguratione: agilitatis, ambulando ſuper mare: ſubtilitatis, egrediendo de clauſo vtero Virginis, & impaſſibilitatis in cœna, qñ dedit corpus ſuũ ad edendũ, ſine hoc q̃ diuideret: quia dos nominat quandam qualitatẽ immanentem corpori glorioſo: ſed mirabiliter habuit ea, quæ pertinent ad dotes. Et est ſimile quantum ad aĩam de viſione, qua Paulus uidit Deum in raptu, vt in ſecunda parte dictum est.*

* Incipit hæc epiſto. Quæris qui dem circa med. illius.

¶ Ad primum ergo dicendum, q̃ ex illo verbo non oſtenditur, q̃ claritas Chriſti non fuerit claritas gloriæ, ſed q̃ non fuit claritas corporis glorioſi, quia corpus Chriſti nondũ erat immortaliter ſicut. n. diſpenſatiue factũ est, ut in Chriſto gloria animæ non redundaret ad corpus, ita fieri potuit diſpẽſatiuè, vt redundaret quantũ ad dotẽ claritatis, & non quantum ad dotẽ impaſſibilitatis.

¶ Ad ſecundum dicendum, q̃ illa claritas dr imaginaria fuiſſe, nõ quin esſet vera claritas gloriæ: ſed quia erat quædam imago repræſentans illã gloriæ perfectionem, ſecundum quã corpus erit glorioſum.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ ſicut

claritas, quæ erat in corpore Chriſti, repræſentabat futuram claritatem corporis eius, ita claritas veſtimentorum eius deſignat futuram claritatem ſanctorum, quæ ſuperabitur à claritate Chriſti, ſicut candor niuis ſuperatur à ſplendore ſolis: vnde Grego.* dicit 32. Moralium, quòd veſtimenta Chriſti facta ſunt ſplendentia, quia in ſupernæ claritatis culmine ſanctiones, ei luce iuſtitiæ fulgentes adhærebunt: ueſtiũ enim nomine iuſtos, quos ſibi adiunget ſignificat, ſecundũ illud Iſai. 49. His omnibus velut ornamento veſtieris, Nubes autem lucida ſignificat Spiritumſanctũ gloriam, vel virtutem paternam (vt Orig. dicit*) per quam ſancti in futura gloria protegentur: quamuis etiam conuenienter ſignificare poſſit claritatem mundi innouati, quæ erit ſanctorum taberna culum: unde Petro diſponente tabernacula facere, nubes lucida diſcipulos obumbrauit.

* li. 32. c. 5. in fi.

* cap. 3. in Matt. inter med. & fin. to. 3.

Articvlvs III.

Vtrum teſtes transfigurationis conuenienter fuerint inducti.

AD Tertium sic proceditur. Videtur quòd non conuenienter inducti fuerint teſtes transfigurationis. Vnuſquiſque enim maximè põt perhibere teſtimonium de notis: ſed qualis eſſet futura gloria tempore transfigurationis Chriſti nulli homini per experimentum erat adhuc notum, ſed ſolis angelis. ergo teſtes transfigurationis magis debuerunt eſſe angeli, q̃ homines.

¶ 2 Præ. Teſtes veritatis non decet aliqua fictio, ſed ueritas: Moyſes autẽ & Helias nonibi uerè affuerunt, ſed imaginarie, dicit enim quædam glo.* ſuper illud Luc. 9. Erant autẽ Moyſes, & Helias, &c. Sciendum eſt, inquit, non corpora, vel animas Moyſi, & Heliæ ibi apparuiſſe: ſed in ſubiecta creatura illa corpora fuiſſe formata. Potest etiam credi angelico miniſterio hoc factum eſſe, vt Angeli eorum perſonas aſſumerent. non ergo vr̃ q̃ fuerint conuenientes teſtes.

¶ 3 Præt. Act. 10. dr̃ q̃ Chriſto omnes prophetæ teſtimonium perhibẽt. ergo non ſoli Moyſes & Helias debuerunt adeſſe tamquam teſtes, ſed etiã omnes prophetæ.

¶ 4 Præ. Gloria Chriſti omnibus Chriſti fidelibus repromittitur, quos per ſuam transfigurationem ad illius gloriæ deſiderium accendere uoluit.

* Ex li. 3. de mirabilib. ſacræ ſcripturæ. q. 13. colligitur: inter opera Aug to. 5.

228

Super Quæſt. 45 Artic. III.

TIrulus clarus eſt.

¶ In corpore uni-

Universidad de Deusto
Biblioteca

vnica cõclusio. Cõuenienter inducti sunt testes transfigurationis. Probatur. Ad gloriam æternam, p Christum adducuntur homines præcedẽtes ipsum, & sequentes. ergo conuenienter homines duo ex præcedẽtibus, & tres ex sequentibus inducti sunt transfigurationis testes. Antecedens licet sic clarũ, manifestatur tamen ex mysterio turbarum clamantium, &c. Consequentia aũt quo ad transfigurationem probatur, quia transfiguratio nihil aliud fuit, quã quædam demõstratio gloriæ inuitatiua ad ipsam. Quo ad numerum testium probatur, quia in ore duorum, vel trium.

Ar. 1. huius q.

Alias, &

Et ideo conuenienter non Angeli, sed homines ad hoc pro testibus inducuntur.

¶ Ad secundum dicendum, quòd glosi illa dicitur esse sumpta ex lib. qui intitulatur de Mirabilibus sacræ Scripturæ, qui non est liber authenticus, sed falsò ascribitur Augu. & ideo illi glossæ non est standum: dicit enim expresse Hieron. * super Matth. Considerandum est, quòd Scribis, & Pharisæis de cælo signa postentibus dare noluit: hic vero vt Apostolorum augeat fidem, dat signum de cælo: Helia inde descendente, quo conscenderat, & Moyse ab inferis resurgente: quod non est sic intelligendum, quasi anima Moysi suum corpus resumpserit: sed quòd anima eius apparuit per aliquod corpus assumptum, sicut Angeli apparent. Helias autem apparuit in proprio corpore, non quidem de cælo empyreo allato, sed de aliquo eminenti loco, in quod fuerat in curru igneo raptus.

D. 8 13.

* Sup illud Mat. 17. Et apparuit illis Moyses, & Helias, to. 9.

¶ Ad tertium dicendum, quòd (sicut Chrysost. dicit super Matth.) Moyses & Helias in medium adducuntur propter multas rationes. Prima est hæc: quia. n. turbabant dicebant eum esse Heliam, vel Hieremiam, aut unũ ex Prophetis, capita Prophetarum secum ducit, ut sãltẽ hinc appareat differentia seruorum & Domini. Secundaro est, quia Moyses legem dedit, Helias pro gloria domini æmulator fuit: vnde per hoc q̃ simul cum Christo apparent, excluditur calumnia Iudæorum accusantium Christum tanquam transgressorem legis, & blasphemum, Dei sibi gloriam usurpantem. Tertia ratio est, vt ostendat se habere potestatem mortis & uitæ, & esse iudicem mortuorũ, & viuorum, per hoc q̃ Moysem iam mortuum & Heliam adhuc viuentẽ, secum ducit. Quarta ratio est, quia sicut Lucas dicit, Loquebantur cum eo de excessu, quem completurus erat in Hierusalem. i. de passione & morte sua. & ideo vt super hoc discipulorũ animos confirmaret, inducit eos in medium, qui se morti exposuerunt pro Deo. Nam Moyses cum periculo mortis se obtulit Pharaoni: Helias vero regi Achab. Quinta ratio est, quia volebat vt discipuli sui æmularent Moysi mansuetudinem, & zelum Heliæ. Sextam rationem addit Hilar. * vt ostenderet. f. se per legem quã dedit Moyses, & per Prophetas, inter quos fuit Helias præcipuus, esse prædicatum.

*Homi. 57. in Mat. super illud, apparuerũt Moyses, & Helias, to. 2

* cap. 17 in Matth non remote a prin.

¶ Ad quartum dicendum, q̃ alta mysteria non sunt non ergo solos Petrum & Iacobum & Ioannem in testimonium suæ transfigurationis assumere debuit, sed omnes discipulos.

¶ In contrarium est, euangelicæ scripturæ auctoritas.

¶ Respondeo dicendum, quòd Christus transfigurari voluit, vt gloriam suam hominibus ostenderet, & ad eã desiderandam homines prouocaret, sicut supra dictum est. * Ad gloriam autem æternæ beatitudinis adducuntur homines per Christum, non solũ qui eum præcesserunt: unde eo ad passionem properante, tam turbæ, quæ sequebantur, quàm quæ præcedebant, ei clamabant Hosanna, ut dicitur Matt. 21. quasi salutem ab eo petentes, & iõ conueniens fuit, ut de præcedentibus ipsum testes adessent, scilicet Moyses & Helias, & de sequentibus ipsum, scilicet Petrus & Iacobus & Ioannes, vt in ore duorum, * uel trium testium staret hoc uerbum.

¶ Ad primum ergo dicendum, q̃ Christus per suam transfigurationem manifestauit discipulis corporis gloriam, quæ ad solos homines pertinet. Et ideo conuenienter non Angeli, sed homines ad hoc pro testibus inducuntur.

¶ Ad secundum dicendum, quòd glosi illa dicitur esse sumpta ex lib. qui intitulatur de Mirabilibus sacræ Scripturæ, qui non est liber authenticus, sed falsò ascribitur Augu. & ideo illi glossæ non est standum: dicit enim expresse Hieron. * super Matth. Considerandum est, quòd Scribis, & Pharisæis de cælo signa postentibus dare noluit: hic vero vt Apostolorum augeat fidem, dat signum de cælo: Helia inde descendente, quo conscenderat, & Moyse ab inferis resurgente: quod non est sic intelligendum, quasi anima Moysi suum corpus resumpserit: sed quòd anima eius apparuit per aliquod corpus assumptum, sicut Angeli apparent. Helias autem apparuit in proprio corpore, non quidem de cælo empyreo allato, sed de aliquo eminenti loco, in quod fuerat in curru igneo raptus.

¶ Ad tertium dicendum, quòd (sicut Chrysost. dicit super Matth.) Moyses & Helias in medium adducuntur propter multas rationes. Prima est hæc: quia. n. turbabant dicebant eum esse Heliam, vel Hieremiam, aut unũ ex Prophetis, capita Prophetarum secum ducit, ut sãltẽ hinc appareat differentia seruorum & Domini. Secundaro est, quia Moyses legem dedit, Helias pro gloria domini æmulator fuit: vnde per hoc q̃ simul cum Christo apparent, excluditur calumnia Iudæorum accusantium Christum tanquam transgressorem legis, & blasphemum, Dei sibi gloriam usurpantem. Tertia ratio est, vt ostendat se habere potestatem mortis & uitæ, & esse iudicem mortuorũ, & viuorum, per hoc q̃ Moysem iam mortuum & Heliam adhuc viuentẽ, secum ducit. Quarta ratio est, quia sicut Lucas dicit, Loquebantur cum eo de excessu, quem completurus erat in Hierusalem. i. de passione & morte sua. & ideo vt super hoc discipulorũ animos confirmaret, inducit eos in medium, qui se morti exposuerunt pro Deo. Nam Moyses cum periculo mortis se obtulit Pharaoni: Helias vero regi Achab. Quinta ratio est, quia volebat vt discipuli sui æmularent Moysi mansuetudinem, & zelum Heliæ. Sextam rationem addit Hilar. * vt ostenderet. f. se per legem quã dedit Moyses, & per Prophetas, inter quos fuit Helias præcipuus, esse prædicatum.

¶ Ad quartum dicendum, q̃ alta mysteria non sunt omnibus exponenda immediate: sed per maiores suo tẽpore ad alios debent deuenire. & ideo, vt Chryso. † dicit, assumpsit tres tamquam potiores. Nam Petrus excellens fuit in dilectione, quam habuit ad Christum, & iterum in potestate sibi commissa. Ioann. vero in priuilegio amoris, quo à Christo diligebatur propter suam virginitatem, & iterum propter prærogatiuam euangelicæ doctrinæ: Iacobus autem propter prærogatiuam martyrii, & tamen hos ipsos noluit hoc quod viderant, aliis annuntiare ante resurrectionem, ne (vt Hier. * dicit) & incredibile esset pro rei magnitudine, & post tantã gloriam apud rudes animos sequens crux scandalum faceret, vel etiam totaliter impediretur à populo, & vt cum essent Spiritusancto repleti, tunc gestorum spiritualium testes essent.

*Homi. 57. in Matth. non procul a prin. to.

* Sup illud Mat. 17. Nemini dixeritis visionem, to. 9.

ARTICVLVS IIII.

Utrum conuenienter auditum fuerit testimonium paternæ vocis in transfiguratione.

¶ *Super quæstionis quadragesimæ quintæ, Articulum III.*

AD Quartum sic proceditur. Videtur quòd inconuenienter auditum fuerit testimonium paternæ vocis dicentis, Hic est filius meus dilectus: quia, vt dicitur Iob 33. semel loquitur Deus, & secundo idipsum non repetit: sed in baptismo hoc ipsum paterna vox fuerat protestata. non ergo fuit conueniens, q̃ hoc iterũ protestaretur in transfiguratione.

¶ 2 Præt. In baptismo simul cum voce paterna affuit Spiritussanctus in specie columbæ, quod in transfiguratione factum non fuit. Non ergo conueniens videtur fuisse Patris protestatio.

¶ 3 Præ. Christus docere incepit post baptismum, & tũ in baptismo vox patris ad eum audiendum hoies non induxerat. ergo nec in transfiguratione inducere debuit.

¶ 4 Præ. Non debent aliquibus dicta, quæ ferre non possunt, secũdum illud Ioann. 16. Adhuc habeo vobis multa dicere, quæ non potestis portare modo: sed discipuli vocem patris ferre non poterant: dicitur. n. Matth. 17. quòd audientes discipuli ceciderũt in faciem suam, & timuerunt valde. ergo non debuit vox paterna ad eos fieri.

¶ In contrarium est auctoritas Euangelicæ scripturæ.

¶ Respondeo Dicendum, q̃ adoptio filiorum Dei est per quandã conformitatem imagiuis ad filiũ Dei naturalem. Quod quidem fit dupliciter. primo quidem, fit per gratiam viæ, quæ est conformitas imperfecta. Secundo, per gloriam patriæ, quæ erit conformitas perfecta, secundum illud 1. Ioan. 3. Nunc filii Dei sumus, & nondum apparuit quid erimus: scimus quoniam cum apparuerit, similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est. Quia igitur gratiam per baptismum consequimur, in transfiguratione autem præmonstrata est claritas futuræ gloriæ, ideo tam in baptismo, quàm in transfiguratione conueniens fuit manifestari naturalem Christi filiationem

In cap. 17. Mat. 17. lib. 2. & Mat. 9. lib. 1.

IN corpore vnica cõclusio. Cõuenienter testimonium naturalis Christi filiatio auditũ est in transfiguratione, sicut & in baptismo. Probat: Adoptio filiorũ Dei est per conformitatẽ imaginis diuinæ ad naturalem filium, & hoc vel secundum gratiam, vel gloriã. ergo conueniens fuit testimonium naturalis filiationis Christi &c. Antecedẽs quo ad primam partẽ relinquitur clarum, & patet ad Ro. 8. Quos prædestinauit conformes fieri imaginis Filii sui. Quo ad secundam & tertiã, manifestatur auctoritate Ioannis Euangelistæ. Consequẽtia probatur, quia in baptismo datur gratia, in transfiguratione gloria monstrata est. Et manifestãt simul conuenientia testimonii ex persona patris, quia solus nouit. Oia clara sunt iuxta subiectam materiam.

liationem testimonio patris, quia solus est perfecte conscius illius perfectæ generationis simul cũ Filio, & Spiritussancto.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ illud verbũ referendum est ad æternam Dei locutionem, qua Deus pater verbum vnicum protulit sibi coæternum. Et tamen põt dici, q̃ licet idem corporali voce Deus protulerit, non tamen propter idem, sed ad ostendẽdum diuersum modum, quod homines participare possunt similitudinem filiationis æternæ.

¶ Ad secundum dicendum, quòd in baptismo vbi declaratum fuit mysterium primæ regenerationis, ostensa est operatio totius Trinitatis per hoc, q̃ fuit ibi filius in carnatus, apparuit Spiritussanctus in specie columbæ, & Pater fuit ibi declaratus in uoce, ita etiam in transfiguratione, quæ est sacramentum secundæ regenerationis, tota Trinitas apparuit, Pater in voce, Filius in homine, Spiritussanctus in nube clara: quia sicut in baptismo dat innocentiam, quæ per simplicitatem columbæ designatur, ita in resurrectione dabit electis suis claritatem gloriæ, & refrigerium ab omni malo, quæ designantur in nube lucida.

¶ Ad tertium dicendum, quod Christus venerat gratiã actualiter dare: gloriam verò promittere verbo. Et ideo conuenienter in transfiguratione inducũtur hoies, vt ipsum audiant, non autem in baptismo.

¶ Ad quartum dicendum, q̃ conueniens fuit discipulos voce paterna terreri & prosterni, vt ostenderetur q̃ excellentia illius gloriæ, quæ tunc demonstrabatur, excedit oẽm sensum & facultatem mortalium, s̃m illud Exo. 33. Non videbit me homo, & viuet. Et hoc est qd Hiero. * dicit super Mat. q̃ humana fragilitas conspectũ maioris gloriæ ferre non sustinet. Ab hac autem fragilitate sanantur homines per Christum, eos in gloriam adducendo, quod significatur, per hoc q̃ dixit eis, Surgite, nolite timere.

* Sup illud Mat. 17. audientes discipuli ceciderũt in facies, to. 9.

QVAEST. XLVI.

De Passione Christi in duodecim articulos diuisa.

CONSEQVENTER considerandum est de his, quæ pertinent ad exitum Christi de mundo. Et primo, de passione eius: secundo, de morte: tertio, de sepultura: quarto, de descensu ad inferos.

¶ Circa passionem occurrit triplex consideratio. Prima, de ipsa passione. Secunda, de causa efficiente passionis. Tertia, de fructu passionis.

Circa primum quæruntur duodecim.

¶ Primo, Vtrum necesse fuerit Christum pati pro liberatione hominum.

¶ Secundo, Vtrum fuerit alius modus possibilis liberationis humanæ.

¶ Tertio, Vtrum ille modus fuerit conuenientior.

¶ Quarto, Vtrum fuerit conueniens, quòd in cruce pateretur.

¶ Quinto, De generalitate passionis eius.

¶ Sexto, Vtrum dolor, quem in passione sustinuit, fuerit maximus.

¶ Septimo, Vtrum tota anima eius pateretur.

¶ Octauo, Vtrum passio eius impediuerit gaudium fruitionis.

¶ Nono, De tempore passionis.

¶ Decimo, De loco.

¶ Vndecimo, Vtrum conueniens fuerit, ipsum cum latronibus crucifigi.

¶ Duodecimo, Vtrum passio ipsius Christi sit diuinitati attribuenda.

ARTICVLVS I.

Utrum fuerit necessarium Christum pati pro liberatione humani generis.

Quinta pars principalis.

CONsequenter, &c.

¶ Hic incipit tractatus quintus. de exitu Christi ex hoc mundo.

¶ *Super quæstionis 46. Articulum primum.*

2. dist. 20. ar. 1. q. 3 & ar. 4. q. 1. Et op. 3. c. 7.

TItulus ut sonat sumatur: quoniam in corpore artic. distinguitur.

¶ In corpore distinctio vna ponit cum tribus cõclusionibus. Distinctio est de necessario dupliciter, vel simpliciter, vel ex trinseco, & hoc, vel coactionis, uel suppositionis: & hoc, vel sine quo non, uel nõ ita bene. Vbi vides, q̃ membra principalia distinctionis sunt tria, scilicet necessarium secũdum se, vel coactionis, vel suppositionis. Si tamen vltimum membrum subdiuidatur, erũt quatuor numerando duos modos necessarii ex suppositione, scilicet, vel quia sine ipso non potest pueniri ad finem, vt nauigatio est necessaria ad perueniendum in insulam, vel sine quo non ita bene, vt equitare est necessarium ad eũdum ex Bononia Romam, ad quam minus bene pedes posset quis ire. In litera omnes isti modi tãguntur distinguendo: sed cõclusiones ponendo tria tantum principalia membra considerantur: quia, vt patebit, sequentibus articulis referuat r discussio sub distinctorum modorum, ad præsentẽ applicata materiam. Ponuntur ergo in litera iuxta tria principalia distinctionis mẽm-

*cap. 4. non remote a prin.

Li. 5. tex. 6. to. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mẽbra prædicta, tres conclusiones. Prima est: Christũ pati non fuit necessarium absolute. Probatur: tã tim: quia tam ex parte Dei, quã ex parte hominis possibile fuit aliter se habere. Secunda conclusio est: christum pati, nõ fuit necessarium necessitate coactionis. Probat: quia Deus qui definiuit Christum pati, non potest cogi: & ipse Christus qui passus est, voluntarie passus est: oblatus est enim, quia voluit. Tertia conclusio est: Christũ pati, fuit necessarium necessitate suppositionis. Probatur & ex parte nostri, vt habeamus vitam æternam Ioan. 3. & ex parte Christi, ut intraret in gloriã suam Lucæ vlt. & ex parte Dei, vt impleretur definitio eius, Luc. 22. & vltimo. Omnia sunt clara.

* Alias, & quoniã scriptum est, qñ oportebat, &c.

¶ *Super quæstionis quadragesimæ sextæ, Articulum II.*

TItulus statim affert secum quæstionem: quia videtur præposterus ordo. nã prius erat quærẽdum, si erat alius modus possibilis, postea quærenda erat necessitas alterius eorum. Post necessitatem siquidem conclusam vnius modi, quid ad artem de aliis modis possibilibus?

q. 1. ar. 2.

¶ Ad hoc dr, q licet possibile absolute sit communius, ac prius necessario, & propterea quærenda prius esset possibilitas, quam necessitas absolute: possibile tamẽ: vt medium ad finẽ, non est prius necessario ad finem communiter sumpto, hoc est comprehẽdente necessarium ad finem, tam sine quo non, q̃ proSi vero illud exterius, quod necessitatem inducit, sit finis, dicetur aliquid necessariũ ex suppositione finis, quando scilicet finis aliquis, aut nullo modo potest esse, aut non potest esse conuenienter, nisi tali fine præsupposito. non ergo fuit necessarium Christum pati necessitate coactionis, neque ex parte Dei, qui Christum definiuit pati, neque etiam ex parte ipsius Christi, qui voluntarie passus est. Fuit autem necessarium necessitate finis, qui quidem potest tripliciter intelligi.

Primo quidem, ex parte nostra, qui per eius passionem liberati sumus, secundum illud Ioann. 3. Oportet exaltari filium hominis, vt omnis qui credit, in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam. Secundo, ex parte ipsius Christi, qui per humilitatem passionis meruit gloriam exaltationis. Et ad hoc pertinet quod dicitur Luc. vlt. Nonne oportuit Christum pati, & sic intrare in gloriam suã? Tertio, ex parte Dei, cuius definitionem circa passionem Christi prænuntiatam in scripturis, & præfiguratam in obseruantia ueteris testamenti, oportebat impleri, & hoc est quod dicitur Luc. 22. Filius hominis, secundum q̃ definitum est, vadit. Et Luc. vlti. Hæc sunt verba quæ locutus sum ad vos, cum adhuc essem vobiscum, quoniam necesse est impleri omnia, quæ scripta sunt in lege Moysi, & Prophetis, & psalmis de me: * quoniam sic scriptum est, & sic oportebat Christum pati, & resurgere à mortuis.

¶ Ad primum ergo dicendum, q̃ ratio illa procedit de necessitate coactionis ex parte hominis Christi.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ ratio illa, pcedit de necessitate coactionis ex parte hominis Christi.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ hominem liberari per passionem Christi, conueniens fuit & misericordiæ, & iustitiæ eius. Iustitiæ quidem, quia per passionem suam Christus satisfecit p̃ peccato humani generis, & ita homo per iustitiam Christi liberatus est. Misericordiæ verò, quia cum homo per se satisfacere non posset pro peccato totius humanæ naturæ (vt supra habitum est*) Deus ei satisfactorem dedit filium suum, secundum illud Roma. 3. Iustificati gratis per gratiam ipsius, per redemptionem, quæ est in Christo Iesu, quem proposuit Deus propitiatorem per fidem in sanguine ipsius. & hoc fuit abundantioris misericordiæ, quàm si peccata absque satisfactione dimisisset. Vnde dicitur Eph. 2. Deus, qui dives est in misericordia, pp nimiam charitatẽ, quia dilexit nos, cum essemus mortui peccatis, conuiuificauit nos in Christo.

¶ Ad quartum dicendum, q̃ peccatum angeli d non fuit remediabile sicut peccatum hominis, vt ex supradictis in 1. parte patet. *

Vtrum fuerit possibilis alius modus liberationis humanæ, quàm per passionem Christi.

AD secundum sic proceditur. Videtur quòd non fuerit possibilis alius modus liberationis humanæ, q̃ per passionem Christi. Dicit. n. dominus Ioann. 12. Nisi granum frumenti cadens in terram, mortuum fuerit, ipsum solum manet: si autem mortuum fuerit, multum fructum affert. vbi dicit Aug. * quòd seipsum granum dicebat. nisi ergo mortem passus esset, aliter fructum nostræ liberationis non fecisset.

¶ 2 Præ. Matth. 26 Dominus dicit ad Patet. Pater mi, si non potest hic calix transire, nisi bibam illum, fiat voluntas tua: loquitur autem ibi de calice passionis. ergo passio Christi præteriri non poterat. vnde & Hila. * dicit, ideo calix transire non pót, nisi illũ bibat, quia reparari, nisi ex eius passione non possumus.

¶ 3 Præt. Iustitia Dei exigebat, vt homo à peccato liberaretur, Christo per passionem satisfaciente: sed Christus suam iustitiam non potest præterire: dicitur enim 2. ad Tim. 2. Si nõ credimus, ille fidelis permanet, negare seipsum non pót, seipsum aũt negaret, si iustitiã suam negaret, cũ ipse sit iustitia. ergo vr q̃ non fuerit possibile alio modo hoẽm liberari, q̃ per passionem Christi.

¶ 4 Præ. Fidei non pót subesse falsum: sed antiqui patres crediderunt Christum passurum. ergo videtur, q̃ non potuerit esse, quin Christus pateretur.

¶ Sed contra est, quòd Augu. * dicit 13. de Trin. Modum, quo nos per mediatorem Dei & hominum, hominem Christum Iesum, Deus liberare dignatur, asserimus bonum, & diuinæ congruum dignitati: verum etiam ostendamus, non alium modũ possibilem Deo defuisse, cuius potestati cuncta æqualiter subiacent.

¶ Respond. dicendum, quòd aliquid potest dici possibile, uel impossibile dupliciter, vno modo, simpliciter & absolutè: alio modo ex suppositione. Simpliciter igitur & absolutè loquendo, possibile fuit Deo alio modo hominem liberare, quàm per passionem Christi, quia non est impossibile apud Deum omne verbum, vt dicitur Luc. 1. Sed ex aliqua suppositione facta, fuit impossibile: quia. n. impossibile est Dei præscientiam falli, & eius d voluntatẽ, seu dispositionem cassari, suppositis præscientia, & præordinatione Dei de passione Christi, non erat simul possibile Christum nõ pati, vel

247 3. d. 20. a. 4. q. 1. Et op. 1. c. 17.

* Tra. 51. in Io. circa medium. 9.

* Cap. 21. in Matth. Quoniam mutum. 18. mote a fine.

D. 490.

positione. Prima conclusio est. Alio modo quàm per passionem Christi hominem liberari fuit possibile simpliciter. Probatur: quia non est impossibile, apud Deum of verbum. Secunda cõclusio est. Alio mõ, quã per passionẽ Christi, hominem liberari, fuit impossibile suppositis præscientia, & definitione Dei facta. Probatur, quia impossibile est definitionem & præscientiã Dei falli.

P. p. q. 14. ar. 13.

¶ *Super quæstionis 46. Articulum tertium.*

TItulus mõstrat secundum iam esse distinctionem factam in primo articulo de necessario. Nam illorũ duorum modorum ibi indistinctorum (.i. necessarium sine quo nullo modo potest haberi finis, & sine quo nõ ita conuenienter) primum in secundo articulo discussum est, vt patuit in illo: reliquum autem in præsenti articulo discutitur. Comparatur siquidem in hoc titulo passio Christi ad quodcunq. aliud medium possibile pro liberate humana, secundum conuenientiam: an. s. ipsa passio Christi sit conuenientius medium quàm alia. Ex quo enim conclusum fuit, q̃ non est medium necessarium sine quo nõ, oportebat discutere, an sic mediũ necessarium propter melius, quod nũc fit. Et scito, q̃ quemadmodum articulus secundus motus est simpliciter, & absolute de medio alio possibili ad talem finem, & non præsuppositã definitione dei de medio hoc. s. passionis Christi: & propterea responsum est cum distinctione, ita hic quoque inter media ad talem finẽ possibilia simpliciter, & absolutæ, quæhominem alio modo, quàm per eius passionem liberari: & est eadem rõ de omnibus his quæ sunt præscita. & præordinata à Deo, ut in prima parte habitum est. *

¶ Ad primum ergo dicendum, q̃ dñs ibi loquitur, suppositã præscientia, & præordinatione Dei. f̃m quam erat ordinatum, vt fructus humanæ salutis non sequeretur, nisi Christo patiente. & similiter intelligendum est, quod secundo obiicitur. Si non pót hic calix trãsire, nisi bibam illum. s. propter hoc, q̃ tu ita dispositisti. vnde subdit, Fiat voluntas tua.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ hæc ẽt iustitia dependet ex voluntate diuina, ab humano genere satisfactionem exigente pro peccato. nam si voluisset absque omni satisfactione hominem à peccato liberare, contra iustitiã non fecisset: ille. n. iudex non potest salua iustitia culpam, sine pœna dimittere, qui habet punire culpam in alium cõmissam, puta, vel in alium hoẽm, vel in totam rempublicã, siue in superiorem principem: sed Deus non habet aliquem superiorem, sed ipse est supremum & cõe bonum totius vniuersi. & ideo si dimittat peccatum, quod hẽt rõné culpæ, ex eo q̃ contra ipsum cõmittit, nulli facit injuriam: sicut quicũque homo remittit offensam in se cõmissam absq; satisfactione, misericorditer & nõ iniustè agit. & ideo David misericordiam petens, dicebat, tibi, soli peccaui, quasi dicat potes sine injustitia mihi dimittere.

¶ Ad quartum dicendum, q̃ fides humana & ẽt scripturæ diuinæ, quibus fides instruitur, innituntur præscitiæ & præordinationi diuinæ. & ideo eadẽ ratio est de necessitate, quæ prouenit ex suppositione eorum, & de necessitate, qnæ prouenit ex præscientia, & voluntate diuina.

Vtrum fuerit aliquis modus conuenientior ad liberationem humani generis, quàm per passionem Christi.

AD Tertium sic proceditur. Videtur quòd alius modus conuenientior fuisset liberationis humanæ, quã per passionem Christi. Natura. n. in sua operatione imitatur opus diuinum, vtpote à Deo mota & regulata: sed natura nõ facit per duo, quod per vnum pót facere. cum ergo Deus potuerit hoẽm liberare sola propriæ uoluntate, non vr conueniens fuisse, q̃ ad liberationem humani generis Christi passio addueretur.

¶ 2 Præ. Ea, quæ fiunt per naturã, conuenientius fiunt quàm ea, quæ fiũt per violentiam: quia violentia est quædam excisio, seu casus ab eo, quod est f̃m naturam, vt dr in lib. 3. de cælo. * sed passio Christi mortem violẽtam induxit. ergo conuenientius fuisset, ut Christus naturali morte moriendo, hominem liberaret, quàm quòd pareretur.

¶ 3 Præ. Conuenientissimum vr, q̃ ille qui violenter & iniustè detinet aliquid per superioris potentiam spolietur, vnde Isa. 52. dr Gratis venundati estis, & sine argento redimemini: sed diabolus nullum ius in hoẽ habebat, quem per fraudem deceperat, & per quandam violẽtiam seruituti subiectum detinebat. ergo vr conuenientissimum fuisse, q̃ Christus diabolum per solam potentiam spoliaret absque ira passione.

¶ Sed contra est, quòd Augu. dicit 13. de Tri. Sanandæ nostræ miseriæ cõ uenientior modus alius non fuit, quã per Christi passionem.

¶ Respondeo dicendum, quòd tanto aliquis modus cõuenientior est ad assequendum finem, quãto per ipsum plura concurrunt, quæ sunt expedientia fini. Per hoc autem, q̃ homo per Christi passionem est liberatus, multa concurrerunt ad salutem hominis per tinentia præter liberatioem à peccato. Primo enim per hoc homo cognoscit, quantum Deus hominem diligat, & per hoc prouocatur ad eum diligendum, in quo perfectio humanæ salutis consistit. vnde Apost. dicit Roman. 5. Commendat suam charitatem Deus in nobis, quoniam cum inimici essemas, Christus pro nobis mortuus est. Secũdo, quia per hoc dedit nobis exẽplum obedientiæ, humilitatis, constantiæ, iustitiæ, & cæterarum virtutum in passione Christi ostensarum, quæ sunt necessariæ ad humanam salutem. Vnde dicitur 1. Petri 2. Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigia eius. Tertio, quia Christus per passionem suam non solum hominem à peccato liberauit, sed etiam gratiam iustificantẽ, & gloriam beatitudinis ei promeruit, ut infra dicetur. * Quarto, q̃ quia per hoc est homini inducta maior necessitas, se immunem à peccato conseruandi, qui se sanguine Christi redemptum cogitat à peccato, secundum illud 1. Corinth. 6. Empti enim estis pretio magno: glorificate & portate Deum in corpore vestro. Quinto, quia hoc ad maiorem dignitatem hominis cesit, vt sicut homo victus fuerat, & deceptus à diabolo, ita etiam homo esset qui diabolum vinceret, & sicut homo mortem meruit, ita homo moriendo, mortem superaret. vnde dicitur 1. ad Cor. 15. Deo gratias, qui dedit nobis victoriam per Iesum Christum. & iõ conuenientius fuit, q̃ per passionem Christi liberaremur, quàm per solam Dei voluntatem.

¶ Ad primum ergo dicendum, q̃

* Ex lib. 7. tex. 18. 1. 2.

* li. 12. c. 10 paulo post prin. to. 3.

D. 48.

Universidad de Deusto
Biblioteca

uenientiæ ad liberandum genus humanum per Christi passionem, aduerte, q̃ ad duo ca pita primaria vniuersæ reduci videtur, uel ad suauitatem dispositionis, uel ad humanam dignitatem. Nam duci nos in salutē ex commendata Dei charitate, & exemplo Christi, & merito, & pretiositate & huiusmodi, ad suauem spectat dispositionem nostræ cōsequendæ salutis: q̃ autem homo seipsum soluet, redimat, prosequ pugnet mereatur, uincat, satisfaciat, triumpher, regnet, iudicet & huiusmodi, ad nostram spectat dignitatem, vt facile paret dilatando.

¶ In responsione ad secundū eorū illud Chrysosto mi, sed & si absque morte corpus aliubi depositum fuisset, aduerte, quòd si, vt sonat, sumitur, non videtur intelligibile, quoniam sine morte corpus non deponitur: nā si occultaretur a sensibus nostris, non propterea eēt depositum, sed occultatum. Et propterea nō de morte, vt est separatio animæ a corpore, sed de morte, vt est resolutio corporis terminata ad separationem animæ a corpore intelligo: quoniā de huiusmodi morte præloquutus est dicens inconueniens fuisse, si negotiatus set corpus eius, & in conspectu omnium solueretur, quasi diceret, q̃ tam si naturali resolutione obiisset, quam si miraculose ex diuina potestate absque præuia dissolutione, subito separasset animam a corpore, alicubi deponens ipsum, incōueniēs fuisset.

¶ *Super quæstionis 46. Articulum quartum.*

TItulus clarus.

¶ In corpore.

natura etiam, ut aliquid faciat, plura ad vnum assumit, sicut duos oculos ad videndum, & idem patet in aliis.

¶ Ad secundum dicendum, quòd sicut Chrysost. dicit, Christus non sui mortem, quam non habebat, cū sit vita: sed hominum mortem venerat consumpturus. Vnde non propria morte corpus deposuit: sed ab hominibus illatam sustinuit: sed etsi ægrotauisset corpus eius, & in conspectu omnium solueretur, inconueniens erat eū, qui sanaret aliorum languores, habere ꝓprium corpus affectum languoribus: sed & si absque morte corpus alicubi seorsum deposuisset, ac deinde se offerret, non crederetur ei de resurrectione differenti. Quomodo enim pateret Christi in morte victoria, nisi coram omnibus eam patiens, per incorruptionem corporis, probasset extinctam?

¶ Ad tertium dicendum, quòd licet diabolus iniustè inuaserit hominē, tamen homo propter deccatum, iustè erat sub seruitute diaboli derelictus à Deo. & ideo conueniens fuit, vt per iustitiam homo à seruitute diaboli liberaretur, Christo satisfaciente pro ipso per suam passionem. Fuit etiā hoc conueniens ad vincendam superbiam diaboli, qui est desertor iustitiæ, & amator potentiæ, vt Christus diabolū vinceret, & hominem liberaret, non per solam potentiam deitatis, sed etiā der iustitiam, & humilitatem passionis, vt Augustin. * dicit 13. de Trinitate.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum Christus pati debuerit in cruce.

AD Quartum sic proceditur. Videtur quòd Christus non debuerit in cruce. Veritas enim debet respondere figuræ: sed in figura Christi præcesserunt omnia sacrificia veteris Testamenti, in quibus animalia gladio necabantur, & postmodū igni cremabantur. ergo videtur ꝙ Christus nō debuerit pati in cruce, sed magis gladio, vel igne.

¶ 2 Præ. Dama. *dicit, ꝙ Christus non debuerit assumere detestabiles passiones: sed mors crucis vī fuisse maximè detestabilis & ignominiosa. vnde dicitur Sap. 2. Morte turpissima condemnemus eum. ergo videtur ꝙ Christus non debuerit pati mortē crucis.

¶ 3 Præ. De Christo dī, Benedictus qui venit in nomine Domini, vt patet Mat. 21. sed mors crucis erat mors maledictionis, ſm illud Deut. 21. Maledictus est à Deo, qui pēdet in ligno. Ergo vī ꝙ non fuerit conueniēs Christum crucifigi.

¶ Sed contra est, quòd dicitur Philippen. 2. Factus est obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis.

¶ Respondeo dicendum, ꝙ conuenientissimum fuit Christum pati mortem crucis. Primo quidem, propter exemplum virtutis. Dicit enim Augustin. * in lib. 83. quæst. sapientia Dei hominem ad ꝙexemplum, quo rectè viueremus, suscepit. Pertinet autem ad vitam rectam, ea, quæ non sunt metuenda, non metuere. Sunt autem homines, qui quàmuis mortem ipsam non timeant, genus tamen mortis horrescunt. Vt ergo nullum genus mortis rectè viuenti homini metuendum esset, illius hominis cruce ostendendū fuit: nihil enim erat inter omnia genera mortis, illo genere execrabilius, & formidabilius. Secundo, quia hoc genus mortis maximè conueniēs erat satisfactioni propeccato primi parentis, quod fuit ex eo, quòd contra manē datum Dei, pomum ligni uetiti sumpsit. & ideo conueniens fuit, quòd Christus ad satisfaciendū pro illo peccato seipsum pateretur ligno affigi, quasi restituens, quod Adam sustulerat, secundum illud Psalm. 64. Quæ non rapui, tunc exoluebam. Vnde Augustinus. dicit in quodam sermone de passione, Contempsit Adam præceptum accipiens ex arbore pomum; sed quicquid Adam perdidit, Christus in cruce inuenit. Tertia ratio est: quia, vt (Chrysostom. * dicit in sermone de passione) in excelso ligno, & non sub tecto passus est, vt etiam ipsius aëris natura mundetur, sed & ipsa terra simile beneficium sentiebat, decurrentis de latere sanguinis stillatione mundata. Et super illud Ioann. 3 Oportet exaltari Filium hominis, dicit, Exaltari audiens, suspensionem intelligas in altum, vt sanctificaret aërē, qui sanctificauerat terram ambulando in ea. Quarta ratio est: quia per hoc, quòd in alto moritur, ascensum nobis parat in cælum, vt Chrysosto. dicit. Et inde est, quòd ipse dicit Ioan. 12. Ego, si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum. Quinta ratio est, quia hoc competit vniuersali saluationi totius mundi. Vnde Grego. Nicen. dicit, quòd figura crucis à medio * contactu in quatuor extrema partita, significat virtutem & prouidentiā eius, qui in ea pependit, vbique diffusam. Chrysostom. etiam dicit, quòd in cruce expansis manibus moritur, vt altera manu veterem populum, altera, eos qui ex gentibus sunt, trahat. Sexta ratio est, quia per hoc genus mortis, diuersæ virtutes designantur. Vnde Augustin. * dicit in lib. de gratia veteris, & noui Testamenti, Non frustra tale genus mortis elegit, vt latitudinis & altitudinis & longitudinis, & profunditatis, de quibus Apostolus loquitur, magister existeret. Nam latitudo est in eo ligno, quod transuersum desuper figitur. hoc ad bona opera pertinet, quia ibi extenduntur manus. Longitudo in eo, quod ab ipso ligno

re vna conclusio. Conuenientissimum fuit, Christum pati, mortem crucis. Probatur in litera rationibus septem: quibus potest addi octaua, ꝙ ideo morte crucis elegit, ut isque ad victimam, quatuor sensuum (scilicet visus, auditus, olfactus, & gustus, ac linguæ) officio vti libere posset, & ad cumulū passionis, videndo, audiendo, odorando, gustandoq; contraria ignominiosa, &c. & ad consumanda mysteria, quæ verbis in cruce dictis expleuit. & commendando Matrem, & Latronē exaudiendo &c.

¶ In responsione ad tertium memento, quòd maledictus a deo qui liber est, cui mali aliquid a Deo infertur: quia enim ipse dixit, & facta sunt, sicut benedicere alicui Deum, est benefacere illi, ita Deum maledicere alicui est illi malum facere. Et quia Deus propter scelus populi sui percussit Christum, multa mala pœnæ, & specialiter malum pœnæ ignominiosissimæ crucis intulit illi, ideo maledixit Christo, dum illi malum fecit, & propterea Christus, sicut omnis patiens in cruce, maledictus a Deo dicitur.

Alius, ter tius.

* Isa. 63. cruce & ligno, quæ incipiens a dicendo, pondus, &c. pertinent ad 2 artic.

ligno vsque ad terram conspicuum est: ibi enim quodammodo statur, idest, * persistitur, & perseueratur, quod longanimitati tribuitur. Altitudo est in ea ligni parte, quæ ab illa quæ transuersum figitur, sursum versus relinquitur, hoc est ad caput crucifixi, qua bene sperantiū superna expectatio est. Jam verò illud ex ligno, quod fixum occultatur, vnde totum illud exurgit, profunditatem significat gratuitæ gratiæ. Et sicut Augustin. * super Ioann. dicit, Lignum, in quo fixa erant membra patientis, etiam cathedra fuit magistri docentis. Septima ratio est, quia hoc genus mortis plurimis figuris respondet. ut enim Augustin. dicit in sermone de passione, de diluuio aquarum, humanum genus arca lignea liberauit: de Aegypto Dei populo recedente, Moyses mare virga diuisit, & Pharaonem prostrauit, & populum Dei redemit: idem Moyses lignum in aquam misit, & amaram aquam in dulcedinem commutauit: ex lignea virga de spiritua li petra, salutaris vnda profertur. Et vt Amalec vinceretur, circa virgam Moyses expansis manibus extenditur, & lex Dei, arcæ Testamenti creditur lignea, vt his omnibus ad lignum crucis, quasi per quosdam gradus veniatur.

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ altare holocaustorum, in quo sacrificia animalium offerebantur erat factum de lignis, vt habetur Exo. 26. & quantum ad hoc, veritas respondet figuræ: non autem oportet ꝙ quantum ad omnia, quia iam non esset similitudo, sed veritas, vt Dama. * dicit in 3. lib. Specialiter tamen, vt Chrysost. dicit, non caput ei amputatur, vt Ioanni, neque sectus est, ut Isaias, vt corpus integrum & indiuisibile morti seruet, & non fiat occasio volentibus Ecclesiam diuidere. Loco autem materialis ignis, fuit in holocausto Christi, ignis charitatis.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ Christus detestabiles passiones assumere renuit, quæ pertinebant ad defectū scientiæ, vel gratiæ, aut etiam virtutis. Non autem illas, quæ pertinent ad iniuriam ab exteriori illatam: quinimmo, vt dicitur Hebr. 12. sustinuit crucem, confusione cōtempta.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ (sicut Aug. * di cit 14. contra Faustum) peccatum maledictum est, & per consequens mors & mortalitas ex peccato prouenientes. Caro autem Christi mortalis fuit, similitudinem habens carnis peccati, & propter hoc Moyses eam nominat maledictum: sicut & Apostolus nominat eam peccatum, dicens 2. ad Cor. 5. Eum, qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit, scilicet propter pœnam peccati. Nec ideo maior inuidia est, quia dixit, Maledictus est à Deo: nisi enim Deus peccatum odisset, non ad eam suscipiendam, atque tollendam filium suum mitteret. Confitere ergo maledictum suscepisse pro nobis, quem confiteris mortuum esse pro nobis. vnde ad Gal. 3. dī, Christus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum.

¶ 2 Præte. Isa. 52. dicitur, Ecce intelliget seruus meus, & exaltabitur, & eleuabitur, & sublimis erit valde, sicut obstupuerunt super eum multi, sic inglorius erit inter viros aspectus eius, & forma eius inter filia hominum: sed Christus est exaltatus secūdum hoc, ꝙ habuit omnem gratiam, & omnem scientiam, pro quo super eum multi admirantes obstupuerunt. ergo vī ꝙ inglorius fuerit, sustinendo oēm passionem humanam.

¶ 3 Præter. Passio Christi ordinata est ad liberationem hoīs à peccato, vt supra dictum est: * sed Christus vere nit liberare homines ab omni genere peccatorum. ergo debuit pati omne genus passionum.

¶ Sed contra est, quòd dī Ioan. 9. ꝙ milites primi quidem fregerunt crura, & alterius, qui crucifixus est cum eo: ad Iesum autem cū venissent, non fregerunt eius crura. non ergo passus est omnem humanam passionem.

¶ Respond. Dicendum, quòd passiones humanæ possunt considerari dupliciter. Vno modo, quantum ad speciem, & sic non oportuit Christum pati omnem passionem, quia mulctæ passionum species sibi inuicem contrariantur, sicut combustio ingne, & submersio in aqua. Loquimur enim nunc de passionibus ab extrinseco illatis, quia passiones ab intrinseco cum fatas (sicut sunt ægritudines corporales) non decuit eum pati, vt supra dictum est *. Sed secundum genus passus est omnem passionem humanam: quod quidem potest considerari tripliciter. Vno modo ex parte hominum, à quibus passus est. Passus est enim aliquid & à gentilibus, & à iudæis, & à masculis, & à feminis, vt patet de ancillis accusantibus Petrum. Passus est etiam & à principibus, & à ministris eorum & popularibus, secundum illud Psal. 2. Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania? Astiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in vnū aduersus Dominum, & aduersus Christum eius. Passus est etiam à familiaribus & notis, sicut patet de Iuda eum prodente, & Petro ipsum negante. Alio modo, patet idem ex parte eorum, in quibus homo potest pati. Passus est, n. Christus in suis amicis, eum deserentibus: in fama, per blasphemias contra eum prolatas: in honore, & gloria per irrisiones, & contumelias ei illatas: in rebus, per hoc ꝙ etiam vestibus spoliatus est: in anima per tristitiam, tædiū, & timorem: in corpore per vulnera, & flagella. Tertio, potest considerari quantum ad corporis membra. Passus est enim Christus in capite, pungentium spinarum coronam, in manibus & pedibus fixionem clauorum, in facie alapas, & sputa, & in toto corpore flagella. Fuit etiam passus secundum: quædam spirituales: vt decipi, priuari virtute, & hmói, quæ longe fuerunt a Christo: quia derogarent perfectioni animæ ipsius: quædam corporales: & hæ sunt duplices: quædam ab intrinseco, vt ægritudines corporales, & de his non est quæstio: quia non decuit Christum infirmari, sed fuit ab intrinseco habere passiones naturales absque ægritudine, vt famem, sitim, lassitudinem, quo ad corpus, & tristitiam, timorē, & hmói quo ad partem sentitiuam animæ: quædam vero ab extrinseco sine corporales vt flagella, cōtortio, & hmói: siue aliqua liter spirituales, vt infamari, &c. hmói. Et similiter siue extrinsece vt spoliari, & hmói: siue intus, vt tristari ex sensatis, & obiectis: de his. n. quæ ab extrinseco inferri possunt passionibus absq; spirituali damno in anima patientis, quæstio est, vt vni co verbo dicatur.

¶ In corpore est vna distinctio bimembris cum duabus cōclusionibus iuxtaipsa membra distinctiōis, interiecta explicatione tituli. Distinctio est: Passiones humanæ ab, extrinseco possunt considerari dupliciter, vel secundum speciem, vel secundum genus. Prima conclusio: Non oportuit Chm pati omnē humanam passionē, sm speciem. Probat: quia multæ earum sunt cōtrariæ, vt patet. Secunda conclusio est: Christus passus est oēm humanam passionē secundum genus. Probat tripliciter: & ex parte generalitatis cōditionum agentiū a quibus, & eorum in quibus, & membrorum secundum quæ passus est.

¶ Aduerte hic primo, ꝙ Auctor summarie pertractat generalitatem passionum Christianum si adamussim dinumerandæ essent

Ar. 3. huius quæst.

q. 14. ar. 4.

*249 3. di. 20. ar. 4. q. 2. ad 1. Et 4. contr. c. 55. ad 17 & 18. Et 2. quo. q. 1. ar. 2. Et opu. 3. c. 235.

* li. 3. orth. fid. c. 20.

¶ l. 13. ex c. 13. Et 19. si mul to. 3.

*250 Infra. q. 48. ar. 2.

* li. 10. in 2. fo. a princ. li.

* li. 14. c. 3. & 4. to. 6.

* li. 3. orth. fid. c. 26. nō longe a fin.

Universidad de Deusto
Biblioteca

essent omnes conditiones passionũ ehus & differentiæ earum, humanum ingenium for è de ficeret. Clare siquidem liquet, q̃ passus est iudicialiter, & extraiudicialiter: à iudicio ecclesiastico, & seculari passus est obiectione superbiæ blasphemiæ, seductionis, ambitionis, rebellionis Cæsareæ, usurpationis diuinæ: passus est a testib. falsis, & a propria confessione occasionaliter: passus est, vt malus, & vt stultus: passus est a viris timoratis secundum legẽ Dei (vtpote non introeuntibus in prærogatiuum, & vacantibus operibus misericordiæ actualiter) & a sceleratis: passus est & simpliciter, & comparatiue ad Barabbã. Et breuiter ad pelagus passionum harum contemplatio ingressũ dana, nouã semper adiiciet.

¶ Aduerto secũdo, q̃ ad literam Christus generalitatem passionum suscepit, vt vniuersum quo ad mala deificaret. Ita q̃ sicut verbum diuinum suscipiendo humanam naturã, assumpsit quodammodo totum uniuersum quo ad bona (pro quanto in homine oẽs creaturæ quodammodo inueniuntur, vt in principio huius libri declarauimus) ita suscipiendo mala hominũ i generalitate suarum passionum, deificauit totũ uniuersum, quoad mala: in malo enim hominis ofa mala quodammodo inueniuntur. In cuius signum etiam malo culpæ carnẽ suam in patribus subiacere voluit, vt de massa peccatrice corpus sumens, malum culpæ etiam quodammodo deificaret: vt omnino impietum cõspicia mus: q̃ sic Deus dilexit mundum, & secundum bona & secũm mala, vt filiũ suũ vnigenitum daret.

Prodest autem malorum huiusmodi tanta dignitas humano generi valde: quontam malorum incursus post Adæ peccatum inexitabilis est, & necessarius in via virtutis ambulantibus ad cælestem patriam. Naturaliter autem exosa, fugibilia tristitiam que sunt mala: & propterea arcta duraque dicitur via vitæ. Sed ubi assumpta a verbo Dei in propria persona, mala sunt deificata proculdubio sunt, & indedita sunt de siderabilia super aurum & lapidem pretiosum, quum non habentur, & dulciora sup mel & fauum, quum habentur: vt gesta martyrum testantur, dicentium. Hoc est quod semper optaui: his expulas ego semper optauit: video: mihi quòd super rosas flores incedam, &c. Et hinc virtutis via patiendo mala, factus est humano generi amabilis, desiderabilis, atque delectabilis secundum seipsam, sed animalis homo non percipit, quæ Dei sunt: palato enim non sano pæna est panis, qui sano est suauis & oculis ægris odiosa lux, q̃ puris est amabilis.

251 3.d.15.q.2 arti.3.q.3. Et op.3.c. 238.& 239

cundum omnem sensum corporeum: secundum tactum quidem, flagellatus & clauis confixus: secundum gustum, felle & aceto potatus, secũdum olfactum, in loco fetido cadauerum mortuorum (qui dicitur Caluarie) appensus patibulo, secundum auditum, lacessitus vocibus blasphemantium, & irridentium, secundũ visum, videns matrem & discipulum, quem diligebat flentes.

¶ Ad primum ergo dicendum, q̃ verbum illud Hila. est intelligendum quantum ad omnia genera passionũ, non autem quantum ad omnes species.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ similitudo ibi attenditur, non quantum ad numerum passionum & gratiarũ, sed quantum ad magnitudinem vtriusque: quia sicut sublimatus est in donis gratiæ super alios, ita deiectus est infra alios per ignominiã passionis.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ secundum sufficientiam vna minima passio Christi suffecisset ad redimendum genus humanum ab omnibus peccatis: sed secundum conuenientiam, sufficiens fuit, quòd pateretur omnia genera passionum, sicut iam dictum est.

ARTICVLVS VI.

Vtrum dolor passionis Christi fuerit maior omnibus doloribus.

AD sextum sic proceditur. Videtur quòd dolor passionis Christi non fuerit maior omnibus aliis doloribus. Dolor enim patientis augetur secundum grauitatem & diuturnitatem passionis. Sed quidam martyres, grauiores passiones, & diuturniores sustinuerunt quàm Christus, sicut patet de Laurentio, qui est assatus in craticula, & de Vincentio, cuius carnes sunt vnguis ferreis lacerate. ergo vr̃ q̃ dolor Christi patientis non fuerit maximus.

¶ 2 Præ. Virtus mentis est mitigatiua doloris, intantum q̃ Stoici posuerunt, & tristitiam in animum sapiẽtis non cadere, & Arist. posuit, q̃ virtus moralis medium tenet in passionibus. Sed in Christo fuit perfectissima virtus mentis. ergo vr̃ q̃ in Chro non fuerit maximus dolor.

¶ 3 Præ. Quantò aliquod patiens est magis sensibile, tanto maior sequitur dolor passionis. Sed anima est sensibilior, quàm corpus, cum corpus sentiat ex anima. Adam etiam in statu innocẽtiæ videtur corpus sensibilius habuisse, quàm Christus, qui assumpsit corpus humanum cum naturalibus defectibus. ergo vr̃ q̃ dolor animæ patientis in purgatorio, vel in inferno, vel etiam dolor Adæ, si passus fuisset, maior fuisset quàm dolor passionis Christi.

¶ 4 Præ. Maioris boni amissio causat maiorem dolorem. Sed peccator peccando amittit maius bonum, quã Christus patiendo, quia vita gratiæ est melior quàm vita naturę. Christus etiam qui amisit vitam, post triduum resurrecturus, minus aliquid amisisse vr̃, quàm illi qui amittunt vitam permansuri in morte. Ergo vr̃ q̃ dolor Christi non fuerit maximus dolorum.

¶ 5 Præterea. Innocentia patientis diminuit dolorem passionis. Sed Christus innocenter est passus, secundum illud Hierem. 11. Ego autem quasi agnus mansuetus, qui portatur ad victimam. ergo videtur quòd dolor passionis Christi non fuerit maximus.

¶ 6 Præterea. In his quæ Christi sunt, nihil fuit superfluum. Sed minimus dolor Christi sufficisset ad finẽ salutis humanæ. habuisset enim infinitam virtutem ex persona diuina. Ergo superfluum fuisset assumere maximum dolorem.

¶ Sed contra est, quòd Thren. 1. dr̃ ex persona Christi, Attendite, & videte, si est dolor sicut dolor meus.

¶ Respondeo dicendum, quòd sicut supra dictum est, cum de defectibus assumptis à Christo ageretur, in Christo patiente fuit verus dolor, & sensibilis, qui causatur ex corporali nocciuo, & dolor interior qui causatur ex apprehensione alicuius nocumenti, qui tristitia dicitur. Vterque autem dolor in Christo fuit maximus inter dolores præsentis vitæ, quod quidem contigit propter quatuor. Primò quidem, propter causas doloris. nam doloris sensibilis causa fuit læsio corporalis, quæ acerbitatem habuit, tum propter generalitatem passionis, de qua dictum est, tum etiã ex genere passionis: quia mors confixorum in cruce est acerbissima: quia configuntur in locis neruosis & maximè sensibilibus, scilicet in manibus & pedibus, & ipsum pondus corporis pendentis continuè auget dolorem, & cum hoc etiam est doloris diuturnitas: quia non statim moriuntur, sicut hi qui gladio interficiuntur. Doloris autem interioris causa fuit primò quidem omnia peccata humani generis, pro quibus satisfaciebat patiendo, vn de ea quasi sibi ascribit dicens in Psal. Verba delictorum meorum. secundò, specialiter casus Iudæorum, & aliorum in eius morte delinquentium, & præcipuè discipulorum, qui scandalum passi sunt in Christi passione. tertiò, etiam amissio vitæ corporalis, quæ naturaliter est horribilis humanæ naturæ. Secundò potest magnitudo doloris eius considerari

Super Quæst.46 Artic. VI.

TItulus, ut sonat, intelligẽdus est.

¶ In corpore duo. Primò resumuntur duo dolentes in Chro exterior. s. & interior. Secundo respondetur quæsito unica cõclusione: vterq; dolor i Chro fuit maximus sup oẽs pñs vitæ. Probat ex quatuor simul iunctis. s. ex causis, ex patiẽte, ex puritate doloris, & ex quãtitate proportionata ad finem. ¶ Vbi videre facile potes, q̃ i nullo alio dolore humano oẽs cũrentias ad æquare, aut ẽt appropinquare pñt ad hæc. Et de 3. quæ & 4. constat: q̃ in alis locũ hr̃ non poẽsũt: sed ea quoque

que ad perceptionẽ efficacissimorum causarum tristitiæ, procul etiã ab alijs est: in primo quoq; duo sũt in accessibilia, s. tristitia ex omnib. peccatis humani generis, & amissio corporalis vitę diuinæ p̃sonæ, & tã excellentis animæ.

* Ho. 21. in fos. à medio vsq; ad finem lius 20. 3.

ex perceptibilitate patientis, & secundum animam, & secundum corpus. Nam & secundum corpus erat optimè complexionatus, cum corpus eius fuerit formatum miraculosè operatione Spiritus sancti, sicut & alia, quæ per miracula facta sunt, fuerunt alijs potiora (vt Chryso. * dicit de vino, in quod Christus aquam conuertit in nuptijs) & ideo in eo maximè viguit sensus tactus, ex cuius perceptione sequitur dolor: anima etiam secundum vires interiores, efficacissimè apprehendit omnes causas tristitiæ. Tertio, magnitudo doloris Christi patientis potest considerari ex doloris & tristitiæ puritate. Nã in aliis patiẽtibus mitigatur tristitia interior, & ẽt dolor exterior, ex aliqua consideratione rationis, per quãdam deriuationem seu refundantiam à superioribus viribus ad inferiores: quod in Christo patiente non fuit, quia vnicuiq; virium, permisit agere quod est sibi proprium,

* lib. 3. c. 15. à medio.

sicut Damascenus. * dicit. Quarto, potest considerari magnitudo doloris Christi patientis, ex hoc, quòd passio illa & dolor à Christo fuerunt assumpta voluntariè, propter finem liberationis hominum à peccato. & ideo tantam quantitatem doloris assumpsit, quæ esset proportionata magnitudini fructus, qui inde sequebatur. Ex his igitur omnibus causis simul consideratis, manifestè apparet, quòd dolor Christi fuerit maximus.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ratio illa procedit ex vno tantum prædictorum, scilicet ex læsione corporali, quæ est causa sensibilis doloris: sed ex alijs causis multo magis dolor Christi patientis augetur, vt dictum est. *

† In cor. art.

¶ Ad secundum dicendum, quòd virtus moralis aliter mitigat tristitiam interiorem, & aliter exteriorem dolorem sensibilem. Tristitiam enim interiorem diminuit directè, in ea medium constituendo, sicut in propria materia. Medium autem in passionibus virtus moralis constituit (vt in 2. parte habitum est *) non secundum quantitatem rei, sed secundum quantitatẽ proportionis, vt scilicet passio non excedat regulam rationis. Et quia Stoici reputabant, quòd nulla tristitia esset ad aliquid vtilis, ideo credebant quòd totaliter à ratione discordaret, & per consequens quòd totaliter esset sapienti vitanda sed secundum rei veritatem tristitia aliqua laudabilis est (vt August. * probat in 14. de ciui.

† P. 2. q. 60. 64. art. 1. & 2.

* Li. 14. c. 9. tom. 5.

Dei,) quando scilicet procedit ex sancto amore, vt pote, cum aliquis tristatur de peccatis propriis vel alienis. Assumitur etiam, vt vtilis ad finem satisfactionis pro peccato, secundum illud Apostoli 2. ad Cor. 7. Quæ secundum Deum est tristitia, pœnitentiam in salutem stabilem operatur. & ideo Christus vt satisfaceret pro peccatis omnium hominum, assumpsit tristitiam, maximam quidem quantitate absoluta, non tamen excedentem regulam rõnis. Dolorem aũt exteriorem sensu virtus moralis directè non minuit, quia talis dolor non obedit rationi, sed sequitur corporis naturam. Diminuit tamen ipsum indirectè, per redundantiam à superioribus viribus in inferiores, quod in Christo nõ fuit, vt dictum est.

¶ Ad tertium dicendum, quòd dolor animæ separatæ patientis, pertinet ad statum futuræ damnationis, quæ excedit omne malum huius vitæ: sicut sanctorum gloria excedit omne bonum præsentis vitæ. vnde cum dicimus Christi dolorem esse maximum, non comparamus ipsum dolori animæ separatæ. Corpus autem Adæ pati non poterat nisi peccaret, & sic fieret mortale & passibile, & minus doleret patiens, quàm corpus Christi, propter rationes prædictas. Ex quibus etiam apparet, quòd etiam si per impossibile ponatur, quòd Adam in statu innocẽtiæ, passus fuisset, minor fuisset dolor eius quàm Christi.

¶ Ad quartum dicendum, quòd Christus non solum doluit pro amissione vitæ corporalis propriæ: sed cum pro peccatis omnium aliorum, qui dolor in Christo excessit omnem dolorem cuiuscunque contriti: tum, quia ex maiori sapientia & charitate processit, ex quibus dolor contritionis augetur: tum etiam, quia pro omnibus peccatis simul doluit, secundum illud Isa. 53. Vere dolores nostros ipse tulit. Vita autem corporalis Christi fuit tantæ dignitatis, & præcipuè propter diuinitatem vnitam, quòd de eius amissione etiam ad horam, magis esset dolendum, quàm de amissione vitæ alterius hominis per quantumcunq; tẽpus. vnde & Philo. dicit 3. Ethic. * quòd virtuosus diligit vitam suam, quãto scit eam esse meliorem, & tamen eam exponit propter bonum virtutis. Et similiter Christus vitam suam maximè dilectam, exposuit propter bonum charitatis, secundum illud Hierem. 12. Dedi dilectam animam meam in manibus inimicorum eius.

* lib. 3. c. 11. circa me diũ. to. 5.

¶ Ad quintum dicendum, q̃ innocentia patientis minuit dolorem passionis, quantum ad numerum, quia cũ nocens patitur, dolet non solum de pœna, sed etiam de culpa. innocens autem solum de pœna: qui tamen dolor in eo augetur ex innocentia, innocentia, inquantum apprehendit nocumentum illatum, vt magis indebitum. vnde etiam & alij magis sunt reprehensibiles, si ei non compatiuntur, secundum illud Isa. 57. Iustus autem perit, & non est qui recogitet in corde suo.

¶ Ad sextum dicendum, quòd Christus voluit genus humanum à peccatis liberare, non sola potestate: sed iustitia, & ideo non solum attendit quantam virtutem doloris eius haberet, ex diuinitate vnita, sed etiam quantum dolor eius sufficeret, secundum humanam naturam ad tantam satisfactionem.

ARTICVLVS VII.

Vtrum Christus passus fuerit secundum totam animam.

¶ Super quæstio. quadragesimæsextæ, Articulum septimum.

AD Seprimum sic proceditur. Videtur quòd Christus non fuerit passus secundum totam animam. Anima enim patitur patiente corpore per accidens, inquantũ est corporis actus: sed anima non est actus corporis secũdum quamlibet partem eius: nam intellectus nullius corporis actus est, vt dicitur in 3. de anima. * ergo videtur, q̃ Christus non fuerit passus secundũ totam animam.

¶ 2 Præte. Quælibet potentia animæ patitur à suo obiecto: sed superioris partis rationis obiectum, sunt rationes æternæ, quibus inspiciendis & consulendis intendit, vt August. † dicit 12. de Trinita. Ex rationibus autem æternis nullum potuit Christus pati nocumentum, cum in nullo ei contrariarentur. ergo videtur quòd non fuerit passus secundum totam animam.

¶ 3 Præt. Quando passio sensibilis vsque ad rationem pertingit, tunc dicitur completa passio, quæ in Christo non fuit: sed solum propassio, vt Hieronym. * dicit. vnde & Dionys. dicit in Epist. † ad Ioannem euangelistam, q̃ passiones sibi illatas patiebatur se-

Tertia S. Tho. T

2 52 5. dis. 15. q. 2. ar. 1. q. 3. & ar. 3. q. 2. Et ver. q. 26. arti. 3. ad 1. & ar. 8. & 9. Et quol. 7. arti. 5. Et opus. 3. c. 235. † Ex li. 3. ex 12. 6. & 12. c. 2.

† li. 12. c. 7. in fin. to. 3. Hier. sup illu. Matth. 26. Cæpie cõtristari & mœstꝰ esse. 30. 9. † Incipit hæc epist. D. Salutore ita &c. circa mediũ illius.

¶ Prima

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Prima conclusio est. Anima Christi tota secundum essentiam passa est. Probatur. Tota essentia animæ coniungitur corpori. ergo patiente corpore, & dispositio ad separationem ab anima, tota anima patiebatur. Antecedens probatur: quia est tota in toto, & tota in qualibet parte.

¶ Nota hic, q̃ non dicit Auctor q̃ anima Christi tota secundum essentiam doluit, sed dicit q̃ passa est: dolere enim importat actum animalis appetitus: pati autem commune est. Vnde argumenta Scoti in 3. sent. dist. 5. contra opinionem dicentem Christi animã secundum essentiã doluisse, non sunt contra doctrinam hanc, nisi vltimũ, scilicet in separatione animæ a corpore anima fuit facta impassibilis. ergo. Ad hoc enim dicit, quòd aliud est loqui de separatione animæ, & aliud de separato esse: nam licet anima in separato esse fuerit impassibilis: quandiu ẽt in separatiõe fuit, passibilis erat & pati debatur dum separaretur: quia abijciebatur a naturali suo statu, quo præbebat corpus. Vnde in litera dicitur, corpore patiẽte & dispositio ad separationem, tota essentia animæ patiebatur.

*1. Topic. c. 13. in loco, Ab his in quibus reperitur alterũ cõtrarium.

† psal. 87. Est Augu. ibi. to. 8.

¶ Secunda conclusio est. Anima Christi secundum omnes potentias inferiores patiebatur passionibus p̃ prijs illarum potẽtiarum. Probatur: quia in singulis viribus inferioribus, quæ circa temporalia versantur, in veniebatur aliq̃d, qđerat cã doloris, vt patet ex ar. 5.

D.170.

¶ Tertia conclusio est, Ratio superior non patiebatur in Christo ex parte sui obiecti. Probatur: quia Deus erat causa animæ Christi non doloris, sed delectationis & gaudii.

¶ Circa hanc conclusionem dubium occurrit ex Sco in 3. sen. dist. 15. probante, quod ratio superior in Christo per proprium actum doluit de passione Christi: tum, quia erat contra naturalẽ appetitum ipsius rationis superioris: tum, quia erat contra conditionatum velle eiusdem: quicquid autem nobis nolentibus vel naturali voluntate commodi, vel conditionato velle, accidit, sufficiens causa tristitiæ est, vt patet de miseria quo ad primum, & de proiectione mercis in mare, quo ad secundum. Amplius, Christus tristatus est de peccatis hominũ vt sunt offensæ Dei: sed hoc speciat ad rationem superiorem: quia hæc tristitia est secũdum Deũ, secundum rationes æternas consultas, quæ sunt secundũ Aug. 12. de Trin. obiectum rationis superioris. ergo.

¶ Ad euidentiam huius scito, q̃ cum secundum Augustinum de ciui. Dei ca. 15. tristitia sit de his, quæ nobis nolentibus accidunt, & nostrum nolle quadrupliciter inueniatur, vel per actũ elicitum, vt si nolo visitari, vel per naturalem contrarietatem ad voluntatẽ secundum se, vt nolumus miseriam, vel per naturalem contrarietatem ad voluntatem colligatam appetitui sensitiuo, vt nolumus vri, vel per conditionatum actum voluntatis, puta nolleitatem, vt nollemus proijcere merces in mare, quas tamen proijcimus, cundum iudicare solum. non ergo videtur quòd Christus secundum totam animam pateretur.

¶ 4 Præt. Passio dolorem causat: sed in intellectu speculatiuo non est dolor: quia delectationi, quæ est ab eo, qđ est considerare, nulla tristitia opponitur, vt Philosophus * dicit in 1. Topi. ergo videtur q̃ Christu nõ pateretur secundum totam animam.

¶ Sed contra est, quòd in Ps. 87. dicitur ex persona Christi, Repleta est malis anima mea, Glo. † non vitijs, sed doloribus, quibus anima carni compatitur, vel malis, scilicet pereuntis populi, compatiendo: non autem fuisset anima eius his malis repleta, si non secundum totam animam passus esset. ergo Christus est ſm totam animã passus.

¶ Respon. Dicendum, quòd totum dicitur respectu partium: partes autem animæ dicuntur potentiæ eius. Sic ergo dicitur anima tota pati, inquãtum patitur secũdum suam essentiam, vel inquantum secundum omnes suas potentias patitur: sed considerandum est, quòd aliqua potentia animæ, potest pati dupliciter. Vno modo passione propria, quæ quidem est secundum q̃ patitur a suo obiecto, sicut si uisus patiatur ex superabundanti visibili. Alio modo, aliqua potentia patitur passione subiecti, super quod fundatur, sicut visus patitur ex superabundanti visibili. Alio modo, aliqua potentia patitur passione subiecti, super quod fundatur, sicut visus patitur ex passione coloris, super quem fundatur visus. puta cũ oculus pungitur, aut etiam distempera tur per calorem. Sic igitur dicendum est, quòd si intelligamus totam animã ratione suæ essentiæ, sic manifestum est totam animam Christi passam esse. Nam tota essentia animæ coniungitur corpori, ita quod d tota est in toto, & tota in qualibet parte eius, & ideo corpore patiente, & dispositio ad separationem ab anima, tota anima patiebatur. Si vero intelligamus totam animã secundum omnes potentias eius, sic loquendo de passionibus propriis potentiarum, patiebatur quidem secundum omnes vires inferiores: quia in singulis viribus inferioribus animæ, quæ circa temporalia operãtur, inueniebatur aliquid, quod erat causa doloris Christi, sicut ex supradictis patet: * sed secundum hoc superior ratio non patiebatur in Christo ex parte sui obiecti, scilicet Dei, qui non erat animæ Christi causa doloris, sed delectationis & gaudii. Secundum autem illum modũ passionis, quo potentia aliqua dicitur pati ex parte sui subiecti, sic omnes potentiæ animæ Christi patiebantur: omnes d enim potentiæ animæ radicantur in essentia eius, ad quam peruenit passio, passo corpore, cuius est actus.

¶ Ad primum ergo dicendum, quod licet intellectus, secundum quod est potentia quædam, non sit corporis actus: essentia tamẽ animę est corporis actus, in qua radicatur potentia intellectiua, vt in prima parte habitum est. *

¶ Ad secundum dicendum, quod illa ratio procedit de passione, quæ est ex parte proprii obiecti, secundum quam, superior ratio in Christo passa non fuit.

¶ Ad tertium dicendum, quod dolor tunc dicitur esse passio perfecta, per quam anima perturbatur, quando passio sensitiuæ partis pertingit vsque ad immutandum rationem a rectitudine sui actus, vt scilicet, sequatur passionẽ, & non habeat liberum arbitrium super eam. Sic autem passio sensitiuæ partis non peruenit in Christo vsque ad rationem, sed ex parte subiecti, sicut dictum est. *

¶ Ad quartum dicendum, quod intellectus speculatiuus, non potest habere dolorem, vel tristitiam ex parte sui obiecti, quod est verum absolute considerando, quod est perfectio eius: potest tamen ad ipsum pertingere dolor vel causa doloris, per modum iam dictũ. * putauit Scotus in loco dicto quodlibet istorum nolle sufficienter causare tristitiam in voluntate, si contra huiusmodi nolle eueniat nobis aliquid sic nolitum. Minus autem verum inuenitur hoc dictum, si perspexerimus, q̃ beatis multa possunt sic nolita euenire: qui tamen tristari non possunt: voluntas enim cuiusque patris in patria est, q̃ secundum se nolle filiũ damnari, vt patet: quia ista nolleitas est secundum amorem naturalem ad filium, & quia in dãnatis remanet, vt patet de diuite, qui petijt, ne fratres damnarẽtur, & tamen beatus non tristat si filius damnatur. Et simile est de injuriis, q̃ fiunt sanctis circa eorũ corpora: sunt enim contra naturalem voluntatem eorum, & tamen non tristantur.

D.197.

¶ Quocirca distinguẽdum est de nolle q̃ sine naturale sine conditionatum sit, dupliciter sumi potest. Vel absolute, hoc est quantum est ex parte voluntatis, seu boni voliti aut mali noliti, & taliter nolle nõ sufficit ad causandam tristitiam, ut ex dictis exemplis patebit. Alio modo, sumitur nolle secũdum præsentem statum volẽtis seu nolentis, hoc est q̃ sine sit naturale sine conditionatum sine sit illud nolle secũdum præsentem statum, quem actu habet ille, qui dicitur nolle: & sic nolle sine sit naturale sine conditionatũ sufficit ad causandam tristitiã, quod vt clarius fiat, dicamus exemplariter differentiam inter voluntatem beati patris & non beati: pater siquidem iustissimator respectu miseriæ filii præsciti hẽt nolle & naturale & conditionatũ nõ solũ ita q̃ voluntati paternæ ſm se absolute sumptæ cõtrariatur miseria filii, & nollet filii dãnationẽ seclusio diuinæ iustitiæ ordine, sed etiam ita quòd secundum præsentem statum in quo est, ex amore naturali exit in actum nolendi conditionatum, dicendo, Pater si possibile est, transeat calix iste. Idem autem pater beatus non habet amplius amorem illum primum, vt consonet sibi exire in actum nolleitatis respectu miseriæ filij (alioquin non esset beatus: qm aliquid vellet, quod non haberet: sed in omnibus conforme dicitur voluntati suum velle. Et hinc fit, vt damnatio filii eueniens tristitiam ingeret patri viatori, & non patri beato. Conuenientia siquidem inuenta secundum voluntatem absolute, & simpliciter ſm nolleitatem absolute in patre viatore & beato, & differentia inuenta secundum voluntatem inordinatã, aut testatur quòd non sufficit ad tristitiam nolentas naturalis, aut cõditio nata absolute, sed oportet q̃ sit secũdum præsentem statum: propterea enim tristor proijciendo merces, quia secundum præsentem statum habeo nolleitatem prædicti illas, & eo ipso propterea beati de nullo tristantur, qui de nullo contrario eius quod habent nolleitatem in illo statu. Et in proposito, ideo Christus do minus beatus, secundum portionem superiorem non tristabatur de sua passione, quia secundum illam nec nolleitatẽ illius habebat: sed tanquam beatus illam nullo modo refutabat. Vnde patet falsum esse,

*1. 2. 5. 3. d. 15. q. 2. & 28. 3. q. 2. vt ver. q. 10. arti. 11. ad 3.

Et q. 26. ar. 9. & 10.

Et quo. 1. q. 2. arti. 2. con. Et op. 3. ca. 238. & 239.

q. 15. arti. 10. li. 10. c. 5. & lib. 7. c. vlt. ar. 6 huius q. * 1. 2. q. 4.

In cor. ar.

li. 1. ex c. 4. & 10. to mo 3. li. 3. c. 15. post med.

p. p. q. 77. arti. 1. & 2.

In cor. ar.

ar. præce.

sum esse, q̃ rõne superiori Christi, vt natura, cõtrariabatur passio Christi q̃m pars illa ſm illum statum nõ habuit aliquid contrarij. Et similiter falsum est, q̃ habuerit nolleitatẽ mortis eadẽ ratione: quia, si beata erat. Verũ ne inuria Scoto hinc fiat, scito, q̃ intent

Universidad de Deusto
Biblioteca

runt ab officio eius ea Christum sepultum. Vnde volunt verba Ioan. euangelistæ, Erat autē parasceue paschæ, ad literam intelligi, q̄ erat vigilia paschæ.

¶ Ad euidentiā huius considerandum est, q̄ non solum certa incertis ꝓponēda sunt, sed ex certis ea, quæ ambigua videntur interpretāda sunt, & non econtra. Quocirca certitudo scripta a tribus euangelistis Matth. Marco, & Luca de primo die azymorum, qui quintadecima luna est, q̄ scilicet fuit dies Veneris, in quæ Christus passus est, debet præponi incertis, hoc est varie expositionibus verbis Ioannis euangelistæ, non quo ad veritatem & falsitatem: quia omnia sunt vera, sed quo ad securitatē sensus literalis. Verba siquidē illorū non possunt exponi ad literā, nisi intelligendo diem illum Veneris fuisse lunam quintamdecimam: quia expresse dicunt primū diem azymorum inchoatū vespere præcedente, quod tamen Ioannis verba aliter interpretari, q̄ sabbatho fuerit quintadecima luna, vt patet ex expositione Doctorū. igitur fatendū est ipsum diē Veneris fuisse quintādecimā lunā. Et confirmatur hoc, quia idē Io. euangelista ibidē appellat vnum idēque tēpus parasceuem paschæ, & pascha: dicit enim de illo die Veneris, Erat autē parasceue paschæ, & de eodem introducit Pilatū dicētē, Est autē vobis cōsuetudo, vt dimittam vobis vnū in pascha. Si enim tam ꝓprie Ioā. paschę nomine vtitur, vt isti autumant, non debuit idem tēpus die: pascha & parasceue paschæ: q̄m constat q̄ tam stricte loquendo, est, quòd conuenienti tempore passio Christi celebrata est. Vnde Augustinus in libr. Quæstionum vete. & no. testa. dicit, Omnia propriis locis, & temporibus gessit saluator.

Hom. 82. ꝫ Io. parū a me. to. 3

Super illud Matt. 26. prima die azymorū accesserunt. tom. 9.

¶ Ad primum ergo dicendum, quod quidam dicūt Christum fuisse passum quartadecima luna, quando iudæi pascha immolabant. Vnde & Ioan. 18. dicitur, quòd iudæi non introierūt prætorium Pilati ipso die passionis, vt nō contaminarentur, sed vt manducarēt pascha. vbi Chrysostō. * dicit quod tūc iudæi faciebant pascha, ipse vero ante vnam diem celebrauit pascha, reseruās suam occisionem sextæ feriæ, quando vetus pascha fiebat. Cui videtur cōsonare quod dicitur Io. 13. quòd ante diem festum paschæ Christus facta cœna, pedes discipulorum lauit: sed contra hoc videtur esse, quod dicitur Matth. 26. quòd prima die azymorum accesserunt discipuli ad IESVM, dicentes: Vbi vis paremus tibi comedere pascha? Ex quo patet, quòd cum primus dies azymorum dicatur quartus decimus dies mensis primi, quandoagnus immolatur & luna plenissima est, vt Hiero. * dicit, constat quartadecima luna Christum cœnam fecisse, & quintadecima eū esse passum. Et hoc expressius manifestatur per id quod dicitur Marc. 14. Primo die azymorum, quando pascha immolabant &c. & Luc. 22. Venit dies azymorum, in quo necesse erat occidi pascha. Et ideo quidam dicunt, quòd Christus die conuenienti in quartadecima luna pascha cum discipulis suis manducauit, demonstrans q̄ vsque ad vltimum diem non erat contrarius legi, vt Chrysostom. * dicit super Matth. sed iudei occupati circa procurationem mortis Christi contra legem celebrationem paschæ in crastinum distulerunt. Et propter hoc de his dicitur, quòd in die passionis Christi noluerunt intrare prætoriū, vt nō contaminarentur, sed vt manducarent pascha. Sed nec istud videtur esse consonum verbis Mar. dicentis. Primo die azymorum quando pascha immolabant. Simul ergo Christus & iudæi vetus pascha celebrauerunt. Et sicut Beda dicit super Mar. * licet Christus, qui est pascha nostrum sit crucifixus sequēti die, hoc est quintadecima luna: attamen nocte qua agnus immolabatur, corporis sanguinisque sui discipulis tradens mysteria celebranda, & à iudæis tentus ac ligatus ipsius immolationis, hoc est, passionis suæ sacrauit exordium. Cum autem dicitur Ioan. 13. Ante diem festum paschæ, intelligitur hoc fuisse quartadecima luna, qđ tunc euenit quinta feria: nam luna existente quintadecima erat dies solennissimus paschæ apud iudæos. Et sic eundem diem quem Ioannes nominat ante diem festum paschæ, propter distinctionem naturalem dierum, Matth. nominat primam diem azymorum: quia secundum ritum iudaicæ festiuitatis, solennitas incipiebat à vespera præcedentis diei. Quòd autem dicitur, eos comesturos esse pascha in quintadecima luna, intelligendum est, quod ibi pascha non dicitur agnus paschalis, qui immolatus fuerat decimaquarta luna, sed dicitur cibus paschalis, idest, azymi panes: quos oportebat comedi a mundis. Vnde Chrysosto. * ibidem aliam expositionem ponit, quòd Pascha potest accipi pro toto festo iudæorum, quod septem diebus agebatur.

Hom. 8. ꝫ Mat. paulo a p. in. to. 2.

* Beda Mar. 14. in ca. 41. secundum Bedæ ordinē, to. 2.

¶ Ad secundum dicendum, quod sicut Augustin. * dicit in libr. de cons. euang. hora erat quasi sexta, cum trāditus est Dominus crucifigendus à Pilato, vt Ioan. dicit: non enim erat plenè sexta, sed quasi sexta, idest, peracta quinta, & aliquid etiam de sexta esse cœperat, donec completa sexta, Christo pendente in cruce, tenebræ fierent. Intelligitur autem fuisse hora tertia, cum clamauerunt iudæi, vt Dominus crucifigeretur, & verissime demonstratur, tunc eos crucifixisse quando clamauerunt. ergo ne quisquam cogitationem tanti criminis auersus à iudæis in milites conuerteret, erat, inquit, hora tertia, & crucifixerūt eum, vt illi eum potius crucifixisse inuenian tur, qui hora tertia, vt crucifigeretur, clamauerūt. Quamquam non desunt, qui per parasceuem, quam Ioan. commemorat, dicens, Erat parasceue hora quasi sexta, horam diei tertiam velint intelligi? Parasceue quippe interpretatur præparatio. Verum autem pascha, quod in passione Domini celebratur, incepit præparari ab hora nōna, quando scilicet omnes principes sacerdotum dixerunt, reus est mortis. Ab illa ergo nōna hora, vsque ad Christi crucifixionem, occurrit hora parasceues sexta secūdum Ioannem, & hora diei tertia secundum Marcum: quidam tamen dicunt, quod hæc diuersitas ex peccato scriptoris apud græcos contingit: nam figuræ, quibus tria & sex repræsentantur, satis sunt propinquæ apud eos.

¶ Ad tertium dicendum, quod sicut dicitur in libr. de Quæstionibus veter. & nou. testamenti, * tunc voluit Dominus passione sua mundum redimere, & reformare, quando eum creauerat, idest, in æquinoctio. Et tunc dies super noctem increscit: quia per passionem Saluatoris à tenebris ad lucem perducimur. Et quia perfecta illuminatio erit in secundo aduentu Christi, ideo tempus secundi aduentus æstati comparatur Matthæ. 34. vbi dicitur, Cum ramus eius iam tener fuerit & folia nata, scitis quia propè est æstas, ita & vos cum videritis hæc omnia, scitote quia propè est & in ianuis. Et tunc etiam erit maxima Christi exaltatio.

¶ Ad aliud est rōpus pischæ, & aliud pascheue paschæ Vocauit ergo vtrobique pascha solennitatē paschalē, sicut & Luc. Act. 12. expresse cōtā solēnitatē paschalē pascha uocat, tractās de Petro occidendo. Erant autem dies azymorū, & subdit, uolēs post pascha producere eum.

Hom. 82. in Ioan. a medio ver.

¶ Ad obiectionē nouā ex celebritate festiuitatis illius diei, dicitur q̄ quia præceptū de obseruatione illius festi excipiebat spectantia ad prēparationē cibo rū, quæ tū erant prohibita in sabbatho, colligitur fuisse licita illo die, quæ sabbatho non licuissent: nā ptione cōprehendit oīa similia. Et propterea ex hoc ipso, q̄ in die primo paschæ poterant parari necessaria ad cibū cōsequens est, q̄ etiā licita fuerunt oīa quæ occurrens ne cessitas naturæ & pietatis exegisset, ac ꝑ hoc opus sepulturæ, maximæ pietatis gratia, vt fuit circa christū, licitū fuit. Actus vero iudiciales cū non sint inter operaseruilia, prohibitos in ueteri lege nescio: legimus enim Petrū captū inter dies azymorū, & propterea illud, in quo tūc licebat operari, reseruatus est occisioni post Pascha. Verū tamen q̄quid sit de hoc, sicut Caiphas prudens est habitus y pediturum homi nem mori pro populo, facile potuit dispensare, quia periculum erat in mora, ut actus iudiciales circa Christum licite fuerunt exercere crederētur in primo die azymorum, præsertim cum actus hi non ex lege, sed statutis eorum, uel consuetudine & reuerentia quadam prohibiti forte fuerint.

Li 3. c. 11. nō procul a principio.

In li. 83. qq. no. 82. qui incipit: Deus est te perse. q. 55. in primo opera Aug. guli.

¶ Ad quartum dicendum, quòd Christus in iuuenili ætate pati voluit propter tria. Primo quidem, vt ex hoc magis suam dilectionem commendaret, quòd vitam suā pro nobis dedit, quando erat in perfectissimo statu. Secundo, quia non conueniebat, vt in eo appareret naturæ diminutio, sicut nec morbus, vt supra dictū est. Tertio, vt in iuuenili ætate moriens & resurgens, futuram resurgentium qualitatem in seipso Christus præmonstraret. vnde dicitur Ephe. 4. Donec occuramus omnes in vnitatem fidei & agnitionis filii Dei in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi.

¶ Sequer quæstionis quadrageſimæſextæ. Art. X.

Vtrum Christus fuerit conuenienti loco passus.

255 Sup. q. 35. ar. 7. ad 1. & infr. q. 83. art. 3. ad 1. Et op. 16. c. 29.

TItulus clarus.

¶ In corpore vna cōclusio: Christus in loco conuenienti passus est. Probatur, quia omnia propriis locis, & temporibus gessit: q̄ omnia loca & tempora in manu eius sunt. ergo.

¶ In rēspōsione ad secūdum & tertium, aduerte q̄ ad literam Christus passus est extra portam in loco damnatorum, vt mors sua turpior redderetur, dum in loco publicæ ignominiæ, ac maxime patulo passus est.

Alias, inscr.

AD decimum sic proceditur. Videtur quòd non conuenienti loco Christus passus fuerit, Christus enim passus est secundum carnem humanā, quæ quidem concepta fuit ex virgine in Nazareth, & nata in Bethleem. ergo videtur quòd non in Hierusalem, sed in Nazareth, vel in Bethleem pati debuerit.

¶ 2 Præt. Veritas debet respondere figuræ: sed passio Christi figurabatur per sacrificia veteris legis: sed huiusmodi sacrificia offerebantur in templo. ergo videtur quòd & Christus in templo pati debuerit, & non extra portam ciuitatis.

¶ 3 Præte. Medicina debet morbo respondere: sed passio Christi fuit medicina contra peccatum Adæ. Adam autem non fuit sepultus in Hierusalem sed in Hebron: dicitur enim Iosue 14. Nomē Hebron antea vocabatur Chariatarbe, Adam maximus ibi interra* Enachim situs est. ergo videtur q̄ Christus in Hebron, & non in Hierusalem, pati debuerit.

¶ Sed contra est, quòd dicitur Luc. 13. Non capit prophetam perire extra Hierusalem: sed Christus fuit propheta. Conuenienter ergo passus est in Hierusalem.

¶ Respon. Dicendum, quod sicut dicitur in libr. 83. * Quæstionum, omnia propriis locis & temporibus gessit Saluator: quia sicut omnia tempora sunt in manu eius, ita etiam omnia loca: & ideo sicut cōuenienti tempore Christus passus est, ita etiam conuenienti loco.

Augu. li. q. ex no te qui incipit, de certe quę. 55. i prin cip. to. 4.

¶ Ad primum ergo dicendum, quod Christus conueniētissimè in Hierusalem passus est. Primo quidem, quia Hierusalem erat locus à Deo electus, ad sacrificia sibi offerenda: quæ quidem figuralia sacrificia figurabant Christi passionem, quod est verum sacrificium, secūdum illud Ephes. 5. Tradidit semetipsum hostiam & oblationem in odorem suauitatis. Vnde Beda * dicit in quadam homilia q̄ appropinquante hora passionis, Dominus appropinquare voluit loco passionis, s. in Hierusalem, quo per uenit ante sex dies paschæ, sicut agnus paschalis ante sex dies paschæ, idest, decima luna, secundum præceptum legis ad locum immolationis ducebatur. Secundo, quia virtus passionis eius ad totum mūdum diffundenda erat, in medio terræ habitabilis pati voluit, idest, in Hierusalē. vnde dicitur in Psal. 73. Deus autem rex noster, ante sæcula operatus est salutem in medio terræ, idest, in Hierusalem: quæ dicitur esse vmbilicus terræ. Tertio, quia hoc maxime conueniebat humilitati eius, vt scilicet sicut tu pissimum genus mortis elegit, ita etiam ad eius humilitatem pertinuit, quod in loco tam celebri confusionem pati non recusauit, vnde Leo Papa dicit in quodam sermone epiphaniæ, † Qui serui susceperat formā, Bethleem præelegit natiuitati, Hierusalem passioni. Quarto, vt ostenderet à principibus populi iudæorum exortam esse iniquitatem occidentium ipsum: & ideo in Hierusalem, vbi principes morabantur, voluit pati. Vnde dicitur Actuū 4. Conuenerunt in ista ciuitate aduersus sanctum puerū tuum IESVM, quem vnxisti, Herodes & Pontius Pilatus cum gentibus, & populis Israel.

In ser. 2. ante me.

¶ Ad secundum dicendum, quod Christus non in templo aut in ciuitate, sed extra portam passus est propter tria. Primo quidem, vt veritas responderet figuræ: nam vitulus & hircus, qui solennissimo sacrificio ad expiationem totius multitudinis offerebantur, extra castra comburebantur, vt præcipitur Leuitic. 16. Vnde dicitur Hebræ. 13. Quorum animalium infertur sanguis pro peccato in sancta per pontificem, horum corpora cremantur extra castra: propter quòd & IESVS, vt sanctificaret per suum sanguinem populum, extra portam passus est. Secundo, vt per hoc daret nobis exemplum exeundi à mundana conuersatione. vnde ibidem subditur, Exeamus igitur ad eum extra castra, improperium eius portantes. Tertio, vt Chrysosto. * in sermo. de passio. dicit, Noluit Dominus pati sub tecto, non in templo iudaico, ne iudæi subtraherent sacrificium salutare, ne putares pro illa tantum plebe oblatum: & ideo foras ciuitatem, foras muros, vt scias sacrificium esse commune, quod totius terræ est oblatio, q̄ communis est purificatio.

* In ser. q̄ icipit, hodierna die Dñs noster, aliquātulū a prin. to. 2. Sup. illud Mat. 27. Et venerunt in locū qui dicit Golgotha, to. 9.

¶ Ad tertium dicendum, quòd, sicut Hieronym. * dicit super Matthæum, Quidam exposuit caluariæ locum, in quo sepultus est Adam, & ideo sic appellatum: quia ibi antiqui hominis sit conditum caput: fauorabilis interpretatio & malcens aurem populi, nec tamen vera. Extra vrbem enim & foras portam, loca sunt in quibus trucantur capita damnatorum, & caluariæ, idest, decollatorum sumpsere nomen. Propterea autem ibi crucifixus est IESVS, vbi prius erat area damnatorum, vt ibi erigerentur vexilla martyrii. Adam verò sepultum iuxta Hebron & Arbee in IESV filii Naue volumine legimus. Magis autem IESVS crucifigendus erat in loco communi damnatorum, quàm iuxta sepulchrum Adæ, vt ostenderetur quod crux Christi non soluta erat in remedium contra peccatum personale ipsius Adæ, sed etiam contra peccatum totius mundi.

ARTICVLVS XI.

Vtrum conueniens fuerit Christum cum latronibus crucifigi.

¶ Super quæstionis quadrageſimæſextæ. Articulum vndecimum.

256

AD vndecimum sic proceditur. Videtur quod non fuerit conueniens Christum cum latronibus crucifigi: dicitur enim 2. ad Corinth. 6. Quæ participatio iustitiæ cum iniquitate? sed Christus factus est nobis iustitia a Deo, iniquitates autem pertinet ad latrones. non ergo fuit, conueniens, vt Christus simul cum latronibus crucifigeretur.

¶ 2 Præ. Super illud Mat. 26 Si oportuerit me mori tecum, non te negabo, dicit Origenes, † Mori cum IESV pro omnibus moriēte, hominū nō erat. &

Orig. ho. 35 i Mat. post prin. ho. to. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

trones secundum intẽtionem iudeorum, vt crederetur esse malus inter malos punitus: hoc est conuenienter quidem ad malam eorum intentionem, quia medium consonum fini malo, sed inconuenienter quãtum ad euentum: quia oppositũ euenit, dum Christi crux adoratur, & ab illorum crucibus sic discernitur, & vere totum oppositum euenit. Putauerunt iudæi confundere crucem Christi cum crucibus impiorum, dum simul cum impijs crucifixus, sicut alij pertransiret: sed euenit vt Christi crux fulserit, ita quod etiam alias memorabiles, quamuis non venerabiles, reddiderit, vt experientia testatur. Secunda conclusio: Christus secundum Dei ordinationem inter latrones conuenienter crucifixus est. Probatur quadrupliciter. Omnia clara sunt.

*Iib.10.in Luc.c.cuius tit.est, responsio ne prę mẽ 50.5.

Hom.88. i Mat. ali quantulũ a princi. to.2.

Ambros.* dicit super illud Luc. 22. Paratus sum tecum & in carcerem & in mortem ire: passio, inquit, Domini æmulos habet, pares non habet. Multo igitur minus conueniens videtur, ꝙ Christus simul cum latronibus pateretur.

¶ 3 Præt. Matth. 27. dicitur, quòd latrones qui crucifixi erant cum eo, improperabant ei: sed Luc. 23. dicitur, ꝙ vnus eorum, qui crucifixus erat cum Christo, ei dicebat, Memento mei Domine, dum veneris in regnum tuum. ergo videtur, quòd præter latrones blasphemantes fuerit cum eo crucifixus alius non blasphemans. Et sic videtur inconuenienter ab euangelistis narratum, quòd Christus fuerit cum latronibus crucifixus.

¶ Sed contra est, quod Isa. 53. fuerat prophetatum: Et cum sceleratis reputatus est.

¶ Respon. Dicendum, quòd Christus inter latrones crucifixus est, alia quidem ratione quantum ad intentionem idæorum, alia verò quantum ad Dei ordinationem. Quantum enim ad intentionem iudæorum, duos latrones vtrimq; crucifixerunt, sicut dicit Chrysosto.* vt eorum suspitionis fieret particeps: sed non ita euenit, nam de illis nihil dicitur: huius autem vbique crux honoratur: reges diademata deponentes, assumunt crucem in purpureis, in diadematibus, in armis, in mensa sacrata, vbique terrarum crux emicat. quantum verò ad Dei ordinationem, Christus cum latronibus crucifixus est: quia vt Hieronym.* dicit super Matth. sicut pro nobis maledictum crucis factus est Christus, sic pro omnium salute inter noxios quasi noxius crucifigitur. Secundo, vt dicit Leo* Papa in sermone de passione, duo latrones vnus ad dexteram & alius ad sinistram crucifiguntur, vt in ipsa patibuli specie mõstraretur illa, quæ in iudicio ipsius, omnium hominum tractienda est discretio. Et Augustin. † dicit super Ioan. Ipsa crux, si attendas, tribunal fuit: in medio enim iudice constituto, vnus qui credidit, liberatus, alius qui insultauit, damnatus est: iam significabat quod facturus est de viuis & mortuis, alios positurus ad dextram, alios vero ad sinistram. Tertio, secundum Hilarium * duo latrones leuæ ac dextræ affiguntur, omnem humani generis vniuersitatem vocari ad sacramentum passionis Domini ostendẽtes: sed quia per diuersitatem fidelium ac infidelium, fit omnium secundum dextram sinistramque diuisio, vnus ex duobus ad dextram eius situs, fidei iustificatione saluatur. Quarto, quia vt Beda* dicit super Mar. latrones, qui cum Domino crucifixi sunt, significant eos, qui sub fide & confessione Christi vel agonem martyrii, vel quæ libet arctioris disciplinæ instituta subeunt: sed qui hoc præterna gloria gerunt, dextri latronis fide designãtur: qui vero humanę laudis intuitu, sinistri latronis mentem imitantur & actus.

Mat.27.sup illud, venerũt i locũ qui dicit Golgotha. to. 9.
*In 4.sermo de passione parũ a prin.
†Aug.trac. 31.in Ioã fin. to. 9.
*ca.33.in Matth. an pe med.
(ca.15 in Mar.in c. 44.secundum eius ord.circa med.to.2.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd sicut Christus debitum mortis non habuit, sed mortem voluntariè subiit, vt sua virtute vinceret mortem, ita etiam non habuit meritum, vt cum latronibus poneretur, sed voluit cum iniquis deputari, vt sua virtute iniquitatem destrueret. Vnde Chrysost. † dicit super Ioan. quòd latronem in cruce conuertere, & in paradisum inducere, non minus fuit, quàm concutere petras.

Hom.48. in Io.non remote a princi.to mo 3.

¶ Ad secundum dicendum, quòd non conueniebat, vt cum Christo aliquis alius pateretur ex eadem causa. vnde Origen.* ibidem subdit, Omnes fuerant in peccatis & omnes opus habebant, vt pro eis alius moreretur, non ipsi pro aliis.

¶ Ad tertium dicendum, quòd sicut Augustin.* dicit in lib. de consensu euangelistarum, possumus intelligere Mat. posuisse pluralem numerum pro singulari, cum dixit, latrones improperabant ei. Vel potest dici secundum Hiero.† quòd primum vterque blasphemauerit, deinde visis signis, vnus eorum crediderit.

*Finitis prioribus, a prin. to. 35.i Mat. numerando, to.3.
*lib.3.c.16. in med.to mo 4.
†Super illud Matt. 27.latrones improperabant ei,tom.9.

ARTICVLVS XII.

Vtrum passio Christi sit eius diuinitati attribuenda.

AD duodecimũ sic proceditur. Videtur quod passio Christi sit eius diuinitati attribuenda. Dicitur enim 1. ad Cor. 2. Si cognouissent, numquam Dominum gloriæ crucifixissent: sed Dominus gloriæ est Christus, secundum diuinitatem. ergo passio Christi competit ei secundum diuinitatem.

¶ 2 Præt. Principium salutis humanæ est ipsa diuinitas, secundum illud Psal. 36. Salus autem iustorum à Domino. Si ergo passio Christi ad eius diuinitatem nõ pertineret, videretur quod non posset nobis esse fructifera.

¶ 3 Præte. Iudæi puniti sunt pro peccato occisionis Christi, tamquam homicidæ ipsius Dei, quod magnitudo pęnæ demonstrat: hoc autẽ nõ esset, si passio ad diuinitatẽ nõ pertineret. ergo passio Christi ad diuinitatẽ eius pertinuit.

¶ Sed contra est, quod Athanasius dicit in epist. ad Epictetum,* Natura Deus manens verbum est impassibile: sed impassibile non potest pati. Passio ergo Christi non pertinebat ad eius diuinitatem.

¶ Respondeo. Dicendum, quòd, sicut supra dictum est,* vnio humanæ naturæ & diuinæ facta est in persona & hypostasi & supposito, manente tamen distinctione naturarum, vt scilicet sit eadem persona & hypostasis, diuinæ & humanæ naturæ, salua tamen veritate naturæ proprietate: & ideo, sicut supra dictum est,* suppositio diuinæ naturæ attribuenda est passio, non rationi diuinæ naturæ, quæ est impassibilis, sed rationi humanæ naturæ. Vnde in epistola synodali Cyrillus dicit,* Si quis non confitetur Dei verbum passum carne, & crucifixum carne, anathema sit. Pertinet ergo passio Christi ad suppositũ diuinæ naturæ ratione naturæ passibilis assumptæ, non autem ratione diuinæ naturæ impassibilis.

*Iacobꝰ hæreticus. Ergo alius erat.
q.2.arti.2. &.3.
258 Inf.q.50. arti.1. ad 2. Et q.51.arti.3. corp. Et opuſ.3.c. 337. & 338.
q.16.ar.5.
*lib.3.c. 13. paulo post pri. to.3.
Habes in primo nodo. 8. pabile. c. 19.

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ Dominus gloriæ dicitur crucifixus, non secundum ꝙ est dominus gloriæ, sed secundum quòd erat homo passibilis.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ, sicut dicitur in quodam sermone Ephesini concilii, mors Christi tamquam facta mors Dei, scilicet per vnionem in persona, destruxit mortem: quoniam Deus & homo erat qui patiebatur: nõ enim natura Dei læsa est, sed humana, neque mutationem sua suscepit passiones.

¶ Ad tertium dicendum, quòd sicut subditur ibidem, non

¶ Super quæstionis quadragesimæ septimæ, Articul. primum.

TItulus occasionem sumpsit ex euãgelio, in quo Christus dicit, Nemo tollit aiam meam à me.

¶ In corpore articuli vno ponitur distinctio bimembris, in xta quę membra respondet quæsito duabus conclusionibus cũ corollario. Distinctio est, causa alicuius dupliciter: directè agẽdo, vel indirectè, scilicet non prohibendo, cum posset.

¶ Prima conclusio: Christus fuit ab alijs non à seipso occisus directe. Probatur: quia persecutores eius intulerunt intẽtionẽ & opere efficaci illi mortem.

¶ Secunda conclusio est: Christus fuit causa mortis suæ directè, scilicet non prohibendo, cum posset. Probatur hæc vltima particula, in qua tota difficultas cõsistit, scilicet cum posset. Probat autem dupliciter. Et ex parte occidentium: quia poterat reprimere, vel in voluntate vel potestate. Et ex parte animæ suæ: quia spiritus eius habebat potestatem cõseruandi naturam carnis suæ. Probatur, quia erat vnita per violentiam, eius animam non eripiebat, naturam corporalem in sua fortitudine conseruauit, vt etiam in extremis positus voce magna clamaret, quod inter alia miracula mortis eius computatur. vnde dicitur Marci 15. Videns autem Centurio qui ex aduerso stabat, quia sic clamans expirasset ait, Verebie homo filius Dei erat. Fuit & mirabile in Christi morte, ꝙ velocius mortuus fuit alijs, qui simili pasione afficiebantur. Vnde dicitur Ioannes 19. quòd eorum qui cum Christo crucifixi erant fregerunt crura, vt cito morerentur: ad Iesum autem cum venissent, vt viderunt eum iam mortuum, non fregerunt eius crura. Et Marc. 15. dicitur, quòd Pilatus mirabatur, si iam obijsset. Sicut enim eius voluntate, natura corporalis conseruata est in suo vigore vsque ad

QVAEST. XLVII.

De causa efficiente passionis Christi.

DEINDE considerandũ est, de causa efficiente passionis Christi.

Et circa hoc quæruntur sex.

¶ Primo, Vtrũ Christus fuerit ab alijs occisus, vel à seipso.

¶ Secũdo, ex quo motiuo seipsum passioni tradiderit.

¶ Tertio, Vtrum pater tradiderit eum ad patiendum.

¶ Quarto, Vtrum fuerit conueniens, vt per manus gentium pateretur, vel potius à iudeis.

¶ Quinto, Vtrum occisores eius eum cognouerint.

¶ Sexto, De peccato eorum qui Christum occiderunt.

ARTICVLVS I.

Vtrum Christus fuerit ab alio occisus, an à seipso.

AD primum sic proceditur. Videtur quòd Christus non fuerit ab alio occisus, sed à seipso. Dicit enim ipse Ioã. 10. Nemo tollit animam meã à me, sed ego pono eam: ille autem dicitur aliquem occidere, qui animam eius tollit. non est ergo Christus ab alijs occisus, sed à seipso.

¶ 2 Præt. Illi, qui ab alijs occiduntur, paulatim debilitata natura deficiunt, & maximè hoc apparet in crucifixis: vt. n. dicit Aug.* in 4. de Tri. lõga morte cruciabantur ligno suspensi. In Christo aũt non hoc accidit: nã clamans voce magna, emisit spiritum, vt dicitur Matth. 27. Non ergo Christus est ab alijs occisus, sed à seipso.

¶ 3 Præte. Illi qui ab alijs occiduntur, per violentiam moriuntur, & ita non voluntariè: quia violentum opponitur voluntario: sed Aug.* dicit in 4. de Trinit. quòd spiritus Christi non deseruit carnem inuisus, sed quia voluit, quando voluit, & quomodo voluit. non ergo Christus est ab alijs occisus, sed à seipso.

¶ Sed contra est, ꝙ dicitur Luc. 18. Postquam flagellauerint, occident eum.

¶ Respondeo dicendum, quòd aliquid potest esse causa alicuius effectus dupliciter. Vno modo, directè ad illud agendo: & hoc modo persecutores Christi cum occiderunt, quia sufficiẽtem causam mortis ei intulerunt, cum intentione occidendi ipsum & effectu subsequente, quia scilicet exilla causa, est mors subsecuta. Alio modo, dicitur aliquis causa alicuius indirectè, scilicet quia non impedit cum impedire possit: sicut si dicatur aliquis alium perfundere, quia non clausit fenestram, per quam imber ingreditur. Et hoc modo ipse Christus fuit causa suæ passionis & mortis: poterat enim suam passionem & mortem impedire. Primo quidem aduersarios reprimendo, vt eum aut non vellent, aut non possent interficere. Secundo, quia spiritus eius habebat potestatem conseruandi naturam carnis suæ, ne à quocumque læsiuo inflicto opprimeretur: quod quidem habuit anima Christi, quia erat verbo Dei coniuncta in vnitate personæ: vt Augustin.* dicit in 4. de Trinita. Quia ergo anima Christi non repulit à proprio corpore nocumentum illatum: sed voluit ꝙ natura corporalis illi nocumento succumberet, dicitur suam animam posuisse, vel voluntariè mortuus esse.

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ cum dicitur, Nemo tollit animam meam à me, intelligitur, me inuito: quod enim aliquis ab inuito aufert, qui resistere non potest, illud propriè dicitur tolli.

¶ Ad secundum dicendum, quòd vt Christus ostenderet, quòd passio illata per violentiam, eius animam non eripiebat, naturam corporalem in sua fortitudine conseruauit, vt etiam in extremis positus voce magna clamaret, quod inter alia miracula mortis eius computatur. vnde dicitur Marci 15. Videns autem Centurio qui ex aduerso stabat, quia sic clamans expirasset ait, Verebie homo filius Dei erat. Fuit & mirabile in Christi morte, ꝙ velocius mortuus fuit alijs, qui simili pasione afficiebantur. Vnde dicitur Ioannes 19. quòd eorum qui cum Christo crucifixi erant fregerunt crura, vt cito morerentur: ad Iesum autem cum venissent, vt viderunt eum iam mortuum, non fregerunt eius crura. Et Marc. 15. dicitur, quòd Pilatus mirabatur, si iam obijsset. Sicut enim eius voluntate, natura corporalis conseruata est in suo vigore vsque ad

*lib. 4.c. 13. nõ ĩgẽ à pri. tom.3.

¶ Arguit autem ad hoc dupliciter. ex parte quidẽ corporis quia corpus Christi erat necessario passuũ mortis ab illis actibus, s. flagellis, clauis, &c. Ex parte vero animæ: quia si potuisset præseruare corpus ab omni extrinseca violentia, tenebatur se custodire in corpore, ac per hoc non custodiens peccasset. Probatur sequela, quia quilibet homo tenetur se custodire à malis: qa tenetur post Deũ, & animas diligere proprium corpus ex charitate.

¶ Dubium secũdo occurrit de rõne conclusionis: cõmunis vnio ĩ Christi ad verbũ, manifestat aiam Christi habuisse potẽtiam, nec auferit a. Aug. ita hoc tradit, vt non possit glossari, q intẽdit de voluntate ẽt affectum, & nõ ẽt causam. Sicut ẽt Auctor supernus in q.13.arti 3.ad primum, glossat Dam. esuriuit, sitiuit, mortuus est Christus, quia voluit. glossa, volũtate diuinitatis (ñ Auctor hic humanæ Christi voluntati tribuit.

*lib. 4.c. 13.de Trini to.3.

¶ Ad euidentiã horum sciendũ est, q de anima Christi dupliciter loquimur, scilicet secundum virtutẽ naturalem, vel gratuitam in ea manentem, qua scilicet ipsa die tar potens, & sic anima Christi non poterat præseruare corpus suũ à læsuris, nisi gloriam animæ deriuando in corpus. & reddendo illud impassibile. quod fuisset cõtra mysterium nostræ redemptionis & contra ordinem incarnationis, quo ab initio definitum est, vt anima existente gloriosa corpus maneret passibile suspensa, vt supra dictum est, redundantia gloriæ in corpus. Discu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

rendo quippe per omnes gratias infusas manētes in anima Christi, liquido apparet nullam in ea fuisse potentiam aliam ad præstandum corpus a læsuris approximatis, Alio modo loqui possumus de anima Christi, vt est instrumentum coniunctum deitatis, & sic, vt superius in q. 13. ar. 2. & 3. dixit Auctor, potestatem habuit faciēdi omnia miracula ordinabilia in finem incarnationis, hoc est omnes mutationes creaturarum præter spectantes ad creationem, & hujusmodi. Et sic loquitur hic Auctor de ania Christi, ita quod intendit q anima Christi vt organū verbi, poterat & voluntates persecutorum immutare & potestatem eorum impedire, sicut poterat alia miracula in cælo & in terra facere, & similiter poterat conseruare carnem suam: ne læderetur a flagellis, clauis & quibuscūque læsuris, sicut potuit seruare Petrum super aquas ambulantem &c. Et iste iuxtus ratio in secundo dubiō red detur.

259 Inf. q. 48 ar. 2. & 3. cor. Et 4. contra c. 55. ad 13. & 16. Et opus. 3. c. 234. Et Roma. 5. lec. 2. fi. & l. 5. fi.

¶ Ad obiectionem. ergo Scoti primam, dicitur q peccat secundum nō causam, vt causam. Concesso siquidem toto argumento, nihil aliud habetur, nisi quod corpus Christi necessario passum est ad extrinsecus conferēdo actiua ad passiuum, scilicet corpus & animam. secundum se: cum his enim stat quod anima illa, vt organum verbi potuisset si voluisset, impedire passionem.

¶ Ad secundam dicitur, quod soluit seipsum: quia ex quo homo plus animam propriam, quàm proprium corpus tenetur diligere, constat quod non peccat, sed bene facit, qui cum possit, non custodit proprium corpus a læsuis propter salutem animarum: Christus autem pastor bonus fuit ponens animam, hoc est vitam suam pro ouibus suis.

¶ Ad secundum dubium dicitur, quod quia a catholicis acceptatur, quod anima Christi fuit organum coniunctum verbi Dei cōsentaneum rationi est, vt quod singulariter & ineffabiliter assumptum est organum, ad omnia effectum sit organū, ad quæ potest instrumentaliter concurrere. Nam sicut caput est Christus etiam angelorum, & in scientia & gratia & virtutibus prælatus est omnibus, ita etiam potentia instrumentali super omnia sit, quæ posset diuino organo fieri: omnia enim quæ excellentia sunt & non dedecent Christi animam, sed conuenant conditioni eius, credenda sunt ineste illi. Et sic ex vnione animæ Christi ad verbum, manifestatur rationabiliter potestas hæc (scilicet præseruandi proprium corpus a læsuis) in anima Christi, vt organum est verbi. Et licet glossari forte possit Augustin. ad planum tamen sensum ex contextu recurrendum est, & ille tenendus, quicquid glossent alii. Quòd autem Auctor diuina voluntati ibi tribuerit, quòd hic humanæ, non est mirum: quia ipsemet ibi in ar. 3. regulam generalem tradidit interpretandi dicta de potestate instrumentali animæ Christi scilicet quòd qua instrumentum non propria, sed principalis agentis potestate agit, ideo opera animæ Christi pure organice, attribuuntur deitati. Et propterea, vtrumque est verum scilicet quòd Christus esuruit, sitiuit, mortuus est, quia voluit, voluntate diuina, vt causa principali, & quòd Christus esuriuit, sitiuit, mortuus est voluntate humana, vt causa potente instrumentaliter impedire, & non impediente. Et primum, vt clarius & principalius ab omnibus affirmatur, secundum a sapientibus intelligitur in euangelio traditū, cum dicitur, Nemo tollit animam meam a me: sed ego pono eā. Hoc verbum nullus martyrum quantumcumque voluntarius ad mortem, potest vere dicere: sed proprium fuit Christo. ergo non sola voluntas complacentiæ, sed causalitas mortis, in Christo fuit, extremum, sic etiam quando voluit, subito cessit nocumento illato.

¶ Ad tertium dicendum, q Christus simul & violentiam passus est, vt moreretur, & tamen voluntariè mortuus fuit: quia violentia corpori eius illata est, quæ tamen tantum corpori eius prævaluit, quantum ipse voluit.

Articvlvs II.

Vtrum Christus fuerit ex obedientia mortuus.

AD secundum sic proceditur. Videtur q Christus non fuerit ex obedientia mortuus Obedientia enim respicit præceptū: sed non legitur Christo fuisse præceptū, q ipse pateretur. non ergo ex obedientia passus fuit.

¶ 2 Præ. Illud dicitur aliquis ex obedientia facere, quod facit ex necessitate præcepti: Christus autem, nō ex necessitate, sed voluntariè passus fuit. nō ergo passus est ex obedientia.

¶ 3 Præte. Charitas est excellentior virtus, quàm obedientia: sed Christus legitur ex charitate passus, secundum illud Ephes. 5. Ambulate in dilectione, sicut & Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis. ergo passio Christi magis debet attribui charitati, quàm obedientiæ.

¶ Sed contra est, quòd dicitur Phili. 2. Factus est obediens patri vsque ad mortem.

¶ Respon. Dicendum, quòd conuenientissimū fuit quod Christus ex obedientia pateretur. Primo quidem, quia hoc conueniebat iustificationi humanæ, vt sicut per vnius hominis inobedientiam peccatores constituti sunt multi, ita per vnius hominis obedientiam, iusti constituantur multi, vt dicitur Rom. 5. Secundo, hoc conueniens fuit reconciliationi Dei ad homines. vnde dicitur Ro. 5. Reconciliati sumus Deo per mortem filii eius, inquātum scilicet ipsa mors Christi fuit quoddam sacrificium acceptissimum Deo, secundum illud Eph. 5. Tradidit seipsum pro nobis, oblationem & hostiam Deo in odorem suauitatis. Obedientia vero omnibus sacrificiis anteferitur, secundum illud 1. Regu. 15. Melior est obedientia quàm victimæ: & ideo conueniens fuit, vt sacrificium passionis, & mortis Christi ex obedientia procederet. Tertio, hoc cōueniēs fuit eius victoriæ, qua de morte & auctore mortis triumphauit: non enim miles vincere potest, nisi duci obediat, & ita homo Christus victoriam obtinuit * per hoc, quòd Deo fuit obediens, secundum illud Prouer. 21. Vir obediens loquitur victorias.

Alias p-co.

*Ho. 59. in Io. in prin. tomo 3.

¶ Ad primvm ergo dicendum, quòd Christus mandatum accepit à patre, vt pateretur: dicitur enim Ioan. 10. Potestatem habeo ponendi animam meam, & potestatem habeo iterum sumendi eam, & hoc mandatum accepi à patre meo, scilicet ponendi animam, & sumendi eam. Ex quo, vt Chrysostō. * dicit, non est intelligendum, quòd prius expectauerit audire, & opus ei fuerit discere: sed voluntarium monstrauit processum, & contrarietatis ad patrem suspitionem destruxit: quia tamen in morte Christi lex vetus consummata est, secundum illud quod ipse moriens dixit Ioan. 19. Consummatum est, potest intelligi quòd patiendo, omnia veteris legis præcepta impleuit. Moralia quidem, quæ in præceptis charitatis fundantur, impleuit inquantum passus est, & ex dilectione patris, secundum illud Ioan. 14. Vt cognoscat mundus quia diligo patrem, & sicut mandatum dedit mihi pater sic facio, surgite eamus hinc, scilicet ad locum passionis, & etiam ex dilectione proximi, secundum illud Galat. 2. Dilexit me, & tradidit semetipsum pro me. Cæremonialia verò præcepta legis, quæ ad sacrificia & oblationes præcipue ordinantur, impleuit Christus sua passione, inquantum omnia antiqua sacrificia, figuræ fuerunt illius veri sacrificij, quòd Christus obtulit, moriendo pro nobis. Vnde dicitur Coloss. 2. Nemo vos iudicet in cibo aut in potu, aut in parte diei festi, aut neomeniæ, quæ sunt vmbra futurorum, corpus autem Christi, eo scilicet, quòd Christus comparatur ad illa, sicut corpus ad vmbram. Præcepta verò iudicialia legis, quæ præcipuè ordinantur ad satisfaciendum iniuriam patris, impleuit Christus sua passione: quoniam, vt in Psal. 68. dicitur, quæ non rapuit ex oluit, permittens se ligno affigi pro pomo, quod de ligno homo rapuerat contra Dei mandatum.

¶ Ad secundum dicendum, quòd obedientia etsi importat necessitatem respectu eius, quod præcipitur, tamen importat voluntatem respectu impletionis præcepti, & talis fuit obedientia Christi. Nam ipsa passio & mors secundum se considerata, naturali voluntati repugnabat: volebat tamen Christus Dei voluntatem circa hoc implere, secundum illud Psalm. 39. Vt facerem voluntatem tuam Deus meus volui. Vnde dicebat Matth. 26. Si non potest transire à me calix iste, nisi bibam illum, fiat voluntas tua.

¶ Ad tertium dicendum, quòd eadem ratione Christus passus est ex charitate & obedientia: quia & præcepta charitatis ex obedientia impleuit, & obediens fuit ex dilectione ad patrem præcipientem.

¶ *Super Quæstionis quadragesimæ septimæ, Articulum secundum.*

TItulus clarus.

¶ In corpore vna conclusio: Conuenientissimum fuit, vt Christus ex obedientia pateretur. Probatur tripliciter. Omnia ciara sunt in litera.

¶ Memento colligere ex responsione ad primum & tertium, quòd Christus sua passione adimpleuit legem totam: charitate quidem & obedientia summa omnia præcepta moralia: sacrificio summo suiipsius, omnia cæremonialia. satisfactione summa tantæ pœnæ, omnia iudicialia. Et si his iunxeris, quòd in his tribus clauduntur mandata omnia iuris diuini, iuris naturalis, & iuris positiui secundum genus, videbis quòd Christus in sua passione impleuit omnem iustitiam omnis generis iuris, & præcepti.

datur: sed Christus tradidit semetipsum pro nobis, secundum quòd dicitur Isa. 53. Tradidit in mortem animā suam. non ergo videtur, quòd Deus pater eum tradiderit.

¶ 4 Præt. Iudas vituperatur ex eo quòd tradidit Christum iudæis, secundum illud Ioan. 6. Vnus ex vobis diabolus est: quod dicebat propter Iudam, qui eum erat traditurus. Similiter etiam vituperantur iudæi, qui eum tradiderunt Pilato, secundum quòd ipse dicit Ioan. 18. Gens tua, & pontifices tui tradiderunt te mihi. Pilatus etiam tradidit ipsum, vt crucifigeretur, vt habetur Ioan. 19. non est autem participatio iustitiæ cum iniquitate, vt dicitur 2. ad Corin. 6. ergo videtur, quòd Deus pater non tradiderit Christum passioni.

¶ Sed contra est, quod dicitur Rom. 8. Proprio filio suo non pepercit Deus, sed pro nobis omnibus tradidit illum.

¶ Respondeo dicendum, quòd (sicut dictum est *) Christus passus est voluntariè ex obedientia Patris. vnde secundum tria, Deus pater tradidit Christum passioni. Vno quidem modo, secundum quòd sua æterna voluntate præordinauit passionem Christi ad humani generis liberationem, secundum illud, quod dicitur Isaiæ 53. Dominus posuit in eo iniquitatem omnium nostrum. & iterum, Dominus voluit conterere eum in infirmitate. Secundo, inquantum inspirauit ei voluntatem patiendi pro nobis, infundendo ei charitatem. vnde ibidem sequitur, Oblatus est, quia voluit. Tertio: non protegendo eum à passione, sed exponendo persequentibus. vnde & legitur Mat. 27. quòd pendens in cruce Christus dicebat, Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquisti me? quia scilicet potestati persequentium eum exposuit, vt Aug.* dicit, de gratia noui testamenti.

*Ar. præ.

¶ Ad primum ergo dicendum, quod innocentem hominem passioni & morti tradere contra eius voluntatem, est impium & crudele: sic autē Deus pater Christum non tradidit, sed inspirando ei voluntatem patiendi pro nobis. In quo ostenditur & Dei, seueritas, qui peccatum sine pœna dimittere noluit (quod significat Apostolus dicens, Proprio filio suo non pepercit) & bonitas eius in eo, quod cum homo sufficienter satisfacere non posset peraliquam pœnam quam pateretur, ei satisfactorem dedit, quod signauit Apostolus dicens, Pro nobis omnibus tradidit illum. & Rom. 3. dicit, Quem scilicet Christum, proposuit deus propitiatorem per fidem in sanguine ipsius.

¶ Ad secundum dicendum, quod Christus secundum quod Deus, tradidit semetipsum in mortem eadem voluntate & actione, qua & Pater tradidit eum: sed inquantum homo, tradidit seipsum voluntate à Patre inspirata. vnde non est contrarietas in hoc, quod Pater tradidit Christum, & ipse tradidit semetipsum.

¶ Ad tertium dicendum, quod eadem actio diuersimodè iudicatur in bono vel in malo, secundum quod ex diuersa

*In epist. 120. ex c. 6. & 10. to. 2.

Articvlvs III.

Vtrum Deus pater tradiderit Christus passioni.

AD tertium sic proceditur. Videtur quòd Deus pater non tradiderit Christum passioni. Iniquum enim & crudele videtur esse, q innocens passioni & morti tradatur: sed sicut dicitur Deut. 32. Deus fidelis, & absque vlla iniquitate. ergo Christum innocentem non tradidit passioni & morti.

¶ 2 Præte. Non videtur quòd aliquis à seipso, & ab alio morti tradi-

250 3. dist. 20. ar. 5. q. 1. Et quod. 2. ar. 3. fi. & Matt. 26.

TItulus clarus.

¶ In corpore vna conclusio. Deus pater tradidit tripliciter Christū passioni. Probatur: Christus passus est ex obedientia patris. ergo. Et declaratur cōclusio quo ad omnia membra scilicet ordinatio-

Universidad de Deusto
Biblioteca

diuersa radice procedit. Pater enim tradidit Christum, & ipse semetipsum, ex charitate, & ideo laudantur, Iudas autem tradidit ipsum ex cupiditate, Iudæi autem ex inuidia, Pilatus ex timore mundano, quo timuit Cæsarem, & ideo ipsi vituperantur.

¶ Super Quæstionis quadragesimæ septimæ, Articulum quartũ.

261 TIculus clarus. ¶ In corpore vnica conclusio: Conueniens fuit, vt Christi passio à Iudæis inciperet, & mediantibus ipsis per gentiles finiretur. Probatur: Conuenienter effectus passionis præfiguratus est in modo ipsius passionis: sed fructus inchoauit in Iudæis, & per ipsos peruenit ad Gentiles. ergo conueniens modus fuit, vt Christi passio à Iudæis inciperet, & per ipsos à gentilibus finiretur.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum fuerit conueniens, Christum pati à Gentilibus.

AD quartum sic proceditur. Videtur quòd non fuerit cõueniens Christum pati a Gentilibus: quia enim per mortem Christi homines erant à peccato liberandi, conueniens videbatur, vt paucissimi in morte eius peccarent. Peccauerunt autem in morte eius Iudæi, ex quorum persona dicitur Mar. 21. Hic est hæres, venite occidamus eum. ergo videtur conueniens fuisse, quòd in peccato occisionis Christi gentiles non implicarentur.

¶ 2 Præt. Veritas debet respondere figuræ: sed figuralia sacrificia veteris legis non gentiles, sed Iudæi offerebant. ergo neque passio Christi quæ fuit verum sacrificium, impleri debuit per manus gentilium.

¶ 3 Præt. Sicut dicitur Ioan. 5. Iudæi quærebant Christum interficere non solum quia soluebat sabbathum, sed quia patrem suum dicebat Deum æqualem se Deo faciens: sed hoc videbatur esse solum contra legẽ iudæorum, vnde & ipsi dicunt Ioan. 19. Secundum legem debet mori, quia filium Dei se fecit. videtur ergo conueniens fuisse, quòd Christus non à gentilibus, sed à iudæis puteretur, & falsum esse quod dixerunt, nobis non licet interficere quemquam, cum multa peccata secundum legem morte puniantur, vt patet Leui. 20.

¶ SED CONTRA est, ꝙ ipse Dominus dicit Matth. 20. Tradent eum gentibus, ad illudendum, & flagellandum & crucifigendum.

¶ Respondeo Dicendum, quòd in ipso modo passionis Christi præfiguratus est effectus ipsius. Primo enim passio Christi effectum salutis habuit in Iudæis, quorum plurimi in morte Christi baptizati sunt, vt patet Actuum 2. & 3. Secundo verò Iudæis prædicantibus, effectus passionis Christi transiuit ad gentes. & ideo conueniens fuit vt Christus à Iudæis pati inciperet, & postea Iudæis tradentibus, per manus gentilium, eius passio finiretur.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quod Christus ad ostendendam abundantiam charitatis suæ, ex qua patiebatur, in cruce positus veniam persecutoribus postulauit. & ideo vt huius petitionis fructus ad iudæos & gentiles perueniret, voluit Chtistus ab vtriusque pari.

¶ Ad secundum dicendum, quod passio Christi fuit sacrificij oblatio, inquantum Christus propria voluntate mortem sustinuit ex charitate. Inquantum autem à persecutoribus est passus, non fuit sacrificium, sed peccatum grauissimum.

*Tra. 114. in Io. circa med. to 9.

¶ AD tertium dicendum, quod sicut Augustꝰ dicit, Iudæi dicentes, nobis non licet interficere quemquam, intellexerunt, non sibi licere interficere quemquam, propter festi diei sanctitatem. quam celebrare iam cœperant. Vel hoc dicebant (vt Chrisost.* dicit) quia volebant eum occidi, non tamquam trangressorem legis, sed tanquam publicum hostem, quia regem se fecerat: de quo non erat eorum iudicare. vel quia non licebat eis crucifigere (quod cupiebant) sed lapidare, quod in Stephano fecerunt. Vel melius dicendum est, quòd per Romanos, quibus erant subiecti, erat eis potestas occidendi interdicta.

*Ho. 82. in Ioan. post med. illius tomo 3.

ARTICVLVS V.

Vtrum Christi persecutores eum cognouerint.

AD quintum sic proceditur. Videtur quòd persecutores Christi eum cognouerint. Dicitur enim Mat. 21. quòd agricolæ videntes filium, dixerunt intra se, Hic est hæres, venite occidamus eum. vbi dicit Hieron. * Manifestè dominus probat ex verbis Iudæorum, principes non per ignorantiam, sed per inuidiam, Dei filium crucifixisse: intellexerunt enim eum esse illum, cui pater per Prophetam dicit, Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam. ergo videtur quòd cognouerint eum esse Christum, vel filium Dei.

¶ 2 Præt. Ioan. 15. Dominus dicit, Nunc autem & viderunt, & oderunt & me & patrem meum: quod autem videtur, manifeste cognoscitur. ergo iudæi cognoscentes Christum, ex causa odij, ei passionem intulerunt.

¶ Præt. In quodam sermone Ephesini concilij dicitur, Sicut qui chartam imperialem discerperit, tamquam imperatoris disrumpens verbum, ad mortem addicitur, sic crucifigens iudæus quem videbat, pœnas dabit, tamquam in ipsum Deum verbũ præsumptionis iniiciens. Hoc autem non esset, si eum esse Dei filiũ, non cognouissent: quia ignorantia eos excusasset. ergo videtur, quòd Iudæi crucifigentes Christum cognouerint esse filium Dei.

¶ Sed contra est, quod dicitur 1. ad Cor. 2. Si cognouissent, numquam Dominum gloriæ crucifixissent. & Act. 3. dicit Petrus, iudæis loquens, Scio quia per ignorantiam fecistis, sicut & principes vestri, & Dominus in cruce pendens dicit, Pater, dimitte illis: non enim sciunt quid faciunt.

¶ Respondeo Dicendum, quòd apud iudæos quidam erant maiores, & quidam minores. Maiores qui dem, qui eorum principes dicebantur,* (vt dicitur in lib. Quæstionum vete. & nou. Test.) sicut & dæmones, cognouerunt eum esse Christum promissum in lege: omnia enim signa videbant in eo, quæ dixerant futura prophetæ. Mysterium autem diuinitatis eius ignorabant: & ideo Apostolus dicit, quòd Si cognouissent, nunquam Dominum gloriæ crucifixissent: sciendum tamen, ꝙ eorum ignorantia non eos excusabat à crimine, quia erat quodammodo ignorantia affectata: videbant enim euidentia signa diuinitatis ipsius: sed ex odio & inuidia Christi, ea peruertebant, & verbis eius, quibus se Dei filium fatebatur, credere noluerunt. Vnde ipse de eis dicit Ioan. 15. si non venissem, & locutus eis non fuissem, peccatum non haberent, nunc autem excusationem non habent de peccato suo. Et postea subdit, Si opera non fecissem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent. Et sic ex persona eorum accipi potest, quod dicitur Iob. 21. dixerunt Deo, Recede à nobis, scientiam viarum tuarum nolumus. minores verò, idest populares, qui mysteria scripturæ non nouerant, non plenè cognouerunt ipsum esse nec Christum, nec filium Dei: licet enim aliqui eorum in eum crediderint, multitudo tamen non credidit. Et si aliquando dubitauerunt, an ipse esset Christus, propter signorum multitudinem & efficaciam doctrinæ (vt habetur Ioan. 7.) tamen postea decepti fuerunt à suis principibus, vt eum non crederent, neque filium Dei neque Christum. vnde & Petrus eis dixit, Scio quia per ignorantiam fecistis, sicut & principes vestri: quia scilicet per principes seducti erant.

¶ Super Quæstionis quadragesimæ septimæ, Articulum quintũ.

261 Ordina. c. 18. 1. E. Et 2. ad cor. 2. lc. 2.

TIculus clarus vt sonat, de hominibus tamen: quia de dæmonibus iam dictum est.

* Idimitio cat. Mat thæi in Bibliis tom. 9. & extat in glos. ordi.

¶ In corpore vna est distinctio bimembris, cum conclusionibus appositis iuxta membra. Distinctio est, ꝙ apud iudæos quidam erant maiores, quidam minores. De maioribus tres conclusiones ponuntur. Prima est, quòd cognouerunt ipsum esse Messiam. secunda, quòd non cognouerunt ipsum esse Deum. tertia, quòd ignorantia ista non excusauit peccatum eorum. Prima conclusio probatur auctoritate, & ratione: quia videbant omnia signa dicta de Messia. Secunda probatur auctoritate eadem, adiuncto verbo Apostoli, Si cognouissent. Et hæ conclusiones cum suis probationibus ab Auctore recitatæ afferuntur, vt patet in litera. Tertia autem conclusio ipsius Auctoris est, & probatur: quia eorum ignorantia erat affectata: quia videbant testimonia deitatis Christi sufficientia, sed ipsi ex prauo affectu illa, & doctrinam abiiciebant, nolentes credere. Probatur Ioan. 15. &c.

¶ Aduerte hic, quòd licet testimonia deitatis Christi essent sufficientia ad causandam fidem voluntariam vel coactam hominibus, qui præsentes fuerunt testimonijs illis, scilicet miraculorum sic

* Aug. in lib. q. ex no. testi. qui interpit. Deus certe qo. 66. a me. to. 4.

factorum ad confirmationem doctrinæ, qua dicebat se Deum tamen gratia vnionis personalis non erat vsquequaque clara, tam hominibus quam dæmonibus, antequam mysterium hoc fuisset apertum. nam etsi sciebatur, quòd Messias erat Deus & filius Dei: non tamen intelligebatur in quo sensu verificaretur, quod esset Deus aut Dei filius, an per vnionis personalis gratiam, an per aliquam excellentiam singularissimam: quæ dubitatio sublata videtur post Christi passionem, quo ad dæmones, & resurrectionem, quo ad homines, quando aperuit discipulis sensum, vt intelligerent scripturas, & amplius per Spiritus sancti aduentum, qui promissus fuit doctor omnis veritatis, Ioan. 14.

Principes autem iudæorum ignorantiam suam, non ex ambiguitate modi possibilis ad veritatem Christi deitatem, sed ex prauitate affectus inferrexerunt in IESVM, quocumque modo fuerit Deus: & ideo reos seipsos constituerunt omnis excellentiæ, quæ in illo homine erat, ac per hoc deitatis. Ex eo enim, quod non curarũt attendere testimoniis operũ & verborum Christi, sed persequi illum elegerunt, ignorantiam pro excusatione allegare non potuerunt, & hoc est ꝙ Dominus dicit Io. 15. Si nõ venissem, &c. vt in litera assertur.

¶ Sed occurrit simile dubium de prima conclusione scilicet quod maiores cognouerunt IESEM esse Christum. Nam signa & testimonia apparentia, quod IESVS esset Christus, licet in se fuerint sufficientia ad hoc testificandum, & videntes illa ad confirmationem professionis Christi, debebant credere illum esse Christum: quia tamen de Christo multa excellentia & maxima prædicta erant, quæ in IESV non apparebant, quia in secundo aduentu implenda sunt, & maiores ignorabant istos duos aduentus, & putabant Christum in primo aduentu regnaturum, & redempturum temporaliter Israel, ideo videntur etiam ignorasse ipsum esse Christum, ignorantia tamen affectata. Et confirmatur hæc ignorantia quia etiam discipuli Domini ab ipso eruditi, credentes ipsum esse Christum, putabant quod in primo aduentu esset temporaliter redempturus Israel: sicut enim, Nos autem sperabamus, quod ipse esset redempturus Israel: Paulus quoque Apostolus dicit se ignorater peccasse, paternarum traditionum æmulatione, significans, quod maiores, qui cum docuerant, ignorabant IESVM esse Christum. vnde statim ingressus in Synagogas, prædicabat affirmans, quoniam hic est Christus. Ipse quoque Dominus ante principes iudæorum constitutus, cum adiuratus confessus esset se esse Christum, subdidit de secundo aduentu glorioso, vt ex eluderet ab eis excusationem suæ ignorantiæ: debebant enim inquirere, quo modo hic secundus aduentus futurus esset, & sic de regno Christi fuissent edocti, &c. sed ipsi nolentes intelligere, dixerunt, Blasphemauit, reus est mortis, &c. Vbi apparet eorum affectata cæcitas. si enim blasphemia est hominem esse Christum filium Dei, cur ergo expectando talem futurum Messiam, à IESV inquiritis, an ipse sit? nunquid Christus blasphemus esse debet? Si autem non est blasphemia Christo, sed huic pauperi IESV, quem audistis post tot miracula suscitasse Lazarum, audire quod hic pauper veniet gloriosus cum potestate, &c. discite quod paupertas & abiectio non facit illum blasphemum, sed testem veritatis: sed deprauatus affectus declinauit ad execrandum hominem.

¶ Ad hoc potest dici, quod inter maiores erat quidam titudo & quod illi maiores, qui perspicacius scripturas nouerant, & miracula doctrinamque Christi viderant, nouerant illũ esse Christum: quia vt dicitur Matth. 21. dixerunt, hic est hæres. Alii autem maiores, qui non sciebant, tot ignorare potuerunt. Nullitamen excusati ob ignorantiam fuerunt: quia in promptu habebant, vnde potuerãt cognoscere testimonia Christi & certificari de dubijs, quo ad excellentiam ab ipso quem vita doctrina scripturæ, miracula, & tot cõmendabat. Si quis autem putat omnes maiores cognouisse ipsum esse Christum, dicere potest quod cognouerunt, qualiter Christi officium consummaturus esset.

¶ Mihi videtur, saluo meliori iudicio, distinguẽdum inter illud quod iudæorum principes potuerunt, ac debuerunt cognoscere, & id, quod de facto cognouerunt. & dicendum, quod potuerunt ac debuerunt cognoscere IESVM esse Christum, & quòd de facto non cognouerunt IESVM, esse Christum. Et primum satis patere potest, ex testimonijs miraculorum & doctrinæ: hæc enim duo Dominus ipse allegat Ioan. 15. Si non venissem & locutus eis non fuissem, quo ad doctrinam testificantem de se, & si opera non fecissem, quæ nemo alius fecit, &c. quo ad miracula. Secundum autem suadetur ex eo, quod omnia dicta de Christo non cognouerunt impleri in ipso. propterea enim erat de ipso, quod erat futurus rex Israel, & redempturus ex captiuitate Israel & ex. vnde Magi dixerunt, Vbi est qui natus est rex iudæorum? Et hoc licet modo cognoscatur, quod de Christo in secundo aduentu intelligitur temporaliter, in primo autem spiritualiter tantum, ante Christi tamen resurrectionem non erat hæc distinctio cognita, vt patet ex eo quod nec ipsi Apostoli a Domino edocti, cognoscebant hoc: dicitur enim Luc. 18. quod cum Dominus prædixisset mortem & resurrectionem suam, ipsi nihil horum intellexerunt. Et Ioannes euangelista de seipso etiam testatur, quod in die resurrectionis credidit, & quod nondum sciebat scripturam de resurrectione Christi. Discipuli quoque euntes in Emaus, dixerunt, Nos sperabamus (proculdubio IESV viuente) quod ipse esset redempturus Israel, quod spectat ad regnum eius, & ad hoc spectant alia dubitanda inducta. Quia ergo distinctio ista duorum aduentuum Christi erat ignota, principes iudæorum malitia affectus propria in Christum velati, reliqua ex scriptura & signis & doctrina testimonia, tanquam insufficientia abiecerunt: cum tamen essent sufficientissima, & secundum aduentum explicantia & pronuntiantia: quin potius, quia Christus rex erat futurus, tanquam vsurpatione tituli regij ex hoc ipso, quod Christum se dicebat IESVS, accusarunt eum coram Pilato, & ex hoc tandem obtinuerunt sententiam mortis illius. Et licet non cognouerint IESVM esse Christum, ignorantia affectata illos velante, dicuntur tamen cognouisse,

* Ho. 40. in Mat. in opere im per. a me. to. 2. Tc. 94. secund. er. Bedæ cit ex princ. to 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

uisse, quia in promptu erat, vnde cognosceretur tam ex debito & ex facultate eorum, quàm ex præsentia cognoscibilis toties oblata simul cum doctore tam claro.

¶De minoribus vero iudæorum tria dicuntur. primum est, q̃ non cognouerunt Iesum esse Christum, nec filium Dei, secundum est, q̃ multitudo non credidit in eũ quamuis aliqui in illum crediderint. tertium est, quòd multitudo seducta fuit a principibus. Ratio primi ponitur: quia non sciebant mysteria scripturarum: secundum patet ex euangelio: tertium colligitur ex euangelio Ioan. 7. & Act. 3. Vbi ly per ignorantiam, non subauditur replicari ad principes: quia ly sicut, non denotat ibi similitudinem in causa facti, s. ignorantia, sed in facto tãtum ita q̃ non est sensus, Scio quòd per ignorantiam fecistis, sicut & principes vestri per ignorantiam fecerunt: tunc enim esset assimilatio in facto & causa facti. Sed est sensus, Scio q̃ per ignorantiam imitati estis principum vestrorum factum: sic enim est similitudo imitatiua facti tantum.

*lib. 5. Ethic. c. 9. to 5.

¶Super Quæstionis quadragesimæ septimæ, Articulum sextũ.

*ar. 2. huius q.

TItulus vt sonat.

*Ho. 45. in Mat. i oere im pe. aliq̃tulũ a me dio. to. 2. *ar. præ. in arg. 1. & in respõsione.

¶In corpore tres conclusiones, iuxta tria genera hominum crucifigentium Christum, s. principes iudæorum, populum iudæorum, & gentiles. Prima conclusio, Peccatum principum fuit grauissimum ex genere peccati, & ex malitia voluntatis. Secunda: Peccatum aliorum iudæorũ fuit grauissimum ex genere peccati, minus, tamen ex circunstantia ignorantiæ. Tertia est, Peccatum gentilium fuit grauissimum ex genere peccati, multo autem magis excusabile ex ignorantia legis & scripturarum. Vbi videre potes ideo peccatum crucifixionis Christi esse grauissimum ex suo genere, quia ex suo genere fuit occisio non solum hominis tam excellentis innocentiæ, &c. sed etiam Dei: genus enim peccati ex obiecto seu materia, circa quam est, sumitur: illa autem occisio constat, quòd secundum rem ad verbum incarnatum terminata est. persona. nil

*In corp. art.

*c. 94. secund. or. Bedæ, circa princ.

peccauerunt, non solum hominis Christi, sed etiam tanquam Dei crucifixores.

Articvlvs VI.

Vtrum peccatum Christum crucifigentium fuerit grauissimum.

AD sextum sic proceditur. Videtur quòd peccatum crucifigentium Christum, non fuerit grauissimum. non enim est grauissimum peccatum, quod excusationem habet: sed ipse Dominus excusauit peccatum crucifigentium eum, dicens, Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. non ergo peccatum eorum fuit grauissimum.

¶2 Præt. Dominus dixit Pilato Ioan. 19. Qui tradidit me tibi, malus peccatum habet. Ipse autem Pilatus fecit Christum crucifigi per suos ministros. ergo videtur fuisse maius peccatum Iudæ proditoris, peccato crucifigentium Christum.

¶3 Præt. Secuudum Philosophum * in 5. Ethi. Nullus patitur iniustum volens, & sicut ipse ibidem dicit, nullo patiente iniustum, nullus facit iniustum. ergo volenti nullus facit iniustum; sed Christus voluntariè est passus, vt supra habitum est, * non ergo iniustum fecerunt crucifixores Christi: & ita eorum peccatum non fuit grauissimum.

¶Sed contra est, quod super illud Matth. 23. Et vos implete mensuram patrum vestrorum, dicit Chrysost. * Quantum ad veritatem excesserunt mensuram patrum suorum: ill enim occiderunt homines, isti Deũ crucifixerunt.

¶Respondeo dicendum, quòd sicut dictum est, * principes iudæorum cognouerunt Christum, & si aliqua ignorantia fuit in eis, fuit ignorantia affectata, quæ eos non poterat excusare. Et ideo peccatum eorum fuit grauissimum, tum ex genere peccati, tum ex malitia voluntatis. Minores autem iudæi, grauissimè peccauerunt, quantum ad genus peccati: in aliquo tamen diminuebatur eorum peccatum, propter eorum ignorantiam. vnde super illud Luc. 23. Nesciunt quid faciunt, dicit Beda, * Pro illis rogat, qui nescierunt quid facerent, zelum Dei habentes, sed non secundum scientiam. Multo autem magis fuit excusabile peccatum gentilium, per quorum manus crucifixus est, qui legis scientiam non habebant.

¶Ad primvm ergo dicendum, quòd excusatio illa Domini non refertur ad principes iudæorum, sed ad minores de populo, sicut dictum est. *

¶Ad secundum dicendum, quòd Iudas tradidit ipsum, non Pilato, sed principibus sacerdotum, qui tradiderunt eum Pilato, secundum illud Ioã. 18. Gens tua & pontifices tui tradiderunt te mihi: horum tamen omnium peccatum fuit maius, quàm Pilati, qui timore Cæsaris Christum occidit, & etiam quam peccatum militum, qui mandato præsidis, Christum crucifixerunt, non ex cupiditate, sicut Iudas, nec ex inuidia & odio, sicut principes sacerdotum.

¶Ad tertium dicendum, quod Christus voluit quidem suam passionem, sicut & Deus eam voluit: iniquam tamen actionem iudæorum non voluit, & ideo occisores Christi ab iniustitia non excusantur. Et tamen ille, qui occidit hominem, iniuriam facit, non solum homini occiso: sed etiam Deo & reipublicæ: sicut etiam & ille qui occidit seipsum, vt Philosophus dicit in 5. Ethic. * vnde & Dauid damnauit illum ad mortem, qui non timuerat mittere manum, vt occideret Christum Domini, quamuis eo petente, vt legitur 2. Reg. 1.

*Phil. 5. Ethic. c. vlt. non longe a princ. to. 5.

De Modo passionis Christi quantum ad effectum, in sex articulos diuisa.

EInde considerandum est, de effectu passionis Christi. Et primo de modo efficiendi; secundo de ipso effectu.

Circa primum quærũntur sex.

¶Primo, Vtrum passio Christi causauerit nostram salutem per modum meriti.

¶Secundo, Vtrum per modum satisfactionis.

¶Tertio, Vtrũ per modum sacrificij.

¶Quarto, Vtrum per modum redemptionis.

¶Quinto, Vtrum esse redemptorem, sit proprium Christi.

¶Sexto, Vtrum causauerit effectum nostræ salutis per modum efficientiæ.

¶Super

¶Super Quæstionis 48. Articulum primum.

TItulus clarus est recolentibus, in quo consistit meriti ratio, scilicet quòd vendicet sibi ex debito præmium. Et propterea

Articvlvs I.

Vtrum passio Christi causauerit nostram salutem per modum meriti.

AD primvm sic proceditur. Videtur quòd passio Christi non causauerit nostram salutem per modum meriti. Passionem enim principia non sunt in nobis. Nullus autem meretur vel laudatur, nisi per id, cuius principium est in ipso. ergo passio Christi nihil est operata per modum meriti.

¶2 Præte. Christus ab initio suæ conceptionis, meruit & sibi & nobis: vt supra dictum: * sed superfluum est aliquem iterum mereri id, quod ante meruerat. ergo Christus per suam passionem non meruit nostram salutem.

¶3 Præt. Radix merendi est charitas: sed charitas Christi non fuit magis augmentata in passione, quàm ante. ergo non magis meruit salutem nostram patiendo, quàm ante fecerat.

¶Sed contra est, quòd super illud Philip. 2. Propter quod & Deus exaltauit illum, &c. dicit Augst. * Humilitas passionis, claritatis est meritum, claritas humilitatis est præmium: sed ipse clarificatus est, non solum in seipso, sed etiam in suis fidelibus, vt ipse dicit Io. 17. ergo videtur, quòd ipse meruerit salutem suorum fidelium.

¶Respondeo Dicendum, quòd (sicut supra dictum est*) Christo data est gratia, non solum sicut singulari personæ, sed inquantum est caput ecclesiæ, vt scilicet ab ipso redundaret ad membra: & ideo opera Christi hoc modo se habent tam ad se, quàm ad sua membra, sicut se habent opera alterius hominis in gratia constituti ad ipsum. Manifestum est autem, quòd quicumque in gratia constitutus propter iustitiam patitur, ex hoc ipso meretur sibi salutem, secundum illud Mat. 5. Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam. vnde Christus per suam passionem non solum sibi, sed etiam omnibus membris suis meruit salutem.

¶Ad primvm ergo dicendum, quòd passio, inquantum huiusmodi non est meritoria: quia habet principium ab exteriori: sed secundum q̃ ea aliquis voluntarie sustinet, sic habet principium ab interiori, & hoc modo est meritoria.

¶Ad secundum dicendum, quod Christus à principio suæ cõceptionis per ipsam meruit Christus tollere impedimenta nostræ salutis: meruit enim tollere & culpam omnem, & pœnam tam naturæ nostræ quàm singulorum membrorum suorum.

¶In reipsonsione ad vltimum, aduerte quòd vlers vtilitates numeratas in articul. 3. quæst. 46. quas intulit passio Christi ex ipso genere operis, est vnus effectus infectus explicatus ab Auctore, scilicet quòd quia patiens subtrahit a se quod suum est propter amorem illius, pro quo patitur, per hoc efficit, vt sibi ex ipso operis genere debeatur illorum salus, pro quibus se sua salute priuauit.

*q. 46. ar. 3

¶Super Quæstionis quadragesimæ octauæ, Articulum secundum.

*q. 46. ar. 3 & alias.

TItulus clarus ipsa satisfactionis ratione: facere siquidem satis est facere æqua le seu sufficiens debito. Præsuppone namque satisfactio debitum, pro quo satisfaciendum est, & debito præsupposito tunc satisfit, quando aliquid ex hibetur æquiualens debito vel excedens illud. In proposito quia debito humani generis constat (quoniam & offendit Deum, & obnoxium erat æternæ pœnæ) quæritur, an passio Christi saluauerit nos per modum satisfactionis, hoc est per modum recompensantis æquale ad minus debito humani generis.

265 4. cont. ea. 55. ad 23. & 24. Et op. 60. c. 18

*q. præce. ar. 6.

¶In corpore vna est conclusio respõsiua quæsito affirmatiue. Passio Christi non solum sufficiens, sed superabundans satisfactio fuit, pro peccatis humani generis. Probatur. Ille proprie satisfacit offenso, qui illi exhibet, quod æquè vel magis diligit, quàm oderit offensam: sed Christus patiendo, Deo magis exhibuit quam exigeret offensa totius humani generis. ergo. Probatur minor tripliciter,

*Quæst. 8.

*Tra. 104. in Io non procul à fi. to. 9.

264 Infr. q. 62. art. 5. Et 3. di. 18. ar. 5 Et 4. dist. 1. q 1. ar. 4. q. 3. Et veri. q. 26. ar. 5. ad 20. & to. 4. fi.

*q. 19 art. 4. & q. 34. art. 2.

263 Sup. ar. 4 ad 2 fi. Et opus. 60. c. 18. fi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

citer, & confirmatur, & minor, & conclusio auctoritate Ioan. euangelistæ.

¶ Aduertendum hic, quòd aliquid exhibitum offenso, dupliciter potest satisfacere. Primo, ex gratia offensi acceptantis illud exhibitum pro sufficienti, quamuis illud in se non esset sufficiens pro satisfactione, sicut si rex pro iniuria sibi facta acceptet solam petitionem veniæ. Alio modo, ex sufficientia ipsius rei exhibitæ: quia scilicet illud exhibitum est secundum se tantæ bonitatis, amabilitatis, dignitatis & excellentiæ, vt adæquet offensam vel excedat, sicut
q.46.ar.6 si pro offesa deberetur libra argenti, & daretur libra auri. In proposito est sermo de satisfactione secundo modo, hoc est secundum se: ita quòd sensus maioris est, quòd ille proprie satisfacit, qui exhibet offenso, quod secundum se est magis ab offenso dilectum, quàm ex so offensa. Et hunc sensum manifestat minor, dicens ℣ Christus plus exhibuit patiendo, quàm offensæ recompensatio exigebat: manifeste enim hic comparantur secundum se offensa, & passio Christi. Vnde concluditur quòd Christi passio secundum se est satisfactio superabundans pro peccatis humani generis, & ideo acceptata a Deo, & non econtra, quia acceptata, ideo sufficiens. Et hoc probant rationes literæ.

¶ In responsione ad primum, dubium occurrit circa rationē reddítam, quare potest vnus pro alio satisfacere, & non conteri aut confiteri. Assignatur siquidem in litera ratio, quia satisfactio est actus exterior. Contra quā in promptu est obiectio, quod confessio quoque est
266 Inf. quæ. 49. art. 4. cor. Et ℣ 73. art. 4. cor. Et ad 3. & quę. 83. art. 1. cor. Et opus. 60. ca. 18. actus exterior, & propterea si ratio est valida, infert etiam quòd vnus potest confiteri, & alio: & quia hoc non est verum, secquitur quòd ratio nihil valet.

¶ Ad dubium hoc dicitur, quòd æquiuocatio hic accidit de actu exteriori. Nam actus exterior dupliciter dicitur, vel vt distinguitur absolute contra interiorem, vt videre est actus exterior, imaginari est actus interior. Et secundum hunc sensum procedit obiectio: sic enim confessio est actus exterior. Alio modo sumitur actus exterior secundum medium, & sic distinguitur contra actum secundo medium integrum. hoc est rationis tantum. Vt enim in moralibus patuit, dupliciter inuenitur medium in actibus nostris, vel in medium rationis tantum, vel medium rei. Et medium rei externus dicitur, quia in æqualitate rei ad rem consistit, medium autem rationis interius quia dāmodo dicitur: ne intranea rationis in ordine ad operantem consistit. Quia autem satisfactio in æqualitate rei ad rē consistit, (oportet enim ipsam adæquare debitū, vt patet) ideo dicitur hic, quod ō sistit in actu exteriori secundū medium, & in hoc dicitur confessio ad satisfactione in proposito. Et hinc provenit, vt Auctor dicit, quòd satisfacere potest quis per alium, quoniam ad æquale exterum soluendū adhiberi possunt externa instrumenta, inter quæ sunt amici non minus, quàm pecuniæ. Satisfactio autem externā sonat adæquationem: est non facere satis, idest insufficiens.

*Lib. 4. c. 14 in me. to. 3.

*loco citato in argum.

*li. 13. de Trin. ca. 13. in prī. tom. 3.

¶ Super quæstionis quadragesimæ octauæ, Articulum tertiū.

¶ In corpore tria, Primo respondet quæsito vna conclusione: Passio Christi fuit verum sacrificium. Probatur omne opus ℣ agit vt charitate inhæreamus Deo, relatum ad ipsum Deum, est verum sacrificium: sed Christus sustinendo voluntariè passionem, egit opus acceptissimū, &c. ergo. maior probatur & auctoritate Augustini. & quia id proprie dicitur sacrificium, quod fit in honorem Deo proprie debitum ad eum placandū. Secundo, monstratur excellētia huius sacrificii ex eo ℣ figuratū est per aliqua sacrificia. Tertio, monstratur summa huius sacrificii excellentia, ex concursu omnium quatuor requisitorū ad sacrificium in vnū: quia. s. Christus est qui offert, & est Deus, cui offertur, & est qui offertur, & est pro quo, hoc est pro cuius corpore mystico offertur.

¶ In responsione ad tertium, attende ℣ iuxta diuersam sacrificii naturam, diuersimode inuenitur facere sacrum. In sacrificii. n. consistentibus in agere, inuenitur facere sacrum ad extra, vt patet in sacrificiis animalium & altaris. Sed in sacrificiis, quæ cōsistunt in pati, inuenitur facere sacrum, secundum actionem interiorē quæ spōte offert Deo suū pati. Et sic Christus fecit sacrum actione interiori: occisores autem eius fecerūt actione exteriori non sacrum, sed sacrilegium maximū.

¶ Super quæstionis quadragesimæ octauæ, Articulum quartum.

Titulus clarus.

¶ In corpore duo fiunt. Primo manifestatur status seruitis generis humani quo ad duo, culpā scilicet & pœnam. Secundo respondetur quæstioni vna cōclusione, scilicet passio Christi est nostra redemptio. Primum declaratur quo ad peccatum & diabolum suggestorē auctoritatibus quo ad

267 Inf. q. 49. ar. 2. Et 2. dist. 19. ar. 2. Et 1. dist. 19. ar ticu. 4. Et op. 60. ca. 18.

excedat. & ideo conuenienter figura huius sacrificij, quo caro Christi offertur pro nobis, fuit caro non hominū, sed aliorum animalium significantium carnem Christi, quæ est perfectissimū sacrificium. Primo quidem, quia ex eo quòd est humanæ naturæ caro, congruè pro hominibus offertur, & ab eis sumitur sub sacramento. Secundo, quia ex eo, quòd erat passibilis & mortalis, apta erat immolationi. Tertio, quia per hoc quòd erat sine peccato, efficax erat ad emundanda peccata. Quarto, quia ex eo ℣ erat caro ipsius offerentis, erat Deo accepta propter charitatem, suam carnem offerentis. vnde Aug. * dicit in 4. de Trin. Quid tam congruenter ab hominibus sumeretur, quod pro eis offerretur, quàm humana caro? & quid tam aptum huic immolationi, quam caro mortalis? & quid tam mundum pro mundandis vitiis mortalium, quàm sine contagione carnalis concupiscentiæ caro nata in vtero, & ex vtero Virginali? & quid tam gratè offerri & suscipi posset, quā caro sacrificii nostri, corpus effectum sacerdotis nostri?

¶ Ad secundum dicendum, ℣ Aug. * ibi loquitur de sacrificiis visibilibus figuralibus. Et etiam ipsa passio Christi licet sit aliquid signatum per alia sacrificia figuralia, est tamen signum alicuius rei obseruandæ à nobis: secundum illud primæ Pet. 4. Christo igitur passo in carne, & vos eadem cogitatione armamini: quia qui passus est in carne, desijt à peccatis, vt iam non hominum desideriis, sed voluntate Dei, quod reliquum est, in carne viuat tempore.

¶ Ad tertium dicendum, quòd passio Christi ex parte occidentium ipsum, fuit maleficium: sed ex parte ipsius ex charitate patientis, fuit sacrificium. vnde hoc sacrificium ipse Christus obtulisse dicitur: non autem illi, qui eum occiderunt.

Articvlvs IIII.

Vtrū passio Christi operata sit nostram salutem per modum redemptionis.

AD quartum sic proceditur. Videtur quòd passio Christi non sit operata nostram salutem per modum redemptionis. Nullus enim emit vel redimit, quod suum esse non desijt: sed homines nūquam desierunt esse Dei, secundum illud Psal. 23. Domini est terra & plenitudo eius, orbis terrarū, & vniuersi qui habitant in eo. ergo videtur ℣ Christus non redemerit nos sua passione.

¶ 2 Præt. Sicut Augustinus * dicit 13. de Trinita. Diabolus à Christo iustitia superandus fuit: sed hoc exigitiustitia, vt ille qui inuasit dolosè rem alienam, debeat priuari: quia fraus & dolus nemini debet patrocinari, vt etiam iura humana dicunt. Cum ergo diabolus creaturam Dei, scilicet hominem, dolosè deceperit, & sibi subiugauerit, videtur quòd non debuerit homo per modum redemptionis ab eius eripi potestate.

¶ 3 Præt. Quicunque emit aut redimit aliquid, pretiū soluit ei, qui possidebat: sed Christus non soluit sanguinem suum (qui dicitur esse pretiū redemptionis nostræ) diabolo, qui nos captiuos tenebat. non ergo Christus sua passione nos redemit.

¶ Sed contra est, quòd dicitur 1. Petri. 1. Non corruptibilibus auro, vel argento redempti estis de vana vestra conuersatione paternæ traditionis, sed pretioso sanguine, quasi agni immaculati & incontaminati Christi. Et Gal. 3. dicitur, Christus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum. Dicitur autem pro nobis factus maledictum, inquantum pro nobis passus est in ligno, vt supra dictum est. * ergo per passionem suam nos redemit.

* q. 46. ar. 4. ad 3. argum.

¶ Respondeo, Dicendum, quòd per peccatum dupliciter homo obligatus erat. Primo quidem, seruitute peccati, quia, Qui facit peccatum, seruus est peccati: vt dicitur Ioannes 8. & 2. Petrus 2. A quo quis superatus est, huius & seruus est. quia igitur diabolus hominem superauerat, inducendo eum ad peccatum, homo seruituti diaboli addictus erat. Secundo, quantum ad reatum pœnæ, quo homo erat obligatus, secundum Dei iustitiam: & hic etiam est seruitus quædam: ad seruitutem enim pertinet, quòd aliquis patiatur quod non vult: cum liberi hominis sit vti seipso, vt vult. quia igitur passio Christi fuit sufficiens & superabundans satisfactio pro peccato, & reatu pœnæ generis humani, eius passio fuit quasi quoddam pretium, per quod liberati sumus ab vtraque obligatione. Nam ipsa satisfactio, qua quis satisfacit, siue pro se, siue pro alio pretium quoddam dicitur, quo seipsum vel alium redimit à peccato & à pœna, secundum illud Danie. 4. Peccata tua eleemosynis redime: Christus autem satisfecit non quidem pecuniā dando, aut aliquid huiusmodi: sed dando id quod fuit maximum, seipsum. s. pro nobis. & ideo passio Christi dicitur esse nostra redemptio.

¶ Ad primvm ergo dicendum, quod homo dicitur esse Dei, dupliciter. Vno modo, inquantum subiicitur potestati eius: & hoc modo nunquam homo desijt Dei esse: secundum illud Danie. 4. Dominatur excelsus in regno hominum, & cui unque voluerit, dabit illud. Alio modo, per vnionem charitatis ad eum, secundum ℣ dicitur Rom. 8. Si quis spiritum Christi non habet, hic non est eius. Primo ergo modo nunquàm homo desijt esse Dei. secundo vero modo, desijt esse Dei per peccatum. & ideo inquantum fuit à peccato liberatus Christo passo fatisfaciente, dicitur per passionē Christi esse redemptus.

¶ Ad secvndvm dicendum, ℣ homo peccando obligatus erat & Deo & diabolo: quantum enim ad culpam Deum offenderat, & diabolo se subdiderat, ei consentiens. vnde ratione culpæ non erat factus seruus Dei: sed potius à Dei seruitute recedens, diaboli seruitutem incurrerat, Deo iustè hoc permittente, propter offensam in se commissam. sed quantum ad pœnam, principaliter pœnam vero ratione clara in litera. Conclusio. probatur: Passio Christi fuit sufficiens & superabundans satisfactio pro peccatis & pro reatu generis humani. ergo fuit quasi pretium, quo liberati sumus ab vtraque seruitute. ergo fuit nostra redemptio. Prima consequentia probatur: quia satisfactio habet rationem pretii redemptiui. Probatur auctoritate Dan. 4. Secunda consequētia clara est ex se. Et amplius declaratur: quia pretiū oblatum a Christo, fuit non pecunia, sed ipsemet patiens.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ *Super quæstionis XLVIII. Articu. V.*

TItulus vt sonat, sumendus est: ista quòd Christus sumitur, vt distinguitur à patre, & Spiritusancto, & ab alijs sanctis. Et est sermo, de redemptione vniuersali humani generis, quàm dictũ est in præcedenti articulo esse effectũ passionis Christi.

† Homil. 11. i Mat. in opere imperfe. non lõge à fi. to. 2.

¶ In corpore sunt duæ cõclusiones. Prima est: Esse redemptorẽ immediatè, est proprium Christi, inquantum homo. Secunda est: Redẽptio põt attribui toti Trinitati, vt primæ causæ. Probantur ambæ simul. Vtrumq; horum s. actus soluti onis & pretium solutum, pertinet immediatè ad Christum, inquantum homo, & ad totam Trinitatem vt primam causam. ergo Assumptũ pr̃ prima parte probatur quia pretium nostræ redemptionis est vita corporalis Christi, quam ipse Christus exoluit. Pro secunda vero: quia vita corporalis Christi erat Trinitatis, vt primæ causæ, & ipsa Trinitas inspirauit animæ Christi, vt poneret vitã suam pro nobis. Consequentia autẽ probatur: q̃ ad hoc, quòd aliquis redimat, duo requirũtur & quòd ipse soluat, & q̃ soluat de suo. Et primum quidem patet: q̃ alioquin non redimeret: secundũ autem probatur, quia si de alieno redimeret, magis redimeret dominus pretij, quàm ille soluens, vt patet in his, qui de eleemosynis redimũt captiuos.

268 3. dist. 19. ar. 4. q. 2.

† glo. iterlin. ibid.

¶ Aduerte hic, quòd conuenientium Christo mediante humana natura, duplex est differentia. Quædam enim sunt dispositiones essendi aut patiendi, vt esse calidum manuetum, flagellatum, crucifixum, tristem, & huiusmodi, & hæc omnino sunt propria Christo, vt distinguitur à Patre, & Spiritusancto. Quædam vero sunt actiones, vt docere, saanare, redimere, saluare, &c. & de his aliter est dicendum secundum rem, & aliter secundum nominum appellationem. Nam secundum rem, dicendum est, quòd actio dupliciter sumitur: scilicet causaliter, vel personaliter. Et hoc est dictu, actionem Christi sumi posse, vel secundum quòd est actio à suis efficientibus exiens, & sic quælibet talis Christi actio est effectiuè à tota Trinitate mediante, & ab humanitate Christi immediatè: tota siquidem Trinitas saluauit genus humanum, & sanauit infirmos, suscitauit mortuos, &c. ita quòd infra limites causalitatis stando, non magis verbum quàm Pater & Spiritusanctus saluauit, sanauit, docuit, & cætr. quia indiuisa sunt opera Trinitatis ad extra. Alio autem modo, scilicet personaliter sumptæ huiusmodi actiones (hoc est vt terminantur ad hypostasim cuius sunt nõ dico vt causæ, sed vt hypostasis seu personæ) sic sunt propriæ filio, ita quòd nec Patri nec Spiritusancto conueniunt: ita enim personaliter filius Dei docebat, sanabat, redimebat, saluabat per assumptam humanam naturam, quòd nec Pater nec Spiritusanctus personaliter hæc opera batur: nam ille homo docens, sanans, saluans, redimens, &c. erat filius Dei: & non Pater nec Spiritus sanctus, nec Trinitas. Secundum vero nominum denominationem considerandum est, an nomẽ importet principaliter actionem vt exeuntem à causa, an actionem vt respicit hypostasim cuius est, an vtrumque: illa. n. quæ principaliter respiciũt causam, inter communia totũ Trinitati cõputanda videntur, vt mortuos suscitare, miracula facere, & reliquæ actiões, quas Christus licet mediante humana natura exercuit, principaliter tamen ratione dei tatis. Illa vero quæ determinant hypostasim principaliter, inter propria computanda sunt: vt prædicare, ambulare, admirari, videre, & huiusmodi. Quæ autem medio modo, & ad causam, & personam referri indifferenter aut quasi indifferenter se permittũt, distinctione digna sunt, & in horum numero locasse videtur Auctor redemptionẽ, motus, vt puto auctoritate glo. allegatæ in litera. sa, an redemptionem per illud, Redemisti me dñe Deus veritatis. Posset etiam dici, q̃ redemptio, de qua est sermo, gratia materiæ determinat finem, scilicet passionem Christi: quoniam materia eius est sanguis, seu vita corporea Christi, non qualitercunque, sed passioni mortique exposita: constat siquidem, hæc omnia propria esse Christo: ac q̃ hoc dicendum est absolutè, q̃ esse redemptorem humani generis, est proprium Christo, quoniam ipse personaliter, ita q̃ nec Pater nec Spiritussanctus soluit, & de suo personaliter, ita q̃ nec Patris nec Spiritussancti personaliter. Et glo. & similia intelligẽda sunt causaliter: nec discrepat hoc à litera doctrina, quæ ad causalitatem attendit. Et potes si vis distinguere, dicendo q̃ redimere causaliter, est proprium Christo immediatè (vt in litera dicitur) quia vt à prima causa mediatè, est commune Trinitati: redimere autem personale, est proprium Christo: quia personaliter loquendo, sola Christi passiona, & de solius suæ personæ pretio redemit genus humanum, vt patet ex dictis.

¶ In responsione ad tertium, dubium occurrit circa illud. Passiones sanctorum proficiunt ecclesiæ non per modum redemptionis: tum quia, hoc est contra ipsum auctorem in 4 sententi. dist. 20. vbi thesaurũ ecclesiæ: ex quo indulgentiæ efficaciã habẽt, passiones sanctorum continere dicit tum, quia hoc idem Clemẽs sextus in extrauaganti de Iubilæo quinquagenario expresse dicit. Constat autem passiones per indulgentiam applicatas per modũ satisfactionis, ac per hoc redemptionis proficere ecclesiæ. igitur.

¶ Ad hoc dicitur, q̃ sententia huius literæ non est contra doctrinam de efficacia indulgentiarum ex thesauro meritorũ Christi & sanctorum, quam esse Romanæ Ecclesiæ doctrinam & ab omnib. amplectendam nuperrime sanctissimus dominus noster Leo decimus per suam decretalem ad me nunc in Germania legatũ, significauit in hæc verba (adhibitis censuris cõtra præ dicantes oppositũ, vt quidam iam cepẽrãt.) Per præsentes tibi significandum duximus, Romanam ecclesiam, quam reliquæ tam quam matrem sequi tenentur, tradidisse Romanũ pontificem Petri clauigeri successorẽ, & Iesu Christi in terris vicariũ, potestate clauiũ, quarum est aperire regnũ cœlorum, tollẽdo illius in Christi fidelibus impedimenta (culpam scilicet, & pœnam pro actualibus peccatis debitam, culpam quidẽ mediante sacramento pœnitentiæ, pœnam vero, temporalem pro actualibus peccatis, secundum diuinam iustitiã debitam mediãte ecclesiastica indulgẽtia) posse pro rationabilibus causis concedere eisdẽ Christi fidelibus, qui charitate iungente membra sunt Christi, siue in hac vita sint, siue in purgatorio indulgentias ex superabundantia meritorũ Christi & sanctorum: & tam pro viuis quã pro defunctis Apostolica auctoritate indulgentiã concedẽdo, thesaurũ meritorum Iesu Christi & sanctorum dispensare, & per modum absolutionis indulgentiã ipsam conferre, vel per modum suffragij illam transferre cõcedendo. Et propterea omnes tam viuos, quàm defunctos, qui vere & caliter omnes indulgentias huiusmodi consecuti fuerint, a tanta temporali pœna secundum diuinam iustitiam pro peccatis suis actualibus debita liberari, quanta conceditur & acquiritur indulgentiæ æquualet. Et ita ab omnibus teneri & prædicari debere, sub excommunicationis latæ sententiæ pœna, a qua illam incurrentes ab alio, quam a Romano Pontifice, nisi in mortis articulo, nequeant absolutionis beneficium obtinere auctoritate apostolica earundem tenore præsentium decernimus. Hæc ibi. Sed intendit Auctor de passionibus sanctorum absolute, ita quòd inter passiones Christi & sanctorum multiplex in proposito traditur hic differẽtia. Prima est in verbo, passiones: nam passiones Christi absolute redimunt Ecclesiam: passiones autem sanctorum non absolute (vt hic dicitur) sed superfluæ tantum satisfaciunt p̃ nobis, vt in 4. sen. & in dicta extrauaganti continetur. Secũda est in verbo redemptionis: qũm passio Christi redimit simpliciter: quia a seruitute culpæ & pœnæ: passiones vero sanctorum non nisi secundum quid redimũt, scilicet a pœna quadã scilicet tẽporali pro actuali peccato debita. Tertia est in verbo, proficiunt: q̃a passio Christi p̃ dicti Ecclesiæ per modũ redemptionis, etiam si nulla clauis Ecclesiæ intercedat: sed passiones sanctorum non pro me satisfaciunt, nisi clauiũ auctoritate mihi applicent. Tot ergo limitationibus opus cum sit ad verificandum, q̃ aliquæ passiones sanctorũ prosunt Ecclesiæ per modum redemptionis: ac per hoc affirmatiua non nisi secundum quid sit vera, potuit absque vllo veritatis præiudicio negatiua simpliciter & absolute asseri, dicẽdo q̃ passiones sanctorũ non prosunt ecclesiæ per modum redemptionis. Et eũ veritate istius negatiuæ stare iã patet doctrinã de efficacia indulgentiarum ex meritis sanctorum.

Q. 49. ar. tic. 4.

ARTICVLVS V.

Vtrum esse redemptorem, sit proprium Christi.

AD quintum sic proceditur. Videtur quòd esse redemptorem, non sit proprium Christi. Dicitur enim in Psalm. 30. Redemisti me domine Deus veritatis: sed esse dominum Deum veritatis, conuenit toti Trinitati. non ergo est proprium Christo.

¶ 2 Præterea, Ille dicitur redimere, qui dat pretium redemptionis: sed Deus pater dedit filium suum redemptionem pro peccatis nostris, secundum illud Psalm 100. Redemptionem misit Dominus populo suo, Glo. *ideſt Christum, qui dat redemptionem captiuis. ergo non solum Christus, sed etiam Deus pater nos redemit.

¶ 3 Præterea, Non solum passio Christi, sed etiam aliorum sanctorum proficua fuit ad nostram salutem, secundum illud Colossen. 1. Gaudeo in passionibus pro vobis, & adimpleo ea, quæ desunt passionum Christi in carne mea, pro corpore eius, quod est ecclesia. ergo non solum Christus debet dici redemptor, sed etiam alij sancti.

¶ SED CONTRA est, quòd dicitur Galat. 3. Christus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum: sed solus Christus factus est pro nobis maledictum. ergo solus Christus debet dici noster redemptor.

¶ RESPONDEO Dicendum, quòd ad hoc, quòd aliquis redimat, duo requiruntur, scilicet actus solutionis, & pretium solutum: si enim aliquis soluat pro redemptione alicuius rei pretium, quod non est suum, sed alterius, ipse non dicitur redimere principaliter, sed magis ille, cuius est pretium. Pretium autem redemptionis nostræ est sanguis Christi, vel vita eius corporalis, quæ est in sanguine, quàm ipse Christus exoluit. vnde vtrunque istorum ad Christum pertinet immediatè, inquantum est homo, sed ad totam Trinitatem, sicut ad causam primam & remotam, cuius erat & ipsa vita Christi, sicut primi actoris. & a qua inspiratum fuit ipsi homini Christo, vt pateretur pro nobis. & ideo esse immediatè redemptorem, proprium est Christi, inquantum est homo: quamuis ipsa redemptio possit attribui toti Trinitati, sicut primæ causæ.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd Glo. *hoc sic exponit. Tu domine Deus veritatis, redemisti me in Christo clamante: In manus tuas domine, commendo spiritum meum. Et sic redemptio immediate pertinet ad hominem Christum: principaliter autem ad Deum.

¶ Ad secundum dicendum, quòd pretium redemptionis nostræ homo Christus soluit immediatè: sed de manu dato Patris, sicut primordialis actoris.

¶ Ad tertium dicendum, quòd passiones sanctorum proficiunt Ecclesiæ, non quidem per modum redemptionis, sed per modum exempli & exhortationis, secundum illud 2. ad Corint. 1. Siue tribulamur pro vestra exhortatione & salute.

ARTICVLVS VI.

Vtrum passio Christi operata sit nostram salutem per modum efficientiæ.

269 Inf. q. 49. art. 1. cor. Et op. 3. c. 238. fi. & ad Rom. 4. fi. & 1. Cor. 1.

AD sextum proceditur. Videtur, q̃ passio Christi non sit operata nostram salutem per modum efficientiæ. Causa enim efficiens nostræ salutis, est magnitudo diuinæ virtutis, secundum illud Isa. 59. Ecce non est abbreuiata manus eius, vt saluare non possit. Christus autem crucifixus est ex infirmitate, vt dicitur. 2. ad Corin. 13. nõ ergo passio Christi efficienter operata est nostram salutem.

¶ 2 Præt. Nullum agens corporale efficienter agit nisi per contactum, vnde etiam & Christus tangendo mundauit leprosum, vt ostenderet carnem suam salutiferam virtutẽ habere, sicut Chryso. * dicit. Sed passio Christi non potuit contingere omnes homines. ergo non potuit efficienter operari salutem omnium hominum.

¶ 3 Præt. Non videtur eiusdem esse operari per modum meriti, & per modum efficientiæ, quia ille qui meretur, expectat effectum ab alio: sed passio Christi operata est nostram salutẽ per modum meriti. non ergo per modum efficientiæ.

¶ SED CONTRA est, quod dicitur 1. ad Cor. 1. quòd verbum crucis, his qui salui fiunt, est virtus Dei: sed virtus Dei efficienter operatur nostrã salutem. ergo passio Christi in cruce efficienter operata est nostram salutẽ.

¶ Respondeo dicendum, quòd duplex est efficiens, principale, & instrumentale. Efficiens quidem principale humanæ salutis est Deus. Quia verò humanitas Christi est diuinitatis instrumentum (vt supra dictum est *) ex consequenti omnes actiones & passiones Christi instrumentaliter operantur in virtute diuinitatis ad salutem humanã. Et secundum hoc, passio Christi efficienter causat salutem humanam.

Q. 13. art. 2. & 3. & q. 43. ar. 2.

*Hom. 26 in Mat. in opere imperf. ho. 25. ad init. to. 2.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd passio Christi relata ad Christi carnem, cõgruit infirmitati assumptæ. Relata verò ad diuinitatem, consequitur ex ea infinitam virtutem, secundũ illud 1 ad Cor. 1. Quod infirmum est Dei, fortius est hominibus, quia scilicet, ipsa infirmitas Christi, inquantum est Dei, habet virtutem excedentem omnem virtutem humanam.

¶ Ad secundum dicendum, quòd passio Christi, licet sit corporalis, habet tamen spiritualem virtutem ex diuinitate vnita. & ideo per spiritualem contactum efficaciam sortitur, scilicet per fidem & fidei sacramentum, secundum illud Apostoli, Quem proposuit Deus propitiatorem per fidem in sanguine ipsius.

¶ Ad tertium dicendum, quòd passio Christi, secundum quòd comparatur ad diuinitatem eius, agit per modum efficientiæ: inquantum verò comparatur ad voluntatem animæ Christi, agit per modum meriti: secundum verò quòd cõsideratur in ipsa carne Christi, agit per modum satisfactionis, inquantum per eam liberamur à reatu pœnæ, per modum verò redemptionis, inquantum per eam liberamur à seruitute culpæ: per modum autem sacrificij, inquantum per eam reconciliamur Deo, vt infra dicetur. *

QVAEST. XLIX.

De effectibus passionis Christi, in sex articulos diuisa.

EIN DE considerandum est de ipsis effectibus passionis Christi.

Et circa hoc quæruntur sex.

¶ Primo, Vtrum per passionem Christi simus liberati à peccato.

¶ Secundo, Vtrum per eam simus liberati à potestate diaboli.

¶ Tertio, Vtrum per eam simus liberati à reatu pœnæ.

¶ Quarto, Vtrum per eam simus Deo reconciliati.

¶ Quinto, Vtrum per eam fit nobis aperta ianua cæli.

¶ *Super qõ. XLVIII. Arti. sextũ.*

TItulus clarus vt sonat.

¶ In corpore est vna distinctio bimembris cum duabus conclusionibus, iuxta ipsa membra. Distinctio est: Causa efficiens duplex: principalis, vel instrumentalis. prima conclusio est: Causa efficiens principalis nostræ salutis est Deus. Secunda est: Passio Christi, est causa efficiens instrumentalis nostræ salutis. Probatur hæc: Humanitas

Universidad de Deusto
Biblioteca

Christi est deitatis instrumentum. ergo oēs actiones, & passiones Christi operanē instrumentaliter virtute deitatis ad salutem humanā. ergo passio Christi efficienter causat nostram salutem.

270 3ſt.di. 19. ar.1. ¶Aduertē hic & pro rāsione ad secundum, q̄ passio Christi vt Auctor dicit, tenet locum medicinæ. Et quēadmodum medicinaeorporaliter adhibita infirmo instrumentaliter sanat, ita passio Christi spūali contactu fidei, seu fidei sacramētis adhibita nobis sanat nos etiā instrumentaliter. Differentia aūt est, quia medicina corporea adhibita, fit instrumentū naturæ ipsius infirmi: medicina aūt passionis venit ipsīm deitatis, & sola adhibitione per fidē seu sacramēta egerit ad hoc, vt nos sanet.

¶ Super qō. XLIX. Artic. primum.

TItulus intelligitur de liberatione per passionem Christi vt causam, nō qualemcunq; sed propriā, vt patet ex vltimo argumento.

¶In corpore vnica conclusio: Passio Christi est propria cā remissionis peccatorū, tribus modis. Probat̄ sigillatim quo ad singulos modos. Littera est satis clara.

¶Aduertē, q̄ cū passio Christi dicitur causa propria remissionis peccatorū, intelligitur ita propria q̄ sola ipsa est, per quam veniam consequimur peccatorum oēs, præteriti præsentes & futuri: sine fide n. passionis Christi explicite vel implicite impossibile est secundū potentiam ordinatam, hominem remissionem peccatorum consequi.

¶Sexto, Vtrum per eam Christus adeptus sit exaltationem.

ARTICVLVS I.

Vtrū per passionem Christi simus liberati à peccato.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur q̄ per passionem Christi nō simus liberati à peccato. Liberare enim à peccato, est propriū Dei, secundum illud Isa. 43. Ego sum qui deleo iniquitates tuas propter me. Christus autem non est passus secundum quòd Deus, sed secundum quòd homo. ergo per passionem Christi non sumus liberati à peccato.

¶2 Præt. Corporale non agit in spirituale: sed passio Christi est corporalis, peccatum autem non est nisi in anima, quæ est spiritualis creatura. ergo passio Christi non potuit nos emundare à peccato.

¶3 Præt. Nullus potest liberari à peccato, quod nondum commisit, sed quod in posterum est commissurus. Cū igitur multa peccata, post Christi passionem sint commissa, & tota die committātur, videtur q̄ per passionē Christi non simus liberati à peccato.

¶4 Præt. Posita causa sufficienti, nihil aliud requiritur ad effectum inducendum: requiritur autē adhuc alia ad remissionē peccatorum, scilicet baptismus & pœnitentia. ergo videtur quòd passio Christi non sit sufficiens causa remissionis peccatorum.

5 Præt. Prouerb. 10. dicitur, Vniuersa delicta operit charitas. & 15. dicit, Per misericordiam & fidem purgantur peccata: sed multa sunt alia de quibus habemus fidem, & quæ sunt prouocatiua charitatis, ergo passio Christi non est propria cā remissionis peccatorum.

¶SED CONTRA est, q̄ quòd dicitur Apoc. 1. Dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo.

¶Respondeo Dicendum, quòd passio Christi est propria causa remissionis peccatorum tripliciter. Primo quidem, per modum prouocantis ad charitatem, quia Apost. dicit Rom. 5. Cōmendat Deus suam charitatem in nobis, quoniam cum adhuc inimici essemus, Christus pro nobis mortuus est. Per charitatem autem consequimur veniam peccatorum, secundum illud Luc. 7. Dimissa sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multū. Secundo, passio Christi causat remissionem peccatorum per modum redemptionis: quia enim ipse est caput nostrum per passionem suam, quam ex charitate & obedientia sustinuit, liberauit nos tanquā membra sua à peccatis, quasi per pretium suæ passionis, sicut si homo per aliquod eius meritoriū, quod manu exerceret, redimeret se à peccato, quod pedibus commisisset. Sicut enim naturale corpus est vnum, ex membrorum diuersitate consistens, ita tota Ecclesia, quæ est mysticum corpus Christi, computatur quasi vna persona cū suo capite, quod est Christus. Tertio, per modum efficientiæ, inquantum caro secundum quā Christus passionem sustinuit, est instrumentum diuinitatis, ex quo passiones & actiones operantur in virtute diuina ad expellendum peccatum.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd licet Christus non sit passus secundum quòd Deus, tamē caro eius est diuinitatis instrumentum: & ex hoc passio eius habet quandam diuinam [d] virtutem dimittendi peccata, vt dictum est. † D.982. In corp.

¶AD SECVNDVM dicendum, quòd passio Christi licet sit corporalis: sortitur tamen quandam spiritualē virtutem ex diuinitate, cuius caro ei vnita est instrumentum: secundum quam quidem virtutem passio Christi est causa remissionis peccatorum.

¶Ad tertium dicendum, quòd Christus sua passione nos à peccatis liberauit causaliter, ideſt, instituens causam nostræ liberationis, ex qua possent quæcumque peccata quandocunque remitti, vel præterita, vel præsentia, vel futura: sicut si medicus faciat medicinam, ex qua possint quicunque morbi sanari, etiam in futurum.

¶Ad quartum dicendum, q̄ quia passio Christi præcessit, vt causa quædam vniuersalis remissionis peccatorum (sicut dictum est*) necesse est, q̄ singulis adhibeatur ad deletionem propriorum peccatorum. Hoc autem fit per baptismum & pœnitentiam & alia sacramenta, quæ habent virtutem ex passione Christi, vt infra patebit. * Q.46.ar.4 & alijs. Q.62. ar. tic.5.

¶Ad quintum dicendum, q̄ etiam per fidem applicatur nobis passio Christi ad percipiēdum fructum ipsius, secundum illud Roman. 3. Quem proposuit Deus propitiatorem per fidem in sanguine eius. Fides autem per quā à peccato mundamur, non est fides informis, quæ potest esse etiam cum peccato, sed est fides formata per charitatem, vt sic passio Christi nobis applicetur, non solum quantum ad intellectum, sed etiam quantum ad affectū. Et per hunc etiam modum peccata dimittuntur ex virtute passionis Christi.

ARTICVLVS II.

Vtrum per passionem Christi simus liberati à potestate diaboli.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd per passionem Christi non simus liberati à potestate diaboli. Ille enim non habet potestatem super aliquos, in quibus nihil sine permissione alterius facere potest: sed diabolus nunquam potuit aliquid in nocumentum hominum facere, nisi ex permissione diuina: sicut patet Iob. 1. & 2. quòd potestate diuinitus accepta, cum primo in rebus, & postea in corpore læsit. Et similiter Matth. 8. dicitur, quòd dæmones nisi Christo concedente, non potuerunt in porcos intrare. ergo diabolus nunquam habuit in hominibus potestatem: & ita per passionem Christi non sumus liberati à potestate diaboli.

¶2 Præterea. Diabolus potestatem suam in homines exercet tentando, & corporaliter vexando: sed hæc adhuc in hominibus operatur post Christi passionem. ergo non sumus per passionem Christi ab eius potestate liberati.

¶ Super qō. XLIX. Articul. II.

TItulus clarus. ¶In corpore, primo distinguitur triplex cā diaboli potēs in actu super homines, ante Christi passionē, ſ. peccatū hominis, offensa Dei, iniquitas diaboli. Secundo sigillatim secundum singulas causas monstrat liberatio per passionē Christi sub diuersis rationibus, ſ. in quātum remissiua peccati, quo ad primum: inquantū reconciliatiua Dei: quo ad secundum, inquantum præsumptuose illata a diabolo, quo ad tertium. 2. dist.5. ar.1. tic.2. Et.3. dist.19.ar.1. 2. Et vide q.29.ar.2 ad 3. Et q.49.ar.1. ad 4. Et q.50. ar.1. ad 3. Et 18. & Hebr. 2. lect.4.

¶Sed occurrit hic nouitiori dubium, quomodo diabolus machinādo inmortē Christi excesſit modū potestatis sibi traditæ a Deo, cum diabolus non potuisset inferre Christo per ministeriū iudæorum, Pilati & suorum passionem aut mortem, nisi Deo potestātē dante, vt patet de tēptatione Iob: multo minus enim potuit in Christum quam in Iob. Et confirmatur: quia cum semper diabolus inique vtatur potestate sibi data, aut semper ex parte sua excedit modum potestatis, aut nunquam, quia nū quam facit plusquām sibi permittatur facere. Arti 2 huius quæst.

¶Ad hoc dicitur, quòd non est hic sermo de potestate diaboli absolute, de qua procedunt obiectiones ingerentes dubiū: sed de potestate illa, quam diuina iustitia ob peccata humana diabolo super hominem, relinquerat. De qua in littera dicitur, homo suo peccato meruit, vt in potestatem traderetur diaboli, & rursus, Deus per suam iustitiam hominem reliquerat potestate diaboli. Infra huius siquidem potestatis latitudinem non cadit actio aliqua contra Iesum Christum, qui omnino expers erat demeriti illius, quo homines sub diabolica erant relicti potestate. Excesſit ergo diabolus vt minister diuinæ iustitiæ, contra Iominem, limites potestatis suæ, dum contra Christum processit quātus non excesſerit vires potestatis sibi permissæ simpliciter, & absolute. Vnde licet semper inique vtatur sua potestate, siue absolute, siue vt ministret iustitiæ (quia ex iniqua voluntate exequitur iustitiam, non vt iustitiam exequatur, sed vt sua impleat malam voluntatem) incitando tamen & procurando contra Christi vitam corpoream, singulari modo excesſit: quia contra alios diuinæ sententiæ opus iustum ex demerito peccātium originali saltem peccato exercebat, quāmuis iniquē, contra Christum nulla erat ratio seuiēdi, in quo nullum omnino erat demeritum. *Li.13.ca.14.non longe a fi. to.

¶In responsione ad tertium, nota materiam articuli tertii & solutionē cum dictis in ea pro curiosis & admirantibus, de tanta libertate ac potestate diaboli in mundo apparente: regnat enim in terra plus quam Christus, intantum creuit secta Machometi, & Christianorum iniquitas.

¶ Super quæstionis quadragesimænonæ, Articulū tertium.

TItulus clarus. ¶In corpore vna conclusio: Per passionem Christi liberati sumus à reatu pœnæ dupliciter, scilicet, directe & indirecte. Probatur quo ad primam partem: quia passio Christi est satisfactio superabundans pro pœna totius mundi. Quo ad secundam, quia passio Christi liberauit a peccato quo homo meretur pœnam. 272 Iosfr.q.52. a.5.cor.& q.86.ar.4. ad 3. Et 3. dist.19.art. 3. Et ver. q.29.ar.7. ad 9.

¶Aduertē hic, q̄ liberatio primo modo respicit pœnam temporalem siue hic, siue in alia vita debitam: liberatio vero secundo modo respicit pœnam æternam, a qua per passionem Christi liberamur, dum a seruitute peccati originalis & mortalis redimimur. Vtriq; siquidem peccato debetur pœna æterna: sed ablato tam originali, quām mortali peccato, tollitur ex consequenti reatus æternæ pœnæ peccatū concomitans.

¶In responsione ad secundum nota calcem responsionis, & percipe, quanta sit vis pœnitentiæ sacramentalis, quæ scilicet a sacerdote imponitur in sacramento pœnitentiæ.

¶3 Præt. Virtus passionis Christi in perpetuum durat (secundum illud Hebr. 10. Vna obiatione consumauit sanctificatos in sempiternum) similiter etiam vbique extenditur: sed liberatio à potestate diaboli, nec est vbique (quia in multis partibus mundi adhuc sunt idolatrę) nec etiam erit semper: quia tempore Antichristi maximè suam potestatem exercebit diabolus in hominum nocumentum, de quo dicitur 2. ad Thess. 2. quòd eius aduentus erit secundum operationem Satanę in omni virtute, & signis & prodigiis mendacibus, & in omni seductione iniquitatis. ergo videtur, quòd passio Christi non sit causa liberationis humani generis à potestate diaboli.

¶SED CONTRA est, quod Dominus dicit Io. 12. imminente passione, Nunc princeps huius mundi eiicietur foras, & ego si exaltatus fuero a terra, omnia traham ad meipsum. Est autem exaltatus a terra per crucis passionem. ergo per eam diabolus est à potestate hominum ejectus.

¶Respondeo dicendum, q̄ circa potestatem, quam diabolus in homines exercebat ante Christi passionem, tria sunt consideranda. Primum quidem, ex parte hominis, qui suo peccato meruit, vt in potestatē traderetur diaboli, per cuius tentationem fuerat superatus. Aliud autem est ex parte Dei, quem homo peccando offenderat, qui per suam iustitiam hominem reliquerat potestati diaboli. Tertium est, ex parte ipsius diaboli, qui sua nequissima voluntate hominem à consecutione salutis impediebat. Quātum ergo ad primum, homo est à potestate diaboli liberatus per passionem Christi, inquantum passio Christi est causa remissionis peccatorum. Quantum autem ad secundum dicendum, quòd passio Christi nos a potestate diaboli liberauit, inquantum nos Deo reconciliauit, vt infra dicetur. † Quantum vero ad tertium, passio Christi nos à diabolo liberauit, inquantum in passione Christi excesſit modum potestatis sibi traditæ à Deo machinando in mortem Christi, qui non habebat meritum mortis, cum esset absque peccato. Vnde* Augustin. dicit in 13. de Tri. Iustitia Christi victus est diabolus, quia cum in eo nihil morte dignum inueniret, occidit eum tamen: & vtique iustum est, vt debitores, quos tenebat, liberi dimittantur, in eum credentes, quem sine vllo debito occidit.

¶Ad primum ergo dicendum, q̄ non dicitur sic diabolus in homines potestatem habuisse, quasi posset eis nocere, Deo nō permittente, sed quia iustè permittebatur nocere hominibus, quos tentando, ad suum consensum perduxerat.

¶Ad secundum dicendum, q̄ diabolus etiam nunc potest quidem Deo permittente homines tentare, quantum ad animam, & vexare quantum ad corpus, sed tamen præparatum est homini remedium ex passione Christi, quo se potest tueri contra hostis impugnationes, ne deducatur in interitum mortis æternæ. Et quicumque ante passionem Christi diabolo resistebant, per fidem passionis Christi hoc facere poterāt, licet passione Christi nondum peracta. Quantum autem ad aliquid, nullus poterat diaboli manus euadere, vt ſnon descenderet in infernum, à quo post passionem Christi, se pñt homines eius virtute tueri.

¶Ad tertium dicendum, q̄ Deus permittit diabolo posse decipere homines in certis personis, temporibus & locis, secundum occultam rationē iudiciorum suorum. Semper tamen per passionem Christi, est paratū hominibus remedium se tuendi contra nequitias dæmonum, etiam tempore Antichristi: sed si aliqui hoc remedio vti negligant, nil deperit efficaciæ passionis Christi.

ARTICVLVS III.

Vtrum per passionem Christi homines sint liberati à pœna peccati.

AD tertium sic proceditur. Videtur q̄ per passionem Christi non sint homines liberati à pœna peccati. Præcipua enim pœna peccati est æterna damnatio: sed illi, qui damnati erant in inferno pro suis peccatis, non sunt per Christi passionem liberati, quia in inferno nulla est redemptio. ergo videtur q̄ passio Christi nō liberauit homines à pœna peccati.

¶2 Præt. Illis, qui sunt liberati à reatu pœnæ, non est aliqua pœna iniungenda: sed pœnitentibus iniungitur pœna satisfactoria. non ergo per passionem Christi sunt homines liberati à reatu pœnæ.

¶3 Præt. Mors est pœna peccati, secundum illud Roma. 6. Stipendia peccati mors: sed adhuc post passionem Christi homines moriuntur. ergo per passionem Christi non sunt homines liberati à reatu pœnæ.

¶Sed contra est, quòd dicitur Isa. 53. Verè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit.

¶Respon. Dicendum, q̄ per passionē Christi liberati sumus à reatu pœnæ dupliciter. Vno modo directe, inquātum. ſ. passio Christi fuit sufficiēs & superabundans satisfactio pro peccatis totius humani generis. Exhibita autem satisfactione sufficienti, tollitur reatus pœnæ. Alio modo, indirecte, in quantū. ſ. passio Christi est cā remissionis pcti, in quo fundatur reatus pœnæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Operatur siquidē vltra vires suas, dum parua in ixa satisfactioni Christi sufficiens inuenitur, ac si esset maior.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd passio Christi sortitur effectum suum in illis, quibus applicatur per fidem & charitatem, & per fidei sacramenta. & ideo damnati in inferno, qui prædicto modo passioni Christi non coniunguntur, effectū eius percipere nō possunt.

¶ Ad secundum dicendum, quòd (sicut supra dictum est*) ad hoc ꝙ consequamur effectum passionis Christi, oportet nos ei conAr. 1. huius qó. in cor. & ad 4. figurari. Configuramur aūt ei in baptismo sacramentaliter secundum illud Rom. 6. Consepulti sumus ei per baptismum in mortem. vnde baptizatis nulla pœna satisfactoria imponitur, quia sunt totaliter liberati per satisfactionē Christi, Quia verò Christus semel tantum pro peccatis nostris mortuus est (vt dicitur 1. Pet. 3.) iō non pōt homo secundario configurari morti Christi per sacramentum baptismi. vnde oportet, ꝙ illi qui post baptismū peccant, configurentur Christo patienti per aliquid pœnalitatis vel passionis, quam in seipsis sustineant, quæ tamen multo minor sufficit, quàm esset cōdigna peccato cooperante satisfactione Christi.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ satisfactio Christi habet effectum in nobis, inquantum incorporamur ei, vt membra
*Ar. 1. huius qó. suo capiti, sicut supra dictum est. *Membra autem oportet capiti conformari. & ideo sicut Christus primo quidē habuit gratiā in anima cum passibilitate corporis, & per passionem ad gloriā immortalitatis peruenit, ita & nos qui sumus membra eius, per passionem ipsius liberamur quidem à reatu cuiuslibet pœnæ: ita tū ꝙ primo recipimus in anima spiritum adoptionis filiorum, quo ascribimur ad hæreditatem gloriæ immortalis, adhuc corpus passibile & mortale habentes: postmodum verò configurari passionibus & morti Christi, in gloriam immortalē perducimur, secundum illud Apost. Rom. 8. Si filii, & hæredes: hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi: si tamen compatimur, ut & conglorificemur.

¶ Super quæstionis quadragesimēnonæ, Articulum quartum.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum per passionem Christi simus Deo reconciliati.

273 Sup. q. 49. ar. 4. co. Et 3. dist. 19. ar. 5. q. 1. Et op. 60. c. 18. TItulus clarus. ¶ In corpore vna conclusio: Passio Christi est causa nostræ reconciliationis ad Deū dupliciter, s. redimendo a peccato, & vt sacrificium. Omnia clara sunt in litera.

¶ In responsione ad secundum declaratur, quòd intelligitur Deū placatum, ex parte. s. nostri: mutatio. n. in nobis non in Deo inuenta est ex qua Deus placatus dicitur.

AD quartum sic proceditur. Vī, ꝙ per passionem Christ nō simus Deo reconciliati. Reconciliatio. n. non habet locum inter amicos: sed Deus semper dilexit nos, secundū illud Sap. 11. Diligis omnia quæ sunt, & nihil odisti eorum quæ fecisti. ergo passio Christi non reconciliauit nos Deo.

¶ 2 Præt. Non potest idem esse principium & effectus, vnde gratia, quæ est principium merendi, non cadit sub merito: sed dilectio Dei est principiū passionis Christi, secundū illud Ioan. 3. Sic Deus dilexit mundū, vt filiū suū vnigenitū dare, nō ergo videtur ꝙ per passionem Christi simus reconciliati Deo, ita ꝙ de nouo nos amare inciperet.

¶ 3 Præt. Passio Christi impleta est p homines Christum occidentes, qui ex hoc grauiter Deum offenderunt. ergo passio Christi est magis causa indignationis, quàm reconciliationis Dei.

¶ Sed contra est, quòd Apost. dicit Rom. 6. Reconciliati sumus Deo per mortem filii eius.

¶ Respondeo dicendum, ꝙ passio Christi est cā reconciliationis nostræ ad Deū dupliciter. Vno mō, inquātum remouit peccatū per quod homines constituuntur inimici Dei, ſm illud Sap. 14. Similiter odio sunt Deo impius & impietas eius. & in Ps. 6. Odisti oēs qui operantur iniquitatem. Alio modo, inquantū est sacrificium Deo acceptissimū: est. n. hoc propriè sacrificii effectus, ut per ipsum placetur Deus: sicut cū homo offensam in se cōmissam remittit propter aliquod obsequiū acceptū, quod ei exhibetur. vnde ſr 1. Reg. 26. Si Dūs incitat te aduersum me, odoretur sacrificium, & similiter tantum bonū fuit, ꝙ Christus uoluntariè passus est, ꝙ propter hoc homum in natura humana inuētum, Deus placatus est super omni offensa generis humani, quantum ad eos, qui Christo passo coniunguntur, secundum modum præmissum.

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ Deus diligit oēs homines, quantū ad naturā, quam ipse fecit: sed odit omnes quantum ad culpā, quam contra eum homines committunt, ſm illud Eccl. 12. Altissimus odio hēt peccatores.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ passio Christi non dicitur quantū ad hoc Deo nos reconciliasse, ꝙ de nouo nos amare inciperet, cum scriptum sit Hieron. 31. In charitate perpetua dilexi te, sed quia per passionem Christi, sublata est odii causa, tum per ablutionem peccati, tum per recompensationem acceptabilioris boni.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ sicut occisores Christi homines fuerunt, ita & Christus occisus: maior aūt fuit charitas Christi patientis, quā iniquitas occisorum. Et ideo passio Christi magis valuit * ad reconciliandum Deum toti humano generi, quàm ad prouocandum ad iram.

*Aliter, ad reconciliādū Deo tū humanū genus.

¶ Super quæstionis quadragesimæ nonæ, Artic. V.

ARTICVLVS V.

Vtrum Christus sua passione aperuit nobis ianuam cœli.

AD quintum sic proceditur. Videtur quòd Christus sua passione non aperuit nobis ianuam cœli. Dicitur enim Prouerb. 11. Seminanti iustitiam, merces fidelis: sed merces iustitiæ est introitus regni cœlestis. ergo videtur quòd sancti patres qui operati sunt opera iustitiæ, fideliter consecuti essent introitum regni cœlestis etiam absq; Christi passione. non ergo passio Christi est causa apertionis ianuæ regni cœlestis.

¶ 2 Præt. Ante passionem Christi Helias raptus est in cœlum, vt dicitur 4. Regum. 2. sed effectus non præcedit causam. ergo videtur quòd apertio ianuæ cœlestis non sit effectus passionis Christi.

¶ 3 Præt. Sicut legitur Matth. 3. Christo baptizato aperti sunt cœli: sed baptismus præcessit passionem. ergo apertio cœli non est effectus passionis Christi.

¶ 4 Præt. Mich. 2. dicitur, Ascendit pādens iter ante eos: sed nihil aliud videtur esse pandere iter cœli, quā eius ianuā aperire. ergo uidetur ꝙ ianua cœli sit nobis aperta, non per passionem Christi, sed per ascensionem eius.

¶ Sed contra est, ꝙ Apostolo dicit Heb. 10. Habemus fiduciā in introitum Sanctorum, scilicet cœlestium, in sanguine Christi.

¶ Respōdeo dicendum, quòd clausio ianuæ est obstaculum quoddam pro-

¶ Super quæstionis quadragesimæ nonæ, Art. sextum.

TItulus clarus, ut sonat. ¶ In corpore duo. Primo declaratur in cōi, quid importet meritū, & qūo intelligitur tā in malo, quàm in bono. Secundo, descendit ad propositum in speciali de Christo.

¶ Quo ad primū, dicit in cōi meritū importare quādā iustitiæ, nō gratiæ æqualitatē. Et hoc probat auctoritate Apostoli.

¶ Vbi non mireris nouitie, si a merito transitur ad mercedem: quia merces meritō respondet, ut præmium debito.

¶ Excm-

impedimur à cœlo. Probatur auctoritate Isaiæ. Minor probatur auctoritate Apostoli. Secundo, manifestatur conclusio ex figura effectus mortis summi sacerdoti legalis.

¶ Aduerte hic tria. Primo, ꝙ clausio regni cælorum est priuatio diuinæ fruitionis post hanc uitam non qualiscumque, sed ex tali orta & sulta cā, s. ex peccato. Et propterea aperire cœlū, nihil aliud est quā tollere peccatū, tā quoad culpā, quā quo ad pœnā, sublato siquidē hic peccato, manifestū est ꝙ tollitur fruitionis diuinæ priuatio, ut pœna peccati, ac per hoc simpliciter tollit, quia nō nisi vt pœnam retinebat priuationem illā diuinæ benignitas. ¶ Secūdo, ꝙ Christus sua passione liberauit mēbra sua ab oī & culpa & pœna: qñ vt Apostolus dicit, abundantius est Christi donum, q̄ fuerit Adæ damnū. sed vt experientia testatur, & ex calce præcedētis art. habes, liberatio ista ordine quodā in executionē mādatur, configurando nos ipsi Christo. Quo fit, vt Christus liberauerit nos ab oī pœna peccati, tā originalis quā actualis: sed nos ordine quodam, & media configuratione ad Christum, consequimur immunitatem a culpa & pœna totaliter.

¶ Pro quo & responsione ad primū nota tertio, ꝙ quia primus homo peccauit non solū ut singularis persona, sed & ut principium humanæ naturæ, ió peccatum originale erat dupliciter mūdandum: & ex ea parte, qua singulārū est personarū: & ex ea parte: qua totius humanæ naturæ seminaliter ab Adā descendentis. Et quo ad personalia quidem olim per circūcisionē, uel aliquod sacrificium, & nunc per baptismū purgatur humanum genus ab originali peccato. Ad ſm aūt, nec circumcisio olim, nec baptismus postea suffecit, ut patet de baptizatis baptismo Christi mortuis ante Christi passionē, nullus. n. illorū liber fuit a Q 39. ar. 5 hibens hoīes ab ingressu. Prohibebant aūt homines ab ingressu regni cœlestis ꝓp peccatū: quia sicut dicitur Isa. 35. via illa sancta vocabitur, & non transibit per eā pollutus. Est aūt duplex pœna tū impediens ab ingressu regni cœlestis. vnū quidē cōe totius humanæ naturæ, qđ est peccatū primi parentis, & per hoc peccatū præcludabatur homini aditus regni cælestis, vnde legitur Gen. 3. ꝙ post peccatū primi parētis, collocauit Deus Cherubin, & flammeū gladiū atq; versatilem, ad custodiendam viam ligni vitæ. Aliud aūt est peccatū spāle vniuscuiusque personę, quod per proprium actū committitur vniuscuiusq; hominis. Per passionem aūt Christi liberati sumus, non solum à peccato cōi totius humanæ naturæ, & quantū ad culpā, & quantū ad reatū pœnæ, ipso soluente pretium pro nobis, sed ét à peccatis propriis singulorū, qui cōicant eius passioni per fidē & charitatem & fidei sacramenta. & ideo per passionem Christi aperta est nobis ianua regni cœlestis. Et hoc est quod Apost. dicit Heb. 9. ꝙ Christus assistens pontifex futurorum bonorū, per proprium sanguinem introiuit semel in sancta, æterna redemptione inuenta. Et hoc figuratur Numeri 35. vbi dicitur, ꝙ homicida manebit ibi, s. in ciuitate refugii, donec sacerdos magnus, qui oleo sancto vnctus est, moriatur, quo mortuo, poterit in domum suam redire.

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ sancti patres operando opera iustitiæ, meruerunt introitū regni cœlestis per fidem passionis Christi (secundum illud Heb. 11. Sancti per fidem vicerūt regna, operati sunt iustitiā) per quā ét vnusquisq; à peccato purgabatur, quantum pertinet ad emundationē proprię personæ. Non tamen alicuius fides vel iustitia, sufficiebat ad remouendū impedimentū, quod erat per reatū totius humanæ naturæ, quod quidem remotū est pretio sanguinis Christi. & ideo ante passionem Christi nullus intrare poterat regnum cœleste, adipiscendo. s. beatitudinem æternam, quæ consistit in plena Dei fruitione.

¶ Ad secundum dicendū, ꝙ Helias subleuatus est in cœlum aëreum, non autem in cœlum empyreum, quod est locus sanctorum, & similiter ét Enoch raptus est ad paradisum terrestrem, vbi cum Helia simul creditur viuere vsq; ad aduentum Antichristi.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ (sicut supra dictū est*) Christo baptizato aperti sunt cœli, nō propter ipsū Christū, cui semper cœlū patuit: sed ad significandum ꝙ cœlum aperitur baptizatis baptismo Christi, qui habet efficaciam pœna clausuræ regni cœlorum. Hæc. n. pœna, sicut & mors corporalis ex peccato originali ut naturæ est consecuta est, & ad utrāque abolendam passio Christi fuit necessaria, quamuis diuersimode ab hac & illa nos eripuerit: qm̄ a spirituali pœna priuationis diuinæ fruitionis sic nos liberauit, ꝙ statim exhibuit effectum. Et inde est, ꝙ modo baptizati si moriuntur statim beati sunt, beneficiū siquidē hoc, est baptismi nō simpliciter, sed rōne status, quo s. Christi passio cōsumata est. Et quia baptismus ad hoc institutus est, vt esset sacramentum in tali statu, quāuis inchoatiue parū ante cœperit, ideo baptismo attribuitur aperire cœlestē ianuā, qđ præfiguratum est, cum Christo baptizato, cœli aperti sunt. Sed immortalitatis beneficiū non statim exhibuit, quāuis tunc fecerit, cum mortē nostram moriēdo destruxit: sed media conformitate nostra ad ipsum morientē immortalitatē longe excellentiorē illa, quæ fuit in statu innocentiæ, nobis exhibebit in tempore resurrectionis: cum hoc ét ꝙ in capite nostro, ipso. s. Christo homine, tam immortalitatem corporis consecuti sumus per ipsius passionem. 275 3. dist. 18. ar. 4. q. 3. q. 19. ar. 4. & q. 96. 3 4. ar. 3.

¶ Super quæstionis quadragesimæno nę, Art. sextum.

*Epist. 56. ante med. tom. 3.

TItulus clarus, ut sonat. ¶ In corpore duo. Primo declaratur in cōi, quid importet meritū, & qūo intelligitur tā in malo, quàm in bono. Secundo, descendit ad propositum in speciali de Christo.

¶ Quo ad primū, dicit in cōi meritū importare quādā iustitiæ, nō gratiæ æqualitatē. Et hoc probat auctoritate Apostoli.

¶ Vbi non mireris nouitie, si a merito transitur ad mercedem: quia merces meritō respondet, ut præmium debito.

¶ Excm-

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Exemplis deinde declaratur, qualiter meriti æqualitas secundū iustitiam exerceatur tā in malis quam in bonis, & in malis quidem rōni adiūgit exemplum de iustæ æqualitate circa demeritum furti, cui auctoritate sacræ Scripturę, & inde infertur similе, proportionaliter fieri iustā æqualitatem circa meritum boni.

¶ Vbi aduerte, q̄ in istis iustitiis interueniunt duo. s. res exterior, & uolūtas interior, ver bi gratia, ouis furto ablata & voluntas ducens ad furtū. Si considereturres exterior (puta ouis dūcaxat) sufficit ad æqualitatē iustitiæ vt restituatur ipsa ouis sic. n. inæqualitas rei facta per furē, reducitur ad pristinam æqualitatē, ut pater. Sed si superhoc cōsideretur iniqua volūtas furis (qua voluit contempta iustitia publica & proximi plus habere, q̄ sibi debetur, & propterea ablatulit ouē alienā) sic ad hoc ut hæc iniquitas voluntatis iuncta operi ad æqualitatem reducatur, iustum est minus habeat de suo qui plus q̄ debebatur sibi vsurpauit de alieno: & propterea pro una ablata oue reddere tenetur quatuor, vnam pro æqualitate rei extra, & tres pro æqualitate iniqui actus. Et quia tā demeritū q̄ meritū, principaliter consistit in volūtate, ideo Auctor in litera tractans de merito Christi, ad æqualitatē, quæ principaliter reperitur actiones & passiones, quatenus sunt voluntariæ, se cōuertit: & eam in malis, quā in bonis iustitiæ æqualitatē consideravit, prout iusta vel iniusta voluntas minus, vel plus de sibi debitis voluit cum effectu, vt patet in litera, & hinc ad Christi meritum descendit.

¶ Quo ad secundū, præsuppositamaiore ex declaratione mēritorū, monstrat subsumendo Christum per suam passionem meruisse quatuor. Omnia clara sunt in litera.

Luc. 14. Qui se humiliat, exaltabitur, Christus autē in sua passione seipsum humiliauit infra suam dignitatē, quantum ad quatuor. Primo quidem, quantum ad passionem & mortem, cuius debitor non erat. Secundo, quantum ad locum, quia corpus eius positum est in sepulchro, & anima in inferno. Tertio, quantum ad confusionem & opprobria, quæ sustinuit. Quarto, quantum ad hoc, quòd est traditus humanæ potestati, secundum quòd ipse dicit Pilato Ioan. 19. Non haberes in me potestatem, nisi datum tibi esset desuper. & ideo per suam passionem meruit exaltationem quantum ad quatuor. Primo quidem, quantum ad resurrectionē gloriosam, vnde dicitur in Ps. 138. Tu cognouisti sessionem meam, idest humilitatem meæ passionis, & resurrectionem meam. Secundo, quantum ad ascensionem in cœlum, unde dicitur Ephe. 4 Descendit primum in inferiores partes terræ qui autem descendit, ipse est & qui ascendit super omnes cęlos. Tertiō, quantum ad confessum paternæ dexteræ, & manifestationem diuinitatis ipsius, secundum illud Is. 52. Exaltabitur & eleuabitur, & sublimis erit valde: sicut obstupuerunt super eū multi, sic inglorius erit inter viros aspectus eius. vt Philosophus dicitur. Factus est obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis: propter quod & Deus exaltauit illum, & dedit illi nomen, quod est super omne nomen, vt scilicet ab omnib. nominetur deus, & omnes ei reuerentiam exhibeant sicut Deo & hoc est quod subditur, Vt in nomine Iesv omne genu flectatur, cęlestium, terrestrium, & infernorum. Quarto, quantum ad iudiciariam potestatem, dicitur. n. Iob. 36. Causa tua quasi impiorum iudicata est, causam iudiciumque recipies.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd principium merendi est ex parte animæ, corpus autem est instrumentum meritorii actus, & ideo perfectio animæ Christi, quæ fuit merendi principium, non debuit in eo acquiri per meritum, sicut perfectio corporis, quod fuit passionis subiectum, & per hoc fuit ipsius meriti instrumentum.

¶ Ad secundum dicendum, quòd per priora merita Christi meruit exaltationem ex parte ipsius animæ, cuius voluntas charitate & aliis virtutibus informabatur: sed in passione meruit suam exaltationem per modum cuiusdam recompensationis, etiam ex parte corporis. iustum est enim vt corpus quod fuerat ex charitate passionis subiectum, acciperet recompensationem in gloria.

¶ Ad tertium dicendum, quòd dispensatione quadam factum est in Christo, vt gloria animæ ante passionem non redūderet ad corpus, ad hoc quòd gloriam corporis honorabilius obtineret, quando eam per passionem meruisset. Gloriam autem animæ differri non conueniebat, quia anima immediatè vniebatur Verbo. unde decens erat, vt gloria repleretur ab ipso Verbo, sed corpus vniebatur Verbo mediante anima.

QVAESTIO L.

De morte Christi in sex articulos diuisa.

¶ Super quæstionis quinquagesimæ, Articul. primum.

DEINDE considerandum est de morte Christi.

Et circa hoc quæruntur sex.

Titulus clarus est.

¶ In corpore vnę conclusio: Conueniens fuit Christum mori. Probatur quinque rationibus. Omnia clara sunt.

¶ Primo, Vtrum conueniens fuerit Christum mori.
¶ Secundo, Vtrum per mortem fuerit separata diuinitas à carne.
¶ Tertio, Vtrum fuerit separata diuinitas ab anima.
¶ Quarto, Vtrum Christus in triduo mortis fuerit homo.
¶ Quinto, Vtrum corpus eius fuerit idem numero viuum & mortuum.
¶ Sexto, Vtrum mors eius sit aliquid operata ad nostram salutem.

ARTICVLVS I.

Vtrum conueniens fuerit Christum mori.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur q̄ non fuerit conueniens Christum mori. Illud. n. quod est primum principium in aliquo genere, nō dispōnitur per illud, quod est contrarium illi generi: sicu iguis, qui est principium caloris, nunquam potest esse frigidus: sed filius Dei est fons & principium omnis uitæ, secundum illud Ps. 35 Apud te est fons vitæ. ergo videtur quòd non fuerit conueniens Christum mori. Inf. q. 53. ar. 2. ad 4. 4. dis. 49. q. 1. ar. 1. ad 1. Et quol. 2. ar. 2. cor. Et opu. 60. c. 19. Et opuſ. 3. c. 234. & 238. fin. ex opu. 60. c. 19.

¶ 2 Prae. Maior est defectus mortis quam morbi, quia per morbum peruenitur ad mortem: sed non fuit conueniens Christum aliquo morbo languescere, ut Chrys. dicit. ergo etiam non fuit conueniens Christum mori.

¶ 3 Prae. Dominus dicit, Ioan. 10. Ego veni, vt vitam habeant, & abundantius habeant: sed oppositum non perducit ad oppositum. ergo videtur quòd non fuerit conueniens Christum mori.

¶ Sed contra est, q̄ dī Ioan. 10. Expedit vt vnus homo moriatur pro populo, & non tota gens pereat: quod quidem Caiphas prophetice dixit, vt Euangelista testatur. D. 90.

¶ Respōdeo dicendum, q̄ d conueniens fuit Christum mori. Primo quidem, ad satisfaciendum pro humano genere, quod erat morti adiudicatum propter peccatum, secundum illud Gen. 2. Quacumque die comederitis, morte moriemini. Est autē conueniens satisfaciendi pro alio modus, cum aliquis se subiicit pœnæ, quam alius meruit, & ideo Christus mori voluit, vt moriendo, pro nobis satisfaceret, secūdum illud 1. Pet. 3. Christus semel pro peccatis nostris mortuus est. Secundo, ad ostendendum veritatem naturæ assumptæ: sicut enim Eusebius dicit, Si aliter post conuersationem cum hominibus, euanescens subito euolaret fugiens mortē, ab oīb⁹ cōpararet phantasmati. Tertio, ut moriendo, nos à timore mortis liberaret,

beraret, vnde dicitur ad Hebræ. 2. quòd communicauit carni & sanguini, ut per mortem destrueret eum, qui habebat mortis imperium, & liberaret eos, qui timore mortis per totam uitam obnoxii erant seruituti. Quarto, ut corporaliter moriendo similitudini peccati, iuste penalitati, daret nobis exemplum moriendi spiritualiter peccato, vnde dicitur Rom. 6. Quòd enim mortuus est peccato: mortuus est semel, quòd autem uiuit, uiuit Deo: ita & vos existimate mortuos quidem esse peccato, viuentes autem Deo. Quinto, ut à mortuis resurgendo, & uirtutem suam ostenderet, qua mortem superauit, & nobis spem resurgendi à mortuis daret. Vnde Apost. dicit 1. ad Cor. 15. Si Christus prædicatur, q̄ resurrexit à mortuis, quomodo quidam in vobis dicunt, quòd resurrectio mortuorum non est?

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd Christus est fons vitæ secundum quòd Deus, non autem secundum quòd homo: mortuus est autem secundum quòd homo, non secundum quòd Deus. Vnde Augustin. * dicit contra Felician. Absit quòd Christus sic senserit mortem vt quantum in se est vita, vitam perderit: si enim hoc ita esset, vitæ fons aruisset. Sensit ergo mortem participatione humanæ affectus, quem sponte susceperat: non naturæ suæ perdidit potentiam, per quam cuncta viuificat. li. cōt. Felicia. c. 14 in princ. to. 6.

¶ Ad secundum dicendum, quòd Christus non sustinuit mortem ex morbo prouenientem, ne videretur ex necessitate mori propter infirmitatē naturæ, sed sustinuit mortem ab exteriori illatam, cui se spontaneum obtulit, ut mors eius uoluntaria ostenderetur.

¶ Ad tertium dicendum, q̄ vnum oppositum, per se non ducit ad aliud, sed quandoque per accidens: sicut frigidum, quandoque per accidens calefacit. Et hoc modo Christus, per suam mortem nos perduxit ad uitam, dum sua morte mortem nostram destruxit: sicut ille, qui pœnam pro alio sustinet, remouet pœnam eius.

¶ Super quæstionis quinquagesimæ, Articul. secundum.

ARTICVLVS II.

Vtrum in morte Christi fuerit separata diuinitas à carne.

AD secundum sic proceditur. Videtur q̄ in morte Christi fuerit separata diuinitas à carne. Vt enim dicitur Matth. 27. Dominus in cruce pēdens clamabat, Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me? Quod exponens Amb.* dicit. Clamabat homo, separatione diuinitatis moriturus: nam cum diuinitas à morte libera sit, utique mors ibi esse non poterat, nisi uita discederet, quia vita diuinitas est. Et sic videtur, quòd in morte Christi sit diuinitas separata à carne. 277 3. di. 3 q. 2. ar. 1 q. 1. & di 21. q 1. art 1. q̄. 1. Et quo. 1. ar. 1. cor. Et quol. 4. ar. 6. cor. Et opuſ. 3. c 236. & 237. Et opu. 60. c. 19 fi. *li. 10. in Lu in tit. de cōmē. spirit. In 1v in med. to. 5. Q. 6. ar. 4.

Titulus clarus est.

¶ In corpore vnę conclusio. Caro Christi remanse vnitas verbo Dei post mortem. Probatur ratione & auctoritate. Ratio est Donum quod per gratiam Dei conceditur, nunquam reuocatur sine culpa: sed gratia vnionis est maius donum & permanentius ex sua ratione quàm gratia adoptionis, quæ tamquam per diuinam sine culpa. ergo. Maior probatur auctoritate Apostoli. Minor, quo ad primā partem comparat omnis, quia maius est esse Deum personaliter, quàm esse sanctum. Quo ad secundam vero, quia vnio personalis est permanentior, quam vnio affectualis Auctoritas est Damasceni. Q. 16. ar. 4

¶ Aduerte hic, q̄ quia illa maior, Nullum donum diuinæ gratiæ perditur sine culpa, locum habet in donis permanentibus, non autem in his donis, quæ solum consistunt in quodam fieri, ut donū prophetiæ vel affluentiæ, ut gratia miraculorum, quæ alicro duorū modorum conceditur. Hæc enim, quia non sunt dona permanentia, perduntur, hoc est, non semper habētur ab que culpa (ut patet) & absque pœnitentia. Et propterea Auctor vtens illa maiore ex auctoritate Apostoli, subsumpti nō potuit (vt subsumendum expectabatur) sed comparauit eam respectu donorum gratiæ adoptionis quam cōstat non carere sine culpa, & comparauit illam, & quo ad maioritatem simpliciter, & quo ad maioritatem, secundum illud quo requiritur ad propositū, hoc est secundum permanentia. Vt hinc scires, quòd maior habet locū in hac materia: quia gratia vnionis est de genere donorum permanentium, & quòd multo magis habet locum in proposito: tum, quia est excellentius donum, quàm gratia adoptionis: tum, quia est permanētius. Et de prima quidem excellentia, licet a quibusdam dubitetur, si quis tamen hoc trahit ratione allatam (scil. cer gratia vnionis consistit vnitum esse personaliter Deo: gratia autem adoptionis constituit esse sanctum: sed longe maius est esse Deum personaliter quam esse sanctum) manifeste videre poterit, sententiam hanc esse veram. In cuius signum, cum cōmunicaret li. 3. orth. fid. ca. 27. circa fin. *In Epist. 120. ex c. 6. & 10. to. 2.

¶ 2 Prae. Remoto medio, separantur extrema: sed diuinitas unita est carni mediante anima, ut supra habitum est. † ergo videtur quòd cum in morte Christi anima sit separata à carne, quòd per consequens diuinitas sit à carne separata.

¶ 3 Prae. Maior est virtus viuificatiua Dei quàm animæ: sed corpus mori non poterat, nisi anima separata. ergo multo minus mori poterat, nisi separata diuinitate.

¶ Sed contra est, quòd ea, quæ sunt humanæ naturæ, non dicuntur de filio Dei, nisi ratione unionis, ut supra habitum est. † Sed de filio Dei dicitur id, quod conuenit corpori Christi post mortem, scilicet esse sepultum, ut patet in Symbolo fidei, ubi dicitur quòd filius Dei conceptus est, & natus ex Virgine, passus, mortuus & sepultus. ergo corpus Christi non fuit in morte à diuinitate separatum.

¶ Respōdeo dicendum, quòd illud, quod per gratiam Dei conceditur, tūquam absque culpa reuocatur. vnde dicitur Roma. 11. quòd sine pœnitentia sunt dona Dei & uocatio. Multo autē maior est gratia vnionis, per quam diuinitas unita est carni Christi in persona, quàm gratia adoptionis, per quam alii sanctificantur, & etiam magis permanens ex sui ratione, quia hæc gratia ordinatur ad unionem personalem, gratia autem adoptionis ad quandam vnionem affectualem, & tamen videmus quòd gratia adoptionis nunquam penitur sine culpa. Cum igitur in Christo nullum fuerit peccatum, impossibile fuit quòd solueretur unio diuinitatis à carne ipsius. & ideo sicut ante mortem caro Christi unita fuit secundum personam & hypostasim verbo Dei, ita & remansit vnita post mortem, ut scilicet non esset alia hypostasis Verbi Dei & carnis Christi post mortem, ut Damascen. * dicit in 3. lib.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd derelictio illa non est referenda ad solutionem vnionis personalis, sed ad hoc quòd Deus pater cum exposuit passioni. vnde dereliquere ibi, nō est aliud, quàm non protegere a persequētibus. vel dicit se derelictum quantum ad illam orationem, qua dixerat, pater si fieri potest, transeat a me calix iste, vt Aug. * exponit in lib. de Gratia noui Testam.

¶ Ad secundum dicendum, quòd verbum Dei dicitur unitum carni mediante anima, quantum caro per animam pertinet ad humanam naturam, quam filius Dei assumere intendebat: non autem ita quòd anima sit quasi medium ligans unita. Habet autem caro ab anima, q̄ pertineat ad humanam naturam, etiam post quam anima separatur ab ea, inquantum scilicet in carne mortua remanet ex diuina ordinatione quidam ordo resurrectionis. & ideo non tollitur vnio diuinitatis ad carnem.

¶ Ad tertium dicendum, quòd anima habet uim viuificandi formaliter. & ideo ea præsente. & unita formaliter, necesse est corpus esse viuum. Diuinitas autem non habet vim viuificandi formaliter, sed effectiuè: non enim potest esse corporis forma. & ideo non est necesse, quòd manente vnione diuinitatis ad carnem, caro sit

Universidad de Deusto
Biblioteca

nicasset se Deus secundum naturalem similitudinem beneficio creationis: & postea secundum supernaturalem similitudinem beneficio adoptionis (& hæc duo fuerunt communia angelo & homini) ad ultimum reseruauit tamquã summum, communicare se personaliter, & hoc soli homini. Et ex hoc homo constituetus est supra angelos, vt Apostolus ad Heb. probat.

278 3.di.21.q.1.ar.1.q.2. Et quol.2. ar.1.co. Et opuſ.3.c. 256. Et opu.60.c. 19. fin. & Pſ.21.

¶ De altera autem excellentia, scilicet quo ad permanentiam, manifestum clare est, considerantibus, quòd esse personale est esse substantiale. Nam cũ dicitur, IESVS est dei filius, enuntiatur substãtia secundum esse substãtiale de substantia: cum autẽ dicimur nos Dei filii, enuntiatur accidens de subitantia mediante etiã accidente, s. affecti ua parte, in qua consumatur gratia ad optionis: quoniam non nisi diuina fruitione, ad quam ordinata est, consummatur. Quanto ergo ex propria ratione permanentius est, esse quam operari: & esse substãtiale, quam accidẽtale, & esse substãtiale diuinum hypostaticæ, quã esse accidentale diuinũ adoptiue: tãto permanentius diuinæ gratiæ donum est vnio personalis carnis ad verbum Dei, quàm gratia adoptionis filiorũ Dei.

Referẽ in sent. di.2.

¶ In responsione ad tertium, percipe q Auctor respondet & ad comparatiuam inter Deum & animam in viuificando per hoc q secundum diuersa causarum genera vertig; conuenit viuificare: ac per hoc comparatio sufficax est, & sophistice infert, & respondet tacitę quæstioni, prosequendo modum viuificãdi effectiue conuenientem Deo per hoc, q Deus non ex necessitate naturæ, sed voluntarie viuificat.

*li.3.ort. fid.ca.27. in med.

viua, quia Deus non ex necessitate agit, sed ex voluntate.

ARTICVLVS III.

Vtrum in morte Christi fuerit facta separatio diuinitatis ab anima.

AD Tertium sic proceditur. Videtur quòd in morte Christi fuerit facta separatio diuinitatis ab anima. Dicit enim Dominus Ioan.10. Nemo tollit animã meam à me, sed ego pono eam, & iterum sumo eam. Non autem videtur quòd corpus animam ponere possit, eam a se separãdo: quia anima non subiicitur potestati corporis, sed potius econuerso. & sic videtur quòd Christo, secundum quòd est verbum Dei, conueniat animam suam ponere; hoc autem est eam à se separare. ergo per mortem anima eius fuit à diuinitate separata.

¶ 2 Præt. Athanas. *dicit maledictũ qui totum hominem quem assumpsit Dei filius, denuo assumptum vel liberatum, tertia die à mortuis resurrexisse non confitetur, sed non potuit totus homo denuo assumi, nisi aliquãdo fuerit totus homo à verbo Dei separatus; totus autem homo componitur ex anima & corpore. ergo aliquando fuit facta separatio diuinitatis & à corpore & ab anima.

¶ 3 Præte. Propter vnionem ad totum hominem, filius Dei verè dicitur homo. Si ergo soluta vnione animæ & corporis per mortem, verbum Dei remansit unitum animæ, sequeretur, q verè dici potuisset, filium Dei esse animam: hoc autem est falsum, quia cum anima sit forma corporis, sequeretur quòd verbum Dei fuerit corporis forma, quod est impossibile. ergo in mortem Christi anima fuit à verbo Dei separata.

¶ 4 Præterea. Anima & corpus ab inuicem separata, non sunt vna hypostasis, sed duæ. Si igitur verbum Dei remansit unitum tam corpori quàm animæ Christi, separatis eis ab inuicem per mortem Christi, videtur sequi quòd verbum Dei durante mor te Christi, fuerit duæ hypostases, quod est inconueniens. non ergo post mortem Christi remansit anima verbo vnita.

¶ Sed contra est, quòd dicitur Damascen. * in 3. lib. Etsi Christus mortuus est ut homo, & sancta eius anima ab incontaminato diuersa est corpore: diuinitas tamen inseparabilis ab vtrisque permansit, ab anima dico, & corpore.

¶ Respondeo Dicendum, quòd anima unita est verbo Dei immediatius & per prius quàm corpus, cum corpus vnitum sit verbo Dei mediante anima, ut supra dictum est. * Cum ergo verbum Dei non sit separatum in morte à corpore, multo minus separatum est ab anima. Vnde sicut de filio Dei prædicatur id, quod conuenit corpori ab anima separato, scilicet esse sepultum: ita de eo in symbolo dicitur, q descendit ad inferos, quia anima eius ab eius à corpore separata, descendit ad inferos.

¶ Ad primum ergo dicendum, q Augusf. * exponens illud verbum Ioã. inquirit, cum Christus sit verbum, anima & caro, utrum ex eo quòd est verbum, ponat animam, an ex eo quòd est anima, an iterum ex eo quòd est caro. Et dicit quòd si dixerimus, quòd verbum Dei animam posuit, sequitur, quòd aliquando anima illa separata est à verbo, quod est falsum, mors. n. corpus ab anima separauit, à verbo autem animam separatam non dico, si verò dixerimus, quòd ipsa se anima ponat, sequitur quòd anima ipsa à se separata sit, quod est absurdum. Relinquitur ergo, q ipsa caro animam suam ponit, & iterum eam sumit, non potestate sua, sed potestate verbi inhabitatis carnem, quia sicut supra dictũ est, * per mortem non est separata diuinitas uerbi à carne.

¶ Ad secundum dicendum, quòd in verbis illis Athanasius non intellexit, quòd totus homo denuo sit assumptus, id est, omnes partes eius, quasi verbum Dei partes humanæ naturę de posuerit per mortem: sed q iterato totalitas naturæ assumptæ sit in resurrectione reintegrata per iteratam unionem animæ, & corporis.

¶ Ad tertium dicendum, quòd verbum Dei propter unionem humanæ naturæ, nõ dicitur humana natura, sed dicitur homo, quod est habens humanam naturam. Anima autem & corpus sunt partes essentiales humanæ naturę: unde propter unionem verbi ad utrumque eorum, non sequitur quòd verbum Dei sit anima vel corpus: sed quòd sit habens animam vel corpus.

¶ Ad quartum dicendum, quòd sicut Damascen. * dicit in 3. lib. quòd in morte Christi est separata anima à carne, non est vna hypostasis in duas hypostases diuisa: nam & corpus & anima Christi secundum idem ex principio in verbi hypostasi habuerunt existentiam, & In morte inuicem diuisa, singulum eorum mansit, unam hypostasim verbi habens. Quare, vna verbi hypostasis, verbi & animæ & corporis extitit hypostasis, numquam enim neque anima neque corpus propriam habuerunt hypostasim, præter uerbi hypostasim. Vna enim semper verbi hypostasis, & numquam duæ.

Att. præs. in arg. 1. & q.6.ar. 1.

Tract. in Io. qui med. to.9.

*li.3. ortho. fid.ca.3. in med.

¶ *Super quæstionis quinquagesimæ, Articul. tertium.*

TItulus clarus.

¶ In corpore una conclusio: In morte Christi nõ fuit separata deitas ab anima, probatur dupliciter. Primo rõne. Verbum Dei non est separatum in mõrte a corpore. ergo multo minus ab anima. Probatur sequela, quia anima unita est Verbo immediatius q corpus. Deinde auctoritate Symboli, Quia descendit ad inferos. Omnia clara sunt ex supradictis.

In corp.

¶ In responsione ad primum, aduerte q responsio secundum expositionem Augu. intelligit nomine animæ, ipsam animæ subsantiam secundum seipsam, & ió versatur inter augustias distinctionum. Planior autẽ sensus Euangelici textus est, intelligere animæ nomine, ipsam quidem animam, nõ ut in se quædam subsãtia est, sed ut substantialiter anima: sic enim anima formaliter sumitur, & absque omni quæstione liquet, q ipse Dei filius, qui loquitur dicens, ego pono aſam meã, posuit animam suam, tollendo animationẽ illius: tollitur siquidẽ animare per hoc ipsum, q anima separatur a corpore, & iterum sumpsit eam, dum iterum iunxit animam corpori: ponere enim animã formaliter (hoc est vt animam) nihil aliud est q mori. Et in hoc sensu plurics inuenitur nominata anima, ut est illud. Pastor bonus animã suam ponit pro ouibus suis, & illud, qui odit animã in hac mundo, in vitam æternam custodit eam.

279 3.d.22.q.1.ar.1. Et quo.2.ar.1. Et quo.3.ar.4.co. Et quo.4.ar.1. Et opu.3.ca.236. Et opu.60.ca.20. fi. *li.1,c.13. circa pri. to.3. Tł.9.c.4. ante med. to.5.

¶ Tu autẽ, qui sermonis formalis non es capax, aut ad plebem loqueris, potes eandem sententiam seruando, glossare animam, hoc est vitam corporalem: sic enim filius Dei posuit animã suã, hoc est uitam suã, & iterum sumpsit eam, & similiter, Pastor bonus ponit uitam suã pro, &c. & sic de aliis. Hoc in idem redit, quia in ipsa animatione, qua anima animat corpus consistit uita corporea cuiuscq hominis.

¶ *Super quæstionis quinquagesimæ, Articu.quartum.*

D.906.

INtitulo Christus significat personam diuini Verbi secundum eam dispositionẽ, quam de facto habebat in triduo illo, scilicet q erat vnita animæ & corpori Christi separatis adinuicẽ.

¶ In corpore tria sunt. Prima, respõdetur quæsito una conclusione: Dicere Christum in triduo mortis hominem fuisse, simpliciter & absolutè loquendo, erroneum est. Potest tamẽ dici quòd Christus in triduo fuit homo mortuus. Quidam tamen confessi sunt Christum in triduo hominem fuisse, dicẽtes quidem verba erronea, sed sensum erroris non habentes in fide, sicut Hugo de sancto Vict. * qui ea ratione dixit Christum in triduo mortis fuisse hominem, quia dicebat animam esse hominem, quod tamen est falsum, ut in prima parte ostensum est. †Magister etiam sententiarum in 22. dist. * tertii lib. posuit, quòd Christus in triduo mortis fuit homo alia ratione, quia credidit quòd unio animę & carnis non esset de ratione hominis, sed sufficit ad hoc, quòd aliquid sit homo, quòd habeat animam humanam & corpus, siue coniuncta siue non coniuncta: quod etiam patet esse falsum ex his * quæ dicta sunt in 1. parte, & ex his quæ supra dicta sunt † circa modũ unionis.

Hẽ i cõc. 1. Eph. c. 22.

In l. 2. de sacr. 1. parte c. 11.

Q.7.ar.3.4. *l. 3. sen. di. 22. parag. 1.

¶ Ad primum ergo dicendum, q verbum Dei suscepit animam & carnem unitam, & ideo illa susceptio fecit Deum hominem, & hominẽ Deũ: non autem cessauit illa susceptio per separationem verbi ab anima, uel à carne, cessauit tamen unio carnis, & animæ.

¶ Ad secundum dicendũ, q homo dr esse suus intellectus, non quia intellectus sit totus homo: sed quia intellectus est principalior pars hominis: in quo uirtualiter consistit tota dispositio hominis: sicut si rector ciuitatis dicatur tota ciuitas, quia in eo consistit tota dispositio ciuitatis.

¶ Ad tertium dicendum, quòd esse sacerdotem, conuenit homini ratione animæ, in qua est ordinis character: vnde mortem homo non perdit ordinem sacerdotalem, & multo minus Christus, qui est totius sacerdotii origo.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum Christus in triduo mortis fuerit homo.

AD quartum sic proceditur. Videtur q od Christus in triduo mortis fuerit homo: dicit enim Augustin. * in primo de Trinitate, Talis erat illa susceptio, quæ Deum hominem faceret, & hominem Deum: sed illa susceptio non cessauit per mortẽ. ergo videtur quòd per mortem non defierit esse homo.

¶ 2 Præte. Phil. †dicit in 9. Ethicor. quòd unusquisque homo est suus intellectus, unde & post mortem, anima Petri alloquentes dicimus, sancte Petre ora pro nobis. Sed post mortem filius Dei non fuit separatus ab anima intellectuali. ergo in illo triduo filius Dei fuit homo.

¶ 2 Præt. Omnis sacerdos est homo: sed in illo triduo mortuis, Christus fuit sacerdos: aliter enim non verũ esset quod dicitur in Pſ.109. Tu es sacerdos in æternum. ergo Christus in illo triduo fuit homo.

¶ Sed contra, Remoto superiori, remouetur inferius: sed viuum siue animatum est superius ad animal & ad hominem: nam animal est substantia animata sensibilis, sed in illo triduo mortis corpus Christi non fuit uiuum neque animatum. ergo non fuit homo.

¶ Respondeo dicendum, quòd Christum d verè fuisse mortuum, est articulus fidei: unde asserere omne illud, per quod tollitur ueritas mortis Christi, est error contra fidem. Propter quod, in epistola synodali * Cyrilli dicitur: si quis non confitetur Dei verbum passum carne, & crucifixum carne, & q mortem gustauit carne, anathema sit. Pertinet autem ad veritatem mortis hominis uel animalis, quòd per mortẽ desinat esse homo uel animal: mors enim hominis uel animalis prouenit ex separatione animæ, quæ complet rationem animalis, uel hominis, & ió dicere Christum in triduo mortis hominem fuisse, simpliciter & absolutè loquendo, erroneum est. Potest tamẽ dici quòd Christus in triduo fuit homo mortuus. Quidam tamen confessi sunt Christum in triduo hominem fuisse, dicẽtes quidem verba erronea, sed sensum erroris non habentes in fide, sicut Hugo de sancto Vict. * qui ea ratione dixit Christum in triduo mortis fuisse hominem, quia dicebat animam esse hominem, quod tamen est falsum, ut in prima parte ostensum est. †Magister etiam sententiarum in 22. dist. * tertii lib. posuit, quòd Christus in triduo mortis fuit homo alia ratione, quia credidit quòd unio animę & carnis non esset de ratione hominis, sed sufficit ad hoc, quòd aliquid sit homo, quòd habeat animam humanam & corpus, siue coniuncta siue non coniuncta: quod etiam patet esse falsum ex his * quæ dicta sunt in 1. parte, & ex his quæ supra dicta sunt † circa modũ unionis.

3.1. q.75. ar. 4. tq.2.ar.5.

¶ Ad primum ergo dicendum, q verbum Dei suscepit animam & carnem unitam, & ideo illa susceptio fecit Deum hominem, & hominẽ Deũ: non autem cessauit illa susceptio per separationem verbi ab anima, uel à carne, cessauit tamen unio carnis, & animæ.

¶ Ad secundum dicendũ, q homo dr esse suus intellectus, non quia intellectus sit totus homo: sed quia intellectus est principalior pars hominis: in quo uirtualiter consistit tota dispositio hominis: sicut si rector ciuitatis dicatur tota ciuitas, quia in eo consistit tota dispositio ciuitatis.

¶ Ad tertium dicendum, quòd esse sacerdotem, conuenit homini ratione animæ, in qua est ordinis character: vnde mortem homo non perdit ordinem sacerdotalem, & multo minus Christus, qui est totius sacerdotii origo.

ARTICVLVS V.

Vtrum fuerit idem numero corpus Christi viuentis & mortuis.

AD quintum sic proceditur. Videtur quòd non fuerit idem numero corpus Christi uiuentis, & mortui. Christus enim verè mortuus fuit, sicut & alii homines moriuntur: sed corpus cuiuscumque alterius hominis, nõ est simpliciter idem numero mortuum & viuum: quia differunt essentiali differentia. ergo neque corpus Christi, est simpliciter idem numero mortuũ & viuum.

¶ 2 Præte. Secundum Philoso. * in 5. Metaphysic. Quæcumque sunt diuersa specie, sunt etiam diuersa numero: sed corpus Christi viuum, & mortuum, fuit diuersum specie, quia non dicitur oculus aut caro mortui nisi æquiuocè, vt patet per Philoso. in 2. de Anima, & 7. Metaphy. * ergo corpus Christi non fuit simpliciter idem numero uiuum & mortuum.

¶ 3 Præt. Mors est corruptio quædã; sed illud quod corrumpitur corruptione substantiali, postquam corruptum est, iam non est: quia corruptio est mutatio de esse in non esse. Corpus ergo Christi postquam mortuum fuit, non remansit idem numero, cum mors sit substantialis corruptio.

¶ Sed contra est, q Athanas. * dicit

280 Quo 2.2. 1. Et quol. 3. ar. 4. ad 1. Et quo. 4. q. 5.

*l. 5. me. tex. 11. & 20. 3.

li. 2 de aſa tex. 9. & 7 metap tex. 3. & 2. &

* Circa med. illus. Inci. Ego arbitrabar.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ruptione mortis, quod est hæresis Gaianitarum. Et ad hoc afferuntur auctoritates.

¶ Aduerte hic, quòd Auctoris doctrina procedit ex supposita vnitate formæ substantialis in homine. n. plures formas in homine (puta formam corporeitatis aut mixti, cui superaditur anima) euaderent consequentiam in litera factam, dicendo q̃ in morte Christi facta est separatio animæ a corpore, & sic fuit ibi corruptio mortis, sed corpus remansit cum illamet corporeitatis forma quam prius habebat, & propterea corpus Christi, in quantum corpus remansit totaliter idem numero, & dicere hoc, nulla est hæresis. Et ad Philosophiam declinandum esset, si hoc, esset discutiendum. Hanc siquidem viam tenet Scotus, quia dicit aliud manifeste alienum a philosophia. s. q̃ fuit corruptio tunc sine generatione, corruptus quippe fuit homo separatione animæ a corpore, & nihil genitum est. Contra hos non loquitur litera, quæ de unitate numerali corporis Christi viui & mortui tractat, & veritatem per se notam tradit. Nã si corpus Christi remansisset omnino idem quod prius, oporteret q̃ remansisset vnum eadem vita, alioquin aut vita nihil illius fuisset nisi accidens, aut non totaliter remansisset idem, deficiente aliqua eius substantia. s. vita. Quo circa Scotus corpus Christi tenet omnino idem, quatenus est corpus, & non quatenus erat viuũ. Auctor autem aliam formam genitam Christi corpore ponit. s. formã cadauericã, per quã erat corpus, quia naturalis ordo habebat semper corruptio unius sit generatio alterius

l.2.Top.in fi. illius to mo.1.

Ar.1.huius q. † In ar.sed contra.

D. 906.

Ifid.8.etymol. c.5. † In Decr. 24.q.3. ca. Quidã aũ hæretici a me.

* Dam. li. 3.c. 28.in prin.

V. 404.

In cor. ar.

in Epistola ad Epictetum, Circunciso corpore, & potato, & manducante, & laborante, & in ligno affixo, erat impassibile & incorporeum Dei verbũ, hoc erat in sepulchro positum: sed corpus Christi viuum fuit circuncisum & in ligno affixum. Corpus autem Christi mortuum fuit positũ in sepulchro. ergo hoc idem corpus, quod fuit uiuũ, fuit etiam mortuum.

¶ Respondeo dicendum, quòd hoc quod dico simpliciter, potest accipi dupliciter. Vno modo, secundum q̃ simpliciter idem est, quod absolute: sicut simpliciter dicitur, quod nullo addito dicitur, ut Philosop.* dicit. Et hoc modo corpus Christi mortuum & uiuũ, simpliciter fuit idem numero: dicitur enim aliquid esse idem numero simpliciter, quia est supposito idem. Corpus autem Christi viuum & mortuũ, fuit supposito idem: quia nõ habuit aliam hypostasim viuum & mortuum, præter hypostasim verbi Dei, vt supra dictum est, * & hoc modo loquitur Athan. † in auctoritate inducta. Alio modo simpliciter idem est, quod omnino vel totaliter, & sic corpus Christi mortuum & viuum non fuit simpliciter idem numero, quia non fuit totaliter idem, cum vita sit aliquid de essentia corporis viuentis: est enim prædicatũ essentiale, non accidentale, unde consequens est, quòd corpus, quod definit esse viuum, non totaliter idem remaneat: si autem diceretur quòd corpus Christi mortuum totaliter idem remaneret, sequeretur quòd non esset corruptum, corruptione dico [d] mortis: quod est hæresis Gaianitarum, vt Isidor.* dicit & habetur in Decretis† 24. q.3. Et Damascen,* dicit in 3.li. quòd corruptionis nomen duo significat, vno modo separationem animæ a corpore, & alia huiusmodi, alio modo perfectam dissolutionem in elementa. ergo incorruptibile dicere corpus Domini secundum Iulianum, & Gaianum, secundum primum corruptionis modum ante resurrectionem, est impium, quia corpus Christi non esset consubstantiale nobis, nec in veritate mortuũ esset, nec secundum veritatem saluati essemus: secundum autem modo corpus Christi fuit incorruptum.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd corpus mortuum cuiuscumque alterius hominis, non remanet vnitum alicui hypostasi permanenti, sicut corpus Christi mortuum. Et ideo corpus mortuum cuiuscumque alterius hominis, d non est idem simpliciter, sed secundum quid: quia est idem secundum materiam, non autem idem secũdum formam. Corpus autem Christi remanet idem simpliciter propter identitatem suppositi, ut dictum est. †

¶ Ad secundum dicendum, quòd quia idem numero dicitur aliquid secũdum suppositum, idem autem specie q̃ idem secundum formam ubicumque suppositum subsistit in una sola natura, oportet q̃ sublata unitate speciei, auferatur vnitas numeralis: sed hypostasis verbi Dei subsistit in duabus naturis, & ideo quamuis in Christo nõ remaneat corpus idem secundum speciem humanæ naturæ, remanet tamen idem numero secundum suppositum verbi Dei.

¶ Ad tertium dicendum, quòd corruptio & mors non competit Christo ratione suppositi, secundum quod attenditur vnitas, sed ratione naturæ, secundum quam inuenitur differentia mortis & uitæ.

ARTICVLVS VI.

Vtrum mors Christi aliquid operata sit ad nostram salutem.

AD sextum sic proceditur. Videtur quòd mors Christi nihil operata sit ad nostram salutem. Mors. n. est quædam priuatio: est enim priuatio vitæ: sed priuatio, cum non sit res aliqua, non habet aliquam virtutem agendi. ergo non potuit aliquid operari ad nostram salutem.

¶ Præt. Passio Christi operata est ad nostram salutem per modum meriti. sic autem non potuit operari mors Christi: nam in morte separatur anima à corpore, quæ est merendi principiũ. ergo mors Christi non est operata aliquid ad nostram salutem.

¶ Præt. Corporale non est causa spiritualis: sed mors Christi fuit corporalis. non ergo potuit esse causa spiritualis nostræ salutis.

¶ SED CONTRA est, quòd Aug.* dicit in 4. de Trini. Vna mors nostri Saluatoris, s. corporalis, duab. mortibus nostris, id est animæ & corporis, saluti fuit.

¶ Respondeo dicendum, quòd de morte Christi dupliciter loqui possumus. Vno modo, secundum q̃ est in fieri: alio modo, s̃m q̃ est in facto esse. Dicitur aũt mors esse in fieri, quando aliquis per aliquam passionem vel naturalem vel violentam tendit in mortem. Et hoc modo idem est loqui de morte Christi, & de passione ipsius. Et ita secundũ hunc modum mors Christi cã est salutis nostræ secundum id, quod de passione supra dictum est. * Sed in facto esse mors Christi consideratur, s̃m q̃ iã facta est separatio corporis, & aĩæ, & sic nunc loquimur de morte Christi. Hoc aũt modo mors Christi non potest esse causa salutis nostræ per modum meriti, sed solum per modum efficientiæ, inquantum, s. nec per mortem diuinitatis separata fuit à Christi carne, & ideo quicquid contigit circa carnem Christi, etiam anima

imo prius natura intenditur generatio, quàm corruptio. Et unamtantum in composito formam, iuxta peripateticã doctrinam bene perspectam nouimus.

¶ *Super quæstionis quinquagesimæ, Articul. sextum.*

TIulus ut sonat.

¶ In corpore una distinctio bimembris cum conclusionibus trib. Distinctio est de morte, vel in fieri, vel in facto esse. Prima conclusio est: De morte Christi in fieri idem est iudicium quod de passione Christi. Declaratã, quia mors in fieri, fuit ipsa passio Christi: secunda cõclusio est. Mors Christi in facto esse non potuit operari salutem nostram per modum meriti, sed efficientiæ prima pars in litera non probatur, secunda probat: Per mortem deitas nõ est separata a carne. ergo quicquid circa carnem Christi ab anima separatã contigit, fuit nobis saluti serũ uirtute Deitatis unitæ; terra concluso est: Mors Christi operata est destructionẽ vtriusque nostræ mortis. s. animæ & corporis. Probatur: Mors Christi fuit priuatio propriæ vitæ. ergo effectus eius proprie est remotio nostrorum impedimentorum æternæ uitæ. ergo est remotio utriusque mortis nostræ. Prima consequentia probatur, quia conderatur proprie a liquius causæ effectus secundũ similitudinem causæ: secunda vero, quia vtraque mors contrariatur æternę nostræ iam saluti consummatæ. Et confirmatur eõ clusio auctoritatibus.

¶ Aduerte hic, q̃ mors in facto esse, se tenet ex parte cor-

In 3. q. 50. ar. 2. ad 1. Et Gal.

1.4.ca.3. circa fin. to.3

Q. 48.

te corporis, non. dicitur anima mortua, sed corpus dicitur, & est mortuum. Et quia corpus Christi mortuum erat inanimatum, & meritũ principaliter cõsistit in actu animæ, ideo Auctor in litera pro constanti, propter se notoreliqui primã partem secundæ conclusionis. s. quòd mors Christi in facto esse nõ profuit meritorie, erat. n. in corpore mortuo, in quo nullũ erat principiũ merendi. Et quia erat in illo corpore mortuo principiũ efficiẽdi. s. deitas, ideo asserit q̃ efficere potuit. ex eo namque q̃ deitas corpore Christi ut instrumento vtebatur, consecutum est, ut corpore illo affecto privatione uitæ vsq̃ est, ut organo ad causandam in nobis destructionem vtriusque mortis, iuxta illud: Qui mortem nostram moriendo destruxit.

¶ Sed occurrũt hic duo dubia. Primũ est, an mors Christi in facto eẽ fuerit meritoria ex parte animæ. Secundum est, quo saluatur similitudo inter effectum & causam in tertia conclusione, quum potius uideatur oppositũ.

¶ Ad primum dicitur, q̃ mors in facto esse sumi potest dupliciter: primo, secundum se solam, alio modo, ut terminat fieri. Et mors quidẽ ut terminat fieri, cadit sub merito vno & eodem, sub quo cadit suum fieri, vno. n. & eodẽ actu martyr vult se occidi & occisum esse. Et sic pretiosa est in cõspectu domini mors sanctorum eius, & sic mors Christi fuit meritoria: sed litera non loquitur sic de morte Christi: sed primo modo. s. secundum se solam, prout est separata a corpore, & sic ex nulla parte inuenitur ratio meriti, quum nec actus elicitus, nec actus

te corporis, non. dicitur anima mortua, sed corpus dicitur, & est mortuum. Et quia corpus Christi mortuum erat inanimatum, & meritũ principaliter cõsistit in actu animæ, ideo Auctor in litera pro constanti, propter se notoreliqui primã partem secundæ conclusionis. s. quòd mors Christi in facto esse nõ profuit meritorie, erat. n. in corpore mortuo, in quo nullũ erat principiũ merendi. Et quia erat in illo corpore mortuo principiũ efficiẽdi. s. deitas, ideo asserit q̃ efficere potuit. ex eo namque q̃ deitas corpore Christi ut instrumento vtebatur, consecutum est, ut corpore illo affecto privatione uitæ vsq̃ est, ut organo ad causandam in nobis destructionem vtriusque mortis, iuxta illud: Qui mortem nostram moriendo destruxit.

¶ Sed occurrũt hic duo dubia. Primũ est, an mors Christi in facto eẽ fuerit meritoria ex parte animæ. Secundum est, quo saluatur similitudo inter effectum & causam in tertia conclusione, quum potius uideatur oppositũ.

¶ Ad primum dicitur, q̃ mors in facto esse sumi potest dupliciter: primo, secundum se solam, alio modo, ut terminat fieri. Et mors quidẽ ut terminat fieri, cadit sub merito vno & eodem, sub quo cadit suum fieri, vno. n. & eodẽ actu martyr vult se occidi & occisum esse. Et sic pretiosa est in cõspectu domini mors sanctorum eius, & sic mors Christi fuit meritoria: sed litera non loquitur sic de morte Christi: sed primo modo. s. secundum se solam, prout est separata a corpore, & sic ex nulla parte inuenitur ratio meriti, quum nec actus elicitus, nec actus

282 Inf.q.52. art.4. Et opu.3.ca. 241. & 242. Et opu.60.ca. 20. princ. Et 1.Cor. 15.l.1.c.3.

separata, fuit nobis salutifera uirtute diuinitatis vnitæ. Consideratur autem propriè alicuius causæ effectus secundum similitudinem causæ; vnde quia mors est quædam priuatio uitæ propriæ, effectus mortis Christi attenditur circa remotionem eorum, quæ contrariantur nostræ saluti, quæ quidẽ sunt mors animæ, & mors corporis. & ideo per mortem Christi dicitur esse destructa in nobis, & mors animæ, quę est per peccatum nostrum (secundum illud Romano. 4. Traditus est, scilicet in mortem, propter delicta nostra) & mors corporis, quæ consistit in separatione animę, secundum illud primę ad Corinthio. 15. Absorpta est mors in victoria.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd mors Christi est operata salutem nostram ex uirtute diuinitatis unitæ, & non ex sola ratione mortis.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ mors Christi secundum quòd consideratur in facto esse, etsi non est ad nostram salutem operata per modum meriti: est tamen operata per modum efficientiæ, ut dictum est. *

¶ Ad tertium dicendum, quòd mors Christi fuit quidem corporalis: sed corpus illud fuit instrumentum diuinitatis sibi unitæ, operans in uirtute eius etiam mortuum.

QVAEST. LI.

De sepultura Christi, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est, de sepultura Christi.

Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primo, Vtrum conueniens fuerit Christum sepeliri.

¶ Secundo, De modo sepulturæ eius.

¶ Tertio, Vtrum corpus eius fuerit in sepulchro resolutum.

¶ Quarto, De tempore quo iacuit in sepulchro.

ARTICVLVS I.

Vtrum fuerit conueniens Christum sepeliri.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd non fuerit conueniens Christum sepeliri. De Christo enim dicitur in Psal. 87. Factus est sicut homo sine adiutorio, inter mortuos liber: sed in sepulchro includuntur corpora mortuorum, quod uidetur esse contrarium libertati. ergo non videtur fuisse conueniens, quòd corpus Christi sepeliretur.

¶ 2 Præt. Nihil circa Christum fieri debuit, quod non esset salutiferum nobis: sed in nullo uidetur ad salutem hominem pertinere, quòd Christus fuit sepultus. ergo non fuit conueniens Christum sepeliri.

¶ 3 Præter. Inconueniens esse videtur, quòd Deus qui est super cælos excelsus, in terra sepeliretur: sed illud quod conuenit corpori Christi mortuo, attribuitur Deo, ratione unionis. ergo inconueniens videtur, Christum fuisse sepultum.

¶ Sed contra est, quòd Dominus dicit Mat. 26. de muliere quæ eum inunxerat, Opus bonum operata est in me, & postea subdit: Mittens enim hoc unguentum in corpus meum, ad sepeliendum me fecit.

¶ Respondeo dicendum, q̃ conueniens fuit Christum sepeliri. Primo quidem, ad comprobandum veritatẽ mortis: non enim in sepulchro aliquis ponitur, nisi quando iam de veritate mortis constat: vnde & Marci. 15. legitur, q̃ Pilatus antequam cõcederet Christum sepeliri, diligenti inquisitio ne cognouit eum mortuum esse. Secundo, quia per hoc quòd Christus de sepulchro resurrexit, datur spes resurgendi per ipsum, his qui sunt in sepulchro, secundum illud Ioan. 5. Omnes qui in monumentis sunt, audient uocem filii Dei, & qui audierint uiuent. tertio, ad exemplum eorum, qui per mortem Christi, spiritualiter moriuntur peccatis, quasi consepeliuntur Christo, per immersionem, secundum illud Roman. 6. Consepulti sumus cum Christo, per baptismum in mortem.

¶ Ad primum ergo dicẽdum, quòd Christus sepultus, se inter mortuos liberum fuisse fatetur, in hoc quòd per inclusionem sepulchri, non potuit impediri, quin ab eo resurgendo exiuerit.

¶ Ad secundum dicendum, quòd sicut mors Christi efficienter operata est nostram salutem, ita etiam & eius sepultura: unde Hieronym. dicit super Mar. Sepultura Christi resurgimus. Et Isaiæ. 53. super illud, Dabit impios pro sepultura, dicit glo.* id est, gentes, quæ sine pietate erant, Deo patrique dabit: quia mortuus & sepultus eos acquisiuit.

¶ Ad tertium dicendum, quòd sicut dicitur in quodam sermone concilii Ephesini, nihil horum quæ saluant homines, iniuriam Deo facit, quæ ostendunt eum nõ passibilem, sed clementem. Et in alio sermone eiusdem concilii legitur, Nihil putat iniuriam Deus, quod est occasio salutis hominibus: tu quidem non ita uile Dei naturam arbitraberis, tamquam quæ aliquando subiecta possit esse iniuriis.

Glo. ord. ibid. hẽc.

¶ Super

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ *Super quæ stionis quinquagesimæ-- primæ, Articulum secundum.*

283

TItulus Modi nomine vtitur, pro conditionibus obseruatis in sepeliendo corpus Christi.

¶ In corpore vna conclusio: Modus sepulturæ Christi fuit conueniens quantum ad tria. Omnia sunt clara.

¶ In responsione ad ultimum, ad de quò excisio sepulchri in petra, immobile sepulchrum reddeus, ad perpetuitatem testimonii de morte Christi apud terrigenas spectat. Nec solum testari illud videmus mortem Christi, sed virtutem: qua ipsum sepulchrũ inter hostes fidei gloriosum seruatur: fuit enim & est tot sæculis in manibus infidelium.

QVAESTIO LI.

ARTICVLVS II.

Vtrum conuenienti modo Christus fuerit sepultus.

AD secundum sic proceditur. Videtur non conuenienti modo Christum fuisse sepultum. Sepultura enim eius respondet morti ipsius: sed Christus fuit passus mortem abiectissimam, secundum illud Sapient. 2. Morte turpissima condemnemus eũ. ergo inconueniens videtur fuisse, q̃ Christo exhibita fuit honorabilis sepultura, inquantum a magnatibus fuit tumulatus, scilicet à Ioseph ab Arimathia, qui erat nobilis Decurio (vt habetur Matth. 15.) & à Nicodemo, qui erat princeps iudæorum, vt habetur Ioan. 3.

¶ 2 Præte. Circa Christum non debuit aliquid fieri, quod esset superfluitatis exemplum. Videtur autem superfluitatis fuisse, quòd ad sepeliendum Christum Nicodemus venit ferens misturam myrrhæ, & aloes quasi libras centum (vt dicitur Ioan. 19.) præsertim cum mulier præuenerit corpus eius vngere in sepulturam, ut dicitur Marci. 14. non ergo fuit hoc conueniẽter circa Christum factum.

¶ 3 Præt. Non est conueniens, ut aliquod factum sibiipsi sit dissonum: sed sepultura Christi fuit simplex ex vna parte: quia scilicet Ioseph inuoluit corpus eius in sindone munda (vt dicitur Matth. 27.) non autem auro aut gemmis, aut serico, vt Hieronym. *ibidem dicit: ex alia verò parte videtur, fuisse ambitiosa, inquantum eum cum aromatibus sepelierunt. ergo videtur non fuisse conueniens modus sepulturæ Christi.

*Sup. hoc verbo. 6. Matt. 17. to. 9

¶ 4 Præt. Quæcumque scripta sunt, præcipuè de Christo, ad nostram doctrinam scripta sunt, vt dicitur Ro. 15. sed quædam scribuntur in Euangeliis circa sepulchrum Christi, quæ in nullo videntur ad nostram doctrinam pertinere: sicut q̃ fuit sepultus in horto, q̃ in monumento alieno. & nouo, & exciso in petra. Inconueniens ergo fuit modus sepulturæ Christi.

¶ Sed contra est, quòd dicitur Isa. 11. Et erit sepulchrũ eius gloriosum.

¶ Respondeo Dicendum, quòd modus sepulturæ Christi ostenditur esse conueniens quantum ad tria. Primo quidem, quantum ad confirmandam fidem mortis & resurrectionis ipsius: secundo, ad commendandam pietatem eorum, qui eum sepelierunt: vnde Augustinus * dicit in 1. de Ciuita. Dei: Laudabiliter commemorantur in euangelio, qui corpus eius de cruce acceptum, diligenter atque honorificè tegendum sepeliendumque curarunt: tertio, quantum ad mysterium, per quod informantur illi qui Christo consepeliuntur in mortem.

*I. 1. ca. 13. circa mediũ to. 5.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd circa mortem Christi commendantur patientia, & constantia ipsius, qui mortem est passus, & tanto magis quanto mors fuit abiectior: sed in sepultura honorifica consideratur virtus morientis, qui contra intentionem occidentium etiam mortuus honorificè sepelitur, & præfiguratur deuotio fidelium, qui erant Christo mortuo seruituti.

¶ Ad secundum dicendum, quòd in hoc, quòd Euangelista dicit, Quòd sepelierunt eum, sicut mos est iudæis sepelire (sicut Augustinus. * dicit super Ioan.) admonuit in huiusmodi officijs, quæ mortuis exhibentur, morem cuiuslibet gentis esse seruandum. Erat autem istius gentis consuetudo, vt mortuorum corpora variis aromatibus condirentur, vt diutius seruarentur illæsa: vnde & in tertio de doctrina Christiana dicitur, * quòd in omnibus talibus, non vsus rerum, sed libido vtentis in culpa est. Et postea subdit, † quòd in aliis personis plerumque flagitium est: in diuina vel prophetica persona, maximè cuiusdam rei signum est Myrrha enim, & aloes propter sui amaritudinem significant pœnitentiã, per quam aliquis in seipso Christum conseruat absque corruptione peccati: odor autem aromatum significat bonam famam.

Trac. 120 in cuã. a med. 19

L3. c. 12 parum a prin. t. 3. † Bod. loco ũc cto.

¶ Ad tertium dicendum, quòd myrrha & aloes adhibebantur corpori Christi, vt immune à corruptione seruaretur, quod videbatur ad quandam necessitatem pertinere. Vnde datur nobis exemplum, quòd licitè possumus aliquibus pretiosis uti medicinaliter pro necessitate nostri corporis conseruandi, sed inuolutio corporis pertinebat ad solam quandam decentiam honestatis, & in talibus, simplicibus debemus esse contenti. Per hoc tamen significabatur (vt Hier. * dicit) quòd ille in sindone munda inuoluit Iesum, qui mente pura eum susceperit. Et hinc, vt Beda dicit sup Mar. † Ecclesiæ mos obtinuit, vt sacrificium altaris nõ in serico, neque in panno tincto, sed in lino terreno celebretur: sicut corpus Domini est in sindone munda sepultum.

Sup. illud Matt. 27. to. 9. † Beda in prædicti verbum. c. 45. lect. ord. Bed. non pro cui a li.

¶ Ad quartum dicendum, quòd Christus sepelitur in horto, ad significandum quòd per mortem & sepulturam ipsius, liberamur à morte, quam incurrimus per peccatum Adæ in horto paradisi commissum. Ideo autem Saluator in aliena ponitur sepultura (vt Augustin. * dicit in quodam sermone) quia proaliorum moriebatur salute: sepulchrum autem mortis est habitaculum. Per hoc etiam considerari potest paupertatis abundantia pro nobis susceptæ: nam qui domum in vita non habuit, post mortem quoque in alieno sepulchro reconditur, & nudus existens à Ioseph cooperitur. In nouo autem ponitur monumento (vt Hieronym. * dicit) ne post resurrectionem, cæteris corporibus remanẽtibus, surrexisse alius fingeretur. Potest autem & nouum sepulchrum, Mariæ virginalem vterum demonstrare. Per hoc etiam datur intelligi, quòd per Christi sepulturam omnes innouamur morte & corruptione destructa. In monumẽto autem exciso in petra conditus est (vt Hieronym. † dicit) ne si ex multis lapidibus ædificatum fuisset, tumuli fundamentis suffossis ablatus furto diceretur. vnde & saxum magnum quod appositum fuit, ostendit quòd non absque auxilio plurimorum sepultura potuisset reserari. Si etiam sepultus fuisset in terra, dicere poterant, suffoderunt terram, & furati sunt eum, sicut Augu. * dicit. Significatur autem mysticè per hoc, (vt Hila. † dicit) quòd per Apostolorum doctrinam in pectus duritiæ gentilis quodam doctrinæ opere excisum, Christus infertur, rude scilicet ac nouũ, & nullo antea ingressu timori Dei preuium. Et quia nihil præter eum oportet in pectora nostra penetrare, lapis ostio aduoluitur. & sicut Orige. * dicit: non fortuito scriptum est, quòd Ioseph inuoluit corpus Christi sindone munda, & posuit in monumento nouo, & quòd aduoluit lapidem magnum, quia omnia quæ sunt circa corpus Iesv, munda sunt, & noua, & valde magna.

Sup. 2. in vigil. Pasch. qui est diuisus post med. tom. 10.

*Sup. hoc verbum Matt. 27. to. 9

*Sup. hoc verb. Matt. 27. to. 3.

* In vigil. Pasch. 12. a. 2. med. to. 10. † Hil. can. vl. in fin. nõ multũ ante med. * Ho. 35. in Matth. vltio. Euãgel. hom. 6.

¶ Super

¶ *Super quæ stionis quinquagesimæ-- primæ, Articulum tertium.*

284 Inf. q. 53 ar. 1. cor. & ad 1. & 3. dis. 21. q. 1. ar. 2. & q. 2. ar. 1. ad 1. Et opus. 3. c. 241. & op. 60. c. 20

TItulus clarus. ¶ In corpore vna conclusio. Non fuit cõueniens, corpus Christi putrefieri aut incinerari. Probatur dupliciter. Primo, putrefactio prouenit ex infirmitate naturæ illius corporis nõ potẽtis corpus amplius in unum continere. ergo Christus, ne mors eius infirmitati naturę ascriberetur, noluit corpus suũ resolui. Antecedẽs patet. Consequentia probat: quia mors Christi nõ debuit esse ex infirmitate naturæ, sed uoluntaria, in cuius signum non morbo, sed passione uoluntarie suscepta mortuus est. Secundo, probatur, quia ad ostensionem diuinæ uirtutis voluit corpus suum in corruptum permanere. Et ad hoc affertur auctoritas Chrysostomi.

Ar. 1. huius q.

li. 3 orth. fid. c. 28.

¶ Circa primam rationem dubium occurrit, quia impertinens videtur. Nam siue in corpore Christi fuerit aliqua putrefactio, siue non, constabat quòd ex violenta passione, nõ ex naturæ infirmitate mortuus erat, quia passus est in cruce iudenis.

Q. præc. ar. 1. ad 2.

¶ Ad hoc dicitur: q̃ putrefactio cadaueris attestatur infirmitati naturæ præsentis & præteritæ. Nã corpora ita compacta, ut naturalis cõplexio vigorosa sit & viua & mortua, putrefactionis refiltunt magis aliis, & propterea si putrefactio cadaueris accidisset in Christi corpore, testimonium infirmitatis naturæ in Christo monstraretur, tamquam impotentis, prius amplius tenere corpus vinum, & postea incorruptum,

* In trac. qui dr, ad uersus gẽtiles demonstratio, quod Christus sit Deus. parũ ante med. t. 5.

In co. ar. & q̃. 50. ar. 1.

tem corpus eius fuisset putrefactũ uel resolutum, magis hoc fuisset in detrimentum salutis humanæ: dum non crederetur in eo esse virtus diuina. vnde ex persona eius in Psa. 29. dicitur, Quę utilitas in sanguine meo, dum descendendo in corruptionem? quasi dicat. Si corpus meum putrescat, perdetur effusi sanguinis utilitas.

¶ Ad secundum dicendum, quòd corpus Christi, quantum ad conditionem naturæ passibilis putrefactibile fuit: licet non quãtum ad meritum putrefactionis, quod est peccatum, sed uirtus diuina corpus Christi a putrefactione præseruauit, sicut & resuscitauit à morte.

¶ Ad tertium dicendum, quòd Christus de sepulchro resurrexit uirtute diuina, quæ nullis terminis coarctatur. Et ideo hoc, q̃ à sepulchro surrexit, sufficiens argumentum fuit, q̃ homines erat resuscitandi virtute diuina nõ solum de sepulchris, sed etiam de quibuscumque cineribus.

ARTICVLVS III.

Vtrum corpus Christi in sepulchro fuerit incineratum.

AD tertium sic proceditur. Videtur, quòd corpus Christi, in sepulchro fuerit incineratum. Sicut enim mors est pœna peccati primi parentis, ita etiam & incineratio, dictũ est enim primo homini post peccatum, Puluis es, & in pulueremi reuerteris, ut dicitur Gen. 3. Sed Christus mortem sustinuit, ut nos à morte liberaret. ergo ét incinerari debuit corpus eius, ut nos ab incinerationẽ liberaret.

¶ 2 Præt. Corpus Christi fuit eiusdẽ naturæ cum corporibus nostris: sed corpora nostra statim post mortem resoluũtur, incipiunt, & ad putredinẽ disponuntur, quia ex humante calido naturali, superuenit calor extraneus, qui putrefactionem causat. ergo uidetur q̃ similiter in corpore Christi accidere it.

¶ 3 Præt. Sicut dictum est, Christus sepeliri voluit, vt daret hominib. spem resurgendi etiam de sepulchris. ergo ét incinerationem pati debuit, ut ipem resurgendi incineratis post incinerationem, daret.

¶ Sed contra est, quod in Psal. 15. dicitur, Non dabis sanctum tuum videre corruptionem, quod Damas. * exponit in 3. lib. de corruptione, quæ est per resolutionem in elementa.

¶ Respondeo dicendum, quod non fuit conueniens corpus Christi putrefieri, vel quocumque modo incinerari: quia putrefactio cuiuscumque corporis prouenit ex infirmitate naturæ illius corporis, quæ non potest amplius corpus continere in unum. Mors autem Christi (sicut supra dictum est) non debuit esse ex naturæ infirmitate, ne crederetur non esse voluntaria: & ideo non ex morbo, sed ex passione illata uoluit mori, cui se obtulit sponte. Et ideo Christus, ne mors eius, naturæ infirmitati ascriberetur, noluit corpus suum qualitercumque putrefieri, aut qualitercumque resolui: sed ad ostensionem uirtutis diuinæ uoluit corpus illud incorruptum permanere. vnde Chrys. * dicit, quod uiuentibus aliis hominibus, his scilicet, qui egerunt strenuè, arridet propria gesta: his autem pereuntibus, pereunt ises in Christo est totam contrarium: nã ante crucem omnia sunt mæsta & infirma: vt autem crucifixus est, omnia clariora sunt facta, ut noscas non purum hominem crucifixum.

¶ Ad primum ergo dicẽdum, quòd Christus, cum non esset subiectus peccato, neque morti erat obnoxius, nec incinerationi, voluntariè tamen mortem sustinuit propter nostram salutẽ, secundum rationes supradictas. Simi-

ARTICVLVS IIII.

Vtrum Christus fuerit in sepulchro solum una die, & duabus noctibus.

AD quartum sit proceditur, Videtur quòd Christus non fuerit in sepulchro solum una die, & duabus noctibus. Dicit enim ipse Matth. 12. Sicut fuit Ionas in uentre ceti tribus diebus & tribus noctibus, ita Filius hominis erit in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus: sed in corde terræ fuit in sepulchro existens. non igitur fuit in sepulchro solum una die & duabus noctibus.

¶ 2 Præt. Greg. * dicit in Hom. Paschali, q̃ sicut Samson abstulit media nocte portas Gazæ, ita Christus media nocte auferens portas inferni, resurrexit: sed posquam resurrexit, non fuit in sepulchro. ergo nõ fuit in sepulchro duabus noctibus integris.

¶ 3 Præter. Per mortem Christi lux preualuit tenebris: sed nox ad tenebras pertinet, dies autem ad lucem. ergo conuenientius fuit, q̃ corpus Christi, fuerit in sepulchro duobus diebus & una nocte, quam e contrario.

¶ Sed contra est, quòd sicut Augustinus * dicit in 4. de Trinitate, à vespere sepulturæ vsque ad diluculum resurrectionis triginta sex horæ sunt, id est nox tota cum die tota & nocte tota.

¶ Respondeo dicendum, quòd ipsum tempus, quo Christus in sepulchro mansit, effectum mortis eius repræsentat. Dictum est autem supra, * q̃ per mortem Christi liberati sumus a duplici morte, s. a morte animæ & a morte corporis, & hoc significatur per

285 Inf. q. 52. ar. 4 cor. & q. 53. ar. 2. cor. & opu. 3. c. 244. Et op. 60. c. 20. Et 1. cor. 15. l. 1.

Ho. 21. in euang. de elimando ad fin.

& consequenter q̃ mors Christi accidisset, etiam si non fuisset. Et sic imputrefactio corporis mortui non est impertinens: sed idoneum testimonium uoluntariæ mortis. & putrefactio fuisset testis mortis, non uoluntariæ, sed necessariæ ex debilitate naturæ. Ex supradictis namque patet, quod Christus licet crucifixus, mortuus tamen est, quia voluit: in cuius signum clamans expirauit.

¶ *Super quæ stionis quinquagesimæ-- primæ, Articulum quartum.*

IN corpore una conclusio, Conueniens fuit quòd Christus duabus nõctibus & una die esset in sepulchro, Probatur, Tẽpus, quo Christus fuit in sepulchro, effectum mortis eius repræsentat: sed effectus est duplex, nostra mors tenebrosa destructa, & ipsa mortis eius lux est causa. ergo conueniẽter una die & duabus noctibus mansit i sepulchro. Omnia clara sunt.

¶ In responsione ad primum, aduerte quod auctoritas Ecclesiæ indubie credẽtis Christum su rexisse prima sabbathi in mane uel circa, & inde, diem resurrectionis diem Dominicam nominauit, eliditomnes nouitates præsumentiũ hoc in dubium reuocare, & exponere Euangelistas suo sensu. Et propterea tales nõ audiendi, sed uitãdi sunt a pijs & Ecclesiæ auribus.

Ro. 21. in euang. de elimando ad fin.

¶ In eadem responsione aduertendum, q̃ quilibet treũ naturaliũ dierũ mortis Christi numeratur, accipiendo noctem pro prima parte eius: tertia enim incepit a nocte et termi nant.

*l. 4. c. 5. post med. to. 4.

arti. 6. q. præce.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nante die Iouis,& similiter sabbathũ incipit a nocte terminante feriã sextam, & similiter Dominica incipit a nocte in qua Christus surrexit. Dies verò creationis mundi numerantur,incipiendo a die ut a prima parte, ita q̃ mane incipit dies,& durat vsq; ad aliud mane exclusiue: secũda siquidẽ pars eius est nox. Et hoc notatur quum dicitur, factum est vespere & mane dies vnus: a termino.n. lucis diurnæ dixit, Et factũ est vespere,& a termino nocturnarum tenebrarum subiũxit,& mane,ita q̃ ipse ordo numerãdi manifestat lucem priorem tenebris computatam. Ratio autem horum contrariorũ ordinum in litera hac redditur satis clara.

¶ In responsione ad vltimũ, percipe nouitie, q̃ sicut dicimus, media uita in morte sumus, & non propter ea limitamus nos, quasi diuidamus vitam in duas partes æquales, & similiter gesta ineluso die dicimus facta media die,& submersos in mari dicimus in medio mari submersos,non diuidendo mare in duas partes æquales,ita & surrectionem in quacumque parte noctis factam, dicimus media nocte factam absque diuisione noctis in duas partes æquales.

duas noctes;quibus Christus in sepulchro permansit:mors autem eius, quia non fuit ex peccato proueniens,sed ex charitate suscepta,non habuit rationẽ noctis,sed diei,& ideo significatur per diem integrum,quo Christus fuit in sepulchro. & sic conueniens fuit, quòd Christus vna die & duabus noctibus esset in sepulchro.

¶Ad primum ergo dicendum, quòd sicut Augu.*dicit in lib. de consensu euangelistarum, quidam modum loquutionis scripturæ nescientes, noctẽ voluerunt annumerare tres illas horas à sexta vsque ad nonam, quib. sol obscuratus est, & diem, tres horas alias, quibus iterum terris est redditus, id est à nona vsque ad Occasum: sequitur enim nox futuri sabbathi,qua cum suo die computata erunt iam duæ noctes & duo dies. Post sabbathum autem sequitur nox primi sabbathi, i.illucescentis diei dominici, in qua tunc Dominus resurrexit,& ita adhuc non constabit ratio trium dierum,& trium noctium. Restat ergo,vt hoc inueniatur,illo scripturarum vsitato loquendi modo,quo à parte totum intelligitur: ita.s.q̃ vnam noctem,& vnam diẽ accipiamus pro vno die naturali. Et sic primus dies computatur ab extrema parte sui,qua Christus in sexta feria est mortuus & sepultus:secundus autem dies est integer cum 24.horis nocturnis & diurnis,nox autem sequẽns pertinet ad tertium diem,sicut enim primi dies propter futurum hominis lasum,à luce in noctem, ita isti propter hominis reparationem,à tenebris cõputantur in lucem.

¶Ad secundum dicendum, quòd sicut Augustin. *dicit in 4.de Trinit. Christus in diluculo resurrexit,in quo aliquid lucis apparet, & adhuc tamen aliquid remanet tenebrarum noctis: vnde de mulieribus dicitur, Ioan. 20. quòd cum adhuc essent tenebræ, venerunt ad monumentum. Ratione ergo harum tenebrarum Gregor. *dicit Christum media nocte surrexisse: non quidem diuisa nocte in duas partes æquales, sed infra ipsum noctem: illud enim diluculum,& pars noctis & pars diei dici potest propter conueniẽtiam,quam cum vtroque habet.

¶Ad tertium dicendum, quòd intantum lux in morte Christi prævaluit (quæ significatur per vnam diẽ) quòd tenebras duarum noctium, id est dupsicis mortis nostræ remouit,vt dictum est.*

3.c. 13.s.4.

*Hom.21 in euang. non remote a fi.

In cor. 15.

QVAEST. LII.

De descensu Christi ad inferos, in octo articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de descensu Christi ad inferos.

ARTIC. I.

Et circa hoc quæruntur octo.

¶Primo,Vtrum fuerit conueniens Christum ad inferos descendere.
¶Secundo,In quem infernum descenderit.
¶Tertio,Vtrum totus fuerit in inferno.
¶Quarto,Vtrum aliquam moram ibi traxerit.
¶Quinto, Vtrum sanctos Patres ab inferno liberauerit.
¶Sexto,Vtrum damnatos ab inferno liberauerit.
¶Septimo,Vtrum liberauerit pueros in peccato originali defunctos.
¶Octauo,Vtrum liberauerit homines de purgatorio.

ARTICVLVS I.

Vtrum fuerit conueniens, Christum ad infernum descendere.

¶ Super quæstionis quinquagesimæsecundæ, Articulum primum.

TITULUS elarus.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd non fuerit cõueniens Christum ad infernum descendere. Dicit enim Aug.*in Epist.ad Euodiũ, Nec ipsos quidem inferos vspiam scripturarũ in bono appellatos potui reperire, sed anima Christi non descendit ad aliquod malum: quia nec animæ iustorum ad aliquod malum descẽdunt. ergo videtur q̃ non fuerit conueniens, Christum ad inferos descendere.

¶2 Præt. Descendere ad inferos, nõ potest Christo conuenire secundum diuinam naturam (quæ est omnino immobilis) sed solum conuenire potest ei,secundum naturam assumptam. Ea verò,quæ Christus fecit vel passus est in natura, assumpta ordinantur ad humanã salutem,ad quam nõ vẽ necessarium fuisse, q̃ Christus descenderit ad inferos: quia per passionem suam, quam in hoc mundo sustinuit, nos liberauit à culpa & pœna, vt supra dictum est.*nonigitur fuit conueniens, quòd Christus ad infernum descenderet.

¶ 3Præterea, Per mortem Christi separata est anima à corpore eius, quod quidem in sepulchro positum fuit, vt supra habitum est. * Non autem videtur, quòd secundum animam solam ad infernum descenderit: quia anima, cum sit incorporea, non videtur quòd localiter possit moueri: hoc enim est corporum, vt probatur in sexto Phys.*descensus autem motum corporalem importat,non ergo fuit conueniens, quòd Christus ad infernum descenderet.

¶ Sed contra est, q̃ dicitur in Symbolo, Descendit ad inferos. Et Apostolus dicit Ephe.4. Quòd autem ascendit, quid est nisi quia & descendit primum ad inferiores partes terræ?glo.id est ad inferos.

¶ Respondeo dicendum, quòd conueniens fuit, Christum ad infernum descendere. Primo quidem, quia ipse venerat pœnam nostram portare, vt nos à pœna eriperet, secundum illud Isa. 53. Verè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. Ex peccato autem homo incurrerat non solum mortem corporis, sed etiam descensum ad inferos. Et ideo sicut fuit conueniens d cum mori, vt nos liberaret à morte:ita conueniens fuit eum descendere ad inferos,ut nos à descensu ad inferos liberaret: vnde dicitur Osee. 13. Ero mors tua

1.p.q.53.

tua o mors,ero morsus tuus inferne. Secundo,quia conueniens erat, vt victo diabolo per passionẽ, vinctos eius eriperet, qui detinebantur in inferno, secundum illud Zacch.9. Tu quoque in sanguine testamenti tui,emisisti vinctos tuos de Lacu. Et Col.2.dicitur,expolians principatus & potestates, traduxit confidenter. Tertio,vt sicut potestatem suam ostendit, in terra viuendo & moriendo, ita etiam potestatem suam ostenderet in inferno, ipsum visitando & illuminando: vnde dicitur in Psal.23. Attollite portas principes vestras, glo. id est principes inferni auferte potestatem vestram, qua vsque nunc homines in inferno detinebatis,& sic in nomine IESV omne genuflectatur, non solum cęlestium, sed etiam infernorum, vt dicitur Phil.2.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ nomen inferorum sonat in malum pœnæ, non autem in malum culpæ: vnde decuit Christum in infernum descendere, non tamquam ipse esset debitor pœnæ, sed vt eos qui erant pœnæ obnoxij, liberaret.

¶Ad secundum dicendum, quòd passio Christi fuit quasi quædam causa vniuersalis humanæ salutis, tam viuorum quàm mortuorum. Causa autem vniuersalis applicatur ad singulares effectus per aliquid speciale: vnde sicut virtus passionis Christi applicatur viuentibus per sacramenta configurantia d nos passioni Christi ita etiam applicata est mortuis per descensum Christi ad inferos. Propter quòd signanter dicitur Zach.9.quòd eduxit vinctos in lacu de sanguine testamenti sui, id est per virtutem passionis suæ.

¶Ad tertium dicendum, quòd anima Christi non descendit ad inferos eo genere motus,quo corpora mouentur,sed eo genere motus, quo angeli mouentur, sicut in prima parte habitum est.*

D.982.

ARTICVLVS II.

¶ Super quæstionis quinquagesimæ secundæ, Articulum secundum.

Vtrum Christus descenderit ad infernum damnatorum.

287 3.d. 22.q. 2. ar. 1.q. 2. Et opu. 60. c. 21. circa me.

TITULUS plus quã rit quam exprimat:quęrit enim in quem inferni locũ Christus descendit, vt patet in diuisione articulorum explicat autem specialiter de inferno damnatorum, tamquã de magis difficili.

¶In corpore distinctionem bimembrem facit de esse alicubi dupliciter:sed secundum effectum,uel secundum substantiam,& iuxta singula membra singulis conclusionibus respõdet quæsito. Prima cõclusio: Christus secundum effectum descẽdit in quemlibet infernorum locum,& declaratur in tribus. Occurrit autem statim hic dubium: quia non est sufficienter probata conclusio ex tribus locis inferni. Nã datur quartus locus, scilicet limbus puerorum,qui sine aliquo fidei signo decesserũt. Ergo Christus descendit secundum effectum in quemlibet,oportet & q̃ in limbum puerorum aliquem effectum habuerit, & quòd Auctor defecerit, relinquendo hunc quartum locum.

¶Ad hoc dicitur,quòd quia sub ordine damnatorum comprehenditur tota pars sinistra Christi iudicis: ideo etiam Auctor sub inferno damnatorum comprehendit et infernum puerorum: vnusquisque effectus fuit communis omnibus, quãuis diuersimode. Confutari enim sunt omnes de malitia, & incredulitate: sed in fautes de sola malitia originalis peccati, & incredulitate. quia nec propria nec Parentum fide, incredulitatem euaserũt. Secunda conclusio est: Ad Christi descendit secundum substantiam ad solum infernum patrum. Manifestatur dupliciter. Primo,ex conuenientia cum effectu ibi, vt scilicet visitaret loco secundum animam, quos visitabat interius satiãdo deitate. Secundo, ex similitudine ad passionem, vt sicut in vna parte terræ,&cętera.

¶Occurrit hic vnum dubiũ: quia effectus Christi patiẽtis omnes sunt effectus nõ solius deitatis,sed humanitatis Christi: & similiter effectus Christi descendentis ad inferos, debent esse non solius deitatis. In litera autem ponit effectus vnus influsio luminis æternæ gloriæ: cõitat enim Deum immediate influere lumen gloriæ animabus.ergo.

¶Ad hoc dicitur, quòd etiam ipsum lumen gloriæ

circa me. illius.

* est epist. 99. inter primei. & me. to. 2.

* In serm. 2. de resurrect. q est in or.137 paulo a prin.t.10.

Universidad de Deusto
Biblioteca

riæ consequimur ex virtute passionis Christi, quæ ex hoc ipso & nobis & illis aperuit cælum, quòd vtrisque impedimenta illius luminis absulit. Et quia, vt in præcedentis art. responsione ad secundum dicitur, virtus passionis Christi applicata est ad sanctos, mediante discensu Christi ad inferos, sicut ad nos mediis sacramentis, ideo ad infusionem luminis gloriæ in sanctis patribus operatus est descensus ille Christi, applicando ad eos virtutem suæ mortis, hoc est exequendo subsistentiali præsentia ablationem pœnæ, qua priuabantur lumine gloriæ, & sic deitas immediate eos beauit: quibus tamen animæ Christi instrumentaliter ipsum gloriæ lumen contulisse, non est impossibile. Ad beatitudinem enim sufficit, quòd deitas immediate beet obiectiue, nam cum hoc stat quòd effectiue mediate beat, & causando mediante Christi anima instrumentaliter lumen gloriæ, & mediante ipso lumine, ac anima beati, actũ beatitudinis.

*In 3ce. 2. de resurre. qui est 137. 1 or. a medio to. 10.

D. 1054.

¶In eodem 2. art. dubium occurrit propter Duran. in 3. Sentenc. dist. 22. q. 1. art. 3. an descẽsus Christi ad inferos, fuerit secundum substantiam animæ, vel solummõ secundum effectum. Durandus enim cuius studium fuit contradicere duo Thomæ, cum cogeretur concedere Christi ad inferos descensum secundum animam, & nollet communi concordare doctrinæ tradenti ipsam Christi animam fuisse præsentem in inferno, finxit modum quendam, quo sola voce affirmaret Christi animam descendisse ad infernum, scilicet non per substantiæ animæ præsentiam definitiuam, sed solummodo per effectum. Probatque primo partem negatiuam sic. Anima Christi non descendit ad inferos eo motus genere, quo angelus mouetur de loco ad locum. ergo, &c. Assumptum probatur: quia angelum moueri de loco ad locum, est successiue operari in diuersis locis: hoc autem non potest conuenire animæ separatæ, quia anima separata in nullo corpore seu loco potest operari, quia determinata est ex natura animæ ad non operandum in loco, nisi mediante proprio corpore, quo caret cum separata est. Deinde probat partem affirmatiuam tripliciter. Primo, quia motus animæ separatæ est, non per motum subiectiue in ipsa anima, sed per effectum: quod probatur, quia hoc modo mouetur angelus. Secundo, quia in instanti mortis Christi, patres in limbo fuerunt beati, descensus autem animæ Christi non fuisset in instanti mortis consummatus, si secundum locum fuisset. Tertio, quia sic Christus fuit in inferno cum patribus, sicut etiam fuit eodem die in paradiso cum Latrone, sed esse in paradiso cum Latrone, non significat locum aliquẽ acquisitum animæ Christi. ergo nec esse in inferno significat locum animæ Christi. Et si dicatur distinguendo de paradiso spirituali vel corporali, ita quoq; distinguã de inferno, & dicam Christum descendisse ad infernum spiritualem, cum beatificauit patres ratione termini a quo. scilicet ratione diuinæ visionis, & fuisse cum eisdem in paradiso spirituali rõne termini ad quem. scil. fruitionis beatæ. Et subdit Duran. q̃ licet hoc sit p̃babiliter dictum, & satis videatur saluare articulum fidei & dictum scripturæ, non tamen est pertinaciter asserendum, nec nos negamus alium modum esse forsitan tutiorem, fatemur tamen nos ignorare illum: quæ videtur apposuisse, timens erroneam esse positionem dictam. Ad huius euidentiam tria agenda sunt: primo, narrabitur veritas: secundo, vnde scitur: tertio, respondebitur obiectis.

¶Quo ad primum, quia anima separata habet modum essendi similem angelis, pro quanto est per se subsistens sine corpore, & habet esse in loco non circunscriptiue, sed definitiue sicut angelus, ideo sicut in communi loquendo angelum dicimus esse in loco, pro quanto non solum effectus eius, sed substãtia eius est in loco, hoc est ita ibi, q̃ non alibi, ita animam separatam in loco aliquo esse dicimus non ratione solius effectus, sed quia ipsa eius substantia est ita ibi, q̃ non alibi. Vnde ad propositum deueniendo, anima Christi in triduo mortis fuit in inferno nõ ratione solius effectus, sed ratione definitiuæ præsentiæ substantiæ sue ad locum infernj, ita q̃ esse in loco inferni, erat nonulla pœnalitas, quã anima Christi pro nostra salute sustinebat, quã pœnalitatem humanæ naturæ p̃ peccatũ originale per Adã. 2. dolores infernj appellauit, dũ dicit de Christo, qué Deus suscitauit solutis doloribus inferni. Hæc de primo.

Ps. 87. vers. 6. Act. 2.

¶Quo ad secundum dicendum, quòd duplex est dolor, vnus de passione pœnę, quem patiuntur homines pro peccato actuali, secundum illud Psal. 17. Dolores inferni circundederunt me. Alius autem dolor est de dilatione speratæ gloriæ, secundum illud Prouerb. 13. Spes quę differtur, affligit animam. quem quidem dolorem patiebantur sancti patres in inferno, ad quod significandum August. * in sermone de resurrectione, dicit, quòd lachrymabili obsecratione Christum orabant. vtrosque autem dolores Christus soluit ad inferos descendens: aliter tamen & aliter. Nam dolores pœnarum soluit, d: præseruando ab eis: sicut medicus dicitur soluere morbum, à quo præseruat per medicinam. dolores autem causatos ex dilatione gloriæ, actualiter soluit, gloriam præ-

*Li. 13. Moral. c. 22. 2 med.

*epist. 99. ad Euodiũ.

fubiungitur, Surrexit a mortuis, ascendit in cælos: cum. n. de reliquis nulla sit quæstio, nec de hoc intermedio debet esse quæstio, quin de reali præsentia substantiæ Christi intelligatur.

¶Accedit ad hæc sacri expositio cõcilij generalis sub Inno. III. extra de sum. Trin. & fi. c. firmiter credimus, vbi dicitur de Christo, Descendit ad inferos, resurrexit a mortuis, & ascendit in cælum, sed descendit in anima, & resurrexit in carne, ascenditq; pariter in vtroq;. Vbi clare ponitur descensus in anima, & non dixit, in effectu animæ. Et rursus, sicut vere caro, quæ ceciderat, vna, resurrexit in seipsa, & non in effectu, ita descendit vere in anima, & non in effectu. Et iterum, sicut cum dicitur, q̃ ascendit pariter in vtroque, scilicet anima & carne, de ipsis & non de eorum effectibus intelligitur, ita cum dicitur, descendit, in anima, de ipsa anima & non de eius effectu intelligendum est. Et si per hæc verba non significatur descensus Christi in anima secundum ipsam substantiam animæ, dicant quæso isti opinantes, quibus verbis vti debuerunt patres in concilio, ad significandum ipsius animæ in seipsa descensum ad inferos? ideo enim apposuerunt ad articulum fidei exponendum, quòd descendit in anima: ne liceret putari, q̃ descendit Christus non personaliter in naturæ humanæ anima, quam habebat, sed solum secundum effectum.

¶Vrget quoque auctoritas Psal. 15. iuxta expositionem Petri Apostoli Act. 2. vbi Christus dicit, Non derelinquens animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem. Ad literam enim nomen loci seu pœnæ oportet esse infernum: tum quoni. in expresse dicitur, quòd in eo nõ est derelicta anima Christi, sicut nec caro corrupta est in sepulchro: tum quoniam ibidem huic eidem inferno attribuit Petrus apostolus non solum dolores, sed quod non poterat violentare Christum, cum dicit, Quem Deus suscitauit solutis doloribus inferni, iuxta quod impossibile erat teneri illũ ab eo, scilicet inferno. Hæc enim duo, scilicet q̃ Christus non poterat detineri ab inferno, & q̃ Christus secundum animã non est derelictus in inferno, manifeste conuincunt animã Christi, & non solum eius effectum fuisse in inferno. Et ipsa cõmemoratio nõ derelictus in inferno, inter diuina beneficia Christo collata, dum dr, Non relinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionẽ, manifeste monstrat pœnalitatem aliquam in Christi anima ex hoc, q̃ erat in inferno, a qua liberandam Prophęta prædixerat. Et si hæc omnia ad solum effectum in inferno productum ab anima Christi applicentur, videbis quantum aberrauerit positio Durandi.

¶Tacco

¶Taceo, quòd fatemur Christum triduo in inferno fuisse, & iuxta ecclesiæ vocem in benedictione cerei, ab inferis ascendisse, & solam illam noctem nouisse tempus & horas, in qua Christus ab inferis resurrexit: hæc enim non possunt de spirituali inferno intelligi: quoniam spiritualis infernus abiectus est in principio effectus, quem anima Christi fecit in animabus patrum, nam statim abiecta est carentia diuinæ visionis. Ac per hoc dato, quòd possit colorari descensus ab infernũ per effectum: quia in principio attigit infernum spiritualem in partibus, qui est carentia diuinæ visionis, vt terminum a quo: non potest tamen cohorari, quòd triduo fuerit in inferno spirituali, nec quòd cum resurrexit, ascendit ab inferis. Præterea quòd spectãdo ad effectũ mortis Christi median te anima, non posset solum dici, quòd Christus descendit in inferos, sed etiam quòd ascendit in cœlum, & quòd ad multa alia loca iuerit, in quibus triduo illo meritum animæ Christi effectũ habuit: nam ad cœlum spirituale iuit, beatificando latronem & alios: ad Hierusalem iuit, contritionem, & spem discipulis dando, & sic de alijs quæ possent singi. Ex quibus & communi ecclesiæ ac doctorum sensu dicta positio non pro opinione, sed pro errore habẽda est. Hæc de secundo.

288 *opusc. 3. c. 236.

prædicauit, qui increduli fuerant aliquando, Noe scilicet prædicanti, quando expectabant Dei patientiam, per quam differebatur pœna diluuij: vnde subdit, in diebus Noe, cum fabricaretur arca.

¶Ad quartum dicẽdum, quòd sinus Abrahæ potest secundum duo considerari: vno modo, secundum quietem, quæ ibi erat a pœna sensibili, & quantum ad hoc non competit ei nec nomen inferni, nec sunt ibi aliqui dolores. Alio modo potest considerari, quantum ad priuationem gloriæ speratæ, & secundum hoc habet rationem inferni, & doloris: & ideo nunc dicitur sinus Abrahæ illa requies beatorum, non tamen dicitur infernus, nec dicuntur nunc in sinu Abrahæ esse dolores.

¶Ad quintum dicendum, quòd sicut Grego. * ibidem dicit, ipsa superiora loca inferni profundissimum infernum vocat. Si enim quantum ad celsitudinem cæli, aër iste caliginosus infernus est, quantum ad eiusdem aëris altitudinem, terra quæ inferius iacet, & infernus intelligi, & profundum potest. Quantum verò ad eiusdem terræ altitudinem, & loca illa inferni, quæ superiora sunt alijs receptaculis inferni, hoc modo inferni profundissimi appellatione significantur.

Articvlvs III.

Vtrum Christus fuerit totus in inferno.

AD tertium sic proceditur. Videtur quòd Christus non fuerit totus in inferno. Corpus enim Christi est pars eius: sed corpus Christi non fuit in inferno. ergo totus Christus nõ fuit in inferno.

¶2 Præt. Nihil cuius partes ab inuicem separatæ sunt, potest dici totum: sed corpus & anima, quæ sunt partes humanæ naturæ, fuerunt ab inuicem separata post mortem, vt supra dictum est. * Descendit autem ad infernum mortuus existens. non ergo potuit esse totus in inferno.

¶3 Præt. Illud totum dicitur esse in aliquo loco, cuius nihil est extra locum illum: sed aliquid Christi erat extra infernũ: quia & corpus erat in sepulchro, & diuinitas vbique. ergo Christus nõ fuit totus in inferno.

¶Sed contra est, quòd Augustin. * dicit in libr. de symbolo: totus Filius apud Patrem, totus in cælo, totus in terra, totus in vtero Virginis, totus in cruce, totus in inferno, totus in paradiso, quo latronem introduxit.

¶Respondeo dicendum, quòd sicut patet ex his, quæ in prima * partedicta sunt, masculinum genus refertur ad hypostasim vel personam, neutrum autem genus pertinet ad naturam. In morte autem Christi, licet anima fuerit separata a corpore, neutrum tamen fuit separatum a persona filij Dei, vt supra dictum est. * & ideo in illo triduo mortis Christi dicendum est, quòd totus Christus fuit in sepulchro: quia tota persona fuit ibi per corpus sibi vnitum, & similiter totus fuit in inferno: quia tota persona Christi fuit ibi ratione animæ sibi vnitæ. totus etiam Christus tunc erat vbique, ratione diuinæ naturæ.

¶Ad primum ergo dicendum, quòd corpus quod tunc erat in sepulchro, non est pars personæ increatę, sed *lis est in loco definitiue, & tamen ipsa substantia animæ seu angeli definitur loco, ita quòd est ibi, & non alibi. Et sic anima Christi licet ratione contactus virtualis fuerit in loco inferni, ipsa tamen substantia eius ita erat ibi, idest in loco inferni, vbi erant & animæ sanctorum, quod non alibi.

¶Ad secundum dicitur, falsum esse, quòd in instanti mortis Christi non potuerit anima Christi esse in limbo patrum præsentialiter quoniã non inconuenit, quòd in toto tempore præcedẽti instans mortis (quod est primum non esse humanitatis compositæ ex anima & corpore) animam Christi fuisse in corpore, & in illo instanti fuisse in inferno: ita q̃ terminus a quo, scilicet esse in corpore seu recessus a corpore mensuratur instanti: sed tempore immediate præcedenti, & accessus ad terminum ad quem mensuratur instanti: quia in eo loco est fieri & factum esse. Et de his dictum est in primo libro, cum de motu angelorũ tractaretur.

*q. 50. ar tic. 4.

*li. 3. c. 7. cir. princ. tom. 9.

¶Ad tertium dicitur, quòd similitudo de paradiso & inferno, nihil valet in proposito, quoniam constat paradisum metaphorice sumi, cum dictum est, Hodie mecum eris in paradiso. nam paradisus proprie significat hortum, seu deitiũs: quorum neutrum potest ibi proprie intelligi, sed tantum metaphorice. Infernus autem proprie sumitur secundum consuetudinem scripturæ, iuxta illud Gen. 37. Descendam ad filium meum lugens in infernum: & ad Eph. 4. Descendit primum ad inferiores partes terræ: glossa, ad inferos. Hæc de tertio.

*p. p. q. 32 arti. 2. ad 4. arg.

*q. 50. ar. 2. ad 3. & 4.

¶Super quæstionis quinquagesimæ secundæ, Articulum tertium.

TItulus sicut sonat intelligitur.

¶In corpore vna est conclusio habens multas partes: scilicet in illo triduo Christus fuit totus in sepulchro, in inferno & vbique. Probatur: In morte Christi licet anima fuerit separata a corpore, neutrum tamen fuit separatum a persona filij Dei: ergo Christus totus, &c. Probatur consequentia: quia masculinum genus refertur ad personam, neutrum autem ad naturam. Clara sunt omnia in litera.

Universidad de Deusto
Biblioteca

naturæ assumptæ: & ideo per hoc q̃ corpus Christi non fuit in inferno, non excluditur, quin totus Christus fuerit: sed ostenditur, quòd non fuit ibi totum, quod pertinet ad humanam naturam.

¶Ad secundum dicendum, quòd ex anima & corpore vnitis, constituitur totalitas humanæ naturæ, non autem totalitas diuinæ personæ: & ideo soluta vnione animæ & corporis per mortem, remansit totus Christus, sed non remansit humana natura in sua totalitate.

¶Ad tertium dicendum, quòd persona Christi est tota in quolibet loco, sed non totaliter: quia nullo loco circumscribitur: sed nec omnia loca simul accepta, eius immensitatem comprehendere possunt, quinimmo ipse sua immensitate omnia comprehendit. Hoc autem locum habet in his, quæ corporaliter & circũscriptiuè sunt in loco, quòd si totum sit alicubi, nihil eius sit extra: sed hoc in Deo locum non habet. vnde Augustin. *dicit in sermone de symbolo, non per diuersa tempora vel loca dicimus vbique Christum esse totum, vt modo ibi totus sit, & alio tempore alibi totus, sed vt semper vbique sit totus.

*li.3.c.7. in medio, to 6.

¶ Super quæstionis quinquagesimæsecundæ, Articul. IIII.

289 3.dist.22. q.2.ar.1. q̃6.3. Et op.60.ca. 21.circa finem.

TItulus clarus. ¶In corpore vnica conclusio: Credendum est, animã Christi fuisse in inferno quandiu corpus eius fuit in sepulchro. Probatur ex proportionali similitudine: quia vtrũque effecit, scilicet descensum ad inferos & positionem corporis in sepulchro, vt nostras in se pœnas susciperet: ex hoc enim conuenientissime sequitur, vt ambæ simul terminentur pœnæ.

*In ser.2. de resurre. qui est in or.137. de temp. a med. illius to.10

¶Aduerte hic, q̃ penalitates Christi, vsque ad resurrectionem eius duranerunt, vt manifeste patet de pœna separationis animæ a corpore: hanc enim essaut sustinuisse Christum, vsque ad resurrectionem suã. Vnde conuenientissime Auctor ex durationepœnalitatis, quam in corpore susceperit sepulto, arguit æqualẽ durationem pœnalitatis susceptæ in anima ex vtilitate loci inferni.

¶Cum autem audis pœnalitates Christi in resurrectione sua terminatas, intellige de pœnis intrinsecis,

ARTICVLVS IIII.

Vtrum Christus aliquam moram traxerit in inferno.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur q̃ Christus nullam morã traxerit in inferno. Christus enim ad hoc in infernum descendit, vt ex eo hõmines liberaret: sed hoc statim ab eo factum est in ipso suo descensu: facile enim est in conspectu Dei, subito hone starepauperem, vt dicitur Eccle.11. ergo videtur, quòd nullam moram in inferno traxerit.

¶2 Præt. Augustin. *dicit in sermone de resurrect. quòd sine aliqua mora, ad imperium Domini ac saluatoris, omnes ferrei confracti sunt vectes: vnde ex persona angelorum concomitantium Christum dicitur, Tollite portas principes vestras. Ad hoc autem Christus illuc descendit, vt vectes inferni confringeret. ergo Christus in inferno nullam moram traxit.

¶3 Præterea, Luc.23. dicitur, quòd Dominus in cruce pendens dixit latroni, Hodie mecum eris in paradiso. Ex quo patet, quòd eodem die Christus fuit in paradiso; non autem secundum corpus, quod positum fuit in sepulchro. ergo secundum animam, quæ ad infernum descenderat: & ita videtur, quòd non traxerit moram in inferno.

¶SED contra est, quòd Petrus dicit Act. 2. Quem Deus suscitauit, solutis doloribus inferni, iuxta quod impossibile erat teneri illum ab eo. ergo videtur, quòd vsque ad horam resurrectionis manserit in inferno.

¶Respondeo dicendum, quòd sicut Christus, vt nostras pœnas in se susciperet, voluit corpus suum in sepulchro poni, ita etiam voluit animam suam ad infernum descendere. Corpus autem eius mansit in sepulchro per diem integrum, & duas noctes, ad compro-

bandum veritatem mortis suæ. Vnde etiam tantundem credendum est, animam eius fuisse in inferno, vt simul anima eius educeretur de inferno, & corpus de sepulchro.

¶AD primum ergo dicendum, quòd Christus statim ad infernum descendens, sanctos ibi existentes liberauit, non quidem educendo eos de loco inferni, sed in ipso inferno, eos luce gloriæ illustrando. Et tamen conueniens fuit, vt tandiu anima eius remaneret in inferno, quamdiu corpus manebat in sepulchro.

¶AD secundum dicendum, quòd vectes inferni dicuntur impedimenta, quibus sancti patres de inferno exire prohibebantur, reatu culpæ primi parentis: quos Christus, statim descendes ad inferos, virtute suæ passionis & mortis confregit. Et tamen voluit in inferno aliquamdiu remanere propter rationem prædictam.

¶AD tertium dicendum, quòd illud verbum Domini, est intelligendum nõ de paradiso terrestri corporeo, sed de paradiso spirituali: in quo esse dicuntur, quicumque diuina gloria perfruuntur. Vnde Latro, loco quidem cum Christo ad infernum descendit, vt cum Christo esset: quia dictum est ei, Mecum eris in paradiso: sed præmio in paradiso fuit: quia ibi diuinitate Christi fruebatur, sicut & alij sancti.

ARTICVLVS V.

Vtrum Christus descendens ad inferos, sanctos patres inde liberauerit.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd Christus descendẽs ad inferos, sanctos patres inde non liberauit. Dicit enim Augustin. in epistola ad Euodium, † Illis iustis qui in sinu erant Abrahæ, cum Christus in inferna descenderet, nondum quid contulisset inueni, à quibus eum secundum *beatificam præsentiam suæ diuinitatis, nunquam video recessisse. Multum autem eis contulisset, si eos ab inferis liberasset. non ergo videtur, quòd Christus sanctos patres ab inferis liberauerit.

¶2 Præt. Nullus in inferno detinetur, nisi propter peccatum: sed sancti patres dum adhuc viuerent, per fidem Christi iustificati fuerant à peccato. ergo non indigebant liberari ab inferno, Christo ad inferos descendente.

¶3 Præt. Remota causa, remouetur effectus: sed causa descendendi ad inferos est peccatum, quod fuit remotum per passionem Christi, vt supra dictum est. * non ergo per descensum Christi ad inferos, sancti patres sunt de inferno educti.

¶Sed contra est, quòd Augustin.* dicit in sermone de resurrectione, quòd hoc est ipsũ Christum affectibus, & non pœnis æternas. Hæc enim non fuit in illius resurrectione terminatæ. nam vsque ad consummationem sæculi in fama pœnam, id mentibus hominum non paucorum dignatur inferre, dum a magna orbis terrarũ parte habetur purus homo: cum tamen sibi debeatur, vt in eius nomine omne genu flectatur, cælestium, terrestrium & infernorum. Et sicut cæteras pœnas suscepit sponte propter nostram salutem, ita & hanc nostra dispensatione sustinet, non solum vt suauiter disponatur regimen ac salus hominũ, sed vt suauissimo exemplo alliciatur a tam communi appetitu futuræ nostræ memoriæ, seu immortalitatis famæ. Nã ex eo quòd Christus iugem vsque ad cõsummationem sæculi, vult sustinere infamiam, & haberi seductor &c. exemplum dedit nobis despiciẽdi huiusmodi immortalitatem famæ, & debemus caput nostrum in hoc sicut & in cæteris, imitari, si membra esse illius cupimus.

*Ioan. 8. dicit. q.2.ar.2. q.3.ar.2. q.4.ar.2.

¶ Super Quæstionis quinquagesimæsecundæ, Articulum quintum.

† est epi. 99. ante med. to.2. Alias beneficium.

TItulus, vt sonat. ¶In corpore vna est conclusio: Christus descẽdens ad inferos, sanctos patres inde liberauit. Probatur: Per passionem Christi liberatum est genus humanum non solum a peccato, sed ab omni reatu vtriusque pœnæ, scilicet, pro peccato actuali, & pro peccato originali, ergo Christus descẽdens ad inferos, absoluit

*q.50.ar. ti.6. *in ser. 2. de resurr. quæstiõ. in ordin. post med. to.10.

absoluit sanctos a reatu, quo erant a vita gloriæ exclusi, ergo descendẽs ad inferos, sanctos patres inde liberauit. Prima cõsequentia probatur ex parte ipsius descensus: quia Christus descendens ad inferos operatus est in virtute suæ passionis: ex parte vero pœnæ, quia pœna originalis peccati erat mors corporalis, & exclusio a vita gloriæ, vt patet ex his, quæ habentur Gen. 2. & 3. Consequentia autem secunda probatur: q2 per hoc sancti patres retinebantur in inferno, quòd eis ad vitam gloriæ aditus non patebat propter peccatum primi parentis. Et cõfirmatur conclusio auctoritatibus Zacha. & Apostoli.

*ar. præc. ad 2. arg.

*q.49. art. 3. & q.50. ar.6.

¶Aduerte hic, quòd Auctor mysticam vtitur expositionem hominis a paradiso, dũ electionem Adæ a terrestri paradiso significare intelligit ex clusionem hominis a spirituali paradiso cælestis patriæ.

p.2. q.3. ar.8.

¶In responsione ad primum aduerte, quòd cum hoc, quòd sancti patres in sibo immunes essent a pœna sensus, stat dolor seu afflictio ex spe dilata: quia huiusmodi dolor spectat ad pœnã damni, contra quam diuiditur pœna sensus: ita quòd cum negatur ab eis pœna sensus, intelligitur de pœna sensu distincta cõtra pœnam damni, & per se concomitantia illam. Nec est mirum, quietem sanctorum patrum inquietudine hác habuisse admistã, cum sanctorum animæ in patria cælesti nonnihil inquietudinis habeant, qua suspirant ad corporum resurrectionem: ita vt dictum sit illis. Sustinete adhuc modicum tempus, donec adimpleatur numerus fratrum vestrorũ. Apocalip. 6. vtro-

*gl. inter. & ord. simul. † loco citato in arg.

¶Respondeo dicendum, quòd (sicut supra dictum est*) Christus descendens ad inferos, operatus est in virtutæ suæ passionis. Per passionem autem Christi liberatum est genus humanum, non solum à peccato, sed etiam à reatu pœnæ, vt supra dictum est.* dupliciter autem homines reatu pœnæ erant astricti. Vno modo pro peccato actuali, quod quilibet in sua persona commiserat. Alio modo, pro peccato totius humanæ naturæ, quod à primo parente in omnes originaliter deuenit, vt dicitur Roma. 5. cuius quidem peccati pœna est mors corporalis, & exclusio à vita gloriæ (vt patet ex his, quæ dicuntur Genes. 2. & 3.) nam Deus hominem de paradiso post peccatum eiecit, cui ante peccatum mortem fuerat comminatus, si peccaret. & ideo Christus descendens ad inferos, virtute suæ passionis ab hoc reatu sanctos absoluit, quo erant a vita gloriæ exclusi, vt possent Deum per essentiam videre, in quo consistit perfecta hominis beatitudo, vt in secunda parte dictum est. * Per hoc autem sancti patres detinebantur in inferno, quòd eis ad vitam gloriæ, propter peccatum primi parentis, aditus non patebat. Et sic Christus descendens ad inferos, sanctos Patres ab inferis liberauit. Et hoc est quod dicitur Zacha. 9. Tu vero in sanguine testamenti tui, eduxit vinctos de lacu, in quo non erat aqua. Et Col. 2. dicitur, quòd expolians principatus & potestates, scilicet, infernales, auferendo Abraham, Isaac, & Iacob & cæteros iustos, traduxit eos, idest longè ab hoc regno tenebrarum, ad cœlum duxit. vt glossa.* ibidem dicit.

*ibidem dicit.

¶AD primum ergo dicendum, quòd Augustin. † ibi loquitur contra quosdam, qui æstimabant antiquos iustos ante aduentum Christi, in inferno doloribus pœnarum fuisse subiectos. Vnde * parum ante verba inducta præmittit dicens, Addunt quidam hoc beneficium antiquis etiam sanctis fuisse concessum, vt Dominus cũ in infernum venisset, à doloribus solueretur: sed quoniam modo intelligatur Abraham, in cuius sinum etiam pauper ille susceptus est, in illis fuisse doloribus, ego quidem non video. & ideo cum postea subdit, se nondum inuenisse quid descensus Christi ad inferos, antiquis iustis contulerit, intelligendum est quantum ad absolutionem à doloribus pœnarum: contulit tamen eis quantum ad adeptionẽ gloriæ, & per consequens soluit eorum dolorem, quem patiebantur ex dilatione gloriæ. Ex cuius tamen spe, magnum gaudium habebant, secundum illud Io. 8. Abraham pater vester exultauit, vt videret diẽ meum: & ideo subdit, A quibus eum secundũ beatificam * præsentiam suæ diuinitatis, numquam video recessisse, inquantum scilicet ante aduentum Christi erant beati in spe, licet nondum essent perfectè beati in re.

† est epi. 99. ante med. to.2. Alias beneficium.

¶Ad secundum dicendum, quòd sancti patres dum adhuc viuerent, liberati fuerunt per fidem Christi ab omni peccato tam originali quàm actuali, & à reatu pœnæ actualium peccatorum: non tamen à reatu pœnæ originalis peccati, per quem excludebantur à gloria, nondũ soluto ptetio redemptionis humanæ: sicut etiam nunc fideles Christi liberantur per baptismum à reatu actualiũ peccatorum, & à reatu originalis quantum ad exclusionẽ à gloria: remanent tamen adhuc obligati reatu originalis peccati, quãtum ad necessitatem corporaliter moriendi: quia renouantur secundum spiritum, sed nondum secundum carnem, secundum illud Roma. 8. Corpus quidem mortuum est propter peccatum, spiritus vero viuit propter iustificationem.

¶Ad tertium dicendum, quòd stetim Christo mortẽ patiente, anima eius ad infernum descendit, & suæ passionis fructum exhibuit sanctis in inferno detentis, quamuis ex loco illo non exierint, Christo apud inferos commorante: quia ipsa Christi præsentia pertinebat ad cumulum gloriæ.

ARTICVLVS VI.

Vtrum Christus aliquos damnatos ab inferno liberauerit.

AD sextum sic proceditur. Videtur, q̃ Christus aliquos damnatos ab inferno liberauerit. dicitur enim Isa. 24. Congregabuntur congregatione vnius fascis in lacum, & claudentur ibi in carcere, & post multos dies visitabuntur. Loquitur autem ibi de damnatis, qui militiam cœli adorauerant. ergo videtur, q̃ etiam damnati, Christo descendente ad inferos, sint visitati: quod ad eorum liberationem videtur pertinere.

¶2 Præt. Super illud Zacha. 9. Tu autem in sanguine testamenti tui, eduxisti vinctos de lacu, in quo non erat aqua, dicit glo. * Tu eos liberasti, qui tenebantur vincti carceribus, vbi nulla misericordia eos refrigerabat, quam dies ille petebat: sed soli damnati includuntur carceribus absque misericordia. ergo Christus liberauit aliquos de inferno damnatorum.

¶3 Præt. Potentia Christi non fuit minor in inferno, quàm in hoc mũdo: vtrobique enim operatus est, per potẽtiam suæ diuinitatis: sed in hoc mundo, de quolibet statu aliquos liberauit. ergo etiam in inferno liberauit aliquos etiam de statu damnatorum.

¶Sed contra est, quòd dicitur Oseæ 13. Ero mors tua o mors, morsus tuus ero inferne, glo.* Electos educendo, reprobos ibidem relinquendo: sed soli reprobi sunt in inferno damnati. ergo per descensum Christi ad inferos, non sunt aliqui de inferno damnatorum liberati.

*gl. inter linearis ibid.

*gl. inter-linearis ibid.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶RESPONDEO Dicendum, quòd (sicut-
a1r. præc. supra dictum est*) Christus descendens ad inferos, operatus est in virtute suæ passionis: & ideo eius descensus ad inferos, illis solis liberationis contulit fructum, qui fuerunt passioni Christi coniuncti per fidem charitate formatam, per quam peccata tolluntur. Illi autem qui erant in inferno damnatorum, aut penitus fidem passionis Christi non habuerant, sicut infidelés: aut si fidem habuerant, nullam conformitatem habebant ad charitatem Christi patientis. vnde nec à peccatis suis erant mundati. Et propter hoc descensus Christi ad inferos non contulit eis liberationem à reatu pœnæ infernalis.

¶Ad primum ergo dicendum, quòd Christo descendente ad inferos, omnes quierant in quacunque parte inferni, sunt aliqualiter visitati: sed quidam ad suam consolationem, & liberationem, quidam autem ad suam confutationem & confusionem, sicut damnati. vnde ibidem subditur, Et erubescet luna, & confundetur sol, &c. Potest etiam hoc referri ad visitationem, qua visitabuntur in die iudicij: non vt liberentur, sed vt amplius condemnentur, secundum illud Sophoniæ. 1. visitabo super viros defixos in fecibus suis.

¶Ad secundum dicendum, quòd cum dicitur in gl.
*posita in arg. 2. *vbi nulla misericordia eos refrigerabat, intelligendum est, quantum ad refrigerium perfectæ liberationis: quia sancti patres ab illis inferni carceribus ante Christi aduentum non poterant liberari.

¶Ad tertium dicendum, quòd non fuit propter Christi impotentiam, quòd non sunt aliqui liberati de quolibet statu infernalium, sicut de quolibet statu mundanorum: sed propter diuersam vtrorumque conditionem. Nam homines quandiu viuunt, possunt ad fidem & charitatem conuerti: quia in hac vita non sunt homines confirmati in bono vel malo, sicut post exitum ab hac vita.

¶ *Super quæstionis quinquagesim ſ. cundæ, Articul. VII.*

ARTICVLVS VII.

Vtrum qui cum originali decesſerant, fuerint à Christo liberati.

292 3.dist.22. q.2.art.2. q.3. Et opuſ.3.ca. 242. TItulus clarus. ¶In corpore vna est cõclusio dupliciter probata. Conclusio est: Christus descendens ad inferos, non liberauit pueros, qui cũ peccato originali decesserant. Prima probatio est: Descensus Christi ad inferos, in solis illis effectum liberationis habuit, qui per fidem & charitatem eõiuncti erant passioni Christi: sed pueri habentes peccatũ originale, non erant sic coniuncti Christo: quia nec per propriam fidẽ & charitatem, nec in fide parentum, aut per aliquod fidei sacramentum purgati erant: ergo. Secunda probatio est, Liberatio ab inferno, est ad-
*ar. 4. huius q. ad 3.q.i
*art. 5. & 9. præce.

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur quòd pueri, qui cum originali decesserant, fuerint per descensum Christi liberati ab inferno: non enim tenebantur in inferno, nisi pro peccato originali, sicut & sancti patres: sed sancti patres sunt ab inferno liberati per Christum, vt supra dictum est. * ergo & pueri similiter per Christum sunt ab inferno liberati.

¶2 Præt. Apostolus dicit Rom. 5. Si vnius delicto multi mortui sunt, multo magis gratia Dei & donum, in gratia vnius hominis Iesu Christi, in plures abundauit: sed propter peccatum primi parentis, pueri cum originali peccato decedentes, in inferno detinẽtur. ergo multo magis per gratiam Christi sunt ab inferno liberati.

¶3 Præt. Sicut baptismus operatur in virtute passionis Christi, ita & descensus eius ad inferos, vt ex dictis patet. * sed pueri per baptismum liberantur à peccato originali: & ab inferno. ergo similiter liberati sunt per descensum Christi ad inferos.

¶SED CONTRA est, quòd Apostolus dicit Rom. 3. quòd Deus proposuit Christum propitiatorem per fidem in sanguine eius: sed pueri, qui cũ solo peccato originali decesserant, nullo modo fuerant participes fidei Christi. ergo non perceperunt fructum propitiationis Christi, vt per ipsum ab inferno liberarentur.

¶Respondeo Dicendum, quòd (sicut supra dictum est*) descensus Christi ad inferos, in illis solis effectum liberationis habuit, qui per fidem & charitatem passioni Christi coniungebantur, in cuius virtute descensus Christi ad inferos liberatorius erat. Pueri autem, qui cum originali decesserant, nullo modo fuerant coniuncti passioni Christi per fidem & dilectionem: neque enim fidem propriam habere potuerant, quia non habuerant vsum liberi arbitrij: neq; per fidem parentũ, aut per aliquod fidei sacramentum fuerãt à peccato originali mundati: & ideo descensus Christi ad inferos, huiusmodi pueros non liberauit ab inferno. Et præterea sancti patres ab inferno sunt liberati, per hoc q̃ sunt ad gloriam diuinæ visionis admissi, ad quam nullus potest peruenire, nisi per gratiam, secundum illud Rom. 6. Gratia Dei vita æterna. Cum igitur pueri cum originali decedentes, gratiam non habuerint, non fuerunt ab inferno liberati.

¶AD PRIMVM ergo dicendũ, q̃ sancti patres, etsi adhuc tenerentur astricti reatu originalis peccati, inquãtum respicit humanã naturam, tñ liberabantur per fidẽ Christi ab omni macula peccati: & ideo capaces erãt illius liberationis, quã Christus attulit descẽdẽs ad inferos: sed hoc de pueris dici non põt, vt ex supra dictis patet.*

¶AD SECVNDVM dicendum, q̃ cum Apostolus dicit, q̃ gratia Dei in plures abundauit, ly plures, non est accipiendum comparatiuè: quasi plures numero sint saluati per gratiã Christi, quã damnati per peccatum Adæ, sed absolutè, acsi diceret, q̃ gratia vnius Christi abundauit in multos, sicut & peccatũ vnius Adæ peruenit ad multos: sed sicut peccatum Adæ ad eos tãtum peruenit, qui per seminalem rationem carnaliter ab eo descenderunt, ita gratia Christi ad illos tantum peruenit, qui spirituali regeneratione, eius membra sunt facti, quod non competit pueris decedentibus cum originali pacto.

¶Ad tertium dicendum, quòd baptismus adhibetur hominibus in hac vita, in qua homo potest transmutari de culpa in gratiam, sed descensus Christi ad inferos exhibitus fuit animabus post hanc vitam, vbi non sunt capaces transmutationis prædictæ. & ideo per baptismum pueri liberantur à peccato originali & ab inferno: non autem per descensum Christi ad inferos.

ARTICVLVS VIII.

Vtrũ Christus suo descensu liberauerit animas à purgatorio.

AD octauum sic proceditur. Videtur quòd Christus suo descẽsu ad inferos, liberauerit animas à purgatorio. dicit enim Augustinus in epistola ad Euodium,* quia euidentia testimonia, & infernum commemorant & dolores, nulla causa occurrit, cur illo credatur venisse saluator, nisi vt ab eisdẽ

¶ *Super qũ. LII. Articul. octauum.*

TItulus clarus. ¶In corpore duæ sunt conclusiones. Prima est: animæ in purgatorio tũc tales quales sunt illæ, quæ nunc ibi detinentur, non fuerunt per Christi descensum liberatæ. Secunda
291 3. dist.22. q.2. art.2. q.4. Etopu. 3 capite 242. *est epist. 69. in octo epistolarũ non remote ad finem.

tenda est: Animæ in purgatorio tales tũc quales sũt, quæ nunc liberantur, fuerunt per Christi descẽsum liberatæ: Probatur vtraque simul. Passio Christi non habet transitoriam, sed sempiternam virtutem. ergo nõ habuit, tunc maiorem efficaciam, quam nunc. ergo, &c. Antecedens probatur ad Hebræ. 10. Secunda vero consequentia probatur: quia descensus Christi ad inferos fuit in virtute passionis suæ liberatorius.
*ar. 6. huius q.

¶Aduerte hic, q̃ Auctor certa se tetigit, quid efficaciæ Christi descensus ad inferos in purgatorio, tradit. addens in responsione, ad primum, alterum genus tũe purgatorum: ita quòd duo ponit genera liberatorũ a purgatorio in descensu Christi, scilicet & illos, qui tũc purgationem suam impleuerãt, exoluendo debitas pœnas, & illos, qui licet absolute adhuc fuissent in purgatorio per mansuri: tanta tamen fuit eorum deuotio ad Christi mortem seu redemptionem, vt meruerint in hac vita positi, quòd Christo descendẽte ad inferos, plenæ liberationis fructum reciperent. Et secundum hoc, rationabiliter dicitur, quòd Christus descendẽs ad inferos, multos in purgatorio existentes, qui non eam cito fuissent liberati, ex speciali gratia descensus sui liberauit. Consentaneum siquidem est, vt multæ personæ propinquæ tempori mortis Christi ante ipsum mortuæ, præparatæ sint a Deo, cum simili deuotione, vt sicut nascens Simeonẽ & Annam perfectos inuenit, & pastores & magos paratos, vt digni essent consolatione natiuitatis sæ, ita moriens non solum Patres sanctos perfectos, sed etiam in purgatorio speciali deuotione præparatos inuenit, qui digni essent consolari ex descensu ad inferos liberatorio.
*li.13. ca. 20. circa finem.
*in li. de vera & falsa pœnitẽ. ca.9 post medium. to.4.

¶Ad secundum dicendum, quòd virtus Christi operatur in sacramentis d per modum sanationis & expiationis cuiusdam, vnde sacramentum eucharistiæ liberat hominem à purgatorio, inquantum est sacrificium quod dam satisfactorium pro peccato. Descensus autem Christi ad inferos, non fuit satisfactorius, operabatur tamen in virtute passionis, quæ fuit satisfactoria, vt supra habitum est: * sed erat satisfactoria in generali, cuius virtutem oportebat applicari ad vnumquemq; per aliquid specialiter ad ipsum pertinens: & ideo non oportet, q̃ per descensum Christi ad inferos, omnes fuerint à purgatorio liberati.
D.982.
*q.49.ar. 3. & alijs eiusdẽ q.

¶Ad tertium dicendum, quòd illi defectus, à quibus Christus in hoc mundo simul homines liberabat, erant personales, propriè ad vnumquemque pertinentes: sed exclusio à gloria Dei, erat quidam defectus generalis, pertinens ad totam humanam naturam: & ideo nihil prohibet eos, qui erant in purgatorio, per Christum esse liberatos ab exclusione à gloria: nõ autem à reatu pœnæ purgatorij, qui pertinet ad proprium defectum: sicut econtrario sancti patres ante Christi aduentum liberati sunt à propriis defectibus: non autem à defectu communi, sicut supra dictum est. *
q.49. ar.5

QVAEST. LIII.

De resurrectione Christi, in qua tuor articulos diuisa.

¶ *Super Quæstionẽ quinquagesimamtertiam.*

CONSEQVENTER considerãdum est de his, quæ pertinent ad exaltationẽ Christi. Et primo, de resurrectione, secundo, de eius ascensione, tertio, de eius sessione ad dexteram Patris, quarto, de iudiciaria potestate ipsius.

Circa primum occurrit quadruplex consideratio,
Quarum prima est de ipsa Christi resurrectione.
Secunda, de qualitate resurgentis.
Tertia, de manifestatione resurrectionis.
Quarta, de eius causalitate.

Circa primum quæruntur quatuor.

¶Primo, De necessitate resurrectionis eius.
¶Secundo, De tempore.
Tertio, De ordine.
¶Quarto, De causa.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum fuerit necessarium Christum resurgere.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd non fuerit necessarium Christum resurgere. dicit enim Damasc. * in 4. lib. Resurrectio est secunda, eius quod dissolutum est, & cecidit, animalis surrectio: sed Christus non cecidit per peccatum, nec corpus eius est dissolutum, vt ex supra dictis patet. † non ergo propriè conuenit sibi resurgere.
294 2. dist.21. q.1. art.1. Etopu.60 c.22. prin. *l.4 orth. fid. c.vlti. in prin. †q.51.ar. 3.

¶2 Præterea. Quicumque resurgit, ad aliquid altius

Universidad de Deusto
Biblioteca

promouetur: quia surgere est sursum moueri: sed corpus Christi remansit post mortem diuinitati vnitum, & ita non potuit in aliquid altius promoueri. ergo non competebat sibi resurgere.

¶3 Præt. Ea, quæ circa humanitatem Christi sunt acta, ad nostram salutem ordinãtur: sed sufficiebat ad salutem nostram passio Christi, per quam sumus liberati à pœna & culpa, vt ex supra dictis patet. * non ergo fuit necessarium, quòd Christus à mortuis resurgeret. *q.44. ar. 5. & per totam q.

¶Sed contra est, q̃ dicitur Luc. vlt. Oportebat Christum pati, & resurgere à mortuis.

¶Respondeo dicendum, quòd necessarium fuit Christum resurgere propter quinque. Primo quidem, ad commendationem diuinæ iustitiæ, ad quam pertinet exaltare illos, qui se propter Deum humiliant, secundum illud Luc. 1. Deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles. quia igitur Christus propter charitatem & obedientiam Dei, se humiliauit vsque ad mortem crucis, oportebat quòd exaltaretur à Deo vsque ad gloriosam resurrectionem. vnde ex eius persona dicitur in Psalm. 138. Tu cognouisti, idest, approbasti, sessionem meam, idest, humilitatem & passionem, & resurrectionem meã, idest glorificationem in resurrectione, sicut glo. * exponit. Secundo, ad fidei nostræ instructionem: quia per eius resurrectionem confirmata est fides nostra circa diuinitatem Christi, quia vt dicitur 2. ad Corinth. vltim, Et si crucifixus est ex infirmitate, sed viuit ex virtute Dei. & ideo primæ ad Corinth. 15 dicitur, si Christus non resurrexit, inanis est prædicatio nostra, inanis est & fides nostra. Et in Psal. 29. dicitur, Quæ vtilitas in sanguine meo, idest in effusione sanguinis mei, dum descendo, quasi per quosdam gradus malorum, in corruptionem? quasi dicat, nulla. si enim statim non resurgo, corruptumque fuerit corpus meum, nemini annuntiabo, nullum lucrabor, vt gloss. * exponit. Tertio ad subleuationem nostræ spei, quia dum videmus Christum resurgere, qui est caput nostrum, speramus & nos resurrecturos. vnde dicitur primæ ad Corin. 15. Si Christus prædicatur, quòd resurrexit à mortuis, quomodo quidam dicunt in vobis, quoniam resurrectio mortuorum non est? Et Iob. 19. dicitur, Scio scilicet per certitudinẽ fidei, quòd redemptor meus, idest Christus, viuit, à mortuis resurgés, & ideo in nouissimo die de terra surrecturus sum, reposita est hæc spes mea in sinu meo. Quarto, ad informationem vitæ fidelium, secundum illud Rom. 6. Quomodo Christus resurrexit à mortuis per gloriam Patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Et infra, Christus resurgens ex mortuis, iam non moritur: ita & vos existimate mortuos quidem esse peccato, viuentes autẽ Deo. Quinto, ad complementum nostræ salutis: quia sicut per hoc, q̃ mala sustinuit (humiliatus est) moriendo, vt nos liberaret à malis: ita glorificatus est resurgendo, vt nos promoueret ad bona, secundum illud Roman. 4. Traditus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram. *gl. inter linearis, ibi. *Psal. 29. gl. or. adiuncta, & iterlinearis ex Augus.

¶Ad primum ergo dicendum, quòd licet Christus non ceciderit per peccatum, cecidit tamen per mortem: quia sicut peccatum est casus à iustitia, ita mors est casus à vita. vnde ex persona Christi potest intelligi, q̃ dicitur Mich. 7. Ne lætemini mica mea super me: quia cecidi, cõsurgam. Similiter etiam licet corpus Christi non fuerit dissolutum per incinerationem, ipsa tamen separatio animæ à corpore, dissolutio quædam fuit.

¶Ad secundum dicendum, quòd diuinitas erat carni Christi post mortem vnita vnione personali: non autem vnione naturæ, sicut anima vnitur corpori, vt forma ad cõstituendam humanam naturam. Et ideo per hoc, quòd corpus eius vnitum est animæ, promotum est in altiorem statum naturæ, non autem in altiorem statum personæ.

¶Ad tertium dicendum, quòd passio Christi operata est nostram salutem, propriè loquendo, quantum ad remotionem malorum: resurrectio autem, quantum ad inchoationem & exemplar bonorum.

ARTICVLVS II.

Vtrum fuerit conueniens Christum tertia die resurgere.

¶ Super quæstionis quinquagesimæ tertiæ, Articulum II.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd non fuerit cõueniens, Christum tertia die resurgere membra enim debent capiti conformari: sed nos qui sumus membra Christi, non resurgimus à morte tertia die, sed nostra resurrectio differtur vsque ad finem mundi. ergo videtur quòd Christus, qui est caput nostrum, non debuerit tertia die resurgere: sed debuerit eius resurrectio differri vsque ad finem mundi.

TItulus clarus ¶In corpore vnica conclusio: Conueniens fuit Christum resurgere tertio die. Probatur vna ratione literali, & quatuor mysticis. Et omnia clare patent in litera.

¶2 Præt. Act. 2. dicit Petrus, quòd impossibile erat Christum detineri ab inferno & morte: sed quamdiu aliquis est mortuus, detinetur à morte. ergo videtur, quòd Christi resurrectio non debuerit differri vsque ad tertiã diem, sed statim eadem die resurgere, præcipuè cum glo. supra * inducta, dicat, nullam esse vtilitatem in effusione sanguinis Christi, si non statim resurgeret. *ar. præc. in con.

¶3 Præterea. Dies incipere videtur ab ortu solis, qui sua præsentia diem: sed ante ortum solis Christus resurrexit: dicitur enim Ioan. 20. Quòd vna sabbathi Maria Magdalene venit mane, cum adhuc tenebræ essent, ad monumentum, & tamen Christus iam resurrexerat: quia sequitur, & vidit lapidem sublatum à monumento. non ergo resurrexit Christus tertia die.

¶Sed contra est, quòd dicitur Matth. 20. Tradent eum gentibus ad illudendum, & flagellandum, & crucifigendum, & tertia die resurget. Ar. præc.

¶Respondeo dicendum quòd (sicut dictum est*) resurrectio Christi necessaria fuit ad instructionem fidei nostræ. Est autem fides nostra & de diuinitate & humanitate Christi: non enim sufficit alterum sine altero credere, vt ex prædictis patet. * & ideo ad hoc, q̃ confirmaretur fides de veritate diuinitatis ipsius, oportuit q̃ cito resurgeret, & eius resurrectio non differretur vsque ad finẽ mundi. Ad hoc autem, q̃ confirmaretur fides de veritate humanitatis & mortis eius, oportuit moram esse inter mortem & resurrectionem. si enim statim post mortem resurrexisset, videri posset, q̃ eius mors vera non fuerit, & per consequens nec resurrectio vera. Ad veritatem autem mortis Christi manifestandam, sufficiebat q̃ vsque ad tertiam diem eius resurrectio differretur: quia non cõtingit, quin infra hoc tempus, in homine qui mortuus videtur cum viuat, appareant aliqua indicia vitæ. Per hoc etiam, quòd tertia die resurrexit, commendatur perfectio ternarij: qui est numerus omnis rei, vt potè habens principium, medium & finem, et dicitur in 1. de Cælo.* Ostenditur etiam secundum mysterium, q̃ Christus vna morte sua (quæ fuit lux propter iustitiam,) scilicet corporali, duas nostras mortes destruxit, scilicet corporis & animæ, quæ sunt tenebrosæ propter peccatum: & ideo vna die integra & duabus noctibus permansit in morte, vt Augustin.* dicit in 4. de Trin. Per hoc etiam significatur, resurrectionem Christi, tertium tempus incipiebat: nã primum fuit ante legem, secundum sub lege, tertium sub gratia. Incepit etiam in Christi resurrectione tertius status sanctorum: nam primus fuit sub figuris legis: secundus sub veritate fidei: tertius erit in æternitate gloriæ, quam Christus inchoauit resurgendo. *li. 1. tex. 2. co. 2. *li. 4. c. 1 tom. 3.

¶Ad

¶Ad primum ergo dicendum, quòd caput & membra conformantur in natura, sed non in virtute: excellentior est enim virtus capitis, quàm membrorum: & ideo ad demonstrandam excellentiam virtutis Christi, conueniens fuit, ipsum tertia die resurgere, aliorum resurrectione dilata vsque ad finem mundi.

¶Ad secundum dicendum, quòd detentio coactionem quandam importat: Christus autem nulla necessitate mortis tenebatur astrictus, sed erat inter mortuos liber. & ideo aliquandiu in morte mansit, non quasi detentus, sed propria voluntate, quandiu iudicauit hoc esse necessarium ad instructionem fidei nostræ: dicitur autem statim fieri, quod fit breui interposito tempore.

¶Ad tertium dicendum, quòd (sicut supra dictum est*) Christus resurrexit circa diluculum illucscente iam die, ad significandum, quòd per suam resurrectionem nos ad lucem gloriæ inducebat: sicut mortuus est adue sperascente iam die, & recedente in tenebras, ad ostendendum, quòd per suam mortem destrueret tenebras culpæ & pœnæ. Et tamen dicitur tertia die resurrexisse, accipiendo diem pro die naturali, qui cõtinet spatium 24. horarum. Et sicut dicit Augustin.* in 4. de Trin. nox vsque ad diluculum, quo Domini resurrectio declarata est, ad tertium pertinet diem: quia Deus, qui dixit, de tenebris lucem clarescere, vt per gratiam noui testamenti, & participationem resurrectionis Christi, audiremus: Fuistis aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino, insinuat nobis quodammodo, quòd à nocte dies sumat initium: sicut enim primi dies propter futurum hominis lapsum à luce in noctem: ita isti propter hominis reparationem à tenebris ad lucem computantur. Et ita patet, quòd etiam si media nocte surrexisset, posset dici eũ die tertia surrexisse, intelligendo de die naturali. nunc autem cum diluculo surrexerit, potest dici, quòd tertia die surrexit, etiam accipiendo diem artificialem, quæ causatur ex præsentia solis: quia iam sol incipiebat aërem illustrare. vnde & Mar. vltim. dicitur, quòd mulieres venerunt ad monumentum orto iam sole, quod non est contrarium ei, quod Ioan. dicit. Cum adhuc tenebræ essent, vt Augustin. * dicit in lib. de consensu euangelistarum: quia die surgente, reliquiæ tenebrarum tanto magis extenuantur, quanto magis oritur lux. Quòd autem dicit Marcus, Orto iam sole, non sic accipiendum est, tanquam iam sol ipse videretur super terram, sed tamquã de proximo adueniente in has partes. *q. 51. ar. 3. *li. 4. c. 5. ante med. tom. 3. *lib. 3. c. 24. inter prin. & medi, to. 4.

ARTICVLVS III.

Vtrum Christus primo resurrexerit.

¶ Super Quæstionis quinquagesimæ tertiæ, Articulum III.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quòd Christus non primo resurrexerit: nam in veteri testamento per Heliam & Helisæum aliqui resuscitati leguntur, secundum illud Hebræ. 11. Acceperunt mulieres de resurrectione mortuos suos. Similiter & Christus ante passionem suam tres mortuos suscitauit. non ergo Christus fuit primus resurgentium.

¶2 Præt. Matth. 27. inter alia miracula, quæ in passione Christi acciderunt, narratur quòd monumenta aperta sunt: & multa corpora sanctorum, qui dormierant, surrexerunt. non ergo Christus fuit primus resurgentium.

¶3 Præt. Sicut Christus per suam resurrectionem est causa nostræ resurrectionis: ita per suam gratiã est causa nostræ gratiæ, secundum illud Ioan. 1. De plenitudine eius nos omnes accepimus: sed alij prius tempore gratiam habuerunt quàm Christus, sicut omnes patres veteris testamenti. ergo etiam aliqui prius ad resurrectionem corporalem peruenerunt, quàm Christus.

¶Sed contra est, quòd dicitur primæ ad Corinth. 15. Christus resurrexit à mortuis, primitiæ dormientium, gl. * quia prius tempore & dignitate surrexerit.

¶Respondeo Dicendum, quòd resurrectio est reparatio à morte in vitam. Dupliciter autem aliquis eripitur à morte. Vno modo, solum a morte in actu, vt scilicet aliquis viuere incipiat qualitercunque, post quam mortuus fuerat. Alio modo, vt aliquis liberetur non solum à morte, sed etiam à necessitate, & quod plus est, à possibilitate moriendi. Et hæc est vera & perfecta resurrectio: quia quamdiu aliquis viuit subiectus necessitati moriendi, quodammodo mors ei dominatur, secundum illud Rom. 8. Corpus quidem mortuum est propter peccatum. Illud etiam quod possibile est esse, secundum quid dicitur esse, idest, potentialiter. Et sic patet, quòd illa resurrectio, qua quis eripitur solum ab actuali morte, est resurrectio imperfecta. Loquendo igitur de resurrectione perfecta, Christus est primus resurgentium: quia ipse resurgendo, primo peruenit ad vitam penitus immortalem, secundum illud Roman. 6. Christus resurgés ex mortuis, iam non moritur: sed resurrectione imperfecta, quidam alij surrexerunt ante Christum, ad præmonstrandũ qua si in quodam signo resurrectionem ipsius. Et sic patet responsio ad primum: quia & illi qui suscitati in veteri testamento sunt, & illi qui suscitati sunt à Christo, sic redierunt ad vitam, vt iterum morerentur. *q. 51. ar. 3. ad 3. Et op. 3. cap. 243. 246. & 247. fi. Et 1. Cor. 15. lect. 3. in prin. Et ad Col. 1. lec. 5. 296 4. dist. 42. ar. 3. q. 1. ad 3. Et op. 3. cap. 243. 246. & 247. fi. Et 1. Cor. 15. lect. 3. in prin. Et ad Col. 1. lec. 5.

¶Ad secundum dicendum, quòd de illis, qui resurrexerunt cum Christo duplex est opinio. quidam enim asserunt, quòd redierunt ad vitam tãquam non iterum morituri: quoniam magis illis esset tormentum si iterum morerentur, quàm si non resurgerent. Et secundum hoc intelligendum erit, sicut Hier. * dicit super Matth. q̃ nõ ante surrexerũt, quàm resurgeret Dominus. vnde & Euangelista dicit, quòd exeuntes de monumentis, post resurrectionem eius venerunt in sanctã ciuitatem, & apparuerunt multis*: sed Augu. * in epistola ad Euodium hanc opinionẽ commemorans dicit, Scio quibusdam videri morte Domini Christi iam talẽ resurrectionem præstitam iustis, qualis nobis in fine promittitur. Qui si non iterũ repositis corporibus dormierunt, videndum est, quomodo intelligatur Christus primogenitus à mortuis, si eum in illa resurrectione tot præcesserunt. Quòd si resonsum surrexerunt resurrectione imperfecta, vt patet de Lazaro & aliis resuscitatis ante ipsum. Altera est, Christus primo resurrexit resurrectione perfecta, quia primo venit ad vitam penitus immortalem. Omnia clara sunt in litera. *gl. inter linearis, ibi.

¶In responsione ad secundum circa diuersam opinionem de resurrectione illorum, qui cũ Christo surrexerunt, rationabile videtur quòd surrexerint perfecte ad vitam, scilicet penitus immortalem, vt beatitudo corporis in Christo haberet socios: minus enim corporalis felicitatis aliquid habere videtur, si desit corporalis societas: est enim homo secundum vitã corpoream animal sociale, non solum propter indigentiam necessariorum ad vitam (vt in hoc mundo contingit) sed etiam propter naturalem delectationem in ipsa corporali conuersatione consistentem. Rationes autem in litera ex beato Augustin. disputate ad oppositum facile solutionem recipiunt. nam verbum Petri Apostoli, & a Hiero. contra fertur, quòd scilicet Petrus dixit. Cuius sepulchrum apud nos est, quasi non ausus fuerit dicere, cuius corpus apud nos est. & efficax nuenitur testimonium Petri: quia ex hoc, quòd sepulchrum Dauid tanto tempore apud eos perseuerauit, vt continens ipsum Dauid (hoc enim significat sepulchrum eius) ita quòd nulla fuit vnquam in tanto tempore ambiguitas, quin Dauid perseueraret in suo sepulchro, consequens est, quòd non de ipso Dauid dictũ fuerit, Non dabis sanctum tuũ videre corruptionem. Cõstitit ergo testimonium * in illud Matt. 27. Et multa corpora sanctorũ, to. 9. *epist. 99. non lõge ante med. to. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

monium Petri in hoc, q̃ sepulchrũ Dauid inquantum sepulchrũ Dauid, tanto tempore apud nos perseuerauit: licet forte tunc Christo resurgente, corpus eius amplius ibi non esset.

¶Verbum autẽ apostoli Pauli, Vt non sine nobis cõsumarentur, & potest referri ad consumationem beatitudinis substantialis, qua modo consumati sunt omnes sancti in patria. Et hoc literæ videtur sufficere: quia loquitur de cęlesti patria, vt distinguitur contra viæ peregrinationem, & potest nihilominus dici, quòd verbũ Apostoli est generale ad patres veteris testamenti, veritati autem regulæ generalis non aduersatur paucorum exceptio ex specialigratia. Potest & tertio dici, q̃ illi q̃ perfecte surrexerunt cũ Christo, non sunt sine nobis consumati: quia nostro tempore sunt cõsummandi scilicet, tempore reuelatæ gratiæ, & inchoatæ gloriæ.

detur, hoc esse dictum per antiepationem, vt monumenta illo terræ motu aperta intelligantur, cum Christus in cruce penderet, resurrexisse autem iustorum corpora non tunc, sed cum ille prior resurrexisset: adhuc restat quod moueat, quomodo Petrus non de Dauid, sed de Christo asseruit fuisse præ dictum, carnem eius non vidisse corruptionem, per hoc quòd apud eos erat monumentum Dauid, & sic illos non conuincebat, si corpus Dauid ibi iam non erat: quia etsi ante in recenti sua morte resurrexisset, nec caro eius vidisset corruptionem, posset nihilominus illud monumentum manere: durum autem videtur, vt Dauid non fuerit in illa resurrectione iustorum, si eis iam æterna donata est, cuius Christus ex semine commendatur. Perclitabitur etiam illud quod ad Hebr. de iustis antiquis dicitur, Ne sine nobis perficerentur, si iam in illa resurrectionis incorruptione constituti sunt, quæ nobis perficiendis in fine promittitur. Sic ergo Augustin. * sentire videtur, quòd resurrexerint iterum morituri. Ad quod etiam videtur pertinere, quòd Hier. * dicit super Matth. Quòd sicut Lazarus resurrexit, sic & multa corpora sanctorum resurrexerunt, vt Dominum ostenderent resurgentem: quàmuis hoc in sermone de assumptione sub dubio relinquat, rationes tamen Augustin. multo efficaciores videntur.

¶Ad tertium dicendum, quòd sicut ea, quæ præcesserunt Christi aduentum, fuerunt præparatoria ad Christum, ita gratia est dispositio ad gloriam: & ideo ea, quæ sunt gloriæ, siue quantum ad animam, sicut perfecta Dei fruitio, siue quãtum ad corpus, sicut resurrectio gloriosa, prius tempore debuerunt esse in Christo, sicut in auctore gloriæ: gratiam verò conueniebat prius esse in his, quæ ordinabantur ad Christum.

¶ *Super quæstionis quinquagesimætertiæ, Articulum. IIII.*

297 Psal. 40. eo. 2. Et Ioan. 2. & 3. & ad Ro. 4. fi.

TItulus, de causa effectiua quærit.

¶In corpore ponitur vna distinctio bimembris cũ duabus conclusionibus secundum membra. Distinctio est. Tam anima quã caro Christi mortui potest considerari dupliciter, vel ratione suæ naturæ, vel ratione deitatis cui

* Tract. 104. i Ioã. Prima cõclusio est. Tam anima q̃ caro Christi ratione deitatis causauit ipsam resurrectionem: & probatur ex auctoritate Apostoli. Secunda cõclusio est: Nec anima, nec caro Christi virtute suæ naturæ causauit resurrectionẽ, sed sic oportuit Christum resuscitari à Deo. Et ideo vtrumque inuenitur in sacra scriptura, scilicet, & quòd Christus resurrexit ex virtute, & quòd Christus suscitatus est a Deo, & petijt & meruit resurrectionem &c. Omnia clara sunt in litera. L. 4. Orth. fide. vlt.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum Christus fuerit causa suæ resurrectionis.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd Christus non fuerit causa suæ resurrectionis. Quicumque enim suscitatur ab alio, non est suæ resurrectionis causa: sed Christus suscitatus est ab alio, secundum illud Actu. 2. Quem Deus suscitauit solutis doloribus inferni, & Roma. 8. Qui suscitauit Iesum Christum à mortuis, viuificabit & mortalia corpora nostra &c. ergo Christus non est causa suæ resurrectionis.

¶2 Præter. Nullus dicitur mereri, vel ab alio petit aliquid, cuius ipse est causa: sed Christus sua passione meruit resurrectionem, sicut Augustin. * dicit super Ioan. quòd humilitas passionis meritum est gloriæ resurrectionis, ipse etiam petijt à patre se resuscitari, secundum illud Psal. 40. Tu autem Domine miserere mei, & resuscita me. ergo non fuit causa suæ resurrectionis.

¶3 Præterea. Sicut Damasc.* probat in 4. li. resurrectio non est animę, sed corporis, quod per mortem cadit. Corpus autem non potest sibi animã vnire, quæ est eo nobilior, ergo id, quod resurrexit in Christo, non potuit esse causa suæ resurrectionis.

¶Sed contra est, quòd Dominus dicit Ioan. 10. Nemo tollit animam meam à me, sed ego pono eam, & iterum sumo eam: sed nihil est aliud resurgere, quàm iterato animam sumere. ergo videtur quòd Christus propria virtute resurrexerit.

¶Respondeo dicendum, quòd sicut supra dictum est, * per mortem non fuit separata diuinitas, nec ab anima Christi, nec ab eius carne. potest igitur tam anima Christi mortui, quàm eius caro considerari dupliciter, vno modo, ratione diuinitatis: alio modo, ratione ipsius naturæ creatæ. Secundum igitur vnitãm diuinitatis virtutem, & corpus resumpsit animam, quam deposuerat, & anima corpus resumpsit, quod dimiserat, & sic Christus propria virtute resurrexit. Et hoc est, quod de Christo dicitur 2. ad Corinth. vltim. quòd & si crucifixus est ex infirmitate nostra, sed viuit ex virtute dei. si autem consideremus corpus & animam Christi mortui, secundum virtutem naturæ creatæ, sic non potuerunt sibiinuicem reuniri, sed oportuit Christum resuscitari à Deo.

¶Ad primum ergo dicendum, quòd eadem est diuina virtus & operatio Patris & Filij. Vnde hæc duo sese consequuntur, quòd Christus sit suscitatus diuina virtute Patris, & suipsius.

¶Ad secundum dicendum, quòd Christus orando petijt & meruit suam resurrectionem inquãtum homo: non autem inquantum Deus.

¶Ad tertium dicendum, quòd corpus secundum naturam creatam non est potentius anima Christi, est tamen ea potentius, secundum virtutem diuinam: quæ etiam rursus secundum diuinitatem vnitam est potentior corpore, secundũ naturã creatam: & ideo secundum virtutem diuinam corpus & anima mutuo se resumpserunt: non autem secundum virtutem naturæ creatæ.

QVAEST. LIIII.

De qualitate Christi resurgentis, in quatuor articulos diuisa.

¶ *Super Quæstionis quinquagesimæquartæ, Articulum I.*



EINDE considerandum est, de qualitate Christi resurgentis.

Et circa hoc quęruntur quatuor.

¶Primo, Vtrum post resurrectionem Christus habuerit verum corpus.

¶Secundo, Vtrum resurrexerit cum corporis integritate.

¶Tertio, Vtrum corpus eius fuerit gloriosum.

¶Quarto, De cicatricibus in corpore eius apparentibus.

INtitulo. verũ sumitur, vt distinguitur contra apparẽs, ita quòd apparentia excluditur non solum a natura, sed a natura tali scilicet humana. Idemque est quærere, an habuerit verum corpus, & an habuerit in veritate corpus humanum.

¶In corpore est vna conclusio: Corpus Christi post

post resurrectionem fuit verum corpus eiusdẽ naturæ, cuius fuerat prius. Probatur dupliciter, Primo, illud resurgere dicitur quod cecidit. ergo oportuit, vt idem corpus Christi eidem animæ vniretur i resurrectione. ergo corpus Christi post resurrectionẽ fuit verum eiusdẽ naturæ corpus. Antecedens ex Dam. auctoritate. Prima consequentia probatur ex ratione resurrectionis. Secunda autem ex hoc, quòd veritas naturæ corporis est ex forma. Secundo, probatur conclusio ex opposito. Si corpus Christi fuisset phãtasticum, nõ fuisset vera, sed apparens illius resurrectio. Reliqua in responsionibus argumentorum tacta inferius in propijs locis tractanda sunt.

298 Infra art. 3. cor. Et Op. 60. c. 22.

Nõ cõpleuit morte puentus.

*In ser. 3. in dñica in octa. paschæ, & ẽ ser. 149. in ordine, t. 10.

* Trac. 121. i Ioã. 10. t. 9.

¶SED CONTRA est, quòd dicitur Luc. vlt. quòd Christo discipulis apparente, conturbati & conterriti existimabant se spiritum videre, ac si non haberet verum corpus, sed phantasticum. Ad quod removendum ipse postea subdit, Palpate & videte: quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere. non ergo habuit corpus phantasticum, sed verum.

* li. 4. ca. 28. & est vlt. li. non multum a prin.

¶Respondeo. Dicendum, quòd sicut Damasc.* dicit in 4. lib. illud resurgere dicitur, quòd cecidit: corpus autem Christi per mortem cecidit, inquantum, scilicet fuit ab eo anima separata, quæ erat eius formalis perfectio. Vnde oportuit ad hoc, quòd esset vera Christi resurrectio, vt idem corpus Christi iterato eidem animæ vniretur: & quia veritas naturæ corporis est ex forma, consequens est q̃ corpus Christi post resurrectionem & verum corpus fuerit, & eiusdem naturæ, cuius fuerat prius: si autem eius corpus fuisset phantasticum, non fuisset vera resurrectio, sed apparens.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd corpus Christi post resurrectionem, non ex miraculo, sed ex conditione gloriæ, sicut quidam dicunt, clausis ianuis ad discipulos introiuit, simul cum alio corpore in eodem loco existens: sed vtrum hoc habere posset corpus gloriosum ex aliqua proprietate sibi indita, vt simul cum alio corpore in eodem loco esset,* inferius discutietur, vbi agetur de resurrectione communi: nunc autem quantum ad propositum sufficit, dicendum est, quòd non ex natura corporis, sed potius ex uirtute diuinitate vnitæ, illud corpus ad discipulos, licet verum esset, ianuis clausis introiuit. vnde Augustin. † dicit in quodam sermone paschali, quòd quidam sic disputant, Si corpus erat, si hoc surrexit de sepulchro quod pependit in ligno, quomodo per ostia clausa intrare potuit? Et respondet, Si comprehendis modo, non est miraculum, vbi deficit ratio, ibi est fides dei ędificatio. Et super Ioan.* dicit, Moli corporis, vbi diuinitas erat, ostia clausa non obstiterunt: ille quippe non eis apertis intrare potuit, quo nascente virginitas matris inuiolata permansit. Et idem dicit Gregor. † in quadam Homil. de octaua paschæ.

† Ho. 26. in euang. circa pri. illius.

¶AD SECVNDVM dicendum, quòd sicut dictum est, Christus resurrexit ad immortalem gloriæ vitam. Hæc est autem dispositio corporis glorioſi, vt sit spirituale, idest, subiectum spiritui, vt Apostol. dicit 1. ad Cor. 15. Ad hoc autem quòd sit omnino corpus subiectum spiritui, requiritur quòd omnis actio corporis, subdatur spiritus voluntati: quod autem aliquid videatur, fit per actionem visibilis in visum, vt patet per Philosoph.* in 2. de anima. Et ideo quicumque habet corpus glorificatum, in potestate sua habet, videri quando vult, & quando non vult, non videri: hoc tamen habuit Christus non solum ex conditione corporis glorioſi: sed etiam ex virtute diuinitatis, per quam fieri potest, vt etiam corpora non gloriosa miraculosè non videantur: sicut præstitum fuit beato Bartholomæo miraculosè, vt si vellet videretur: non autem videretur si non vellet. dicitur ergo, quòd Christus ab oculis discipulorum euanuit, non quia corrumperetur, aut resolueretur in aliqua inuisibilia: sed quia sua voluntate desijt ab eis videri, vel eo præsente, vel etiam eo abscedente velociter per dotem agilitatis.

* li. 2. tex. 74 & 75. & præce. to. 2.

¶AD TERTIVM dicendum, quòd sicut Seuerianus dicit in sermone paschali, Nemo putet Christum sua resurrectione sui vultus effigiem commutasse. Quod est intelligendum quantum ad lineamenta membrorum: quia nihil inordinatum & deforme fuerat in corpore Christi per Spiritumsanctum concepto, quod in resurrectione corrigendum esset: accepit tamen in resurrectione gloriam claritatis. Vnde idem ibidem subdit, Sed mutatur effigies, dum efficitur ex mortali immortalis, vt hoc sit acquisiuisse vultus glorium, non vultus substantiam perdidisse: nec tamen illis discipulis in specie glorioſa apparuit: sed sicut in potestate eius erat, vt corpus suum videretur, vel non videretur, ita in potestate eius erat, vt ex eius aspectu formaretur in oculis intuentium, vel forma gloriosa vel non gloriosa, aut etiam commista, vel qualitercumque se habens: modica tamen differentia, sufficit ad hoc, quòd aliquis videatur in aliena effigie apparere.

ARTICVLVS II.

Vtrum Christi corpus resurrexit integrum.

¶ *Super quæstionis quinquagesimæquartæ, Art. secundum.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur q̃ corpus Christi non resurrexerit integrum. Sunt enim de integritate humani corporis caro & sanguis, quæ Christus non videtur habuisse: dicitur enim 1. ad Cor. 15. Caro & sanguis regnum Dei non possidebunt: Christus autem resurrexit in gloria regni Dei. videtur ergo q̃ non habuerit carnem & sanguinem.

¶2 Præterea. Sanguis est vnus de quatuor humoribus. si ergo Christus habuit sanguinem, pari ratione habuit alios humores, ex quibus causatur corruptio in corporibus animalium. sic ergo sequeretur, quòd corpus Christi fuerit corruptibile, quod est inconueniens. non igitur Chri-

299 Locis supra ar. 1. induc.

TItulus vt sonat.

¶In corpore vna conclusio: Corpus Christi resurrexit integrum, scilicet cum carnibus & ossib. &c. Probatur dupliciter Primo ostẽdendo: Corpus Christi in resurrectione fuit eiusdẽ naturæ, & alterius gloriæ. ergo totũ habuit quicquid pertinet ad naturã corporis humani. ergo omnia ista fuerunt in corpore

Universidad de Deusto
Biblioteca

re Christi. Secunda consequentia probatur: quia hæc omnia pertinent ad naturam humani corporis. Deinde probatur, quòd hæc omnia integra fuerunt in Christo: quia aliter non fuisset resurrectio perfecta, si non fuisset integratum, quicquid per mortem ceciderat. Et confirmatur auctoritate Domini: Capillus de capite vestro non peribit &c. Secundo, probatur cõclusio ab oppositio: quia dicere corpus Christi caruisse partib. naturalibus humano corpori, pertinet ad errorẽ Euthycii, duo dicentis. Primum est, corpus nostrum in resurrectione erit impalpabile, ventis aereque subtilius. Alterum est, Art. 5ced. Christus post confirmata corda discipulorum palpãtium omne, quod erat in eo palpabile, in subtilitatẽ aliquam redegit.

Contra quod secundum dictum rationem Gregorii Auctor affert primo, & ipsius Euthycii reuocationem deinde, & demum arguit ex errore Valẽtini. Clara sunt litteram omnia intelligentibus, q̃ omnis mutatio, species quædam mortis est.

¶In responsionibus argumentorum, & in corpore duæ magnæ quæstiones restant. Prima est, quæ indecisa videtur propter varias opiniones, an totus sanguis Christi in passione effusus resurrexerit cum eo. Secunda est, an Christo resurgente oporteat sanguinem secum reassumere.

* Ho. 16. in euang. non temere a prin.

¶Primæ quæstionis Auctor tenet partem affirmatiuam in littera in responsione ad tertium, quo ad sanguinem in passione effusum, ea ratione, quia erat de veritate humanæ naturæ, & in corpore articuli adiungitur, quòd si non fuisset integratum quicquid per mortem ceciderat, non fuisset resurrectio perfecta.

¶Secundæ autem quæstionis non solus Auctor, sed communis & theologorum & ecclesiæ sententia partem tenet affirmatiuam. Sed vt ab hac ordiar, occurrit mihi magnum de ea dubium, & argumentum ducens ad partem negatiuam. Ad cuius intellectum, recolere oportet ex doctrina Pauli Apostoli 1 ad Cor. 15, q̃ corpus nostrum hic est animale, resurget autem spirituale & secundum Augustinum, quandiu corpus est animale, quàmdiu indiget alimento, & per oppositum tunc est spirituale, cum non indiget amplius alimento. Ex qua doctrina habetur, q̃ corpus Christi surrexit non animale, sed spirituale, hoc est non indigens alimento. Sub hac autem theologica traditione subsumitur ex philosophia, q̃ sanguis in corpore humano nihil aliud est, quàm alimentum humani corporis, vt expresse Aristoteles in 2. de partib. animal. c. 3. dicit, ponens sanguinem esse vltimum alimentum in corpore animalium, & alimenti gratia datum animalibus a natura. ergo corpus Christi resurgens non indiguit sanguine: eiusdem enim rationis est indigere alimento interiori, vel exteriori. Vnde idem est dicere corpus Christi post resurrectionem indigere sanguine, & indigere alimento, quod est esse animale & non spirituale. Et cum alimentum quantumcumque vltimum non sit actu pars animalis, sed potentia totum, sequitur q̃ sanguis non sit pars animalis, & consequenter nec hominis, & q̃ sanguis non est de integritate humanæ naturæ: quoniam integrum est, cui nulla partium deest. Et quia verum non addit rem aliquam supra eas (eandem enim rem significat aurum, quam significat aurum verũ, & sic de aliis) ideo sequitur q̃ nullus sanguis est de veritate humanæ naturæ, quia non est de integritate eius. Nec obstat quòd exãgues effecti, moriuntur aut mortui sumus: attestat enim hoc ad dictam philosophiam, q̃ sanguis est de necessitate requisitus ad vitã animalium habentium sanguinem, quoniam vt in 3. de an. dicitur, tandiu viuunt, quamdiu aluntur. fungendo ergo philosophiam theologiæ dicendum videtur, quòd sanguis pertinet ad necessitatem humani corporis secundum viam animalem, quia est vltimum alimentum, & non pertinet ad necessitatem humani corporis spiritualis, quale fuit corpus Christi in resurrectione. Et secundũ hoc cum dicitur, Totum quòd per mortem ceciderit resurrexit, si perfecta est resurrectio intelligẽdum est, de toto, quod est de necessitate corporis humani in statu seu vita spirituali, & non de toto necessario ad corpus humanũ, in statu seu vita animali. In oppositum autem est cõmunis ecclesiæ sensus, & in sacramẽto altaris vinum cõuertsum in Christi sanguinem, quem fatemur in Christi corpore esse.

¶Ad primum ergo dicendum, quòd caro & sanguis ibi non accipitur pro natura carnis & sanguinis, sed vel pro culpa carnis & sanguinis, sicut Grego. * dicit in 14. Moral. uel pro corruptione carnis & sanguinis: quia, vt Augustinus dicit ad Consentium, † de resurrectione carnis, non ibi erat corruptio & mortalitas carnis & sanguinis. Caro igitur d secundum substantiam possidet regnum Dei, secundum quòd dictum est, * spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtus habere. Caro autem cum secundum corruptionem intelligitur, non possidebit, vnde continuo additum est in verbis Apostoli, Neque corruptio incorruptelam.

* Libro 14. moral. c. 53. non procul a fi. † Augustinus de 146. c. 2. D. 3. 69.

* Lucas 24.

¶Ad secundum dicendum, q̃ sicut Augustinus dicit in eodem lib. * fortassis accepta occasione sanguinis, vrgebit nos molestior persecutator, & dicet, Si sanguis in corpore Christi resurgentis fuit, cur non & pituita, idest, phlegma, cur non & fel flauum, idest, cholera, & fel nigrum, idest, melancholia, quibus quatuor humoribus naturam carnis temperari, etiam medicinæ disciplina testatur? sed quodlibet quisquis addat, corruptionem addere caueat, ne suæ fidei sanitatem castitatemque corrumpat. Valet enim diuina potentia de ista visibili atque tractabili natura corporum, quibusdam manentibus, auferre, quas voluerit qualitates, vt absit labes. i. corruptionis, adsit effigies, adsit motio, absit fatigatio, adsit vescendi potestas, absit esuriendi necessitas.

Epist. 146. non multa longe a principio.

¶Ad tertium dicendum, quòd totus sanguis, qui de corpore Christi fluxit, cum ad veritatem humanæ naturæ pertineat, in corpore Christi resurrexit, & eadem ratio est de omnibus particulis ad veritatem, & integritatẽ humanæ naturæ pertinentibus, sanguis autem ille, qui in quibusdam ecclesiis pro reliquiis conseruatur, non fluxit de latere Christi, sed miraculose dicitur effluxisse de quadam imagine Christi percussa.

ARTICVLVS III.

Vtrum Christi corpus resurrexerit gloriosum.

AD Tertium sic proceditur. Videtur quòd corpus Christi non resurrexerit gloriosum. Corpora, n. gloriosa sunt fulgentia, secundum illud Matth. 13. Fulgebunt iusti sicut sol in regno patris eorum: sed corpora fulgentia videntur secundum rationẽ lucis, non autem secundum rationem coloris. cum ergo corpus Christi vissum fuerit sub coloris specie, sicut & prius videbatur, videtur quòd non fuerit gloriosum.

¶2 Præte. Corpus gloriosum est incorruptibile: sed corpus Christi non videtur fuisse incorruptibile: fuit enim palpabile, sicut & ipse dicit Luc. vlt. Palpate, & videte. Dicit autem Gregor. in quadam Homi. * quòd corrumpi necesse est, quòd palpatur, & palpari non potest, quod non corrumpitur. non ergo corpus Christi fuit gloriosum.

Hom 26. in euang. post prin.

¶3 Præt. Corpus gloriosum non est animale, sed spirituale, vt patet 1. ad Corint. 15. sed corpus Christi videtur fuisse animale post resurrectionem, quia cum discipulis manducauit & bibit, vt legitur Luc. vlt. & Ioan. vlti. ergo videtur, quòd corpus Christi non fuerit gloriosum.

¶Sed contra est, quòd Apost. dicit ad Philip. 3. Reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ.

¶Respondeo dicendum, quòd corpus Christi in resurrectione fuit gloriosum, & hoc apparet triplici ratione. Primo quidem, quia resurrectio Christi fuit exemplar & causa nostræ resurrectionis, vt habetur 1. ad Corinth. 15. Sancti autem in resurrectione habebunt corpora gloriosa, sicut ibidem dicitur, Seminatur in ignobilitate, surget in gloria. Vñ cum ea sit potior cãto, & exẽplar exẽplato, multo magis corpus Christi resurgentis fuit gloriosum. Secundo, quia per humilitatem passionis meruit gloriam resurrectionis. vnde & ipse dicebat, Nunc anima mea turbata est, quod pertinet ad passionem: & postea subdit, Pater clarifica nomen tuum, in quo petit gloriam resurrectionis. Tertio, quia sicut supra habitum est, * anima Christi à principio suæ conceptionis fuit gloriosa per fruitionem diuinitatis perfectam. Est autem dispensatiue factum, sicut supra dictum est, * vt ab anima gloria non redundaret in corpus, ad hoc, quòd mysterium nostræ redemptionis sua passione impleret: & ideo peracto hoc mysterio passionis & mortis Christi, statim anima in corpus in resurrectione resumptum, suam gloriam deriuauit, & ita factum est corpus illud gloriosum.

¶Ad primum ergo dicendum, quòd omne, quòd recipitur in aliquo, recipitur in eo secundum modum recipientis: quia igitur gloria corporis deriuatur ab anima, vt Augustin. * dicit in epistola ad Dioscorum, fulgor seu claritas corporis gloriosi est secundum colorem humano corpori naturalem: sicut vitrum diuersimodè coloratum recipit splendorem exillustratione olis, secundum modum sui coloris: sicut autem in potestate hominis glorificati est, ut corpus eius videatur, vel non videatur, sicut dictum est, * ita in potestate eius est, quòd claritas eius videatur, vel non videatur. vnde potest in suo colore sine aliqua claritate uideri, & hoc modo Christus suis discipulis post resurrectionem suam apparuit.

* Epist. 56. antemed. to. 2.

¶Ad secundum dicẽdum, quòd corpus aliquod dicitur esse palpabile, non solum ratione resistentiæ, sed ratione suæ spissitudinis. Ad rarum autem & spissum sequuntur graue & leue, calidum & frigidum, & alia huiusmodi contraria, quæ sunt principia corruptionis corporum elementarium. Vnde corpus quod est palpabile humano tactu, est naturaliter corruptibile: si autem sit aliquod corpus resistens tactui: quod non sit dispositum secundum prædictas qualitates, quæ sunt propria obiecta tactus humani, sicut est corpus cœleste, tale corpus non potest dici palpabile: corpus autem Christi post resurrectionem vere fuit ex elementis compositum, habens in se tangibiles qualitates, secundum quod requirit natura corporis humani, & ideo naturaliter erat palpabile. Et si nihil aliud habuisset supra corporis humani naturam, fuisset etiã corruptibile habuit autem aliquid aliud, quod ipsum incorruptibile reddidit in terram, uidetur q̃ totus sanguis nutrimẽtalis, qui inueniendus fuisset in Christo tẽpore passionis, præfusus fuerit in propassionis fudore. Dico autẽ, qui inueniendus fuisset tẽpore passionis, & non qui inuentus est tunc, scilicet tempore orationis: quoniã non oportet fateri totum nutrimẽtalem sanguinem per sudorem emissum, quoniam alius quid illius remanens potuit nocte & mane decoqui perfecte, ita ut nihil nutrimentalis sanguinis inueniretur in Christo tempore passionis, cum effusus sanguis est: sed q̃ hæc magis diuina re quam affirmare possumus, ideo nullus pertinax in propria q̃ opinione inueniatur, nullus dubia pro certis affirmet: sed pie dubitando, deuotionem suam prosequatur. Certum tamen & absque hæsitatione qualibet constat, Christi sanguinem nutrimentalem, qui dicitur in terra inueniri, etiam si in passione effusus fit, nõ esse vitum verbo Dei personaliter, quo nimirum unquã fuit actu pars sanguinis, qui est de veritate humanæ naturæ.

q. 34. ar. 4. q. 14. ar. 1. ad 2. arg. Ar. 1 huius q. ad 2. arg.

¶Super quæstionis quinquagesimæ quartæ, Articulum tertium.

TItulus clarus.

¶In corpore vnica conclusio: Corpus Christi in resurrectione fuit gloriosum. Probatur tripliciter, & rationes clare patent in littera.

¶In responsione ad secundum, aduerte q̃ Auctor loquitur de raro & denso uniuocatione seruata: quod dico propterea quia dubitas ponitur etiam

nem nutrimentalem, qui non est in resurrectione assumptus: quoniam non est maior ratio, quare tunc non fuerit in Christo sanguis nutrimentalis, & alias fuerit: & rursus, quare in ipso tunc non, & in aliis hominibus eiusdẽ ætatis sic: & rursus, quare tũc patiendo nõ, & si non fuisset núc passus, fateremur in eo sanguinem nutrimẽtalem. Si autem in Christo tunc fuit nutrimentalis sanguis, constat q̃ tunc effusus fuit, cum natura meliorem quantum potuerit, in finem reseruauerit. Non cogere autem argumenta hæc, sanguine' sudor Christi in cruciatu pro passionis effusus, eum ante passionẽ post cœnã oraret, significat: mã sudor alle sanguineus, cum non ex ægritudinali dispositione precesserit. ut Aristot in 3. de historiis animalium proueniat ex mala dispositione sãguinis, & in 3. de partibus animalium contigisse narrat, quibus ĩã propter laxum fluxumque corpus: imo, quia Christum non decuit ægritudo aliqua. cũ, quia operationes ipsius Christi statim subsecutæ assistantur sanguini, & non ægritudini: nam statim surgẽs ab orationes, vt Lucas ait, venit ad discipulos vt prius, & allocutus eos de vigilia, &c. monstrauit se non mutatum a tanto decursu sudoris sanguinei, ve immutari debuisset, si ægritudinis sudor fuisset. Ille, inquã, sudor sanguineus fuit humor sanguineus adhuc crudus, hoc est, nõ redactus adhuc perfecte in sanguinẽ qui pars est humanis, & huiusmodi crudus humor vocatur sanguis nutrimẽtalis. Et quoniam, vt euangelista testatur, tanta fuit eius quantitas, vt decurreret

300 Inf. q. 55. ar. 6. ad 4. Et quo. 5. q. 3. art. 1. Et opu. 3. c. 245.

10

20

30

40

50

60

70

80

Universidad de Deusto
Biblioteca

etiam in corporibus cælestibus: nō eiusdem tamen rationis cum densitate inferiorum: est enim stella dentibus pars sui orbis: nihil tamen est commune vniuocum corruptibili & incorruptibili corpori. Vnde cælum resisteret tactui, si quis ad orbem lunæ pertransire vellet ibi existens: non tamen sentiret tactu densitas eius: sed tantum tactui resisteret pars minus densa, quam pars minus densa. Et propterea in litera dicitur, quòd corpus ratione suæ spissitudinis palpabile, est naturaliter corruptibile.

*Materiā de doctib. vr respicere, q̄ non cōpleuit.

†Epi. 56. ante medium t. 2.

*hom. 26. in euang. nō remote a prin.

†lib. 13. c. 22. circa fi. to. 5.

*Beda c. 97. & 6 vl. in Lu. sup illud: Habetis aliq̄d vt mādūcetur?

¶ *Super quæstionis quinquagesimæ quartæ, Articulum quartum.*

TIculus, prout communiter in ecclesia cicatrices Christi intelliguntur, scilicet vt cum foraminibus sumuntur.

¶In corpore vnica conclusio: Conuenit animæ Christi reassumere corpus cum cicatricibus. Probatur quinque rationibus, quæ patent in litera.

¶Vbi aduerte, q̄ Auctor August. sequens rationem cicatricum Christi non ex parte corporis, sed animæ reddit: quoniam non ad pulchritudinem corporis, sed animæ spectat. Vt enim in responsione ad secundum dicitur, apertura illa vulnerum recompensatur per maiorem decorē, in quo monstratur, quòd ex parte corporis recompensatione eget. Reliqua clara sunt in litera.

702 3. dist. 21. q. 2. art. 4. q. 3. Et op. 3. c. 245. Et op. 60. ca. 22.

Ar. 1. huius. quæst.

*li. 4. c. 19 paulo ante finem.

dit, non quidem naturam cælestis corporis, vt quidam dicunt, de quo infra* magis inquiretur, sed gloriam redundantem ab anima beata, quia vt Augu. † dicit in Epistola ad Dioscorum, Tam potenti natura Deus fecit animam, vt ex eius plenissima beatitudine, redundet in corpus plenitudo sanitatis, idest, incorruptionis vigor: & ideo sicut Greg.* dicit ibidem, ostenditur corpus Christi post resurrectionem fuisse eiusdem naturæ, sed alterius gloriæ.

¶Ad tertium dicendum, quòd sicut Augustin. † dicit 13. de ciuita. Dei. Saluator noster post resurrectionem, iam quidem in spirituali carne, sed tamen vera, cibum & potum, cum discipulis sumpsit non alimentorum indigentia, sed ea, qua hoc poterat potestate. vt enim Beda * dicit super Lucam, aliter absorbet aquam terra sitiens, aliter solis radius calens, illa indigentia, iste potentia. Manducauit ergo post resurrectionem, non quasi cibo indigens, sed vt eo modo naturam corporis resurgentis astrueret: & propter hoc non sequitur, quòd fuerit eius corpus animale, quod est indigens cibo.

Articvlvs IIII.

Vtrum corpus Christi debuerit cum cicatricibus resurgere.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd corpus Christi non debuerit cum cicatricibus resurgere. Dicitur enim 1. ad Cor. 15 quòd mortui resurgent incorrupti: sed & cicatrices & vulnera ad quandam corruptionem pertinent & defectum. non ergo fuit conueniens, vt Christus, qui est resurrectionis actor, cum cicatricibus resurgeret.

¶2 Præterea. Corpus Christi integrum resurrexit, sicut dictum est: * sed aperturæ vulnerum contrariantur integritati corporis: quia per eas discontinuatur corpus. non ergo videtur fuisse conueniens, quòd in corpore Christi aperturæ vulnerum remanerent, etsi remanerent ibi quædam vulnerum insignia, quæ sufficiebant ad aspectum ad quem Thomas credidit, cui dictum est, Quia vidisti me Thoma credidisti.

¶3 Præterea. Damasc. dicit in 4. lib. q̄ post resurrectionē de Christo dicuntur quædam verè, quæ non habuit secundum naturam, sed secundum dispensationem, ad certificandum, quòd ipsum quod passum est corpus resurrexit, vt cicatrices. Cessante autem causa, cessat effectus. ergo videtur q̄ certificatis discipulis de sua resurrectione cicatrices vlterius non habuerit: sed non conueniebat immutabilitati gloriæ q̄liquid assumeret, quod perpetuo in eo non remaneret. ergo videtur q̄ non debuerit corpus cum cicatricibus in resurrectione resumere.

¶Sed contra est, q̄ Dominus dicit Thomæ Ioan. 20. Infer digitum tuum huc, & vide manus meas, & affer manum tuam, & mitte in latus meum, & noli esse incredulus sed fidelis.

¶Respon. dicendum, q̄ conueniens fuit animam Christi in resurrectione corpus cum cicatricibus resumere. Primo quidem, propter gloriam ipsius Christi: dicit enim Beda super* Lucam, q̄ non ex impotentia curandi cicatrices seruauit, sed vt in perpetuum victoriæ suæ circumferat triumphum. vnde, & Aug. dicit in 22.* de ciui. Dei, q̄ fortasis in illo regno in corporibus martyrum videbimus vulnerum cicatrices, quæ pro Christi nomine pertulerunt: non enim deformitas in eis, sed dignitas erit, & quædam, quàmuis in corpore, non corporis, sed virtutis pulchritudo fulgebit. Secundo, ad confirmandum corda discipulorum circa fidem suæ resurrectionis. Tertio, vt patri pro nobis supplicans, quale genus morus pro hominē pertulerit, semper ostendat. Quarto, vt suo morte redemptis, quàm misericorditer sint adiuti, proposito eiusdem mortis indicijs, insinuet. Postremo, vt in iudicio quā iustè damnentur, ibidem denuntiet. vnde sicut Aug. dicit in lib. 2. de symbolo cap. 8. Sciebat Christus quare cicatrices in suo corpore seruaret: sicut enim demonstrauit Thomæ non credenti nisi tangeret & videret, ita etiam inimicis vulnera demonstraturus est sua, vt conuinceus eos veritas dicat: Ecce hominem quem crucifixistis, videtis vulnera quæ infixistis, agnoscitis latus quod pupugistis: quoniam per vos & propter vos apertum est, nec tamen intrare voluistis.

Sup illud Luc. obtulit eis ma nus e. 97. in Luc. & 6 vltimo. † li. 22. ca. 20. circa pri. to. 5.

¶Ad primvm ergo dicendum, quòd cicatrices illæ, quæ in corpore Christi permanserūt, non pertinent ad corruptionem vel defectum: sed ad maiorem cumulum gloriæ, inquantum sunt quædam virtutis insignia, & in illis locis vulnerum, quidam specialis decor apparebit.

¶Ad secundum dicendum, quòd illa appertura vulnerum, quàmuis sit cum quadam solutione continuitatis, totum tamen hoc recompensatur per maiorem decorem gloriæ, vt corpus non sit minus integrum, sed magis perfectum: Thomas autem non solum vidit, sed etiam vulnera tetigit: quia, vt dicit Leo Papa, sufficit sibi ad fidem propriam, vidisse quod viderat, sed nobis operatus est, vt tangeret quem videbat.

¶Ad tertium dicendum, quòd Christus in suo corpore voluit cicatrices vulnerum remanere, non solum ad certificandum discipulorum fidē, sed etiam propter alias rationes. Ex quibus apparet, q̄ semper in eius copore cicatrices illæ remanebunt: quia, vt Aug.* dicit ad Consentium, de resurrectione carnis, dñi corpus in cælo esse credo, vt erat quando ascendit in cælum.

Et Gregor. † 14. Moral. dicit. Quòd si quid in corpore Christi post resurrectionem potuit immutari, contra veridicam Pauli sententiam, post resurrectionem Dominus redijt in mortem, quod quis dicere vel stultus præsumat, nisi qui verā carnis resurrectionem denegat? Vñ patet q̄ cicatrices, quas Christus post resurrectionē in suo corpore ostendit, nunquàm postmodum ab illo corpore sunt remotæ.

*Aug epi. 146. prope fi. to. 2. † lib. 14. moc. c. 31. a med.

¶Super

¶ *Super quæstio. LV. art. primum.*

TIculus de manifestatione, facta Christi discipulis quæritur, an talis manifestatio debuerit fieri omnibus publice, sicut publice manifestata est passio.

¶In corpore primo ponitur vna distinctio bimembris, scilicet eorū quæ cognoscunt, quædam communi lege, quædam solo gratiæ munere sūt cognoscibilia. Deinde ponitur conclusio responsiua: Christi resurrectio non debuit omni populo manifestari, sed quibusdam, per quos ab alijs crederetur. Probatur: quia Christus resurrexit ad vitā gloriosam. ergo, &c. Consequentia probatur ex differentia inter dicta duo genera cognoscibilium cōsistente in hoc, quòd primum genus exponitur cognoscendum omnibus: secundum autem secundum legem diuinam gradatim per quosdam ad alios deriuatur: cōstat autem vitam gloriosam sub secundo genere contineri, & clare patent omnia in litera.

302' Sup q. 36 art. 2 cor. Et op. 3. c. 245. Et 1. Cor. 15.

*ep. 104 in Io. circa fi. to. 9.

QVAEST. LV.

De manifestatione resurrectionis, in sex articulos diuisa.

DEINDE considerandum est, de manifestatione resurrectionis Christi.

Et circa hoc quæruntur sex.

¶Primo, Vtrum Christi resurrectio omnibus manifestari debuerit, an solum quibusdam specialiter personis.

¶Secundo, Vtrum fuisset conueniens, quòd eis videntibus resurgeret.

¶Tertio, Vtrum post resurrectionem debuerit cum suis discipulis conuersari.

¶Quarto, Vtrum fuerit conueniens, quòd suis discipulis in alienā effigie appareret.

¶Quinto, Vtrum resurrectionem suam argumentis manifestare debuerit.

¶Sexto, De sufficientia illorum argumentorum.

Articvlvs I.

Vtrum resurrectio Christi debuerit omnibus manifestari.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd resurrectio Christi debuerit omnibus manifestari. Sicut n. publico peccato debet pœna publica, secundum illud 1. ad Timoth. 5. Peccantes coram omnibus argue, ita merito publico debetur præmium publicum: sed claritas resurrectionis est præmium humilitatis passionis, vt Augu. dicit super Ioan. * cum ergo passio Christi fuerit omnibus manifestata, eo publicè patiente, videtur quòd gloria resurrectionis ipsius omnibus manifestari debuerit.

¶2 Præt. Sicut passio Christi ordinatur ad nostram salutem, ita & eius resurrectio, secundum illud Ro. 4. Resurrexit propter iustificationem nostram: sed illud quod ad communem vtilitatem pertinet, omnibus debet manifestari. ergo resurrectio Christi omnibus debuit manifestari, & non specialiter quibusdam.

¶3 Præt. illi, quibus manifestata est resurrectio Christi, fuerunt resurrectionis testes: vnde dicitur Act. 4. Quem Deus suscitauit à mortuis, cuius nos testes sumus: hoc autem testimonium ferebant publicè prædicando: quod quidem non conuenit mulieribus, secundum illud 1. ad Corinth. 14. Mulieres in ecclesijs taceant, & 1. ad Timoth. 2. Docere mulieri non permitto. ergo videtur quòd inconueniēter resurrectio Christi manifestata fuerit primo mulieribus, quàm omnibus communiter.

¶Sed contra est, q̄ dicitur Act. 10. Quem Deus suscitauit tertia die, & dedit eum manifestum fieri non omni populo, sed testibus præordinatis à Deo.

¶Respondeo. Dicendum, quòd eorum, quæ cognoscuntur, quædam cognoscuntur communi lege naturæ, quædam autem cognoscuntur ex speciali munere gratiæ, sicut ea, quæ diuinitus reuelantur: quorum quidem, vt Dionys. dicit in lib. cælest. hier.* hæc est lex diuinitus instituta, vt à Deo immediate superioribus reuelentur, quibus mediantibus deferantur ad inferiores, sicut patet in ordinatione cęlestium spirituum: ea verò, quæ pertinent ad futuram gloriam, communem hominum cognitionem excedunt, secundum illud Isa. 64. Oculus non vidit Deus absque te, quæ præparasti diligentibus te: & ideo eiusmodi ab homine non cognoscuntur, nisi diuinitus reuelata, sicut Apostolus dicit primæ ad Corinth. 2. Nobis reuelauit Deus per spiritum suum. Quia igitur Christus resurrexit gloriosa resurrectione, ideo eius resurrectio non omni populo manifestata est, sed quibusdam quorum testimonio deferretur in aliorum notitiam.

* c. 4. cæl. hier. a me dio illius.

¶Ad primum ergo dicendum, q̄ passio Christi peracta est in corpore adhuc habente naturam passibilem, quæ communi lege nota est omnibus: & ideo passio Christi omni populo immediatè manifestari potuit. Resurrectio autem Christi facta est per gloriam patris, vt Apost. dicit Rom. 6. & ideo immediatè manifestata est, non omnibus, sed quibusdam. Quòd autem publicè peccantibus pœna d publica imponitur, intelligendum est de pœna præsentis vitæ: & similiter publica merita publicè præmiari oportet, vt alij prouocentur: sed pœnæ & præmia futuræ vitæ non publicè omnibus manifestantur, sed specialiter illis, qui ad hoc præordinati sunt à Deo. D. 988.

¶Ad secundum dicendum, q̄ resurrectio Christi sicut est ad communem omnium salutem, ita in notitiam omnium peruenit: non quidem sic, q̄ immediate omnibus manifestaretur, sed quibusdam, per quorum testimonium deferretur ad omnes.

¶Ad tertium dicendum, quòd mulieri non permittitur publicè docere in ecclesia: permittitur autem ei priuatim aliquos domestica admonitione instruere. & ideo sicut Ambr. dicit super Luc.* Ad eos femina mittitur, qui domesti ei sunt non autem mittitur ad hoc, quòd resurrectionis testimonium ferat ad populum. Ideo autem primo mulieribus apparuit, vt mulier, quæ primo nuntium mortis ad hominem detulit, primo etiam vitam resurgentis Christi in gloria nuntiaret: vnde Cyrillus * dicit: Femina, quę quondam mortis fuit ministra, venerandum resurrectionis mysterium prima percipit, & nuntiat. adeptum est igitur fœmineum genus, & ignominiæ absolutionem, & maledictionis repudium. Similiter etiam per hoc ostenditur, quòd quantum ad statum gloriæ pertinet, nullum detrimentum patietur d fœmineus sexus: sed si maiori charitate feruebunt, maiori etiam gloria ex visione diuina patientur, eo quòd mulieres quæ Dominum arctius amauerunt, intantum, vt ab eius sepulchro discipulis etiam recedentibus non recederent, primo viderunt Dominum in gloria resurgentem.

*ei vt. in Luc. non multū an te mediū, to. 5.

* li. 12. in Io. c. 51. sa per illud, vade ad fratres tuos. & dic eis. D. 175.

Articvlvs II.

Vtrum fuisset conueniens, quòd discipuli viderent Christum resurgere.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur conueniens fuisse, quòd discipuli viderent Christum resurgere. Ad discipulos enim pertinebat resurrectionem Christi testificari, secundum illud Act. 4. Virtute magna reddebant Apostoli testimonium

TIculus clarus est.

¶In corpore vnica est conclusio: Resurrectio Christi non debuit ab hominibus immediate videri, sed eis ab angelis nuntiari.

302

¶Super quæstionis quinquagesimæ quintæ, Art. secundum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tiari. Probatur: Ordo diuinitus instítutus exigit, vt ea, quæ sunt supra homines cognoscibilia, hominibus per angelos reuelentur, vt patet ex Dionys. sed resurrectio Christi est huiusmodi, ergo. Et confirmatur auctoritate Hilarii.

¶ In responsione ad secundum adde, quòd ascensio Christi quantum ad terminum ad quem excedentem cognitionem humanam: manifestata est discipulis ab angelis, dicentibus, Hic Christus qui assumptus est a vobis in cælum.

nium resurrectionis IESV Christi Domini nostri: sed certissimum est testimonium de visu. ergo conueniens fuisset, vt ipsam resurrectionem Christi viderent.

¶ 2 Præterea. Ad certitudinem fidei habendam discipuli ascensionem Christi viderunt, secundum illud Act. 1. Videntibus illis, eleuatus est: sed similiter oportet de resurrectione Christi certam fidem habere. ergo videtur q̃ discipulis videntibus, debuerit Christus resurgere.

¶ 3 Præterea. Resurrectio Lazari, quoddam indicium fuit futuræ resurrectionis Christi: sed discipulis videntibus, Dominus Lazarum suscitauit. ergo videtur quòd etiam Christus resurgere debuerit, discipulis videntibus.

¶ SED CONTRA est, quòd dicitur Mar. vlt. resurgens Dominus mane prima sabbathi, apparuit primo Mariæ Magdalenæ: sed Maria Magdalena non vidit eum resurgere: sed cum eum quæreret in sepulchro audiuit ab angelo, Surrexit, non est hic. ergo nullus vidit eum resurgere.

¶ Respon. Dicendum, q̃ sicut dicit A post. Ro. 13. quæ à Deo sunt ordinata sunt: est aũt hic ordo diuinitus institutus, vt ea, quæ supra hoẽs sunt, sunt hominib. per angelos reuelent, v patet per Dion. * 4. c. cæl. hier. Christus aũt resurgens non rediit ad vitam communiter huminib. notam, sed ad vitam quandam immortalem & Deo conformem, secundum illud Rom. 6. Quòd enim viuit, viuit Deo: & ideo ipsa Christi resurrectio non debuit immediatè ab hominibus videri, sed eis ab angelis nuntiari. vnde Hilarius dicit super Matth. † q̃ ideo angelus prior resurrectionis est index, vt quodam famulatu paternæ voluntatis resurrectio nuntiaretur.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ Apostoli potuerunt testificari Christi resurrectionem, etiam de visu: quia Christum post resurrectionem viuentem, oculata fide viderunt, quem mortuum sciuerant: sed sicut ad visionem beatã peruenitur per auditum fidei, ita ad visionem Christi resurgentis, peruenerunt homines per ea, quæ prius ab angelis audierunt.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ ascensio Christi quantum ad terminum à quo, non transcendebat hominum communem notitiam: sed solum quantum ad terminum ad quem: & ideo discipuli potuerunt videre ascensionem Christi, quantum ad terminum à quo, ideſt, secundum q̃ eleuabatur à terra: non autem viderunt ipsam, quantum ad terminum ad quem, quia non viderunt quomodo reciperetur in cælo: sed resurrectio Christi transcendebat communem notitiam, & quantum ad terminum a quo, secundum quòd anima redijt ab inferis, & corpus de sepulchro clauso exiuit, & quantum ad terminum ad quem, secundum quòd est adeptus vitam gloriosam: & ideo non debuit resurrectio fieri sic, quòd ab homine videretur.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ Lazarus resuscitatus est, vt rediret ad vitam, quam prius habuerat, quæ eõem notitiã hominum non transcendit: & ideo non est similis ratio.

* c. 4. 3 medio.

* c. vlt. in Mat. circa finem illius.

304 3. dist. 21. q. 2. art. 3. cor. & dist. 22. q. 3. ar. 2. q. 3. cor. Et Ioan. 20. lect. 6. prin. & c. 21. princ.

¶ *Super quæstio. LV. Art. tertium.*

ARTICVLVS III.

Vtrum Christus post resurrectionem debuerit continue cum discipulis conuersari.

TIrulus clarus.

¶ In corpore AD tertium sic proceditur. Videtur q̃ Christus post resurrectionem debuerit continuè cum discipulis conuersari. Ad hoc enim discipulis post resurrectionem apparuit, vt eos de fide resurrectionis certificaret, & consolationem perturbatis afferret, secundum illud Io. 20. Gauisi sunt discipuli viso Domino: sed magis fuissent certificati & consolati, si eis continuè suam præsentiam exhibuisset. ergo vt, q̃ continuè cum eis debuerit conuersari.

¶ 2 Præt. Christus resurgens à mortuis, non statim ascendit in cælum, sed post dies quadraginta, vt habetur Act. 1. Illo autem tempore intermedio, in nullo alio loco potuit conuenientius esse, quàm vbi discipuli eius erant pariter congregati. ergo videtur q̃ continuè cum eis conuersari debuerit.

¶ 3 Præt. Ipso die resurrectionis dominicæ, quinquies Christus apparuisse legitur, vt Aug.* dicit in lib. de consen su euangelistarum. Primo quidem mulieribus ad monumentum. Secundo, eisdem egredientibus a monumento in itinere. Tertio, Petro. Quarto, duobus discipulis euntibus in castellum. Quinto, pluribus in Hierusalem, vbi nõ erat Thomas. ergo etiam videtur q̃ & alijs diebus ante suam ascensionem, ad minus pluries debuerit apparere.

¶ 4 Præt. Dominus ante passionem eis dixerat Mat. 26. Postquàm resurrexero, præcedam vos in Galilæam, quod etiam angelus & ipsemet Dominus post resurrectionem mulieribus dixit: & tamen antea in Hierusalem ab eis visus est, & ipso die resurrectionis, ut dictum est, † & etiam die octauo, vt legitur Io. 20. non ergo videtur, q̃ conuenienti modo post resurrectionem cum discipulis fuerit conuersatus.

¶ Sed contra est, q̃ Ioan. 20. dicitur, q̃ post dies octo, Christus discipulis apparuit. non ergo continuè conuersabatur cum eis.

¶ Respon. dicendum, q̃ circa resurrectionem Christi duo erant discipulis declaranda, scilicet ipsa veritas resurrectioni, & gloria resurgentis. Ad veritatem resurrectionis manifestandum, sufficit q̃ pluries eis apparuit, & cum eis familiariter est locutus, & comedit & bibit, & se eis palpandum præbuit. Ad gloriam autem resurgentis manifestandã, noluit continue conuersari cum eis, sicut prius fecerat, ne videretur ad talem vitam resurrexisse, qualem prius habuerat. vnde Luc. vlt. dicit eis, Hęc sunt verba, quę locutus sum ad vos, cum adhuc essem vobiscum: tunc quidem erat cum eis præsentia corporali, sed ante cum eis fuerat, non solum corporali præsentia, sed etiam per similitudinem mortalitatis. vnde Beda * prædicta verba exponens dicit, Cum adhuc essem vobiscum, ideſt, cum adhuc essem in carne mortali, in qua estis & vos: tunc quidem in eadem carne resuscitatus erat, sed cum illis in eadem mortalitate non erat.

¶ Ad primum ergo dicendum, q̃ frequens Christi apparitio sufficiebat ad certificandum discipulos de veritate resurrectionis: conuersatio autem continua eos potuisset ducere in errorem, vt ad similem vitam eum resurrexisse crederent, quam prius habuerat: consolationem autem do continua sui præsentia eis in alia vita repromisit, secundum illud Ioan. 16. Iterum videbo vos, & gaudebit cor vestrum, & gaudium vestrum nemo tollet à vobis.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ Christus non ideo non continuè conuersabatur cum discipulis, quia reputaret se alibi conuenientius esse, sed quia hoc discipulis instruendis conuenientius iudicabat, si non continuè conuersaretur cum eis ratione prædicta. Incognitum q̃ autem est quia vna cõclusio: Christus post resurrectionem non debuit continue cũ discipulis conuersari. Probat: Duo erant discipulis declaranda, ſ. veritas resurrectionis & gloria resurgentis. sed prima non exigebat continuam conuersationem: secũdæ autem nocere poterat continua cõuersatio. ergo. Minor declaratur in litera quo ad singulas partes. Et confirmat auctoritate verbi Christi in euãgelio, & expositionis Bedæ, quæ ad hoc tẽdunt, vt mõstrent q̃ continua conuersatio cũ discipulis, erat de pertinentib ad vitam mortalẽ: hoc n. significat Christus dicens, Cum adhuc essem vobiscum.

* Aug. de cons. Euã. lib. 3. c. vltimo & lib. 4. c.

* epist. Euã. cit. vbi non inuenitur.

quibus in locis intermedio tempore corporaliter esset: cum hoc scriptura non tradat, & in omni loco sit dominatio eius.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ ideo prima die frequentius apparuit: quia per plura indicia erant admonendi, vt à principio fidem resurrectionis reciperent. Postquàm autem iam eam receperant, non oportebat eos iam certificatos, tam frequentibus apparitionibus instrui. vnde in euangelio non legitur, q̃ post primum diem eis apparuerit nisi quinquies: vt. n. Aug. † dicit in lib. de cõsensu euangelistarum, post primas quinq; apparitiones, sexto, eis apparuit, vbi vidit eum Thomas, septimo, ad mare Tyberiadis in captione piscium, octauo, in monte Galilææ, secundum Matt. nono, q̃ dicit Mar. Nouissimè recumbentibus: quia iam non erant in terra cum illo conuiaturi, decimo, in ipso die ascensionis, non iam in terra: sed eleuatus in nube, cum in cælum ascenderet: sed nõ omnia scripta sunt, sicut Ioan. fatetur. Crebra. n. erat eius cum eis conuersatio, priusquàm ascendisceet in cælum, & hoc ad consolationem ipsorum. vnde & 1. ad Corin. 15. dicitur, q̃ visus est plusquàm quinquentis fratrib. simul, deinde visus est Iacobo, de quibus apparitionibus in euangelio non habetur mentio.

* li. 3 ante fin. lib. to. 4.

¶ Ad quartum dicendum, q̃ sicut Chrys. † dicit, exponens illud, quod dicitur Matth. 16. Postquàm resurrexero, præcedam vos in Galilæam. Nõ, inquit, in longinqua quandam regionẽ, vt eis appareat, vadit: sed in ipsa gente & in ipsis ferè regionibus, in quibus cum eo plurimũ fuerant conuersati: vt & hinc crederent, quoniam qui crucifixus est, ipse est & qui resurrexit: propter hoc etiam in Galilæam se ire dicit, vt à timore iudeorum liberarentur. Sic ergo, vt Ambro. * dicit super Luc. Dominus mandauerat discipulis, vt in Galilæa eum viderẽt: sed illis ob metum intra conclaue residentibus, ipse primum se obtulit (nec hoc est promissi transgressio, sed potius festinata ex benignitate impletio) postea verò confirmatis animis, illi Galilæam petierunt. ¶ Vel nihil obstat, si dicamus pauciores intra conclaue, & complures in monte fuisse: vt. n. Eusebius dicit, duo euangelistæ, s. Lucas & Ioannes solis vndecim hunc scribunt apparisse in Hierusalem: cæteri verò duo in Galilæam properare, non solis vndecim, sed vniuersis discipulis & fratribus dixerunt angelum & Saluatorem iussisse: de quibus & Paulus meminit dicens, Deinde apparuit plusquàm quingentis fratribus simul. Est autem verior solutio, q̃ prius in Hierusalem latitantibus semel aut bis visus est, ad eorum consolationem: in Galilæa verò non clàm, aut semel, aut bis: sed cum multa potestate ostensionem sui fecit, præbens se eis viuentem, post passionem in signis multis, vt Lucas testatur in Actibus. Vel, sicut dicit Aug. † in lib. de consensu euangelistarum, q̃ ab angelo & Domino dictũ est, q̃ præcederet eos in Galilæam, propheticè accipiendum est: in Galilæa. n. secundum transmigrationis significationem intelligendum occurrit, q̃ Christi gratia de populo Israel transmigratura erat ad gentes, quibus Apostoli prædicantes non crederentur, nisi eis ipse Dominus viam in cordibus hominum præpararet, & hoc intelligitur, Præcedet vos in Galilæam: secundum illud autem q̃ Galilæa interpretatur reuelatio, nõ iam in forma seruii intelligendus est, sed in illa in qua æqualis est patri, quam promisit dilectoribus suis, quos nos præcedens non deseruit.

* Hom. 83 in Matt. ante med. to. 2.

* Amb. in fine commẽtarij in Luc. to. 5.

* li. 3. non pcul ante fin. lib. to. 4.

¶ *Super quæstio. LV. Art. quartum.*

ARTICVLVS IIII.

Vtrum Christus debuerit discipulis in alia effigie apparere.

305 3. d. 21. q. 2. art. 4. q. 1. ad 3. Et op. 60. ca. 22. fi.

TIrulus clarus ex euangelio: in quo narratur Christus visus modo vt hortulanus: modo vt peregrinus.

¶ In corpore vnica conclusio: Christus quibusdam ad credendũ dispositis, conuenienter apparuit in sua effigie, quibusdam autem minus dispositis conuenienter apparuit in alia effigie. Probatur: Resurrectio Christi reuelanda erat hominibus secũdum modum, quo eis diuina reuelãtur, sed diuina diuersimode affectis, diuersimode reuelantur, quia bene dispositi percipiunt secundũ veritatem, & non bene dispositi percipiunt secundum quandam confusionem dubietatis seu erroris. ergo. Minor probatur: quia animalis homo non percipit ea quæ Dei sunt. Indispositio quorundam discipulorum probatur ex euangelio, Nos autem speràbamus &c. Et confirmatur ratio auctoritate Gregorii.

† li. 3. q. 1. litt. a. q. 1. 4 to. 4.

¶ In responsione ad secundum, aduerte q̃ duæ rationes hactenus allatæ sunt in litera circa erroneam visionẽ, qua Christus corporali visu non cognoscebatur in propria, quam retinebat, effigie. Altera affertur hic ex parte videntis, quæ tangitur ab euangelista, Oculi autem eorum tenebantur ne eum agnoscerẽt: & hæc attribuitur opinioni diaboli ab Augug. Altera est posita in quæstione præcedẽte art. 1. ad 2. & tenet se ex parte actionis obiecti: quia scilicet corpus gloriosum, eo quòd spirituale est, in potestate sua habet agere in visum secundũ aliquid sui, & secundũ aliquid non: puta immutare visum secũdum quædã lineamenta sua, & secundũ quędam non: & ministrer secundum quędam colorem & secundum quendam non, & sic facile apparet visui alia

Ex art. 1. & 2. huius q.

† Ho. 23. in euang. non pcul a prin.

* lib 2. c. vl. i prin. to. 4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

alia effigies corporis, in se tamen immutati. Et hæc causam rationabile est fuisse in errore Magdalenæ existimantis hortulanum, de qua nó est scripta causa, ex parte oculorum.

Inistamet solutione.

*li.3.c.26 aliquátulū a prin. to.4.

aliquantulum

ad sanctis viris, vel etiam ab ipso Domino figurato dicta sunt, mendacia de putabuntur: quia secundum vsitatum intellectum non consistit veritas in talibus dictis: sicut autem dicta, ita etiam finguntur facta sine mendacio ad aliquam rem significãdam, & ita factum est hic, ut dictum est.†

¶Ad secundum dicendum, quòd sicut Aug. dicit in lib. de consensu euan. *Dominus poterat transformare carnem suam, vt alia re vera esset effigies ab illa, quam solebant intueri: quandoquidem, & ante passionem suam transformatus est in monte, ut facies eius clarescret sicut sol: sed non ita nunc factum est. Non autem incongruenter accipimus hoc impedimentum in oculis eorum à Satana factum fuisse, ne agnoscerent vr Iesvs: vnde Luc. vlt. dicitur, quòd oculi eorum tenebantur, ne eum agnoscerent.

¶Ad tertium dicendum, quòd ratio illa sequeretur, si ab alienæ effigiei aspectu non fuissent reducti ad verè videndum Christi effigiem: sicut enim Augustin. dicit ibid. * Tantum* à Christo facta est permissio, vt scilicet prædicto modo oculi eorum tenerentur vsque ad sacramentum panis, vt vnitate corporis eius participata, remoueri intelligatur impedimentum inimici, ut Christus possit agnosci: vnde ibidem subditur, quòd aperti sunt oculi eorum, & cognouerunt eum: non quòd ante clausis oculis ambularent: sed inerat aliquid, quo non finerentur agnoscere quod videbant, quod scilicet caligo & aliquis humor efficere solet.

*li.3.c.25 in 2. pag. a prin.t.4. * alias tamen.

¶ *Super quæstionis quinquagesimæ-quintæ, Articulum quintum.*

306 3.d.21.q.2.ar.3.& 4.Et op.3.c.245. Et op.60.c.22.

ARTICVLVS V.

Vtrum Christus veritatem resurrectionis debuerit argumentis declarare.

*lib.1.de fi.c.5.nó procul a fine, to.2. *Ho.26 i Euang. in Princ. illius.

TItulus in principio corpotis a pipio Auctore declaratur.

¶In corpore, primo declaratur duplex acceptio argumenti, scilicet prout est ratio rei dubiæ faciens fidem, vel prout est sensibile signum ad manifestandam veritatem.

¶Secundo, respondetur quæsito, sumendo argumentũ primo mõ, duplici conclusione. Prima é: Christus non probauit discipulis resurrectionem suam per argumẽta. Secunda est, Christus probauit eis resurrectionem suam per argumentum tale (hoc est secũdum quid) s. per sacram scripturam. Prima conclusio probat, quia deerant principia argumẽti no ex discipulis, sed ex sanctis viris, vel etiam ab ipso Domino figurato dicta sunt, mendacia deputabuntur; quia secundum vsitatum intellectum non consistit veritas in talibus dictis: sicut autem dicta, ita etiam finguntur facta sine mendacio ad aliquam rem significãdam, & ita factum est hic, ut dictum est.†

¶Ad secundum dicendum, quòd sicut Aug. dicit in lib. de consensu euan. *Dominus poterat transformare carnem suam, vt alia re vera esset effigies ab illa, quam solebant intueri: quandoquidem, & ante passionem suam transformatus est in monte, ut facies eius clarescret sicut sol: sed non ita nunc factum est. Non autem incongruenter accipimus hoc impedimentum in oculis eorum à Satana factum fuisse, ne agnoscerent vr Iesvs: vnde Luc. vlt. dicitur, quòd oculi eorum tenebantur, ne eum agnoscerent.

¶Ad tertium dicendum, quòd ratio illa sequeretur, si ab alienæ effigiei aspectu non fuissent reducti ad verè videndum Christi effigiem: sicut enim Augustin. dicit ibid. * Tantum* à Christo facta est permissio, vt scilicet prædicto modo oculi eorum tenerentur vsque ad sacramentum panis, vt vnitate corporis eius participata, remoueri intelligatur impedimentum inimici, ut Christus possit agnosci: vnde ibidem subditur, quòd aperti sunt oculi eorum, & cognouerunt eum: non quòd ante clausis oculis ambularent: sed inerat aliquid, quo non finerentur agnoscere quod videbant, quod scilicet caligo & aliquis humor efficere solet.

*li.3.c.25 in 2. pag. a prin.t.4. * alias tamen.

ARTICVLVS V.

Vtrum Christus veritatem resurrectionis debuerit argumentis declarare.

AD quintum sic proceditur. Videtur q̃ Christus veritatem resurrectionis non debuerit argumentis declarare. Dicit enim Ambr.* Tolle argumenta vbi fides quæritur: sed circa resurrectionem Christi quæritur fides. nó ergo habent ibi locum argumenta.

¶2 Præt. Grego. dicit,† Fides nó habet meritum, cui humana ratio præbet experimentum: sed ad Christum non pertinebat meritum fidei euacuare. ergo ad eum non pertinebat resurrectionem per argumenta confirmare.

¶3 Præt. Christus in mundum venit, ut per eum homines beatitudinem adipiscantur. secundum illud Ioan. 10. Ego veni vt vitam habeant, & abundantius habeant: sed per huiusmodi ostensiones argumẽtorum videtur humanæ beatitudini impedimentum præstari: dicitur enim Ioan. 20. Beati qui non viderunt, & crediderunt. ergo videtur, q̃ Christus non debuerit per alia argumenta resurrectionem suam manifestare.

¶SED CONTRA est, quòd dicitur Actuum. 1. q̃ apparuit discipulis Christus per dies quadraginta in multis argumentis, loquens de regno Dei.

¶Respon. Dicendum, q̃ argumentum dicitur dupliciter. Quandoq; dicitur argumentum quæcumque ratio, rei dubiæ faciens fidem: quandoque autem dicitur argumentum aliquod sensibile signum, quod inducitur ad alicuius veritatis manifestationem: sicut ét Arist. * in libris suis aliquando vtitur nomine argumenti. Primo igitur modo accipiendo argumentum, Christus non probauit discipulis suam resurrectionem per argumenta, quia talis probatio argumentativa processisset ex aliquibus principijs, quæ si non essent nota discipulis, nihil per ea eis manifestaretur: quia ex ignotis nó potest aliquid fieri notum: si autem essent eis nota, non transcenderent rationem humanã, & ita non essent efficacia ad fidem resurrectionis astruendam, quæ rationem humanam excedit. Oportet enim principia ex eodem genere assumi, vt dicitur in primo Posteriorum. † Probauit autem eis resurrectionem suam per auctoritatem sacræ scripturæ (quę est fidei fundamentum) cum dixit, Oportet impleri omnia, quæ scripta sunt in lege & psalmis & prophetis de me, vt habetur Luc. vlt. Si autem accipiatur secundo modo argumentum, sic dicitur Christus suam resurrectionem argumentis declarasse, inquantum per quædam euidentia signa, se verè resurrexisse ostendit: vnde in græco, ubi nos habemus, in multis argumentis, loco argumenti, ponitur tecmirion, quod est signum euidens ad probandum: quę quidem signa resurrectionis Christus ostendit discipulis propter duo. primo quidem, quia non erãt corda eorum disposita, ad hoc q̃ de facili fidem resurrectionis acciperent, vnde ipse dicit eis Luc. vlt. O stulti & tardi corde ad credendum, & Mar. vltimo exprobrauit illis incredulitatem eorum & duritiam cordis. Secundo, vt per huiusmodi signa eis ostensa, efficacius eorum testimonium redderetur, secundum illud 1. Io. 1. Quod vidimus, & audiuimus, & manus nostræ contrectauerunt, hoc testamur.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ Amb. ibi loquitur de argumentis, secundum rationem humanam procedentibus, quæ inualida sunt ad ea, quæ sunt fidei ostenda, sicut ostensum est.†

¶Ad secundum dicendum, q̃ meritum fidei est ex hoc, q̃ homo ex mandato Dei credit quod non videt: vnde illa sola ratio meritum excludit, quæ facit videri per scientiam id, quod credendo proponitur, & talis est ratio demonstratiua. Huiusmodi autem rationes Christus non induxit ad resurrectionem suam declarandam.

¶Ad tertium dicendum, q̃ (sicut dictum est†) meritū beatitudinis, quod causat fides, non totaliter excluditur, nisi homo nollet credere, nisi ea quæ videt: sed qualiquis ea quę non videt, credat per aliqua signa visa, non totaliter fidem euacuat nec meritum eius: sicut & Thomas, cui dictum est, Quia vidisti me, credidisti, aliud vidit & aliud credidit: vidit vulnera, & credidit Deum. Est autem perfectioris fidei, qui non requirit huiusmodi auxilia ad credendum: vnde ad arguendum defectum fidei in quibusdam Dominus dicit Ioan. 4. Nisi signa & prodigia videritis, non creditis. Et secundum hoc potest intelligi, q̃ illi, qui sunt tam prompti animi, vt credant Deo etiam signis non visis, sint beati per comparationem ad illos, qui non credunt nisi talia uideant.

Locis supra art. 5. adducti.

In cor.

In solutione præt. ad 2.

†li.1.tex. 20.to.2.

†In Rber. ad Alexãdrum, c.4. a medio, to.6.

Tertia S. Tho. Y ¶Super

¶ *Super quæstionis quinquagesimæ-quintæ, Articulum sextum.*

ARTICVLVS VI.

Vtrum argumenta, quæ Christus induxit, sufficienter manifestauerint resurrectionem eius.

307 Locis supra art. 5. adducti.

TItulus clarus.

¶In corpore est vna conclusio respõsiua, quæsito. Vtraque manifestatio resurrectionis, scilicet p testimoniũ, & per argumẽtum, id est signum sensibile, fuit sufficiens in suo genere: hoc est altera in genere testimonii, altera in genere signi sensibilis.

¶Et intelligẽ sufficientiã ad cuiusdam certitudinem fidei, non certitudiné scientiæ. Manifestatur conclusio quo ad primam partem, primo de testimonio angelorum, secundo de testimonio scripturarum. Vbi quo ad testimoniũ angelorum, potest addere, quod in die Ascẽsionis angeli testimonium perhibuerunt resurrectioni Christi, annuntiando illius locum & secũdum aduẽtum ita testimonium angelorũ habemus non solum per mulieres, sed ad ipsos discipulos immediate. Secunda autem pars conclusionis declaratur quo ad duo ostensa: primo quo ad veram resurrectionem: secũdo quo ad gloriam illius satis ordinate in litera. In qua clara sunt omnia.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd argumenta quæ Christus induxit, non sufficienter manifestauerint veritatẽ resurrectionis eius. Nihil enim ostendit Christus discipulis post resurrectionem, quod etiam angeli hominibus apparentes, vel non ostenderint vel ostendere non potuerint: nam angeli frequenter in humana effigie se hominibus ostenderunt, & cum eis loquebantur, & conuersabantur, & comedebant, ac sic essent homines veri, sicut patet Genes. 18. de angelis, quos Abraham suscepit hospitio, & in libro Tobiæ, de angelo, qui eum duxit & reduxit: & tamen angeli non habent vera corpora naturaliter sibi vnita, quod requiritur ad resurrectionem. non ergo signa quæ Christus discipulis exhibuit, fuerunt sufficientia ad resurrectioné eius manifestandam.

¶2 Præt. Christus resurrexit resurrectione gloriosa, id est, habens simul humanam naturam cum gloria: sed quædam Christus ostendit discipulis, quę videntur esse contraria naturæ humanæ (sicut quòd ab oculis eorum euanuit, & quòd ad eos ianuis clausis intrauit) quædam autem videntur esse contraria gloriæ: puta quòd manducauit & bibit, & quòd habuit vulnerum cicatrices, ergo videtur quòd illa argumenta non fuerint sufficientia, neque conuenientia ad fidem resurrectionis ostendendam.

¶3 Præt. Corpus Christi non erat tale post resurrectionem, vt tangi deberet ab homine mortali, vnde & ipse dixit Magdalenæ Ioan. 20. Noli me tangere: nondum enim ascendi ad patrem meum. non ergo fuit conueniens, quòd ad manifestandam veritatem resurrectionis suæ, seipsum discipulis palpandum exhiberet.

¶4 Præt. Inter dotes glorificati corporis, præcipua videtur esse claritas, quam tamen in resurrectione nullo argumento ostendit. ergo videtur quòd insufficientia fuerint illa argumenta ad manifestandam qualitatem resurrectionis Christi.

Argumentum suppletum.

¶5 Præterea. * Angeli in testes resurrectionis inducti, ex ista dissonantia euangelistarum, insufficientes videntur. Nam apud Mat. Angelus super lapidem reuolutum, apud Marcum vero, intus angelus describitur visus à mulieribus ingressis monumentum. Et rursus ab istis vnus, à Ioanne duo sedentes, a Luca verò duo stantes describuntur. inconuenientia ergo videntur testimonia resurrectionis.

¶SED CONTRA est, quòd Christus, qui est Dei sapientia, suauiter & conuenienter disponit omnia, vt dicitur Sap. 8.

¶RESPON. Dicendum, quòd Christus resurrectionem suam dupliciter manifestauit, scilicet testimonio & argumento, siue signo, & vtraque manifestatio in suo genere fuit sufficiens. Est enim vsus duplici testimonio ad manifestandam suam resurrectionem discipulis: quorum neutrum potest refelli. Quorum primum est testimonium angelorum, qui mulieribus resurrectionem annuntiauerunt, vt patet per omnes euangelistas. Aliud autem est testimonium scripturarum, quas ipse proposuit ad ostensionem suæ resurrectionis, vt dicitur Lucæ. vltim. Argumenta etiam fuerunt sufficientia ad ostendendam veram resurrectionem, & gloriosam. Quòd autem fuerit vera resurrectio, ostendit vno modo, ex parte corporis. Circa quod, tria ostendit. Primo quidem, quòd esset corpus verum & solidum, non corpus phantasticum vel rarum, sicut est aër. Et hoc ostẽdit per hoc, quòd corpus suum palpabile præbuit: vndeipse dicit Luc. vltim. Palpate & videte, quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere. secundo ostendit quòd esset corpus humanum, ostendendo eis veram effigiem, quam oculis intuerentur. tertio ostendit eis, quòd esset idem numero corpus, quod prius habuerat, ostendendo eis vulnerum cicatrices: vnde vt legitur Luc. vltim. dixit eis. Videte manus meas & pedes meos, quia ego ipse sum. Alio modo, ostendit eis veritatem suæ resurrectionis ex parte animæ, iterato corpori vnitæ. Et hoc ostendit per opera triplicis vitæ. Primo quidem, per opus vitæ nutritiuæ, in hoc, quòd cum discipulis manducauit & bibit, vt legitur Luc. vlt. Secundo per opera vitæ sensitiuæ, in hoc quòd discipulis ad interrogata respondebat, & præsentes salutabat, in quo ostendebat se & videre, & audire. Tertio, per opera vitæ intellectiuæ, in hoc quòd eis loquebatur, & de scripturis differebat. Et ne quid deesset ad perfectionem manifestationis, ostendit etiam se habere diuinam naturam, per miraculum quod fecit in piscibus capiendis, & vlterius per hoc quòd eis videntibus ascendit in cælum: quia vt dicitur Ioan. 3. Nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælo, Filius hominis qui est in cælo. Gloriam etiam suæ resurrectionis ostendit discipulis, per hoc quòd ad eos ianuis clausis intrauit: secundum enim quòd Greg.* dicit in Hom. palpandam carnem Dominus præbuit, quam ianuis clausis introduxit, vt esse post resurrectionem ostenderet corpus suum, & eiusdem naturæ & alterius gloriæ: similiter etiam ad proprietatem gloriæ pertinebat, q̃ subdito ab oculis eorum euanuit, vt dicitur Lucæ vlt. quia per hoc ostendebatur, q̃ in potestate eius erat videri, & non videri: quod pertinet ad conditionem corporis glorioſi, vt supra* dictum est.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd licet singula argumentorum non sufficerent ad manifestandam perfectè Christi resurrectionem, tamen omnia simul accepta perfectè Christi resurrectionem manifestant: maximè propter scripturæ testimonium & angelorum dicta, & etiam ipsius Christi assertionem miraculis confirmatam: angeli autem apparentes nõ asserebant se homines esse: sicut asseruit Christus verè se hominem esse. Et tamen aliter Christus manducauit, & aliter angeli, nam quia corpora ab angelis assumpta, non erant corpora viua vel animata, non erat vera comestio, licet esset vera cibi contritio, & traiectio in interiorem partem corporis assumpti: vnde & angelus dixit Tobiæ 12. Cum essem vobiscum, videbar quidem vobiscum manducare & bibere, sed ego cibo inuisibili vtor. sed quia corpus Christi verè fuit animatum, vera fuit eius comestio, vt enim Aug. † dicit 13. de Ciui. Dei, non potestas, sed egestas edendi, corporibus resurgentium aufertur: vnde sicut Beda* dicit, Christus manducauit potestate, non egestate.

¶Ad secundum dicendum, quòd (sicut dictum est) argumenta quædam inducebantur à Christo ad probandam veritatem humanæ naturæ, quædam vero ad probandam gloriam resurgentis. Conditio autem natu-

Tertia S. Tho. Y 2 ræ hu-

*Homil. 26. in Euãgel. non remote a prin.

Q.54. ar. 1. ad 2. arg. & ar. 3. ad 1. arg.

*Lib. 3. c. 22. circa fi. tom. 5. *Cap. 97. in Luc. parum ante med. to. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ræ humanæ, secundum quòd in se consideratur (quantum, scilicet ad statum præsentem) contrariatur conditioni gloriæ, secundum illud 1.ad Corinthios. 15. Seminatur in infirmitate, surget in virtute. & ideo ea quæ inducuntur ad ostendendam conditionem gloriæ, videntur habere contrarietatem ad naturam, non simpliciter, sed secundum statum præsentem, & econuerso: vnde * Ho. 28. in Euang. pau. a pri. Gregor.* dicit in Homil. quòd duo mira & iuxta humanam rationem sibi valde contraria, Dominus ostendit, dum post resurrectionem corpus suum, & incorruptibile, & tamen palpabile demonstrauit.

¶ AD TERTIVM dicendum, quòd (sicut Augustinus.* dicit super Ioan.) hoc quod Dominus dixit, * Tract. 121. a medio illius tom. 9. Noli me tangere, nondum enim ascendi ad patrem meũ, sic dictum est vt in illa femina figuraretur ecclesia de gentibus, quæ in Christum non credidit, nisi cum ascendisset ad patrem: aut sic in se credi voluit Iesus, hoc est sic se spiritualiter tangi, quòd ipse & pater vnum sunt. Eius quippe intimis sensibus quodammodo ascendit ad patrem, qui sic in eo profecerit, vt patri agnoscat æqualem. Hæc autem carnaliter adhuc in cum credebat, quem sicut hominem flebat: quòd autem Maria alibi legitur Christum tetigisse, quando simul cum aliis mulieribus accesit, & tenuit pedes eius, quæstionem non facit, vt Seuerianus dicit: siquidem illud de figura est, hoc de sexu: illud de diuina gratia, hoc de humana natura: vel *Hom. 85 in Io. super illud, noli me tangere to. 3. sicut Chrysostо.* dicit, volebat hæc mulier adhuc cum Christo conuersari, sicut & ante passionem, & præ gaudio nihil magnum cogitabat: quamuis caro Christi multo melior facta fuerit resurgendo. Et ideo dixit: non dum ascendi ad patrem meum, quasi dicat, non æstimes me iam terrenam vitam agere: quòd enim in terris me vides, hoc est, quia nondum ascendi ad patrem meum, sed in promptu est q̃ ascendam: vnde subditur, Ascendo ad patrem meum, & patrem vestrum.

* In dial. 65. qu. q. 14. i prin. to. 4. ¶ AD QVARTVM dicendum, quòd sicut Augustinus. dicit in Dialog. ad Orosium, Clarificata carne Dominus resurrexit: sed non sic in ea clarificatione discipulis suis apparere, quia non possent oculis suis talem claritatem prospicere: si enim antequam moreretur pro nobis, & resurgeret, quando transfiguratus est in monte discipuli sui eum videre non potuerunt, quanto magis glorificata carne Domini, eum videre non potuerunt? Est etiam considerandum, quòd post resurrectionem Dominus hoc præcipuè volebat ostendere, quòd idem ipse esset, qui mortuus fuerat, quòd multum poterat impedire, si eis sui corporis claritatem ostenderet: nam immutatio quæ fit secundum aspectum, maximè ostendit diuersitatem eius, quod videtur: quia sensibilia communia (inter quæ est vnum & multa, vel idem & diuersum) maximè diiudicat visus: sed ante passionem, ne infirmitatem passionis eius discipuli despicerent: intendebat Christus eis gloriam maiestatis suæ ostendere, quam maximè demonstrat claritas corporis. Et ideo ante passionem, gloriam suam demonstrauit discipulis per claritatem, post resurrectionem autem per alia indicia.

*lib. 3. ca. 24. tom. 4. ¶ Ad quintum dicendum, quòd sicut Augustinus. † dicit in libro de Consensu Euangel. possumus intelligere vnum angelum visum à mulieribus, secundum Matthæ. & Mar. vt eas ingressas in monumentum accipiamus, in aliquod scilicet spatium, quod erat aliqua maceria communitum, atque ibi vidisse angelum * sedentem à dextris, quod dicit Marcus. Deinde dum introspicerent locum in quo iacuerat corpus Domini, visos ab eis alios duos angelos, primo quidem sedentes (vt dicit Ioan.) & postea eos surrexisse, vt stantes videntur, vt dicit Lucas.

*Supra lapidem reuolutũ. a monumẽto. sicut dicit Matt. vt hoc sit sedentem.

ARTIC. I.
QVAEST. LVI.

De resurrectionis Christi causalitate, in duos articulos diuisa.

¶ Super quæstionis quinquagesimæ sextæ, Art. I.

DEINDE considerandum est de causalitate resurrectionis Christi.

Et circa hoc quæruntur duo.

¶ Primo, Vtrum resurrectio Christi sit causa nostræ resurrectionis.

¶ Secundo, Vtrum resurrectio Christi sit causa nostræ iustificationis.

ARTICVLVS I.

Vtrum resurrectio Christi sit causa resurrectionis corporum.

AD primum sic proceditur. Videtur quòd resurrectio Christi non sit causa resurrectionis corporum. Posita enim causa sufficienti, necesse est effectum poni. si ergo resurrectio Christi est causa sufficiens resurrectionis corporum, statim eo resurgente omnes mortui resurgere debuerunt.

¶ 2 Præt. Causa resurrectionis mortuorum est diuina iustitia, vt scilicet corpora simul præmientur, vel puniantur cum animabus, sicut communicauerunt in merito vel peccato, vt dicit Diony. vlti. cap. Cæleſt. Hie. & etiam Damasc. dicit † in 3. lib. sed iustitiam Dei necesse esset impleri, etiam si Christus non resurrexisset, ergo etiam Christo non resurgente, mortui resurgerent. non ergo resurrectio Christi est causa resurrectionis corporum.

¶ 3 Præt. Si resurrectio Christi sit causa resurrectionis corporũ, aut esset causa exemplaris, aut causa effectiua, aut meritoria: sed non est causa exemplaris: quia resurrectionem corporum Deus operabitur, secundum illud Ioã. 5. sicut pater suscitat mortuos: Deus autem nõ indiget inspicere ad aliquod exemplar extra se. similiter etiam non est causa effectiua: quia causa efficiens non agit nisi per contactum vel spirituálem vel corporalem: manifestum est autem quòd resurrectio Christi non habet contactum corporalem ad mortuos, qui resurgent, propter distantiam temporis & loci: similiter etiam nec contactum spiritualem, qui est per fidem & charitatem, quia etiam infideles & peccatores resurgent. neque etiam est causa meritoria: quia Christus resurgens iam non erat viator, & ita non erat in statu merendi. & ita nullo modo resurrectio Christi videtur esse causa nostræ resurrectionis.

¶ 4 Præt. Cum mors sit priuatio vitæ, nihil videtur esse aliud destruere mortem, quàm reducere vitã, quod pertinet ad resurrectionem: sed Christus moriendo, mortem nostram destruxit. ergo mors Christi est causa nostræ resurrectionis. non ergo eius resurrectio

¶ Sed

¶ Sed contra est, q̃ super illud 1.ad Corin. 15. Si Christus prædicatur, q̃ resurrexit à mortuis, &c. dicit Gloss. Qui est causa sufficiens resurrectionis nostræ.

¶ Respond. Dicendum, q̃ illud, quod est primum in quolibet genere, est causa omnium, quæ sunt post, vt dicitur in 2. Metaphy. * Primum autem in genere nostræ resurrectionis fuit resurrectio Christi, sicut ex supradictis † patet: vnde oportet q̃ resurrectio Christi sit causa nostræ resurrectionis. & hoc est quod Apostо. dicit 1.ad Cor. 15. Christus resurrexit à mortuis primitiæ dormientium, quoniam quidem per hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorum: & hoc rationabiliter. nam principium humanæ viuificationis est verbũ Dei, de quo dicitur in Psal. 35. Apud te est fons vitæ: vnde & ipse dicit Ioan. 5. sicut pater suscitat mortuos & viuificat, sic & Filius quos vult viuificat. Habet autem hoc naturalis ordo rerum diuinitus institutus, vt quælibet causa primo operetur in id, quod est sibi propinquius, & per illud operetur in alia magis remota: sicut ignis primo calefacit aerem sibi propinquum, per quem calefacit corpora distantia, & ipse Deus primo illuminat substantias sibi ꝓpinquas, ꝑ quas illuminat magis remotas, vt Dion. * dicit 15. c. Cæl. Hier. & ideo verbum Dei primo tribuit vitam immortalẽ corpori sibi naturaliter vnito, & per ipsum operatur resurrectionem in omnibus aliis.

¶ Ad primum ergo dicendum, q̃ (sicut dictum est *) resurrectio Christi est causa nostræ resurrectionis per virtutem Verbi vniti, quod quidem operatur, secundum voluntatem. & ideo non oportet, q̃ statim sequatur effectus: sed secundum dispositionem verbi Dei, vt scilicet primo conformemur Christo patienti & morienti in hac vita passibili & mortali, deinde perueniamus ad * perfectionem similitudinem resurrectionis ipsius.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ iustitia Dei est causa prima resurrectionis nostræ: resurrectio autem Christi est causa secundaria & quasi instrumentalis. Licet autem virtus principalis agentis non determinetur ad hoc instrumentum determinatè: tamen ex quo per hoc instrumentum operatur, instrumentũ illud est causa efficiens. sic ergo diuina iustitia, quantum est de se, non est obligata ad resurrectionem nostram causandam per resurrectionem Christi: potuit enim alio modo nos Deus liberare, quàm per Christi passionem & resurrectionem, vt supra * dictum est. Ex quo tamen decreuit hoc modo nos liberare, manifestum est, q̃ resurrectio Christi est causa nostræ resurrectionis.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ resurrectio Christi nõ est, propriè loquendo causa meritoria nostræ resurrectionis: sed est causa efficiens & exemplaris. Efficiens quidem, inquantum humanitas Christi secundum quàm resurrexit, est quodammodo instrumentum diuinitatis ipsius, & operatur in virtute eius, vt supra dictum est. † Et ideo sicut alia, quæ Christus in sua humanitate fecit, vel passus est, virtute diuinitatis eius sunt nobis salutaria (vt supra dictum est *) ita & resurrectio Christi est causa efficiens nostræ resurrectionis virtute diuina: cuius propriũ est mortuos viuificare: quæ quidem virtus præsentialiter attingit omnia loca & tempora, & talis contactus virtualis sufficit ad rationem huius efficientiæ. Et quia (vt dictum est †) primordialis causa resurrectionis humanæ est diuina iustitia, ex qua Christus habet potestatem iudicium facere, inquantum filius hominis est, virtus effectiua resurrectionis eius se extendit, non solum ad bonos, sed etiam ad malos, qui sunt eius iudicio subiecti. Sicut autem resurrectio corporis Christi, ex eo quòd corpus illud est personaliter Verbo vnitum, est prima tempore, ita etiam est prima dignitate & perfectione, vt dicit gloss. 1. ad Cor. 15. Semper autem id, quod est perfectissimum, est exemplar eius quod est minus perfectum secundum suum modum, & ideo resurrectio Christi est causa exemplaris nostræ resurrectionis. Quod quidem necessarium est, non ex parte resuscitantis, qui non indiget exemplari, sed ex parte resuscitatorũ, quos oportet illi resurrectioni conformari, secundum illud Phil. 3. Reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratũ corpori claritatis suæ. Licet autem efficientia resurrectionis Christi se extendat ad resurrectionem tam bonorum quàm malorum: exemplaritas tamen eius se extendit propriè solum ad bonos, qui sunt facti conformes filiationis ipsius, vt dicitur Ro. 8.

M. 2. c6. 4. to. 3.

† Quæst. 53. arti. 3.

¶ Ad quartum dicendum, quòd secundum rationem efficientiæ, quæ dependet ex virtute diuina communiter, tam mors Christi, quàm etiam resurrectio, est causa tam destructionis mortis, quàm reparationis vitæ: sed secundum rationem exemplaritatis, mors Christi, per quam recessit à vita mortali, est causa destructionis mortis nostræ: resurrectio vero eius, per quam inchoauit vitam immortalem, est causa reputationis vitæ nostræ: passio tamen Christi est insuper causa meritoria, vt supra dictum est. * Q. 48. art. 1.

ARTICVLVS II.

Vtrum resurrectio Christi sit causa resurrectionis animarum.

¶ Super quæstio. quinquagesimæ sextæ, Articul. II.

AD secundum sic proceditur. Videtur q̃ resurrectio Christi non sit causa resurrectionis animarum. Dicit enim Aug. * super Ioan. q̃ corpora resurgunt per dispensationẽ humanam, sed animæ resurgunt per substantiam Dei: sed resurrectio Christi non pertinet ad substantiam Dei, sed ad dispensationem humanam. ergo resurrectio Christi, & si sit causa resurrectionis corporum, non tamen videtur esse causa resurrectionis animarum.

¶ 2 Præt. Corpus non agit in spiritum: sed resurrectio Christi pertinet ad corpus eius, quod cecidit per mortem. ergo resurrectio Christi non est causa resurrectionis animarum.

¶ 3 Præt. Quia resurrectio Christi est causa resurrectionis corporum omnium corpora resurgent, secundum illud 1.ad Corin. 15. Omnes quidem resurgemus: sed non omnium animæ resurgent: quia quidam ibunt in supplicium æternum, vt dicitur Matth. 25. ergo resurrectio Christi non est causa resurrectionis animarum.

Q. 13. art. 2 & 3. * q. 48. ar. 6.

¶ 4 Præt. Resurrectio animarum fit per remissionem peccatorũ: sed hoc factum est per Christi passionem, secundum illud Apoc. 1. Lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. ergo resurrectionis animarũ, magis est causa Christi, passio, quàm eius resurrectio.

In fol. præced. ad 2.

¶ Sed contra est, q̃ Apost. dicit Ro. 4. Resurrexit propter iustificationem nostrã: quæ nihil aliud est quàm resurrectio animarum. Et super illud Psal. 29. Ad vesperam demorabitur fletus, dicit glo. q̃ resurrectio Christi est causa resurrectionis nostræ & animæ in præsenti, & corporis in futuro.

¶ RESPONDEO Dicendum, q̃ (sicut dictum est *) resurrectio Christi agit in virtute diuinitatis, quæ qui-

¶ Secun-

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶Secunda conclusio est: Resurrectio Christi est cā exemplaris resurrectionis animarum. Probatur: Qa Christo resurgenti debemus etiam secundum animā eō formari. Et hoc declaratur auctoritate apostoli quo ad duo, scilicet ad vitatem vitæ, & quo ad vitatem vlterioris mortis. dem se extendit, non solum ad resurrectionem corporum, sed etiam ad resurrectionem animarum: à Deo enim est, & quòd anima viuat per gratiam, & quòd corpus viuat per animam. Et ideo resurrectio Christi habet instrumentaliter virtutem effectiuam, non solum respectu resurrectionis corporum, sed etiam respectu resurrectionis animarum: similiter etiam habet sationem exemplaritatis respectu resurrectionis animarum: quia Christo resurgenti debemus etiam secundum animam conformari, vt sicut, secundum Apostol. Roman. 6. Christus surrexit à mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus, & sicut ipse resurgens ex mortuis iam non moritur, ita & nos existimemus nos mortuos esse peccato, vt iterum viuamus in illo.

¶Ad primvm ergo dicendum, quòd Aug.* dicit resurrectionem animarum fieri per Dei substantiā, quantum ad participationem: quia scilicet participando diuinam bonitatem, animæ fiunt bonæ & iustæ, non autem participando quacunque creaturam: vnde cum dixisset,† Animæ resurgunt per substantiam Dei, subdit: participatione enim Dei fit anima beata, non participatione animæ sanctæ: sed participando gloriam corporis Christi, efficiuntur corpora nostra gloriosa.

¶Ad secvndvm dicendum, q̄ efficientia resurrectionis Christi pertingit ad animas, non per propriam virtutem ipsius corporis resurgentis: sed per virtutem diuinitatis, cui personaliter vnitur.

¶Ad tertivm dicendum, quòd resurrectio animarum pertinet ad meritum, quod est effectus iustificatoris: sed resurrectio corporum ordinatur ad pœnam vel præmium, quę sunt effectus iudicantis. Ad Christum autem non pertinet iustificare omnes, sed iudicare, & ideo omnes resuscitat secundum corpus, sed non omnes secundum animam.

¶Ad qvartvm dicendum, quòd in iustificatione animarum duo concurrunt, scilicet remissio culpæ, & nouitas vitæ per gratiam. Quantum ergo ad efficientiam, quæ est per virtutem diuinam, tam passio Christi quàm resurrectio est causa iustificationis quoad vtrumq;: sed quantum ad exemplaritatem propriè passio, & mors Christi, est causa remissionis culpæ, per quam morimur peccato; resurrectio autem Christi, est causa nouitatis vitæ, quæ est per gratiam siue iustitiam. Et ideo Apostol. dicit Roman. 4. quòd traditus est, scilicet in mortem, propter delicta nostra scilicet tollenda, & resurrexit propter iustificationem nostram: sed passio Christi est etiā causa meritoria, vt dictum est.*

Ar. præ, ad 3. arg.

QVAESTIO LVII.

De ascensione Christi, in sex articulos diuisa.



EINDE considerandum est de ascensione Christi.

Et circa hoc quęruntur sextum.

¶Primo, Vtrum fuerit cōueniens Christum ascendere
¶Secundo, Secundum quam naturam conueniat sibi ascensio.
¶Tertio, Vtrum propria virtute ascenderit.
¶Quarto, Vtrum ascenderit super omnes cælos corporeos.
¶Quinto, Vtrum ascenderit super omnes spirituales creaturas.
¶Sexto, De effectu ascensionis.

ARTIC. I.

Articvlvs I.

Vtrum fuerit conueniens, Christum ascendere.

¶Super quæstionis quinquagesimæ septimæ, Articulum primum.

AD primvm sic proceditur. Videtur quòd non fuerit cōueniens Christum ascendere. Dicit enim Philosophus * in 2. de Cæl. quòd illa quæ optimo modo se habent possident suū bonum sine moto: sed Christus optimè se habuit: quia & secundum diuinam naturam est summum bonum, & secundum humanam naturam, est summe glorificatus. ergo suum bonum habet sine motu: sed ascensio est quidam motus. ergo non fuit conueniens, q̄ Christus ascenderet.

3to 3. d. 22. q. 3. ar. 1. Et op. 3. cap. 247. Et op. 6 o. ca. 23. prin. * li. 2. con. 64. 65 66. tom. 2.

¶2 Præter. Omne quod mouetur, mouetur propter aliquid melius: sed Christo non fuit melius esse in cælo quàm in terra: nihil enim accreuit sibi per hoc, quòd fuit in cælo: neque quantum ad animam, neque quantum ad corpus. ergo videtur, quòd Christus non debuerit in cælum ascendere.

¶3 Præterea. Filius Dei humanam naturam assumpsit ad nostram salutem: sed magis fuisset salutare hominibus, quòd semper conuersaretur nobiscum in terris: vnde ipse dixit discipulis suis Luc. 17. Veniens dies, quādo desideretis videre vnum diem Filii hominis, & non videbitis. videtur ergo, q̄ non fuerit conueniens Christum ascendere in cælum.

*li. 14. ca. 3. a med.

¶4 Præt. Sicut Greg.* dicit 14. Moral. corpus Christi in nullo mutatum fuit post resurrectionem: sed non immediatè post resurrectionem ascendit in cælum: quia ipse dicit post resurrectionem Ioan. 20. Nondum ascendi ad patrem meum. ergo videtur q̄ nec post quadraginta dies ascendere debuerit.

¶Sed contra est, quòd Dominus dicit Ioan. 20. Ascendo ad patrem meum, & patrem vestrum.

¶Respondeo Dicendum, quòd locus debet esse proportionatus locato. Christus autem post resurrectionem, vitam immortalem & incorruptibilem inchoauit. Locus autem, in quo nos habitamus, est locus generationis & corruptionis: sed locus cælestis est locus incorruptionis, & ideo non fuit conueniens, quòd Christus post resurrectionem remaneret in terris, sed conueniens fuit, quòd ascenderet in cælum.

*Alias p.

¶Ad primvm ergo dicendum, quòd illud optimè se habens, quod sine motu possidet suum bonum, est ipse Deus: quia est omnino immutabilis, secundum illud Malach. 3. Ego Deus, & non mutor. Quælibet autem creatura est mutabilis, aliquo modo, vt patet per Augustin.* 8. super Genes. ad literam. Et quia natura assumpta à filio Dei, remansit creatura (vt patet ex his, quæ supra † dicta sunt) non est inconueniens, si ei aliquis motus attribuatur.

*li. 8. cap. 14. to. 3. † Q. 2. ar. 1.

¶Ad secvndvm dicendum, quòd per hoc, quòd Christus ascendit in cælum, nil ei accreuit, quantum ad ea quæ sunt de essentia gloriæ, siue secundum corpus, siue secundum animam, tamen accreuit ei aliquid quantum ad loci decentiam, quod est ad bene esse gloriæ: non quòd corpus eius aliquid, aut perfectionis aut conseruationis acquireret ex corpore cælesti: sed solummodo propter quandam decentiam: hoc autem aliquo modo pertinebat ad eius gloriam. Et de hac decentia gaudium quoddam habuit, non quidem, q̄ tunc de nouo de hoc gaudere inciperet, quando in cælum ascendit: sed quia nouo modo de hoc gauisus est, sicut de re impleta vnde super illud Psalm. 15. Delectationes in dextera tua vsque

vsque in finem, dicit gloss. Delectatio & lætitia erit mihi in conspectu tuo, humanis obtutibus subtracto.

¶Ad tertivm dicendum, quòd licet præsentia corporalis Christi fuerit subtracta fidelibus per ascensionem, præsentia tamen diuinitatis ipsius super adest fidelibus, secundum quòd ipse dicit Matthæ. vltimo, Ecce, ego vobiscum sum vsque ad consummationem sæculi. Qui.n. ascendit in cælos, non deserit adoptatos, vt Leo Papa dicit: sed ipsa ascensio Christi in cælum, qua corporalem suam præsentiam nobis subtraxit, magis fuit vtilis nobis, quàm præsentia corporalis fuisset. Primo quidem, propter fidei augmentum, quæ est de non visis: vnde ipse Dominus dicit discipulis suis Ioannes 16. quòd Spiritussanctus aduenies arguet mundum de iustitia, scilicet eorum qui credunt, vt Augustinus,* dicit super Ioannes Ipsa quippe fidelium comparatio infidelium est vituperatio: vnde subdit, quia ad patrem vado, & iam non videbitis me: beati enim qui non vident & credunt. Erit igitur vestra iustitia, de qua mundus arguetur, quoniam in me quem non videbitis credetis. secundo, ad spei subleuationem: vnde ipse dicit Ioannes 14. Si abiero, & præparauero vobis locum, iterum veniam & accipiam vos ad meipsum, vt vbi ego sum, & vos sitis. Per hoc enim, quòd Christus humanam naturam assumptam, in cælo collocauit, dedis nobis spem illuc perueniendi: quia vbi fuerit corpus, illuc congregabuntur & aquilæ: vt dicitur Matthæ. 24. vnde & Michææ. 2. dicitur, Ascendit pandens iter ante eos. tertio ad erigendum charitatis affectum in cælestia: vnde dicit Apostol. Coloss. 3. Quæ sursum sunt quærite, vbi Christus est in dextera Dei sedens: quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram: vt enim dicitur Matthæ. 6. Vbi est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum. Et quia Spiritussanctus est amor, nos in cælestia rapiens, ideo Dominus dicit discipulis Ioannes Expedit vobis vt ego vadam: si enim non abiero, paracletus non veniet ad vos: si autem abiero, mittam eum ad vos: quod exponens Augustinus,* super Ioan. dicit, Non potestis capere Spiritum, quandiu secundum carnem nosse persistitis Christum. Christo autem discedente corporaliter, non solum Spiritussanctus, sed & Pater, & Filius illis affuit spiritualiter.

*Trac. 97. in Io. ante medium. to. 9.

* Trac. 94. in Io. post med. to. 9.

¶Ad qvartvm dicendum, quòd licet Christo resurgenti in vitam immortalem congrueret locus cælestis: tamen ascensionem distulit, vt veritas resurrectionis comprobaretur: vnde dicitur Act. 1. quod post passionem suam præbuit seipsum viuum discipulis, in multis argumentis per dies quadraginta. Vnde dicit quædam gloss.* quòd quia per quadraginta horas mortuus fuerat quadraginta diebus se viuere confirmat. Vel per quadraginta dies tempus * præsentis sæculi, quo Christus in ecclesia conuersatur, potest intelligi: quia homo constat ex quatuor elementis, & eruditur contra transgressionem decalogi.

Alias typus.

Glo. ordinaria ibidem.

Articvlvs II.

Vtrum conueniat Christo ascendere in cælum secundum diuinam naturam.

¶Super quæstionis quinquagesimæ septimæ, Articulum secundum.

3to 3. dist. 22. q. 3. art. 1. ad 2. Et opus. 3. 6. 247.

AD secvndvm sic proceditur. Videtur quod ascendere in cælum conueniat Christo secundum diuinam naturam. Dicitur enim in Psalm. 46. Ascendit Deus in iubilatione, & Deuteron. 33. Ascensor cæli, auxiliator tuus: sed ista dicuntur de Deo etiam ante Christi incarnationem. ergo Christo conuenit ascendere in cælum, secundum q̄ Deus.

¶2 Preterea. Eiusdem est ascendere in cælum, cuius est descendere de cælo, secundum illud Ioannes 3. Nemo ascendit in cælum, nisi qui de cælo descendit, & Ephesi. 4. Qui descendit, ipse est, & qui ascendit: sed Christus descendit de cælo, non secundum quòd homo, sed secūdum quòd Deus: non enim humana eius natura ante in cælo fuerat, sed diuina. ergo videtur quòd Christus ascenderit in cælum, secundum q̄ Deus.

¶3 Preterea. Christus sua ascensione ascendit ad Patrem: sed ad patris æqualitatem non peruenit, secundum quòd homo, sic enim dicit, pater maior me est, vt habetur Ioan. 14. ergo videtur quod Christus ascendit secundum q̄ Deus.

¶Sed contra est, quòd Ehp. 4. super illud, q̄ autem ascendit, quid est nisi quia & descendit, dicit gl.* Constat q̄ secundum humanitatem Christus descendit & ascendit.

Et gl. interlinearia.

¶Respondeo Dicendum, q̄ ly secundum, duo potest notare, scilicet conditionem ascendentis, & causam ascensionis. Et si quidem designat conditionem ascendentis, tunc ascendere non potest conuenire Christo secundum conditionem diuinę naturę, tum, quia nihil est diuinitate altius, quo possit ascendere: tum etiam quia ascensio est motus localis, qui diuinæ naturę non competit, quæ est immobilis, & inlocalis: sed per hunc modum ascensio competit Christo secundum humanam naturam, quę continetur loco, & motui subiici potest: vnde sub hoc sensu poterimus dicere, q̄ Christus ascendit in cælum secūdum q̄ homo, non secundum q̄ Deus: si vero ly secundum q̄, designet causam ascensionis, cum Christus ex virtute diuinitatis in cælum ascenderit, non autem ex virtute humanę naturę, dicendum est q̄ Christus ascendit in cælum, non secundum q̄ homo, sed secundum q̄ Deus: vnde August.† dicit in sermon. de Ascensione, De nostro fuit, q̄ filius Dei pependit in cruce, sed de suo, q̄ ascendit.

*In ferm. 3. & est 176. in ordine a medio. to. 10

¶Ad primvm ergo dicendum, quòd auctoritates illę, prophetice dicuntur de Deo, secundum quod erat incarnandus: potest tamen dici, quod ascendere, etsi non propriè conuenit diuinę naturę, potest tamen ei metaphoricè conuenire, prout scilicet dicitur, in cor hominis ascendere, quando cor hominis se subiicit, & humiliat Deo. Et eodem modo metaphoricè dicitur ascendere, respectu cuiuslibet creaturę, ex eo quod eam subiicit sibi.

¶Ad secvndvm dicendum, q̄ ipse idem est qui ascendit, & q̄i descendit (dicit enim Augustinus † in lib. de Symbolo, Quis est qui descendit? Deus homo: quis est qui ascendit? idem ipse Deus homo.) descensus tamen duplex attribuitur Christo: vnus quidem, quo dicitur descendisse de cælo, qui quidem attribuitur Deo homini, secundum quod Deus: non enim est iste descensus intelligendus secundum motum localem, sed secundum exinanitionem, qua cum in forma Dei esset, serui formam suscepit, sicut enim dicitur exinanitus non ex eo, quod suam plenitudinem amiserit, sed ex eo quod nostram paruitatem suscepit, ita dicitur descendisse de cælo, non quod cælum deseruerit, sed quia naturam terrenam assumpsit in vnitatem personæ. Alius autem est descensus, quo descendit in inferiores partes terræ, vt dicitur Ephesi. 4. Qui quidem est descensus localis: vnde competit Christo secundum conditionem humanæ naturæ.

† l. 4. cap. 7. circa pri. tom. 9.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶Ad tertium dicendum, quòd Christus dicitur ad patrem ascendere, inquantum ascendit ad consessum paternæ dexteræ: quod quidem convenit Christo aliqualiter secundum diuinam naturam, aliqualiter autem secundum humanam, secundum quòd infra dicetur.

¶ *Super quæstionis quinquagesimæ septimæ, Articulum tertium.*

Titulus elarus. ¶ In corpore articulo ó cluso est: Christus ascendit in cœlum propria virtute: primo quidem diuina, secundo autem animæ gloriscatæ, mouentis corpus, prout vult. Declaratur conclusio, distinguendo in Christo naturam, diuinam, scilicet & humanam, & sub distinguendo virtutem humanam in virtutem naturæ & virtutem gloriæ, & excluso virtute naturali asserendo duas opiniones de radice virtutis gloriæ, scilicet vel ex parte luceis cælestis, vel ex parte beatitudinis animæ. Et prætermissa prima opinione, quia beatitudo animæ in Dei participatione consistit, infertur conclusio quo ad omnes ut partes clarissima, ita quòd expositione non eget.

¶ Aduerte hic quòd cũ dicitur, Christum propria virtute glorificatæ animæ ascendisse in cælum, nõ intelligit, nisi de ipso locali motu ascensionis. virtus enim virtute glorificatæ animæ potuerit illo penetrare cælos, alia quæstio est in ferius tractanda.

Articulus III.

Utrum Christus ascenderit propria virtute.

Ad tertium sic proceditur. Videtur, ꝙ Christus non ascenderit propria virtute. Dicitur enim Marci vltim. quòd Dominus Iesus postquam locutus est discipulis, assumptus est in cælum. Et Actuum 1. dicitur, Videntibus illis eleuatus est, & nubes suscepit eum ab oculis eorum: sed illud quod assumitur & eleuatur, ab alio videtur moueri. ergo Christus non propria virtute, sed aliena ferebatur in cælum.

¶ 2 Præterea. Corpus Christi fuit terrenum, sicut & corpora nostra: corpori autem terreno, contra naturam est ferri sursum. nullus autem motus est ex propria virtute eius, quod contra naturam mouetur. ergo Christus non ascendit propria virtute in cælum.

¶ 3 Præterea. Propria virtus Christi est virtus diuina: sed motus ille non videtur fuisse ex virtute diuina: quia cum virtus diuina sit infinita motus ille fuisset in instanti, & sic non potuisset videntibus discipulis eleuari in cælum, vt dicitur Act. 1. ergo videtur quòd Christus non ascenderit propria virtute.

¶Sed contra est, quòd dicit Isa. 63. Iste formosus in stola sua gradiens in multitudine fortitudinis suæ. Et Greg. * dicit in Homil. Ascensionis, Notandum est, quòd Helias in curru legitur ascendisse, vt videlicet apeite demonstraretur, quia homo purus adiutorio indigebat alieno. Redemptor autem noster non curru, non angelis subleuatus legitur: quia qui fecerat omnia, super omnia sua virtute ferebatur.

¶ Respondeo Dicendum, ꝙ in Christo est duplex natura, diuina scilicet & humana: vnde secundum vtranque naturam potest accipi propria virtus eius: sed secundum humanam naturã potest accipi duplex virtus Christi. Vna quidem naturalis, quę procedit ex principiis naturæ, & tali virtute manifestum est, quòd Christus in cælum non ascendit. Alia autem virtus in humana natura Christi, est virtus gloriæ, secundum quam Christus in cælum ascendit. Cuius qui dem virtutis rationem, quidam accipiunt ex natura quintæ essentiæ, quæ est lux, vt dicunt, quam ponunt esse de compositioni humani corporis, & per eam elementa contraria cõciliari in vnum: ita quòd in statu huius mortalitatis natura elementaris in corporibus humanis dominatur: & ideo secundum naturam elementi prædominantis, corpus humanum naturali virtute deorsum fertur. In statu autem gloriæ prædominabitur natura cælestis, per cuius inclinationem & virtutem corpus Christi & alia sanctorum corpora feruntur in cælum: sed de hac opinione & in prima parte * habitum est, & infra magis agetur in tractatu de resurrectione † communi. Hac autem opinione prætermissa, aliisignant rationem prædictæ virtutis ex parte animæ gloriscatæ, ex cuius redundantia glorificabitur corpus, vt Augustin. * dicit ad Dioscorum. Erit enim tanta obedientia corporis gloriosi ad animam beatam (vt sicut Augustin. † dicit 22. de Ciuitat. Dei) vbi volet spiritus, ibi protinus erit corpus, nec volet aliquid spiritus, quod nec spiritum possit docere, nec corpus. Decet autem corpus gloriosum & immortale esse in loco cælesti, sicut dictum est. * Et ideo ex virtute animæ volentis, corpus Christi ascendit in cælum: sicut autem corpus efficitur gloriosum participatione animæ, ita, vt Augustin. † dicit super Ioan. participatione Dei fit anima beata: vnde prima origo ascensionis in cælum est virtus diuina. Sic igitur Christus ascendit in cælum propria virtute, primo quidem virtute diuina, secundo virtute animę gloriscatæ, mouentis corpus, prout vult.

¶Ad primum ergo dicendum, quòd sicut Christus dicitur propria virtute surrexisse, & tamen est suscitatus à patre, eo quòd eadem est virtus Patris & Filii, ita etiam Christus ex propria virtute ascendit in cælum, & tamen à patre est eleuatus & assumptus.

¶Ad secundum dicendum, ꝙ ratio illa probat, ꝙ Christus non ascendit in cælum propria virtute, quæ est naturę humanę naturalis: ascendit tamen in cælum propria virtute, quę est virtus diuina: & propria virtute, quę est animę beatę. Et licet ascendere sursum, sit contra naturam humani corporis secundum statum præsentem, in quo corpus non est omnino subiectum spiritui: tamen non erit contra naturam, neq; violentum corpori glorioso, cui is tota natura est omnino subiecta spiritui.

¶Ad tertium dicendum, quòd etsi virtus diuina sit infinita, & infinitè operetur quantum est ex parte operantis, tamen effectus virtutis eius recipitur in rebus secundum earum capacitatem, & secundum Dei dispositionem. Corpus autem non est capax, vt in instanti localiter moueatur: quia oportet quòd commetiatur se spatio, secundum cuius diuisionem diuiditur tempus, vt dicitur 6.* Physic. Et ideo non oportet, quòd corpus motum à Deo, moueatur in instanti: sed mouetur ea velocitate, qua Deus disponit.

Articulus IIII.

Utrum Christus ascenderit super omnes cælos.

Ad quartum sic proceditur. Videtur quòd Christus non ascenderit super omnes cælos. Dicitur enim in Psalm. 10. Dominus in templo sancto suo, Dominus in cælo sedes eius: quod autem est in cælo, non est supra cælum. ergo Christus non ascendit super omnes cælos.

¶ 2 Præterea. Super omnes cælos non est aliquis locus, vt probatur in primo de cælo: * sed omne corpus oportet esse in loco. ergo corpus Christi non ascendit super omnes cælos.

¶ *Super quæstio. XLVII. Articulum quartum.*

Titulus vt sonat intelligendus est.

¶ In corpore vna est conclusio. Conuenientissimũ est Christo, ꝙ sit super omnia corpora constituta in alto. Probatur. Quãto aliqua corpora pfectius participant bonitatem diuinam, tanto sunt superiora localiter: sed corpus Christi gloriosum perfectius participat, &c.

¶ Aduerte hic, Auctorem opinari Christum secundum corpus esse supra cælos omnes, sic quòd planta pedis eius est supra superficiem conuexam supremi cæli: hoc enim concludit, & ratio in corpore allata, quòd quanto corpus est perfectius, tanto est superius secundum locum, & hoc expresse explicatur in responsione ad secundum dicendo, Nihil prohibet corpus Christi esse extra totam continentiam cælorum corporeorum, & non esse in loco continente. Et hoc ideo dictum sit, vt sciant dicéres corpus Christi sic esse supra omnes cælos, quòd est in suprema parte supremi cæli, quòd non sequuntur doctrinam Auctoris: ex hoc enim sequitur manifestè, quòd non est superius supremo cælo. & quòd non est extra totam cõtinentiam cælorum corporeorum quorum primum contrariatur corpori articuli, secundum autem responsionem ad secundum.

¶ Sed occurrit hic Duran. in tertio sentent. distinct. 22. articul. vltim. obiciens contra hanc positionem: quia sequeretur ꝙ Christus nec se nec alia videret corporali visione, quia visio fit per diaphanum medium, quod supra conuexum supremi cæli non inuenitur.

¶ Ad hoc dicitur, quòd sicut supra naturæ ordinem corpus Christi locatur supra conuexum cæli supremi, ita supra naturæ ordinem, exeretur ibi visio corporalis absque diaphano medio continuo vsq; ad oculum.

¶ Mirum est autem de sic obiicientibus ad concludendum. Dicant quæso, quomodo tam Christus quàm aliis sancti post resurrectionem si infra conuexum cæli continentur, auditionem incorporalè exercebunt, cum auditus fiat per medium aereum, qui ibi non est, nec cælum supleat vicem aeris: quoniam non inquantum diaphanus aer medfat in auditu, vt patet ex hoc ꝙ absque diaphano in actu audimus, in tenebris cõstitutis nobis & sonante & sono & rursus cæli quasi æreis sint, vt non possint percuti, &c. Mittamus hęc supernaturalia futuri sæculi, scientiæ futuri sæculi.

¶ *Super quæstionis quinquagesimæ septimæ, Articulum quintum.*

Titulus intelligendus est cum grano salis, prout respondeo apparet, hoc est ꝙ ponitur ibi locatum pro loco, ita quòd per ly omnem creaturã spiritualem, intelligimus locum omnis creaturæ spiritualis. Secutus est enim Auctor vsitatum modum loquendi, quo consueuimus dicere aliquem episcopũ vel principẽ ascendisse super tales & tales, qui ascendit ad locum superiorem locis talium & talium. Vnde sensus tituli est, an locus quo ascendit Christus, sit superior locis, in quibus sunt quæcunq; spirituales creaturæ.

¶ In corpore vna conclusio. Corpori Christi debetur locus altior vltra omnem creaturam, etiam spiritualem. Probatur. Tanto alicui debetur quãto est nobilior. sed corpus Christi secundũ dignitatem personalem excellit oẽs substantias spirituales. ergo &c.

¶ 3 Præt. Duo corpora non possunt esse in eodem loco. Cum igitur non sit transitus de extremo in extremum, nisi per medium, videtur quòd Christus non potuisset ascendere super omnes cælos, nisi cælum diuideretur, quod est impossibile.

¶ 4 Præte. Act. 1. dicitur, quòd nubes suscepit eum ab oculis eorum: sed nubes non possunt eleuari supra cælũ. ergo Christus non ascendit super omnes cælos.

¶ 5 Præterea. Ibi credimus Christum in perpetuum permansurum, quo ascendit: sed quod contra naturam est, non potest esse sempiternum: quia id, quod est secundum naturam, est vt in pluribus, & vt frequentius. Cum ergo contra naturam sit corpori terreno, esse supra cælum, videtur, quòd corpus Christi supra cælum non ascenderit.

¶ Sed contra est, ꝙ dicitur Eph. 3. Ascendit super omnes cælos, vt adimpleret omnia.

¶ Respondeo Dicendum, quòd quantocunq; aliqua corpora perfectius participant bonitatem diuinam, tanto sunt superiora corporali ordine, qui est ordo localis: vnde videmus ꝙ corpora quæ sunt magis formalia, sunt naturaliter superiora (vt patet per Philosophum in quarto Physicor. & in secundo * de Cælo) per formam enim vnumquodque corpus participat diuinum esse, vt patet in 1. Physic. † Plus autem participat de diuina bonitate corpus per gloriam, quàm quodcunque corpus naturale per formam suæ naturæ. Et inter cætera corpora glorioſa, manifestum est, ꝙ corpus Christi maiori refulget gloria: vnde conuenientissimum est sibi, ꝙ sit supra omnia corpora constitutum in alto. & ideo super illud Ephes. 4. Ascendens in altum, dicit glo. Loco & dignitate.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd fides Dei dicitur esse in cælo, non sicut in continente, sed magis sicut in contento. vnde non oportet aliquam partem cæli eo superiorem esse, sed ipsum esse super omnes cælos, sicut & in Psalm. 8. dicitur, Elevata est magnificentia tua, super cælos, Deus.

¶ Ad secundum dicendum, quòd locus habet rationem continentis. vnde primum continens habet rationem primi locantis, quod est primum cælum. Tantum igitur corpora indigent esse in loco per se, inquantum indigent contineri à corpore cælesti. Corpora autem gloriosa, & maximè corpus Christi, non indigent tali continentia: quia nihil recipit à corporibus cælestibus, sed à Deo mediante anima. vnde nihil prohibet, corpus Christi esse extra totam continentiam cælestium corporum, & non esse in loco continente: nec tamen oportet, quòd extra cælum sit vacuum, quia non est ibi locus. Nec est in aliqua potentia susceptiua alicuius corporis: sed potentia illuc perueniendi, est in Christo. Quod autem Aristoteles * probat de Cælo quòd extra cælum non est corpus, intelligendum est de corporibus in solis naturalibus constitutis: vt per probationes apparet.

¶ Ad tertium dicendum, quòd quàmuis de natura corporis non sit, quòd posse esse in eodem loco cum alio corpore: tamen potest hoc Deus facere per miraculum, quod in eodem loco posit esse cum alio corpore, sicut & fecit, vt corpus Christi de clauso vtero beatę Virginis exiret, & quòd intrauit ianuis clausis ad discipulos, sicut dicit beatus Gregor. † Corpus ergo Christi simul potest esse cum alio corpore in eodem loco, non ex proprietate corporis, sed per virtutem diuinam assistentem, & hoc operantem.

¶ Ad quartum dicendum, quòd nubes illa, non prębuit admiculum christo ascendenti per modum vehiculi; sed apparuit in signum diuinitatis, secundum quòd gloria Dei israel apparebat super tabernaculum in nube.

¶ Ad quintum dicendum, quòd corpus glorioſum non habet ex principiis suę naturę, quòd possit in cælo aut supra cælum esse, sed habet hoc ex anima beata, ex qua recipit gloriam. Et sicut motus glorioſi corporis sursum, non est violentus, ita nec quies violenta: vnde nihil prohibet eam esse sempiternam.

Articulus V.

Utrum corpus Christi ascenderit super omnem creaturam spiritualem.

Ad quintum sic proceditur. Videtur quòd corpus Christi non ascenderit super omnem creaturam spiritualem. Eorum enim quę non dicuntur secundum vnam rationem, non potest conuenienter fieri comparatio: sed locus non eadem ratione attribuitur corporibus, & spiritualibus creaturis, vt patet ex his, quę dicta sunt in prima parte. † ergo videtur quòd non possit dici corpus Christi ascendisse super omnem creaturam spiritualem.

¶ 2 Iret. Augustin. * dicit in lib. de Vera relig. ꝙ omni corpori spiritus præfertur: sed nobiliori rei sublimior debetur locus. ergo videtur, ꝙ Christus non ascenderit super omnem spiritualem creaturam.

¶ 3 Præt. In omni loco est aliquod corpus, cum nihil sit vacuũ in natura.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Circa hanc comparationẽ dubiũ occurrit: quoniam vana videtur, nam supra conuexum seu in superficie conuexa cæli empyrei non datur locus altior aut minus altus, eum sit perfecte sphæricum: constat autẽ illic esse angelos beatos, & corpus Christi illic esse, cõclusum est ex articulo præcedenti

¶ Ad hoc dicit, ꝙ licet secundum longitudinem diametri a centro ad circũferentiã nulla pars conuexę superficiei corporis perfecte sphærici sit altior alia, vt patet ex eo ꝙ omnes lineæ ductæ a centro ad circumferentiam sunt æquales, & secundũ hunc sensum procedit dubium: si tamen eadem superficies conuexa cõsideretur vt ordinata ad aliquid vnum in ea agendum (verbi gratia ad exercendum actum iudicij) sic vnus locus seu vna pars eius inuenit altior altera, iuxta approximationem ad solium principis: sumitur enim pars illa solii vt altior, & reliquæ vt inferiores sunt. Et sic diuina sapiẽtia superficiem cæli empyrei, quamuis secundum se fecerit æqualem, secũdum tamen ꝙ venit in vsum habitationis creaturarũ beatarũ, disposuit vnam partem, quæ fi solũ, & reliquas in ordine ad illã, superiores vel inferiores. Et hic christus secũdum corpus in parte illa solii stans, in suprema parte supremo que loco residere dicitur: & reliquæ creaturæ beatæ hinc & inde inferiores partes tenẽt.

D.243. * Homil. 29. in Euãge. in medio.

¶ *Super quæstionis quinquagesimæ septimæ, Articulum sextum.*

TItulus clarus. ¶ In corpore vna cõclusione. Si ergo nullum corpus obtinet altiorem locum, quam spiritus sn ordine naturalium corporũ, nullus locus erit super omnem spiritualem creaturam, non ergo corpus Christi potuit ascendere super omnem spiritualem creaturam.

¶ Sed contra est, ꝙ dicitur Ephes. 1. Constituit illum supra omnem principatum & potestatem, & supra omne nomen quod nominatur, siue in hoc sæculo, siue in futuro.

¶ Respond. Dicendum, quòd tanto alicui rei debetur altior locus, quanto est nobilior, siue debeatur ei locus per modum contactus corporalis, sicut corporibus, siue per modum contactus spiritualis, sicut spiritualibus substantiis. Exinde enim spiritualibus substantiis debetur secundum quandã congruentiam locus cælestis, qui est supremus locorum, quia illæ substantiæ sunt supremæ in ordine substantiarũ. Corpus autem Christi, licet considerando conditiones naturæ corporeæ, sit infra spirituales substantias, considerando tamen dignitatem vnionis, qua est personaliter Deo coniunctum excellit dignitatem omnium spiritualium substantiarum. Et ideo secundum prædictæ congruentiæ rationem debetur sibi locus altior vltra d omnẽ creaturam etiam spiritualem. Vnde & Greg.* dicit in homil. Ascensionis, quòd qui fecerat omnia, super omnia sua virtute ferebatur.

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ licet alia ratione attribuatur locus corporali & spirituali substantiæ, tamen hoc est in vtraque ratione commune, ꝙ digniori rei attribuitur superior locus.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ ratio illa procedit de corpore Christi secundum conditionẽ naturæ corporeæ, non autem secundum rationem vnionis.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ comparatio ista potest attendi, vel secundum rationem locorum, & sic nullus locus est tam altus, qui excedat dignitatem spiritualis substantiæ, secundum ꝙ procedit obiectio. Vel secundum dignitatem eorum, quibus attribuitur locus, & sic corpori Christi debetur, vt sit supra spirituales creaturas.

Articvlvs VI.

Vtrum ascensio Christi sit causa nostræ salutis.

AD sextum sic proceditur. Videtur ꝙ ascensio Christi non sit causa nostræ salutis: Christus. n. fuit causa nostræ salutis, inquantum salutem nostram meruit: sed per ascensionem nihil nobis meruit, quia ascensio pertinet ad præmium exaltationis eius. non est autem idem meritum & præmium, sicut nec via & terminus. ergo videtur quòd ascensio Christi non sit causa nostræ salutis.

¶ 2 Præt. Si ascensio Christi est causa nostræ salutis, maximè hoc videtur quantum ad hoc, ꝙ ascensio eius sit causa nostræ ascensionis: sed hoc collatum est nobis per eius passionem, quia vt dicitur Hebræ. 10. habemus fiduciam in introitu sanctorum per sanguinem ipsius, ergo videtur ꝙ ascensio Christi non fuerit causa nostræ salutis.

¶ 3 Præter. Salus nobis per Christum collata, est sempiterna, secundum illud Isa. 51. Salus autem mea in sempiternum erit: sed Christus non ascendit in cælum, vt ibi in sempiternum esset: dicitur. n. Act. 1. Quemadmodum vidistis eum ascendentem in cælum, ita veniet. Legitur etiam, multis sanctis sede monstrasse in terris post suam ascensionem, sicut de Paulo igitur Act. 9. ergo videtur, ꝙ eius ascensio non sit causa nostræ salutis.

¶ Sed contra est, quòd ipse dicit Io. 16. Expedit vobis, vt ego vadã, idest, vt recedam à vobis per ascensionem.

¶ Respon. Dicendum, quòd ascensio Christi est causa nostræ salutis dupliciter. Vno modo, ex parte nostra: alio modo, ex parte ipsius. Ex parte quidem nostra, inquantum per Christi ascensionem mens nostra mouetur in ipsum, quia per eius ascensionem (sicut supra * dictum est) primo quidem datur locus fidei: secundo, spei: tertio charitati: quarto, etiam per hoc reuerentia nostra augetur ad ipsum, dum iam non existimamus eum sicut hominem terrenum, sed sicut Deum cælestem, sicut & Apostolus dicit 2. ad Corinth. 5. Et si cognouimus secundum carnem Christum, (idest, mortalem, per quod putauimus eum tantum hominem, vt gloss. * exponit) sed nunc iam non nouimus. Ex parte autem sua, quãtum ad ea quæ ipse fecit, ascendens propter nostram salutem: primo quidem viam nobis præparauit ascendendi in cælum, secundum quòd ipse dicit Ioan. 14. Vado parare vobis locum, & Mich. 2. Ascendit, pandens iter ante eos. Quia. n. ipse est caput nostrũ, oportet illuc sequi membra, quo caput præcessit. vnde dicitur Ioan. 14. Vt vbi ego sum, & vos sitis. Et in huius signum, animas sanctorum, quas de inferno eduxerat, in cælum traduxit, secundum illud Psalm. 67. Ascendens Christus in altum, captiuam duxit captiuitatem, quia scilicet eos, qui fuerant a diabolo captiuati, secum duxit in cælum, quasi in locum peregrinum humanæ naturæ, bona captione captiuos, vt pote per victoriam acquisitos. Secundo, quia sicut pontifex in veteri testamento, intrabat sanctuarium, vt assisteret Deo pro populo, ita & Christus intrauit cælum ad interpellandum pro nobis, vt dicitur Hebræ. 7. Ipsa enim repræsentatio sui ex natura humana, quam in cælum intulit, est quædam interpellatio pro nobis, vt ex quo Deus humanam naturam sic exaltauit in Christo, etiam eorum misereatur, pro quibus filius Dei humanam naturam assumpsit. Tertio, vt in cælorum sede quasi Deus & dominus constitutus, exinde diuina dona hominibus

Art. 1. huius quæst. ad 3.

Glo. ordinaria & interlinearis, ibidẽ.

nibus mitteret, secundum illud Ephe 4. Ascendit super omnes cælos, vt adimpleret omnia, scilicet donis suis, secundum glossam.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd ascensio Christi est causa nostræ salutis, non per modum meriti: sed per modum efficientiæ, sicut supra * de resurrectione dictum est.

Quæst. 56. ar. 1. ad 3.

¶ Ad secundum dicendum, quòd passio Christi est causa nostræ ascensionis in cælum, præcipue loquendo, per remotionem peccati prohibentis, & per modũ meritiæ ascensio autẽ Christi est directè causa ascensionis nostræ, quasi inchoando ipsam in capite nostro, cui oportet membra coniungi.

¶ Ad tertium dicendum, quòd Christus semel ascendens in cælum, adeptus est sibi & nobis in perpetuum, ius & dignitatem mansionis cælestis: cui tamen dignitati nõ derogat, si ex aliqua dispensatione Christus quandoque corporaliter ad terram descendat, vel vt ostendat se omnibus, sicut in iudicio, vel ut ostẽdat se alicui specialiter, sicut Paulo, vt habetur Act. 9. Et ne quis credat hoc factum fuisse, non Christo ibi corporaliter præsente, sed aliqualiter apparente, contrarium apparet per hoc quòd ipse Apostolus dicit 1. ad Corinth. 15. ad confirmandam resurrectionis fidem, Nouissimè omnium tamquam abortiuo visus est & mihi. Quæ quidem visio veritatem resurrectionis non probaret, nisi verum Christi corpus visum fuisset ab eo.

QVAEST. LVIII.

De sessione Christi ad dexteram Patris, in quatuor articulos diuisa.

¶ Super quæstio. quinquagesimæoctauæ Articulum primum.

TItulus vt sonat. ¶ In corpore artic. distinguit Auctor tuos sensus quæstionis, & respondet vnica conclusione, scilicet. Vtroque modo Christo conuenit sedere ad dexteram Patris. Distinctio est explicare de ly sedere, quod significat vel quietem, vel regiam seu iudiciariam dignitatem. Innuitur quoq; distinctio de ly dextera, quòd significat vel beatitudinem Patris, vel iudiciariã seu regiã potestatem. Declaratur & cõcluditur & firmatur auctoritatibus Augusti i.

3 p 3. dist. 32. q. 3. ar. 3. q. 2. Et op. 3. c. 247. Et op. 6. c. 9. Et ad Heb. 8. lec. 1.

¶ Aduerte pro tota hac materia duo. Primum est, quòd tam Sedere quam dextera sumit non proprie, sed metaphorice, vt clarepatet in littera. Secundo de positione Christi inquantũ homo quæratur, an stet vel sedeat in cælo dicendum est quòd stat. Et ratio est: quoniam positiones corporis dum plicitèr assumi possunt, vel in ordine ad officia humana, vel in ordine ad naturam. Et licet secundum officia, diuersi conueniant homini sicus: quoniam pugnantia est stare, iudicantis sedere &c. secundum tamẽ naturam vnus est naturalis situs scilicet stare: sedere enim, cubare, & huiusmodi, infirmitatis seu imbecillitatis naturæ sunt. Vnde cum Christus ad vitam impassibilem resurrexit, naturali situ propriæ naturæ in sua fortitudine, quę est stare, vtitur.

¶ Secũdum est, quòd sedere metaphorice sumptum in proposito vel importat vel quiescere seu habitare, vel regnare, seu iudiciariam non potestatem, sed dignitatem. Et in hoc differt a tertia significatione dexteræ metaphoricè sumptæ: dextera enim Patris sumitur tertia modo pro regia seu iudiciaria potestate: sedere autem pro dignitate, ut paret in sequenti articulo. Nec obstat quòd in hoc articulo dicitur, quòd sessio secunda significationẽ significaret regiam, vel iudiciariam potestatem: procedens enim Auctor naturali doctrinæ ordine de confusis ad distincta, usus est hic potestatis nomine, prout confunditur in se dignitatem, explicaturus in sequenti articulo distincte dignitatem seorsum a potestate, & illam sessioni, hanc dexteræ attributurus.

* Li. 1. ca. 4. in prin. tom. 9.

* Li. 2. de Symbo. c. 7. non longe a prin. to. 9.

* Li. 4. ortho. fid. c. 2.

* Li. 1. de symb. c. 4. circa vr. tom. 9.

* Hom. 29 in Euang. post med. illius.

¶ Super

QVAEST. LVIII.

De sessione Christi ad dexteram Patris, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de sessione Christi ad dexteram Patris.

Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primo, Vt Christus sedeat ad dexteram Dei patris.

¶ Secundo, Vtrum hoc conueniat sibi secundum diuinam naturam.

¶ Tertio, Vtrum conueniat sibi secundum humanam naturam.

¶ Quarto, Vtrum hoc sit proprium Christi.

Articvlvs I.

Vtrum Christo cõueniat sedere ad dexteram Dei patris.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd Christo non conueniat sedere ad dexteram Dei patris. Dextera enim, & sinistra sunt differentiæ positionum corporalium: sed nihil corporale conuenit Deo: quia Deus spiritus est, vt habetur Ioan. 4. ergo videtur quòd Christus non sedeat ad dexteram Patris.

¶ 2 Præt. Si aliquis sedet ad dexterã alicuius, ille sedet ad sinistram eius. Sed ego Christus sedet ad dexteram patris, sequitur ꝙ pater sedeat ad sinistram Filij, quod est inconueniens.

¶ 3 Præt. Sedere & stare videntur oppositionem habere: sed Stephanus dicit act. 7. Ecce video cælos apertos, & Filium hominis stantem à dextris virtutis Dei. ergo videtur quòd Christus non sedeat ad dexteram Patris.

¶ Sed contra est, quòd dicitur Mar. vlt. Dominus quidem Iesus postquam locutus est eis, ascendit in cælum, & sedet à dextris Dei.

¶ Respon. Dicendum, quòd nomine sessionis possumus duo intelligere, videlicet quietem, secundum illud Luc. vlti. Sedete hic in ciuitate: & etiam regiam vel iudiciariam potestatem, secũdum illud Prouerb. 20. Rex qui sedet in solio iudicij, dissipat omne malum in tuitu suo. Vtroque ergo modo Christo conuenit sedere ad dexteram Patris. Vno quidem modo, inquantum æternaliter manet incorruptibilis in beatitudine Patris, quæ eius dextera dicitur, secundum illud Psal. 15. Delectationes in dextera tua vsque in finẽ. Vnde Augusti. * dicit in lib. de Symbolo, Sedet ad dexteram Patris: Sedere, habitare intelligite, quomodo dicimus de quocunque homine, in illa patria sedit per tres annos. Sic ergo credite Christum habitare in dextera Dei patris: beatus enim est, & ipsius beatitudinis nomen est dextera Patris. Alio modo, dicitur Christus sedere in dextera Dei patris, inquantum Patri corregnat, & ab eo habet iudiciariam potestatem: sicut ille qui considet regi ad dexteram, assidet ei in regnando, & iudicando. Vnde Augustin. † dicit in alio sermone de Symbolo, Ipsam dexteram, intelligite potestatem, quam accepit ille homo susceptus à Deo, vt veniat iudicaturus, qui prius venerat iudicandus.

¶ Ad primum ergo dicendum, quod (sicut Damasc. * dicit in 4. lib.) non non localem dexteram Patris dicimus: qualiter enim qui incircunscriptibilis est, localem adipiscetur dexteram? Dextera enim & sinistra eorum, quę circunscribuntur sunt. Dexteram autem Patris dicimus, gloriam & honorem diuinitatis.

¶ Ad secundum dicendum, quòd ratio illa procedit, secundum quòd sedere ad dexteram, intelligitur corporaliter. Vnde Augusti. † dicit in quodam sermone de Symbolo, Si carnaliter acceperimus, quòd Christus sedet ad dexteram Patris, ille erit ad sinistram. Ibi autem, scilicet in æterna beatitudine, omnis dextera est, quia nulla est ibi miseria.

¶ Ad tertium dicendum, quòd (sicut Greg. † dicit in Homi. ascensionis) sedere iudicantis est: stare vero pugnãtis, vel adiuuantis. Stephanus ergo in labore certaminis positus, stãtem vidit, quẽ adiutorem habuit, sed hunc post ascensionem Marc. sedere describit, quia post ascensionis suæ gloriam, iudex in fine videbitur.

* Li. 1. de symb. c. 4. circa vr. tom. 9.

† Li. 1. de symb. c. 4. circa vr. tom. 9.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ *Super quæstio. quinquagesimæoctauæ Articul. II.*

Titulus clarus. ¶In corpore vna conclusio: Christus secundum quod Deus sedet ad dexteram Patris, Probatur. Sedere ad dexterã Patris nihil aliud est, quàm simul cũ Patre gloriam dei tatis, & beatitudinem & iudiciariã potestatem immutabiliter, & regaliter habere. ergo. Antecedens declaratur. ponẽdo tres significationes dexteræ, & duas sectionis. Consequentia probatur: quia totum illud conuenit Christo, secundum q̃ Deus. Et quia ponit in conclusione illa præpositio Ad, dicendo, ad dexteram: ideo Auctor subiũgit, q̃ in hac conclusione ly Ad, duo denotat, distinctionem personalẽ solam & solum ordinem originis. Ex eo enim quòd ly ad. præpositio tranſitiua est: ac per hoc, accessum quẽdam vnius ad alterum in hac materia designat, & huiusmodi accessus secũdum rem, sine distinctione & ordine nequit intelligi, & cum inter personas diuinas nulla sit distinctio nisi personalis, & nullus sit ordo, nisi originis, cõsequẽs necessario fuit, vt ly ad, solam personalem distinctionem solumque originis, ordinem importaret.

Hebr.1.le. 3 & lec 6. prin. & c. 8.lec.7.& ca. 10.le. 1.

*Li.4.c.2.

Ar.prece.

*Li.4.c.2 *Li. 1. de symb.c 4. to.9.

Ar.prece.

p.p.q.42. ar.3.

In cor.ar.

¶Ad primum ergo dicendum, quod filius Dei dicitur dextera patris appropriatè, per modum, quo etiam dicitur virtus patris: sed dextera patris secundum tres significationes prædictas, † est aliquid commune tribus personis.

¶Ad secundum dicendum, quod Christus secundum q̃ homo, est assumptus ad diuinum honorem, qui in prædicta sessione designatur: sed tamen ille honor diuinus cõuenit Christo, inquantum est Deus, non per aliquam assumptionem, sed per æternam originem.

¶Ad tertium dicendum, quod nullo modo potest dici, quod pater sedeat ad dexteram Filij, vel spiritussancti,

ARTICVLVS II.

Vtrum sedere ad dexteram Patris, conueniat Christo secundum quod Deus.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quod sedere ad dexteram Patris, non conueniat Christo, secundum quod Deus. Christus enim, secũdũ quod est Deus, est dextera patris: sed non videtur idem esse dextera alicuius, & ille qui sedet ad dexteram eius. ergo Christus, secundum quod est Deus, non sedet ad dexteram Patris.

¶2 Præt. Mar. vlt. dicitur, quòd dominus Iesus assumptus est in cælum, & sedet à dextris Dei, Christus autem nõ est assumptus in cælum, secundum q̃ Deus. ergo etiam neque secundum q̃ Deus, sedet à dextris Dei.

¶3 Præt. Christus, secundum quod Deus, est æqualis patri & Spiritui sancto, ergo si Christus, secundum quod Deus, sedet ad dexteram Patris, pari ratione & Spiritus sanctus sedebit ad dexteram Patris & Filii, & ipse Pater ad dexterã Filii & Spiritussancti, quod nusquam inuenitur.

¶SED CONTRA est, quod Damasc.* dicit, quod dexteram patris dicimus gloriam & honorem diuinitatis, in qua filius Dei extitit ante sæcula, ut Deus & patri consubstantialis.

¶Respon. Dicendum, quod vt ex prædictis † patet, nomine dexteræ tria intelligi possunt. Vno modo, secundũ Dama. † gloria diuinitatis: alio modo, secundum Aug.* beatitudo patris: tertio modo, secundum eundem, iudiciaria potestas. Sessio autem, vt dictum est, † vel habitationem, vel regiam seu iudiciariam dignitatem designat. Vnde sedere ad dexteram Patris nihil aliud est, quàm simul cum patre habere gloriam diuinitatis, & beatitudinem, & iudiciariam potestatem, & hoc immutabiliter & regaliter. Hoc autem conuenit filio Dei, secundum quòd Deus. Vnde manifestum est, quod Christus secundum quod Deus sedet ad dexteram patris: ita tamen quod hæc præpositio ad, quæ transitiua est, solam distinctionem personalem importat, & originis ordinem, non autem gradum naturæ, vel dignitatis, qui nullus est in diuinis personis, vt in prima parte habitum est. †

*Li.4.c.2 a med.

*Ali. Adoraf enim cũ sua carne ab omni creatura.

*Li.1.de symb.c.4 ante med. tom.9.

quia Filius & Spiritussanctus trahunt originem a Patre, & non econuerso: sed Spiritussanctus propriè potest dici sedere ad dexteram Patris vel Filij, secundum sensum prædictum: licet secundum quandam appropriationem attribuatur Filio, cui appropriatur æqualitas: sicut dicit Aug. † quod in Patre est vnitas, in Filio æqualitas, in Spiritusancto vnitatis æqualitatisque connexio.

In contra.

*Li.1.de do.Chr. c.5. circa fi.

ARTICVLVS III.

Vtrum sedere ad dexteram Patris conueniat Christo, secundum quod homo.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quod sedere ad dexteram Patris, non conueniat Christo secundum quod homo. Vt enim Dama.* dicit, dexteram patris dicimus gloriam & honorem diuinitatis: sed honor & gloria diuinitatis non conuenit Christo, secundum quod homo. ergo videtur quod Christus, secundum quod homo, non sedeat ad dexteram patris.

¶2 Præt. Sedere ad dexterã regnãtis, subiectionem excludere videtur, quia qui sedet ad dexteram regnantis, quodammodo illi corregnat. Christus autem, secundum quod homo est subiectus patri, vt dicitur 1. ad Corinth. 15. ergo videtur q̃ Christus, secundum quod homo, non sit ad dexteram patris.

¶3 Præt. Roma. 8. super illud, Qui est ad dexteram Dei, exponit gl. † id est, æqualis Patri in honore, quo Deus pater est, vel ad dexteram patris, idest, in potioribus bonis Dei. Et super illud Hebr. 1. Sedet ad dexteram Dei in excelsis, glo.* idest ad æqualitatem patris, super omnia, & loco, & dignitate: sed esse æqualem Deo, non conuenit Christo, secundum quod homo: nam secundum hoc ipse dicit Ioan. 14. Pater maior me est. ergo videtur quod sedere ad dexteram Patris, non conueniat Christo, secundum quod homo.

¶Sed contra est, quod Augusti. † dicit in sermone de Symbolo, Ipsam dexteram, intelligite potestatem, quam accepit ille homo susceptus à Deo, vt venturus iudicaturus, qui prius venerat iudicandus.

¶Respon. Dicendum, quod (sicut dictum est †) nomine dexteræ patris, intelligitur vel ipsa gloria deitatis ipsius, vel beatitudo æterna eius, vel potestas iudiciaria & regalis. Hæc autem præpositio ad, quendam accessum ad dexteram designat, in quo designatur conuenientia cum quadam distinctione, vt supra dictum est.* Quod quidẽ potest esse tripliciter. Vno modo, vt sit cõuenientia in natura, & distinctio in persona, & sic Christus, secundum quod filius Dei, sedet ad dexteram patris, quia habet eandem naturam cum

*Li.1.de symbolo, ca. 7.non longe a prin.cap.

Inistomet art.

Quæst.6. ar.10.

D.243.

patre. Vnde prædicta † conueniunt essentialiter Filio, sicut & Patri, & hoc est esse in æqualitate patris. Alio modo, secundum gratiam vnionis, quæ importat conuersionem naturæ & vnitatem personæ. Et secundum hoc Christus, secundum quòd homo, est filius Dei, & per consequẽs sedens ad dexteram patris, ita tamen quòd ly secundum quòd, non designet conditionem naturæ, sed vnitatem suppositi, vt supra expositum est.* Tertio modo, potest prædictus accessus intelligi secundum gratiam habitualem, quæ abundantior est in Christo præ omnibus aliis creaturis, intantũ quod ipsa natura humana, in Christo, est beatior cæteris creaturis, & super omnes alias creaturas habens regiam & iudiciariam potestatem. Sic igitur si ly secundum quòd, designet cõditionem naturæ, Christus, secundum q̃ Deus, sedet ad dexteram Patris, idest in æqualitate Patris: secundum autem quòd homo, sedet ad dexteram patris idest, in bonis paternis potioribus, præ cæteris creaturis, idest in maiori beatitudine, & habẽs iudiciariam potestatem. Si verò ly secundum quòd, designet vnitatem suppositi, sic etiam secundum quòd homo, sedet ad dexteram Patris, secundum æqualitatem honoris: in quantum scilicet, eodem honore veneramur ipsum filium Dei cum natura assumpta, vt supra dictum est. *

Quæst.25 ar.1.

¶Ad primum ergo dicendum, quòd humanitas Christi secundum conditiones suæ naturæ nõ habet gloriam, vel honorem deitatis: quam tamen habet ratione personæ, cui vnitur. Vnde ibidem Dama. † subdit, In qua, scilicet gloria deitatis, Dei filius existens ante secula, vt Deus & Patri consubstantialis, sedet conglorificata carne eius: * adoratur enim vna hypostasis vna adoratione cum carne eius, ab omni creatura.

¶Ad secundum dicendum, quòd Christus secundum quod homo, subiectus est Patri, prout ly secundum quod designat conditionem naturæ, & secundum hoc non cõpetit ei sedere ad dexteram Patris, secundum rationem æqualitatis, secundum quod est homo. Sic autem competit ei sedere ad dexteram patris, secundum quod per hoc designatur excellentia beatitudinis, & iudiciaria potestas super omnem creaturam.

¶Ad tertium dicendum, quod esse in æqualitate patris, non pertinet ad ipsam naturam humanam Christi, sed solum ad personam assumẽtem: sed esse in potioribus bonis Dei, secundum quod importat excessum aliarum creaturarum, conuenit etiam ipsi naturæ assumptæ.

¶ *Super quæstio. quinquagesimæoctauæ Articu. IIII.*

Titulus clarus est. 319 3.dist.22. q.3.art.3. q.3.

¶In corpore vna conclusio: Sedere ad dexterã Patris est proprium Christi. Probatur: Sedere ad dexteram Patris, secundum diuinam quidem naturam, est esse in æqualitate Patris: secundum autem humanam, est esse in excellentissima possessione paternæ hæreditatis: sed vtrique soli Christo conuenit. ergo. Reliqua clara sunt in litera.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum sedere ad dexteram Patris, sit proprium Christi.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quod sedere ad dexteram patris, non sit proprium Christi. Dicit enim Apostolus Ephes. 2. quod Deus corresuscitauit nos, & consedere fecit in cælestibus in Christo Iesu: sed resuscitari non est proprium Christi. ergo etiam pari ratione nec sedere ad dexteram Dei in excelsis.

¶2 Præt. Sicut Aug. dicit in lib.* de Symbolo, Christum sedere ad dexteram Patris hoc est habitare in eius beatitudine: sed hoc multis aliis conuenit. ergo videtur quod sedere ad dexteram patris, non sit proprium Christi.

¶3 Præt. Ipse dicit Apocal. 3. Qui vicerit, dabo ei sedere mecum in throno meo, sicut & ego vici, & sedi cum patre meo in throno eius. Sed per hoc sedet Christus ad dexteram Patris, quod sedet in throno eius. ergo etiam & alii qui uincunt, sedent ad dexteram Patris.

¶4 Præt. Matth. 20. Dominus dicit, Sedere ad dexteram meam vel sinistram, non est meã dare vobis, sed quibus paratum est a patre meo: hoc autẽ frustra diceretur, nisi esset aliquibus paratum. non ergo sedere ad dexterã, conuenit soli Christo.

¶SED CONTRA est, quòd dicitur ad Hebr. 1. Ad quem angelorũ dixit aliquando, Sede à dextris meis, idest in meis bonis potioribus, vel mihi secundum diuinitatem æqualis? quasi dicat, ad nullum: sed angeli sunt superiores aliis creaturis. ergo multo magis nulli alij conuenit sedere ad dexteram patris quàm Christo.

¶RESPON. Dicendum, quòd (sicut dictum est) * Christus dicitur sedere ad dexteram Patris, inquantum secundum diuinam naturam est in æqualitate Patris, secundum autem humanam naturam in excellenti possessione diuinorum bonorum præ cæteris alijs creaturis. Vtrumque autem soli Christo conuenit, vnde nulli alij, nec angelo, nec homini conuenit sedere ad dexteram Patris, nisi soli Christo.

Ar.1.2.& 3.huius q.

¶Ad primum ergo dicendum, quod quia Christus est caput nostrum, illud, quod collatum est Christo, est etiã nobis in ipso collatum. Et propter hoc, quia ipse iam resuscitatus est, dicit Apostolus, quod Deus nos quodammodo ei corresuscitauit, qui tamen in nobis ipsis nondũ sumus resuscitati, sed resuscitandi, secundum illud Rom. 8. Qui suscitauit Iesum à mortuis, viuificabit & mortalia corpora nostra, & secundum eundem modum loquendi subdit Apostolus, quod consedere nos fecit in cælestibus, scilicet in hoc ipso, quod caput nostrum, quod est Christus, ibi sedet.

¶Ad secundum dicendum, quod quia dextera est diuina beatitudo, sedere in dextera, non significat simpliciter esse in beatitudine, sed habere beatitudinem cum quadã dominatiua potestate, & quasi propriam & naturalem, quod soli Christo conuenit, nulli autem alij creaturæ. Potest tamen dici, quod omnis sanctus, qui est in beatitudine, est ad dexteram Dei constitutus. vnde & dicitur Mat. 25. quod statuet oues à dextris.

¶Ad tertium dicendum, quod per thronum significatur iudiciaria potestas, quam Christus habet à patre. & secundum hoc dicitur sedere in throno patris. Alij autem sancti habent eam a Christo, & secundum hoc dicuntur in throno Christi sedere, secundum illud Mat. 19. Sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel.

¶Ad quartum dicendum, quod (sicut Chrys.* dicit super Mat.) locus ille, idest confessus dexteræ, inuius est omnibus non solum hominibus, sed etiam angelis. sicut enim præcipuum vnigeniti, ponit Paulus dicens, Ad quẽ autem angelorum dixit vnquam, sede a dextris meis? Dominus ergo non quasi existentibus quibusdam, qui sessuri sint, sed condescendens interrogantium * supplicationi respondit: hoc enim unum solum quærebant præ aliis, stare apud ipsum. Potest tamen dici, quod petebant filij Zebedæi, excellentiam habere præ aliis in participando iudiciariam potestatem eius. unde non petebant quod sederent ad dexteram vel sinistram patris, sed ad dexteram uel sinistram Christi.

*Hom 66 in Matth. inter pri. & me. to. 2.

Aliàs, suscriptionẽ.

¶Super

Universidad de Deusto
Biblioteca

QVAEST. LIX.

De iudiciaria potestate Christi, in sex articulos diuisa.

¶ *Super quæstio. quinquagesimanonæ, Articul. I.*

TItulus clarus.

¶ In corpore vna conclusio: Iudiciaria potestas proprie attribuit Christo. Probatur: Triū requisitorum ad iudiciū, scilicet potestatis, rectitudinis zeli, & sapientiæ, tertiū est, secūdum quòd accipitur forma iudicij: sed Filius est sapientia genita & veritas a patre procedens. ergo iudiciaria potestas proprie attribuit filio Dei. Maior declaratur discurrendo per illa tria. Et probatur: quia ipsa ratio iudicii est lex sapientiæ & veritatis. Et confirmatur auctoritate Augustini.

Non tom pleuit mor te præuen tus.

DEINDE considerandum est de iudiciaria potestate Christi.

Et circa hoc quæruntur sex.

¶ Primo, Vtrum iudiciaria potestas sit attribuenda Christo.

¶ Secundo, Vtrum conueniat sibi, secundum quòd est homo.

¶ Tertio, Vtrum eam fuerit ex meritis adeptus.

¶ Quarto, Vtrum eius potestas iudiciaria, sit vniuersalis respectu omnium hominum.

¶ Quinto, Vtrum præter iudicium, quod agit in hoc tempore, sit expectandum aliud vniuersale iudicium futurum per ipsum.

¶ Sexto, Vtrum eius iudiciaria potestas etiam ad angelos se extendat.

¶ De executione autē finalis iudicij * conuenientius agetur, cum de fide tractabimus de his, quæ pertinent ad finem mundi: nunc autem sufficit ea sola tangere, quæ pertinent ad Christi dignitatem.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum iudiciaria potestas sit specialiter Christo attribuenda.

320 AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd iudiciaria potestas non sit specialiter attribuenda Christo. Iudicium enim aliquorum videtur pertinere ad Dominum. vnde dicitur Roma. 14. Tu quis es, qui iudicas alienum seruum? Sed esse Dominum creaturarum, est cōmune toti Trinitati. non ergo specialiter debet attribui Christo iudiciaria potestas.

¶ 2 Præt. Daniel. 7. dicitur, Antiquus dierum sedit, & postea subditur, Iudicium sedit, & libri aperti sunt, sed antiquus dierum intelligitur pater, quia, vt * Hila. dicit, in patre est æternitas. ergo iudiciaria potestas magis est attribuenda patri quàm Christo.

¶ 3 Præt. Eiusdē videtur esse iudicare, cuius est arguere. sed arguere pertinet ad Spiritumsanctum: dicit enim Dominus Ioan. 16. Cum autem venerit ille (scilicet Spiritus sanctus) arguet mundum de peccato, & de iustitia, & de iudicio. ergo iudiciaria potestas magis debet attribui Spirituisancto, quàm Christo.

¶ SED CONTRA est, quòd dicitur actuum 10. de Christo, Hic est, qui constitutus est à Deo, iudex viuorū & mortuorum.

¶ Respon. Dicendum, quòd ad iudicium faciendum, tria requiruntur. Primo quidem, potestas subditos coercendi, vnde dicitur Eccle 7. Noli quærere fieri iudex, nisi valeas virtute irrumpere iniquitates. Secundo, requiritur rectitudinis zelus, vt scilicet aliquis non ex odio vel liuore, sed amore iustitiæ iudicium proferat, secundum illud Prou. 2. Quem enim diligit Dominus, corripit, & quasi pater in filio complacet sibi. Tertio, requiritur sapientia, secundum quam formatur iudicium. vnde dicitur Eccles. 10. Iudex sapiens iudicabit populum suum. Prima autem duo, præexiguntur ad iudicium, sed propriè tertiū est, secundum quòd accipitur forma iudicii, quia ipsa ratio iudicij, est lex sapientiæ vel veritatis, secundum quā iudicatur. Et quia Filius est sapientia genita, & veritas à patre procedēs, & ipsum perfectè repræsentās, ideo propriè iudiciaria potestas attribuit filio Dei. Vnde Aug. † dicit in lib. de Vera religione. Hæc est incommutabilis illa veritas, quæ lex omniū artium rectè dicitur, & ars omnipotentis artificis. Vt autem nos & omnes animæ rationales, secūdum veritatē de inferioribus rectè iudicamus, sic de nobis quando eidem cohæremus, sola ipsa veritas iudicat: de ipsa verò nec pater: non enim minus est, quā ipse. Et ideo quæ pater iudicat, per ipsam iudicat. Et post ea concludit. pater ergo non iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit Filio.

¶ Ad primum ergo dicendum, quod ex illa ratione probatur, quòd iudiciaria potestas sit communis toti Trinitati, quod verum est: sed tamen per quandam appropriationem, iudiciaria potestas attribuitur Filio, vt dictum est. *

¶ Ad secundum dicendum, quòd sicut Aug. † dicit in 6. de Tri. Patri attribuitur æternitas propter commendationem principii, quod importatur in ratione æternitatis. Ibidem etiam Augu. * dicit, q̄ Filius est ars patris. Sic igitur auctoritas iudicandi attribuitur patri, inquantum est principiū Filii, sed ipsa ratio iudicii attribuitur Filio, qui est ars & sapientia patris, vt scilicet per ipsum facit omnia per Filium, inquantum est ars eius, ita etiam iudicet omnia per Filium, inquantum est sapientia & veritas eius. Et hoc significatur in Daniele, vbi primo dicitur, q̄ antiquus dierum sedit, & postea subditur, quòd filius hominis peruenit vsque ad antiquum dierum, & dedit ei potestatem, & honorem, & regnum: per quod datur intelligi, q̄ auctoritas iudicandi est apud Patrem, a quo Filius accepit potestatem iudicandi.

¶ Ad tertium dicendum, quòd (sicut Augu. * dicit super Ioan.) ita dixit Christus quòd Spiritussanctus arguet mundum de peccato, tam quam diceret, ille diffundet in cordibus vestris charitatem: sic enim timore depulso, arguendi habebitis libertatem. Sic ergo Spiritui sancto attribuitur iudicium, non quantum ad iudicii rationem, sed quantum ad affectum iudicandi, quem homines habent.

ARTICVLVS II.

Vtrum iudiciaria potestas conueniat Christo secundum quod est homo.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd iudiciaria potestas non conueniat Christo, secundum q̄ est homo. Dicit enim Aug. * in lib. de Vera religione, quod iudicium attribuitur Filio, inquantum est ipsa lex primæ veritatis: sed hoc pertinet ad Christū, secundum quod est Deus. ergo iudiciaria potestas non conuenit Christo, secundum quod est homo, sed secundum quod est Deus.

¶ 2 Præt. Ad iudiciariam potestatē pertinet præmiare bene agentes, sicut & punire malos: sed præmium bonorum operum est beatitudo æterna, quę non datur nisi a Deo: dicit enim Augu. * super Ioan. quod participatione Dei, fit anima beata, non autem participatione animæ sanctæ. ergo videtur, quòd iudiciaria potestas non conueniat Christo, secundum quòd est homo, sed secundum quòd est Deus.

¶ 3 Præt. Ad iudiciariam Christi potestatem pertinet iudicare occulta cordium, secundum illud primæ ad Corinth. 4. Nolite ante tempus iudicare, quo ad vsque veniat Dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium: sed hoc pertinet ad solam virtutem diuinam, secundum illud Hier. 17. Prauum est cor hominis & inscrutabile, quis cognoscet illud? ego Dominus scrutans corda & probans renes: qui do vnicuique iuxta viam suam. ergo iudiciaria potestas non conuenit Christo, secundum quòd est homo, sed secundum q̄ est Deus.

¶ SED CONTRA est, quòd dicitur Ioan. 5. Potestatem dedit ei iudicium facere, quia Filius hominis est.

¶ RESPON. Dicendum, q̄ Chrysostomo. * super Ioan. sentire videtur, q̄ iudiciaria potestas nō conuenit Christo, secundum quòd est homo, sed solum secundum q̄ est Deus. Vnde auctoritatem Ioan. inductam, sic exponit: Potestatem dedit ei iudicium facere, (& postea subditur) quia Filius hominis est nolite mirari hoc. non enim propterea suscepit iudicium, quoniā homo est: sed quia ineffabilis Dei filius est propterea iudex est: quia vero ea quæ dicebantur, erant maiora, quàm secundum hominem, ideo hanc opinionem soluens dixit. Ne miremini, quia Filius hominis est: non significatur sola natura Filii hominis, sed etiam gratia, qua plenus erat Filius hominis: & sic ly quia Filius hominis est, concludit præcedentem sententiam. Et vere sic clarior apparet litera euangelii. Quarto, reddit triplicem rationē, quare cōueniebat Christo secundum humanam naturā competere iudiciariā potestas. Et clare patet in litera.

*Li. 2. de Trini. paulo a prin. & li. de Ysodis, paulo post prin.

*Hom. 38 in Ioā. parū ante medū. to. 3.

In cor. Li. 6. de Trin. circa prin. tom. 3. Eodē mō dicto cap. tom. 3.

*Tra. 19. in Io. post med. to. 9.

*Hom. 13 in Io. pare ante medū to. 3.

*Tra. 23. Ioā. inter. princ. ad me. to. 9.

¶ *Super quæstio. quinquagesimanonæ, Articul. II.*

TItulus clarus est.

¶ In corpore tria sunt. Primò recitatur opinio Chrysostomi, qui aliter punctuat ex cum euangelii quā nos, ipse enim illa verba, Qui Filius hominis est, non coniungit cum præcedētibus, scilicet, potestatem dedit ei iudicium facere: sed coniungit ea cum sequentibus, scilicet nolite mirari hoc: ita q̄ apud Chrys. concluditur prima sententia ibi, Potestatem dedit ei iudicium facere, & inchoat secunda sententia ibi, Quia Filius hominis est, & concluditur ibi, Nolite mirari hoc. Et est sensus, quòd propterea quia Filius hominis est, non accipiant admirationem de annedicta sententia, potestatem dedit ei iudicium facere vt clare patet in hac litera. Secundo, respōdet quæsito vna cōclusione: Ad Christum, etiā secundum humanā naturam pertinet habere iudiciariā potestatem. Probatur: Iudiciaria potestas committitur a Deo hominibus respectu eorum, qui illorum iurisdictioni subduntur. remanente apud Deum primæua potestate iudicādi: sed Christus, vt homo, est caput Ecclesiæ, & omnia habet subiecta sub pedibus suis: ergo Maior probatur auctoritate. Deute. & minor habetur ex supradictis. Tertio, respōdetur ad Chrys. ex auctoritate Augusti. soluit que obiectionem eius. Et solutio consistit in hoc, quod cum dicitur, quia Filius hominis est, non significatur sola natura Filii hominis, sed etiam gratia, qua plenus erat Filius hominis: & sic ly quia Filius hominis est, concludit præcedentem sententiam. Et vere sic clarior apparet litera euangelii. Quarto, reddit triplicem rationē, quare cōueniebat Christo secundum humanam naturā competere iudiciariā potestas. Et clare patet in litera.

Quæst. 8.

321

*C. 31. in prin. to. 1.

*C. 31. de peccatis to. 1.

*Tra. 55. in Io. inter. prine. & me. to. 9.

tius hominis est. & concluditur ibi, Nolite mirari hoc. Et est sensus, quòd propterea quia Filius hominis est, non accipiant admirationem de annedicta sententia, potestatem dedit ei iudicium facere vt clare patet in hac litera. Secundo, respōdet quæsito vna cōclusione: Ad Christum, etiā secundum humanā naturam pertinet habere iudiciariā potestatem. Probatur: Iudiciaria potestas committitur a Deo hominibus respectu eorum, qui illorum iurisdictioni subduntur. remanente apud Deum primæua potestate iudicādi: sed Christus, vt homo, est caput Ecclesiæ, & omnia habet subiecta sub pedibus suis: ergo Maior probatur auctoritate. Deute. & minor habetur ex supradictis. Tertio, respōdetur ad Chrys. ex auctoritate Augusti. soluit que obiectionem eius. Et solutio consistit in hoc, quod cum dicitur, quia Filius hominis est, non significatur sola natura Filii hominis, sed etiam gratia, qua plenus erat Filius hominis: & sic ly quia Filius hominis est, concludit præcedentem sententiam. Et vere sic clarior apparet litera euangelii. Quarto, reddit triplicem rationē, quare cōueniebat Christo secundum humanam naturā competere iudiciariā potestas. Et clare patet in litera. Secundo, respōdet quæsito vna cōclusione: Ad Christum, etiā secundum humanā naturam pertinet habere iudiciariā potestatem. Probatur: Iudiciaria potestas committitur a Deo hominibus respectu eorum, qui illorum iurisdictioni subduntur. remanente apud Deum primæua potestate iudicādi: sed Christus, vt homo, est caput Ecclesiæ, & omnia habet subiecta sub pedibus suis: ergo Maior probatur auctoritate. Deute. & minor habetur ex supradictis. Tertio, respōdetur ad Chrys. ex auctoritate Augusti. soluit que obiectionem eius. Et solutio consistit in hoc, quod cum dicitur, quia Filius hominis est, non significatur sola natura Filii hominis, sed etiam gratia, qua plenus erat Filius hominis: & sic ly quia Filius hominis est, concludit præcedentem sententiam. Et vere sic clarior apparet litera euangelii. Quarto, reddit triplicem rationē, quare cōueniebat Christo secundum humanam naturā competere iudiciariā potestas. Et clare patet in litera.

tibus nostris, tentatum per omnia * per similitudinem absque peccato: adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratiæ eius. Secundo, quia in finali iudicio (vt Augustin. † dicit super Ioan.) erit resurrectio corporum mortuorum, quæ suscitat Deus per filium hominis, sicut per eundem Christum suscitat an mas, in quantum est filius Dei. Tertio, quia, vt Augu. * dicit in lib. de verbis Domini, rectum erat vt iudicandi viderent iudicem, iudicandi autem erant boni & mali: restabat vt in iudicio, forma serui & bonis, & malis ostenderetur, forma Dei solis bonis seruaretur.

*Al. pro similitudine.

*Trac. 23. in Io. ante me. to. 9.

*In serm. 64. & est vltimus a medio illius, to. 10

¶ Ad primum ergo dicendum, quod iudicium pertinet ad veritatem, sicut ad regulam iudicij: sed ad hominem, qui est veritate imbutus, pertinet secundum quòd est vnum quodammodo cum ipsa veritate quasi quædam lex, & quædam iustitia animata. vnde & ibidem Augu. * introducit quod dicitur. 1. Cor. 2. Spiritualis iudicat omnia. Anima autem Christi præ cæteris creaturis magis fuit vnita veritati, & magis ea repleta, secundum illud Ioan. 1. Vidimus eum plenum gratiæ & veritatis. & secundum hoc ad animam Christis maximè pertinet omnia iudicare.

Li. de ver. reli. c. 31. a me. to. 1.

¶ Ad secundum dicendum, quod solius Dei est, sui participatione animas beatas facere: sed adducere homines ad beatitudinem, conuenit Christo, inquantum est caput & auctor salutis eorum, secūdum illud Heb. 2. Qui multos filios in gloriam adduxerat, auctorem salutis eorum per passionem consumati.

¶ Ad tertium dicēdum, quod cognoscere occulta cordium & diiudicare, per se quidem pertinet ad solū Deū, sed ex refluentia diuinitatis ad animam Christi, conuenit etiam ei cognoscere & iudicare occulta cordium, vt supra * dictum est, cum de sciētia Christi ageretur. & ideo dicitur Rom. 2. In die cum iudicabit Deus occulta hominum per Iesum Christum.

Quæst. 10. ar. 2.

ARTICVLVS III.

Vtrum Christus ex meritis adeptus fuerit iudiciariam potestatem.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd Christus non ex meritis fuerit adeptus iudiciariam potestatem. Iudiciaria enim potestas assequitur regiam dignitatem, secundum illud Prouer. 2. Rex qui sedet in solio iudicij, dissipat omne malum intuitu suo: sed regiam dignitatem Christus obtinuit absque meritis: cōpetit enim ei ex hoc ipso, q̄ est vnigenitus Dei. dicitur enim Luc. 1. Dabit ei dominus Deus sedē Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum. ergo Christus iudiciariam potestatem non obtinuit ex meritis.

¶ 2 Præt. Sicut dictum est, † iudiciaria potestas competit Christo, inquantum est caput nostrum: sed gratia capitis non competit Christo ex meritis, sed consequitur personalem vnionem diuinæ & humanæ naturæ, secundum illud, Vidimus gloriam eius quasi unigeniti à patre plenum gratiæ & veritatis, & de plenitudine eius nos oēs accepimus, quod pertinet ad rōnem capitis. ergo vt q̄ Christus non habuerit ex meritis iudiciariam potestatem.

¶ *Super quæstio. quinquagesimanonæ, Articu. III.*

TItulus clarus est.

¶ In corpore vna conclusio. Iudiciaria potestas homini Christo competit, & propter diuinam personā, & propter capitis dignitatem, & propter gratiæ habitualis plenitudinem, & cum his ex merito, eam obtinuit. Probatur, & primo quo ad primum tempus: quia vnū potest deberi alicui ex causis diuersis, quod declaratur exemplo gloriæ corporis Christi. Deinde quo ad vltimam partem: quia qui pro Dei iustitia iudicatus pugnauit & vicit, debet esse iudex, &c. Et confirmatur, auctoritate Scripturæ.

322 4. di. 48. q. 1. ar. 1. Et 4. cont. c. 95. princ. Et op. 3. c. 249.

Ar. præcē.

¶ 3 Præt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ 3 Præt. Apostolus dicit primæ ad Corinth. 2. Spiritualis iudicat omnia: sed homo efficitur spiritualis per gratiam, quæ non est ex meritis: alioquin iam non esset gratia, vt dicitur Rom. 11. ergo videtur quòd iudiciaria potestas non conueniat, nec Christo nec alijs ex meritis, sed ex sola gratia.

¶ SED CONTRA est, quòd dicitur Iob. 36. Causa tua quasi impij iudicata est, iudiciũ causamque recipies. & Augu. † dicit in lib. de verbis domini, Sedebit iudex, qui stetit sub iudice; damnabit vel ò reos, qui falsò factus est reus.

*In serm. vl. aliquã tulsa a me. to. 10.

¶ Respon. Dicendum, quòd nihil prohibet, vnum & idem deberi alicui ex causis diuersis, sicut gloria corporis resurgentis, debita fuit Christo non solum propter congruentiam diuinitatis, & propter gloriam animæ, sed etiam ex merito humilitatis passionis. Et similiter dicendum est, quòd iudiciaria potestas homini Christo competit, & propter diuinam personam, & propter capitis dignitatem, & propter plenitudinem gratiæ habitualis: & tamen etiam ex merito eam obtinuit, vt scilicet secundum Dei iustitiam iudex esset, qui pro Dei iustitia pugnauit & vicit, & iniustè iudicatus est. vnde ipse dicit Apocal. 3. Ego vici, & sedi in throno patris mei. In throno autem intelligitur iudiciaria potestas, secundum illud Psal. 9. Sedes super thronum, qui iudicas iustitiam.

¶ Ad primum ergo dicẽdum, quod ratio illa procedit de iudiciaria potestate, secundum quòd debetur Christo ex ipsa vnione ad verbum Dei.

¶ Ad secundum dicendum, quod ratio illa procedit ex parte gratiæ capitis.

¶ Ad tertium dicendum, quod ratio illa procedit ex parte gratiæ habitualis, quę est perfectiua animæ Christi: per hoc tamen, q̃ his modis debetur Christo iudiciaria potestas, non excluditur quin debeatur ei ex merito.

¶ *Super quæstio. quinquagesimanonæ, Artic. IIII.*

TItulus clarus. ¶ In corpore duæ sunt conclusiones. prima est Christo secundum diuinam naturã conuenit omnium iudiciũ. Probatur: quia sicut Pater omnia facit per Verbum, ita omnia iudicat per illud. Secunda conclusio est: Omnes res humanæ subdũntur iudicio Christi, secundum humanam naturam. Probatur triplicíter: & omnia clara sunt in litera.

123 Quolibet 10. artic. 2. co.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum Christo conueniat iudiciaria potestas, quantum ad omnes res humanas.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd ad Christum non pertineat iudiciaria potestas, quantum ad omnes res humanas. Vt enim legitur Luc. 12. cum quidã de turba Christo diceret, Dic fratri meo, vt diuidat mecum hæreditatem, ille respondit, Homo quis me constituit iudicem aut diuisorem super uos? non ergo habet iudicium super omnes res humanas.

¶ 2 Præt. Nullus habet iudicium, nisi super ea, quæ sunt sibi subiecta: sed Christo nondum videmus omnia esse subiecta, vt dicitur Hebræorum. 2. ergo videtur quod Christus non habeat super omnes res humanas iudicium.

*Li. 20. c. 2. tom. 5.

¶ 3 Præt. Aug. dicit 20. de Ciui. Dei,* q̃ ad iudicium diuinum pertinet hoc, q̃ interdum boni affliguntur in hoc mundo, & interdum prosperantur, & similiter mali: sed hoc fuit etiam ante Christi incarnationem. ergo non omnia iudicia Dei circa res humanas pertinent ad iudiciariam potestatem Christi.

¶ Sed contra est, quod dicitur Ioan. 5. Pater, omne iudicium dedit filio.

¶ Respon. Dicendum, quod si de Christo loquamur secundum diuinam naturam, manifestum est, quod omne iudicium patris pertinet ad Filium: sicut enim Pater facit omnia verbo suo, ita & omnia iudicat verbo suo. Si vero loquamur de Christo secundum naturam humanam, sic etiam manifestum est, quod omnes res humanæ subduntur eius iudicio. Et hoc manifestum est: primo quidem, si consideremus habitudinem animæ Christi ad verbum Dei: si enim spiritualis iudicat omnia (ut dicitur primæ ad Corinth. 2.) inquantum mens eius verbo Dei inhæret, multo magis anima Christi, quæ est plena veritate Verbi Dei, super omnia iudicium habet.

¶ Secundo apparet idem ex merito mortis eius: quia vt dicitur Rom. 14. in hoc Christus mortuus est, & resurrexit, vt viuorum & mortuorum dominetur. Et ideo subibi subdit, quod omnes stabimus ante tribunal Christi. Et Daniel. 7. dicitur, q̃ dedit ei potestatem, & honorem, & regnum, & omnes populi, tribus & linguæ seruient ei.

¶ Tertio apparet idem ex comparatione rerum humanarum ad finem humanæ salutis: cuicumque enim cõmittitur principale, committitur & accessoriũ. Omnes autem res humanæ, ordinãtur in finem beatitudinis, quæ est salus æterna, ad quam homines admittuntur, vel etiã repelluntur iudicio Christi, vt patet Matth. 25. Et ideo manifestum est, quod ad iudiciariam potestatem Christi, pertinent omnes res humanæ.

¶ Ad primum ergo dicendum, quod sicut dictum est,* iudiciaria potestas consequitur regiam dignitatem. Christus autem quamuis esset rex constitutus à Deo: non tamen in terris viuens, terrenum regnum temporaliter administrare voluit: vnde ipse dicit Ioan. 18. Regnum meũ non est de hoc mundo. Similiter etiam iudiciariam potestatem exercere noluit super res temporales, qui venerat homines ad diuina transferre: vnde Amb. ibidem dicit,* Bene terrena declinat, qui propter diuina descenderat: nec iudex dignatur esse litium, & arbiter facultatem, viuorum habens mortuorumque iudicium, arbitriumque meritorum.

* Ar. præc. in arg. 1.

* Li. 7. in Luc. super illud Non uolo me constituti iudicem inter uos. 12.

¶ Ad secundum dicendum, quòd Christo sunt omnia subiecta quantũ ad potestatem, quàm à Patre super omnia accepit, secundum illud Mat. vlti. Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra. Nondum tamen sunt omnia ei subiecta, quantum ad executionem suæ potestatis, quod quidem erit in futuro: quando de omnibus uoluntatem suam adimplebit, quosdam quidem saluãdo, quosdam autem puniendo.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ ante incarnationem huiusmodi iudicia exercebantur per Christum, inquãtum Dei verbum est, cuius potestatis facta est particeps per incarnationem anima, ei personaliter unita.

ARTICVLVS V.

Vtrum post iudicium quod agitur in præsenti tempore, restet aliud iudicium.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quod post iudiciũ, quod in præsenti tempore agitur, non restet aliud iudicium generale. Post ultimam enim retributionem præmiorum & pœnarum, frustra adhibetur iudicium: sed in hoc præsenti tempore fit retributio præmiorum & pœnarũ: dixit enim Dominus latroni in cruce Luc. 23. Hodie mecum eris in paradiso, & Luc. 16. dicitur, quod mortuus est diues & sepultus est in inferno. ergo frustra expectatur finale iudicium.

¶ *Super quæstionis quinquagesimænonæ, Arti. V.*

TItulus clarus. ¶ In corpore vna cõclusio: Vltra iudiciũ q̃d in cuiuslibet homĩs morte fit, oportet esse finale iudicium in nouissimo die. Probat: quia sic iudicium de aliqua re mutabili, quæ non potest ante eius cõsummationem: sed vita hominis licet sit per mortem terminata diuina sapientia disponit omnia suauiter, ac per hoc, quia suauis dispositio iudicii rei mutabilis, exigit vt discutiatur secundum modum naturæ suæ, videbis quòd sapientissime processit Auctor ad concludendum finale iudicium, ex eo quòd perfectum iudicium rei mutabilis non potest suauiter dari ante illius consummationem.

354 4. dist. 47. q. 1. ar. 1. & 4. q. 1. & 4. cõ. 1. & 3. princ. & in nouiss. op. 3. cap. fin. o die. Probat 249. Et sic. Iudicium de ali op. 1. quæ re mutabili, 27. Et dari perfectè non 30. sec. 3. potest ante eius cõ prisummationem: sed

minata secundum se, remanet tamen secundum quid mutabilitati subiecta vsque ad finem mundi dependens ex futuris. ergo non potest vita hominis, secundum id, quod quomodolibet ad vnumquemque pertinet perfectè iudicari ante finem mundi. ergo oportet esse finale iudicium in nouissimo die ultra particulare, quod fit in cuiusque morte. Maior propositio manifestatur duplicíter: primo in actionibus: secundo in hominibus, & ad hoc affertur auctoritas Apostoli. Minor autem propositio manifestat in quinque generibus relꝰ quarum vitæ humanæ, s. in memoriis, in filiis, in effectibus, in corporibus, & in animis. Et qñ dixisset fortasse aliquis, q̃ reliquiæ istæ sunt impertinentes ad Christi iudicium: ideo ad hoc excludẽdum Auctor apponit rationem, quam perficit in responsione ad primum. Est autem ratio integra, quòd hæc omnia quia ælaudantur sub genere præmii vel pœnæ, ideo cadũt sub æstimatione diuini iudicii, q̃ ad omnia humana præmia, omnesq; humanas pœnas se extendit. Patet autem discurrendo per singula enumerata, quòd nonnulla pœna, & nonnullum præmium est hominis in supradictis reliquiis præsupposita immortalitate animæ & corporis post resurrectionem, vt hic supponimus.

¶ Aduerte hic, q̃ maior propositio est per se nota, loquendo de iudicio alicuius rei ex proprijs ipsius, vt patet. Et hoc dico ne fallaris à captiosis, obiicientibus de æterno dei iudicio, quo singula perfectissime iudicat antequã fiant. Christus etiam secundum q̃ homo ab instanti conceptionis suæ perfectissime cognouit oẽs has reliquias antequã fiant: sed hæc sunt ex parte cognoscentis: præsens autem ratio ex rei cognitæ se tenet, & per se notam propositionẽ assumit, q̃ rei mutabilis perfectũ iudicium dari nõ potest ante illius cõsummationem. Et si ipsi iungas, quòd pultus est in inferno. ergo frustra expectatur finale iudicium.

¶ 2 Præt. Nahum 1. dicitur secundum aliam literam, Non iudicabit Deus bis in idipsum: sed in hoc tempore Dei iudicium exercetur, & quantum ad temporalia, & quantum ad spiritualia. ergo videtur, quòd non sit expectandum aliud finale iudicium.

¶ 3 Præt. Præmium & pœna respõdẽt merito & demerito: sed meritum & demeritum non pertinent ad corpus, nisi inquantum est animæ instrumentum. ergo nec præmium, seu pœna debetur corpori, nisi propter animam. non ergo requiritur aliud iudicium in fine, ad hoc quòd homo præmietur, aut puniatur in corpore, præter illud, quo nunc puniuntur, aut præmiantur animæ.

¶ SED CONTRA est, quòd dicitur Ioan. 12. Sermo quem locutus sum, ille iudicabit eum in nouissimo die. erit ergo quoddam iudicium in nouissimo die præter iudicium, quod nunc agitur.

¶ Respon. Dicendum, quòd iudicium de aliqua re mutabili, perfectè dari non potest ante eius consummationem: sicut iudicium de aliqua actione, qualis sit perfectè dari non potest, antequàm sit consumata, & in se & in suis effectibus: quia multæ actiones videntur esse vtiles quę ex effectibus demonstrantur nociuæ: & similiter de homine aliquo iudicium perfectè dari non potest, quo ad eius vitam terminetur, eo quòd multipliciter potest mutari de bono in malum, aut econuerso, vel de bono in melius, aut de malo in peius. vnde Apostolus dicit Hebr. 9. quòd hominibus statutũ est semel mori, post hoc autem iudicium. Sciendum tamen, quod licet per mortem vita hominis temporalis terminetur secundum se, remanet tamen ex futuris, secundum quid dependens. Vno quidem modo, secundum quod adhuc viuit in memorijs hominum, in quibus quandoque contra veritatem remanet bonæ famæ, vel malæ. Alio modo in filijs, qui sunt quasi aliquid patris, secundum illud Eccle. 30. Mortuus est pater eius, & quasi non est mortuus, similem enim reliquit sibi post se. & tamen multorum bonorum sunt mali filij, & econtrario. Tertio modo, quantum ad effectum suorum operum, sicut ex deceptione Arrij & aliorum seductorum, pullulat infidelitas vsque ad finem mundi: & vsque tunc proficit fides ex prædicatione apostolorum. Quarto modo, quantum ad corpus, quod quandoque honorifice traditur sepulturæ, quandoque vero relinquitur insepultum, & tandem incineratum omnino resoluitur. Quinto modo, quãtum ad ea, in quibus homo suum affectum defixit, puta in quibuscumque temporalibus rebus, quorum quædam citius finiuntur, quædam diutius durant. Omnia autem hæc subduntur existimationi iudicii diuini: & ideo de his omnibus perfectum & manifestũ iudicium haberi non potest, quandiu huius temporis cursus durat: & propter hoc oportet esse finale iudicium in nouissimo die, in quo perfectè id quod ad unumquemque hominẽ pertinet, quocumque modo, perfectè & manifestè iudicetur.

¶ Ad primum ergo dicẽdum, quod opinio quorundam fuit, quod animæ sanctorum non præmiantur in cælo, nec animæ damnatorum puniuntur in inferno, vsq; ad diem iudicii: quod quidem apparet esse falsum ex hoc, quod Apostolus 2. ad Corin. 5. dicit, Audemus, & bonam voluntatem habemus peregrinari à corpore, & præsentes esse ad Dominum, quod est jã non ambulare per fidem, sed per speciem, vt patet ex his quæ subsequuntur: hoc autem est videre Deum per essentiam, in quo consistit vita æterna, vt patet Ioan. 17. Vnde manifestum est, animas à corporibus separatas esse in vita æterna: & ideo dicendum est, quod post mortem quantum ad ea quæ sunt animæ, homo sortitur quendam immutabilem statum, & ideo quantum ad præmium animæ, non oportet vlterius differri iudicium: sed quia quædam alia sunt ad hominem pertinentia, quæ toto temporis cursu aguntur, quæ non sunt aliena à diuino iudicio, oportet iterum in fine temporis, omnia hæc in iudicium adduci. licet enim homo secundum hæc non mereatur neque demereatur, tamen pertinent ad aliquod eius præmium vel pœnã. vnde oportet hæc omnia æstimari in finali iudicio.

¶ Ad secundum dicendum, quod Deus non iudicabit bis in idipsum, idest secundum idem: sed secundum diuersa, non est inconueniens Deum bis iudicare.

¶ Ad tertium dicendum, quòd licet præmium, vel pœna corporis dependeat ex præmio vel pœna animæ: tamen quia anima non est mutabilis nisi per accidens, propter corpus, statim separata à corpore, habet statum immutabilem, & accipit suum iudicium: sed corpus remaneat mutabilitati subiectum vsque ad finem temporis: & ideo oportet quod tunc recipiat suum præmium, vel pœnam in finali iudicio.

¶ Et hæc dicta sint de iudicio, quatenus infra cognitionis seu speculationis limites consistit: vt autem extensione fit practicum, ad punien dum vel præmiandum absque distinctione aliqua, patet propositionem maiorem esse vniuersaliter verissimam: quoniam reddere præmium uel pœnam perfecte, præsupponit consummationem operis puniendi, vel præmiandi. Et iuxta hunc sensum clare patet processus literæ absq; obiectione aliqua: qa nec Deus prius punit, quàm fiat quod puniendum est &c.

¶ Circa reliquias spectantes ad pœnam, vel præmiũ, secundum Auctoris sententiam, aduerte quòd licet apud nostra iudicia hæc videantur per accidens & cõsequenter aliena ab examinatione iudicis: apud tamẽ diuinum iudicium omnia æstimanda esse ex factis, potest colligi literis. Legimus enim Nabuchodonosor præmiatum à Deo ob seruitium sibi exhibitum satis per accidens in oppugnatione Tyri, vt patet Ezechiel. 28. Dauid quoque punitus legimus ob effectum facti per accidens, quia inquit Nathan propheta, inimicos fecisti blasphemare nomen Domini, filius qui natus est tibi, morietur. 2. Reg. 12. Vnde patet ad ea etiã quę per accidens sunt, diuina se extendere iudicia.

¶ In responsione ad primum & tertium, aduerte quòd aliud est, aliquem post mortem sortiri statum immutabilem secundum animam, & aliud est sortiri statum non impedibilem: anima enim per mortem peruenit ad statum immutabilem de bonita-

Universidad de Deusto
Biblioteca

bonitate in malitiam, aut econtra: & aut est confirmata in bono, aut obstinata in malo; aut ciuis cælestis, aut inferni. Et penes hoc attendit immutabilitas status, cui qua immutabilitate stat, quòd possit impediri ad tempus, ne ad suã ciuitatem perueniat. Et huiusmodi impedimenta pertinent ad purgatoriũ, quod non constituit tertiũ statũ animarum, neque facit mutationem aliquã in statu animæ, quia est immutabilis, sed impedimẽtum præstat consumationi status illius. Et similẽ est ei, quod inuenitur in motibus naturalibus: leue enim ascendens sursum si impediatur in via, non propterea mutat sui motus naturam, nec cessante impedimento, ascendendo nouũ acquirit principium motus: sed remoto prohibente, redit primæuo immutato principio ascẽsum prosequitur. Sic enim anima immutata secũdum statum suum, soluto purgatorio tanquam remoto prohibente ad finem sui immobilis status, in quo est confirmata per mortem gratia duce peruenit.

¶ *Super quæstio. quinquagesimænonæ, Articul. VI.*

*Cap.7.2 medio. TItulus clarus est.

¶ In corpore duo sunt. Primo, respondetur quæsito per vnã conclusionem: Angeli subsunt iudiciariæ potestati Christi etiã inquantũ est homo. Et probatur tripliciter. Secundo declaratur, quo ad quid angeli subsunt sic Christo. Et fit distinctio tribus membris, scilicet de ministerio, vel præmio aut pœna accidentali, vel præmio, aut pœna essentiali. Et omnia clara sunt in litera

ARTICVLVS VI.

Vtrum iudiciaria potestas Christi se extendat ad angelos.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd potestas Christi iudiciaria non se extendat ad angelos. Angeli enim tam boni, quàm mali iudicati sunt à principio mundi, quando quibusdam cadentibus per peccatum, alij sunt in beatitudine confirmati: sed illi qui iudicati sunt, non indigent iterum iudicari. ergo potestas iudiciaria Christi non se extendit ad angelos.

¶ 2 Præt. Non est eiusdem iudicare & iudicari: sed angeli venient cũ Christo iudicaturi, secundum illud Mat. 25. Cum venerit filius hominis in maiestate sua, & omnes angeli cum eo. ergo videtur quòd angeli non sunt iudicandi à Christo.

¶ 3 Prat. Angeli sunt superiores alijs creaturis. si ergo Christus est iudex non solum hominum, sed etiam angelorum, pari ratione erit iudex omnium creaturarum, quod videtur esse falsum, cum hoc sit proprium prouidẽtiæ Dei. vnde dicitur Iob 34. Quem cõstituit alium super terram, aut quem posuit super orbem, quem fabricatus est? non ergo Christus est iudex angelorum.

¶ SED CONTRA est, quòd Apostolus dicit 1. Cor. 6. An nescitis quoniam angelos iudicabimus? sed sancti non iudicabunt nisi auctoritate Christi. ergo multo magis Christus habet iudiciariam potestatem super angelos.

¶ RESPON. Dicendum, q̃ angeli subsunt iudiciariæ potestati Christi, non solum quantum ad diuinam naturam, prout est verbum Dei, sed etiam ratione humanæ naturæ, quod patet ex tribus. Primo quidem, ex propinquitate naturæ assumptæ ad Deum: quia, vt dicitur Heb. 2. nusquàm angelos apprehendit, sed semen Abrahæ apprehendit: & ideo anima Christi magis est repleta virtute verbi Dei, quam aliquis angelorum, vnde & angelos illuminat, sicut Diony. dicit 7. c. cæl. hierar. * vnde de eis habet iudicare. Secundo, quia per humilitatem passionis, humana natura in Christo, meruit exaltari super angelos: ita sicut dicitur Philip. 2. Vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cælestium, terrestrium, & infernorũ: & ideo Christus habet iudiciariam potestatem, etiam super omnes angelos, & bonos & malos. In cuius signum dicitur Apocal. 7. quòd omnes angeli stabant in circuitu throni. Tertio, ratione eorum quæ circa homines operãtur, quorũ Christus speciali quodam modo est caput. vnde dicitur Hebr. 1. Omnes sunt administratorij spiritus, in ministeriũ missi, propter eos, qui hæreditatem capiunt salutis. Subsunt autẽ iudicio Christi, vno quidem modo quantum ad dispẽsationem eorum, quæ per ipsos aguntur, quæ quidem dispensatio fit etiam per hominem Christum, cui angeli ministrabãt, vt dicitur Matth. 4. & a quo dæmones petebant, vt in porcos mitterentur, vt dicitur Mat. 8. Secundo, quãtum ad alia accidentalia præmia bonorum angelorum, quæ sunt gaudia, quæ habent de salute hominum, secundum illud Luc. 15. Gaudium erit angelis Dei super vno peccatore pœnitentiam agente, & etiam quantum ad pœnas accidentales dæmonum, quibus torquentur vel hic, vel recludũtur in inferno. Et hoc etiã pertinet ad hominẽ Christum. vnde Marc. 1. dicitur, quòd dæmon clamauit, quid nobis & tibi Iesu Nazarene? venisti ante tempus perdere nos. Tertio, quantum ad præmium essentiale bonorum angelorum, quod est beatitudo æterna, & quãtum ad pœnam essentialem angelorũ malorum, quæ est damnatio æterna: sed hoc factum est per Christum, inquantum est verbum Dei, à principio mundi.

¶ Ad primum ergo dicendum, q̃ ratio illa procedit de iudicio quantum ad præmium essentiale, & pœnam principalem.

¶ Ad secundum dicendum, quod sicut dicit † Augustin. in lib. de vera religione, licet spiritualis iudicet omnia: tamen iudicatur ab ipsa veritate: & ideo licet angeli, ex eo quod sunt spirituales, iudicent, indicantur tamen a Christo, inquantum est veritas.

¶ Ad tertium dicẽdum, quod Christus habet iudicium non solum super angelos, sed etiam super administrationem totius creaturæ si enim, vt * Augustin. dicit in 3. de Trinita. inferiora quodam ordine reguntur a Deo per superiora, oportet dicere, quod omnia regantur per animam Christi, quæ est supra omnem creaturã: vnde & Apostolus dicit Hebr. 2. Non enim angelis subiecit Deus orbem terræ futurum, scilicet subiectum ei, de quo loquitur, idest, Christo: nec tamen propter hoc alium constituit Deus super terram: quia vnus & idem est, & Deus & homo, dominus Iesus Christus. De cuius incarnationis mysterio ad præsens dicta sufficiant.

*Li.3.ca4. com.5.

QVAEST. LX.

De sacramentis, in octo articulos diuisa.

POST considerationem eorũ, quæ pertinẽt ad mysteria verbi incarnati, considerandum est de ecclesiæ sacramentis, q̃ ab ipso verbo incarnato efficaciã habent. Et prima consideratio erit de sacramentis in cõmuni. Secunda de vnoquoque sacramentorum in speciali.

¶ *Super quæstionis sexagesimæ, Articul. primum.*

POST considerationẽ &c. Hic incipit secunda pars principalis huius libri, distincta in partes octo,

tes octo, primam de sacramentis in communi, & reliqua septem, secundum singula septẽ sacramẽta. Prima igitur hæc pars durans vsque ad quæstio. 66. inchoata a sacramenti genere in 1. art. quæst. 60. vt clare titulus monstrat, ita quòd in titulo huius articuli, sacramenti nomen sumitur secundum eam significationẽ, qua prædicatur de septem ecclesiæ sacramentis. Et est intentio inquirendi, an secundum illam significationẽ sit in genere signi: quamuis absq; ad ditione aliqua quæstio proponatur, & propterea argumenta absolute de sacramento arguant.

¶ In corpore articuli vna est conclusio: Sacramentum, de quo est sermo, est in genere signi. Probatur: Nũc loquimur de sacramentis, secũdum quòd important habitudinem signi. ergo. Antecedens manifestatur ex hoc, quòd sacramenti nomen est multiplex, & dicitur tam habens, quam causa, quàm signum, & respectu sanctitatis occultæ. Et rursus hoc manifestatur ex communi regula: quia omnia habentia ordinem ad vnum, possunt diuersimode ab illo nominari, vt patet in sanitate & sanis. Hæc satis clara sunt ex communibus regulis nominum multiplicium ad vnum, vel in vno, vel ab vno, quæ abusiue vocantur analoga. Vnde etiam Auctor in calce responsionis ad tertium, hanc abusionem corrigendo, cum dixisset, scilicet analogice, ita etiam declarauit, quid intẽdit subdẽs, scilicet secundum diuersam habitudinem ad vnum &c.

326 q.di.1.q.1. ar.1.q.1.& ar.3.ad 1. & ar 4.q.1 ad 1.

*Alias per

*1.i.2.c.1. circa prin. to.3.

*22.q.5.c. parnuli q sine ætate.

¶ Primo, Quid sit sacramentum.
¶ Secundo, De necessitate sacramentorum.
¶ Tertio, De effectibus sacramentorum.
¶ Quarto, De causa eorum.
¶ Quinto, De numero.

Circa primum quinque consideranda sunt.

¶ Primo, Vtrum sacramentum sit in genere signi.
¶ Secundo, Vtrum omne signum rei sacræ sit sacramentum.
¶ Tertio, Vtrum sacramentum sit signum vnius rei tantum, vel pluriũ.
¶ Quarto, Vtrum sacramentum sit signum quod est res sensibilis.
¶ Quinto, Vtrum ad sacramentum requiratur determinata res sensibilis.
¶ Sexto, Vtrum ad sacramentum requiratur significatio, quæ est per verba
¶ Septimo, Vtrum requirantur determinata verba.
¶ Octauo, Vtrum illis verbis possit aliquid addi, vel subtrahi.

ARTICVLVS I.

Vtrum sacramentum sit in genere signi.

AD primum sic proceditur. Videtur quòd sacramentum non sit in genere signi. Videtur enim sacramentum dici à sacrando, sicut medicamentum à medicando: sed hoc magis videtur pertinere ad rationem causæ, quam ad rationem signi. ergo sacramentum magis est in genere causæ, quàm in genere signi.

¶ 2 Præt. Sacramentum videtur aliquid occultum significare, secundum illud Tobiæ 12. Sacramentum regis abscondere bonum est. Et Ephes. 3. Quæ sit dispensatio sacramenti absconditi à sæculis in Deo: sed illud quod est absconditum, videtur esse contra rationem signi. Nam signum est, quod * præter speciem, quam ingerit sensibus, facit aliquid aliud in cognitionem venire, vt patet per Aug. † in 2. de doctr. Christ. ergo videtur, quòd sacramentum non sit in genere signi.

¶ 3 Præt. Iuramentum quandoque sacramentum nominatur: dicitur enim in † Decre. 22. q. 5. Paruuli qui sine ætate rationabili sunt, non cogantur iurare, & qui semel perturatus fuerit, nec testis sit post hoc, nec ad sacramentum, idest, iuramentum accedat: sed iuramentum non pertinet ad rationem signi. ergo videtur quòd sacramentum non sit in genere signi.

¶ SED CONTRA est, quod * Augustin. dicit in 10. de ciuit. Dei, sacrificium visibile, inuisibilis sacrificii sacramentum, idest, sacrum signum est.

*Li.10.c. 5. non procul a prin. to.5.

¶ Respondeo Dicendum, quòd omnia quæ habent ordinem ad vnum aliquid, licet diuersimodè ab illo denominari possint: sicut à sanitate, quæ est in animali, denominatur sanum, non solum animal, sed est sanitatis subiectum, sed dicitur, medicina sana, inquantum est sanitatis effectiua, dæta verò, inquantum est conseruatiua eiusdem, & vrina inquantum est significatiua ipsius. Sic igitur sacramentum potest aliquid dici, vel quia in se habet aliquam sanctitatem occultam, & secundum hoc sacramentum idem est, quod sacrum secretum, vel quia habet aliquem ordinem ad hanc sanctitatem, vel causæ, vel signi, vel secundum quamcumque aliam habitudinem: specialiter autem nunc loquimur de sacramentis, secundum quòd important habitudinem signi, & secundum hoc sacramentum ponitur in genere signi.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quia medicina se habet, vt causa effectiua sanitatis, inde est quod omnia denominata à medicina, dicuntur per ordinem ad vnum primum agens, & propter hoc medicamentum importat causalitatem quandam: sed sanctitas, à qua denominatur sacramentum, non significatur per modum causæ efficientis, sed magis per modum causæ formalis vel finalis: & ideo non oportet, quod sacramentum semper importet causalitatem.

¶ Ad secundum dicendum, quòd ratio illa procedit, secundum quòd sacramentum idem est, quod sacrum secretum: dicitur autem non solum Dei secretum, sed etiam regis, esse sacrum & sacramentum: quia secundum antiquos sancta, vel sacrosancta dicebantur, quæcumque violari non licebat: sicut etiam muri ciuitatis, & personæ in dignitatibus constitutæ: & ideo illa secreta siue diuina, siue humana, quæ non licet violari, quibuslibet publicando, dicuntur sacra, vel sacramenta.

¶ AD tertium dicendum, quod etiam iuramentum habet quandam habitudinem ad res sacras: inquantum scilicet, est quædam contestatio facta per aliquod sacrum & secundum hoc dicitur iuramentum esse sacramentum non eadem ratione, qua nunc loquimur de sacramentis: non tamen æquiuocè, sumpto nomine sacramenti, sed analogicè scilicet secundum diuersam habitudinem ad aliquid vnum, quod est res sacra.

ARTICVLVS II.

Vtrum omne signum rei sacræ sit sacramentum.

AD Secundum sic proceditur. Videtur quòd non omne signum rei sacræ sit sacramentum. Omnes enim creaturæ sensibiles, sunt signa rerum sacrarum, secundum illud Rom. 1. Inuisibilia Dei, per ea quæ facta sunt intellecta, conspiciuntur: nec tamen omnes res sensibiles possunt dici sacramẽta. non ergo omne signum rei sacræ est sacramentum.

¶ 2 Præterea Omnia, quæ in veteri lege fiebant, Christum figurabant, qui est sanctus sanctorum, secundum illud 1. ad Cor. 10. Omnia in figura contingebant illis. Et Coloss. 2. Quæ sunt vmbra futurorum, corpus autem Christi: nec tamen

*Cap.31. 1.

*Li.64. com.5.

327 Infra q.64 ar.2.Et 1. 2.q.101.ar. 4 cor & q. 102.art.5. cor. Et 4. dist.1.q.1. ar.1.qa.

*Alias per

Universidad de Deusto
Biblioteca

non aliunde deducitur, quã ex hoc, quòd signum proprie datur homini cuius est per notũ ad ignotum discurrere.

3.p.q.101. ar.4. ¶ Et scito duo. Primum quòd Auctor nó solum pro reuerentia sic definientium sacramẽtum, sed etiam pro firmando vsu ecclesiæ, quo sacramentum dicimus, non cuiusque rei sacræ signum, sed hominis sanctificantis, descriptionem hanc in definitionem erexit. Secundum est, q̃ ly sanctificantis, intelligitur in actu exercito, hoc est, quòd est signũ rei sacræ, vt actualiter exercet sanctificationem hominis. quia ad hoc adhibetur vt signũ vt sanctificetur homo per illius signi ficatum.

omnia gesta patrum veteris testamenti, vel etiam omnes cæremoniæ legis sunt sacramenta: sed quædam specialiter, sicut in secunda parte habitum est. †ergo videtur quòd non omne signum rei sacræ sit sacramentum.

¶3 Præt. Etiam in nouo testamento multa geruntur in signum alicuius rei sacræ, quæ tamen non dicuntur sacramenta, sicut asperſio aquæ benedictæ, consecratio altaris, & similia. non ergo omne signum rei sacræ, est sacramentum.

¶ SED CONTRA est, quòd definitio conuertitur cum definito: sed quidam definiunt sacramentum per hoc, quod est sacræ rei signum, & hoc etiam videtur ex auctoritate * Augu. supra inducta. ergo videtur quod omne signum rei sacræ, sit sacramentum.

¶ Respondeo Dicendum, quòd signa proprie dantur hominibus, quorum est, per nota ad ignota peruenire: & ideo proprie dicitur sacramentum, quod est signum alicuius rei sacræ ad homines pertinentis, vt scilicet proprie dicatur sacramentum, secundum quod nunc de sacramentis loquimur, quod est signum rei sacræ, inquãtum est sanctificans homines.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quod creaturæ sensibiles significant aliquid sacrum, scilicet sapientiam & bonitatem diuinam, in quantum sunt in seipsis sacra, non autem inquantum nos per ea sanctificamur: & ideo non possunt dici sacramenta, secundum quod nunc loquimur de sacramentis.

¶ Ad secundum dicendum, quòd quædam ad vetus testamentum pertinẽtia, significabant sanctitatem Christi, secundum quod in se sanctus est: quædam vero significabant sanctitatem eius, inquantum per ea nos sanctificamur, sicut immolatio agni paschalis significabat immolationem Christi, qua sanctificati sumus: & talia dicuntur proprie veteris legis sacramenta.

¶ Ad tertium dicendum, quòd res denominatur à fine & complemento: dispositio autem non est finis, sed perfectio: & ideo quæ significant dispositionem ad sanctitatem, non dicuntur sacramenta, de quibus procedit obiectio, sed solum ea, quæ significat perfectionem sanctitatis humanæ.

¶ *Super quæstionis sexagesimæ, Articulum tertium.*

328 4.di.1.q.1 ar.1.q.1.ad 4. & ar.1. cor.

TItulus clarus. ¶In corpore vna conclusio cum vna corollario. Cõclusio, Sacramentum, est signum trium rerum. Declaratur: Sacramẽtum est signum nostræ sanctificationis, in quã considerantur tria, & hæc per sacramenta significantur. ergo. Corollarium est: Sacramentum est signum rememorativum, demõstrativum, & prognosticum. Declaratur ex tribus præmissis.

¶ Aduerte hic, quòd Auctor grãtia materiæ abique probatione procedit, declarando quæ ab que controuersia accipiantur de sacramentis in communi.

ARTICVLVS III.

Vtrum sacramentum sit signum vnius rei tantum.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quod sacramentum non sit signum nisi vnius rei. Id enim quo multa significantur, est signum ambiguum, & per consequens fallendi occasio, sicut patet de nominibus æquiuocis: sed omnis fallacia debet remoueri à christiana religione, secundum illud Coloss. 2. Videte, ne quis vos seducat per philosophiam, & inanem fallaciam. ergo videtur, quod sacramentum non sit signum plurium rerum.

¶2 Præt. Sicut dictum est, † sacramentum significat rem sacram, inquantum est humanæ sanctificationis causa: sed vna sola est causa humanæ sanctificationis, scilicet sanguis Christi, secundum illud Hebr. vlt. Iesus vt sanctificaret per suum sanguinem populum, extra portam passus est. ergo videtur, quod sacramentum non significet plura.

¶3 Præt. Dictum est, q̃ sacramentum propriè significat ipsum finem sanctificationis: sed finis sanctificationis est vita æterna, secundum illud Rom. 6. Habetis fructum vestrum in sanctificatione, finem vero vitam æternam. ergo videtur quod sacramentum non significet nisi vnã rem, scilicet vitam æternam.

¶ SED CONTRA est, quod in sacramento altaris est duplex res significata, scilicet corpus Christi verum, & mysticum, vt Aug. † dicit in li. sentẽ. Prosperi.

¶ Respondeo Dicendum, quod, sicut dictum est, * sacramentum propriè dicitur, quod ordinatur ad significandam nostram sanctificationem. In qua tria possunt considerari, videlicet ipsa causa sanctificationis nostræ, quæ est passio Christi: & forma nostræ sanctificationis, quæ consistit in gratia & virtutibus, & vltimus finis sanctificationis nostræ, qui est vita æterna. & hæc omnia, per sacramenta significantur. vnde sacramentum est & signum rememorativum eius quod præcessit, scilicet passionis Christi, & demonstrativum eius quod in nobis efficitur per Christi passionem, scilicet gratiæ, & prognosticum, idest, prænuntiativum futuræ gloriæ.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quod tunc est signum ambiguum, præbens occasionem fallendi, quando significat multa, quorum vnum non ordinatur ad aliud: sed quando significat multa, secundum quòd ex eis quodam ordine efficitur vnum, tunc non est signum ambiguum, sed certum: sicut hoc nomen homo, significat animam & corpus, prout ex eis constituitur humana natura. Et hoc modo sacramentum significat tria * prædicta, secundum quod quodam ordine sunt vnum.

¶ Ad secundum dicendum, quòd sacramentum in hoc, quod significat rem sanctificantem, oportet quod significet effectum, qui intelligitur in ipsa causa sanctificante, prout est sanctificans.

¶ Ad tertium dicendum, quòd sufficit ad rationem sacramenti, quod significet perfectionem, quæ est forma: nec oportet quod solum significet perfectionem, quæ est finis.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum sacramentum sit semper aliqua res sensibilis.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quod sacramentum non semper sit aliqua res sensibilis: quia secundum Philosophum in lib. Priorum omnis effectus, suæ causæ signum est; sed sicut sunt

¶ *Super quæstionis sexagesimæ, Articulum quartum.*

329 4.di.1.q.1 ar.1.q.1.& ar.2.q.1.& 2.3. cor. Et 4.cõc.c.56 Et lc.3.

TItulus clarus. Res sensibiles, puta, aqua, oleum, vinum, patris. ¶In corpore vna cõclusio: Ad sacramenta

menta requiruntur res sensibiles. Probatur dupliciter, primo, ratione: Res sacræ quæ per sacramenta significantur, sunt quædam bona intelligibilia, quibus homo sanctificatur. ergo per aliquas res sensibiles significatio sacramenti implenda est. ergo ad sacramenta requiruntur res sensibiles. Prima consequentia probatur ratione: ex parte quidem nostri, quia modus naturalis cognitionis humanæ est, vt per sensibilia ad intelligibilia deueniat:

Art.2. huius q.

*Li.2.c19 tom.1. figmum autem est, per quod in alterius cognitionem deuenimus. Ex parte vero Dei: quia secundum modum nostrum Deus prouidet nobis, quod in litera tripliciter manifestatur. Consequens est igitur, quòd significatio talis signi à Deo homini dati, scilicet sacramẽti, per sensibilia impleatur. Et similitudine: quia spiritualia in sacra scriptura per sensibiles similitudines innotescunt. Secundo, probatur cõclusio auctoritate Dionysij.

quæst. 61.

* Tra. 80. in euang. Ioan. post med. to. 9.

quidam effectus sensibiles, ita etiam sunt quidam effectus intelligibiles, sicut scientia est effectus demonstrationis. ergo non omne signum est sensibile. Sufficit autem ad rationem sacramenti, quòd sit signum alicuius rei sacræ, inquantum per eam homo sanctificatur, vt dictum est. †non ergo requiritur ad sacramentum, quòd sit aliqua res sensibilis.

¶2 Præt. Sacramenta pertinent ad cultum, vel regnum Dei: sed res sensibiles non videntur pertinere ad cultum Dei: dicitur enim Ioan. 4. Spiritus est Deus, & eos qui adorant eum, in spiritu & veritate oportet adorare: & Roma. 14. Non est regnum Dei, esca & potus. ergo res sensibiles non requiruntur ad sacramentum.

¶3 Præt. Augustin.* dicit in lib. de l. bero arbitrio, quòd res sensibiles sunt minima bona, sine quibus homo recte viuere potest: sed sacramenta sunt de necessitate salutis humanæ, vt infra * patebit, & ita sine eis homo recte viuere non potest. non ergo res sensibiles requiruntur ad sacramenta.

¶ SED CONTRA est, quòd Augustin. † dicit super Ioan. Accedit verbum ad elementum, & fit sacramentũ. Et loquitur ibi de elemento sensibili, quod est aqua. ergo res sensibiles requiruntur ad sacramenta.

¶ Respondeo Dicendum, quòd sapientia diuina vnicuique rei prouidet secundum suum modum, & propter hoc dicitur Sapien. 8. quòd suauiter disponit omnia. vnde & Matth. 25. dicitur, quòd dedit vnicuique secundum propriam virtutem. Est autem homini connaturale, vt per sensibilia perueniat in cognitionem intelligibilium. Signum autem est, per quod aliquis deuenit in cognitionem alterius. vnde, cum res sacræ, quæ per sacramenta significantur, sint quædam spiritualia & intelligibilia bona, quibus homo sanctificatur, consequens est, vt per aliquas res sensibiles significatio sacramenti impleatur: sicut etiam per similitudinem sensibilium rerum in diuina scriptura, res spirituales nobis describuntur. Et inde est, quòd ad sacramenta requiruntur res sensibiles, vt etiam Diony. probat in 1. cap. * cælest. hierar.

*Ca.1. inter med. & fin.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd vnumquodque præcipuè denominatur & definitur secundum id, quod conuenit ei primo & per se, non autem secundum id, quod conuenit ei per aliud. Effectus autem sensibilis, per se habet quòd ducat in cognitionem alterius, quasi primo & per se homini innotescens: quia omnis nostra cognitio à sensu oritur: effectus autem intelligibiles non habent quòd possint ducere in cognitionem alterius, nisi inquantum sunt per aliud manifestari, idest, per aliqua sensibilia. Et inde est, quòd primo & principaliter dicuntur signa, quæ sensibus offeruntur: sicut Augustin. dicit in 2.* de doctrina Christia. vbi dicit quòd signum est, quod præter speciem quam ingerit sensibus, facit aliquid aliud in cognitionem venire: effectus autem intelligibiles non habent rationem signi, nisi secundum quòd sunt manifestati per aliqua signa. Et per hunc etiam modum, quædam quæ non sunt sensibilia, dicuntur quodammodo sacramenta, inquantum sunt significata per alia quæ sensibilia, de quibus infra agetur.*

*Lib.2.de do.Christ. circa prin. lib.to.3.

quæst.63. ar.1.ad 2.

¶ Ad secundum dicendum, quod res sensibiles, vt in sua natura cõsiderantur, non pertinent ad cultum vel ad regnum Dei: sed solum secundum quòd sunt signa spiritualium rerum, in quibus regnum Dei consistit.

¶ AD tertium dicendum, quod Aug. ibi loquitur de rebus sensibilibus, secundum quod sunt in sua natura: non autem secundum quod assumuntur ad significandum spiritualia, quæ sunt maxima bona.

ARTICVLVS V.

Vtrum requirantur determinatæ res ad sacramenta.

AD Quintum sic proceditur. Videtur quod non requirantur determinatæ res ad sacramenta. Resecnim sensibiles assumuntur in sacramentis ad significandum, vt dictum est: † sed nihil prohibet diuersis rebus sensibilibus idem significari: sicut in sacra scriptura Deus aliquando metaphoricè significatur per lapidem, quandoque per leonem, quandoque per solem, aut aliquid aliud huiusmodi. ergo videtur quod diuersæ res possint congruere eidem sacramento. non ergo determinatæ res in sacramentis requiruntur.

¶2 Præterea Magis est necessaria salus animæ, quàm salus corporis: sed in medicinis corporalibus, quæ ad salutem corporis ordinantur, potest vna res pro alia poni in eius defectu. ergo multo magis in sacramentis, quæ sunt medicinæ spirituales ad salutem animæ ordinatæ, poterit vna res assumi pro alia quando illa defuerit.

¶3 Præterea Non est conueniens, vt hominis salus arctetur per legem diuinam, & præcipuè per legem Christi, qui venit omnes saluare: sed in statu legis naturæ non requirebantur in sacramentis aliquæ res determinatæ, sed ex voto assumebantur, vt patet Gen. 28. vbi Iacob vouit se Deo decimas & hostias pacificas oblaturum. ergo videtur quod non debuerit arctari homo, & præcipuè in noua lege ad alicuius rei determinatæ vsum in sacramentis.

¶ SED CONTRA est, q̃ Dominus dicit Io. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei.

¶ Respondeo Dicendum, quòd in vsu sacramentorum duo possunt considerari, scilicet cultus diuinus, & sanctificatio hominis. Quorum primum pertinet ad hominem per comparationem ad Deum, secundum autem conuersio pertinet ad Deum per comparationem ad hominem: non pertinet autem ad aliquem determinare quod est in potestate alterius, sed solum id quod est in sua potestate, quia ergo sanctificatio hominis est ordinatio hominis ad Deum, secundum quod est conversio ad Deum per fidem, quæ est per dilectionem, ideo ea quæ ordinantur ad sanctificationem hominis, oportet esse determinata, & ad aliquid pertinentia in ordine ad Deum. Et ideo in sacramentis determinatæ res assumuntur, quæ & naturam humanam decent, & ad diuinum cultum pertinent.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd res sensibiles, in quantum sunt naturales, non habent quòd ducant in cognitionem alterius, nisi inquantum sunt per aliud manifestari, vt dictum est. Et ideo in sacramentis non assumuntur ad hoc quòd ducant in cognitionem alterius, sed ad hoc quòd ducant in cognitionem ipsius hominis, qui sanctificatur.

¶ Ad secundum dicendum, quòd in medicinis corporalibus non est determinata ratio ex parte ipsius medicinæ, quæ ad diuersa potest diuersimodè operari, sed ex parte ipsius infirmi, qui non potest quibuslibet medicinis vti. Sed in medicina animæ, quæ est sacramentum, determinatio rei sensibilis est ex parte ipsius medicinæ, quæ ex institutione diuina habet determinatam virtutem ad sanctificandum. Et ideo non potest vna res pro alia poni in eius defectu.

¶ Ad tertium dicendum, quòd lex naturæ non habuit determinationem rerum sensibilium, quæ in sacramentis assumuntur, sicut lex scripta, sed solum quantum ad ea quæ pertinent ad ipsum hominem, qui sanctificatur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

à Deo determinata esse quo ad sibi substantiale.

¶ In responsione ad primum, aduerte quàm præsumptuosè, iniuriosa ac sacrilega sit eorum solertia, qui proprias aut poetarum similitudines tamquàm spiritualium simulacra interpretantur, scribunt aut prædicant: vsurpat enim officium Spiritussancti, cuius iudicio res aliquæ institutæ sunt in figuram aliorum, dicente Apostolo, Omnia in figurâ contingebant illis vilificantque sacram scripturam, dum ex tali fictione occasionẽ dant credendi, quòd similiter humano spiritu sunt in figurâ ea, quæ sunt in sacris literis: quemadmodũ hęc quæ audiunt humani dexteritate ingenii coaptata. Et sic multum auctoritatis detrahitur sacræ scripturę figuris.

*alias sanctificandũ

ctificatio hominis est in potestate Dei sanctificantis, non pertinet ad hominem suo iudicio assumere res, quibus sanctificetur, sed hoc debet esse ex diuina institutione determinatum: & ideo in sacramentis nouæ legis quibus homines sanctificantur, secũdum illud 1. ad Cor. 6. Abluti estis, sanctificati estis, oportet vti rebus ex diuina institutione determinatis.

¶ Ad primvm ergo dicendum, quòd etsi idem potest per diuersa signa significari: determinare tamen quo signo sit vtendum ad significandum, * pertinet ad significantem: Deus autem est qui nobis significat spiritualia per res sensibiles in sacramentis, & per verba similitudinaria in scripturis: & ideo sicut iudicio Spiritussancti determinatum est, quibus similitudinibus in certis scripturæ locis res spirituales significentur, ita etiam debet esse diuina institutione determinatum, quæ res ad significãdum assumantur in hoc, uel in illo sacramento.

¶ Ad secundum dicendum, quòd res sensibiles habent naturaliter sibi inditas virtutes conferentes ad corporalem salutem: & ideo non refert, si duæ earum eandem virtutem habeant qua quis vtatur. sed ad sanctificationem non ordinantur ex aliqua virtute sibi naturaliter indita, sed solum ex institutione diuina: & ideo oportuit diuinitus determinari, quibus rebus sensibilibus sit in sacramentis vtendum.

*li.19.c.16 & 17.to.6.

¶ Ad tertium dicendum, quod sicut Augustinus * dicit 19. contra Faustum, diuersa sacramenta diuersis temporibus congruunt: sic etiam diuersis verbis significantur diuersa tempora, scilicet præsens, præteritum & futurum, & ideo sicut in statu legis naturæ, homines nulla lege exterius data, sed solo interiori instinctu mouebantur ad Deum colendum, ita etiam ex interiori instinctu determinabatur eis, quibus rebus sensibilibus ad Dei cultum vterentur: postmodum vero necesse fuit etiam exterius legem dari: tum propter obscurationem legis naturæ, ex peccatis hominum: tum etiam ad expressiorem significationem gratiæ Christi, per quam humanum genus sanctificatur: & ideo etiam necesse fuit res determinari quibus homines vterentur in sacramentis: nec propter hoc arctatur via salutis: quia res quarum vsus est necessarius in sacramentis, vel communiter habentur, vel paruo studio adhibito haberi possunt.

Super quæstionis sexagesimæ, Articulo sexto.

331 4.dis.1.q.1 ar.3.& dis.3.quæst.3.ar.1.q.2.& 2.ar.1.c. 3.ar.4.ad 10. *li.19 c.16 circa m.co. ic.n.6.

Titulus clarus.

¶ In corpore vna conclusio: Sacramento triplici-ter considerantur, quolibet modo congruunt eis verba. Probatur quoad primã partem, qui sacramẽto ad hibentur. vt signa quædã ad hominũ sanctificationem:

Articvlvs VI.

Vtrum in significatione sacramentorum requirantur verba.

AD Sextum sic proceditur. Videtur quod in significatione sacramentorum non requirantur verba: dicit enim Aug. contra Faustum li. 19. * Quid sunt aliud quæque corporalia sacramenta, nisi quasi quędam verba visibilia? Et sic videtur quod addere verba rebus sensibilibus in sacramentis, sit addere verba verbis: sed hoc est superfluum. non ergo requiruntur verba cum rebus sensibilibus in sacramentis.

¶ 2 Præt. Sacramentum est aliquid vnum: ex his autem quæ sunt diuersorum generum, non videtur posse aliquid vnum fieri. cum igitur res sensibiles & verba sint diuersorum generum, quia res sensibiles sunt a natura, verba autem à ratione, videtur quod in sacramentis non requirantur verba cum rebus sensibilibus.

¶ 3 Præt. Sacramenta nouę legis successerunt sacramentis veteris legis: quia illis ablatis, ista sunt instituta, vt Augustinus dicit 19. contra Faustum: * sed in sacramentis veteris legis non requirebatur aliqua forma verborum. ergo nec in sacramentis nouę legis.

¶ Sed contra est, quod Apostolus dicit Ephes. 5. Christus dilexit ecclesiam, & tradidit semetipsum pro ea, vt illam sanctificaret, mundans eam lauacro aquę in verbo vitę. & Aug. dicit super Ioan. * Accedit verbum ad elementum & fit sacramentum.

¶ Respondeo Dicendum, quòd sacramenta, sicut dictum est, * adhibentur ad hominum sanctificationem, sicut quædam signa. Tripliciter ergo considerari possunt, & quolibet modo congruit eis, quod verba rebus sensibilibus adiungantur. Primo enim possunt considerari, ex parte causæ sanctificantis, quæ est verbum incarnatum, cui sacramentum quodammodo conformatur, in hoc, quod rei sensibili verbum adhibetur, sicut in mysterio incarnationis carni sensibili est verbum Dei vnitum. Secundo, possunt considerari sacramenta ex parte hominis qui sanctificatur, qui componitur ex anima & corpore, cui proportionatur sacramentalis medicina, quæ per rem visibilem corpus tangit, & per verbum ab anima creditur. vnde Augustinus * dicit super illud Ioan. 15. Iam vos mundi estis propter sermonem &c. vnde est ista tanta virtus aquæ, vt corpus tangatur, & cor abluat, nisi faciente verbo, non quia dicitur, sed quia creditur? Tertio, possunt considerari ex parte ipsius significationis sacramentalis: dicit autem Augustinus, * in 2. de doct. Christia. quod verba inter homines obtinuerunt principatum significandi: quia verba diuersimode formari possunt ad significandos diuersos conceptus mentis, & propter hoc per verba magis distincte possumus exprimere, quod mente concipimus; & ideo ad perfectionẽ significationis sacramentalis, necesse fuit vt significatio rerum sensibilium, per aliqua verba determinaretur: aqua enim significare potest & ablutionem propter suam humiditatem, & refrigerium propter suam frigiditatem.

verba rebus sensibilibus in sacramentis, sit addere verba verbis: sed hoc est superfluum. non ergo requiruntur verba cum rebus sensibilibus in sacramentis.

¶ 2 Præt. Sacramentum est aliquid vnum: ex his autem quæ sunt diuersorum generum, non videtur posse aliquid vnum fieri. cum igitur res sensibiles & verba sint diuersorum generum, quia res sensibiles sunt a natura, verba autem à ratione, videtur quod in sacramentis non requirantur verba cum rebus sensibilibus.

¶ 3 Præt. Sacramenta nouę legis successerunt sacramentis veteris legis: quia illis ablatis, ista sunt instituta, vt Augustinus dicit 19. contra Faustum: * sed in sacramentis veteris legis non requirebatur aliqua forma verborum. ergo nec in sacramentis nouę legis.

¶ Sed contra est, quod Apostolus dicit Ephes. 5. Christus dilexit ecclesiam, & tradidit semetipsum pro ea, vt illam sanctificaret, mundans eam lauacro aquę in verbo vitę. & Aug. dicit super Ioan. * Accedit verbum ad elementum & fit sacramentum.

¶ Respondeo Dicendum, quòd sacramenta, sicut dictum est, * adhibentur ad hominum sanctificationem, sicut quædam signa. Tripliciter ergo considerari possunt, & quolibet modo congruit eis, quod verba rebus sensibilibus adiungantur. Primo enim possunt considerari, ex parte causæ sanctificantis, quæ est verbum incarnatum, cui sacramentum quodammodo conformatur, in hoc, quod rei sensibili verbum adhibetur, sicut in mysterio incarnationis carni sensibili est verbum Dei vnitum. Secundo, possunt considerari sacramenta ex parte hominis qui sanctificatur, qui componitur ex anima & corpore, cui proportionatur sacramentalis medicina, quæ per rem visibilem corpus tangit, & per verbum ab anima creditur. vnde Augustinus * dicit super illud Ioan. 15. Iam vos mundi estis propter sermonem &c. vnde est ista tanta virtus aquæ, vt corpus tangatur, & cor abluat, nisi faciente verbo, non quia dicitur, sed quia creditur? Tertio, possunt considerari ex parte ipsius significationis sacramentalis: dicit autem Augustinus, * in 2. de doct. Christia. quod verba inter homines obtinuerunt principatum significandi: quia verba diuersimode formari possunt ad significandos diuersos conceptus mentis, & propter hoc per verba magis distincte possumus exprimere, quod mente concipimus; & ideo ad perfectionẽ significationis sacramentalis, necesse fuit vt significatio rerum sensibilium, per aliqua verba determinaretur: aqua enim significare potest & ablutionem propter suam humiditatem, & refrigerium propter suam frigidi-

quo ad secundam significationem declarandos singula membra cũ suis rationibus, vt clare & ordinate patet in litera.

¶ Aduerte q̃ prima pars conclusionis ex assumpto facile deducitur: nã quia sacramẽta ad sanctificationẽ ad hibentur: oportet primum eorũ consideration em secundum sanctificationis causam fieri. Et quia ad sanctificandos homines sunt, secunda eorum cõsideratio ex parte hominis est. Ita q̃ vt signa adhibent, consequens est, vt tertia eorum cõsideratio secundum significationẽ fiat.

*li.19.c.16 & 17.in fi. tom.3.

¶ In responsione ad secũdũ perspice q̃ in sacramentis res & verba coeunt in vnũ signũ: quia cõstituũt vnum sacramentum, q̃ nõ nisi signũ vnũ est. Vnde, propriè loquendo, ablutio in aqua in baptismo non est vnũ signũ, & verba sunt aliud signum, vt tãquam ex duobus partialibus signis fiat, vnum totale signũ: sed ipsa applicatio aquæ, quæ indeterminatè est, ad significandam spiritualem ablutionem, vel spirituale claritatẽ, aut simplicitatem, aut aliquid huiusmodi q̃ conjunctione ad verba ablutionis, determinatur ad significandum spiritualem ablutionem: ita q̃ non sunt duæ relationes signi ipsius & verbis: sed vna tantũ relatio signi to ex rebus & verbis, vt sũt determinabile & determinatio in ratione significãdi vnũ spirituale effectum: sicut enim hæc, vt in litera subtiliter tradit ur, & declaratur in tertia rõne in corpore articuli, velut materia & forma in genere signi, non q̃ relatio talis signi, sit composita ex materia & forma: sed quia relatio talis signi non adest nisi composito ex talibus determinabili & determinante, quę sunt velut materia & forma.

*Trac.80 in Io. post med. to.9.

Ar.2.ad 3.

*Trac.80 in Io. post med. to.9.

*Li.2.c.1. circa med. tom.3.

tatem: sed cum dicitur, Ego te baptizo, manifestatur quòd aqua vtimur in baptismo ad significandam emundationem spiritualem.

¶ Ad primvm ergo dicendum, quòd res visibiles sacramentorum dicuntur verba, per quandam similitudinem, inquantum scilicet participant quandam vim significandi, quæ principaliter est in ipsis verbis, vt dictũ est: * & ideo non est superflua ingeminatio verborum, cum in sacramentis, rebus visibilibus verba adduntur: quia vnum eorum determinatur per aliud, vt dictum est.*

In cor. ar.

In cor. ar.

¶ Ad secundum dicendum, quod quamuis verba & aliæ res sensibiles sint in diuerso genere, quantum pertinet ad naturam rei: conueniunt tamen in ratione significandi, quæ perfectius est in verbis, quàm in aliis rebus: & ideo ex verbis & rebus fit quodammodo vnum in sacramentis, sicut ex forma & materia, inquantum scilicet per verba perficitur significatio rerum, vt dictum est: * sub rebus autẽ comprehenduntur etiam ipsi actus sensibiles, puta ablutio, iniunctio, & alia huiusmodi: quia in his est eadem ratio significandi, & in rebus.

Ar.3.ad 1.

Lib.19.c.6 tom.6.

¶ Ad tertium dicendum, quod, sicut Augustinus * dicit contra Faustum, alia debent esse sacramenta rei præsentis, & alia rei futuræ. Sacramenta autem veteris legis, prænuntia erant Christi venturi: & ideo non ita expressè se significabant Christum, sicut sacramenta nouæ legis, quæ ab ipso Christo effluunt, & quandam similitudinem ipsius in se habent, vt dictum est. * Vtebantur tamen in veteri lege aliquibus verbis, in his, quæ ad cultum Dei pertinent, tam sacerdotes (qui erant sacramentorum illorum ministri, secundum illud Nume. 6. Sic benedicetis filiis Israel, & dicetis eis, Benedicat tibi Dominus &c.) quàm etiam illi, qui illis sacramentis vtebantur, secundum illud Deut. 26. Profiteor coram domino Deo tuo &c.

In cor. ar.

Super Quæstionis sexagesimæ, Articulo VII.

ARTICVLVS VII.

Vtrum requirantur determinata verba in sacramentis.

332 Titulus vt sonat.

AD septimum sic proceditur. Videtur quòd non requirantur determinata verba in sacramentis. Vt enim Philosoph. * dicit, voces non sunt eædem apud omnes: sed salus quæ per sacramenta quæritur, est eadem apud omnes. ergo non requiruntur aliqua determinata verba in sacramentis.

*1 i.1.peri herm. parũ a prin.to.1

¶ 2 Præt. Verba requiruntur in sacramentis, inquantum sunt principaliter significatiua, sicut dictum est: * sed contingit per diuersa verba idem significari. ergo non requiruntur determinata verba in sacramentis.

Ar.præce.

¶ 3 Præt. Corruptio cuiuslibet rei variat eius speciem: sed quidam corrupte verba proferunt, nec tamen propter hoc creditur sacramentorum effectus impediri: alioquin illiterati & balbi, qui ista sacramenta conferunt, frequenter defectum in sacramentis inducerent. ergo videtur quòd non requirantur in sacramentis determinata verba.

¶ Sed contra est, quòd Dominus determinata verba protulit in consecratione sacramenti eucharistiæ, dicens Matth. 26. Hoc est corpus meum: similiter etiam mandauit discipulis, vt sub determinata forma verborum baptizarent, dicens Mat. vlt. Euntes, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritussancti.

¶ Respondeo Dicendum, quòd, sicut dictum est, * in sacramentis verba se habent per modum formæ, res autem sensibiles per modum materiæ. In omnibus autem compositis ex materia & forma, principium determinationis est ex parte formæ, quæ est quodammodo finis & terminus materię: & ideo principalius requiritur ad esse rei determinata forma, quàm determinata materia: materia enim determinata requiritur, vt sit proportionata determinatæ formæ. cum igitur in sacramentis requirantur determinatæ res sensibiles, quæ se habent in sacramentis sicut materia, multo magis requiritur in eis determinata forma verborum.

¶ Ad primvm ergo dicendum, quòd sicut Augustinus * dicit super Ioan. verbum operatur in sacramentis, non quia dicitur, id est, non secundum exteriorem sonum vocis: sed quia creditur, id est, secundum sensum verborum, qui fide tenetur. Et hic quidem sensus est idem apud omnes, licet non eædem voces sint, quantum ad sonum: & ideo cuiuscumque linguæ verbis proferatur talis sensus, perficitur sacramentum.

Ar.præce. ad 2.

*Tra.80 à med.to.9.

¶ Ad secundum dicendum, quòd licet in qualibet lingua contingat diuersis vocibus idem significari, semper tamen aliqua illarum vocum est, qua principalius & communius homines illius linguæ vtuntur ad hoc significandum, & talis vox assumi debet in significatione sacramenti: sicut etiam inter res sensibiles illa assumitur ad significationem sacramenti, cuius vsus est communior ad actum, per quem sacramenti effectus significatur: sicut aqua communius vtuntur homines ad ablutionem corporalem, per quam spiritualis ablutio significatur: & ideo aqua assumitur vt materia in baptismo.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ille, qui corrupte profert verba sacramentalia, si hoc ex industria facit, non videtur intendere facere quod facit ecclesia, & ita non videtur perfici sacramentum: si autem hoc faciat ex errore vel lapsu linguæ, si sit tanta corruptio, quæ omnino auferat sensum locutionis, non videtur perfici sacramentum. Et hoc præcipuè contingit, quando fit corruptio ex parte principii dictionis, puta si loco eius, quod est in nomine Patris, dicat, in nomine matris: si vero non totaliter auferatur sensus locutionis per huiusmodi corruptelam, nihilominus perficitur sacramentum. Et hoc præ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

vos &c. ita quòd si diceretur illi, Tu, videretur inferri sibi iniuria, ideo si quis in forma sacramenti pœnitentiæ, absoluendo episcopum, vel principem honoris consueti gratia dicat, Absoluo vos a peccatis vestris &c. perfectum est sacramentum non minus, quàm si in vulgari dixisset, (Io vi absoluo dalli vostri peccati:) quia perfecta est significatio ad illam personam solam, ex accommodatione vsus non minus, quàm perfecte si omnes similes orationes: puta, do vobis hoc munus, venite vos ad prædium mecum, & similia. Et eadem ratione perfecta essent sacramenta, si persona recipiens sacramentum exprimeretur in nomine honorabili abstracto: puta si quis diceret: Ego absoluo dominationem vestrã a peccatis suis. Pro regula enim generali habẽdum est, quòd quando oratio habet perfectam significationem ex accommodatione vsus in cæteris locutionibus, sufficit ad sacramẽti perfectionem similis oratio applicata ad materiam sacramenti. Et ratio est, quia operatio spiritualis in sacramentis sequitur significationem perfectam orationis sacramentalis, ac per hoc, vbi oratio habet suam significationem perfectam, sacramẽtum perficitur. Constat autem, q̃ oratio quæ in qualibet materia communiter habet suam significationem perfectam, non perdit perfectionem suæ significationis ex hoc, quòd applicatur ad materiam sacramentalem, igitur sicut sufficit oratio illa perfecta in aliis, ita & in sacramentis. Quia autem sacramenti forma non viget ad principaliter & communiter consecrãdum, si quis ex huiusmodi libertate vteretur aliis verbis (puta dicendo, Ego te abluo in nomine patris &c. aut in sacramento eucharistiæ. Istud est, &c.) perfecta esset sacramenta: non.n. de necessitate sacramenti sunt illæ voces, quibus communiter ecclesia vtitur, sed illæ vel aliæ loco illarum, idem ſignificantes, quod illæ. Sic enim intelligendum est determinatam exigi formam verborum ad sacramenta. Sed sunt vocesillæ quibus ecclesia vtitur, de necessitate præcepti ecclesiæ: ideo peccaret quisquis aduerteret vteretur aliis vocibus ab illis, quibus ecclesia sua consueuit vti in sacramentis. Vnde hæc non diximus, vt liceat cuique mutare voces in sacramentis: sed vt si acciderit, nouerint non esse iteranda sacramenta propter huiusmodi mutationes. Et confirmatur quod dicimus, ex forma confecrationis sanguinis Christi, qua vtitur ecclesia latina: dicit.n. Hic est calix sanguinis. Vbi aut metaphorice sumitur calix, aut ponitur continens pro contento, ac per hoc ex vi verborum sectando propriam significationem, non significatur conuersio vini in sanguinem sed in calicem, q̃ est ridiculum. Attestatur. n. per hoc Spiritussanctus, q̃ sufficiunt ad sacramentorum perfectionem verba, vel ex proprietate vel acomodatione vsus significantia veritatem sacramenti, quæcumque sint illa: nec esse de necessitate sacramenti communiora in aliqua lingua verba.

In Istam solutionem.

* ergo videtur quòd si aliquid addãtur vel subtrahatur à forma sacramenti, non erit idem sacramentum.

¶ 3 Præterea Sicut ad formam sacramenti requiritur determinatus numerus dictionum, ita etiam requiritur determinatus ordo verborum, & etiam orationis continuitas, si ergo additio, vel subtractio non aufert sacramenti veritatem, videtur quòd pari ratione nec transpositio verborum, aut etiam interpolatio pronuntiationis.

¶ Sed contra est, quod in formis sacramentorum, quædam apponuntur à quibusdam, quæ ab aliis non apponuntur, sicut latini baptizant sub hac forma, Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritussancti. Græci autem sub ista, baptizetur seruus Christi N. in nomine Patris. &c. Et tamen vtrique verum conferunt sacramentum. ergo in formis sacramentorum licet aliquid addere vel minuere.

¶ Respon. Dicendum, quòd circa omnes istas mutationes, quæ possunt in formis sacramentorum contingere. duo videntur esse consideranda. Vnum quidem ex parte eius, qui profert verba, cuius intentio requiritur ad sacramentum, vt infra dicetur. * & ideo si intendat per huiusmodi additionem, vel diminutionem alium ritum inducere, qui non sit ab ecclesia receptus, non videtur perfici sacramentum: quia non videtur, quòd intendat facere id, quod facit ecclesia. Aliud autem est considerandum, ex parte significationis verborum. Cum enim verba operentur in sacramentis, quantum ad sensum, quem faciunt (vt supra dictum est *) oportet considerare, vtrum per talem mutationem tollatur debitus sensus verborum: quia sic manifestum est, quòd tollitur veritas sacramenti. Manifestum est, autem, quòd si diminuatur aliquid eorum, quę sunt de substantia formę sacramentalis, tollitur debitus sensus verborum: & ideo non perficitur sacramentum. vnde Didimus * dicit in libr. de Spiritusancto: Si quis ita baptizare conetur, vt vnum de predictis nominibus prętermittat (scilicet Patris, & Filii, & Spiritussancti) sine perfectione baptizabit. Si autem subtrahatur aliquid, quod non sit de substantia formę talis diminutio non tollit debitum sensum verborũ, & pcõsequẽs nec sacra

* lib. 8. metaph. tex. 8. to. 3.

* q. 60. ar. 8

* lib. 2. de Spiritusancto, paulo a prin. Habetur hic liber in fine operum S. Hieronymy.

Titulus clarus.

¶ In corpore tria sunt, primo ponuntur duæ communissimæ regulæ circa huiusmodi varietates: secundo descenditur specialiter ad diminutionem & additionem, tertio mouetur quædam difficultas circa additionem, & soluitur. Prima regula

Articvlvs VIII.

Vtrum liceat aliquid addere verbis, in quibus consistit forma sacramentorum.

Ad octavvm sic proceditur. Videtur, quòd nihil liceat addere verbis, in quibus consistit forma sacramentorum. non enim minoris sunt necessitatis huiusmodi verba sacramentalia, quàm verba sacræ scripturæ: sed verbis sacræ scripturæ, nihil licet addere vel minuere: dicitur enim Deut. 4. Non addetis ad verbum quod vobis loquor, nec auferetis ab eo. Et Apoc. vltim. Contestor omni audienti verba prophetiæ libri huius: si quis apposuerit ad hæc, apponet super eum Deus plagas scriptas in libro isto, & si quis diminuerit, auferet Deus partem eius de libro vitæ. ergo videtur, quòd neque in formis sacramentorum liceat aliquid addere, vel minuere.

¶ 2 Præterea Verba se habent in sacramentis per modum formæ, vt dictum est. * sed in formis quælibet additio vel subtractio variat speciem, sicut & in numeris, vt dicitur 8. Met.

333 4. distin. 3. artic. 2. q. 2. vid 3. & 4.

* ar. præc.

* q. 60. ar. 8

* ar. præc. q. 6. & ad 2. & ad 3.

gula se tenet ex parte intentionis ministrantis sacramentum, secunda vero, se tenet ex parte significationis verborũ, quod intellige non secundum se, sed in ordine ad totam orationem: oportet enim mutari sensum ipsius orationis, qui est forma sacramenti, ad hoc vt sacramẽtũ sit nullum, vt prædictum est. De diminutione autem aut additione in speciali in singulis sacramentis, sermo erit in propriis locis, hic in communi est sermo.

¶ Vbi nota pro solutione difficultatis mõtæ, q̃ addito ad formã vlcta duos modos, qui in litera ponuntur (scilicet vel tamquã aliquid intrinseeũ ad formã, vel tãquam extrinsecum) tertius innitur omnino per accidens, quando s. interponitur aliquod verbum, nõ vt sit aliquid intrinsecum, vel adiacẽs formæ, sed impertinens omnino interpositio ad aliud propositum dicitur verbum, vt si inter baptizandum post quam dixit, ego te baptizo, dicat alicui, Recede hine, seu aliquid eiusmodi, & prosequatur. In nomine Patris & Filij, &c. Hoc.n. non est proprie addere ad verba formæ: sed interponere verba interrumpẽdo formam: potest siquidem interruptio, de qua in responsione ad tertium est sermo, dupliciter fieri, vel sine interpositione verborum, vel cum interpositione verborum. Vtraque autem, interruptio non debet esse tanta, quòd iuxta cõmunem motem hominum, continuitas soluatur orationis: sicnim postquam minister dixit, Ego te baptizo, iret prætinsum, & postea subderet, In nomine Patris & Filii, &c. sine interim tacuisset, huc non: soluta esset orationis vnitas.

menti perfectionem: sicut in forma eucharistiæ, quæ est, Hoc est enim corpus meum, ly enim sublatum, non tollit debitum sensum verborum: & ideo non impedit perfectionem sacramenti: quamuis possit contingere, quòd ille qui prætermittit, peccet ex negligentia vel contemptu. Circa additionem etiam contingit aliquid apponi, quod est corruptiuum debiti sensus: puta si aliquis dicat, Ego te baptizo in nomine Patris maioris, & Filij minoris, sicut Ariani baptizabant: & ideo talis additio tollit veritatem sacramenti. Si verò sit talis additio, quæ non auferat debitum sensum, non tollitur sacramenti veritas. Nec refert vtrum talis additio fiat in principio, medio, vel in fine: vt si aliquis dicat, Ego te baptizo in nomine Dei Patris omnipotentis, & Filij eius vnigeniti, & Spiritussancti paracleti, erit verum baptisma. Et similiter si quis licet, Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritussancti, & beata Virgo te adiuuet, erit verum baptisma. Forte autem si diceret, Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritussancti, & beatæ virginis Mariæ, non esset baptismus: quia dicitur 1. ad Corint. 1. Numquid Paulus pro vobis crucifixus est? aut in nomine Pauli baptizati estis? Sed hoc verum est, si sic intelligatur in nomine beatæ Virg. baptizari, sicut in nomine Trinitatis, quo baptismus consecratur: talis enim sensus esset contrarius veræ fidei, & per consequens tolleret veritatem sacramenti. Si verò sic intelligatur quod additur, & in nomine beatæ Virginis, non quasi nomen beatæ Virginis aliquid operetur in baptismo, sed vt eius intercessio prosit baptizato ad conseruandam gratiam baptismalem, non tollitur perfectio sacramenti.

¶ Ad primvm ergo dicendum, quòd ad verba sacræ scripturæ non licet aliquid apponere, quantum ad sensum, sed quantum ad expositionem sacræ scripturæ, multa eis verba à doctoribus apponuntur. non tamen licet etiam verba sacræ scripturæ apponere, ita quòd dicantur esse de integritate sacræ scripturæ, quia hoc esset vitium falsitatis. Et similiter si quis diceret aliquid esse de necessitate formæ, quod non est.

¶ Ad secvndvm dicendum, quòd verba pertinent ad formam sacramenti ratione sensus significati: & ideo quæcumque fiat additio vel subtractio verborum, quæ non addat aliquid aut subtrahat debito sensui, non tollitur species sacramenti.

¶ Ad tertivm dicendum, quòd si sit tanta interruptio verborum, quòd intercipiatur intentio pronuntiantis, tollitur sensus sacramenti, & per consequens veritas eius: non autem tollitur quando est parua interruptio, quæ intentionem proferentis, & intellectum verborum, non aufert. Et idem est etiam dicendum de transpositione verborum: quia si tollit sensum locutionis, non perficitur sacramentum, sicut patet de negatione præposita, vel postposita signo: si autem sit talis transpositio, quæ sensum locutionis non variet, non tollitur veritas sacramenti: quia, secundum quòd Philosophus * dicit, nomina & verba transposita idem significant.

* li. 2. Perih erm. ca. 1 parum ante fin. to. 1.

QVAEST. LXI.

De necessitate sacramentorum, in quatuor articulos diuisa.

Deinde considerandum est de necessitate sacramentorum.

Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primo, Vtrum sacramenta sint necessaria ad salutem humanam.

¶ Secundo, Vtrum fuerint necessaria in statu ante peccatum.

¶ Testio, Vtrum fuerint necessaria in statu post peccatum ante Christum.

¶ Quarto, Vtrum fuerint necessaria post Christi aduentum.

Articvlvs I.

Vtrum sacramenta sint necessaria humanam salutem.

¶ *Super Quæstionis sexagesimæ primæ, Articulum primum.*

Ad Primum sic proceditur. Videtur quòd sacramenta non sint necessaria ad humanam salutem. Dicit enim Apostolus 1. ad Timoth. 4. Corporalis exercitatio ad modicum vtilis est, sed vsus sacramentorum pertinet ad corporalem exercitationem, ergo sacramenta perficiuntur in significatione sensibilium rerum & verborum vt dictum est. * ergo sacramenta non sunt necessaria ad humanam salutem.

¶ 2 Præt. Secundæ ad Corinth. 12. Apostolo dicitur, Sufficit tibi gratia mea: non autem sufficeret, si sacramenta essent necessaria ad salutem. non sunt ergo sacramenta saluti humanæ necessaria.

¶ 3 Præter. Posita causa sufficienti, nihil aliud videtur esse necessarium ad effectum: sed passio Christi est sufficiens causa nostræ salutis: dicit enim Apostolus ad Rom. 5. Si cum inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortem Filii eius, multo magis reconciliati saluti erimus in vita ipsius. non ergo requiruntur sacramenta ad salutem humanam.

¶ Sed contra est, quod Augu. dicit 19. contra Faustum: In nullum nomen religionis, seu verũ seu falsum, coadunari homines possunt, nisi aliquo signaculorum seu sacramẽtorũ visibilium

Titulus clarus.

¶ In corpore vna conclusio: Sacramenta sunt necessaria ad humanam salutem. Et probatur tripliciter.

¶ Vbi nota duo. Primum, quòd nõ est hic sermo de necessario ad humanam salutem, sine quo non potuisset homo saluari: sed de necessario, siue quo non conuenienter humana salus fuisset. In cuius signum Auctor, tam in prima, quam secunda ratione conuenientiam infert sacramentorum.

¶ Secundo, nota differentiam inter Auctorem & Magistrum sentẽ. in prima dist. 4. circa has tres rationes, ex eruditione, humiliatione, & exercitatione. Nam alicius tractatur ab Auctore, vt patet conferendo.

334 4. dist. 1. q. 1. art. 2. q. 1. Et 3. contra ca. 1 to. Et lib. 4. c. 55. fin. & c. 56

* Q. præc. ar. 6. ad 1

* Li. 19. c. 11. in fine

Universidad de Deusto
Biblioteca

visibilium consortio colligentur: sed necessarium est ad humanam salutem homines adunari in vnum veræ religionis nomen. ergo sacramenta sunt necessaria ad humanam salutem.

¶ Respondeo Dicendum, quòd sacramenta sunt necessaria ad humanam salutem triplici ratione: quarum prima sumenda est, ex conditione humanæ naturæ: cuius proprium est, vt per corporalia & sensibilia, in spiritualia & intelligibilia deducatur. Pertinet autem ad diuinam prouidentiam, vt vnicuique rei prouideat, secundum modum suæ conditionis: & ideo conuenienter diuina sapientia homini auxilia salutis confert sub quibusdam corporalibus & sensibilibus signis, quæ sacramenta dicuntur. Secunda ratio sumenda est, ex statu hominis qui peccando se subdidit per affectum corporalibus rebus: ibi autem debet medicinale remedium homini adhiberi, vbi patitur morbum: & ideo conueniens fuit, vt Deus per quædam corporalia signa, homini spiritualem medicinam adhiberet: nam si spiritualia nuda ei proponerentur, eius animus applicari non posset, corporalibus deditus. Tertia autem ratio sumenda est, ex studio actionis humanæ, quæ præcipuè circa corporalia versatur, ne ergo esset homini durum, si totaliter à corporalibus actibus abstraheretur, proposita sunt ei corporalia exercitia in sacramentis, quibus salubriter exerceatur ad euitanda superstitiosa exercitia, quæ consistunt in cultu dæmonum, vel qualitercumque noxia, quæ consistunt in actibus peccatorum. Sic igitur per sacramentorum institutionem, homo conuenienter suæ naturæ eruditur per sensibilia: humiliatur, se corporalibus subiectum cognoscens, dum sibi per corporalia subeuenitur: præseruatur etiam à noxiis actionibus, per salubria exercitia sacramentorum.

¶ Ad primvm ergo dicendum, quòd corporalis exercitatio, inquantum est corporalis, non multum vtilis est: sed exercitatio per vsum sacramentorum, non est purè corporalis. sed quodammodo est spiritualis, scilicet per significationem & causalitatem.

¶ Ad secundum dicendum, quod gratia Dei est sufficiens causa humanæ salutis: sed Deus dat hominibus gratiam secundum modum eis conuenientem: & ideo necessaria sunt hominibus [d] sacramenta ad gratiam consequendam. D.982.

¶ Ad tertium dicendum, quod passio Christi est sufficiens causa humanæ salutis: nec propter hoc sequitur, quòd sacramenta non sint necessaria ad humanam salutem: quia operantur in virtute passionis Christi, & passio Christi quodammodo applicatur hominibus per sacramenta, secundum illud Rom. 6. Quicumque baptizati sumus in Christo IESV, in morte ipsius baptizati sumus.

¶ *Super Quæstionis 61. Articulum secundum.*

ARTICVLVS II.

Vtrum etiam ante peccatum fuerint homini necessaria sacramenta.

335 4.dist.1.q.1.ar.2.q.3. *ar.præc. ad 2. 1.p.q.95 ar.4.ad 1.

Titulus clarus. ¶ In corpore vna conclusio: In statu innocentiæ homo sacramentis non indigebat, nec pro remedio peccati, nec pro perfectione animæ. Probatur: In statu illo superiora inferioribus dominabantur, & nullo modo dependebat ab eis: sed contra

AD Secundum sic procedit. Videtur quòd etiam ante peccatum fuerint homini necessaria sacramenta: quia sicut dictum est, * sacramenta sunt necessaria homini ad gratiam consequendam: sed etiam in statu innocentiæ homo indigebat gratia: sicut in prima parte habitum est. * ergo etiam in statu illo erant necessaria sacramenta.

¶ 2 Præt. Sacramenta sunt necessaria homini, secundum conditionem humanæ naturæ, sicut dictum est. * sed eadem est natura hominis ante peccatum & post peccatum. ergo videtur quòd etiam ante peccatum homo indigueri it sacramentis. *art.præt.

¶ 3 Præt. Matrimonium est quod dam sacramentum, secundum illud Ephes. 5. Sacramentum hoc magnum est: ego autem dico in Christo & ecclesia: sed matrimonium fuit institutum ante peccatum, vt dicitur Gen. 2. ergo sacramẽta erant necessaria homini ante peccatum.

¶ SED CONTRA est, quòd medicina non est necessaria nisi ægroto, secundum illud Matth. 9. non est opus sanis medicus: sed sacramenta sunt quædam spirituales medicinæ, quæ adhibentur contra vulnera peccati. ergo non fuerunt necessaria ante peccatum.

¶ Respondeo Dicendum, quòd in statu innocentiæ ante peccatum sacramenta necessaria non fuerunt. Cuius ratio accipi potest ex rectitudine status illius, in quo superiora inferioribus dominabantur, & nullo modo dependebant ab eis: sicut enim mens suberat Deo, ita menti suberant inferiores, animæ vires, & ipsi animæ corpus. Contra hunc autem ordinem esset, si anima perficeretur, vel quantum ad scientiam, vel quantum ad gratiam, per aliquid corporale, quod fit in sacramentis: & ideo in statu innocentiæ homo sacramentis non indigebat, non solum inquantum sacramenta ordinantur ad remedium peccati, sed etiam inquantum ipsa ordinantur [d] ad animæ perfectionem. D.740.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd homo in statu innocentiæ gratia [d] indigebat: non tamen vt eam eo sequeretur per aliqua sensibilia signa, sed spiritualiter & inuisibiliter. D.740.

¶ Ad secundum dicendum, quòd eadem est natura hominis ante peccatum & post peccatum, non tamen est idem naturæ status. Nam post peccatum, anima etiam quantum ad superiorem partem, indiget accipere aliquid à corporalibus rebus ad sui perfectionem, quod in illo [d] statu homini necesse non erat. D.9.& 190

¶ Ad tertium dicendum, quòd matrimonium fuit institutum in statu innocentiæ, non secundum quòd est sacramentum, sed secundum quòd est in officium naturæ: ex consequenti tamen aliquid significabat futurum circa Christum & ecclesiam, sicut & omnia alia in figura Christi præcesserunt.

ur ply ante peccatum determinet q de homine secundum tempus illud, quo fuit antequam peccaret requæritur, & non simpliciter de homine, si perseueraſſet cum posteritate in innocentia.

336 4.d.1.q.1. ar.2.q.4. *ar.1 huius q.ad 3

¶ Ad obiectionem autem in oppositum dicitur, q intellectio Adæ, quia ex speciebus non acquisitis ex sensibus, sed infusis a Deo procedebat, non dependebat a phantasmatibus: sed vtebatur phãtasmatibus vt inferioribus: sicut anima vtebat corpore subdito.

lib.19.ca. 16.& 17. tom.6.

¶ Et si quæratur quid respondendũ secundum Auctoris doctrinam sit quærenti, an filii innocentes indiguissent sacramẽtis, dicitur quod non fuissent eis necessaria sacramenta: quia principalis perfectio hominis per sacramenta, est per gratiam: homines autem fuissent geniti cum gratia (vt in prima parte q. 101. art. 1. Auctor dixit) non indiguissent igitur ex conditione sui status sacramẽtis perfectiuis hominis quantũ ad gratiam. Et quia gratiam comitantur dona intellectus perfectiua, consequens est, vt nec quo ad perfectionem scientiæ de supernaturalibus, indiguisset sacramentis: eodẽ enim modo diuina sapientia prouidet de principali & accessorio, vt patet ex oppositio nostri status, in quo perfectionem scientiæ supernaturalis ex sacramentis accipimus: quia per alia tantum gratiam a Deo habemus.

li.19.c.13 in princi. tom.6.

¶ *Super quæstionis sexagesimæprimæ Articulũ tertium.*

Titulus clarus. ¶ In corpore vna conclusio. Apostolus in vna lege esse quædam alia sacramenta, Probatur: Sacramenta sunt signa protestantia fidẽ, qua homo iustificatur: ergo oportet esse

ARTICVLVS III.

Vtrum post peccatum ante Christum Sacramenta esse debuerint.

AD tertium sic proceditur. Videtur quòd post peccatum ante Christum sacramenta non debuerint esse. Dictum * est enim, quòd per sacramẽta passio Christi hominibus applicatur: & sic passio Christi comparatur ad sacramenta, sicut causa ad effectum: sed effectus nõ præcedit causam. ergo sacramenta non debuerunt esse ante Christi aduentum.

¶ 2 Præ. Sacramenta debent esse cõuenientia statui humani generis, vt patet per † Augustin. 19. contra Faustũ: sed status humani generis non fuit mutatus post peccatum, vsque ad reparationem factam per Christum. ergo neque sacramenta debuerunt immutari, vt præter sacramenta legis naturæ, alia statuerentur in lege Moysi.

¶ 3 Præt. Quanto aliquid est magis propinquum perfecto, tanto magis debet ei assimilari: sed perfectio salutis humanæ per Christum facta est, cui propinquiora fuerunt sacramenta veteris legis, quàm ea, quæ fuerunt ante legẽ. ergo debuerunt esse similiora sacramẽtis Christi: cuius tamen contrarium apparet, ex eo, quòd sacerdotium Christi prædicitur esse futurum, secundum ordinem Melchisedech, & non secundũ ordinem Aaron, vt habetur Hebræ. 7. non ergo conuenienter fuerunt dispositа ante Christum sacramenta.

¶ Sed contra est, quòd * Augustin. dicit 19 contra Faustum, quòd prima sacramenta, quæ celebrabantur & obseruabantur ex lege, prænuntia erant Christi venturi: sed necessarium erat ad humanam salutem, vt aduentus Christi prænuntiaretur. ergo necessarium erat ante Christum sacramenta quædam disponi.

¶ Respon. Dicendum, quòd sacramẽta necessaria sunt ad humanam salutẽ, inquantum sunt quædam sensibilia signa inuisibilium rerum, quibus homo sanctificatur. Nullus autem sanctificari potest post peccatum, nisi per Christum, quem proposuit Deus propitiatorem per fidem in sanguine ipsius, ad ostensionem iustitiæ suæ, vt sit ipse iustus & iustificans eum: qui ex fide est IESV Christi: & ideo oportebat ante Christi aduentum esse quædam signa visibilia, quibus homo fidem suam protestaretur de futuro saluatoris aduentu. Et huiusmodi signa dicuntur sacramenta. Et sic patet, q ante Christi aduentum, necesse fuit quædam sacramẽta institui.

¶ Ad primum ergo dicendum, q passio Christi est causa finalis veterum sacramentorum: quæ scilicet ad ipsam significandam sunt instituta. Causa autem finalis non præcedit tempore, sed solum in intentione agentis. & ideo non est inconueniens aliqua sacramenta ante Christi passionem fuisse.

¶ Ad secundum dicendum, quòd status humani generis post peccatum & ante Christum, dupliciter potest considerari. Vno modo, secundum fidei rationem: & sic semper vnus & idem permansit: quia scilicet iustificabantur homines per fidem futuri Christi aduentus. Alio modo, potest considerari secũdum intensionem & remissionem peccati, & expressæ cognitionis de Christo. Nam per incrementa temporum, & peccatum crescit in homine magis dominari, in tantum quòd ratione hominis per peccatum obtenebrata, nõ sufficerent homini ad recte viuendũ præcepta legis naturæ, sed necesse fuit determinari præcepta in lege scripta, & cum his quædã fidei sacramenta. Oportebat etiam, quòd per incrementa temporum magis explicaretur cognitio fidei: quia vt Gregor. † dicit, Per incrementa temporum creuit diuinæ cognitionis augmentum. Et ideo etiam necesse fuit, quòd in veteri lege quædam sacramenta fidei, quã habebat de Christo venturo, determinarentur: quæ quidem comparant ad sacramenta, quæ fuerunt ante legẽ, sicut determinatũ ad indeterminatũ quia .s. ante legẽ nõ fuit determinatè præfixũ homini, quibus sacramẽtis vteretur, sicut fuit per legem, quod erat necessarium, & propter obtenebrationem legis naturalis, & vt esset determinatior fidei significatio.

¶ Ad tertium dicendum, quòd sacramentum Melchisedech, quod fuit ante legem, magis assimilatur sacramẽto nouæ legis in materia, inquantum scilicet obtulit panem & vinum (vt habetur Genes. 14.) sicut etiam sacrificium nouæ legis oblatione panis & vini perficitur. Sacramenta tamen legis Mosaicæ magis assimilantur rei significatæ per sacramentum, scilicet passioni Christi, vt patet de agno paschali, & aliis huiusmodi: & hoc ideo, ne propter continuitatem temporis, si permaneret eadem sacramentorum species, videretur sacramenti eiusdem esse continuatio.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum post Christum debuerint esse aliqua sacramenta.

AD quartum sic proceditur. Videtur quòd post Christum non debuerint esse aliqua sacramenta. Veniente enim veritate, debet cessare figura: sed gratia & veritas per IESVM Christum facta est, vt dicitur Ioan. 1. cum igitur sacramenta sint veritatis signa sine figuræ, videtur quòd post Christi passionem, sacramenta esse non debuerint.

¶ *Super quæstionis sexagesimæprimæ Articulum quartum.*

339 4.d.1.q.1. ar.2.q.5. cor.di.2. art.4.q.1. E 4.contra c.57.

Titulus clarus. ¶ In corpore vna cõclusio. Oportet in vna lege esse quædam alia sacramẽta, Probatur: Sacramẽta sunt signa protestantia fidẽ, qua homo iustificatur: ergo oportet esse

Hom.16. in Ezech. a med.

alia

Universidad de Deusto
Biblioteca

alia sacramenta, quibus præterita crediti significentur. Consequentia quo ad id, quod supponit, scilicet diuersitatem significabilium, probatur, quia antiqui saluabantur per fidem Christi nascituri: nos per fidem Christi nati. Et quo ad ipsa significata probatur: quia aliis signis oportet significari præterita & futura. Probatur hoc auctoritate Augustini, & ex ipsis verbis præteriti, & futuri temporis.

†q. præc. ar. 4. & 5.

¶ *Super quæstionis sexagesimæ secundæ, Articulum primum.*

IN titulo notat terminos. Non enim quæritur, an sacramenta dicantur causa, sed an sint causa. Et hoc ideo, quia nō sat is fit quæstioni vocādo causam id, quod vera non est causa. De gratia autem in præsenti titulo sermo est in distincte: reseruatur enim sequenti articulo, quæ sit ilia gratia, quæ per sacramenta cōfertur. Vnde non spectat ad præsentem quæstionem discutere in speciali de gratia, quæ causatur. Rursus si principium non articuli huius, sed introductæ quæstionis huius perspexeris (vbi hæc q. 62. a quæstione sexagesimatertia distinguitur, dicendo: & primo de effectu eius principali, qui est gratia: secūdo, de effectu secundario, qui est character) videbis: quod sub gratię noie hoc in loco non comprehendit character, cum distinguatur, contra character. sed cōmuniter sumitur prout a sanctis dicitur, quòd sacramenta conferunt gratiam. Et hoc manda memoriæ: & temperiuscule, cum postea dicetur, sacramenta causare instrumentaliter gratiam, ne non recurras ad characterem, volens fugere quòd baptismus nō causet gratiam gratū facientem, quia creator & creatura non potest etiā instrumentaliter creare. Hic enim

li. 19. ca. 36. to. 6.

c. 5. eccl. hier. par. 1. titu. 1. a med.

¶ 2 Præt. Sacramenta in quibusdā elementis consistunt, vt ex supradictis patet: † sed Apostolus dicit Galat. 4. Cum eramus paruuli, sub elemētis mundi eramus seruientes: nunc autem temporis plenitudine veniente, iam non sumus paruuli. ergo videtur quòd non debeamus Deo seruire sub elementis huius mundi, corporalibus sacramentis vtendo.

¶ 3 Præ. apud Deum non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio, vt dicitur Iacobi. 1. sed hoc videtur ad quandam mutationem diuinæ voluntatis pertinere, quòd alia sacramenta nunc hominibus exhibeat ad sanctificationem tempore gratiæ, & alia ante Christū. ergo videtur q̄ post Christū non debuerint alia sacramēta instituti.

¶ Sed contra est, quòd * Augusti. dicit contra Faustum 19. quòd sacramenta veteris legis sunt abiata, quia impleta, & alia sunt instituta, virtute maiora, vtilitate meliora, actu faciliora, numero pauciora.

¶ Respon. Dicendum, quòd sicut antiqui patres saluati sunt per fidem Christi vēturi, ita & nos salu nt p fidē Christi iam nati & passi. Sunt autem sacramenta, quædam signa protestantia fidem, qua homo iustificatur. Oportet autem aliis signis significari futura, præterita, seu præsentia. vt enim † Augustin. dicit 19. contra Faustum, cadēres aliter annuntiatur facienda, aliter facta: sicut ipsa verba, passurus & passus, non similiter sonant: & ideo oportet quædam alia sacramenta esse in noua lege, quibus significentur ea, quæ præcesserunt in Christo, præter sacramenta veteris legis, quibus prænuntiabantur futura.

li. 19. ca. 36. to. 6.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd sicut * Diony. dicit in 5. cap. eccle. hierar. status nouæ legis, medius est inter statum veteris legis, cuius figuræ implentur in noua lege, & inter statum gloriæ, in qua omnis, nude & perfectè manifestabitur veritas: & ideo tūc nulla erunt sacramenta. Nunc autem quādiu per speculum, & in ænigmate cognoscimus, (vt dicitur 1. ad Corinth. 13.) oportet nos per aliqua sensibilia signa, in spiritualia deuenire: quod pertinet ad rationem sacramentorum.

¶ Ad secundum dicendum, quòd sacramenta veteris legis Apostolus vocat egena & infirma elementa, quia gratiam nec continebant, nec causabant. & ideo vtentes illis sacramentis, dicit Apostolus sub elementis mundi Deo seruisse: quia scilicet nihil aliud erant, quàm elementa huius mundi. Nostra autem sacramenta gratiam continent & causant: & ideo non est de eis similis ratio.

de effectu principali sacramentorum, qui est gratia, distincta contra characterem, tractando quæritur, an sacramentum sit causa gratiæ, & in sequenti articulo quid addat hæc gratia supra gratiam gratum facientem discutitur.

¶ In corpore articuli tria fiunt. Primo ponitur id, in quo oportet omnes conuenire. Secundo, recitatur quorundā opinio. Tertio, respondetur quæstio secundum propriā opinionem.

¶ Quo ad primum cōclusio est, Necesse est dicere sacramenta nouæ legis aliquo modo causare gratiā. Probatur: Per sacramenta hō Christo incorporatur, ergo acq rit gratiā, tiam. antecedens est Apostoli: consequentia patet: quia non fit homo membrum Christi, nisi per gratiā.

¶ Quo ad secundum, primo ponitur opinio, quòd sacramēta causant non operando ad gratiam, sed quia Deus assistit, cum exemplis & auctoritate Bernardi. Secundo, exponitur qd importet hęc opinio, scilicet q̄ non ponit sacramenta supra genera signorum, & declaratur exemplis. Tertio, improbatur hæc opinio auctoritate sanctorum, addentium & quo causam.

¶ Quo ad tertiū ponitur primo distinctio bimembris de causa agente, scilicet principali & instrumentali. Secundo, ponitur causæ principalis cōditio: qua distinguitur ab instrumentali scilicet principalis cā est, quę agit virtute suæ formæ, cui assimilatur effectus. Et iuxta hoc membrum ponitur vna conclusio: solus Deus est causa principalis gratiæ. Probatur: solus Deus est, cuius est participata similitudo, gratia. ergo solus Deus est gratiæ causa principalis. Antecedēs est Petri apostoli. Consequentia patet ex conditione causæ principalis. Tertio, ponitur conditio cāę instrumentalis. Et iuxta hoc membrū ponitur alia cōclusio, scilicet, Sacramenta sunt causæ agentes instrumentaliter

QVAEST. LXII.

De principali effectu sacramentorum, qui est gratia, in sex articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de effectu Sacramentorum. Et primo de effectu eorum principali, qui est gratia. Secundo de effectu secundario, qui est character.

Circa primum quæruntur sex.

¶ Primo, Vtrum Sacramenta nouæ legis sint causa gratiæ.

¶ Secundo, Vtrum gratia sacramentalis aliquid addat super gratiam virtutum & donorum.

¶ Tertio, Vtrum sacramenta contineant gratiam.

¶ Quarto, Vtrum sit in eis aliqua virtus ad causandum gratiam.

¶ Quinto, Vtrum talis virtus insacramentis deriuetur à passione Christi.

¶ Sexto, Vtrum sacramenta veteris legis, gratiam causarent.

ARTICVLVS I.

Vtrum sacramenta sint causa gratiæ.

AD Primum sic proceditur. Videtur quòd sacramenta nō sint causa gratiæ. Non enim idem videtur esse signum & causa, eo quòd ratio signi videtur magis effectui competere: sed sacramentum est signum gratiæ. non igitur est causa eius.

¶ 2 Præte. Nullum corporale agere potest in rem spiritualem, eo quòd agens honorabilius est patiente, vt † Augustinus dicit 12. super Genesim

Inf. ar. 6 & q. 64. ar. 1. Et 3. di. 40. art. 3. Et 4 d. 1 q. 1 Et ar. 4. q. 1. Et ar. 5. q. 1. Et 4 có. ca. 57. & 74. princ. Et ve. qó. 27. art. 4. & quolibet. 12. ar tic. 15.

li. 12. c. 16 in medio to. 3.

taliter ad gratiam. Probatur: causa instrumentalis est, quæ non agit virtute, suæ formæ: sed solum motum quo ab agente principali mouetur: sed sacramenta Dei adhibet, vt per ea causet gratiam. ergo sunt causæ instrumentales. Maior patet ex signo: quia effectus non assimilatur instrumento, & ex exemplo de lectulo respectu ferræ & artis. Minor probatur auctoritate Augustini, & Apostoli, & modi loquendi: quia hoc vocatur instrumētū, per quod principale agens operari dicitur.

¶ Hoc in loco aduertendum est, quòd Scotus in 4. sen. distin. 1. quæstio. 4. & 5. etiā videatur tertiam ponere opinionem, secundum tamen rem positio sua in eidit in opinionē præcitatā ac improbatam in litera: solis enim verbis ab illa differt. Ponit enim tria in sacramento. Primo, effectum quē sensibile signū habet a Deo, puta quòd adhibetur ex institutione diuina, tale vt a nobis suscipiatur vt sacramentum. Secundum quòd ex necessitas necessitate infallibilitatis respectu effectus significati per sacramentum, Tertium, quòd habet rationem dispositionis pro quanto suscipiens sacramentum, ex ipsa susceptione disponitur ad suscipiendum effectum significatum per sacramentum, a Deo immediate causante illum.

Trae. 80. a me. 1. 9.

¶ Ex quorum trium concursu, infert quòd sacramentum liceet non sit secundum rem causa gratiæ, potest tamen appellari causa instrumentalis gratiæ, vt sic saluentur auctoritates sanctorum.

¶ Declarat autem hoc, scil cet quòd sine vera causalitate possit dici causa instrumentalis: tum quia meritū dicitur causa præmii, & tamen non efficit illud: tum quia motus dicitur causa termini: & tamen non efficit illū, tum quia vere dicimus, q̄ per motum acquiritur terminus, & per meritum acquiritur præmium, & tamen neutrum est causa vere instrumentalis, & hoc directe militat contra rationem literæ sumptam ex modo loquendi cum illa propositione Per.

¶ Arguit præterea contra conclusionem principalem huius literæ, scilicet, Sacramentum est vere causa instrumentaliter agens ad gratiam. Et argumentum suum est ex parte effectus. Aut sacramentum attingit instrumentaliter agendo, ipsam gratiam gratum facientem, aut aliquam dispositionem præuiam: non potest dici primum: quia gratia creatur, & nulla creatura potest etiam instrumentaliter creare: nec potest dici secundum, tum quia dispositio illa cum sit forma supernaturalis, est æque creabilis sicut gratia, tum quia subiectum est æque in potentia obedientiali ad illam dispositionem, tum quia dispositio illa producitur in instanti, sacramenta autem non possunt agere in instanti. Et si ponatur produci in tempore, Deum agere in tempore inconuenit.

¶ Arguit præterea contra idem, defendendo specialiter ad sacramentum eucharistiæ: quia transubstātiatio sit sola infinita virtute non minus quām creatio, nec potest fingi in pane dispositio necessitans ad transubstantiationem, quoniam dispositio necessitans est in eodem instanti cum termino.

¶ Præterea, In aliis sacramentis oporteret assignare, quæ sit ista dispositio, quæ instrumentaliter causatur a sacramentis.

¶ Demum arguit, quòd superflue ponitur ista causalitas in sacramentis, quia sine ipsa ex affisitentia diuina ecclesiæ reuelata, in operationibus sacramentalibus omnia saluantur ad sacramēta, & eorum effectus requisita.

¶ Ad primum obiecta Scoti, breuiter respondendo, dicitur, q̄ cum ipse non saluet sacramentum causam esse, sed causam dici, & in veritate non nisi signum infallibile præceptum suscipi potnatur ad effectum sacramenti, non satisfit auctoritatibus sanctorum, dicentibus sacramentum esse signum, & causam efficientem signatum, vt patet in 4. sent.

¶ Cum ergo obiicitur primo, q̄ sacramentum habet rationem dispositionis, respondetur quòd non esset dispositio, nisi ratione obedientiæ, qua præceptum suscipitur signum, & propterea falsum est, quòd ipsum sacramentum seu illius susceptio secundum se esset dispositio in esse reali, nisi ponatur realiter causa.

¶ Ad secundum vero de merito dicitur, quòd licet meritum sit causa vt ratio, qua operanti est debitum præmium, & propterea dicitur causa præmij, constat tamen meritum non esse ex præmium, quoniam aliunde est meteri, & aliunde præmiare. Et propterea non obstat hoc propositio, vbi de causa efficiente secundū rem est quæstio.

¶ Ad tertium de motu, dicitur, q̄ quia motus potest sumi actiue vel passiua, vel absoluta, & per motionem actiuam procul dubio effectiue fit terminus, per motum autem simpliciter vel passiue, non effectiue, sed tamquam per viam acquiritur terminus, ideo argumentum nō obstat propositioni, qua vtitur Auctor in hoc proposito, scilicet illud proprie dicitur instrumentum, per quod agēs effectiue operatur.

¶ Et per hoc patet responsio ad vltimum contra rationem de modo loquendi, quoniam non sumit argumentum Auctor, ex ly per absolute, sed applicato ad id per quod efficiens operatur.

¶ Ad argumenta secundo loco inducta contra conclusionem principalem dicitur, quòd sacramentum instrumentaliter attingit gratiam sacramentalem, & non oportet recurrere ad dispositionem præuiam ad gratiam. Quicquid enim secundum aliorum opinionem, vt probabiliorem dixerit Auctor in 4. sententia, hoc in loco secundum propriam sententiam longe altius sensit, ex presse ponens gratiam gratum facientem (qua scilicet homo fit membrum Christi, & qua sumus diuinæ naturæ consortes) a Deo principaliter, & a sacramento instrumentaliter effici.

¶ Et confirmatur clare hanc esse suam intentionem ex titulo quæstionis, vbi distinguitur hanc quæstionem a sequenti, per hoc, quòd nunc quæritur de sacramenti effectu principali, qui est gratia: tunc autem quæretur de effectu secundario, qui est character, de quo & ornatu simile dicitur esse iudicium in 4. sententia quo ad præsentem quæstionem. Et confirmatur hoc idem ex sequenti articulo huius quæstionis, vbi gratia sacramentalis non ponitur dispositio: sed vt patebit, nullum habituale donum addit supra gratiam gratum facientem.

¶ Ad obiectionem autem, quòd nulla creatura potest etiam instrumentaliter creare, respondetur hoc concedendo: sed negando, quòd gratia proprie creetur, quod patet ex eo, quòd cum desinit esse, non annihilatur. nam si crearetur (quia creatio est ex nihilo cum definiere conseruari, oporteret quòd eius desitio esset annihilatio: Deum autem credimus nunquam aliquid annihilare.

¶ Et licet hoc sufficiat argumento pro reuerentia tamen communis dicti, sane intelligendi, de creatione gratiæ, distinguere potes, quòd causatio gratiæ dupliciter sumi potest: vel quatenus est mutatio animæ de non grata in gratam Deo, & sic attingitur instrumentaliter a sacramento: vel quatenus creatio ibi aliquo modo immisceatur, & sic fit gratia immediate a Deo. Probatur autem conuenienter sic dici, quia Christus caput ecclesiæ vt homo (aliquin non esset eiusdem naturæ cum membris) influit vitam proculdubio gratiæ gratū facientis mēbris suis: cōstat autē humanitate Christi infra latitudinem contineri creaturarum. non inconuenit ergo Deum per humanitatem Christi, vt instrumentum coniunctum, & per sacramentum vt instrumentum separatum, gratiam gratum facientem in homine causare, vt clare habes hic in responsione ad tertium bene perspecta, ac collata cum argumento & corpore articuli, ad quod se remittit.

¶ Et per hoc patet responsio ad obiecta reliqua contra dispositiones præuias causabiles per sacramenta in speciali. De singulorum enim proprijs effectibus, in tractatu singulorum patere poterit. nunc enim sat est propositio de effectu, qui est gratia, sacramentalis, tractare, quam diximus & manifestabimus non oportere esse dispositionem aliquam præuiam ad gratiam. Quare falsum est sacramentum non posse causare in instanti: quoniam in termino temporis prolationis verborum sacramentum causare effectum suum potest. Nec etiam inconuenit Deum voluntarie vtendo motu creaturæ, agere in tempore: cum nullus adeo desipiat, qui neget Deum posse localiter mouere, quod est agere in tempore.

* Bernardus Ser. de cœna ante me. allius.

¶ Ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶Ad demum obiecta, ꝙ superflue ponitur ista causalitas in sacramentis, respondetur, ꝙ non superflue, sed necessario ponitur, tum necessitate reverentiæ ad auctoritates sanctorum, quas ipsemet Scotus volens saluare glossat. causa, id est signum infallibile, vbi patet manifestus error in glossandorum necessitate dignitatis sacramentorū nouæ legis: longe enim digniora sūt si locantur in genere causæ, quasi infra latitudinē signorum concludantur, vt sacramenta veteris legis. Pateri enim oportet sacramenta nouæ legis digniora esse sacramentis veteris legis, & excedere vetera in hoc, quòd noua efficiunt ꝙ signant, vetera autem nō, vt patet in 4. sent. di. 1.

¶Aglossante ūtē Scoto, aut quocumque altero in exēplū sensum, quærēdum est qui bus verbis, aut quibus articulis, aut quo sermone sancti, aut quicumq; alii, sebuissent aut potuissent exoscare hoc, scilicet ꝙ sacramenta fiat cā effectiua gratiæ, si nō explicatur per ista, efficiunt quod figurant, & rursus per ista, ita vt imaginem gerat, & cā existat: quæ omnia explicantur in 4. sent. Doceant nos quæso, quibus vocabulis explicandum fuerat. & sic cognoscant se, vel non sequi doctrinam sanctorum in hac parte, collectā a Magistro sententiarū. Et scito, ꝙ hodie minus liberā apparet opinio hæc, qm in concilio Florentino sub Eugenio IIII. legimus differentiā inter sacramenta veteris & nouæ legis in hoc ꝙ illa non causabant gratiā: ista vero continēt gratiam & conferunt eam. Hęc ibi.

¶In responsione ad secundū aduerte Scotū vbi supra nec exēpla prætexere: vnde contra exēplū de esu ferri ab instrumentum artificum arguit, probando ferram nō esse efficiens causam instrumentalem: tum quia nec figura, nec quantitas, nec motus localis est forma actiua tū quia sicut albedo expellit ab eodē ingredinē non effectiue, sed formaliter, ita corpus expellit corpus ab eodē loco nō effectiue, sed quasi formaliter

¶Ad hæc facile est & ridere, & monstrare inopinabilē hanc Scoti notā phantasiam esse falsam: cū ei mouens proximum & motū oporteat esse simul, & consistet ligni partes, quæ secando mouentur localiter, non esse simul cū artifice (non enim oportet se tangi artificem & lignū quod secatur) consequens est, ꝙ mouēs proximū partes illas, oporteat ꝙ sit serra, quæ est corpus mouens motū. Et confirmatur auctoritate Arist. secundo de Anima, ponētis nauā mouere nauē & manu & temonem: altera, vt instrō coniūcto, altero vt instrō separato. Constat autem effectiue esse huiusmodi mouere. Ad primam ergo obiectionē dicitur, ꝙ licet motus localis absolute non sit forma actiua aut actio, mouere tamen loco

*ca. 16. in prin. to. 6.

D. 680.

sunt traditæ sacramentis. Sed siquis recte consideret, iste modus non transcendit rationem signi. Nam denarius plumbeus, non est nisi quoddam signum regiæ ordinationis de hoc, quòd pecunia recipiatur ab isto. Similiter liber est quoddam signum, quo designatur traditio canonicatus. Secundum hoc igitur, sacramenta nouæ legis nihil plus essent, quàm signa gratię: cum tamen ex multis sanctorum auctoritatibus habeatur, quòd sacramenta nouæ legis non solum significant, sed causant gratiam. Et ideo aliter dicendum, quod duplex est causa agens, principalis & instrumentalis. Principalis quidem operatur per virtutem suæ formæ, cui assimilatur effectus, sicut ignis suo calore calefacit. Et hoc modo non potest causare gratiam nisi Deus: quia gratia nihil est aliud quàm quædam participata similitudo diuinæ naturæ, secundum illud 2. Petr. 1. Magna nobis & pretiosa promissa donauit, vt diuinæ simus consortes naturæ. Causa vero instrumentalis non agit per virtutem suæ formæ, sed solum per motum, quo mouetur à principali agente. vnde effectus non assimilatur instrumento, sed principali agenti: sicut lectus non assimilatur securi, sed arti, quæ est in mente artificis. Et hoc modo sacramenta nouę legis gratiam causant. Adhibentur enim ex diuina ordinatione hominibus ad gratiam in eis causandam. vnde † Augustinus dicit 19. contra Faustum. Hæc omnia, scilicet sacramentalia, fiunt & transeunt: virtus tamen, scilicet Dei, quę per ista operatur, iugiter manet. Hoc autem proprię dicitur instrumentum, per quod aliquis operatur. Vnde & Tit. 3. dicitur, Saluos nos fecit per lauacrum regenerationis.

¶Ad primum ergo dicendum, quòd causa principalis non propriè potest dici signum effectus, licet occulti, etiam si ipsa sit sensibilis & manifesta: sed causa instrumentalis si sit manifesta, potest dici signum effectus occulti: eo quòd non solum est causa, sed quodammodo effectus, inquantum mouetur à principali agente. Et secundum hoc, sacramēta nouæ legis, simul sunt causæ & signa, & inde est, quòd sicut communiter dicitur, efficiūt quod figurant. Ex quo etiam patet, quòd habent perfectē rationem sacramenti, inquantum ordinantur ad aliquid sacrum, non solum per modum signi, sed etiam per modum causæ.

¶Ad secundum dicendum, quòd instrumentum habet duas actiones. Vnam instrumentalem, secundum quam operatur non in virtute propria, sed in virtute principalis agentis. Aliā autem habet actionem propriam, quæ competit sibi secundum propriam formam: sicut securi competit scindere ratione suæ acuitatis, facere autem lectum, inquantum est instrumentum artis: non autem perficit instrumentalem actionem, nisi exercendo actionē propriam: scindendo enim facit lectum. Et similiter sacramenta corporalia, per propriam operationem, quā exercent circa corpus, quod tangunt, efficiunt operationem instrumentalem ex virtute diuina circa animam: sicut aqua baptismi abluendo corpus, secundum propriam virtutem abluit animam, inquantum est instrumētum virtutis diuinæ: nam ex anima & corpore vnum fit. & hoc est † Augustin. dicit, quòd corpus tangit, & cor abluit.

¶Ad tertium dicendum, quòd ratio illa procedit de eo, quod est causa gratiæ per modum principalis agentis: hoc enim est proprium Dei, vt dictum est.*

D. 677.

Articvlvs II.

Vtrum gratia sacramentalis aliquid addat super gratiam virtutum & donorum.

AD secundum sic proceditur. Videtur quòd gratia sacramentali non addat aliquid super gratiam virtutum

sed ea proportionē virtutū & donorū ad gratiā, ac per hoc implicite proportionē gratiæ sacramētalis seu ipsius effectus ad gratiā. Est ergo probatio ista, Gratia absolute perficit essentiā animæ & sicut ab essentia fluunt potētiæ, ita a gratia fluunt perfectiones potentiarū dona. & virtutes: sacramēta autē ordinantur ad quosdā speciales effectus necessarios in vita Christiana præter actus potentiarū animæ. ergo sicut virtutes & dona addunt super gratiā cōmuniter dictā perfectionē ordinatā ad actus potētiarū, ita gratia sacramentalis addit super gratiā cōiter dictā & virtutes & dona, quoddā diuinū auxiliū ad consequendū finē. ergo gratia sacramētalis addit super gratiā donorū & virtutū. Antecedens quo ad primā partē declaratur, gratia est similitudo diuini esse. seu quia anima inquantū participat quādā similitudinē diuini esse, perficit a gratia: quantū vero ad secundā partē declaratur quo ad hoc, ꝙ potentiæ perficiuntur per dona & virtutes in ordine ad actus ipsarū potentiarū. Quo ad tertiā vero partē declarat, ex effectu baptismali, qui est spiritualis regeneratio non qualitercumque: sed ita

*Li. 8. tex. 20. to. 3.

P. 2. q. 110 ar. 3. & 4.

¶ Super quæstionis 62. Articul. II.

IN titulo per gratiā virtutū & donorū intellige habitus gratię gratū facientis, & virtutū theologalium quàm moralū & donorum Spiritussancti.

¶In corpore vnica est cōclusio: Gratia sacramentalis addit super gratiā virtutū & donorū. Et probatur conclusio hæc ex diuersitate effectuū: quia. 5. alius est effectus gratiæ sacramēralis, & alius est effectus gratiæ virtutū & donorū. Et quia in conclusione & titulo, nō de sola distinctione, sed de distinctione per modū addentis fit mētio: ideo probatio vtrūque includit, distinctionē & additionē. Assumēs nō solum effectus gratiæ virtutū & donorū ex vna parte, & effectus gratiæ sacramentalis ex altera parte:

loco citato in arg. Sed cont.

In cor. ar. 339

Inf. q. 72. ar. 7. ad secundū. Et 4. d. 7. q. 1. ar. 2. q. 3. Et di. 7. q. 1. ar. 4. q. 5.

¶Respon. Dicendum, quòd (sicut in secunda parte dictum est) gratia secundum se considerata, perficit essentiam animæ, inquantum participat quādam similitudinem diuini esse. Et sicut ab essentia animæ fluunt eius potētiæ, ita à gratia fluunt quædam perfectiones ad potentias animæ, quæ dicuntur virtutes & dona, quibus potentiæ, perficiuntur in ordine ad suos actus. Ordinantur autem sacramenta ad quosdam speciales effectus necessarios in vita Christiana, sicut baptismus ordinatur ad quandam spiritualem regenerationem, qua homo moritur vitiis, & fit membrum Christi, qui quidem effectus est aliquid speciale præter actus potentiarum animæ. & eadem ratio est in aliis sacramentis. Sicut igitur virtutes & dona addunt d super gratiā communiter dictam, quandam perfectionem determinate ordinatam ad proprios actus potentiarum: ita gratia sacramentalis, addit super gratiam communiter dictam, & super virtutes & dona, quoddam diuinum auxilium ad cōsequendum finem. Et per hunc modum gratia sacramentalis addit super gratiam virtutum & donorū.

¶Ad primum ergo dicendum, ꝙ gratia virtutum & donorum sufficienter perficit essentiam & potentias animæ, quantum ad generalem ordinationem actuum animæ: sed quantum ad quosdam effectus speciales, qui requiruntur in vita Christiana, requiritur sacramentalis gratia.

¶Ad secundum dicendum, quòd per virtutes & dona excluduntur sufficienter vitia & peccata, quantum ad præsens & futurum, inquantum scilicet impeditur homo per virtutes & dona à peccando: sed quantum ad præterita peccata, quæ transeunt actu, & permanent reatu, adhibetur homini remedium specialiter per sacramenta.

¶Ad tertium dicendum, quòd ratio sacramentalis gratiæ se habet ad gratiā communiter dictam, sicut ratio speciei ad genus. vnde sicut non æquiuoce dicitur animal communiter dictum, & pro homine sumptum, ita non æquiuoce dicitur gratia communiter sumpta, & gratia sacramentalis.

ita vt homo moriatur vitiis, membrumque Christi fiat.

¶Vbi scito, quòd effectus baptismi proprius non est gratia gratum faciens absolute: sed sic renasci secundum gratiam in membrum Christi, ac si ipse passus fuisset patiente Christo, & hoc importat remissionem omnis culpæ, & omnis pœnæ. Constat enim hoc effectum, quēdam esse necessarium in vita Christiana vltra bonā dispositionem actuum potentiarū animæ. Et quod dicitur de baptismo idē intelligi vult Auctor de effectibus aliorum sacramentorum. Quod si præveniendo intelligere cupis, vide inferius primum quæstionis sexagesimæquintæ: ibi enim inuenies proprium cuiusque sacramēti effectum, tam quo ad bonū datum, quàm quo ad defectum expulsum. Consequētia autem, vt consonationi relinquitur: quoniā vtræque, scilicet perfectiones potentiarum & gratiæ sacramentales, de genere spiritualium sunt, & dependentium a gratia, & necessariorū in vita Christiana, &c.

¶Circa hanc doctrinam aduerte, dupliciter posse intelligi gratiam sacramētalem addere super gratiā donorum & virtutum. Primo, vt ad dat donū aliquod habituale. Et hic sensus licet forte multis placeat, & ab Auctore sumptus credatur, qz ponit differētiam specificā inter gratias sacramentales & gratiam donorum & virtutum, tam hic in responsione ad vltimum, quam in quæstionibus de ver. q. 27. ar. 5. ad. 12. mihi tamen etiam si alibi (hoc est in libris sententiarum, aut quæstionibus disputatis) Auctor expressisset oppositum, aliter sentiendum, videtur, ex hoc loco. Et est secundus sensus, vt gratia sacramentalis addat supra gratiam donorum & virtutum, non habituale aliquod donum, sed actuale diuinum auxilium ad cōsequendum finem. Et per hunc modum gratia sacramentalis addit super gratiam virtutum & donorū.

¶Ad primum ergo dicendum, ꝙ gratia virtutum & donorum sufficienter perficit essentiam & potentias animæ, quantum ad generalem ordinationem actuum animæ: sed quantum ad quosdam effectus speciales, qui requiruntur in vita Christiana, requiritur sacramentalis gratia.

¶Ad secundum dicendum, quòd per virtutes & dona excluduntur sufficienter vitia & peccata, quantum ad præsens & futurum, inquantum scilicet impeditur homo per virtutes & dona à peccando: sed quantum ad præterita peccata, quæ transeunt actu, & permanent reatu, adhibetur homini remedium specialiter per sacramenta.

¶Ad tertium dicendum, quòd ratio sacramentalis gratiæ se habet ad gratiā communiter dictam, sicut ratio speciei ad genus. vnde sicut non æquiuoce dicitur animal communiter dictum, & pro homine sumptum, ita non æquiuoce dicitur gratia communiter sumpta, & gratia sacramentalis.

Articvlvs III.

Vtrum sacramenta nouæ legis contineant gratiam.

AD tertium sic proceditur. Videtur quòd sacramenta nouæ legis non contineant gratiam. contentum enim videtur esse incontinente: sed gratia non est in sacramento, neque sicut in subiecto (quia subiectum gratiæ non est corpus, sed spiritus) neque sicut in vase. quia vas est locus mobilis, vt dicitur in 4.† Physicorum: esse autem in loco, non conuenit accidenti. ergo videtur quòd sacramenta nouæ lege non contineant gratiam.

¶2 Præt. Sacramenta ordinantur ad hoc, quòd homines per ea gratiam cōsequantur: sed gratia cum sit accidens, nō potest transire de subiecto in subiectū. ergo ꝙ nihil esset gratia in sacris.

¶3 Præt. Spirituale non continetur à corporali etiam si in eo sit, non enim anima continetur à corpore, sed potius continet corpus. ergo videtur, ꝙ gratia, cum sit quiddam spirituale, non contineatur in sacramento corporali.

¶Sed contra est, quòd * Hugo de sancto Victore dicit, quòd sacramentū ex sanctificatione inuisibilem gratiam continet.

¶ Super quæstionis sexagesimæ secundæ. Ar. III.

TIculus accipiendus est, vt sonat.

¶In corpore sunt duæ conclusiones. A tera est: gratia est in sacra-

*li. 1. 4. tex. 41. to. 2.

*Iib. de sacra. part. 19. cap. 1.

P. 2. q. 110 ar. 3. & 4.

340 4. d. 2. art. 4. q. 4. Et veri. q. 27. artic. 7.

extensiuum gratiæ virtutum, & donorum ad effectum proprium sacramenti. Moueor autem ad hoc: quoniam in prima secundæ Auctor diuidendo gratiam, distinxit contra habituale donum gratiæ gratuitum, diuinum auxilium: ac per hoc sub genere gratiæ communiter dictæ, locauit duo genera seu species gratiarum, scilicet gratiam habitualem doni, & gratiam di-

qua tractat i rñsione ad 1. & sit defectus, cōtra quē ordinat sacrm de quo in rñsione ad 5m tractat) lege dictum ar. 1. q. 65. infecius.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sacramentis sicut in signis. Et probatur: quia sacramentum est signum gratiæ. Altera est gratia est in sacramentis, sicut in causa non vniuoca nec æquiuoca, sed instrumẽtali. Et probatur quo ad secundam partem, quia non est secundum similitudinem speciei, sicut homo genitus erat in homine generante. Quo ad tertiam vero quia non est secundum aliquã formam. & permanẽtem proportionatam ad talem effectum sicut res generatæ sunt in sole. Quo ad quartã dicendum parte: quia est secundum quãdam virtutẽ fluentẽ, & incompletã in ipsa natura.

Ar. præc.

¶ Super quæstionis LXII. Articu. quartum.

Ar. sequẽti. 3

TIulus vt sonat, sumendus est, de virtute causatiua effectiue.

¶ In corpore referuntur duæ viæ. Altera ponentium sacramenta nõ causare gratiã nisi concomitanter. Et secundũ hanc rãdetur quæstioni negatiue, quia sola virtus diuina assistens est quæ causat gratiam.

¶ Altera (quam sequitur Auctor) ponentium, q̃ sacramentum est instrumentalis causa gratiæ. Et secundũ hanc respondent, quæsito, dicendo, duo. Primo, necesse est simul ponere, quòd in sacramento sit quædam virtus instrumentalis ad inducendũ sacramentalẽ effectũ. Secundo, qualis est ista virtus, & dicitur, hæc virtus proportionatur in

341 Inf. q. 78. ar. 4. Et 4. d. 1. q. 1. ar. 4. q. 2. Et di. 8. q. 2. arti. 3. Et quo. 12. arti. 15.

strumento. Et probatur, Virtus hæc se habet ad aliquius rei perfectionẽ & virtutem absolute, sicut instrumentum se habet ad agens principale: sed instrumẽtum non operatur, nisi inquantum est motum a principali agente: principale autem agens operatur per se, & propterea virtus principalis habet completum, & permanens esse in natura, virtus autem instrumentalis incompletum, & transiens. ergo virtus hęc proportionatur instrumento. Et probatur hoc vltimum, quia motus est, actus imperfectus ab agente in patiens.

¶ Aduerte hic, maximam hoc in loco difficultatem inueniri: eo q̃ vno sensu intellecta communiter videntur, tam a sequacibus, quàm ab aduersariis verba Auctoris, cum tamen dupliciter possint intelligi. Primo, vt sit sensus, q̃ in sacramentis nouæ legis est aliqua virtus superaddita non solũ propriæ operationi sensibilis elementi, sed etiam superaddita motui, quo mouetur a principali agente, & hæc virtus est quædam qualitas habens esse fluens per modum motus, & est spiritualis, immo est ipsa gratia secundum esse fluens & incompletum, vt in calce præcedentis articuli, hoc vltimum Auctor expressit. Et hic est sensus communis, contra quem Scotus vbi supra & Durandus & Aureolus arguunt.

¶ Sed quoniam hic sensus non est intentus ab Auctore, nec verus (vt nunc conabor ostendere) ideo argumentationibus isto

¶ Respon. Dicendum, quòd multipliciter aliquid dicitur esse in alio, inter quos duplici modo gratia est in sacramentis. Vno modo sicut in signo, nã sacramentum est signum gratiæ: alio modo sicut in causa, nam sicut dictum est, † sacramẽtum nouæ legis est instrumentalis gratiæ causa. vnde gratia est in sacramento nouæ legis non quidem secundum similitudinem speciei, sicut effectus est in causa vniuoca: neque est secũdum aliquam formam propriam, & permanentem proportionatam ad talem effectum, sicut sunt effectus in causis non vniuocis, puta, res generatæ in sole, sed secundum quandam instrumentalem virtutem, quæ est fluens & incompleta in esse naturæ, vt infra dicetur. †

¶ Ad primum ergo dicendum, quod gratia non dicitur, esse in sacramento sicut in subiecto, neque sicut in vase, prout vas est locus quidam, sed prout vas dicitur instrumentum alicuius operis faciendi, secundum quòd dicit Ezechi. 9. Vnusquisq; vas interfectionis habet in manu sua.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ quãuis accidens non transeat a subiecto in subiectum, transit tamen à causa per instrumentum aliqualiter in subiectum, non vt eodem modo sit in eis, sed in vnoquoq; secũdum propriam rõnem.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ spirituale existens perfectè in aliquo, continet ipsum, & non continetur ab eo: sed gratia est in sacramento secundũ esse fluẽs & incompletum. & ideo non inconuenienter sacramentum dicitur continere gratiam.

Articvlvs IIII.

Vtrum in sacramentis sit aliqua virtus gratiæ causatiua.

AD quartum sic proceditur. Videtur q̃ in sacramentis non sit aliqua virtus, gratiæ causatiua. Virtus enim gratiæ causatiua, est virtus spiritualis: sed in corpore non est virtus spiritualis, neque ita quòd sit propria ei (quia virtus fluit ab essentia rei, & ita non potest eam transcendere) neque ita q̃ recipiat eam ab alio, quia quod recipitur ab aliquo, est in eo per modum recipientis. ergo in sacramentis non potest esse aliqua virtus gratiæ causatiua.

¶ 2 Præ. Omne quod est, reducitur ad aliquod genus entis, & ad aliquem gradum boni: sed non est dare in quo genere entis sit talis virtus (vt patet discurrenti per singula) nec etiam potest reduci: ad aliquem gradum bonorum: neque enim est inter minima bona, quia sacramenta sunt de necessitate salutis: neque etiam inter media bona, cuiusmodi sunt potentiæ animæ, quæ sunt quædam potentiæ naturales: neque etiam inter maxima bona, quia nec est gratia nec virtus mentis. ergo videtur quòd in sacramentis nulla sit virtus, gratiæ causatiua.

¶ 3 Præt. Si talis virtus est in sacramentis, nõ causatur in eis, nisi per creationem a Deo: sed inconueniens videtur, quòd tam nobilis creatura statim esse desinat sacramento perfecto. ergo videtur, quòd nulla virtus sit in sacramentis ad gratiam causandum.

¶ 4 Præt. Idem non potest esse in diuersis: sed id sacramenta concurrunt diuersa, scilicet, verba, & res: vnius autẽ sacramenti, non potest esse nisi virtus vna. ergo videtur quòd in sacramentis nulla sit virtus.

¶ Sed contra est, quòd † Auguſt. dicit super Ioan. Vnde tanta vis aquæ, vt corpus tangat, & cor abluat? Et Beda* dicit, quòd Dominus tactu suæ mundissimæ carnis vim regeneratiuam cõtulit aquis.

¶ Respon. Dicendum, quòd illi, qui ponunt quòd sacramenta non causant gratiam nisi per quandam concomitantiam, ponunt quòd in sacramento non sit aliqua virtus, quæ operetur ad sacramentum omissis ad secundũ venio sensum, vt. s. virtus ista nihil aliud sit quàm motus, quo instrumentum a principali agente mouetur ad proprium principalis agentis effectum inducendum. Moueor autem ad hoc ex communibus, & ex propriis. Apertissime enim Auctor in hac litera ex communibus omni instrumentali causæ procedit, dicens: sed ponendo q̃ sacramentum est instrumentalis causa gratiæ, necesse est simul ponere, q̃ in sacramento, sit quædã virtus, &c. Vbi patet q̃ secundum eum simile est iudicium de sacramento, & de aliis causis instrumentalibus, quantum ad virtutẽ instrumentalẽ, p modũ transeuntis &c. Sed de causa instrumentali expressit Auctor in primo huius quæstionis articulo hæc, verba, causa vero instrumentalis non agit per virtutem suæ formæ, sed solum per motũ quo mouetur a principali agente. Vbi dictio exclusiua manifestat, q̃ ab instrumento, excludit Auctor omnem agendi rationẽ superadditã motui, quo mouẽ a principali agente. Et hoc ipsum in speciali de sacramentis loquẽdo in calce riũonis, ad primum, huius articuli replicat, dicens, Et hoc modo, vis spiritualis est in sacramẽtis, inquãtum ordinantur a Deo ad effectũ spirituale. Vbi videtur vim spiritualẽ cõsistere in hoc, q̃ sacramenta ordinantur a Deo ad effectum spiritualẽ. Et confirmat hic sensus ex eo, q̃ secundum Auctorẽ sacramentum baptismi virtutem hanc inchoatiue accepit in sui institutione: quando Christus est baptizatus: tũc enim aqua sanctificata est, accipiendo inchoatiue vim regeneratiuam, sed constat nihil tunc a quam accepisse, nisi habilitatem vt sit materia baptismi: factum est enim tunc, vt non oleum, non visum &c. sed aqua idonea esset ad regenerandum. Et si his adũgas, q̃ vis quælibet eiusdem rationis est in sui inchoatione, & perfectione, opinaberis q̃ vis regeneratiua, quæ in aqua inchoatiue posita, contenta est sola ipsa loneitate in ablutione sacramentali, cõsumare posita contenta est solo vsu, quo Deus actualiter ablutione illa vtitur ad regenerandum. Vsus liquidem seu motus ille quo Deus mouet illam, seu vtitur actione nostra sensibili, sacramentum constituit in esse effectiuo gratiæ sacramentalis, quia est quo ad monens motũ a principali agente, & est vis spiritualis ẽ quia est quo respectu effectus spiritualis. & est ipsa gratia secundũ esse incompletum, & transiens, quia est mediatio & motio quædam ad gratiã. Et multa alia possent hic dici, nisi diffusè de hac virtute instrumentali scripsissem superius in ar. 2. q. 13. Et confirmãtur, hæc omnia, quia sic absque multiplicatione entium saluantur causalitates effectiuæ instrumentorum, & dicta auctoris. Ait. n. in responsione ad primum, q̃ in ipsa voce sensibili est vis quædam spiritualis ad excitandum intellectum hominis, inquantum procedit

Aug. trac. 80. in Ioã. post mediũ to. 9. * In ho. Beduan. quod cantur in oct. epiphan. Id habetur. i homilia. rio totius anni inue nies.

Ar. 1. huius q.

eedit a conceptione mentis: nihil est enim in voce sensibili inquantum procedit a mente, præter significationem, nisi vsus quo mens illa vtitur significatiua voce ad excitandam mentem auditoris. Et propterea non mouetur græcus a latino, quia significatiua vox, qua loquens vtitur, non peruenit ad intellectum græci: & hoc subdit modo Auctor, Vis spiritualis est in sacramentis. Nec te moueat, quòd Auctor iungit motui instrumẽti virtutem seu vim, ex ipsa adiunctione insinuans differentiam, inter instrumenti motum, & virtutem, de qua est quæstio: quoniam sermo Auctoris est formalis, tam de virtute quàm de motu: quod vt melius intelligas, distingue motum, quo pót instrũ moueri, in motũ simplicẽ, & motũ virtuosum. Est siquidem instrumenti simplex motus ille, ad quẽ ex parte mouentis sufficit potentia motiua, ex parte vero termini, naturalis effectus instrumenti: motus autem virtuosus est ille, qui ex parte mouentis vltra potentiam motiuam exigit artem seu aliquid proportionale arti: ex parte vero termini, ducit ad effectum principalis agentis, puta, artis, seu alicuius proportionaliter se habentis, sicut ars se habet ad instrumenta sua. Exemplum vtriusque motus perspice in cithara, cuius fides si mouẽtur a non musico, sonabunt tantum: si vero mouentur a musico, efficient non solũ sonũ, sed sonũ musicũ, q̃ est effectus proprius artis musicæ. Vbi patet, quòd simplex motus fidiũ citharæ, non ducit nisi ad naturalem effectum percussionis illarum: motus vero qui ab arte procedit, ad effectum artis ducit, vtpote vim artis in se habens. & propterea motus virtuosus appellatur. Tria ergo cum hic considerentur (scilicet motus, & vis seu virtus, & motus virtuosus) ratione diuersitatis, quæ est inter motum & vim seu virtutem, dispares valde conditiones assignantur vtrisque, puta, quòd vis seu virtus est de genere qualitatis, reductiue tamen, quòd habet esse intentionale, quòd est spiritualis &c. quæ non conueniunt motui. Ratione vero coincidentiæ seu identitatis motus, & virtutis in tertio, hoc est in motu virtuoso instrumenti, vt dictum est, quòd instrumentum agit per solum motum, quo mouetur a principali agente. Ratione autem solius formalis distinctionis inuentæ inter motum, & virtutem, in motu virtuoso instrumenti, apponitur motui instrumenti vis seu virtus: & non ad denotandum quòd sint duæ res, sed quòd hæc duo coeuntia, in instrumento, inueniuntur constituentia illius motum virtuosum. Et hic est, quem sacramentalis signa a Deo fortiuntur, cum sacramenta consecrantur. Nam si quis aliquem ablueret aqua &c. non animo faciendi quod facit Ecclesia, tunc sacramentalia signa, & verba moueret simplici motu tantũ, vtpote a solo homine, & nihil aliud efficeret, nisi corporalẽ ablutionẽ. Cũ vero quis hominẽ abluit seruatis seruandis, iuxta institutionem Christi, mouentur tunc sacramentalia signa motu virtuoso, utpote, a Iesv Christo (ipse est enim qui baptizat) & corpus tãgẽdo abluunt eos, ut Auguſt. dicit.

¶ Ex quibus omnibus habere potes diligens lector, vnde & quomodo vana seu diffona, ut apparet, dicta de mixtorum motu & virtute, sane in telligere potes.

¶ Ad responsionem ad vltimum, perspice, quàm bene definita sit vis sacramentalis, & vniuersaliter instrumentalis. Nã sicut diuersa instrumenta nihil aliud habent ab arte una, nisi suos motus virtuosos ad effectum artis, & omnes illi motus, quia sunt motus partiales, sunt vnius motus totalis, ac per hoc una vis principalis agentis, inuenta in sacramentaliter in diuersis instrumentis, ita in ministro, verbis & elemento sunt passiui motus virtuosi partiales multi: nam & ministri operatione, puta, ablutione, & verbis & aqua vtit Christus mouendo singula, vt agens principale. Et sicut ex omnibus non constat nisi vnum numero sacramentum, ita ex omnibus partialibus motibus virtuosis, hoc est passiue, & actiue sumptis, nõ constat nisi una numero vis sacramentalis, quemadmodum omnes motus singulorum trahentium nauem, non sunt nisi vnus numero tractus, nuo numero totalis actio, unam inferens passionem, unumque effectum. Nec oportet laborare ad inueniendum, quomodo ex diuersis formis intentionalibus fit una forma simplex aut composita, uel per aggregationem, ut contra tenentes huiusmodi virtutes intentionales, arguit,

D. 893.

342 Inf. q. 64. ar. 2. & 4. di. 1. q. 1. ar. 4. q. 3. & di. 5. q. 2. ar. 2. q. 1. Trac. 19. a med. & 23. ante medium to. 9.

Articvlvs V.

Vtrum Sacramenta nouæ legis habeant virtutem ex passione Christi.

AD quintum sic proceditur. Videtur quod sacramenta nouæ legis non habeant virtutem ex passione Christi. Virtus enim sacramentorum est ad gratiam cantandam in anima, per quam spiritualiter viuit: sed sicut † Augustin. dicit super Ioan. verbum prout erat in principio apud Deum, viuificat animas, secundum autem quòd est caro factum, viuificat corpora. cum igitur passio Christi, pertineat ad verbum secundum quòd est caro factum, videtur quòd non possit causare virtutem sacramentorum.

¶ 2 Præt. Virtus sacramentorum videtur ex fide dependere, quia sicut dicit

¶ Super quæstionis sexagesimæ secundæ. Ar. 5.

TItulus ut sonat.

¶ In corpore una conclusio: Sacramenta ecclesiæ specialiter habent virtutem ex passione Christi. Probatur tripliciter. Primo ex communibus: quia humanitas Christi est instrumẽtum coniunctum deitatis: sacramentum autem instrumentum separatum. Et formatur ratio. Agens principale, per coniunctum instrumentum mouet separatum: sed Deus est agens principale gratiæ & humanitas Christi instrumentum coniunctum, & sacramẽtum instrumentum separatum ergo. Et quia hæc ratio non concludit de passione Christi, sed de humanitate Christi (in qua Christus

Universidad de Deusto
Biblioteca

Trac. 8. in eũ Io. post medium to. 9.

Christus mysteria multa cõsumauit, puta natiuitatem, prædicationẽ, passionẽ, resurrectionẽ, ascẽsionẽ, &c.) ideo secũda subiungitur ratio, per quã probetur specialiter quòd a passione Christi virtus sit sacramẽtorũ: fit procedit. ratio ex effectu propriogtię sacramentalis, quia. s. vt quęralis proprius effectus appropriatur passioni Christi. Et formatur ratio Tam liberatio a peccatis nostris, quàm initium ritus Christianæ religionis est præcipue a passione Christi: sed vtrunque fit præcipue per gratiam sacramẽtalem. ergo gratia sacramentalis, seu (quod in idẽ redit) ergo virtus sacramentalis gratiæ est a passione Christi. Maior declaratur, ex dictis.

Glo. ordi. super illud, q est factus forma futuri sæculi.

Art. 1. huius q.

¶ Quo ad primã par. cquidẽ, quia Christus liberauit nos per passionẽ a peccatis, non solũ efficienter & meritorie (quod conuenit aliis eius mysteriis) sed etiã satisfactorie & appropriatur passioni. Quo ad secundã vero, quia per passionem offerẽdo seipsum, initiauit ritum Christianæ religionis. Minor autẽ clara ex hoc tractatu. Tertio probatur conclusio, ex signo fluxus sanguinis, & aquæ de latere Christi: per quod præcipua sacramẽta monstrantur, & copulãtia sunt nobis virtutem passionis Christi.

D. 680.

* Q. 49. & 48.

cit * Aug. super Io. Verbum Dei peficit sacramentum, non quia dicitur, sed quia creditur: sed fides nostra nõ solum respicit passionẽ Christi, sed etiã alia mysteria humanitatis ipsius, & principalius etiã diuinitatẽ eius. ergo videtur quòd sacramenta non habeant specialiter virtutẽ a passione Christi.

¶ 3 Præ. Sacramenta ordinantur ad hominum iustificationem, secundum illud 1. ad Corin. 6. Ablutiestis, & iustificatiestis sed iustificatio attribuitur resurrectioni, secundum illud Roman. 4. resurrexit propter iustificationem nostram. ergo videtur, quòd sacramenta magis habeant virtutem à resurrectione Christi, quàm ab eius passione.

¶ Sed contra est, q̃ super illud Rom. 5. In similitudinem præuaricationis Adæ, * &c. dicit glo. ex latere Christi dormientis in cruce fluxerunt sacramenta, per quæ saluata est ecclesia. Sic ergo sacramenta videntur habere virtutem ex passione Christi.

¶ Respon. Dicendum, quòd (sicut dictum est *) sacramentum operatur ad gratiam causandam per modum instrumenti. Est autem duplex instrumẽtum: vnum quidem separatum, vt baculus: aliud autem coniunctum, vt manus. Per instrumentum autem coniunctum mouetur instrumentum separatum, sicut baculus per manum. Principalis autem causa d efficiens gratiæ, est ipse Deus ad quem comparatur humanitas Christi, sicut instrumentum coniunctum: sacramẽtum autem sicut instrumẽtum separatum. & ideo oportet quòd virtus salutifera, à diuinitate Christi, per eius humanitatem, in ipsa sacramenta deriuetur. Gratia autem sacramentalis ad duo præcipue ordinari videtur, videlicet ad tollendos defectus præteritorum peccatorum, inquãtum transeunt actu, & remanent reatu, & iterum ad perficiẽdam animam in his, quæ pertinent ad cultum Dei, secundum religionem vitæ Christianæ. Manifestum est autem ex his, quæ supra dicta sunt, * q̃ Christus liberauit nos à peccatis nostris, præcipue per suã passionem: non solum efficienter & meritorie, sed etiam satisfactorie. Similiter etiam per suam passionem initiauit ritum Christianæ religionis, offerens seipsum oblationem & hostiam Deo, vt dicitur. Ephes. 5. vnde manifestum est, quòd sacramenta ecclesiæ, specialiter habent virtutem ex passione Christi, cuius virtus quodammodo nobis copulatur per susceptionem d sacramentorum: in cuius signum de latere Christi pendentis in cruce, fluxerũt aqua & sanguis, quorum vnum pertinet ad baptismum, aliud ad Eucharistiam, quæ sunt potissima sacramenta.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd verbum prout erat in principio apud Deum viuificat animas, sicut agens principaliter: caro tamen eius, & mysteria in ea perpetrata, operantur instrumentaliter ad animæ vitam. Ad vitam autem corporis non solum instrumentaliter: sed etiam per quandam exemplaritatem, vt supra dictum est *.

q. 56. ar. 1.

¶ Ad secundum dicendum, quòd per fidem Christus habitat in nobis (vt dicitur Ephes. 3.) & ideo virtus Christi copulatur nobis per fidem. Virtus autem remissiua peccatorum, speciali, quodam modo pertinet ad passionem ipsius Christi: & ideo per fidem passionis eius, specialiter homines liberantur a peccatis, secundum illud Roma. 3. Quem proposuit Deus propitiatorem per fidẽ in sanguine ipsius. & ideo virtus sacramentorum, quæ ordinatur ad tollenda peccata, præcipuè est ex fide passionis Christi.

¶ Ad tertium dicendum, quòd iustificatio attribuitur resurrectioni ratione termini ad quem, qui est nouitas vitæ per gratiam: attribuitur tamen passioni ratione termini à quo, scilicet, quantum ad dimissionem culpæ.

ARTICVLVS VI.

Vtrum sacramenta veteris legis gratiam causarent.

AD sextum sic proceditur. Videtur quòd etiam sacramenta veteris legis, gratiam causarent: quia (sicut dictum est *) sacramenta nouæ legis habent efficaciam ex fide passionis Christi: sed fides passionis Christi, fuit in veteri lege, sicut & in noua: habemus enim eundem Spiritum fidei, vt habetur 2. ad Corinth. 4. Sicut ergo sacramenta nouæ legis conferunt gratiam, ita etiam sacramenta veteris legis gratiam conferebant.

¶ 2 Præte. Sanctificatio non fit nisi per gratiam: sed per sacramenta veteris legis, homines sanctificabantur: dicitur enim Leuitici. 8. Cumque sanctificasset Moyses Aaron, & filios eius in vestitu suo &c. ergo videtur q̃ sacramenta veteris legis gratiam conferebant.

¶ 3 Præte. Sicut Beda * dicit in homilia circuncisionis, Idem salutiferæ curationis auxilium: circuncisio in lege, contra originalis peccati vulnus agebat, quod baptismus agere reuelatæ tempore gratiæ consueuit: sed baptismus nunc confert gratiam. ergo circuncisio gratiam conferebat, & pari ratione alia sacramenta legalia: quia sicut baptismus est ianua sacramentorum nouæ legis, ita & circuncisio erat ianua sacramentorum veteris legis. Propter quod & Apostolus dicit Galat. 6. Testificor omni homini circuncidenti se: quoniam debitor est vniuersæ legis faciendæ.

¶ Sed contra est, quod Galat. 4. dicitur, Conuertimini iterum ad infirma & egena elementa. gloss. * idest ad legem, quæ dicitur infirma, quia perfectè non iustificat: sed gratia perfectè iustificat ergo sacramenta veteris legis gratiam non conferebant.

¶ Respondeo. Dicendum, quod non potest dici, quòd sacramenta veteris legis conferrent gratiam iustificantem per seipsa, idest, propria virtute, quia sic non fuisset necessaria passio Christi, secundum illud Gala. 2. Si ex lege est iustitia, Christus gratis mortuus est: sed nec potest dici, quod ex passione Christi virtutem haberet cõferendi gratiam iustificandi: sicut. n. ex prædictis patet *, virtus passionis Christi copulatur nobis per fidem, & d sacramenta, differenter tamen. Nam continuatio, quæ est per fidem, fit per actum animæ: continuatio autem quæ est per sacramenta fit per vsum exteriorum rerum. Nihil autem prohibet id, quod est posterius tempore, antequam fit mouere secundum quòd præcedit in actu animæ: sicut finis qui est posterior tempore, mouet agentem, secundum quod est apprehensus & desideratus ab ipso. Sed illud, quod nondum est in rerum natura, non mouet secundum vsum exteriorum rerum, unde causa efficiens d non potest esse posterior in esse, ordine durationis, sicut causa finalis. Sic ergo manifestum est, quòd à passione Christi, quæ est causa humanæ iustificationis conuenienter * deriuatur virtus iustificatiua ad sacramenta nouæ legis, non autem ad sacramenta veteris legis, & tamen per fidem passionis Christi iustificabantur antiqui patres, sicut & nos. Sacramenta autem veteris legis, erant quædam illius fidei protestationes, inquantum significabant passionem Christi, & effectus eius. Sic ergo patet, quòd sacramenta veteris legis, non habebant in se aliquam virtutem, qua operarentur ad conferendam gratiam iustificantem, sed solum significabant fidẽ, per quam iustificabantur.

¶ Ad primum ergo dicendum, q̃ antiqui patres habebant fidẽ de passione Christi futura, quæ secundum quòd erat in apprehentione animæ, poterat iustificare, sed nos habemus fidem de passione Christi præcedenti, quæ potest iustificare etiam secundũ realem usum sacramentalium rerum, vt dictum † est.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ illa sanctificatio erat figuralis: per hoc. n. sanctificari dicebantur, q̃ applicabantur cultui diuino, & in ritum veteris legis, qui totus ordinabatur ad figurandum passionem Christi.

¶ Ad tertium dicendum, quòd de circuncisione multiplex fuit opinio: quidam enim dixerunt, quòd per circuncisionem non conferebatur gratia, sed solum auferebatur peccatum, sed hoc non potest esse, quia homo non iustificatur à peccato, nisi per gratiam, secundum illud Roman. 3. Iustificati gratis per gratiam ipsius. Et ideo alii dixerunt, quòd per circuncisionem cõferebatur gratia, quantum ad effectus remotiuos culpæ, sed non quantum ad effectus positiuos gratiæ. Sed hoc etiam videtur esse falsum: quia per circuncisionem dabatur pueris facultas perueniendi ad gloriam, quæ est

crementis passio Christi coniungi potest, ut causa actiua operans per illa: prius autẽ nõ pót coniungi, ut causa actiua operans per illa quod est intentum, conclusionis. Et quòd passio Christi, ut finalis causa consigitur per fidem, tam nobis quàm antiquis: & propterea vtrique saluamur per fidem passionis Christi: sed nõ vtriq. per sacramenta virtuosa ex passiõe christi. Non tamen pernitiosius erat vsus illorum sacramentorũ: quia adhibebantur, etsi non vt virtuosa tñ vt signa fidei virtuosæ.

Art. præce. D. 982.

D. 322.

Alias consequenter.

¶ Sta igitur lector informali differentia inter coniunctionem per fidem, seu actum animæ, vt sic. & per sacramenta, seu vsum exteriorum rerum vt sic, & videbis differentiam in litera subtiliter positam, inferre sacramenta nostra esse virtuosa, & antiqua non. Et memẽto nouitie, q̃ de coniunctione causali (seu causæ vt sic) est sermo, ut non fallaris ab impotentium digredientium ad ea, quæ sunt per accidens.

343 1. 2. q. 105 ar. 2. & q. 107. ar. 1. ad 3. & 4. di. 1. q. 1. ar. 5. q. 1. * Ar. præ.

¶ Super quæstionis sexagesimæ secundæ, Articulum sextum.

TItulus clarus, ¶ In corpore sunt duæ conclusiones negatiuæ. Prima est: Sacramenta veteris legis non conferebant gratiam virtute propria. Probatur auctoritate Apostoli, Altera est Sacramenta veteris legis, non cõferebant gratiam virtute in eis habita a passione Christi. Probatur ex communi differentia coniũctionis alicuius causæ ad causandum, vel per vsum exteriorum rerũ vel per actum animæ: quia primo est causæ effectiuæ, ac per hoc prioris secundum esse: secunda autẽ est causæ finalis, ac per hoc potest esse posterioris secundum esse. Sub hac enim differentia communi sub sumitur in speciali differentia inter passionẽ Christi, coniungi per sacramenta vel per fidem: ita quod per sacramenta cõiunctio continetur sub coniunctione, per vsum exteriorum rerum, & coniunctio per fidem continetur sub coniunctione per actum animæ. Et sub hoc procedendo descenditur, & quod passio Christi est prior secundum esse sacramentis nostris, & posterior sacramentis veteris legis. Ac per hoc nostris quidem sacramentis

Inter principium & medium illius in homiliario totius anni eam inueniens.

¶ Super quæstionis 63. Articulum primum.

In corpe ar.

TItulus ut sonat de sacramento indefinite, nõ uniuersaliter, aut particulariter explicite. Quæretur enim explicite de particulari in artic. 6.

¶ In corpore vna conclusio: Fideles per sacramenta aliquo spirituali charactere insigniuntur. Probatur. Quicunque ad aliquod certum deputatur consueuit consignari: sed homines per sacra deputãtur ad ipsum ale aliquod spectans ad vltimus effectus positiuus d gratiæ. Et præterea, secundum ordinem causæ formalis, priores sunt naturaliter effectus positiui quàm priuatiui, licet secundum ordinem causæ materialis sit econuerso: forma enim non excludit priuationem, nisi informando subiectum. & ideo alii dicunt, quòd circuncisio conferebat gratiam, etiam quantum ad aliquem effectum positiuum, qui est facere dignum uita æterna: non tamen quantum ad hoc, quod est reprimere concupiscentiam impellentem ad peccandum: quod & aliquando mihi visum est: sed diligentius considerãti, apparet hoc etiam non esse verum: quia minima d gratia potest resistere cuilibet concupiscentiæ & mereri vitam æternam. & ideo melius dicendum videtur, quòd circuncisio, sicut & alia sacramẽta veteris legis, erat solum signum, fidei iustificantis, unde Apostolus dicit Roman. 4. quòd Abraham accepit signũ circuncisionis, signaculum iustitiæ fidei. & ideo in circuncisione d conferebatur gratia, inquantum erat signũ d passionis Christi futuræ, vt infra * patebit.

D. 804. D. 343. 9. 70. ar. 4.

QVAEST. LXIII.

De effectu sacramentorum, qui est character, in sex articulos diuisa.

DEinde considerandum est de alio effectu sacramentorum, qui est character.

Et circa hoc quæruntur sex.

¶ Primo, Vtrũ ex sacris causetur character aliquis in anima.
¶ Secundo, Quid sit ille character.
¶ Tertio, Cuius sit character.
¶ Quarto, In quo sit sicut in subiecto.
¶ Quinto, Vtrum indelebiliter.
¶ Sexto, Vtrum omnia sacra imprimant characterem.

ARTICVLVS I.

Vtrum sacramentum imprimat aliquem characterem in anima.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd sacramentum nõ imprimat aliquem characterem in anima. Character enim significare videtur quoddam signum distinctiuum: sed distinctio membrorũ Christi ab aliis, fit per æternam prædestinationem, quæ non ponit aliquid in

D. 342.

D. 684.

¶ Aduerte hic quòd Auctor persuasibilem hanc veritatem ecclesiasticam reddere studuit, ex ratione proportionalis similitudinis inter homines deputatos ab homine ad militiam corporalem, & deputatos a Deo ad cultum christianæ religionis (quæ utique est militia illius, qui est dominus fortis, & potens in prælio ad depellendas aereas potestates uincendũque mundum) lectatus Augustini vestigia. Rationabile siquidem est, vt homines qui a principibus mundi huius, consueuerunt ad corporalia corporali nota insigniri, eum a Deo ad perennem spiritualem cultum secundum animam deputantur, spirituali signo signentur in anima: hic enim diuinam prouidentiam disponere homines suauiter in uenitur, ut. s. proportionaliter insigniantur secũdum animam a Deo: sicut secundum corpus consueuerunt a principe humano.

¶ In responsione ad secundum vide nouitie, quòd iuxta primam ibi dem responsionẽ, character non secundum se, sed secundum suam causam (hoc est non fortitarie sumptus, sed ut ex sua causa sensibili, quæ est sacramentum (habet rationẽ signi. Et quia hæc ipsi ho mihi uis nõ facit satis, apposita est ab Auctore alte-

4. d. 4. q. 1. ar. 4. q. 1. ea.

344

Universidad de Deusto
Biblioteca

ra responsio de ipso charactere in se ipso, ita quòd prima de charactere causaliter, secunda de eodem formaliter est.

P.p. q.23. ar.3.

¶ Super quæstionis 63. Articulum secundum.

TItulus de quiditate characteris manifeste quærit, in quo scilicet genere sit, an potestatis, an relationis &c.

¶ In corpore sunt tres cõclusiones. Prima est: character sacralis, est spiritualis potestas ad ea quæ sũt diuini cultus. Probatur, Character imprimitur à sacramentis, inquãtum per illa homo deputatur ad ea, quæ sunt christiani cultus, consistentis in recipiendo aliqua, vel tradendo alijs ergo character sacramentalis est quædam spiritualis potestas ad ea, quæ sunt diuini cultus. Antecedens quo ad primam partẽ probatur auctoritate Diony. in illis uerbis, perficiens eum diuinũ, & communicatorem diuinorum. Consequentia uero probatur, quia ad vtrumque horum, requirit potentia aliqua, ad recipiendum quidem passiua, ad tradendum uero actiua.

*li.2.circa prin. to.3.

9 li.2.c.13. parũ a medio to.7.

¶ Circa deductionem conclusionis huius dubium occurrit: nã inualida apparet consequẽtia, Character sacramentalis est deputatiuus hominis ad cultũ consistentem in recipiendo, & tradẽdo. ergo est potestas: tum quia similis consequẽtia nihil valet, Character militaris est deputatiuus hois ad militiam, consistentem in percutiendo, & ad percutiendum requiritur potentia percussiua. ergo character militaris est potẽtia ad percutiendum. Et confirmatur, quia ad deputationem ad militiam requiritur habitus, ut patet de militibus Christi. 2. ad Timo. 2. ergo ad deputationem ad cultum Christianæ religionis requiritur habitus, & per consequens character non est potestas.

¶ Ad primum ergo dicendum, q̃ character sacramentalis est quædam spiritualis potestas ad ea, quæ sunt diuini cultus. Ad secundum dicendum, quòd character militaris est deputatiuus hois ad militiam, consistentem in percutiendo, & ad percutiendum requiritur potentia percussiua, non tamen habitus, quia percussio non est actus permanens, sed transiens. Character autem sacramentalis est deputatiuus hois ad cultum Christianæ religionis, consistentis in recipiendo, & tradendo aliqua ad cultum Dei, quæ quidem recipere, & tradere, actus quidam transeuntes sunt, non autem habitus, quia per eos non perficitur homo in ordine ad finem, sed magis per habitum gratiæ, vel gloriæ. Ad tertium dicendum, quòd sicut ex prædictis patet, sacramenta nouæ legis, ad duo ordinantur, videlicet ad remedium contra peccata, & ad perficiendum animam in his, quæ pertinent ad cultum Dei sm ritum christianæ vitæ. Quicunq. autem ad aliquid certũ deputatur, consueuit ad illud cõsignari, sicut milites qui ascribebantur ad militiam antiquitus, solebant quibusdam characteribus corporalibus insigniri: eo q̃ deputabantur ad aliquid corporale. & ideo cum homines per sacramenta deputentur ad aliquid spirituale pertinens ad cultum Dei, consequens est q̃ per ea fideles aliquo spirituali charactere insigniantur, unde Aug. †dicit in 2. contra Parmenianũ. Si militiæ characterem in corpore suo non militans pauidus exhorruerit, & ad clementiam Imperatoris confugerit ac precefusa, & venia impetrata militare iam cœperit, numquid homine liberato atque correcto, character ille repetitur, ac non potius agnitus approbatur? an forte minus hærent sacramẽta christiana, quàm corporalis hæc nota?

¶ Ad primum ergo dicendum, q̃ fideles Christi ad præmium quidẽ futuræ gloriæ deputantur signaculo prædestinationis diuinæ: sed ad actus conuenientes præsenti ecclesiæ deputantur quodam spirituali signaculo eis insigito, qui character nuncupatur.

¶ Ad secundum dicendum, quòd character animæ impressus, habet rationem signi in quantum per sensibile prædestinato, sed solum in Deo prædestinante, vt in prima parte habitũ est. Dicitur. n. 2. Tim. 2. Firmum fundamentum Dei stat, habens signaculum hoc: nouit Dominus qui sunt eius. ergo sacramenta non imprimunt characterem in anima.

¶ 2 Præt. Character signum est distinctiuum. Signum autem (vt Augu. dicit in 2. *de doctr. Christ.) est quod præter speciem, quam ingerit sensibus, facit aliquid aliud in cognitiõe venire. Nihil autẽ est in anima, quod aliquam speciem sensibus ingerat. ergo vi q̃ in anima non imprimat aliquis character per sacramenta.

¶ 3 Præter. Sicut per sacramenta nouæ legis distinguitur fidelis ab infideli, ita etiam per sacramenta ueteris legis: sed sacramẽta ueteris legis, non imprimebant aliquem characterem in anima, vnde & dicuntur iustitiæ carnis, secundum Apost. ad Hebr. 9. ergo videtur q̃ neque sacramenta nouæ legis.

¶ Sed contra est, q̃ Apostolus dicit 2. ad Corin. 1. Qui unxit nos Deus est, & qui signauit nos, & dedit pignus spiritus in cordibus nostris: sed nihil aliud importat character quàm quandam signationẽ. ergo vi q̃ Deus per sacramenta nobis suum characterem imprimat.

¶ Resp. Dicendum, q̃ sicut ex prædictis *patet, sacramenta nouæ legis, ad duo ordinantur, videlicet ad remedium contra peccata, & ad perficiendum animam in his, quæ pertinent ad cultum Dei sm ritum christianæ vitæ. Quicunq. autem ad aliquid certũ deputatur, consueuit ad illud cõsignari, sicut milites qui ascribebantur ad militiam antiquitus, solebant quibusdam characteribus corporalibus insigniri: eo q̃ deputabantur ad aliquid corporale. & ideo cum homines per sacramenta deputentur ad aliquid spirituale pertinens ad cultum Dei, consequens est q̃ per ea fideles aliquo spirituali charactere insigniantur, unde Aug. †dicit in 2. contra Parmenianũ. Si militiæ characterem in corpore suo non militans pauidus exhorruerit, & ad clementiam Imperatoris confugerit ac precefusa, & venia impetrata militare iam cœperit, numquid homine liberato atque correcto, character ille repetitur, ac non potius agnitus approbatur? an forte minus hærent sacramẽta christiana, quàm corporalis hæc nota?

¶ Ad primum ergo dicendum, q̃ fideles Christi ad præmium quidẽ futuræ gloriæ deputantur signaculo prædestinationis diuinæ: sed ad actus conuenientes præsenti ecclesiæ deputantur quodam spirituali signaculo eis insigito, qui character nuncupatur.

¶ Ad secundum dicendum, quòd character animæ impressus, habet rationem signi in quantum per sensibile

9.62.ar.5.

*li.2.c.13. parũ a medio to.7.

*li.2.circa prin. to.3.

*li.2.ecclesiast. hier.par.3. parum ante med.

*li.5.metaphy. tex.17.to.5

*li.2.celest. 5. in princ. to.5.

Ar 5. huius quæst.

facit in imprimitur: per hoc. n. scit aliquis esse baptismali charactere insignitus, q̃ est ablutus aqua sensibili. Nihilominus tamen character, vel signaculum dici potest per quandam similitudinem. omne quod configurat alicui, vel distinguit ab alio, etsi non sit sensibile: sicut Christus dr figura, vel character paternæ substantiæ, sin Apost. Hebr. 1.

¶ Ad tertium dicendum, quòd sicut supra dictum est, *sacramenta veteris legis non habebant in se spũalẽ virtutem, ad aliquem spiritualem effectum operantem. & ideo in illis sacramentis non requirebatur aliquis spiritualis character: sed sufficiebat ibi corporalis circuncisio, quã Apost. signaculum nominat Rom. 2.

ARTICVLVS II.

Vtrum character sit spiritualis potestas.

AD Secundum sic proceditur. Videtur quòd character non sit spiritualis potestas. Character enim idem videtur esse, quòd figura: vnde Hebr. 1. vbi dicitur, Figura substantiæ eius, in Græco habetur loco figuræ, character: sed figura est in quarta specie qualitatis, & ita differt à potestate, quæ est in secunda specie qualitatis: character ergo non est spiritualis potestas.

¶ 2 Præterea. Diony.* dicit 2. cap. Eccles. hiera. quòd diuina beatitudo accedentem ad beatitudinem in sui participationem recipit, & proprio suo lumine, quasi quodam signo, ipsi tradit suam participationem. & sic videtur q̃ character sit quoddam lumen: sed lumen ad tertiam speciem qualitatis uidetur pertinere. non ergo character est potestas, quæ uidetur ad secundam speciem qualitatis pertinere.

¶ 3 Præterea. A quibusdam character sic definitur. Character est signum sanctum communionis fidei, & sanctæ ordinationis, datum à hierarcha. Signum autem est in genere relationis, non autem in genere potestatis. non ergo character est spiritualis potestas.

¶ 4 Præ. Potestas habet rationem causæ & principii, ut patet 5. Metap.* sed signum, quod ponitur in definitione characteris, magis pertinet ad rationem effectus. character ergo nõ est spiritualis potestas.

¶ Sed contra est, quòd * Philosophus dicit in secundo Ethicor. Tria sunt in anima, potentia, habitus, & passio: sed character non est passio, quia passio cito transit, character aũt indelebilis est, ut infra dicetur. * Similiter etiam non est habitus: quia

*li.2.ecclesiast. hier.par.3. parum ante med.

tiendũ. Et si instetur, q̃ non est simili se, q̃ quæ potentia per cuius præsentiam recipitur aliquid ad actum, nõ est naturalis, sed indebita: hæc instantia nihil obstat argumẽto, quia ad miliens percussionem citra naturalẽ uirtum potentiã requiritur potentia militaris: sicut ad sanandum requiritur in medico potentia medicatiua: stat ergo obiectio.

q.62.ar.6.

¶ Et eleuatur instantia ad uniuersalem rationẽ, unde. s. licet a communissimis inferre determinate specialia, hoc est a deputatione ad cultum Christianæ religionis, ad potentiam respectu eiusdem cultus defendere. Deputatio siquidem ad cultũ multipliciter fieri potest. s. signo, professione, officio, scientia, uoluntate, potentia, ut patet inductiue in militia, & aliis cultibus & artib. Vnde inferre, character esse potentiam, quia est deputatiuus hominis ad cultũ christianæ religionis, fallacia consequẽtis uidetur.

345 4.d.4.q.1. ar.1.

¶ Ad hoc dr, q̃ Auctor procedit ex determinatis in præcedenti articulo. Et propterea non procedit ex hoc solo, q̃ character est deputatiuus ad cultũ &c. sed ex hoc, quòd character sacramẽtalis est spiritualis perfectio aiæ ad cultum christianum, secundum ritum christianum: ita quòd non ex quacunque deputatione, sed ex tali deputatiõe, scilicet, ut perfectiuo animæ ad talẽ cultũ impressio a Deo procedit litera, vt ipsamet litera de se ipsa testimonium perhibet, auctoritatem afferens Dionysii hoc testantis: ex huiusmodi aũt assumpto conclusio licuit intentum si perspicaciter intuiti fuerimus cultum christianæ religiõis formaliter

vt Auctor contemplatus est. Ex hoc. n. q̃ character est perfectiuus aiæ ad cultum christianæ religionis, & cultus christianæ religionis formaliter consistit in recipere, vel dare, formaliter sequi, ergo character perficit aiam ad recipiendum vel dandum, quæ sunt christianæ religionis propria: Et confirmatur hæc rõ, quia potentia sola est, qua subtracta actus nullus redditur apud Deũ, & similiter qua posita, actus efficax est, quantumcũque ab hoie prohibitus. Nam subtracta charitate, aut scientia, aut fide, si potentia remanet, actus non est nullus, sed econtra sola potentia deficiente, alia non sunt efficacia. Sic aũt cõstat esse in proposito, q̃ subtracto charactere, vane oia recipiunt, & similiter subtracto charactere ordinis vane omnia traduntur, quæ propria ordinis sunt, est ergo character in genere potentiæ.

¶ Ad instantiam autem de militari charactere, patet responsio, quia non spectat ad animam.

¶ Ad obiectionem autem vniuersalem patet ẽt responsio, q̃ falsum assumit. s. literam ex sola deputatione procedere, cũ procedat ex tali deputatione. s. ex perfectiuo hominis spiritualiter secundum animam ad cultum spiritualem, consistentem in recipere & tradere: manifestatum quippe est, quòd formaliter procedendo, optime absque sophismatis aliqua specie, illatio tenet.

¶ Secunda conclusio est: Hæc spiritualis potentia, est instrumentalis. Declaratur a simili, sicut uirtus quæ est in sacramentalis. Et probatur ex subiecto, quia est potentia ministri. ergo instrumenti. Antecedens probatur, quia character conuenit ministris Christi, vt sic. Consequentia probatur, quia minister ve sic, habet rationem instrumenti.

¶ Tertia conclusio est. Character non est per se in genere: sed reductiue in secundã speciẽ qualitatis. Prima pars probatur a simili. s. ex virtute in sacramentis, adiuncta ratione communi, quia est quiddam fluens & incompletum. Secunda vero pars relinquitur, vt euidens.

¶ Occurrunt aũt hic multa dubia. Primum est de genere generalissimo, sub quo ponitur character, quod circa tertiam cõclusionem versatur. Secundum de specie, & spectat ad eandem conclusionem. Tertium est. circa responsionem ad tertium, quantum valeat ratio literæ. Si relatio characteris fundaretur immediate super essentia animæ, conueniret naturaliter omni animæ. Quatum est, quantum valeat ratio literæ, probans q̃ character nõ est habitus, quia omnis habitus est bonus, vel malus, vt habes in litera argumento ad oppositum. Propter connexionem tamen materiæ tractabitur tertium dubium, simul cum primo, & secundum simul cum quarto.

¶ Circa primum dubium in quo genere sit character sacralis: scito primo q̃ Durandus in 4. seu. d. 4. q. 1. putauit characterem esse relationem rationis, per quam aliquis ex institutione diuina deputatur ad sacras operationes, sicut nummus sortitur rõnẽ pretii. Et eius ratio est, quia ea, quæ sunt fidei clarificanda sunt, & non obscuriora reddenda: per characterem autem si ponitur relatio rationis, omnia clara sunt. si vero ponitur res realis, obscuriora introducuntur.

¶ Sed positio hæc seipsam leuis monstrat, dum ex cõibus tñ, & extraneis procedit. Eius q. falsitas patet ex auctoritate ecclesiæ, extra de baptismo & eius effectu, in c. maiores. in fi. Vbi dr q̃ sacralis operatio imprimit characterem, certum est. n. q̃ relatio rationis non imprimitur. Et confirmatur ex concilio Florentino, sub Eugen. 4. vbi dicitur. Tria sacramenta characterem. i. spirituale quoddam signum a cæteris distinctiuum, imprimunt in anima indelebile, vnde in eadem personam non reiterantur. Hæc ibi.

¶ Scito secundo, q̃ Scotus in 4. d. 6. q. 10. ad vtrumq. partẽ disputat concludens vtrumq. posse probabiliter sustineri, & q̃ character sacramentalis sit res absoluta in genere qualitatis, & q̃ sit relatio extrinsecus aduentens. Et hanc vltimam opinionem ipse tenet: minus tamen probabilis monstratur ista via, discutiendo tertium dubium. Vbi scito consequentiam factam in litera destrui ex Scotica opinione, distinguendo de relatione, vel intrinsece adueniente, vel extrinsece. Et vocat relationem intrinsecus aduenientem istam, quæ consequitur fundamentum posito termino: illam autem quæ positis fundamento & termino non necessario ponitur, vocat relationem extrinsecus aduenientẽ. Exemplum primi, vt duplum, simile, æquale. Exemplum secundi, vt relatio agentis ad patiens, relatio locati ad locum, & huiusmodi.

Ad primum genus dicit non esse motum, sed ad secundum, ac p hoc posse a Deo de nouo imprimi in animam relationem characteris absq. aliquo absoluto nouo fundante illam. Et propterea non sequitur, si relatio characteris poneretur immediate in aia, conueniret naturaliter omni animæ.

¶ Tu autem patienter sustineto pertranseuntem me de reliquis his in communi, quia theologiam practicam tracto, non metaphysicam. Nec videtur digrediẽdum hoc in loco, quicquid sit de reliquis istis extrinsecis, qui forte non sunt intelligibiles, quoniam omnis respectus formaliter sumptus hoc ipsum, quod est, est ad aliud se habere, & si est ad aliud se hre, est in genere ad aliquid, quod est quartus prædicamentorum. Et rursus, si est ad aliud se habere, necesse est vt consequatur fundamentũ ex sola nouæ positione alterius: alioquin non esset ad aliud, & propterea si est ad aliud se habere, ad illud non est motus, vt ex hac rõne probatur 5. Physic. ab Arist. Et super hoc. s. super ipsa relatione formaliter, inquantum relatio est, fundauit auctor hic rationem suam, relatio. n. formaliter sumpta, quia hoc ipsum, quod est, est ad aliud. si realis est nascitur cum fundamento non impliciter in actu, sed sic quòd ex sola appositione termini sic actu. similitudo enim nascitur cum albo sic, quòd posito coalbo, statim similitudo in primo albo consurgit, & sic de aliis. Ac per hoc si relatio characteris immediate fundaretur in anima, nasceretur simul cum anima, sic q̃ posito illius termino, statim in anima consurgeret relatio characteris, & si sic connasceretur cum animæ: clare patet q̃ naturaliter conueniret omni animæ. Quocirca aut character non est in genere ad aliquid, nisi æquiuoce, & tunc hi est respectus, quæratur illius genus, nec erit facile fingere aliud genus, cum ponatur res spiritualis, & nõ sit formaliter passio. aut si est in genere ad aliquid definitio posita ab Arist. non est cõis suo generi & exclusio motus ab ad aliquid cũ illius ratione. 5. Phys. non est vniuersalis de ipso genere ad aliquid, sed particularis, hoc est de aliqua specie relationis. s. intrinsece: quoniam Arist. probando ad relationem non esse motũ, attulit relationem, quæ secundum Scotum vocatur extrinsecus aduenies. s. dextri & sinistri. Nam relatio dexteri inter me & columnam non sequitur fundamentum posito termino, loquendo vt Sco. loquitur. Nam posito animali habente dextrum, & posita columna, non sequitur relatio dexteri inter ipsa: potest. n. columna poni neutra. Et accidit huiusmodi phantasia, quia nõ cõsiderator fundamentum vt fundamentum, & terminus vt terminus, sed remote. Verbi gratia, relatio agentis ad patiens, non bñt pro extremis igne & aquam, sed ignem calefacientem, & aquam patientem a calefaciente, & sic de aliis. Vnde non remote, sed propinque sumendo fundamentum & terminum (hoc est secundum eas dispositiones, secundum quas hoc fundat, & illud terminat) nulla est relatio realis, quæ non consurgat in fundamento, posito termino. Sed hæc pertranseundo sunt dicta pro claritate literæ, quæ de relatione loquitur formaliter, sicut & Philosopho. 5. Physico.

¶ Circa secundum dubium, scito Scotum in 4. di. 6. q. 10. disputare ad omnem partem, & tenendo quòd character est essentialiter respectus, sustinet ipsum habere rationem potentiæ, & actiuæ, & passiuæ, pro quanto Deus ordinauit assistẽdo agere habenti talem respectum, pura sacerdoti, & similiter imprimere in patiens habens talem respectum, puta, characterem baptismi, ita quòd respectus reddit baptizatum capacem passionis a Deo sic statuente, & similiter operationem sacerdotis efficacem. Et concurrunt hi respectus ramquam dispositiones in ordine ad agens voluntarium. Tenendo autem quòd character est forma absoluta, sustinet, & quòd potest poni in prima specie qualitatis, & quòd potest poni in secunda respondetque ad rationem literæ, quæ in quarto dubio proposita est. primo, quòd non oportet omnem habitum esse bonum, vel malum, sed potest aliquis habitus esse indifferens. Quod probat dupliciter, tum quia ex actibus indifferentibus frequentatis causatur habitus indifferens, tum quia frequentans consideranem alicuius cõclusionis geometricæ, habet habitum indifferentem. Secundo, quia character potest poni habitus supernaturalis bonus remote, ita quod non proxime, seu sufficienter potest esse principium actus boni, sed remote, sicut fides, spes, charitas infusa non est sufficiens principium boni actus, sed inclinat ad bonum actum concurrentibus aliis requisitis: multo autem remotius character potest disponere ad bonum actum.

¶ Ad horum clariorem notitiam aduertendum est, q̃ nisi formaliter consideremus, locemusque res in suis generibus, vagari multipliciter contingit. Quocirca cum character sacralis sit formaliter potentia (est. n. baptismalis character, quo per se primo homo pot recipere sacra reliqua, vt patet, & similiter character ordinis, quo primo minister ecclesiæ, puta, sacerdos, pot conficere Eucharistiam &c.) & sit supernaturale accidens impressũ aiæ, consequens est, vt sub illo genere accidentium formaliter locet, quod potentias actiuas, vel passiuas continet, quod constat solũ qualitatis genus esse, & vnã illius spẽm, secundam. s. Nec obstat q̃ non sit naturalis potentia, qm sicut sub habitus specie continentur non solum naturales, sed supernaturales habitus, ita sub potentiæ accidentalis specie continentur non solum naturales, sed supernaturales potentiæ, & in hoc debet quiescere intellectus bene dispostus.

¶ Ad distractionem autem Scoticam, trahentem relationẽ ad rationem potentiæ, patet responsio ex hoc ipso q̃ distractio abusiua rerum, ac rationum formalium est.

¶ Ad id, vero qđ primo dicit de habitu indifferẽter, dicendum est q̃ nullus est actus humanus singularis indifferens moraliter, quia sic vel qñ, vbi, sicut pp &c. debet, & sic est bonus moraliter: vel non qñ, aut vbi, aut, sicut, aut pp, aut &c. debet, & hic malus moraliter. Nec est inter ista duo medium in actu exercito, quia distinguuntur penes affirmationem, & negationem, ac per hoc nullus potest esse habitus indifferens ex hoc capite.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶Ad id vero qđ de cōsideratione frequenti conclusionis geometricæ subditur, dicitur q̄ si cōsideratio est scientifica, generaſ habitus bonus. ſ. fœlicitiæ; quæ est virtus, ac per hoc boni tūs, puta veri: si vero cōsideratio est nō scientifica, generabitur habitus opinatiuus, qui etiam nō est indifferens, sed declinat ad bonū vel malum, prout declinat ad uerū, vel falsū. Et quia character est forma supernaturalis, a Deo pro munere impressa: ac per hoc si esset habitus, non posset poni indifferens, ideo Scotus ad vltimam responsionem cōfugit, quæ falsum in primis affert, dum charitatem, fidem, ac spē infusam a sufficientibus proximisq. principiis elicitiuis bonorū actuū aufert. Est. n. infusa charitas & sufficientissimum, & proximum elicitiuum principiū dilectionis Dei super omnia: sed q̄ iste puer baptizatus non actū diligat, prouenit ex conditione ipsius habentis charitatem, quia fœlicet habet organa impeditia &c. & nō ex insufficientia, aut elōgatione habitus. Et simile est de dormiente, aut ebrio: non enim ex parte habitus infusi, aut acquisiti prouenit, quòd dormiens, aut ebrius non cōsiderat geometricas demonstrationes, aut non credit, seu sperat, sed eximpedimento habentis habitum.

¶ Male deinde locat characterem in specie, dum ex his, ad quæ remote se habet, locat ipsum. Debet siquidē iudicari res secundum ea, quæ sibi proxime conueniunt, & non secundum remota, ac per hoc, non debet character poni sub specie habitus boni, quia valde remote disponit ad actū bonū. Sed hæc accidunt Scoto, quia difficile est operare falsum. Quo circa video ista consonare vero, & absque difficultate illa characterē poni, non habitum, sed potentiā, quæ ex propria ratione indifferens est ad bonum & malum (character. n. est potentia qua potest quis dare, vel recipere, & nō est, quo potest bene, uel male dare, vel recipere) vt sic perspicias diuinā sapientiam disponentem ista suauiter, donādo nobis supernaturales potentias, dare eas suauiter, hoc est, seruata cōditione potentiarum, ut. ſ. sint quibus possumus, & nō quibus bene uel male possumus.

¶ Argumēta Petri Aureoli, apud Capreolū in 4. di. 4. contra hoc, q̄ character sit potētia, quia ad spēlia descendunt de potestate effectiua transubstantiationis in eucharistia, &c. omittenda cēsui, qm̄ suo loco quælibet seruāda est quæstio.

¶ *Super quæstionis 63. Articulum tertium.*

TItulus de Christo loquitur, vt est verbum incarnatum, vt distinguitur a patre, & Spiritusancto, ac ipsa Trinitate. Denotat autem obliquus casus, auctoritatem in ipso Christo, ita q̄ sensus est, an character sacralis sit character, Chro vt principi cōfigurās, seu consignās characterē ipsum suscipientes, sicut character Romanus cōsignat milites Cæsari, & Gallicus regi Francorum, &c.

¶ In corpore, tria fiunt. Primo, distinguit character fidelium in duo genera: secundo, respondetur quæsito: tertio, ponitur vnum corollarium.

¶Quo

¶ *Super quæstionis 63. Art. IIII.*

TItulus clarus.

¶ In corpore vna conclusio. Character est subiectiue in potentia animæ. Probatur: Character est signaculū, quo anima insignitur ad recipiēdum vel tradendū ea, quæ sunt cultus christiani, ergo ordinatur ad actus. ergo est in potentia animæ. Prima consequētia (quæ non nisi implicite in litera habetur) probatur ex eo, q̄ cultus diuinus in actibus consistit. Secunda aūt, quia potentia animæ ordinatur ad operari, sicut essentia ad esse.

¶ In respōsione ad primum aduerte distinctionē in litera positam, de eo ad quod disponit character. ſ. vel propinquè uel remote, & q̄ proxime disponit ad actus Christianæ religionis, remote aūt dispōit ad gratiam. Et hoc probatur in litera; q̄ ad hoc disponit ex consequenti. Et tu potes addere, quia disponere ad gratiam est cōsitio sibi, & multis aliis: multa enim alia disponunt ad gratiam (ut patet) & non est de numero priorum sibi.

¶ Et hæc si retinueris, videbis vna nū esse laborē Scoti in ulti. q. d 6. 4. sen. procedētis ex eo, q̄ dispositio ad formam, nunquā est in posteriori naturaliter susceptiuo: hoc enim falsum esse constat de dispositione, nō proxime sed remote. Potest. n. res quæ non nisi remote, & ex consequenti est dispositio ad gratiā (quæ in essentia animæ ponenda est) poni in quacunque potentia animæ: immo etiam in membris exterioribus, huiusmodi. n. dispositiones (ut in litera dī) non uendicant sibi subiectum ex eo, ad qđ remote disponunt sed ex eo ad quod proxime disponūt.

¶ Caue hic, ne dicas de character intelligas dicta de sacra-

¶Ad quartum dicendum, q̄ character habet rationem signi per comparationem ad sacramentum sensibile, à nuo imprimitur: sed secundum se consideratus, habet rationem principii, p̄ modum iam dictum*.

ARTICVLVS III.

Vtrum character sacramentalis sit character Christi.

AD Tertium sic proceditur. Videtur quòd character sacramentalis non sit character Christi. Dī. n. Ephe. 4. Nolite contristare Spiritum sanctum Dei, in quo signati estis: sed consignatio, importatur in rōne charateris ergo character sacramentalis, magis debet attribui Spiritui sancto, quam Christo.

¶ 2 Præte. Character habet rōnem signi: est autē signum gratiæ, quæ per sacrm̄ confertur: gratiam aūt infunditur animæ à tota Trinitate. unde dicitur in Psal. 83. Gratiam & gloriam dabit Dominus. ergo vī q̄ character sacramentalis non debeat specialiter attribui Christo.

¶ 3 Præte. Ad hoc aliquis characterem accipit, vt eo à cæteris distinguatur: sed distinctio sanctorum ab aliis, fit per charitatem, quæ sola distinguit inter filios regni, & filios perditionis, vt Augustī.* dicit 15. de Trin. vnde & ipsi perditionis filii characterem bestiæ habere dicuntur, vt patet Apocal. 13. Charitas autem non attribuit Christo, sed magis Spiritui sancto, secundum illud Roma. 5. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris, per Spiritum sanctum, qui datus est nobis. uel etiam patri, secundum illud 2. ad Cor. vlti. Gratia Domini nostri Iesu Christi, & charitas Dei. ergo vī q̄ character sacramentalis, nō sit attribuēdus Christo.

¶ Sed contra est, quòd quidam sic definiunt characterem. Character est distinctio à charactere æterno impressa animæ rationali, secundum imaginem consignans trinitatem creatam Trinitati creanti & recreanti, & distinguens à non configuratis secundū statum fidei: sed character æternus est ipse Christus, secundum illud Heb. 1. Qui cum sit splendor gloriæ & figura, vel character substantiæ eius. ergo vī, q̄ character sit propriè attribuendus Christo.

¶ Respond. dicendum, quòd (sicut ex supradictis patet *) character propriè est signaculum, quoddā, quo aliquid insignitur, vt ordinatum in aliquem finem: sicut charactere insignitur denarius ad vsum commutationum, & milites charactere insignuntur, quasi ad militiam deputati. Homo autem fidelis ad duo deputatur.

Primo quidē, & principaliter, ad fruitionem gloriæ. & ad hoc insignitur signaculo gratiæ, secundum illud Ezec. 9. Signa Thau super frontes virorum gementium, & dolentium. & Apocal. 7. Nolite nocere terræ & mari, neque arboribus, quoadusque signemus seruos Dei nostri in frontibus eorum. Secundo autem, deputatur quisque fidelis ad recipiendum vel tradendum aliis ea, quæ pertinent ad cultū Dei, & ad hoc propriè deputatur character sacramentalis. Totus autem ritus christianæ religionis deriuatur à sacerdotio Christi. & ideo manifestum est, q̄ character sacramentalis specialiter est character Christi, cuius sacerdotio configurantur fideles secundum sacramentales characteres: qui nihil aliud sunt quàm quædam participationes sacerdotii Christi, ab ipso Christo deriuatæ.

In corp. ar. & ar. præ.

346 4. di. 4. q. 1. ar. 2. & art. 3. q. 5.

¶ Ad primum ergo dicendum, q̄ Apostolus ibi loquitur de configuratione, secundum quam aliquis deputatur ad futuram gloriam, quæ fit per gratiam: quæ spiritui sancto attribuitur, in quantum ex amore procedit, q̄ Deus nobis aliquid gratis largiatur, quod ad rationem gratiæ pertinet. Spiritus autem sanctus amor est: vnde & 1. ad Corinth. 12. dicitur, Diuisiones gratiarum sunt, idem autem Spiritus.

¶ Ad secundum dicendum, q̄ character sacramentalis est res respectu sacramenti exterioris, & est sacramentū respectu vltimi effectus. & ideo dupliciter potest aliquid charakteri attribui. Vno modo, secundum rationem sacramenti, & hoc modo est signum inuisibilis gratiæ, quæ in sacramento confertur. Alio modo, secundum propriam rationē characteris: & hoc modo est signum configuratiuum alicui principali, apud quem residet auctoritas eius, ad quod aliquis deputatur: sicut milites qui deputātur ad pugnā, insigniuntur signo ducis, quo quodam modo ei configurantur. Et hoc modo illi, qui deputantur ad cultum Christianū, cuius auctor est Christus, characterē accipiunt, quo Chro configurātur: vnde propriè est character Chri.

¶ Ad tertium dicendum, q̄ charactere distinguitur aliquis ab alio per comparationem ad aliquem finem, in quem ordinatur, qui characterem accipit: sicut dictum est* de charactere militari, quo in ordine ad pugnam distinguitur miles regis à milite hostis. Et similiter character fidelium, est quo distinguuntur fideles Christi à seruis diaboli, uel in ordine ad uitam æternā, vel in ordine ad cultum præsentis Ecclesiæ: quorum primum fit per charitatem & gratiam, vt obiectio procedit, secundum autem fit per characterem sacramētalem: unde & character bestiæ intelligi potest per oppositum, vel obstinata malitia, qua aliqui deputantur ad pœnam æternam, vel professio illiciti cultus.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum character sit in potentijs animæ sicut in subiecto.

AD Quartum sic proceditur. Videtur quòd character nō sit in potentiis animæ, sicut in subiecto. Character enim dicitur esse dispositio ad gratiam: sed gratia est in essentia animæ, sicut in subiecto, ut in secunda parte dictum est.* ergo videtur q̄ character sit in essentia animæ, non autem in potentiis.

¶ 2 Præ. Potentia animæ non videtur esse subiectum alicuius, nisi habitus vel dispositionis: sed character (vt dictum est*) non est habitus vel dispositio, sed magis potentia, cuius subiectum non est, nisi essentia animæ. ergo vī q̄ character non sit, sicut in subiecto in potentia animæ, sed magis in essentia ipsius.

¶ 3 Præt. Potentiæ animæ rationalis distinguuntur per cognitiuas, & appetitiuas: sed non potest dici q̄ character sit tantū in potentia cognitiua, neque etiā tantū in potētia appetitiua (quia non ordinatur, neque ad cognoscendū tantū, neque ad appetendū) similiter etiam non potest dici, q̄ sit in vtraque, quia idem accidens non potest esse in diuersis subiectis. ergo videtur quòd character non sit in potentia animæ sicut in subiecto, sed magis in essentia.

¶ Sed contra est, q̄ (sicut in præmissa definitione* characteris continet) character imprimitur animæ rationali secundū imaginem: sed imago Trinitatis in anima, attendit secundum potentias. ergo character in potentiis animæ existit.

¶ Respon. Dicendū, q̄ (sicut dictū est*) character est quoddā signaculū, quo anima insignitur ad suscipiendū, vel aliis tradendū ea, quæ sunt diuini cultus. Diuinus autem cultus in quibusdam actibus consistit. Ad actus autem proprie ordinantur potentiæ animæ, sicut essentia ordinatur ad esse. Et ideo character non est sicut in subiecto in essentia animæ, sed in eius potentia.

¶ Ad primum ergo dicendum, q̄ subiectum alicui accidenti attribuitur

347 4. di. 4. q. 1. ar. 1. cor. & ar. 3. q. 3.

P. 2. q. 110. ar. 4.

Ar. 2. huius quæst.

Ar. præce. in arg. sed cōtra.

Ar. præ.

Arti. 1. huius quæst.

Ar. 1. huius quæst.

Ar. præce.

Cap. 2. eccle hierar. par. 3. parū ante med.

q. præ. ar. 4.

li. 1. c. 3. aliquantulū a prin. to. 5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sacramentis characterem imprimentibus, & incidas in foueã, putans q̃ sacramenta huiusmodi conferant gratiam ex̃ consequenti, huiq. principaliter causæ characterum, & ex consequenti gratiæ: quia character, ut in litera dicitur, non proxime, sed ex consequenti dispositio est ad gratiam. Recolieo superius habitæ doctrinæ, q̃ gratia est principalis sacramentorũ effectus, & character est effectus secundarius, & perspice non licere attribuere sacramento conditionẽ characteris: cum hoc enim q̃ character est remote, & ex consequenti dispositio ad gratiã, stat quòd gratia sit principalis effectus sacramenti: tunc. n. gratia non esset principalis effectus sacramenti, si solum daretur per sacramentum, ut sequela ad characterem: quæ phãtasia procul sit a te: baptismus nam que est principaliter lauacrum regenerationis in filios Dei, in membra Christi: & secundario impressiuus characteris, & conferr gratiam ex primo principaliter, & præter hoc habet vnde conferat gratiam ex consequenti, scilicet propter characterem, ita q̃ character naturali ordine est effectus gratiæ, per quã aliquis fit Christianus formatus: prius enim natura est esse, quod spectat ad gratiam, quàm posse, quod est characteris: & cum hoc est dispositio ex consequenti ad gratiam, pro quanto ad posse donatum a Deo, comitatur antecedẽter, vel consequenter largitio bene posse.

¶ Et bene nota, q̃ character non ponitur dispositio ad gratiã absolute: sed character secundum rationem suæ causæ. diuinæ largitatis, ponitur dispositio ad gratiam. Diuinæ siquidem largitatis ratio habet, ut cui dat posse, det bene posse: hæc enim ratione character ponitur dispositio ad gratiam, ut patet in hac litera. Et cum hæc seruaueris, Durandi obiectiones in 4. dist. 4. q. 1. spernes.

¶ In responsione ad tertium, dubium ex 5co. occurrit in præ dicta vltima quæstione, ponente characterem in voluntate: tum, quia est dispositio ad gratiam, quæ est in voluntate, quia gratia est idem quod charitas: tum quia si character est signum vel fundamentum obligationis animæ ad Deum, rationabile est quod ponatur in illa potentia, cuius primo est obligare, vel esse rõe obligandi: talis autem est voluntas, quia præcise per actum eius aliquis se obligat principaliter: reliqua si, concurrentia ad obligationem, non sunt nisi quædam præambula aut signa.

¶ Ad hoc dr. q̃ Auctor & inferius in sequenti art. in responsione ad secundum, probat characterem nõ esse in voluntate: quia character est vis instrumentalis: ae per hoc consistit in moueri ab alio: voluntatis vero, est mouere seipsam ad operandum. dissonat igitur conditio characteris a conditione voluntatis. Et hic probat characterem esse in intellectu: quia actus ad quos p̃xime disponit. s. recipere, vel tradere ea, quæ sunt Christiani cultus, sunt quædam fidei protestationes. Vnde ad primam Scoti obiectionem non oportet aliter respondere: quia iam dictũ est, q̃ characteri non assignatur subiectum, ex eo q̃ est dispositio ad gratiam: quia remote ad eam disponit.

¶ Ad secundum autem dicitur primo, q̃ conditionalis assumpta est falsa: quia non est nec ollaria, quia cum veritate antecedentis stat q̃ character sit in illa potẽtia cuius sunt primo actus operationes, ad quas character obligat, & non in potentia, quæ est primo obligatiua. Dicitur secundo, q̃ antecedens potest dupliciter intelligi, q̃ character sit obligatiuus vel proxime, vel ex consequenti. Et q̃ character per se & proxime, non est quid obligatiuum, sed professiuum Christiani cultus & fidei, & propter huiusmodi professionem obligat, quod est ex consequenti obligare: character enim in anima monstrat animam Christianæ religionis, ac per hoc obligatam Christo, & non econtra: sicut character militaris monstrat militem romanum, & ideo obligatum Cæsari. Argumentum autem vtitur antecedente in primo sensu, in quo etiam, ut prima testatur responsio, falsam cõstituit conditionalem.

¶ Circa eandem responsionem dubium aliud occurrit, de ratione assignata in litera. s. quia diuinus cultus est quædam fidei protestatio per exteriora signa, ideo character est in intellectu, in quo est fides. Si enim characteri assignandum est subiectum ex cultu diuino, ad quem proxime disponit consequens est, ut subiectum eius sit illudmet quod est subiectum proprii & proximi principii ipsius cultus, magis quàm illud quod est subiectũ principii communis & remoti eiusdem cultus. Sed proprium proximumque cultus Dei principium est religionis virtus, quæ est in voluntate, ergo character, qui potentia est ad recipiẽdum, vel tradendũ ea, quæ sunt cultus, est in voluntate, & non in intellectu, in qua est fides, quæ remotum est principium cultus, quia mediante religione, & cõmune, quia fides operatur mediante ea quæ sunt multarum virtutũ: puta spei, charitatis, religionis, &c.

¶ Ad hoc dicit, q̃ characterem cõuenire in subiecto cum fide magis, quam cum religione, ex duobus sumi potest. Primo ex eo, q̃ tam fides quã character inter principia religionis computatur. vniuersa namq. religio filia est fidei, & quædam fidei protestatio, ex religione namq. profitetur quilibet fidem suam. Character quoque cum potentia sit actiua vel passiua actuum religionis, principii rationem habet. secundo ex eo, q̃ tam fides quàm character respicit diuinum cultum, secundũ id quod est religio autem respicit diuinum cultum secundũ rationem boni. est. n religio virtus moralis, cuius est reddere hominem bonum, & eius opus bonum efficere: fide enim & character homo potest in actus religionis: religione autem homo bene se habet ad illos. Et hinc fit, ut character respiciat Christianum cultum, vt professio quædam fidei sit, & non ut bene vel male fit, & propterea ad fidei subiectum accedit, & non spectat ad subiectum religionis.

¶ Ad obiectionem autem in oppositum, dicitur, q̃ propositio illa. si characteri debetur subiectum ratione cultus, debet potius poni in subiecto principii proximi ipsius cultus, quam principii remoti eiusdem. uera forte. si cæteris paribus: sed hic non sunt cætera paria, quia cultus respicitur a principio proximo, pro ut bene vel male fit, a quatenus lõge est character, a principio uero remoto re pectus ipse cundum ad quod est, in qua ratione conuenit character cum fide, quæ est principium remotũ, & commune. Et propterea non sequitur, character esse in voluntate, in qua est religio, sed concluditur oppositum. s. esse in intellectu, in quo est fides.

¶ Circa eandem responsionem dubium ex Durando in 4. sent. di. 4. q. 1. occurrit de subiecto characteris, q̃ sit potentia exequtiua, quia virtus perficiens non ad cognoscendum, nec ad appetendum, sed ad exequendum: debet poni non in intellectu, nec in voluntate, sed in potentia exequtiua. character autem est huiusmodi, ut patet. ergo.

¶ Ad hoc dicitur, q̃ characterem esse in alia potentia, quã intellectus uel voluntatis, est impossibile: quia quælibet alia potẽtia est in compositio: character autem est in anima intellectiua, quod ex eo patet, q̃ est perpetuus remanens in anima separata, in cuius signum si baptizatus aut ordinatus resurgeret, non rebaptizaretur aut reordinaretur.

¶ Ad obiectionem autem dicitur, q̃ licet maior sit uera de virtute seu habitu, non tamen est uera de potentia: character autem est virtus aut habitus, sed potentia. licet enim habitus in parte intellectiua sit ad cognoscendum uel appetendum, potentia tamen opposita ad neutrum esse potest, immo debet: quoniam intellectus ipse sufficit pro potentia ad intelligendum & uoluntas pro potentia ad appetendum. Quocirca cum character sit potentia in parte superiori animæ ad recipiendum, uel tradendum cultum protestantem fidem, rationabiliter ponitur in subiecto fidei, ut in litera dicitur.

¶ Super

¶ Super quæstionis 63. Art. V.

IN titulo aduerte, quod ly indelebiliter, potest dupliciter accipi, vel per negationem omnis potentiæ etiam logicæ, ad deletionem, & sic esset sensus, an character insit indelebiliter, ita quòd implicet cõtradictionem ipsum deleri, & sic sensus procul est ab intento: potest. n. a Deo deleri, desinendo conseruare ipsum: vel per negationem propriæ, seu proximæ naturalis potentiæ ad deletionem, & hic sensus est intentus: non enim quærimus quid possit Deus facere, sed quid suapte natura conueniat characteri.

¶ In corpore est vna cõclusio: Character indelebiliter manet in anima. Probatur: Omnis sanctificatio, quæ fit per sacerdotium Christi, est perpetua re conseerata manente, sed character sacramentalis est quædam participatio sacerdotii Christi æterni, in eius fidelibus secundum animæ partem incorruptibilem. ergo character indelebiliter manet in anima. Maior & probatur, & declaratur. Probatur quidẽ: quia sacerdotium Christi est æternum, vt patet auctoritate scripturæ. Declaratur vero ex eo, quòd res inanimatæ conseratæ a ministris sacerdotii Christi, retinẽt consecrationem, quamdiu sunt, ut patet in Ecclesiis, calicibus, &c. Minor uero quoad primam partem, declaratur ex duobus. Primo ex proportionalitate Christi secundum plenam sacerdotii potestatem, & fidelium eius secundum aliquam potestatem respectu sacramentorum, & cultus, &c. Secundo, ex hoc, quòd Christo nõ conuenit habere characterem. Quoad secundam autem partem, scilicet æterni, non oportet aliter pro bari. Quo ad tertiam uero probatur ex eo, q̃ anima est subiectũ characteris secundum intellectum.

¶ Aduerte hic, q̃ in minori propositione apposuimus ly æterni, propterea quia character habet rationem uis instrumentalis. Constat. n. q̃ nisi principale agens sit æternũ, impossibile est ponere instrumẽtale eius uirtutẽ perpetuã.

¶ Aduerte secũdo ly re consecrata manente: quoniam inde apparet responsio ad Scotum, in 4 sent. d 6 q 9 obiectionem ex indelebilitate characteris ne gationem uirtutis supernaturalis in sacramentis: quia uirtus illa nũquã posset corrũpi eodem modo, quo characterem indelebilem Thomas ponit. Respondemus siquidem, q̃ virtus in sacramẽtis existens manet quamdiu sacramẽtum manet, sicut & character durat, quamdiu anima durat: durante siquidem sacramento durat, & uirtus illa. Et sicut si cessaret esse anima, desineret, & eius character, ita cessante sacramento, cessat uirtus in illo. Et quoniam constat, sacramenta omnia paululũ durare, vtpote habentia uerba pro formis, ideo mirũ non est si spirituales virtutes eorum crebrocẽ desinũt.

¶ In solutione ad primũ, aduerte rõnẽ Auctoris, ex philosophia nõtorũ principia, sed testimonio ad sensum habere. Videmus. n. motum cæsum durationem ex parte motus sortiri: tantiq; sit huiusmodi rei (quatum esse consistit in fieri) duratio ex parte agentis, vt negantes conseruari permanentes res manu Oratoris, concedant huiusmodi res imperfectas posse perpetuari ab agente perpetuo, vt Auerr. in 12. Meta. testatur. Et habes in hac litera aliã rõnẽ radicalẽ huius dictæ, in ter formã habentẽ esse cõpletũ & formam, quæ est uis inflexalis, quia. s. illa quasi fixa a subiecto, sequitur cõditionẽ subiecti, ita uero quasi defluxus quidã agentis illius sequitur cõditionem.

¶ Super

ARTICVLVS V.

Vtrum character insit animæ indelebiliter.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd character non insit animæ indelebiliter. Quanto enim aliquod accidens est perfectius, tanto firmius inhæret: sed gratia est perfectior quàm character: quia character ordinatur ad gratiam, sicut ad vlteriorem finem: gratia aũt amittitur per peccatum. ergo multo magis character,

¶ 2 Præterea. Per characterem aliquis deputatur diuino cultui, sicut dictum est. * sed aliqui à cultu diuino transeunt ad contrarium cultum, per apostasiam à fide. ergo videtur q̃ tales amittant characterem sacramentalem.

¶ 3 Præterea. Cessante fine, cessare debet & id quod est ad finem, alioquin frustra remaneret: sicut post resurrectionem non erit matrimonium, quia cessabit generatio, ad quam ordinatur matrimonium. Cultus autem exterior, ad quem character ordinatur, non remanebit in patria, in qua nihil agetur in figura, sed totum in nuda veritate. ergo character sacramentalis non manet in perpetuum in anima, & ita non inest indelebiliter.

¶ Sed contra est, q̃ August. * dicit in secundo contra Parmenianum: non minus hærent sacramenta christiana, quàm corporalis nota militiæ: sed character militaris nõ repetitur, sed agnitus approbatur in eo qui veniam meretur ab imperatore post culpam. ergo nec character sacramentalis deleri potest.

¶ RESPONDEO Dicendum, quòd (sicut dictum est †) character sacramentalis, est quædam participatio sacerdotii Christi in fidelibus eius: ut scilicet sicut Christus habet plenam spiritualis sacerdotii potestatem, ita fideles eius ei configurentur in hoc, quòd participant aliquam spiritualem potestatem respectu sacramentorum, & eorum, quæ pertinent ad diuinum cultum: & propter hoc etiam Christo non competit habere characterem, sed potestas sacerdotii eius comparatur ad characterem, sicut id, quod est plenum & perfectum ad aliquam sui participationem. Sacerdotium autem Christi est æternũ, iecundum illud Psalm. 109. Tues sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedech. Et inde est, quòd omnis sanctificatio, quæ fit per sacerdotium eius, est perpetua, reconsecrata manente, quod etiam in rebus inanimatis nam ecclesiæ, vel altaris manet consecratio semper, nisi destruatur, cum igitur anima sit subiectũ characteris secundum intellectiuam partem, in qua est fides, (vt dictum est*) manifestum est, quòd sicut intellectus perpetuus est, & incorruptibilis, ita character indelebiliter manet in anima.

¶ Ad primum ergo dicendum, q̃ aliter est in anima gratia, & aliter character. Nam gratia est in anima, sicut quædam forma habens esse completum in ea: character autem est in anima, sicut quædam virtus instrumentalis, vt supra † dictum est. Forma autem completa est in subiecto, secundum conditionem subiecti, & quia anima est mutabilis secundum liberum arbitrium, quandiu est in statu viæ, consequens est, quòd gratia insit animæ mutabiliter: sed virtus instrumentalis magis attenditur secundum conditionem principalis agentis, & ideo character indelebiliter inest animæ, non propter sui perfectionem, sed propter perfectionem sacerdotii Christi, à quo deriuatur character, sicut quædam instrumentalis virtus.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ sicut * Augustinus dicit ibidem, nec ipsos apostatas videmus carere baptismate: quibus vtique per pœnitentiam redeuntibus non restituitur, & ideo amitti non posse iudicatur. & huius ratio est: quia character est virtus instrumentalis, vt † dictum est. Ratio autem instrumenti cõsistit in hoc, quòd ab alio moueatur: non autem in hoc quòd ipsum se moueat, quod pertinet ad voluntatem. Et ideo, quantumcumque voluntas moueatur in contrarium, character nõ remouetur propter immobilitatẽ principalis mouentis.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ quamuis post hanc vitam non remaneat exterior cultus: remanet tamen finis illius cultus, & ideo post hanc uitam remanet character, & in bonis ad eorum gloriam, & in malis ad eorũ ignominiam: sicut etiam militaris character remanet in militibus post adeptam victoriam, & in his, qui vicerunt, ad gloriam, & in his qui sunt victi, ad pœnam.

Ar. præ. ad 3. arg.

Ar. 2

In corp. at.

Ar. 1. & 2. huius q.

*li. 2. c. 13. a med. to. 7

Ar. 3. huius quæst.

*li 1. cõtra Donatũ a prin. to 7

In solutione ad primum

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Super quæstionis 63. Articulum sextum.

TItulus clarus est

249 Infra.q.72 arti.5 Et 4. d.4.q.1.ar. 4.qu. 2.& 3. Et q.3.ar.2 q 3. Et d.7.q.2. ar.1.q.1.& q.3.ar.3.q. 3.Et di.23. q.1.a.2.q.3 *Ar.3.& 5. huius q.

¶In corpore vna conclusio. Per tria sacramenta tantũ imprimitur character. Hæc conclusio quo ad exponẽtem negatiuã implicite ponitur in littera. Et secundũ se totam in littera implicite probatur, præsupponendo supradicta de charactere, scilicet, quod est potentia ad recipiẽdum vel tradendum ea, quæ sunt diuini cultus. Ex hoc enim supposito principio procedit Auctor, quasi subsumendo, quædam sacramẽta non spectare directe ad nouum cultum diuinum, aut non ordinare ad decipiendum, vel tradendum, ac per hoc in his nõ imprimi characterem: vnde distinguit in primis Auctor duos sacramẽtorum fines, scilicet remedium peccati, & diuinum cultum. Et in primo omnia dicit conuenire: in secundo autem nõ, quod probat de sacramento pœnitentiæ: sub distinguit deinde in tria membra sacramenta ordinata ad secundum finem, & exclusso uno eorũ, scilicet Eucharistiæ, concludit, reliqua duo genera imprimere characterem. Et clare patet processus in littera.

q.62.arti.1. & 5.

¶ Aduerte hic, q circa Eucharistiæ sacramentum possunt duo considerari, scilicet ipsum sacramẽtum (quod nihil aliud est quàm actio sacramentalis consistens in cõsecratione materiæ) & potest considerari vius sacramenti, quo Eucharistia percipitur a nobis. Et de primo quidem, an imprimat characterem, sub quæstione cadere non potest: quia actio illa nihil potius sit finis, & consumatio omnium sacramentorum, vt † Dionysi. dicit 3. c. Eccles. hierar. continet tamen in se ipsum Christum, in quo non est character, sed tota sacerdotii plenitudo. Sed ad agentes in sacramentis, pertinet sacramentum ordinis: quia per hoc sacramentum deputantur homines ad sacramenta aliis tradenda, sed ad recipientes pertinet sacramentum baptismi; quia per ipsum homo accipit potestatem recipiendi alia ecclesiæ sacramenta. vnde baptismus dicitur esse ianua omnium sacramentorũ. Ad idem etiam ordinatur quodammodo confirmatio, vt infra suo loco dicetur. † & ideo hæc tria sacramenta character imprimitur, scilicet per baptismum, confirmationem, & ordinem.

* c.3.eccle. hiera.circa prin. illud.

q.72.ar.5.

¶ Ad primum ergo dicendum, q per omnia sacramenta fit homo particeps sacerdotii Christi, vtpote percipiens aliquem effectum eius: non tamen per omnia sacramenta aliquis deputatur ad agendum aliquid, vel recipiendum, quod pertineat ad cultum sacerdotii Christi: quod quidem exigitur ad hoc, q sacramentum characterem imprimat.

¶ Ad secundum dicendum, quod per oĩa sacra sanctificatur homo, f̃m q sanctitas importat mundtiam à peccato, quæ fit per gratiam, sed specialiter per quædam sacra, quæ characterem imprimit, homo sanctificat quædam consecratione, vtpote deputatus ad diuinũ cultũ: sicut etiam res inanimatæ sanctificari dicuntur, inquantum diuino cultui deputantur.

¶ Ad tertium dicendum, q licet character sit res & sacr̃m, non tamen oportet oẽ id, quod est res & sacr̃m, esse characterem: quid autem sit res & sacr̃m, in aliis sacramentis infra * dicetur.

* In materia cuiusq; sac. in speciali.

Articvlvs VI.

Vtrum per omnia sacramenta nouæ legis imprimatur character.

AD Sextum sic proceditur. Videtur quòd per omnia sacramenta nouæ legis imprimatur character. Per omnia enim sacramenta nouæ legis, fit aliquis particeps sacerdotii Christi, sed character sacramentalis nihil est aliud q̃ participatio sacerdotii Christi, * vt dictum est, ergo vr q per omnia sacramenta nouæ legis imprimatur character.

¶ 2 Præ. Character se habet ad animam in qua est, sicut consecratio ad res consecratas: sed per quodlibet sacramentum nouæ legis homo recipit gratiam sanctificantem, † vt supra dictum est. ergo vr q per quodlibet sacramentum nouæ legis, imprimatur character.

¶ 3 Præ. Character est res & sacramentum. In quolibet autem sacramẽto nouæ legis est aliquid, quod est res tantum, & aliquid quod est sacramẽtum tantum, & aliquid quod est res, & sacramentum. ergo per quodlibet sacramentum nouæ legis imprimatur character.

¶ Sed contra est, quòd sacramenta in quibus imprimitur character nõ reiterantur, eo quòd character est indelebilis, † vt dictum est, quædam autem sacramenta iterantur, sicut patet de pœnitentia & matrimonio. ergo nõ omnia sacramenta imprimunt characterem.

q.62.arti.1. & 5.

¶ Respondeo dicendum, q (* sicut supra dictum est) sacramenta nouæ legis ad duo ordinantur. s. in remedium peccati, & ad cultum diuinum. Est autem omnibus sacramentis cõmune, q per ea exhibetur aliquod remedium contra peccatum, per hoc q gratiam conferunt; non autẽ omnia sacramenta ordinantur directè ad diuinum cultum: sicut patet de pœnitentia, per quam homo liberatur à peccato: non autem per hoc sacramentum, exhibetur homini aliquid de nouo, pertinens ad diuinum cultum, sed restituitur in statum pristinum. Pertinet autem aliquod sacramentum ad diuinum cultum tripliciter: vno modo, p modum ipsius actionis: alio modo, per modum agentis: tertio modo, per modum recipientis. Per modum quidem ipsius actionis pertinet ad diuinũ cultum Eucharistia, in qua principaliter diuinus cultus consistit, inquantum est ecclesiæ sacrificium: & per hoc idem sacramentum non imprimitur homini character; quia per hoc sacramentum non ordinatur homo ad aliquid aliud vlterius agendum, vel recipiendum in sacramentis, cum potius sit finis, & consumatio omnium sacramentorum, vt † Dionysi. dicit 3. c. Eccles. hierar. continet tamen in se ipsum Christum, in quo non est character, sed tota sacerdotii plenitudo. Sed ad agentes in sacramentis, pertinet sacramentum ordinis: quia per hoc sacramentum deputantur homines ad sacramenta aliis tradenda, sed ad recipientes pertinet sacramentum baptismi; quia per ipsum homo accipit potestatem recipiendi alia ecclesiæ sacramenta. vnde baptismus dicitur esse ianua omnium sacramentorũ. Ad idem etiam ordinatur quodammodo confirmatio, vt infra suo loco dicetur. † & ideo hæc tria sacramenta character imprimitur, scilicet per baptismum, confirmationem, & ordinem.

¶ Ad primum ergo dicendum, q per omnia sacramenta fit homo particeps sacerdotii Christi, vtpote percipiens aliquem effectum eius: non tamen per omnia sacramenta aliquis deputatur ad agendum aliquid, vel recipiendum, quod pertineat ad cultum sacerdotii Christi: quod quidem exigitur ad hoc, q sacramentum characterem imprimat.

¶ Ad secundum dicendum, quod per oĩa sacra sanctificatur homo, f̃m q sanctitas importat mundtiam à peccato, quæ fit per gratiam, sed specialiter per quædam sacra, quæ characterem imprimit, homo sanctificat quædam consecratione, vtpote deputatus ad diuinũ cultũ: sicut etiam res inanimatæ sanctificari dicuntur, inquantum diuino cultui deputantur.

¶ Ad tertium dicendum, q licet character sit res & sacr̃m, non tamen oportet oẽ id, quod est res & sacr̃m, esse characterem: quid autem sit res & sacr̃m, in aliis sacramentis infra * dicetur.

* In materia cuiusq; sac. in speciali.

QVAEST. LXIIII.

De causa sacramentorum, in decem articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de causa sacramentorum, siue per auctoritatem, siue per ministerium.

Et circa hoc quæruntur decem.

¶ Primo, Vtrum solus Deus interius operetur in sacramentis.

¶ Secundo, Vtrum institutio sacramentorum sit solum à Deo.

¶ Tertio, De potestate, quam Christus habuit in sacramentis.

¶ Quarto, Vtrum illam potestatem potuerit aliis communicare.

¶ Quinto, Vtrum potestas ministerii in sacramentis, cõueniat malis.

¶ Sexto, Vtrum mali peccent dispensando sacramenta.

¶ Septimo, Vtrum angeli possint esse ministri sacramentorum.

¶ Octauo, Vtrum intentio ministri requiratur in sacramentis.

¶ Nono, Vtrum requiratur ibi recta fides: ita scilicet, q infidelis non possit tradere sacramenta.

¶ Decimo, Vtrum requiratur ibi recta intentio.

¶ Super

¶ Super quæstionis 64. Articul. 1.

TItulus clarus est.

¶ In corpore vna ponitur distinctio bimembris cum duabus cõclusionibus singulis, iuxta singula membra, distinctio est: Operari effectum contingit vel per modũ principalis agẽtis, vel per modum instrumenti. Prima conclusio est solus Deus primo modo operatur effectum interiorem sacramenti. Et probatur duplicater, vt patet clare in littera. Secunda vero conclusio est: Homo potest operari ad interiorem effectum sacramenti secundo modo. Et probatur, quia minister habet rationem instrumenti, &c.

370 Inf.ar.5.Et 4.di.5.q.2. ar.2.q.2.

c.5.r.p per totum.

¶ Aduerte hic, quòd cum in littera dicitur, Solus Deus est causa gratiæ, intelligis de causa principali: quoniam de illa ẽ sermo in prima cõclusione, pro qua hoc dicitur, & superius determinatum est sacramenta causare instrumentaliter gratiã. Et hic in secunda cõclusione dicitur, hominem ministerialiter causare interiorem effectum sacramenti eadem ratione, qua sacramentum est causa gratiæ: quoniam ministro vtit Deus, sicut & sacramẽtali locutione, vt instrumẽto ad causandum interiorẽ effectum sacramẽti. Immo vna eadẽque vis instrumentalis perfecta est i sacramento, & ministro: sicut in verbis & rebus, ea ratione: quia minister non nisi vt necessario requisitus ad perfectionẽ sacramẽti, vtitur principali agens (quod est Deus) vt partialibus concurrentibus ad perficiendum sacramentum unum: quod est vtiens, vt partialibus concurrentibus ad perfectionem instrumenti vnius: in vno vero instrumento, quotcumque requirat partialia, vna eademque perfecta virtus instrumentalis ponenda est.

D.688. P.2.q.112. ar.4.

¶ In responsione ad secundum dubium occurrit, an gratiæ intensior gradus comprehendatur sub annexis, quæ per deuotionem ministri impetrari possunt recipienti sacramentum. Et est ratio dubitandi: quia si comprehendatur sub annexis, sequitur præcedẽtia verba littera (scilicet effectus sacramenti non datur melior per melioré ministrũ) esse falsa: quoniã si ex deuotione ministri, intensior gratia daretur baptizato, vel absoluto, cõstat q melior effectus daretur per melioré ministrũ, cum gratia ipsa sit effectus sacramenti. In oppositum autẽ est, q nulla ratio appareat, quare alia dona Dei possunt habere rationem annexi impetrabilis per deuotionẽ ministri, & maioritas gratiæ non possit habere rationem annexi, huiusmodi. Potest enim deuotus minister hoc facere & ianua, a diuinæ misericordiæ largitate impetrare.

¶ Ad hoc dicitur, quòd cũ minister sacramenti non sit deterioris conditionis ministrã. fo sacramentũ, quã si nõ ministraret, & similiter recipiens nõ sit ex receptione deterioris conditionis, nec dum a largitas ex hoc quòd impendit sacramentum arctetur, cõsequẽs est, vt possit minister impetrare maiorem gratiã recipiẽti sacramentũ, quam si illa quæ regulariter per sacramentũ dãr, aut quæ illi secluso ministri deuotione daretur, sicut posset eandem maiorẽ gratiã extra ministeriũ sacramenti impetrare, ac p hoc maioritas gratiæ potest habere rationem annexi impetrabilis ex ministri deuotione. Nec propterea sequitur, quòd maior, seu melior effectus sacramenti detur per melioreм ministrum: quoniam maioritas illa impetrata non haberet rationem effectus sacramenti, sed rationem annexi effectui sacramenti, & esset effectus a solo Deo concomitanter ad sacramentum, impetratus ex deuotione ministri.

Loco citato in arg.

In corp. ar. ibid.

351 4.d.13.q.1. arti.2.q.2. cor Et d.5. q.1.ar.2.

Articvlvs I.

Vtrum solus Deus operetur interius ad effectum sacramenti.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur q non solus Deus, sed etiam minister interius operetur ad effectum sacramenti. Interior. n. sacramenti effectus, est vt homo purgetur à peccatis & illuminetur per gratiã: sed ad ministros ecclesiæ pertinet purgare, illuminare, & perficere, vt patet per Dio. * in 5. c Cæle. hierar. ergo vr q non solus Deus, sed etiam ministri ecclesiæ interius operentur ad sacramenti effectum.

¶ 2 Præt. In collatione sacrorum, quædam orationum suffragia proponuntur, sed orationes iustorum sunt magis apud Deũ exaudibiles, q̃ quorumcumque, secundum illud Ioã. 9. Si quis Dei cultor est, & voluntatẽ eius facit, hunc Deus exaudit. ergo videtur q maiorem effectum sacramenti consequatur ille, qui recipit ipsum à bono ministro. sic ergo & ministerium aliquid operatur ad interiorem effectũ, & non solus Deus.

¶ 3 Præ. Dignior est homo, q̃ res inanimata, sed res inanimata aliquid operatur ad interiorem effectum: nã aqua corpus tangit, & cor abluit, vt Aug. * dicit super Io. ergo homo aliquid operatur ad interiorem effectum sacramẽti, & non solus Deus.

* Tra.80 i Ioann.post me. 10.9.

¶ Sed contra est, q dicitur Rom. 8. Deus est qui iustificat. Cum ergo interior effectus omnium sacramentorum sit iustificatio, videtur quòd solus Deus operetur interiorem effectum sacramenti.

¶ Respon. Dicendum, q operari aliquem effectum, contingit dupliciter, vno modo per modum principalis agentis: alio modo per modum instrumenti. Primo igitur modo, solus Deus operatur interiorem effectum sacramenti: tum, quia solus Deus illabitur animæ, in qua sacramenti effectus, existit, non autem potest aliquid immediatè operari, vbi non est: tũ, quia gratia quæ est interior sacri effectus, d̃ est à solo Deo, vt in secunda parte dictũ est. * Character ẽt, qui est interior quorundam sacramentorum effectus, est virtus instrumentalis, quæ manat à principali agente, quod est Deus: secũdo autem modo, homo potest operari ad interiorem effectum sacramenti, in quantum operatur per modum ministri. nam eadem ratio est ministri & instrumenti: vtriusq; n. actio ex tertius adhibetur, sed sortitur effectum interiorem ex virtute principalis agentis, quod est Deus.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, q purgatio, secundum q attribuitur ministris ecclesiæ non est à peccato: sed dicuntur diaconi purgare, inquantum vel immundos eiiciunt à cœtu fidelium, vel eos acris admonitionibus disponunt ad sacrorum receptionem. Similiter etiam sacerdotes illuminare dicuntur sacrum populum: non quidem gratiam infundendo, sed sacramenta gratiæ tradendo, ut patet per Dion.* ibidem.

¶ Ad secundum dicendum, quòd orationes quæ dicuntur in sacramentorum collatione proponuntur Deo, non ex parte singularis personæ, sed ex parte totius ecclesiæ, cuius preces sunt apud Deum exaudibiles, secundum illud Matt. 18. si duo ex vobis cõ senserint super terram, de omni re quãcumque petierint, fiet illis à pr̃e meo. Nihil tamen prohibet, quin deuotio viri iusti, ad hoc aliquid operetur: illud tamen, quod est sacramenti effectus, non impetratur oratione ecclesiæ vel ministri, sed ex merito passionis Christi, cuius virtus operatur in sacramentis, vt dictum est. * vnde effectus sacr̃i non datur melior per melioreм ministrum. Aliquid tamen annexum impetrari põt recipienti sacr̃m, per deuotionem ministri: nec tamẽ ministeriũ sacramenti impetrare, ac p hoc maioritas gratiæ potest habere rationem annexi impetrabilis ex ministri deuotione. Nec propterea sequitur, quòd maior, seu melior effectus sacramenti detur per melioreм ministrum: quoniam maioritas illa impetrata non haberet rationem effectus sacramenti, sed rationem annexi effectui sacramenti, & esset effectus a solo Deo concomitanter ad sacramentum impetratus ex deuotione ministri.

q.62.ar.q.

Articvlvs II.

Vtrum sacramenta sint solum ex institutione diuina.

AD Secundum sic proceditur. Vr̃ q sacramenta non sint solum ex institutione diuina. Ea enim quæ sunt

¶ Super quæstionis 64. Art. II.

TItulus clarus est.

¶ In corpore vna conclusio, solus Deus est sacramentorum insti-

Universidad de Deusto
Biblioteca

institutor. Probatur: Virtus sacramenti est ab instituente sacramenti, sed virtus sacramenti est a solo Deo. ergo solus Deus est sacramentorum institutor. Maior probatur. Instrumentum habet virtutem a principali agente sacramentum est instrumentum ad spirituales effectus, & principale agens respectu sacramenti, nō est utens tantum sacramento, sed instituens ipsum. ergo virtus sacramēti est ab instituente ipso. Processus totus est clarus. Et secunda pars minoris istius ꝙ syllogismi declaratur in litera, distinguēdo duplex agens respectu sacramenti, & ex exclusione unius mēbri. s. agentis per modum utentis instrumento, relinquum, s. agens instituendo, esse agens principale, ac per hoc a quo est virtus sacramenti.

*li.22.c.6. parum ante me.to.5.

¶ Nota hic, ꝙ hæc ratio directe, & formaliter licet non æstimetur a negantibus uirtutes in sacramētis, æquiualenter tamen hæc ratio omnes continent, consentes sacramenta conferre gratiā siue per uirtutem in eis, siue per diuinam assistentiā solam: quoniam par est ratio de uirtute instrumenti, si ponatur vis aliqua in eo, & si ponatur absque huiusmodi efficax, quia efficacia instrumenti ad huiusmodi spiritualem effectum non nisi a Deo, non nisi ab instituente signum illud esse pōt, quā doquidem a ministro utente solum, cōstat esse nō posse, quia minister tātum est, vt in litera dicitur.

Ar.præc. & q.62 art.1. & 5.

Ar. præ.

¶ *Super quæstionis 64. Articulum tertium.*

TItulus clarus est.

¶ In corpore vna est conclusio, habens tres partes: Christus, inquantum Deus, habet potestatem auctoritatis in sacris, in quantum vero homo, habet potestatē ministerii principalis, siue potestatem excellētiæ, consistēn tē in qua tuor. Conclusio hæc, quia de potestate loquitur (de qua quæstum est in titulo) & potentia per actū cognoscitur, ideo ab operatione in litera manifestatur. Et quo ad primā quidem partem, quia Deus auctoritatiue operatur, quo ad secundam uero, quia Christus, secundum ꝙ homo, operatur in sacramentis meritorie, & effectiue, quod probatur, quia passio Christi est causa iustificationis nostræ meritorie, & effectiue. Et hoc vltimum declaratur, ꝙ non effectiue principaliter, sed per modum instrumenti, non cuiuscunque, sed cōiūcti diuinitati in persona, & propterea principalitatem & causalitatem obtinentis respectu extrinsecorum, pura ministrorum ecclesiæ & sacramentorum. Tertia autem pars cōclusionis probatur manifestando illi quatuor (quæ sunt meritum, nomen institutio, & independentia) & probando singula propriis rationibus, excepto primo, qđ tractatum fuit in quinto ar.q.62.

*li.1.de sacra.p.9.c.2

* Alias affectus.

Infra art.4. & q.63.q.1.ar.1.& q.3.ar.2.q.6.

1.ad Corin.11. Cætera cum venero, disponam.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ res sensibiles aptitudinem quandam habent ad significandum spirituales effectus ex sui natura: sed ista aptitudo determinatur ad specialem significationem ex institutione diuina. & hoc est quod Hugo * de sancto Vict. dicit, ꝙ sacramentum ex institutione significat. Prælegit tamen Deus quasdam res aliis ad significationes sacramentales, non quia ad eas cōtrahatur eius *effectus, sed ut sit conuenientior significatio.

¶ Ad tertium dicendum, quòd apostoli, & eorum successores, sunt vicarii Dei, quantum ad regimen ecclesiæ constitutæ per fidem & fidei sacramēta: vnde sicut non licet eis constituere aliam ecclesiam, ita non licet eis tradere aliam fidem, neq; instituere alia sacramenta: sed per sacramenta, quæ ce latere Christi pendētis in cruce fluxerunt, dicitur esse fabricata ecclesia Christi.

ARTICVLVS III.

Vtrum Christus, secūdum quòd homo, habuerit potestatem operandi interiorē effectum sacramentorum.

AD Tertium sic proceditur. Videtur quòd Christus, secundum ꝙ homo, habuerit potestatem operandi interiorem effectum sacramentorū. Dicit enim Ioan. Baptista, vt habetur Ioann. 1. Qui me misit baptizare in aqua, ille mihi dixit: super quem videris Spiritum descendentem & manentem super eum, hic est qui baptizat in Spiritusancto, sed baptizare in Spiritusancto est interius gratiam Spiritus sancti conferre. Spiritussanctus autem descendit super Christum, inquantum homo, non inquantum Deus, quia sic ipse dat Spiritum sanctum. ergo vī ꝙ Christus secundum ꝙ homo, habuerit potestatem interiorem effectum sacramentorum causandi.

¶ 2 Præter. Matt. 9. Dominus dicit, Sciatis quia filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata, sed remissio peccatorum est interior effectus sacramenti. ergo vī ꝙ Christus, secundum ꝙ homo, interiorem effectum sacramentorum operetur.

¶ 3 Præt. Institutio sacramentorum pertinet ad eū, qui tamquam principale agens operatur ad interiorem sacramenti effectum: manifestum est autem, ꝙ Christus sacramenta instituit. ergo ipse est, qui interius operatur sacramentorum effectum.

¶ 4 Præterea. Nullus potest sine sacramento effectū sacramenti conferre, nisi propria virtute sacramenti effectum operetur: sed Christus sine sacramento contulit sacramenti effectum, vt patet in Magdalena, cui dixit, Dimittuntur tibi peccata. ergo videtur quòd Christus, secundum quòd homo, operetur interiorem sacramenti effectum.

¶ 5 Præ.

¶ 5 Præterea. Illud, in cuius virtute sacramentum operatur, est principale agens ad interiorem effectum: sed sacramenta habent virtutem ex passione Christi, & inuocatione nominis eius, secundum illud 1. ad Corinth. 1. Numquid Paulus pro vobis crucifixus est, aut in noīe Pauli baptizati estis? ergo Christus inquantum homo, operatur interiorem effectum sacramenti.

*Hſ 1.q.1.c. Multi sæcularium, a med. illius. Simile hēt Aug. lib.3. contra Donatist. c.10 a med.to.7

¶ Sed contra est, quòd Aug.* dicit, ꝙ in sacramentis diuina virtus secretius operatur salutem. Diuina autem virtus est Christi, secundum ꝙ est Deus, non autem secundum ꝙ est homo. ergo Christus non operatur interiorem sacramenti effectum, secundum ꝙ est homo, sed secundū ꝙ est Deus.

q.48.& 49.

¶ Respondeo dicendum, quòd interiorem sacramentorum effectum operatur Christus, & secundum quòd est Deus, & secundum ꝙ est homo: aliter tamen & aliter. Nam secundum quòd est Deus, operatur in sacramentis per auctoritatem: secundum autem ꝙ est homo, operatur ad interiores effectus sacramentorum meritoriè & efficienter, sed instrumentaliter. Dictum est* enim, quòd passio Christi, quę competit ei secundum humanam naturam causa est nostræ iustificationis, & meritoriè & effectiuè, non quidem per modum principalis agētis, siue per auctoritatem, sed per modum instrumenti, inquantum humanitas est instrumentū diuinitatis eius, vt supra dictum est.* Sed tamen quia est instrumentum coniunctum diuinitati in persona, habet quandam principalitatem & causalitatem respectu instrumentorum extrinsecorum, qui sunt ministri ecclesiæ, vt ex supradictis patet.† Et ideo sicut Christus inquantum Deus, habet potestatem auctoritatis in sacramentis, ita inquantum homo, habet potestatem ministerii principalis, siue potestatem excellentiæ: quæ quidem consistit in quatuor. Primo quidem in hoc, ꝙ meritum & virtus passionis eius operatur in sacramentis, ut supra dictum est. †Et quia virtus passionis copulatur nobis per fidem (secundum illud Roma. 3. Quem proposuit Deus propitiatorem per fidem in sanguine ipsius) quam fidem per inuocationem nominis Christi protestamur, ideo secundo ad potestatem excellentiæ, quam Christus habet in sacramentis, pertinet quòd in eius nomine sacramenta sanctificantur. Et quia ex eius institutione sacramenta virtutem obtinent, inde est ꝙ tertio ad excellentiam potestatis Christi pertinet, ꝙ ipse qui dedit virtutem sacramentis, potuit instituere sacramenta. Et quia causa non dependet ab effectu, sed potius econuerso, ideo quarto ad excellentiam potestatis Christi pertinet, quòd ipse potuit effectum sacramentorum sine exteriori sacramēto conferre Et per hoc patet responsio ad obiecta: vtraq. enim pars obiectionum, secundum aliquid vera est, vt dictum est.†

q.62.ar.5.

Ar.1. huius quæst.

In corp.ar.

ARTICVLVS IIII.

¶ Super quæstionis 64. Articulum quartum. *Vtrum Christus potestatem suā, quam habuit in sacramentis, potuerit ministris communicare.*

TItulus ex dictis in præcedentibus articul. clarus est.

353 4.dist.5.q.1. ar.2.& ar.3 q.1.& 2.

¶ In corpore vna distinctio bimembris de duplici potestate auctoritatis scilicet, & excellentiæ. est cū duabus conclusionibus. Quarum prima est negativa. s. Christus potestatem auctoritatis nulli potuit cōmunicare. Probatur: quia est incōmunicabilis, ut dicitur a Philosopho. Secūda est: Christus potestatem excellentiæ potuit cōmunicare. Declaratur & probatur. Declaratur quidem numerando singula, in quibus consistit potestas excellentiæ. Probatur aūt: quia intima coniunctum, quanto virtuosius est, tanto plus potuit mereri in ministros separatum: ꝙ manifestatur in manu, & baculo.

*li.3 cōtra Max. ca.7. ad fi. to.6.

¶ Aduerte hic primo, ꝙ Auctor hoc in loco soluit quæstionem motā a Magistro sen. in 5.dist.24. & ab eodem minus solutā melioriq; iudicio reseruatam.

¶ Aduerte secūdo, Auctorem formaliter de Christo habente potestatē excellentiæ loqui & propterea non ex pūcte diuina, sed ex pūcte instrumenti coniuncti potentiam cōcandi prouasit.

*Trac.72. in Ioā. post me.to.9. *Alias ministeris.

Ar. præce.

¶ Aduerte tertio, auctorem expresse hic dicere, ꝙ Christus potuit cōicare hoī puro, ut sacramentorum effectum conferret solo imperio: habes.n.hic, ꝙ potestas conferendi gratiam communicabilis est homini: principalis.n. & cōis sacramentorū effectus est gratia, ut superius patet, & idem apparet hic in respōsione ad tertium, si recte conferatur eū argumento.

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ Christus non ex inuidia prætermisit potestatem excellentiæ, ecclesiæ ministris cōicare: sed propter fidelium vtilitatē, ne in hoīe spem ponerent, & ne essent diuersa sacra. Ex quibus diuisio in ecclesia oriretur: sicut apud illos, qui dicebant, ego sum Pauli, ego autem Apollo, ego vero Cephæ, vt dicitur 1.ad Cor. 1.

*Trac.5 in Euan. Ioan. non multū ante med. to.9.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ obiectio illa procedit de potestate auctoritatis, quæ conuenit Christo secundū ꝙ est Deus: licet & potestas excellentiæ, possit auctoritas nominari per comparationem ad alios ministros: vn de super illud 1.ad Cor. 1. Diuisus est Christus, dicit gl. †ꝙ potuit eis dare auctoritatem baptismi, quibus contulit ministerium.

Gl. ord. ibi.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ad hoc inconueniens euitan-

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Super quæstionis 64. Articulum quintum.

TItulus clarus.

¶ In corpore vna est conclusio: Ministri ecclesiæ possunt sacra conferre, & si sint mali. Probatur: Ministri ecclesiæ instrumentaliter operãtur in sacris, ergo possunt sacramenta, conferre etiã si sint mali. Antecedens probatur, ex eo q̃ eadem est rõ ministri & instrumenti. Consequẽtia uero probatur, ex eo q̃ instrumẽtum non propria virtute: sed uirtute principalis agẽtis operatur, quod probatur ab effectu, quia hinc est, q̃ instrumento addidit omnis forma præter id, q̃d exigitur ad iustũ rõnem, quod duplici exemplo in litera manifestatur.

¶ Circa hanc consequentiã, seu rationem dubium occurrit: q̃m implicite petit principium. Oportet enim ad integrandũ processum hũc, subsumere, q̃ boni tas, vel malitia ministri est accidẽs: & non ex actu ad rationem iustũ ministrantis sacra. Hoc autem supponere, perinde est ac si supponeretur conclusio, eiusdem enim rationis est, q̃ bonitas, uel malitia accidat instrumento, seu ministro sacramẽtorũ, & q̃ cum malitia possit minister cõferre sacrãm: q̃m. ac etiam, siue ad sint, siue absint, nõ variant potestatẽ.

¶ Ad hoc dicit, q̃ studium Auctoris fuit ad reddendum rationẽ conclusionis, potius quã ad ipsam conclusionem. Omnis enim quæstio est medii, ut dicitur in secundo Poste. & præcipue quando conclusionis ueritas habetur pro euidente, ut est in proposito. Et propterea in litera negauit auctor subsumere de bonitate uel malitia, & euitandum, ne scilicet multa capita in ecclesia essent, Christus noluit potestatem suæ excellentiæ ministris cõmunicare, si tamen communicasset, ipse esset caput principaliter, alii uero secundario.

ARTICVLVS V.

Vtrum per malos ministros sacramenta conferri possunt.

AD Quintum sic proceditur. Videtur quòd per malos ministros sacramenta conferri non possint. Sacramenta. n. noue legis, ordinantur ad emundationem culpæ, & collationem gratiæ: sed mali, cum sint immundi, non possunt alios à peccato mundare (secundum illud Eccle. 34. Ab immũdo quis mundabitur?) & etiam cum gratiam non habeant, non videtur q̃ gratiam conferre possint, quia nullus dat quod non habet. non ergo videtur quòd per malos sacramenta conferri possint.

¶ 2 Præ. Tota virtus sacramentorum deriuatur à Christo, ut dictum est. † sed mali sunt præcisi à Christo: quia non habent charitatem, per quã membra capiti vniuntur, secundum illud 1. Io. 4. Qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. ergo videt q̃ per malos sacramenta conferri nõ possint.

¶ 3 Præterea. Si desit aliquid horum, quæ debitum est esse in sacramẽtis. non perficitur sacramentum: sicut si desit debita forma, vel debita materia, sed debitus minister sacramẽti est ille, qui caret macula peccati, secundũ illud Leui. 21. Homo de semine tuo per familias, qui habuerit maculã, nõ offeret panes Deo suo, nec accedet ad ministerium eius. ergo vi q̃ si minister sit malus, nihil efficiatur in sacramento.

¶ Sed contra est, quòd Augustin. *dicit super illud Ioan. 1. super quem videris spiritum, &c. Quid non nouerat Ioannes? potestatem baptismi, ipsum Dominum habiturum, & sibi retenturum, sed ministerium plane transiturum in bonos & malos. quid tibi facit malus minister, vbi bonus est dominus?

¶ Respondeo dicendum, quòd sicut dictum est, † ministri ecclesiæ instrumentaliter operantur in sacramẽtis, eo quòd quodammodo eadem ratio est ministri & instrumenti: sicut autem supra dictum est †. *instrumẽtum non agit secundum propriam formam aut virtutem, sed secundum virtutem eius, à quo mouetur. Et ideo accidit instrumento, in quantum est instrumentum, qualemcumq; formã, vel virtutem habeat, præter id, quod exigitur ad rationem instrumenti, sicut q̃ corpus medici (quod est instrumentum animæ habentis artem) sit sanum vel infirmum, & sicut q̃ fistula per quam transit aqua, sit argẽtea uel plumbea: vnde ministri ecclesiæ possunt sacramenta conferre, etiã si sint mali.

¶ Ad primum ergo dicendum, quod ministri ecclesiæ neque à peccatis mundant homines ad sacramenta accedentes, neque gratiam conferunt sua virtute, sed hoc facit Christus sua potestate per eos, sicut per quædam instrumenta, & ideo effectus consequitur, in suscipientibus sacramenta, non secundum similitudinem ministrorũ, sed secundum configurationem ad Christum.

¶ Ad secundum dicendum, quòd per charitatem membra Christi vniũtur suo capiti, vt ab eo vitã recipiant: quia vt dicitur 1. Ioan. 3. Qui non diligit, manet in morte: potest autem aliquis operari per instrumentum carẽs vita, & à se separatum, quantũ ad corporis vnionem, dummodo sit coniunctum per quandam motionem: aliter enim operatur artifex per manum, & aliter per securim. sic igitur Christus operatur in sacramẽtis & per bonos, tamquam per membra viuentia, & per malos, tamquam per instrumenta carentia uita.

¶ Ad tertium dicendum, quòd aliquid est debitum esse in sacramento dupliciter: vno modo, sicut existens de necessitate sacramenti, quod quidem si desit, non perficitur sacramentum: sicut, si desit debita forma, vel debita materia. Alio modo, est aliquid debitum esse in sacramento secũdum quandam decentiam, & hoc modo debitum est, vt ministri sacramentorum sint boni.

ARTICVLVS VI.

Vtrum mali ministrantes sacramenta, peccant.

AD Sextum sic proceditur. Videtur quòd mali ministrantes sacramenta, non peccent. Sicut enim ministratur Deo in sacramentis, ita per opera charitatis, vnde dicitur Hebræ. vltimo. beneficentiæ & communionis nolite obliuisci, talibus enim hostiis promeretur Deus: sed mali non peccant si ministrent Deo in operibus charitatis, quinimmo hoc est eis consulendum, secundum illud Dan. 4. Consilium meum tibi placeat, peccata tua eleemosynis redime. ergo vi q̃ mali non peccent in sacramentis ministrando.

¶ 2 Præterea. Quicumque communicat alicui in peccato, etiam ipse est reus peccati, secundum illud Rom. 1. ascendit ad unumquemlibet eorum rationem instrumenti, ut hæc habita summaria notitia propter quid mali ministri possunt conferre sacramenta, haberetur. Et est in promptu consequentiæ ratio ad præsentem materiam, quoniam bonitas vel malitia moralis hac ratione ad ministrum sacramentorũ necessaria creditur, si necessaria esset, quia nemo dat q̃d non habet. Quæ ratio in litera in primo argumento affertur, & dicitur fuisse Cypriani martyris. Ex hoc enim quòd minister instrumentaliter operatur, & instrumentum nõ propria, sed principalis agentis virtute efficit, consequens est manifeste, quòd ad efficacem collationem sacramenti nõ exigitur in ministro bonitas, qua sacramentum efficax conferat, idem est enim malitiã ministri impedire sacramenti effectum & ministrum agere propria virtute, quæ per malitiam tolleret. nulla est ergo petitio principii, sed claritas materiæ breuiorem effecit processum litteræ, in qua Auctor, quæ ratio ipsa à sacris doctoribus posita fuerat, vt patet in 4. d. 4. sen. vacauit probationi ipsius rationis. sufficiens sali ratione instituti & traditionis rẽ haberetur.

¶ Super quæstionis 64. Articulum sextum.

TItulus, vt sonat sumẽdus est.

¶ In corpore duæ conclusiones sunt. Prima est: Mali exhibentes se ministros Dei, & ecclesiæ in dispẽsatione sacramentorum, peccant. Secunda est q̃ hoc peccatum

peccatũ est ex suo genere mortale. Prima probatur, Quicumque operatur, non secundum q̃ oportet, peccat in operando: sed minister malus sacramenti operatur non secundum q̃ oportet. Probatur: quia ministri sacramentorum debent esse iusti: quia ministri debent conformari domino, vt testantur auctoritates scripturæ. Secunda vero conclusio probatur: quia hoc peccatũ pertinet ad irreuerentiam Dei, & contaminationem sacramentorum. Quæ particula declaratur, q̃ intelligitur nõ ex parte ipsorum sacramentorum, (quoniã ipsa sunt incõtaminabilia) sed ex parte ipsius peccatoris, sacrilegium committentis.

¶ Circa fundamentum huius processus, dubium occurrit, ex eo q̃ bonitas requiritur ad ministrum sacramentorum, secundum quãdam decentiam & conuenientiam, ut in præcedenti articulo ad tertium, & hic dicitur. Non est autem rationabile, quòd negatio conditionis requisitæ secundum decentiam cõstituat peccatum mortale. Digni sunt morte, non solum qui peccata faciunt, sed etiam qui consentiũt facientibus: sed si mali ministri peccent, sacramenta ministrando, illi qui ab eis sacramenta recipiunt, eis in peccato communicant. ergo etiam ipsi peccarent, quod videtur inconueniens.

¶ 3 Præterea. Nullus videtur esse proplexus: quia sic homo cogeretur desperare, quasi non potens peccatũ euadere: sed si mali peccarent, sacramenta tradendo, essent perplexi: quia etiam quandoque peccarent, si sacramenta non traderent: puta cum eis ex officio incumbit necessitas (dicitur enim primæ Coriath. 9. Væ mihi si non euangelizauero, necessitas enim mihi incumbit) quandoque etiam propter periculum: sicut si puer in periculo mortis existens, offerat alicui peccatori baptizandus. ergo videtur q̃ mali non peccent, sacramenta ministrando.

¶ Sed contra est, quòd Dionysi. dicit 1. cap. Eccles. hierarch. *quòd malis non est fas, nec tangere symbola, idest sacramentalia signa. Et in epistola ad Demophilum * dicit, Talis: scilicet peccator, audax videtur, sacerdotalibus manum apponens, & nõ timet neq; verecundatur, diuina præter diuinitatem exequens, & Deũ putans ignorare, quæ ipse in semetipso cognouit, & decipere æstimat falso nomine patrẽ ab ipso appellatum, & audet immundas infamias (non dicã orationes) super diuina signa Christi formiter enuntiare.

¶ Respond. Dicendum, quòd aliquis in agendo peccat, ex hoc quòd operatur, non secundum q̃ oportet, vt patet per Philosophum in 1i. Ethic. †Dictum est autem conueniens esse, vt sacramentorum ministri sint iusti, quia ministri debent domino conformari, secundum illud Leuit. 19. Sancti & ecclesiastici 10. Secundum iudicem populi, sic & ministri eius: & ideo non est dubium, quin mali exhibentes se ministros Dei, & ecclesiæ in dispensatione sacramentorum, peccent. d Et quia hoc peccatum pertinet ad irreuerentiam Dei, & contaminationem sacramentorum, quantum est ex parte ipsius peccatoris (licet sacramenta secundum seipsa incõtaminabilia sint) consequens est, q̃ tale peccatum ex genere suo sit mortale.

¶ Ad primum ergo dicendum, q̃ opera charitatis non sunt aliqua consecratione sanctificata, nisi sicut quædam iustitiæ partes: * & ideo homo qui se exhibet Deo ministrum in operibus charitatis, si sit iustus, amplius sanctificatur: si verò sit peccator, per hoc ad sanctitatem disponitur: sed sacramẽta in seipsis sanctificationem quandam habent per mysticam consecrationem, & ideo præexigitur in ministro sanctitas iustitiæ, vt cõgruat suo ministerio, & ideo incongruè agit & peccat, si in peccato existens ad tale ministerium accedat.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ ille qui ad sacramentum accedit, suscipit sacramenta à ministro ecclesiæ, non in quantum est talis persona, sed inquantum est minister ecclesiæ, & ideo quãdiu ab ecclesia toleratur in ministerio ille qui ab eo suscipit sacramentum, non communicat peccato eius, sed communicat ecclesiæ, quæ eum tamquam ministrum exhibet. Si verò ab ecclesia non toleretur (puta cum degradatur, vel excommunicatur uel suspẽditur) peccat, qui ab eo accipit sacramentum: quia communicat peccato ipsius.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ille, qui est in peccato mortali, non est perplexus simpliciter, si ex officio ei incumbat sacramenta dispensare: quia potest pœnitere de peccato, & licitè ministrare[*]. Non est autem inconueniens, quòd sit perplexus suppositio quodam, scilicet quòd velit remanere in peccato. In articulo tamen necessitatis non peccaret baptizando in casu in d quo etiam posset laicus baptizare: sic enim patet, quòd nõ exhiberet se ministrum ecclesiæ, sed subuenisi reductiue ad irreuerentiam Dei, & contaminationem sacramentorum spectat: directe. n. ipsius hominis malam dispositionẽ ponere vi. Est. n. dispositio quædam ipsius operantis magis, quã operationis, videturq. magis peccatum constituere præsumptionis, quam sacrilegii.

¶ Ad hoc dicitur, quòd duplex est sacramẽtalis potest sumi dupliciter: vel secundum rationem operis operati, & sic nõ exigit bonitatem, vel malitiam ministri, nisi secundũ quandam decentiam: & propterea siue bonus, siue malus sit minister, sacramentum verum & efficax est: vel secundum rationem operis operantis. Et sic exigit necessario bonitatem i ministro ad hoc, vt recta sit, & ratio assignata est in litera, & magis assignabitur cogens ratio in litera in responsione ad primum. Oportet enim actionem sacramentalem, si non solum in se recta eé debet, sed etiam secũdum q̃ exit a ministro, vt sit consona secundum rectam rationem, & Deo cuius est minister, & sacramentis quæ ministrat. Et ex parte quidem consonantis ad Deum, posita est ratio in hoc corpore artic. Ex parte vero cõformitatis ad sacramenta, ponitur ratio in responsione ad primum, & hinc patet ruere primam obiectionem.

¶ Ad ea uero, quæ obiiciuntur directe contra rationẽ peccati mortalis in hoc actu, dicitur q̃ debitum secundum decentiam ad opus operatum, est debitũ secundum necessitatem ad opus operantis ministri, & propterea non est mirum si eius absentia peccatum mortale constituat.

Et cum adhuc obiicitur ex eo, q̃ non quælibet irreuerentia sacramentorum est mortalis, respondetur hoc uerum esse propter imperfectionem aliquorum actuum irreuerentialiũ. In quolibet namque genere mortalis peccati, imperfectio actus excusat a mortali: ministrare autem sacramenta indigne nõ est actus imperfectus in genere sacrilegii: nec, vt vltima infertur obiectio, reductiue tantum ad sacrilegium spectat: sed directe ad contaminationem sacramentorum pertinet. possunt. n. sacramenta secũdum se incontaminabilia, dupliciter contaminari. s. vel vt egrediuntur a ministro, vel vt applicantur ad aliquid. Et hoc secundo modo sacrilegium est, vti sacramento ad alium finem, ut sortilegi faciunt. Primo autem modo sacrilegus est malus minister, a quo exit sacramentalis actio indigne, quantum. n. est ex parte ipsius ministri mali, maculatur actio illa, q̃m tractatur vt prophana, seu non sancta: hæc. n. est ratio assignata: quã si vis plenius intelligere, perspice vigorem eius ex auctoritate Apostoli

Infra ar. 9. cor. Et 4. d. 5. q. 2. ar. 2. Et d. 7. q. 3. ar. 1. q. 1. 2. Et di. 24. q. 3. ar. 3. q. 3. ad 3. Et 4. cõtra c. 76.

Ar. 3. huius quæst.

*Tra. 5. in Ioan. circa med. to. 94.

Art. 1. & 3. huius quæ.

q. 62. art. 2. & 3.

*cap. 1. eccle. hierar. declinãdo ad fin.

* Incipit hæc epistola: Hebræorum historiæ tradũt. parum ante med.

* Ex lib. 2. ethi. cap. 3. & 6. haberi põt. Et li. 3. c. 7. to. 5. ar. præ. ad 3

D. 392.

* Al. sed ipsa pertinẽt ad iustitiæ sanctitatẽ, sicut quædam iustitiæ partes.

D. 267.

355 4. di. 5. q. 2. arti. 2. q. 4. cor. Et di. 19 q. 2. artic. 1 cor. Et d. 24 q. 1. ar. 2. q. 2. & ar. 3. 3. 1. & 5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Apostoli dicentis de eucharistia, Qui manducat & bibit indigne, iudicium sibi manducat & bibit, non diiudicans corpus domini. Vbi rationem peccati mortalis assignauit, ex hoc quòd manducans, non diiudicat corpus Domini: hoc est non discernit corpus Domini ab aliis cibis, sed sumit ipsum, vt cibum prophanum, quoniam sumit ipsum indispositus ad illum, vt pote indignè. Idem enim accidit in male-ministro: nam ministrans indigne sacramentum, non diiudicat sacramentum, dum non discernit illud, vt a se egreditur a prophanis, sed se habet ad sacramentalem actionem, vt prophanam, dum indigne illam exercet. hoc enim est contaminare sacramenta ex parte ipsius ministrantis, seu recipientis, & præsumptio ministri mali non est qualiscumque, sed sacrilega præsumptio, sicut & præsumptio audientis indigne recipere sacramenta, sacrilega est.

¶ Circa vtramque conclusionem, aduerte diligenter & caute conditiones in eis appositas in litera. Quarum prima est, quòd ministrans exhibitat se ministrum Dei & ecclesiæ, secundo dicit, q̃ ministret sacramentum. tertia est, quòd tale peccatum est mortale, non quomodolibet, sed ex suo genere. Dicet enim per hæc Auctor requiri ad hoc, quòd huiusmodi peccatum sit mortale duo. primo, q̃ exhibeat se ministrum: secundo, q̃ tale ministerium sit actio sacramentalis: vtra q̃ si alterum horum defuerit, nó habes hinc mortale peccatum in ministeriis sacris. Docet rursus q̃ si aliqua administratio sacramenti a malo ministro exercita imperfectionem actus compatitur, non erit peccatu mortale: licet mali ministri administratio sacramentalis hẽat ex suo genere peccatum mortale.

¶ Aduerte secundo, quòd duabus existentibus rationibus peccati in huiusmodi ministerio (scilicet ex parte dissortitatis ministri ad Deum, cuius est minister, & ex parte contaminationis sacramentorum, quæ administrantur) Auctor in hoc corpore articuli ex prima ratione probauit ministerium mali ministri esse peccatum: ex secunda autem ratione probauit illud esse peccatum mortale. Tantam autem differentiam inter has rationes insinuauit, quòd secunda vsus est in responsione ad primum, vt causa propria. primam autem rationem non tanti fecit. De vtraque autem diffusior erit sermo, & ambarum efficaciæ magis patebunt,

¶ In responsione ad primum, aduerte & percipe Auctorem vti regula illa posteriorifica, si affirmatio est causa affirmationis, negatio est causa negationis. dum ex hoc q̃ sacramenta sunt opera consecrationis sanctificata, infert in ministro præexigi sanctitatem iustitiæ, & ex hoc q̃ opera charitatis non sunt aliqua cõsecratione sanctificata, infert in Dei ministro respectu eorum nõ exigi sanctitatem iustitiæ: nam si este enim ex hoc significat, hãc esse propriam causam mortalis peccati, vel non mortalis peccati in administrationibus sacris, quoniam regula illa in solis propriis causis tenet: vtra. quòd cum quæritio aliqua de peccatõ mortali in operationibus sacris contingit ex parte maluæ ministri, intuendum est, an illa operatio, ad quam quis malus exhibet se ministrum, sit aliqua consecratione sanctificata (quales sunt omnes actus sacrorum ordinum) an non sit consecrata. Et si est de numero consecratarum, concluditur hinc mortale peccatum in malo ministro, & si non est de numero consecratarum ex eusatur hinc minister malus a mortali peccato. Et est semper sermo de ministro malo, malitia peccati mortalis in se existentis.

¶ Hanc doctrinam, quia diffuse tractaui in quolibetis, ne eadem repetantur, modo pertranseo: vnum tantum adiicio, q̃ videtur mihi modo actum prædicandi esse de numero actuum consecratorum. quia est actus, ad quem minister consecratur: nam eius minister ex officio est episcopus primo, & secundario sacerdos. Nec obstat, actum istum ex institutione ecclesiæ appropriatum esse sacro ordini, quoniam institutio ecclesiæ, vel diuina, ad differentiam originis spectat, & non ad differentiam formalem: extat haec si quidem hominem ab ecclesiã, sacrilegium formaliter est: licet ex institutione ecclesiæ actus iste subtractus sit sacrilegio. Et similiter comedere semel in die (vt fit in Quadragesima) abstinentia formaliter est, quamuis ex ecclesiæ statuto sub abstinentiæ specie positum sit. Et similiter in proposito licet prædicatio ex auctoritate ecclesiæ facta, sit actus ordinis, sub specie tamen actuum ordinis formaliter comprehenditur: ac per hoc inter opera consecrata computanda est, ea ratione: quia ad ipsam sicut & ad alios actus ordinis consecrari oportet ministrum. Et propterea secundum doctrinam hinc habitam minister malus prædicans, mortaliter peccat, sicut qui indigne administrat alios actus sacrorum ordinum.

¶ In responsione ad secundum, aduerte quòd non loquitur litera de inducente indignum ministrum ad sacramenti exhibitionem: sed de accipiente sacramentum ab indigno ministro: quod ideo dixerim, quia alia quæstio est, an liceat accipere sacramentum ab indigno ministro, & alia quæstio est, an liceat inducere ad administrationem sacramenti ministrum indignum. Prima quæstio hic soluitur, de secunda nihil dicitur: sed facile solui potest secunda, dicendo, quòd licet nusquam liceat inducere hominem ad peccandum, vtitamen licet iniquitate alterius. Et propterea in duobus casibus licet inducere indignum ministrum ad exhibitionem sacramenti. Primus est, si minister tenetur ad huiusmodi exhibitionem: quia nemo peccat petendo actum sibi debitum a suo debitore. Et hac ratione excusantur, qui a suo curato tenente concubinam, sacramenta petunt. Secundus est articulus necessitatis, ex parte petentis cum dispositione præparationis ex parte ministri: hoc est q̃ minister sit paratus ministrare sacramentum, & homo egeat illo: eadẽ itaque ratione, quia licitum est indigenti petere mutuum ab vsurario, licitum quoque est indigenti petere sacramentum ab indigno parato ad ministrandum.

¶ In eadem responsione circa acceptionem sacramenti a ministro excõicato &c. nota primo, q̃ hæc doctrina intelligitur cessante extrema necessitate baptismi. Excipit. n. ipse Auctor in 4. sen. di. 4. casum necessitatis, quo fi. posset quis a iudæo vel pagano baptismum recipere. Secundo, q̃ hodie ex indulto concilii Constantiensis sub Martino quinto, licitum est ab excommunicatis ministris recipere sacramenta, nisi in duobus casibus, hoc est si nominatim denuntiatus fuerit excommunicatus aut suspensus, &c. vel si propter iniectionem manus violentæ in clericum notorie constiterit in excommunicationem incidisse, vt refert dominus Antoninus archiepiscopus Flor. in suæ summæ parte 3. titu. 26. cap. 3.

¶ In responsione ad tertium, circa illud, In art. tamen necessitatis non peccaret baptizando, &c. dubium primo occurrit, pp relatas a Durando rationes ad oppositum in 4. sen. d. 5. art. 2. Et prima est, contra excusationem ex articulo necessitatis: quia ea sue exitabilis solo voluntatis proprie arbitrio non constituit articulum necessitatis: sed sic est in proposito, quia indignus minister potest statim conferi, si vult, & transire de malo in bonum: ac per hoc non est casus necessitans ministrum, cum indignitate ad baptizandum. Secunda vero ratio contra excusationem ex persona non ministri tendit: quia quicumq. baptizat siue uetula, siue paganus, baptizat vt minister principalis agentis, qui est Christus: est. n. minister de necessitate sacri baptismi, sicut & forma & materia. Falsum ergo, q̃ baptizans in necessitate non exhibeat se ministrum ecclesiæ ac per hoc, non inde excusatur si indignus baptizat.

¶ Dubium secundo est, an Auctor in litera intendat excusare sacerdotem indignum in articulo necessitatis baptizantem, & si baptizet cum solemnitate quãm si sine solemnitate, vel intendat solum excusare baptizantem sine solemnitate. Et est ratio dubitandi in litera hac nulla fit mentio de solemnitate, & consequenter videtur excusari, vtroque modo baptizans, dummodo baptizet, ut subueniat necessitatem patienti in casu, in quo laicus posset: sic enim in litera dicitur. In oppositum autem est quòd ab Auctore dicitur in quarto sentent. de baptizante cum solemnitate.

¶ Dubium tertio occurrit, quo pacto potest stare doctrina hæc cum superius dictis, scilicet ministratio sacramenti est ex suo genere peccatum mortale, si minister sit indignus. Nam si sic est, sine quauis alia ratione, semper sequitur, quòd actum exercet a quo ex suo genere est peccatum mortale: pura contaminare sacramenta, quantum ex ipso est. Constat enim, quòd in cæteris actibus, qui de suo genere sunt peccata mortalia, variati conditio agentis non excusat a mortali, vt patet de adulterio, furto, & alijs. Aut igitur hoc non est mortale ex genere: aut quilibet indigne ministrans, peccat mortaliter.

¶ Ad euidentiam horum, sciendum est, q̃ præsentis doctrinæ sensus est in articulo necessitatis, quo laico licet baptizare, si sacerdos baptizet (proculdubio sine solennitate) non peccat: quãuis in peccato mortali sit. Et ratio assignatur, quia tunc non gerit personam ministri ex officio, quem probatum est oportere esse iustum, sed gerit personam ministerialiter subuenientis necessitatem patienti. Vnde ad rationem primam in primo dubio allatam, dicitur quòd necessitas excusans malum ministrum, non est necessitas impossibilis contritionis, vt argumentum intelligit: quoniam in instanti potest quis contritionem habere de infinitis peccatis: sed est necessitas cogens hominem baptizatum ad exhibendum se, non vt ministrum ex officio, ex hoc namque quòd minister ibi concurrit, non vt minister ex officio necessitate hoc exigente, a peccato excusatur. Et per hoc patet solutio secundæ rationis: distinctum siquidem est de ministro vel ex officio, vel ex articulo necessitatis. Et licet quicumque baptizet, fit ministret Christi & ecclesiæ altero modo, non tamen semper est minister ex officio, de quo solo probatum est, q̃ oporteat esse iustum.

¶ Et per hoc patet solutio secundi dubii; nam si articulus necessitatis pateretur ministrum, cum solennitate baptizare, non essemus in casu, in quo laicus posset baptizare. Et rursus, si cum solennitate baptizaret, manifeste constat, q̃ exhiberet se, vt ministrum ex officio. Ex vtroque ergo capite, hoc est ex casu, in quo laicus ppsset baptizare, & ex hoc quod dr, q̃ non exhiberet se, vt ministrum ex officio manifeste patet, q̃ Auctor non intendit excusare huiusmodi sacerdotem, nisi in casu, in quo cogitur sine solennitate baptizare.

¶ Ad tertium dubium dicitur, quòd quia baptizans in articulo necessitatis, deficit, per defectum ministerij (cum non ministret ex officio) ideo operatio sua imperfectum quid actus refert ad administrationis sacramentorum non ex parte obiecti (hoc est sacramenti) sed ex parte agentis, hoc est ministri: non enim exercet ministerium a ministro ex officio, sed a nudum ministrum habente, ex quibus autem imperfectione, actus excusatur a mortali, non tam administrativo exercitio indigne habet rationem mortalis, pro quanto exit ab agente, & non alter, vt in litera patet. Ex hoc. n. fit, vt quia administratio huiusmodi non exit ab agente proprio (hoc est ministro ex officio) non exeat etiã cum culpa mortali. Et propterea dicendum est, q̃ administratio sacramenti ab indigno ministro ex officio, est mortale ex suo genere, sicut de virginitate verbum dicendum. Sunt obiectiones: si sit absolute dicatur, q̃ indigne administratio est peccatũ mortale ex suo genere: verum dicit, quoniam subintelligitur a proprio ministro.

¶ Nec obstat obiectio de adulterio & himoi, quoniam conditio agentis, hoc sacrilegio cõcurrit, vt pars integralis rationis formalis peccati mortalis ex suo genere, & sicut ad rationem furti nõ sufficit, quòd sit acceptio rei alterius, sed oportet, q̃ sit inuito domino, ita ad talem sacrilegium non sufficit, q̃ sit administratio ab homine malo, sed exigitur, quòd sit etiam a ministro ex officio, vt fit. Et ratio est assignata in litera: quia sanctis ministris, non nisi sanctus conuenit ministret, qui, per se loquendo, non est nisi minister ex officio.

q. 67. art. 3. & 4.

356 4. di. 5. q. 2. aa, 3.

*ca. 9. cæle. hierar. parum ante med.

fq præced. ar. 5.

*q. 8. art. 7.

¶ Super quæstionis sexagesimæquartæ. Articulum septimum.

IN titulo est sermo de angelis quo ad naturam, siue boni, siue mali sint. Et rursus est sermo de potestate ordinaria, hoc est, secundum communem cursum ordinis instituti a Deo, angeli possint ministrare sacramenta.

¶ In corpore art. qui per sunt. Primo respondetur quæsito. deinde ad bonitatem doctrinæ, tractatur de potestate delegabili ipsis angelis: vbi tria dicuntur, vt patebit.

¶ Quo ad primum, concluso est, angeli non possint ministrare sacramenta. Probatur: Tota virtus sacramentorum emanat a Christo patiente. ergo ad homines & non ad angelos pertinet ministrare sacramenta. Consequentia probatur ex duobus. Primo, ex dissimilitudine naturæ, vt scilicet Christo homines nõ angeli assimilantur in natura. Secundo quia Christus patiens inquantum patiens, fuit minor angelis: minister autem non debet esse maior principali agente, vt contingit ex dicta propositio. Si sanctis angeli essent ordinarie ministri Christi, per ea quæ dicta sunt, concludo est, q̃ potest conferri angelis, q̃ administrent sacramenta. Probatur, quia Deus non alligauit immediate suam virtutem ministerio ecclesiæ, sicut necessitatem sacramentis. Ratio conclusio est de exercitio administrationis sacramentorum a bonis angelis. Si administrarent sancti angeli sacramentum aliquod, deberet haberi pro vero sacramento. Probatur: quia sancti angeli sunt boni veritatis. Quarto est. Si dæmones aliquid huiusmodi facerent, habendum esset pro fictio: quia spiritus mendacii.

¶ Aliter hoc in loco, q̃ in ea prima conclusione Scotus in 4. sentẽ dist. 6. q. 1. opinatur oppositum, tenẽs, q̃ omne suppositum intellectuale nullis naturæ potest sacramentum aliquod conferre, saltem baptismi. Et ratio sua est: quia potest ablutio aqua hominem proferendo verba debita, & habere intentionem faciendi, quæ sicut eccl. fiat: hæc enim tria requiruntur, & sufficiunt ad ministrum, & hæc omnia potest angelus in assumpto corpore exercere.

*q. præsen ti ar. 3.

¶ Rationabilior autẽ Auctoris positio, ex allatis in litera inuenitur: fundata enim est super auctoritate Apostoli ad Hebr. 5. vbi pontificem omnem hominem declarat vnde magnum argumentũ assimitur ad propositum, q̃ si maximum ministeriũ ecclesiæ soli homini conuenit, ita q̃ angelis denegatur (quale est pontificatus) multo magis minima ministeria ecclesiæ, angelis denegantur. Fundatur & super ratione, quia ministri debent assimilari principali agenti. Ratio autem Scoti deficit in hoc manifeste, quòd æquiuoce vtitur loquutione. Locutio enim requisita ad ministrum sacramenti, est actus vitalis loquentis: locutio autem angeli in corpore assumpto, est motus corporis non viuentis, vt patet. Potest quoque dici, quòd deficit in alio, scilicet quòd applicatio sacramenti debet fieri per instrumentum coniunctum primo, & mediante illo per instrumentum separatum, quod hic non haberet locum. Et quamuis hoc non multum vrgeat, primus tamen defectus cogit. Et quia primus defectus inuenitur in omni supposito rationali extra humanam speciem, ideo oportet hominem esse, qui ministret sacramenta. Et sic patet, quòd minor Scoti est falsa, vnuocce sumendo rationem verborum: aut maior est falsa, si proli tionem verborum sumat quouis modo præter principalem defectum prius dictum, scilicet, quòd oportet baptizantem esse Christi ministrum, ac per hoc Christo homine non maiorem, sed conformem in natura.

¶ Super

ARTICVLVS VII.

Vtrum angeli possint sacramenta ministrare.

AD septimum sic proceditur. Videtur quòd angeli possit sacramenta ministrare. Quicquid enim potest minister inferior potest & superior: sicut quicquid potest diaconus, pót sacerdos, sed non conuertitur: sed angeli sunt superiores ministri in ordine hierarchico, quãm etiam quicumque homines, vt patet per Dion. in lib. cæle. hierar. ergo cum homines possunt ministrare in sacris, vr q̃ multo magis angeli.

¶ 2. Præter. Homines sancti assimilantur angelis in cælo, vt dr Matt. 22. sed a ioni sancti in cælo existẽtes, possent ministrare in sacramẽtis: quia character sacramentalis est indelebilis, vt dictum est. † ergo vr q̃ etiam angeli possint in sacramentis ministrare.

¶ 3. Præterea. Sicut supra dictum est, * diabolus est caput malorũ, & mali sunt mẽbra eius: sed per malos possunt ministrari sacra. ergo vr q̃ etiam per dæmones.

¶ Sed contra est, quòd dr Hebræ. 5. Omnis pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in his, quæ sunt ad Deum, sed angeli boni, vel mali non sunt ex hominibus. ergo ipsi non constituuntur ministri in his, quæ sunt ad Deum, videlicet in sacramentis.

¶ Respondeo dicendum, quòd, sicut supra dictum est *, tota virtus sacramentorum a passione Christi derivatur, quæ est Christi, secundum q̃ est homo: cui in natura conformantur homines, non autem angeli, sed potius secundum passionem ut modico ab angelis minoratus, vt patet Hebræ. 2. & ideo ad homines pertinet dispensare sacramenta, & in eis ministrare, non autem ad angelos: sciendum tamen q̃ sicut Deus virtutem suam non alligauit sacramentis, quin possit sine sacramentis effectum sacramentorum conferre, ita etiam virtutem suam non alligauit ecclesiæ ministris, quin etiam angelis possit virtutem tribuere ministrandi in sacramentis. Et quia boni angeli sunt nuntii veritatis, si aliquod sacramenta le ministerium a bonis angelis perficeretur, esset ratum habendum; quia deberet constare hoc fieri voluntate diuina, sicut quædam tẽpla dicuntur angelico ministerio consecrata. Si verò dæmones, qui sunt spiritus mendacii, aliquod sacramentale ministerium exhiberent, non esset ratũ habendum.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ illud, quod faciunt homines inferiori modo, scilicet per sensibilia sacramẽta, quæ sunt proportionata naturæ ipsorum, faciunt angeli tamquam superiores ministri superiori modo, scilicet inuisibiliter purgando, illuminando, & perficiendo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Super quæstionis 64. Art. VIII.

TIulus clarus est.

¶In corpore vnica conclusio: Intentio ministri exigitur ad perfectionem sacramenti. Prob. 1. quando aliquid se habet ad multa, oportet q̃ determinetur ad vnum, vt illud fiat: sed ea quæ aguntur in sacramẽtis, se habẽt ad multa, nisi per intentionem ministri determinentur ad vnum. ergo &c. Processus tot' clare patet in litera. Et confirmat: quia verba sacramentalia exprimunt ministri intentionem.

¶In responsione ad secundũ, nota primò nouitie pro claritate literæ, Auctorem referendo primam opinionem, narrare ipsam, primo quo ad hoc, quòd requiritur mentalis intentio, ita quòd si desit, non perficitur sacramentũ; secundo, quo ad hoc, quòd stante casu quo huiusmodi impedimẽto sacramenti accidederet (siue adultus siue puer esset, qui sacramentum susceperet) supplementum aliunde sortiretur, & puer quidem a Christo adultus autem ex propria fide & deuotione. Postea reprehendit Auctor hanc opinionem: quia non potest saluare supplementum characteris.

¶ Aduerte secũdo, quòd altera opinio ibidem subiuncta & approbata, non est intelligenda, vt verba sonant: puta quòd non requiritur in ministro intentio propriè mentalis, sed sufficit intentio ecclesiæ per verba expressa, q̃ quid intendat ipse minister interius: hic enim sensus cõtradicit expresse doctrinæ Auctoris i vltimo huius quæstionis art. dicentis, q̃ si minister non intendat sacramentum conferre, talis peruersitas tollit veritatem sacramenti, & infertur in q. 68. ar. 7. ad secundum

357 Sup. q. 60. ar. 8. cor. & 4. dis. 6. q. 1. ar. 1. q. 1. & d. 7. q. 1. ar. 1. q. 1 ad 1. & di. 8. q. 2. ar. 4. q. 1 ad 1. & d. 30. q. 1. ar. 3. ad 3.

¶ 65. ar. 3. & 4.

¶Ad secundum dicendum, q̃ sancti, qui sunt in cælo, sunt similes angelis, quantum ad participationem gloriæ, non autem quantum ad conditionem naturæ, & per consequens neque quãtum ad sacramenta.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ mali homines non habent, quòd possint ministrare in sacramentis, ex hoc, quòd per malitiam sunt membra diaboli: & ideo non sequitur quòd diabolus, qui est eorum caput, magis hoc possit.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum intentio ministri requiratur ad perfectionem sacramenti.

ADOctauum sic proceditur. Videtur quòd intentio ministri nõ requiratur ad perfectionem sacramenti. Minister enim in sacramento instrumentaliter operatur: sed actio nõ perficitur secundum intentionem instrumenti, sed secundum intentionem principalis agentis. ergo intẽtio ministri non requiritur ad perfectionem sacramenti.

¶2 Præterea. Non potest homini esse nota intentio alterius. Sic igitur intentio ministri requiratur ad perfectionem sacramenti, non posset homini ad sacramentum accedenti esse notum, quòd sacramentum suscepisset: & ita non posset habere certitudinem salutis, præcipuè cum quædam sacramenta sint de necessitate salutis, ut infra dicetur *.

¶3 Præterea. Intentio hominis nõ potest esse ad id, circa quod non est attentus: sed aliquando illi, qui in sacramentis ministrant, non attendunt ad ea, quæ dicunt vel faciunt, alia cogitãtes. ergo secundum hoc non perficeretur sacramentum, propter intentionis defectum.

¶ Sed contra est, quòd eã quæ sunt præter intentionem, sunt casualia: quod non est dicendum de operatione sacramentorum. ergo sacramenta requirunt intentionem ministri.

¶RESPOND. Dicendum, quòd quando aliquid se habet ad multa, oportet q̃ per aliquid determinetur ad vnum, vt illud effici debeat. Ea verò quæ in sacramentis aguntur, possunt diuersimodè agi, sicut ablutio aquæ, quæ fit in baptismo, põt ordinari & ad munditiam corporalem, & ad sanitatẽ corporalem, & ad ludum, & ad multa alia huiusmodi: & ideo oportet q̃ determinetur ad vnum. i. ad sacramentalem effectum per intentionem abluẽtis. Et hæc intẽtio exprimitur per verba, quæ in sacramentis dicuntur, puta cum dicit, Ego te baptizo in nomine Patris, &c.

¶. Ad primum ergo dicendum, q̃ instrumentum inanimatum non habet aliquam intentionem respectu effectus, sed loco intentionis est motus, quo mouetur à principali agente. sed instrumentum animatum (sicut est minister) non solum mouetur, sed etiam quodammodo mouet seipsum, inquantum sua uoluntate mouet membra ad operandũ; & ideo requiritur eius intentio, qua se subiiciat principali agenti, vt scilicet intendat facere, quod facit Christus & ecclesia.

¶Ad secundum dicendum, q̃ circa hoc est duplex opinio. Quidam enim dicunt, q̃ requiritur mentalis intentio in ministro, quæ si desit, non perficitur sacramentum: sed hunc defectũ in pueris (qui non habent intentionẽ accedendi ad sacramentum) supplet Christus qui interius baptizat, in adultis autem, qui intendunt sacramentum suscipere, supplet illud defectum fides & deuotio: sed hoc satis posset dici, quantum ad vltimum effectum, qui est iustificatio à peccatis, sed quantum ad effectum, qui est res & sacramentum, scilicet quantum ad characterem, non videtur q̃ per deuotionẽ accedentis possit suppleri: quia character numquam imprimitur, nisi per sacramentum. & ideo alii melius dicũt, quòd minister sacramenti agit in persona totius ecclesiæ, cuius est minister. In verbis autem quæ profert, exprimitur intentio ecclesiæ, quæ sufficit ad perfectionem sacramenti, nisi contrarium exterius exprimatur ex parte ministri, vel recipientis sacramentum.

¶ Ad tertium dicendum, quòd licet ille, qui aliud cogitat, non habeat actualem intentionem, habet tamen intentionem habitualem, * quæ sufficit ad perfectionem sacramenti: puta cum sacerdos accedens ad baptizandum, intendit facere circa baptizandum, quod facit ecclesia. vnde si postea in ipso exercitio actus, cogitatio eius ad alia rapiatur, ex virtute primæ intentionis, perficitur sacramentum: quamuis studiosè curare debeat sacramenti minister, vt etiam actualem intentionem adhibeat: sed hoc non est totaliter positũ in hominis potestate: quia præter intentionem, cum homo vult multum dicentis, Si in adulto deesset intentio suscipiendi sacramentũ, esset rebaptizandus, sed sensus huius literæ ex proposito, ad q̃ loquitur Auctor sumendus est. Aduertendum est n. q̃ hæc omnia dicuntur hic pro solutione difficultatis motæ in arg. s. si mentalis intentio ministri exigeretur nullus esset certus se esse veré baptizatum: ad hanc enim certitudinem nostram de susceptis sacramẽtis intelligendum est sufficere intentionẽ ecclesiæ per verba ministri expressam, nisi per ministrum, aut suscipientem contrarium exprimatur: ita quòd non intendit Auctor, quòd hæc sufficiant ad perfectionem sacramenti simpliciter, sed ad perfectionem eius, secundum humanam certitudinem: per hoc enim euitatur inconueniens, quòd quilibet incertus posset dici de susceptis sacramẽtis.

¶ In responsione ad tertium, aduerte quòd auctor communicans (vt puto) in uocabulis communi illius tẽporis usu (quę intentionem quidem, sed non actualem habitualem vocabat) dixit hic intentionem habitualem, & statim subiunxit sensum intentum: puta, cum sacerdos accedit, &cæt.

Et hæc propterea dixerim, vt scias non latere. Auctorem differentiam inter habere aliquid in actu, uel in habitu, uel in virtute, & quòd intentio requisita ad sacramenta non sufficit, quòd sit secundum habitum, sed oportet quòd sit secundum virtutem: quod ut melius intelligas, accipe exemplum. habens habitum iustitiæ, tunc actua liter intendit iustũ, quando actualiter attendit ad ius reddendum. tunc uero habitualiter intendit iustum, cum retinet habitum iustitiæ, etiam si dormiat: tunc autem virtualiter intendit iustũ dum uacat quidem reddendo iuri (puta quia sedet ad tribunal, ut faciat, sicut consuetum, seu iudicis officium) & nihil de iure cogitat, sed mens eius euagat ad impertinentia: q̃ si non haberet habitum iustitiæ, ex solo hoc q̃ accedit ad iudicis officiũ faciẽdum in oĩbus, q̃ exerceat iudiciis, quantumcũq; euagetur, semper intẽdit iustum virtualiter, ea rõne, quia semper perseuerat, vis primæ intẽtionis, qua primo propositum fuit facere iudicis officium. Et hmõi intentio non sufficiens habitualiter vocat habitualis: quia per modum habitus perseuerat, nã & dormiente, & distracto homine, perseuerat.

358 4. di. 6. q. 1. art. 3. q. 2. * art. 5. ce.

†Id habet Augu. in præfat. ps. 31. nõ songe añe mẽto. 8.

*li. 1. epi. 12. nõ remote a fi. Incipit: cũ simul in cõsilio.

† Leo in epis. q̃ incipit: Literas clementiæ, tuę, a me.

* lib. 1. c. 47. circa finem 1. 7.

¶ Super quæstio. LXIIII. Articulum nonum.

TIulus clarus est.

¶In corpore vna est conclusio cum vno corrollario. Conclusio est: Ad perfectionem

intendere, incipit alia cogitare, secundum illud Psalm. 139. Cor meum dereliquit me.

ARTICVLVS IX.

Vtrum fides ministri sit de necessitate sacramenti.

AD NONVM sic proceditur. Videtur quòd fides ministri sit de necessitate sacramenti. Sicut enim dictum est, * intentio ministri est necessaria ad sacramenti perfectionem: sed fides intentionem dirigit, vt Augustinus † dicit contra Iulianum. ergo si desit vera fides in ministro, non perficitur sacramentum.

¶2 Præt. Si minister ecclesiæ verã fidem non habeat, videtur esse hæreticus: sed hæretici, vt vr, non possunt sacramenta conferre: dicit enim Cyprianus in epistola * cõtra hæreticos, Omnia quæcumque faciunt hæretici, carnalia sunt, & inania, & falsa: ita vt nihil eorum quæ illi gesserint, a nobis probari debeat, & Leo papa dicit in epistola † ad Leonem Augustum, manifestum est per crudelissimam & insanissimam vesaniam, in Alexandrina sede omnium cælestium sacramentorum lumen extinctum, interecepta est sacrificij oblatio, defecit chrismatis sanctificatio, & parricidialibus manibus simplorum, omnia sese subtraxere mysteria. ergo vera fides ministri est de necessitate sacramenti.

¶3 Præt. Illi, qui non habent veram fidem, videntur esse per excommunicationem ab ecclesia separati: dicitur enim in secũda canonica Ioannis. Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam non affert, nolite eum recipere in domum, nec Aue dixeritis ei. & ad Tit. 3. Hæreticum hominem post primam & secundam correctionem deuita: sed excõmunicatus non videtur posse conferre ecclesiæ sacramentum, cum ab ecclesia sit separatus, ad cuius ministerium pertinet sacramentorum dispensatio. ergo videtur quòd vera fides ministri, sit de necessitate sacramenti.

SED CONTRA est, quòd Augustinus * dicit contra Petilianum donatistam: Mementote, sacramentis Dei nihil obesse mores malorum hominum, quòd illa vel non sint, vel minus sancta sint.

RESPON. Dicendum, quòd sicut supra dictum est, † quia minister in sacramentis instrumentaliter operatur, non agit in virtute propria, sed in virtute Christi. Sicut autem pertinet ad propriam virtutem hominis charitas, ita & fides. vnde sicut non requiritur ad perfectionem sacramenti, quòd minister sit in charitate, sed possunt etiã peccatores sacramenta conferre, vt supra dictum est, * ita non requiritur ad perfectionem sacramenti fides eius: sed infidelis potest verum sacrumẽtum præbere, dum modo cætera ad sint, quæ sunt de necessitate sacramenti.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd potest contingere quòd aliquis patiatur defectum fidei circa aliquid, & non circa veritatem sacramenti, quod exhibet: puta si aliquis credat iuramentum esse in omni casu illicitum: & tamen credat baptismum efficaciam habere ad salutem, & sic talis infidelitas, non impedit intentionem conferendi sacramentum. Si verò patiatur fidei defectum circa ipsum sacramentum quod exhibet, licet credat per id, quod agitur exterius nullum sequi interiorem effectum, non tamen ignorat quòd ecclesia catholica intendit per huiusmodi quæ exterius aguntur præbere sacramentum. vnde non obstante infidelitate, potest intendere facere id quod facit ecclesia, licet æstimet id nihil esse. Et talis intentio sufficit ad sacramentum: quia sicut supra dictum est, † ministri sacramentia git in persona totius ecclesiæ, ex cuius fide suppletur id, quod deest fidi. ministri.

¶Ad secundum dicendum, quòd hæreticorum quidam in collatione sacramentorum, formam ecclesiæ non seruant, & tales neque sacramentum conferunt, neque rem sacramenti: quidam verò seruant ecclesiæ formam, & tales conferunt quidem sacramentum, sed non conferunt rem sacramenti: & hoc dico, si sunt manifestè ab ecclesia præcisi: quia ex hoc ipso quòd aliquis accipit sacramenta ab eis, peccat, & per hoc impeditur ne effectum sacramenti consequatur. vnde Augustinus * dicit in lib. de fide ad Petrum: Firmissimè tene & nullatenus dubites, extra ecclesiam baptizatis, si ad ecclesiam non redierint, baptismo cumulari perniciem. Et per hunc modum dicit Leo papa, † in sede Alexandrina sacramento rum lumen esse extinctum, scilicet quantum ad rem sacramenti, non autem quantum ad ipsum sacramentum. Cyprianus autem nullo modo sacramentum conferre hæreticos posse, credebat: sed in hoc eius sententia non tenetur. vnde Aug. dicit martyrem Cyprianum, qui apud hæreticos vel chismaticos datum baptismum nolebat cognoscere, tãta merita vsq; ad triumphũ martyrij secuta sunt, ut charitatis, quæ excellebat luce, obumbratio illa fugaretur, & si quid purgandum erat, passionis falce tolleretur.

¶Ad tertium dicendum, q̃ potestas ministrandi sacramenta pertinet ad spiritualem characterem, qui indelebilis est, ut ex supradictis patet. * & ideo per hoc, q̃ aliquis ab ecclesia suspenditur, vel excõicatur, vel etiam degradatur, non amittit potestatem conferendi sacramentum, sed licenti i vtẽdi hac po-

sacramenti, non exigitur fides ministri. Probatur: Minister in sacramentis operatur non propria sed Christi virtute. ergo sicut non requiritur ad perfectionem sacramẽti ministri charitas, ita nec eius fides. Cõsequentia probatur: quia fides pertinet ad perfectionem ministri, sicut & charitas. Quam non requiri probatur ex eo, q̃ mali homines possunt ministrare sacramenta. Corollarium est: Infidelis potest esse minister sacramenti.

¶In responsionibus argumentorum, memento eorum, quæ diximus in art. 6. de suscipientibus sacramẽta ab indignis quando peccant. Et mutata illa intell ge quæ hic dicuntur, addendo q̃ præcisi manifestè ab ecclesia si in articulo necessitatis sacramentum baptismi conferrent, non peccarent, immo tenetur in tali casu baptismum conferre absque solennitate tamen. Nec propterea sacerdotes efficerentur irregulares ratione superius dicta: quia non ministri ex officio personã agerent, sed ministeriales subuenientis necessitatem patienti.

¶In responsione ad secundum, aduerte incidenter quòd purgatio Cypriani martyris, de qua Aug. loquitur, non nisi uenialis peccati fuit, cum, quia cũ charitate illa, ut Augustini verba sonant, cum, quia tempore illo non erat per ecclesiam determinata efficacia sacramentorum per ministros extra ecclesiam.

*art. 5. & 6. huius quæst.

†Art. 8. huius quæst.

*c. 36. vs. quead me dium. t. 3.

† epist. 65 a med. illius.

* quæst. præcedẽ. art. 5.

¶Super

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Super quæstionis sexagesimæquartæ, Articul. decimum.

TItulus clarus. ¶In corpore ticuli est distinctio bimembris in singulis cõclusionibus. Distinctio est: Intentio ministri potest peruerti dupliciter, vel respectu sacramenti, vel respectu alicuius alterius. Prima cõclusio iuxta primum membrum est: Peruersa intentio respectu sacramenti, tollit veritatem sacramẽti. Hanc conclusionem Auctor non probat in litera: sed vt manifestam relinquit ex præmissis, sc̃ intentio ministri requiritur ad sacramentum: huiusmodi.s. peruersitas tollit intentionem ministri. Secunda conclusio, iuxta secundum membrũ est: Peruersa intentio ministri circa consequentia, non tollit veritatẽ sacramenti. Probatur: quia prius nõ dependet à posteriori.

359 Infra q. 74. art. 2. ad 2. Et 4. di. 6. q. 1. art. 2. q. 2. & d. 11. q. 2. ar. q. 1 3 ad 1. & d. 10. q. 1. ar. 3. ad 3. *ar. 8. & 9

¶In respõsione ad secundum, aduerte q̃ intentio ludicra seu iocosa in collatione sacramenti, potest inueniri dupliciter, uel relata ad ipsum sacramentum, uel relata ad finẽ, aut motiuũ, quod administrẽt sacramentũ. Exemplum primi, si quis non intendendo facere quod facit ecclesia, sed facere actum exteriorem similẽ actui, quem facit ecclesia: vel derisorie vel delectationis socialis gratia aliquos baptizaret: huiusmodi.n. intẽtio tollit veritatem sacramenti: quia tollit intentionẽ ministri, & de tali loquitur Auctor in litera. Exemplum secundi: Si quis socialis delectationis gratia aliquos baptizaret, intendens tamen facere quod facit ecclesia. sicut testatur: & ideo sacramentum quidem confert, sed tamen peccat conferendo: & similiter ille, qui ab eo accipit sacramentum. & sic non percipit rem sacramenti, nisi forte per ignorantiam excusetur.

ARTICVLVS X.

Vtrum intentio recta ministri requiratur ad perfectionem sacramenti.

AD DECIMVM sic proceditur. Videtur, quòd intentio recta ministri requiratur ad perfectionem sacramenti. Intentio enim ministri debet conformari intentioni ecclesiæ, vt ex dictis patet.* sed intentio ecclesiæ semper est recta. ergo de necessitate ad sacramenti perfectionem requiritur intentio recta ministri.

¶2 Præt. Peruersa intentio deterior esse videtur, quàm intentio iocosa: sed intentio iocosa tollit sacramentum: puta si aliquis non serio, sed ludo aliquem baptizaret. ergo multo magis peruersa intentio aufert sacramentum; puta si aliquis aliquem baptizaret, vt postmodum eum occideret.

¶3 Præt. Peruersa intentio facit totum opus vitiosum, secundum illud Luc. 12. Si oculus tuus fuerit nequam, totum corpus tuum tenebrosum erit: sed sacramenta Christi non possunt inquinari per malos homines, sicut August. dicit contra Petilianum. ergo videtur, q̃ si sit peruersa intentio ministri, non sit ibi verum sacramentum.

¶ Sed contra est, quòd peruersa intentio pertinet ad malitiam ministri: sed malitia ministri non tollit sacramentum. ergo nec peruersa intentio.

¶Respondeo Dicendum, quòd intentio ministri potest peruerti dupliciter. vno modo respectu ipsius sacramenti: puta cum aliquis non intendit sacramentum conferre, sed derisoriè aliqnid agere. & talis peruersitas tollit veritatem sacramenti, præcipuè quando suam intentionem exterius manifestat. Alio modo potest peruerti intentio ministri quantum ad id, quod sequitur sacramentum: puta si sacerdos intendat aliquam seminam baptizare, ut abutatur ea: vel si intendat conficere corpus Christi, vt eo ad veneficia vtatur: & quia prius non dependet à posteriori, inde est quòd talis intentionis peruersitas veritatem sacramenti non tollit, sed ipse minister ex tali intentione grauiter peccat.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ecclesiæ intentio recta est, & quantum ad sacramenti perfectionem, & quantum ad sacramenti vsum: sed prima rectitudo perficit sacramentum, secunda operatur ad meritum. & ideo minister qui conformat intentionem suam ecclesiæ, quantum ad primam rectitudinem, non autem quantum ad secundam, perficit quidem sacramentum, sed non est sibi ad maritum

¶Ad secundum dicendum, quòd intentio ludicra vel iocosa, excludit primam rectitudinem intentionis, per quàm perficitur sacramentum: & ideo non est similis ratio.

¶Ad tertium dicendum, quòd peruersa intentio peruertit opus intendentis, non autem opus alterius: & ideo ex peruersa intentione ministri, peruertitur id, quod agit in sacramentis, inquantum est opus eius, non inquantum est opus Christi, cuius est minister. Et est simile, si minister alicuius hominis, praua intentione deferret pauperibus eleemosynam, quàm dominus recta intentione mandaret.

QVAEST. LXV.

De numero sacramentorum, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de numero sacramentorum.

Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶Primo, Vtrum sint septem sacramenta.

¶Secundo, De ordine eorum ad inuicem.

¶Tertio, De comparatione eorum.

¶Quarto, Vtrum omnia sint de necessitate salutis.

ARTICVLVS I.

Vtrum debeant esse septem sacramenta ecclesiæ.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd non debeant esse septem sacramenta. Sacramenta enim efficaciam habent ex virtute diuina, & ex virtute passionis Christi: sed vna est virtus diuina, & vna Christi passio: vna enim oblatione cõsumauit in sempiternũ sanctificatos, vt dicitur Hebr. 10. ergo non debuit esse, nisi vnum sacramentum.

¶2 Præt. Sacramentum ordinatur contra defectum peccati: hic autem est duplex, scilicet pœna & culpa. ergo sufficeret esse duo sacramenta.

¶3 Præt. Sacramenta pertinent ad actiones ecclesiasticæ hierarchiæ, vt per Diony.† patet: sed, sicut ipse dicit, tres sunt actiones hierarchicæ, scilicet purgatio, illuminatio, & perfectio. ergo non debent esse, nisi tria sacramenta.

econtra, siquis delectationis gratia permitteret se baptizari. Huiusmodi enim intentio iocosa non tollit veritatẽ sacramentis: sicut nec si fuisset intentio aurata: puta ꝙ propter pecuniam conferret aut susciperet quis baptismũ. Et ratio est: quia iocositas talis nõ tollit intentionẽ ministri respectu sacramenti.

¶ Super quæstionis sexagesimæquintæ, Articul. primum.

TItulus clarus est. ¶In corpore vna conclusio: Conuenienter ponuntur sacramenta ecclesiæ septẽ. Manifestatur hæc conclusio dupliciter, primo secundum propriam doctrinam, secundo, iuxta aliorum traditionem.

¶Quo ad primũ, distinguit duos fines sacramẽtorũ, vnus est perfectio hominis in his, q̃ Christiani sũt cultus: alter est remepium peccatorũ. Et probat sic conclusionẽ: sacramẽta ecclesiæ ad vtrunq; dictum finem conuenienter ponuntur ¶in numero septenario. ergo & ex te. Anteeedens manifestatur primo respectu primi finis (discurso progressu) numerãdo septem perfectiones opportunas cultui Christiano, quæ sunt, vita, robur, conseruatio, curatio, restitutio, potestas, & propagatio, & assignando singulorum rationem, ut in litera clare patet. Deinde declaratur anteeedens respectu secundi finis, assignando septem defectus, qui clare patent in litera.

360 4. d. 1. q. 1 art. 2. Et 4 cõ. c. 58. Et 1. cor. prin.

*c. 2. eccl. hier. p. 3.

¶Quo ad secundum, clare apparet recitata positio absque alia expositione.

¶4 Præterea. Augustin. dicicit 19. contra Faustum, sacramenta nouæ legis sunt numero pauciora, quàm sacramenta veteris legis: sed in veteri lege nõ erat aliquod sacramentum, quod responderet confirmationi & extremę vnctioni. ergo neque hæc debent numerari inter sacramenta nouæ legis.

*li. 19. c. 13. a me. to. 6.

¶5 Præterea. Luxuria non est grauius inter cætera peccata, ut patet ex his, quæ in secunda parte dicta sunt: † sed contra alia peccata non instituitur aliquod sacramentum. ergo neque contra luxuriam debuit institui sacramentum matrimonij.

2. 2. q. 154 to. 3.

¶6 SED CONTRA videtur, quòd sint plura sacramenta. Sacramenta enim dicuntur quasi quædam sacra signa: sed multæ aliæ sanctificationes fiunt in ecclesia, secundum sensibilia signa, sicut aqua benedicta, consecratio altaris, & alia huiusmodi. ergo sunt plura sacramenta quàm septem.

*li. 1 de sacr. par. 12. ca. 10.

¶7 Præt. Hug. * de sancto Victore dicit, quòd sacramenta veteris legis fuerunt oblationes, decimæ, & sacrificia: sed sacrificium ecclesiæ est vnum sacramentum, quod dicitur eucharistia. ergo etiam oblationes & decimæ debent dici sacramenta.

¶8 Præt. Tria sunt genera peccatorum, originale, mortale, & veniale: sed contra originale peccatum ordinatur baptismus, contra mortale autem, pœnitentia. ergo deberet esse aliud præter septem, quod ordinetur contra veniale.

*q. 62. ar. 3. & q. 63. art. 3.

¶Respondeo. Dicendum, quòd (sicut supra * dictum est) sacramenta ecclesiæ ordinantur ad duo, scilicet ad perficiendum hominem, in his, quę pertinent ad cultum Dei, secundum religionem Christianę vitæ, & etiam in remedium contra defectum peccati. Vtroque autem modo conuenienter ponuntur septem sacramenta: vita enim spiritualis conformitatem aliquam habet ad vitam corporalem, sicut & cętera corporalia conformitatem quandam spiritualium habent. In vita autem corporali, dupliciter aliquis perficitur. Vno modo, quantum ad personam propriam, alio modo per respectum ad totam communitatem societatis, in qua viuit: quia homo naturaliter est animal sociale. Respectu autem suiipsius perficitur homo in vita corporali dupliciter. Vno modo per se, acquirendo, scilicet aliquam vitę perfectionem: alio modo per accidens, scilicet remouendo impedimenta vitę, puta ęgritudines, vel aliquid huiusmodi. Per se autem perficitur corporalis vita, tripliciter. Primo quidem per generationem, per quam homo incipit esse viuere: & loco huius in spirituali vita est baptismus, qui est spiritualis regeneratio, secundum illud ad Tit. 3. Per lauacrum regenerationis, & cętera. Secundo, per augmentum, quo aliquis perducitur ad perfectam quantitatem & virtutem: & loco huius in spirituali vita, est confirmatio, in qua datur Spiritus sanctus ad robur. vnde dicitur discipulis iam baptizatis Luc. vlt. Sedere in ciuitate, quoadusque induamini virtute ex alto. Tertio, per nutritionem, qua conseruatur in homine vita & virtus. Et loco huius, in vita spirituali est eucharistia: vnde dicitur Ioan. 6. Nisi manducaueritis carnem Filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. & hoc quidem sufficeret homini, si haberet & corporaliter & spiritualiter impassibilem vitam: sed quia homo incurrit interdum & corporalem infirmitatem & spiritualem, scilicet peccatum, ideo necessaria est homini curatio ab infirmitate: quę quidem est duplex. vna quidem, est sanatio, quę sanitatem restituit, & loco huius in spirituali vita est pœnitentia, secundum illud Psalm. 40. Sana animam meam, quia peccaui tibi. Alia autem est restitutio valetudinis pristine per conuenientem dietam & exercitium, & loco huius in spirituali vita est extrema vnctio, quę remouet peccatorum reliquias & hominem, paratum reddit ad finalem gloriam: vnde dicitur Iac. 5. Et si in peccatis sit, dimittentur ei. Perficitur autem homo in ordine ad totam communitatem dupliciter. vno modo per hoc, quòd accipit potestatem regendi multitudinem, & exercendi actus publicos. Et loco huius in spirituali vita est sacramentum ordinis, secundum illud Hebr. 7. quòd sacerdotes hostias offerunt non solum pro se, sed etiam pro populo. Secundo, quantum ad naturalem propagationem, quod fit per matrimonium tam in corporali quàm in spirituali vita, eo quòd est non solum sacramentum, sed naturę officium. Ex his etiam patet sacramentorum numerus, secundum quòd ordinantur contra defectum peccati. nam baptismus ordinatur contra carentiam vitę spiritualis: confirmatio contra infirmitatem animę, quę in nuper natis inuenitur: eucharistia contra labilitatem animi ad peccandum: pœnitentia contra actuale peccatum, post bapsismum commissum: extrema vnctio contra reliquias peccatorum, quę scilicet non sunt sufficienter per pœnitentiam sublatę, aut ex negligentia, aut ex ignorantia: ordo contra dissolutionem multitudinis: matrimonium in remedium contra concupiscentiam personalem, & contra defectum multitudinis, qui per mortem accidit. Quidam verò accipiunt numerum sacramentum per quandam adaptionem ad virtutes, & ad defectum culparum & pœnalitatum, dicentes, quòd fidei respondet baptismus, & ordinatur contra culpam originalem: spei extrema vnctio, & ordinatur contra culpam venialem: charitati eucharistia, & ordinatur contra pœnalitatem malitiæ: prudentiæ ordo, & ordinatur contra ignorantiam: iustitiæ pœnitentia & ordinatur contra peccatum mortale temperantiæ matrimonium, & ordinatur contra concupiscentiam: fortitudini confirmatio, & ordinatur contra infirmitatem.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ idem agens principale vtitur diuersis instrumentis ad diuersos effectus, secundum conpruentiam operum. Et similiter virtus diuina & passio Christi operantur in nobis per diuersa sacramenta, quasi per diuersa instrumenta.

¶Ad secundum dicendum, q̃ culpa & pœna diuersitatem habent, & secundum speciem, inquantum sunt diuersæ species culparum & pœnarum, & secundum diuersos hominum status & habitudines. Et secundum hoc, oportuit multiplicari sacramenta, ut ex dictis* patet. In cor.

¶Ad tertium dicendum, quòd in actionibus hierarchicis, considerantur, & agentes, & recipientes, & actiones Agentes autem sunt ministri ecclesiæ, ad quos pertinet ordinis sacramentum. Recipientes autem sunt illi, qui ad sacramentum accedunt, qui producuntur per matrimonium. Actiones autem sunt purgatio, illuminatio & perfectio: sed sola purgatio non potest esse sacramentum nouæ legis, quod gratiam confert: sed pertinet ad quędam sacramentalia, quę sunt catechismus & exorcismus. Purgatio autem & illuminatio simul, secundum Diony.* pertinent ad baptismum, & propter recidiuum secundario pertinent ad pœnitentiam, & extremam vnctionem. Perfectio autem quantum ad virtutem quidem (quę est quasi perfectio formalis) pertinet ad confirmationem, quantum autem ad consecutionem finis, pertinet ad eucharistiam.

*c. 3 par. 1. circa fi.

¶Ad quartum dicendum, quòd in sacramento confirmationis datur plenitudo Spiritus sancti ad robur: in extrema autem vnctione præparatur homo, vt recipiat immediatè gloriam: quorum neutrum competit veteri testamento. & ideo nihil potuit his sacramentis in veteri lege respondere: nihilominus tamen sacramenta in veteri lege plura fuerunt numero, propter diuersitatem sacrificiorum & cęremoniarum.

¶Ad quintum dicendum, quòd contra concupiscentiam venereorum, oportet specialiter remedium adhiberi per aliquod sacramentum: primo quidem, quia per

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Super quæstio. LXV. Articul. secundum.

IN tituło intelige per ordinem, secundū modum prædictum, ordinem, quo numerata sunt sacramenta in præcedenti articulo, videlicet baptisma, cōfirmatio, eucharistia, pœnitentia, extrema vnctio, ordo, & matrimonium. Quæritur. n. an sic conuenienter ordinentur.

¶In corpore prima conclusio est: Inter sacramenta vltimo ponuntur ordo & matrimoniū, matrimoniū tñ post ordinem. Probatur conclusio, quo ad primā partem: quia sicut vnū est prius multitudine, ita sacramenta quæ ordinantur ad perfectionem vnius personæ, sunt naturaliter priora his, q̄ ordinantur ad perfectionem multitudinis; sed reliqua sacramenta sunt personæ, hæc autem duo respiciūt multitudinem. ergo. Quo ad secundam autem partē probatur: quia matrimonium minus participat de spirituali vita quam ordo.

361. 4. d. 2. q. 1 art 3. Et di. 7, q 1. art 1. q. 3. Et Eph. 5. fin. Art. præc.

¶Secunda cōclusio est: Pœnitentia & extrema vnctio posteriora sunt baptismo, confirmatiōe & eucharistia, posterior tamē est extrema vnctio pœnitentia. Probatur hæc conclusio quo ad primā partem: quia priora sunt quæ per se ordinantur ad spiritualem perfectionem vnius, quam illa quæ ordinantur per accidens: sed, &c. Quo ad secūdam autem partem: q̄ a prior naturaliter est inchoatio sanatiōis, quæ fit per pœnitentiam, consummatione illius, quā facit extrema unctio.

¶Tertia cōclusio est: Inter tria primū sacramenta, baptismus primum, cōfirmatio huiusmodi concupiscentiam non solum vitiatur persona, sed etiam natura: secundo modo, propter vehementiam ejus, quæ rationem absorbet,

¶Ad sextum dicendum, q̄ aqua benedicta, & aliæ consecrationes non dicuntur sacramenta: quia nō perducunt ad sacramenti effectum, qui est gratiæ consecutio; sed sunt dispositiones quædam ad sacramenta, vel remouēdo prohiberis, sicut aqua benedicta ordinatur contra insidias dæmonū, & contra peccata venialia, vel ēt idoneitatem quandam faciendo ad sacramenti perfectionem, & perceptionem, sicut consecratur altare & vasa, propter reuerentiam eucharistiæ.

¶Ad septimum dicendum, q̄ oblationes & decimæ erant tam in lege naturæ, quàm in lege Moysi ordinatæ, non solum in subsidium ministrorum & pauperum, sed etiam in figuram; & ideo erant sacramenta; nunc autem nō remanserunt inquantum sunt figuralia; & ideo non sunt sacramenta.

¶Ad octauum dicendum, q̄ ad delectionem venialis peccati non requiritur infusio gratiæ, vnde cum in quolibet sacramento nouæ legis gratia infundatur, nullum sacramentum nouæ legis instituitur directè contra veniale, quod tollitur per quædam sacramentalia: puta per aquam benedictam, & alia huiusmodi; quidam tamen dicunt extremam vnctionem contra veniale peccatum ordinari; sed de hoc suo loco * dicetur.

* Non cōpleuit morte p̄ pœnitus.

ARTICVLVS II.

Vtrum sacramenta conuenienter ordinentur secundum modum prædictum.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd inconuenienter sacramenta ordinentur secundum modū prædictum. † Vt enim Apostolus dicit primæ Corinth. 15. Prius est quod est animale, deinde quod spirituale; sed per matrimonium generatur homo prima generatione, quæ est animalis: per baptismum autem regeneratur homo secunda generatione, quæ est spiritualis. ergo matrimonium debet præcedere baptismum.

¶2 Præterea, Per sacramentum ordinis aliquis accipit potestatem agendi actiones sacramentales: sed agens est prior sua actione. ergo ordo debet præcedere & baptismum, & alia sacramenta.

¶3 Præterea, Eucharistia est spirituale nutrimentum, confirmatio autem comparatur augmento. Nutrimentum autem est causa augmenti, & per consequens prius eo. ergo eucharistia est prior confirmatione.

¶4 Præterea, Pœnitentia præparat hominem ad eucharistiam: sed dispositio præcedit perfectionem, ergo pœnitentia debet præcedere eucharistiam.

¶5 Præt. Quod est propinquius fini vltimo, est posterius; sed extrema vnctio inter omnia sacramenta propinquior est vltimo fini beatitudinis. ergo debet habere vltimum locum inter sacramenta.

¶IN CONTRARIVM est, quòd communiter ordinantur ab omnibus sacramenta, sicut prius dictum est.* Ar. præc.

¶RESPONDEO Dicendum, quòd ratio ordinis sacramentorum apparet ex his, quæ supra † dicta sunt. Nam sicut vnum est prius, quàm multitudo, ita sacramenta quæ ordinantur ad perfectionem vnius personę naturaliter, præcedunt ea quæ ordinantur ad perfectionem multitudinis & ideo vltimo inter sacramenta ponuntur ordo & matrimonium, quę ordinantur ad multitudinis perfectionem: matrimonium tamen post ordinem, eo quòd minus participat de ratione spiritualis vitæ, ad quàm ordinantur sacramenta. Inter ea verò, quæ ordinantur ad perfectionem vnius personæ, naturaliter sunt priora illa, quę per se ordinantur ad perfectionem spiritualis vitę, quàm illa quę ordinantur per accidens, scilicet ad remouendum accidens nociuum superueniens: cuiusmodi sunt pœnitentia & extrema vnctio. Posterior tamen est naturaliter extrema vnctio, quę conseruat sanationem, quàm pœnitentia, quę inchoat. Inter alia verò tria manifestum est, q̄ baptismus, qui est spiritualis regeneratio, est * prius; & deinde confirmatio, quę ordinatur ad formalem perfectionem virtutis, & postmodum eucharistia, quę ordinatur ad perfectionem* finis. Ar. præc. D. 5. 7. 4. Alias, cō secutione.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd matrimonium, secundum quòd ordinatur ad animalem vitam, est naturę officium: sed secundum q̄ habet aliquid spiritualitatis, est sacramentum; & quia minimum habet de spiritualitate, vltimo ponitur inter sacramenta.

¶AD secundum dicendum, quòd ad hoc quòd aliquid sit agens, præsupponitur quòd sit perfectum: & ideo priora sunt sacramenta, quibus aliquis in seipso perficitur, quàm sacramentum ordinis, quo aliquis constituitur perfector aliorum.

¶Ad tertium dicendum, quòd nutrimentum & precedit augmentum, sicut causa eius, & subsequitur augmentum, sicut conseruans hominem in perfecta quantitate & virtute: & ideo potest eucharistia præmitti confirmationi, vt Diony. facit in lib. de cęlest. hierar. & potest postponi, sicut Magister facit in 4. sententiarum.

¶Ad quartum dicendum, quòd ratio illa rectè procederet, si pœnitentia ex necessitate requireretur, ut præparatoria ad eucharistiam: sed hoc non est verum: nam si aliquis esset sine peccato mortali, non indigeret pœnitētia ad sumptionem eucharistiæ. Et sic patet, q̄ per accidens pœnitentia præparat ad eucharistiam, scilicet supposito peccato: vnde dicitur 2. Paral. vlt. Tu domine iustorum, non posuisti pœnitentiam iustis.

¶Ad quintum dicendum, q̄ extrema vnctio propter rationem inductā, *est vltimum inter sacramenta, quæ ordinantur ad perfectionem vnius personæ.

ARTICVLVS III.

Vtrum sacramentum eucharistię sit potissimum inter sacramenta.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd sacramentum eucharistiæ non sit potissimum inter sacramēta bonum enim commune potius est, quàm bonum vnius, ut dicitur 1. Ethic.* sed matrimonium ordinatur ad bonum commune speciei humanæ, per viam generationis: sacramentum autem eucharistiæ ordinatur ad bonū proprium sumentis. ergo non est potissimum sacramentorum.

¶2 Præt. Digniora sacramenta esse videntur, quæ per maiorem ministrum conferuntur: sed sacramentum confirmationis & sacramentum ordinis non conferuntur, nisi per episcopum, qui est maior minister, quàm simplex sacerdos, per quem conferitur eucharistię sacramentum. ergo illa sacramenta sunt potiora.

¶3 Præt. Sacramenta tanto sunt potiora, quanto maiorē virtutem habent: sed quędā sacramenta imprimunt characterem, scilicet baptismus, confirmatio & ordo, quod non facit eucharistia. ergo illa sacramenta sunt potiora.

¶4 Præ. Illud videtur esse potius, ex quo alia dependent, & non econuerso: sed ex baptismo dependet eucharistia: nō enim potest aliquis eucharistiam accipere, nisi fuerit baptizatus. ergo baptismus est potior eucharistia.

¶Sed contra est, q̄ Dion. * dicit 3. c. eccles. hier. q̄ non contingit aliquem perfici perfectione hierarchica, nisi per diuinissimam eucharistiam. ergo hoc sacramentum est potissimum omnium aliorum.

¶Respon. Dicendū, q̄ simpliciter loquędo sacrm eucharistiæ est potissimū inter alia sacramenta: quod quidem tripliciter apparet. Primo quidem, ex eo q̄ continetur in sacramentis: nam in sacramento eucharistiæ continetur ipse Christus substantialiter, in aliis autem sacramentis continetur quædā virtus instrumentalis participata à Christo, vt ex supra dictis patet: * semper autem quod est per essentiam, potius est eo, quod est per participationē. Secundo, hoc apparet ex ordine sacramentorum adinuicem: nam omnia alia sacramenta ordinari videntur ad hoc sacramentum, sicut ad finem. Manifestum est enim, q̄ sacramentum ordinis ordinatur ad eucharistiæ consecrationem: sacramentum verò baptismi ordinatur ad eucharistiæ receptionē. In quo etiam perficitur aliquis per confirmationem, vt non vereatur se subtrahere à tali sacramento: per pœnitentiam etiam & extremam vnctionem præparatur homo ad dignè sumendum corpus Christi. Matrimonium etiam saltem sua significatione attingit hoc sacramētum, inquantum significat coniunctionem Christi & ecclesiæ: cuius vnitas per sacramentum eucharistiæ figuratur: vnde & Apostolus dicit Ephes. 5. Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo & in ecclesia. Tertio, hoc apparet ex ritu sacramentorum. Nam ferè omnia sacramenta in eucharistia consumantur, vt Dion. † dicit 3. eccles. hier. sicut patet, quòd ordinati communican, & etiam baptizati, si sint adulti. Aliorum autem sacramentorum comparatio adinuicem, potest esse multiplex. Nam in via necessitatis, baptismus est potissimum sacramentorum: in via autem perfectionis sacramentum ordinis: medio autem modo, se habēt sacramentum confirmationis. Sacramentum verò pœnitentiæ & extremæ vnctionis sunt inferioris gradus à prædictis sacramentis: quia sicut dictum est, * ordinantur ad vitam Christianam, non per se, sed quasi per accidens, scilicet in remedium superuenientis defectus: quę tamen extrema vnctio comparatur ad pœnitentiam, sicut confirmatio ad baptismum, ita scilicet q̄ pœnitentia est maioris necessitatis, sed extrema vnctio est maioris perfectionis.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ matrimonium ordinatur ad commune bonum corporaliter: sed bonum commune spirituale totius ecclesiæ continetur substantialiter in ipso eucharistiæ sacramento.

¶Ad secundum dicendum, q̄ per ordinem & confirmationem deputantur fideles Christi ad aliqua specialia officia, quæ pertinent ad officium principis: & ideo tradere huiusmodi sacramenta, pertinet ad solum episcopum, qui est quasi princeps in ecclesia. Per sacramentum verò eucharistię non deputatur homo ad aliquod officium, sed magis hoc sacramentum est finis omnium officiorum, ut dictum est.*

¶Ad tertium dicendum, q̄ character sacramentalis, sicut supra dictum est, † est quædam participatio sacerdotij Christi. vnde sacramentum quod ipsum Christum conjungit, homini est dignius sacramento, quod imprimit Christi characterem.

¶Ad quartum dicendum, q̄ ratio illa procedit ex parte necessitatis: sic enim baptismus, cum sit maximè necessitatis, est potissimum sacramentorum: sicut ordo & confirmatio habent quandam excellentiam ratione ministerii, & matrimonium ratione significationis: nihil enim prohibet aliquid esse secundum quid dignius, quod tamen non est dignius simpliciter.

& ex calce præcedentis articuli, vbi dictum est nullum sacramentum directè ordinari contra peccatum veniale: & quicqd sit de extrema vnctione, cōstat hoc verum esse de sacramēto pœnitentiæ, & ex communi theologorū doctrina inter conditiones cōfessionis ponentę, q̄ sit integra, q̄ non nisi de mortalibus intelligi potest. Et confirmatur: quia canon ipse expresse dicit, q̄ quilibet confiteatur, peccata sua omnia, quod est impossibile intelligi, nisi de mortalibus. Ipsa ergo verba canonis retinentur, q̄ ad solos confitentes in peccato mortali dirigantur.

In argu.

362. 4. d 7. q. 1 art 1. q. 3. co. Et d. 8 q. 1. ar. 1. q. 1. Et 4. cō. ca 7. 4. Et veri. q. 27. ar. 4. co. fi. * Li. 1 ethi. ca. 2. in fi. to. 5.

¶ Super quæstionis sexagesimæquintæ, Articul. tertium.

TIrulus clarus.

¶In corpore duo sunt. Primo, respondetur quæsito vna conclusione: Sacramentum eucharistiæ est potissimū inter omnia sacramenta. Secundo assignatur triplici ter, vt patet in litera. Secundo, comparantur reliqua sacramenta inter se, & multa dicuntur satis clare.

¶Dubium tñ vnum restat in hac litera circa id quod dicitur, q̄ extrema vnctio præparat ad eucharistiā: oppositum enim apparet ex eo, q̄ extrema vnctio datur post viat cum.

*c. 3. eccl. hier. non remouet a prin.

¶Ad hoc dicit, quòd Auctor loquitur de effectu extremæ vnctionis secundum se: cum sit enim sanatio quædam, secundum se ordinatur ad perfectam cum Christo conjunctionem animæ, quæ per eucharistiā fit. Vsus autem postponendi extremam vnctionem, aliunde sumitur, de quo infrā.

quæst. 65, ar. 4. ad 3.

¶In responsione ad secundum, dubium quoq; occurrit, quomodo fideles per confirmationem deputentur ad speciale officium, spectans ad officium principis, cum dictum sit, confirmationem conferre robur, quod conitet non esse officium spectans ad principem.

¶Ad hoc dicit, quòd quia confirmatio datur in robur confitendi fidem Christi crucifixi, qui est gentib. stultitia, & iudæis scandalo, cōfirmatio est velut cōstitutio militis. Nam militares actus pugilum fidei in robusta confessione cōstituunt. vnde quia officiū militare est officiū spectans ad principem.

*c. 3 eccl. hierar. circa prin.

¶Respon. Dicendū, q̄ simpliciter loquędo sacrm eucharistiæ est potissimū inter alia sacramenta: quod quidem tripliciter apparet. Primo quidem, ex eo q̄ continetur in sacramentis: nam in sacramento eucharistiæ continetur ipse Christus substantialiter, in aliis autem sacramentis continetur quædā virtus instrumentalis participata à Christo, vt ex supra dictis patet: * semper autem quod est per essentiam, potius est

ar. 2. huius quæst.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Super quæstionis sexagesimæquinta, Articul. quartum.

363 4.d.7.q.1. ar.1.q.2. & q.3. ar. 2.q.1.

TItulus elatus. ¶ In corpore ponitur vna distinctio bimembris de necessario ad finem, cum singulis conclusionibus. Distinctio est: Necessarium ad finẽ est, vel simpliciter, vel vt commodius. Prima cõclusio est primo mõ necessitatis. Tria sacramenta sunt necessaria ad salutem, scilicet baptismus absolute, pœnitentia supposito peccato mortali post baptismũ, & ordo respectu ecclesiæ. Secunda conclusio est, Reliqua sacramenta sunt necessaria, secundo modo.

q. 68. art. 1. & 2.

¶ Aduerte hic, quòd cum ordo ponitur necessarius simpliciter ad statutem ecclesiæ est sermo de ecclesia simpliciter & absolutæ, & non de parte aliqua ecclesiæ, quæ ecclesiæ nomen & rationem non nisi defectiue haberet, puta de collegio monialiũ, aut monachorum seu eremitarum sine clericis: hæc enim sui defectum manifestant eo ipso, quòd sine sacramentorum ministro sunt.

D. 269.

¶

ARTICVLVS IIII.

Vtrum omnia sacramenta sint de necessitate salutis.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd omnia sacramenta sint de necessitate salutis. Illud enim quod non est necessarium, videtur esse superfluum: sed nullum sacramentum est superfluum: quia Deus nihil facit frustra. ergo omnia sacramenta sunt de necessitate salutis.

¶ 2 Præt. Sicut de baptismo dicitur, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritusancto, non potest introire in regnum Dei, ita de eucharistia dicitur Ioan. 6. Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. ergo sicut baptismus est sacramentum necessitatis, ita & eucharistia.

¶ 3 Præt. Sine sacramento baptismi potest aliquis saluus fieri, dummodo non contemptus religionis, sed necessitas sacramentum excludat, vt infra dicetur: * sed in quolibet sacramento contemptus religionis impedit hominis salutem. ergo pari ratione omnia sacramenta sunt de necessitate salutis.

¶ Sed contra est, quòd pueri saluantur [d] per solum baptismum, sine alijs sacramentis.

¶ Respondeo Dicendum, quòd necessarium respectu finis, de quo nunc loquimur, dicitur aliquid dupliciter. Vno modo, sine quo non potest haberi finis: sicut cibus est necessarius vitæ humanæ. Et hoc, est simpliciter necessarium ad finem. Alio modo, dicitur esse necessarium id, sine quo non habetur finis ita conuenienter, sicut equus necessarius est ad iter: hoc autem non est simpliciter necessarium ad finem. Primo igitur modo necessitatis, sunt tria sacramenta necessaria: duo quidem personæ singulari: baptismus quidem simpliciter & absolutè, pœnitentia autem supposito peccato mortali post baptismum: sacramentum autem ordinis est necessarium ecclesiæ; quia vbi non est gubernator, populus corruet, ut dicitur Prouerbiorum 11. Sed secundo modo sunt necessaria alia sacramenta: nam confirmatio quodammodo perficit baptismum, extrema vnctio pœnitentiam: matrimonium verò, ecclesiæ multitudinem per propagationem conseruat.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd ad hoc, quòd aliquid non sit superfluum, sufficit quòd sit necessarium primo vel secundo modo, & sic sunt necessaria omnia sacramenta, sicut dictum est.*

In cor. ar.

¶ Ad secundum dicendum, quòd illud verbum Domini est intelligendum de spirituali manducatione, & non de sola sacramentali, vt Aug. *exponit super Ioan.

*Trac. 26 & 27.

¶ Ad tertium dicendum, quòd licet omnium sacramentorum contemptus sit saluti contrarius: non tamen est contemptus sacramenti, ex hoc quòd aliquis non curat accipere sacramentum, quod non est de necessitate salutis: alioquin omnes qui non accipiunt ordinem, & qui non contrahunt matrimoniam, contemnerent huiusmodi sacramenta.

QVAEST. LXVI.

De pertinentibus ad sacramentum baptismi, in duodecim articulos diuisa.

DEINDE considerandum est, de singulis sacramentis in speciali. Et primo, de baptismo. Secundo, de confirmatione. Tertio, de eucharistia. Quarto, de pœnitentia. Quinto, de extrema vnctione. Sexto, de ordine. Septimo, de matrimonio.

Circa primum occurrit duplex consideratio. Prima, de ipso baptismo. Secũda, de præparatorijs ad baptismũ.

¶ Circa primum quatuor consideranda occurrunt. Primo, de his quæ pertinent ad sacramentum baptismi. Secundo, de ministro huius sacramenti. Tertio, de recipientis hoc sacramentum. Quarto, de effectu huius sacramenti.

Circa primum quæruntur duodecim.

¶ Primo, Quid sit baptismus, vtrum scilicet sit ablutio.
¶ Secundo, De institutione huius sacramenti.
¶ Tertio, Vtrum aqua sit propria materia huius sacramenti.
¶ Quarto, Vtrum requiratur aqua simplex.
¶ Quinto, Vtrum hæc sit conueniens forma huius sacramenti, Ego te baptizo in nomine Patris & Filij Spiritussancti.
¶ Sexto, Vtrum sub hac forma possit aliquis baptizari, Ego te baptizo in nomine Christi.
¶ Septimo, Vtrum immersio sit de necessitate baptismi.
¶ Octauo, Vtrum requiratur trina immersio.
¶ Nono, Vtrum baptismus possit iterari.
¶ Decimo, De ritu baptismi.
¶ Vndecimo, De distinctione baptismatum.
¶ Duodecimo, De comparatione baptismatum.

ARTICVLVS I.

Vtrum baptismus sit ipsa ablutio.

AD primum sic proceditur. Videtur q̃ baptismus non sit ipsa ablutio. Absolutio enim corporalis transit: baptismus autem permanet. ergo baptismus non est ipsa ablutio, sed potius regeneratio & sigillum, & custodia, & illuminatio, ut Dama. * dicit in 4. lib.

¶ 2 Præt. Hugo de sancto Vict. †dicit, q̃ baptismus est aqua diluendis criminib. sanctificata per verbum Dei: aqua autem non est ipsa ablutio, sed ablutio est quidam vsus aquæ. ergo &c.

¶ 3 Præt. Aug. dicit* super Ioan. Accedit verbum ad elementum, & fit sacramentum: elementum autẽ est ipsa aqua in sacramento baptismi. ergo baptismus est ipsa aqua, non autem ablutio.

¶ Sed contra est, q̃ dicitur eccl. 34. Qui baptizatur à mortuo, & iterum tangit mortuum, quid profecit lauatio eius? videtur ergo q̃ baptismus sit ipsa ablutio siue lauatio.

¶ Super quæstio. LXVI. Articul. primum.

364 4. d.3. ar. 1. Et 2. cõt. 2.60.

TItulus vt sonat sumendus est.

¶ In corpore duo fiũt. Primo diffinguũtur tria cõsiderabilia in baptismo, deide singula sigillatim manifestando aperiendo eorum quodlibet. Et primũ quidem clarè patet in littera. Deinde secundo ibi duo vltima, scilicet res & sacramẽtum, & res nihil aliud esse corporis articuli patent. Primum verò sacramentum tũ hẽc aliquid manifestũ, scilicet esse quoddam sensibile signum interioris effectus: quod & probatur, quia hæc est rõ sacramenti. Habet aũt aliquid ambiguũ, an scilicet hoc exterius sensibile sit ipsa aqua, an ablutio. Et est rõ dubij, quia ambo hæc sensibili ter inueniunt materialiter concurrere & necessario exigi ad baptismũ, nam neq; aqua sine ablutione, neq; ablutio sine aqua ad baptismũ sufficeret ex parte materiæ. Et propterea refert Auctor primo opinionẽ quæ vi Hugonis, q̃ est aqua, & reprehendit ipsam, tali rõne. Vbi perficitur sanctificatio, ibi perficit sacramentum: sed in aqua nõ perficitur sanctificatio. ergo in aqua non perficit sacramentum. Maior probat: quia sacramenta nouæ legis sanctificando operantur. Deinde approbat opinionem Magistri sic. q̃, scilicet baptismus est ablutio. q̃ sic probat. In aqua baptismali est q̃dam sanctificationis virtus instrumentalis, nõ permanẽs, sed fluens in hominẽ, qui est veræ sanctificationis subiectũ. ergo sacramentum perficitur in applicatione aquæ ad hominem, quæ est ablutio.

Posita in argu. 2. & loco ibi citato.

*li 4 d. 3. in prin.

¶ Circa hanc partẽ dubiũ occurrit de vigore ac veritate huius processus seu rõnis: quia si maior illa est vera, scilicet perficitur sacramentũ, vbi perficitur sanctificatio, & pp ea infertur, in aqua non perficitur sacramentum: quia in illa nõ perficit sanctificatio (non n. aqua per baptismum sanctificat) eadem rõe potest inferri, q̃ ablutio nõ est sacramentũ, quia in ea non perficitur sanctificatio: ablutio. n. non sanctificatur per baptismũ, sed homo qui abluit.

¶ Ad hoc dr. q̃ maior quidem est vera sed diuersa rõ subsumptorũ, s. aquæ & ablutionis, facit, vt recte inferatur, aquam nõ esse sacramentum, & non tenet illatio de ablutione aqua eum & ablutio offeruntur in hoc, quòd aqua est res permanẽs, ablutio vero est res successiua. Et q̃ vnumquodq; est [e] aliquo modo recipiens, ideo consequenter differunt in mõ sanctificationis. Nam si in aqua perficeretur sanctificatio, sequeretur q̃ aqua effecta sanctificata, quia est in re quodam permanẽs, ac per hoc p̃ ipsa sanctificaretur. Si vero ponitur in ablutione perfici sanctificatio, non sequitur quòd ipsa ablutio fiat ex huiusmodi sanctificatione sanctificata: quia ablutio non est sui ipsius, sed abluti: nec est in seipsa, sed in abluto. per hoc non ea ratione sanctificationem sortitur, vt sui ipsius sit, sed vt abluti sit: hoc est, vt ablutus sanctificetur q̃ ipsam deferentem sanctificationẽ in ablutum. Et (vt vno verbo dicat) quia ablutio importat terminum, qui abluitur, per fectam sanctificationẽ in ablutione intelligitur secundum suum terminum, seu in incluso termino: quod de aqua non potest intelligi, quia significat tem. permanentem, & non ẽ transeuntem in alium, sicut est ablutio. Vnde & in littera probatur, ablutionem & nõ aquam esse sacramentum: quia virtus instrumentalis ibi existens est quædam sanctitas fluës in hominem, qui baptizatur: fluens autem non est aquales ablutio.

*li. 4. c. 10 circa me. † Hugo li. 2. de sacra. 1 par. 6. ca. 2. in prin.

*Trac. 60 in Ioan. post med.

¶ Super quæstionis sexagesimæsextæ, Articulum secundum.

Quæst præced. art. 4.

TItulus clarus est.

¶ In

¶ RESPONDEO Dicendum, quòd in sacramento baptismi est tria considerare, aliquid scilicet quod est sacramentum tantum, aliquid autem quod est res & sacramentum, aliquid verò quod est res tantum. Sacramentum tantum est aliquid visibile exterius existens, quod scilicet est signum interioris effectus: hoc enim pertinet rationem sacramenti: exterius autem suppositum sensui, est & ipsa aqua, & eius vsus, qui est ablutio. quidam ergo existimauerunt, quòd ipsa aqua sit sacramentum, quod quidem sonare videntur verba Hugo. * de sancto Victore. Nam ipse in communi definitione sacramenti dicit, quod est materiale elementum, & in definitione baptismi dicit, quòd est aqua: sed hoc non videtur esse verum: cum enim sacramenta nouæ legis sanctificationem quandam operentur, ibi perficitur sacramentum, vbi perficitur sanctificatio. In aqua autem perficitur sanctificatio, sed est ibi quædam sanctificationis virtus instrumentalis, non permanens, sed fluens in hominem, qui est veræ sanctificationis subiectum: & ideo sacramentum non perficitur in ipsa aqua, sed in applicatione aquæ ad hominem, quæ est ablutio: & ideo Magister* in 3. distinctio. 4. sentent. dicit, quòd baptismus est ablutio corporis exterior, facta sub forma præscripta verborum. Res autem & sacramentum, est character baptismalis, qui est res significata per exteriorem ablutionem, & est signum sacramentale interioris iustificationis, quæ est res tantum huius sacramenti, scilicet significata & nõ significans.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd id, quod est sacramentum tantum in baptismo, transit: permanet autem & id, quod est sacramentum & res, scilicet character & id, quod est res tantum, scilicet interior iustificatio: sed character permanet indelebiliter, ut supra dictum est, * iustificatio autem permanet, sed amissibiliter. † Damasc. ergo baptismum definiuit non quantum ad id, quod exterius agitur quod est sacramentum tantum: sed quantum ad id, quod est interius, vnde posuit duo pertinentia ad characterem, scilicet sigillum & custodiam, inquantum ipse character, qui sigillum dicitur, quantum est de se, custodit animam in bono: duo etiam posuit pertinentia ad vltimam rem sacramenti, scilicet regenerationem, quæ ad hoc pertinet, quòd per baptismum homo inchoat nouam vitam iustitiæ, & illuminationem, quæ pertinet specialiter ad fidem, per quam homo spiritualem vitam accepit, secundum illud Abac. 2. Iustus ex fide viuit. Baptismus autem est quædam fidei protestatio: vnde dicitur fidei sacramentum: & similiter Dion. baptismum definiuit per ordinem ad alia sacramenta, dicens 2. c. eccles. † hierar. quòd est quoddam principium sanctissimorum mandatorum sacræ actionis, ad eorum susceptiuam opportunitatem, formans nostros animales habitus. Et iterum * in ordine ad cælestem gloriam, quæ est vltimus finis sacramentorum, cum subdit, ad super cælestis quietis anagogen, nostrum iter faciens. & iterum quantum ad principium spiritualis vitæ, per hoc quod subdit, † sacræ & diuinissimæ nostræ regenerationis traditio.

¶ AD secundum dicendum, quòd sicut dictum est, * opinionem Hugonis de sancto Victore, in hac parte sequi non oportet: potest tamen verificari, vt baptismus dicatur esse aqua: quia aqua est materiale baptismi principium, & sic erit prædicatio per causam.

¶ Ad tertium dicendum, quòd accedente verbo ad elementum, fit sacramentum, non quidem in ipso elemento, sed in homine, cui adhibetur elementum per vsum ablutionis: & hoc etiam signat verbum, quòd accedit ad elementum, cum dicitur, Ego te baptizo &c.

ARTICVLVS II.

Vtrum baptismus fuerit institutus post Christi passionem.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd baptismus fuerit institutus post Christi passionem. Causa enim præcedit effectum: sed passio Christi operatur in sacramentis nouæ legis. ergo passio Christi præcedit institutionem sacramentorum nouæ legis, & præcipuè intentionem baptismi, cum Apostolus dicat Roma. 6. Quicumq; baptizati sumus in Christo IESV, in morte ipsius baptizati sumus &c.

¶ 2 Præterea. Sacramenta nouæ legis efficaciam habẽt ex mandato Christi: sed Christus mandatum baptizandi dedit discipulis post passionem & resurrectionem suam, dicens, Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, &c. vt habetur Matth. vlt. ergo videtur quòd post passionem Christi, baptismus fuerit institutus.

¶ 3 Præt. Baptismus est sacramentũ necessitatis, vt supra* dictum est, & ita videtur, q̃ ex quo baptismus institutus fuit, homines obligarentur ad baptismum: sed ante passionẽ Christi, homines non obligabantur ad batismum: quia adhuc circumcisio suam virtutem habebat, in cuius locum successit baptismus. ergo videtur q̃ baptismus nõ fuerit institutus ante passionem Christi.

¶ SED CONTRA est, quòd Aug. * dicit in quodam sermone de epiphania, Exquo Christus in aqua mer-

*In ser. de die epiphan. circ. me. t. 10.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ In corpore ponitur vna distinctio bimembris: institutio baptismi potest intelligi quo ad duo, vel quo ad ipsum sacramentum, vel quo ad obligationem accipiendi ipsum sacramẽtum. Et ponuntur singulæ cõclusiones iuxta singula membra. Prima conclusio est. Baptismus institutus est, quo ad ipsum sacramentum, quando Christus est baptizatus. Probatur: quia nunc habuit vim regenerandi. Secunda conclusio est. Baptismus institutus fuit quo ad necessitatem vtendi illo, post Christi passionem & resurrectionem. Probatur duplici ter, vt clare patet in litera.

¶ Respondeo dicendum, quòd sicut dictum est supra,* sacramenta ex sui institutione [d] habent, quòd conferant gratiam: vnde tunc videtur aliquod sacramentum institui, quando accipit virtutem producendi suum effectum. Hanc autem virtutem accepit baptismus, quando Christus est baptizatus: vnde tunc vere baptismus institutus fuit, quantum ad ipsum sacramentum: sed necessitas vtendi hoc sacramento, indicta fuit hominibus post passionem & resurrectionem: tum, quia in passione Christi terminata sunt figuralia sacramenta, quibus succedit baptismus & alia sacramenta nouæ legis: tum etiam, quia per baptismum configuratur homo passioni & resurrectioni Christi, inquantum moritur peccato, & incipit nouam iustitiæ vitam, & ideo oportuit Christum prius pati & resurgere, quàm hominibus indiceretur necessitas se configurandi morti & resurrectioni eius.

¶ Ad primvm ergo dicendum, quòd etiam ante passionem Christi baptismus habebat efficaciam à Christi passione, inquantum eam præfigurabat: aliter tamẽ quàm sacramenta veteris legis. nam illa erant figuræ tantum, baptismus autem ab ipso Christo virtutem habebat iustificandi, per cuius virtutem ipsa etiam passio salutifera fuit.

¶ Ad secundum dicendum, quòd homines non debebant multiplicibus figuris arctari * per Christum, qui venerat sua veritate figuras impletas auferre: & ideo ante passionem suam baptismum instituit non posuit sub præcepto, sed voluit ad eius exercitium homines assuefieri, & præcipuè in populo Iudæorum, apud quem omnia facta figualia erant, ut Aug. * dicit contra Faustum. Post passionem verò & resurrectionem, non solum iudæis, sed etiam gentilibus sub præcepto necessitatem baptismi imposuit, dicens, Euntes docete omnes gentes.

¶ Ad tertium dicendum, quòd sacramenta non sunt obligatoria, nisi quando sub præcepto ponuntur: quod quidem non fuit ante passionem, vt dictum est.* quod enim Dominus ante passionem Nicodemo dixit Io. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritusancto, non potest introire in regnum Dei, magis videtur ad futurum respicere, quàm ad præsens tempus.

¶ Super quæstio. LXVI. Art. tertium.

ARTICVLVS III.

Vtrum aqua sit propria materia baptismi.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd aqua non sit propria materia baptismi. Baptismus enim secundum Dion. & Damasc.* habet vim illuminatiuam: sed illuminatio maximè competit igni. ergo baptismus magis debet fieri in igne quàm in aqua: præsertim cum Ioan. Baptista prænuntians Christi baptismum, dicat, Ille vos baptizauit in Spiritusancto & igni.

¶ 2 Præterea. In baptismo significatur ablutio peccatorum: sed multa alia sunt ablutiua, quàm aqua: sicut vinum, & oleum, & huiusmodi alia. ergo etiam in his potest fieri baptismus. non ergo aqua est propria materia baptismi.

¶ 3 Præterea, Sacramenta ecclesiæ fluxerunt de latere Christi pendentis in cruce, vt supra dictum est: * sed inde fluxit non solum aqua, sed etiam sanguis. ergo videtur q̃ etiam in sanguine possit fieri baptismus: qui etiam videtur magis conuenire cum causa & effectu baptismi: quia dicitur Apoc. 1. Lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. †quæst. 66 ar. 5.

¶ 4 Præterea. Sicut Augustꝰ & Beda dicunt, Christus tactu suę mundissimè carnis vim regeneratiuam & purgatiuam contulit aquis: sed non omnis aqua continuatur cum aqua Iordanis, quam Christus tetigit sua carne. ergo videtur q̃ non in omni aqua possit fieri baptismus, & ita aqua, inquantum huiusmodi, non est propria materia baptismi.

¶ 5 Præterea. Si aqua secundum se esset propria baptismi materia, non oporteret aliquid aliud fieri circa aquã, ad hoc, q̃ in ea baptismus fieret: sed in solenni baptismo aqua, in qua debet celebrari baptismus, exorcizatur & benedicitur. ergo videtur q̃ aqua secũdum se non sit propria baptismi materia.

¶ Sed contra est, q̃ dominus dicit Ioan. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritusancto, non potest introire in regnum Dei.

¶ Respondeo, Dicendum quòd ex institutione diuina, aqua est propria materia baptismi: & hoc conuenienter. Primo quidem, quantum ad ipsam rationem baptismi, qui est regeneratio in spiritualem vitam, quod maximè congruit aquæ. vnde & semina, ex quibus generantur omnia viuentia, scilicet plantæ & animalia, humida sunt, & ad aquam pertinent. Propter quod, quidam philosophi posuerunt aquam omnium rerum principium. Secundo, quantum ad effectus baptismi, quibus competunt aquæ proprietates, quæ sua humiditate lauat, ex quo conueniens est ad significandam & causandam ablutionem peccatorum: sua frigiditate etiam temperat superfluitatem caloris, & ex hoc competit ad mitigandam concupiscentiam fomitis: sua diaphanitate est luminis susceptiua: vnde competit baptismo inquantum est fidei sacramentum. Tertio, quia conuenit ad representandum mysteria Christi, quibus iustificamur. Vt enim dicit Chrys.* super illud Ioan. 3. Nisi quis renatus fuerit &c. sicut in quodam sepulchro, in aqua submergentibus nobis capita, vetus homo sepelitur, & submersus deorsum occultatur, & deinde nouus rursus ascendit. Quarto, quia ratione suæ communitatis & abundantiæ est conueniens materia necessitati huius sacramenti: potest enim vbique de facili haberi. * Ho. 24. in Ioã. med. Ho. 3.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd illuminatio pertinet ad ignem actiuè. Ille autem qui baptizatur, non efficitur illuminans, sed illuminatus per fidem, quæ est ex auditu, ut dr Ro. 10. Et ideo magis competit aqua baptismo, quàm ignis: quod autem dr, baptizabit vos in Spiritu sancto & igni, potest per ignem, vt Hier. † dicit intelligi Spiritusancti, qui super discipulos in igneis linguis apparuit, vt dr Act. 2. Vel per ignem potest intelligi tribulatio, vt Chrys.* dicit super Mat. quia tribulatio peccata purgat, & concupiscentiam diminuit. Vel quia, vt Hilar. † dicit super Matth. baptizatis in Spiritusancto, reliquum est consumari igne iudicij. † Super illud verbum Matth. 3. to. 9. * ho. 3. in opere imperf. to. 2. † Hila. ca. 2. in Matth. post med.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ vinum & oleum non cõmuniter assumuntur ad vsum ablutionis, sicut aqua. Nec etiam ita perfectè abluunt: quia ex eorum ablutione remanet aliqua infectio, quantum ad odorem, quod non contingit de aqua. Illa etiam non ita communiter & abundanter habentur, sicut aqua.

¶ Ad

¶ Ad tertium dicendum, quòd ex latere Christi fluxit aqua ad abluendum: sanguis autem ad redimendum: & ideo sanguis competit sacramento eucharistiæ: aqua autẽ sacramento baptismi, qui tamen habet vim ablutiuam ex virtute sanguinis Christi.

¶ Ad quartum dicendum, quòd virtus Christi deriuata est ad omnem aquam, non propter continuitatem lotæ ei: sed propter similitudinem speciei. vnde dicit Aug.* in quodam sermone Epiphaniæ. Quæ de saluatoris baptismate benedictio fluxit, tamquàm fluuius spiritalis, omnium gurgitum tractus, vniuersorum fontium venas impleuit. * In ser. 1. domin. cæ, infra oct. Epipha. med. to. 10.

¶ Ad quintum dicẽdum, quòd illa benedictio quæ adhibetur aquę, non est de necessitate baptismi: sed pertinet ad quandam solennitatem, per quam excitatur deuotio fidelium, & impeditur astutia dæmonis, ne impediat baptismi effectum.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum ad baptismum requiratur aqua simplex.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd ad baptismum non requiratur aqua simplex. Aqua enim, quæ apud nos est, non est aqua pura, quod præcipuè apparet de aqua maris, in qua plurimum admiscetur de terrestri, vt patet per Philosophum in libr. Meteor. † & tamen in tali aqua potest fieri baptismus. ergo non requiritur aqua simplex, & pura ad baptismum. †Lib. 3. c. 3. to. 2.

¶ 2 Præt. In solenni celebratione baptismi, aquæ infunditur chrisma: sed hoc videtur impedire puritatẽ & simplicitatem aquæ. ergo aqua pura & simplex non requiritur ad baptismum.

¶ 3 Præt. Aqua fluens de latere Christi pendentis in cruce, fuit signum baptismi, vt dictum est: * sed aqua illa nõ videtur fuisse aqua pura, eo q̃ in corpore misto, cuiusmodi fuit corpus Christi, non sunt elementa in actu. ergo videtur quòd non requiratur aqua pura, vel simplex ad baptismum. Ar. præt. Et clare patent omnia in litera.

¶ 4 Præt. Lixiuium non videtur esse aqua pura, habet enim contrarias proprietates aquæ, scilicet calefaciendi & desiccandi: & tamen in lixiuio videtur posse fieri baptismus: sicut & in aquis balneorum, quæ transeunt per venas sulphureas, sicut & lixiuium colatur per cineres. ergo videtur quòd aqua simplex non requiratur ad baptismum.

¶ 5 Præt. Aqua rosacea fit per subtiliationem à rosis, sicut etiam aquæ alchimicæ generantur per sublimationem ab aliquibus corporibus: sed in his aquis, vt videtur, potest fieri baptismus, sicut & in aquis pluuialibus, quæ per sublimationem vaporum generantur. cum igitur huiusmodi aquæ non sint puræ & simplices, videtur q̃ aqua pura & simplex non requiratur ad baptismum.

¶ Sed contra est, quòd propria materia baptismi est aqua, vt dictum est: † sed speciem aquę non habet nisi aqua simplex. ergo aqua pura & simplex de necessitate requiritur ad baptismum. Ar. præc.

¶ Respondeo Dicendum, quòd aqua suam puritatem & simplicitatem potest amittere dupliciter. Vno modo, per mistionem alterius corporis, alio modo per alterationem: vtrumque autem horum contingit fieri dupliciter, scilicet per artem & per naturam: ars autem deficit ab operatione naturæ: quia natura dat formam substantialem, quod ars facere non potest: sed omnes formæ artificiales sunt accidentales, nisi [d] forte apponendo proprium agens ad propriam materiam: sicut ignem combustibili, per quem modum à quibusdam quædam animali, per putrefactionem generantur. Quæcumque igitur transmutatio circa aquam facta est per artem, siue commiscendo, siue alterando, non transmutatur species aquæ: vnde in tali aqua potest fieri baptismus, nisi forte admisceatur per artem in tam parua quantitate alicui corpori, quòd compositum magis sit aliud quàm aqua, sicut lutum magis est terra quàm aqua, & vinum lymphatũ magis est vinum quàm aqua: sed transmutatio, quæ fit à natura, quandoque quidem speciem aquæ soluit, & hoc fit quando aqua efficitur per naturam desubstantia alicuius corporis misti: sicut aqua conuersa in liquorum vuæ, est vinum, vnde non habet speciem aquæ. Aliquando autem fit per naturam transmutatio aquæ sine solutione speciei, & hoc tam per alterationem, sicut patet de aqua calefacta à sole, quàm etiã per mistionem: sicut patet de aqua fluminis turbida ex permistione terrestrium partium. sic ergo dicendum est, quòd in qualibet aqua qualitercumque transmutata, dummodo non soluatur species aquæ, potest fieri baptismus: si verò soluatur species aquæ, non potest fieri baptismus. D. 240.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd transmutatio facta in aqua maris, & etiam in alijs aquis, quæ penes nos sunt, non est tanta, q̃ soluat speciem aquæ, & ideo in huiusmodi aquis potest fieri baptismus.

¶ Ad secvndvm dicendum, quòd admistio chrismatis, non soluit speciem aquæ: sicut nec etiam aqua decoctionis carnium, aut aliorum huiusmodi: nisi forte sit facta tanta resolutio corporum lixatorum in aqua, quòd liquor plus habeat de aliena substantia, quàm de aqua, quod ex spissitudine perspici potest. Si tamen ex liquore sic inspissato exprimatur aqua subtilis, potest in ea fieri baptismus: sicut & in aqua, quæ exprimitur ex luto, licet in luto baptismus fieri non possit.

¶ Ad tetivm dicendum, quòd aqua fluens de latere Christi pendentis in cruce, non fuit humor phlegmaticus, vt quidam dixerunt: in tali enim humore non posset fieri baptismus: sicut nec in sanguine animalis, aut in vino, aut quocumque liquore alicuius plantæ. Fuit autem aqua [d] pura, miraculosè egrediens à corpore mortuo, sicut & sanguis, ad comprobandam veritatem dominici corporis, contra manichæorum errorem, vt scilicet per aquam, quę est vnum quatuor elementorum, ostenderetur corpus Christi verè fuisse compositum ex quatuor elementis, per sanguinem verò ostenderetur esse compositum ex quatuor humoribus. D. 235.

¶ Ad quartum dicendum, quòd in lixiuio, & in aquis sulphureorum balneorum, potest fieri baptismus: quia tales aquæ non incorporantur per artem, vel naturam aliquibus corporibus mistis, sed solum alterationẽ quandam recipiunt, ex hoc, quòd transeunt per aliqua corpora.

¶ Ad quintum dicendum, quòd aqua rosacea est liquor rosæ resolutus. vnde in ea non potest fieri baptismus, & eadem ratione nec in aquis alchimicis, sicut nec in vino. Nec est eadem ratio de aquis pluuialibus, quæ generantur ex maiori parte ex sublimatione vaporum resolutorum ex aquis: minimum autem est ibi, de liquoribus corporum mistorum: qui tamen per huiusmodi sublimationem, virtute naturæ, quæ est fortior arte, resoluuntur in veram aquam, quod ars facere non potest. vnde aqua pluuialis nullam propriẽtatem retinet alicuius corporis misti, quod de aquis rosaceis, & aquis alchimicis dici non potest.

¶ Super

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Super Quæstionis sexagesimæsextæ, Articulum quintum.

Vtrum hæc sit conueniens forma baptismi, Ego te baptizo in nomine Patris & Filij & Spiritussancti.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd hæc non sit conueniens forma baptismi: Ego te baptizo in nomine Patris & Filij & Spiritussancti. Actus enim magis debet attribui principali agenti, quàm ministro: sed in sacramento minister agit, vt in instrumentum, vt supra dictum est, † principale autem agens in baptismo est Christus, secundum illud Ioan. 1. Super quem videris spiritum descendentem & manentem, hic est qui baptizat. inconuenienter ergo minister dicit, Ego te baptizo: præsertim quia in hoc quod dicitur baptizo, intelligitur ego, & sic videtur superfluè apponi.

¶ 2 Præterea. Non oportet quòd ille qui aliquem actum exercet, de actu exercito faciat mentionem: sicut ille qui docet, non oportet quòd dicat, Ego vos doceo. Dominus autem simul tradidit præceptum baptizandi & docendi, dicens, Matth. vlti. Euntes docete omnes gentes &c. ergo nō oportet quòd in forma baptismi fiat mentio de actu baptismi.

¶ 3 Præterea. Ille, qui baptizatur, quandoque non intelligit verba, puta si sit surdus aut puer: frustra autem ad talem sermo dirigitur, secundum illud Eccles. 32. Vbi non est auditus, non effundas sermonem. ergo inconuenienter dicitur, Ego te baptizo, sermone directo ad eum, qui baptizaretur.

¶ 4 Præterea. Contingit simul plures baptizari & à pluribus: sicut Apostoli baptizauerunt vna die tria millia, & alia die quinque millia, vt dicitur Actu. 2. & 4. non ergo debet forma baptismi determinari in singulari numero, vt dicatur, Ego te baptizo: sed potest dici, nos vos baptizamus.

¶ 5 Præterea. Baptismus virtutem habet à passione Christi: sed per formā baptismus sanctificatur. ergo videtur q̄ in forma baptismi debeat fieri mentio de passione Christi.

¶ 6 Præt. Nomen designat proprietatem rei: sed tres sunt proprietates personarum, vt in prima parte dictum est. † non ergo debet dici, in nomine Patris & Filij & Spiritussancti, sed in nominibus.

¶ 7 Præt. Persona Patris non solum significatur nomine patris, sed etiam nomine innascibilis & genitoris: filius autem significatur nomine verbi & imaginis & geniti: Spiritus etiam Sanctus potest significari nomine doni & amoris procedētis. ergo videtur quòd etiam his nominibus vtendo, per hæc baptizemus.

¶ Sed contra est, quòd Dominus dicit, Mat. vlti. Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris & Filij & Spiritussancti.

¶ Respondeo dicendum, quòd baptismus per suam formam cōsecratur, secundum illud Ephes. 5. Mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ, & Augustin. * dicit in lib. de vnico baptismo, quòd baptismus verbis euangelicis cōsecratur: & ideo oportet, quòd in forma baptismi exprimatur causa baptismi: est autem eius duplex causa, vna quidem principalis, à qua virtutem habet, quæ est sancta Trinitas: alia autem instrumentalis, scilicet minister, qui tradidit exterius sacramentum: & ideo oportet, in forma baptismi, de vtraque fieri mentionem. Minister autem tangitur, cum dicitur, Ego te baptizo: causa autem principalis, cum dicitur, In nomine Patris & Filij & Spiritussancti. vnde hæc est conueniens forma baptismi, Ego te baptizo in nomine Patris & Filij & Spiritussancti.

¶ AD primum ergo dicendum, quòd actio attribuitur instrumento, sicut immediatè agenti: attribuitur autem huiusmodi actio principali agenti, sicut in cuius virtute instrumentum agit: & ideo in forma baptismi conuenienter significatur minister, vt exercens actum baptismi, per hoc quòd dicitur, Esto te baptizo: sicut & ipse Dominus baptizandi actum attribuit ministris, dicens, Baptizantes eos &c. Causa autem principalis significatur, vt in cuius virtute sacramentum agitur, per hoc quod dicitur, In nomine Patris & Filij & Spiritussancti: non enim Christus baptizat sine Patre & Spiritusancto. Græci autem non attribuunt actum baptismi ministris, ad euitandum antiquorum errorem, qui virtutem baptismi baptizantibus attribuebant, dicentes, Ego sum Pauli, & ego Cephæ: & ideo dicunt, Baptizetur seruus Christi, talis, in nomine Patris &c. Et quia exprimitur actus exercitus per ministrum cum inuocatione Trinitatis, verum perficitur sacramentum. quod autem additur, Ego, in forma nostra non est de substantia formæ, sed ponitur ad maiorem expressionem intentionis.

¶ AD secundum dicendum, quòd quia ablutio hominis in aqua, propter multa fieri potest, oportet quòd determinetur in verbis formæ ad quid fiat: quod quidem non fit per hoc, q̄ dicitur, In nomine Patris & Filij & Spiritussancti: quia omnia in tali nomine facere debemus, vt habetur Coloss. 3. & ideo, si non exprimatur actus baptismi vel per modum nostrū, vel per modum græcorum, non perficitur sacramentum, secundum illam dec. Alexan. 3. † Si quis puerum ter in aqua immerserit in nōie Patris & Filij & Spiritussancti, amen, & non dixerit. Ego te baptizo in nomine Patris & Filij & Spiritussancti amen, non est puer baptizatus.

¶ Ad tertium dicendum, quòd verba quæ profertuntur in formis sacramētorum, non pronuntiantur solum causa significandi, sed etiam causa efficiendi, inquantum habent efficaciam ab illo verbo, per quod facta sunt omnia: & ideo conuenienter diriguntur non solum ad homines, non intelligenter, sed etiam ad creaturas insensibiles, vt cum dicitur, Exorcizo te creatura salis.

¶ Ad quartum dicēdum, quòd plures simul non possunt vnum baptizare: quia actus multiplicatur secundum multiplicationem agentium, si perfecte ab vnoquoque agatur. Et sic, si conuenirent duo, quorum vnus esset mutus, qui non posset proferre verba, & alius carens manibus, qui non posset exercere actum, non possunt ambo simul baptizare, vno dicente verba, & alio exercente actum. Possunt autem, si necessitas exigit plures simul baptizari: quia nullus eorum reciperet, nisi vnum baptismum: sed tunc oportebit dicere, Ego baptizo vos: nec erit mutatio formæ: quia vos nihil aliud est, quàm te, & te: quod autem dicitur, nos, non est idem dicere, quod ego & ego, sed ego & tu, & sic iam mutaretur forma. Similiter autem mutaretur, si diceretur, Ego baptizo me: & ideo nullus potest baptizare seipsum: propter quod & Christus à Ioanne voluit baptizari, vt dicitur extra de baptismo † & eius effectu, cap. debitum.

¶ Ad quintum dicendum, quòd passio Christi, etsi sit principalis causa respectu ministri: est tamen causa instrumentalis respectu S. Trinitatis: & ideo potius cōmemoratur Trinitas, quàm passio Christi.

¶ Ad sextum dicendum, quòd etsi sint tria nomina personalia trium personarum: est tamen nomen vnum essentiale: virtus autem diuina quæ operatur in baptismo, ad essentiam pertinet: & ideo dicitur, in nomine, & non in nominibus.

¶ Ad septimum dicendum, quòd sicut aqua sumitur ad baptismum: quia eius vsus est communior ad abluendum, ita ad significandum tres personas, in forma baptismi assumuntur illa nomina, quibus communius consueuerunt nominari personæ in illa lingua: nec in alijs nominibus perficitur sacramentum.

positum spectat interdum, vel quo ad significata nomi nis, vel quo ad significatum ex accommodatione vsus. Et si primo modo fiat mutatio, potest fieri, vel quo ad significatum formale, vel quo ad significatum materiale, vel quo ad vtrumque. Verbi gratia, Pater purum paternitatem significat formaliter, vt docet Aristotel. materialiter vero significat subiectum habens paternitatē, quod tamen secundum Auicen principaliter dicitur significari patris nomine, & comprehendendo vtrumque, pater significat habentem paternitatem. Vnde si loco patris ponatur genitor, erit mutatio quo ad formale significatum: quia genitor significat actum generandi, pater autem relationem, sed non erit mutatio quo ad significatū materiale: quia vnus atque idem est generans & pater. Si vero loco patris poneretur paternitas, non mutaretur significatum formale, sed abstraheretur a materiali. si autem loco patris poneretur mater, esset mutatio quo ad vtrumque significatum, Dicitur itaque secundum dictorum opinionem docto rum, quòd mutatio nominum quo ad significatum ex vi nominis, siue formale tantum, siue materiale tantum, siue vtrumque, tollit veritatem baptismi. Ego autem considerans præfeorum patrum dicta, ab his dissentio motus ea ratione, quòd identitas nominum quo ad significatum secundo modo accipienda est in proposito, vt scilicet tunc solum sit variatio nominum quo ad significatum, quando variatur significatum ad quod ex accommodatione vsus in forma sacramenti applicantur. Exempli causa. Cum dicitur in forma baptismi, In nomine Patris & Filij & Spiritussancti, Pater ex accommodatione vsus, applicatur ad significandum primam personam Trinitatis, & similiter filius ad significandum personam, quæ secunda est in Trinitate, & simile est de nomine Spiritussancti. Nam ex vi nominum, nec omnia simul significant illas tres personas diuinas, nec aliquod eorum significat aliquam personam diuinam: quodlibet enim eorum ex vi nominis commune est multis, vt dicte patet. Ex hoc itaque & in hoc pendet tota quæstio, penes quid attendatur vnitas, vel diuersitas significati per nomen sacramentale. Attendentes enim ad communem rationem eiusdem, vel diuersæ significationis nominum, oportet consequenter dicere diuersum esse significatum, quando formale seu principale significatum ex vi nominis est diuersum. Perspicientes vero ad spectalem vsum nominum sacramentalium, consequenter dicimus, tunc solum variari significatum, quando non significatur illud ad quod ex accommodatione vsus significandum applicatum est. Et propterea, si loco patris ponatur genitor, & loco filij ponatur genitus, quia eædem personæ significantur, non variatur significatio, quantumcunque sub alia & alia ratione significentur personæ, per hæc & illa nomina. Probatur autem sic debere accipi in proposito idem vel diuersum significatum, primo, auctoritate sedis apostolicæ, de consecrat. distinctio. 4. cap. a quodam vbi Nicolaus Papa reddens rationem, quare baptismus præceptus in nomine Patris & Filij & Spiritussancti, valet in nomine Christi, dicit, quia vnum & idem est procul dubio significatum. Ex quo loco manifeste patet, identitatem significati per formam baptismi, non attendi secundum communem nominum significationem, sed secundum id, ad quod significandum accommodata sunt nomina. Ad hoc enim aspiciendo, idem significatur per Christum implicite, quod per Patrem & Filium & Spiritumsanctum, explicite. Secundo, auctoritate Ambrosij in 1. libr. de Spiritusancto, cap. 3. Vbi de forma baptismi loquens, loco filij ponit Christum, loco patris ponit, a quo vnctus est Christus, & loco Spiritussancti ponit, quo vnctus est Christus. Ex qua doctrina clare habes, quòd sufficit personas diuinas significare secundum Ambrosium ex actione, puta vnctione. multo ergo magis sufficiet significare illas ex generatione. Tertio, ex auctoritate generalis cōcilij Florentini sub Eugenio IIII. vbi institutionem Domini de forma baptismi, interpretatisunt patres in uocationem Trinitatis, & non limitauerunt se ad inuocationem Trinitatis per hæc præcise nomina, Pater & Filius & Spiritussanctus: legimus enim ibi sic de forma baptismi, Si exprimatur actus, qui per ipsum exercetur ministrum, cum S. Trinitatis inuocatione, perficitur sacramentum. Quare, ex communi ecclesiæ confessione. Fatemur enim omnes S. Trinitatem nos inuocare, laudare, confiteri etiā in iudicio, non solum dictis nominibus vtendo, sed etiam vtendo æquipollentibus, puta genitore, omnipotente, genitoque a b ipso, & procedente ab vtroque, dono: aut similibus Quinto, ex acceptatis cabus. Nam si quis diceret, Ego te baptizo in nomine Patris, Iesu Christi, & Spiritussancti, procul dubio omnium sapientum iudicio perfectum esset sacramentum, ita quod non esset locus reiterationi: & tamen constat, quòd variatur significatum ex vi nominis similiter si quis diceret, In nomine Patris & Filii & Spiritus paracleti, procul dubio eorundem iudicio, verum esset baptisma: & tamen constat variari ex vi nominis significatum: vnde saluator instituens formam baptismi, in nomine Patris & Filij & Spiritussancti, non est intelligendus arctasse virtutem formæ ad formalia significata ex vi nominum per hæc nominatied ad significata illa, ad quæ significanda hæc nomina accommodata sunt.

¶ Ad rationem autem allatam in oppositum: quia pater significat personam, genitor vero actum notionalem, facile respondetur satisfaciendo, primo falsum esse, quòd pater ex vi nominis significet personam plus quàm genitor: quoniam pater significat purum paternitatem in concreto: & similiter genitor puram generationem actiue in concreto: concretum autem vtrobique est persona patris, de Trinitate loquendo: quæ realiter & formaliter ex parte rei identificatur, & relationi paternitatis & generationi actiuæ. Dicitur secundo, quòd manifeste constat Spiritussancti nomen, nec proprietatem personalem, nec actum notionalem, nec personam ex vi nominis significare, vt patet, ex eo quòd tam Spiritus, quàm sanctus, quàm totum coniunctum, ex vi nominis dicitur de essentia diuina: Spiritus enim est Deus &c. Auctoris ergo verba, vt ad literam redeamus, quantum ex ratione literæ apparet, intelligenda sunt, quo ad perfectionem præcepti, & non quo ad perfectionem sacramenti absolute, vt sic sensus, quòd in solis nominibus quæ sunt in communiori vsu, perficere tenemur sacramenta: ita quòd in aliis sacramentum sit imperfectum, non per defectum alicuius necessarij ad sacramentum: sed necessarij ad præceptum sacramenti: hoc enim insinuat ratio literæ de communiori vsu: communior enim & minus communis vsus non variat significationem nominis, vt de se patet. Si quis autem putat intelligenda hæc verba, vt sonant, dicat, vt sibi placet.

Super

---

368 Inf. q. 84. ar. 3. cor. Ec 4. d. 13. ar. 2. q. 1. Ec 1. Cor. 1. lec. 3.

† q. 64. ar. 1, 2.

* De baptismo, & eius effectu. c. 1.

* Li. 6. de bapt. contra Donatist. ca. 25. to. 7. Et li. 4. c. 15. refertur de consec. dist. 4. ca. satis ostendimus.

† In decretali. 3. tit. 42. c. Debitum.

p. p. q. 32. ar. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Super quæstionis sexagesimæsextæ, Articulum sextum.

369 4.d.3.ar. 2.q.2.ad 3.Et 1.Cor. 11.c.2

TItulus clarus. ¶ In corpore vnica est conclusio: Quicquid deest ad inuocationem plenam Trinitatis, tollit integritatem baptismi. Probatur. Sacramentum habet efficaciam ab institutione Christi. ergo si prætermittatur aliquid eorū, quæ Christus instituit circa sacramentū, tollitur efficacia eius. ergo si prætermittatur plena inuocatio trinitatis in baptismo, tollitur integritas baptismi. Et probatur hæc vltima cōsequentia: quia Christus instituit baptismum in nomine Patris & Filii & Spiritussancti. Deinde excludit Auctor responsionem dicentem, quòd sufficit inuocare trinitatē implicitè, vel quia in inuocatione vnius personæ includuntur alia: vel quia recta fide interiori inuocantur omnes personæ, quātis tacitè non explicitè omnes. Contra hanc responsionem arguit Auctor, quia sacramentum sicut constat ex materia sensibili, ita debet cōstare ex forma sensibili, ac per hoc nec intellectus cōintelligens in vna persona aliam, nec fides recta de omnibus personis supplet defectum formæ sensibilis. Et confirmatur ex baptismo Christi: quoniam ibi tres personæ in forma sensibili apparuerunt.

*Lib.1.c.3.ante medium.to.3.

*De consec.d.4.c. quodam iudæo.

† Li...de Spiritusā ctoc 3.in te med.to mo 2.

*De conf. d.4.ca.Si uera.

¶ Adnerte hic, hæc Auctoris verba directe excludere responsiones iam prætas ex 3. cap. lib. primi Ambrosii de Spiritusancto, relata a Magistro sententiarum.3. distin.4.

¶ Aduerte secūdo, tractari hic duas quæstiones tāquā proam: altera siquidem quæstio est, an baptismus, in quo omittitur inuocatio alicuius personæ trinitatis, sit verus. Altera autem quæstio est, an baptismus celebratus i nomine Christi, sit verus. Et Magister siquidē sententiarum separatim eas tractat. Auctor vero communiter, vt hic patet, ille non idem de vtraque quæstione iudicium habet, iste idem sentit de vtraque eadem ratione: puta quia Christus nomen vnius personæ est, & propterea non dicit recte in litera respōdit quæsito, puta baptismus in nōie Christi non potest dari, sed vniuersalē negatiuam pro responsione dedit, scilicet non potest baptismus dari omisso quocumque ad plenam inuocationem trinitatis requisito.

ARTICVLVS VI.

Vtrum in nomine Christi possit dari baptismus.

AD Sextum sic proceditur. Videtur quòd in nomine Christi possit dari baptismus, Sicut enim vna est fides, ita est vnum baptisma, vt dicitur Ephe.4.sed Act.8.dicitur, quòd in nomine Christi baptizabantur viri & mulieres. ergo etiam nunc potest dari baptismus in nomine Christi.

¶ 2 Præterea. Ambrosi. * dicit, si Christum dicas, & Patrem, à quo vnctus est, & ipsum, qui vnctus est Filium, & Spiritumsanctum, quo vnctus est, designasti: sed in nomine trinitatis potest fieri baptismus. ergo & in nomine Christi.

¶ 3 Præt. Nicolaus Papa * ad consulta Bulgarorum respondens, dicit, qui in nomine sanctæ trinitatis, vel tātum in nomine Christi (sicut in Actu. apostolorum legitur) baptizati sunt (vnum quippe idemque est, vt sanctus ait Ambr.) † rebaptizari non debent. Rebaptizarentur autem, si in hac forma baptizati, sacramentum baptismi non recipierent. ergo potest confern baptismus in nomine Christi sub hac forma, ego te baptizo in nomine Christi.

¶ SED CONTRA est, quòd Pelagius Papa * scribit Gaudentio episcopo, si hi qui in locis dilectionis tuæ vicinis commorati dicuntur, se solummodo in nomine domini baptizatos fuisse confitentur, sine cuiuscumque dubitationis ambiguo, eos ad fidem catholicam venientes, in sanctæ trinitatis nomine baptizabis. Didimus etiam dicit * in lib. de Spiritusancto, licet quis possit existere mentis alienæ, qui ita baptizare conetur, vt vnum de prædictis nominibus (scilicet trium personarū) prætermittat, tamen sine perfectione baptizabit.

¶ Respondeo dicendum, quòd (sicut supra dictum est *) sacramenta habent efficaciam ab institutione Christi. Et ideo si prætermittatur aliquid eorum, quæ Christus instituit circa aliquod sacramentum, efficacia caret, nisi ex speciali dispensatione eius, qui virtutem suam sacramentis non alligauit. Christus autem instituit sacramentum baptismi dari cum inuocatione trinitatis. Et ideo quicquid desit ad plenam inuocationem Trinitatis, tollit integritatem baptismi. Nec obstat quòd in nomine vnius personæ intelligatur alia (sicut in nomine Patris intelligitur Filius) aut quod ille qui nominat vnam solam personam, possit habere rectam fidem de tribus, quia sicut ad sacramētum requiritur materia sensibilis, ita & forma sensibilis: vnde non sufficit intellectus vel fides trinitatis ad perfectionem sacramenti, nisi sensibilibus verbis trinitas exprimatur: vnde & in baptismo Christi (vbi fuit origo sanctificationis nostri baptismi) affuit trinitas in sensibilibus signis, scilicet Pater in voce, Filius in humana natura, Spiritussanctus in columba.

¶ AD primum ergo dicendum, quòd ex speciali Christi reuelatione Apostoli, in primitiua ecclesia in nomine Christi baptizabant: vt nomen Christi (quod erat odiosum iudæis & gentilibus) honorabile redderetur per hoc, quòd ad eius inuocationem Spiritussanctus dabatur in baptismo.

¶ AD secundum dicendum, quòd Ambrosi, assignat rationem, quare cōuenienter talis dispensatio, fieri potuit in primitiua ecclesia: quia scilicet in nomine Christi tota trinitas intelligitur. Et ideo seruabatur ad minus integritas teintelligibili, forma, quam Christus tradidit in euangelio.

¶ Ad tertium dicendum, quòd Nicolaus Papa dictum suum confirmat ex duobus præmissis. Et ideo eius responsio patet ex primis duabus solutionibus.

ARTICVLVS VII.

Vtrum immersio in aqua sit de necessitate baptismi.

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur quòd immersio in aqua sit de necessitate baptismi: vt enim dicit ur Ephes.4. vna fides, vnum baptisma; sed apud multos communis modus baptizandi est per immersionem. ergo videtur quòd non possit esse baptismus sine immersione.

¶ 2 Præt. Apostolus dicit Rom.6. Quicumq; baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus, consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem: sed hoc fit per immersionem: dicit enim Chrysosto. * super illud Ioan. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritusancto, &c. Sicut in quodam sepulchro in aqua submergentibus nobis capita vetus homo sepelitur, & submersus deorsum occultatur, deinde nouus rursus, ascendit. ergo videtur quòd immersio sit de necessitate baptismi.

¶ 3 Præt. Si sine immersione totius corporis posset fieri baptismus, sequeretur quòd pari ratione sufficeret, quālibet patrem aqua perfundi: sed hoc videtur inconueniens: quia originale peccatum, contra quod præcipuè datur baptismus, non est in vna tantum corporis parte. ergo videtur quòd requiratur immersio ad baptismum, & non sufficiat sola aspersio.

¶ Sed contra est, quòd Heb.10. dicitur, Accedamus cum vero corde in plenitudine fidei, aspersi corda à conscientia mala, & abluti corpus aqua munda.

Respon.

¶ Super quæstionis sexagesimæsextæ, Articulum septimum.

370 4.d.3.ar. 4.q.1.

IN titulo sumitur immersio, vt distinguitur cōtra aspersionem & effusionem.

¶ In corpore vna conclusio est. Immersio non est de necessitate baptismi. Probatur: Ablutio corporis fieri potest per aquam, non solum per modum immersionis, sed etiam per modum aspersionis vel effusionis. ergo immersio nō est de necessitate baptismi. Probatur consequentia: quia in baptismo assumit aqua ad abluendum corpus. quod probatur: quia significat sic ablutionem interiorem a peccatis. Processum cum multis auctoritatibus & adiunctis ad bonitatem doctrinæ, quia satis patet in litera, pertranseo.

*Ho.24. in Ioanne post med. to.3.

¶ Respondeo dicendum, quòd aqua assumitur in sacramento baptismi, ad vsum ablutionis corporalis, per quam significatur interior ablutio peccatorum. Ablutio autem fieri potest per aquam, nō solum per modum immersionis, sed etiam per modum aspersionis vel effusionis. Et ideo quamuis tutius sit baptizare per modum immersionis (quia hoc habet communior vsus) potest tamen fieri baptismus per modum aspersionis, vel etiam per modum effusionis, secundum illud Ezec. 36. effundā super vos aquam mundam: sicut beatus Laurentius legitur baptizasse: & hoc præcipuè propter necessitatem: vel quia est magna multitudo baptizandorum, vt patet Act.2.& 4. vbi dicitur, quòd crediderunt vna die tria millia, & alia 5. millia. Quandoque autem potest imminere necessitas propter paucitatem aquæ: vel propter debilitatem baptizandi, cui posset imminere periculum mortis ex immersione. & ideo dicendum est, q̄ immersio non est de necessitate baptismi.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ea quæ sunt per accidens, non variant substantiam rei. Per se autem requiritur ad baptismum corporalis ablutio per aquam: vnde & baptismus lauacrum nominatur, secundum illud Eph.5. Mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ. Sed q̄ fiat ablutio hoc vel illo modo, accidit baptismo: & ideo talis diuersitas non tollit vnitatem baptismi.

¶ AD SECVNDVM dicendum, quòd in immersione expressius repræsentatur figura sepulturæ Christi, & ideo hic modus baptizādi est communior, & laudabilior: sed in alijs modis baptizandi repræsentatur aliquo modo, licet non ita expressè: nam quocumque modo fiat ablutio, corpus hominis, vel aliqua pars eius, aquæ supponitur, sicut corpus Christi sub terra fuit positum.

¶ Ad tertium dicendum, quòd principalis pars corporis, præcipuè quantum ad exteriora membra, est caput in quo vigēt omnes sensus, & interiores & exteriores. Et ideo, si totum corpus aqua non possit perfundi propter aquæ paucitatem, vel propter aliquā aliam causam, oportet caput perfundere: in quo manifestatur principium animalis vitæ. Et licet per membra, quæ generationi deseruiunt, peccatum originale traducatur, nō tamen sunt membra illa potius aspergenda, quàm caput, quia per baptismum non tollitur transmissio originalis in prolem per actum generationis, sed liberatur anima à macula, & reatu peccati, quod incurrit. Et ideo debet præcipuè lauari illa pars corporis, in qua manifestantur opera animæ. In veteri autem lege remedium contra originale peccatū, institutum erat in membro generationis: quia adhuc ille, per quem originale erat amouendum, nasciturus erat ex semine Abrahæ, cuius fidem circumcisio significabat, vt dicitur Rom.4

¶ Super Quæstionis sexagesimæsextę, Articulum octauum.

371 4.d.3.ar. 4.q.2.& 3 Et dist.23. q.1.art.1. q.2.cor.

TIulus clarus est.

¶ In corpore articuli duo fiunt: primo, respondet quæsito, quantum ad necessitatē sacramenti: secundo respondet quæsito, quantum ad necessitatem mandati ecclesiastici.

¶ Quo ad primū vnica cōclusio est: videtur ad necessitatem baptismi pertinere, scilicet q̄ significetur in baptismo Trinitas personarum, & q̄ fiat cō figuratio ad sepulturam Christi. ergo videtur quòd trina immersio sit de necessitate baptismi.

¶ 2 Præterea. Sacramenta ex mandato Christi efficaciam habent: sed trina immersio est ex mandato Christi: scribi enim Pelagius Papa * Gaudentio episcopo, euangelicum præceptum ipso Domino Deo, & saluatore nostro Iesu Christo tradente, nos admonet, in nomine Trinitatis trina immersione sanctum baptismum vnicuique tribuere. ergo sicut baptizare in nomine Trinitatis, est de necessitate baptismi, ita etiam baptizare trina immersione, videtur esse de necessitate baptismi.

¶ 3 Præt. Si trina immersio non sit de necessitate baptismi. ergo ad primā immersionem aliquis baptismi consequitur sacramentum. Sit ergo additur secunda vel tertia, videtur, q̄ secundo vel tertio baptizetur, quod est inconueniens. non ergo vna immersio sufficit ad sacramentum baptismi, sed trina immersio videt esse de necessitate ipsius.

¶ SED CONTRA est, quòd Gregor. † dicit scribens * Leandro episcopo, Reprehensibile esse nullatenus potest, instantem in baptismate vel tertio, vel semel immergere, quoniam & in tribus immersionibus personarum Trinitas, & vna potest diuinitatis singularitas designari.

¶ Respondeo Dicendum, quòd (sicut prius dictum *) ad baptismum per se requiritur ablutio aquæ, quæ est de necessitate sacramenti, modus autem ablutionis per accidens se habet ad sacramentum. Et ideo, sicut ex prædicta auctoritate Greg. * patet, quantum est de se, vtrunque licitè fieri potest scilicet, & semel & ter immergere: quia vnica immersione significatur vnitas mortis Christi & vnitas deitatis: per trinā autem immersionem significatur triduum sepulturæ Christi, & etiam trinitas personarum: sed diuersis ex causis secundum ordinationem ecclesiæ, quā doqæ instituta est vnus modus, quandoque alius: quia enim à principio nascentis ecclesiæ, quidam de Trinitate malè sentiebant, Christum purum hominem esse æstimantes, nec dici filium Dei & Deum nisi propter meritū eius, quod præcipuè fuit in morte, ideo non baptizabant in nomine Trinitatis, sed in commemoratione mortis Christi, & vna immersione: quod reprobatū fuit in primitiua ecclesia. vnde in canonibus apostolorum * legitur, si quis presbyter aut episcopus nō trinam immersionem vnius ministerij, sed semel mergat in baptismate, quod dari à quibusdam dicitur in morte Domini, deponatur: nō enim nobis dixit Dominus, in morte mea baptizate, sed in nomine Patris & Filij & Spiritussancti. Postmodum verò inoleuit quorundā schisma; licite fieri potest, scilicet & semel & ter immergere. Probatur tripliciter. Primo ratione: Ad baptismum per se requiritur ablutio, per accidens autē modus ablutionis. ergo, secundo auctoritate Greg. tertio ex significatione, tam vnicæ quā trinæ immersionis.

De cōsec. d.4.c.Illi.

¶ Quo ad secundum, variata ponitur & mutata ecclesiæ institutio diuersis temporibus diuersis ex causis, & tandē infert grauius peccare, qui nunc non seruant trinam immersionem vbi scito, q̄ licet hodie qui baptizantur in fontibus immergantur, & forte ter: hi tamen qui baptizantur in deambus, per modum effusionis baptizantur. Et propterea nullū peccatum cōmittere videntur, qā tei nō immergūt, cum nec semel immergant alios peccato.

*Li.1. epi. 41.a med. Alias Leonardo.

¶ In responsione ad tertium, dubiū occurrit, an trina immersione intenta a ministro, si aliqua omittatur, sit verus baptismus. Et est ratio dubii: quoniam si trina immersio intenda tur baptismus non perficitur in prima immersione, vt Auctor explicatur art.4. tertiæ distinctio. quarti sent. Huius autem oppositum videtur ex eo, q̄ huiusmodi intentio ministri non addit necessitatem nouæ immersionis post primam.

Ar. præc. ad 2.

¶ Ad hoc dicitur, q̄ quia intentio ministri fūdat super ritu ecclesiæ, eadem est intentio ministri intendentis exercere trinā immersionem, & ecclesiæ instituentis illam. constat autem q̄ ecclesia instituit trinā immersionem, non vt substantiale sacramenti, sed vt cæremoniale emūdē: quoniam non nisi ad significandū vel Trinitatem personarum, vel triduū sepulturæ, illā institutio intentio ergo ministri ad trinam

In arg. sed contra.

*In cano. 49. & habet de cōsecr. dist. 4. ca. Si quis presbyter.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum trina immersio sit de necessitate baptismi.

AD octauum sic proceditur. Videtur q̄ trina immersio sit de necessitate baptismi. Dicit enim Augustinus in quodam sermone de Symbolo ad baptizatos, Rectè tertio mersi estis: quia accepistis baptismum in nomine sanctæ Trinitatis: rectè tertio mersi estis: quia accepistis baptismum in nomine Iesu Christi, qui tertia die resurrexit à mortuis; illa enim tertio repetita immersio, typum dominicæ exprimit sepulturæ, per quam Christo cō sepulti estis in baptismo: sed vtrumque vtrumq; licite fieri potest, scilicet & semel & ter immergere. Probatur tripliciter. Primo ratione: Ad baptismum per se requiritur ablutio, per accidens autē modus ablutionis. ergo, secundo auctoritate Greg. tertio ex significatione, tam vnicæ quā trinæ immersionis.

De cōsec. d.4.c.Illi.

¶ Quo ad secundum, variata ponitur & mutata ecclesiæ institutio diuersis temporibus diuersis ex causis, & tandē infert grauius peccare, qui nunc non seruant trinam immersionem vbi scito, q̄ licet hodie qui baptizantur in fontibus immergantur, & forte ter: hi tamen qui baptizantur in deambus, per modum effusionis baptizantur. Et propterea nullū peccatum cōmittere videntur, qā tei nō immergūt, cum nec semel immergant alios peccato.

*Li.1. epi. 41.a med. Alias Leonardo.

¶ In responsione ad tertium, dubiū occurrit, an trina immersione intenta a ministro, si aliqua omittatur, sit verus baptismus. Et est ratio dubii: quoniam si trina immersio intenda tur baptismus non perficitur in prima immersione, vt Auctor explicatur art.4. tertiæ distinctio. quarti sent. Huius autem oppositum videtur ex eo, q̄ huiusmodi intentio ministri non addit necessitatem nouæ immersionis post primam.

Ar. præc. ad 2.

¶ Ad hoc dicitur, q̄ quia intentio ministri fūdat super ritu ecclesiæ, eadem est intentio ministri intendentis exercere trinā immersionem, & ecclesiæ instituentis illam. constat autem q̄ ecclesia instituit trinā immersionem, non vt substantiale sacramenti, sed vt cæremoniale emūdē: quoniam non nisi ad significandū vel Trinitatem personarum, vel triduū sepulturæ, illā institutio intentio ergo ministri ad trinam

In arg. sed contra.

*In cano. 49. & habet de cōsecr. dist. 4. ca. Si quis presbyter.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nam immersionē fertur, non vt ad rē necessariam sacramēto, sed vt ad cæremoniam eiusdem, omisso autem cæremoniæ nō tollit veritatem baptismi. Et propterea si ex incuria aut casu alio minister intendens tertiam immersionē, perficiat proferēdo verba formæ ante secundam aut tertiam immersionē, baptismus perfectus est, & quæ nō est facta in medio durantibus verbis superflue post verba adderentur, quoniam non esset amplior baptismi pars.

Trac. 11, to. 9.

† In concil. Toler. 3. canon. 5

¶ Ad obiectionē autem inducti, dicitur quòd intelligunt verba Auctoris de vnica immersione sub ratione partis. In casu autem nostro. s. quo verba præueniret secundam immersionem, vnica immersio ex ipsa separatione ab alijs immersionibus, haberet rationem totius, quod vemelius intelligas, aduertere ablutionem esse quoddam totum successiuum, & integrari ex partibus successiuis quidem omnibus: continuis vero quandoque omnibus, quandoq; quibusdam. Nam quælibet ablutio per immersionem in tempore fit, & per partes successiuas. ac continuas immersiones, & rursus quælibet trium immersionum inter se discretarū, pars est vnius ablutionis, quam baptismum uocamus. Quo fit, ut quia totum successiuum ex qualibet sui parte inferatur (est. n. dies, quæcunque hora diei sit: & similiter mouetur aliquis, in quacunque motus parte inueniatur) ex qua cunque immersione, immo ex quacunq; immersionis parte sufficiens ec, ad abluendum, ablutio infertur, ac per hoc baptismus, si in totius rationem transeat: habēt. n. unius immersionis partes, & singulę immersiones partium rōnem, dum in suo

¶ Quæst 52 ar. 4 & 53 ar. 2.

Loco cita to in arg.

In so. pre.

Quæst. 64. ar. 8.

*In com. 4. ad Eph. super illud: vna fides, vnū baptisma 10. 9. refertur de cōsec. d. 4. c. Eodē modo.

372 4 dist. 6. q. 2. ar. 1. q. 1. ht 4. cō. tra. 59. Et ca. 70 & 71. Et 1. 3. 3 Ethic. 4. lec. 2.

maticorū & hæreticorum error, hoies rebaptizantiū: sicut de Donatistis Augustin. * narrat super Ioan. Et ideo in detestationem erroris eorum, fuit statutum † in Concilio Toletano, q̄ fieret vna sola immersio: vbi sic legitur, Propter vitandum schismatis scandalum, vel hæretici dogmatis vsum, implam teneamus baptismi immersionem. sed cessante tali causa communiter obseruatur in baptismo trina immersio. Et ideo grauiter peccaret aliter baptizans, quasi ritum ecclesiæ non obseruans, nihilominus tamen esset baptismus.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd Trinitas est sicut agens principale in baptismo: similitudo autem agentis peruenit ad effectum secundum formam, & non secundum materiam. & ideo significatio Trinitatis fit in baptismo per verba formæ: nec est de necessitate, quòd significetur Trinitas per vsum materiæ: sed hoc fit ad maiorem expressionem: similiter etiam mors Christi figuratur sufficienter in vnica immersione. Triduum autem sepulturæ non est de necessitate salutis nostræ: quia etiam si vna die fuisset sepultus vel mortuus, sufficeret ad perficiendam nostram redemptionem: sed triduum illud ordinatur ad manifestandum veritatem mortis, vt supra * dictum est, & ideo patet, quòd trina immersio, nec ex parte Trinitatis, nec ex parte passionis Christi, est de necessitate sacramenti.

¶ Ad secundum dicendum, quòd Pelagius Papa † intelligit trinam immersionem esse de mandato Christi in suo similiter hoc scilicet quòd Christus præcepit baptizari in nomine Patris & Filij & Spiritussancti: non tamen est similis ratio de forma, & de vsu materię, vt dictum est. *

¶ Ad tertium dicendum, quòd (sicut supra † dictum est) intentio requiritur ad baptismum, & ideo ex intentione ministri ecclesiæ, qui intendit vnum baptismum dare trina immersione, efficitur vnum baptisma: vnde Hieronym. dicit * super epistolam ad Philip. Licet ter baptizetur, id est immergatur, propter mysterium Trinitatis, tamen vnum baptisma reputatur: si verò intenderet, ad vnumquamque immersionem vnum baptisma dare, ad singulas immersiones repetens verba formæ, peccaret, quantū in se est, pluries baptizans.

*In c. 4. ad Eph. super illud: vna fides, vnū baptisma 10. 9. refertur de cōsec. d. 4. c. Eodē modo.

Articvlvs IX.

Vtrum baptismus possit iterari.

AD nonum sic proceditur. Videtur, quòd baptismus possit iterari. Baptismus enim videtur institutus ad ablutionem peccatorum: sed peccata iterantur, ergo multo magis baptismus debet iterari: quia misericordia Christi transcendit hominum culpam.

¶ 2 Præt. Ioannes Baptista præcipuè fuit à Christo commendatus, cum de eo dictum sit Matthæ. 11. Inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista: sed baptizati à Ioanne, iterum baptizabantur, vt habetur Actuū 19. vbi dicitur, quòd Paulus baptizabat eos, qui erant baptizati baptismo Ioannis. ergo multo fortius illi, qui sunt baptizati ab hæreticis vel peccatoribus, sunt rebaptizandi.

¶ 3 Præt. In Niceno Concilio statutum est, si quis confugeret ad ecclesiam catholicā de Paulianistis & Cataphrygis, tebaptizari eos omnino debere: videtur autem esse eadem ratio de alijs hæreticis. ergo baptizati ab hæreticis, debent rebaptizari.

In cōc. 1. Nicæ. ca. no. 9.

¶ 4 Præt. Baptismus est necessarius ad salutem: sed de quibusdam baptizatis aliquando dubitatur, an sint baptizati. ergo videtur quòd debeāt iterum baptizari.

¶ 5 Præt. Eucharistia est perfectius sacramentum quàm baptismus, vt supra dictum est: sed sacramentum eucharistiæ iteratur. ergo videtur q̄ multo magis baptismus possit iterari.

Q. præc. ar. 3.

¶ *Super qō. LXVI. Artic. nonum.*

INtitulo tā huius, quàm trium sequentium articulorum, & similiter in omnib. his, quę in illis continentur, nihil aliud seribendum occurrit, nisi q̄ Scotus in 4. sent. dist. 6. duas rationes in litera noni articuli, s. secundam & tertiam arguit. Secūdam qui dem: quia in morte Christi baptizati sumus, dicit non concludere: quia pœnitentia virtute quo habēt a passione Christi, & tamen est iterabilis. Tertia vero, quia imprimit characterem indelebilē, dicit probare per ina manifestius: quoniam a principio institutionis baptismi manifestū fuit, q̄ non licuit iterare ipsum, & charac ter erat occultus.

¶ Ad primum horum dicitur, q̄ vis rationis cōsistit in repræsentatione (quia. s. in baptismo repræsentatur mors Christi) & nō in efficacia virtutis a passione Christi, vt argues refert: vnde argumentum nihil obstat: quoniam pœnitentia non assimilat hominē Christo mortuo: sed baptismus

*Trac. 11. in Ioan. Ioan ante med. to. 9

Gl. or. super illud 9 Renouari rursus ad pœnitentiam.

*Lib 2. c. 12. a med. to. 7.

toto sumuntur, & & sola separatio ab alijs partibus, illi vel illis rōnem totius largitur, vt accidit in diuisione continui permanētis. Ministro ergo intendēte trinam immersionem, quā diu immersiones seu earū partes habent rōnem partium baptismi ex parte materię, hoc est ablutionis, non perficitur baptismus: sed si pars alicuius fortiretur rōnē totius ex hoc, q̄ in ea finiret prolatio formæ, vide ennque hoc accidat, ablutio baptismalis perfecta est. Peccat tñ minister præueniens secundā aut tertiā immersionem platione verborum integrā: quā omittēs aliquā immersionē.

ptismus conspeliens Christo mortuo hominem, qui baptizatur.

Ad secundum dicitur, quòd si Auctor reprehendendus est, oportet quoque reprehendere synodum Florentinam sub Eugenio 1111. dicentem, Tria sunt, baptismus, confirmatio, & ordo, quæ characterē, id est, spirituale signum, imprimunt in anima indelebiliter: unde in eadem persona non reiteratur. Licet ergo ex posterius manifestis rationem reddere eorum, quæ prius tempore orta fuerint de multis enim conclusionibus notis apud priscos, posteriores adinuenerunt propter quid.

Ar. 2. huius quæst.

† Trac. 5. declinando ad fin. to. 9.

apostatas carere baptismare, quibus vtique per pœnitentiam redeuntibus, non restituitur. quarto, quia baptismus principaliter datur cōtra originale peccatum: & ideo sicut originale peccatū non iteratur, ita etiam nec baptismus iteratur: quia, vt dicitur Rom. 5. Sicut per vnius delictum, in omnes homines in condemnationem, sic per vnius iustitiam, in omnes homines in iustificationem vitæ.

¶ Ad primvm ergo dicēdum, quòd baptismus operatur in virtute passionis Christi, sicut supra dictum est. * Et iō sicut peccata sequentia virtutem passionis Xpi non auferunt, ita etiam non auferunt baptismum, vt ne cesse sit ipsum iterari: sed pœnitentia superueniēte tollitur peccatum, quod impediebat effectum baptismi.

¶ Ad secvndvm dicendum, quòd sicut Auguſt. † dicit super illud Ioan. primo, Sed ego nesciebam eum. Ecce post Ioannem baptizatum est, post homicidam non est baptizatum: quia Ioan. dedit baptismum suum, homicida dedit baptismū Christi: quod sacramentum tam sanctum est, vt nec homicida ministrante polluatur.

¶ Ad tertivm dicendum, q̄ Pauliani, & Cataphrygæ non baptizabant in nomine Trinitatis: vnde Gelasius * dicit scribens * Quirino episcopo, Hi hæretici, qui in Trinitatis nomine minime baptizabant, sicut sunt Bonosiani & Cataphrygæ (qui scilicet idem sentiebant cum Paulianis: quia & illi Christum Deum non credūt, existimantes, ipsum scilicet esse purum hominem, & isti scilicet Cataphrygæ, Spiritum sanctum per uerso sensu esse purum hominem Montanum scilicet credunt) tales cum ad sanctam ecclesiam veniunt, baptizentur, quia baptisma non fuit, quod in errore positi, sanctæ Trinitatis nomine minime perceperunt: sed (sicut in regulis ecclesiasticis † dicitur) si qui apud illos hæreticos baptizati sunt, qui in sanctæ Trinitatis confessione baptizabant, & veniunt ad catholicam fidem, recipiātur vt baptizati.

*In epist. Gelas. papæ ad epis. apros.

*Als Qui trimo seu Quirito.

¶ Ad quartum dicendum, quòd sicut dicit Decret. Alexandri † III. De quibus dubium est an baptizati fuerint baptizentur d his verbis præmissis, Si baptizatus es, ego non te baptizo: sed si non baptizatus es, ego te baptizo, & c. non enim videtur iterari quod nescitur esse factum.

† De eccles. dogm. c. 52. to. 3. in Aug.

d De Bap. & eius effectu ca. De quib. est c. 2. D. 265 & 283.

¶ Ad quintum dicendum, quòd vtrumque sacramentum, scilicet baptismi & eucharistiæ est repræsentatiū dominicæ mortis & passionis: aliter tamen & aliter. Nā in baptismo commemoratur mors Christi, inquantum homo Christo commoritur & in nouam vitam regeneratur: sed in sacramento eucharistiæ commemoratur mors Christi, in quātum ipse Christus passus exhibetur nobis, quasi paschale conuiuiū, secundum illud 1. Corin. 5. Pascha nostrū immolatus est Christus, itaq; epulemur. Et quia homo semel nascitur, multotiens autem cibatur: semel tantum datur baptismus, multotiens autem eucharistia.

Articvlvs X.

Vtrum ritus, quo ecclesia in baptizando vtitur, sit conueniens.

373 4 dist. 2. q. 1. ar. 3. ad septimū. Et dist. 3. q. 2. ar. 1. q. 3 Refertur de cōsec. d. 4. c. Nūquam.

AD decimum sic proceditur. Videtur quòd non sit conueniens ritus, quo ecclesia vtitur in baptizando. Vt enim dicit Chrysostom. numquam aquæ baptismi purgare peccata credentium possent, nisi tactu Dominici corporis sanctificatæ fuissent. Hoc autem factum fuit in baptismo Christi, qui celebratur in festo Epiphaniæ. ergo magis deberet celebrari solennis baptismus in festo Epiphaniæ, quàm in vigilia Paschæ & in vigilia Pentecostes.

¶ 2 Præterea. Ad idem sacramentum non videtur pertinere diuersarum materiarum vsus: sed ad baptismū pertinet ablutio aquæ. Inconuenienter igitur ille qui baptizatur, bis iungitur oleo sancto, primum in pectore, deinde inter scapulas, & tertio chrismate in vertice.

¶ 3 Præt. In Christo Iesu non est masculus & fœmina, barbarus & scytha, & eadem ratione nec aliquæ aliæ huiusmodi differentiæ. Multo igitur minus diuersitas vestium aliquid operatur in fide Christi. inconuenienter igitur baptizatis traditur candida vestis.

¶ 4 Præt. Sine huiusmodi obseruantijs potest baptismus celebrari. Hæc igitur quæ dicta sunt, videntur esse superflua, & ita inconuenienter ab ecclesia instituta esse in ritu baptismi.

¶ Sed contra est, quòd ecclesia regitur Spiritusancto, qui nihil inordinatum operatur.

¶ Respondeo dicendum, quòd in sacramento baptismi aliquid agitur, quod est de necessitate sacramenti, & aliquid est, quod ad quandam solennitatem sacramenti pertinet. De necessitate quidem sacramenti est forma, quæ designat principalem causam sacramēti, & minister, qui est causa instrumentalis, & vius materiæ, scilicet ablutio in aqua, quæ designat principalem sacramenti effectum. Cætera verò omnia, quæ in ritu baptizandi obseruat ecclesia, magis pertinent ad quandam solennitatem sacramenti. Quæ quidem adhibentur sacramento propter tria. Primo quidem ad excitādam deuotionem fidelium, & reuerentiam ad sacramentum. Si enim simpliciter fieret ablutio in aqua, absque solennitate, de facili ab aliquibus æstimaretur, quasi quędam communis ablutio. Secundo ad fidelium instructionem. Simplices enim, qui literis non eruditur, oportet eruditre per aliqua sensibilia signa: puta per picturas, & aliqua huiusmodi. Et per hunc modum per ea, quæ in sacramentis aguntur, vel instruuntur vel solicitantur ad quærendum de his, quæ per sensibilia signa significātur. Et ideo quia præter principalem sacramenti effectum, oportet quædam alia scire circa baptismum, conueniens fuit, vt etiam quibusdam exterioribus signis repræsentarentur. Tertio, quia per orationes & benedictiones & alia huiusmodi, cohibetur vis dæmonis ab impedimento sacramentalis effectus.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd Christus in Epiphania baptizatus est baptismo Ioannis, vt supra dictum est: * quo quidem baptismo non baptizantur fideles, sed potius baptismo Christi. Qui quidem habet efficaciam ex passione Christi (secundum illud Rom. 6. Qui cunque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus) & ex spiritusancto, secundum illud Ioānis 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritusancto, &cæt. & ideo solennis baptismus agitur in ecclesia, & in vigilia Paschæ, quando fit commemoratio dominicæ sepulturæ, & resurrectionis eiusdem (propter quod & Dominus post resurrectionem, præceptum de baptismo discipulis dedit, vt habetur Matthæ. vltimo,) & in vigilia Pentecostes quando incipit celebrari solennitas spiritus sancti; vnde & apostoli legitur ipso die Pentecostes, quo spiritum sanctum receperant, tria millia hominum baptizasse.

Ar. 2. huius q. & q. 39. ar. 3.

¶ Ad secundum dicendum, quòd vsus aquæ adhibetur in baptismo quasi pertinens ad substantiam sacramēti: sed vsus olei vel chrismatis adhibetur ad quandam solennitatem. nam primo baptizandus inungitur oleo sancto, & in pectore & in scapulis, quasi athletā Dei, vt Ambrosi. * dicit in lib. de sacramentis: sicut pugiles inungi consueuerunt: vel sicut Innocen. dicit in quadam Decr. † de la-

*Li. 1. c. 2. li. 3. c. 1. to mo 4. † Lib. 1. De. 11. 15 c Cum ve nissent, a me. illius.

Universidad de Deusto
Biblioteca

de sacra vnctione, baptizandus in pectore inungitur, vt per Spiritumsancti donum errorem abijciat & ignorantiam: & fidem rectam suscipiat, quia iustus ex fide viuit. Inter scapulas autem inungitur, vt per Spiritumsancti gratiam excutiat negligentiam, & torporem, & bonam operationem exerceat: quia fides sine operibus mortua est, vt per fidei sacramentum, sit munditia cogitationum in pectore, & fortitudo laborum in scapulis: post baptismū vero (vt Rabanus * dicit) statim signatur in cerebro à presbytero cum sacro chrismate, sequente simul & oratione, vt Christi regni particeps fiat, & à Christo Christianus possit vocari. vel sicut ambrosi. † dicit, vnguentum super caput effunditur: quia sapientis sensus in capite eius, vt scilicet sit paratus omni petenti, de fide reddere rationem.

* li. 1. de instit. cler. ca. 28. refertur de cōse. d. 4. c. postquā
† li. 3. de sac. c. 1. in prin. t. 4.

¶ Ad tertium dicendum, quòd vestis illa candida traditur baptizato, non quidem ea ratione quòd non liceat ei alijs vestibus vti: sed in signum gloriæ * resurrectionis, ad quàm horsines per baptismum regenerantur, & ad significandam puritatem vitæ, quàm debet post baptismum obseruare, secundum illud Roman. 6. In nouitate vitæ ambulemus.

† Al's gloriosæ.

¶ Ad quartum dicendum, quòd ea pertinent ad solennitatem sacramenti, & si non sint de necessitate sacramenti: non tamen sunt superflua, quia sunt ad bene esse sacramenti, vt dictum est.*

In cor. ar.

ARTICVLVS XI.

Vtrum conuenienter describantur tria baptismata.

374 4 d. 4. q. 3 artic. 3. Et quol. 6. ar. 4. Et Io. 3 lec. 1. fi. & Hebr. 6. co. 3. fi.

AD vndecimum sic proceditur. Videtur q̄ conuenienter describantur tria baptismata, scilicet aquæ, sanguinis, & flaminis, scilicet Spiritussancti: quia apostolus dicit Ephe. 4. Vna fides, vnum baptisma: sed non est nisi vna fides, ergo non debent poni tria baptismata.

Q. 65. ar. 1.

¶ 2 Præt. Baptismus est quoddam sacramentum, ut ex supra dictis patet: * sed solus baptismus aquæ, est sacramentum ergo non debent poni alia duo baptismata.

† li. 4. ort. fidei c. 10 post med.

¶ 3 Præt. Damascen. † in 4. lib. determinat plura alia genera baptismatum. non ergo debent poni solum tria baptismata.

¶ SED CONTRA est, q̄ super illud Heb. 6. Baptismatum doctrinæ, dicit glo.* Pluraliter dicit: quia est baptismus aquæ. pœnitentiæ, & sanguinis.

Glo. ord. ibid.

¶ Respon. dicendum, q̄ (sicut supra dictum est*) baptismus aquæ efficaciam habet à passione Christi (cui aliquis configuratur per baptismum) & vlterius sicut à prima causa à Spiritusancto. Licet autem effectus dependeat à prima causa, causa tamen superexcedit effectum, nec dependet ab effectu. Et ideo præter baptismum aquæ, pōt aliquis cōsequi sacramenti effectum ex passione Christi, inquantum quis ei conformatur, pro Christo patiendo: vnde dicitur Apoca. 7. Hi sunt qui venerunt ex magna tribulatione, & lauerunt stolas suas, & dealbauerunt eas in sanguine agni. Eadem etiam ratione aliquis per virtutem Spiritussancti consequitur effectum baptismi, non solum sine baptismo aquæ, sed etiam sine baptismo sanguinis, inquantum scilicet aliquis cor per Spiritumsanctum mouetur ad credendum, & diligendum Deum, & pœnitendum de peccatis: vnde etiam dicitur baptismus pœnitentiæ. Et de hoc dicitur Isa. 4. Si abluerit Dominus sordes filiarum Sion, & sanguinem Hierusalem lauerit de medio eius, in Spiritu iudicij, & spiritu ardoris. Sic igitur vtrumque aliorum baptismatum nominatur baptismus, inquantum supplet vicem baptismi aquæ: vnde dicit Aug.* in 4. lib. de Vnico baptismo paruulorum: Baptismi vicem aliquando implere passionem, de latrone illo, cui non baptizato dictum est, Hodie mecū eris in paradiso, beatus

Q. 62. ar. 5. Et q 66 ar. 2.

* li. 4. de baptis. cōtra Donatistas. c. 22 in princ. to. 5.

Cyprianus non leue documentum assumit, quod etiam atque etiam considerans, inuenio non tantum passionem pro nomine Christi id, quod baptismo deerat posse supplere: sed etiam fidem, confessionemq; cordis. si forte ad celebrandum mysterium baptismi, in angustijs temporum succurri non potest.

¶ Ad primum ergo dicendum, q̄ alia duo baptismata includuntur in baptismo aquæ, qui efficaciam habet & ex passione Christi & ex Spiritusancto, & ideo per hoc non tollitur vnitas baptismatis.

¶ Ad secundum dicendum, quòd (sicut supra dictum est*) sacramentum habet rationem signi: alia verò duo conueniunt cum baptismo aquæ, non quidem quantum ad rationem signi, sed quantum ad effectum baptismatis: & ideo non sunt sacramenta.

Q. 60. ar. 1.

¶ Ad tertium dicendum, q̄ Damascen.* ponit quædam baptismata figuralia: sicut diluuium, quod fuit signum nostri baptismi, quantum ad saluationem fidelium in ecclesia, sicut tunc paucæ animæ saluæ factæ sunt in arca, vt dicitur 1. Petri. 3. ponit etiam transitum maris Rubri: qui significat nostrum baptisma, quantum ad liberationem à seruitute peccati: vnde & apostolus dicit 1. Corinthio. 10. q̄ omnes baptizati sunt in nube & in mari: ponit etiam ablutiones diuersas, quæ fiebant in veteri lege prefigurantes nostrum baptisma, quantum ad purgationem peccatorum: ponit etiam baptismum Ioannis, qui fuit præparatorius ad nostrum baptisma.

* li. 4. ort. fi. c. 10 a med.

ARTICVLVS XII.

Vtrum baptismus sanguinis sit potissimus inter alia baptismata.

375 4. d. 4. q. 3 ar. 3. q. 4. Et Heb. 6 co. 3. fi.

AD duodecimum sic proceditur. Videtur q̄ baptismus sanguinis nō sit potissimus inter tria prædicta baptismata. Baptismus enim aquæ imprimit characterē: quod quidem baptismus sanguinis non facit. ergo baptismus sanguinis non est potior, quàm baptismus aquæ.

¶ 2 Præt. Baptismus sanguinis nō valet sine baptismo flaminis, qui est per charitatem: dicitur. n. 1. ad Cor. 13. Si tradidero corpus meum ita, ut ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest: sed baptismus flaminis valet sine baptismo sanguinis. non enim soli martyres saluantur. ergo baptismus sanguinis non est potissimus.

¶ 3 Præt. Sicut baptismus aquæ, habet efficaciam à passione Christi, (cui secūdum prædicta respondet baptismus sanguinis) ita passio Christi efficaciam habet à Spiritusancto, secūdum illud Hebr. 9. Sanguinis Christi, qui per Spiritumsanctum obtulit semetipsum pro nobis, emundabit conscientiam nostram ab operibus mortuis, &c. ergo baptismus flaminis potior est, quàm baptismus sanguinis. non ergo baptismus sanguinis est potissimus.

¶ Sed contra est, q̄ Aug.* ad Fortunatum, loquens de comparatione baptismatum, dicit, baptizatus confitetur fidem suam coram sacerdote, martyr coram persecutore. ille post confessionem aspergitur aqua, hic sanguine: ille per impositionem manus pōtificis, recipit Spiritumsanctum: hic templum efficitur Spiritus sancti.

† Habetur ji. de eccl. dogm. c. 74. to. 3.

¶ Respon. dicendum, q̄ (sicut dictum est*) effusio sanguinis pro Christo, & operatio interior Spiritussancti, dicuntur baptismata, inquantū efficiūt effectum baptismi aquæ. Baptismus autem aquæ efficaciam habet à passione Christi, & à Spiritusancto, vt dictum est: * quæ quidē duæ causæ operantur in quolibet horum trium baptismatum: excellentissimè tamen in baptismo sanguinis: nam passio Christi operatur quidem in baptismo aquæ, per quandam figuralem repræsentationem: in baptismo autem flaminis vel pœnitentiæ, per quandam affectionem: sed in baptismo sanguinis, per imitationem operis: similiter et virtus Spiritussancti operatur in baptismo aquæ, per

Ar. præce.

Ar. præce.

per quandam virtutem latentem: in baptismo autem pœnitentiæ, per cordis commotionem, sed in baptismo sanguinis, per potissimū dilectionis & affectionis feruorē, secundum illud Ioannis 15. Maiorem hac dilectionem nemo habet, quàm vt animam suam ponat quis pro amicis suis.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd character est res, & sacramentum: non autem dicimus q̄ baptismus sanguinis, præeminentiam habeat secūdum rationem sacramenti: sed quantum ad sacramenti effectum.

¶ Ad secundum dicendum, quòd effusio sanguinis nō habet rationem baptismi, sit sit sine charitate. ex quo patet, quòd baptismus sanguinis includit baptismum flaminis, & non econuerso: vnde * ex hoc ipso probatur perfectior.

*C. 3. ecc. hier. p. 2. & 3.

¶ Ad tertium dicendū, quòd baptismus sanguinis præeminentiam habet, non solum ex parte passionis Christi, sed etiam ex parte Spiritussancti, vt dictum est.*

In cor. ar.

¶ *Super quæstionis sexagesimæseptimæ Articulum I.* QVAEST. LXVII.

De ministris, per quos traditur baptismi sacramentum in octo articulos diuisa.

TItulus clarus est.

¶ In corporeomnia clara sunt. Dubium tamē unum restat, quo pacto uerum sit, diaconis nō conuenire prædicandi & baptizādi officiū, cum in diaconorū ordinatione expresse dicatur Diaconum oportet ministrare ad altare, baptizare & prædicare, ex quo loco habet argumentū, & contra rationē Auctoris, & contra cōclusionē. Contra rationē quidē: quia dū hic exponit, ministerium diaconi respicere altare, apparet diaconos nō nisi ut ministros se habere ad altare: sed respectu aliorū actuū (puta prædicandi & baptizādi) non pōt inferri q̄ ministerialiter tm̄ deserviant. Contra conclusionem autē, quia expresse attribuitur sibi & baptizare, & prædicare.

¶ Ad hoc dī, q̄ vtrumque verū est diuersimode intelligendo. Nam ad diaconos spectat & baptizare, & prædicare ex impositione, hoc est sub episcopo, seu presbytero sibi imposita, vt Pelagius dicit de consecratione dist. 4. c. diaconos. Non spectat autē ad diaconos prædicare, aut baptizare ex officio, ut in ea. constat de consecra. dist. 4. dicitur. Ratio quoque literæ solida constitit, fundata super officio diaconi absolute: ex quo. n. officiū eius est ministrare, infertur rationabiliter, q̄ si actibus superiorum se immiscet, non nisi ministerialiter ad eos se habet, & propterea recte infertur, non cōpetere sibi ex officio prædicare, aut baptizare: cū quo tamen stat, ut dictū est, quòd utrūque possit ei competere ex impositiōe: hoc enim ostēdit ministrum ipsum esse officialium eorū, qui ex officio hæc possunt.

* Gelas. 1. in epist. ad episc. p Lucaniā ca. 9.
* Di. 93. c. Diacones

¶ RESPON. Dicendum, quod sicut cælestium ordinū proprietates & eorum officia ex eorum nominibus accipiuntur (vt Dionysi.* dicit 7. cap. cæleste. hierar.) ita etiam ex nominibus ecclesiasticorum ordinum accipi potest, quid ad vnumquemque pertineat ordinem. Dicuntur autem diaconi, quasi ministri: quia videlicet ad diacones nō pertinet aliquod sacramentum principaliter, & quasi ex proprio officio præbere: sed adhibere ministerium aliis maioribus, in sacramentorum exhibitione. Et sic ad diaconum non pertinet, quasi ex proprio officio, tradere sacramentum baptismi: sed in collatione huius sacramenti, & aliorum, assistere & ministrare maioribus: vnde Isidor. † dicit, ad diaconum pertinet assistere, & ministrare sacerdotibus, in omnibus quæ aguntur in sacramentis Christi, in baptismo scilicet, in chrismate, in patena & calice.

* C. 7. cel. hierar. in prin. & c. 8. circa prin.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ad diaconum pertinet recitare euangelium in ecclesia, & prædicare ipsum per modum catechizantis: vnde & Dionysi.* dicit, quòd diaconi habent officium super immundos: inter quos ponit catechumenos: sed docere, id est, exponere euangelium, pertinet propriè ad episcopum, cuius actus est perficere, secundum Dionysi. † 5. cap. eccles. hier. Perficere autem idem est quod docere: vnde non sequitur, quòd ad diacones pertineat officium baptizandi.

* C. 5. in tit. de tacer. totum perfectionibus.
* C. 2. par. 1. & 2.

¶ AD SECVNDVM dicendum, q̄ sicut Dionysi.* dicit in 2. c. eccles. hier. baptismus non solum habet purgatiuam, sed etiam illuminatiuam virtutem, & ideo excedit officium diaconi, ad quem pertinet solū purgare, scilicet uel repellendo immundos, vel disponendo eos ad sacramenti susceptionem.

¶ Ad tertium dicēdum, quod quia baptismus est sacramentum necessitatis, permittitur diaconibus necessitate vrgente in absentia maiorum baptizare: sicut patet ex auctoritate Gelasij* supra inducta. Et hoc modo beatus Laurentius diaconus existens, baptizauit.

In ar. Sed contra.

376 4. di. 5. q. 2. art. 1. q. 2. Et di. 7. q. 3. art. 1. q. 1. cor. Et d. 13. q. 2. art. 5. q. 2. cor. * Ca. 5. in parte. 1. a med. vsq; ad fi. illi' partis.

Ar.

¶ 1 Præt. Secundum Dion. † 5. ca. eccl. hie. purgare pertinet ad officium diaconi: sed purgatio a peccatis maximè fit per baptismum, secundum illud Eph. 5. Mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ. ergo videtur quòd baptizare pertineat ad diaconum.

¶ 3 Præt. De beato Laurentio legitur, q̄ cū ipse esset diaconus, plurimos baptizabat. ergo videtur q̄ ad diaconos pertineat baptizare.

¶ SED CONTRA est, quòd Gelas.* Papa dixit, & habetur in decret. 93. distinct. † Diacones propriam constituimus obseruare mensuram. & infra, Absque episcopo vel presbytero baptizare non audeant, nisi prædictis ordinibus longius constitutis, necessitas extrema compellat.

¶ Respon. Dicendum, quod sicut cælestium ordinū proprietates & eorum officia ex eorum nominibus accipiuntur (vt Dionysi.* dicit 7. cap. cæleste. hierar.) ita etiam ex nominibus ecclesiasticorum ordinum accipi potest, quid ad vnumquemque pertineat ordinem. Dicuntur autem diaconi, quasi ministri: quia videlicet ad diacones nō pertinet aliquod sacramentum principaliter, & quasi ex proprio officio præbere: sed adhibere ministerium aliis maioribus, in sacramentorum exhibitione. Et sic ad diaconum non pertinet, quasi ex proprio officio, tradere sacramentum baptismi: sed in collatione huius sacramenti, & aliorum, assistere & ministrare maioribus: vnde Isidor. † dicit, ad diaconum pertinet assistere, & ministrare sacerdotibus, in omnibus quæ aguntur in sacramentis Christi, in baptismo scilicet, in chrismate, in patena & calice.

* Habetur in decr. d. 35. c. Perlectis. Et dicit esse in epist. ad Ludifredum.
* C. 3. ecc. hie. par. 2. & 3.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ad diaconum pertinet recitare euangelium in ecclesia, & prædicare ipsum per modum catechizantis: vnde & Dionysi.* dicit, quòd diaconi habent officium super immundos: inter quos ponit catechumenos: sed docere, id est, exponere euangelium, pertinet propriè ad episcopum, cuius actus est perficere, secundum Dionysi. † 5. cap. eccles. hier. Perficere autem idem est quod docere: vnde non sequitur, quòd ad diacones pertineat officium baptizandi.

* C. 5. in tit. de tacer. totum perfectionibus.
* C. 2. par. 1. & 2.

¶ AD SECVNDVM dicendum, q̄ sicut Dionysi.* dicit in 2. c. eccles. hier. baptismus non solum habet purgatiuam, sed etiam illuminatiuam virtutem, & ideo excedit officium diaconi, ad quem pertinet solū purgare, scilicet uel repellendo immundos, vel disponendo eos ad sacramenti susceptionem.

¶ Ad tertium dicēdum, quod quia baptismus est sacramentum necessitatis, permittitur diaconibus necessitate vrgente in absentia maiorum baptizare: sicut patet ex auctoritate Gelasij* supra inducta. Et hoc modo beatus Laurentius diaconus existens, baptizauit.

In ar. Sed contra.

¶ *Super quæstionis sexagesimæseptimæ Articul. II.*

ARTICVLVS II.

Vtrum baptizare pertineat ad officium presbyterorum.

377 4. dist. 5. q. 2. art. 1. q. 2. Et di 7. q. 3. art. 1. q. 3. corp. Et dist. 17. q. 3. ar 3. q 2 cor. Et dist. 24. q. 2. art. 2. ad 1. Q. præ. ar. 5. arg. 2

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur q̄ baptizare non pertineat ad officium presbyterorū. sed solum episcoporum: quia (sicut dictum est*) sub eodem præcepto iniungitur Mat. vlti. officium docendi & baptizandi: sed

IN articulis secundo & tertio hoc solum pro nouitijs notandū est, quòd cum in calce secundi articuli dicitur, Effectus baptismi per nihil

Universidad de Deusto
Biblioteca

nihil aliud supplere posse, intelligẽdum est de integro effectu baptismi. Integer siquidẽ effectus baptismi claudit in se charactẽrem. Et propter ea licet gratia cũ remissione totius culpæ & pœnæ possit sine baptismo supleri, ut patet in Latrone, character tamen supplere non potest, & hoc loquendo de potentia ordinata sub diuinæ dispositionis prouidentia.

docere quod est perficere, pertinet ad officium episcopi, vt patet per Dion. † 5. & 6. cap. eccles. hierar. ergo & baptizare pertinet tantum ad officium episcopi.

¶ 2 Præt. Per baptismum annumeratur aliquis populo Christiano, quod quidem videtur ad officiũ solius principis pertinere: sed principatum in ecclesia tenent episcopi qui, vt dicitur in glo. * Luc. 10. tenent locum apostolorum, de quibus dicitur in psal. 44. Constitues eos principes super omnem terram. ergo videtur quòd baptizare pertineat solum ad officium episcopi.

¶ 3 Præt. Isidor. † dicit, ꝙ ad episcopum pertinet basilicarum cõsecratio, vnctio altaris, & confectio chrismatis, ipse ordines ecclesiasticos distribuit, & sacras virgines benedicit: sed his omnibus maius est sacramentum baptismi. ergo videtur quòd multo magis ad officium solius episcopi pertineat baptizare.

¶ Sed contra est, quòd Isido. * dicit in libro de officiis: constat baptisma solis sacerdotibus esse traditum.

¶ Respon. Dicendum, quòd sacerdotes ad hoc consecrantur, vt sacramentũ corporis Christi conficiãt, sicut supra dictum est. * Illud autem est sacramentum ecclesiasticæ vnitatis, secundum illud Apostoli 1. Corin. 10. Vnus panis & vnum corpus multi sumus, omnes qui de vno pane & de uno calice participamus. Per baptismũ autem ailquis fit particeps ecclesiasticæ vnitatis, vnde & accipit ius ad mensam Domini accedendi. & ideo sicut ad sacerdotem pertinet consecrare eucharistiam (ad quod principaliter sacerdotium ordinatur) ita ad proprium officium sacerdotis pertinet baptizare: eiusdem enim videtur esse operari totum, & partem in toto disponere.

¶ Ad primvm ergo dicendum, quòd vtrumque officium, s. docendi & baptizandi, Dominus apostolis iniunxit, quorum vicem gerunt episcopi: aliter tamen & aliter. Nam officium docendi commisit eis Christus, ut ipsi per se illud exercerent, tamquam principalissimum, vnde & ipsi apostoli dixerunt Act. 6 Non est æquum nos relinquere verbum Dei, & ministrare mensis. Officium autem baptizandi commisit apostolis, vt per alios exercendum: vnde & apostolus dicit 1. Corinth. 1. Non misit me Christus baptizare, sed euangelizare. & hoc ideo, quia in baptizando nihil operatur meritum & sapientia ministri, sicut in docendo, vt patet ex supradictis. * in cuius etiam signum nec ipse Dominus baptizauit, sed discipuli eius, vt dicitur Ioan. 4. Nec tamen per hoc excludit, quin episcopi possint baptizare: quia quod potest potestas inferior, potest & superior: vnde & apostolus ibidem dicit se quosdam baptizasse.

¶ Ad secvndvm dicendum, ꝙ in qualibet republica, ea quæ sunt minora, pertinẽt ad minora officia, maiora vero maioribus reseruantur, ſm illud, Exod. 18. Quicquid maius fuerit, referant ad te, & ipsi tm̃ modo minora iudicent. Et ideo ad minores ciuitatis principes pertinet disponere de infimo populo: ad summos autem principes pertinet disponere ea, quæ pertinẽt ad maiores ciuitatis. Per baptismum aũt non adipiscitur aliquis, nisi infimum gradum in populo Christiano. & ideo baptizare pertinet ad minores principes ecclesiæ, id est, ad presbyteros, qui tenent locum septuaginta duorum discipulorum Christi, ut dicit gl. * Lucæ 10.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ (sicut supra dictum est †) sacramentum baptismi est potissimum necessitate: sed quantum ad perfectionem, sunt quædã alia potiora, quæ episcopis reseruantur.

*Ca. 5. in p. 1. a me.

*Est gl. Bedæ Lu 10. sup illud: Designauit Iesus 72. die. to, 2.

*Habetur in dec. di. 25. c. Perlectis & dicitur esse in epistola Ludifredum.

*Li. 1. ca. 24. nõ multum remote ante fi.

Q. 63. ar. 1. a. & 6.

ARTICVLVS III.

Vtrum laicus possit baptizare.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quòd laicus baptizare non possit. Baptizare enim (sicut dictum est *) propriè pertinet ad ordinem sacerdotalẽ: sed ea quæ sunt ordinis, non possunt committi non habẽti ordinem. ergo videtur quòd laicus, qui non habet ordinem, baptizare non possit.

¶ 2 Præt. Maius est baptizare, quàm alia sacramẽtalia baptismi perficere: sicut catechizare, & exorcizare, & aquam baptismalem benedicere; sed hæc nõ possunt fieri à laicis, sed solum à sacerdotibus. ergo videtur, quòd multo minus laici possint baptizare.

¶ 3 Præt. Sicut baptismus est sacramentum necessitatis, ita & pœnitentia: sed laicus non potest absoluere in foro pœnitentiali. ergo neque potest baptizare.

¶ Sed contra est, ꝙ Gelasius Papa & Isido. * dicunt, quod baptizare necessitate imminente, laicis Christianis plerumque conceditur.

¶ Respon. Dicendum, quòd ad misericordiam eius, qui vult omnes homines saluos fieri, pertinet, ut in his quæ sunt de necessitate salutis, homo de facili remedium inueniat. Inter omnia autem sacramenta maximè necessitatis est baptismus, qui est regeneratio hominis in vitam spiritualem: quia pueris aliter omnino subueniri non potest, & adulti non possunt aliter quàm per baptismum plenam remissionem consequi, & quantum ad culpam, & quantum ad pœnam. Et ideo ut homo circa remedium tam necessarium defectum pati non possit, institutum est, vt & materia baptismi sit communis * scilicet aqua, quæ à quolibet de facili haberi potest, & minister baptismi etiam sit quicumque non ordinatus, ne propter defectum baptismi, homo salutis suæ dispendiũ patiatur.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd baptizare pertinet ad ordinem sacerdotalem, secundum quandam conuenientiam & solennitatem: non autem hoc est de necessitate sacramenti, vnde etiam si extra necessitatis articulum laicus baptizet, peccat quidem: tamen sacramentum baptismi confert: nec est rebaptizandus ille, qui sic est baptizatus.

¶ Ad secundum dicendum, quòd illa sacramentalia baptismi pertinent ad solennitatem: non autem ad necessitatem baptismi. Et ideo fieri non debent nec possunt à laico, ᵈ sed solum à sacerdote, cuius est solenniter baptizare.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ (sicut supra dictum est *) pœnitentia non est tantæ necessitatis sicut baptismus: & potest enim per contritionem suppleri defectus sacerdotalis absolutionis, quæ non liberat à tota pœna: nec etiam pueris adhibetur. & ideo non est simile de baptismo, cuius effectus per nihil aliud supplẽri potest.

*Tra. 11. paulo ante me. to. 9. Et de cõse. d. 4. ca. mulier.

*Vrb. Vitali ſpbytero Brixiens. ſcribens. † 30. q 3. c. Super quibus.

378 2. 2. q. 100 art. 2. ad primũ. Et 4. di. 5. q. 2. art. 1. q. 1. & 3. Et di. 6. q. 1. ar. 3. q. 2. & 3. Arti. præced.

In lo cis citatis ar. præce. in utroque argu. Sed contra.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum mulier possit baptizare.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd mulier non possit baptizare. Legitur enim in Carthaginensi concilio, quod mulier, quamuis docta & sancta, viros in conuentu docere, vel aliquos baptizare non præsumat: sed nullo modo licet mulieri docere in conuentu, ſcundum illud 1. Corinth. 14. Turpe est mulieri, in ecclesia loqui. ergo videtur quod nec

¶ *Super quæstionis sexagesimæ septimæ, Art. 4. & 5.*

IN Articulis quarto & quinto dubium occurrit cõ multis articulis. An baptizare extra necessitatis casum eo modo, quo in necessitatis casu licet, sit peccatum mortale. Verbi gratia, si laici extra casum necessitatis baptizarent:

379 Sup. ar. 3. & locis ibidem indu ctis. *In Cherc. 4. Corinth. ca. 99.

ptizaret: aut si ſna* baptizaret duo simul dicendo, Ego baptizo uos (quod in casu necessitatis licitũ dicitur) & sic de aliis similibus ecclesiæ ordinationibus ergà baptismum nõ seruatis. Et est ratio dubii, quia Auctor hoc tractans in calce corporis art. 5. dicit, ꝙ grauiter peccaret, uterque, scilicet baptizans & baptizatus, & per hoc impediretur baptismi effectus, licet non tollereatur sacramentũ. Vbi apparet ipsum sentire, quod est peccatum mortale: cũ baptismi effectus non impeditur nisi per peccatum mortale.

¶ Ad huius euidentiam, sciẽdum est cõmũ in 4. sen. dist. 6. ſonare ꝙ baptizãs plures simul extra articulum necessitatis, dicendo, Ego baptizo uos, peccat mortaliter, quia non seruat formã impositam sibi ab ecclesia: si tñ diligenter perſpectũ fuerit, & distinctum, peccatum mortale dupliciter hic inueniri posse, aut secundũ se (hoc est ex suo genere) aut ex ecclesiæ præcepto, cum mutationes, aut omissiones huiusmodi non constituant actũ sacrilegẽ ſm se (quod ex eo patet, quòd si actus esset secundum se sacrilegus, in nulla necessitate esset licitus) restat ut aliũde peccatũ hoc sit mortale, si mortale est. Ex triplici aũt capite hoc dici possit: vel ex inobedientia, & sic ad hoc ꝙ esset mortale, exgereturque contemptus: uel ex præsumptione, puta quia laicus præsumit actum sacerdotis, uel ex modo institutionis ecclesiasticę, puta quia ritus talis seruatur ut quasi necessarij sicut sacræ ueſtes exiguntur in confecratione eucharistiæ. Ex quibus apparet, ꝙ solenniter baptizãs tenetur sub peccato mortali seruare ritum ecclesiæ: quod nõ ita intelligas, ut etiam aliquo modo mulieri liceat baptizare.

¶ 2 Præt. Baptizare pertinet ad officium prælationis, vnde à sacerdotibus habentibus curam animarum debet accipi baptismus: sed hoc non põt competere mulieri, ſecundum illud 1. Timo. 2. Docere mulieri non permitto, nec dominari in virum, sed subditam esse. ergo mulier baptizare non potest.

¶ 3 Præt. In ſpirituali regeneratione videtur aqua habere locum materni vteri (ut Auguſt. * dicit super illud Ioã. 3. Numquid homo potest in ventrem matris suæ iterato introire, & renasci?) ille autem qui baptizat, videtur magis habere patris officium: sed hoc non cõpetit mulieri. ergo mulier baptizare non potest.

¶ Sed contra est, quòd Vrbanus Papa dicit, * & habetur in Decretis † 30. q. 3. Super quibus consuluit nos tua dilectio, hoc videtur nobis hac sententia respondendũ, ut baptismus sit, ſi instante necessitate femina puerum in nomine ſanctæ Trinitatis baptizauerit.

¶ Respon. Dicendum, ꝙ Christus est qui principaliter baptizat, secũdum illud Io. 1. Super quẽ videris Spiritum descendentem & manẽtem, hic est qui baptizat. Dicitur autem Col. 3. quòd in Christo non est maſculus & fœmina. & ideo sicut maſculus laicus potest baptizare quaſi miniſter Christi, ita etiam & fœmina. Quia tamen caput mulieris est vir, & caput viri est Christus (vt dicitur 1. Cor. 11.) non debet mulier baptizare, ſi adsit copia viri: sicut nec laicus præsente clero, nec clericus presente sacerdote, qui tamen potest baptizare præsente episcopo, eo quòd hoc pertinet ad officium sacerdotis.

¶ Ad primum ergo dicedum, quòd sicut mulieri non permittitur publice docere, potest tamen priuata doctrina uel monitionem, aliquem instruere, ita non permittitur ei publicè & ſolenniter baptizare, sed tamẽ potest baptizare in necessitatis articulo.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ qñ baptiſmus ſolenniter & ordinariè celebratur, debet aliquis ſacramentum baptiſmi ſuſcipere à presbytero curam animarum habente, vel ab aliquo vice eius: hoc tamen non requiritur in articulo necessitatis, in quo potest mulier baptizare.

¶ Ad tertium dicendum, quòd in generatione carnali maſculus & fœmina operantur ſecundum virtutem propriæ naturæ, & ideo fœmina nõ potest esse principium generationis ᵈ actiuũ, ſed paſſiuum tantum: sed in generatione ſpirituali neuter operatur in virtute propria, ſed inſtrumentaliter tantum per uirtutem Christi, & ideo eodẽ modo potest vir, & mulier in casu necessitatis baptizare. Si tamen mulier etiam extra casum necessitatis baptizaret, non esset rebaptizandus: sicut & de laico dictum est: * peccaret tamen ipſa baptizãs, & alii qui ad hoc cooperarentur, vel baptiſmum ab ea ſuſcipiendo, vel ei baptizandum aliquem offerendo.

D. 661.

*Habetur de cõsecr. dist. 4. cap. Quos paganis.

ARTICVLVS V.

Vtrum non baptizatus, possit sacramentum baptiſmi conferre.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd ille qui non est baptizatus, non possit sacramentum baptiſmi cõferre. Nullus enim dat quod non habet: sed non baptizatus non habet sacramentum baptiſmi. ergo non potest ipſum conferre.

¶ 2 Præt. Sacramentum baptiſmi confert aliquis, inquantum est miniſter ecclesiæ: sed ille qui non est baptizatus, nullo modo pertinet ad ecclesiam, ſcilicet nec re, nec ſacramento. ergo non potest ſacramentum baptiſmi conferre.

¶ 3 Præt. Maius est ſacramentum conferre, quam ſuſcipere: sed non baptizatus non potest alia ſacramenta ſuſcipere. ergo multo minus potest aliquod ſacramentum conferre.

¶ Sed contra est, quod Iidor. * dicit, Romanus pontifex non hominem iudicat, qui baptizat, sed ſpiritum Dei ſubminiſtrare gratiam baptiſmi, licet paganus ſit qui baptizat: sed ille qui est baptizatus, non dicitur paganus. ergo etiam non baptizatus potest conferre ſacramentum baptiſmi.

¶ Respon. Dicendum, quòd hanc quæſtionem Augu. * indeterminatam reliquit. Dicit enim in 2. contra epiſtolam Parmeniani: Hæc quidem alia quæſtio est, utrum & ab his, qui numquam fuerunt Chriſtiani, possit baptiſmus dari: nec aliquid temere inde affirmandum est, ſine auctoritate tanti concilii, * quantum tantæ rei ſufficit. Poſtmodum vero per ecclesiam determinatum est, quòd non baptizati, ſiue ſint iudæi ſiue pagani, poſſunt ſacramentũ baptiſmi cõferre, dummodo in forma ecclesiæ baptizent. vnde Nicolaus Papa reſpondet, de conſe. diſt. 4. ad conſulta Bulgar. c. 3. A quodam iudæo nescitis, utrũ Chriſtiano an pagano, multos in patria veſtra aſſeritis baptizatos & quid inde sit agendum, conſulitis. Hi profecto ſi in nomine Trinitatis baptizati ſunt, rebaptizari non debẽt: ſi autem forma Eccleſiæ non fuerit obſeruata, ſacramentum baptiſmi non confertur. & ſic intelligendum est quod Greg. * ſecundo ſcribit Bonifacio epiſcopo. Quos a paganis baptizatos esse aſſeruiſti. ſ. ecclesiæ formam non ſeruata, vt de nouo baptizes in nomine Trinitatis, mandamus. Et huius ratio est, quia ſicut ex parte materiæ, quantum ad neceſſitatem ſacramenti, ſufficit quæcumque aqua, ita etiam ſufficit ex parte miniſtri quicumque homo. & ideo etiam non baptizatus poteſt conferre

Ar. prima.

380 Sup. art. 3. & locis ibi dem notatis.

*Li. 2. ca. 13. Poſt me. to. 7.

Alias, cõſilii.

*De cõſe. di. 4. ca. A quædã iudæo.

*Refert. i. q. 1. ca. Si quis per ignorantiã. Et de cõſe. di. 4. cap. Quos paganis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ptizatus in articulo necessitatis baptizare potest: vt sic duo non baptizati seinuicem baptizent, dum prius vnus baptizaret alium, & postea baptizaretur ab eodem, & consequeretur vterque non solum sacramentum, sed etrem sacramenti. Si vero extra articulum necessitatis hoc fieret, vterque grauiter peccaret, scilicet baptizans & baptizatus, & per hoc impediretur baptismi effectus, licet non tolleretur ipsum sacramentum.

¶Ad primum ergo dicendum, quod homo baptizans adhibet tãtummodo ministerium exterius: sed Christus est qui interius baptizat, qui potest vti omnibus hominibus ad quodcumque voluerit, & ideo non baptizati possunt baptizare: quia, vt Nicolaus papa dicit, baptismus non est illorum, scilicet baptizantium, sed eius, scilicet Christi.

De conse. di 4 ca. 1. quodã iudæo in fi.

¶Ad secundum dicendum, quòd ille qui non est baptizatus quamuis non pertineat ad ecclesiã re vel sacramento, potest tamen ad eã pertinere intentione & similitudine actus, inquantum scilicet intendit facere quod facit ecclesia, & formam ecclesiæ seruat in baptizando, & sic operatur vt minister Christi, qui virtutem suam non alligauit baptizatis, sicut nec etiam sacramentis.

¶Ad tertium dicendum, quòd alia sacramenta nó sunt tantæ necessitatis, sicut baptismus. Et ideo magis conceditur quòd nó baptizatus possit baptizare, quàm quòd possit alia sacramenta suscipere.

¶ *Super quæstionis sexagesimæseptimæ, Art. VI.*

ARTICVLVS VI.

Vtrum plures possint simul unũ baptizare.

381 4 di 3. ar. 2. q6. 2. ad primũ & 2. di. 6. q. 2. ar.

TItulus ut sonat.

¶In corpore articuli est una distinctio de forma, qua plures simul baptizãres possent uti. Altera est: Nos te baptizamus. Altera est, ut uterque diceret, Ego te baptizo. Et primo examinatur, & respondetur quæstioni iuxta primam formam: secundo iuxta secundam. Quo ad primam recitatur opinio una, dicentium non valere baptismum: si plures dicant, Nos te baptizamus; quia non seruatur forma Ecclesiæ, quæ hét q̃ in singulari ꝑsona ministri exprimatur, dicẽdo, Ego te baptizo.

¶Deinde contra hanc rationem Auctor arguit, immo eam excludit ex multo maiori recessu formæ græcorum a forma nostra. Et stat ratio in hoc, quòd ad tollendam ueritatem baptismi, nó sufficit recessus ab ista forma, Ego te baptizo, quia si recessus sufficeret, apud græcos nó esset baptismus, qm forma eorũ, multo nominat verbũ vitæ Ephe. 5. Et ideo considerare oportet, si plures simul unum baptizarent, qua forma uterentur. Si enim dicerent, Nos te baptizamus in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti, dicunt quidam, quod non conferretur sacramentum baptismi, eo quod non seruaretur forma ecclesiæ, quæ sic habet, Ego te baptizo in nomine Patris & Filii & Spiritussancti: sed hoc excluditur per formam baptizãdi, qua vtitur ecclesia græcorum: possent enim dicere, Baptizet̃ seruus Christi N. in nomine Patris & Filii & Spiritussancti &c. sub qua forma græci baptismum suscipiunt, quæ tamen forma multo magis dissimilis est formæ, qua nos vtimur, quasi dicat, Nos te baptizamus. sed cõsiderandum est, quod ex tali forma, Nos te baptizamus, exprimitur talis intentio, quod plures conueniant ad unum baptismũ conferendum: quod quidem videtur esse contra rationem ministerij: homo enim non baptizat, nisi ut minister Christi, & vicem eius gerens. vnde sicut unus est Christus, ita oportet esse unum ministrum, qui Christum repræsentet: propter quod signantur Apostolus dicit, Ephes. 4. Vnus Dominus, una fides, vnum baptisma. & ideo contraria intentio videtur excludere baptismi sacramentum. Si vero vterque diceret, ego te baptizo, in nomine Patris & Filii, & Spiritussancti, vterque exprimeret suam intentionem, quasi ipse singulariter baptismum conferret: quod posset contingere in eo casu, in quo contentiose vterque aliquẽ baptizare conaretur. Et tunc manifestũ est, quod ille, qui prius verba proferret, daret baptismi sacramentum: alius vero quantumcunque ius * baptizandi haberet, nihil faceret: etsi verba pronuntiare præsumeret, esset puniendus tamquam rebaptizator. Si autem omnino simul ambo verba proferrent, & hominem immergerent aut aspergerent, essent puniendi de in ordinato modo baptizandi, & non de iteratione baptismi, quia vterque intenderet non baptizatum baptizare: & uterque quantum est in se baptizaret. Nec traderent aliud, & aliud sacramentum, sed Christus qui est vnus, interius baptizans vnum sacramentum per vtrumque conferret.

¶Ad primum ergo dicendum, quod ratio illa locum habet in his, quæ agunt propria virtute: sed homines non baptizant propria virtute, sed virtute Christi, qui cum sit vnus, per unum ministrum perficit suum opus.

¶Ad secundum dicendum, quod in casu necessitatis: unus posset simul plures baptizare sub hac forma, Ego uos baptizo, puta si immineret ruina, aut gladius, aut aliquid huiusmodi, quod omnimagis recedit ab hac nostra, q̃ recedat ista, Nos te baptizamus, cú hic nó mutet̃ nisi singulare in plurale, ibi uero omnino, omittit̃ ꝑsona ministri, & in tertia persona, exprimit̃ actus, dicẽdo, Baptizetur &c.

¶Demum aliã rõnẽ reddit Auctor ex parte intentionis explicite, s. q̃ hac forma, Nos te baptizamus, explicat intentio ministrorũ quo adhoc, q̃ plures cõueniũt ad unũ baptismũ conferendum. Ex quo formaꝫ talis ratio: Homo non baptizat, nisi ut minister Christi. ergo oportet ministrũ esse unum, ut Christi unitatem repræsentet: sed in dicta forma explicatur contrariũ, quia explicat pluralitas ministrorum ergo dicta forma vi tollere baptismũ. Et cõfirmat huiusmodi unitas, auctoritate apostoli Pauli.

¶Quo ad secundũ, ponuntur duo modi, quibus hoc cõtingere posset, scilicet uel altero præueniente reliquũ, & sic dicit q̃ solus præueniens baptizaret, uel utroque simul concurrente, & sic ait, q̃ Christus per utrumque unum baptismum conferret.

Alias intentionem.

¶Circa ea quæ hic dicũtur, aduerte primo, duplicitercõtingere duos simul baptizare, uel utroq; totũ faciente & dicente, uel altero dicẽte, & altero faciente. Auctor sm modũ hic in responsione ad ultimũ. De primo aũt modo, tam loquitur in hoc corpore articuli.

¶Aduerte secũdo rõnem Iꝛeræ ad concludendũ irritãtã esse formã illã, Nos te baptizamus, nõ afferri ab Auctore assertiue: sed opinatiue, ut sua monstrant uerba ẽt replicata, dũ dicit: quod quidẽ vꝫ esse contra rõnẽ ministri, & post ea subdit, Ideo cõtraria intentio vt excludere sacramentum.

¶Ad-

¶Aduerte tertio Auctorem superius, quæstio. 66. ar. 5. ad quartum afferre duas alias rationes ad excludendam eandem formam scilicet, Nos te baptizamus. Prima ratio est, quia actus multiplicatur secundum multiplicationem agentium, si perfecte ab vnoquoque agatur: sed baptismus est actus ab vnoquoque baptizante perfectus. ergo vnus baptismus nó est a duobus. Secunda ratio est, quia mutaretur forma baptismi, dicendo, Nos baptizamus, quia dicere, nos, non est idem dicere quòd, ego & ego, sed ego & iste. Quæ ideo repetita hic sunt a me, quia superius ad hunc locum me remisi.

q. 66. art. 3. & 5.

¶Circa hãc doctrinam, dubium primo occurrit ex Durando in 4 sen. distin. 3. quæstio 3. articu. 2. Primo enim, contra omnes dictas rationes Auctoris procedit. Et primam quidem rationem, Actus multiplicatur &c. dicit non concludere in agentibus per voluntatem, & eam militare contra Auctorem. ponentem plures sacerdotes posse simul conficere eãdem hostiam: par enim est vtrobique iudicium, quo ad multiplicationem actus ab agente. Secundam vero rationem de mutatione formæ, dicit non cogere quia mutatio formæ, quantum ad illud, quod non est de necessitate formæ, non tollit sacramentum, sic autem est in proposito: tum, quia expressio ministri non est de necessitate formæ baptismalis, vt patet de forma græcorum, ergo multo minus est de necessitate eius expressio ministri in singulari numero: tum, quia hæc forma, Nos te baptizamus, prolata ab vtroque, ex parte cuiuslibet dicentis, resolvitur in istam, Ego baptizo te, vbi nulla apparet mutatio secundum sensum a forma Romanæ Ecclesiæ. Et Petrus de Palude in 4 sentent. distin. 3. q. 2. ar. 3 approbans hæc Durandi, adiungit, quòd sicut forma illa vt profertur ab isto, resolvitur in hanc, Ego te baptizo, & hic baptizat, sic eo uerso vt profertur ab altero, resolvitur in hanc, Ego baptizo & hic baptizat: ac per hoc seruatur forma ecclesiæ romanæ, quo ad sensum, quia vterque dicit se eundum sensum, Ego baptizo te &c.

¶Contra tertiam autem rationem de expressione plurium ministrorum, arguit durandus tripliciter. Primo, Vnitas ministri vel exigitur ad baptismum secundum rem, aut secundum expressionem, puta, quòd quilibet minister exprimat se vt vnum. Non potest dici primum, quia tumet dicis, quòd duo simul possunt baptizare eundem, & vterque dicat, Ego te baptizo. Secundum autem non est rationabile: tum, quia expressio ministri non est de necessitate sacramenti: tum, quia si oportet ministrum exprimi secundum congruentiã ad principale agens, vt tu allumis, cũ principale agens sit Trinitas, congruentius exprimi deberet minister in numero pluralitatem, qui a modus exprimendi ministrũ nihil videtur facere ad sacramentum: sufficit enim principale agens, & actum exprimere.

¶Contra cõclusionem dictam, scilicet si baptismus a pluribus detur, dicentibus, Nos te baptizamus, non valet baptismus, arguit Petrus de Palude ibidem.

¶Tum quia quanpo plures vxores poterant simul nubere vni viro, non referebat, an quælibet diceret, Accipio te in virum, an nos accipimus te in virum, secundum illud Isaiæ 4. Innocetur nomen tuum super nos &c.

¶Tum, quia dicendo, Baptizamus te, magis exprimitur vnitas baptismi, quàm vtroque dicente vni, Ego te baptizo: apparet enim singules seorsum baptizare, ac per hoc distinctos duos baptismos conferre: dicendo autem, baptizamus, apparet conuenire in vnum baptisma: & confirmatur, quia sicut de essentia est expressio actus, ita saltem de congruentia est expressio vnitatis vel pluralitatis actus.

¶Tum, quia duobus existentibus officialibus insolidum, & ambobus volentibus idem facere simul, congruentius est, vt dicant, Mandamus aut pronuntiamus, quàm vt quilibet per se dicat, mando aut pronuntio.

¶Tum, quia plurale non est nisi geminatum singulare: idem enim sensus est dicere, Sortes & Plato currunt, & dicere, Sortes currit & Plato currit: & pari ratione, idem est in prima persona. Et quia verba sacramentalia efficiunt quod significant: quæ æquipollent in significando, æquipollent etiam in efficiendo. Tenentq; propterea Durandus, & Petrus oppositam conclusionem, qua multis timor reuerentialis Petrum cohibeat.

¶Circa Auctoris processum, dubium occurrit de sufficientia: videtur enim insufficienter tractare quæstionem hanc, dum discutiendo formas quibus vti possent plures simul baptizantes vnum, non discutit nisi per formas seu formam, secundum ritum Romanæ Ecclesiæ: debuisset enim discutere eandem quæstionem secundum formam, qua vtitur Ecclesia græca, & determinare, an secundum illam formam possent multi simul baptizare vnum.

¶Circa secundum modum concessum communiter, quo plures possunt simul baptizare vnum sic licet quolibet baptizante dicente, ego te baptizo, dubium restat: quomodo fieri aut intelligi potest, duo agentia totalia, quã nuis instrumẽtalia cuiuslem rationis, producere efficaciter simul vnum effectũ non intensum aut perfectũ magis, quàm si ab vno eorum tantum produceretur, & hoc in subiecto capaci perfectioris seu intensioris effectus, quale est anima nostra, & de effectu, suscipiente magis, & minus, qualis est gratia: videtur esse, non intelligibile.

¶Circa principale quæsitum, dubium adhuc restat, an baptismus de necessitate sacramenti exigat vnitatem ministri: ex hac enim litera non habetur responsio simpliciter & absolute: sed tantum habetur, quòd secundum vnam formam possunt plures conferre vnum baptisma, & secundum aliam formam, non. Scotus autem dicit in 6. dist. 4. sent. q. vnitas ministri est ab institutione Christi, Durandus vero asserit oppositum. Petrus autem dicit, q̃ vnitas ministri non est de substantia sacramenti, vt dicunt communiter omnes. Ex quibus apparere potest, quæstionem hanc remanere dubiam.

¶Ad has dubitationes sic respondendum est, vt primo dicatur ad ultimam, tamquam eam, ex cuius claritate reliquarum solutio facilius percipietur.

¶Ad euidentiam autem quæstionis vltimæ, dicendum primo est, quid est hic manifestum, & quid occultum. Duobus igitur modis intelligi potest vnitas ministri: vel quòd vnitas ministri non possit integrari ex pluribus personis: ita quòd non possit contingere in ministro, quòd vnus totalis minister consurgat ex multis partialibus personis comministrantibus, puta sicut perfectus tractor nauis integratur ex multis simul trahentibus, vel sicut perfectus fabricator integratur ex multis partialibus ministerijs. Et sic in hoc communiter doctores conueniunt, tenendo partem negatiuam, scilicet quòd vnitas ministri baptismi non potest consurgere ex pluribus personis partialiter concurrentibus: propterea enim dicunt quòd si vnus abluit & alter profert verba, baptismus nullus est: oppositum enim esset si minister baptismi ex duabus personis partialiter concurrentibus integrari posset. Alio autem modo, vnitas ministri potest intelligi per exclusionem plurium totalium ministrorum: puta an baptismus, ita exigat vnum totalem ministrum, quòd si duo totales ministri simul concurrant, baptismus nullus sit. Et in hoc quoque sensu conueniunt communiter doctores tenentes partem negatiuam, scilicet quòd non requirit baptismus talẽ vnitatem ministri: propterea enim dicunt, quòd si duo simul proferant singuli verba, & abluant eundem, baptismus verus est: quia neuter alterius factum irritat. Hæc duo sunt, quæ pro manifestis habentur.

¶Latet autem, an absolute loquendo, vnitas & pluralitas ministri per accidens se habeant, vel per se ad sacramentum baptismi. Durandus enim tenet, quod per accidens, Auctor autem ꝛe quòd per se. Et hoc est verum: quod ex eo euidenter patet, quòd manifeste per accidens etiam extraneum contingit vnum baptismum esse a duobus ministris, nulla enim ratio id requirit, quamuis permittat. Amplius, quando baptismus est a pluribus ministris, non est omnino vnus, quoniam sunt tunc duæ formæ numero, duæ materiæ & actiones numeratæ per hoc duo baptismi sacramenta actiue, & solus interior baptismus animæ vnus est. Patet autem hoc: quia sacramentum baptismi integratur ex rebus & verbis a ministro, &c. sed in casu proposito sunt duo numero integrata ex rebus & verbis &c. ergo sunt duo sacramenta actiue: vnum ergo numero baptismi sacramentum vnum ministrum exigit. Et hoc est quod Auctoris prima ratio concludit, quòd scilicet actus multiplicatur a multiplicatione agentium totalium: seu (quod idem est) si perfecte ab vnoquoque fiat. Vade cohibenda est lingua dicentium accidere sacramento, vnitatem vel pluralitatem ministrorum, quoniam pluralitas ministrorum totalium, pluralitatem numeralem

Universidad de Deusto
Biblioteca

exterioris sacramenti infert: & omnino per accidens inuenitur ad vnum numero effectum sacramenti. Mirabile autem est, non aduertisse ad propriam vocem. Nam si subtiliter perspectum fuetit apparebit, quòd impossibile est vnum & idem sacramentum baptismi esse a duobus totalibus ministris, quamuis ponatur vnum & eundem effectum esse ab vtrisque: quanta enim differentia est inter baptismum & eius effectum, tanta differentia est inter affirmationem vnius vel plurium baptizantium, & vnius vel plurium effectuum baptismi. Et propterea cum baptismi sacramentum non sit nisi exterius integratum ex rebus, & verbis, puta, ex ablutione in qua, & forma verborum a ministro cum dibita intentione, & hic sint omnia exteriora actiue & passiue duplicata: sunt enim duo perfecti ministri cum duabus intentionibus baptizandi, sunt duæ formæ, sunt duæ ablutiones actiuæ & duæ passiuæ: vt patet si aspergatur qui baptizatur secundum diuersas sui partes. breuiter, nihil deest ad pluralitatem totalem nisi pluralitas baptizati. Cuius vnitas vnitatem effectui baptismi dare potest: pluralitatem autem exterioris sacramenti non tollit. Notanter autem dixi, pluralitatem totalem: quia qui baptizatur, licet secundum partem abluatur, ipsum tamen supposnum est, quod primo abluitur: baptizatur, enim hic homo, & non caputeius: ac per hoc licet secundum exteriores partes sint duæ ablutiones passiuæ: secundum tamen subiectum quod abluitur, nō est nisi vna ablutio passiua, quia non est nisi vnus abiutus. Et propterea dicitur, quòd non est nisi vnus baptismus passiue in eo, qui baptizatur a duobus modo dicto. Ex quibus omnibus habetur, quòd vnitas per se baptismi vnitatem exigit ministris perfecti.

¶Sed qua ratione, aut auctoritate cogente vnitas ministri excludit pluralitatem partialium comministrantium, videndum restat Auctor siquidem, ex duobus capitibus conatur hoc monstrare, scilicet ex parte formæ, vt patet in secunda ratione, & ex parte vnitatis principalis agentis, scilicet Christi, vt patet in tertia ratione. Auctoritas vero duplex inducitur: altera ex decretis dist. 23. cap. quorundam. vbi ordo sacer datus ab episcopo operante & presbytero legente irritatur. Altera ex Euangelio, eo quòd Dominus baptizanti commisit inuocationem Trinitatis. In oppositam autē partem affertur ratio, quia omnes sumus vnum corpus in Christo: singuli autem alter alterius membra: ac per hoc multi partialiter concurrentes, concurrunt vtunum: immo concurrunt, vt multa instrumēta vnius scilicet Christi. Et hoc præcipue habet locum in proposito. vbi constat quòd Christus est qui baptizat, & homo non nisi ministerialiter ut Christi instrumentum concurrit.

¶Et cōfirmatur, quia si Christus vtitur totalibus ministris ad vnum baptisma contra omnem rationem, multo magis credendum est, quòd vtitur pluribus ministris partialibus ad unum baptismum necessitatis, aut ratione ita exigente.

¶Suffragatur & Euangelii auctoritas: quoniam Dominus dixit pluraliter, baptizantes eos, insinuans per pluralem numerum: plures posse simul baptizare.

¶Nec deest auctoritas Apostolorum: quoniam de Petro & Ioanne legitur, quòd imponebant manus super illos & accipiebāt Spiritum sanctum: eadem enim ratione, qua plures simul conferebant sacramentum confirmationis, partialiter procul dubio cōcurrentes, quia nihil inordinatum faciebant, potest & nunca pluribus simul partialiter baptismus dari.

¶In hac difficultate neutram audeo partem asserere: intellectui autem meo magis apparet verum esse, quòd perfectus minister baptismi potest ex duabus personis partialiter concurrentibus integrari, ea ratione: quia ad Christum principaliter baptizātem non refert pluribus partialibus instrumentis simul uti ad vnum baptisma, dummodo, forma, materia & intentio debite seruentur.

¶Et ad obiecta ex rationibus Auctoris patebit in ipsarum discussione ac declaratione.

¶Ad auctoritatem autem ex decretis dicitur primo, q ibi non irritatur ordo susceptus, immo potius infinuatur oppositum: dū dicitur, gradum sacerdotii, vel Leuitici ordinis quem peruerse adepti sunt, amittant.

¶Dicitur secundo, dato quòd irritetur, quod duobus commissis in illa ordinatione erroribus ibi recitatis, scilicet quòd episcopus imponebat manus, & alius benedictionem dabat seu legebat, & quòd istorū duorum vnus erat episcopus, & alter presbyter, litera non explicat pro causa damnationis magis primum errorem quàm secundum: deberet enim minister ordinis sacri, si ex duabus integratur personis, consurgere ex duobus episcopis, & non ex episcopo & presbytero, quoniam soli episcopo conuenit sacrum ordinem conferre.

¶Ad auctoritatem uero ex Euangelio, dicitur quòd ex Domini verbis non habetur inuocationem Trinitatis proferri debere ab abluente, sed quòd abluens abluat in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti, prolatis a se vel a socio. Propter quod signanter dixit in plurali, Baptizantes in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti: ex eo enim quòd non exprimitur prolatis a se, sufficit quòd proferantur super ablutione: modo saluetur veritas formæ, vt in responsione ad ultimum explicabitur. Scito tamen, quod ad supra allatas dubitationes respondebitur, tenendo com m ūnem viam de vnitate ministri.

¶Ad primum ergo dubium ex Durando, dicitur quod ratio auctoris prima. Actus multiplicatur, a multiplicatione agentis perfecti, est vera & solida per se loquendo. Impossibile est enim a pluribus perfectis agentibus eiusdem rationis non prouenire diuersos actus: intantum quod infra limites naturalis rationis loquendo, si duo talia agentia æque approximarentur eidem omnino patienti, nulla omnino interretur per se passio: quia multiplicarentur duo simul contradictoria. Instantia autem Durandi de agentibus voluntariis, seipsam interimit, ponendo neutrum eorum concurrere, vt agens perfectum. Paria enim sunt quo ad propositum, esse agentia imperfecta, seu partialia, & concurrere, ut agentia partialia.

¶Ad obiectionem uero contra idem, ex eo quod duo sacerdotes eandem possunt hostiam consecrare, dicitur quod in tali casu essent duæ consecrationes quantum in se est, sicut etiam quando duo perfecte unum baptizarent, uterque quantum in se est, conferret diuersum baptisma sed per accidens (scilicet unitatem hostiæ, seu hominis qui baptizatur) unum sit sacramentum propter excellentiam principalis agentis, scilicet Christi, qui solus potest duobus totalibus instrumentis eiusdem rationis simul uti, ut uno. Habes ergo ex prima Auctoris ratione, plures ut totales ministros, non posse simul unum omnino baptismum conferre.

¶Ad obiecta contra secundam rationem de mutatione formæ respondetur, quod esset ibi mutatio formæ contra substantialia.

¶Et ad impugnationem huius, dicitur q licet expresio ministri non sit de necessitate formæ: est tamē de necessitate formæ, quod si exprimitur minister, exprimatur sine contrarietate ad ueritatem sacramenti: & hoc per illam uniuersalem regulam, In formis sacramentorum nihil debet poni contrarium. Pluralitas autem ministri contrariatur unitati requisitæ ad unitatem ministri, & propterea si exprimatur talis pluralitas expresse in forma, tollit ueritatem sacramenti. Falsa est ergo illa conditionalis, si expresio ministri non est de necessitate, pluralitas ministri explicata per aceidens se habet: habet enim se contrarie. Et cum subiungitur, quod ista, Nos te baptizamus, resoluitur in istas, Ego baptizo, & iste baptizat, respondetur, quod hoc potest dupliciter accipi. Primo, ut secunda exponens accidentaliter intendatur, ac si diceret, ego baptizo: & iste currit. Alio modo, ut per se intendatur, tamquam dicens quod ambo simul ministramus sacramentum baptismi. Et si in primo sensu accipiatur, idem uidetur iudicium de hac forma, & de forma in ptizo, & omnes astantes ad hoc consentiunt: in nomine Patris & Filii & Spiritussancti. Et sensus iste licet uideatur extraneus in proposito tamen posset accidere, duobus ex condicto uolentibus simul unum baptizare, & utroque alterum uolente reuereri, per hoc q uterque alterius meminit ad huiusmodi enim reuerētiam exprimendam uideretur eis, q deberet uterque uti numero plurali. Sed infra proptium sensum stando exprimitur per has duas exponentes pluralitas contraria unitati ministri: & propter ea ambæ simul destruunt ueritatem primæ. Significant enim, q duo simul, & non quod unus baptizet, duos autem simul esse una sacramenti ministrum, supponitur impossibile, & contrariari ueritati ministri.

¶Ad argumenta Durandi contra tertiam rationem, scilicet, quia minister exprimitur ut plures, respondendo, dicitur ad utramque partem distinctiuæ, quod utraque sane intellecta est uera. Ad baptismum enim unum omnino, seu unum secundum formam, exigitur unitas ministri secundum rem. Nec oppositum dixit Auctor, quoniam duobus simul baptizantibus, utroque totum dicente & faciente, non est baptismus unus secundum formam, sed secundum effectum: quem etiam non haberet, nisi potestas Christi supplieret, utens duobus totalibus instrumentis, ut uno quemadmodum prius dictum est. Altera quoque pars distinctiuæ uera est negatiue, oportet enim exprimi ministrum ut unum adhuc sensum, hoc est non exprimi, ut plures, quia pluralitas ministri expressa, contrariatur ueritati ministri. Vnde ad primam obiectionem de non necessaria expresione ministri, iam patet responsio.

¶Ad secundum autem de congruentia ad principale agens, responderur, quod ratio de unitate ministri propter unitatem Christi in litera allata, non ut necessaria, sed ut probabilis inducta est, ut uerba literæ sonant. Rationabilis autem est congruentia ministri ad Christum magis quàm ad Trinitatem per sonarum: quia in euangelio inuenimus attributum baptisma tamquam baptizanti, non Trinitati, sed Christo, de quo scriptum est Ioan. 1. Hic est qui baptizat in Spiritusancto: minister autem baptizantis personam induere se fatetur, dicendo, Ego te baptizo.

¶Ad tertiam autem de impertinentia modi exprimendi ministri conceditur uerum esse, si modus exprimendi non implicat aliquid contrarium veritati alicuius requisiti ad sacramentum: tunc enim sufficit exprimere causam principalem & actum ministri, quando nihil contrarium ueritati sacramenti exprimitur.

¶Ad

¶Ad dubium contra conclusionem, propter obiecta a Petro de Palude, respondendo dicitur ad primam obiectionem, quòd non est simile de sacramento matrimonij & sacramento baptismi: quia sacramentum matrimonij fundatur super matrimonio, vt est officium naturæ, & propterea quæcumque sufficiunt ad efficiendum coniugium verum, vt est in officium naturæ, sufficienter etiam se habent ad suscipiendam sacramentalitatem coniugii. Et quoniam non refert ad cōiugium, vt est naturæ officiū pluraliter vel singulariter dicere, immo siue verbis, siue solis nutibus consensum exprimere, ideo sacramentum matrimonij vere suscipertur, si pluraliter dicerent, Accipimus te in virum nostrum, supposita pluralitate vxorum: sicut etiam vere contrahitur sine verbis. Secus autem esse de baptismo ratio cogit, quia baptismus non potest distingui in officium naturæ & in sacramentum, sed est tantummodo sacramentum. Et hinc est etiam, quòd non potest nominatio Trinitatis suppleri per nutus baptizando. Ex eo enim, quòd purum sacramentum est, oportet seruare ea, quæ pro sacramēto sunt instituta ab ipso Christo, scilicet aquā, & voces significatiuas Trinitatis.

¶Ad secundam vero obiectionem conceditur, quòd magis ex plicaretur vnitas baptismi, dicendo, Nos te baptizamus, nisi implicaretur pluralitas contraria veritati ministri.

¶Et ad confirmationē dicitur, quòd a duobus dicentibus, Ego te baptizo, exprimitur vnitas actus vniuscuiusque eorū, ex hoc ipso, quòd quilibet diceret singulariter, baptizo: hoc enim vnitatem actus importat.

¶Ad tertium dicitur, quòd duo Officiales insolidum in potestate sua habent quòd possint ad vnum actum concurrere: & ideo possunt dicere, Nos faciemus vno pro utroque loquente: sed ministri sacramentorum non habent hoc in potestate sua, vt possint ad vnum omnino actum baptismi concurrere: quod ex eo cōcluditur, quòd non possunt ad vnum & eandem numero formam concurrere: sed oportet verum quæ suam formam exprimere, siue dicendo, Nos te baptizamus: siue Ego te baptizo, vt ipsi aduertii fatentur.

¶Ad quartam demum obiectionē dicitur, quòd ex hoc quòd plurale non est nisi singulare geminatum, non euaditur, quin dicendo, nos significetur pluralitas personarum: quæ (vt dictum est) contrariatur veritati ministri. Nam dicendo, Nos baptizamus sensus est, non quòd bis ego, sed quòd duo ego, hoc est persona mea, & persona collegæ mei: ambo enim demonstramur in prima persona per ly nos. Et vera expositio exercens ly nos, est demonstratio vtriusque in prima persona, puta ego, & alter ego, monstrato collega. Vel adamussim dicendo, ego, & collega subiungeret, & ego: sic enim exerceremus significatum per ly nos. Sicut dicendo in nominatiuo pluralis, vos, non significatur bis tu, sed significantur duo tu: significantur enim demonstratis duobus, tu & tu. Et hoc est plurale esse singulare geminatum. Ex quibus omnibus apparet manifeste, quod huiusmodi geminatio singularis in plurali ponit multitudinem personarum, quæ excluditur per vnitatem singularis. Et propterea in nullo adiuuat arguentem sed Auctorem dicentem, quod per hoc variatur forma, & exprimitur pluralitas cōtraria veritati, & vnitati ministri.

¶Cum his omnibus tamen scito, quòd si quis proprie deferens ad gestum exteriorem in sacramentis, volens numero plurali se suosque actus significare, dixerit, Nos te baptizamus in nomine Patris, & Filii & Spiritussancti: perfectum esse sacramentum baptismi, quoniam ex accommodatione vius petionæ excellentes vtuntur plurali pro singulari: & per hoc ex huiusmodi vsus accommodatione huiusmodi nomina & verba in plurali numero significant singulares personas, & singulares actus excellentium personarum, quamuis hoc non significent ex propriæ significationis impositione.

¶Ad dubium de insufficientia processus literæ, respondetur non esse Auctorem diminutum, sed in suo processu comprehendisse etiam quid dicendum sit secundum formam græcorum. Et hoc in suo simili: declarando enim, quod non mutata forma, plures simul totum dicendo & faciendo possunt vnum baptizare, sufficienter declarauit, quod etiam secundum formam græcorū hoc heri potest vtroque ministro abluente & dicente, Baptizetur famulus Christi &c.

¶Ad penultimam demum quæstionem magis physicam quàm theologicam dicitur quod veritas effectus sequitur vnitatem virtutis a qua causatur. Et propterea distinguendum est de causis eiusdem rationis simul concurrentibus, aut agunt virtutibus propriis, aut agunt virtute tertii: & dicendum, quod si sunt causæ agentes virtutibus propriis, impossibile est a duabus eiusdem rationis totalibus causis omnino vnum, & eundem per se prouenire effectum, quoniam effectus ille esset per se ab vtraq; & neutra. Si vero agunt virtute tertii, potest vnus, & idem omnino effectus ab vtraque prouenire, vel rectius loquendo, per vtramque a tertio prouenire. Et quia sacramenta non agunt virtutibus propriis, sed virtute Christi, qui per illa operatur, ideo quotcumque instrumentales causæ eiusdem rationis perfectæ seu totales concurrere inuenientur, simul in unum operatum, vnica virtus Christi per illa vnum operatur effectum, quamuis illæ instrumentales causæ quantum in se est, duos sortirentur effectus. Et propterea diximus, & dicimus, quod Christus ex suæ potestatis excellentia potest simul uti duobus instrumentis totalibus ut uno, & de facto sic weretur in casu proposito. Nec obstat huic responsioni doctrina superius habita de virtute existente in sacramentis: oportet enim esse memorem, virtutem illam nihil aliud esse quàm vsum verborum & rerum sacramentalium ad producendum sacramenti effectum. Vsum autem dico, non cuiuscumque vtentis, sed Christi, vt superius declaratum est. Quomodo autem soluenda esset quæstio hæc a ponentibus in sacramento superadditam qualitatis virtutem, ipsi viderint: immo hinc perpendant se a veritate procul esse, si non poterunt intellectui satisfacere in hac quæstione absque misteriis.

¶In responsione ad secundum aduerte, quod si baptizando plures, non intercederet alia mutatio, quam dicere, Baptizo vos, non videretur magna ad hoc necessitas exigi: quoniam ex solo concursu multorum videmus Romanam Ecclesiam mutare formam de singulari in pluralem, quando ordinantur diaconi plures simul, dicit enim tunc Episcopus, Accipite potestatem &c. Sed quoniam baptizatio simul plurium non fit communiter per immersionem sed per aspersionem, ideo ad tot mutationes faciendas magna exigitur necessitas.

¶In responsione ad tertium, aduerte uia hic ad sensum literæ. Primum est: quod baptizare sumitur secundum plures significationes: quandoque enim sumitur secundum propriam significationem, & tunc significat abluere: quandoque vero sumitur extensa significatione pro integro sacramento, quasi idem sit baptizare, quod sacramentum conferre. Et iuxta hunc sensum dicitur in hac litera, quod neuter baptizaret. Secundum est, quod Auctor loquitur hic de baptismi forma apud Latinam Ecclesiam, cum dicit, Nulla forma verborum &cæte. Tertium est, quod locutio pluralis in prima persona potest dupliciter exponi per duas singulares, vel per modum copulatiuæ vel copulatiuæ. Et quando exponitur per modum copulatiuæ, habet vtramque singularem seorsum veram. Verbi gratia, dicendo, nos trahimus nauem, habet ex ore, cuius libet demonstrati per ly nos, iuam singularem veram, puta, ego traho nauem, & ego traho nauem, & sic de aliis trahentibus. Et iuxta hanc sensum procedit litera, dicendo, quod neuter baptizaret: hoc est, neuter posset vere dicere, ego te baptizo, & similiter neuter scribentium partem libri, posset vere dicere, ego scripsi hunc librum. Quando vero copulatiui exponitur, non ex gitur quod aliqua singularis fit vera in alio vtramque singularem fore falsam. Verbi gratia. Si mo itur utramque singularem fore falsam. Verbi gratia. Si mo itur utramque singularem fore falsam. Verbi gratia. Si mo itur ut

Universidad de Deusto
Biblioteca

ARTICVLVS VII.

Vtrum in baptismo requiratur aliquis, qui baptizatum leuet de sacro fonte.

382 Inf. ar.8. ad 1.

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur quòd in baptismo non requiratur aliquis, qui baptizatum de sacro fonte leuet. Baptismus enim noster per baptismum Christi consecratur, & ei conformatur: sed Christus baptizatus non est ab aliquo de fonte susceptus, sed sicut dicitur Matthæ. 3. Baptizatus Iesus confestim ascendit de aqua, ergo videtur quod nec in aliorum baptismo requiratur aliquis, qui baptizatum de sacro fonte lusciat.

¶ 2 Præt. Baptismus est spiritualis regeneratio, vt dictum est: * sed in carnali generatione non requiritur nisi principium actiuum, quod est pater, & principium passiuum, quod est mater, igitur cum in baptismo locum patris obtineat ille, qui baptizat, locum autem matris, ipsa aqua baptismi (vt Auguſt. * dicit in quodam sermone epiphaniæ) videtur quòd non requiratur aliquis alius, qui baptizatum de sacro fonte leuet.

Art. 3. huius quæst.

*In serm. 1 Dominicæ infr. octa. epipha. to. 10

¶ 3 Præt. In sacramentis Ecclesiæ, nihil deriforium fieri debet: sed hoc deriforium videtur, quòd adulti baptizati, qui seipsos sustentare possunt, & de sacro fonte exire, ab alio suscipiantur. ergo videtur quòd non requiratur aliquis, præcipuè in baptismo adultorum, qui baptizatum de sacro fonte leuet.

¶ Sed contra est, quod Diony. * dicit 2. c. Cal. hierar. quòd sacerdotes assumentes baptizatum, traduntur eum adductionis † susceptori & duci.

*C 2. par. 2. decli. ad fin.

†Alias, ad educationem.

¶ Respon. Dicendum, quod spiritualis regeneratio, qua fit per baptismum, assimilatur quodammodo generationi carnali, vnde dicitur primæ Petri secundo, Sicut modo geniti infantes rationabiles & sine dolo, lac concupiscite. In generatione autem carnali paruulus nuper natus, indiget nutrice & pedagogo. Vnde & in spirituali generatione baptismi requiritur aliquis, qui fungatur vice nutricis & pedagogi, informando & instruendo eum, quasi nouitium in fide de his, quæ pertinent ad fidem & vitam Christianam: ad quod prælati ecclesiæ vacare non possunt circa communem curam populi occupati: paruuli enim & nouitii indigent speciali cura præter communem, & ideo requiritur quòd aliquis suscipiat baptizatum de sacro fonte, quasi in suam instructionem & tutelam, & hoc est quod Dionysi. * dicit vlti. cap. Cælest. hierar. Diuinis nostris ducibus (idest Apostolis) ad mentem venit, & visum est suscipere infantes secundum istum sanctum modum, quod naturales pueri parentes, traderet puerum cuidam docto in diuinis pedagogo, & reliquum sub ipso puer ageret, sicut sub diuino patre & saluationis sanctæ susceptore.

*C 7. Eccle. hierar. non multum procul a fine.

¶ Ad primum ergo dicendum, quod Christus non est baptizatus, vt ipse regeneraretur, sed vt alios regeneraret, & ideo post baptismum non indiguit pedagogo tam quam paruulus.

¶ Ad secundum dicendum, quod in generatione carnali non requiritur ex necessitate, nisi pater & mater; sed ad facilem partum, & educationem pueri conuenientem, requiritur obstetrix & nutrix, & pedagogus, quorum vicem implet in baptismo ille, qui puerum de sacro fonte leuat. vnde non est de necessitate sacramenti; sed vnus solus potest in aqua baptizare, necessitate imminente.

¶ Ad tertium dicendum, quod baptizatus non suscipitur à patrino de sacro fonte propter imbecillitatem corporalem: sed propter imbecillitatem spiritualem, vt dictum est. *

In cor. ar.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum ille, qui aliquem leuat de sacro fonte, teneatur ad eius institutionem.

383 Inf. q. 71. ar. 1. ad 3. Et 4. dis. 6. q. 2. ar. 2. q. 3. col. & ad 3.

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur quod ille qui suscipit aliquem de sacro fonte, non obligetur ad eius institutionem: quia nullus potest instruere nisi instructus: sed etiam quidam non instructi sed simplices admittuntur leuare aliquem de sacro fonte. ergo ille qui suscipit baptizatum, non obligatur ad eius instructionem.

¶ 2 Præt. Filius magis potest à patre instrui, quàm ab alio extraneo: nam filius habet a patre esse, & nutrimentum & disciplinam, vt Philo. * dicit in 8. Ethi. si ergo ille qui suscipit baptizatum teneretur eum instruere magis esset conueniens, quod pater carnalis filium suum de baptismo susciperet, quam aliquis alius: quod tamen videtur esse prohibitum, vt habetur in Decr. * 30. q. 1. per uenit. & dictum est. †

* Li. 8. Ethi. ca. 12. circa med. dicit. & ca. 11. non lege a prin. 30. q. 1. c. Peruenit. & c. dictum est. Ar. præc.

¶ 3 Præt. Plures magis possunt instruere quam vnus solus. Si ergo ille qui suscipit aliquem baptizatum, teneretur eum instruere, magis deberent plures suscipere quam unus solus, cuius contrariū habetur ex Decret. * Leonis Papæ. Non plures, inquit, ad suscipiendum de baptismo infantem, quam vnus accedant, siue vir siue mulier.

Loco citato in arg. 2.

¶ Sed contra est, quòd Aug. † dicit in quodam sermone paschali, Vos ante omnia tam viros quam mulieres, qui filios in baptismate suscepistis, moneo, vt vos cognoscatis fideiussores apud Deum extitisse pro illis, quos visi estis de sacro fonte suscipere.

* Hoc dicit Aug. refertur de consec. di. 4. c. 2. in Vos ante omnia. Ar. præc.

¶ Respon. Dicendum, quod vnusquisque obligatur ad exequendum officium, quod accepit. * Dictum est autem, quod ille qui suscipit aliquem de sacro fonte, assumit sibi officium pedagogi: & ideo obligatur ad habendam curam de ipso, si necessitas immineret: sicut eo tempore & loco, in quo baptizati inter infideles nutriuntur: sed vbi nutriuntur inter catholicos Christianos, satis possunt ab hac cura excusari præsumendo, q a suis parentibus diligenter instruantur. Si tamen quocunque modo sentirent contrarium, tenerentur secundum suum modum, saluti spiritualium filiorum curam impendere.

¶ Ad primum ergo dicendum, quod vbi imminet periculum, oporteret esse aliquem doctum in diuinis, sicut Diony. * dicit, qui baptizatum de sacro fonte susciperet: sed vbi hoc periculum non immineat propter hoc, quod pueri nutriuntur inter catholicos, admittitur quicumque ad hoc officium: quia ea quæ pertinent ad Christianam vitam, & fidem, publicè omnibus nota sunt. & tamen ille qui non est baptizatus, non potest suscipere baptizatum (vt est declaratum in concilio Magguntino *) licet non baptizatus possit baptizare, quia persona baptizantis est de necessitate sacramenti, non autem persona suscipientis, sicut dictum est. *

* C 7. Eccle. hierar. non multum procul a fine.

*Refertur de consec. di. 4. c. 2. in baptismate. Ar. præc.

¶ Ad secundum dicendum, quòd sicut est alia generatio spiritualis a carnali, ita etiam debet esse alia disciplina, secundum illud Hebræ. 12. Patres quidem carnis nostræ habuimus eruditores, & reuerebamur eos, non multo magis obtemperabimus Patri spirituum, & viuemus? & ideo alius debet esse pater spiritualis a patre carnali, nisi necessitas contrarium exigat.

¶ Ad tertium dicendum, quod confusio esset disciplinæ, nisi esset vnus principalis instructor. & ideo in baptismo vnus debet esse principalis susceptor: alij tamē possunt admitti, quasi coadiutores.

QVAES.

QVAESTIO LXVIII.

De suscipientibus baptismum, in duodecim articulos diuisa.

EINDE considerandum est de suscipientibus baptismum.

Et circa hoc quęruntur duodecim

¶ Primo, Vtrum omnes teneantur ad suscipiendum baptismum.
¶ Secundo, Vtrum aliquis possit saluari sine baptismo.
¶ Tertio, Vtrum baptismus sit differendus.
¶ Quarto, Vtrum peccatores sint baptizandi.
¶ Quinto, Vtrum peccatoribus baptizatis sint imponenda opera satisfactoria.
¶ Sexto, Vtrum requiratur confessio peccatorum.
¶ Septimo, Vtrum requiratur intentio ex parte baptizati.
¶ Octauo, Vtrum requiratur fides.
¶ Nono, Vtrum pueri sint baptizandi.
¶ Decimo, Vtrum pueri Iudæorum sunt baptizandi, inuitis parentibus.
¶ Vndecimo, Vtrum aliqui sint baptizandi in maternis vteris existentes.
¶ Duodecimo, Vtrum furiosi & amentes sint baptizandi.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum omnes teneantur ad susceptionem baptismi.

384 Inf. q. 70. ar. 2. ad 3. & 4. dis. 4 q. 3. ar. 3. q. 2. co. & ad 3. Et dis. 6. q. 1. ar. 1. q. 1. co. Et 4. con. c. 71.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd non teneantur omnes ad susceptionem baptismi. Per Christum enim non est hominibus arctata via salutis: sed ante Christi aduentum poterant homines saluari sine baptismo. ergo & post Christi aduentum.

¶ 2 Præt. Baptismus maxime videtur esse institutus in remedium peccati originalis: sed ille qui est baptizatus, cum non habeat originale peccatum, non videtur q possit illud transfundere in prolem. ergo filii baptizatorum non videntur esse baptizandi.

¶ 3 Præt. Baptismus datur ad hoc, q aliquis per gratiam à peccato mundetur: sed hoc consequuntur illi, qui sunt sanctificati in vtero, sine baptismo. ergo non tenentur ad suscipiendum baptismum.

¶ SED CONTRA est quòd dicitur Ioā. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei, & in li. de Eccl. † dogmatibus dicitur, Baptizatis tantum iter salutis esse credimus.

* In li. de eccl dogma. c. 24. & 74. Habetur inter ope. Augu. to. 3.

¶ RESPON. Dicendum, quòd ad illud homines tenentur sine quo salutem consequi non possunt. Manifestum est autem, quòd nullus potest salutem consequi, nisi per Christum. vnde & Aposto. dicit Rom. 5. Sicut per vnius delictum in omnes homines in condemnationem, sic & per vnius iustitiam, in omnes homines in iustificationem vitæ. Ad hoc autem datur baptismus, vt aliquis per ipsum regeneratus, incorporetur Christo factus membrum ipsius. vnde dicitur Gal. 3. Quicunque in Christo Baptizati estis, Christum induistis. vnde manifestum est, quòd omnes ad baptismum tenentur, & sine eo non potest esse salus hominibus.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd nunquam homines potuerunt saluari etiam ante Christi aduentum, nisi fierent membra Christi: quia, vt dicitur Act. 4. non est aliud nomen datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri: sed ante aduentum Christi, homines Christo incorporabantur, per fidem futuri aduentus: cuius fidei signaculum erat circuncisio, vt Apost. dicit Rom. 4. ante verò quàm circuncisio institueretur, sola fide (vt Greg. * dicit) cum sacrificiorum oblatione, quibus suam fidem antiqui patres profitebantur, homines Christo incorporabantur. Post aduentum etiam Christi, homines per fidem Christo incorporantur, secundum illud Ephe. 3. Habitare Christum per fidem in cordibus vestris: sed alio signo manifestatur fides rei iam præsentis, quàm demonstraretur, quando erat futura: sicut etiā aliis verbis significatur præsens, præteritum, & futurum. Et ideo licet ipsum sacramentum baptismi non semper fuerit necessarium ad salutem: fides tamen cuius baptismus sacramentum est, semper necessaria fuit.

* Lib. 5. Mora. ca. 2. circa med.

¶ AD SECVNDVM dicendum, quòd (sicut in 2. parte dictum est *) illi qui baptizantur, renouantur per baptismum secundum spiritum, corpus tamen remanet subiectum vetustati peccati, secundum illud Roma. 8. Corpus quidem mortuum est propter peccatum, spiritus verò viuit propter iustificationem. Vnde & Auguſt. * probat in lib. contra Iulianum, quòd non baptizatur in homine, quicquid in eo est. Manifestum est autem, quòd homo non generat generatione carnali secundum spiritum, sed secundum carnem. & ideo filii baptizatorum, cum peccato originali nascuntur: vnde indigent baptizari.

P 2. q. 81. ar. 3. ad 2.

*Li. 6. c. 6. a med. ad fin. to. 7.

¶ AD TERTIVM dicendum, quòd illi, qui sunt sanctificati in vtero, consequuntur quidem gratiam emundantem à peccato originali: non tamen ex hoc ipso consequuntur charitatem, quo Christo configurentur. & propter hoc, si aliqui nunc sanctificarentur in vtero, necesse esset eos baptizari, vt per susceptionem characteris, aliis membris Christi conformarentur.

ARTICVLVS II.

Vtrum sine baptismo aliquis possit saluari.

385 1. 2. q. 113 ar. 3. ad 1. Et 4. dis. 4. q. 3. ar. 2. q. 2 co. & ad 2. Et 4. con. c. 72. Et quo. 2. Et quol. 2. ar. 1. c. 4 Et Io. 6. hc. 7. Ca. 74. to. 3.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd sine baptismo nullus possit saluari. Dicit enim Dominus Ioan. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei: sed illi soli saluantur, qui regnum Dei intrant. ergo nullus potest saluari sine baptismo, quo aliquis regeneratur ex aqua & Spiritu sancto.

¶ 2 Præt. In lib. * de Ecclesiasticis dogmatibus dicitur, Nullam catechumenum, quamuis in bonis operibus defunctum, vitam æternam habere credimus, excepto martyrio, vbi totum sacramentum baptismi completur: sed si aliquis, sine baptismo posset saluari, maxime hoc haberet locum in catechumenis bona opera habentibus, qui videntur habere fidem per dilectionem operantem. videtur ergo quòd sine baptismo nullus possit saluari.

* Li. 5. Metau. to. 6. to. 3.

¶ 3 Præt. Sicut supra dictum est, † sacramentum baptismi est de necessitate salutis. Necessarium autem est, sine quo non potest aliquid esse, vt dicitur 5. Metaph. * ergo videtur quòd sine baptismo nullus possit consequi salutem.

Q 65. ar. 3. & 4.

Ia lib. q. 1. Leui. o. 84. a medio to. 4.

¶ Sed contra est, quòd Auguſt. † dicit super Leuiticum, Inuisibilem sanctificationem quibusdam affuisse & profuisse, sine visibilibus sacramentis: visibilem verò sanctificationem (quæ fit sacramento visibili) sine inuisibili posse adesse, sed non posse prodesse. Cum igitur sacramentum baptismi ad visibilem sanctificationem pertineat, videtur quòd sine sacramento baptismi, aliquis possit salutem consequi per inuisibilē sanctificationem.

¶ RESPON. Dicendum, quòd sacramentum baptismi, dupliciter potest alicui deesse. Vno modo & re & voto, quod contingit illis, qui nec baptizantur nec baptizari

Universidad de Deusto
Biblioteca

ptizari volunt: quod manifestè ad contemptum sacramenti pertinet, quantum ad illos, qui habent vsum liberi arbitrii, & ideo hi quibus hoc modo deest baptismus, salutem consequi non possunt: quia nec sacramentaliter nec mentaliter Christo incorporantur, periculum solum est salus. Alio modo, potest sacramentum baptismi alicui deesse re, sed non voto: sicut cum aliquid baptizari desiderat, sed aliquo casu præuenitur morte, antequā baptismum suscipiat, & talis sine baptismo actuali, salutem consequi potest, propter desiderium baptismi, quod procedit ex fide per dilectionem operantem: per quam Deus interius hominem sanctificat, cuius potentia sacramentis visibilibus non alligatur, vnde Ambr. * dicit de Valentiniano, qui catechumenus shortuus fuit. Quem regeneraturus eram, amisi: verumtamen ille gratiam, quam popposcit, non amisit.

* In li. de obitu Valent paulo ante medium. Habetur l. 5. epi. 5. epi. immediate post epist. 33. to. 3.

¶ Ad primvm ergo dicendum, quòd sicut dicitur. 1. Reg. 16. Homines vident quæ parent, Dominus autem intuetur cor. Ille autem qui desiderat per baptismum regenerari ex aqua & Spiritu sancto, eo fac quidem regeneratus est, licet non corpore: sicut & Apost. dicit Rom. 2. quòd circuncisio cordis est in Spiritu, non in litera, cuius laus non ex hominibus, sed ex Deo est.

¶ Ad secundum, quod nullus pervenit ad vitam æternam, nisi absolutus ab omni culpa & reatu pœnæ. Quæ quidem vniuersalis absolutio fit in q̄ perceptione baptismi & in martyrio: propter quod dicitur quòd in martyrio omnia sacramenta baptismi complentur, s. quantum ad plenam liberationem à culpa & pœna. Si quis ergo catechumenus sit habens d desiderium baptismi (quia aliter in bonis operibus non moreretur, quæ non possunt esse sine fide per dilectionem operante) talis decedens non statim peruenit ad vitam æternam, sed patietur pœnam pro peccatis præteritis: ipse tamen saluus erit sic quasi per ignem, vt dicitur 1. ad Corinth. 3.

D. 269.

D. 1202.

¶ Ad tertium dicendum, quòd pro tanto dicitur sacramentum baptismi esse de necessitate salutis: quia non potest esse hominis salus, nisi saltem in voluntate habeatur, quæ apud Deum reputatur pro facto.

¶ Super quæstionis sexagesimæ octauæ, Articulum tertium.

386 4. dist. 4. q. 3. ar. 1. q. 2. & dist. 17. q. 3. ar. 1. q. 4. co. Et ma. q. 4. ar. 1. * habetur de cõsec. di. 4. cap. Duo tempora. v. Et sanè ex epist. eius 4. ca. 5. v. in concil. Agat. c. 25.

Articvlvs III.

Vtrum baptismus sit differendus.

Ad tertium sic proceditur. Videtur, q̄ baptismus sit differendus. Dicit. n. Leo * Papa, Duo tempora, idest, Pascha & Pentecoste ad baptizandum à Romano Pontifice legitimè præfixa sunt: vnde dilectionem vestram monemus, vt nullos alios dies huic obseruationi misceatis. Videtur ergo q̄ oporteat non statim aliquem baptizari, sed vsque ad prædicta tempora baptismum differri.

¶ 2 Præt. In concilio Agathensi † legitur, Iudæi, quorum perfidia frequenter ad vomitum redit, si ad leges catholicas venire voluerint: octo menses inter catechumenos ecclesiæ limen introeant: & si puta fide venire noscantur, tunc demum baptismi gratiam mereantur. non ergo statim sunt homines baptizandi, sed vsque ad certum tempus est differendum baptisma.

¶ 3 Præt. Sicut dicitur Isa. 27. Iste est omnis fructus vt auferatur peccatum: sed magis videtur auferri peccatum, vel etiam diminui, si baptismus differatur. primo quidem, quia peccantes post baptismum, grauius peccant, secundum illud Hebr. 10. Quanto magis putatis deteriora mereri supplicia, qui sanguinem testamenti pollutum duxerit, in quo sanctificatus est, scilicet per baptismum? Secundo, quia baptismus tollit peccata præterita, nō autem futura: vnde quanto magis baptismus differtur, tanto plura peccata tollit. videtur ergo q̄ baptismus debeat diu differri.

¶ Sed contra est, quòd dicitur Eccles. 5. Non tardes conuerti ad Dominum, & ne differas de die in diem: sed perfecta conuersio ad Deum, est eorum, qui regenerantur in Christo per baptismum. non ergo debet baptismus differri de die in diem.

¶ Respon. Dicendum, quòd circa hoc distinguendum est, vtrū sint baptizandi pueri vel adulti. Si enim pueri sint baptizandi non est differendum baptisma. primo quidem, quia nō expectatur in eis maior instructio, aut etiam plenior conuersio. secundo, propter periculum mortis: quia non potest eis alio remedio subueniri, nisi per sacramentum baptismi. Adultis verò subueniri potest per solum baptismi desiderium, vt supra dictum est. * & ideo adultis non statim, cum conuertuntur, est sacramentum baptismi conferendum: sed oportet differre vsque ad aliquod certum tempus. Primo quidem, propter cautelam ecclesiæ, ne decipiatur, sacramentum fictæ accedentibus conferens, secundum illud 1. Ioan. 4. Nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus si ex Deo sint, quæ quidem probatio sumitur de accedentibus ad baptismum, quando per aliquod spatium, eorum fides & mores examinantur. Secundo, hoc est necessarium ad vtilitatem eorum, qui baptizantur: quia aliquo temporis spatio indigent, ad hoc q̄ plenè instruantur de fide, & exercitentur in his, quæ pertinent ad vitam christianam. Tertio, hoc est necessarium ad quandam reuerentiam sacramenti, dum in solennitatibus præcipuis, s. Paschæ & Pentecostes, homines ad baptismum admittuntur, & ita deuotius sacramentum suscipiunt: hæc tamen dilatio est prætermittenda dupliciratione. Primo quidem, quando illi qui sunt baptizandi, apparent perfectè instructi in fide, & ad baptismum idonei: sicut Philippus statim baptizauit Eunuchum, vt habetur Act. 8. & Petrus Cornelium, & eos qui cum eo erant, vt habetur Act. 10. Secundo propter infirmitatem, aut aliquod periculum mortis: vnde Leo Papa * dicit, Hi qui necessitate mortis, ægritudinis, obsidionis, persecutionis, & naufragii, vrgentur, omni tempore debent baptizari: si tamen aliquis morte præueniatur, articulo necessitatis sacramentū excludente, dum expectat tempus ab ecclesia institutū, non cogit adultum ad suscipiendum baptisma, ita hodie q̄ si hic dies præteriret absque baptismo, peccatum incurreret. cõfirmatur hoc ex gestis sanctorum. Nam Martinus octo annis catechumenus fuit, Ambrosius longo quoque tempore catechumenis annumeratus videtur. Constantinus Magnus in vltimo vitæ suæ baptizatus est, vt Ambrosius dicit in oratione de obitu Theodosij.

¶ Debet autem determinari tempus dilati baptismi secundo modo, q̄ dupliciter mō stratur. Primo, ex natura præcepti affirmatiui, obligantis pro loco & tempore Præceptum affirmatiuum, licet quantū est ex parte temporis, non obligent, nisi tempus necessitatis articulum adducat (vt Auctor in 4. sent. dist. 17. q. 3. articul. 1. quæst. 1. dixit) ex parte tamen motiui ad differendum rationem requirunt: nam si sine rectæ rationis arbitrio dilatio voluntaria fit, peccatum incurritur

Universidad de Deusto
Biblioteca

casiones peccandi; nam satisfacere est peccatorum causas excidere,& peccatis aditu non indulgere: sed hoc maximè est necessarium nuper baptizatis. ergo videtur q̃ baptizatis sint opera satisfactoria iniungenda.

¶ 3 Præterea. Non minus debitum est, vt homo Deo satisfaciat, quàm proximo: sed nuper baptizatis iniungendum est, vt satisfaciant proximis, si eos læserint. ergo etiam est eis iniungendum, vt Deo satisfaciant per opera pœnitentiæ.

¶ Sed contra est, quòd Ambro. * super illud Rom. 11. Sine pœnitentia sunt dona & vocatio Dei, dicit, Gratia Dei in baptismo non requirit gemitum neq; planctum, vel etiam opus aliquod: sed solam fidem, & omnia gratis condonat.

¶ Respon. Dicendum, quòd sicut Apost. dicit Roma. 6. Quicumque baptizati sumus in Christo, in morte ipsius baptizati sumus: consepulti enim sumus ei per baptismum in mortem, ita scilicet quòd homo per baptismum incorporatur ipsi morti Christi manifestum est autem ex supradictis, * q̃ mors Christi satisfactoria fuit sufficienter pro peccatis, non solum nostris, sed etiam totius mundi, vt dicitur 1. Io. 2. & ideo ei, qui baptizatur, pro quibuscunque peccatis, non est aliqua satisfactio iniungenda: hoc enim esset iniuriã facere passioni & morti Christi, quasi ipsa non esset sufficiens ad plenam satisfactionem pro peccatis baptizatorum.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd sicut Augustt. † dicit in lib. de baptismo paruulorum, ad hoc baptismus valet, vt baptizati Christo incorporentur, vt membra eius. vnde ipsa pœna Christi fuit satisfactoria pro peccatis baptizatorum, sicut & pœna vnius membri potest esse satisfactoria pro peccato alterius membri. vnde Isa. 53. dicitur: verè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ nuper baptizati exercitandi sunt ad iustitiam, non per opera pœnalia, sed per opera facilia, vt quasi quodam lacte facilis exercitii, promoueantur ad perfectiora, vt gl. * dicit super illud Psal. 130. Sicut ablactatus est super matre sua: vnde & Dominus discipulos suos de nouo conuersos, à ieiunio excusauit, vt patet Mat. 9. Et hoc est, quòd dicitur 1. Pet. 2. Sicut modo geniti infantes, lac concupiscite, vt in eo crescatis in salutem.

¶ Ad tertium dicendum, quòd restituere mala ablata proximis, & satisfacere eis de iniuriis illatis, est cessare à peccando: quia hoc ipsum, quod est detinere aliena, & proximum læsum non placare, est peccatum: & ideo peccatoribus baptizatis iniungendum est, quòd satisfaciant proximis: sicut & quòd desistant à peccato: non est autem eis iniungendum, quòd pro peccatis præteritis aliquam pœnam patiantur.

* Est glo. di. Amb. in illum locum to. 5

9.49.&48

Gl. ordi. ibid.

ARTICVLVS VI.

Vtrum peccatores ad baptismum accedentes, teneantur sua peccata confiteri.

389 3.d. 19.2. 3.q. 2. ad 2. Et 4.cõ. cap. 58. Et Roma. 11 ic. 4

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd peccatores ad baptismum accedentes, teneantur sua peccata confiteri. Dicitur enim Matth. 3. quòd baptizabantur multi à Ioanne in Iordane, confitentes peccata sua: sed baptismus Christi est perfectior, quàm baptismus Ioannis. ergo videtur quòd multo magis illi, qui sunt baptizandi baptismo Christi, debeant sua peccata confiteri.

¶ 2 Præt. Prouerb. 28. dicitur, Qui abscondit scelera sua, non dirigetur: qui autem confessus fuerit, & reliquerit ea, misericordiam consequetur. ergo baptizandi debent sua peccata confiteri.

¶ 3 Præt. Pœnitentia requiritur ante baptismum, secundum illud Act. 2. Agite pœnitentiam, & baptizetur vnusquisque vestrum: sed confessio est pars pœnitentiæ. ergo videtur, q̃ confessio peccatorum requiratur ante baptismum.

¶ Sed contra est, q̃ confessio peccatorum debet esse cum fletu: dicit enim Aug.* in lib. de pœnitentia, Omnis ista varietas consideranda est & deflenda: sed secut Ambro.† dicit, gratia Dei in baptismo non requirit gemitum neque planctum. ergo à baptizandis, non est requirenda confessio peccatorum.

¶ Respond. Dicendum, quòd duplex est peccatorum confessio: vna quidem interior, quæ fit Deo: & talis confessio peccatorum requiritur ante baptismum vt scilicet homo sua peccata recogitans, de eis doleat: non enim potest in choare nouam vitam, nisi pœniteat eum veteris vitæ, vt dicit Augustt.* in lib. de pœnitentia: alia verò est confessio peccatorum exterior, quæ fit sacerdoti: & talis confessio non requiritur ante baptismum. Primo quidem, quia talis confessio cum respiciat personam ministri, pertinet ad pœnitentiæ sacramentum, quod non requiritur ante baptismum: quia est ianua omnium sacramentorum. Secundo, quia confessio exterior, quæ fit sacerdoti, ordinatur ad hoc, quòd sacerdos confitentem absoluat à peccatis, & liget ad opera satisfactoria, quæ baptizatis non sunt imponenda, vt supra dictum est: * nec etiam baptizati indigent remissione peccatorum per claues ecclesiæ, quibus omnia remittuntur per baptismum. Tertio, quia ipsa particularis confessio homini facta, est pœnosa propter verecundiam confitentis: baptizato autem nulla exterior pœna imponitur: & ideo à baptizatis non requiritur specialis confessio peccatorum: sed sufficit generalis, quam faciunt, cum secundum ritum ecclesiæ abrenuntiat Satanæ & omnibus pompis eius: & hoc modo, dicit quædam glo.* Mat. 3. quòd in baptismo Ioannis, exemplum dabatur baptizandis confitendi peccata, & promittendi meliora: si qui tamen baptizandi, ex deuotione sua peccata confiteri vellent, esset eorum confessio audienda, non ad hoc, quòd eis satisfactio imponeretur: sed ad hoc, quòd contra peccata consueta eis spiritualis informatio vitæ traderetur.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd in baptismo Ioannis non remittebantur peccata: sed erat baptismus pœnitentiæ: & ideo conuenienter accedentes ad illud baptisma, confitebantur peccata, vt secundum qualitatem peccatorum, eis pœnitentia determinaretur: sed baptismus Christi est, sine exteriori pœnitentia, vt Ambr.* dicit. vnde non est similis ratio.

¶ Ad secundum dicendum, quòd baptizatis sufficit confessio interior Deo facta, & etiam exterior generalis, ad hoc, quòd dirigantur & misericordiam consequantur: nec requiritur confessio specialis exterior, sicut dictum est.*

¶ Ad tertium dicendum, quòd confessio est pars pœnitentiæ sacramentalis, quæ non requiritur ante baptismum, vt dictũ ē*: sed requiritur interioris pœnitentiæ virtus.

Aug. in li. de vera & fal. pœn. c. 14. non procul a prin. & † Amb. ad Ro. 11. Sine pœn. sunt dona Dei. to. 5.

* in li. de medic. pœ ni. c. 2. no procul a prin. c. 9

Ar. præc.

*In gl. ordi. sup. illud, Exibant vt baptizarentur ab eo.

Amb. loc. citato in arg. Sed contra.

In cor. ar.

In cor. ar.

ARTICVLVS VII.

Vtrum ex parte baptizati requiratur intentio suscipiendi sacramentum baptismi.

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur quòd ex parte baptizati non requiratur intentio suscipiendi sacramentum baptismi. Baptizatus. n. se habet sicut patiens in sacramento: intentio autem non requiritur ex parte patientis, sed ex parte agentis. ergo videtur quod ex parte baptizati, non requiratur intẽtio suscipiendi baptismum.

¶ 2 Præt. Si prætermittatur id, quod requiritur ad baptismum, homo est denuo baptizandus: sicut cum prætermittitur inuocatio Trinitatis, vt supra dictum est: * sed ex hoc non videtur aliquis esse denuo baptizandus, q̃ intentionem non habebat suscipiendi baptismum: alioquin cum de intentione baptizati non constet, quilibet posset petere se denuo baptizari propter intentionis defectum. non videtur ergo q̃ intentio requiratur ex parte baptizati, vt suscipiat sacramentum.

¶ 3 Præt. Baptismus contra peccatum originale datur: sed originale peccatum contrahitur sine intentione nascentis. ergo baptismus, vt videtur, intentionem non requirit ex parte baptizat.

¶ Sed contra est, q̃ secundum ritũ ecclesiæ, baptizandi profitentur se petere ab ecclesia baptismum, per quod profitentur suam intentionem de susceptione sacramenti.

¶ Respon. Dicendum, q̃ per baptismum aliquis moritur veteri vitæ peccati, & incipit quandam vitæ nouitatem, secundum illud Ro. 6. Consepulti sumus Christo per baptismum in mortem, vt quomodo Christus surrexit à mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus: & ideo sicut ad hoc, q̃ homo moriatur veteri vitæ, requiritur secundum Aug.* in habente vsum libe. arb. voluntas, qua eum veteris vitæ pœniteat, ita requiritur voluntas, qua intendat vitæ nouitatem: cuius principium est ipsa susceptio sacramenti: & ideo ex parte baptizati requiritur voluntas, siue intentio suscipiendi sacramentum.

¶ Ad primum ergo dicendum, q̃ in iustificatione, quæ fit per baptismum, non est passio coacta, sed voluntaria: & ideo requiritur intentio recipiendi id, quod est datur.

¶ Ad secundum dicendum, quod si in adulto deesset intentio suscipiendi sacramentum, esset rebaptizandus: si tamen hoc non constaret, esset dicendum, Si non des baptizatus, ego te baptizo.

¶ Ad tertium dicendum, quòd baptismus ordinatur non solum contra originale peccatum, sed etiam contra actualia, quæ per voluntatem & intẽtionem causantur.

¶ Primæ autem opinionis fundamentum primum de ritu ecclesiæ, non cogit: quoniam eodem ecclesiæ ritu petitur etiam a baptizando, si credit in Deum patrem omnipotentem &c. & tamen constat non exigi ad necessitatem sacramenti fidem siue suã, siue patrini, ex parte baptizati. Secundum quoq; fundamentum, petit principium. Tertiũ vero, ambiguum assumit, s. in adulto requiri per se propriam voluntatem: hoc est. n. de quo est quæstio.

¶ Et ad probationem dici facile potest. similitudinem non tenere s. q̃ adultus ita se debeat habere ad sacramentum fidei, sicut se habet ad credere: quoniam credere consistit manifeste in actione voluntaria, sacramẽtum autem fidei manifeste consistit in passiua susceptione, & propterea non est simile. Auctoritas autem Hiero. non est ad propositũ: quia de fide loquitur, quæstio autem est de velle.

¶ Secundæ demum opinionis ratio reiici potest eodem modo, scilicet quòd assumit probandum: hoc enim est, quod vertitur in dubium, an patiens in baptismo, exigat vel se vt necessariam dispositionem ad receptionem sacramenti: hoc enim est totum in quo consistit quæstio.

*In li. de medic. pœnit. cap. 2. non longe a prin. tom. 9.

D. 583.

¶ Quod autem additur, q̃ nullus puer baptizatus est rebaptizandus, licet negetur à tenentibus primam opinionem, magnam tamen secundum rationem vim habere videtur.

¶ His excursis, dicendum mihi videtur cum secunda opinione, q̃ per se loquendo non exigitur intentio seu voluncas ex parte baptizandi de necessitate sacramenti: sed sufficit in ipso non inueniri obicem voluntatis contrariæ. Probaturque hoc, dupliciter. Primo, auctoritate Innoc. III. extra de baptismo, & eius effectu, in c. maiores causas: ibi. n. mota quæstionem de suscipientibus characterem, & relata opinione quorundam dicentium characterem imprimi etiam innitis, refutata deinde hac opinione quo ad totaliter inuitos, concludit hæc verba in calce. Tunc ergo characterem, sacramentalis imprimit operatio, cum obicem voluntatis contrariæ non inuenit obsistentem. vbi manifeste patet intenta conclusio determinata ab Apostolica sede. Secundo, probatur vrendo iam dicta ratione: quod non est de necessitate sacramenti in vno recipiente baptismum, non est de necessitate sacramenti, per se loquendo, in quocunque recipiente baptismũ: sed in paruulis voluntas etiam interpretatiua non exigitur, vt propria dispositio ad recipiendum baptismum, ergo in nullo baptizando requiritur, per se loquendo, consensus ad recipiendum baptisma. Et probatur minor: quia voluntas parentum non est dispositio aliqua, sed sola appropinquatio patientis ad agens, puramentem passiuum actiuo non esse necessarium ex parte patientis: tum, quoniam aliunde potest suppleri, puta ex approximatione agentis ad patiens, vel ex remouente obstaculum: tum, quoniam extrinsecum hoc est, patet vero volũtatem parentis solummodo approximare passiuum actiuo, offerendo infantem baptismo, ex eo q̃ si iudæus faceret filium baptizari, non vt nutriretur Christianus, sed totaliter nutriendum in iudæum, ob solamq; corporis sanitatem infantem vellet baptizari, & hoc ipsum diceret, ac compelleret ministrum ad baptizandum, vel ipsemet baptizaret, in veritate infans esset baptizatus: & tũ tunc paterna voluntas nec ex charitate, nec ex spe, nec ex fide, nec ex ecclesiæ voluntate ibi cooperaretur: qñ ecclesia si sciret, resisteret tali oblationi. Nihil ergo facit oblatio pueri, nisi q̃ approximat passiuum agenti: iniuriamq; paternæ tollit auctoritatis, quæ illi irrogaretur, si infans patre inuito baptizaretur. sufficit ergo in baptizando non inueniri obicem voluntatis, cõtrariæ ad hoc, vt characterem suscipiat ex baptismo.

¶ Sed

esset rebaptizandus, dubium occurrit magnum, an ex parte baptizati, ita necessaria sit intentio suscipiendi sacramentum baptismi, vt si illa desit, baptismus nullus sit.

¶ Et est ratio dubii varietas opinionum: quidam enim (de quorum numero est Durand. in 4. sen. dist. 4. q. 2.) tenet vniuersaliter hoc est tã in adultis, q̃ in paruulis requiri consensum ex parte baptizati. Alij vero, de quorum numero est Auctor in 4. senten. distin. 6. q. 1. artic. 2. q. 3. tenent totaliter oppositum, scilicet q̃ nec i paruulis nec in adulto, per se loquendo, exigitur voluntas propria per accidens, hoc est, vt remouens prohibens, puta peccatum vel contrariam voluntatem. Quidam autem, de quorũ numero est Scotus in 4. sent. dist. 4. q. 2. distinguendum putant, inter adultũ & puerum, tenentes quòd in adulto requiritur voluntas: in paruulo autem non.

¶ Et quoniam quæstio est difficilis, videdum est, quid roboris habeant rationes opinionum: & deinde rationabilior dicendi modus eligendus est.

¶ Prima igitur opinio tenens vniuersalitee requiri consensum ex parte baptizati fundatur, primo super ritu ecclesiæ petentis a baptizando, Vis baptizari? Secundo super hoc, q̃ baptizari est passio voluntaria.

¶ Tertio procedit Durandus sic: Quicquid est de necessitate sacramenti in vno, est de necessitate sacramenti in omnibus, in similibus quidem similiter, & in proportionalibus proportionaliter: sed voluntas recipiendi baptismum est de necessitate sacramenti in adultis. ergo est etiam de necessitate sacramenti in paruulis: proportionaliter tamen, hoc est voluntate interpretatiua quo ad paruulos, sicut propria quo ad adultos. Probatur minor: Adultus simili modo debet se habere ad fidem, & ad fidei sacramentum: sed credere non potest nisi volens. ergo nec baptizari potest nisi volens.

¶ Et confirmatur ex mandato domini, Docete omnes gentes, baptizantes eos &c. vbi Hier. dicit, Non potest suscipi sacramentum, nisi anima fidei susceperit veritatem.

¶ Affertur quarto ratio ex litera huius art. scilicet oportet inchoantem nouam vitam, velle illam, ac per hoc eius principium quod est baptisma.

¶ Oppositæ autem opinionis, s. q̃ non per se requiritur velle ex parte baptizati, fundamentum est, q̃ tota efficacia sacramenti baptismi est, ex parte ipsius sacramenti: nec requirit ex parte patientis, nisi capacitatem absque contrarietate. Probaturq; hoc ex eo, q̃ de facto videmus paruulum omnem baptizatum non esse rebaptizandum. Et hinc sumitur ratio: Quicquid non est de necessitate sacramenti in vno, non est de necessitate sacramenti in reliquis: sed consensus non est de necessitate sacramenti in paruulis. ergo nec in adultis.

¶ Tertiæ autem opinionis ratio est: quia si adultus caret consensu, videtur quòd contemnat: oportet enim adultum aliquam habere deuotionem ad sacramentum, aut contemnere ipsum, saltem interpretatiue.

¶ Et vt ab hac vltima incipiamus, responsio seu ratio ista fugit quæstionem, quasi impossibile sit inueniri adultum neutrum respectu baptismi, sed oporteret in alteram partem declinare, hoc est, velle, aut nolle baptizari. Quæstio autem est de veritate conditionalis, non curãdo de possibilitate antecedentis: vertitur. n. in quæstionem, si adultus neuter secundum volũtatem ad baptismum baptizaretur dormiens, an esset. postea baptizandus, hoc est, an susciperet characterem vel non: cui quæstioni, vt patet, non satisfit per hanc opinionem declinantẽ ad alterũ extremũ.

¶ Primæ autem opinionis fundamentum primum de ritu ecclesiæ, non cogit: quoniam eodem ecclesiæ ritu petitur etiam a baptizando, si credit in Deum patrem omnipotentem &c. & tamen constat non exigi ad necessitatem sacramenti fidem siue suã, siue patrini, ex parte baptizati. Secundum quoq; fundamentum, petit principium. Tertiũ vero, ambiguum assumit, s. in adulto requiri per se propriam voluntatem: hoc est. n. de quo est quæstio.

¶ Et ad probationem dici facile potest. similitudinem non tenere s. q̃ adultus ita se debeat habere ad sacramentum fidei, sicut se habet ad credere: quoniam credere consistit manifeste in actione voluntaria, sacramẽtum autem fidei manifeste consistit in passiua susceptione, & propterea non est simile. Auctoritas autem Hiero. non est ad propositũ: quia de fide loquitur, quæstio autem est de velle.

*In li. de medic. pœnit. cap. 2. non longe a prin. tom. 9.

¶ Secundæ demum opinionis ratio reiici potest eodem modo, scilicet quòd assumit probandum: hoc enim est, quod vertitur in dubium, an patiens in baptismo, exigat vel se vt necessariam dispositionem ad receptionem sacramenti: hoc enim est totum in quo consistit quæstio.

D. 583.

¶ Quod autem additur, q̃ nullus puer baptizatus est rebaptizandus, licet negetur à tenentibus primam opinionem, magnam tamen secundum rationem vim habere videtur.

¶ His excursis, dicendum mihi videtur cum secunda opinione, q̃ per se loquendo non exigitur intentio seu voluncas ex parte baptizandi de necessitate sacramenti: sed sufficit in ipso non inueniri obicem voluntatis contrariæ. Probaturque hoc, dupliciter. Primo, auctoritate Innoc. III. extra de baptismo, & eius effectu, in c. maiores causas: ibi. n. mota quæstionem de suscipientibus characterem, & relata opinione quorundam dicentium characterem imprimi etiam innitis, refutata deinde hac opinione quo ad totaliter inuitos, concludit hæc verba in calce. Tunc ergo characterem, sacramentalis imprimit operatio, cum obicem voluntatis contrariæ non inuenit obsistentem. vbi manifeste patet intenta conclusio determinata ab Apostolica sede. Secundo, probatur vrendo iam dicta ratione: quod non est de necessitate sacramenti in vno recipiente baptismum, non est de necessitate sacramenti, per se loquendo, in quocunque recipiente baptismũ: sed in paruulis voluntas etiam interpretatiua non exigitur, vt propria dispositio ad recipiendum baptismum, ergo in nullo baptizando requiritur, per se loquendo, consensus ad recipiendum baptisma. Et probatur minor: quia voluntas parentum non est dispositio aliqua, sed sola appropinquatio patientis ad agens, puramentem passiuum actiuo non esse necessarium ex parte patientis: tum, quoniam aliunde potest suppleri, puta ex approximatione agentis ad patiens, vel ex remouente obstaculum: tum, quoniam extrinsecum hoc est, patet vero volũtatem parentis solummodo approximare passiuum actiuo, offerendo infantem baptismo, ex eo q̃ si iudæus faceret filium baptizari, non vt nutriretur Christianus, sed totaliter nutriendum in iudæum, ob solamq; corporis sanitatem infantem vellet baptizari, & hoc ipsum diceret, ac compelleret ministrum ad baptizandum, vel ipsemet baptizaret, in veritate infans esset baptizatus: & tũ tunc paterna voluntas nec ex charitate, nec ex spe, nec ex fide, nec ex ecclesiæ voluntate ibi cooperaretur: qñ ecclesia si sciret, resisteret tali oblationi. Nihil ergo facit oblatio pueri, nisi q̃ approximat passiuum agenti: iniuriamq; paternæ tollit auctoritatis, quæ illi irrogaretur, si infans patre inuito baptizaretur. sufficit ergo in baptizando non inueniri obicem voluntatis, cõtrariæ ad hoc, vt characterem suscipiat ex baptismo.

¶ Sed

9.66.ar.6.

10

20

30

40

50

60

70

80

¶ *Super quæstionis sexagesimæ octauæ, Articulum septimum.*

TItulus vt sonat sumendus est.

¶ In corpore istã respõdeo ad secundũ, vbi dicitur si in adulto deesset intentio suscipiendi sacramentum, esset

inf. q. 69. ar. 9. Et 4. d. 6. q. 3. a. 2. q. 3. Et di. 27 q. 1 ar. 2. Et cor.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶Sed contra hoc instant dupliciter. primo vtendo argumento vltimo in dicta decretali. q. scilicet sequeretur ex hoc, q̃ aliquis adultus numquam cõsentiens baptismo, pertineret ratione sacramenti ad iurisdictionem ecclesiasticam, ac per hoc ad seruandam regulam Christianæ fidei foret rationabiliter compellendus, quod est absurdum.

¶Obiicitur quoque a Duran. probante q̃ voluntas adulti baptizandi requiritur per se: nam si velle suscipere baptismum, non sit in adulto dispositio necessaria ad baptismum secũdum se, sequitur q̃ nolle seu renuere vel negligere suscipere ipsũ, non erit impedimentum: quia non impedit nisi velle oppositum.

¶Ad primũ horum dicitur, q̃ ratio procedit ex extrinsecis accidentibus, quale est iurisdictio ecclesiastica, & propterea parum roboris habet. Veruntamen dupliciter solui potest. Primo, q̃ casus ille, aut impossibilis, aut plusquam rarissimus est, s. vt adultus neuter baptizetur: regulæ autem de iurisdictionis actibus, puta de compellendo & similibus, dantur secundum se, quæ communiter eueniunt. Secundo, q̃ vno inconuenienti dato, multa inconuenientia sequi possunt: & ideo dato hoc inconuenienti, q̃ minister temereba ptizaret adultum neutrum, non est mirũ sequi aliud inconueniens, s. q̃ talis effet de iurisdictione ecclesiæ rarione sacramenti, & non esset cõpellẽdus ad Christianitatem seruandam: quia nunquã consensit, sed dormiens baptizatus est.

¶Ad obiectionem vero Duran. respondetur, q̃ sequela nihil valet. Et probatio nullius etiã apparentiæ est: quoniam nolle baptismum, secũdum se aduersatur susceptioni baptismi: & ideo impedit ipsum, & nõ quia tollit suũ contrarium, puta velle baptismum. Nec putes Auctorem hoc in loco alterius fuisse opinionis, vt patet ex eo q̃ inferius dicit pueros infidelium, si inuitis parentibus baptizarentur, fore baptizatos: quod autẽ hic dixit, intelligendum est, secundum id, quod sem per de facto inuenitur in adultis, s. q̃ non inueniatur neuter, sed aut habet velle, aut nolle respectu baptismi implicite, vel explicite &c. Et propterea verificatur, q̃ si in adulto deesset intentio suscipiendi sacramẽtum, esset rebaptizãdus: defectus n. intentionis cõtrariam haberet annexam intẽtionẽ. D. 604.

2 91 4.di. 6. q. 1. art. 3. q. 1. Et q. 2. ar 2. q. 3. corpo. Et dist. 9. art. 2. q. 2. ad 2.

*Lib. 1. de peccat. mer. & remi. ca. 26. a med. to. 7.

2. 2. q. 10. ar. 3.

* In regi-stro l. 9. epis. 61. nõ longe a prin. †alias Quinuo.

q. 66. art. 2.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum fides requiratur ex parte baptizati.

AD octauum sic proceditur. Videtur quòd fides requiratur ex parte baptizati. Sacramentum enim baptismi à Christo est institutum: sed Christus formam baptismi tradens, fidem baptismo præmittit, dicẽs Marc. vltimo Qui crediderit, & baptizatus fuerit saluus erit. ergo videtur quòd nisi sit fides, non ponsit esse sacramentũ baptismi.

¶2 Præt. Nihil frustra in sacramentis ecclesiæ agitur: sed secundum ritum ecclesiæ, ille qui accedit ad baptismum, de fide interrogatur, cum dicitur, Credis in Deum patrem &c. ergo videtur quòd fides ad baptismum requiratur.

¶3 Præt. Ad baptismum requiritur intentio suscipiendi sacramentum: sed hoc nõ potest esse sine recta fide, cum baptismus sit rectæ fidei sacramẽtum: per cum enim incorporantur homines Christo, vt Aug.* dicit in lib. de baptismo paruulorum: hoc autem non potest esse sine recta fide, secundum illud Ephe. 3. Habitare Christum per fidem in cordibus vestris. ergo videtur quòd ille, qui non habet rectam fidem, non ponsit suscipere sacramentum baptismi.

¶4 Præt. Infidelitas est grauissimũ peccatum, vt in secunda parte habitũ est: * sed permanentes in peccato, nõ sunt baptizandi. ergo etiam nec permanentes in infidelitate.

¶SED CONTRA est, q̃ Grego. * scribens † Quirico episcopo dicit, Ab antiqua patrũ institutione didicimus, vt qui apud hæresim, in Trinitatis nomine baptizantur, cum ad sanctam ecclesiam redeunt, aut vnctione chrismatis, aut impositione manus, aut sola professione fidei, ad sinum matris ecclesiæ reuocentur: hoc autem non esset, si recta fides esset de necessitate baptismi. non ergo recta fides ex necessitate requiritur ad susceptionẽ baptismi.

RESPON. Dicendum, q̃ sicut * ex dictis patet, duo efficiuntur in anima per baptismum, scilicet character & gratia. dupliciter ergo, aliquid ex necessitate requiritur ad baptismũ. Vno modo, sine quo gratia haberi non potest, quæ est vltimus effectus sacramenti: & hoc modo, recta fides ex necessitate requiritur ad baptismum: quia sicut dicitur Rom. 3. Iustitia Dei est per fidem IESV Christi. Alio modo, requiritur aliquid ex necessitate ad baptismum, sine quo character baptismatis imprimi non potest: & sic recta fides baptizati non requiritur ex necessitate ad baptismum, sicut nec recta fides baptizãtis, dummodo adsint cætera, quæ sunt de necessitate sacramenti: non enim sacramentum perficitur per iustitiam hominis dantis, vel suscipientis baptismum, sed per virtutem Dei.

¶Ad primum ergo dicendum, quòd Dominus loquitur ibi de baptismo, secundum q̃ perducit homines ad salutem per gratiam iustificantem: quod quidem sine recta fide esse non potest: & ideo signanter dicit, Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit.

¶Ad secundũ, dicendum q̃ ecclesia intendit homines baptizare, vt emundentur à peccato, secundum illud Isa. 27. Hic est omnis fructus, vt auferatur peccatum: & ideo quantum est de se, non intendit dare baptismum nisi habentibus rectam fidem, sine qua non est remissio peccatorum: & propter hoc interrogat accedentes ad baptismum, an credant: si tamen sine recta fide aliquis baptismum suscipiat extra ecclesiam, non percipit illud ad suam salutem. vnde Augustus.* dicit, ecclesia paradiso comparata indicat nobis, posse quidem baptismum eius, homines etiam foris accipere, sed salutẽ beatitudinis extra eam neminem percipere vel tenere.

¶Ad tertium dicendum, q̃ etiam non habens rectam fidem circa alios articulos, potest habere rectam fidẽ circa sacramentum baptismi, & ita nõ impeditur quin possit habere intentionem suscipiendi sacramentum baptismi: si tamen etiam circa hoc sacramentum non rectè senciat, sufficit ad percepuionem sacramenti generalis intentio, qua intendit suscipere baptismum, ineut Christus instituit, & sicut ecclesia tradit.

¶Ad quartum dicendum, quòd sicut sacramentum baptismi non est conferendum ei, qui non vult ab aliis peccatis recedere, ita etiam nec ei, qui non vult infidelitatem deferere: vterque tamen suscipit sacramentum, si ei conferatur, licet non ad salutem.

ARTICVLVS IX.

Vtrum pueri sint baptizandi.

AD nonum sic proceditur. Videtur q̃ pueri non sint baptizandi. In eo enim qui baptizatur, requiritur intentio suscipiendi sacramentum, vt supra dictum est: * huiusmodi autem intentionem non possunt pueri habere, cum non habeant vsum liberi arbitrii. ergo videtur q̃ non possint suscipere sacramentum baptismi.

¶2 Præt. Baptismus est fidei sacramentum, vt supra dictum est: † sed pueri non habent fidem, quæ consistit in credentium voluntate, vt Aug.* dicit super Ioan. Nec etiam potest dici, q̃ saluentur in fide parentum: quia quãdoque parentes sunt infideles, & sic magis per eorum infidelitatem damnarentur. ergo videtur, q̃ pueri non possint baptizari.

*Lib. 4. de bapt. cõt. Dona. in princ. to 7.

*Cap. 7. eccl. hierarch. non procul a fi.

*Epist. 23 tom. 2.

* In ead. epist. 23. in medio tom. 2.

¶Super quæstionis sexagesimæ octauæ, Art. VIII.

IN art. 8 aduerte verba Auctoris intelligi de adultis: qui recta fidẽ necessario requiri ad vltimum effectum baptismi sonant. Et hoc dico propter paruulos, in quibus nec intentio nec fides ex parte baptizati requiritur.

¶Super Quæstionis sexagesimæoctauæ Articulum nonum.

IN art. 9. in respõsione ad primum & secundum intellige accommodatione esse quãdam in hoc quòd ecclesia pro paruulis credit, intendit, renuntiat &c. Ad literã. n. ꝗa similitudo ex proprio derivatur, cum institutus esset ritus baptismi pro adultis accommodatus est idem ritus

395 4. di. 4. q. 3. art. 1. q. 1. Et Mal. q. 4. art. 1. co. prin. Et quol. 4 ar. 10. cor. Et quol. 9. art. 22. cor. *ar. 7. huius quæst. q. 65. ar. 1.

*In li. de prædest. c. 5. in fin. tom. 7.

ritus ad paruulos, vt quod proprie fit ab adultis, secundum quãdam similitudinem fieret a paruulo, nõ proprio sed ecclesiæ ore. Et quoniã ad solemnitatem baptismi hæc spectant, ideo sine his baptismus factus valet.

¶In respõsione ad secundum, non sic intelligas ecclesiæ fidẽ prodesse infanti, qui baptizatur, quasi meritum fidei existens in ecclesia, saluet infantem, quoniam infans non per fidem, sed per fidei sacramentum regulariter saluatur: sed intelligo ecclesiæ meritã prodesse infanti, & iuxta articulum communionis sanctorum, & particulariter: tũ orando pro infante, tum applicando eundem sacramento ex corde puro & charitate plena.

¶3 Præt. Pe. 3. dicitur, q̃ omnes saluos facit baptisma, non carnis depositio sordium, sed conscientiæ bonæ interrogatio in Deum: sed pueri neque conscientiam habent bonam vel malam, cum non habeant vsum rationis, neque etiam conuenienter ipsi interrogantur, cum non intelligant. non ergo pueri debent baptizari.

¶SED CONTRA est, q̃ Diony.* dicit vltimo c. eccl. hierarch. Diuini nostri duces, s. apostoli, probauerunt infantes recipi ad baptismum.

¶Respond. Dicendum, quòd sicut Apostolus dicit Rom. 5. Si vnius delicto, mors regnauit per vnum, scilicet per Adam, multo magis abundantiam gratiæ & donationis & iustitiæ accipiẽtes. in vita regnabunt per vnũ IESVM Christum: pueri autẽ ex peccato Adæ, peccatum originale contrahunt: quod patet ex hoc, q̃ sunt mortalitati subiecti, quæ per peccatum primi hominis in omnes pertransit, vt Apostolus ibidẽ dicit. vnde multo magis pueri possunt per Christum gratiam accipere, vt regnent in vita æterna: ipse autem Dominus dicit Ioan. 3. quòd nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei. vade necessarium fuit pueros baptizari, vt sicut per Adam damnationem incurrerunt nascendo, ita per Christum saluentur consequantur renascendo. Fuit etiam conueniens pueros baptizari, vt à pueritia nutriti in his, quæ sunt Christianæ vitæ, firmius in ea perseuerent, secundum illud Prouerb. 22. Aitoles cens iuxta viam suam, etiam cum senuerit non recedet ab ea. & hanc rationem assignat Diony. † vlt. cap. eccl. hierar.

¶Ad primum ergo dicendum, quòd regeneratio spiritualis, quæ fit per baptismum, est quodammodo similis natiuitati carnali, quantum ad hoc, quòd sicut pueri in matris veteris constituti, non per seipsos nutrimentum accipiunt, sed ex nutrimento matris sustentantur, ita etiam pueri nondum habentes vsum rationis, quasi in vtero matris ecclesiæ constituti, non per seipsos, sed per actum ecclesiæ salutem suscipiunt. Vnde Augustinus † dicit in lib. de peccatorum meritis & remissione.* Mater ecclesia os maternum paruulis præbet, vt sacris mysteriis imbuantur: quia nondum possunt corde proprio credere ad iustitiam, nec ore pròprio confiteri ad salutem: † si autem propterea recte fideles vocantur, quoniam fidem per verba gestantium quodammodo profitentur, cur etiam non pœnitentes habeantur, cum per eorundem verba gestantium, diabolo & huic sæculo abrenuntiare monstrentur? Et eadem ratione possunt dici intendentes non per actum propriæ intentionis, cum ipsi quandoque contrahantur & plorent: sed per actum eorum à quibus offeruntur.

*Cap. 7. eccl. hierar. non procul a fi.

†li. 1. c. 25 circa fin. to. 7.

* Alias, de meritis & remissione peccatorum.

†eod li. c. 19. circa fi. to 7.

¶Ad secundum dicendum, quòd sicut Aug.* scribens Bonifacio dicit, in ecclesia saluatoris paruuli per alios credunt, sicut ex aliis, quæ in baptismo remittuntur peccata traxerunt. Nec impeditur eorum salus, si parentes sint infideles: quia sicut † Aug. dicit, eidem Bonifacio scribens, offeruntur paruuli ad percipiendam spiritualem gratiam, non tam ab eis, quorum gestantur manibus quàmuis & ab ipsis, si & ipsi boni fideles sunt, quàm ab vniuersa societate sanctorum, atque fidelium. Ab omnibus namque offerri rectè intelliguntur, quibus placet quòd offeruntur, & quorum charitate ad communionem sancti spiritus adiunguntur: infidelitas autem proprio rum parentum, etiam si eos post baptismum dæmoniorum sacrificiis imbuere conuentur, pueris non nocet: quia vt Augustus.* ibidem dicit, puer semel generatus per aliorum voluntatem, deinceps non potest vinculo alienæ iniquitatis obstringi, vbi nulla sua voluntate consentit, secundum illud Ezech. 18. Sicut anima patris mea est, ita & anima filii. anima quæ peccauerit, ipsa morietur: sed ideo ex Adam traxit, q̃ sacramenti illius gratia solueretur, quia nondum erat anima separatim viuens. Fides autem vnius, immo totius ecclesiæ paruulo prodest per operationem Spiritus sancti, qui vnit ecclesiam, & bona vnius alteri communicat.

*Epist. 23 tom. 2.

¶Ad tertium dicendum, quòd sicut puer cum baptizatur non per seipsum, sed per alios credit, ita non per seipsum, sed per alios interrogatur, & interrogati consentitur fidem ecclesiæ in persona pueri, qui huic fidei aggregatur per fidei sacramentum. Conscientiam autem bonam consequitur puer etiam in seipso: non quidem actu, sed habitu per gratiam iustificantem.

ARTICVLVS X.

Vtrum pueri iudæorum, vel aliorum infidelium sint inuitis parentibus baptizandi.

AD decimum sic proceditur. Videtur quòd pueri iudeorũ, vel aliorum infidelium sint baptizandi, etiam inuitis parentibus.* Magis enim debet homini subueniri contra periculũ mortis æternæ, quam contra periculũ mortis temporalis: sed puero in periculo mortis temporalis existenti est subueniendum, etiam si parentes per vim contraniterentur. ergo multo magis est subueniendum pueris infidelium filiis, per baptismum contra periculum mortis æternæ, etiam inuitis parentibus.

¶2 Præt. Filii seruorum sunt serui, & in potestate dominorum: sed iudæi sunt serui regum & principum, & quicumque etiam alii infideles. ergo absq; omni iniuria possunt principes filios iudæorum, vel aliorum seruorum infidelium facere baptizari.

¶3 Præt. Quilibet homo est magis Dei, à quo habet animam, quàm patris carnalis, à quo habet corpus. non est ergo iniustum, si pueri infidelium filii parentibus carnalibus auferantur, & Deo per baptismum consecrentur.

¶SED CONTRA est, quòd in decr.* dist. 45 ex concilio Toletano sic dicitur de iudæis, Præcepit sancta synodus nemini deinceps ad credendum vim inferre: non enim tales inuiti saluandi sunt, sed volentes, vt integra sit forma iustitiæ.

¶RESPOND. Dicendum, quòd pueri infidelium filii, aut habent vsum rationis, aut non habent: si autem habent, iam quantum ad ea, quæ sunt iuris diuini vel naturalis, incipiunt suæ potestatis esse: & ideo propria voluntate inuitis parentibus possunt baptismum suscipere, sicut & matrimonium

393 2. 2. q. 10. art. 12. Et quol. 2. ar ticul 7. Et quol. 2. ar. 7. & 11. cor.

* di ca. d dæis. ca. Cõcil. To let. 4. cap. 55.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ri, & ablati possunt baptizari, vt testatur ecclesiæ consuetudo de filiis æthiopum, qui Christianis vendũtur. ergo sine ablatione media possent etiam seruorum infidelium filii inuitis parentibus baptizari: ipsa namq; ablatio nõ est medium necessarium ad licitum baptismum. Scito inquam distinguere inter id, quod fit per se, & quod fit per accidens, nam per se loquendo, quantumcumque dominus possit auferre filium a seruo: non tamen potest ea ratione auferre, vt baptizet illum: quia baptismus & ablatio sunt diuersorum ordinum: quoniam baptismus iuris est diuini, ac per hoc ad patris ius spectans: ablatio vero ciuilis est iuris, ac per hoc ad domini ius spectat. Et propterea falsum est, quòd licet ablatum filiũ a seruo, baptizare inuitis parentibus: ablatio enim ciuilis non collit ius paternum erga diuina. Nec ecclesiæ consuetudo habet, vt baptizentur infantes æthiopum præsentium: sed illos tantum pueros, qui vt parentibus destituti habẽtur, baptizat, præsumpnens huiusmodi pueros venales, tãquam sine parentibus essent. Et rationabiliter quidem, quoniã chaos magnum experimur interpositum, ita vt nulli vmquam comparuerint parentes pro filiis, nec filii postmodũ reuersi sunt ad parentes: sed nutriuntur totaliter Christiani, & sic perseuerant.

¶Multa hic omittimus circa præsentis articuli materiam: quia in aliis Commẽtariis nem inimus nos scripsisse diffuse.

contrahere: & ideo ta les licitè moneri possunt & induci ad suscipiendum baptismum: si verò nondum habent vsum liberi arbitrii, secundum ius naturale sunt sub cura parentum, quandiu ipsi sibi prouidere non possunt. vnde etiam & de pueris antiquorum dicitur, quòd saluabantur in fide parentum: & ideo contra iustitiam naturalem esset, si tales pueri inuitis parentibus baptizarentur: sicut etiam si aliquis habens vsum rationis baptizaretur inuitus. esset etiam periculosum taliter filios infidelium baptizare: quia de facili ad infidelitatem redirent, propter naturalem affectum ad parentes. & ideo non habet hoc ecclesiæ consuetudo, q̃ filii infidelium inuitis parentibus baptizentur.

¶Ad primvm ergo dicendum, q̃ à morte corporali non est aliquis eripiendus contra ordinem iuris ciuilis, puta si aliquis à suo iudice condemnetur ad mortem, nullus debet eum violenter à morte eripere. vnde nec aliquis debet irrumpere ordinem iuris naturæ, quo filius est sub cura patris, vt eum liberet à periculo mortis æternæ.

¶Ad secundum dicendum, quòd iudæi sunt serui principum seruitute ciuili, quæ non excludit ordinem iuris naturalis vel diuini.

¶Ad tertium dicendum, quòd homo ordinatur ad Deum per rationem per quam Deum cognoscere potest: vnde puer antequàm vsum rationis habeat, naturali ordine ordinatur in Deum per rationem parentum, quorum curæ naturaliter subiacet, & secũdum eorum dispositionem sunt circa ipsum diuina agenda.

Articvlvs XI.

Vtrum pueri in maternis vteris positi, sint baptizandi.

394 4.dist.6.q.1.ar.1.q.1. Et dist.23.q.2.artic.2.q.1.ad 1, & 2.

AD vndecimum sic proceditur. Videtur quòd pueri in maternis vteris existentes possint baptizari. Efficacius enim est donum Christi ad salutem, quàm peccatum Adæ ad damnationem, vt Apost. dicit Roman. 5. sed pueri in maternis vteris damnantur propter peccatum Adæ. ergo multo magis saluari possunt per donum Christi: quod quidem sit per baptismum. ergo pueri in maternis vteris existentes possunt baptizari.

¶ 2 Præt. Puer in vtero matris existens, aliquid matris esse videtur: sed baptizata matre, baptizatur quicquid est eius intra ipsam existens. ergo videtur quòd baptizata matre, baptizetur puer in vtero eius existens.

¶ 3 Præterea. Mors æterna peior est, quàm mors corporalis: sed de duobus malis minus malum est eligendum, si ergo puer in vtero matris existens baptizari non potest, melius esset quòd mater aperiretur, & puer vi eductus baptizaretur, quàm quòd puer æternaliter damnaretur absque baptismo decedens.

¶ 4 Præt. Contingit quandoque, q̃ aliqua pars pueri prius egreditur: sicut legitur Gen. 38. q̃ pariente Thamar, in ipsa effusione infantium, vnus protulit manum in qua obstetrix ligauit coccinum dicens, iste egredietur prior, illo verò manum retrahente, egressus est alter: quãdoque autem in tali casu imminet periculum mortis. ergo videtur quòd illa pars debeat baptizari, puero adhuc in materno vtero existente.

¶Sed contra est, quòd Augustinus * dicit in epistola ad Dardanum, Nemo renascitur nisi primo nascitur: sed baptismus est quædam spiritualis regeneratio. non ergo debet aliquis baptizari priusquàm ex vtero nascatur.

*Epist.57. inter medius & finitom.2.

¶Respondeo Dicendum, quòd de necessitate baptismi est, quòd corpus baptizandi, aliquo modo aqua abluatur, cum baptismus sit quædam ablutio, vt supra dictum est: * corpus autem infantis antequàm nascatur ex vtero, non potest aliquo modo aliqui aqua, nisi forte dicatur, quòd ablutio baptismalis, qua corpus matris lauatur, ad filium in ventre existentem perueniat: sed hoc esse non potest: tum, quia anima pueri, ad cuius sanctificationem ordinatur baptismus, distincta est ab anima matris: tum, quia corpus puerperii animati, iam est formatum, & per consequens à corpore matris distinctum: & ideo baptismus quo mater baptizatur, non redundat in prolem, in vtero matris existentem vnde Aug. * dicit contra Iulianum, Si ad matris corpus id, quòd in ea concipitur, pertinet, ita vt eius pars imputetur, non baptizaretur infans, cuius mater baptizata est aliquo mortis vrgente periculo, cum eum gestaret in vtero: nunc verò cum ipse etiam. s. infans baptizetur, non vtique ad maternum corpus, cum esset in vtero, pertinebat: & ita relinquitur quòd nullo modo infantes in maternis vteris existentes, baptizari possunt.

q.66.ar.1.

* Lib. 6. ca. 5. non longe, ante medio tom.7.

¶Ad primum ergo dicendum, quòd pueri in maternis vteris existentes, nondum prodierunt in lucem, vt cum aliis hominibus vitam ducant: vnde non possunt subiici actioni humanæ, vt per eorum ministerium sacramenta recipiant ad salutem: possunt tamen subiici operationi Dei, apud quem viuunt, vt quodam priuilegio gratiæ sanctificationem consequantur, sicut patet de sanctificatis in vtero.

¶Ad secundum dicendum, q̃ membrum interius matris est aliquid eius per continuationem & vnionem naturalem partis ad totum: puer autem in vtero matris existens, est aliquid eius per quandam colligationem corporum distinctorum: vnde non est similis ratio.

¶Ad tertium dicendum, quòd non sunt facienda mala, vt veniant bona, vt dicitur Rom. 3. & ideo non debet homo occidere matrem, vt baptizet puerum: si tamen mater mortua fuerit viuente prole in vtero, debet aperiri, vt puer baptizetur.

¶Ad quartum dicendum, quòd expectanda est totalis egressio pueri ex vtero ad baptismum, nisi mors imminet: si tamen primo caput egrediatur, in quo fundantur omnes sensus, debet baptizari periculo imminente, & non est postea rebaptizandus, si eum perfectè nasci contigerit. Et videtur idem faciendum quæcumque alia pars egrediatur, periculo imminente: quia tamen in nulla exteriorum partium integritas vitæ ita consistit sicut in capite, videtur quibusdam quòd propter dubium, quacumque alia parte corporis abluta, puer post perfectam natiuitatem sit d baptizandus sub hac forma, Si d non es baptizatus, ego te baptizo.

Articvlvs XII.

Vtrum furiosi & amentes debeant baptizari.

D. 265. D. 583.

395 4.di.4.q.3.art.1.q.3. Et dist.18.q.1.ar.3.q.1.cor. Et ver.q.28.art.3.ad 2.

AD DVODECIMVM sic proceditur. Videtur q̃ furiosi & amentes non debeant baptizari. Ad susceptionem

ptionem enim baptismi requiritur intentio in eo, qui baptizatur, vt supra dictum est: * sed furiosi & amentes, cũ careant vsu rationis, non possunt habere ordinatam intentionem. ergo non debent baptizari.

Ar.7.huius q.

¶ 2 Præt. Homo bruta animalia super excedit in hoc, quòd habet rationem: sed furiosi & amentes non habent vsum rationis: & quandoque etiam in eis non expectatur, sicut expectatur in pueris. ergo videtur, quod sicut bruta animalia non baptizantur, ita nec tales furiosi & amentes debeant baptizari.

¶ 3 Præte. Magis est ligatus vsus rationis in furiosis, vel amentibus, quam in dormientibus: sed baptismus nõ consueuit dari dormientibus. ergo non debet dari amentibus & furiosis.

¶Sed contra est, quod Augustinus * dicit 4 cõfessionum de amico suo, qui cum desperaretur, baptizatus est nesciens. & tamen baptismus in eo efficaciam habuit. ergo carentibus vsu rationis, aliquando baptismus dari debet.

lib.4.c.4. parũ ante med.to.1.

¶Respon. Dicendum, quòd circa amentes & furiosos est distinguendum: quidam enim sunt a natiuitate tales, nulla habentes lucida interualla: in quibus etiam nullus vsus rationis apparet, & de talibus quantum ad baptismi susceptionem, videtur esse idem iudicium & de pueris, qui baptizantur in fide ecclesiæ, vt supra dictum est.

ar.9.huius q.

* Alii verò sunt amentes, qui ex sana mente, quam habuerunt prius, in amentiam inciderunt. Et tales sunt iudicandi secundum voluntatem quam habuerunt, dum sanæ mentis existerent: & ideo si tunc apparuit in eis voluntas suscipiendi baptismum, debet eis exhiberi in furia & amentia constitutis, etiam si tunc actu contradicant: alioquin si nulla voluntas suscipiendi baptismum in eis apparuit, dum sanæ mentis essent, non sunt baptizandi quidam vero sunt, qui etsi a natiuitate fuerint furiosi vel amentes, habent tamen aliqua lucida interualla, in quibus recta ratione vti possunt: vnde si tunc baptizari voluerint, baptizari possunt etiam in amentia constituti. Et debet eis tunc sacramentum conferri si periculum timeatur: alioquin melius est, vt tẽpus expectetur in quo sint sanæ mentis, ad hoc, quod deuotius suscipiant sacramentum: si autem tempore lucidi interualli non appareat in eis voluntas suscipiendi baptismum, baptizari non debent in amentia constituti. Quidam vero sunt, qui etsi nõ omnino sanæ mentis existant, intantum tamen ratione vtuntur, quod possunt de sua salute cogitare, & intelligere sacramenti virtutem. Et de talibus idem est iudicium, sicut de his, qui sanæ mentis existunt, qui baptizantur volentes, non autem inuiti.

¶Ad primum ergo dicendum, quod amentes qui nũquam habuerunt, nec habent vsum rationis, baptizantur ex intentione ecclesiæ, sicut & ex actu * ecclesiæ credunt & pœnitent, sicut supra de pueris dictum est. † illi vero qui aliquo tempore habuerunt, vel habent vsum rationis, secundum propriam intentionem baptizãtur, quam habent, vel habuerunt tempore sanæ mentis.

alias, titu. †ar.9. huius q.

¶Ad secundum dicendum, q̃ furiosi, vel amentes carent vsu rationis per accidens, scilicet propter aliquod impedimentum organi corporalis: non autem propter defectum animæ rationalis: sicut bruta animalia. vnde nõ est de his similis ratio.

¶Ad tertium dicendum, quod dormientes non sunt baptizandi, nisi periculum mortis immineat, in quo casu baptizari debent, si prius in eis voluntas apparuit suscipiendi baptismum, sicut & de amentibus dictum est: * sicut Augustinus † narrat in 4. libr. confes. de amico suo, qui baptizatus est nesciens, propter periculum mortis.

In cor.22. †li.4 c.4. parũ ante med.to.1.

QVAEST. LXIX.

De effectibus baptismi, in decem articulos diuisa.

DEINDE considerandum est, de effectibus baptismi.

Et circa hoc quæruntur decem.

¶Primo vtrum per baptismum auferantur omnia peccata.
¶Secundo, Vtrum per baptismum liberetur homo ab omni pœna.
¶Tertio, Vtrum baptismus auferat pœnalitates huius vitæ.
¶Quarto, Vtrum per baptismum conferantur homini gratiæ & virtutes.
¶Quinto, De effectibus virtutum, qui per baptismum conferuntur.
¶Sexto, Vtrum etiam paruuli in baptismo gratias & virtutes accipiant.
¶Septimo, Vtrum per baptismum aperiatur baptizatis ianua regni cælestis.
¶Octauo, Vtrum baptismus æqualem effectum habeat in omnibus baptizatis.
¶Nono, Vtrum fictio impediat effectum baptismi.
¶Decimo, Vtrum recedente fictione, baptismus obtineat suum effectum.

Articvlvs I.

Vtrum per baptismum tollantur omnia peccata.

306 2.d.32.q.1.art.1.& 4.d.4.q.2.ar.1.q.1.& d.17.q.3.art.5.q.1.& 4.c.61. cap.19.& 72. Hebr.6.fi.

AD primum sic proceditur. Videtur q̃ per baptismũ non tollantur omnia peccata Baptismus. n. est quædam spiritualis regeneratio, quæ contraponitur generationi carnali: sed per generationem carnalem homo cõtrahit solum originale peccatum. ergo per baptismum soluitur solum originale peccatum.

¶ 2 Præ. Pœnitentia est sufficiens causa remissionis actualium peccatorum: sed antæ baptismum in adultis requiritur pœnitentia, secundum illud Act. 2. Pœnitentiã agite, & baptizetur vnusquisq; vestrum. ergo baptismus nihil operatur circa remissionẽ actualium peccatorum.

¶ 3 Præ. Diuersorum morborum diuersæ sunt medicinæ: quia sicut Hierony. * dicit, non sanat oculum, q̃ sanat calcaneum: sed peccatum originale, quod per baptismum tollitur, est aliud genus peccati a peccato actuali. ergo non omnia peccata remittuntur per baptismum.

Mat.9.super illud verb. Hoc genus dæmoniorũ non ejicitur, nisi &c.to.9.

¶Sed contra est, q̃ dicitur Ezech. 36. Effundam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris.

¶Resp. Dicendũ, q̃ sicut Apostolus dicit Ro. 6. Quicumque baptizati sumus in Christo Iesv, in morte ipsius baptizati sumus. Et postea cõcludit, Ita & vos existimate mortuos quidẽ esse peccato, viuentes autẽ Deo in Christo Iesv dño nostro. Ex quo patet, q̃ per baptismũ homo moritur vetustati peccati, & incipit viuere nouitati gratiæ: omne autẽ peccatũ ad pristinã vetustatẽ pertinet. vnde cõsequẽs est, q̃ omne peccatũ per baptismũ tollat.

¶Ad primũ ergo dicendũ, q̃ sicut Apostolus dicit Ro. 5. Peccatum Adæ non tantũ potest, quantũ potest donũ Christi, q̃ in baptismo percipitur. Nam iudicium ex vno in cõdemnationẽ, gratia autẽ ex multis delictis in iustificationem

Universidad de Deusto
Biblioteca

tionem. vnde & Augustin.* dicit in libr. de baptismo parvulorum, quòd generante carne tantum modo trahitur peccatum originale, regenerante autem spiritu, non solum originalium, sed etiam voluntariorum fit remissio peccatorum. *li.1.de pec. mer. & remiss. c.15.in fi. tom.7.

¶ Ad secundum dicendum, quòd nullius peccati remissio fieri potest, nisi per virtutem passionis Christi: vnde & Apostolus dicit Hebr. 9. quòd sine sanguinis effusione non fit remissio. vnde motus humanæ voluntatis, qui est in pœnitente, non sufficeret ad remissionem culpe, nisi adesset fides passionis Christi, & propositum participandi ipsam, vel suscipiendo baptismum. vel subiiciendo se clauibus ecclesiæ, & ideo quando aliquis adultus pœnitens ad baptismum accedit, consequitur quidem remissionem omnium peccatorum ex proposito baptismi: perfectius autem ex reali susceptione baptismi.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ratio illa procedit de particularibus medicinis: baptismus autem operatur in virtute [d] passionis Christi, quæ est vniuersalis medicina omnium peccatorum; & ideo per baptismum omnia peccata tolluntur. D.682.

ARTICVLVS II.

Vtrum per baptismum liberetur homo ab omni reatu peccati.

AD secundum sic proceditur. Videtur quòd per baptismum non liberetur homo ab omni reatu peccati. Dicit enim Apost. Ro. 13. Quæ à Deo sunt, ordinata sunt: sed culpa non ordinatur, nisi per pœnam, vt Aug.* dicit. ergo per baptismum non tollitur reatus pœnæ præcedentium peccatorum. Sup q.68. ar.5 & 3. d.9.ar.3. q.1.art.1. q.1. Et 4. dist.4 q.1. ar.1 q.2. & ar 3 q.1.bt 17. q.1.art.1. q.1. Et 4. con.c.58. 59. & 72. Et Ro.11. lect.4 Et Heb.6.li. * li.1 retrac.c.9 & li.3 de li. arbc 18. tom.1. 397

¶ 2 Præt. Effectus sacramenti aliquam similitudinem habet cum ipso sacramento: quia sacramenta nouæ legis efficiunt quod figurant, vt supra * dictum est sed ablutio baptismalis habet quidem aliquam similitudinem cũ ablutione maculæ: nullam autem similitudinem habere videtur cum subtractione reatus pœnæ, non ergo per baptismum tollitur reatus pœnæ.

¶ 3 Præt. Sublato reatu pœnæ, aliquis non remanet dignus pœna, & ita iniustum esset eum puniri. si igitur per baptismum tollitur reatus pœnæ, iniustum esset, post baptismum suspendere latronem, qui ante homicidium cõmisit, & ita per baptismum tolleretur rigor humanæ disciplinæ, quod est inconueniens, non ergo per baptismũ tollitur reatus pœnæ.

Sed contra est, quòd Ambr. dicit super Illud Ro. 11. Sine pœnitentia sunt dona & vocatio Dei. Gratia, inquit, Dei in baptismo gratis omnia condonat. Sup. illud ad Ro.11. tom.5.

¶ Respon. Dicendum, quòd sicut supra * dictum est, per baptismum aliquis incorporatur passioni & morti Christi, secundum illud Roman. 6. Si mortui sumus cum Christo, credimus, quia simul etiam viuemus cum eo. ex quo patet, quòd omni baptizato communicatur passio Christi ad remedium, acsi ipse passus & mortuus esset. Passio autem Christi, sicut dictum est,* est sufficiés satisfactio pro omnibus peccatis omniũ hominũ: & ideo ille, qui baptizatur, liberatur à reatu totius pœnæ, sibi debitæ pro peccatis, acsi ipse sufficienter satisfeciſſet pro omnibus peccatis suis. Ar.præc. & q.68.ar ti 5. ad 1. & ar.2. q.68.ar.5

¶ Ad primũ ergo dicẽdũ, quòd quia pœna passionis Christi communicatur baptizato, inquantum fit membrum Christi, acsi ipse pœnam illam sustinuisset, ideo eius peccata remanent ordinata per pœnam passionis Christi.

¶ Ad secundum dicendum, quòd aqua non solum abluit, sed etiam refrigerat. & ita suo refregerio significat subtractionem reatus pœnæ, sicut sua ablutione significat emundationem à culpa.

¶ Ad tertium dicendum, quòd in pœnis, quæ iudicio humano inferuntur, non solum attenditur qua pœna sit homo dignus quoad Deum, sed etiam in quo sit obligatus quoad homines, qui læsi & scandalizati sunt per peccatum alicuius. & ideo licet homicida per baptismum liberetur à reatu pœnæ quoad Deum, remanet tamen obligatus adhuc quoad homines, quos iustum est ædificari de pœna, sicut sunt scandalizati de culpa: pie tamen talibus princeps posset pœnam indulgere.

ARTICVLVS III.

Vtrum per baptismum debeant auferri pœnalitates præsentis vitæ.

AD tertium sic proceditur. Videtur quòd per baptismum debeant auferri pœnalitates præsentis vitæ. Vt enim Apost. dicit Rom. 5. Donum Christi potentius est, quàm peccatum Adæ: sed per peccatum Adæ (vt ibidem Apostolus dicit) mors in hunc mundum intrauit, & per consequens omnes aliæ pœnalitates præsentis vitæ. ergo multo magis per donum Christi, quod in baptismo percipitur, homo à pœnalitatibus præsentis vitæ debet liberari. 398 2.d.32. q.1.ar.1.q.2. & d.33. q.1. ar.2. & 3.d.19. art.3. q.2. Et 4.d.43. q.2. ar.1. q.3. & 4. conc.52. fin. & 53. ad 2. & 27. & ca. 58 & 59 & 1.6. tit. * ar.1.hui. q.

¶ 2 Præterea. Baptismus aufert & culpam originalem & actualem, sicut supra dictum est: * sic autem auferet actualem culpam, quod liberat ab omni reatu pœnæ consequente actualem culpam. ergo etiam liberat a pœnalitatibus præsentis vitæ, quæ sunt pœna originalis peccati.

¶ 3 Præt. Remota causa, remouetur effectus: sed causa harum pœnalitatum est peccatum originale, quod tollitur per baptismum. ergo non debent huiusmodi pœnalitates remanere.

¶ Sed contra est, qp super illud Rom. 6. Destruatur corpus peccati, dicit gloss.* Per baptismum id agitur, vt vetus homo crucifigatur, & corpus peccati destruatur, non ita vt in ipso viuente carnis concupiscentia respersa & innata penitus abiũmatur & non sit: sed ne obsit mortuo, quæ inerat nato. ergo pari ratione, nec aliæ pœnalitates per baptismum tolluntur. * est gl. Aug. li.1. de baptis. parvul. c. 39. circa princ. & tom.7.

¶ Respondeo. Dicendum, quod baptismus habet virtutem auferendi pœnalitates præsentis vitæ, non tamen eas aufert in præsenti vita: sed eius virtute auferentur à iustis in resurrectione, quando mortale hoc induet immortalitatem, vt dicitur primæ Cor. 15. Et hoc rationabiliter, primo quidem: quia per baptismum homo incorporatur Christo, & efficitur membrum eius, vt supra dictum est.* & ideo conueniens est, vt id agatur in membro incorporato, quod est actum in capite Christus autem à principio suæ conceptionis fuit plenus gratia & veritate: habuit tamen corpus passibile, quod post passionem & mortem est ad vitam gloriosam resuscitatum. vnde & Christianus in baptismo gratiam consequitur, quantum ad animam: habet tamen corpus passibile, in quo pro Christo possit pati, sed tandem resuscitabitur ad impassibilem vitam. vnde Apostolus dicit Roma. 8. Qui suscitauit IESVM Christum à mortuis, vivificabit & mortalia corpora vestra propter inhabitantem spiritum eius in vobis. & infra eodem, hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi: si tamen compatimur, vt & simul glorificemur. Secundo hoc est conueniens, propter spirituale exercitium, vt videlicet contra concupiscentiam, & alias passibilitates pugnans homo, victoriæ coronam acciperet. vnde super illud Roma. 6. Vt destruatur corpus peccati, dicit gloss.* Si post baptismum vixerit homo in carne, habet concupiscentiam cum qua pugnet, eamque adiuuante Deo superet: q.68.ar.5 ad 1. & ar. præced.

in cuius figuram dicitur Iudic. 3. Hæ sunt gentes, quas Dominus dereliquit, vt erudiret in eis Israelem, & posthea discerent filii eorum certare cum hostibus & habere consuetudinem præliandi. Tertio hoc fuit conueniens, ne homines ad baptismum accederent propter impassibilitatem præsentis vitæ, & non propter gloriam vitæ æternæ. vnde & Apostolus dicit primæ Cor. 15. Si in hac vita tantum sperantes sumus in Christo, miserabiliores sumus omnibus hominibus.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd (sicut gloss. dicit Roma. 6. super illud, Vt vltra non seruiamus peccato) sicut aliquis sapiens hostem atrocissimum, non statim interficit eum, sed patitur eum cum dedecore & dolore aliquantulum viuere, ita & Christus pœnam prius alligauit, in futuro autem perimet.

¶ [d] Secũdum dicendum, quòd sicut ibidem dicit gl.* duplex est pœna peccati, gehennalis & temporalis. Gehẽnalem prorsus deleuit Christus, vt eam nõ sentiant baptizati & vere pœnitentes: temporalem vero nondum penitus tulit: manet enim fames, sitis, & mors, & huiusmodi: sed regnum & dominium eius deiecit, vt scilicet hoc modo non timeat, & tandem in nouissimo eandem penitus exterminabit. gl.ord. super illud ad Rom. 6. homo noster simul crucifixus.

¶ Ad tertium dicendum, quòd (sicut in secunda parte dictum est*) peccatum originale hoc modo processit, quod primo persona infecit naturam, postmodum vero natura infecit personam. Christus verò conuersoordine prius reparat, id quod personæ est, & postmodum simul in omnibus reparabit id quod naturæ est: & ideo culpam originalis peccati, & etiam pœnam carentiæ visionis diuinæ, quæ respiciunt personam, statim per baptismum tollit ab homine: sed pœnalitates præsentis vitæ (sicut mors, fames, sitis, & alia huiusmodi) respiciunt naturæ, ex cuius principiis causantur. prout est destituta originali iustitia: & ideo illi defectus non tollentur, nisi in vltima reparatione naturæ, per resurrectionem gloriosam. 1.2.q.81. art.1.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum per baptismum conferantur homini gratia & virtutes.

AD quartum sic proceditur. Videtur quòd per baptismum non conferantur homini gratia & virtutes: quia sicut supra dictum est,* sacramenta nouæ legis efficiunt quod figurant: sed per ablutionem baptismi significatur emundatio animæ a culpa, non autem informatio animæ per gratiam & virtutes. videtur igitur, quòd per baptismum non conferantur homini gratia & virtutes. 399 Inf.q.71. ar.2.cor. Et 4.d.3. ar.1.q.3. ca.8.q.3. ar.1.q.2. ad 2.& d. 4.q.2. ar. 2.q.2 & 3.ar.1.q. 2.cor.Et d.18. q.2. artic.3.q. 2.cor. q.60.ar. 2.& 62.ar 2.3. & q. prę.ar.2.

¶ 2 Præterea. Illud, quod iam aliquis adeptus est, non indiget iterum suscipere: sed aliqui acceduntad baptismum, iam habentes gratiam & virtutes: sicut Act. 10. legitur, vir quidam erat in Cæsarea, nomine Cornelius, Centurio cohortis, quæ dicitur italica, religiosus & timens Deum: qui tamen postea à Petro baptizatus est, non ergo per baptismum conferuntur gratia & virtutes.

¶ 3 Præt. Virtus est habitus, ad cuius rationem pertinet, quod sit qualitas difficile mobilis: per quam aliquis faciliter & delectabiliter operetur: sed post baptismum remanet in hominibus pronitas ad malum, per quod tollitur virtus, & consequitur difficultatem quis ad bonum, quod est actus virtutis. ergo per baptismum non consequitur homo gratiam & virtutes.

¶ Sed contra est, quòd ad Titum 3. dicit Apostolus, saluos nos fecit per lauacrum regenerationis (id est per baptismum) & renouationis Spiritus sancti, quem effudit, in nos abunde. id est, ad remissionem peccatorum & copiam virtutum, vt gloss.* ibi exponit. sic ergo in baptismo datur gratia Spiritus sancti & copia virtutum: *gl. inter li.ibid.

¶ Respon. Dicendum, quòd (sicut Augustinus dicit in libr. de baptismo paruulorum) ad hoc baptismus valet, vt baptizati Christo incorporentur, vt membra eius. A capite autem Christo, in omnia membra eius, gratiæ & virtutis plenitudo deriuatur, secundum illud Ioan. 1. De plenitudine eius nos omnes accepimus. vnde manifestum est, quòd per baptismum aliquis consequitur gratiam & virtutes. li.1.c.26. a me.c.7.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd (sicut aqua baptismi per suam ablutionem significat emundationem culpæ, & per suum refrigerium significat liberationem a pœna, ita per naturalem charitatem significat splendorem gratiæ & virtutum.

¶ Ad secundum dicẽdum, quod sicut dictum est, quod remissionem peccatorum aliquis consequitur ante baptismum, secundum quod habet baptismum in voto vel explicitè vel implicite: & tũ cũ realiter suscipit baptismũ, fit plenior remissio quantũ ad liberationẽ à tota pœna, ita etiam ante baptismum Cornelius, & alii similes consequuntur gratiam & virtutes, per fidem Christi & desiderium baptismi implicite vel explicite, postmodum tamen in baptismo maiorem copiam gratiæ & virtutum consequuntur: vnde super illud Ps.lm. 22. Super aquam refectionis educauit me, dicit gloss.* Per augmentum virtutis & bonæ operationis educauit in baptismo. q.68.ar.2 *ex gl. interl. continetur ibi.

¶ Ad tertium dicendum, quod difficultas ad bonum: & pronitas ad malum, inueniuntur in baptizatis, non propter defectum habitus virtutum: sed propter concupiscentiam, quæ non tollitur in baptismo: sicut tamen per baptismum diminuitur concupiscentia, vt non dominetur, ita etiam diminuitur vtrunque dictorum,* ne homo ab his superetur. In ista solut.

ARTICVLVS V.

Vtrum conuenienter attribuantur baptismo quidam actus virtutum.

AD quartum sic proceditur. Videtur quod inconuenienter attribuantu baptismo pro effectibus quidam actus virtutum, scilicet incorporatio ad Christum illuminatio, & fecundatio. nõ enim baptismus datur adulto, nisi fideli, secundum illud Mar. vlt. Qui crediderit & baptizatus fuerit saluus erit: sed per fidem aliquis incorporatur Christo secundum illud Ephesio. 3. Habitare Christum per fidem in cordibus vestris. ergo nullus baptizatur, nisi iam Christo incorporatus. non ergo est effectus baptismi incorporari Christo. 400 4.4.22 ar.1.q.3. 4.& 5.Et di.5.q.2. ar.1.q.2. cor.& d 1.Et ar.5. q.1.cor Et d.18.q.1. ar.1.q.1. ad 1. Et quo.6 ar uic.3.

¶ 2 Præte. Illuminatio fit per doctrinam, secundum illud Ephes. 3. Mihi omnium sanctorum minimo data est gratia hæc, illuminare omnes, &c. sed doctrina præcedit baptismum in catechismo. non ergo est effectus baptismi.

¶ 3 Præt. Fecunditas pertinet ad generationem actiuam: sed per baptismum aliquis regeneratur spiritualiter: ergo fœcunditas non est effectus baptismi.

Sed contra est quod Augustin. † dicit in libr. de Baptismo paruulorum, quod ad hoc valet baptismus, vt baptizati Christo incorporentur Diony. etiam 2. cap. eccl. hierarch. illuminationem attribuit baptismo. & super illud Psalm. 22. super aquam refectionis, dicit gloss. quod anima peccatorum ariditate sterilis, fecundatur per baptismum. libr. 1. c. 26. a me. to.7. *c.2. ec.l. hier. par. 1. & 2. Et gl. cas. sup. hũc locũ Psal.22.

¶ Respondeo. Dicendum, quod per baptismum aliquis regeneratur in spiritualem vitam, quæ est pro-

Universidad de Deusto
Biblioteca

pria fidelium Christi, sicut Apostolus dicit Galat. 2, Quod autem nunc viuo in carne, in fide viuo filii Dei. vita autem non est, nisi membrorum capiti vnitorum, à quo sensum & motum suscipiunt; & ideo necesse est, quod per baptismum aliquis incorporetur Christo, quasi membrum ipsius. sicut autem à capite naturali deriuatur ad membra sensus & motus, ita à capite spirituali, quod est Christus, deriuatur ad membra eius, sensus spiritualis, qui consistit in cognitione veritatis, & motus spiritualis, qui est per gratiæ instinctum. vnde Ioan. 1. dicitur, vidimus eum plenum gratiæ & veritatis, & de plenitudine eius nos omnes accepimus. & ideo consequens est, quod baptizati illuminentur à Christo circa cognitionem veritatis, & fœcundentur ab eo fœcunditate bonorum operum per gratiæ infusionem.

¶Ad primum ergo dicendum, quòd adulti prius credentes in Christum, sunt ei incorporati mentaliter: sed postmodum cum baptizantur, incorporantur ei quodammodo corporaliter, scilicet per visibile sacramentum, sine cuius proposito nec mentaliter incorporari potuissent.

¶Ad secundum dicendum, quòd doctor illuminat exterius per ministerium, catechizando: sed Deus illuminat interius baptizatos, præparans corda eorum ad recipiendam doctrinam veritatis, secundum illud Ioan. sexto. Est scriptum in prophetis, erunt omnes docibiles Dei.

¶Ad tertium dicendum, quod effectus baptismi ponitur fœcunditas, qua aliquis producit bona operatione: non autem fœcunditas, qua aliquis generat alios in Christo, sicut Apostolus dicit 1. ad Cor. 4. In Christo Iesv per euangelium ego vos genui.

Articvlvs VI.

Vtrum pueri in baptismo consequantur gratiam & virtutes.

401 22. q. 47. art. 4. ad 3. & 4 di. 4. q. 2. ar. 3. q. 1. Et di. 17. q. 1. ar. 3. q. 2. co. & ad 3. Et di. 18. q. 1. ar 3. q. 1. cor. *epist. 23. nó remote a fi. to. 2. † trac. 73. in Ioan a med. to. 9.

AD sextum sic proceditur. Videtur quod pueri in baptismo non consequantur gratiam & virtutes. Gratia enim & virtutes non habentur sine fide & charitate: sed fides, vt Augu.* dicit, consistit in credentium voluntate similiter etiam charitas consistit in diligentiũ voluntate: cuius vsum pueri non habent, & sic non habent fidẽ & charitatem, ergo pueri in baptismo non recipiunt gratiam & virtutes.

¶2 Præte. super illud Ioan. 14. Maiora horum faciet, dicit Augustin. † quod ex impio iustus fiat, in illo, sed nõ sine illo Christus operatur: sed puer cum non habeat vsum liberi arbitrii, non cooperatur Christo ad suam iustificationem: immo quandoque pro posse renititur, ergo non iustificatur per gratiam & virtutes.

¶3 Præterea. Roma. quarto dicitur, Ei, qui non operatur, credenti autem in eum qui iustificat impium, reputatur fides eius ad iustitiam, secundum propositum gratiæ Dei: sed puer non est credens in eum, qui iustificat impium. ergo non consequitur gratiam iustificantem, neque virtutes.

¶4 Præ. Quod ex carnali intentione agitur, non videtur habere spiritualem effectum: sed quandoque pueri ad baptismum deferuntur carnali intentione, vt scilicet corporaliter sanentur. non ergo consequuntur spiritualẽ, effectum gratiæ & virtutum.

Enchirid. c. 53. ante med. to. 3. ¶Sed contra est, quod Augustin.* dicit in Enchir. Parvuli renascendo moriuntur illi peccato, quod nascendo contraxerunt, ac per hoc ad illos etiam pertinet quod dicitur, Consepulti sumus cum illo per baptismum in mortem (subditur autem) vt quomodo Christus surrexit à mortuis, per gloriam Patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus: sed nouitas vitæ est per gratiam & virtutes. ergo pueri in baptismo gratiam & virtutes consequuntur.

¶Respon. Dicendum, quod quidam antiqui posuerunt, quod pueris in baptismo non dantur gratia & virtutes, sed imprimitur eis character Christi, cuius virtute, cum ad perfectam ætatem venerint, consequuntur gratiam & virtutes. Sed hoc patet esse falsum dupliciter. Primo quidem, quia pueri sicut & adulti, in baptismo efficiuntur membra Christi, vnde ne cesse est, quod a capite recipiant influxum gratiæ virtutis. Secundo, quia secundum hoc pueri decedentes post baptismum, non peruenirent ad vitam æternam: quia, vt dicitur Roman. 6. Gratia Dei est vita æterna. & ita non profuisset eis ad salutem, baptizatos fuisse. Causa autem erroris fuit, quia nescierunt distinguere inter habitum & actum. & sic videntes pueros inhabiles ad actus virtutum, crediderunt eos post baptismum nullatenus virtutem habere: sed ista impotentia operandi, non accidit pueris ex defectu habituum, sed ex impedimento corporali: sicut etiam dormientes, quamuis habeant habitus virtutum, impediuntur tamen ab actibus propter somnum.

¶Ad primum ergo dicendum, quod fides & charitas consistunt in voluntate hominum, ita tamen quod habitus harum, & aliarum virtutum requirunt potentiam voluntatis, quæ est in pueris: sed actus virtutum requirunt actum voluntatis, qui non est in pueris. Et hoc modo Augustt.* dicit libro de baptismo paruulorum, quod paruulum, etsi nondum illa fides, quæ in credentium voluntate consistit, iam tamen ipsius fidei sacramentum (quod scilicet causat habitum fidei) fidelem facit.

Epist. 25. ad Bonifa. nó procul a fi. to. 2.

¶Ad secundum dicendum, quod (sicut Augu. dicit in lib. de Charitate) nemo ex aqua & Spiritu sancto renascitur nisi volens, quod non de paruulis, sed de adultis intelligẽdum est. Et similiter de adultis intelligendum est, quod homo a Christo sine ipso non iustificatur. Quod autem paruuli baptizandi, prout viribus possunt, reluctantur, non eis imputatur: quia in tantum nesciunt quod faciunt, vt nec facere videantur: vt Augu.* dicit in libr. de præsentia Dei ad Dardanum.

Epist. 57. post med. to. 2.

¶Ad tertium dicendum, quod (sicut Augustin. dicit) paruulis mater ecclesia aliorum pedes accommodat, vt veniant, aliorum cor vt credant, aliorum linguam vt fateantur. & ita pueri credunt, non per actum proprium, sed per fidem ecclesiæ, quæ eis communicatur, & huius fidei virtute conferuntur eis gratia & virtutes.

¶Ad quartum dicendum, quòd carnalis intentio deferentium pueros ad baptismum, nihil eis nocet, sicut nec culpa vnius nocet alteri nisi consentiat. vnde Augustin.* dicit in epistola ad Bonifacium, non illud te moueat, quod quidam non ea fide ab baptismum percipiendum paruulos ferunt, vt gratia spiritualis ad vitam regenerentur æternam: sed hoc eos putant remedio corporalem retinere vel recipere sanitatem: non enim propterea illi non regenerantur, quia non ab istis hac intentione offeruntur.

De consecra. d. 4. mater eccle. epith. 23. parum ante med. to. 2. Et lib. 2. de peccat. merit. c. 25. in fin. tom. 7.

¶ Super

¶ *Super quæstionis 69. Articu. VII.*

Articvlvs VII.

Vtrum effectus baptismi sit apertio ianuæ regni cælestis.

402 4. di. 3. ar. 1. q. 3. Et 4 dist. 4. q. 2. art. 2. q. 6. Et 4. có. 59. & Io. 3 lec. 1. fi.

INq. 69. primis septem articulis nihil occurrit scribendũ, nisi pro 7. art. notãdũ, q̃ apertio ianuam regni cælestis, per se primo est effectus mortis Christi: attribuitur autem baptismo, eo q̃ in sui institutione cæli aperti legũtur: & quia sacramentum est in causis, quo ad vim obligatiuã a morte Christi, & quia sufficienter causat apertionẽ cęli cuilibet baptizato: dũ tollit omnem culpã & pœnam tum per se, quàm naturæ, non statim assequendo totum suũ effectum, sed tempore cõgruo: ita q̃ (vt in ar. 3. patet) sicut virtute baptismi auferentur a iustis in resurrectione omnes penalitates, ita virtute baptismi aperitur ianua cælestis, tẽpore cõgruo exhibitura ingressum. & propterea baptizati ante mortẽ Christi, nõ nisi post Christi mortem ingressi sunt regnũ cælorũ. Et hoc vocat Auctor habere certã speciẽ de introitu cælesti, & i hoc præminebat baptismus circumcisionis: circumcisio. n. non habebat virtutem tollẽdi omnem pœnalitatem, quam habet baptismus: quamuis etiam dici possit, quod baptismus ante mortẽ Christi, quia imperfecte configurabat morti Christi (vtpote configurans Christo mortuo non in re, sed in fide) ita etiam imperfecte aperiebat cælum: vt litera responsionis ad secundum sonat.

*ar. 3. huius q.

Beda Lucã. 3. in c. 10. secũdũ suum or. tom. 2.

¶Et hæc fuerũt dicta pro dignitate baptismi: quantum enim spectat ad euentum, Christo mortuo patuit ianua cælestis tã baptizato quam circunciso.

Articvlvs VIII.

Vtrum baptismus habeat in omnibus æqualem effectum.

AD octauum sic proceditur. Videtur q̃ baptismus non habeat in omnibus æqualem effectum. Effectus. n. baptismi est remotio culpæ: sed in quibusdam plura peccata tollit, quàm in aliis. nam in pueris tollit solum peccatum originale, in adultis autem etiam peccata actualia, in quibusdam plura, in quibusdam vero pauciora. non ergo æqualem effectum habet baptismus in omnibus.

¶2 Præt. Per baptismum conferuntur homini gratia & virtutes: sed quidam post baptismum videntur habere maiorem gratiam, & perfectiorem virtutem, quàm alii baptizati. non ergo baptismus habet æqualem effectum in omnibus.

¶3 Præt. Natura perficitur per gratiam, sicut materia per formam: sed forma recipitur in materia secundum eius capacitatem. cum ergo in quibusdam baptizatis etiam pueris, sit maior capacitas naturalium quàm in aliis, videtur quod quidam maiorem gratiam consequantur, quàm alii.

¶4 Præt. Quidam in baptismo consequuntur non solum spiritualem salutem, sed etiam corporalem: sicut patet de Constantino, qui in baptismo mundatus est a lepra: non autem omnes infirmi corporalem salutem consequuntur in baptismo. baptismus ergo non habet æqualem effectum in omnibus.

¶Sed contra est, quod dicitur Ephes. quarto. Vna fides, vnum baptisma. vniformis autem causæ est vniformis effectus. ergo baptismus habet æqualem effectum in omnibus.

¶RESPON. Dicendum, quod duplex est effectus baptismi, vnus per se, & alius per accidens. Per se quidem effectus baptismi, est id, ad quod baptismus est institutus, scilicet ad regenerandum homines in spiritualem vitam: & hunc effectum æqualiter facit in omnibus, qui æqualiter se habent ad baptismum. vnde quia omnes pueri æqualiter se habent ad baptismum (quia non in fide propria, sed in fide ecclesiæ baptizantur) omnes æqualem effectum percipiunt in baptismo. Adulti vero, qui per propriam fidem ad baptismum accedunt, non æqualiter se habent ad baptismum: quidam enim cum maiori, quidam cum minori deuotione ad baptismum accedunt: & ideo quidam plus, quidam minus de gratia nouitatis accipiunt: sicut etiam ab eodem igne accipit plus caloris, qui plus ei appropinquat: licet ignis quantum est de se, æqualiter ad omnes suum calorem effundat. Effectus autem baptismi per accidens, est ad quem baptismus non est ordinatus, sed diuina virtus, hoc in baptismo miraculose operatur: sicut super illud Roma. 6. Vt vltra non seruiamus peccato, dicit gloss.* Non hoc præstatur in baptismo, nisi forte miraculo ineffabili creatoris, vt lex peccati, quæ est in membris, prorsus

404 4 d. 4. q. 2. ar. 3. q. 1. & 2. Et d. 18. q. 1. ar. 3. q. 1. cor.

INarticul. 8. ad 4 dicẽdũ, Auctorem in art. cit. 3. recitatiue loqui de lepra Constantini: dico autem hoc, quia nullius auctoritate cõstat, Constantinum mũdatum a lepra in baptismo: tũ quia gesta Syluestri (ex quibus hoc videtur haberi) incertum habent Auctorem, vt patet in capitul. sancta Romana distinct. 15. tum quia nullus suæ christianus, siue gentilis historicus inuenitur hoc scripsisse, vt testatur Platina in vita Marci Papæ: tum præcipue, quia Ambrosij authoritas obstat, dum in oratione de obitu Theodosij expresse dicit, Constantinum in vltimis constitutũ baptizatum fuisse, quod longe distat ad hoc, scilicet q̃ in principio suæ conuersionis fuerit baptizatus. Et propterea narratio de lepra Constantini non est asserenda probanda.

Epist. gl. Augu. li. 1. de peccat. mer. & remiss. 39. tom. 7.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ *Super quæstionis LXIX. Art. IX. & X.*

IN articul. 9 & 10. multa dicenda sunt specialiter pro doctrina decimi. Et primo de sensu conclusionis, secundo de necessitate, tertio de modo apud Auctorem, quarto de ratione illius modi, & demum comparabitur aliis modis. Sensus in primis conclusionis est, non de euentu, sed de effectu baptismi recedente fictione. quod ideo notandum est: quoniam non tractatur hic, an recedente fictione, baptizatus fiat filius regni, consequatur remissionem: nullus enim dubitat de hoc euentu: sed tractatur, an in tali casu ex vi baptismi consequatur baptizatus remissionem &c. & hic est sensus cõclusioni. Necessitas autem talis assertionis est duplex. Prima, est auctoritas Augustini in libro de baptismo, relata & a Magistro sentent. in 4. distin. 4. & a Gratiano de consecrat. distinct. 4. cap. tunc valere, & habetur in hac litera, tunc valere incipit ad salutem baptismus, &c. Vbi expresse Augustin. dicit baptismum ipsum valere ad salutem, recedente fictione: licet Ioss. ibidem contra textum dicat oppositum. Secunda, est ratio ex peccato originali sumpta: quia si peccatum originale nec tempore baptismi, neque postea virtute baptismi remittitur, sequitur quòd numquam peccatum originale huic homini remissum fuerit. Et probatur sequela: quia non aliud a Christo institutum est remedium ad remissionem peccati originalis, nisi baptismus. vt ergo nulli baptizato (qui tunc vel postea inter filios adoptionis est) baptismalis gratia desit, docuit Augustin. baptismum recedente fictione valere ad salutem. Quam doctrinam doctores posteriores adeo sunt venerati, & complexi vt non horruerint multas inde consequentes difficultates: & inde fateamur baptizatum ficte non oportere confiteri recedente fictione de peccatis commissis ante baptilmum. Augustini ergo tam suscepta auctoritas necessitat. Modus, quo hoc fieri Auctor tenet in hac litera, non est ille, qui sibi attribuitur: quem ipse olim in 4. sen. dist. 4. q. 3. ar. 1. q. 3. tenuit. vbi siquidem opinatus est fieri hoc: quia character manebat disponens ad gratiam: hic autem opinatur hoc fieri, quia character vt forma substantialis manet, & gratia sublato impedimento, quasi proprius effectus consequitur. vt patet in litera.

In cor. ar.

¶ Vbi sunt duæ difficultates, vna ad hominem, & altera ad rẽ. Ad hominem quidem, quia Auctor superius tractans de charactere, posuit ipsum esse dispositionem remote ad gratiam, & non formam, ex qua fluit gratia, vnde & postea illum in genere potentiæ, & subiectiue in intellectu: ex quo non est nata fluere gratia in essentia animæ. Ad rem vero, quoniam character non se habet ad gratiam, vt forma ad consequens proprium: sed potius gratia est forma, ad quam comitatur mediante sacramento character, & eminentioris ordinis constat esse gratiam (qua diuinæ sumus naturæ consortes) quàm character communis bonis & malis, extinguatur, & tales effectus nõ æqualiter suscipiuntur ab omnibus baptizatis, etiam si cum æquali deuotione accedant: sed dispensantur huiusmodi effectus, secundum ordinem prouidentiæ diuinæ.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd minima gratia baptismalis sufficiens est ad delendum cuncta peccata. vnde hoc non est propter maiorem efficaciam baptismi, quòd in quibusdam plura, in quibusdam autem pauciora peccata soluit: sed propter conditionem subiecti, quia in quolibet soluit quotcunque inuenerit.

¶ Ad secundum dicendum, q hoc, quòd in baptizatis maior vel minor gratia apparet, potest dupliciter contingere. vno modo, quia vnus in baptismo percipit maiorem gratiam, quàm alius, propter deuotionem maiorem, vt dictum est: * alio modo, quia etiam si æqualem gratiam percipiant, non æqualiter ea vtuntur: sed vnus studiosius in ea proficit, alius per negligentiam, gratiæ Dei deest.

¶ Ad tertium dicendum, quòd diuersa capacitas naturalium in hominibus, non est ex diuersitate mentis, quæ per baptismum renouatur, cum omnes homines eiusdem speciei existentes, in forma cõueniãt, sed est ex diuersa dispositione corporum. Secus autem est in angelis, qui differunt specie: & ideo angelis dantur dona gratuita, secundum diuersam capacitatem naturalium: non [d] autem hominibus.

D. 316.

¶ Ad quartum dicendum, quòd sanitas corporalis non est per se effectus baptismi: sed est quoddam miraculosum opus prouidentiæ.

ARTICVLVS IX.

Vtrum fictio impediat effectum baptismi.

AD nonum sic proceditur. Videtur quòd fictio nõ impediat effectum baptismi. Dicit enim Apostolus Gala. 3. Quicumque in Christo baptizati estis, Christum induistis: sed omnes qui baptismum Christi suscipiunt, baptizantur in Christo. ergo omnes induunt Christum, quod est percipere baptismi effectum: & ita fictio non impedit baptismi effectum.

¶ 2 Præt. In baptismo operatur virtus diuina, quæ potest voluntatem hominis mutare in bonum: sed effectus causæ agentis non potest impediri per id, quod ab illa causa potest auferri. ergo fictio non impedit baptismi effectum.

¶ 3 Præt. Effectus baptismi est gratia, cui peccatum opponitur: sed multa sunt alia peccata grauiora quàm fictio de quibus non dicitur, quòd effectum baptismi impediant. ergo neque fictio impedit effectum baptismi.

¶ SED CONTRA est, quòd dicitur Sap. 1. Spiritus sanctus disciplinæ effugiet fictum: sed effectus baptismi est a Spiritu sancto, ergo fictio impedit effectum baptismi.

¶ Respon. Dicendum. q (sicut Damas. * dicit) Deus non cogit hominẽ ad iustitiam: & ideo ad hoc, quòd aliquis iustificetur per baptismum requiritur q voluntas hominis amplectatur baptismum, & baptismi effectũ. Ad cuius sentimi horum, sciendum est, quòd actum fuisse Auctorem ad hunc modum, vt saluaret Augustini doctrinam, eum communi doctrina de causalitate sacramentorum: non videtur enim posse intelligi rem aliquam, postquam desiit esse, habere suum effectum, nisi aliqualiter res illa remanserit. videmus enim in his quæ proiiciuntur, tãdiu durare motum proiectorum, quamdiu vis proiicientis aliquo modo manet siue in aere siue in corpore proiecto: nihil enim refert ad propositum. similiter videmus positos ideo genitos mortuo patre, quia semen patris remansit in matre. vtero, & sic de aliis vnde cum baptismus definet esse peracto sacramento, & tu e propter fictionem in baptizato non valeat ad salutem, & inde ad duos annos recedente fictione valeat. idẽ baptismus ad salutem (quòd nihil aliud est, quàm conferre illam remissionem, quam fictio impediuit tunc fieri hoc. nisi significat baptismum valere ad salutem) consequẽs est, q baptismus aliquo modo remanet, seu aliqd habeat aut relinquat manens, rõne cuius valorem seu effectũ consequatur post biennium. Hac necessitate satisfaciendi hominibus more humano, compulsus Auctor accommodationem hanc similitudinariã quam in litera habes, adinuenit.

404 4. d. 4. q. 2. ar. 1. q. 1. ad 3. & q. 3. ar. 2. q. 2. 2. perto. Et d. 12. q. 2. ar. 1. q. 3. ad 3.

li. 2. orth. fide. c. 3.

¶ Vnde nõ oportet laborare ad saluandum hunc processum, vt proprium, seu ex propriis: sed intelligendus est, vt accommodatio quædam similitudinaria ad manuducendum intellectum nouitiorum, vt percipiant quomodo baptismus recedente fictione incipit valere ad salutem. Sciuit enim Auctor, gratiam propriam bonis, non conferri, qui characterem communem bonis & malis, vt proprius effectus sequitur formam: cum hoc tam manifestum sit, vt minimi theologi sciant. Vnde non proptie voluit intelligi, sed secundum similitudinem, vt sicut in naturalibus cessante causa, remanente tamen forma, statim habentur consequentia, nisi adsit impedimentum. & si impedimentum ad fuerit, consequentia illa, statim, cum remotum fuerit habentur, propter remanentiam formæ, ad quã nata erant sequi, ita in supernaturalibus sacramenti baptismi, cũ generatur Christianus quo ad esse de familia Christi seu, q idem est, quo ad esse membrum Christi næ religionis, suscipit per baptismum characterẽ, vt forma qua constituitur in tali esse. nã character formaliter homo est Christianæ religionis membrum, est de familia Christi, & ad huiusmodi formã natũ est ex diuinæ largitatis ordine consequi infusionẽ gratiæ remissiuæ omnis culpę, & omnis pœnæ, nisi obex fictionis obstiterit, & propterea cessante fictione, sequetur infusio gratię remissiuæ culpæ & pœnæ, propter præsentem formã characteris, ad quem secundum ordinem diuinæ largitatis nata est sequi infusio gratiæ baptismalis. Tenet ita que character vtrumque locum & dispositionis & formæ, diuersimode considerato baptismate. nam baptismus inquantum generatiuus est filiorum adoptionis, gratiam habet pro principali effectu, vt forma: inquantum vero generatiuus est Christiani (hoc est mẽbri Christianæ religionis seu familiæ) habet pro principali effectu characterem: qui pro eo quòd infallibili ordine annexam habet gratiam, si fictio non impedit, & recedente fictione annecti sibi vendicat gratiam, formæ substantialis assimilatur. Pro eo vero quòd annexio gratiæ non exigit principalis agentis infusionem, recedente fictione, dispositio ni magis assimilatur, quę secundum infallibilem causam ordinẽ cessante impedimento, ad terminum ducit. Vnde vana videtur solicitudo quærentium, quid aut quomodo operetur character recedẽte fictione ad gratiam baptismalem.

¶ Et ex his patet solutio difficultatum motarum, tam ad hominem, quàm ad rẽ. Et quarto loco, proprium expeditũ simul est. De quinto autem pertransiendum videtur: quoniam in solis verbis dissilentio fortẽ est inter diuersos doctores: nullum enim puto sanæ mentis apud se credidisse, gratiam cessante fictione comitari characterẽ, sine noua Dei actione gratiæ baptismalis infusiua.

Alias, ecclesiæ cõformari.

¶ In responsione ad secundum & tertium aduertendum est, in ficte baptizato, inueniri diuersorum temporum peccata, scilicet peccata præsentia & futura, & præsentia inueniri dupliciter intelligi, vel propter perseuerantiam maculæ, aut actualis cõmissionis seu omissionis simul cum baptismo, vel propter ipsum impedire sacramenti effectũ. Inter quæ tãti refert, q sola fictio (quæ nihil aliud vt quã impeditio gratiæ) per pœnitentiã delenda est, cũ peccatis commissis post baptismum, reliqua autem per baptismi valorem recedente fictione delentur. Ad hoc. n. videt de seruire litera, dicens, & ẽt simul existentium

405 4. d. 4. q. 3. ar. 2. q. 3. & d. 17. q. 3. ar. 4. q. 1

unificari hoc modo, vt gratiam conferat.

¶ 2 Præt. Fictio videtur esse fortior quàm baptismus, cum impediat eius effectum: sed fortius non tollitur à debiliori. ergo peccatum fictionis nõ potest tolli per baptismum fictione impeditum. & sic baptismus non consequetur suum effectum, qui est remissio omnium peccatorum.

¶ 3 Præt. Contingit quod aliquis ficte accedat ad baptismum, & post baptismum multa peccata committat, quæ tamen per baptismum non tolluntur: quia baptismus tollit peccata præterita, non futura. ergo baptismus talis, numquam consequetur suum effectum, qui est remissio omnium peccatorum.

¶ Sed contra est, quod Augustin. * dicit in lib. de baptismo, tunc valere incipit ad salutem baptismus. cum illa fictio veraci confessione recesserit, quæ corde in malitia vel sacrilegio perseuerante, peccatorum † ablutionem non finebat fieri.

li. 1. de bapti. contra Donat. ca. 2. ante me. tom. 7. † Alias, abolitionem.

¶ Respon. Dicendum, quod (sicut supra dictum * est,) baptismus est quædam spiritualis regeneratio. cum autẽ aliquid generatur, simul cum forma recipit effectum formæ, nisi sit aliquid impediens, quo remoto forma rei generatæ perficit suum effectum: sicut simul cum corpus graue generatur, mouetur deorsum, nisi sit aliquid prohibens, quo remoto statim incipit moueri deorsum. Et similiter quãdo aliquis baptizatur, accipit characterem, quasi formam, & consequitur proprium effectum, qui est gratia remittens omnia peccata. Impeditur autem quandoque per fictionem: vnde oportet quod remota ea per pœnitentiam, baptismus statim consequatur suum effectum.

q. 66. ar. 9

¶ Ad primum ergo dicendum, q sacramentum baptismi est opus Dei, & non hominis: & ideo non est mortuum in ficto, qui sine charitate baptizatur.

¶ Ad secundum dicendum, quod fictio non remouetur per baptismum, sed per pœnitentiam subsequentem, qua remota, baptismus aufert culpam & reatum omnium peccatorum præcedentium baptismum, & etiam simul existentium cum baptismo. vnde Augustin. * dicit in libr. de baptismo: Soluitur hesternus dies, & quicquid supererat, soluitur & ipsa hora momentumque ante baptismum & in baptismo: deinceps autem continuo reus esse incipit. & sic ad baptismi effectum consequendum concurrit baptismus & pœnitentia, sed baptismus sicut causa per se agens: pœnitentia sicut causa per accidens, id est remouens prohibens.

li. 1. de bapti. parvul. c. 12. in fi. to. 7.

¶ Ad tertium dicendum, quod effectus baptismi non est tollere peccata futura, sed præsentia vel præterita. & eum baptismo excipitur quædam fictio, quæ ipsa est, quæ contrariatur sacramẽto: nec puto fictionis peccato intelligẽdum in proposito crimen illud, quod fundat fictionem (puta inuincibilem) sed ipsam malam susceptionem sacramenti, quę secundum genus peccati est. hic enim actus est propriæ fictio. quo niam illo acto mõstrat, qui baptizatur se velle quod non vult. Et confirmatur hoc ex verbis August. dicentis, Cum illa fictio veraci confessione recesserit, quæ corde in malitia vel sacrilegio perseuerante, peccato rum ablutionem non finebat fieri: est hoc enim quod nullam speciẽ peccati fictioni tribuit, nisi sacrilegium, insinuasse videtur quid sit, illa fictio. Et hinc sequitur, quòd talis fictus sufficienter confiteretur, dicendo se iniuriam fecisse baptismo, ponendo illi obicem peccati mortalis, & confitendo commissa post baptismum.

¶ Aduerte quoque aliud esse dimidiam a Deo expectare veniã, & aliud esse variis meditis a Deo expectare veniã. Primum est impium, secundum hic docemur, dum baptizatus, per medium pœnitentiæ & per medium baptismi simul, a Deo expectat veniam. Cogimur autem ad vtrunque simul medium recurrere: quia credimus præcedẽtia peccata remitti, quo ad culpam & pœnam totaliter (hoc enim contingit gratia baptismalis) fictionem vero cum posteriorib. peccatis remitti quidem quo ad culpam quo ad pœnam vero nõ nisi quantum sacramento pœnitentiæ remittitur. Vnde apparet falsitas allegatæ superius gloiæ, præterid, quod est contra textũ.

ideo

Universidad de Deusto
Biblioteca

ideo recedente fictione, peccata sequentia remittuntur quidem, sed per pœnitentiam, non per baptismum. Vnde non remittuntur quantum ad totum reatum, sicut peccata præcedentia baptismum.

QVAEST. LXX.

De circumcisione quæ præcessit baptismum, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de præparatoriis ad baptismum. Et primo de præparatorio, quod præcessit baptismum, idest, de circumcisione. Secundo de præparatoriis, quæ concurrunt simul cum baptismo, scilicet de catechismo & exorcismo.

Circa primum quæruntur quatuor.

¶Primo, Vtrum circumcisio fuerit præparatoria, & figuratiua baptismi.
¶Secundo, De institutione ipsius.
¶Dertio, De ritu eius.
¶Quarto, De effectu ipsius.

¶ Super quæstione 70. & quæstione septuagesima primam.

406 Sup. q. 68. ar. 1. ad 1. Et 1.2. q. 102 ar. 5. cor. & ad 1. & 3. Et 4. dist 1. q. 2 ar. 1. q. 1. co. Et d. 2. q. 1 ar. 2. ad 5 & R.o. 2. lec. 2. & lec. 4.

CIrca q. 70. & 71 nihil scribendũ videtur nisi in his quæ dicunt in ar. 3. de causalitate exorcismorũ. Non carent siquidem scrupulo duo ibi dicta. primum est circa apertionẽ sensuũ per exorcismos baptismales. Secundũ est circa vnctionem, quæ fit in vertice baptizati, & operatur ad cõseruationẽ gratiæ baptismalis. Primũ. n. intelligo nõ sic, q exorcismus minuat interiorẽ infectionẽ sensuũ animæ, quia hoc sine gratia non video posse fieri in paruulis, quicquid fit in adultis: sed intelligo sic q potestas dæmonis ad præcludendũ sensus interiores animæ cõcessa dæmoni pp interiorẽ infectionẽ animæ per exoteismũ impeditur, ne. s. ob infectas interiores animæ partes præcludat illas ad sentiendũ spiritualia quæ Christi sunt, ita q potestas dæmonis per exorcismos ba

ARTICVLVS I.

Vtrum circumcisio fuerit præparatoria & figuratiua baptismi.

AD primum sic proceditur. Videtur q circumcisio nõ fuerit præparatoria & figuratiua baptismi. Omnis enim figura habet aliquem similitudinem, cum suo figurato, sed circumcisio nullam habet similitudinem cum baptismo. ergo videtur quòd non fuerit præparatoria & figuratiua baptismi.

¶2 Præte. Apostolus dicit primæ Cor. 10. de antiquis patribus loquẽs, quòd omnes in nube & in mari baptizati sunt: non autem dicit, quòd in circumcisione baptizati sint ergo protectio columnæ nubis, & transitus maris rubri, magis fuerunt præparatoria ad baptismũ & figuratiua ipsius, quàm circumcisio.

¶3 Præ. Supra dictũ est, * q baptismus Ioannis fuit præparatorius ad baptismum Christi: si ergo etiam circumcisio fuit præparatoria ad baptismum Christi: si ergo etiam circumcisio fuit præparatoria & figuratiua baptismi Christi, videtur q baptismus Ioannis fuerit superfluus, quod est incõuenies. non ergo circumcisio fuit præparatoria & figuratiua baptismi.

¶Sed contra est, q Apost. dicit Col. 2. Circuncisi estis circumcisione nõ manufacta, in expoliatione corporis carnis, sed circumcisione Christi, consepulti ei in baptismo.

¶Respon. Dicendum, q baptismus dicitur sacramentum fidei: inquantum. s. in baptismo fit quædam fidei professio, & per baptismum aggregatur homo congregationi fidelium. eadem autem est fides nostra & antiquorum patrum, secundum illud Apost. 2. Cor. 4. Habentes eundem spiritum fidei, credimus. Circumcisio autem erat quædã protestatio fidei. vnde dicitur Rom. 4. q Abraham accepit circumcisionem tãquam signaculum fidei, vnde & per circumcisionẽ antiqui aggregabantur collegio fidelium. vnde manifestum est, q circumcisio fuit præparatoria ad baptismum, & figuratiua ipsius, secũdum q antiquis patribus omnia in figuram futuri contingebant (vt dr primæ Cor. 10.) sicut & fides eorũ erat de futuro.

¶Ad primum ergo dicendum, q circumcisio habebat similitudinẽ cum baptismo, quantũ ad spiritualem effectũ baptismi. nam sicut per circumcisionẽ auferebatur quædam carnalis pellicula, ita per baptismum homo expoliatur a carnali conuersatione.

¶Ad secundum dicendum, q protectio columnæ nubis, & transitus maris rubri, fuerunt quædam figuræ nostri baptismi, quo renascimur ex aqua significata per mare rũbrum, & Spiritu sancto significato per columnam nubis: non tamen per hæc fiebat aliqua professio fidei, sicut per circumcisionem. & ideo prædicta duo * erant tantum figuræ, & non sacramenta. Circumcisio autem erat etiam sacramentum præparatorium ab baptismum: minus tamen exprese figurans baptismum, quantum ad exteriora, quàm prædicta. & ideo apostolus potius fecit mentionem de prædictis, quàm de circumcisione.

¶Ad tertium dicendum, q baptismus Ioannis fuit præparatorius ad baptismum Christi, quantum ad exercitũ actus: sed circumcisio quantum ad professionem fidei, quæ requiritur in baptismo, sicut dictum est *.

ptismales impediuntur ne possit extrinseca obstacula sacramẽto, & intrinseca sacramenti effectui præstare.

¶Secundũ dictũ, cum de actu cõseruatione intelligi nequeat, de passiua oportet intelligi, sic q vnctio illa operatur quoddã actuale auxiliũ faciẽs ex parte baptizati ad cõseruationẽ gratiæ susceptæ. Cõsistit autẽ auxiliũ hoc in actu secũdo, qui in adultis tũc excitatur aut adiuuatur, in paruulis autẽ, non nisi ẽx extensionis gratiæ ad operationẽ locũ habere potest.

ARTICVLVS II.

Vtrum circumcisio fuerit inconuenienter instituta.

AD secundum sic proceditur. Videtur q circumcisio fuerit inconuenienter instituta. sicut enim dictũ est, * in circumcisione fiebat quædã fidei professio: sed à peccato primi hominis nullus vnquã saluari potuit, nisi per fidem passionis Christi, secundum illud Rom. 3. Quẽ proposuit Deus propitiatorem per fidem in sanguine ipsius. ergo statim post peccatum primi hominis, circumcisio instituì debuit, & non tempore Abrahæ.

¶2 Præt. In circumcisione homo profitebatur obseruãtiam veteris legis, sicut in baptismo profitetur obseruantiam nouæ legis, vnde Apost. dicit Gal. 5. Testificor omni homini circumcidenti se, quoniam debitor est vniuersæ legis faciendæ: sed legalis obseruantia non est tradita tẽpore Abrahæ, sed magis tempore Moysi. ergo inconuenienter instituta est circumcisio tempore Abrahæ.

¶3 Præt. Circumcisio fuit figuratiua & præparatiua baptismi: sed baptismus exhibetur omnibus populis, secundum illud Matth. vlt. Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos. ergo circumcisio non debuit institui, vt obseruanda tantum ab vno populo iudæorum, sed ab omnibus populis.

¶4 Præt. Carnalis circumcisio debet respondere spirituali, sicut figura figurato: sed spiritualis circumcisio quæ fit per

fit per Christum, indifferenter conuenit vtrique sexui: quia in Christo IESV non est masculus & femina, vt dicitur Galath. 3. ergo inconuenienter est circumcisio instituta, quæ competit solis moribus.

¶SED CONTRA est, quòd sicut legitur Gen. 17. circumcisio est instituta à Deo, cuius perfecta sunt opera.

*ar. præc. ¶Respondeo Dicendum, quod (sicut dictum est *) circumcisio erat præparatoria ad baptismum, inquantum erat quædam professio fidei Christi, quam etiam nos in baptismo profitemur. Inter antiquos autem patres primus Abraham promissionem accepit de Christo nascituro, cum dictum est ei Gen. 22. In semine tuo benedicentur omnes gentes terræ. Ipse etiam primus se à societate infidelium segregauit, secundum mandatum Dei dicentis sibi, Egredere de terra tua, & de cognatione tua: & ideo conuenienter circumcisio fuit instituta in Abraham.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd immediatè post peccatum primi parentis, propter doctrinam ipsius Adæ (qui plene instructus fuerat de diuinis) adhuc fides & ratio naturalis intantum vigebat in hominẽ, quòd non oportebat determinari hominibus aliqua signa fidei & salutis: sed vnusquisque pro suo libito fidem suam aliquibus* signis protestabatur: sed circa tempus Abrahæ, diminuta erat fides, plurimis ad idolatriam declinantibus: obscuriata etiam erat ratio naturalis per augmentum carnalis concupiscentiæ vsque ad peccatum contra naturam: & ideo conuenienter tunc, & non ante fuit instituta circumcisio ad profitendum fidem, & ad minuendum carnalem concupiscentiam.

*Alias præsentibus.

¶Ad secundum dicendum, quod legalis obseruantia tradi non debuit, nisi populo iam congregato: quia lex ordinatur ad bonum publicum, vt in secunda parte dictum est. * Populus autem fidelium congregandus erat aliquo signo sensibili, quod est necessarium ad hoc, quòd homines in quacumque religione adunentur, sicut Augustinus † dicit contra Faustum: & ideo oportuit prius institui circumcisionem, quàm lex daretur. Illi autem patres, qui fuerunt ante legem, familias suas instruxerunt de diuinis, per modum paternæ admonitionis. vnde & Dominus dicit de Abraham, scio q præcepturus sit filiis suis, & domui suæ post se, vt custodiant vitam domini.

1.2. q. 90. art. 2.

*li. 19. c. 11 in 8. to. 6.

¶Ad tertium dicendum, quòd baptismus in se continet perfectionem salutis, ad quam Deus omnes homines vocat, secundo illud 2. Timoth. 2. Qui vult omnes homines saluos fieri: & ideo baptismus omnibus populis proponitur. Circumcisio autem non continebat perfectionem salutis, sed figurabat ipsam vt fiendam per Christum, qui erat ex iudæorum populo nascituros: & ideo illi soli populo data est circumcisio.

¶Ad quartum dicendum, quòd circumcisio instituta est, vt signum fidei Abrahæ, qui credidit se patrem futurum Christi sibi repromissi: & ideo conuenienter solis maribus competebat. Peccatum etiam originale, contra quod specialiter circumcisio ordinabatur, à patre trahitur, non à matre, vt in secunda parte dictum est: * sed baptismus continet virtutem Christi, qui est vniuersalis causa salutis omnium, & remissionis omnium peccatorum.

*1.2. q. 81. ar. 5. ad 2. & artic. 1. ad 2.

ARTICVLVS III.

Vtrum ritus circumcisionis fuerit conueniens.

AD tertium sic proceditur. Videtur quòd ritus circumcisionis non fuerit conueniens. Circumcisio enim (sicut dictum est *) fidei quædam professio est: sed fides in vi apprehensiua existit, cuius operationes maximè apparent in capite. ergo magis debuit signum circumcisionis dari in capite, quàm in membro generationis.

¶2 Præt. Ad vsum sacramentorum assumimus ea, quorum est communis vsus: sicut aquam ad abluendum, & panem ad reficiendum: sed ad incidendum communius vtimur cultello ferreo quàm petrino. ergo circumcisio non debuit fieri cultello petrino.

¶3 Præterea Sicut baptismus instituitur in remedium originalis peccati, ita etiam circumcisio, sicut Beda dicit: * sed baptismus non differtur vsque ad octauum diem (ne pueris periculum damnationis immineat propter originale peccatum, si nondum baptizati decedant) quandoque etiam traditur baptismus post octauum diem. ergo circumcisioni non debuit determinari octauus dies, sed debebat quandoque præueniri, sicut etiam quandoque tardabatur.

¶ In hom. circũcisionis inter princip. & medium hom. totius anni reperies.

¶SED CONTRA est, quod Rom. 4. super illud, & signum accepit circumcisionis, determinatur in * gl. prædictus circumcisionis ritus.

*In gl. or. sup. illud, Signum &c cepit circũcisionis. † art. præc. huius q.

¶Respon. Dicendum, quòd (sicut dictum est †) circumcisio quoddam signum fidei est, institutum à Deo, cuius sapientiæ non est numerus: determinare autem conuenientiæ signa, est sapientiæ opus: & ideo concedendum est, quòd ritus circumcisionis fuit conueniens.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd circumcisio conuenienter fiebat in membro generationis. Primo quidem: quia signum erat fidei, qua Abraham credidit Christum ex suo semine nasciturum. Secundo, quia erat in remedium peccati originalis, quòd per actum generationis traducitur. Tertio, quia ordinabatur ad diminutionem carnalis concupiscentiæ, quæ præcipuè in membris illis viget, propter abundantiam delectationis venereorum.

¶Ad secundum dicendum, quòd cultellus lapideus non erat de necessitate circumcisionis: vnde non inuenitur tale instrumentum præcepto diuino determinatum. neque etiam communiter tali instrumento iudæi vtebantur ad circuncidendum, sicut neque modo vtuntur. Leguntur tamen aliquæ circumcisiones famosæ, cultello lapideo factæ: sicut legitur Exod. 4. q tulit Sephora acutissimam petram, & circuncidit præputium filij sui. & Iosue 5. dicitur: Fac tibi cultellos lapideos, & circuncide secundo filios Israel. per quod figurabatur circumcisionem spiritualem esse fiendam per Christum, de quo dicitur 1. Corin. 10. Petra autem erat Christus.

¶Ad tertium dicendum, quòd octauus dies determinabatur circumcisioni: tum propter mysterium, quia in octaua ætate (quæ erit ætas resurgentium) quasi in octauo die perficitur per Christum spiritualis circumcisio, quando auferetur ab electis non solum culpem, sed etiam omnem pœnalitatem. tum etiam propter teneritudinem infantis ante octauum diem. vnde etiam de aliis animalibus Leuit. 22. præcipitur, bos, ouis & capra, cum genita fuerint, septem diebus erunt sub vbere matris suæ, die autem octauo & deinceps offerri poterunt Domino. erat autem octauus dies de necessitate præcepti: ita scilicet, quod octauum diem prætermittentes, peccabant reum si esset sabbathum, secundum illud Ioan. 7. Circumcisionem accipit homo in sabbatho, vt non soluatur lex Moysi: non tamen erat de necessitate sacramenti: quia si aliqui omittebant octauum diem, postea poterant circuncidi: quidam etiam dicunt, quod propter periculum imminentis mortis, poterat octauus dies præueniri, sed hoc nec ex auctoritate scripturæ, nec ex consuetudine iudæorum haberi potest. vnde melius dicendum est, sicut etiam Hug * de sanct. Vic. dicit, quod octauus dies nullatenus necessitate præueniebatur. vnde super illud Proverb. 4. Vnigenitus eram coram matre mea, dicit gl. † quod alius Bersabee paruulus non computatur: quia ante octauum diem mortuus, nominatus non fuit, & per consequens nec circumcisus.

*Post colligitur h. 1 de sacram. par. 12. c. 2. ‡ Gl. ordi. ibid.

ARTI-

406 4. dist. 1. q. 2 ar. 3. q. 1. & ar. 3. q. 2. & 3. & to. 7. lec. 2 Et Ro. 4. lect. 2. *ar. 1. & 2. huius q.

407 1.2. q. 102. ar. 5. ad 1. Et q. 105. 2. 1. ad 3. Et 4. d. 1. ar. 2. q. 4. cor. Et q. 2. art. 1. q. 3. per to. *ar. præc.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ARTICVLVS IIII.

Vtrum circunciſio conferebat gratiam iuſtificantem.

409 Sup q.62. ar.6. ad 3. & 4 dist.1 q 2.arti.4. & veri.qō. 28.ar.2.ad 12.& Ro.4. le.2.&c.9 lec.5.

AD quartum ſic proceditur. Videtur quòd circunciſio non conferebat gratiam iuſtificantem: dicit enim Apoſtolus Gal. 2. Si ex lege eſt iuſtitia, Chriſtus gratis mortuus eſt, ideſt ſine cauſa: ſed circunciſio erat quædam obligatio legis implendæ, ſecundum illud Gal.6. Teſtificor omni homini circumcidenti ſe, quoniam debitor eſt vniuerſæ legis faciendæ. ergo ſi ex circunciſione eſt iuſtitia, Chriſtus gratis, ideſt ſine cauſa, mortuus eſt, ſed hoc eſt inconueniens. non ergo ex circunciſione erat gratia iuſtificans à peccato.

¶ 2 Præt. Ante inſtitutionem circunciſionis ſola fides ad iuſtificationem ſufficiebat: dicit enim Greg. in Moral. †Quod apud nos valet aqua baptiſmatis, hoc egit apud veteres pro paruulis ſola fides: ſed virtus fidei non eſt imminuta per mandatum circunciſionis. ergo ſola fides paruulos iuſtificabat, & non circunciſio.

†lib.4.c.2 circa me.

¶ 3 Præt. Ioſue 5. legitur, quòd populus qui natus eſt in deſerto per quadraginta annos, incircunciſus fuit. ſi ergo per circunciſionem auferebatur peccatum originale, videtur quòd omnes qui in deſerto mortui ſunt, tam paruuli quàm adulti, fuerint damnati & eadem obiectio eſt de pueris, qui moriebantur ante octauum diem circunciſionis: quia præuenire non debebat, vt dictum * eſt.

A. præce. q. 3. argu.

¶ 4 Præt. Nihil impedit introitum regni cæleſtis, niſi peccatum: ſed circunciſi ante paſſionem Chriſti impedie bantur ab introitu regni cæleſtis non ergo per circunciſionem homines iuſtificabantur à peccato.

¶ 5 Præt. Peccatum originale nō dimittitur ſine actuali: quia impium eſt à Deo dimidiam ſperare veniam, vt Aug.* dicit: ſed nullus legitur, quòd per circunciſionē remitteretur actuale peccatum. ergo etiam neque originale per eam dimittebatur.

*In lib.de vera.& fal. pœ.c.9.nō loge a pri. to.4.

*li.2.de nuptiis & cō cu.ca.11. iouſi. to.7.

¶ SED CONTRA eſt, quòd Aug. †dicit ad Valerium contra Iulianum, Ex quo inſtituta eſt circunciſio in populo Dei,* quæ erat ſignaculum fidei iuſtitiæ Dei, ad ſanctificationem purgationis valebat paruulis originalis veterisque peccati: ſicut & baptiſmus ex illo capit valere tempore ad innouationem hominis, ex quo inſtitutus eſt.

*alias, quę erat ſig aculū iuſtitiæ fidei ad purgationem valebat magis& paruulis &c. diſ.1.in §. penul.

¶ RESPONDEO Dicendum, quòd ab omnibus communiter ponitur, quòd in circunciſione peccatum originale remittebatur. Quidam tamen dixerunt, quòd non conferebatur gratia, ſed ſolum auferebatur peccatum, quod Magiſter ponit in prima diſtin. *4. ſentent. & Roma.4.in gloſ. †ſed hoc non poteſt eſſe: quia culpa non remittitur niſi per gratiam, ſecundum illud Roman. 3. Iuſtificati gratis per gratiam, &c. & ideo alij dixerunt, quod per circunciſionem conferebatur gratia, quantum ad effectus remiſſionis culpæ, ſed non quantum ad effectus poſitiuos, ne cogerentur dicere, quod gratia in circunciſione collata ſufficiebat ad implendum mandata legis, & ita ſuperfluus fuerit aduentus Chriſti. Sed hæc etiam poſitio ſtare non poteſt. primo quidem, quia per circunciſionem dabatur pueris facultas ſuo tempore perueniendi ad gloriam, quæ eſt vltimus effectus poſitiuus gratiæ. Secundo, quia priores ſunt naturaliter ſecundum ordinem cauſæ formalis effectus poſitini, quam priuatiui, licet ſecundum ordinem cauſæ materialis ſit econuerſo: forma enim non excludit priuationem, niſi informando ſubiectum. & ideo alij dixerunt, quod in circunciſione conferebatur gratia etiam quantum ad aliquem effectum poſitiuum, qui eſt facere dignum vita æterna, ſed non quantum ad omnes effectus: quia non ſufficiebat reprimere concupiſcentiam fomitis, nec ad implendum mandata legis, quod etiam aliquando mihi viſum eſt: ſed diligenter conſideranti apparet hoc non eſſe verum: quia minima [d] gratia poteſt reſiſtere cuilibet concupiſcentiæ, & vitare omne peccatum mortale, quod committitur in tranſgreſſione mandatorum legis: minima enim charitas plus diligit Deum, quàm cupiditas millia auri & argenti. & ideo dicendum eſt, quod in circunciſione conferebatur gratia quantum ad omnes [d] gratiæ effectus, aliter tamen quàm in baptiſmo. Nam in baptiſmo confertur gratia ex virtute ipſius baptiſmi, quam habet inquantum eſt inſtrumentum paſſionis Chriſti iam perfectæ.* In circunciſione autem conferebatur gratia, non ex virtute circunciſionis, ſed ex virtute fidei paſſionis Chriſti, cuius ſignum erat circunciſio: ita ſcilicet, quod homo qui accipiebat circunciſionem, profitebatur ſe ſuſcipere talem fidem: vel adultus pro ſe, vel alius pro paruulis. vnde & Apoſtolus dicit Roma. 4. quod Abraham accepit ſignum circunciſionis, ſignaculum iuſtitiæ fidei, quia ſcilicet, iuſtitia erat ex fide ſignificata, non ex circunciſione ſignificante. & quia baptiſmus operatur inſtrumentaliter in virtute paſſionis Chriſti, non autem circunciſio; ideo baptiſmus imprimit characterem incorporantem hominem Chriſto, & copioſiorem gratiam confert quàm circunciſio, maior enim eſt effectus rei iam præſentis, quam ſpei.

D.684.

D.342.

*Aliàs, circūciſio autem conferebat gratiā, inquantum erat ſignū fidei paſſionis Chriſti ſuturæ.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ratio illa procederet, ſi ex circunciſione eſſet iuſtitia aliter, quàm per fidem paſſionis Chriſti.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd ſicut ante inſtitutionem circunciſionis, ſola fides Chriſti futuri iuſtificabat tam pueros, quàm adultos, ita etiam & circunciſione [d] data: ſed antea non requirebatur aliquod ſignum proteſtatiuum huius fidei: quia nondum homines fideles, ſeorſum ab infidelibus cœperant adunari ad cultum vnius Dei: probabile tamen eſt, quòd parentes fideles pro paruulis natis, & maximè in periculo exiſtentibus, aliquas preces Deo funderent, vel aliquam benedictionem eis adhiberent (quod erat quoddam ſignaculum fidei) ſicut adulti pro ſeipſis preces, & ſacrificia offerebant.

D.344.

¶ Ad tertium dicendum, quòd populus in deſerto prætermittens mandatum circunciſionis, excuſabatur: tum, quia neſciebant quando caſtra mouenda erant tum, quia (vt Damaſc. * dicit) non neceſſe erat eos aliquod ſignum diſtinctionis habere, cum ſeorſum ab aliis populis habitabant. & tamen, vt Aug. †dicit, inobedientiam incurrebant, qui ex contemptu prætermittebant. Videtur tamen, quòd nulli incircunciſi mortui fuerint in deſerto: quia, vt in pſalm. 104. dicitur, non erat in tribubus eorum infirmus: ſed illi ſoli videntur mortui in deſerto, qui fuerant in ægypto circunciſi: ſi tamen aliqui incircunciſi, mortui ſunt, eadem ratio eſt de his, & de his, qui moriebantur ante circunciſionis inſtitutionem: quod etiam intelligendum eſt de pueris, qui moriebantur ante octauum diem tempore legis.

*Dama.li. 4.c.26.circa prin. *In lib.q. ſup Ioſue, c.6.à med. to.4.

¶ Ad quartum dicendum, quòd in circunciſione auferebatur originale peccatum ex parte perſonæ: remanebat tamen impedimentum intrandi in regnum cælorum ex parte totius naturæ: quod fuit ſublatum per paſſionem Chriſti. & ideo etiam baptiſmus ante paſſionem Chriſti non introducebat in regnum; ſed & circunciſio ſi haberet locum poſt paſſionem Chriſti, introduceret in regnum.

¶ Ad quintum dicendum, quod adulti quando circuncidebantur, conſequebantur remiſſionem, non ſolum originalis peccati, ſed etiam actualium peccatorum: non tamen ita quòd liberarentur ab omni reatu pœnæ, ſicut fit in baptiſmo, in quo confertur copioſior gratia.

QVAE-

QVAESTIO LXXI.

De præparatorijs, quæ ſimul concurrunt, cum baptiſmo, in quatuor articulos diuiſa.

DEINDE conſiderandum eſt de præparatoriis, quæ ſimul concurrunt cum baptiſmo.

Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primo, Vtrum catechiſmus debeat præcedere baptiſmum.
¶ Secundo, Vtrum baptiſmum debeat præcedere exorciſmus.
¶ Tertio, Vtrum ea quæ aguntur in catechiſmo & exorciſmo, aliquid efficiant vel ſolum ſignificent.
¶ Quarto, Vtrum baptizandi debeant catechizari, vel exorcizari per ſacerdotes.

ARTICVLVS I.

Vtrum cathechiſmus debeat præcedere baptiſmum.

410 4.dif.6.q.1. q.ar.2.q.1.

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur quòd catechiſmus non debeat præcedere baptiſmum. Per baptiſmum enim regenerantur homines in vitam ſpiritualem: ſed prius homo accepit vitam quàm doctrinam. non ergo prius debet homo catechizari, ideſt doceri, quàm baptizari.

¶ 2 Præt. Baptiſmus exhibetur non ſolum adultis, ſed etiam pueris, qui non ſunt doctrinæ perceptibiles: eo quod non habent vſum rationis. ergo ridiculum eſt eos catechizare.

¶ 2 Præt. In catechiſmo confitetur catechizatus ſuam fidem: ſed pueri non poſſunt ſuam fidem confiteri, neque per ſeipſos, neque etiam aliquis alius pro eis: tum, quia nullus poteſt alium ad aliquid obligare: tum etiam quia non poteſt aliquis ſcire, vtrum pueri cum ad legitimam ætatem peruenerint, aſſentiant fidei. non ergo debet cathechiſmus præcedere baptiſmum.

¶ SED CONTRA eſt, quòd Rabanus de inſtitutione clericali dicit*, Ante baptiſmum, catechizandi debet hominem præuenire officium, vt fidei primum catheculi.li.1 c.25. a med. ilius. menus accipiat rudimentum.

¶ Reſpondeo Dicendum, quòd (ſicut ſupra dictum eſt*) baptiſmus eſt fidei chriſtianæ ſacramentum, cum ſit quædam profeſſio fidei chriſtianæ. Ad hoc autē quòd aliquis fidem accipiat, requiritur quòd de fide inſtruatur, ſecundum illud Rom. 10. Quomodo credent ei, quem non audierunt? quomodo autem audient ſine prædicante? Et ideo ante baptiſmum conuenienter præcedit cathechiſmus. vnde & Dominus præceptum baptizandi diſcipulis tradens, præmittit doctrinam baptiſmo dicēs, Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos &c. Q. præce, ar.1.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd vita gratiæ, in qua regeneratur aliquis per baptiſmum, præſupponit vitam naturæ rationalis: in qua homo poteſt eſſe particeps doctrinæ.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd ſicut mater Eccleſia (vt ſupra dictum eſt*,) accommodat pueris baptizandis aliorum pedes, vt veniant, & aliorum cor, vt credant, iita etiam accommodat eis aliorum aures, vt audiant, & intellectum, vt per aliorum inſtruantur. & ideo eadem ratione ſunt catechizandi, qua ſunt baptizandi. Q.60.ar.6 ad 3. arg. & 68.ar.9

¶ AD tertium dicendum, quod ille qui pro puero baptizato reſpondet, Credo, non prædicit puerum creditum, cum ad legitimos annos peruenerit: alioquin diceret, Credet, ſed profitetur fidem Eccleſiæ in perſona pueri, cui communicatur, cuius ſacramentum ei tribuitur, & ad quam obligatur per alium: non eſt enim inconueniens, quòd aliquis obligetur per alium in his quæ ſunt de neceſſitate ſalutis. Similiter etiam patrinus pro puero reſpondens promittit ſe operam daturum ad hoc quòd puer credat: quod tamen non ſufficeret in adultis, vſum rationis habentibus.

ARTICVLVS II.

Vtrum exorciſmus debeat præcedere baptiſmum.

411 Inf.q.2.ad 3.&4.di.6 q.2.a.3.q. 1.per tot. & q.2.ad 4.

AD Secundum ſic proceditur. Videtur quòd exorciſmus non debeat præcedere baptiſmum. Exorciſmus enim contra energumenos, ideſt arreptitios ordinatur: ſed non omnes baptizandi ſunt tales. ergo exorciſmus non debet præcedere baptiſmum.

¶ 2 Præt. Quandiu homo ſubiacet peccato, diabolus in eum habet poteſtatem, quia vt dicitur Ioan. 8. qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati: ſed peccatum tollitur per baptiſmum. non ergo ante baptiſmum ſunt homines exorcizandi.

¶ 3 Præt. Ad arcendum dæmonum poteſtatem, introducta eſt aqua benedicta. non ergo ad hoc oportebat aliud remedium adhiberi per exorciſmos.

¶ SED CONTRA eſt, quòd Cæleſtinus Papa dicit, * Siue paruuli, ſiue iuuenes ad regenerationis veniant ſacramentum, non prius fontem vitæ adeant, quàm exorciſmis & exufflationibus clericorum ſpiritus immundus ab eis abijciatur. *Cæleſt.1 in 1.epiſt. adEpi.Galliæ.c.12.in prin.to.1. Concil.

¶ Reſpondeo Dicendum, quòd quicumque ſapienter aliquod opus facere proponit, prius remouet impedimenta ſui operis, vnde dicitur Hier. 4. Nouate vobis nouale, & nolite ſerere ſuper ſpinas. Diabolus autem hoſtis eſt humanæ ſalutis, quæ homini per baptiſmum exhibetur,* & habet poteſtatem aliquam in hominem, ex hoc ipſo quòd ſubditur originali peccato, vel etiam actuali. Vnde conuenienter ante baptiſmum expelluntur dæmones per exorciſmos, ne ſalutem hominis impediant: quam quidem expulſionem ſignificat exufflatio. Benedictio autem cum manus impoſitione, præcludit expulſo viam, ne redire poſſit. Sal autem in os miſſum, & narium & aurium ſputo linitio, ſignificat receptionem doctrinæ fidei quantum ad aures, & approbationem, quantum ad nares, & confeſſionem, quantum ad os. Oleo vero inunctio ſignificat aptitudinem hominis ad pugnandum contra dæmones. *alias, acquiritur.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd energumeni dicuntur, quaſi interius laborantes ex intrinſeca operatione diaboli. & quàmuis non omnes accedentes ad baptiſmum, corporaliter ab eo vexentur: omnes tamen non baptizati poteſtati dæmonum ſubiiciuntur, ſaltem propter originalis peccati reatum.

¶ Ad ſecundum dicendum, quod in baptiſmo perablutionem peccati excluditur poteſtas dæmonis ab homine, quantum ad hoc, quòd impedit eum à perceptione gloriæ, ſed exorciſmi excludunt poteſtatem dæmonis, inquantum impedit hominem à perceptione ſacramenti. *Alias, ablationem.

¶ Ad tertium dicendum, quòd aqua benedicta datur contra impugnationes dæmonum, quæ ſunt ab exteriori: ſed exorciſmus ordinatur contra impugnationes dæmonum, quæ ſunt ab interiori. vnde & energumeni dicuntur, quaſi interius laborantes, illi qui exorcizantur. Vel dicendum, quòd ſicut in remedium contra peccatum, ſecundo datur pœnitentia, quia baptiſmus non iteratur, ita in remedium contra impugnationes dæmonum,

Universidad de Deusto
Biblioteca

monum, secundo, datur aqua benedicta, quia exorcismi baptismales non iterantur.

Articvlvs III.

Vtrum ea, quæ aguntur in exorcismo, aliquid efficiant.

412 *dist.6.q.2 ar.3.q.2.

AD tertium sic proceditur. Videtur quòd ea quæ aguntur in exorcismo, non efficiant aliquid: sed solum significent. Si enim puer post exorcismos moriatur ante baptismum, salutem non consequitur: sed ad hoc ordinatur effectus eorum, quæ in sacramentis aguntur, vt homo consequatur salutem. vnde Marc. vlt. dicitur, Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. ergo ea quæ aguntur in exorcismo, nihil efficiunt, sed solum significant.

¶ 2 Præt. Hoc solum requiritur ad sacramentum nouæ legis, vt sit signum & causa, vt supra dictum est*. Si ergo ea quæ aguntur in exorcismo, aliquid efficiant, videtur, quòd singula sint quædam sacramenta. Q62.ar.1 & 2.

¶ 3 Præt. Sicut exorcismus ordinatur ad baptismum, ita etiam si aliquid in exorcismo efficitur, ordinatur ad effectum baptismi: sed dispositio ex necessitate præcedit formam perfectam: quia forma non recipitur nisi in materia disposita. sequeretur ergo, quòd nullus posset consequi effectum baptismi, nisi prius exorcizetur, quod patet esse falsum. non ergo ea quæ aguntur in exorcismis, aliquem effectum habent.

¶ 4 Præt. Sicut quædam aguntur in exorcismo ante baptismum, ita etiam quædam aguntur post baptismum, sicut quòd sacerdos baptizatum chrismate vngit in vertice: sed ea quæ post baptismum aguntur non videntur aliquid efficere: quia secundum hoc effectus baptismi esset imperfectus. ergo nec ea quæ ante baptismum aguntur in exorcismo.

*Iib.1. de symbo.c.1 circa fin. to.9.

¶ Sed contra est, quòd Augustin.* dicit in lib. de Symbolo, Paruuli exufflantur & exorcizantur, vt pellatur ab eis diaboli potestas inimica, quæ decipit hominem. Nihil autem agitur frustra per ecclesiam. ergo per huiusmodi exufflationes hoc agitur, vt dæmonum potestas expellatur.

¶ Respon. Dicendum, quòd quidam dixerũt ea, quæ in exorcismo aguntur nihil efficere, sed solum significare: sed hoc patet esse falsum, per hoc quòd ecclesia in exorcismis, imperatiuis verbis vtitur ad expellendam dæmonis potestatem: puta cum dicit, ergo maledicte diabole exi ab eo &c. & ideo dicendum est, quòd aliquem effectum habent, differenter tamen ab ipso baptismo. Nam per baptismum datur homini gratia ad plenam remissionem culparum. Per ea verò quæ in exorcismo aguntur, excluditur duplex impedimentum salutaris gratiæ percipiendæ: quorum vnum est impedimentum extrinsecum, prout dæmones hominis salutem impedire conantur. & hoc impedimentum excluditur per exufflationes, quibus potestas dæmonis pellitur (vt patet ex inducta auctoritate Augustin.*) quantum scilicet ad hoc, quod nõ præstet impedimentum sacramento suscipiendo. Manet tamen potestas dæmonis in homine, quantum ad maculam peccati & reatum pœnæ, quousque peccatum per baptismum tollatur. & secundum hoc Cyprianus dicit *, Scias diaboli nequitiam posse remanere vsque ad aquam salutarem: in baptismo autem omnem nequitiam amittere. Aliud impedimentum est intrinsecum, prout scilicet homo ex infectione originalis peccati habet sensus præclusos ad percipienda salutis mysteria. Vnde Rabanus de institutione clericorum dicit*, quòd per silinam typicam & sacerdotis actum, sapientia & virtus diuina salutem catechumeni operatur, vt aperiantur ei nares ad percipiendum odorem notitiæ Dei, vt aperiantur ei aures ad audiendum mandata Dei, vt aperiantur illi sensus in intimo corde, ad respondendum.

In arg. sed contra.

*In lib.4. epi.7. post medium.

*li.1.c.27 post med.

¶ Ad primvm ergo dicendum, quòd per ea quæ aguntur in exorcismo, non tollitur culpa propter quam homo punitur post mortem: sed solum tolluntur impedimenta recipiendi remissionem culpæ per sacramentum, vnde post mortem exorcismus non valet sine baptismo. Præpositiuus tamen dicit, quòd pueri exorcizati, si moriantur ante baptismum, minores tenebras patiuntur. sed hoc non videtur verum: quia tenebræ illæ sunt carentia diuinæ visionis, quæ non recipit magis & minus.

¶ Ad secundum dicendum, quòd de ratione sacramenti est, quòd perficiat principalem effectum, qui est gratia remittens culpam, vel supplens aliquem hominis defectum: quod quidem non fit per ea quæ aguntur in exorcismo: sed solum huiusmodi impedimenta tolluntur. & ideo non sunt sacramenta, sed sacramentalia quædam.

¶ Ad tertium dicendum, quòd dispositio sufficiens ad suscipiendam gratiam baptismalem, est fides & intentio, vel propria eius qui baptizatur, si sit adultus, vel ipsius ecclesiæ, si sit paruulus. Ea vero quæ aguntur in exorcismo, ordinantur ad remouendum impedimenta: & ideo sine eo potest aliquis consequi effectum baptismi. Non tamen sunt huiusmodi prætermittenda, nisi in necessitatis articulo, & tunc cessante periculo debent suppleri, vt seruetur vniformitas in baptismo. Nec frustra supplentur post baptismum: quia sicut impeditur effectus baptismi, antequam percipiatur, ita potest impediri post quam fuerit perceptus.

¶ Ad quartum dicendum, quòd eorum quæ aguntur post baptismum circa baptizatum, aliquid est quod non solum significat, sed efficit: puta vnctio, quæ fit in vertice, quæ operatur conseruationem * gratiæ baptismalis. Aliquid autem est, quod nihil efficit, sed solum significat: sicut quod datur ei vestis candida, ad significandum nouitatem vitæ. *Alias ad conseruationem.

Articvlvs IIII.

Vtrum sit officium sacerdotis, catechizare & exorcizare baptizandum.

413 4.dist.6.q.2 ar.3.q.3.

AD Quartum sic proceditur. Videtur quòd non sit sacerdotis, catechizare & exorcizare baptizandum. Ad officium enim ministrorum pertinet habere operationem super immundos, vt Diony. dicit 5.c. Eccl. hie. sed catechumeni, qui instruuntur in catechismo, & energumeni qui purgantur in exorcismo, computantur inter immundos, vt ibidem Dionys.† dicit. ergo catechizare & exorcizare non pertinet ad officium sacerdotis, sed potius ministrorum.

* Ca.5. sit citatus de sacerdotum perfectionibus & cõtempla.

¶ 2 Præt. Catechumeni instruuntur de fide per sacram scripturam, quę in ecclesia per ministros recitatur: sicut enim per lectores in ecclesia legitur vetus testamentum, ita etiam per diacones & subdiacones legitur nouum. & sic ad ministros pertinet catechizare. Similiter etiam & exorcizare, vt videtur, ad ministros pertinet: dicit enim Isid.* in quadam epistola, Ad exorcistam pertinet exorcismos memoriter retinere, manusque super energumenos & catechumenos in exorcismo imponere. non ergo pertinet ad officium sacerdotis, catechizare & exorcizare.

*Refertur in dist.5.c. Perfectis. & dicitur esse in epi. ad Ludifredum.

¶ 3 Prętę. Catechizare idem est quod docere, & hoc idem est quod perficere, quod ad officium episcoporum pertinet, vt dicit Dionys.* 5.c. Eccl. hier. non ergo pertinet ad officium sacerdotis. Loco citato in arg.

¶ Sed

*Refertur de consec. dist.4.c. Catechismi. *Greg ho. 29. in euãg. mediũ.

¶ Sed contra est, quòd Nicol.* Papa dicit, Catechismi baptizandorum à sacerdotibus vniuscuiusque ecclesiæ fieri possunt. vnde Greg.† etiam super Ezechiel dicit, Sacerdotes cum per exorcismi gratiam, manum credentibus imponunt, quid aliud faciunt, nisi quòd dæmonia eijciunt?

¶ Respondeo Dicendum, quòd minister comparatur ad sacerdotem, sicut secundarium & instrumentale agens ad principale, vt indicat ipsum nomen ministri. Agens autem secundarium non agit sine principali agente, sed cooperatur principali agenti, in operando. Quanto autem potior est operatio, tanto principale agẽs potioribus indiget instrumentis seu ministris. Potior autem est operatio sacerdotis in quantum confert ipsum sacramentum, quam in præparatorijs ad sacramentum. & ideo supremi ministri qui dicuntur diacones, cooperantur sacerdoti in ipsa collatione sacramentorum. dicit, enim Isidor.* quod ad diaconem pertinet assistere sacerdotibus, & ministrare in omnibus, quæ aguntur in sacramentis Christi, in baptismo, scilicet, in chrismate, patena, & calice. Inferiores autem ministri cooperantur sacerdotibus in his, quæ sunt præparatoria ad sacramentum: sicut d lectores in catechismo, & exorcistæ d in exorcismo.

*De cõse. di.2.c.2. p lectis. dicitur esse, in epi. ad Ludifredum. D.3 to. D.159.

¶ Ad primvm ergo dicendum, quòd super immundos ministri habent operationem ministerialem, & quasi instrumentalem, sed sacerdos principalem.

¶ Ad secundum dicendum, quòd lectores & exorcistæ habent officium catechizandi & exorcizandi, non quidẽ principaliter, sed sicut in his sacerdoti ministrãtes.

¶ Ad tertium dicendum, quòd multiplex est instructio, vna conuersiua ad fidem, quam Diony.* tribuit episcopo in 2.eccl.hier. & potest competere cuilibet prædicatori, vel etiam cuilibet fideli. Secunda est instructio, qua quis eruditur de fidei rudimentis, & qualiter se debeat habere in susceptione sacramentorum, & hæc pertinet secundario quidem ad ministros, principaliter autem ad sacerdotes. Tertia est instructio de conuersatione christianæ vitæ, & hæc pertinet ad patrinos. Quarta est instructio de profundis mysterijs fidei, & perfectione christianæ vitæ, & hæc ex officio pertinet ad episcopos.

*Ca.2.eccle. hier. par.2.

QVAESTIO LXXII.

De sacramento Confirmationis in duodecim articulos diuisa.

CONSEQVENTER considerandum est de sacramento confirmationis.

Et circa hoc quæruntur duodecim.

¶ Primo, Vtrum confirmatio sit sacramentum.
¶ Secundo, De materia eius.
¶ Tertio, Vtrum sit de necessitate sacramenti, quod chrisma fuerit prius per episcopum consecratum.
¶ Quarto, De forma ipsius.
¶ Quinto, Vtrum imprimat characterem.
¶ Sexto, Vtrum character confirmationis præsupponat characterem baptismalem.
¶ Septimo, Vtrum conferat gratiam.
¶ Octauo, Cui competat recipere hoc sacramentum.
¶ Nono, In qua parte.
¶ Decimo, Vtrum requiratur aliquis, qui teneat confirmandum.
¶ Vndecimo, Vtrum hoc sacramentum per solos episcopus detur.
¶ Duodecimo, De ritu eius.

Articvlvs I.

Vtrum confirmatio sit sacramentum.

AD Primum sic proceditur. Videtur quòd confirmatio non sit sacramentum. Sacramenta enim ex diuina institutione efficaciam habent, sicut supradictum est*: sed confirmatio non legitur à Christo instituta. ergo non est sacramentum.

¶ 2 Præt. Sacramenta nouæ legis, in veteri lege præfigurata fuerunt. vnde Apostolus dicit 1. Corin. 10. quòd omnes in Moyse baptizati sunt, in nube & in mari, & omnes eandem escam spiritualem manducauerunt, & omnes eundem potum spiritalem biberunt: sed confirmatio non fuit præfigurata in veteri testamento, non ergo est sacramentum.

¶ 3 Præt. Sacramenta ordinantur ad hominum salutem: sed sine confirmatione potest esse salus. nam pueri baptizati sine confirmatione deceden tes saluantur. ergo confirmatio non est sacramentum.

¶ 4 Præt. Per omnia sacramenta ecclesiæ, homo, Christo conformatur, qui est sacramentorum auctor: sed per confirmationem non videtur homo Christo conformari, qui non legitur esse confirmatus. ergo confirmatio non est sacramentum.

¶ Sed contra est, quod Melchiades Papa scribit* Hispaniarum episcopis: De his, super quibus rogastis nos, vos informari, vtrum maius sit sacramentum, manus impositio episcoporum, an baptismus, sicut ore vtrumque magnum esse sacramẽtum.

¶ Respondeo Dicendum, quod sacramenta nouæ legis ordinantur ad speciales* gratiæ effectus: & ideo vbi occurrit aliquis specialis effectus gratiæ, ibi ordinatur speciale sacramentum. Quia verò sensibilia & corporalia gerunt spiritualium & intelligibilium similitudinem, ex his quæ in vita corporali aguntur, percipere possumus quid in spirituali vita gratiæ speciale existat. Manifestum autem est, quòd in vita corporali specialis quædam perfectio est, quòd homo ad perfectam ætatem perueniat & perfectas actiones hominis agere possit. vnde & Apostolus dicit 1. Cor. 13. Cum autem factus sum vir, euacuaui quæ erant paruuli, & inde est etiam, quòd præter motum generationis, quo aliquis accipit vitam corporalem, est motus augmenti, quo aliquis perducitur ad perfectam ætatem. Sic igitur & vitam spiritualem homo accipit per baptismum, qui est spiritualis regeneratio. In confirmatione autem homo accipit, quasi quandam perfectam ætatem spiritualis vitæ

414 Sup.6 c. ar.1.& 4 d. 2.q.1.ar.2. co & di 7. q.1.a.1.q. 1 per to & 4 c6.c.58. q.64.ar.2.

IN ar.1.& 2.72 aduerte vnum. scilicet ip chrisma hoc est, compositum ex oleo & balsamo, non ita est materia sacramenti confirmationis, sicut aqua est materia baptismi, quoni m sine balsamo confirmatio tradita valet. sine aqua autem baptismus non valet. Et de hoc extat textus clarus de sacramentis non reiterandis. ca. pastoralis vbi quæritur si confirmationis sacramentum in eo debeat reiterari, qui per erroré fuit non chrismate, sed oleo delinitus, & respondetur quod non. est aliquid iterandum sed caute supplendum, quod incaute fuerat prętermissum. Ex hoc enim apparet sacramentum confirmationis, quo ad substantialia, fuisse completum sine balsamo fuisset quietem aliquin reiterandum sine balsamo collatum. Vnde intelligimus mistum ex oleo & balsamo (p chrisma consueuimus vocare) esse regulam materiam cõfirmationis de necessitate præcepti, & non de necessitate sacramenti. Et videtur hoc ab ecclesia præcedenti tempore institutũ in primitiua siquidem ecclesia non videtur multum credibile: pauperrimos episcopos habuisse balsamũ, quo forte etiam hodie multi carent. Accedit ad hæc q chrismatis nomen quod secundum Dio. Apostoli imposuerunt huic sacramento, non significat balsamum. sed vnctionem, cui oleum sufficit.

Habetur de consec. di.5.c. De his quib, & est parũ ante med. illius epis. to.1. Concil. *alias spirituals.

Universidad de Deusto
Biblioteca

vitæ. vnde Melchiades Papa dicit*. Spiritussanctus, qui super aquas baptismi salutifero descendit lapsu, in fonte plenitudinem tribuit ad innocentiam, in confirmatione augmentum præstat ad gratiam, in baptismo regeneramur ad vitam, post baptismum confirmamur ad pugnam, in baptismo abluimur, post baptismum roboramur. & ideo manifestum est, quòd confirmatio est specia le sacramentum.

*In epi. ad Hispanarum pisc. a med. illius to. 1. Concil.

¶ Ad primvm ergo dicendum, quòd circa institutionem huius sacramenti est triplex opinio. Quidam enim dixerunt, quòd hoc sacramentum non fuit institutum nec à Christo, nec ab apostolis, sed postea processu temporis in quodam concilio. Alij vero dixerunt, quòd fuit institutum ab apostolis, sed hoc non potest esse, quia instituere nouum sacramentum, pertinet ad potestatem excellentiæ, quæ competit soli Christo. & ideo dicendum est, quòd Christus instituit hoc sacramentum, non exhibendo, sed promittendo, secundum illud Ioan. 16. Si non abiero, Paracletus non veniet ad vos: si autem abiero, mittam eum ad vos: & hoc ideo quia in hoc sacramento datur plenitudo Spiritussancti, quæ non erat danda ante Christi resurrectionem, & ascensionem, secundum illud Ioan. 7. Nondum erat Spiritus datus, quia Iesus nondum erat glorificatus.

¶ Ad secundum dicendum, quòd quia confirmatio est sacramentum plenitudinis gratiæ, non potuit habere aliquid respondens in veteri testamento, quia nihil ad perfectum adduxit lex, vt dicitur Heb. 7.

¶ Ad tertium dicendum, quòd (sicut supra dictum est*) omnia sacramenta sunt aliqualiter necessaria ad salutem: sed quædam sine quibus non est salus, quædam verò sicut, quæ operantur ad perfectionem salutis. & hoc modo confirmatio est de necessitate salutis, quamuis sine ea posit esse salus, dumtamen non prætermittatur ex contemptu sacramenti.

q. 65. ar. 4. ad 3. arg.

¶ Ad quartum dicendum, quòd illi qui confirmationem accipiunt, quæ est sacramentum plenitudinis gratiæ, Christo conformantur, inquantum ipse à primo instanti suæ conceptionis fuit plenus gratiæ & veritatis, vt dicitur Ioan. 1. Quæ quidem plenitudo declarata est in baptismo, quando Spiritussanctus descendit corporali specie super eum. vnde & Luc. 4. dicitur, quòd Iesus plenus Spiritu sancto, regressus est à Iordane. Non autè conueniebat dignitati Christi (qui est sacramentorum auctor) vt à sacramento plenitudinem gratiæ acciperet.

ARTICVLVS II.

Vtrum chrisma sit conueniens materia huius sacramenti.

415 In q. 84. a. 1. ad 1. Et 4. di. 7. q. 1. ar. 2. q. 1. & 3. Et 4. c6. c. 60. Art. præc. ad 1. arg.

AD secundum sic proceditur. Videtur quòd chrisma non sit conueniens materia huius sacramenti. Hoc enim sacramentum (vt dictum est*) institutum est à Christo promittente discipulis Spiritumsanctum: sed ipse misit eis Spiritum sanctum absque omni chrismatis iunctione: ipsi etiam Apostoli hoc sacramentum conferebant per solam manus impositionem absque chrismate: dicitur enim Act. 8. quòd Apostoli imponebant manus super baptizatos, & accipiebant Spiritum sanctum. ergo chrisma non est materia huius sacramenti, quia materia est de necessitate sacramenti.

¶ 2 Præt. Confirmatio quodammodo perficit sacramentum baptismi (sicut supra dictum est*) & ita debet ei conformari, sicut perfectio perfectibili: sed in baptismo est materia, simplex elementum, scilicet aqua. ergo huius sacramenti non est conueniens materia chrisma, quod conficitur ex oleo & balsamo.

Q. 65. ar. 4

¶ 3 Præt. Oleum assumitur in materia huius sacramenti ad inungendum: sed quolibet oleo potest fieri inunctio, puta oleo quod fit ex nucibus, vel ex quibuscunque aliis rebus. non ergo solum oleum oliuarum debet assumi ad huiusmodi sacramentum.

Q. 66. ar. 3.

¶ 4 Præt. Supra dictum est*, quòd aqua assumitur, vt materia ad baptizandum, quia vbique de facili inuenitur: sed oleum oliuarum non vbique inuenitur, & multo minus balsamum. non ergo chrisma, quod ex his conficitur, est conueniens materia huius sacramenti.

¶ Sed contra, quòd Greg.* dicit in registro, Presbyteri baptizatos infantes signare in frontibus sacro chrismate, non præsumant. ergo chrisma est materia huius sacramenti.

*Li. 3. c. 9. a medio li. ius.

¶ Respondeo Dicendum, quòd chrisma est conueniens materia huius sacramenti. Sicut enim dictum est*, in hoc sacramento datur plenitudo Spiritussancti ad robur spirituale, quod competit perfectæ ætati. Homo autem cum ad perfectam ætatem peruenerit, incipit iam communicare actiones suas ad alios, antea verò quasi singulariter sibiipsi viuit. Gratia vero Spiritussancti in oleo designatur, vnde Christus dicitur esse vnctus oleo lætitiæ, propter plenitudinem Spiritussancti quam habuit. & ideo oleum competit materiæ huius sacramenti. Admiscetur autem balsamum propter fragrantiam odoris, quæ redundat ad alios, vnde Apost. dicit 2. Cor. 2. Christi bonus odor sumus Deo &c. Et licet multa alia sint odorifera, tamen præcipuè accipitur balsamum propter hoc, quòd habet præcipuum odorem, & quia est sam incorruptionem præstat. vnde Eccl. 24. dicitur, Quasi balsamum non mistum odor meus.

* Ar. præc.

¶ Ad primvm ergo dicendum, quod Christus ex potestate excellentiæ, quam habet in sacramentis, contulit apostolis rem huius sacramenti, idest plenitudinem Spiritussancti sine sacramento, eo quod ipsi primitias Spiritussancti acceperunt, sicut dicitur Roma. 8. nihilominus tamen aliquid conforme materiæ huius sacramenti, exhibitum fuit apostolis sensibiliter in collatione Spiritussancti. quod enim sensibiliter Spiritussanctus super eos descendit in specie ignis, ad eandem significationem refertur, ad quam refertur oleum, nisi quod ignis habet vim actiuam, oleum autem habet vim passiuam, inquantum est materia, & fomentum ignis, & hoc satis competebat. nam per apostolos gratia Spiritussancti erat ad alios deriuanda. Super apostolos etiam Spiritussanctus descendit in figura linguę, quod ad idem significandum refertur, quod significat balsamum, nisi quòd lingua per locutionem est communicatiua ad alterum, balsamum vero per odorem: quia scilicet apostoli replebantur Spiritu sancto, vt fide idoctores: alii autem fideles, vt operatores eorum, quæ pertinent ad ædificationem fidelium. Similiter etiam ad impositionem manus apostolorum, & etiam ad eorum prædicationem, descendebat plenitudo Spiritussancti super fideles sub visibilibus signis, sicut & à principio descenderat super apostolos. vnde Petrus dicit Act. 11. Cum cœpissem loqui cecidit Spiritussanctus super eos, sicut & in nos in initio. & ideo non erat necessaria sensibilis materia sacramentalis, vbi sensibilia signa miraculosè exhibebantur diuinitus: vtebantur tamen apostoli communi crismate in exhibitione sacramenti, quando huiusmodi visibilia signa non exhibebantur: dicit enim Diony.* 4. ca. Eccle. hierar. Est quædam perfectiua operatio, quam duces nostri (idest apostoli) chrismatis hostiam nominant.

* C. 4. in prin.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ baptismus datur ad spiritualem vitam simpliciter consequendã, & ideo cõpetit illi sacramento materia simplex: sed hoc sacramentũ datur ad plenitudinẽ consequendã Spiritussancti, cuius est multiformis operatio, secundũ illud Sap. 7. est. n. in illa Spiritussanctus, vnicus, multiplex, & 1. ad Cor. 12. dicit, Diuisiones gratiarum sunt, idem autem Spiritus. & ideo conuenienter huius sacramenti est materia composita.

¶ Ad

¶ Super Quæstionis 72. Articulum tertium.

In ar. 3. aduerte propter casus emergentes, quòd licet constet ex ecclesiæ ritu materiam confirmationis oportere esse consecratam ab episcopo: non tamen euidenter constat, an ista necessitas sit ex sacramẽto, aut ex præcepto. Et dato, quòd sit ex necessitate sacramenti, restat adhuc dubiũ, an sic oporteat, quòd plenitudo Apostolicę potestatis non possit dispensatiue subrogare simplicem sacerdotem ad consecrationem materiæ, sicut potest ipsum subrogare ad collationem huius sacramenti, vt infra patebit.

¶ Et de primo quidem dubio apparet tenendum, quòd si episcopus confirmaret cum chrismate consecrato a simplici sacerdote sacẽ nullũ eẽt, iuxta verba Auctoris hic sententis, consecrationem huiusmodi pertinere ad necessitatem, & non ad solennitatem sacramenti: perspicacius tamen considerando oppositum, est magis rationi consentaneum, quia do qui dem nulla est maior cõsecratio eas quæ fit in eucharistia, quam cũ possit simplex sacerdos efficere omnẽ aliam non sacramentalem efficere potest: ita quòd facta tenet, quamuis peccet faciendo. Nec Auctor in litera explicat, q̃ ab episcopo omnino oporteat fieri, nihil tamen definitiue concludo. Legimus enim etiam apostolica sede dispensante circa ministrum huius sacramenti inconcussẽ se explicatum fuisse, quòd vtantur chrismate consecrato per episcopum, vt pate in concilio Florentino sub Eugenio IIII. De secunda autem quæstione nullam ego video rationem dubitandi, suppositã potestate Papę de mutatione ministri: qui enim potest maius, potest & minus: maius autem esse constat, quòd presbyter conferat confirmationis sacramentum, quàm conferat materiam sacramenti, quanto maius est sacramentum sua materia. Et propterea si Papa potest facere, quòd simplex sacerdos confirmet, potest etiam efficere, quòd idem consecret materiam.

4 16 4 di. 7. q. 1. ar. 2. q. 3

* Tracta. 80. in Ioã. a medio. to. 9.

*Habet de consecr. di. 4. ca. Presbyteris.

¶ Ad tertium dicendum, quòd proprietates olei quibus significatur Spiritussanctus, magis inueniuntur in oleo oliuarum, quam in quocumque alio oleo. vnde & ipsa oliua semper frondibus virens, virorem & misericordiam Spiritussancti significat. Hoc etiam oleum, propriè dicitur oleum, & maximè habetur in vsu vbi haberi potest: quilibet autem alius liquor, ex similitudine huius oleum nominatur: nec est in vsu communi, nisi in supplementum apud eos, quibus deest oleũ oliuarum. & ideo hoc oleum solum assumitur in vsum huius, & quorundam aliorum sacramentorum.

¶ Ad quartum dicendum, quòd baptismus est sacramentum absolutæ necessitatis: & ideo eius materia debet inueniri vbique. Sufficit autem quòd materia huius sacramenti, quod non est tantæ necessitatis, possit de facili ad omnia loca terrarum deferri.

ARTICVLVS III.

Vtrum sit de necessitate huius sacramenti, quòd chrisma fuerit prius per episcopum consecratum.

AD tertium sic proceditur. Videtur, quòd non sit de necessitate huius sacramenti, quòd chrisma quod est materia huius sacramenti, fuerit prius per episcopum consecratum. Baptismus enim in quo fit plena remissio peccatorum, non est minoris efficaciæ, quàm hoc sacramentum: sed licet quædam sanctificatio adhibeatur aquæ baptismali ante baptismum, nõ tamen est de necessitate sacramenti: quia in articulo necessitatis præteriri potest. ergo non est de necessitate huius sacramenti, quod chrisma fuerit prius per episcopum consecratum.

¶ 2 Præt. Idem non debet bis consecrari: sed materia sacramenti sanctificatur in ipsa collatione sacramenti, per formam verborum, qua confertur sacramentum. vnde & Aug.* dicit super Io. Accedit verbum ad elementum, & fit sacramentum. non ergo debet prius chrisma consecrari, quàm hoc sacramentum tradatur.

¶ 3 Præt. Omnis consecratio, quæ fit in sacramentis, ad consecutionem gratiæ ordinatur: sed materia sensibilis confecta ex oleo & balsamo non est capax gratiæ. ergo non debet ei ali qua consecratio adhiberi.

¶ Sed contra est, quòd Inno. Papa* dicit, Presbyteris, cum baptizant, chrismate baptizatos vngere liceat, quòd ab episcopo fuerat consecratum: non tamẽ frontem ex eodem oleo signare, quod solum debetur episcopis, cum tradunt paracletum: quod quidem fit in hoc sacramento. ergo ad hoc sacramentum requiritur chrisma per episcopum consecratum.

¶ Respon. Dicendum, tota sacramentorum sanctificatio à Christo deriuatur, vt supra dictum est*. Est autem considerandum, quòd quibusdam sacramentis habentibus materiam corpoream, Christus est vsus, scilicet baptismo & etiam eucharistia, & ideo ex ipso vsu Christi, materiæ horum sacramentorum aptitudinem acceperunt ad perfectionem sacramenti. vnde Chryso.* dicit, quòd nunquam aquæ baptismi purgare peccata crederentium possent, nisi tactu dominici corporis sanctificatæ fuissent. & similiter ipse Dominus accipiens panem, benedixit: similiter autem & calicem, vt habetur Matth. 26. & Luc. 22. & propter hoc non est de necessitate horum sacramentorum, quòd materia prius benedicatur: quia sufficit benedictio Christi. Si qua verò benedictio adhibeatur, pertinet ad solennitatem sacramenti, non autem ad necessitatem. Vnctionibus autem visibilibus Christus non est vsus, ne fieret iniuria inuisibili vnctioni, qua est vnctus præconsortibus suis. & ideo tam chrima quàm oleum sanctum infirmorum, prius benedicuntur quam adhibeantur ad vsum sacramenti.

¶ Ad primvm ergo patet responsio ex dictis*.

¶ Ad secundum dicendum, quòd vtraque consecratio chrismatis non refertur ad idem: sicut enim instrumentum virtutem instrumentalem acquirit dupliciter, scilicet quando accipit formam instrumenti, & quando mouetur à principali agente ad effectum, ita etiam materia sacramenti duplici sanctificatione indiget: per quarum vnam fit propria materia sacramenti, per aliam verò applicatur ad effectum.

¶ Ad tertium dicendum, quòd materia corporalis non est capax gratiæ quasi gratiæ subiectum, sed solum sicut gratiæ instrumentum, vt supra dictum est,* & ad hoc materia sacramenti consecratur, vel ab ipso Christo, vel ab episcopo, qui gerit in hoc ecclesia personam Christi.

¶ In cor. ar. Durandus occurrit in 4. sent. dist. 7. quæ. 2. contra literæ rationem arguẽs, volens ipsam peccare secundum non causam vt causam, quantum ad sanctificationem materiæ ex cõtactu, vel non contactu Christi: tum, quia si contactus Christi sanctificauit materiã, puta aquam & panem, vel fieret iniuria sanctificationi primæ ex supra dicta sanctificatione ab ecclesia, si sunt eiusdem rationis, vel prima esset insufficiens, si secũda est alterius ratio nis: tum, quia Christus vsus est visibilibus vnctionibus, in vita a Magdalena plures, & in morte a Nicodemo, ac per hoc sanctificauit vnctiones si cõtactus eius sanctificatiuus est. Et sic sanctificata esset etiam materia huius sacramenti, nec egeret consecratione, cuius oppositum dicit.

* Refertur de consec. di. 4. c. nũ quã aqua.

¶ Ad hoc dicitur, rationem Auctoris in sua probabilitate sol dam stare, & quod prima sancti ficatio cõstituit ma teriam sacramenti & propterea alterius eit rationis a benedictiõe eiusdem materię, quã ecclesia adhibet: quoniam hæc secũda non ordinatur ad constituendam materiam, sed ad solennitatem quãdam & deuotionẽ, fugationem dæmonum, & huiusmodi. Vnde non arguit secunda insufficientiam primæ, nec illi iniuriatur nea dicit Auctor quẽcumque Christi contactum sanctificare materiam sacramenti, sed contactum in vsu sacramenti, quali contactu non tetigit vnctiones: nec obstat quod ex vsu sacramẽti Christus nihil accepit, ac per hoc per accidens vsus conuertit, & solus contactus per se, quoniam ipso contactu sanctificauit hoc

Q. 64. ar. 3

Q. 62. ar. 1 2. & 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

hos, inquam, non obstat quoniam de vsu cõstituiuo sacramẽti est sermo, ita quòd sensus est contactus Christi in constituendo sacramentum, est sanctificatiuus materiæ. Et sic fugantur obiectiones Durandi.

417 Inf. q.84. ar.3.cor.Et 4.di.7.q.1 art.3.q.3. Et op. 22.

¶ *Super quæstionis septuagesimæsecundæ, Articulum quartum.*

IN articulo quarto aduerte pro hoc, & cæteris sacramentis, quod licet in antiquis iuribus non inueniantur expressi omnes sacramentorum formæ posterioribus tamen temporibus, scilicet sub Eugenio IIII. in cõcil. Florẽtino, in quo etiam fuit ecclesia orientalis, explicatæ sunt omnium sacramẽtorum formæ cum reliquis omnibus requisitis ad omnia, & singula sacramenta. vbi & ponitur ista forma sacramenti cõfirmationis, nisi quod hic dicitur, Consigno, & ibi legitur, Signo te signo crucis, & idẽ est sensus.

Q.65.ar.4 & ar. 2.huius q.arg.1

In initio art. posita

ARTICVLVS IIII.

Vtrum hæc sit conueniens forma huius sacramenti, Consigno te signo crucis &c.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd hæc non sit conueniens forma huius sacramenti, consigno te signo crucis, & confirmo te chrismate salutis, in nomine Patris & Filii & Spiritussancti, Amen. Vsus enim sacramentorum à Christo & ab apostolis deriuatur: sed, neque Christus hanc formam instituit, nec Apostoli ea vsi leguntur. ergo hæc non est conueniens forma huius sacramenti.

¶ 2 Præt. Sicut sacramentum est idem apud omnes, ita & forma debet esse eadem: quia qualibet res habet vnitatem, sicut & esse à sua forma: sed hac forma non omnes vtuntur quidam enim dicunt, cõfirmo te chrismate sanctificationis. ergo hæc non est conueniens forma huius sacramenti.

¶ 3 Præt. Sacramentum hoc debet conformari baptismo, sicut perfectio perfectibili, vt supra dictum est*: sed in forma baptismi non fit mentio de consignatione characteris, nec etiam de cruce Christi (cum tamen per baptismum homo Christo commoriatur, vt Apostolus dicit Rom. 6.) nec etiam fit mentio de effectu salutis, cum tamen baptismus sit de necessitate salutis. In forma etiam baptismi ponitur vnus actus tantum, & exprimitur persona baptizantis, cum dicitur, ego te baptizo, cuius contrarium apparet in forma prædicta*. non ergo est conueniens forma huius sacramenti.

Posita in initio ar.

¶ SED CONTRA est, auctoritas ecclesiæ, quæ hac forma communiter vtitur.

¶ Respondeo Dicendum, quòd prædicta.* forma est conueniens huic sacramento. Sicut enim forma rei naturalis dat ei speciem, ita forma sacramenti continere debet quicquid pertinet ad speciem sacramenti. Sicut autem ex supradictis patet,* in hoc sacramento datur Spiritussanctus ad robur spiritualis pugnæ. & ideo in hoc sacramento tria sunt necessaria, quæ continentur in forma prædicta.* Quorum primum est, causa conferens plenitudinem roboris spiritualis, quæ est sancta Trinitas, quæ exprimitur cum dicitur, In nomine Patris &c. Secundum est ipsum robur spirituale, quod homini confertur per sacramentum materiæ visibilis ad salutem, quod quidem tangitur, cum dicitur, Confirmo te chrismate salutis. Tertium est signum, quod pugnatori datur, sicut & in pugna corporali, milites insignijs ducum insigniuntur. & quantum ad hoc dicitur, Consigno te signo crucis, in quo scilicet rex noster triumphauit, vt dicitur Colos. 2.

Ar. 1. huius quæst.

Posita in 3. arg.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd (sicut supra dictum* est) per ministerium apostolorum quandoque dabatur effectus huius sacramenti, scilicet plenitudo Spiritussancti, quibusdam visibilibus signis miraculosè à Deo effectis, qui potest effectum sacramenti sine sacramento conferre. & tunc non erat necessaria nec materia nec forma huius sacramenti. Quandoque autem tanquam ministri sacramentorum, hoc sacramentum præbebant, & tunc sicut materia, ita & forma ex mandato Christi vtebantur. Multa enim seruabant apostoli in sacramentorum collatione, quæ in scripturis communiter propositis non sunt tradita. Vnde Diony*. dicit in fine Eccle. hierar. Consummatiuas inuocationes, idest verba quibus perficiuntur sacramenta, non est iustum scripturas interpretantibus neque mysticum earum, aut in ipsis operatas ex Deo virtutes, ex occulto ad commune adducere: sed nostra sacra traditio, sine pompa, idest occultè eas edocet. Vnde & Apostolus dicit, loquens de celebratione eucharistiæ. 1. Corinth. 11. Cætera, cum venero, disponam.

Art. 1. huius q. ad 1. arg.

*Ca. 7. eccles. hier. part. inter medium & finem.

¶ Ad secundum dicendum, quòd sanctitas est salutis causa. & ideo in idem redit, quod dicitur chrismate salutis & sanctificationis.

¶ Ad tertium dicendum, quòd baptismus est regeneratio in spiritualem vitam, qua homo viuit in seipso: & ideo non ponitur in forma baptismi nisi vnus actus ad ipsum hominem sanctificandum pertinens: sed hoc sacramentum non solum ordinatur ad hoc, quòd homo sanctificetur in seipso, sed exponitur cuidam pugnæ exteriori. & ideo non solum fit mentio de interiore sanctificatione cum dicitur, confirmo te chrismate saluti: sed etiam consignatur homo exterius quasi vexillo crucis ad pugnam spiritualem, quod significatur cum dicitur, Consigno te signo crucis. Ipso autem verbo baptizandi, quod ablutionem significat, potest intelligi & materia, quæ est aqua abluens, & effectus salutis, quæ non intelliguntur in verbo Confirmandi: & ideo oportuit hæc ponere. Dictum est autem supra*, quòd hoc quod dicitur, ego, non est de necessitate formæ baptismalis: quia in intelligitur in verbo primæ personæ: apponitur tamen ad exprimendam intentionem, quod non est tam necessarium in confirmatione, quæ non exhibetur nisi ab excellenti ministro, vt infra* dicetur.

Q.66.ar.5 ad 1.

Ar. 1. huius q.

ARTICVLVS V.

Vtrum sacramentum confirmationis imprimat characterem.

AD quintum sic proceditur. Videtur quòd sacramentum confirmationis non imprimat characterem. Character enim importat quoddam signum distinctiuum: sed per Sacramentum confirmationis non distinguitur homo ab infidelibus, hoc enim fit per baptismum: neque etiam ab aliis fidelibus, quia hoc sacramentum ordinatur ad pugnam spiritualem, quæ omnibus fidelibus indicitur. non ergo in hoc sacramento imprimitur aliquis character.

¶ 2 Præt. Supra dictum est*, quòd character est quædam potentia spiritualis: potentia autem non est nisi actiua, vel passiua. Potentia autem actiua in sacramentis, confertur per sacramentum ordinis: potentia autem passiua siue receptiua per sacramentũ confirmationis, ut ipsius sacramenti nomẽ testatur, est characteris baptismalis cõfirmatio: per baptismum enim fit christianus, infirmus tamẽ (quia est sicut modo, geniturus infans) per confirmationẽ autem firmatur, ac per hoc ex eadẽ parte vtriusque se tenet sacri character, & per cõsequens character confirmationis est, vt perficiẽs characterẽ baptismalem, qui cum se teneat ex parte recipientis, trahit secum suæ confirmationis characterem. Vnde de confes. di. 5. c. de his vero Melchiades papa inquit: Ita conjuncta sunt hæc duo sacra quorum vnum sine altero rite per fici non potest, gl. idest, Christianum facere non potest, supple, perfectũ. Apparet etiam hoc idẽ ex actibus vtriusq. characteris, nã baptismi est confiteri fidem: confirmationis autem libere, seu intrepide, confiteri eandem, vbi patet secundũ perficere & firmare primum. Patet etiam non sic esse intelligendum characterem esse potẽtiam passiuam, tãquam si poneretur pure passiua, potest enim, aliquem actum habere, cũ hoc, quod constituit sacrorum receptium perfectũ, seu firmum: baptismalis quidem character receptiuum absolute, confirmationis aũt receptiuum, perfecte & libere constituit.

* Referẽ de confe. d. 5. c. de homine.

q. 63. art. 2.

Ar. 1. huius quæst.

¶ Sed contra, In omni sacramento, quod non iteratur imprimitur character: sed hoc sacramentum non iteratur, dicit enim Grego. * de homine, qui à Pontifice confirmatus fuerit denuo, talis iteratio prohibenda est. ergo in confirmatione imprimitur character.

¶ Respondeo dicendum, quòd (sicut supra dictum est*) character est quædam spiritualis potestas ad aliquas sacras actiones ordinata. Dictum est autem supra, † quòd sicut baptismus est quædam spiritualis regeneratio in vitam christianam: ita etiam confirmatio est quoddam spirituale augmẽtum promouens hominem in spiritualem ætatem perfectam. Manifestum est autem ex similitudine corporalis vitæ, quòd alia est actio hominis statim nati: & alia actio, quæ competit ei cum ad perfectam ætatem peruenerit. Et ideo per sacramentum confirmationis datur homini potestas spiritualis, ad quasdam alias actiones sacras, præter illas ad quas datur ei potestas in baptismo. Nam in baptismo accipit homo potestatem ad ea agenda, quæ ad propriam pertinent salutem, prout scilicet secundum seipsum viuit, sed in confirmatione accipit homo potestatem ad agendum ea, quæ pertinent ad pugnam spiritualem contra hostes fidei: sicut patet ex exẽplo Apostolorum, qui antequam plenitudinem Spiritussancti acciperent, erant in cenaculo perseuerantes in oratione: postmodum verò egressi, non verebantur publicè fidem fateri, etiam coram inimicis fidei christianæ. & ideo manifestum est, q in sacramento confirmationis imprimitur character.

4.di.7.q.2. ar.1.q.1. & q.3.arti.3. q.3.

¶ Ad primum ergo dicendum, q pugna spiritualis contra hostes inuisibiles, omnibus competit: sed contra hostes visibiles, idest, contra persecutores fidei pugnare, nomen Christi publicè confitendo, est confirmatorum, qui iam sunt perducti spiritualiter ad virilem ætatem, secundum q dicitur 1. Io. 2. Scribo vobis iuuenes quoniã fortes estis, & verbum Dei in vobis manet, & vicistis malignum. & ideo character confirmationis est signum distinctiuum, nõ infidelium à fidelibus, sed spiritualiter prouectorum ab his quibus dicitur. Sicut modo geniti infantes.

Q.63.ar.5.

¶ AD secundum dicendum, q omnia sacramenta sunt quædam fidei protestationes. Sicut igitur baptizatus accipit potestatem spiritualem ad protestandã fidem per susceptionem aliorum sacramentorum: ita confirmatus accipit potestatem publicè fidem Christi uerbis profitendi, quasi ex officio.

¶ Ad tertium dicendum, q sacramenta ueteris legis dicuntur iustitiæ d carnis, (ut patet Heb. 9.) quia. s. interius nihil efficiebant. & ideo in circuncisione imprimebatur character solum in corpore, non autem in anima, sed in confirmatione cum charactere corporali imprimitur simul character spiritualis, eo q est sacramentum noũ legis.

D. 1095.

ARTICVLVS VI.

Vtrum character confirmationis præsupponat characterem baptismi.

AD Sextum sic proceditur. Videtur quòd character confirmationis non præsupponat ex necessitate characterem baptismalem. Sacramentum enim confirmationis ordinatur ad confitendum publicè fidẽ Christi: sed multi ẽt ante baptismum sunt fidẽ Christi publicè confessi, sanguinẽ fundentes pro fide. ergo character cõfirmationis non præsupponit characterem baptismalem.

¶ 2 Præ. De Apostolis non legitur, q fuerint baptizati (præsertim cum dicatur Io. 4. q ipse Christus non baptizabat, sed discipuli eius) & tamen postea fuerunt confirmati per aduentum Spiritussancti. ergo similiter alii possunt confirmari antequam baptizentur.

¶ 3 Præ. Act 10. dicitur, q adhuc loquente Petro, cecidit Spiritussanctus super eos qui audiebant verbum, & audiebant eos loquentes linguis. & post ea Petrus iussit eos baptizari. ergo per confirmationẽ possunt alii prius confirmari, quam baptizentur.

¶ Sed contra est, q Rabanus dicit in li. * de inst. cleri. Nouissimè à summo Sacerdote, per impositionem manus paracletus traditur baptizato, ut roboretur per Spiritum sanctum ad prædicandum.

*li. 1. c. 30. in prine.

¶ Respõ. Dicendum, q character confirmationis ex necessitate præsupponit characterem baptismalẽ: ita. s. q si aliquis non baptizatus confirmaretur, nihil reciperet, sed oporteret, iterato ipsum confirmari post baptismum. Cuius rõ est: quia sicut se habet confirmatio ad baptismum, ita augmentum ad generationẽ, vt ex supradictis patet*. Manifestum est autem, q nullus potest promoueri in ætatem perfectam, nisi primo fuerit natus. & similiter nisi primo aliquis fuerit baptizatus, nõ potest sacramentum confirmationis accipere.

Ar. 1. huius q.

¶ AD primum ergo dicendum, q virtus diuina nõ est alligata sacramentis. Vnde potest conferre homini spirituale robur ad confitendum publicè fidem Christi absq; sacramento confirmationis, sicut ẽt potest consequi remissionem peccatorum sine baptismo. Sicut tamẽ nullus consequitur effectum baptismi, sine baptismi voto, ita nullus consequitur effectum confirmationis sine voto ipsius: quod potest haberi etiam ante susceptionem baptismi.

¶ AD secundum dicendum, q sicut Augu. * dicit ex hoc q Dominus dicit Ioann. 13. Qui lotus est, non indiget nisi ut pedes lauet, intelligimus, Petrum & alios

Epi. *108. tomo 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Christi discipulos fuisse baptizatos, siue baptismo Ioannis (sicut nonnulli arbitrantur) siue quod magis credibile est, baptismo Christi: neque.n. renuit ministerium baptizandi, vt haberet & baptizatos seruos, per quos cæteros baptizaret.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ audientes prædicationẽ Petri, acceperunt effectum confirmationis miraculosè: non tamen confirmationis sacramentum. Dictum est autem,* ꝙ effectus confirmationis potest alicui conferri ante baptismum, non autem sacramentum confirmationis: sicut.n. effectus confirmationis, qui est robur spirituale, præsupponit effectum baptismi, qui est iustificatio, ita sacramentum confirmationis præsupponit sacramentum baptismi.

Art. 4. & 2. ad 1. arg.

ARTICVLVS VII.

¶ Super quæstionis 72. Articulum septimum.

Vtrum per sacramentum confirmationis conferatur gratia gratum faciens.

AD Septimum sic proceditur. Videtur quòd per hoc sacramentũ gratia gratum faciens nõ conferatur. Gratia.n. gratum faciens, ordinat contra culpam: sed hoc sacr̃m (sicut dictũ est*) nonexhibetur nisi baptizatis, q̃ sunt à culpa mundati. ergo per hoc sacramentum, gratia gratum faciens nõ confertur.

¶ 2 Præt. Peccatores maximè indigent gratia gratum faciente, per quam solã iustificari possunt. si ergo per hoc sacr̃m gratia gratum faciens confert, videtur ꝙ deberet dari hominibus in peccato existentibus: quod tamen nõ est verum.

¶ 3 Præte. Gratia gratum faciens, specie non differt, cum ad vnum effectum ordinetur, sed duæ formæ eiusdẽ speciei non possunt esse in eodem subiecto. cum ergo gratia gratum faciens conferatur homini per baptismum, videtur quòd per sacramentum confirmationis, quod non exhibetur, nisi baptizato, gratia gratum faciens non conferatur.

¶ Sed contra est, ꝙ Melchiades Papa dicit,* spiritussanctus in fonte baptismi, plenitudinem tribuit ad innocẽtiam, in confirmatione augmentũ præstat ad gratiam.

¶ Respondeo Dicendum, ꝙ in hoc sacramento (sicut dictum est*) datur baptizato Spiritussanctus ad robur, sicut apostolis datus est in die Pentecostes, (vt legitur Act. 2.) & sicut dabat baptizatis per impositionẽ manus apostolorum, vt dr̃ Act. 8. Ostensum est aũt in prima parte,* ꝙ missio, seu datio Spiritussancti, non est nisi cum gratia gratum faciente: unde manifestum est, ꝙ gratia gratum faciens conferatur in hoc sacramento.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ gratiæ gratum facientis primus effectus est remissio culpæ: habet tamẽ, & alios effectus: quia sufficit ad hoc, ꝙ promoueat hominem per omnes gradus vsque in ultam æternam, secũdum illud Ro. 6. Gratia Dei vita æterna: vnde & Paulo dictum est 2. Co. 12. Sufficit tibi gratia mea. Et ipse dicit 1. Corin. 15. Gratia Dei sum id quod sum, & ideo gratia gratum faciens, nõ solum datur ad remissionem culpæ, sed etiam ad augmentum, & firmitatem iustitiæ. Et sic confertur in hoc sacramento.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ sicut ex ipso nomine apparet, hoc sacramẽtum datur ad confirmandum, quod prius inuenerit, & ideo non debet dari his, qui non habent gratiam, & propter hoc sicut non datur non baptizatis, ita non debet dari adultis peccatoribus, nisi per pœnitentiam reparatis. vnde dicitur in Aurelianensi cõcilio, *vt ieiuni ad confirmationem veniãt, vt moneantur confessionem facere prius, vt mundi donum Spiritussancti valeant accipere. Et tunc, per hoc sacramentum perficitur pœnitentiæ effectus, sicut & baptismi: quia per gratiam collatã in hoc sacramento, consequitur pœnitens plenior remissionem peccati. Et si aliquis adultus in peccato existens, cuius conscientiam non habet, vel si etiam non perfectè cõtritus accedat, dummodo, non fictus accedat, per gratiã collatam in hoc sacramento, consequetur remissionem peccatorum.

*Habet de conſ. d. 5. c. ut ieiunii. D. 38.

¶ Ad tertium dicendum, quòd (sicut dictum est*) gratia sacramentalis addit sup̃ gratiam gratum faciẽtem communiter sumptam, aliquid effectiuum* specialis effectus, ad quod ordinatur sacramentum. Si ergo cõhideretur gratia in hoc sacramento collata, quantum ad id quod est commune, sic per hoc sacramentum nõ cõfertur aliqua alia gratia, quàm per baptismum, sed quæ prius inerat, augetur: si autem consideretur quantũ ad illud speciale quod superadditur, sic non est eiusdem speciei cum ipsa.

q. 62. art. 2. *Alias ſpiritualis.*

ARTICVLVS VIII.

Vtrum hoc sacramentum sit omnibus exhibendum.

¶ Super quæstionis 72. ar. octauũ, nonum, & decimum, & vndecimum. 421 4. di. 7. q. 1. ar. 2. q. 2. & 3. & d. 25. q. 2. ar. 1. q. 2.

AD Octauum sic proceditur. Videtur ꝙ hoc sacramentum nõ sit omnibus exhibendum. Hoc.n. sacramentum ad quandam excellentiã datur, ut dictum est: * sed id quod ad excellentiam pertinet, non cõpetit omnibus, ergo hoc sacr̃m non debet omnibus dari

¶ 2 Præ. Per hoc sacr̃m augetur aliquis ipsũ aliter in perfectã ætatem: sed perfecta ætas repugnat ætati puerili. ergo ad minus pueris dari non debet.

¶ 3 Præter. Sicut Melchiades Papa dicit, †post baptismum confirmamur ad pugnam: sed pugnare non cõpetit mulieribus, propter fragilitatẽ sexus. ergo nec mulieribus hoc sacr̃m dari debet.

¶ 4 Præte. Melchiades Papa dicit, *quòd quamuis continuo transituris, sufficiant regenerationis beneficia, victuris tñ, confirmationis beneficia necessaria sunt: quia confirmatio armat, & instruit ad agones mũdi huius sa ad firmandum Christianum, ut libere Christum crucifixum confiteaẽ, secundum essentiã gratiæ, est eiusdẽ speciei cum gratia collata in baptismo, sed secundum auxilium firmitatis procedentis a gratia (quod gratia sacr̃alis uocat) specie differt a gratia baptismali.

In Ar. 8. 9. 10. & 11. tantúmodo occurrit de ministro confirmationis, ob factum Gregorii notare, quòd episcopus est regulariter prius minister cõfirmatiõis, & hoc omniafere iura clamãt: sed ultra hoc credimus ẽt episcopum ita esse proprium ministrum huius sacramenti, quòd si per simplicem sacerdotem detur, irritum ẽit, & inane. & hoc tenetur auctoritate Melchiadis Papæ in c. de his, & Eusebii Papæ i c. manus. de conſ. diſt. 5. Et

*In epi. ad Hiſpa. epiſ. a me. illius. t. 1. concil. loco nunc proxime citato & habetur de cõſecr. d. 5. ca. Spiritusſanctus.

Et cum hoc credimus etiam ex apostolica dispensatione per simplicem sacerdotẽ dari posse hoc sacramentum, & hoc tenemus auctoritate beati Gregor. in c. peruenit 95. diſt. ita ꝙ hoc est imitabile circa ministrum huius sacramenti, ꝙ episcopus est ita minister proprius confirmationis, quòd a nõ episcopo facta nulla est, & tamen ex dispensatione apostolica non episcopus potest illã conferre.

Ar. 1. huius quæſt.

¶ Et licet multi multa in hoc scripserint soli tamen illi verum scripserunt, qui noluerũt sapere plusquam oportet: istis .n. sanctorum auctoritas præponenda est rationi: vnde etiam legimus in concilio vniuersali Florentię sub Eugenio IIII. vtrumq; Armenis authentice expositum, cum de hoc sacramento fuerunt instructi, vt patet in literis Eugenij: vnde & Auctor rationem conatus ẽt reddere ex differentia inter Papam & alios episcopos, quo ad eminentiam potestatis: quia Papa in plenitudinem assumptus, est potestatis, reliqui autem in partem solicitudinis: in dicta autem synodo nulla redditur ratio, nisi dispensatio apostolicæ sedis ex rationali & vrgente causa. Quod ideo dixerim vt ratio ab Auctore reddita non parui fiat sed cum veneratione suscipiatur, tamquam amplexa a sacro Concilio, attribuente hoc dispẽsationi apostolicæ sedis: constat .n. dispensare in huiusmodi ad maximam spectare potestatem.

In corp. ar.

Inter principiũ & medium illius, & habetur hæc ho. to. 2. in fine illius.

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ hoc sacramentum datur ad quandam excellentiam: non quidem vnius hominis ad alium (sicut sacramentũ ordinis) sed hominis ad seipsum: sicut idem perfectus uir existens, habet excellentiam ad se puerum.

¶ Ad secundum dicẽdum, quòd (sicut dictum est*) ætas corporalis non præiudicat animæ: vnde etiam in puerili ætate homo potest consequi perfectionem spiritualis ætatis, de qua dicitur Sap. 4. Senectus venerabilis est non diutur na, neque numero annorũ computata. & inde est, ꝙ multi in puerili ætate propter robur Spiritussancti perceptum, vsq; ad sanguinẽ fortiter certauerunt pro Christo.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ sicut Chryſ.* dicit in Homilia de Machabæis, in mundanis agonibus, ætatis, ac formę generisq; dignitas requiritur: & ideo feruis ac mulieribus, & senibus ac pueris ad eos aditus denegatur: in cælestibus autem, omni personæ & ætatiac sexui, indiscreta facultate stadiũ patet. & in Ho. de militia spirituali dicit,* apud Deũ femineus ẽt militat sexus. Multæ namq; feminæ animo uirili spiritualem militiam gesserunt: quædam.n. interioris hominis uirtute, viros æquauerunt in agonibus martyrium: quædam etiam fortiores uiris extiterũt. & ideo etiam mulieribus hoc sacramentum conferendum est.

*Hom. 6. in nu. ſexdeci homiliarũ a me. to. 5

In corp. ar.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ (sicut dictum est*) anima ad quam pertinet spiritualis ætas, immortalis est, & ideo etiam morituris hoc sacramentum dandum est, ut in resurrectione perfecti appareant, secundũ illud Eph. 4. Donec occurramus omnes in virum perfectũ, in mensuram ætatis plenitudinis Christi. Et ideo Hugo de san. Victo. dicit,* omnino periculosum esset, si ab hac vita sine confirmatione migrare contingeret: non quia damnaretur, nisi forte propter contemptum, sed quia detrimentum perfectionis pateretur: unde etiam pueri confirmati decedentes, maiorem gloriam consequuntur, sicut & hic maiorem obtinent gratiam. Auctoritas autem illa intelligitur, quantum ad hoc, ꝙ morituris non est necessarium hoc sacramentum propter periculum pugnæ præsentis.

*Lib. 2. de ſacra. par. 7 ca. 3. circa prin.

ARTICVLVS IX.

Vtrum hoc sacramentum sit conferendum homini in fronte.

AD Nonum sic proceditur. Videtur ꝙ hoc sacramentum non sit conferendum homini in fronte. Hoc.n. sacramentum est perfectiuum baptismi, ut supra dictum est:* sed sacramentum baptismi confertur homini in toto corpore. ergo hoc sacramentum non debet conferri solum in fronte.

422 Inf. art. 11. ad 3. Et 4. d. 7. q. 3. ar. 3. q. 2. Et 4. contr. c. 60. Et quol. 11. ar. 7. cor. Et Ro. 1. lec. 5. fi. & ca. 10. lec. 2. cor. 2 Q. 65. ar. 4. †Ar. 1. & 2. huius q.

¶ 2 Præt. Hoc sacramentum datur ad robur spirituale, ut supra dictum est: †sed spirituale robur maximè cõsistit in corde. ergo hoc sacramentum magis debet conferri supra cor, quàm in fronte.

¶ 3 Præ. Hoc sacr̃m datur homini ad hoc, ꝙ liberè fidem Christi confiteatur: sed ore fit confessio ad salutẽ, vt dr̃ Ro. 10. ergo hoc sacr̃m magis debet conferri circa os, quàm in fronte.

¶ Sed contra est, quòd Rabanus dicit* in lib. de institutione clericorum, signatur baptizatus chrismate in summitate capitis per sacerdotem, per pontificem uero in fronte.

*Lib. 1. ca. 30. circa princ.

¶ Respondeo dicẽdum, quòd (sicut supra dictũ est*) in hoc sacramento homo accipit spiritumsanctum ad robur spiritualis pugnæ, vt fortiter etiam interaduersarios fidei, Christi fidem confiteatur: vnde conuenienter signatur chrismate signo crucis in fronte propter duo. Primo quidem, quia insignitur signo crucis, sicut miles signo ducis, quod quidem debet esse euidens & manifestum, inter omnia autem loca corporis humani, maximè frons manifesta est, quæ quasi numquam obtegitur. & ideo linitur confirmatus chrismate in fronte, ut in manifesto demonstraret se esse Christianum, sicut & apostoli post acceptum Spiritumsanctum se manifestauerunt, qui prius in cenaculo latebant. Secundo, quia aliquis impeditur à libera confessione nominis Christi, propter duo. s. propter timorem & propter verecundiã: utriusq. autem horum signum maximè manifestatur in fronte propter duo. s. propter propinquitatem imaginationis, & propter hoc quòd spiritus à corde directè ad frontem ascendunt, vnde verecundari erubescunt, timentes autem pallescunt, ut dicitur in 4. Ethicor. & ideo in fronte signatur chrismate, vt neque propter timorem, neq; propter erubescentiam, nomen Christi confiteri prætermittat.

Ar. 1. 2. & 4 huius q.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd principium fortitudinis est in corde, sed signum apparet in fronte, unde dicitur Ezech. 3. Ecce dedi frontem tuam duriorem frontibus

Universidad de Deusto
Biblioteca

bus eorum,& ideo sacramẽtum eucharistiæ, quo homo in seipso confirmatur, pertinet ad cor, secundum illud psal. 103. Panis cor hominis confirmet: sed ad sacramentum confirmationis requiritur signum fortitudinis ad alios,& ideo exhibetur in fronte.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ hoc sacramentum datur ad liberè confitendum, non autem ad confitendum simpliciter: quia hoc fit etiam in baptismo, & ideo nõ debet dari in ore, sed in fronte, ubi apparent signa passionum, quibus libera confessio impeditur.

ARTICVLVS X.

Vtrum ille qui confirmatur, debeat teneri ab alio.

421 2.di.7.q.3. ar.3.q.1. AD Decimum dicendum sic proceditur. Videtur ꝙ ille qui confirmatur, non debeat ab alio teneri ad confirmationẽ. Hoc.n. sacrm non solum pueris, sed etiã adultis exhibetur. Adulti autẽ per seipsos stare possunt. ergo ridiculum est, ꝙ ab alio teneantur.

¶ 2 Præt. Ille qui iam est de ecclesia, liberum habet accessum ad ecclesiæ principẽ, qui est episcopus: sed hoc sacramentum (sicut dictum est*) non exhibetur nisi baptizato, qui iam est membrum ecclesiæ, uidetur ergo, ꝙ non debeat per alium exhiberi episcopo, ad hoc sacramẽtum recipiendum.

Ar.6 huius quæst.

¶ 3 Præ. Hoc sacramentum datur ad robur spirituale: quod magis viget in uiris, quàm in mulieribus, secundũ illud Prouerb. vlti. Mulierem fortem quis inueniet? ergo ad minus mulier non debet tenere virum ad confirmationem.

¶ Sed contra est, quòd Inn. Papa* dicit, & habetur in Decre. 30.q.4. si quis ex coniugio filium aut filiam alterius, de sacro fonte susceperit, aut ad chrisma tenuerit, &c. ergo sicut requiritur ꝙ aliquis baptizatum de sacro fonte leuet, ita debet aliquis teneri ad sacramentum cõfirmationis accipiendum.

* In Extrauagario Tolet. nouiss. Hf 30.q.4.c.Si quis exvno

Ar.præced.

¶ Respondeo dicendum, ꝙ (sicut dictum est*) hoc sacramentum exhibetur homini ad robur pugnæ spiritualis: sicut autem aliquis de nouo natus, indiget instructore in his, quæ pertinent ad consecrationem uitæ (secũdum illud Heb. 12. patres quidem carnis nostræ habuimus eruditores,& reuerebamur eos) ita illi, qui assumũtur ad pugnam, indigent eruditoribus à quibus instruantur de his, quæ pertinent ad modum certaminis. & ideo in bellis materialibus constituuntur duces & centuriones, per quos alii gubernentur. & propter hoc etiam ille qui accepit hoc sacramentum, ab alio tenetur, quasi per alium in pugna spirituali erudiendum: similiter etiam, quia per hoc sacramentum confertur homini perfectio spiritualis ætatis (sicut dictum est*) ideo ille, qui ad hoc sacramentum accedit, sustentatur, quasi adhuc spiritualiter imbecillis & puer.

Art.2.4. & 5.huius q.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ licet ille qui cõfirmatur, sit adultus corporaliter: nondum tamẽ est adultus spiritualiter.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ licet baptizatus sit effectus membrum ecclesiæ: nondum tamẽ est ascriptus militiæ Christianæ. & ideo episcopo tamquam duci exercitus, per aliũ exhibetur iam militiæ Christianæ ascripti, non enim debet alium ad confirmationẽ tenere, qui non dum est confirmatus.

¶ Ad tertium dicendum, quòd (sicut dicitur Col. 3.) in Christo Iesu non est masculus, & femina, & ideo nõ differt utrum masculus, uel femina teneat aliquem in confirmatione.

ARTICVLVS XI.

Vtrum solus episcopus hoc sacramentum conferre possit.

AD vndecimum sic proceditur. Videtur ꝙ nõ solum episcopus hoc sacramentum conferre possit. Gre.* enim scribens Ianuario episcopo dicit: peruenit ad nos, quosdam scandalizatos fuisse, ꝙ presbyteros chrismate tangere eos, qui baptizati sunt prohibuimus, & nos quidem secundum veterem vsum nostræ ecclesiæ fecimus: sed si omnino hac de re aliqui contristantur, vbi episcopi desunt, vt presbyteri etiam in frontibus baptizatos chrismate tangere debeant, concedimus: sed illud quod pertinet ad necessitatem sacramentorum, non est propter vitandum scandalum immutandum. ergo videtur ꝙ non sit de necessitate huius sacramenti, ꝙ ab episcopo conferatur.

424 4.di.7.q.3. ar.1.q.1.& dist.13.q.1. ar.1.q.2.& dist.25.q.1 ar.1.cor.& 4.con.c.60 Et quol.10 ar.7. * Li 3 epist. 16.in fi.

¶ 2 Præ. Sacramentum baptismi videtur maioris efficaciæ, quàm sacramentum confirmationis: quia per baptismum fit plena remissio peccatorum. & quantum ad culpam, & quantum ad pœnam, quod non fit in hoc sacramento: sed simplex sacerdos ex suo officio potest tradere sacramentum baptismi, & in necessitate quilibet etiam non ordinatus potest baptizare. ergo non est de necessitate huius sacramenti, quòd ab episcopo conferatur.

¶ 3 Præter. Summitas capitis, ubi secundum medicos est iocus rationis, scilicet particularis (quæ dicitur virtus cogitatiua) est nobilior fronte, ubi est locus imaginatiuæ virtutis: sed simplex sacerdos potest baptizatos vngere chrismate in uertice. ergo multo magis potest eos chrismate signare in fronte, quod pertinet ab hoc sacramentum.

¶ Sed contra est, quòd Euseb. Papa dicit, * Manus impositionis sacramentum magna veneratione tenendũ est, quod ab aliis perfici non potest, nisi à summis sacerdotibus, nec tempore apostolorum ab aliis, quàm ab ipsis apostoliis legitur, aut scitur peractũ esse, nec ab aliis, quam qui eorum locum tenẽt, umquam perfici pót, aut fieri debet: nam si aliter præsumptum fuerit, irritũ habeatur & vacuum, nec inter ecclesiastica vmquam reputabitur sacramenta. est igitur de necessitate huius sacramenti, quod dicitur sacramentum manus impositionis, ꝙ ab episcopo traditur.

* Epist.2.ad episco. Tu feciæ,& habetur de cõsec. d.5 ca. Manus impositionis.

¶ Resp. Dicendum, ꝙ in quoliber opere vltima consumatio suprema rei arti, aut virtuti reseruatur, sicut præparatio materiæ pertinet ad inferiores artifices, superior autem dat formam: suprema autem est ad quẽ pertinet usus, qui est finis artificiatorum, & epistolæ, quæ à notario scribitur, à Domino Papa signatur. Fideles autẽ Christi sunt quoddam diuinum opus (secundum illud 1.ad Corinth. 3. Dei ædificatio estis) sunt etiam quasi quædam epistola, spiritu Dei scripta, sicut dicitur secundæ Corin. 3. Hoc autem confirmationis sacramentum, est quasi vltima consumatio sacramenti baptismi: ita scilicet quòd per baptismum ædificatur homo in domum spiritualem, & conscribitur quasi quædã spiritualis epistola: sed per sacramentum confirmationis, quasi domus ædificata dedicatur in templum Spiritussancti, & quasi epistola conscripta signatur signo crucis, & ideo collatio huius sacramenti episcopis reseruatur, qui obtinent summam potestatem in ecclesia: sicut & in primitiua ecclesia, per impositionem manus apostolorum, quorum vicem gerunt episcopi, plenitudo Spiritussancti dabat, vt habetur Actuum 8. unde Vrbanus Papa* dicit, Omnes fideles, per manus impositionem episcoporum Spiritum sanctum post baptismum accipere debent, ut plenã Christi inueniantur.

* Vrban.1. in epist. ad oẽs Christianos habetur de cõsec.d.5.ca. Omnes fideles.

¶ Ad

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ Papa in ecclesia habet plenitudinem potestatis, ex qua põt quædam quæ sunt superiorum ordinum, committere quibusdam inferioribus, sicut quibusdam presbyteris consedit cõferre minores ordines, quod pertinet ad potestatẽ episcopalem. Et ex hac plenitudine potestatis concessit beatus Greg. * Papa, ꝙ simplices sacerdotes hoc sacrm conferrent, quandiu scandalum tolleretur.

* l.2.epi.16 in fi.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ sacramentum baptismi est efficacius, quàm hoc sacramentum, quantum ad remotionem mali: eo ꝙ est spiritualis generatio, quæ est mutatio de non esse in esse: hoc autem sacramentum est efficacius ad proficiendum in bono: quia est quoddam spirituale augmentum de esse imperfecto ad esse perfectum, & ideo hoc sacramentum digniori ministro committitur.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ sicut,* Rabanus dicit in lib. de institutione clericorũ, signatur baptizatus chrismate in summitate capitis per sacerdotem, per pontificẽ verò in fronte, vt in priori unctione, significet super ipsum Spiritussancti descensio ad habitationẽ Deo consecrandam: in secunda queq; vt eiusdẽ Spiritussancti septiformis gratia, cũ omni plenitudine sanctitatis & sciẽtiæ & virtutis, venire in hominem declaretur. non ergo propter digniorem partem, sed propter potiorem effectum, hæc unctio episcopis reseruatur.

* l.2.c.30. circa prin.

¶ Super quæstionis 72. Articulum 12.

ARTICVLVS XII.

Vtrum ritus huius sacramenti sit conueniens.

425 4.di.7.q.3. ar.3.q.2.ad tertiũ,& in expositione literæ. Ar.1.huius q.ad 3.& q. 65. ar.4.

IN artic. 12. hoc solum uidendum, ꝙ circa ieiunium tam confirmatoris, quàm confirmandi, seruãda videtur cuiusq. ecclesiæ consuetudo: hoc.n. est de iure positiuo, & in paucis forte ecclesiis seruatur propter causas in litera allegatas, multitudinem. s. confirmandorum, quos simul oportet confirmari, & separatim quandoq. propter continuũ periculum incertæ mortis, adiuncta maxima incõmoditate habendi episcopum ad uotũ.

AD Duodecimum sic proceditur. Videtur ꝙ ritus huius sacramenti nõ sit conueniens. Sacramentum.n. baptismi est maioris necessitatis, quã hoc sacrm, vt supra dictum est: * sed baptismo deputantur certa tempora, s. pascha, & pentecoste. ergo etiã huic sacramento aliquod certum tempus debet præfigi.

¶ 2 Præterea. Sicut hoc sacrm requirit deuotionem & dantis & recipiẽtis, ita ét & sacrm baptismi: sed in sacramento baptismi non requiritur, ꝙ a ieiunis sumatur vel conferatur. ergo videtur inconuenienter statutũ in cõcilio Aurelianensi, * ut ieiuni ad cõsecrationem ueniant, & in concilio Meldensi, vt episcopi, non nisi ieiuni, per impositionem manuum Spiritumsanctum tradant.

¶ 3 Præte. Chrisma est quoddam signum plenitudinis Spiritussancti, ut supra dictum est: * Sed plenitudo Spiritussancti data est fidelibus Christi in die Pentecostes, vt habetur Act. 2. magis ergo debet chrisma confici, & benedici in festo Pẽtecostes, quam in cœna Domini.

¶ Sed contra est, vsus ecclesiæ, quæ à Spiritusancto gubernatur.

¶ Respondeo Dicendum, ꝙ Dominus Mat. 18. fidelibus suis promisit, dicens, ubi fuerint duo vel tres cõgregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum, & ideo firmiter tenendum est, ꝙ ordinationes ecclesiæ diriganꝰ, secundum sapientiam Christi. Et propter hoc certũ esse debet, ritus, quos ecclesia obseruat in hoc, & in aliis sacramentis esse conuenientes.

*In epist. ad Hispa. epis. ante me. to. 1. Concil.

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ sicut Melchiades Papa* dicit, ita coniuncta sunt hæc duo sacra (s. baptismi & confirmationis) vt ab inuicem, nisi morte præueniente nullatenus possint segregari, & vnum sine altero rite perfici non possit. Et ideo eadem tempora sunt præfixa baptismo solenniter celebrando, & huic sacro: sed quia hoc sacrm à solis episcopis datur, qui nõ sunt semper præsentes, ubi presbyteri baptizant, oportuit quantum ad communem vsum, sacramentum confirmationis etiam in alia tempora differri.

¶ Ad secundum dicendum, quòd ab illa prohibitione excipiuntur infirmi, & morte periclitantes: sicut in statuto Meldensis * concilii legitur. Et ideo propter multitudinem fidelium, & propter pericula imminentia, sustinetur vt hoc sacramentum (quod non nisi ab episcopis dari potest) ẽt à non ieiunis detur vel accipiat: quia vnus episcopus præcipuè in magna diœcesi, non sufficeret ad tot homines confirmandos, si eis tempus arctaretur: ubi tamen congruè obseruari potest, conuenientius est, ut à ieiunis detur & accipiatur.

* Vt patet de cõsd. 5 c.vt episc. D.380.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ sicut ex concilio Martini Papæ* habetur, omni tempore licebat chrisma conficere: sed quia solennis baptismus, ad quem requiritur vsus chrismatis, in vigilia paschæ celebratur, congruè ordinatum est, vt per biduum ante ab episcopo chrisma benedicatur, ut posit per diœcesim destinari. Dies etiam ille satis congruit ad materias sacrorũ benedicendas, in quo fuit eucharistiæ sacramentum institutum, ad quod omnia alia sacramenta quodammodo ordinantur, sicut supra dictum est. *

* Hf de cõsd. d.4. c.Omni tempore

q. 65. ar.3.

QVAEST. LXXIII.

De sacramento eucharistiæ secundum se, in sex articulos diuisa.

CONSEQVENTER considerandum est de sacramento eucharistiæ. Et primo de ipso sacramento. Secundo de materia. Tertio de forma. Quarto de effectibus. Quinto de recipientibus hoc sacramentum. Sexto de ministro. Septimo de ritu.

Circa primum quæruntur sex.

¶ Primo, Vtrum eucharistia sit sacramentum.

¶ Secundo, Vtrum sit unum vel plura.

¶ Tertio, Vtrum sit de necessitate salutis.

¶ Quarto, De nominibus eius.

¶ Quinto, De institutione ipsius.

¶ Sexto, De figuris eius.

ARTICVLVS I.

Vtrum eucharistia sit sacramentum.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd eucharistia non sit sacramentum. Ad idem enim non debent ordinari duo sacramenta: quia vnumquodque sacramentum efficax est ad suum effectum producendum. Cum ergo ad perfectionem ordinetur & confirmatio & eucharistia (vt dicit Diony. * 4. Eccles. hierarc.) videtur eucharistia non esse sacramẽ-

¶ Super quæstionis 73. Articulum primum.

IN art. 1. notandũ occurrit in ratione ad 5. ꝙ duarũ diuarũ, quæ ibi enarrant inter eucharistiã, & alia sacra habentia materiam sensibilem (quod propter pœnitentiã, & matrimonium dr: sacra dr̃a sumit gratiã non solum secũdũ seipsam, sed secundum suum effectũ, qui est vnitas corporis Christi mystici: ita ꝙ eum audis sacramenti eucharistiæ rem tantum esse gratiam, susceptiuum autẽ unitatẽ ecclesiæ, aut corpus Christi mysticum, non diuersa intelligas: qui hæc omnia nihil aliud sunt, quã gratia in suis fidelib.

426 Infr.ar.4 & q.79.art.5. & 7.& 4.d. 8.q.1.ar.1. q.1.

* c.1.eccle. hierar. ante med.& c.4. in prin.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tum, cum confirmatio sit sacramentum, vt prius habitum est.†

q.65. ar.4. & q. præce. ar.1.

¶ 2 Præt. In quolibet sacramẽto nouæ lægis id, quod visibiliter subiicitur sensui, efficit inuisibilem effectum sacrameti: sicut ablutio aquæ, causat & characterem baptismalem, & ablutionem spiritualem, sicut supra dictum est.* Sed species panis & vini, quæ subiiciuntur sensui in hoc sacramento, non efficiunt neque ipsum corpus Christi verum, quod est res & sacramentum, neque corpus mysticum, quod est res tantum in eucharistia. ergo videtur quòd eucharistia non sit sacramẽtum nouæ legis.

q. 62. & 65. ar. 1.

¶ 3 Præter. Sacra nouæ legis habentia materiã, in vsu materiæ perficiuntur; sicut baptismus in ablutione, & confirmatio in chrismatis consignatione. si ergo eucharistia sit sacr'm, perficeretur in usu materiæ, non in consecratione ipsius materiæ, quod patet esse falsum: quia forma huius sacramenti, sunt uerba quæ in consecratione materiæ dicuntur, vt infra patebit. *ergo eucharistia non est sacramentum.

q.78. ar.1.

¶ Sed contra est, q̃ in collecta dr̃, hoc tuum sacramentum non sit nobis reatus ad pœnam.

¶ Respondeo dicendum, quòd sacra ecclesiæ ordinãtur ad subueniendum homini in vita spirituali; uita aũt spiritualis, vitæ corporali conformatur: eo q̃ corporalia, spiritualium similitudinem gerunt; manifestum est autem, q̃ sicut ad vitam corporalem requiritur generatio, per quam homo uitam accipit, & augmentum, quo homo perducitur ad perfectionem uitæ, ita etiam requiritur alimentum quo homo conseruatur in uita, & ideo sicut ad uitam spiritualem oportuit esse baptismũ, qui est spiritualis generatio, & confirmationem, quæ est spirituale augmentum, ita oportuit esse sacr'm eucharistiæ, quod est spirituale alimentum.

¶ Ad primvm ergo dicendum, q̃ duplex est perfectio: vna quæ est in ipso homine, ad quam perducitur per augmentum, & talis perfectio competit cõfirmationi: alia autem est perfectio, quam homo consequitur ex adiunctione alicuius extrinseci hominem conseruãtis: puta ex adiunctione cibi, vel indumenti, vel alicuius huiusmodi, & talis perfectio competit eucharistiæ, quæ est spiritualis refectio.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ aqua baptismi nõ causat aliquẽ spiritualem effectũ pp ipsam aquam, sed propter uirtutẽ Spiritussancti in aqua existentẽ: unde Chryso.* dicit super illud Io. 5. Angelus Dñi f'm tẽpus, &c. In baptizatis non simpliciter aqua operatur: sed cũ Spiritussancti susceperit gratiam, tunc omnia soluit peccata: sicut aũt se habet uirtus Spiritussancti ad aquam baptismi, ita se habet corpus Christi verum ad species panis & vini: vnde species panis & vini non efficiunt aliquid, nisi virtute corporis Christi veri.

*Ho. 35. in Ioan. inter prin. & me. to. 3.

¶ Ad tertium dicendum, quòd sacr'm dr̃ ex eo, q̃ cõtinet aliquid sacrũ: põt aũt aliquid esse sacrũ dupliciter. s. absolute, & in ordine ad aliud: hæc aũt est differentia inter eucharistiam & alia sacra habentia materiam sensibilem, q̃ eucharistia cõtinet aliquid sacrum absolutè. s. ipsum Christum, aqua verò baptismi continet aliquid sacrum in ordine ad aliud. s. uirtutem ad sanctificãdum, & eadem ratio est de chrismate & similibus. Et ideo sacramentum eucharistiæ perficitur in ipsa consecratione materiæ, alia uerò sacra perficiũtur in applicatione materiæ ad hominem sanctificandum. Et ex hoc ẽt consequitur alia differentia. nam in sacramento eucharistiæ id, quod est res & sacr'm, est in ipsa materia: id aũt quod est res tantum, est in suscipiente. s. gratia quæ cõfertur: in baptismo autem vtrumque est in suscipiente, scilicet & character, qui est res & sacramentum, & gratia remissionis peccatorum, quæ est res tantum, & eadem ratio est de aliis sacramentis.

ARTICVLVS II.

Vtrum hoc sacramentum sit unum uel plura.

AD Secundum sic proceditur. Videtur quòd eucharistia nõ sit vnũ sacr'm, sed plura. Dicitur. n. in collecta, purificent nos Domine sacramenta, quæ sumpsimus; quod quidem dr̃ propter eucharistiæ susceptionẽ. ergo eucharistia non est unum sacramentum, sed plura.

¶ 2 Præt. Impossibile est multiplicato genere, non multiplicari speciẽ. sicut q̃ vnus homo sit plura animalia: sed signum est genus sacramenti, ut supra dictũ est. *Cum igitur in eucharistia sint piura signa. s. panis & uinum, vr̃ consequens esse, q̃ sint plura sacramenta.

¶ 3 Præterea. Hoc sacramentũ cõficitur in cõsecratione materiæ, sicut dictum est: * sed in hoc sacro est duplex materiæ consecratio. ergo est duplex sacramentum.

¶ Sed contra est, quòd Apost. dicit 1. Cor. 10. Vnus panis & vnũ corpus multi sumus oẽs, qui de vno pane, & de vno calice participamus, ex quo patet, q̃ eucharistia est sacr'm ecclesiasticæ unitatis: sed sacramentum simili tudinem gerit rei, cuius est sacr'm. ergo eucharistia est unum sacramentum.

¶ Respond. Dicendum, q̃ sicut dicitur 5. Metaph. * vnum dicitur, non solum quod est indiuisibile, vel quod est continuũ, sed etiam quod est perfectum: sicut dicitur vna domus, & vnus homo. est autem unum in perfectione, ad cuius integritatem concurrunt omnia, quæ requiruntur ad tinẽ eiusdem; sicut homo integratur ex omnibus membris necessariis ad operationem animæ, & domus integratur ex omnibus partibus, quæ sunt necessariæ ad inhabitandum, & sic hoc sacramentum dicitur vnum. Ordinatur enim ad spiritualem refectionem, quæ corporali conformatur: ad corporalem autem refectionem duo requiruntur, scilicet cibus, qui est alimentum siccum, & potus, qui est alimentum humidum. Et ideo etiam ad integritatem huius sacramenti duo concurrunt, scilicet spiritualis cibus, & spiritualis potus, secundum illud Ioann. 6. Caro mea uerè est cibus, & sanguis meus verè est potus. ergo hoc sacramentum multa quidem est materialiter, sed unũ formaliter & perfectiuè.

*li. 5. meta. a tex. 9. usque ad 12. to. 3.

¶ Ad primum ergo dicendum, q̃ in eadem collecta, & pluraliter dr̃ primo, purificent nos sacramenta, quæ sumpsimus, & postea singulariter subditur: hoc tuũ sacramentum non sit nobis reatus ad pœnam, ad ostendendum, q̃ hoc sacramentum quodammodo est multa: simpliciter autem unum.

¶ Ad secundum dicendum, quòd panis, & vinũ materialiter quidem sunt plura signa formaliter verò, & perfectiuè unum, inquantum ex eis perficitur vna refectio.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ex hoc quòd est duplex consecratio materiæ huius sacramenti, non potest plus haberi, nisi q̃ hoc sacramentum materialiter est multa, vt dictum est.*

¶ Super quæstionis 73. articulum secundum.

IN secundo articulo quæritur de sacramentum eucharistiæ dicr̃ multa materialiter non ga ratione quòd multitudo ĩ eo sit pure materialis (quoniam partes eius habent suas proprias formas & suas proprias materias, vt patet de hostia & calice: sunt enim vel partes heterogeneæ) sed quia huiusmodi multa se habent vt integrantia vnum, quod est refectio spiritualis: a cuius formali vnitate vnum sacramẽtum dicitur eucharistia: significãs & corpus & sanguinem Christi sub specie cibi & potus. Quoetica non est hic requirenda res aliqua extrinseca, quæ integretur velut quædam tertia res ex corpore & sanguine Christi sub specie bus panis & vini, sicut domus integratur ex suis partibus: sed ad finem rei pti. ẽdum est, & ex vnitate finis proprij qui est spiritualis refectio, vnitas sumitur sacramenti: sicut ex vnitate refectionis corporalis, sumitur vnitas prandij aut cœnæ. Nec ista significatio per accidens se habet ad huius sacramenti rationem. nam corpus sub specie cibi, & sanguis sub specie potus, significant pasci & potari: hæc per hoc vtrumque simul, uelut perfectũ alimentum signum est totale perfectæ refectionis spiritualis.

Infr. q. 78, ar. 1. & 4. d. 8. q. 1. ar. 1. q. 1. & 4. d. 43. q. 1. ar. 2. q. 1. & 10. q. 1. ar. 1.

QVAESTIO LXXIII.

Super quæstionis 63. Articulum tertium.

TRiplex vt sonat.

In corp. ar.

¶ In corpore primo distinctio ponitur bimẽbris: secundo respondetur quæstio, iuxta vtrumque membrum. Distinctio est. Duo sunt in sacramento eucharistiæ, scilicet sacramentum, & res sacramenti. Responsio consistit in tribus conclusionibus, quarum duæ primæ ad secundum membrum, tertia autem ad primum spectat distinctionis membrum. Prima conclusio est: sacramentum eucharistiæ quo ad rem sacramẽti est de necessitate salutis. Probatur, Res sacramenti est vnitas corporis Christi mystici, sine qua non põt cẽ salus. ergo. Antecedens pro secunda parte declarat ex similitudine ecclesiæ ad arcam Noe & similitudo probatur auctoritate Petri apostoli. Secunda cõclusio est. Ante perceptionẽ sacramenti eucharistiæ, põt haberi res sacramenti eucharistiæ, ac per hoc salus. Probat dupliciter: primo ex uniuersali regula. Et uote sacri potest haberi res sacri: secundo ex simili accidente in baptismo, tertia conclusio est. Sacramentum eucharistiæ nõ hoc mõ est necessitate salutis sicut baptismi*. Probatur dupliciter: ex duplici. s. dissimilitudine eucharistiæ ad baptismum. Prima cõ sistit in hoc, quòd perceptio baptismi est necessaria ad inchoandã uitam spiritualẽ: perceptio uero eucharistiæ est necessaria ad consummandam uitam spiritualẽ. ergo ille est necessarius ut percipiã, hæc ut finis. s. in uoto. secunda consistit in hoc, baptismus nõ põt haberi in voto per

* li. 4. cont. duas epist. Pelag. c. 22 in me. to. 7.

q. 68. ar. 2.

q. 68. ar. 2.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ex hoc quòd est duplex consecratio materiæ huius sacramenti, non potest plus haberi, nisi q̃ hoc sacramentum materialiter est multa, vt dictum est.*

ARTICVLVS III.

Vtrum eucharistia sit de necessitate salutis.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd hoc sacramentum sit de necessitate salutis. Dicit enim Dominus Io. 6. Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis: sed in hoc sacramento manducatur caro Christi, & bibitur sanguis eius. ergo sine hoc sacramento non potest homo habere salutem spiritualis vitæ.

¶ 2 Præterea, Hoc sacramentum est quoddam spirituale alimentum: sed alimentum corporale est de necessitate corporalis salutis. ergo etiã hoc sacramentum est de necessitate spiritualis salutis.

¶ 3 Præterea. Sicut baptismus est sacramentum dominicæ passionis, sine qua non est salus, & eucharistia: dicit enim apostolus 1. Corinth. 11. Quotiescunque manducaueritis panem hunc, & calicem biberitis, mortem Domini annuntiabitis, donec ueniat. ergo sicut baptismus est de necessitate salutis, ita etiam hoc sacramentum.

¶ Sed contra est, quòd Augustinus scribit Bonifacio contra pelagianos, * Nec illud cogitetis, paruulos vitam habere non posse, qui sunt exparte corporis, & sanguinis Christi.

¶ Respondeo, Dicendum, quòd in hoc sacramento duo est considerare, scilicet ipsum sacramentum, & rem sacramenti: dictum est autem, quòd res huius sacramenti est vnitas corporis mystici, sine qua non potest esse salus: nulli enim patet aditus salutis extra ecclesiam, sicut nec in diluuio absque arca Noe, quæ significat ecclesiam, ut habetur 1. Petri. 3. dictum est* autem supra, quòd res alicuius sacramenti haberi potest ante perceptionem sacramenti, ex ipso voto sacramenti percipiendi: vnde ante perceptionem huius sacramenti, potest homo habere salutem ex voto percipiendi hoc sacramentum: sicut & ante baptismum ex voto baptismi, vt supra dictum est.* Est tamen differentia quantum ad duo. Primo quidem, quia baptismus est principium spiritualis vitæ, & ianua sacramentorum: eucharistia verò est quasi consumatio spiritualis vitæ, & omnium sacramentorum finis (vt supra dictum est*) per sanctificationes enim omnium sacramentorum, fit præparatio ad suscipiendam vel consecrandam eucharistiam. Et ideo perceptio baptismi est necessaria ad inchoandam spiritualem vitam, perceptio auem eucharistiæ est necessaria ad consummandam ipsam: non ad hoc, quòd simpliciter habeatur, sed sufficit eam habere in uoto, sicut & finis habetur in desiderio, & intentione. Alia differentia est; quia per baptismũ ordinatur homo ad eucharistiam, & ideo ex hoc ipso q̃ pueri baptizantur, ordinantur per ecclesiam ad eucharistiam, & sic, sicut ex fide ecclesiæ credunt, sic ex intentione ecclesiæ desiderant eucharistiã, & per consequens recipiunt rem ipsius: sed ad baptismum non ordinantur per aliud præcedens sacramentum, & ideo ante susceptionem baptismi, non habent pueri aliquo modo baptismũ in voto, sed soli adulti, vnde rem sacri non possunt percipere sine perceptione sacramenti, & ideo hoc sacr'm non hoc modo est de necessitate salutis, sicut baptismus.

¶ Ad primum ergo dicendum, q̃ sicut Augustinus* dicit, exponens illud uerbum Io. Nisi manducabitis, &c. potu, scilicet carnis suæ, & sanguinis societatem vult intelligi corporis & membrorum suorum, quod est ecclesia in prædestinatis, & vocatis, & iustificatis, & glorificatis sanctis, & fidelibus eius: vnde sicut ipse dicit in epist.* ad Bonifacium, nulli est aliquatenus ambigendum, tunc vnumquemq; fidelium corporis sanguinisque Dominici participem fieri, quando in baptismate membrum corporis Christi efficitur, nec alienari ab illius panis calicisque consortio, etiam si antequam panẽ illum comedat & calicem bibat, de hoc sæculo in unitate corporis Christi constitutus abscedat.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ hæc est differentia inter alimentum corporale & spirituale, quòd alimentum corporale conuertitur in substantiã eius, qui nutritur, & ideo non potest homini valere ad vitæ conseruationem alimentum corporale, nisi realiter sumatur: sed alimentum spirituale conuertit hominem in seipsum, secundũ illud, quod Augustinus,* dicit in lib. Confess. quòd quasi audiuit uocem Christi dicentis sibi, nec tu me mutabis in te, sicut cibum carnis tuæ, sed tu mutaberis in me: potest autẽ aliquis in Christum mutari, & ei incorporari voto mentis, etiam sine huius sacramenti perceptione, & ideo non est simile.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ baptismus est sacramentum mortis, & passionis Christi, prout homo regeneratur in Christo virtute passionis eius: sed eucharistia est sacramentũ passionis

aliud sacr'm, eucharistia põt habe- q. 65. ar. 3.
ri in uoto p aliud sacr'm ergo pueri non põt hr̃e rem sacri baptismi sine perceptione sacramẽti baptismi: possunt aũt hr̃e rẽ sacri eucharistiæ absque perceptiõe sacri eucharistiæ.

Aduerte hic primo, q̃ harum rõnũ prima (quæ attenditur penes modum habendi rem sacri attenditur, dum baptismi res duplici ter tantum haberi posse dr̃. s. uel percipiendo sacramentum, uel per uotũ propriũ. res aũt eucharistiæ potest tripliciter haberi, uel percipiendo sacramentum, uel p uotum proprium, vel per antecedens sacramentum. Et hic ultimus modus habendi uocatur per quandã accõmodationẽ habere rem sacramẽti eucharistiæ per votũ ecclesiæ, sicut fides puerorũ uocatur fides ecclesiæ. Sequendo aũt proprietatem termini, uocatur habere rem eucharistiæ in sui initio: quoniam sacramẽtum baptismi finitum est spiritualis uitæ.

¶ Aduerte tertio, q̃ in littera nõ respon-

Trac. 26. in Io. to. 9.

* Referr de conf. d. 4. c. nulli.

* li. 7. conf. c. 10. a me. to. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

respondetur quæsito simpliciter & absolute, an sacramentum eucharistiæ sit necessariũ ad salutem: nam licet distinguatur, & quo ad rem sacramenti, respondeatur absolute, q̃ est necessarium ad salutem, tamẽ quo ad sacramentũ nõ respondetur simpliciter & absolute, sed q̃ nõ est necessarium, sicut baptismus. Verũ, ꝺ perspicacius respõdendo hæc fuerit considerata, continet responsionem absolute etiam de ipso sacramento eucharistiæ, nam ex hoc ipso, quòd sacramentum eucharistiæ non est ad salutem necessariũ, sicut sacramentum baptismi, manifeste habetur, quòd simpliciter & absolute loquendo, non est necessariũ ad salutem. Et hoc attestatur, innumerum salus, quibus sine baptismo, sacramento non est salus, & cum solo baptismi sacramẽto datur salus æterna.

D. 601.

¶ Aduerte quarto, quòd inferius in quæst. 80. tractandũ est de communione infantiũ baptizatorum, an licita sit, ubi etiã ab debita eisdem fit, discutietur, & ideo nunc pertransimus.

IN quarto, quinto, & sexto articulis, nihil occurrit notandũ,

Christi, prout homo ꝓsicitur in vnione ad Christum passum; vnde sicut baptismus dicit sacrm fidei, quæ est fundamentum q̃ spiritualis vitæ, ita eucharistia dicitur sacramentum charitatis, quæ est vinculum perfectionis, vt dicitur Col. 3.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum conuenienter hoc sacramentum pluribus nominibus nominetur.

AD Quartum sic proceditur. Videtur ꝙ inconuenienter hoc sacramentum pluribus nominibus nominetur. Nomina enim debent respondere rebus; sed hoc sacrm est vnum, vt dictum est, *ergo non debet pluribus nominibus nominari.

¶ 2 Præt. Species non notificatur conuenienter per id, quod est commune toti generi; sed eucharistia est sacramentum nouæ legis; omnibus autem sacramentis commune est, quòd in eis confertur gratia: quod significat nomen eucharistiæ, quod est idem, quod bona gratia, omnia etiam sacramenta remedium nobis afferunt in via præsentis vitæ, quod pertinet ad rationem viatici, in omnibus etiam sacramentis sic aliquid sacrum, quod pertinet ad rationem sacrificii. Et per omnia sacramenta sibi inuicem communicant fideles; quod significat hoc nomen synaxis in Græco, vel communio in Latino, ergo hæc nomina non conuenienter adaptantur huic sacramento.

¶ 3 Præ. Hostia videtur esse idem, quod sacrificium, sicut ergo non propriè dr sacrificium, ita nec propriè dicitur hostia.

¶ Sed contra est, quòd vsus fidelium habet.

¶ Respond. dicendum, quòd hoc sacramentum habet triplicem significationem: vnum quidem respectu præteriti, inquantum scilicet est commemorativum dominicæ passionis, quæ fuit verum sacrificium, vt supra dictũ est, * & secundum hoc nominatur sacrificium. Aliam autem significationem habet, respectu rei præsentis, scilicet ecclesiasticæ vnitatis, cui homines aggregantur per hoc sacramentũ, & secundum hoc nominatur communio, vel synaxis: dicit enim Dama. * 4. lib. ꝙ dicitur communio, quia communicamus per ipsam Christo, & quia participamus ejus carne & deitate, & quia cõmunicamus & vnimur adinuicem per ipsam. Tertiam significationem habet respectu futuri, inquantum scilicet hoc sacramentum est præfigurativum fruitionis Dei, quæ erit in patria, & secundum hoc dicitur viaticum, quia hic præbet nobis viam illuc perueniendi, & secundum hoc etiam dicitur eucharistia, idest bona gratia, quia gratia Dei vita æterna (vt dr Ro. 6. (vel quia realiter continet Chrm, qui est plenus gratia. Dr et in Græco meralepsis. i. assumptio, quia vt Dam. * dicit, per hoc filii deitatem assumimus.

ARTICVLVS V.

Vtrum institutio huius sacramenti fuerit conueniens.

AD Quintum sic proceditur. Vr ꝙ non fuerit conueniens institutio huius sacri. Vt. n. Philosꝰ. * dicit in 2. de Generatione, ex eisdẽ nutrimur, ex quibus sumus: sed per baptismum, qui est spiritualis regeneratio, accipimus esse spirituale, vt Dionysi. † dicit 2. c. eccle. hierar. ergo per baptismum etiam nutrimur, non ergo fuit necessarium instituere hoc sacramentum, quasi spirituale nutrimentum.

¶ 2 Præterea. Per hoc sacrm homines Chro vniuntur, sicut membra capiti: sed Christus est caput omnium hominum, et qui fuerunt ab initio mundi, vt supra dictũ est, * ergo non debuit institutio huius sacramenti differri vsq. ad cenam Domini.

¶ 3 Præt. Hoc sacramẽtum dicitur esse memoriale dominicæ passionis, secundum illud Luc. 22. Hoc facite in meam commemorationem: sed memoria est præteritorum, ergo hoc sacramentum non debuit institui ante Christi passionem.

¶ 4 Præterea. Per baptismum aliquis ordinatur ad eucharistiam, quæ non nisi baptizatis dari debet: sed baptismus institutus fuit post Christi passionem, & resurrectionem, vt patet Matthæ. vltimo, ergo inconuenienter hoc sacramentum fuit ante pasionem Christi institutum.

¶ Sed contra est, quòd hoc sacramentum est institutum à Christo, de quo dicitur Marci 7. Bene omnia fecit.

¶ Respondeo Dicendum, ꝙ conuenienter hoc sacramentum institutum fuit in cena, in qua, s. Christus vltimo cum suis discipulis fuit conuersatus. Primo quidem, ratione continentiæ huius sacramenti: continetur enim ipse Christus in Eucharistia, sicut in sacramento. Et ideo quando ipse Christus in propria specie à discipulis discessurus erat, in sacramentali specie seipsum eis reliquit, sicut in absentia imperatoris exhibetur veneranda eius imago: vnde Eusebius emissenus * dicit, ꝙ corpus assumptum ablaturus erat ab oculis, & illaturus sideribus, nẽcesse erat, vt die cenæ sacramentum corporis & sanguinis sui consecraret nobis, vt coleretur iugiter per mysterium: quod semel offerebatur in pretiũ. secundo, quia sine fide passionis Christi numquam potuit esse salus, secundum illud Roma. 3. Quem proposuit Deus propitiatorem per fidem in sanguine ipsius, & ideo oportuit omni tempore apud homines esse aliquid repræsentatiuum dominicæ passionis: cuius in veteri quidem testamento præcipuum sacramentũ erat agnus paschalis, vnde & apostolus dicit 1. Corint. 5. Pascha nostrum immolatus est Christus. Successit autem ei in nouo testamento eucharistiæ sacramentum, quod est rememoratiuũ præteritæ passionis, sicut & illud fuit præfiguratiuum futuræ: & ideo conueniens fuit, vt imminẽte passione, celebrato priori sacramento, nouum sacramẽtum institueret. vnde Leo * papa dicit, quòd, vt vmbræ

bræ cederent corpori, antiqua obseruantia nouo excluditur sacramento, hostia in hostiam transit, sanguine sanguis aufertur, & legalis festiuitas, dum mutatur, impletur. tertio, quia ea quæ ultimo dicuntur, maximè ab amicis recedentibus, magis memoriæ commendantur: præsertim, quia tunc magis inflammatur affectus ad amicos: ea verò, ad quæ magis afficimur, profundius animo imprimuntur. quia igitur (vt beatus Alexan. * papa dicit) nihil in sacrificiis maius esse potest quàm corpus & sanguis Christi, nec vlla oblatio hac potior est, ideo ut in maiori veneratione haberetur, Dominus in ultimo discessu suo à discipulis, hoc sacramentum instituit. Et hoc est quod Aug. † dicit in lib. responsionum ad Ianuarium, Saluator, quo uehementius commendaret mysterii huius altitudinem, vltimum hoc voluit infigere cordibus & memoriæ discipulorum, à quibus ad passionem digressurus erat.

* Ale. 1. in epi. ad oẽs orth. a me. illius to. 1. concil.

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ ex eisdem nutrimur, ex quibus sumus, non tamen eodem modo nobis aduenientibus. nam ea, ex quibus sumus, nobis aduenit per generationem: ea dem autem in quantum ex eis nutrimur, nobis aduenit per manducationem. vnde & sicut per baptismum regeneramur in Christo, ita per eucharistiam manducamus Christum.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ eucharistia est sacramentum perfectum dominicæ passionis, tanquam continens ipsum Christum passum, & ideo non potuit institui ante incarnationem: sed tunc habebant locum sacramenta, quæ erant tantum præfiguratiua dominicæ passionis.

¶ Ad tertium dicendum, quòd sacrm istud fuit institutum in cena, vt in futurum esset memoriale dominicæ passionis, ea perfecta: vnde signanter dicit, hęc quotiescunque feceritis, de futuro loquens.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ institutio respondet ordini intentionis. Sacrm autem eucharistiæ, quamuis sit posterius baptismo in perceptione, est tamen prius in intentione: & ideo debuit prius institui. vel põt dici, ꝙ baptismus iam erat aliqualiter institutus in ipso Christi baptismo: unde & iam aliqui ipso Christi baptismo erant baptizati, ut legitur Ioan. 3.

ARTICVLVS VI.

Vtrum agnus paschalis fuerit præcipua figura huius sacramenti.

AD Sextum sic proceditur. Videtur ꝙ agnus paschalis non fuerit præcipua figura huius sacri. Christus enim dicitur sacerdos secundum ordinẽ Melchisedech, propter hoc ꝙ Melchisedech gessit figuram sacrificii Christi, offerens panem & vinum: sed expressio similitudinis facit, ꝙ unum ab alio denominetur. ergo videtur ꝙ oblatio Melchisedech, fuerit potissima figura huius sacramenti.

¶ 2 Præ. Transitus maris rubri fuit figura baptismi, sm illud 1. Cor. 10. Omnes baptizati sunt in nube & in mari: sed immolatio agni paschalis præcessit transitum maris rubri, quem subsecutum est manna, sicut eucharistia sequitur baptismum. ergo manna est expressior figura huius sacramenti, quam agnus paschalis.

¶ 3 Preterea. Potissima uirtus huius sacramenti est, quòd introducit nos in regnum cælorum, sicut quoddam uiaticum: sed hoc maximè præfiguratum fuit in sacramento expiationis, quando pontifex intrabat semel in anno cum sanguine in sancta sanctorum, sicut Apostolus probat Hebræo. 9. ergo videtur quòd illud sacrificium fuerit expressior figura huius sacramenti, quàm agnus paschalis.

¶ Sed contra est, quòd apostolus dicit 1. Cor. 5. Pascha nostrum immolatus est Christus. itaq; epulemur in azymis synceritatis & ueritatis.

¶ Respondeo dicendum, quòd in hoc sacramento tria considerare possumus, scilicet id, quod est sacramentum tantum, quod est panis & vinum, & id quod est res & sacramentum, scilicet corpus Christi verum, & quod est res tantum, scilicet effectus huius sacramenti. quantum igitur ad id, quod est sacramentum tantũ, potissima figura fuit huius sacramenti oblatio Melchisedech, qui obtulit panem, & vinum. Quantum autem ad ipsum Christum passum, qui continetur in hoc sacramento, figuræ eius fuerunt omnia sacrificia veteris testamenti, præcipuè sacrificium expiationis, quod erat solennissimum: quantum autem ad effectum, fuit præcipua eius figura manna, quod habebat in se omnis saporis suauitatem (vt dicitur Sap. 16.) sicut & gratia huius sacramenti, quantum ad omnia reficit mentẽ, sed agnus paschalis quantum ad hæc tria, præfigurabat hoc sacramentum: quantum enim ad primum, quia manducabatur cum panibus azymis, secundum illud Exo. 32. edent carnes, & azymos panes: quantum ad verò ad secundũ, quia immolabatur ab omni multitudine filiorũ Israel quartadecima luna, quod fuit figura passionis Christi, qui propter innocentiam dicitur agnus, quantum verò ad effectum, quia per sanguinem agni paschalis protecti sunt filii Israel à deuastante angelo, & educti de ægyptiaca seruitute. & quantum ad hoc ponitur præcipua figura huius sacramenti agnus paschalis: quia secundum omnia ipsum repræsentat, & per hæc patet responsio ad obiecta.

QVAEST. LXXIIII.

De materia eucharistiæ quantum ad speciem, in octo articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de materia huius sacramenti. Et primo, de specie materiæ. secundo, de conuersione panis, & vini in corpus Christi, tertio de modo existendi corpus Christi in hoc sacramento. quarto, de accidentibus panis & vini, quæ in hoc sacramento remanent.

Circa primum quæruntur octo.

¶ Primo, Vtrum panis & vinum sint materia huius sacramenti.

¶ Secundo, Vtrum ad materiam huius sacramenti, requiratur determinata quantitas.

¶ Tertio, Vtrum materia huius sacramenti sit panis triticeus.

¶ Quarto, Vtrum sit panis azymus, vel fermentatus.

¶ Quinto, Vtrum materia sacramenti sit vinum de vite.

¶ Sexto, Vtrum sit admiscenda aqua.

¶ Septimo, Vtrum aqua sit de necessitate huius sacramenti.

¶ Octauo, De quantitate aquæ, quæ apponitur.

¶ ARTI-

Infra q. 79 ar. 2. ad 1. & 4. d. 8. q. 1. ar. 1. q. 3.

Ar. 1. huius quæst.

q. 48. ar. 3.

* li. 4. orth. fid. ca. 14. a med.

* li. 4. orth. hui. 14.

430 Infr. q. 78. ar. 4. con. & ad 2. & q. 80. ar. 8. ad 1. & 4. d. 8. q. 1. ar. 2. q. 1. ar. 1. ad 2. & 1. cor. 11. de. 4. & le. 5. * lib. 2. tex. 50. to. 2. † Ca. 2. eccl. hier. par. 1. a med. * q. 2.

* Habet de cons. d. 4. c. Quia corpus assumptum. 4. in pascha Dñi non lege a pua.

* In ser. 7. de passione do mini, inter principium & medium

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ *Super quæstionis 74. Articulum primum.*

IN articulo primo in responsione ad secundum, habes quid sentiat Auctor de casu illo, si alicubi non inueniretur vinum, an esset solus panis cōsecrandus: tenet enim partem negatiuam, eo quòd perfectio sacramenti præponenda est reliquis necessitatibus, vnde & interius etiam dicetur, quòd perfectio sacramenti tōtæ est necessitatis vt etiam bis in eadem missa quandoque oporteat sumere corpus Christi.

ARTICVLVS I.

Vtrum materia huius sacramenti sit panis & vinum.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur cp materia huius sacramenti non sit panis & uinum, hoc.n. sacramentum perfectius debet repræsentare passionem Christi, quā sacramenta veteris legis: sed carnes animalium, quæ erant materiæ sacramentorum veteris legis, expressius repræsentant passionem Christi, quā panis & vinum. ergo materia huius sacramenti magis debet esse carnes animalium, quàm panis & uinum.

¶ 2 Præ. Hoc sacrm est ubique celebrandum: sed in multis terris non inuenitur panis, & in aliquibus nō inuenitur vinum. ergo panis & uinum non sunt conueniens materia huius sacramenti.

¶ 3 Præ. Hoc sacramentum competit sanis & infirmis: sed vinum nocet quibusdam infirmis. ergo vī cp vinū non debeat esse materia huius sacramenti.

¶ Sed contra est, quòd Alex.* Papa dicit, In sacrorū oblationibus panis tantum, & vinum aqua permistum, in sacrificium offerantur.

¶ Respondeo dicendum, cp circa materiam huius sacramenti aliqui multipliciter errauerunt, quidā enim, qui dicuntur Artotirytæ (vt Aug.* dicit in lib. de hæresibus) offerunt panem & caseum in hoc sacramento, dicentes, à primis hominibus oblationes de fructibus terræ, & ouium fuisse celebratas. Alii verò, s. Cataphrygæ, & Pepuziani, de infantis sanguine, quem de toto eius corpore minutis punctionum vulneribus extorquent, quasi eucharistiam suam conficere perhibentur, miscētes eum farinæ, panemq. inde facientes. quidam verò, qui dicuntur aquarii, aquam solam sub specie sobrietatis in hoc sacramento offerunt. Omnes autem hi errores, & similes excluduntur per hoc, cp Christus hoc sacrm sub specie panis & vini instituit, ut patet Mat. 26. vnde panis & vinum sunt materia conueniens huiusmodi sacramenti: & hoc rationabiliter. primo quidem, quārum ad vsum huius sacramenti, qui est manducatio. sicut.n. aqua assumitur in sacramento baptismi ad vsum spiritualis ablutionis, quia corporalis ablutio communiter fit in aqua, ita panis & vinum, quibus communius homines reficiuntur, assumuntur in hoc sacramento ad vsum spiritualis manducationis. Secundo, quantum ad passionem Christi, in qua sanguis est à corpore separatus: & ideo in hoc sacramento, quod est memoriale dominicæ passionis, seorsum sumitur panis, vt sacramentum corporis, & vinum, vt sacramentum sanguinis. Tertio, quātum ad effectum consideratum in vnoquoque sumentium: quia vt Ambro.* dicit super epistolam ad Corin. hoc sacramentum valet ad tuitionem animæ, & corporis, & ideo corpus Christi sub specie panis pro salute corporis: sanguis verò sub specie vini pro salute animæ offertur, sicut dicitur Leu. 17. cp anima carnis in sanguine est. Quarto, quantum ad effectum respectu totius ecclesiæ, quæ constituitur ex diuersis fidelibus: sicut panis cōficitur ex diuersis granis, & vinum fluit ex diuersis vuis, vt dicit* gl. super illud 1. Cor. 10. Multi vnum corpus sumus, &c.

¶ Ad primum ergo dicendum, cp licet carnes animalium occisorum expressius repræsentent Christi passionem: tamen minus competunt ad communem vsum huius sacramenti, & ad ecclesiasticam vnitatem significandam.

¶ Ad secundum dicendum, quòd licet non in omnibus terris nascatur triticum vel vinum: tamen de facili, ad omnes terras deferri potest, quantū sufficit ad vsum huius sacramenti: nec propter defectum alterius est, vnū tantum sine altero consecrandum: quia non esset perfectum sacramentum.

¶ Ad tertium dicendum, quòd vinum in modica quantitate sumptum, non potest multum ægrotanti nocere: & tamen si nocumentum timeatur, non est necesse omnes accipientes corpus Christi, etiam accipiant sanguinem, vt infra dicetur.* *q. 80. a. 12.

ARTICVLVS II.

Vtrum requiratur determinata quantitas panis & uini ad materiam huius sacramenti.

¶ *Super quæstionis 74. Articulum secundum.*

AD Secundum sic proceditur. Videtur quòd requiratur determinata quantitas panis & vini ad materiam huius sacramenti. effectus enim gratiæ non sunt minus ordinati, quā effectus naturæ: sed dicitur* in 2. de Anima, omnium natura cōstantium, positus est terminus & ratio magnitudinis & augmenti. ergo multo magis in hoc sacramento (quod dicitur eucharistia, idest bona gratia) requiritur determinata quantitas panis & vini.

¶ 2 Præt. Ministris ecclesiæ non est à Christo data potestas ad ea, quæ pertinent ad irrisionem fidei, & sacramētorum eius, secundum illud secundæ Cor. 10. Secundum potestatem quam dedit nobis Deus in ædificationem, & non in destructionem: sed hoc esset ad irrisionem sacramenti, si sacerdos vellet consecrare totum panem, qui venditur in foro, & totum vinum, quod est in cellario. ergo hoc facere cp non potest.

¶ 3 Præt. Si aliquis baptizetur in mari, non tota aqua maris sanctificatur per formam baptismi: sed solum aqua illa, qua corpus baptizati abluitur. ergo nec in hoc sacramento superflua quantitas panis, & vini consecrari potest.

¶ Sed contra est, quòd multum opponitur pauco, & magnum paruo: sed nulla est ita parua quantitas panis aut vini, quæ non possit consecrari. ergo etiam nulla est ita magna, quæ consecrari non possit.

¶ Resp. Dicendum, cp quidam dixerunt, cp sacerdos non posset consecrare immensam quantitatem panis aut vini: puta totum panem, qui venditur in foro, aut totum vinum, quod est in dolio: sed hoc nō videtur esse verum, quia in omnibus habentibus materiā, ratio determinationis materiæ sumitur ex ordine ad finem, sicut materia serræ est ferrum, vt sit apta sectioni. Finis autem huius sacramenti est vsus fidelium. vnde oportet, cp quantitas materiæ huius sacramenti determinetur per cōparationē ad vsum fideliū, nō aūt pōt tē, cp determinet ad usum fideliū, qui núc occurrunt: alioquin sacerdos paucos parochianos habens, non posset consecrare multas hostias. vnde relinquitur, quòd materia huius sacramenti, determinetur per comparationem ad vsum fidelium absolutè. Numerus autem fidelium est indeterminatus, vnde non potest dici, cp quātitas materiæ huius sacramenti sit determinata.

¶ Ad primum ergo dicēdum, quòd cuiuslibet rei naturalis materia accipit determinatam quantitatem, secundum comparationem ad formam determinatam: sed numerus fidelium, ad quorum vsum ordinatur hoc sacramentum, non est determinatus. vnde non est simile.

¶ Ad secundum dicendum, cp potestas ministrorum ecclesiæ ad duo ordinatur. Primo quidem, ad effectum proprium: secundo, ad finem effectus: secundum autem, non tollit primum. vnde si sacerdos intendat consecrare corpus Christi, propter aliquem malum finem (puta vt irrideat, vel venefica faciat) propter intentionem mali finis peccat: nihilominus tamē pp potestatem sibi datam perficit sacrm.

¶ Ad tertium dicendum, cp baptismi sacramentum perficitur in vsu materiæ: & ideo per formam baptismi nō plus de aqua sanctificatur, quàm quātum venit in vsum: sed hoc sacrm perficitur in consecratione materiæ, & ideo non est simile.

*1. ad Cor. 11. super illud, hoc poculum nouum testm est, to. 5.

*Id hēc Beda in hunc locum ex Aug. to. 3.

*Alex. 1. in epist. ad oēs orth. a me. illius to. 1. concil.

* li. de hæresi. cap. 28. to. 6.

433 4. dist. 11. q. 2. ar. 1. q. 1. & 2. Et 4. contr. c. 61. & 68. Et 1. Cor. 11. lec. 5.

* lib. 2. de anima, tex. 41. to. 2.

433 4. dist. 11. q. 2. ar. 1. q. 3.

434 4. d. 11. q. 2. ar. 2. q. 1. & dist. 19. q. 1. ar. 2. q. 3. ad 2. & 4. cont. ca. 68. & 1. Cor. 11. le. 7. in prin.

¶ *Super quæstionis 74. Art. III.*

TItulus vt sonat.

¶ In hoc art. magna est quæstio, & satis obscura de materia eucharistiæ quo ad panem: habet.n. multas difficultates, & varias opiniones. Est siquidē difficultas prima, quam tractat Auctor in litera propter diuersitatem frumentorum, est & alia difficultas comparando panē ad pastam. Et Albertus quidem magnus in 4. sen. d. 12. tenet panē ex spelta esse materiam eucharistiæ (quem sequitur Petrus de Palu.) similiter tenet ex amido panem confectā posse conferari. Auctor vero tam circa amidum quam circa speltam opinatur contrariū: sed apponit siliginem panem, quē Albertus negare videtur. de palta quoque Scotus tenet partem negatiuā, ponendo tamē pastam esse eiusdem speciei cum pane. quid autem inter tot varia tenendum sit, ad rationes oportet deducere.

¶ Tria sunt fundamenta, ex quibus proceditur. Primum est, vnitas specifica materiæ. Creditur enim eiusdem speciei debere esse materiam in hoc sacramento, sicut & in exteris inuenitur, & hinc infertur cp ex solis illis frumentis, quæ sunt eiusdem speciei cū tritico, potest confici panis pro hoc sacramento. & per hanc viam processisse videntur Auctor in litera, Scotus, Duran. & Petrus de Pa. hēque via hæc difficultatem annexam ex illa propositione, generat sibi simile secundum speciē: quoniam hæ vtiq; ad discernendum distincta species a tritico.

¶ Aliud fundamentum est cōtrarium huic, pro quā to ponit sufficere genus proximum ad triticum: ita cp frumentum, quod est genus, sufficit ad conficiendū panem pro sacrō. Sit hac via processus: Albertus, ponens tamen solum duas frumentispecies. s. triticum & speltam. Habetque fundamentum aliquod in euangelii uerbis, quibus Dominus se comparat grano frumenti.

¶ Tertium demum fundamentum, quod magnifacit Petrus de Palude est auctoritas quarundam ecclesiarum, quæ consecrant panē confectum ex spelta, quod etiam tangit Auctor in litera. dum in secundo argumento obijciēdo affert, quòd de spelta in quibusdam locis panis conficitur ad vsum huius sacramenti. ergo panis triticeus non est propria materia huius sacramenti.

¶ 2 Præt. Permixtio speciem soluit, sed vix inuenitur farina triticea, quæ alterius frumenti permixtionem non habeat, nisi forte de electis granis studiosè fiat. non ergo videtur cp panis triticeus sit propria materia huius sacramenti.

¶ 3 Præ. Illud, quod est corruptū, videtur esse alterius speciei: sed aliqui conficiunt ex pane corrupto, qui iam non videtur esse panis triticeus. ergo videtur cp talis panis non sit propria materia huius sacramenti.

¶ Sed contra est,* cp in hoc sacramento cōtinetur Christus, qui se grano frumenti comparat Ioa. 12. dicēs, Nisi granum frumēti cadens in terrā, mortuum fuerit, ipsum solum manet. ergo panis frumenti, siue triticeus, est materia huius sacramenti.

¶ Respond. Dicendum, cp sicut dictum est,* ad vsum sacramentorum assumitur talis materia, quæ communius apud homines in talem vsum venit. Inter alios autem panes communius homines vtuntur pane triticeo: nam alii panes videntur esse introducti in huius panis defectum. & ideo Christus creditur in huius panis specie hoc sacramentum instituisse. qui etiam panis magis confortat hominem, & ita conuenientius significat effectum huius sacramenti, & ideo propria materia huius sacramenti, est panis triticeus.

¶ Ad primum ergo dicendum, cp panis ordeaceus competit ad significādam duritiem veteris legis propter duritiem panis: tum etiam, quia ut Augustinus* dicit in libro octuagintatrium Quæstionum, ordei medulla, quæ tenacissima palea tegitur, vel ipsam legē significat, quæ ita data erat, vt in ea vitale animæ alimentum corporalibus sacramentis obtegeretur, vel ipsum populum nondum expoliatum carnali desiderio, quod tamquam palea cordi ejus inhærebat: hoc autem sacramentum pertinet ad suaue iugū Christi, & ad veritatem iam manifestatam, & ad populum spiritualem. vnde non esset materia conueniēs huius sacramenti panis ordeaceus.

¶ Ad secundum dicendum, cp generans generat sibi simile in specie, fit tamen aliqua dissimilitudo generantis ad genitum quantum ad accidentia, vel propter materiam, vel propter debilitatem seu dispositionem agentis principalis, vel instrumenti, vel propter defectum vel excessum in actione. Et sic ex pane triticeo corrupto potest generari panis ordeaceus.

¶ Ad tertium dicendum, cp sicut dictum est, ad essentiam panis requiritur, quòd sit ex farina per pastam & fermentum. Et ideo si ex pane triticeo corrupto fiat pasta, & fermentetur, & cocta sit, panis est, & non aqua rosacea, quamuis multum de humore aquæ rosaceæ habeat. Et hoc modo ex pane triticeo corrupto potest fieri panis ordeaceus.

ARTICVLVS III.

Vtrum requiratur ad materiā huius sacramenti, quòd sit panis triticeus.

AD Tertium sic proceditur. Videtur cp non requiratur ad materiā huius sacramenti, quòd sit panis triticeus. hoc enim sacramentum est remoratiuum dominicæ passionis: sed magis videtur esse consonum dominicæ passioni panis ordeaceus, qui est asperior, & de quo etiam Christus patuit turbas in monte (vt dicitur Io. 6.) quam panis triticeus. ergo panis triticeus non est propria materia huius sacramenti.

*art. 1. huius q. Et q. 66. ar. 3.

*q. 81. circa prin. to. 4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quod conuincitur apud fideles, ex hoc quòd panis transubstantiatur in corpus Christi, & accidentibus remanentibus non remanet panis, qui remaneret cum reliquis accidentibus, si accidens significaret. Vnde & falsum est, quòd dum pasta decoquitur in clibano, fiat sola euaporatio humidi: decoctio enim indigerit, & generat panem, mistione autem, aut iuxta positione nulla opus est nouæ. sed prima mistio farinæ cum aqua (ex qua hæc confecta est pasta tamquam ex elementis ac materia transeunte) decoctione digeritur. & ad terminū deducitur, panem scilicet. Nec admitto ex pane fieri pastam. sed micam mollem similem pastæ. Acceptabilior autē apparet hæc positio contemplanti differentiam specificam inter agrestā, vinum, & acetum ex eisdem vuis ob diuersam caloris causalitatem agresta. n. est succus crudus, vinum verò succus digestus, acetum autem addit excessiuam super calefactionē, vt testatur experientia, dum vinū expositum calori acescit, & cupientes acetum bonum habere, ad loca calida dolium transferunt. Ex his.n. apparet ex sola caloris differētia ex parte actiui, specificum progressum posse fieri ex parte materiæ, licet nō semper fiat, non enim differt species pirum coctum a pirо crudo. Diuersi vero coquendi modi, scilicet vel assando, vel elixando, speciem variare non videntur, panis siquidem elixus, vt lagana, aut frixus (quo etiam modo lagana in veteri lege offerebantur) aut assus, vt panis in clibano, & subcineritius, & hostia, eiusdem videtur speciei quo ad subitantiam solaque accidentali forma differre videntur. Verum in proposito modo, videtur vtrumque parū pendendum, ita quòd nec ex diuersitate specifica, nec ex identitate specifica sufficiēs ratio habeatur Sed credēdo quòd nec patta, nec panis, nisi assus, est consecrabilis, rationē

*Alias grani.

435 4.d.11 q.2. ar.2 q.3. Et 4.con.c.68. Et opus 1. c.61. & Io. 13.

bilitatem virtutis generatiuæ. & ideo si qua frumenta sunt, quæ ex semine tritici generari possunt (sicut ex grano tritici seminato in malis terris, nascitur siligo) ex tali frumēto panis cōfectus, potest esse materia huius sacramenti, quod tamen non videtur habere locum, neque in ordeo, neq; in spelta, neque etiā in farre, quod inter omnia est grano tritici similius: similitudo autem figuræ in talibus, magis uidetur significare propinquitatem, q̄ identitatem speciei, sicut ex similitudine figuræ manifestatur, q̄ canis & lupus sunt propinquæ speciei, non autem eiusdem, vnde ex talibus frumentis, quæ nullo modo possunt ex semine tritici * generari, non potest confici panis, qui sit debita materia huius sacramenti.

¶ Ad tertium dicendum, quòd modica permixtio non soluit speciē, quia id q̄ est modicum, quodammodo assumitur à plurimo, ideo si sit modica ad mixtio alterius frumēti ad multo maiorem quantitatem tritici, poterit exinde confici panis, qui est materia huius sacramenti, si verò sit magna permixtio (puta ex æquo vel quasi) talis permixtio speciem mutat. unde panis exinde confectus. non erit debita materia huius sacramenti.

¶ Ad quartum dicendum, q̄ aliquādo est tanta corruptio panis, q̄ soluitur species panis, sicut cum continuitas soluitur, & sapor, & color, & alia accidentia mutantur, vnde ex tali materia non potest confici corpus Christi, aliquando verò non est tanta corruptio, quæ speciem soluat, sed est aliqua dispositio ad corruptionem, quod declarat aliqualis immutatio saporis, & ex tali pane potest confici corpus Christi, sed peccat conficiens propter irreuerentiam sacramenti. Et quia amidum est ex tritico corrupto, non vr̄ q̄ panis ex eo confectus, possit fieri corpus Christi: quamuis quidam contrarium dicant.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum hoc sacramentum debeat confici ex pane azymo.

AD Quartum sic proceditur. Videtur q̄ hoc sacramentum nō debeat confici ex pane azymo. Debemus enim in hoc sacramento imitari institutionem Christi: sed Christus videtur hoc sacramentum instituisse in pane fermentato: quia sicut legit Exo. 12. Iudæi secundum legem incipiebāt aliunde sumentes, dicimus q̄ sicut in sacramento baptismi aqua a Christo est instituta, ita in eucharistia panis, & quemadmodum ibi aqua intelligitur non solum substantia aqua, sed etiam quòd sit sub forma aquæ (& propterea aqua sub forma grandinis aut niuis, non est materia baptismi) ita per panem intelligendus est panis, & secundum substantiam et secundum formā panis. Et per hoc excluduntur quæcumq; constant ex pasta cruda, et similiter quæcumque constant ex pasta elixa: hæc enim non habere formā panis (dato quòd panes sint) vsus testatur humanus, quo his non vtimur vt pane, sed potius hæc comedimus cum pane, & ex hoc ipso profitentes distinctionem horum a pane. Asfato autem pane solo vtimur vt pane, & propterea crediderim ipsum solum esse conficerabilem: materia enim hæc paucas habet assertiones, vnde & Auctor in litera opinatiue loquitur, cum excludit speltam & amidum: de quo adhuc sub iudice lis est, & mihi videtur dicendum, vt supra, scilicet, quòd si panis confectus ex eo est absolute panis, potest conferari. Nec obstat corruptio tritici, dicētibus alijs triticum nō corrumpi tunc, sed abluī & deputari & alterari, & alijs autem q̄ corruptio nihil officit: quoniam non est corruptio simpliciter, sed corruptio, quæ est via ad generationem panis, quam oportere interuenire, probatur ex eo, q̄ triticum est materia transiens respectu passiæ & panis.

Q.73 art.3 ad 3.

*gl. interli nearis ibi.

*In decret. lib.3.tit.42 c.literas, & est vltimū illius tituli.

*ar. præc.

¶ *Super quæstionis 74. Articulum quartum.*

IN artic.4. circa illud, quod de presbytero græco dicitur, scilicet quòd debet seruare ritum græcum in ecclesia græca, dubium occurrit ex Petro de Palude in 4.distin. 11. oppositum concludēte, ex hoc quòd græci sunt schismatici, nulliusque eorum ipsorum debet eis adhærere: ac per hoc potest sicut in toto, sic & in parte ab eis discordare. non ergo peccaret non seruans ritū eorū.

Q.76.art.1.

¶ Ad hoc dicitur, quòd Auctor loquitur de græcis ecclesijs & presbyteris absolute, & non de ijsdem schismaticis, & propterea optime dicit quòd peccaret, peruertens ecclesiæ suæ ritum. Et hinc sequitur,

*loco citato in illomet ar.

quòd etiam tempore schismatis peccaret: quia schisma non soluit ritus rectos ecclesiarum, qualis est ille, qui non ex schismate, sed ex ratione ecclesiastica in eis est, vt Gregor. in litera allatus testatur. Quo circa, si presbyter græcus & in græca ecclesia celebrat, peccaret non seruando ritum græcæ ecclesiæ, non a schismaticis præceptum, sed velut ab ecclesia statutum, quod ibi seruetur. Vnde in Cōcil. Floren. sub Eugenio IIII. legimus sic. Item in azymo sine fermentato pane triticeo corpus Christi veraciter confici, sacerdotesque in altero ipsū Domini corpus conficere debere, vnumquemque scilicet, iuxta suæ ecclesiæ siue occidentalis, siue orientalis cōsuetudinē.

¶ Et cum obijcitur, quòd nemo debet eis adhærere, verum est quantum ad ea, quæ sunt schismatis, & similiter potest, discordare ab eis in toto & in parte, in his quæ sunt schismatis.

*art.3. huius q. ad 4. arg.

¶ *Super quæstionis 74. articul. 5.*

IN ar.5. memento supradictorum, & applica ad propositum, & vide quam nō esse consecrabile: quia non continet vinum sub forma potabili: sed manducabili.

436 4.dist.11. q.2. art.3. q.1. & 1. Corin. 11. lect.7. prin.

sacramentum instituit prima die azymorum (vt habetur Mat.26 & Marc. 14. & Luc. 22.) qua die nihil fermentatum in domibus iudeorum esse debebat, vt habetur Exod. 12. Secundo, quia panis est propriè sacramentum corporis Christi (quod sine corruptione conceptum est) magis quàm diuinitatis ipsius, vt infra patebit. * Tertio, quia hoc magis competit synceritati fidelium, quæ requiritur ad vsum huius sacramenti, secundum illud 1. Corinth. 5. Pascha nostrum immolatus est Christus, itaque epulemur in azymis synceritatis, & veritatis. habet tamen hæc consuetudo Græcorum aliquam rationem, & propter significationem quam tangit Greg. *& in detestationem hæresis Nazaræorum, qui legalia euangelio miscebant.

¶ Ad primum ergo dicendum, q̄ sicut legitur Exod. 12. solennitas paschalis incipiebat in * vesperis quartædecimæ lunæ, & tunc Christus post immolationem agni paschalis hoc sacramentum instituit, vnde hæc dies à Ioā. dicitur præcedere sequentem diem paschæ, & à tribus aliis euangelistis dicitur prima dies azymorum, quando fermentatum in domibus iudæorum non inueniebatur, ut dictum est. * & de hoc supra notatum est plenius in tractatu dominicæ passionis. †

† q.46.ar.9 ad 1. arg.

¶ Ad secundum dicendum, q̄ conficientes ex azymo non intendunt cæremonias legis seruare, sed conformare se institutioni Christi, & ideo nō iudaizant, alioquin & celebrantes in pane fermentato, iudaizarent: quia iudæi panes primitiarum, fermentatos offerebant.

¶ Ad tertium dicendum, q̄ fermentum significat charitatem propter aliquem effectum, quia scilicet panem facit sapidiorem & maiorem: sed corruptionem significat ex ipsa ratione suæ speciei.

¶ Ad quartum dicendum, quòd quia fermentum habet aliquid corruptionis, & ex pane corrupto non pōt confici hoc sacramentum (vt dictum est *) ideo magis attenditur circa panem differentia azymi & fermentati, quàm circa aquam baptismi, differentia calidi & frigidi: posset.n. tanta esse corruptio fermenti, q̄ ex eo nō posset confici sacramentum.

ARTICVLVS V.

Vtrum vinum uitis sit propria materia huius sacramenti.

AD Quintum sic proceditur. Videtur quòd non sit propria materia huius sacramenti vinum vitis: sicut enim aqua est materia baptismi, ita vinum est materia huius sacramenti: sed

in qualibet aqua potest fieri baptismus. ergo in quolibet vino (puta malorum granatorū, vel moroū, aut hmói) potest confici hoc sacrm, præsertim cum in quibusdam terris, vites non crescant.

¶ 2 Præt. Accetum est quædam species vini quod de vite sumitur: vt Ifid. *dicit: sed de accto non pōt confici hoc sacrm. ergo vr̄ q̄ vinum vitis non sit propria materia huius sacramenti.

* Innuitur lib.20.& ymol.cap.3. circa med.

¶ 3 Præt. Sicut de vite sumitur vinum depuratum, ita etiam agresta & mustum: sed de his non videtur posse cōfici hoc sacramentum, secundum illud * quod in sexta synodo legitur, Didicimus, quòd in quibusdam ecclesiis sacerdotes sac ificio oblationis coniungunt vuas, & sic simul vtrumq; populo dispensant: præcepimus igitur, vt nullus sacerdos hoc vlterius faciat. & Iulius Papa reprehendit quosdam, qui expressum vinum in sacro domini calicis offerunt. ergo vr̄ quòd vinum vitis non sit propria materia huius sacramenti.

* In 6.synodo can.28. & habetur de consecr. dist.2.c.dicimus.
* Iulius 1. in decre. 7. a medio illius, & est decretū 7. inter eius decreta.10. quæ sūt ab alijs separata.

¶ Sed contra est, quòd sicut dominus se comparauit grano frumenti, ita etiam se comparauit viti, dicens Ioan. 15. ego sum vitis vera: sed solus panis de frumento, est materia huius sacramenti, ut dictū est. * ergo solum vinum de uite, est propria materia huius sacramenti.

* art.3.huius quæst.

¶ Respondeo Dicendum, quòd de solo vino vitis potest confici hoc sacrm. Primo quidem, propter institutionem Christi, qui in uino uitis hoc sacrm instituit, vt patet ex eo quod ipse dicit Mat.26. circa institutionē huius sacramenti, non bibam amodo de hoc genimine vitis. Secundo, quia sicut dictum est, *ad materiam sacramentorum assumitur id, quod propriè & cōiter habet talem speciem. Propriè autem vinum dr̄, quod de vite sumitur: alii verò liquores, vinum dicuntur, secundum quandam similitudinem ad vinum vitis. Tertio, quia vinum vitis magis competit ad effectum huius sacramenti, qui est spiritualis lætitia: quia scriptum est, q̄ vinum lætificat cor hominis.

* art.3.huius quæst.

¶ Ad primum ergo dicendum, q̄ illi liquores non dicuntur propriè uinum, sed secundum similitudinem. Potest autem verum vinum ad terras illas deferri, in quibus vites non crescunt, quantum sufficit ad hoc sacramentum.

¶ Ad secundum dicendum, quòd vinum fit acetum per corruptionem: vnde non fit reditus de aceto in uinum, vt dicitur 8. Meta. *& ideo sicut de pane totaliter corrupto non potest confici hoc sacramentum, ita nec de aceto. Potest tamen confici de vino acescenti, sicut & de pane, qui est in via ad corruptionem: licet peccet conficiens, vt prius dictum est. *

* li.8.Met. tex.14.to.3

¶ Ad tertium dicendum, quòd agresta est in via generationis: & ideo nondum habet speciem vini, & propter hoc de ea non potest confici hoc sacramentum, mustum autem iam habet speciem vini: nam eius dulcedo attestatur digestioni, quæ est completio a naturali calore, vt dicitur in 4. Meteo. *& ideo de musto potest confici hoc sacramentum: non tamen debent vuæ integræ huic sacramento misceri: quia iam esset ibi aliquid præter vinum. Prohibetur etiam ne mustum statim expressum de vua, in calice offeratur: quia hoc est indecens propter impuritatem musti. Potest tamen in necessitate fieri: dicitur * enim ab eodem Iulio Papa, si necesse fuerit, botrus in calicem prematur.

* art.3. huius qō. ad 4.arg.

* lib.4.c.3. parū a pri.

* eod. loco in arg. citato. & habef de consecr. dist.2. c. cū omne crimē in med. & in concil.3. Brac. cap.2.

¶ Super

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Super quæstionis 74. Articulum sextum.

437 4.dist.11.q.2.ar.4.q.1. Et 1. Cor. 11.lec.

IN ar.6. aduerte ne credas dicentibus græcos offerre calicem Domini cum vino tãtum: hoc.n. Armenii, non Græci, olim faciebant, ut patet in conc. Floren. sub Eug. 1111. Vbi decretum est, vt etiá ipsi Armeni se cum vniuerso orbe Christiano conforment, omnesq. latinorũ græcorumque ecclesias imitando, in calicis oblatione paululum aquæ vino admisceãt.

ARTICVLVS VI.

Vtrum aqua sit vino permiscenda.

AD Sextum sic proceditur. Videtur quòd aqua non sit vino permiscenda. Sacrificium.n. Christi figuratum fuit per oblationem Melchisedech, qui Gene. 4. non legitur obtulisse, nisi panem & vinum. ergo videtur ꝙ in hoc sacramento non debeat adiungi aqua.

¶ 2 Præterea. Diuersorum sacramentorum diuersæ sunt materiæ: sed aqua est materia baptismi. ergo non debet assumi ad materiam huius sacramenti.

¶ 3 Præterea. Panis & vinum sunt materia huius sacramenti: sed pani nihil adiungitur. ergo nec vino debet aliquid adiungi.

¶ Sed contra est, ꝙ Alex. * Papa scribit: In sacramentorum oblationibus, quæ inter missarum solennia Domino offeruntur, panis tantum & vinum aqua permistum, in sacrificium offerantur.

*Alex.1.in epist. ad omnes fideles a medio illius tom.1. Concil.

¶ Respondeo dicendum, quòd vino, quod offertur in hoc sacramento, debet aqua misceri. Primo quidem, propter institutionem: ptobabiliter enim creditur, quòd Dominus hoc sacramentum instituerit in vino aqua permixto, secundum morem illius terræ. vnde & Prouerb. 9. dicitur, Bibite vinum, quod miscui vobis. Secundo, quia hoc conuenit repræsentationi dominicæ passionis. vnde dicit Alexan. Papa. Non debet in calice Domini, aut vinum solum, aut aqua sola offerri, sed vtrumq; permixtum: quia vtrumque ex latẽrius in passione sua profluxisse legitur. Tertio, quia hoc conuenit ad significandum effectũ huius sacramenti, qui est vnio populi Christiani ad Christum: quia vt Iulius Papa dicit, † videmus in aqua populum intelligi, in vino verò ostendi sanguinem Christi. ergo cum in calice vino aqua miscetur, Christo populus adunatur. Quarto, quia hoc competit ad vltimum effectum huius sacramenti, qui est introitus ad vitam æternam. vnde Ambrosi. * dicit in lib. de sacramentis, redundat aqua in calicem, & salit in vitam æternam.

* Alex.1.in epist. ad oẽs orth. a medio illius to.1 Conc.

† Habetur de consecr. dist.2.c. cũ omne crimen, circa medium.

* lib. 5. de sacra. c.1. a med.to.4.

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ sicut Ambro. † dicit ibidem, sicut sacrificium Christi significatum est per oblationem Melchisedech, ita etiam significatum est per aquam, quæ in heremo fluxit de petra, secundum illud 1. Corinth. 10. Bibebant autem de spirituali consequente eos petra.

† eod.lib.5 c.1.to.4.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ aqua assumitur in baptismo ad vsum ablutionis. In hoc aũt sacrò assumitur ad vsum refectionis, secundum illud Psal. 22. Super aquam refectionis educauit me.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ panis ex aqua & farina conficitur, & ideo cum vino aqua miscetur, neutrum sine aqua existit.

¶ Super quæstionis 74. Articulum septimum.

438 Inf. qõ 83. art.6. ad 4.

IN articul.7. circa aquam, ex qua fit panis pro sacramento, videtur quòd aqua non sit de necessitate huius sacramenti. dicit enim Cyprian. * ad Cecilium: sic calix Domini non est aqua sola & vinũ solum, nisi vtrumq; misceatur, quomodo nec corpus Domini potest esse farina sola, nisi vtrumque. s. farina, & aqua, fuerit adunatum: sed admixtio aquæ ad farinam, est de necessitate huius sacramenti. ergo pari ratione admixtio aquæ ad vinum.

& 6. Et 4. dist.11.q.2. art.4.q.2. & 3. Et 1. cor.11.lec.6 * li.2 epist.3 inter finem & med.

¶ 2 Præterea. In passione Domini, cuius hoc sacramentum est memoriale, sicut de latere eius exiuit sanguis ita & aqua: sed vinum quod est sacramentum sanguinis, est de necessitate huius sacramenti. ergo pari ratione & aqua.

¶ 3 Præter. Si aqua non esset de necessitate huius sacramenti, non referret quæcumque aqua huic sacramento apponeretur: & ita posset apponi aqua rosacea, vel quæcumque alia huiusmodi aqua: quod non habet vsus ecclesiæ. aqua ergo est de necessitate huius sacramenti.

¶ Sed contra est, quòd Cypria. * dicit, si aliquis de antecessoribus nostris, vel ignoranter, vel simpliciter non observauit, vt. s. aquam vino misceret in sacramento, potest simplicitati eius venia concedi: quod non esset, si aqua esset de necessitate sacramenti, sicut est vinum vel panis. non ergo aquæ admixtio est de necessitate sacramenti.

* li.2.epi.3. Inter finẽ & medium.

¶ Respon. Dicendum, ꝙ iudicium de signo, sumendum est ex eo, quod significatur. Appositio autem aquæ ad vinum refertur ad significandã participationem huius sacramenti à fidelibus, quantum ad hoc, ꝙ per aquam mixtam vino, significatur populus adunatus Christo, vt dictum * est: sed & hoc ipsum quod de latere Christi pendentis in cruce aqua profluxit, ad idem refertur: quia per aquam significatur ablutio peccatorum, quæ fiebat per passionem Christi. Dictum est * autem supra, ꝙ hoc sacramentum perficitur in consecratione materiæ: vsus autem fidelium non est de necessitate sacramenti, sed est aliquid consequens ad sacramentum. & ideo consequens est: ꝙ appositio aquæ, non sit de necessitate sacramenti.

* art. præced.

* Q.73. art. 1. ad 3.

¶ Ad primum ergo dicẽdum, quòd verbum illud Cypriani est intelligendum, secũdum ꝙ dicitur illud esse nõ posse, quod conuenienter esse non potest. & sic similitudo illa attenditur quãtum ad id, quod debet fieri, non autem quantũ ad necessitatẽ: nam aqua est de essentia panis, non autem de essentia vini.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ effusio sanguinis directè pertinebat ad ipsam Christi passionẽ: est enim naturale corpori humano vulnerato, quòd ex eo profluat sanguis. sed effusio aquæ non fuit de necessitate passionis: sed ad demonstrandum effectum passionis, qui est ablutio à peccatis, & refrigerium contra ardorem concupiscentiæ, & ideo aqua non seorsum offertur à vino in sacramento, sicut vinum offertur seorsum à pane: sed aqua offertur vino permixta, vt ostendatur, quòd vinũ per

ARTICVLVS VII.

Vtrum permixtio aquæ sit de necessitate huius sacramenti.

AD septimum sic proceditur. Videtur ꝙ permixtio aquæ sit de necessitate huius sacramenti. dicit enim Cyprian. * ad Cecilium: sic calix Domini non est aqua sola & vinũ solum, nisi vtrumq; misceatur, quomodo nec corpus Domini potest esse farina sola, nisi vtrumque. s. farina, & aqua, fuerit adunatum: sed admixtio aquæ ad farinam, est de necessitate huius sacramenti. ergo pari ratione admixtio aquæ ad vinum.

¶ 2 Præterea. In passione Domini, cuius hoc sacramentum est memoriale, sicut de latere eius exiuit sanguis ita & aqua: sed vinum quod est sacramentum sanguinis, est de necessitate huius sacramenti. ergo pari ratione & aqua.

¶ 3 Præter. Si aqua non esset de necessitate huius sacramenti, non referret quæcumque aqua huic sacramento apponeretur: & ita posset apponi aqua rosacea, vel quæcumque alia huiusmodi aqua: quod non habet vsus ecclesiæ. aqua ergo est de necessitate huius sacramenti.

¶ Sed contra est, quòd Cypria. * dicit, si aliquis de antecessoribus nostris, vel ignoranter, vel simpliciter non observauit, vt. s. aquam vino misceret in sacramento, potest simplicitati eius venia concedi: quod non esset, si aqua esset de necessitate sacramenti, sicut est vinum vel panis. non ergo aquæ admixtio est de necessitate sacramenti.

* li.2.epi.3. Inter finẽ & medium.

¶ Respon. Dicendum, ꝙ iudicium de signo, sumendum est ex eo, quod significatur. Appositio autem aquæ ad vinum refertur ad significandã participationem huius sacramenti à fidelibus, quantum ad hoc, ꝙ per aquam mixtam vino, significatur populus adunatus Christo, vt dictum * est: sed & hoc ipsum quod de latere Christi pendentis in cruce aqua profluxit, ad idem refertur: quia per aquam significatur ablutio peccatorum, quæ fiebat per passionem Christi. Dictum est * autem supra, ꝙ hoc sacramentum perficitur in consecratione materiæ: vsus autem fidelium non est de necessitate sacramenti, sed est aliquid consequens ad sacramentum. & ideo consequens est: ꝙ appositio aquæ, non sit de necessitate sacramenti.

* art. præced.

* Q.73. art. 1. ad 3.

¶ Ad primum ergo dicẽdum, quòd verbum illud Cypriani est intelligendum, secũdum ꝙ dicitur illud esse nõ posse, quod conuenienter esse non potest. & sic similitudo illa attenditur quãtum ad id, quod debet fieri, non autem quantũ ad necessitatẽ: nam aqua est de essentia panis, non autem de essentia vini.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ effusio sanguinis directè pertinebat ad ipsam Christi passionẽ: est enim naturale corpori humano vulnerato, quòd ex eo profluat sanguis. sed effusio aquæ non fuit de necessitate passionis: sed ad demonstrandum effectum passionis, qui est ablutio à peccatis, & refrigerium contra ardorem concupiscentiæ, & ideo aqua non seorsum offertur à vino in sacramento, sicut vinum offertur seorsum à pane: sed aqua offertur vino permixta, vt ostendatur, quòd vinũ per

per se pertinet ad hoc sacramentum, tanquam de eius necessitate existens, aqua autem secundum quòd adiungitur vino.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ quia admixtio aquæ ad vinum non est de necessitate sacri, non refert quãtum ad sacramenti necessitatem, quæcumq; aqua misceatur vino, siue naturalis, siue artificialis, vt rosacea: quamuis quantum ad conuenientiam sacramenti, peccet qui aliã aquam miscet, nisi naturalem & veram: quia de latere Christi pendentis in cruce d aqua vera profluxit, non humor phlegmaticus, ut quidam dixerunt, ad ostendendũ ꝙ corpus Christi erat verè compositum ex quatuor elementis, sicut per sanguinem fluentem ostendebatur, ꝙ erat compositum ex quatuor humoribus, vt Innoc. 111. dicit in quadam decretal. * quia verò admixtio aquæ ad farinam, est de necessitate huius sacramenti, vtpote constituens substantiam panis, si farinæ admisceretur aqua rosacea, vel quicumq; alius liquor, quàm vera aqua, non posset ex eo confici sacramentum: quia non esset verus panis.

D.235.

*In decret. li.3.tit.41. cap. pernitiosus.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum aqua debeat in magna quantitate apponi.

437 4.d.11.q.2. ar.4.q.4. & 1.co.11.le. 6.

AD Octauum sic proceditur. Videtur ꝙ oporteat aquam in magna quantitate apponi. sicut.n. sanguis de latere Christi sensibiliter fluxit, ita & aqua. vnde dr Io. 19. Qui vidit, testimonium perhibuit: sed aqua non posset sensibiliter esse in hoc sacrõ, nisi in magna quantitate poneretur. ergo vr, ꝙ aqua debeat apponi in magna quantitate.

¶ 2 Præterea. Parua aqua multo vino admixta, corrumpitur, quod autem corruptum est, iam non est. ergo idem est apponere parum de aqua in hoc sacrõ, & nihil apponere, sed non licet nihil apponere. ergo non licet parum apponere.

¶ 3 Præ. Si sufficeret parum apponere, per cõsequens esset sufficiens. ꝙ gutta aquæ in totum dolium proiceretur, sed hoc vr ridiculum. ergo non sufficit, quòd parua quantitas apponatur.

¶ Sed contra est, quòd extra de celebratione missarum dicitur: * Pernitiosus in tuis partibus inoleuit abusus, videlicet ꝙ in maiori quantitate de aqua in sacrificio ponitur, quàm de vino, cum secundum rationabilem consuetudinem ecclesiæ generalis, plus in ipso sit de vino, quàm de aqua ponendum.

¶ Respond. dicendum, quòd circa aquam adiunctã vino, sicut Innoc. 111. * dicit in quadam decreta. triplex est opinio. quidam.n. dicunt, ꝙ aqua adiuncta vino per se manet vino conuerso in sanguinem, sed hæc opinio stare non potest, quia in sacrõ altaris post consecrationem nihil est, nisi corpus & sanguis Christi (sicut. s. Ambrosi. † dicit in li. de Officiis. Ante benedictionem illa species nominatur, post benedictionem * corpus significat) aliquin non totum adoraretur veneratione latriæ. & ideo alii dixerunt, ꝙ sicut vinum conuertitur in sanguinem, ita aqua conuertitur in aquam, quæ de latere Christi fluxit: sed nec hoc rationabiliter dici potest, quia secundũ hoc, aqua seorsum consecraretur à vino, sicut vinum à pane. & ideo sicut ipse dicit, aliorum opinio probabilior est, qui dicunt aquam conuerti in vinum, & vinum in sanguinem. Hoc autem fieri non posset, nisi adeo modicum apponeretur de aqua, quod conuerteretur in vinum, & ideo semper tutius est parum de aqua apponere, & præcipuè si vinum sit debile, quia si tanta fieret appositio aquæ, vt solueretur species vini, non posset perfici sacramentum. vnde Iulius Papa * reprehendit quosdã, qui pannum lineum musto intinctum, per totum annũ

*De celeb. miss. c.cum Marthæ. paragrapho, Quæsiuisti.

† in lib. de his qui mysteriis initiantur c.9 a med. to.4

* Alias corpus Chri.

* Iulius 1. scribendo

seruant, & in tempore sacrificii, aqua partem eius lauãt, & sic offerunt.

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ sufficit ad sacramẽti huius significationem, ꝙ sentiatur aqua, cum apponitur vino: non autem oportet, ꝙ sit sensibilis pòst mixtionem.

¶ Ad secundum dicendum, quòd si aqua omnino nõ apponeretur, totaliter excluderetur significatio: sed cũ aqua in vinum conuertitur, significatur quòd populus Christo incorporatur.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ si aqua apponeretur dolio, non sufficeret ad significationem huius sacramenti: sed oportet aquam vino apponi circa ipsam celebrationem sacramenti.

episco. per Aegyptum. Et habetur de consec.d.2 c. cũ omne crimen.

QVAEST. LXXV.

De conuersione panis & uini in corpus & sanguinem Christi, in octo articulos diuisa.

DEINDE considerandum est, de conuersione panis & uini in corpus & sanguinem Christi.

Et circa hoc quæruntur octo.

¶ Primo, Vtrum in hoc sacramento sit corpus Christi, secundum veritatem, an solum secundum figurã, uel sicut in signo.

¶ Secundo, Vtrum in hoc sacro re maneat substantia panis & uini post consecrationem.

¶ Tertio, Vtrum substantia panis uel uini post cõsecrationem huius sacramenti annihiletur, aut in pristinã materiam resoluatur.

¶ Quarto, Vtrum panis possit conuerti in corpus Christi.

¶ Quinto, Vtrum in hoc sacro post conuersionem remaneant accidentia panis & uini.

¶ Sexto, Vtrum facta consecratione, remaneat in hoc sacramento forma substantialis panis.

¶ Septimo, Vtrum ista conuersio fiat in instanti.

¶ Octauo, Vtrum hæc sit falsa, ex pane sit corpus Christi.

ARTICVLVS I.

Vtrum in hoc sacramento sit corpus Christi, secundum veritatem.

¶ Super quæstionis 75. Articulum primum.

TItulus, vt sonat.

440 Sup. q. 63. arti. 3. cor. pũn. & inf. q.76. per totum & 4.d. to. arti. 1. & d.11. prin. & 4. contra ea 61. & 1. Co. 11. le. 5

¶ In corpore eõ closo clara est, & de ipsa tria dicuntur. primo, quòd sola fide tenetur: secundo, quòd est conueniens, & affertur triplex conuenientia: tertio recitaẽ error quorundam dicentiũ oppositum, & ex verbis Christi, & confessione B. reng arii de consecra. di. 2. ego Berengarius, confutatur.

¶ Circa

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶Circa præsentis & sequentium articulorum doctrinam, ad materiam pro claritate & ampliori intellectu difficultatũ, sciendũ est ex auctoritate sacræ scripturæ de existentia corporis Christi in sacramento eucharistiæ nihil aliud haberi expresse, nisi verbum salutoris, dicentis, Hoc est corpus meum: oportet nos verba hæc veraesse. Et quoniam verba sacræ scripturæ exponuntur dupliciter (vel proprie, vel metaphorice) primus error circa hoc fuit interpretentium hæc Domini verba metaphoricè, quem Magister sen. in d. 10. lib. 4 tractat, qui & in hoc articulo reprobatur. Et consistit vis reprobationis in hoc, q verba Domini intellecta sunt ab ecclesia proprie, & proceres oportet illa verificari proprie. Dico autem ab ecclesia: quoniã non apparet ex Euangelio coactiuũ aliquod ad intelligendum hæc verba proprie. Ex subiunctis siquidẽ verbis a Domino, scilicet, quod pro vobis tradeturin remissionem peccatorum, non potest concludi euidẽter, præmissa verba esse intelligenda proprie: quoniam ly quod, non refert coniunctionẽ prædicati cum subiecto, sed refert prædicatum, scilicet, corpus meum. Cũ cuius relationis veritate stat, præiacẽtem esse veram solum in sensu metaphorico: ut patet in exemplo, Petra autem erat Christus: si enim adiunxisset Apostolus, qui crucifixus est, resurrexit & ascendit ad cælos, dicendo, Petra autem erat Christus, qui crucifixus est, & resurrexit à mortuis & ascendit in cælum: nihilominus præiacens illa propositio, Petra autẽ erat Christus, non propriè, sed metaphoricè intelligenda esset. Et similiter in proposito, verba Domini, hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur, ex illa additione, quod pro vobis tradetur, non arctatur prima propositio ad sensum proprium, sed esset etiam vera, si in solo metaphorico sensu esset prolata. Et propterea dixi ex verbis Domini proprie intellectis ab ecclesia, excludi errorem dicentium corpus Christi metaphorice, seu significative tantum esse in eucharistia. Habemus igitur ex veritate verborum Domini in sensu proprio corpus Christi veraciter eẽ in eucharistia, & hoc est primum, quod ex euangelio habemus circa hoc sacramentum. Alterum autem, q euangelium non explicauit, ex presse ab ecclesia accepimus, scilicet conuersionẽ panis in corpus Christi. Hanc enim non solum a priscis doctoribus ecclesiæ habuimus, quos habes de consec. dist. 2. copiose, & a Magistro sen. in tractatu de eucharistia diffuse: sed a concilio Lateranensi sub Innoc. III. vt patet extra de summa Trin. & fid. cath. firmiter credimus. vbi vtrũq. simul dr sub his verbis, Christi corpus & sanguis in sacramento altaris sub speciebus panis, & vini veraciter continentur, & hæc quo ad primum. Et sequitur, Transubstantiatis pane in corpus, & vino in sanguinem potestate diuina. & hæc quo ad secundum. Et quoniam variæ fuerunt opiniones, multiformiaq. fiunt argumenta circa hæc implicantiæ mentes etiam eruditorum, prænotandum est, & ante oculos semper habendum, intereuenire hic non vnam, sed duas nouitates, vna de mirabiles. Altera est de esse corporis Christi sub hostia consecrata. de nouo enim corpus Christi verum veraciter sub illa hostia continetur. Altera est de conuersione substantiæ panis in substãtiam corpo Christi, & hoc etiam de nouo fieri credimus. Et quoniam omnis nouitas mutationem nonnullã sonat extenso mutationis nomine, latissime, ideo pro maiori claritate latissimæ mutationis uocabulo vtendo, imaginemur secundum has duas nouitates intereuenire duas mutationes, non curando an vna sit ratio alterius, aut inserat alteram. Et in illa quidem nouitate, qua corpus Christi de nouo est sub speciebus panis, oportet intelligere mutationem, vel ex parte corporis Christi, uel ex parte accidentiũ panis. Et siquidem ex corporis Christi parte mutationẽ imaginamur, erit mutationis uelut subiectũ corpus Christi, terminus a quo non contineri sub his accidentibus, terminus ad quẽ contineri sub his accidentibus: sit enim Christi corpus ex non contento sub his accidentibus contentum sub illis. Si uero mutatio hæc imaginanda ponitur ex parte hostiæ, tunc mutationis subiectum est ipsa panis species, & terminus a quo, non continere: terminus autem ad quem, est continere Christi corpus, sit enim panis species remanens, ex non continente Christi corpus, continens Christi corpus.

¶Quia ergo attendendo formaliter ad illam nouitatem, qua corpus Christi continetur veraciter sub speciebus panis, & corpus Christi, quod non continebatur sub his speciebus, continetur, & species panis, quæ non continebat Christi corpus, continet Christi corpus, rationabiliter manifestatur nouitas ista formali & perspicaci intellectu, humano morte ex ratione mutationis, vt fecimus: excelsa siquidem Dei balbutiendo, vt possumus resonare non dedecet, secundum Grego. Quapropter conformiter ad sacros canones loquendo, vocetur ista nouitas, nouitas contentiæ: qñ vere secundum hanc corpus Christi continetur, & hostia continet corpus Christi: quamuis, non continentia localiter. Altera autem nouitas vocabitur nouitas conuersionis, qñ: sed in illam panis vere conuertitur in corpus Christi. In hac igitur conuersionis nouitate manifesta mutatio interuenit, qua ex pane fit corpus

hoc sacramento, sensu deprehendi nõ potest, sed sola fide, quæ auctoritati diuinæ innititur, vnde, super illud Luc. 22. Hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur, dicit Cyrillus, non dubites an hoc verum sit, sed potius suscipe verba saluatoris in fide. cum. n. sit veritas, non mentitur, hoc autem conueniens est, primo quidem perfectioni nouæ legis. Sacramenta enim veteris legis illud verum sacrificium passionis Christi continebant solum in figura, secundũ illud Heb. 10. Vmbram habens lex futurorum bonorũ, non ipsam rerum imaginem, & ideo oportuit, vt aliquid plus haberet sacramentum nouæ legis à Christo institutum, vt scilicet contineret ipsum Christum passum, non solum in significatione uel figura, sed etiam in rei veritate. & ideo hoc sacramentum, q ipsum Christum realiter continet (vt Diony. dicit 4. c. Cæl. hierar.) est perfectiuum omnium aliorum sacramẽtorum, in quibus virtus Christi participatur. Secundo hoc competit charitati Christi, ex quapro salute nostra corpus verum nostræ naturæ assumpsit, & quia maximè propriũ amicitiæ est conuiuere amicis (vt Philosophus* dicit 9. Ethicor.) sui præsentiã corporalem nobis repromittit in præmium, dicens Matth. 24. Vbi fuerit corpus, illuc congregabuntur & aquilæ. Interim tamen nec sua præsentia corporali nos in hac peregrinatione destituit, sed per veritatem corporis, & sanguinis sui, nos sibi coniungit in hoc sacramento. vnde ipse dicit Ioan. 6. Qui manducat meam carnẽ, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo. Vnde hoc sacramentum est maximæ charitatis signum, & nostræ spei subleuamentum ex tã familiari cõiunctione Christi ad nos. Tertio hoc competit perfectione fidei, quæ sicut est de diuinitate Christi, ita est de eius humanitate, secundum illud Ioann. 14. Creditis in Deum, & in me credite. Et quia fides est inuisibilium, sicut diuinitatem suam nobis exhibet Christus inuisibiliter: ita & in hoc sacramento carnem suam nobis exhibet inuisibili modo: quæ quidam non attendentes, posuerunt corpus & sanguinem Christi non esse in hoc sacramento, nisi sicut in signo, qđ est tanquam hæreticum abiiciendum, vtpote verbis Christi contrarium: vnde & Berengarius,* qui primus huius erroris auctor fuerat, postea coactus est suum errorem reuocare, & veritatem fidei confiteri.

¶Ad primum ergo dicendum, q ex hac auctoritate prædicti hæretici occasionem errandi sumpserunt, malè

corpus Christi. sed mutatio ista absq; subiecto inuenitur habens pro termino a quo panem. & pro termino ad quem, corpus Christi. Et scito, quod tanta est vilitas discernendi inter has nouitates & inter has mutationes, vt inde pendeat & intelligere tam varias obiectiones, & scire formaliter respondere, & videre quid scias vel nescias.

Vnde non sit tibi curæ pronũc, hoc est pro principio in telligendum, quales, vel quomodo sint, aut fiant istæ mutationes, sed esto contentus ex alietate terminorum etiam fingere diuersitatem mutationum. Et perspiciendo, quòd conuersio habet propriostermínos, scilicet panem & corpus Christi, & q corpus Christi cõtineri de nouo sub sactamento, habet alios suos ꝓprios terminos, scilicet de non continentia ad continentiam vel passiue, vel actiue (vt prædeclaratum est) siste, & fige intellectum ad formalia ambarum nouitatum & suarum mutationum, vt sic liber tibi pateat ingressus in pelagus tam fluctuantium opinionum & intellectuum.

*Habetur de consec. dist. 2. ca. Ego Berẽgarius.

¶His præhabitis, sciẽdum est, omnes circa primam nouitatem contentiæ & re & voce consensisse, dum omnes communiter fatemur corpus Christi prius non contentum sub hac hostia, modo veraciter contineri: quamuis circa modum quo continetur, variæ sint (vt postea dicetur) opiniones.

¶Verum nouitatem cõuersionis licet omnes voce affirment, secundum rem tamen multi negarunt, putantes se non negare illam. Et hi multifariam sunt diuisi, dum quidam intelligunt conuersionis nomine identitatem loci, vt hac ratione dicatur panem fieri corpus Christi: quia vbi est panis, est & corpus Christi, vt Magister sent. in 11. dist. 4 refert & reprobat, & de hoc erit secundus articulus litera, quidam vero conuersionis nomine intelligunt successionis ordinem, vt Magister ibidem refert, vt hac ratione dicatur panem conuerti in corpus Christi, quia corpus Christi est, post consecrationem sub accidentibus, sub quibus erat panis, quem panem annihilari aut solui in præiacentem materiam dicebant, & hoc Auctor in 3. tractabit articulo. & hanc opinionem quo ad sententiam sequitur Scotus in 4. dist. 10. & 11. Dixi autẽ secundum sententiam: quia in modo opinandi cautior est Scotus, ponens panem per accidens redigi in nihil, & conuersionem vocat adductiuam Christi corporis ad hoc, q sit præsens accidentibus panis. Sed quo ad rem in idem redit cum opinione recitata a Magistro: quia secundum rem panis non conuertitur in aliquã rem, sed in nihilum cedit, & propterea solo nomine, conuersionẽ ponit panis in corpus Christi; Quidam autem conuersionis nomen & rem, partialiter tamen, admittunt, de quorum numero est Durand. in eodem quarto, ponens materiã panis conuerti in corpus Christi, quia incipit informari forma corporis Christi (sicut alimentum informatur forma aliti, panis vero formam desinere esse. Et hæc noua opinio vt erronea a Pet. de Pal. reprobatur, & erronea conuincitur ex hoc, q corpus Christi iam est impassibile, & multo magis eius anima est immutabilis, quo ad informare & non informare.

¶Quidam demum cõuersionis nomen, & rem totaliter admittentes, dicunt panem conuerti in corpus Christi, non secundum substantiam, sed secundum esse accidentale: ita q panis conuerti tur non in substantiam corporis Christi, sed in illes esse sacramentale: & hanc opinionem tenet, sine assertione tamen, Pet. de Pal. in 4. quam opinionem vepote nouam Auctor non tractauit. alienatamen a veritate est: quia transubstantiationem solo nomine saluat, quoniã secundum rem, apud istos substantia panis conuertitur in accidens & non in substantiam corporis Christi, sed secundum vocem saluant transubstantiari, quia conuertitur panis substantia in Christi substantiam secundum esse accidentale. Praeter siquidem manifeste, transubstantiari importare cõuersionem substantiæ in substantiam simpliciter & absolute, vt textus expresse inductæ decretalis dicit, transubstantiatis pane in corpus, & vino in sanguinem.

¶Communis autem doctrina, quam Auctor sequitur post Magistrum sen. tenet substantiam panis conuerti in substantiam corporis Christi absque additione aliqua, absq; augmento quoq; in substantia corporis Christi. ac per hoc panem non esse redactum in nihil, sed conuersum in substantiam Christi corporis, & ex hoc ipso non esse amplius panem, sed quod erat panis, est corpus Christi. Et hæc doctrina ex sacris conciliis prisenq; doctoribus ecclesiæ clare habetur, vt patet de consi. dist. 2. diffuse, & in allegata decretali Lateranen. concil.

¶Addit autem doctrina hæc, q hæc nouitas conuersionis est ratio nouitatis continentiæ, & prior illa, ita q prius natura est nouitas conuersionis panis in corpus Christi, & deinde secundum naturæ ordinem est corpus Christi sub hostia: verumque tamen est in vno & eodem instanti temporis. Nec est inter has duas nouitates solummodo dictæ ordo prioris & posterioris, sed ordo causalitatis, ita q hæc conuersio panis in corpus Christi, est causa sufficiens in suo ordine existentiæ corporis Christi sub hostia: ita q licet sint hic duæ nouitates, & tot mutationes cum suis propriis terminis: tanta tamen est inter eas necessaria connexio, q ad priorem reliquæ necessario sequũtur, hoc est, q ad cõuersionem panis in corpus Christi, necessario

† In expositiõe ps. 91. to. 8.

hanc, qua transubstantiatur panis in corpus Christi, contineri sub hostia.

*alias in passibiliter.

¶Quocirca quatuor supersunt declaranda. Primo, quòd hæc conuersio est factiua præsentiæ corporis Christi sub hostia. Secundo, quòd hoc est necessarium, Tertio, quomodo se habeat hæc cõuersio ad sequentem præsentiam. Quarto redibimus, ad opiniones relatas.

¶Ad euidentiam primi scito & caute, dupliciter de conuersione panis in corpus Christi; posse nos loqui, vel simpliciter & absolute, vel vt sacramentali. Nam si loquamur simpliciter & absolute de conuersione panis in Christi corpus præexistens absque additione, & c. nihil aliud video inde sequi, quod ex hoc percipere possumus, quòd si absque sacramenti institutione, diuina potentia conuerteret panem in Christi corpus, nihil aliud fateremur effectum, nisi quòd panis conuersus est in corpus Christi. Et hoc est, quòd doctores dicti, scilicet Scot. &c. sanauerunt, dicentes nouitatem cõuersionis posse esse sine nouitate præsentiæ Christi ad hostiam: hoc enim* verum esset, si esset sermo de conuersione simpliciter & absolute: sed sermo est de conuersione sacramentali, secus dicendum est, & de tali conuersione loquuntur doctores prisci, sacri canones, & nos sic, de ea nunc loquimur.

*lib. 9. c. 4. & li. 6. c. 5. to. 5.

¶Et si quæras quid addit ly sacramentalis supra conuersionẽ, respondeo q addit aliquid nobis secundum, se ignotum: cognitum autem vtcunque, per hoc, q est illatiuum huius veritatis, hoc est corpus meum.

¶Et caue ne dixeris, q addit solum respectum ad actiuam consecrationem per verba sacerdotis in persona Christi.

¶Probatur igitur, q conuersio sacramentalis, hoc est quæ, seu qualis, in hoc sacramento fit, est factiua præsentia corporis Christi sub hostia. Probatur autem tripliciter. Primo, ex hoc q nulla alia ratione ecclesiastici doctores laborauerunt conuersionem in hoc sacramento declarare, nisi ad verificandum, hoc est corpus meum. Quod tam ex eo, q conuersio non expliciteˢ habetur in euangelio, ac per hoc nisi ad verificandum verba Domini, conuersio esset, non apparet vbi fundarem conuersionem credendam ab omnibus fore: tum, ex eo, q Ambr. tanto labore insudans ad verificandum, hoc est corpus meum, nihil aliud facit, nisi q conatur monstrare hoc, q erat panis, modo esse corpus Christi, & hoc idem facit Augustinus & breuiter de consec. dist. 2. plena est istius laboribus.

*alias im passibiliter. *Tract. 27 in euang. Ioã. inter princi. & med. illi* tom. 9.

¶Secundo patet, ex prius inducta decretali Lateranensis concilii dum dicitur, Christi corpus & sanguis in sacramento altaris sub speciebus panis & vini veraciter continentur, transubstantiatis pane in corpus, & vino in sanguinem: vbi ex ipso modo loquendi apparet priorıtas & causalitas transubstantiationis respectu continentiæ.

¶Sed & clarius apertissime tertio patet hoc est concil. Florentino sub Eugenio IIII. vbi sic legimus. Forma huius sacramenti sunt verba Saluatoris, quibus hoc confecit sacramentum: sacerdos enim in persona Christi loquens, hoc conficit sacramentum: nam ipsorum verborum virtute substantia panis in corpus Christi, & substantia vini in sanguinem conuertuntur: & vbi manifestæ vices, quòd ratio & causa quare hoc conficatur sacramentum, est conuersio: hoc enim significat illa causalis coniunctio, nam: quin immo ex hac ecclesiæ determinatione habes conuenientem loquendi modum, dicendo quòd verba consecrationis media conuersione panis in corpus Christi conficiunt hoc sacramentum, quod constat ex specie panis & corpore Christi: sit. n. ex his duobus inseparabili modo vnum sacramentum, quo ima summis coniunguntur: ita q ex hac concilii doctrina

corpus quod videtis manducaturi estis, & bibituri illum sanguinem, quẽ fusuri sunt, qui me crucifigent: sacrificium aũt quod vobis commẽdaui, spũaliter intellectum, viuificabit vos, caro autẽ non prodest quicquam.

¶2 Præ Dñs dicit Mat. vlt. Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, vlq; ad consumationem sæculi: quod exponens Aug.* dicit, donec sæculũ finiat, sursum est Dñs, sed tamen nobiscum est veritas Domini: corpus. n. in quo resurrexit, in vno loco oportet esse, veritas autem eius ubique diffusa est. non ergo secundum veritatẽ est corpus Christi in hoc sacro, sed solum sicut in signo.

¶3 Præ. Nullum corpus potest esse simul in pluribus locis, cum nec angelo hoc conueniat: tali enim ratione posset esse ubique: sed corpus Christi est verum corpus, & est in cælo. ergo videtur q non sit secundum ueritatẽ in sacramento altaris, sed solum sicut in signo.

¶4 Præ. Sacramenta ecclesiæ ad vtilitatem fidelium ordinantur: sed secũdum Grego.* in quadam hom. regulus reprehenditur, quòd quærebat corporalem Christi præsentiam, apostoli etiam impediebantur recipere Spiritum sanctum, propter hoc q affecti erant ad eius præsentiam corporalẽ, vt Augusſt. †dicit super illud Io. 16. Si non abiero, paracletus non veniet ad vos. non ergo Christus secundũ præsentiam corporalem est in sacramento altaris.

¶Sed contra est, quòd Hilar.* dicit in 8. de Trin. de veritate carnis & sanguinis Christi, non est relictus ambigendi locus: nunc enim & ipsius Domini professione, & fide nostra caro eius verè est potus. & Ambro.* dicit 6. de sacris, sicut verus Dei filius est Dominus Iesus Christus, ita vera christi caro est, quam accipimus, & verus sanguis eius est potus.

¶ Respondeo dicendum, q verũ corpus Christi & sanguinem esse in

*de regula id hꝫ Grego. ho. 20. in euang.

*Tra. 94. in Ioã. a med. to. 9.

*li. 8. inter prin. & me. lib.

*lib. 6. ca. 1. in princip. to. 4.

*Refertur hoc de consec. d. 2. cap. prim.

Universidad de Deusto
Biblioteca

scilicet quia virtute verborum fit conuersio, sacerdos proferens verba hoc conficit sacramentum: manifestè habemus conuersionem efficere hoc sacramentum, quod nihil aliud est, quàm facere vnum ex corpore Christi, & specie panis: ex his enim duobus quilibet fideli certum est constare hoc sacramentum.

¶ Et potest formari sic ratio talis. Conficere hoc sacramentum, est facere nouitatem continentiæ: sed conuersio sacramentalis est ratio confectionis sacramenti. ergo conuersio sacramentalis est ratio nouitatis continentiæ. Maior propositio est per se, nota, quasi a definito ad definitionem: quia hoc sacramentum significat constans ex accidentibus pa- & corpore Christi. Minor vero patet ex auctoritate concilii, reddentis pro causa, quare verba conficiunt hoc sacramentum, quia ipsorum virtute fit conuersio.

Et hinc habere quoque potes, quòd nouitas conuersionis non concurrit per accidens ad nouitatem continentiæ, ex quo a sacro concilio pro causa affertur: causæ enim per accidens, ab arte relinquuntur. Hæc de primo.

¶ Quo ad secundum, sciendum est, quòd sicut necessarium dicitur dupliciter in naturalibus, vel secundum naturæ ordinem, vt quòd homo generetur ex concubitu maris & feminæ, vel secundum habitudinem terminorum, vt circulum esse rotundum, ita in ecclesiasticis mysteriis dupliciter potest dici necessarium, vel secundum ordinem sacramentalem, vt infantem baptizatum mundum esse a culpa & pœna, vel quia impossibile est etiam per diuinam potentiam aliter fieri, vt quod altare consecratum non fuerit consecratum. In proposito non est disputandum de diuina potentia, vbi de sacramentis tractatur: sed est attendendum qui sacramentalis ordo exigat, & sicut in naturalibus necessaria secundum naturæ ordinem, appellantur necessaria sine additione aliqua, ita in sacramentalibus appellanda sunt necessaria, quæ secundum sacramentalem ordinem sunt necessaria: debet enim quælibet disciplina vti necessario & contingenti, possibili & impossibili secundum proprium ordinem sui generis. Et propterea quia nouitas conuersionis secundum sacramentalem ordinem a Deo institutum, & ab ecclesia explicatum, est necessaria ad nouitatem continentiæ, dicendum est simpliciter & absolute, quòd conuersio sacramentalis est necessaria ad continentia corporis Christi sub specie panis. Probatur autem necessitas secundum ordinem sacramentalem ex supradictis, ex quibus apparet clare, quòd conuersio per se concurrit ad verificandum, hoc est corpus meum: seu ad confectionem huius sacramenti: si enim concurreret per accidens, non oportuisset doctores priscos tantum pro ipsa laborare, nec licuisset sacro concilio ipsam pro ratione confectionis sacramenti reddere: ea enim quæ sunt per accidens, vt dictum est, a doctrina repelluntur. Constat autem, quòd si conuersio per se concurrit, necessario concurrit, vt nolunt exercitati in posterioribus analyticis. Hæc de secundo.

¶ Quo ad tertium, videtur mihi conuersionem habere se ad hoc sacramentum, sicut fieri ad factum esse: ita tamen vt non requiras hic omnimodam similitudinem: sed ea ratione motor: quia sacramenta nouæ legis efficiunt, quod significant, ac per hoc verba Christi, hoc est corpus meum, quia efficiunt veranque nouitatem, scilicet conuersionis & continentiæ, vt expresse dicta sacri concilii auctoritas testatur, consequens est, vt eadem Christi verba significent vtramque nouitatem, alioquin plura efficerent, quàm significarent: immo efficerent quod non significarent: intelligendo autem conuersionem habere se ad hoc esse corpus Christi, sicut fieri ad factum esse, optime intelligimus verba Christi significare vtramque nouitatem, explicando potissimum, vt in termino: sicut enim in naturalibus dicendo, hoc est lumen nouum, significatur illuminatio & illuminatum esse, vt in termino, ita in Saluatoris verbis virtutem habentibus factum conuersionis panis in corpus Christi, conuersionis inquam vnientis corpus Christi & accidentia panis, ad vnum sacramentum, significatur & conuersio panis in corpus Christi, & corpus Christi contineri sub accidentibus panis, vt in termino, & sic verba Christi vtrumque significant, & vtrumque efficiunt. Suaderet autem rationabiliter hoc dici, ex eo quòd huic dicto omnia consonant dicta sanctorum, & sacrorum conciliorum. Et hinc facile soluuntur obiectiones manifestioraque fit doctrina communis, vt patere potest applicando. Hæc de tertio.

¶ Quo ad quartum, circa aliorum opiniones duo sunt aduertenda. Primum est, quòd omnes videntur fugisse veram transubstantiationem panis in corpus Christi: quia non videtur intelligibilis absque aliqua nouitate, si substantia Christi. Secundum est, quòd duplicitur excessus apparet in eis. Alter, recurrendi ad possibile secundum diuinam potentiam: cum debuissent suam tractatu discurrere secundum potentiã sacramẽtorum eorumque ordinem; & ex hoc excessu orta est illa repulsa opinio Ioan. Parisiensis de assumptione paneitatis ad vnitatem hypostasi Christi, quam a pluribus doctoribus recitatam videre potes, si vis. Alter excessus est, nimis metiendo res fidei secundum lumen humani ingenii sibi præstiti: ex hoc enim tranubstantiationem euitarunt, cum multo melius ac perspicacius sensissent, si Magistrum sent. secuti, cum admiratione illam veriss ime tenuissent.

¶ Nunc ad præsentem articulum redeamus, quo conclusum est, corpus Christi veraciter esse in hoc sacramento, dicente ipso, Hoc est corpus meum; & vt iam diximus, in hoc omnes fideles conueniunt: sed modus quo est, in disputationem vertitur. Scotus putauit corpus Christi absque deperditione prioris loci acquirere quandam præsentiam ad species panis, quæ præsentia est quidam respectus, quasi de genere vbi. Durand. putauit corpus Christi absque recessu a proprio loco esse præsens accidentibus dictis: sicut angelus est præsens corpori, prius natum, quàm moueat ipsum, dante Deo Christi corpori secundum substantiam immediatum ordinem ad accidentia panis conuersum in ipsum, non minus quam si absque quantitate pura substantia esset.

¶ Sed neutra harum opinionum sufficiens apparet, ad verificandum id, quod communiter fatemur, scilicet sumendo hostiam consecratam, sumere nos verum Christi corpus: sed solum esset verum, nos sumere accidentia præsentia corpori Christi. Patet enim hæc sequela primo ratione: quia sumens vnum præsens alteri, non oportet sumere alterum. Deinde proprio exemplo secundæ opinionis, quia sumens panem, cui est præsens angelus, non propterea sumit angelum, & similiter quo ad primam opinionem: quia sumens panem locatum, etiam si in de non moueretur, non propterea sumeret locum eius: & ramen inter panem & eius locum est nuta p æsentia. no videtur ergo sufficienter saluari veritas huius ex hoc solum quòd ponitur simplex Christi corporis præsentia ad accidentia panis, quamuis verum sit, corpus Christi esse illis præsens.

¶ Vnde conuenientius cum Augustino & Gregor. recitatis a Magistro sentent. dicimus ex corpore Christi, & accidentibus panis constare vnum sacramentum, non præcise, sicut ex signo & signato, sed quodam inefabili modo, qui a sacro concilio Lateranensi vocatus est ex continente & contento, quo etiam nomine appellauit eum Magister sent. quem modum Auctor in hac littera in responsione ad argumenta appellauit spiritualem, & modum proprium huic sacramento.

¶ Monstratur autem huiusmodi conuenientia ex ipsis Domini verbis: nam & forma sacramenti: hoc est corpus meum, id est, contentum sub hac specie, est corpus meum, vt communiter exponitur monstrat corpus Christi contineri sub accidentibus istis, præsertim quòd ex hoc, non demonstrat substantiam simpliciter & absolute: sed vt connotat ipsius continentiam sub istis accidentibus quod coniungitur ex eo, quòd oportet durantibus accidentibus, semper verificari contentum sub his accidentibus esse corpus Christi.

¶ Ex aliis autem verbis Domini. Ioan. 6. verba, quæ locutus sum vobis, spiritus & vita sunt, apparet spiritualis coniunctio verbis

ræ carnis Christi cum accidentibus panis. Intellexerant siquidem discipuli Christi carnem carnaliter comedendam, ac per hoc morte intercedente, non vescimur siquidem carnibus nisi mortuis: Saluator autem noster vtrumque errorem abstulit, dicendo quòd spiritus & vita sunt: vita contra mortem, spiritus contra carnem, idest, carnaliter modum, ac si aperte dixisset, dicta mea sic intelligite, quia vita mea caro spiritualiter vobis offertur in cibum. Merito demũ modus iste proprius dicitur huic sacramento, non solum propter differentiam a cæteris sacramentis, sed etiã quia in toto vniuerso non apparet vnus aliquis modus huic similis, propter quod cum admiratione & veneratione fateamur defectum cognitionis nostræ circa hoc.

441 Infra art. 6. cor. Et q. 77. art. 1. & 5. & 4. di. 11. q. 3. art 1. q. 1. Ecd. 12. q. 1. art. 1. q. 3. & 4. con. e. 63. prine. Et quol. 7. ar. 9. Et quo. 9 art. 5. ad 3. Et 1. corp. 11. lec. 4. & 9. † lib. 4. c. 14 in medio.

In cor. ar.

*Trac. 27. in Ioan.

¶ Super Quæstionis septuagesimæquintæ, Articulum secundum.

TItulus clarus. In corpore duo facit: primo recitat opinionem affirmatiuam, secundo reprobat eam, quatuor rationibus, per hoc concludendo negatiuam, & quia rationes auctoris a posterioribus fuerunt valde discussæ ac improbatæ; quamuis teneant conclusionem cum auctore, ideo afferenda sunt motiua, quæ contra has rationes afferuntur.

¶ In corpore recitat opinionem affirmatiuã, & reprobat eam quatuor rationibus.

¶ Circa primam rationem multa obiiciuntur contra illam maiorem, Non potest aliquid esse, vbi prius non erat, nisi vel per loci mutationem, vel per alterius conuertionem in ipsum. Arguitur enim contra ipsam tripliciter. Primo, contra ipsam absolute. Secundo, contra ipsam applicatam ad hanc materiam. Tertio, contra perfeitatem illius. Scot. in primis in 4 sentent. dist. 10 q. 2. 3. & 4. & dist. 11 q. 2. multipliciter obiicit. Durandus quoque in 11. dist. 4. obiicit.

¶ Quadrupliciter ergo contra maiorem vniuersaliter intellectam arguitur. Primo, a Durando: quia Deus posset creare nouum cælum supra vltimam nunc sphæram, & tunc vltima nunc sphæra iniperet esse vbi prius non erat absque hoc, quòd moueretur, & absque hoc, quòd aliquid conuerteretur in ipsam. falsa est ergo maior assumpta.

¶ Secundo, ab vtroque: quia Deus posset facere corpus suum esse præsens sacramento altaris simul cum substantia panis, cum hoc non implicet contradictionem, & tunc corpus Christi incipere alicuius in ipsum. Assumptum probatur a Scoto: quia non est maior repugnantia, corpus Christi esse simul cum substantia panis, quàm sub quantitate eius: quia non magis repugnat substantia substantiæ, quã substantia quantitati quo ad talem simultatem.

¶ Tertio, a Scoto: quia de factu quantitas corporis Christi & anima eius incipiunt esse in hoc sacramento absq; hoc, q aliquid conuertatur in ipsas. Et si glosserur maior, arctando ipsam ad id, quod primo incipit esse alicubi, & dicendo, q non habet locum in his, quæ incipiunt esse alicubi concomitanter, contra instat Scotus dupliciter. Primo, quia ex hoc habeo, quòd non est propria mutatio, nec propria formalis ratio, nec præcisa ad esse alibi rem immotam localiter, conuersio alicuius in ipsam. Secundo, quia alia est præsentia animæ hic & alia præsentia corporis: quia aliud & aliud est fundamentum: sed præsentia animæ non habetur per conuersionem in ipsam nec per motum localem. ergo maior est falsa.

¶ Quarto, Deus potest facere in creatura aliquid siue eo, quod non est sibi ratio essendi, nec aliquo modo de essentia eius: sed nec conuersio, nec sacramentum est formalis ratio corpori Christi essendi hic, nec aliquo modo de essentia eius. ergo Deus potest facere corpus Christi esse hic sine vtroque istorum. Probatur minor: quia conuersio non est ratio formalis essendi: nec vt præsens, quia præteriit corpore Christi existente hic, nec vt præterita, quia tunc Deus non posset subtrahere hinc corpus Christi, sicut nec facere, quòd non præteriit conuersio. Similiter nec sacramentales species, quia non sunt in corpore Christi, nec per eas aliquid ineit formaliter corpori Christi.

¶ Quinto, arguitur ex alio capite, ex hoc scilicet quòd corpus Christi immotum potest simul esse in diuersis locis localiter. Sed de hoc alias.

¶ Circa applicationem vero maioris ad hanc materiam, tripliciter arguitur. Primo, a Durando, Corpus Christi esse in sacramento, non est esse alicubi, quia non est esse in loco. male ergo applicatur, illa maior de vbi alicubi, ad esse in sacramẽto, & falsa est minor dicens, quòd corpus Christi incipit esse vbi prius non erat, essendo in sacramento.

¶ Secundo a Scoto: Genitum esse in loco corrupti, est verum propter materiam communem vtrique, proquia ex materia quæ fuit seris remanente ibidem & forma ignis, fit compositum ibidem. In proposito autem, quia non remanet materia panis, non habet locum maior, dicens quòd per conuersionem corpus Christi est, vbi erat panis.

* Tract. 26. in Ioã. inter med. ú & fin. tom. 9.

*Colligitur ex lib. 4. ca. 4 & lib. 6. c. 1. to. 4. refertur de consecr. di. 2. c. Omnia.

¶ Tertio, ab eodem & Durando, quia aliud est loqui de conuersione absolute, & aliud de conuersione in præexistens. Nam quod conuertitur in præexistens, transit ad conditiones præexistentis, & non econtra, vt patet in alimento & alito. & propterea hinc sequitur quòd panis est vbi erat corpus Christi, & non econuerso.

¶ Contra perfeitionem, hoc est necessitatem conuersionis ad existentiam corporis Christi in hoc sacramento, quòd scilicet impossibile sit corpus Christi non motum localiter, incipere esse in hoc sacramento absque conuersione alicuius, puta panis, multipliciter arguitur.

¶ Primo, a Scoto: Per nullam mutationem habetur per se illud, quod est aliud, & posterius sub per se termino: sed præsentia corporis Christi hic, idest, in hoc sacramento est quid aliud, & posterius corpore Christi, quod est proprius terminus transubstantiationis. ergo per conuersionem panis in corpus Christi non habetur per se huiusmodi præsentia.

¶ Secundo, & supponitur Deum posse facere corpus Christi præsens hostiæ, manente substantia panis, quod probatur: quia nouitas posteriorís non infert nouitate prioris ex 8. Physic. vbi ponitur motus localis in cælo sine mutatione secundum formam absolutam. Arguitur ergo sic. Sine mutatione subitantiali potest esse noua præsentia corporis Christi ad panem. ergo oportet dare aliquam mutationem ad huiusmodi præsentiam. ergo huiusmodi præsentia non habetur per conuersionem. Et probatur sequela: quia terminus vnius rationis, cuiusmodi est præsentia, non prodit genus. Et si dicatur, inquit Scotus, corpus Christi posse esse præsens cum substantia panis, sine mutatione subitantiali, tamen nunc de facto fit præsens per substantialem mutationem panis in corpus Christi, & non per aliam: contra, in corpus Christi prius factum præsens pani posset Deus conuertere panem: quia non esset magis contradictio tunc quàm nunc. ergo talis conuersio, vel non faceret corpus Christi præsens, vel fieret præsens, postquam fuit præsens, & sic eadem præsentia terminaret duas distantias mutationes. Deinde extenduntur argumentationes, ad hoc, quòd conuersio nihil facit ad præsentiam corporis Christi in sacramento.

¶ Et arguitur primo sic. Deus posset conuertere panem in corpus Christi, vt habens esse in cælo: quia non est sibi maior contradicto, quàm in conuersione quæ nunc ponitur: sed tunc non haberetur corpus Christi sub specie panis ex ipsa conuersione. ergo nec nunc.

¶ Secundo, Si panis quantus conuerteretur in corpus Christi quantum, ita quòd substantia in substantiam & quantitas in quantitatem verteretur, tunc corpus Christi, quantum non haberet vbi circumscriptiue, quòd fuit circumscripte panis quãti. ergo nunc non habet vbi definitium substantiæ panis. ita probatur sequela: quia ita se habent substantiæ quæ subsunt quantitatibus ad loca definitiue, sicut substantiæ quantæ ad loca circumscriptiue, ac per hoc, quod facit conuertio substantiæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

in subſtantiam ab vbi definitiue, hoc facit ad vbi circunſcriptiue conuerſio ſubſtantiæ quantæ in ſubſtantiam quantam.

¶Tertio, Si per conuerſionem ſit terminus ad quem, vbi fuit terminus a quo ergo modus eſſendi vtriuſque erit ſimilis, ille ſal tem modus qui poteſt eſſe communis vtrique: ſed panis erat hic quantitatiue. ergo corpus chriſti erit hic quantitatiue, quod eſt inconueniens.

¶Quarto, arguit Durandus: Sicut ſe habet ſubſtantia ad ſubſtantiã, ſic ſe habet quantitas ad quantitatem: ſed ſi quantitas panis conuerteretur in quantitatem corporis Chriſti, non propter hoc quantitas corporis Chriſti fieret vbi fuit quantitas panis. ergo non propter conuerſionem corpus Chriſti ſit vbi erat panis.

¶Reliqua argumenta, quæ contra hanc eandem Auctoris rationẽ ex alio capite militant, hoc eſt ex ſuppoſitione, q̃ vnum corpus poteſt eſſe ſimul localiter in diuerſis locis, cum rationibus probantibus ipſam ſuppoſitionem, ideo pro nunc omitto, quia conſtat corpus Chriſti non eſſe in ſacramento localiter: hinc enim huiuſmodi quæſtio a propoſito remota apparet, fiet autem de hoc quæſtio ſpecialis. Hæc igitur ſunt, quæ contra primam literæ rationem obiiciuntur.

¶Ad euidentiam horum præmittendum eſt, quòd non eſt hic quæſtio de diuina potentia: non enim ad hunc tractatum hæc ſpectat quæſtio: ſed quærimus quid inſtitutus ordo cauſarum habeat. Vnde cum dicitur in litera, impoſſibile eſt, &c. non eſt ſermo de impoſſibili, ſecundum diuinam potentiam abſolute: ſed ſecundum potentiam ordinatam, ſecundum quam attenditur poſſibile, vel impoſſibile in eccleſiaſticis myſteriis. Et hinc multorum argumentorum quæ adduximus, ſolutio pendet.

¶Vnde ad obiecta contra Auctoris propoſitionem maiorem abſolute, & vniuerſaliter intellectam reſpondendo dicitur, quòd duo prima argumenta, quia æquiuocant de poſſibili, dum de diuina potentia abſolute loquuntur, non militant contra Auctorem. Prima tamen obiectio, de vltima ſphæra præter hoc, dupliciter deficit. Primo, quia maior literæ manifeſte loquitur de locis præexiſtentibus: obiectio autem creat de nouo locum præexiſtenti locabili.

¶Secundo deficit: quia ſi crearetur alia ſphæra, iſta quæ nunc eſt ſuprema, proprie loquendo, eſſet in eodem loco, in quo nunc eſt: varietas autem eſſet de loco imaginario in locum realem, & de loco potentiali in locum actualem: vnde proprie loquendo, non acquireret nouum locum, ſed nouum cõtinens: ſermo autem lite: q̃ eſt de loco nouo totaliter, & non ſecundum quid.

¶Ad tertium vero dicitur, quòd reſpenſio recitata non eſt mala: melius tamen diceretur, Nihil immotum poteſt eſſe, vbi prius non fuit, niſi per conuerſionem in ipſum, aut aliquid ſibi realiter conjunctum. Et per hoc excluditur prima inſtantia Scoti, dicendo q̃ conuerſio eſt propria mutatio afferens præſentiam proprii termini primo, & conjunctorum illi concomitanter: ſic enim nulla ſit exceptio ab illa maiore: ſed declaratur vim conuerſionis extendere ſe ad præſentiam, non ſolum proprii termini, ſed conco mitantium illum.

¶Ad ſecundam autem inſtantiam negatur aliam eſſe præſentiam animæ, & aliam corporis in hoc ſacramento: eadem enim numero præſentia, qua corpus Chriſti præſens eſt ſacramento, anima eius corpus concomitans, denominatiue dicitur præſens. Vnde falſum eſt eſſe aliud fundamentum præſentiæ in anima & corpore; ſicut etiam anima mea eſt in hoc loco, quia corpus meũ eſt hic, & a corporis præſentia in loco denominatur anima mea præſens, nec oportet ponere aliam proprtiam in anima mea præſentiam ad locum hunc.

¶Ad quartum dicitur, quòd maior eſt diminuta: debet enim addi, nec neceſſario connexum: & vltra hoc minor eſt etiam diminuta, quantum ad conuerſionem: quoniam connexio præſentiæ ad conuerſionem, nec eſt vt ad præſentem, nec vt præteritam, ſed vt ad viam in ipſam: habet enim ſe, vt factum eſſe in terminо ad fieri. Illud quoque quod additur de ſpeciebus, diminutum eſt: datur enim tertium, ſcilicet quòd ſub illis corpus Chriſti habet præſentiam, quam ſine illis haberi non eſt intelligibile: quia implicat contradictionem. Nam ſi corpus Chriſti eſſet ſacramentaliter, ſine aliquo ſenſibili ſigno: integraret, & non integraret ſacramentum: & ſimiliter contineretur ſub ſigno ſenſibili & non contineretur: & ſimiliter eſſet præſens ſenſibili ſigno, & nulli ſenſibili ſigno eſſet præſens. Et tenent ſequelæ, quia de ratione ſacramenti eſt ſenſibile ſignum, ac per hoc ſacramentale eſſe intelligi nequit abſque ſenſibili ſigno.

in lib. de ſacramentis, Licet figura panis & vini videatur, tamen nihil aliud, quàm caro Chriſti & ſanguis poſt conſecrationem credenda ſunt.

¶Respon. Dicendum, q̃ quidam poſuerunt poſt conſecrationem ſubſtantiam panis & vini in hoc ſacramento remanere: ſed hæc poſitio ſtare non poteſt. Primo quidem, quia per hanc poſitionem tolliturveritas huius ſacramenti, ad quam pertinet, vt verum corpus Chriſti in hoc ſacramento exiſtat, quod quidem, ibi non eſt ante conſecrationem: non autem aliquid poteſt eſſe alicubi, vbi prius non erat, niſi vel per loci mutationem vel per alterius conuerſionem in ipſum: ſicut in domo aliqua de nouo incipit eſſe ignis, aut quia illuc defertur, aut ibi generatur: manifeſtum eſt autem, quòd corpus Chriſti non incipit eſſe in hoc ſacramento per motum localem. Primo quidem, quia ſequeretur quòd deſineret eſſe in cælo: non enim quod localiter mouetur peruenit de nouo ad aliquem locum, niſi deſerat priorem. Secundo, quia omne corpus localiter motum, pertranſit omnia media, quod hic dici non poteſt. Tertio, quia impoſsibile eſt, quòd vnus motus eiuſdem corporis localiter moti terminetur ſimul ad diuerſa loca: cum tamen in pluribus locis corpus Chriſti, ſub hoc ſacramento ſimul eſſe incipiat, & ideo relinquitur q̃ non poſsit aliter corpus Chriſti incipere eſſe de nouo in hoc ſacramento, niſi per conuerſionem ſubſtantiæ panis in ipſum: quod autem conuertitur in aliquid, facta conuerſione non manet: cramento, & exiſtente ſub ſacramento. Licuit igitur vti propoſitione de vbi, & alicubi pro maiore, & ſubſumere de eſſe in ſacramento tamquàm verificante vbi & alicubi de corpore Chriſti exiſtente in ſacramento. Et hinc patet tertium, q̃ ſcilicet vere quàmuis per accidens per eſſe in ſacramento acquirit nouũ vbi, puta altare, quod eſt locus ſpecierum. Et poteſt vnico verbo dici, quòd eſſe in ſacramento, licet non ſit eſſe in loco formaliter: eſt tamen cauſaliter, pro quanto per illud eſſe Chriſtus eſt, vbi eſt ſacramentum.

¶Ad ſecundum vero dicitur, quòd formaliter loquendo, materia inquantum remanens ibidem ſub vtroque termino, facit q̃ genitum ſit in loco corrupti, & ex hoc habetur, q̃ quodcunque quantum remanens alicubi ſub vtroque termino, ſufficit ad hoc, q̃ genitum ſit in loco corrupti: & quia ſic contingit in propoſito (nam eadem numero ſpecies panis quanta ibidem remanet ſub vtroque termino) ideo ſufficienter habetur, vnde corpus Chriſti ſit in loco panis conuerſi in ipſum, quamuis materia nulla communis remanſerit: ſpecies enim quanta remanens, æquiualet materiæ quo ad hoc.

¶Ad tertium autem dicitur, q̃ in hac mirabili tranſubſtantiatione concurrunt duæ rationes, ſcilicet ratio connerſionis & ratio præexiſtentis, & pro quanto inuenitur in hoc ſacramento ratio conuerſionis, qua id quod erat panis ſubitantia eſt ſubſtantia corporis Chriſti, habemus iuxta generalem regulam conuerſorum in naturam aliam, corpus Chriſti eſſe vbi erat panis, & hoc eſt, quod litera ſonat, q̃ ignis incipit eſſe alicubi: quia id quod eſt ibi, conuertitur in ignem: & hoc eſt clarum, & expedit ad ma nuducendum intellectum, qui ſi ſolum attenderet, quòd ex pane hic exiſtente fit corpus Chriſti, ita q̃ contentum ſub accidentibus panis, acquiſiuit ſubſtantialiter integram naturã Chriſti corporis per conuerſionem in ipſum, facile intelligeret corpus Chriſti eſſe, vbi erat panis conuerſus in Chriſti corpus, ſicut ignis eſt, vbi erat lignum conuerſum in ignem: ſed quia rationi conuerſionis adiungitur ratio præexiſtentis Chriſti corporis, impediri videtur quod dictum eſt haberi ex ratione conuertionis: quoniam ipſum præexiſtens tranſire videtur ad ſe, quod conuertitur in ipſum. Veruntamen oportet in huiuſmodi mirabilibus hominem eſſe perſuaſibilem, & conceptus noſtros ſacris adæquare myſteriis, & non e contra. Et propterea dicimus, q̃ ex ratione conuerſionis habemus corpus Chriſti eſſe vbi fuit panis: hoc enim, vt ex ſupra dictis patet, tam eccleſiæ quàm ſacrorum doctorum tradidit auctoritas. Ex ratione vero præexiſtentis Chriſti corporis abſque additione mutationeque aliqua: ipſius ſubſtantiam, habemus, non quòd panis, ſed id, quod fuit panis, eſt vbi eſt corpus Chriſti: quia eſt ipſum corpus Chriſti verum, quod eſt in cælo. Et ex hac parte concedendum eſt, q̃ conuerſum acquirit conditiones eius, in quod eſt conuerſum: nec poteſt hinc inconueniens aliquod inferri: ſed duo mirabilia conſpiciuntur ex hac mirabili conuerſione, ſcilicet corpus Chriſti eſſe, vbi fuit panis, & id quod fuit panis, eſſe vbi eſt corpus Chriſti.

¶Ad obiecta contra neceſſitatem conuerſionis ad corpus Chriſti eſſe in ſacramento, reſpondendo dicitur ad primum, quòd vt ſupra diximus, duplex ter de conuerſione panis in corpus Chriſti loqui poſſumus, hoc eſt vel abſolute, vel ſacramentali. Et ſi ſit ſermo de conuerſione abſolute, faceor me non videre neceſſitatem, & ſic arguentes fere omnes de conuerſione loquuntur.

quuntur. Et propterea non eſt mirum, ſi contra Auctorem communemque doctrinam non militant: quia non de conuerſione abſolute, ſed de conuerſione ſacramentali intelligenda eſt communis doctrina: hæc enim neceſſaria eſt, ad veriſicandum ſacramentum euchariſtiæ.

¶Vnde ad primam obiectionem Scoti, quæ eſt maximum eius fundamentum, dicitur quòd tam maior, quàm minor eſt falſa. Maior quidem, quoniam in naturalibus videmus, quòd per eandem mutationem habetur per ſe nõ ſolum ſubſtantia per ſe primo terminans, ſed concomitans paſſionam per vnam & eandem generationem habetur per ſe terra & eius grauitas: & ſimiliter ignis & eius leuitas, in tantum q̃ grauia & leuia dicuntur ab Ariſtot. moueri per ſe & generante: & ſimiliter per eandem mutationem habetur ſubſtantia Sortis & eius filiatio, cum Sortes generatur. Falſa eſt ergo maior in abſolutis & relatiuis: minor autem vniuoce loquendo de conuerſione, non eſt vſquequaque vera, pro tanto: quia licet conuerſionis abſolute terminus proprius ſit ſolummodo corpus Chriſti: conuerſionis tamen ſacramentalis proprius, & per ſe terminus eſt corpus Chriſti verificans Chriſti verbum, hoc eſt corpus meũ: ſic enim, vt ex ſuperius dictis apparet, ab eccleſia & priſcis doctoribus docti ſumus: & quia incognitum nobis eſt, quid addit ſupra corpus Chriſti ly verificans, hoc eſt corpus meum (quoniã vires humani intellectus excedit, quomodo corpus Chriſti eſt in ſacramento hoc) ideo pro friuolis moleſtis potius quàm rationabilibus argumentis habendæ ſunt obiectiones, quæ contra hoc fierent, ex eo quòd corpus Chriſti in hoc ſacramento non eſt per ſe vnum, ſed aggregatum per accidens, & ſimilia. Sufficiat nobis addiſcentibus in hac via credere eccleſiæ & doctoribus priſcis, quia ſic eſt. Veruntamen pro aliquali quiete humani intellectus ſcito merito friuola hæc dici, quia manifeſte conſtat terram & grauitatem non conſtituere vnum per ſe, vtpote res diuerſorum prædicamentorum, & tamen per eandem haberi mutationem. Poſſet quoque aliter ſolui dicta Scoti ratio, ſignificando illum eſſendi modum nomine relatiuo, puta contineri ſub ſpecie panis, & dicendo, quòd conuerſio ſacramentalis in hoc differt a cõuerſione abſolute, quòd ſacramentalis conuerſio eſt in corpus Chriſti nõ ſolum ſecundum ſe, ſed vt conſequitur inter ipſum & accidentia panis reſpectus contenti & continentis, ita quòd ſicut generatio eſt illatiua ſubſtantiæ geniti cum filiatione conſequente, ita conuerſio ſacramentalis habet vim illatiuam ex pane corporis Chriſti, cum relatione contenti ſub accidentibus panis. Et ſecundum hoc, ad rationem Scoti dicendum eſſet, quòd duo ſunt genera rerum: quædam enim ſunt quæ ſecundum ſe ex ſuo genere per ſe primo ſiunt & ſint, & hæc apud Ariſto. ſunt ſola compoſita, vt patet 7. Metaph. Quædam vero ſunt, quæ (vt Ariſto. vtat) ſunt & non ſunt abſque hoc, quòd generentur vel corrumpantur, & extenſiori vocabulo loquendo, abſque hoc q̃ fiant, & hæ ſunt formæ omnes, & præcipue relationes, quæ regulariter aliorum factionem conſequuntur. Quocirca dato, quòd maior Scoti ſit vera, loquendo de primo genere rerum, falſa tamen eſt, miſcendo omnia genera ſimul: quoniam, falſa eſt de relationibus concomitantibus proprium mutationis terminum: & vniuerſaliter falſa eſt, de conſequentibus proprium mutationis terminum: quodlibet enim horum concomitantium licet ſit aliud & poſterius proprio mutationis termino, per eandem tamen mutationem per ſe ſecundo habeti poteſt, quamuis non habeatur per illam per ſe primo. Et ſequendo hæc, dicitur in propoſito, quòd conuerſio ſacramentalis per ſe primo terminatur ad corpus Chriſti, inferendo per ſe ſecundo contientiam corporis Chriſti ſub accidentibus panis, quæ continentia licet ſit aliud quid & poſterius Chriſti corpore, eſt tamen neceſſario neceſſitate ſacramenti conſequens corpus Chriſti, vt terminum conuerſionis ſacramentalis.

¶Antequàm autem reſpondeatur aliis argumentis: quia ſuperius declaratas mutationes duas ſupponunt, præmonſtrandum eſt, quid ſentiendum ſit de his mutationibus. Scito igitur recolendo antedicta, duplicem opinionem eſſe de eis poſſe: altera, quæ eſt Scoti, ponit duas in hoc ſacramento mutationes interuenire: prima eſt conuerſio panis in corpus Chriſti: ſecunda eſt, qua corpus Chriſti de nouo præſens, ſeu non contento ſit præſens ſeu contentum ſub ſpecie panis: altera vero opinio eſt quòd non eſt hic, niſi vna ſola mutatio, qua ex pane ſit corpus Chriſti: ſed ad iſtam mutationem ſequuntur vtrimque relationes: in accidentibus ſiquidem panis ex hac mutatione ſequitur relatio continentis, & in corpore Chriſti ex eadem mutatione ſequitur relatio contenti, & ſic hæc mutatio ſufficit ad faciendum corpus Chriſti veraciter contineri ſub ſpecie panis. Monſtratur autem multiplicitер rationabilitas huius opinionis ſimul cum deſtructione alterius cum ex hoc, quòd pluralitas non eſt ponenda ſine neceſſitate, ac per hoc cum vna mutatio hic ſufficiat, non ſunt ponendæ duæ: tum, quia ſecundum Philoſophorum doctrinã relationes ſiunt conſecutiue ad mutationes abſolutorum, & non per alias proprias mutationes: tum, qa tam eccleſiæ, quã priſcorum doctorum doctrina tradit conuerſionis mutationem pro ratione verificante corpus Chriſti contineri ſub ſpecie panis. Quæ doctrina non verificaretur, niſi forte per accidens ſi interueniret hic duæ mutationes: quoniam ſi duæ mutationes ſunt, prima per accidens ſe haberet, quod etiam aduerſarii fatentur: ſed tunc ſequitur maximum inconueniens, quòd tam eccleſia, quàm priſci doctores laborauerunt ad reddendam rationem per accidens, quę ab arte & doctrina reſecanda eſt. Dicamus igitur, quòd vna ſola hic interuenit mutatio, inferens nouitatem continentiæ. An autem ſacramentalis conuerſionis mutatio inferat, in vtroque extremo relationes reales continentiæ actiuæ, vel ſolum ex parte corporis Chriſti ſit relatio realis ad ſpecies, qua continetur ſub ſpeciebus, & per hoc denominantur ſpecies continere corpus Chriſti: quia corpus Chriſti continetur ſub illis, vel in ſpeciebus ipſis realis continentiæ relatio ad corpus Chriſti conſurgit, ex qua corpus Chriſti cointelligitur referri ad ſpecies, vt contentum ad continens, non quia ipſum referatur ad ſpecies, ſed quia ſpecies referuntur ad ipſum: ſicut Deus realiter dicitur dominus creaturæ, non quia ipſe referatur ad creaturam ſeruam, ſed quia creatura refertur ad ipſum, non facile dixerim: quia ignotus eſt modus, quo corpus Chriſti continetur ſub ſpecie panis. Cuni his tamen omnibus concludo, ita eſſe hic vnam ſolam mutationem, vt affirmando vnicam, perſpicias ita interuenire in hoc ſacramento vnicam mutationem in actu, vt non negetur eſſe plures in potentia, non naturali aut ſacramentali, ſed diuina abſolute, hoc eſt, quod id quod de facto fit per vnicam mutationem, poſſet Deus facere per plures mutationes: poſſet enim mutare panem in corpus Chriſti vna mutatione, & facere corpus Chriſti contentum ſub ſpecie panis alia mutatione: ſed quoniam ad hoc potentiam abſolutam Dei reſpicit, ſimpliciter & abſolute loquendo, vnicam dicito interuenire mutationem. Et hæc dicta de his mutationibus actu, vel potentia in ordine ad relationes, non aliter dicta intellige, quam conſiderando eſſe ſacramentale corporis Chriſti relatiue ſecundum relationes contenti & continentis. nam ſecundum rem longe altius eſt, quàm huiuſmodi relatiua ſignificent, & magis reuerenter ac eminentius de illo ſentitur, & dicitur, cum de illo ſecundum ſe ſentimus, & dicimus quòd ſe habet ad conuerſionem, vt factum eſſe in terminо ad fieri, vt ſuperius explicauimus.

¶Communicando tamen in conſideratione reſpectiua cum ad uerſariis, ne fugere difficultates videamur, his præmiſſis ad ſecundum Scoti dicitur admiſſo præſuppoſito, q̃ conſequentia prima nihil valet, vtpote inferens a poſſibili logico neceſſarium, dum dicit poteſt eſſe, ergo oportet. Et per hoc patet, quòd ſecunda conſequentia dicens, ergo huiuſmodi præſentia non habetur per conuerſionem, non infertur ex primo antecedente. Et ad probationem dicitur, quòd terminus vnius, rationis, cuiuſmodi eſt præſentia, non eſt terminus per ſe duarum mutationum: quia non inſtruenit niſi vna mutatio, quamuis per potentiam diuidem conſecutiue, accidentalis autem ſecundum ſe.

¶Ad tertium autem contra bonam reſpõſionem de facto vel potentia, dicitur, q̃ ſi panis cõuerteretur in Chriſti corpus prius præſens factum, corpus Chriſti eſſet duplici vinculo præſens, hoc eſt, ex vi conuerſionis ſacramentalis, & ex vi prioris actionis diuinæ omnipotentiæ. Vnde nihil aliud ſequitur, niſi q̃ huiuſmodi præſentia poteſt per diuinam omnipotentiam terminare duas mutationes, quod gratis conceſſum fuit.

¶Ad obiecta demum contra efficaciam conuerſionis ad præſentiam corporis Chriſti in ſacramento, reſpondendo per conditionales, vt in præcedenti fecimus reſponſione, dicitur quòd ſi Deus conuertereret panem in corpus Chriſti, vt habens eſſe in cælo, non eſſet conuerſio eiuſdem rationis cum iſta ſacramenta-

Universidad de Deusto
Biblioteca

lis,ac per hoc, non est ad propositum quicquid inde sequeretur.

¶ Et per idem respondetur ad secundum, in quo sunt multi alii defectus, puta q̃ corpus Christi nunc de facto acquirit vbi, definitiuum substantiæ panis,& q̃ substantia subiecta quantitati habet suum vbi definitiue præter vbi circumscriptiue. Nam substantia seclusa quantitate virtualiq; cõtactu, nusquam est, & esse corpus christi sub sacramento, non est esse alicubi.

¶ Ad tertiũ negatur sequela, quia voluntarie affertur. q.77. art. 3. & 4.

¶ Ad quartum, quod est Durandi dicitur, q̃ argumentum, a ficut, sæpe claudicat, & in proposito nihil valet. Et ratio est, quia non esset conuersio eiusdem, rationis cum ista sacramentali, si quantitas conueretur in quantitatem, & propterea non est mirum, si aliud indesequeretur, & aliud sequitur hinc. 442. 4. dist. 11. q. 1. ar. 2. Et 4. cõt. c. 63. prin. Et q. uo. 5. art. 11. Et quol. 9. ar. 5. ad 3. Et 1. Cor. 11. lec. 5. ar. præc.

¶ Contra secundam rationem literæ, si substantia panis remaneret, non esset verum quod Christus dixit, Hic est corpus meum &c. sed fuisset potius dicẽdum, Hoc est corpus meum. Cõtra hanc, in quam, rationem Scotus & Durandus arguunt Scotus quidem, quia tunc ly hoc, non demonstraret substantiam panis, sed contentum sub pane, sicut modo demonstrat non accidentia, sed contentũ sub accidentibus, & vtrũque esset verum, hoc est corpus meum, & hic est corpus meum. Durandus vero, quia indefinita verificatur pro vno solo, ac per hoc fuisset ibi panis, & corpus Christi posset reddi locutio vera pro solo corpore Christi. Ad hæc dicitur, q̃ veritas enuntiationum propriæ significantium, ex communi sensu propriæ intelligentium, & terminis vtentum propriè pendet, & non est attendendum ad quid ille vel ille posset eandem enuntiationem applicare. Constat autem q̃ propriè loquendo & intelligendo eum dicitur, a quocumque dicatur siue sacramentaliter siue non sacramentaliter, hoc est corpus meum, ly hoc, demonstrat hanc substantiam, quod patet ex hoc, q̃ si aliquis demonstrando seipsum, dicat, hoc est corpus meum, significatur apud omnes intelligentes, q̃ hæc substantia est corpus meum. Et ad hoc suffragatur ratio, secundum quam talia sunt subiecta enuntiationum, qualia permittunt prædicata, & propterea quia prædicatum est substantia (nam corpus meum significat substantiam) identitas prædicati cum subiecto significata per ly est, cogit ly hoc, ac demonstrandum hanc substantiam, vt propositio sit propriæ vera. Et hinc excluditur, q̃ in hac propositione ly hoc, non demonstrat accidentia, sed substantiam sub accidentibus, & ad hoc suffragatur, q̃ ly hoc, est pronomen demonstratiuum substantiæ apud grammaticos. Rursus ly hoc, quia demonstrat non vage aut indefinite, sed singulariter, oportet absolute prolatum super certo sensibili demonstrato, demonstrare non vage hanc vel illam, sed singularem substantiam sub illis accidentibus existentem. Et si quidem vna sola substantia subsit, sola demonstratur, si vero multæ subsint, omnes per modum vnius singularis, demonstrantur, secundum communem intellectum propriamq; significationem nominum ac pronominum, vt patet in exemplo allato: nam me dicente, hoc est corpus meum, significo hanc substantiam comprehendentem carnes, nervos, & ossa esse corpus meum, ex quibus sequeretur, q̃ si remaneret substantia panis cum corpore Christi, ly hoc, demonstraret hanc substantiã comprehendentem panem & corpus Christi per modum vnius singularis substantiæ, & sic propositio esset falsa, propriè loquendo, quia significaret panis substantiam esse corpus Christi, quod constat esse falsum. Vnde ad Scoti obiectionem dicitur, q̃ non est varianda demonstratio, quam facit ly hoc, in ista enuntiatione sacramentali ex aliqua hypothesi: sed standum est in proprietate suæ demonstrationis, secundum quam ly hoc, non significat cõtentum sub hoc pane, sed significat hanc substantiam, quæ. s. continetur sub his accidentibus, hæc. n. substantia est corpus Christi. Et notanter dico, hæc substantia, & non dico, hic panis: quia, vt dictum est, demonstratur hæc substantia sine qualitate. Ad Duran. vero dicitur, q̃ chimericum est, singulare facere in definitum, & præterea est abusus vocabulis, oportet n. secũdum propria iudicare.

¶ Contra tertiã rationem literæ (scilicet si esset alia substantia, quã corporis Christi, contrariaretur veneratione eucharistiæ) obstat Scotus: quia nunc est ibi aliqua creatura, puta species sacramentalis: & tamen adoratio eucharistiæ refertur ad Christũ, & non ad sensibile concurrens. ergo eodem modo si non remaneret panis, adoratio Christus cõtentus sub pane quanto & quali, vt in signo.

¶ Ad hoc dicit, q̃ ratio literæ stat solida, quoniã quicunque substantia alia a Christo, cõtrariatur veneratione qua veneramur eucharistiam, nã adoramus simpliciter & absolute substantiam existentem sub illis accidentibus, constat autem huiusmodi adorationi contrariari quamcumque aliam substantiam esse sub illis accidentibus: sed arguentes falluntur in hoc, quoniam diuertunt ab adoratione, quæ nunc fit ad eam, quæ tunc fieret, si esset etiam ibi substantia panis. Auctor autem ex adoratione, quam de facto exhibemus eucharistiæ, infert non esse ibi aliam substantiam a Christo.

¶ Vnde ad argumentum Scot. concesso toto, dicitur quòd non impugnatur ratio literæ, quia ad adorationem, quæ posset fieri, diuertit: & non sistit in adoratione, quæ de facto sit, qua adoramus substantiam contentam sub his speciebus, quod tunc non fieret, nisi partialiter, puta aliquam substantiam contentam adorando, distinguendo inter substantiam panis & substantiam Christi: constat enim nunc absque distinctione aliqua, substantiam ibi coaeternam adorari ab ecclesia.

aliis sacramentis non est ipse Christus realiter, sicut in hoc sacramento, & ideo in aliis sacramentis manet substãtia materiæ, non autem in isto.

¶ Ad tertium dicendum, quòd species quæ remanent in hoc sacramento, vt infra dicetur, * sufficiunt ad significationem huius sacramenti: nam per accidentia cognoscitur ratio substantiæ.

ARTICVLVS III.

Vtrum substantia panis vel vini post consecrationem huius sacramenti, an nihiletur.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur q̃ substantia panis post consecrationem huius sacramenti, annihiletur, aut in pristinam materiam resoluatur. Quod enim est aliquid corporale, oportet alicubi esse: sed substantia panis, quæ est quiddam corporale, non manet in hoc sacramento, vt dictum est, * nec etiam est dare aliquẽ locum vbi sit. ergo nõ est aliquid post consecrationem. Igitur aut est annihilata, aut in præiacentem materiam resoluta.

¶ 2 Præt. Illud quod est terminus à quo in qualibet mutatione, non remanet, nisi forte in potentia materiæ: sicut cum ex aëre fit ignis, forma aëris non manet, nisi in potentia materiæ, & similiter quãdo ex albo fit nigrum: sed in hoc sacramẽto substantia panis aut vini se habet sicut terminus à quo, corpus autem vel sanguis Christi, sicut terminus ad quem: dicit. n. Ambr. * in lib. de officiis, ante benedictionẽ illa species nominatur, post benedictionem corpus significatur. ergo facta consecratione, substantia panis vel vini non manet, nisi forte resoluta in suam materiam.

¶ 3 Præt. Oportet alterũ contradictoriorum esse verum: sed hæc est falsa, Facta consecratione. substantia panis vel vini est aliquid. ergo hæc est vera, Substantia panis vel vini est nihil.

¶ Sed contra est, q̃ Aug. * dicit in lib. 83. quæstionum: Deus non est causa tendendi in non esse: sed hoc sacramentum diuina virtute perficitur. ergo in hoc sacramento non annihilatur substantia panis aut vini.

¶ Respon. Dicendum, q̃ quia substantia panis vel vini non manet in sacramento, quidam impossibile reputantes, q̃ substantia panis vel vini in corpus vel sanguinem Christi conuertatur, posuerunt quòd per consecrationem substantia panis vel vini, vel resoluitur in præiacentem materiam, vel q̃ annihiletur. Præiacens autem materia, in quam corpora mista resolui possunt, sunt quatuor elementa: non enim potest resolutio fieri in materiam primam, ita q̃ sine forma existat: quia materia sine forma esse non potest. Cum autem post consecrationem, nihil sub speciebus sacramenti remaneat, nisi corpus & sanguis christi, oportebit dicere, q̃ elementa, in quæ resoluta est substantia panis & vini, inde discedant per motum localem, quod sensu percipieretur. Similiter etiã substantia panis vel vini, manet vsque ad vltimum instans consecrationis. In vltimo autem instanti consecrationis, iam est ibi substantia corporis vel sanguinis Christi: sicut in vltimo instanti generationis, iam inest forma: vnde non erit dare aliquod instans, in quo sit ibi præiacens materia. non enim potest dici, quòd paulatim substantia panis vel vini resoluatur in præiacentem materiam, vel succedat egrediatur de loco specierum: quia si hoc incideret fieri in vltimo instanti suæ consecrationis, simul sub aliqua parte hostiæ esset corpus Christi cum substantia panis, quod est contra prædicta: * si verò hoc incipiat ante consecrationem, erit dare aliquod tempus, in quo sub aliqua parte hostiæ neque erit substantia panis, neq; erit corpus Christi, quod est inconueniens, & hoc ipsimet perpendisse videntur. vnde posuerunt aliud sub diuisione, s. q̃ vel annihilatur, Vel in præiacentem materiã resoluatur. sed nec hoc potest esse: quia non est dare aliquem modum, quo corpus Christi verum esse incipiat in hoc sacramento, nisi per conuersionem substantiæ panis in ipsum, quæ quidem conuersio tollitur posita vel annihilatione substantiæ panis, vnde resolutione in præiacentem materiam: similiter etiam non est dare, vel talis resolutio, vel annihilatio in hoc sacramento causetur, cum effectus sacramenti significetur per formam: neutrum autẽ horum significatur per hæc verba formæ, hoc est corpus meum. vnde patet prædictam positionem esse falsam.

sed quod fuit & omni eodem modo se habet, sicut si esset annihilatum, est annihilatum ergo panis redigitur in nihilum. Prima propositio manifesta est: quia si panis esset annihilatus, nec forma nec materia eius maneret: eodem autem modo nec nunc manet.

¶ Ad horum & si nullam euidentiam, doctrina sanctorum patrum resumenda est. Ambr. si quidem de sacramentis, & habetur in decretis de consec. dist. 2. in c. re vera, & clarius in c. panis est, docet vnde figmenta hæc, & similia eliduntur dicens. Si tanta vis est in sermone Domini IESV, vt inciperet esse, quod non erat, quanto magis operatorius est, vt sint quæ erant, & in aliud commutentur? & sic quod erat panis, iam corpus Christi est, quia sermo Christi creaturam mutat &c.

¶ Vel nota primo ly *, vt sint, quæ erant, & in aliud commutentur: hic enim manifeste habes Ambro. dicere, quòd sunt quæ erant, & in aliud sunt commutata. Et hinc apparet figmentum esse, dicere quòd quæ erant, & in aliud sunt commutata nihil sunt: nam si sunt, vt Ambros. asserit, sequitur, quòd non sunt nihil. In isto ar. & præced.

¶ Secundo nota declarationem & sensum prioris dicti, dum immediate subditur, & sic quod erat panis, iam corpus Christi dum non dixit, quòd panis est post consecrationem, nec dixit, quòd panis qui fuit, est corpus Christi: sed dixit quòd id, quod erat panis, iam est corpus Christi, & ly id quod, demonstrat & refert substantiam: quoniam substantia est, quæ est commutata in corpus Christi: vnde non aliunde quam ex Ambros. doctrina excludenda sunt, & detegenda figmenta hæc. Falsum est igitur quòd primo assumitur a Scoto, interuenire hic transitum per se ab esse panis ad non esse panis: nam per se terminus ad quem, est esse corporis Christi: est enim conuersio ista inter terminos positos per se primo, hoc est ab esse panis ad corpus Christi, & ad illum per se primo terminum ad quem non sequitur sola negatio esse panis, sed sequitur affirmatio seu positio eius quod fuit panis: sunt. n. post consecrationem propositiones istæ amæ veræ, s. panis non est, & id quod fuit panis, est. quia est corpus Christi.

¶ Ad argumentum ergo dicitur, quòd falsum assumit seu supponit, & inuenitur hic mutationem seu transitum per se, ab esse panis ad non esse illius.

¶ Ad secundum autem dicitur, quòd conditionalis assumpta est falsa. Et ad probationem illius, scilicet quia nunc nec remanet materia panis nec forma: & similiter esset si annihilaretur, respondetur negando quòd sic. Nec esset si annihilaretur: quoniam ad hoc requiritur ad annihilationem sine per se, sine per accidens: Christi est in hoc sacramento, & in hoc conuenire dicitur cum primo membro, s. resolutione. Et demum vtrumque Auctor reprobat: quia forma sacramenti neutrum horum effectuum significat.

¶ Circa responsionem ad tertium, aduerte quòd Scot. non contentus huiusmodi responsione, quia sola voce conuersionem affirmat, tenens panem quãmuis per accidens redigi in nihilum, duo potissima videtur habere fundamenta in quæst. 4. 11. dist. Primum est, quia innititur hic transitus per se ab esse panis ad non esse panis, & alius transitus a non præsentia corporis Christi hic, ad præsentiam ipsius hic. Et tunc arguitur sic, Si secundus transitus non concomitaretur primum, primus esset annihilatio. ergo & modo formaliter est annihilatio: quia ratio eius non variatur propter illud, quod per accidens cõcomitatur. Secundo sic: Si panis annihilaretur, & corpus Christi poneretur hic præsens, omni eodem modo se haberet tam panis quã corpus Christi, quantum ad omnem cõditionem tam esse quàm non esse, sicut modo se habet

egredi sentia: quia egressus fieret per motum localem, & sic sensu percipieretur. Et vtraq; exclusio optima est. Nec ex molestia Scotica concutitur, dum obstat ex diuina omnipotentia potente facere cum corpore Christi, manere aliam substantiam, & non percipi localem egressum: sæpe enim tam dictum est, q̃ non tractamus de diuina omnipotentia, sed q̃ ordo institutus a Deo habeat tam in mysteriis, quàm in naturalibus. Rursus impugnat Auctor huiusmodi præiacentem materiã ex aliis capitibus, & primo manentem, ex hoc, quòd non est dare aliquod instans, in quo sit ibi præiacens materia: quod probatur ex eo, q̃ vsq; ad vltimum instans consecrationis est ibi panis, & in vltimo instanti est ibi corpus Christi, ac per hoc patet, q̃ non est dare aliquod instans, in quo sit ibi præiacẽs materia. Et scito, quòd Auctor claritati studens, non fuit solicitus, vt loqueretur philosophice, vt ab omnibus intelligeret: ex exemplo tamen generationis ab exercitatis in philosophia rem ipsam intelligi voluit more physico: sciebat. n. non dari vltimum instans generationis. Et physico more dicendum fuit, in toto tempore consecrationis est ibi substantia panis, & in termino illius est corpus Christi, qui terminus est primum esse corporis Christi in sacramento, & primum non esse panis: sicut in termino generationis, est primum esse rei genitæ, & primum non esse rei corruptæ. Et si Auctor dixisset, pauci intelligerent ipsum. Secundo, impugnat præiacentem materiam in motu, & brevitatis gratia simul impugnat tam motum localem, siue panis, siue materiæ, quàm motum resolutionis: quoniam vterque vna & eadem est ratio ex motu sumpta, & est ratio talis. Si huiusmodi motus interueniret, aut inciperet in instanti terminante consecrationem, aut ante illud instans: si incipiat in instanti terminante (cum in illo instanti corpus Christi sit sub hostia, & in eodem sit panis incipiẽs moueri motu locali vel resolutionis) sequeretur q̃ simul esset corpus Christi & substantia panis: q̃ autem panis in illo instanti esset, probatur ex eo, quòd motus incipit per negationem de præsenti & positionem de futuro, hoc est, quia verum esset dicere, panis nunc non movetur, & immediate post hæc movebitur: & quia motus non fit in instanti, sed prius mobile relinquit vnam partem, quàm aliam, sequeretur vlterius præter simultatem instantaneam prædictam, simultas temporalis, & sic sub aliqua parte hostiæ esset simul corpus Christi cum substantia panis, & ad vim hanc respexisse videtur Auctor in litera explicans partem hostiæ. Si vero huiusmodi motus incipiat ante terminum consecrationis, tunc cum inter quælibet instantia sit tempus intermedium, in quo fiet lite motus, & in quo mobile relinquet successiue partes hostiæ, sequetur q̃ in illo tempore, quo aliqua hostiæ pars relicta est, neq; erit substantia panis, quæ iam particulam illam reliquit, neq; corpus Christi, qd ante instans, quod terminat totum hoc tempus medium, non est sub hostia.

¶ Et vide nouitie, ex contextu literæ hanc argumentationem induci, excludendo responsionem dicentem fieri resolutionis vel egressus motum, paulatim deserẽdo partes hostiæ. Ac si posuissent resolutionis motum fieri successiue quidem, & per partes intercanas tantum, ita q̃ in termino tota simul hostia deseruisset esse (contingit enim, tuquit Aristo. totum simul coagulari) tunc militat præcedens argumentum, q̃ præiacens materia nũquam esset sub hostia. Et si hoc affirmatur, succurrunt posteræ duæ rationes, s. q̃ tollitur conuersio, & quòd ponitur effectus sine causa.

¶ Quo ad tertium, de altera distinctionis membro, s. annihilatione, improbatur: quia tollit veram conuersionem substantiæ panis in corpus Christi, ac per hoc tollit modum, quo corpus

Universidad de Deusto
Biblioteca

exigitur enim quòd id quod erat illud, sit modo nihil, seu non sit aliquid: cuius contrarium in proposito inuenitur: nam secundum Ambrosium quod erat panis, est corpus Christi: vbi ad claritatem doctrinæ obserua caute varietatem verarum propositionum, & vt exemplariter dicatur, quando aër naturaliter conuertitur in ignem, licèt veræ sint istæ tres enuntiationes post conuersionem aeris in ignem, scilicet aer non est, aer, non est aliquid, aer est nihil: quia tamen materia, quæ fuit aeris, modo est materia ignis, falsa est ista quarta, aer est annihilatus. Et similiter in proposito, quamuis alia ratione verè sūt post conuersionem istæ tres, scilicet panis non est, panis non est aliquid, panis est nihil: falsa autem est quarta, scilicet id quod erat panis, non est aliquid, seu est nihil: quia sua contradictoria est verissima, scilicet id quod erat panis, est corpus Christi: ideo falsissimum est, panem siue per se, siue per accidens redigi in nihil: vnde si panis annihilaretur in hoc sacramento, non omni eodem modo se haberet, quo nunc se habet: quia nunc sic se habet ad esse & non esse, quod id quod erat panis est res realissima, scilicet corp' Christi: si autem esset redactus in nihilum, ita panis, non esset, q̄ id quod erat panis, nulla res esset. Procul sint ergo a patrum doctrina huiusmodi figmenta.

In corpo. artic. & in præce.

443 Infra art. 6. corp. & ar. 8. cor. & ad 3. Et 4. dist. 1. q. 1. ar. 1. q. 2. ad 1. & q. 3. ad 3. Et ar. 3. q̄ó. 1. per to. Et 4. con. c. 63. & quol. 5. art. 11. Et op. 2. c. 8. Et 1. Cor. 11. lec. 4. & lect. 5. † li. 3. tex. 6. tom. 2.

¶ Ad primum ergo dicendum, q̄ substantia panis vel vini facta consecratione, neque sub speciebus sacramenti manet, neque alibi: non tamen sequitur, q̄ annihiletur, conuertitur enim in corpus Christi: sicut non sequitur, si aër ex quo generatus est ignis, non sit ibi vel alibi, q̄ sit annihilatus.

¶ Ad secundum dicendum, q̄ forma, quæ est terminus à quo, non conuertitur in aliam formam, sed vna forma succedit alteri in subiecto: & ideo prima forma non remanet nisi in potentia materiæ: sed hic, substantia panis conuertitur in corpus Christi, vt supra dictum est: * vnde ratio non sequitur.

¶ Ad tertium dicēdum, quòd licet post consecrationem hæc sit falsa, Substantia panis est aliquid: id tamen in quod substantia panis est conuersa, est aliquid: & ideo substantia panis non est annihilata.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum panis posit conuerti in corpus Christi.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd panis non possit conuerti in corpus Christi. Conuersio enim quædam mutatio est: sed in omni mutatione oportet esse subiectum, quod prius est in potentia, & postea est in actu: vt enim dicitur 3. physic. † motus est actus existentis in potentia: non est autem dare aliquod subiectū substantiæ panis & corporis Christi.

¶ Circa verba Auctoris in hac responsione ad tertium caue ne fallaris, putans Auctorem Ambros. contrarium, vel me exposuisse inepto vocabulo Ambrosij verbum, dum in hac litera dicitur, quòd post consecrationem hæc est falsa, substantia panis est aliquid. & Ambros. dicente, id quod erat panis, est aliquid, scilicet corpus Christi, ego exposui quòd ly id quod, demonstrat & refert substantiam: quoniam substantia quæ erat panis est corpus Christi: quia mutata est in corpus Christi. Diuersimode siquidem substantiæ nomine Auctor & nos vsi sumus: nam Auctor substantiæ nomine vsus est loco nominis specifici panis, supponendo panem esse substātiam. Et fecit hoc Auctor, vt præseruaret se ab accidentibus panis, ita quòd panem ponit in obliquo. & distinguit substantiam panis contra accidentia panis, ac si dixisset, post consecrationem hæc est falsa, panis est aliquid: nos autem substantiæ nomine absolute vtimur, abstrahendo a qualitate differentiarum, & propterea vtimur pane in recto, dicentes, substantia quæ erat panis: quam substantiam Ambrosius per relationum substantiæ significauit, dicens, & sic quod erat panis, iam est corpus Christi: quia sermo Christi creaturam mutat, & sic ex pane fit corpus Christi: non enim potest dici, quod ly quod erat panis, referat accidentia panis remanentia: quia illa non sunt corpus Christi: nec sunt mutata in corpus Christi, quorum vtrumque Ambros. dicit de eo, quod erat panis, scilicet quod erat panis, est corpus Christi, quia mutatum est in corpus Christi virtute sermonis Christi, hanc eodem modo sumptam substantiam saluator significauit, ac demonstrauit per ly hoc, dicens, hoc est corpus meum: est enim propriissimus sensus, hæc substantia est corpus meum, vt inferius amplius patebit.

ARTIC. IIII.

¶ Super Quæst. LXXV. Arti. IIII.

TItulus intelligitur de conuersione substantiali, qua panis substantialiter sumptus transubstantiatur in corpus Christi: quia de ratione substantiæ est, q̄ sit non in subiecto, vt dicitur in prædicamentis. * non ergo potest esse, q̄ tota substantia panis conuertatur in corpus Christi.

¶ 2 Præt. Forma illius, in quod aliquid conuertitur, de nouo incipit esse in materia eius, quod in ipsum conuertitur: sicut cum aër conuertitur in ignē prius non existentem, forma ignis incipit de nouo esse in materia aëris: & similiter cum cibus conuertitur in hominem prius non existentem, forma hominis incipit esse de nouo in materia cibi. si ergo panis cōuertitur in corpus Christi, necesse est q̄ forma corporis Christi, de nouo incipiat esse in materia panis; quod est falsum. non ergo panis conuertitur in substantiam corporis Christi.

¶ 3 Præterea. Ea quæ sunt secundum se diuersa, numquam vnum eorum fit alterum: sicut albedo numquam fit nigredo, sed subiectum albedinis fit subiectum nigredinis, vt dicitur in 1. * Physicor. sed sicut duæ formæ contrariæ: sunt secundum se diuersæ (vtpote principia formalis differentiæ existentes) ita duæ materiæ signatæ sunt secundum se diuersæ, vtpote existentes principia materialis distinctionis. Ergo non potest esse, q̄ hæc materia panis fiat hæc materia indiuiduatur corpus Christi. Et ita nō potest esse, quòd substantia huius panis conuertatur in substantia corporis Christi.

¶ Sed contra est, q̄ † Euse. emiss. dicit, Nouum tibi & impossibile esse non debet, q̄ in Christi substantiam corpus Christi: sic enim ecclesia intelligit conuersionem. Et propter ea Auctor quærit, verum sit q̄ possibilis huiusmodi conuersio.

In cap. de substan. tom. 1.

¶ In corpore articuli duo sunt. Primo dicitur, q̄ oportet ponere cōuersionem. Secundo tractatur, qualis est ista cōuersio.

¶ Quo ad primum, ex repetitione supradictorum, ac discussorum, cōcluditur conuersio. Quo ad secundum, duo de hac conuersione dicuntur. Primum est, q̄ non est similis cōuersionibus naturalibus: sed est omnino supernaturalis. Secundum est, quòd sola Dei virtute fit: & primū quidem auctoritatibus Ambros. & Chrysost. probat: secūdum autem simul cum primo, ratione probat.

¶ Vbi sciēdum, distingui conuersionem in formalem & substantialem, & naturales appellari formales non ea ratione, quia forma conuertitur in formā: sed quia secundum dependentiam vnius formæ, & acquisitionem alterius dicitur totum categorematice converti in totum, vt cum dicimus, quòd aer conuersus est in ignem: conuersio autem substantialis appellatur, qua totum etiam syncategorematice conuertitur in totum, puta si aer sic conuerteretur in ignem, q̄ etiam partes essentiales aeris conuerterentur in partes essentiales ignis. Et talem esse hanc conuersionem Auctor ponens, hinc manifestat differentiam inter conuersionem istam & naturales, & ex difficultate inter actum infinitum & actum finitum procedit ad probandum, quòd agens creatum, quia ex finito agit actu, ad solas formales conuersiones se extendit: Deus autem quia ex infinito agit actu, ad totum ens se extendit, acper hoc ad conuersionem substantialem. Et inde infertur, q̄ hæc conuersio nec continetur sub genere naturalis motus seu mutationis, nec nomen alicuius suscipit proprie, sed nomine proprio vocari potest transubstantiatio: sic enim a sacro Concilio Lateranen. sub Inno. III. appellatam legimus.

¶ Circa hanc materiam aduerte, quòd Scotus in 11. distinct. 4. quæst. 3. reputans impossibilem conuersionem panis in corpus Christi præexistens, & manens secundum suum esse antiquum; triplicem imaginatur transubstantiationem. prima est, quæ iam dicta est, scilicet qua tota substantia conuertitur in totam substantiam præexistentem, ac manentem secundum esse antiquum. Secunda est, qua tota substantia sic conuertitur in aliam, vt alia producatur in esse, & hanc vocat Scotus transubstantiationem productiuam: quia per eam producitur terminus ad quem, & hæc potest subdiuidi in productiuam termini secundum esse substantiale, vel secundum esse accidentale: quidem ponit hic (vt dixi mus) Per. de Pal. sine assertione tamen. Tertia est adductiua termini ad quē illo vbi erat terminus a quo, & in hāc declinat Scotus. In qua sm̄ veritatē nulla est transubstantiatio, nulla conuersio: ponitur panē redigi in nihil, & sola vox cōuersionis & transubstantiationis cū ordine successionis corporis Christi in loco panis affirmatur. Relicta aūt transubstantiatione productiua, tanquam non habente in hoc sacramento locū, nititur Sco. probare primā esse impossibilem, & deinde tertiam esse ratio nabilem. Arguit igitur ad impossibilitatem transubstantiationis primæ, quam credimus vere in hoc sacramēto saltarē: nihil est terminus nouæ actionis proprie dictæ, nisi per illā actionem accipiat esse substantiale vel accidentale, sm̄ q̄ est formalis terminus illius actionis: sed corpus Christi p. q̄ existens, &c. nullū esse accipit in sua substantia per huiusmodi transubstātiationē. ergo corpus Christi sm̄ suā substantiā non est terminus nouæ actionis transubstātiatiuę panis in ipsum. Minor suppo nisse clara. Maior vero probat duplicit. Primo, quia si nullū esse accipit per illā, non vt intelligibile, quo sit ibi aliquid terminans realē actionē substantialem, &c. Secundo, quia etiā filius Dei terminās æternam generationem, per illam accipit esse, & personam esse, & Deum esse. Tertiam autē transubstantiationem probabilē esse in proposito probat: quia eo modo terminus prior cōuertitur in terminum posteriorem, quo terminus posterior succedit termino priori: sed terminus posterior, id est, Christi corpus, non succedit sm̄ esse simpliciter, sed secundum esse præsens hic termino priori, id est, pani præexistenti. ergo nec panis conuertitur, nec transit in corpus Christi, nisi secundum esse hic præsens pani præexistenti.

Ar. 1. huius quæst.

Art. 2. huius quæst.

* In li. de his q̄ mysteriis initiantur c. 9. parum a med. to. 4.

*Hom. 46 in Io. non multū ante medium to. 3.

* Lib. 1. tex. 41. & seq. to. 2.

¶ Pro solutione harum obiectionum, & ampliori notitia tam occulti mysterii, duo prælibanda sunt, alterū ex philosophia, alterum ex Ambrol. Ex physicis siquidem habemus, q̄ cum de substantiali mutatione inter positiuos terminos est sermo, ipsum in stans mutationis, in quo substantialis mutatio simul fit, & facta est, est primum esse termini ad quem, & primum non esse termini a quo verbi gratia, cuius aer conuertitur in ignem, instans illud, in quo ignis simul fit & factus est, est primum esse ignis: quia ignis tunc est, & immediate ante illud tunc non erat, & est primum non esse aeris: quia aer tunc non est, & immediate ante illud tunc erat. A diuo autem Ambrosio superius relata habemus verba. s. quod erat panis ante cōsecrationem, iam corpus Christi est post consecrationem: quia sermo Christi creaturā mutat, &c. Ex his enim simul iunctis & perspicaciter consideratis, habemus actionem transubstantiatiuam circa panem uersari, & in panem terminari, hoc modo videlicet, quòd in instanti conuersionis panis in corpus Christi, quod erat panis vt sic, id est. secundum esse panis, habet terminum a quo, & rursus quod erat panis, quod iam est corpus Christi, vt incipiens esse corpus Christi, habet rationem termini ad quem, ita quòd terminus ad quem, non est corpus Christi absolute, sed hoc quod erat panis esse corpus Christi, ut patet exponendo pro illo instanti, quo ista transubstātiatio simul fit, & facta est. Ex faisitate siquidem istius, corpus Christi nunc est & immediate ante hoc non erat, habetur q̄ corpus Christi absolute non est terminus huius transubstantiationis: ex eo autem quòd ista est vera, hoc quoū erat panis, nunc est corpus Christi, & immediate ante hoc, quod erat panis, non erat corpus Christi manifeste habetur, quòd terminus ad quem actionis & mutationis huius est hoc, quod erat panis. esse de nouo corpus Christi: sicut ex veritate istius alterius, scilicet hoc quod erat panis, nunc nō est panis, & immediate ante erat panis, habeē terminum a quo esse hoc, quod erat panis subesse panis. Vbi videre potes, in eo quod est panis ante cōsecrationē, efficaciā habere consecrationē seu diuinā actionē, quantū ad vim vtriusq; termini. s. a quo & ad quem: qm̄ actio conuersiua acquirit ei, q̄ erat panis esse corpus Christi, cōuertendo id in corpus Christi, & ad hoc cōcomitat deperditio termini a quo, dū quod simul conuertitur & conuersum est in corpus Christi, desinit esse panis. Et hinc suspiciendo conijcere potes, q̄ non oportet pp nouam hāc actionē mutationē aliq̄ effici in substantia corporis Christi: quia quod erat panis de nouo est corpus Christi, non per mutationē corporis Christi, sed per mutationem panis in corpus Christi. Et ad ampliorem fideliū intellectuū consolationē, habemus nō solū dictas enūtiationes nouiter veras quasi se tenētes ex parte panis: sed habemus redūdantē, seu resultantem aliam propositionem nouiter veram, quasi ex parte corporis Christi: est enim de nouo uera hæc, scilicet, ex propositione diu. Ambr. per conuersionem simpliciē illā habemus dicente enim Ambr. quod erat panis, est corpus Christi, infertur optime per conuersionem simplicem, ergo corpus Christi est quod erat panis. & similiter sequitur, consequenter loquendo, q̄ corpus Christi est quod erat iste panis. Quo fit, vt admirabilē veritatem nouā in Christi corpore ex hoc sacramento fateamur. Nam ante institutionem huius sacramenti ista erat falsa, corpus Christi est quod erat panis: quia sua conuertens erat falsa, quod erat panis, est corpus Christi: post consecrationem vero corporis Christi fuerūt ambæ veræ. Et similiter in qualibet, quæ quotidie fit, consecratione hostiæ in missa, consecratione facta, ambæ istę nouiter sunt veræ, quod erat iste panis, est corpus Christi, & corpus Christi est, quod erat iste panis. Nec quæras a me vlteriorem modum quomodo fiat istud, sed satis hi supposita veræ transubstātiationis fide, qua panis in corpus Christi immutatum mutatur, videre nos veritatem dictarum enuntiationum.

D. 576. In corp. & ar. 3.

D. 446.

¶ Ex his sūt ad Scoti rationem contra possibilitatem huius conuersionis dē, argumētum supponere falsum, scilicet, corpus Christi absolute esse terminum actionis seu mutationis huius: terminatur. n. tam mutatio q̄ actio, vt ad terminū ad quē, & qui fit ad hoc, quod erat panis, esse corpus Christi: hoc enim de nouo fit, & est per actionem istam conuersiuam panis in corpus Christi.

¶ Vnde concessa maiore, ad minorē dicendum est, q̄ male assumit, aut supponit corpus Christi absolute esse terminum actionis, ut patet ex dictis. Nec obstat quòd sæpissime dicitur & repetitur

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur infinities, quòd hæc conuersio habet rõnem pro termino a quo. & corpus Christi pro termino ad quem: quoniam breuitatis causa hos terminos absolute proferimus: cum grano tamen salis ab eruditis intelligendos, vt exposuimus.

¶Ad rationem. Scoti pro transubstãtiatione adductiua, facile respondetur negando, minorem: quoniam corpus Christi succedit pani, & secundum esse simpliciter, id est substantiale, & ẽn. est hoc, id est, sub accidentibus panis: sed non est mirum de argẽto, cui sola voce dicens conuersionem substantiæ panis in substãtiam corporis Christi, consequenter assumit, q̃ corpus Christi non succedit pani, ẽn esse simpliciter, cum ẽn veritatem substantia corporis Christi sit id, quod erat panis: & per hoc fit vbi erat panis, id est, continetur sub accidentibus, quæ continebant panẽ, vt sæpe inducta decretalis lateranensis cum doctrina cõcilii Florentini testatur.

¶Nec obstat dictis q̃ Auctor in 4 senten. dist. 11. quæst. 1. ar. 4. videtur locare huiusmodi propositiones, quibus vsi sumus, inter impropriας. Nam dupliciter potest iudicari, & examinari propositio ista, quod erat panis, est corpus Christi: primo ad exprimendam conuersionem hanc: secundo, ad exprimendum conuersionis huius proprios terminos. Et si quidem ad exprimendum mutationem, quæ est conuersio assumatur, infra latitudinem generis mutationis intelligenda est, & propterea ly quod, sonat subiectum vnum, & idẽ sub duobus succeßiue terminis, scilicet pane, & corpore Christi manere, quod in proposito non nisi metaphoricè, aut ratione accidentium remanentium verificatur, & hic ab Auctore inter impropriας computatur ibidem, vbi de conuersione loquitur. Si vero hæc propositio ad exprimendos terminos conuersionis huius assumatur, tunc propositio est, & vera & propria. Et q̃ sic vera patet ex ipsa eius expositione, qua Auctor eam ibi in responsione ad primum exponit de ipsis terminis dicens, verbum Ambrosij est exponendum, quod erat panis est corpus Christi, id est, quod est sub speciebus panis, primo fuit panis, & postea corpus Christi: vbi vides Auctorẽ exponendo, asserere de ly quod est sub specie panis prius fuisse panem, & postea corpus Christi: nihil enim aliud significat Ambrosij propositio de terminis conuersionis: intellecta dicendo, quod erat panis, est corpus Christi, vt patet intuenti. q̃ autem sit propria, & hinc patet: quia expositio ab auctore data est propria, & ex ratione probatur: quia ly quod est relativum, identitatis substantiæ, & sufficiẽr refert eandem substantiam, referendo substantiã eandem sine qualitatesiic enim contingit in proposito: illud enim idem refert ly quod dicendo, quod erat panis est corpus Christi: quod demonstratur per ly hoc, dicendo, hoc est corpus meum. Stante igo solida & propria dicta, quæ ex Ambrosio diximus, quoniam ad certos conuersionis exprimendos vsi sumus auctoritate dicta, & ad hoc idẽ Ambrosius ad literam loquutus est, vt patet eius rei ex ũ instrumẽti.

¶In responsione ad tertium aduerte dici in illa duo, scilicet rationem conuertibilitatis totalis (de qua est sermo) vnius rei in aliam, & modum, quo sic huiusmodi conuersio. Et quoniam eximia ac latentia sunt hæc, nec ab omnibus concessa, primo declaranda sunt ambo: deinde conferendum est p. imum cum aliorum opinionibus. Ratio igitur conuertibilitatis assignatur in litera communicatio in natura entis: modus autem subditur, & est, q̃ potest actor entis id quod est entitatis in vna re, cõuertere in id, quod est entitatis in altera, sublato eo per quod ab ea distinguebatur: vbi extra rationem cõuertibilitatis, docilis esto interpres plures vitando errores ex illo verbo, communis natura entis. Errares primo, si per communem naturam entis intelligeres ens communissime sumptum omnium Deo & creaturis, & manifesta esset erroris ratio: quia hinc sequeretur, conuertibilitatem etiam posse esse inter rem creatam & increatam: quia communis est eis huiusmodi natura entis, quod constat non solum esse falsum, sed fatuum. Errares quoque, si per communem entis naturam intelligeres gradum aliquem seu naturam aliquam, supra species generalissimas rerum naturas. Nam vt dicitur 4. Metaphysic. idem est homo, & ens homo, & sic de aliis: non enim se habent ens & homo, sicut animal, & homo: nam animal, & homo duas formaliter naturas significant, scilicet rationalitatis, & animalitatis: ens autem & homo vnam tantum naturam significant, eam scilicet, quam significat homo, & non aliam. Sed hoc metaphysico relinquentes negotio (quoniam ad propositum non refert vtro modo dixeris) dicimus, quòd per naturam entis intelligit Auctor ens commune solis creaturis, quod nomine naturæ in litera appellatum est, quia huiusmodi ens secundum Auctoris doctrinam secundum naturas generum & specierum definitur. Et per hoc differt abente increato, in quo esse non definitur natura aliqua, sed ipsum esse in seipso subsistens vocatur natura Dei, & deitas, & Deus. Est igitur ratio conuertibilitatis totius vnius rei in totam alteram rem, communicatio earum in natura entis communis omnibus creaturis tantum. & hinc habes secundum Auctorem, quòd secundum totalem conuersionem quælibet creatura potest per diuinam omnipotentiam conuerti in quamcunque aliam creaturam, quia creaturis omnibus communis est huiusmodi entis natura.

¶Circa modum quoque conuersionis, cautum oportet esse lectorem. Erraretur siquidem primo, si intelligeretur, per modum diuisionis seu separationis vnius naturæ ab altera, sicut animalitas separatur a rationalitate, dum fit animal sine ratione. Et similiter erraretur, si intelligeretur per modũ abstractionis: sicut res vna, & eadem secundum priorem rationem abstrahit a seipsa secundum rationem posteriorem: sicut color albus inquantum color, abstrahit a seipso, in quantum albus. Et patet ratio erroris, vbi hoc ex hoc, quòd neutro modo panis conuerteretur in corpus Christi, sed sola natura entis inuenta in pane, conuerteretur in corpus Christi, formaliter loquendo.

¶Contrariatur etiam directe intento hic sensus, quoniam directe intentum ab Auctore est, quòd totum conuertatur in totum, & non quòd una res aut una natura sub vna ratione tantum conuertatur in aliam. Hæc enim interpretatio ad hoc tandem tendit, quòd conuertibilitas rerum est secundum id in quo conueniunt, & non secundum ea in quibus differunt, quod contrariatur non solum Auctoris, sed fidei doctrinæ, asserenti panem conuerti in corpus Christi, & non solum entitatem panis in entitatem corporis Christi conuerti, sed panem conuerti in corpus Christi. vnde literæ verba quæ superfluerentus fauere videntur dicto reprobato sensui, dum sonant, id quod est entitatis in vna re, potest actor entis conuertere in id quod est entitatis in altera, sublato eo per quod ab illa distingueba tur, intelligenda sunt sic, vt tota res, puta panis, conuertatur in totam rem, puta corpus Christi: hoc enim important illa verba, id quod est entitatis in vna, in id quod est entitatis in altera, quam tota res est entitatis in vna, & tota res est entitatis in altera quod autem subditur, sublato eo per quod ab illa distinguebatur, præcluditur dubio ad differentiam proprii distinctiui a communi natura entis subiunctũ est. Sed huiusmodi differentia non consistit in hoc, quod entitas rei, puta panis, conuertatur in entitatem alterius rei, puta corporis Christi, panis vero proprium constituitur per quod specie distinguitur ab altera (puta corpore Christi) non conuertatur in alteram rem, puta corpus Christi, sed tollatur non conseruando ipsum in esse. Sed consistit huiusmodi differentia in hoc, quod tota res, quæ est panis, conuertitur in corpus Christi, formalis ratio naturæ entis saluatur. formalis vero ratio proprii constituti, & distincti panis non saluatur. post conuersionem enim panis in corpus Christi, panis entitas conuerta entitas quædam est, panis vero conuersus panis non est, sic enim verificatur quòd in conuersio entitatis in entitatem, sublato eo, per quod distinguebatur: perinde est enim ac si dictum fuisset, quod conuertio fit per totius quidem rei conuersionem in totam rem alteram, sed inter rationes seu conditiones subitantiales communes, vel proprias ut parata est, quia res conuerta sic secundum communia quam saluatur, quod iterum suscipit eorundem prædicationem: secundum vero propria non subsistit eorundem prædicationem. Hoc enim modo intelligitur sublatum id per quod distinguebatur, & totam rem conuerti in totam rem, ita quod nihil eius esset dum ea remaneat, aut in nihilum decidat.

¶Et si insistetur, quod si tota res totaliter conuertitur in totam aliam rem frustra Auctor laborauit ad distinguendum in rebus conuertibilibus naturam entis, in qua conueniunt, a propriis distinctionis rerum, &c. respondetur: non frustra, sed vt liter Auctor laborasse ad reddendam rationem conuertibilitatis totalis super naturalis proportionaliter ad rationem conuertionis substantialis naturalis. Dupliciter siquidem naturalis conuersione inuenta (scilicet, vel per modum generationis, sicut cum aer conuertitur in nouum ignem vel per modum aggenerationis, sicut cum alimentum conuertitur in substantiam eius quod nutritur) communis ratio vtrique conuersioni est cõsentia in materia & differentia in formis, quibus fiebat distinctio, & in ipsa cõuersione materia vtrobique remanet, & forma rei quæ conuertitur non remanet: vnde ut proportionaliter de totali cõuersione doctrina traderetur, posuit Auctor in conuertibilibus huiusmodi naturam entis in qua conueniunt, & constitutiua specifica, quibus distinguuntur, & rursus posuit naturam in qua res, quæ conuertitur, communicat cum altera, remanere in illa altera, non in seipsa: quia sic non converteretur in altera rem, sed in sibi similẽ. Et propterea dicitur saluari rationem formalem eius, specifice cum autem distinctiuum ita conuerti, q̃ nec in se nec in suo simili remaneat, & propterea auferri dicitur, & non saluari secundũ suam rationem formalem.

¶Dupliex propterea necessitas doctrinæ huius fuit: altera, vt conuertio super naturalis proportionalis conuertionibus naturalibus sit monstrata: altera, vt intellectus posset ex naturalibus cõuertionibus quas nouit, manuducatur ad supernaturalia, & si non penetranda, saltem cogitanda, vt non impossibilia existimentur. Et hæc pro expolitione literæ sint dicta.

¶Conferendo autem Auctoris rationem de convertibilitate cuiuslibet creaturæ in quamcunque aliam, occurrunt Petrus de Pal. ambiguus & Durandus obstans manifeste in q. 2. distinct. 11. dupliciter, scilicet solvendo rationem Auctoris, & arguendo contra dictam positionem.

¶Ratio igitur Auctoris (scilicet agens virtutis infinitæ, quod habet actionem in totum ens, põt convertere, &c.) soluitur a Durand. dicente q̃ ex hoc non potest convertere nih communicantia in materia, ratione cuius unum potest dici manere in altero.

¶Contra positionem autem arguit multipliciter: primo. Conuertum manet in eo, in quod convertitur est. ergo non possunt in

uicem converti nisi communicantia in materia. Antecedens probatur: quia per hoc differt conuersio ab annihilatione. Consequentia etiam probatur ex eo, quòd non manet in eo actus: quia tunc non esset conuersum. ergo manet in eo in potentia nõ actiua, sed passiua. Hæc autem est potentia materiæ.

¶Secundo, absurdum est angelum converti in lapidem, aut ecõtra, nisi diceretur illa absurditas ab antiquo reprobata, quòd vna natura posset fieri alia, puta quòd albedo possit fieri nigredo, quod implicat contradictionem in omnibus naturis contrariis siue disparatis.

¶Tertio, si vnus angelus posset cõverti in alium sequeretur, q̃ angelus posset desinere esse sine annihilatione: scilicet per cõuersionem in alium, consequens est falsum: quia angelus non potest incipere esse nisi per creationem igitur nec potest desinere esse nisi per annihilationem.

¶Arguitur quarto auctoritate Aug. 7. super Genes. dicentis, q̃ corpus posse mutari in spiritum aut naturam incorpoream, nec aliquos sensisse scio, nec fides habet.

¶Quinto auctoritate Boet. in lib. de duab. natur. & vna persona Christi dicentis, illa sola inter se transmutari possunt, quæ habent vnius materiæ communem substantiam.

¶Deinde idem Durandus in q. 3. arguit specialiter contra conuersionem materiæ in materiam, quam Auctor in hac litera ponit. Arguit autem sic: si materia conuerteretur in materiã q̃ conuersio fieret per hoc, materia desineret esse in se, & esset in suo simili. (in materia alterius, in quam conuersa dicitur: sed hoc non potest dici: quia sic conuersio nõ differret ab annihilatione: nam annihilata materia in aliquo, nihilominus remanet similis materia in alio sine aliqua conuersione. Et rursus sequeretur secundũ hoc, q̃ non diceretur materia vnius magis conuerti in materiã alicuius determinatã, quàm in materiam cuiuscunque alterius, quia quælibet est similis cuilibet.

¶Demum arguit Duran. idem, ibidem contra modum conuersionis in literã positum, scilicet quòd totum cõuertitur in totũ: ita quòd materia in materiam, & forma in formam conuertunt. Primo, quia ex hac positione sequitur substantiam panis vere annihilari. Et probatur sequela. Primo: quia id quod prius fuit aliquid, & postea est nihil, est vere annihilatum: sed secundum hũc conuersionis modum substantia panis ante consecrationem fuit aliquid, & post consecrationẽ est nihil. ergo substantia panis est vere annihilata. Maior patet ex ratione terminorũ. Minor probatur: quia id quod non est aliquid in se vel in alio, est nihil. sed substantia panis post consecrationem nõ est aliquid in se (vt patet) nec in alio. s. corpore Christi, qa nihil plus est in corpore Christi, q̃ ante. Secũdo, quia si in corruptione materia desineret esse, quemadmodum & forma, iã nõ esset corruptio, sed annihilatio: sed in hoc modo conuersionis tam materia quam forma panis desinit esse. ergo est vera annihilatio. Tertio. Si remanente corpore Christi inmutato rediret eadem substantia panis, oporteret panẽ illum creati, quia de nihilo fieret, quia non de subsistentia corporis Christi, nec de aliqua alia subsistantia fieret. ergo si præexistẽte corpore Christi & nihil de substantia panis in eo remanente panis desinat esse (vt in proposito ponitur) vere annihilaretur. Et probatur consequentia ex eo, q̃ eodem modo se habet aliquid vt terminus ad quem annihilationis, & terminus a quo creationis: ac per hoc sicut corpus Christi redeunte pane per creationẽ non impedit veram creationem, ita idem Christi corpus desinen te pane, ita q̃ nihil eius maneat in se aut Christi corpore, non impedit quin sit vera annihilatio. Vnde infert Durã. q̃ duobus existentibus modis conuersionis in præexistens (i. per modum quo alimentum conuertitur in id quod alitur, & per modum imaginatum nulli intelligibilem, scilicet quo rectum conuertitur in totum præexistens, modo superius expresso) nec vnus istorum per ecclesiam sit magis approbatus aut reprobatus quàm alius: videtur probabiliter quòd ille modus, qui est possibilis, & intelligibilis esset eligendus & tenendus. Ad horum euidentiam non oportet alia iacere fundamenta: sed si superius dicta recolantur, omnia fere patent, & considereretur enim differentia inter aliquid esse seu remanere in alio. & id quod fuit aliquid esse illud aliud, eluesset solutio modi. Imaginatur Durand. & male, oportere cõuersum manere in eo, quod est conuersum, cum secundum veritatem conuersum non maneat in eo in quod est conuersum: sed est ipsum, in quod est conuersum, & propterea panis non annihilatur, nec remanet in corpore Christi: sed id quod erat panis, est corpus Christi.

¶Vnde sigillatim respondendo, confutatur solutio ad rationẽ Auctoris Duran. allata: quoniam innititur huic falso fundamento, Conuersum oportet manere in eo in quod convertitur. Et in hoc quoque peccat primum argumentum contra positionem Auctoris. nam hoc falsum assumit pro antecedente. Et ad probationẽ eius respondetur falsissimum esse, quòd per hoc conuersio differat ab annihilatione; differt enim ab illa per hoc: quòd id quod erat panis: est corpus Christi.

¶Ad secundum dr̃, q̃ licet sit ẽn naturalem potentiam absurdum, angelum posse converti in lapidem, aut econtra: non est tñ absurdum secundum potentiam obedientiæ ad diuinam omnipotentiam. Et licet optime sit reprobatum, albedinem fieri nigredinẽ, sicut etiam reprobatum est panem fieri corpus Christi, nõ tamen reprobatum est, albedinem posse per diuinam omnipotentiam converti in nigredinem. nõ enim implicat contradictionẽ, & similiter panis potest eo nuerti in corpus Christi.

¶Ad tertium dẽ concedendo, q̃ angelus possit desinere esse sine annihilatione per conuersionem in alium. Et cum obiicitur, q̃ non põt incipere esse nisi per creationẽ, ridetur q̃ sily potest, attenditur ẽn potenti am ordinariam, verum est, quia modus incipiendi per creationem est tanquam naturalis modus, quo incipit esse angelus, cui responderet annihilatio si tãquam naturali modo perderet esse. Verum sicut supernaturaliter potest perdere esse per conuersionem in aliam creaturã, nõ video quare ſuperna turaliter non possit incipere esse per conuersionẽ alterius in ipsum non præexistentem, sed acquirentẽ esse. Et moueor ad hoc, quia facilius videtur conuertere vnam creaturam in aliam non præexistentem & acquirentem esse, quàm in eandem præexistentem. Vnde non admittitur vltimo assumptum a Duran. in hoc argumento, quod si admittendum putas tanquam impertinens, nega sequelam ad præsentem distinctatem pertinentem.

¶Ad quartum & quintum simul dicitur, quòd tam Aug. quàm Boet. de mutationibus naturalibus, & quæ de facto secundum fidem fiunt, loquũtur: nos autem loquimur secundum diuinam omnipotentiæ amplitudinem.

¶Adobiecta deinde eiusdem contra conuersionem materiæ in materiam, respondetur communicando in vocabulis cum arguẽte, quòd remanere in suo simili contingit dupliciter, vel per solã similis remansionem, vel per remansionem similis sic, q̃ est quod erat reliquum. Et in conuersione quidem de qua est sermo, materia conuersa remanet in suo simili secundo modo: quia materia corporis Christi est, quod erat materia panis: arguebas vero accipit remanere in suo simili primo modo, secundum quem procedere consequentias, & nõ secundũ alterum modum, clare patet.

¶Ad obiecta demum eiusdem Duran. in q. 3. contra modũ conuertionis iã declaratæ negatur sequela annihilationis. Et ad primam probationem, dicitur quòd plus requiritur ad veritatẽ maioris, scilicet quòd id quod fuit res illa, postea sic nihil, quod in proposito est falsum: quia licet panis ante consecrationem fuerit aliquid, & post consecrationem non sit aliquid, quia nõ est, quod tamen erat panis ante consecrationem, est post consecrationem aliquid, scilicet corpus Christi. Vel potes distinguere, maiorem dupliciter posse intelligi, scilicet cũ præcisione vel sine præcisione. Et si quidem intelligatur cum præcisione, hoc est præcidendo a quocumque alio nõ significato per eum, dicit q̃ propositio est vera, & patet ex ratione terminorum, sed non esset admittenda minor cum huiusmodi præcisione: si uero intelligatur absque præcisione compossibilium cum ipsius veritate, quamuis non significatorum per eam dicitur, quòd propositio posset esse, & vera & falsa: quia rem, puta panem, prius fuisse aliquid, & postea nihil, plurimis modis contingere potest: inter quos vnus est per totalẽ conuersionem ipsius in corpus Christi, secundum quem modum falsa est propositio: quia quod erat panis, est corpus Christi. Et quia in minore exprimitur iste modus, ideo simpliciter maior est falsa.

¶Ad ẽn negatur consequentia, qm̃ utiam patet, plus requiritur ad annihilationem, quàm desinere esse materiam & formam: & potes ad verum q̃; argumentum & similia altius respõdere, dicendo, quod esse nihil, non esse aliquid, desinere esse, & si quid huiusmodi significatur, contingit dupliciter. Vno modo per se, & sic verificatur omnia assumpta: alio modo concomitanter ad eõuersionem in aliud, & sic omnia sunt falsa. Et quia in proposito panis concomitanter, ad conuersionẽ sui in corpus Christi non est aliquid, est nihil, desinit esse, & non per se est nihil, non est aliquid desinit esse, ideo non annihilatur: annihilatio enim per se est ad nihil, ad non aliquid, est ad non esse.

¶Ad tertium negatur assumpta primo conditionalis, dicendo quòd si diuina omnipotentia retineret eundem panem numero, posset forte dupliciter illum restituere, scilicet vel per modum creationis, vel per modum reconuersionis. Et si fieret per modum creationis, impertinentia sunt omnia quæ adducuntur: quia corpus Christi non esset terminus a quo creationis: quod tamen fuit terminus ad quem conuersionis, & si sic fieret essent veræ ambæ istæ propositiones, hic panis est, & corpus Christi est, quod fuit iste panis. Si vero fieret per reconuersionem (ita quòd corpus Christi inquantum est quod erat panis, converteretur in panem) tunc verum esset, quòd panis qui fuerat, iterum est: sed non esset vera enuntiatio dicens corpus Christi est quod erat iste panis. Factus sum insipiens: sed Durandus me coegit.

¶Quocirca illata a Duran. de probabilitate suæ phantasiæ manifeste conuincunt falsa ex decretali Lateranen. de sum. Trini. & fid. catho. firmiter credimus, eũ dr̃, transubstantiatis panẽ in corpus, & vino in sanguinem Christi. Constat enim q̃ transubstantiatio importat aliud q̃ vnionem materiarũ, q̃ finxit Durandus, fieri sub forma corporis Christi: sonat namque apud oẽs fideles mutationẽ quandam panis in corpus Christi ineffabilem: ita q̃ mutatione facta, corpus Christi est quod erat panis, & ubi erat panis: vnde præstat cũ uniuersali ecclesia in captiuitatẽ redigere intellectũ in obsequiũ Christi, quã contra Ambrosij præcepta naturæ vires, ordinem aut potentiam, in hoc mysterio quærere.

¶Super

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Super quæstionis. LXXV. Articulum V.

IN hoc art. & reliquis eiusdem 75 q. duo solum notanda occurrunt. Primum est in ar. 6. ad primũ, q forma panis est forma substantialis, specie differens a pasta secundum Auctorem, dũ dicit, quòd ars producit formam substantialem panis virtute ignis de coquentis materiam ex farina & aqua confectam.

444 Sup. ar. 2. ad 3. Et inf. q. 76. ar. 1. ad 3. Et 4. dist. 11. q. 1. ar. 2. q. 2. Et di. 12. q. 1. ar. 1. q. 2. Et 1. cor. 11. lec. 5. cor. 2. & 6. † li. 7. tex. 4. to. 3.

¶ Persuadetur autem sic esse: quia ex fide tenemus cõversionem solius substãtiæ panis in substãtiam corporis Christi: si enim forma panis esset accidens, non per se, sed per aliud, scilicet subiectum, conuerteretur panis in corpus Christi. Et rursus nihil prohiberet facta consecratione remanere formã panis cum cæteris accidentibus remanentibus. quod cõstat esse falsum.

¶ In responsione ad secundum eiusdem 6. ar. occurrit fm, quod est ex Scoto in 4. sen. di. 11. q. 3. contra hanc literam, ponentem formã panis conuerti in animã Christi, fm q dat esse corporeum. Arguitque dupliciter, si hostia consecrata a Christo in cœna, fuisset triduo mortis seruata, permã fisset eadem res primo contenta sub hostia. ergo permã fisset eadẽ forma corporis Christi constituens illud corpus: sed anima Christi nõ permã fit in cõstituendo corpus illud: quia fuit separata a corpore. ergo conuerso non fuit facta in animam Christi. Omnia sunt clara. Et prima consequentia patet ex eo, quòd res primo contenta est corpus Christi.

2. 2. q. 10. ar. 1. ad 1.

*Refertur de cõs. di. 2. c. nos autem.

¶ Præt. Conuersio realis debet fieri in rem re-lem, vt realem: sed anima intellectiua vt dat esse corporeũ distinguendo contra esse animatũ, non est quid reale vt reale, sed potius ut ratio, sicut commune non est aliquid præter singularia. ergo ista conuersio non est in animam Christi sub tali ratione.

¶ Ad hoc dicitur quòd quia corpus Christi unum & idem est quod continetur sub hostia, & quod est secundum se, eadem est sententia de identitate corporis Christi in rerum natura, & in sacramento: non enim oportet magis seruare identitatem corporis Christi in sacramento, quàm in rerum natura. Et propterea dicitur ad assumptam conditionalem, quòd res primo contenta fuisset in illo triduo eadem triplici identitate numerali, scilicet hypostatis, esse actualis existentiæ, & materiæ, & fuisset non eadem formaliter, sicut in rerum natura corpus Christi in illo triduo erat idẽ numero hypostasi, existentia & materia, nõ aũt forma, quia forma cadaueris genita in morte Christi dabat tũc esse corporeum. Et hoc est philosophiæ consentaneũ: immo fm illius principia necessariõ: q a corruptio vnius est gẽratio alterius: nec minus exercitatis in philosophia absurdũ videat ponere formã cadaueris in corpore Christi: sicut nec absurdũ eis videri debet, q oculi Christi mortui nõ erant oculi nisi æquiuoce, & sic de aliis mẽbris similibus: non dececent siquidẽ hæc Saluatorem nostrum apud penetrantes q dignatus est ẽt mori, & vsq; ad resurrectionẽ suã pœna latitibus finẽ nõ imponere, ut separatio animæ a corpore euidenter testaf durãs vsq; ad dictã resurrectionem.

ARTICVLVS V.

Vtrum in hoc sacramento remaneant accidentia panis & uini, post conuersionem.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur q in hoc sacramento nõ remaneant accidentia panis, & vini. Remoto enim priori, remouetur & posterius: sed substantia est naturaliter prior accidente, vt probatur 7. † Metaph. Cum igitur facta consecratione, non remaneat substantia panis in hoc Sacramento, videtur, quòd non possint remanere accidentia eius.

¶ 2 Præt. In sacramento veritatis non debet esse aliqua deceptio: sed per accidentia iudicamus de substantia. vi detur ergo quòd decipiatur humana iudicium, si remanentibus accidentibus substantia panis non remaneat. non ergo hoc est conueniens huic sacramento.

¶ 3 Præt. Quamuis fides nostra nõ sit subiecta rationi, non tamen est contra rationem, sed supra ipsam, vt in principio huius operis dictũ est. † Sed ratio nostra habet ortum à sensu. ergo fides nostra non debet esse contra sensum: est autem cõtra sensum, dum sensus iudicat esse panem, & fides credit esse substantiam corporis Christi. non ergo hoc est conueniens huic sacramẽto, quòd accidentia panis subiecta sensibus maneant, & substantia panis nõ maneat.

¶ 4 Præt. Illud, quod manet conuersione, facta videtur esse subiectum mutationis. si ergo accidentia panis manent conuersione facta, videtur quod ipsa accidentia sint conuersionis subiectum: quod est impossibile: nam accidentis non est accidens. non ergo in hoc sacramento debent remanere accidentia panis, & uini.

¶ Sed contra est, quod † Augustin. dicit in lib. sent. Prosperi. nos in specie panis & vini, quam videmus, res in uisibiles, id est carnem, & sanguinem honoramus.

† Respon. Dicendum, quod sensu apparet, facta consecratione, omnia accidẽtia panis & vini remanere: quod quidem rationabiliter per diuinã prouidentiam fit. Primo quidem, quia non est cõsuetum hominibus, sed horribile carnem hominis comedere, & sanguinem bibere. & ideo proponuntur nobis caro, & sanguis Christi sumẽda sub speciebus illorum, quæ frequentius in vsum hominis veniunt, scilicet panis & vini. Secundo, ne hoc sacramentum ab infidelibus irrideatur, si sub specie propria Dominum nostrũ manducemus. Tertio, vt dum inuisibiliter corpus & sanguinem Domini nostri sumimus, hoc proficiat ad meritum fidei.

¶ Ad primvm ergo dicẽdum, quod sicut dicitur in lib. † de causis, effectus pius dependet à causa prima quam a causa secunda: & ideo virtute Dei, qui est causa prima omnium, fieri potest, ut remanẽãt posteriora, priꝰ ribus sublatis.

¶ Ad secundum dicendum, quod in hoc sacramẽto nulla est deceptio: sunt enim ibi secundum rei veritatem accidentia, quæ sensibus diiudicantur: intellectus autem, cuius est proprium obiectum d substantia (vt dicitur in tertio de anima †) per fidem decẽptione præseruatur. & sic patet responsio ad tertium. Nam fides non est contra sensum, sed est de eo, ad quod sensus non attingit.

¶ Ad tertium dicẽdum, quod hæc conuersio non propriè habet d subiectum, vt dictum est, * sed tamen accidentia quæ remanent, habent aliquam similitudinem subiecti.

¶ Et si cõtra hãc responsionem obiiciat ex eodẽ Scoto in 7. q. d. 10. q. sequeret sub hostia seruata illo triduo non esse corpus Christi, quia non cõtẽta fuisset sub hostia materia sola, qm materia cõtinetur sub sacramento, vt pars totius, hoc est corporis, materia aũt sola nõ est pars corporis nec materia cũ anima Christi, quia erat separata ab illa, nec materia sub noua forma: q a sequerent duo contradictoria. s. q materia haberet simul nouã formã, & non haberet illã, nam in esse naturæ haberet illã, & in sacramento non haberet illã, rndendum est. q fuisset in illo triduo materia cũ forma noua sub sacramẽto: ita q qua fm veritatẽ præsupposita unitate formæ in cõposito corp' Christi in illo triduo constituebat per nouã formam, ideo in sacramento continebat corpus per nouã formã constitutũ. Et si instetur, quod in illam formam nũquam facta est cõuersio, respõdetur q sufficit fuisse factam conuersionẽ in corpus Christi ius remanens semper & idem numero, per quamcunque formã constituatur: quia semper remanet non solũ eadẽ materia, sed eadẽ hypostasis, & quod plus est, idẽ esse: nã noua forma nõ dedit nouũ esse, sicut nec cõstituit nouã hypostasim. Et ista licet sint mirabilia, sunt tñ vera singulariter in Christo, & ppea corpus Christi in triduo pp diuersitatẽ formæ non nisi fm quid efficiãt aliud: simpliciter n. & absolute loquendo, remanet, & est semper idem numero. Vt tñ q noua ista forma, sicut aduentitie pertinet ad corpus Christi, in supplemẽtũ separatæ ad ips propriæ animæ, ita potius cõcomitanter q ex ui sacramẽti noua illa forma cõtẽta fuisset sub seruata tũc hostia.

*In 4. dist. 11. q. 1. Hic liber inter opera Aristo. to. 5.

¶ Ad 5m dꝫ, concedendo q terminus cõuersionis est quid reale, & ppea negat animã dantẽ esse corporeũ, vt sic esse rõnem, aut minimã aliq diminutionem realitatis sonare. Licet. n. distinctio ipsius dãtis esse corporeũ a seipsa dante esse animatum, sic ratio seu rationis ens: ipsa tñ tam dans esse corporeũ ut sic. q dans esse animarũ, ut, sic, nõ minus est realis ut realis, q̃ si distinguerẽt a seipsa realiter: distinctio. n. vel indistinctio huiusmodi q accidens se habẽt ad realitatem ipsius dantis hoc, & dantis illud.

¶ Et tu nouitie scito nõ referre ad fidei doctrinã, sed ad philosophicas opiniones, sic vel aliter sentire de idẽtitate formali corporis Chri in triduo: tenẽtes. n. unã tñ formã substantialẽ in cõposito (de quorũ numero est Auctor) consequẽter dicunt sic: opinãtes aũt esse plures formas substãtiales in cõposito, aꝫ diceret.

¶ Super

ARTICVLVS VI.

Vtrum facta consecratione, remaneat in hoc sacramento forma substantialis panis.

445 Inf. q. 77. art. 1. & 6. cor. Et 4. d. 11. q. 1. ar. 1. q. 3. Et d. 1. q. 1. ar. 1. q. 3. cor. Et quol. 9. ar. 5. ad 3. Et 1. cor. 11. lec. 4. fi. * Ar. præ. † li. 2. tex. 4. & 6. to. 2.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd facta consecratione, remaneat in hoc sacramento forma substantialis panis. Dictum est enim, * quòd facta consecratione, remanent accidentia: sed cum panis sit quoddam artificiale, etiam forma eius est accidens. ergo remanet facta consecratione.

¶ 2 Præt. Forma corporis Christi est anima: dicitur enim in secundo de anima, † quòd anima est actus corporis physici, potentia vitam habentis: sed non potest dici, quòd forma substantialis panis conuertatur in animam. ergo videtur quòd remaneat facta consecratione.

¶ 3 Præt. Propria operatio rei sequitur formam substantialem eius: sed illud, quod remanet in hoc sacramento, nutrit, & omnem operationem facit, quam faceret panis existens. ergo forma substantialis panis remanet in hoc sacramento facta consecratione.

¶ SED CONTRA, Forma substantialis panis est de substantia panis: sed substantia panis conuertitur in corpus Christi, sicut dictum est. * ergo forma substantialis panis non manet.

Ar. 2. & 4. huius q.

¶ RESPON. Dicendum, q quidam posuerunt, quòd facta consecratione non solum remanent accidentia panis, sed etiam forma substantialis eius. Sed hoc esse non potest. Primo quidem, quia si forma substantialis panis remaneret, nihil de pane conuerteretur in corpus Christi, nisi sola materia, & ita sequeretur q non conuerteretur in corpus Christi totum, sed in eius materiam, quod repugnat formæ sacramenti, qua dicitur, hoc est corpus meum. Secundo, quia si forma substantialis panis remaneret, aut remaneret in materia, aut à materia separata. Primum autem esse non potest: quia si remaneret in materia panis, tunc tota substantia panis remaneret, quod

Art. 8. huius quæst.

est contra prædicta. † In alia autem materia remanere nõ posset: quia propria forma non est nisi in propria materia. si autem remaneret a materia separata, iã esset forma intelligibilis actu, & ẽt intelligens: nam oẽs formæ a materia separatæ, sunt tales. Tertio esset inconueniens huic sacramento: nam accidentia panis in hoc sacramento remanerent, vt sub eis videat corpus Christi: non aũt sub propria specie, sicut supra dictum est. † Et ideo dicendũ est, quòd forma substantialis panis non remanet.

Ar. præc.

¶ Ad primum ergo dicendum, q nihil prohibet arte fieri aliquid, cuius forma non est accidens, sed forma substantialis: sicut arte possunt produci ranæ & serpentes: talem enim formam nõ producit ars virtute propria sed virtute naturalium principiorum. Et hoc modo producit formam substantialem panis, virtute ignis decoquentis materiam ex farina, & aqua confectam.

¶ Ad secundum dicendũ, q anima est forma corporis, dans ei totum ordinem esse perfecti, scilicet esse, & esse corporeum, & esse animarum. & sic de aliis: conuertitur igitur forma panis d in formam corporis Christi, secundum quod dat esse corporeum, non autem secundum q dat esse animatum tali anima.

D. 577.

¶ Ad tertium dicendum, q operationum panis, quædam consequuntur ipsum ratione accidentiũ, sicut immutare sensum, & tales operationes inueniuntur in speciebus panis post consecratiõe, pp ipsa accidentia, quæ remanent: quædã aũt operationes consequuntur panẽ, uel ratione materiæ, sicut q conuertatur in aliquid, vel ratione formæ substantialis, sicut est operatio consequens speciẽ eius, puta q cõfirmat cor hominis. Et tales operationes inueniuntur in hoc sacramento: non propter formam uel materiam quæ remaneat: sed quia miraculose conferuntur ipsis accidentibus, vt infra dicetur. †

Q. 77. ar. 3. 5. & 6.

ARTICVLVS VII.

Vtrum ista conuersio fiat in instanti.

446 Sup. ar. 3. cor. & inf. q. 78. ar. 2. & 5. cor. & 4. d. 11. q. 1. artic. 2. cor. & ar. 3. q. 2 per totum. Et 4. contra c. 73.

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur q ista cõuersio non fiat in instanti, sed sit successiua. In hac enim conuersione prius est substãtia panis, & postea substantia corporis Christi. non ergo vtrumque est in eodẽ instanti, sed in duobus instantibus: sed inter quælibet duo instantia est tempus medium. ergo oportet q hæc conuersio fiat secundum successionem temporis, quod est inter vltimum instans quo est ibi panis, & primum instans, quo est ibi corpus Christi.

¶ 2 Præt. In omni cõuersione est fieri & factum esse: sed hæc duo non sunt simul: quia quod fit, non est, quod autem factũ est, iam est. ergo in hac conuersione est prius & posterius, & ita oportet quod non sit instantanea, sed successiua.

¶ 3 Præt. * Amb. dicit in lib. de sacr. quod istud sacramentum, Christi sermone conficitur: sed sermo Christi successiuè profertur. ergo hæc conuersio fit successiuè.

*Li. 4. ca. 4. parũ a prin. to. 4.

¶ Sed contra est, quod hæc conuersio perficitur virtute infinita, cuius est subito operari.

¶ Respon. Dicendum, quod aliqua mutatio est instantanea triplici ratione: vno quidem modo ex parte formæ, quæ est terminus mutationis: si enim sit aliqua forma quæ recipiat magis & minus, successiue acquiritur subiecto, sicut sanitas. & ideo quia forma substantialis non recipit magis & minus, inde est, quod subito fit eius introductio in materia: alio modo ex parte subiecti, quod quãdoque successiuè præparatur ad susceptionem formæ. & ideo aqua successiuè calefit: quando vero ipsum subiectum est in ultima dispositione ad formam, subito recipit ipsam, sicut diaphanum subito illuminatur. Tertio modo ex parte agentis, quod est infinitæ virtutis: vnde statim potest materiam ad formam disponere: sicut dicitur Mar. 7. quod cum Christus dixisset, Ephetha, quod est adaperire, statim apertæ sunt aures hominis, & solutum est vinculum linguæ eius. & his tribus rationibus hæc conuersio est instantanea. Primo quidem, quia substãtia corporis Christi, ad quam terminatur ista conuersio, non suscipit magis neque minus. secundo, quia in hac conuersione non est aliquod d subiectum, quod successiue præparetur. tertio, quia agitur Dei uirtute infinita.

D. 576.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd quidam non simpliciter concedunt, quod inter quælibet duo instantia sit tempus medium. Dicunt enim quòd hoc habet locum in duobus instantibus, quæ referuntur ad eundem motũ, non autem in duobus instantibus, quæ referuntur ad diuersa: vnde inter instans quod mensurat finem quietis, & aliud instans quod mensurat principium motus, non est tempus medium: sed in hoc decipiuntur, quia unitas temporis & instantis, vel etiam pluralitas eorum, non accipitur secundum quoslibet motus, sed secundum primũ motum cæli, qui est mensura omnis motus & quietis. & ideo alii hoc concedunt in tempore, quod mensurat motum dependentem ex motu cæli. Sunt autem quidam motus, ex motu cæli non dependentes, nec ab eo mensurati, sicut in prima parte dictum est † de motibus angelorum; vnde inter duo instantia illis motibus respondentia, non est tempus medium, sed hoc non habet locum in proposito, quia quamuis ista conuersio secundum se non habeat ordinem ad motum cæli, consequitur tamen proportionem verborum, quam necesse est motu cæli mensurari, & ideo necesse est inter quælibet duo instantia circa istam conuersionem signata, d esse tempus medium. Quidam ergo dicunt, quòd instans, in quo ultimo est panis, & instans in quo primo est corpus Christi, sunt quidem duo per comparationem ad mensurata, sed sunt vnum

1. par. qõ. 53. ar. 3.

D. 576. Art. 4. huius q. ad 1. & 2.

D. 741.

per

Universidad de Deusto
Biblioteca

per comparationem ad tempus mensurans: sicut cũ duæ lineæ se contingunt, sunt duo puncta ex parte quarum linearum, vnum autem punctum ex parte loci continentis: sed hoc non est simile, quia instans & tempus, particularibus motibus non est mẽsura intrinseca, sicut linea & punctus corporibus, sed solũ extrinseca, sicut corporibus locus. vnde alii dicunt, quòd est idem instans re, sed aliud ratione. sed secundum hoc sequeretur, quòd realiter oppositа essent simul, nam diuersitas rationis non variat aliquid ex parte rei. Et ideo dicendum est, quòd hæc conuersio (sicut dictum est †) perficitur per verba Christi, quæ à sacerdote proferuntur, ita quòd vltimum instans prolationis verborum, est primum instans, in quo est in sacramento corpus Christi: in toto autem tempore præcedente est ibi substantia panis, cuius temporis non est accipere aliquod instans, proximo præcedens vltimum, quia tempus non componitur ex instantibus consequenter se habentibus, vt probatur 6. * Physico. Et ideo est quidem dare primum instans, in quo est corpus Christi, non est autem dare d vltimum instans, in quo sit substantia panis, sed est dare vltimum tempus. Et idem est in mutationibus naturalibus, vt patet per Philosophum in 8. Physi.†

In cor. ar.

* l.6. Physic. a princ. lib. 7. ex. to. 72.

d D.744.

† l.8 ex. 72. to. a.

¶ Ad secundum dicendum, quòd in mutationibus instantaneis simul est fieri & factum esse: sicut simul est illuminari & illuminatum esse: dicitur enim in talibus factum esse, secundum quòd iam est: fieri autem, secundum quòd ante non fuit.

In solutio. 2. ad 1. in fine ar.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ista conuersio (sicut dictum est *) fit in vltimo instanti prolationis verborum: tunc enim completur veritatis significatio, quę est efficax in sacramentorum formis. & ideo nõ sequitur, quòd ista conuersio sit successiua.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum hæc sit falsa, Ex pane fit corpus Christi.

447 4. dist. 11. q. 1. ar. 4.

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur quòd hæc sit falsa, ex pane fit corpus Christi. Omne enim id ex quo fit aliquid, est id quod fit illud, sed non conuertitur: dicimus enim quòd ex albo fit nigrum, & quòd album fit nigrum. & licet dicamus quòd homo fiat niger, nõ tamen dicimus, quòd ex homine fiat nigrum, vt patet in 1. Physi. si ergo verum est, quòd ex pane fiat corpus Christi, uerũ erit dicere, quod panis fiat corpus Christi, quod videtur esse falsum: quia panis non est subiectum factionis, sed magis est terminus. ergo non verè dicitur, quod ex pane fiat corpus Christi.

¶ 2 Præt. Fieri terminatur ad esse, vel ad factum esse: sed hæc numquam est vera, panis est corpus Christi, vel panis est factus corpus Cristi, vel etiam, panis erit corpus Christi. ergo videtur, quod nec etiam hæc sit vera, ex pane fit corpus Christi.

¶ 3 Præt. Omne id, ex quo fit aliquid, conuertitur in id, quod fit ex eo: sed hæc videtur esse falsa, panis conuertitur in corpus Christi: quia hæc conuersio videtur esse miraculosior, quàm creatio mundi, in qua tamen non dicitur, quod non ens conuertitur in ens. ergo videtur quòd etiam hæc sit falsa, ex pane fit corpus Christi.

¶ 4 Præt. Illud, ex quo fit aliquid, potest esse illud: sed hæc est falsa, panis potest esse corpus Christi. ergo & hæc est falsa, ex pane fit corpus Christi.

vl. 4. c. 4 vers. a principio 4

¶ Sed contra est, quòd * Ambro. dicit in libro de sacramentis, vbi accedit consecratio, de pane fit corpus Christi.

¶ RESPON. Dicendum, quod hæc conuersio panis in corpus Christi, quantum ad aliquid, conuenit cum creatione & cum transmutatione naturali, & quantum ad aliquid, differt ab vtroque. Est enim commune his tribus ordo terminorum, scilicet vt post hoc sit hoc (in creatione enim est, esse post non esse, in hoc sacramento, corpus Christi post substantiam panis, in transmutatione naturali album post nigrum, vel ignis post aërem) & quod prædicti termini non sint simul. Conuenit autem conuersio, de qua nunc loquimur, cum creatione: quia in neutra earum est aliquod commune subiectum vtrique extremorum, cuius contrarium apparet in omni transmutatione naturali. Conuenit vero hæc conuersio cum transmutatione naturali in duobus, licet non similiter. Primo quidem, quia in utraque vnum extremorum tranit in aliud (sicut panis in corpus Christi, & aër in ignem) non autem non ens conuertitur in ens. Aliter tamen hoc accidit utrobique, nam in hoc sacramento tota substantia panis transit in totum corpus Christi, sed in transmutatione naturali materia vnius suscipit formã alterius, priori forma deposita. Secundo, conueniunt in hoc, quod vtrobique remanet aliquid idem, quod non accidit in creatione. Differenter tamen: nam in transmutatione naturali remanet eadem materia vel subiectum, in hoc autem sacramento remanent eadem accidentia, & ex his potest accipi qualiter differenter in talibus loqui debeamus: quia enim in nullo prædictorum trium extremorum sunt simul, ideo in nullo eorum potest unum extremum de alio prædicari per uerbum substantiuum præsentis temporis: non enim dicimus, non ens est ens, vel panis est corpus Christi, vel aër est ignis, vel album est nigrum propter ordinem vero extremorum possumus vti in omnibus hac præpositione ex, quæ ordinem designat: possumus enim verè & proprie dicere, quod ex non ente fit ens, & ex pane corpus Christi, & ex aëre ignis, vel ex albo nigrum: quia vero in creatione vnum extremorum nõ tranit in alterum, non possumus in creatione uti verbo conuersionis, vt dicamus, quod non ens conuertitur in ens: quo tamen verbo vti possumus in hoc sacramento, sicut & in transmutatione naturali. sed quia in hoc sacramento tota substantia in totam substantiam mutatur: propter hoc, hæc conuersio propriè transubstantiatio vocatur. Rursus, quia huius conuersionis non est accipere aliquod subiectum, ea quæ verificantur in conuersione naturali ratione subiecti, non sunt cõcedenda in hac conuersione, & primo quidem manifestum est, quod potentia ad oppositum, consequitur subiectum, ratione cuius dicimus, quod album potest esse nigrum, & aër potest esse ignis: licet hæc non sit ita propria, sicut prima. Nam subiectum albi (in quo est potentia ad nigredinem) est tota substantia albi, non enim albedo est pars eius: subiectum autem formæ aëris, est pars eius. vnde cum dicitur, aër potest esse ignis, ver ficatur ratione partis per synecdochem: sed in hac conuersione, & similiter in creatione, quia nullum est subiectum, non dicitur quòd unum extremum possit esse aliud, sicut quod non ens possit esse ens, vel quod panis possit esse corpus Christi, & eadem ratione non potest propriè dici, quod de non ente fiat ens, vel quod de pane fiat corpus Christi: quia hæc propositio De, designat causam consubstantialem, quæ quidem consubstantialitas extremorum in transmutationibus naturalibus, attenditur penes conuenientiam in subiecto, & simili ratione non conceditur, quod panis erit corpus Christi, vel quod fiat corpus Christi, sicut neque conceditur in creatione, quod non ens erit ens, vel quod non ens fiat ens: quia hic modus loquendi verificatur in transmutationibus naturalibus ratione subiecti puta cum dicimus quod album fit nigrum, vel album erit nigrum: quia tamen in hoc sacramento, facta conuersione aliquid idem manet, scilicet accidentia panis (vt supra dictum est *) secundum quandam similitudinem alia quæ harum locutionum possunt concedi, scilicet quod panis sit corpus Christi, vel panis erit corpus Christi, vel de pane fit corpus Christi, vt nomine panis non intelligatur substantia panis, sed in vniuersali hoc, quod sub specie-

Ar. 5 huius quæst.

bus panis continetur, sub quibus prius cõtinetur substantia panis, & postea corpus Christi.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd illud, ex quo aliquid fit, quandoque quidem importat simul subiectum cum vno extremorum transmutationis: sicut cum dicitur, ex albo fit nigrum. & sic etiam dici potest, hoc fit illud, id est, album fit nigrum: quandoque vero importat solum oppositum vel extremum, sicut cum dicitur, ex mane fit dies: & sic non conceditur quòd hoc fiat illud, id est, quòd mane fiat dies, & ita etiam in proposito, licet proprie dicatur, quòd ex pane fiat corpus Christi: non tamen propriè dicitur, quòd panis fiat corpus Christi, nisi secundum quandam similitudinem, vt dictum est.*

In cor. ar.

¶ Ad secundum dicendum, quòd illud, ex quo fit aliquid, quandoque erit illud propter subiectum quod importatur, & ideo cum huius conuersionis nõ sit aliquod d subiectum, non est similis ratio.

D. 576.

¶ Ad tertium dicendum, quòd in hac conuersione sunt plura difficilia quàm in creatione, in qua hoc solum difficile est, quòd aliquid fit ex nihilo, quod tamen pertinet ad proprium modum productionis primæ causæ, quæ nihil aliud præsupponit: sed in hac conuersione non solum est difficile, quòd hoc totum conuertitur in illud totum, ita quòd nihil prioris remaneat (quod non pertinet ad cõmunem modum productionis alicuius causæ) sed etiam habet hoc difficile, quòd accidentia remaneant corrupta substantia, & multa alia, de quibus in sequentibus agetur: * tamen verbum conuersionis recipitur in hoc sacramento, non autem in creatione, sicut dictum est.*

Q. 77.

In cor. ar.

¶ Ad quartum dicendum, quòd sicut dictum est, potentia pertinet ad subiectum, quod non est accipere in hac conuersione, & ideo non conceditur, quòd panis possit esse corpus Christi: non enim hæc conuersio fit per potentiam passiuam creaturæ, sed per solam potentiam actiuam creatoris.

¶ Super quæstionis septuagesimæ sextæ Articulum I. QVAEST. LXXVI.

De modo quo Christus est in hoc sacramento, in octo articulos diuisa.

IN titulo 1. arti. ly totus Christus, importat eius diuinitatem & humanitatem animã & corpus, partesq; corporis omnes. ¶ In corpore eiusdem arti dubium occurrit ex Durã. in 4. sen. di. 10. q. 2. contra hanc propositionem cõmunem arguente, si aliqua duo sunt realiter coniuncta, ubicumque est vnũ realiter, oportet & reliquũ esse. Soluit enim primo eam, dicens esse verũ de existentia in loco localiter: non autem de existentia in loco alicuibi per habitudinem præsentiæ, qualiter contingit in proposito. Et ratio est: quia duorũ realiter coniũctorum, potest alterũ habitudinem habere præsentiæ ad aliquid, & reliquũ quando miraculose operatur sub specie pueri vel carnis.

EINDE considerandum est de modo, quo Christus existit in hoc sacramento.

Et circa hoc quæruntur octo.

¶ Primo, Vtrũ totus Christus sit sub hoc sacramento.

¶ Secundo, Vtrum totus Christus sit sub utraque specie sacramenti.

¶ Tertio, Vtũ totus Christus sit sub qualibet parte specierum.

¶ Quarto, Vtrum dimensiones corporis Christi totæ sint in hoc sacramento.

¶ Quinto, Vtrum corpus Christi sit in hoc sacramento localiter.

¶ Sexto, Vtrum corpus Christi moueatur ad motũ hostiæ, vel calicis post consecrationem.

¶ Septimo, Vtrum corpus Christi prout est in hoc sacramento, possit videri ab aliquo oculo saltem glorificato.

¶ Octauo, Vtrum verum corpus Christi remaneat in hoc sacramento,

ARTICVLVS I.

Vtrum totus Christus contineatur sub hoc sacramento.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd nõ totus Christus contineatur sub hoc sacramento. Christus enim incipit esse in hoc sacramento per conuersionem panis & vini, sicut dictum est: * sed manifestum est, quod panis & vinum non possunt conuerti, neque in diuinitatem Christi, neque in eius animam. Cum ergo Christus existat ex tribus substantiis, scilicet diuinitate, anima, & corpore (vt supra habitum est †) videtur quod totus Christus non sit sub hoc sacramento.

¶ 2 Præt. Christus est in hoc sacramento, secundum quod competit refectioni fidelium, quæ in cibo & potu consistit, sicut supra dictum est: * sed Dominus dicit Io. 6. Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus. ergo solum caro & sanguis Christi continentur in hoc sacramẽto. sunt autẽ multæ aliæ partes corporis Christi: puta nerui, ossa, & alia huiusmodi. non ergo totus Christus cõtinetur sub hoc sacramento.

¶ 3 Præt. Corpus maioris quantitatis, non potest totum contineri sub minoris quantitatis mensura: sed mensura panis & vini consecrati, est multo minor quàm propria mensura corporis Christi. non potest ergo esse, quòd totus Christus sub hoc sacramento cõtineatur.

¶ SED CONTRA est, quòd Ambro.* dicit in lib. de Offi. In illo sacramento Christus est.

¶ Respon. Dicendum, quod omnino necesse est confiteri secundum fidem catholicam, quòd totus Christus sit in hoc sacramento. Sciendũ tamen, quòd aliquid Christi est in hoc sacramento dupliciter. Vno modo, quasi ex vi sacramenti, alio modo, ex naturali concomitantia. Ex vi quidem sacramẽti est sub speciebus huius sacramenti id, in quod directè conuertitur substantia panis & vini præexistens: prout significatur per verba formæ, quæ sunt effectiua in hoc sacramento, sicut & in cæteris, puta cum dicitur, hoc est corpus meum, vel, hic est sanguis meus. Ex naturali autem concomitantia est in hoc sacramento illud, quod realiter est coniunctum ei, in quod prædicta conuersio terminatur: si enim aliqua duo sunt realiter coniuncta, vbicumque est unum realiter, oportet & aliud esse. Sola enim operatione animæ discernuntur, quæ realiter sunt coniuncta.

¶ Ad primum ergo dicẽdum, quod nõ habere illum. Affert deinde instantiam: quia corpori Christi coniunctum realiter est de facto esse in cælo, & tamen illud esse in cælo nõ est sub hoc sacramento etiam concomitanter.

448 Inf. q. 79. ar. 1. ad 3. Et 4. d. 10. arti. 2. Et quo. 7. ar. 8. Et Ioã. 6. le. 6. fi. *Q. 75. ar. 4.

¶ Ad hoc dicitur, q̃ aliud est loqui de habitudine in communi, & aliud est loqui de habitudine tali, puta contenti ad continens: licet enim duorum coniunctorum realiter, unũ possit habere habitudinem ad aliquid, & reliquum non, tamen non potest vnum eorum habere habitudinem contenti ad continens, & reliquum non. Et quia de tali habitudine est præsens sermo (quoniam credimus Christũ uere contineri sub specie panis) ideo solida stat communis propositio assumpta in littera & vera non solum de existentia alicubi localiter: sed etiam de existentia reali sacramentaliter, quam significamus per contineri sub sacramento.

Q. 74. ar. 1.

¶ Ad instantiam autem dicitur, q̃ propositio dicta ab omnibus intelligitur de his quæ insunt Christo absolute & non per respectum ad extrinsecum, de quorum numero est esse in loco. Et hanc limitationem subintellectam explicat inferius Auctor in artic. 5. ad tertium.

* Referẽ de conse. d. 2. c. ante benedictionẽ, & c. In sacramento. Et habẽ de his q̃ mysteriis initiant. c. 9.

¶ In eodem arti. in responsione ad tertium, nota nouitie nouos terminos, scilicet per modũ substantiæ, per modum quantitatis, & adueute pro hoc loco & pro art. 3. & 4. specialiter, ne oporteat idem sæpius repetere, tria haberi in littera ab Auctore de istis modis. Primum attribuitur modo substantiæ, quòd propria totalitas substantiæ continetur indifferenter in parua, vel in magna quantitate, & per hoc intellige quoque suum oppositum,

Universidad de Deusto
Biblioteca

positum, scilicet quòd modo quantitatis attribuitur, quòd totalitas quantitatiua non contineatur indifferenter in parua vel in magna quantitate, sed præcisè in æquali. Secundum, quod explicatur in arti. 3. est, quòd modo substantiæ attribuitur, quòd natura substantiæ tota est sub qualibet parte dimensionum sub quibus continetur, & per oppositũ intelligitur attribui modo quantitatis, q̃ tota quantitas nõ est sub qualibet parte dimensionũ locũ sub quibus cõtinetur. Tertium explicatiũ vtriusque, quod in ar. 4. ad primum ponitur, est quòd modo substantiæ attribuitur, q̃ eius natura est tota in toto & tota in qualibet parte, & per oppositum modo quantitatis attribuitur, vt sit tota in toto loco, & in gulæ partes in singulis partibus.

*Habetur in concil. Eph. 1. in epist. ad Nestoriũ a medio vsq; finis. Et refertur de consec. di. 2. c. necessariæ. Q. 50. ar. 2. 3. & 4.

¶ In quibus omnibus ésto semper cautus, cum de tota substantia aut tota natura sermo est, quoniam non de totalitate partium quantitatiuarum, sed partium essentialiũ loquimur. Et perinde est dicere, tota substãtia, ac si diceretur integra species substantię: integritas enim speciei vocatur propria totalitas substantiæ: non quia in sola substantia inuenitur, cum inueniatur etiam in accidentibus integritas specifica: sed quia primo inuenitur in substantia, & directe distinguitur contra totalitatem quantitatiuam: ita quòd oppositæ conditiones vtriusque, vtrasque nobis manifestanc. Est igitur sensus primæ differentiæ in litera attributæ his modis, scilicet per modum quantitatis, & per modum substantiæ, quòd integritas specifica substantiæ potest contineri in magna & in parua quantitate (vt patet in homo geneis, & heterogeneis, in litera) totum autem quantitatiuum vt sic, non nisi sub æquali primo cõtinetur: oportet enim locum, & locati æquari. Et similiter sensus secundæ quàm tertiæ differentiæ est, q̃ integritas specifica substantiæ est tota, ideſt, secundum suam integritatẽ in toto quãtitatiuo, & in qualibet quãtitatis parte. Sed est hic dubitationis locus, quoniam euidenter constat in substantiis heterogeneis non esse has conditiones veras, sed in homogeneis tantum. licet enim integritas naturæ ignis, aeris, panis, & cuiuscunque alterius homogenei sit tota, ideſt secundum suam integritatem specificam sub tota quantitate sua, & similiter sub qualibet eius parte, quælibet enim pars ignis est ignis, & quælibet pars panis est panis &c. integritas tamen naturæ humanæ est ita secundum suam integritatem in toto, quod non est secundum suam integritatem in qualibet parte, vnde non quælibet pars hominis est homo. Et propterea videtur, quòd istæ duæ differentiæ non sint substantiæ, sed substantiæ talis, hoc est homogeneæ, & incaute loquutus videtur Auctor seu falsè, attribuendo hoc modo substantiæ absolutæ. Ad hoc dicitur, sermonem Auctoris esse formalem de substantia, & substantiæ modo absolute, vt patet ex eo quòd sue, substantia sit simplex hue ex materia & forma composita, semper specifica integritas substantiæ saluatur in tota quantitate, & in qualibet eius parte: & de simplici quidem liquet, de composita vero ex materia & forma manifestatur ex eo, quòd non respondet forma vni parti quantitatiuæ, & materia alteri parti quantitatiuæ. Nec ex ratione compositi ex materia & forma aliquid inuenitur obstare ad hoc, quòd integrum compositum sit in qualibet parte: aliquin hoc non saluaretur in substãtiis homogeneis, quas constat compositas esse, ex materia, & forma. Vnde accidit substantiæ ex hoc quod heterogenea est, quod non sit tota in qualibet parte, & accidit hoc ex parte materiæ, quam oportet dissormem esse in talibus substantiis.

¶ Dubium alterum superest, an per modum substantiæ intelligat Auctor id, quod communiter dicitur esse indiuisibiliter. Et est ratio dubii, quia in art. 3. Auctor declarando modum substantiæ dicit, per modum substãtiæ, ideſt, per modũ, quo substantia est sub dimensionibus: ex hac enim declaratione habetur, q̃ modus substantiæ non importat indiuisibilitatem: nam substantia sub dimensionibus non est indiuisibiliter, immo extenditur.

¶ Ad hoc breuiter dicitur, quòd esse per modũ substantiæ importat id, quod communiter dicitur, esse indiuisibiliter: ad hunc enim modũ spectant omnes cõditiones, & differẽtiæ supra positæ. Sed caute attendẽdum est, quòd indiuisibilitas respicit propriam totalitatem substantię, hoc est integritatem naturæ: ita quod dicere quod substantia est indiuisibiliter, est dicere quod integritas specifica substantiæ non diuiditur secundum diuisionem dimẽsionum seu partium quantitatiuarum: quia nõ respondet vna pars specificæ naturæ uni parti quãtitatiuæ, & altera alteri: sed integritas naturæ ita est sub totis dimensionibus, quod etiam integra natura est sub qualibet parte dimensionum. Est ergo substantia per modum substantiæ, ideſt indiuisibiliter secundum integritatem naturæ sub dimensionibus, & cum hoc stat, quod extendatur sub dimensionibus: quo niam huiusmodi extensio non tollit indiuisibilitatem integritatis naturæ: sed ponit solam diuisionem quantitatiuam ex eo quod afficit illam solam vt subiectum, quam etiam non poneret in illa substantia existente sub ipsa, si non afficeret illam. Et propterea corpus Christi succedens substantiæ panis, quantum ad subesse dimensionibus remanentibus, & non quantum ad affici dimensionibus illis, nõ extenditur ad extensionem dimensionum: sicut extendebatur per illas substantia panis ex hoc quod afficiebatur illis, ut subiectũ ipsarum.

¶ Concludeergo & tene, quod substantiam per modum substantiæ existere in aliquo, est substantiam indiuisibiliter esse in illo. Et non dico substantiam esse indiuisibilem, sed substantiam esse indiuisibiliter in illo: hoc est, substantiam se habere, ad illud indiuisibiliter, & non quantitative seu diuisibiliter, hoc est coextense, sicut quantitas locati coextenditur quantitati loci.

¶ Et hoc apparet ex forma huius sacramenti, in qua non dicitur, hæc est caro mea, sed hoc est corpus meum. Et ideo cum Dominus dixit Ioã. 6. Caro mea verè est cibus: caro ponitur ibi pro toto corpore, quia secundum consuetudinem humanam videtur esse magis manducationi accommodata, prout scilicet homines carnibus animalium vescuntur communiter, non autem ossibus vel aliis huiusmodi.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ (sicut supra dictum est †) facta conuersione panis in corpus Christi, vel vini in sanguinem, accidentia vtriusque manẽt. Ex quo patet quod dimensiones panis vel vini non conuertuntur in dimensiones corporis Christi, sed substantia in substantiam: & sic substantia corporis Christi vel sanguinis, est sub hoc sacramento ex vi sacramenti, non autem dimensiones corporis vel sanguinis Christi. vnde patet, quod corpus Christi est in hoc sacramento per modum substantiæ, & non per modum quantitatis. Propria autem totalitas substantiæ continetur indifferenter in parua vel magna quantitate, sicut tota natura aëris in magno vel paruo aëre, & tota natura hominis in magno vel paruo homine. vnde & tota substantia corporis & sanguinis Christi continetur in hoc sacramento post cõsecrationem, sicut ante consecrationẽ continebatur ibi tota substantia panis & vini.

¶ Ad secundum dicendum, quod ex vi sacramenti sub hoc sacramento continetur quantum ad species panis, nõ solum caro, sed totum corpus Christi, scilicet ossa, nerui, & alia huiusmodi.

¶ Super

¶ Super Quæstionis 76. Articu. secundum.

IN 2. artic. circa id quod in calce corporis dicitur sicut erat in rei veritate, chimera potius quàm dubitatio ex Sco. in di. 10. q. 44. sent. occurrit tenente quòd non sequitur simpliciter necessario, si corpus Christi habet partes, & proprietates suas, sub modo sacramentali, quòd habeat eas sub existentia naturali. Et intantum procedit, quòd potuit quòd ante incarnationem verbi Dei potuit ita vere eucharistia fuisse sicut & nunc & hoc tam quantum ad significationem, quã quantum ad rem signatam & contẽtam. Et iuxta hũc, si corpus Christi annihilare tur, secũdum suum esse naturale eucharistia tamẽ vere posset manere etiam quantum ad rem contentam: si tamẽ corpus Christi corrumperetur corruptione naturali (puta, quia forma corporeitatis separaretur a materia prima) nõ remaneret eucharistia quo ad rem contentam. Et fundamentum Scoti est: quando existentia aliqua est indifferens ad duos modos, potest simpliciter haberi sub vno modo sic, quòd non sub alio: sed existentia corporis Christi simpliciter seu realiter indifferens est ad istos duos modos scilicet naturalem & sacramentalem. ergo potest haberi sub vno sine altero. Et si dicatur, inquit Scotus, quòd maior propositio intelligitur, quantocunque modus dependet ab altero, modus autem sacramentalis dependet a naturali, contra. existentia sub modo naturali, non est de essentia existentiæ sub modo sacramentali, nec est eius causa. ergo ita non dependet ab illa. Prima pars huius antecedentis patet, quia res eucharistiæ non habet ibi modum existendi naturalem, sed extensiuum: haberet autem si esset de essentia illius existentiæ, quia omne habens aliquid, habet illud quod est de essentia eius. Secunda pars probatur, quia Deus est causa immediata illius existentiæ, scilicet, corporis Christi in sacramento. Præterea, Eucharistia non dependet a modo naturali vt a sacramento vel re sacramenti, quod vltimum probatur, quia res sacramenti est existentia sub alio modo disparato, ideſt, sacramentali. Præterea, Deus potest sine quocunque causato extrinseco alicui, illud causare: sed existentia modo naturali non est intrinseca eucharistiæ. ergo &c. Et si dicas, quòd maior est vera de absolutis & non de respectu, quia respectus sine fundamento & termino fieri nequit, eucharistia autem includit respectum, cuius terminus est existentia modo naturali, contra. existentia, licet sit eadem sub duobus modis, scilicet naturali & sacramentali, tamen non est terminus relationis, quæ includitur in eucharistia sub modo naturali, sed sub modo disparato. Quod probatur, Eo modo est res contenta in eucharistia, quo modo est primum signatum huius signi: sed existentia sub modo naturali non continetur hic realiter, sed sub modo alio disparato, scilicet sacramentali. ergo. Multa alia affert Scot. quæ etiam referre putetur tanto tempore in chimeris versari.

¶ Ad aliqualem claritatem horum, scito dignum admiratione

ARTICVLVS II.

Vtrum totus Christus contineatur sub vtraque specie huius sacramenti.

AD SECVNDVM sic procedit. Videtur quòd non sub vtraque specie huius sacramenti totus Christus contineatur. Hoc enim sacramentum ad salutem fidelium ordinatur, non virtute specierum, sed virtute eius, quod sub speciebus continetur: quia species erant etiam ante consecrationem, ex qua est virtus huius sacramenti. Si ergo nihil continetur sub vna specie, quod non continetur sub alia, sed totus Christus continetur sub vtraque, videtur quod altera illarum superfluat in hoc sacramento.

¶ 2 Præte. Dictum est †, quod sub nomine carnis omnes aliæ partes corporis continentur, sicut ossa, nerui, & alia huiusmodi, sed sanguis est vna partium humani corporis, sicut patet per * Aristotel. in lib. de Animali. si ergo sanguis Christi continetur sub specie panis, sicut continentur ibi aliæ partes corporis, non deberet seorsum sanguis consecrari, sicut neque seorsum consecratur aliqua alia pars corporis.

¶ 3 Præte. Quòd iam factum est, iterum fieri non potest: sed corpus Christi iam incœpit esse in hoc sacramento per consecrationem panis. ergo non potest esse, quod de nouo incipiat esse per consecrationem

449 Inf. q. 78. art. 6. ad 2. & q. 79. ar. 1. ad 3. & q. 80 a. 12 ad 3. & 4. di. 11. q. 2. a. 1. q. 1. ad 2. Et Io. 6. lect. 7 2. & 1. cor. 11. lect. 6.

Ar. præce.

*Lib. 3. de generatione animalium. c. 2. to. 4.

¶ Sed contra est, quòd 1. Cor. 11. Super illud, & calicem, dicit * glo. quòd sub vtraque specie, scilicet panis & vini, idem sumitur; & ita videtur sub vtraque specie totus Christus esse.

*Gl. ordi. super illud Accipite & mãducate.

¶ Respondeo Dicendum, certissimè tenendum esse, quòd sub vtraque specie sacramenti totus est Christus, aliter tamen & aliter. Nam sub speciebus panis, est quidem corpus Christi ex vi sacramenti; sanguis autem ex reali concomitantia, sicut supra dictum est * de anima & diuinitate Christi. Sub speciebus verò vini, est quidem sanguis Christi ex vi sacramenti, corpus autem Christi ex reali concomitantia, sicut anima & diuinitas: eo quòd nunc sanguis Christi non est ab eius corpore separatus: sicut fuit tempore passionis & mortis. vnde si tunc fuisset hoc sacramentum celebratum sub speciebus panis, fuisset corpus Christi sine sanguine, & sub speciebus vini sanguis sine corpore, sicut erat in rei veritate.

¶ Ad primvm ergo dicendum, quòd quamuis totus Christus sit sub vtraque specie: non tamen frustra. Nam primo quidẽ hoc valet ad repræsentandã passionem Christi, in qua seorsũ fuit sanguis à corpore separatus: vnde & in forma cõsecrationis sanguinis fit mẽtio de eius effusione. Secũdo, hoc est cõueniens vsui huius

Ar. præce. ad 1.

vini: & ita sub specie vini non continebitur corpus Christi, & per consequens nec totus Christus, non ergo sub vtraque specie totus Christus continetur.

¶ Sed contra est, quòd 1. Cor. 11. Super illud, & calicem, dicit * glo. quòd sub vtraque specie, scilicet panis & vini, idem sumitur; & ita videtur sub vtraque specie totus Christus esse.

¶ Respondeo Dicendum, certissimè tenendum esse, quòd sub vtraque specie sacramenti totus est Christus, aliter tamen & aliter. Nam sub speciebus panis, est quidem corpus Christi ex vi sacramenti; sanguis autem ex reali concomitantia, sicut supra dictum est * de anima & diuinitate Christi. Sub speciebus verò vini, est quidem sanguis Christi ex vi sacramenti, corpus autem Christi ex reali concomitantia, sicut anima & diuinitas: eo quòd nunc sanguis Christi non est ab eius corpore separatus: sicut fuit tempore passionis & mortis. vnde si tunc fuisset hoc sacramentum celebratum sub speciebus panis, fuisset corpus Christi sine sanguine, & sub speciebus vini sanguis sine corpore, sicut erat in rei veritate.

¶ Ad primvm ergo dicendum, quòd quamuis totus Christus sit sub vtraque specie: non tamen frustra. Nam primo quidẽ hoc valet ad repræsentandã passionem Christi, in qua seorsũ fuit sanguis à corpore separatus: vnde & in forma cõsecrationis sanguinis fit mẽtio de eius effusione. Secũdo, hoc est cõueniens vsui huius omnipotentiam, quàm illum respectum præsentiæ, Deo illum cõseruante. Non sit nihil aliud remaneret nisi dicti respectus, quomodo sin gi potest quòd remanent partes & proprietates corporis Christi? & si aliquid aliud, quã ille respectus remanet, oportet q̃ esse sub sacramento plus addat supra corpus Christi quam illum respectum. Quo circa si conseruaretur a Deo respectus ille non conseruato Christi corpore in rerum natura, non esset corpus Christi sub sacramẽto, quemadmodum si conseruaretur respectus localis, quo corpus Christi, est in cælo non conseruato corpore Christi, non esset corpus Christi in cælo, aliud quippe est conseruari respectus istos extrinsecos, & aliud conseruari corpora quorum sunt. Magnaque differentia est inter requisita & concomitantia ad verificationem respectuum tãtum modo, & inter requisita & concomitantia ad verificationem denominatorum corporum ab illis respectibus. Ad verificandum siquidem respectum illum conseruatum, sufficit quòd respectus ipse sit, nec inde sequitur, quòd res quæ denominabatur amplius denominetur: si enim respectus præsentiæ solius conseruaretur, esset præsentia sine corpore aliquo præsente: sicut si esse in cælo tantum conseruaretur, esset esse in loco sine aliquo existente in loco.

Accipite & mãducate.

Ar. præce. ad 2.

¶ Et hæc sint dicta ad claritatem doctrinæ, & secundum veritates conditionales, non curando de possibilitate vel impossibilitate antecedentium & consequentium.

¶ Et vt omnibus satisfiat, sigillatim respondendum est rationibus Scoti. Ad primam igitur dicitur primo, quòd minor est falsissima, scilicet quòd existentia corporis Christi est indifferens ad modum naturalem & modum supernaturalem: nulla enim substantia est indifferens ad esse absolutum vel respectuum, nisi absolutum sit indifferens ad se & ad genus aliud, quod implicat contradictionem. Vnde corpus Christi est ita determinatum ad modum essendi naturalem, sicut est determinatum ad esse seipsum, quia tunc perdit esse seipsum, cum perdit esse modo naturali: ad modum enim sacramentalem se habet corpus Christi, vt ad esse supereniens, tamquam accidentale quoddam. Et propterea responsio recitata, quòd modus sacramentalis dependet a naturali vera est: non solum ea ratione, qua supereuniens dependet ab eo cui superuenit: sed ea ratione qua denominatio dependet a re denominata, & respectus a termino seu fundamento, & includens ab incluso.

¶ Et ad obiectionem Scot. dicitur, quòd aliud est loqui de ipsa existentia, ideſt præsentia in sacramento, & aliud est loqui de re existente, ideſt præsente in sacramento. Si enim fit sermo de ipsa existentia seu præsentia, tunc consequenter loquendo de ip-

Universidad de Deusto
Biblioteca

sa, secundum naturam respectuum loquendum est & sic consequentia inducta a Scot. non valet, quia respectus dependet ab aliquo quod nec est de essentia eius nec causa eius: dependet enim a termino seu ad terminum, & non potest esse sine termino, qui nec est de essentia eius, nec causa eius. Si autem est sermo de toto hoc, scilicet re existente seu re præsente, tunc falsum est antecedens pro prima parte, quia de essentia rei præsentis sacramento est ipsamet res præsens, scilicet corpus Christi habēs suū esse naturale. Et cum contra hoc sophistice instatur, si corpus Christi habens suum esse materiale, esseres eucharistiæ, haberet ibi modum essendi naturalem, idest extensiuum, clarissima patet responsio, quòd mutatur res præsens in modum præsentię. Est siquidem res præsens Eucharistiæ modus Christi naturalis, sed modus præsentiæ non est modus ille naturalis, sed modus sacramentalis. Et propterea diximus, quòd est de essentia rei presentis, & non diximus quòd est de essentia modi præsentiæ.

Q74.ar.1

¶ Ad tertium dicitur, quòd corpus Christi verum et uiuo esse naturali, est Eucharistia & sacramentum & res sacramenti, vt patet in Magistro sent. 4 51. dist 8. & August. ibidem al leg.

450 4 di.10.a. 3.q.2.& di. 12.q.1.ar. 3.q.2.ad 3 Et 4.65 c. 67 et quo. 4 a.8.cor. fin.

¶ Ad quartum, sustinendo responsionem recitatā. df q. terminus seu fundamentū respectus præsentiæ, est corpus Christi in esse suo naturali. Et ad probationem in oppositem dicitur, quòd committit manifestæ sophismā figuræ dictionis, diuertendo a re ad modum rei, hoc est a re præsente, ad modum præsentiæ, a re contenta ad modum quo continetur. Existentia enim corporis Christi in suo modo naturali, est res primo contenta, & signata, dicente Christo, hoc est corpus meum: dicendo enim corpus meum, siue additione aliqua, proculdubio significauit corpus suum in suo esse naturali. Modus autem, quo continetur, non est res signata neque contenta in hoc sacramento, sed modus continendi. Et constat non valere argumentum, corpus Christi non continetur modo naturali, idest extensiuo. ergo res contenta non est ipse modus naturalis, & extensiuus corporis Christi, vt patet. Et hinc manifestum est, chimeram esse, quod ante in carnationem Christi potuerit vere esse hoc sacramentum sicut nunc: dato enim quòd Deus potuisse efficere sub accidentibus panis eundem respectum præsentiæ, qui nunc fieri dicitur: nulla tamen res inueniretur propterea præsens, quia nec corpus Christi, quòd non erat, nec alia res. Et propterea falsa fuisset hæc propositio, hoc est corpus meum: nulla enim alia veritatis eius ratio assignatur, nisi quia hoc est corpus illud, quod est in cælo: ita quòd illud quod est in cælo, veraciter continetur sub specie panis, ac per hoc si corpus Christi, quod est in cælo, in seipso annihilaretur, nullum remaneret fundamentum veritatis huius, Hoc est corpus meum.

In cor. ar.

sacramenti, vt seorsum exhibeatur fidelibus corpus Christi in cibum, & sanguis in potum. Tertio, quantum ad effectum, secundum quòd supra dictum est†, quòd corpus exhibetur pro salute corporis, & sanguis pro salute animæ.

¶ Ad secundum dicendum, quod in passione Christi (cuius hoc sacramentum est memoriale) non fuerunt aliæ partes corporis abinuicem separatæ, sicut sanguis, sed corpus indissolutum permansit, secundum quòd legitur Exod. 12. Nec os illius confringetis: & ideo in hoc sacramento seorsum consecratur sanguis a corpore, nō autem alia pars ab alia.

¶ Ad tertium dicendum, quòd sicut dictum est†, corpus Christi non est, sub specie vini ex vi sacramenti, sed ex reali concomitantia. & ideo per consecrationem vini, non sit ibi, corpus Christi per se, sed concomitanter.

Articvlvs III.

Vtrum sit totus Christus sub qualibet parte specierum panis vel vini.

AD Tertium sic proceditur. Videtur quòd non sit totus Christus sub qualibet parte specierum panis vel vini. Species enim illæ diuidi possunt in infinitum. Si ergo Christus totus est sub qualibet parte specierum prædictarum, sequeretur quòd infinities esset in hoc sacramento, quod est inconueniens: nam infinitum repugnat non solum naturę, sed etiam gratiæ.

¶ 2 Præte. Corpus Christi cum sit organicum, habet partes determinatè distantes: est enim de ratione organici corporis determinata distantia singularum partium abinuicem: sicut oculi ab oculo, & oculi ab aure: sed hoc non posset esse, si sub quælibet parte specierum esset totus Christus: oporteret enim quòd sub qualibet parte esset quælibet pars: & ita vbi esset vna pars, esset & alia. non ergo potest esse, quòd totus Christus sit sub qualibet parte hostiæ, vel vini contenti in calice.

¶ 3 Præte. Corpus Christi semper veram retinet corporis naturam, nec vmquam mutatur in spiritum: sed de ratione corporis est, vt sit quantitas positionem habens, vt patet in * Prædicamentis: sed ad rationem huius quantitatis pertinet, quòd diuersæ partes in diuersis partibus loci existant, non ergo potest esse (vt videtur) quòd totus Christus sit sub qualibet parte specierum.

¶ Sed contra est, quod† Augustinus dicit in quodam sermone: Singuli accipiunt Christum Dominum, & in singulis portionibus totus est: nec per singulas minuitur, sed integrum se præbet in singulis.

¶ Respondeo Dicendum, ꝙ sicut ex supra dictis patet†, quia in hoc sacramento substantia corporis Christi est ex vi sacramenti, quantitas autem dimensiua ex vi realis cōcomitantiæ iō corpus Christi est in hoc sacramento per modum substātiæ, idest per modū, quo substantia est sub dimensionibus, non autem per modum dimensionum, ideſt, non per modum illum, quo quantitas dimensiua alicuius corporis, est sub quantitate dimensiua loci. Manifestum est autem, quòd natura substantiæ tota est sub qualibet parte dimensionum sub quibus continetur: sicut sub qualibet parte aeris, est tota natura aeris, & sub qualibet parte panis est tota natura panis. & hoc indifferenter, siue sint dimensiones actu diuisæ (sicut cum aer diuiditur vel panis secatur) vel etiam sint actu indiuisæ, diuisibiles vero potentia. & ideo manifestum est, quòd totus Christus est sub qualibet parte specierum panis, etiam hostia integra manente, & non solum cum frangitur: sicut quidam dicunt, ponentes exemplum de imagine quæ apparet in speculo, quæ apparet vna in speculo integro: speculo autem fracto, apparent singulæ in singulis partibus: quod quidem non est omnino simile: quia multiplicatio huiusmodi imaginum accidit in speculo fracto propter diuersas reflexiones ad diuersas partes speculi: hic autem non est nisi vna consecratio, propter quam corpus Christi est in hoc sacramento.

¶ Ad primvm ergo dicendum, quòd numerus sequitur diuisionem. & ideo quandiu quantitas manet indiuisa actu, neque substantia alicuius rei est pluries sub dimensionibus prioris, neque corpus Christi sub dimensionibus panis: & per consequens neque infinities, sed toties, in quot partes diuiditur.

¶ Ad secundum dicendum, quòd illa determinata distantia partium in corpore organico, fundatur super quantitate dimensiua: ipsa autem natura substantiæ, præcedit etiam quantitatem dimensiuam. & quia conuenit hostiæ, & inter quantitatem corporis Christi præsentem hostiæ, & quantitatem hostiæ non esse positionem, quæ vnum inter decem prædicamenta ponitur: ita quòd corpus Christi quantum sub hostia contentum, in seipso quidem est diuisibile & habens positionem in partibus (positionem autem dico illam, quæ ponitur differentia quātitatis, cum distinguitur quantitas ab quantitatem habentem positionem in partibus, & quantitatem carentem illa) vt continetur vero sub hostia, caret positione seu situ, vno ex decem generibus: dicit enim huiusmodi positio ordinem partium in loco: quo ordine constat carere corpus Christi quantum, vt est sub hostia, quia non est in ea localiter: ordo enim partium in loco sine esse localiter, non est intelligibilis. Et quia huiusmodi situs, siue positio non est de ratione quantitatis dimensiuæ, sed sola positio quæ est differentia quantitatis est de dimensionum ratione, ideo attente oportet perspicere, quòd diuisibilitas quæ est de ratione quantitatis, non opponitur indiuisibilitati, quæ consistit in negatione positionis specialis prædicamenti. Nec propterea fallaris, putans me dicere quòd modus essendi indiuisibiliter sit pura negatio positionis specialis generis: hoc enim nec somniauī, sed vt intelligas quæ dicimus per huiusmodi negationem annexam positiuæ præsentiæ Christi corporis quanti ad hostiam: continetur veraciter Christi corpus quantum sub hostia absque situ, seu positione speciali prædicamento: hæc enim negatio includitur in eo quod dignatur per contineri indiuisibiliter in hac sacramento.

¶ Hæc ergo manifestatione supposita, ex qua apparet, quòd quantitas Christi corporis nec perdit suam diuisibilitatem, nec induit modum aliquem sibi repugnantem, nec perdit in se suum modum naturalem, sed in hoc quòd continetur sub hostia, caret modo illo, qui importatur per positionem seu situm, respondetur ad obiecta. Et ad primum Duran. contra positionem ipsam, negando est minor, vniuoce loquendo, quoniam modus istius modi indiuisibilitatis, non repugnat diuisibilitati quantitatis.

¶ Ad secundum vero facile dici potest, quòd argumentum a simili claudicat, veruntamen seruata vniuocatione terminorum respondendo dicitur falsum assumi in antecedente: quoniam substantia alicubi est non per modum substantiæ, sed per modum quantitatis, vt patet in substantiis extensis: sunt enim in loco quantitative. Et rursus substantia heterogenea, puta bos, non est, per modum substantiæ in qualibet suæ quantitatis parte: non est enim tota natura bouis in qualibet eius parte quantitatiua.

¶ Ad obiecta secundi dubii respondendo, dicitur primo ad Scoti argumentum, quòd procedit ex falsa interpretatione rationis allatæ ab Auctore: ac si Auctor adduxisset pro causa, quare quantitas est in hoc sacramento per modum substantiæ, quia est quasi secundarius terminus mutationis. Hoc autem procul est ab Auctoris sensu: non enim consistit eius ratio in differentia inter primum, & secundum terminum in fieri, vt argutens vsurpauit, sed inter per se rationem essendi in sacramento, & id quod per accidens concomitatur, vt patet expresse in hoc ar. 4. in responsione ad primum: vbi videre potes quantum differt sensus iste verus à sensu illo vsurpato. Et fefellit forte arguentem, quia Auctor declarat quid est illud, quod est per se ratio essendi reliquis in hoc sacramento. ex hoc quòd est per se primo terminus conuersionis quia igitur Auctoris ratio non consistit in differentia inter primo, vel secundo fieri, sed inter per se existens in sacramento, & per accidens existens ibidem, ideo non oportet aliter ad argumenta Scoti respondere, sed tanquam impertinentia & extranea relinquere. Posset tamen gratia materiæ, hoc est talis mutationis, qualis est conuersio panis in corpus Christi sustineri ratio formata a Scoto ex differentia inter primum & secundum terminum cōuersionis, cōtra quam arguit & sic dicendum esset, quòd licet in creatione & generatione, & similibus, secundarius terminus suum naturalem modum assequatur, & non in conuersione secundarius terminus, ideſt, concomitans induit modum primi termini.

In cor. ar. & ar. 1 ad 3.

In corp. & ar. 1 huius quæst.

In cor. ar.

¶ Et si quæratur, quare potius in hac quàm in aliis mutationibus hoc inueniatur, respondetur, quia hoc est singularissimum in hac mutatione: quòd primus terminus est sola ratio in essendi in hoc sacramento quibuscumque concomitantibus: hoc est quòd ratio essendi primo terminans conuersionem. Et hæc de sensu in idem redit cum prima responsione, vt patet, & ideo non oportet solicitare de diuersa habitudine ad agens, quoniam est extra propositum.

¶ Ad obiectionem autem Durandi dicitur falsum assumi, scilicet, quòd contineri indiuisibiliter, repugnet quantitati diuisibili. & ad confirmationem negatur similitudo, quoniam animæ rationali repugnat, & esse diuisibilem, & diuisibiliter contineri: quantitati autem licet repugnet esse indiuisibilem, non tamen repugnat indiuisibiliter contineri.

¶ Et hæc sufficiant etiam pro articu. 5.

Articvlvs IIII.

Vtrum tota quantitas dimensiua corporis Christi sit in hoc sacramento.

AD quartum sic proceditur. Videtur quòd non tota quantitas dimensiua corporis Christi sit in hoc sacramento. Dictum est enim†, quod totum corpus Christi continetur sub qualibet parte hostiæ consecratæ: sed nulla quantitas dimensiua tota continetur in aliquo toto, & in qualibet parte eius. ergo est impossibile, quod tota quantitas dimensiua corporis Christi contineatur in hoc sacramento.

¶ 2 Præt. Impossibile est, duas quantitates dimensiuas esse simul, etiam si vna sit separata, & alia in corpore naturali, vt patet per * Philos. in 3. Metaph. sed in hoc sacramento remanet quantitas dimensiua panis, vt duat modum primi termini: in hac tamen

* Li.3.tex. 9.to.3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sensu apparet. non ergo est ibi quantitas dimensiua corporis Christi.

¶ 3 Præte. Si duæ quantitates dimensiuæ inæquales iuxta se ponantur, maior extenditur vltra minorem: sed quantitas dimensiua corporis Christi, est multo maior quàm quantitas dimensiuâ hostiæ consecratæ, secundum omnem dimensionem. si ergo in hoc sacramento sit quantitas dimensiua corporis Christi cum quantitate dimensiua hostiæ: quantitas dimensiua corporis Christi extenderetur vltra quantitatem hostiæ, quæ tamen non est sine substantia corporis Christi. ergo substantia corporis Christi erit in hoc sacramento, etiam præter species panis, quod est inconueniens, cum substantia corporis Christi non sit in hoc sacramento, nisi per consecrationem panis, vt dictum † est. impossibile ergo videtur, quòd tota quantitas dimensiua corporis Christi sit in hoc sacramento.

Arti.1.huius q.

¶ Sed contra, Quantitas dimensiua corporis alicuius, non separatur secundum esse à substantia eius: sed in hoc sacramento est tota substantia corporis Christi, vt supra habitum est*. ergo tota quàtitas dimensiua corporis Christi est in hoc sacramento.

Ar.præce.

¶ Respondeo Dicendum, quòd (sicut supra dictum est †) dupliciter aliquid Christi est in hoc sacramento. Vno modo ex vi sacramenti, alio modo ex reali concomitantia. Ex vi quidem sacramenti, quantitas dimensiua corporis Christi non est in hoc sacramento: ex vi enim sacramenti est in hoc sacramento illud, in quod directè conuersio terminatur. Conuersio autem, quæ fit in hoc sacramento, directè terminatur ad substantiam corporis Christi, non autem ad dimensiones eius: quòd patet ex hoc, quòd quantitas dimensiua panis remanet facta consecratione, sola substantia panis transeunte: quia tamen subtantia corporis Christi realiter non denudatur* à sua quantitate dimensiua, & ab alijs accidentibus, inde est quòd ex vi realis concomitantiæ, est in hoc sacramento tota quantitas dimensiua corporis Christi, & omnia accidentia eius.

Art.1 huius q.ad 1.

*Alias diuiditur.

¶ Ad primvm ergo dicendum, quòd modus essendi cuiuslibet rei determinatur secundum id, quod est ei per se, non autem secundum id, quod est ei per accidens: sicut corpus est in visu, secundum quòd est album, non autem secundum quòd est dulce, licet idem corpus sit album & dulce: vnde & dulcedo est in visu secundum modum albedinis, non secundum modum dulcedinis. Quia igitur ex vi huius sacramenti est in altari substantia corporis Christi, quantitas autem dimensiua eius est ibi concomitanter, & quasi per accidens: ideo quantitas dimensiua corporis Christi est in hoc sacramento, non secundum proprium modum (vt scilicet sit tota in toto, & singulæ partes in singulis partibus) sed per modum substantiæ, cuius natura est tota in toto, & tota in qualibet parte.

¶ Ad secundum dicendum, quòd duæ quantitates dimensiuæ non possunt naturaliter simul esse in eodem, ita quòd vtraque sit ibi secundum proprium modum quantitatis dimensiuæ. In hoc autem sacramento quantitas dimensiua panis est secundum proprium modum, scilicet secundum commensurationem quandam: non autem quantitas dimensiua corporis Christi, sed est ibi per modum substantiæ, vt dictum est †.

¶ Ad tertium dicendum, quòd quantitas dimensiua corporis Christi non est in hoc sacramento secundum modum commensurationis, qui est proprius quantitati ad quem pertinet quòd maior quantitas extendatur vltra minorem, sed est ibi per modum iam dictum *.

In cor. ar. & ar.1.

In cor. ar.

ARTIC. V.

Articvlvs V.

Vtrum corpus Christi sit in hoc sacramento sicut in loco.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd corpus Christi sit in hoc sacramento, sicut in loco. Esse enim in aliquo definitiuè vel circunscriptiuè, est pars eius quod est esse in loco: sed corpus Christi videtur esse definitiuè in hoc sacramento (quia ita est vbi sunt species panis vel vini, quòd non est in alio loco altaris) videtur etiam ibi esse circunscriptiuè: quia ita continetur superficie hostiæ consecratæ quòd nec excedit, nec exceditur. ergo corpus Christi est in hoc sacramento, sicut in loco.

4.d.10.a.1.ad 5.6.7 & 6. & arti. 3.q.2.ad 2. & 4.con c. 64. fine. & quol.1.ar. 22.ad 2.

¶ 2 Præt. Locus specierum panis non est vacuus (natura enim non patitur vacuum) nec est ibi substantia panis, vt supra habitum est: † sed est ibi solum corpus Christi. ergo corpus Christi replet locum illum: sed omne quod replet locum aliquem, est in eo localiter. ergo corpus Christi est in hoc sacramento localiter.

Q.præced. ar.1.2.& 5

¶ 3 Præt. Sicut dictum est *, in hoc sacramento est corpus Christi cum sua quantitate dimensiua, & cum omnibus suis accidentibus: sed esse in loco, est accidens corporis: vnde & ibi connumeratur inter nouem genera accidentium. ergo corpus Christi est in hoc sacramento localiter.

Ar.præce. & 3. huius quæst.

¶ Sed contra est, quòd oportet locum & locatum esse æqualia, vt patet per* Philosophum in 4. Physic. sed locus, vbi est hoc sacramentum, est multo minor quàm corpus Christi. ergo corpus Christi non est in hoc sacramento, sicut in loco.

*Li.4.phy si. tex.30. to.2.

¶ Respondeo Dicendum, quòd (sicut iam dictum est †) corpus Christi non est in hoc sacramento secundum proprium modum quantitatis dimensiuæ, sed magis secundum modum substantiæ. Omne autem corpus locatum est in loco, secundum modum quantitatis dimensiuæ, inquantum scilicet commensuratur loco, secundum suam quantitatem dimensiuam. vnde relinquitur, quòd corpus Christi non est in hoc sacramento sicut in loco, sed per modum substantiæ: eo scilicet modo, quo substantia continetur à dimensionibus: succedit enim substantia corporis Christi in hoc sacramento substantiæ panis. vnde sicut substantia panis non erat sub suis dimensionibus localiter, sed per modum substantiæ, ita nec substantia corporis Christi: non tamen substantia corporis Christi est subiectum illarum dimensionum, sicut erat substantia panis. & ideo substantia panis ratione suarum dimensionum localiter erat ibi: quia comparabatur ad locum illum mediantibus propriis dimensionibus. Substantia autem corporis Christi comparatur ad locum illum mediantibus dimensionibus alienis, ita quod econuerso dimensiones propriæ corporis Christi comparantur ad locum illum mediante substantia, quod est contra rationem corporis locati. vnde nullo modo, corpus Christi est in hoc sacramento localiter.

Arti3.huius q.

¶ Ad primvm ergo dicendum, quod corpus Christi non est in hoc sacramento definitiuè, quia sic non esset alibi quàm in hoc altari, vbi conficitur hoc sacramentum: cum tamen sit & in cælo in propria specie, & in multis aliis altaribus sub specie sacramenti. Similiter etiam patet, quod non est in hoc sacramento circunscriptiuè, quia non est ibi secundum commensurationem propriæ quantitatis, vt dictum est: † quod autem non est extra superficiem sacramenti, nec est in alia parte altaris, non pertinet ad hoc quod sit ibi definitiuè vel circunscriptiuè, sed ad hoc quod incepit ibi esse per consecrationem & conuersionem panis & vini, vt supra dictum est*.

Ar.3.& 4. huius q.

Q.præce. ar.3.& 4.

¶ Ad

¶ Ad secundum dicendum, quòd locus ille, in quo est corpus Christi, non est vacuus, neque tamen propriè est repletus substantia corporis Christi, quæ non est ibi localiter, sicut dictum est †. sed est repletus speciebus sacramentorum, quæ habent replere locum, vel propter naturam dimensionum, vel saltem miraculosè, sicut & miraculosè subsistunt per modum substantiæ.

In cor.ar.

¶ Ad tertium dicendum, quòd accidentia corporis Christi sunt in hoc sacramento (sicut supra dictum est*) secundum realem concomitantiam. Et ideo illa accidentia corporis Christi, sunt in hoc sacramento quæ sunt ei intrinseca. Esse autem in loco, est accidens per comparationem ad extrinsecum continens. & ideo non oportet, quòd Christus sit in hoc sacramento, sicut in loco.

Ar.præce.

¶ *Super quæstionis septimæ sextæ, Articulum sextum.*

Articvlvs VI.

Vtrum corpus Christi sit mobiliter in hoc sacramento.

AD Sextum sic proceditur. Videtur quòd corpus Christi sit mobiliter in hoc sacramento. Dicit enim* Philosoph. in 2. Top. quòd motis nobis, mouentur ea, quę in nobis sunt quod quidem est verum etiam de spirituali substantia animæ: sed Christus est in hoc sacramento, vt supra habitum est † ergo mouetur ad motum ipsius.

4.53 4.di.10.a.3.q.4. Et opuſ.11.ar ti.34.

*Li.1.c.1. in declaratione 24. loci 10.1.

Arti.1.huius q.

¶ 2 Præt. Veritas debet respondere figuræ: sed de agno paschali, qui erat figura huius sacramenti, non remanebant quicquam vsque mane, sicut præcipitur Exo. 12. ergo neque etiam si hoc sacramentum reseruetur in crastinum, erit ibi corpus Christi. & ita non est immobiliter in hoc sacramento.

¶ 3 Præt. Si corpus Christi remaneat sub hoc sacramento etiam in crastino pari ratione remanebit, & per totum sequens tempus: non enim potest dici, quòd desinat ibi esse cessantibus speciebus, quia esse corporis Christi non dependet a speciebus illis: non autem remanet sub hoc sacramento Christus per totum tempus futurum. videtur ergo quòd statim in crastino, vel post modicum tempus desinat esse sub hoc sacramento: & ita videtur quòd Christus mobiliter sit in hoc sacramento.

¶ Sed contra, Impossibile est idem esse motum & quietum, quia sic contradictoria verificarentur de eodē: sed corpus Christi in cælo quietum residet. non ergo est mobiliter in hoc sacramento.

¶ Respondeo Dicendum, quòd cum aliquid est vnum subiecto, & multiplex secundum esse, nihil prohibet secundum aliquid moueri, & secundum aliquid immobile permanere: sicut corpori est aliud esse albū, & aliud esse magnum, vnde potest moueri secundum albedinem, & permanere immobile secundum magnitudinem. Christo autem non est idem esse secundum se, & esse sub hoc sacramento: quia per hoc quòd diximus ipsum esse sub hoc sacramento, significatur quædam habitudo eius ad hoc sacramentum. Secundum igitur hoc esse non mouetur Christus per se secundum locum, sed solum per accidens: quia Christus non est in hoc sacramento sicut in loco, sicut prædictum est †: quod autem non est in loco, non mouetur per se in loco, sed solum ad motum eius, in quo est. Similiter autem neque per se mouetur secundum esse, quod habet in hoc sacramento, quacumque alia mutatione, puta quantum ad hoc quòd desinat esse sub hoc sacramento, quia illud quod de se habet esse indeficiēs, non potest esse deficiendi principium sed alio deficiente, hoc desinit esse in eo, sicut Deus, cuius esse est indeficiens & immortale, desinit esse in aliqua creatura corruptibili per hoc, quòd creatura corruptibilis desinit esse. & hoc modo cum Christus habeat de se esse indeficiens, & incorruptibile, non desinit esse sub sacramento: neque per hoc quòd ipsum desinat esse, neque etiam per motum localem sui (vt ex dictis patet*) sed solum per hoc, quòd species huius sacramenti desinunt esse, vnde patet quòd Christus per se loquendo, immobiliter est in hoc sacramento.

¶ Ad primvm ergo dicendum, quòd ratio illa procedit de motu per accidens, quo ad motum nostri mouentur ea, quæ in nobis sunt. Aliter tamen ea quæ per se possunt esse in loco, sicut corpora, & aliter ea, quæ per se non possunt esse in loco, sicut formæ, & spirituales substantię. Ad quem modum potest reduci, q̄ dicimus Christum moueri per accidens secundum esse quod habet in hoc sacramento, in quo non est sicut in loco.

¶ Ad secundum dicendum, quod hac ratione moti videntur fuisse quidam, ponentes quòd corpus Christi non remanet sub hoc sacramento, si in crastinum reseruetur. Contra quos Cyrillus dicit: Insaniunt quidam, dicentes mysticam benedictionem cessare à sanctificatione, si quæ eius reliquæ remanserint in diem subsequentem: non enim mutatur sacratum corpus Christi, sed virtus benedictionis & viuificatiua gratia, iugis in eo est: sicut etiam omnes aliæ consecrationes immobiliter manent, permanentibus rebus consecratis: propter quòd non iterantur. Veritas autem licet figuræ respondeat, tamen figura, non potest eam adæquare.

¶ Ad tertium dicendum, quòd corpus Christi remanet in hoc sacramento, non solum in crastino, sed etiam in futuro quousque species sacramentales manent, quibus cessantibus desinit esse corpus Christi sub eis: non quia ab eis dependeat, vt superius fecimus. Nec propriè patet explicatum esse modum, quo Christus est in hoc sacramento. nam explanatio huiusmodi est per communia valde, scilicet per relationem seu habitudinem, nesciturque aliqua nisi per propria cognoscatur.

Art.præce.

¶ Circa conclusionem illam, Corpus Christi ad motum hostiæ mouetur per accidens, duplex occurrit obiectio. Prima ex Durando opinante oppositum in li. 4. sent. dist. 10. quæstio. 3. Secunda ex Scoto, eadem distinquæst 6. opinante non contra motum, sed contra motorem.

¶ Arguit ergo Durand. corpus Christi nullo modo moueri ad motum hostiæ, nec per se, nec per accidens: quia corpus Christi & hostia nō sunt vnum secundum subiectum, nec se habent vt continens & contentum, nec habent colligationem vel contactum. Et quia corpus Christi existens in cælo localiter, fit de nouo existens in hoc sacramento absque motu locali, tam per se quàm per accidens. ergo a fortiori existens in hoc sacramento non mouetur ad motum hostiæ.

Art.præce.

¶ Scotus autem putās corpus Christi ad motum hostiæ moueri quidem per accidens sed non nisi immediate a Deo, probat hoc vltimum hac ratione, Quando aliqua coniunguntur præcisè per actum voluntatis contingenter se habentis ad illam coniunctionem: si vnum illorum secundum se sit mobile omnino improportionatum, & reliquum proportionatum, illud mouens non eadem motione potest mouere vtrumque consequens. Probatur ista ratione & exēplo. ratio est, quia si mouet

Universidad de Deusto
Biblioteca

mouet vnum quod est sibi proportionatum, non propterea mouet per accidens reliquum, quia reliquum non est præsens illi moto, sicut actus potentiæ aut econuerso, nec simpliciter ex aliqua alia necessitate naturali: sicut graue est præsens naui, vel currui, cui innititur, & propter hoc simul mouetur cum illo, sed est præsens sola voluntate, quæ potest non velle coniunctionem illam stante tamen motione alterius. Exẽplum est, Si angelus voluntarie faceret se esse præsentem lapidi, si moueo lapidem, non propterea moueo angelum, qui nõ est per se mobilis à virtute mea: nec per accidẽs in proposito, quia nec forma, nec pars ẽ lapidis mobilis per se a me, vnde angelus in termino motus lapidis per propriã suam actionem est ibi, vbi est lapis, & nõ per actũ meum. Et tũc sumitur minor, Sed corpus Christi, est præsens spelici ex tantum per actus voluntatis animę. ergo &c.

454 Inf. art. 8. co. Et 4. di. 10. ar. 2. q. 2. ad 3. & art. 4. q. 1. per to. & q. 4. ad 2. & in expo. li. ad 1. 2. &4.

¶Ad enidẽtia horum videtur mihi, quod cum Durando nulla sit quæstio secundum rẽ, sed forte in solis verbis: si enim perspiciatur ex vna parte distinctio facta in litera de duplici esse corporis Christi, vel in se, vel in sacramento, & dictum esse quòd corpus Christi in se non mouetur neque per se neque per accidens, & quòd secundum esse in sacramento mouetur non per se, sed per accidens, & si cum his simul perspecta fuerit vis rationum Duran. manifestum erit, quòd nulla est diuersitas in sententia, quoniam adhoc tendunt argumenta, q̃ corpus Christi secundum se non mouetur per accidens ad motum hostiæ, quod Auctor fatetur.

¶Verum si quis contendat his argumentis Christi corpus secundum nullum esse moueri per accidens ad motum hostiæ, facile inueniet responsionem, dicendo ad primum, quòd inter corpus Christi & hostiam est colligatio secundum esse sacramentale: & ita quòd se habent vt veraciter contentum & continens, vt patet extra, de sum. Trin. & fide cathol. c. firmiter.

¶Ad secundum negatur sequela, quia ad rem antecedentis nec est opus motu, nec concomitatur motus: sed ad motum sacramẽti concomitatur motus rei, quæ est sacramentum, secundum esse sacramentale, per accidens tamen.

¶Ad Scotum autem directe loquentem de Christi corpore, vt est in sacramento, dicitur quod ratio aut implicat contradictoria, aut subsumit falsum.

¶Ad cuius intellectũ aduerte duo assumi a Sco. s. coniunctionẽ inter aliqua duo, & rationem coniunctionis. s. actum voluntatis contingenter se habentem. Et oportet alterum duorum sequentium Scotum dicere, vel coniunctionem illam nullum nexum ponere inter coniuncta vltra actum voluntatis contingenter se habentẽ aut aliquem nexum inter illa ponere causarũ a tali actu voluntatis: nõ potest dici primũ, quia ipsemet Sco. ponit coniunctionẽ illã actu voluntatis volitam contingenter. & minor etiam esse falsa, vt patet. Et similiter exẽplum de angelo, quia præsentia angeli ad lapidem & corporis Christi ad sacramentum, non est formaliter per actum voluntatis. Oportet ergo intelligi, q̃ coniunctio addit nexum quendam inter coniuncta, & tunc apparet aut implicari contradictoria, puta quòd sit nexus aliquis inter duo creata, & quod ille nexus nullo modo coniungat illa nisi præcise per actum voluntatis, quod non est intelligibile: aut minorem esse falsam, quia inter corpus Christi & hostiam est coniunctio sacramentalis, quæ licet effectiue fiat a solo Deo, in se tamen est coniunctiua corporis Christi cum hostia naturali necessitate sacramenti. Nã ex vi sacramenti per se habetur esse sacramentale corporis Christi in hostia, & esse sacramẽtale coniungit corpus Christi & hostiã: nõ quia volitã, sed quia in se est tale.

ARTICVLVS VII.

Vtrum corpus Christi prout est in hoc sacramento, possit videri ab aliquo oculo, saltem glorificato.

AD septimum sic proceditur. Videtur q̃ corpus Christi, prout est in hoc sacramento, possit videri ab aliquo oculo, saltem glorificato. Oculus enim nostrer impeditur à visione corporis Christi in hoc sacramento existentis, propter species sacramentales ipsum circunuelantes: sed oculus glorificatus non potest ab aliquo impediri, quin corpora quælibet videat prout sunt. ergo oculus glorificatus potest videre corpus Christi, prout est in hoc sacramento.

¶2 Præt. Corpora gloriosa sancto sed quia tollitur habitudo corporis Christi ad illas species. per quem modum Deus desinit esse dominus creaturæ desinentis.

¶3 Præt. Sancti in resurrectione erunt æquales angelis, vt dicitur Luc. 20. sed angeli vident corpus Christi, prout est in hoc sacramento: quia etiam dæmones inueniuntur huic sacramento reuerentiam exhibere: & ipsum timere. ergo pari ratione oculus glorificatus potest Christum videre, prout est in hoc sacramento.

¶SED CONTRA, Nihilidem existens, potest simul ab eodem videri in diuersis speciebus: sed oculos glorificatus semper videt Christum, prout est in sua specie, secundum illud Isa. 33. Regem in decore suo videbunt. ergo videtur quòd non videat Christum, prout est sub specie huius sacramenti.

¶Respondeo Dicendum, quòd duplex est oculus, scilicet corporalis proprie dictus, & intellectualis, qui per similitudinem dicitur: à nullo autem oculo corporali corpus Christi potest videri, prout le est, maior nullum habet locum, quoniam non potest de eis dici, quòd vnum est mobile improportionatum, & alterum mobile proportionatum. Sic autem inuenitur in proposito, quoniam hostia est mobilis secundum se, esse autem sacramentale, seu Christi corpus secundum esse sacramentale in hostia, non est mobile per se, sed solum per accidens, vt in litera hac dicit Auctor, & communiter omnes fatentur, dum dicunt esse quoddam esse relatiuum: respectus enim non nisi per accidens possunt moueri localiter. Et hinc apparet quid dicendum est ad exemplum de angelo, quoniam dum moueo lapidem moueo per accidens præsentiam inter lapidem & angelum, & similiter dum moueo hostiam consecratam, moueo præsentiam inter hostiam & corpus Christi: ita quòd translata hostia de altari in plateam, transfertur etiam præsentia, quia corpus Christi de præsente in altari fit præsens in platea, absque hoc quòd corpus Christi in se moueatur: & similiter angelus fieret præsens in domo ad quam translatus est lapis, non quòd ipse angelus sit motus a se vel à me, sed quia transferendo lapidem, transtituli præsentiam eius in lapide.

¶Ad exemplum autem de angelo dicitur, quòd licet angelus posset subtrahere præsentiam suam a lapide: si tamen illam non subtraxit, mouente me lapidem & transferente illum in domum angelus mouetur non a se, sed ad motum lapidis: quia angelus nunc est vbi est lapis, & non est vbi erat lapis.

¶Et ad excludendas fugas, pone casum quòd angelus fecerit se præsentem lapidi voluntate illius præsentiæ continuandæ per vnam horam tantum, & stante casu forma conditionalem. si angelus factus præsens lapidi dormiret per tres horas, & ego mouerem lapidem illum per duas horas, in fine motus, angelus esset vbi est lapis, & non per actum angeli. ergo per motum lapidis a me. Et quamuis hæc sufficerent ad dicta Scoti: facilius tamen potest respondẽri, dicendo, maiorem posse forte habere locum, quãdo vtrumque coniunctorum est per se mobile, puta, quia ambo sunt corpora, sed quoniam duorum coniunctorum alterum tantum est mobile secundum se, alterum vero non nisi per accidens mobile, non potest de eis dici, quòd vnum est mobile improportionatum, & alterum proportionatum.

¶2 Præt. Corpora gloriosa sancto

pus Christi esse quoddam singulare, & modum essendi in hoc sacramento esse rem singularem. Vtrumque siquidem est verum, illud quidem de substantia individuali, secundum materiam signatam quantitate: hoc autem de substantia individuali, vt habet modum essendi puræ substantiæ idest substantiæ inquantum substantiæ, vt patet ex superius declaratis de modo substantiæ. Et propterea hic dicit, Substantia autem inquantum huiusmodi, subiacet solum intellectui &c.

¶Circa eũdem partem huius articuli in qua agitur de visione intellectuali, aduerte dici quatuor, primum quòd corpus Christi secundum esse in hoc sacramento. non videtur ab intellectu viatoris hominis: secundum, quòd nec etiam ab intellectu angelico naturaliter: tertium quod videtur ab intellectu beato angeli, vel hominis per visionem diuinæ essentiæ: quartum (quòd est omnium prædictorum ratio) quia iste modus essendi est penitus supernaturalis, ac per hoc secundum se intelligibilis est a supernaturali intellectu scilicet diuino.

Arti. 1. huius q. ad 3.

*Lib. 3. de anima, tract. 2. c. 6. tomo 2.

¶Contra tria autem horum Scot. arguit in 4. sent. dist. 10. q. 2. & primo contra secundum, intendens quòd tam intellectus angelicus, quàm animæ separatæ, quàm etiam hominis beati potest naturaliter videre existentiam corporis Christi in eucharistia. Primo, quia intellectus se habens ad intelligibilia, sicut ipsa sunt in se intelligibilia, intelligit prius substantiam quam eius cuiuscunque modum eius. ergo nullus modus sub quo est substantia potest impedire intellectionem substantiæ a tali intellectu qui non dependet in intelligendo à sensibilibus. Secundo, totum ens creatum est obiectum proportionatum tali intellectui, quantum ad cognitionem tam abstractiuam, quàm intuitiuam. ergo quodcunque ens potest abstractiue cognosci a tali intellectu, quando non est sibi præsens, sequitur quòd potest intuitiue intelligi eodem, quando est sibi perfecte præsens in propria existentia actuali. Tertio, Virtus potens cognoscere obiectum intuitiue dum est præsens, potest cognoscere eius absentiam dum est absens: sed talis intellectus potest cognoscere præsentiam panis quando est præsens. ergo potest cognoscere absentiam eius, quando est absens. ergo eadem ratione potest cognoscere præsentiam substantiæ corporis Christi, quia corpus Christi in se est obiectum proportionatum etiam intellectui tali, vt intuenti. ergo modus accidentalis ipsius corporis non impedit, quin sit obiectum intuibile eidem intellectui. Quarto, Anima Christi non videt naturaliter se esse vbicunque est, & per consequens nouit naturaliter se esse in eucharistia, & ita naturaliter potest nosse existentiam corporis sui ibi, quæ est sibi ratio quòd sit in sacramento. Quinto, Existentia talis non est excellentius cognoscibile quam existens, cuius est existentia: sed Christus est naturaliter cognoscibilis a tali intellectu creato. ergo & quæsibet eius existentia. Probatur maior, quia non potest aliquis modus improportionaliter excedere illud, cuius est modus. Sexto beatus naturaliter videt in alio beato, actum beatificum, & tamen illa beatitudo non est minus supernaturalis quam existentia corporis Christi in eucharistia. Antecedens probatur, quia substantia ipsius beati est excellentius cognoscibile, quam eius beatitudo.

¶Contra tertium vero idem arguit, intendens quòd intellectus beatus nullo modo per actum beatificum videt corpus Christi in eucharistia. Beatus non dicitur a non beato, nisi videndo obiectum beatificum, vt sic, & ea quæ includuntur in eo, vt sic: sed corpus Christi esse in eucharistia, nõ est obiectum beatificum (vt patet) nec inclusum in obiecto beatifico: quod probatur, quia æque essentialiter pertinet ad obiectum beatificum includere in

est in hoc sacramento. Primo quidem, quia corpus visibile per sua accidentia immutat medium. Accidentia autem corporis Christi sunt in hoc sacramento mediante substantia, ita scilicet quòd accidentia corporis Christi non habent immediatam habitudinem, neque ad hoc sacramentum, neque ad corpora, quæ ipsum circunstant. & ideo non possunt immutare medium, vt sic ab aliquo corporali oculo videri possint. Secundo quia sicut supra dictum est †, corpus Christi est in hoc sacramento per modum substantiæ. Substantia autem inquantum huiusmodi, non est visibilis oculo corporali, neque subiacet alicui sensui, sed nec etiam imaginationi, sed soli intellectui, cuius obiectum est quod quid est, vt dicitur in 3. de Anima †. & ideo propriè loquendo, corpus Christi secundum modum essendi, quem habet in hoc sacramento, neque sensui neque imaginationem perceptibile est, sed solo intellectu qui dicitur oculus spiritualis. Percipitur autem diuersimodè à diuersis intellectibus. Quia enim modus essendi, quo Christus est in hoc sacramento, est penitus supernaturalis, à supernaturali intellectu, scilicet diuino, secundum se visibilis est, & per consequens ab intellectu beato vel angeli, vel hominis, qui secundum participatam claritatem diuini intellectus videt ea quæ supernaturalia sunt, visione diuinæ essentiæ: ab intellectu autem hominis viatoris non potest conspici nisi per fidem, sicut & cætera supernaturalia: sed nec etiam intellectus angelicus secundum sua naturalia sufficit ad hoc interdum. vnde dæmones non possunt videre per intellectum Christum in hoc sacramento nisi per fidem, cui non volũtar. è assentiunt, sed ad eam euidentia signorum d conuincuntur, prout dicitur Iac. 2. Quòd dæmones credũt, & contremiscunt.

D.607.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd oculus noster corporeus, per species sacramentales impeditur à visione corporis Christi sub eis existentis, non solum per modum tegumenti, sicut impedimur videre id, quod est velatum quocunque corporali velamine: sed quia corpus Christi non habet habitudinem ad medium, quod circunstat hoc

¶Cõtra quartum rationem. s. qua modus essendi est penitus supernaturalis, arguit ibidem Sco. quia naturale, & supernaturale, non distinguunt ens in se, sed tantum in comparatione ad agẽs, & propterea licet res aliqua superaturaliter fiat, postquam facta est, naturaliter cognoscitur. Et confirmatur assumptum, quia supernaturale & naturale possunt se habere sicut imperfectum & perfectius para accidẽs & substantia. Et confirmatur rursus, quia fides, spes & charitas sũt habitus supernaturales, & tamen angeli naturaliter cognoscunt eos, secundum illos, qui ponunt in angelo naturaliter rationes cognoscẽdi omnes species entiũ.

¶Ad euidentiam horum prælibandum est, quod parua distantia in principio magna valde apparet in principiatis. Et hinc est, quòd ex diuersa opinione circa modum intelligendi, tot quæstiones emanant. Opinantes siquidem intellectum conalligatum phantasmati intelligere per motionem ab ipsis rebus, quæ intelliguntur, consequenter opinantur intellectus abstractos intueri res præsentes, sicut nos videmus corporaliter colores præsentes. Tenentes autem cum peripateticis & philosophis intellectus abstractos moueri tantum a seipsis seu suis substantiis, vel etiam a superioribus eorum, & non ab aliquo inferiori, consequenter ponunt intellectus abstractos cognoscere quicquid cognoscunt naturaliter aut per substantiam propriam solam (quod nos credimus. s. Io Deo verificante) aut per substantiam perfectã speciebus intelligibilibus inditis, aut etiã, vt quibusdã placuit, per substantiam superiorem, & per consequens intellectus abstracti cognitio naturalis non se potest extendere, nisi ad ea quæ naturaliter relucent in his, quæ sunt apud intellectum abstractum. Et quoniam hæc non sunt, nisi pertinentia ad naturalem ordinem vniuersi, quoniã solæ res pertinentes ad opera sex dierum, fuerunt productæ Deo in mentibus angelicis & in rerum natura, quando vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona, quæcunque non ad naturæ, sed gratiæ ordinem per se spectant, eximuntur à naturali cognitione angelorum secundum hanc viam, secundum quam etiam naturale & supernaturale sunt & differentiæ entis & defectiuæ modi faciendi suam oculi dati exco nato, & vinum factum in nuptiis, differebant ab aliis oculis & vinis, secundum naturale & supernaturale quo ad modum habendi tantum: sed charitas, & incarnatio Christi, & Christum esse sub sacramento, & lumen gloriæ, & similia, differũt à virtutibus naturalibus & aliis quæ entia naturalia vocamus, penes supernaturale & naturale, quantum ad ipsa entia. sunt enim hæc ex suo genere supernaturalia entia, quia nulli possunt entia esse, aut fieri connaturalia, vt alibi declarauimus.

¶His prælibatis ad primum Scoti dicitur, falsam esse minorem, intellectum abstractũ habere se ad omne intelligibile, secundum ordinem intelligibilitatis: hoc enim patet esse falsum, quia non sic se habet ad primũ intelligibile quod est Deus, quia quilibet intellectus abstractus intelligit, & quod est supra se, & quod est infra se per modum sui: dicitur nihilominus, quòd licet intellectus abstractus videat corpus Christi, non propterea equitur. ergo videt eius modum esse di in sacramento hoc, non quia iste modus essendi est excellentioris cognoscibilitatis in se, sed quia est cognoscibile alteries ordinis, scilicet supernaturalis, & propter hoc est extra totum ordinem re-

Universidad de Deusto
Biblioteca

rum præsentium cognitionibus naturalibus.

¶ Et hinc patet responsio ad secundum: quia falsum est, totum ens creatum esse obiectum proportionatum tali intellectui. Et intuitiue quidem, quia quædam, scilicet supernaturalia, sunt de ordine non præsentium cognitioni naturali. Abstractiue vero, quia incarnationis mysterium latet, quo ad perfectam quidditatiuam cognitionem, omnis intellectus creati cognitionem naturalem: quia illius nulla indita species est præsentatiua perfecte. Et idem videtur de esse corporis Christi in sacramento. Supponit igitur argumentum hoc falsum, scilicet modum essendi in sacramento, præsentem quandoque esse naturali cognitioni intellectus abstracti.

In cor. ar. ¶ Ad tertium dicitur, negando eadem vel simili ratione, posse cognosci præsentium corporis Christi. Et ad subsumptam probationem iterum dicitur, quòd modus accidentalis, non quatenus accidentalis, sed quatenus est alterius ordinis, impedit se intueri ab intellectu, cui ordo ille non est præsens, qualis est intellectus angelicus naturaliter.]

4 dist. 10. ar. 2. q. 2. ad 3 & a. 4 q. 2. & 3. Et op. 58. c. 11. ¶ Ad quartum de anima Christi dupliciter dici potest. Primo, excipiendo Christi animam ea ratione, quia ad ipsum spectat, quàmuis concomitanter, talis modus essendi, ita quòd sicut dicimus cogitationes cordis mei latere naturalem cognitionem angelorum, manifestas tamen esse animæ meæ, quia ad ipsam spectant, & per hoc sunt sibi præsentes, quæ non sunt præsentes angelis, sic in proposito modus iste essendi est præsens naturali cognitioni animæ Christi per hoc, quòd ad ipsum spectat: nec est simile de aliis intellectibus, vt patet. Secundo, dicitur negando animam Christi cognitione naturali intueri modum, quo corpus Christi est in hoc sacramento, sicut cognitione naturali non intuetur mysterium incarnationis: vnde Auctor dicit hic, quòd quia modus essendi in hoc sacramento est penitus supernaturalis, non nisi à supernaturali intellectu, vel ipsius participatione, est in se intelligibilis. Et hæc responsio scilicet videtur.

¶ Ad quintum iam patet ex dictis, quòd non ratione excellentiæ, sed ratione absentiæ seu non præsentiæ, existentia in sacramento latet, & tamen corpus Christi patet.

¶ Ad sextum negatur assumptum, scilicet actum beatificum vnius beati videri naturali cognitione ab altero. Et ratio est sæpe dicta, quia propter excellentiam cognoscibilis, sed propter absentiam: quia naturalis cognitio contenta est spectantibus ad ordinem naturalem: actus autem beatificus spectat ad ordinem supernaturalem.

¶ Ad obiecta contra visionem huius sacramenti per actum beatificum respondendo distinguitur, quòd de actu beatifico possumus dupliciter loqui: vel præcise secundum necessaria ad beatitudinem, & sic procul dubio verum est, per actum beatificum non videri Christi corpus in sacramento, nec mysterium incarnatio is, immo nec aliquid, quòd scit deus scientia visionis, vt patet ex eo, quòd si vnum tantum intellectum Deus creasset, & ille videret Deum, esset procul dubio beatus, & nihil horum sciret quæ ad scientiam visionis spectant: quia nihil horum fuisset, esset, aut futurum esset: vel de actu beatifico loquimur, secundum quod de facto druma largitas illum dicauit seu extendit, & sic visio beata extendit se ad multa alia, quæ non sunt simpliciter necessaria cognitu ad beatitudinem, inter quæ opinamur esse mysterium incarnationis & eucharistiæ, ea ratione, quia sunt difficillima inter omnia creata credenda, ac per hoc a mentibus fidelium valde deliberata, vt videantur: beatitudo autem satiatiua est fidelium, vt fidelium desiderorum tam arduorum. Et Scotus quidem in primo sensu loqui videtur, & non in secundo: quoniam ratio sua in primo tantum sensu militat, & pluries repetit necessitatem ad beatitudinem. Vnde non oportet aliter respondere.

¶ 2 Præte. Vbicumque est corpus Christi, vel est ibi sub specie propria, vel specie sacramenti: sed quando tales apparitiones fiunt, manifestum est, quòd non est ibi Christus sub specie propria, quia in hoc sacramento totus Christus continetur, qui permanet integer in forma, qua ascendit in cælum: cum tamen id, quod miraculose apparet in hoc sacramento, quandoque videatur vt quædam parua caro, quandoque autem vt paruus puer, manifestum est etiam, quòd non est ibi sub specie sacramenti, quæ est species panis vel vini. ergo videtur, quòd corpus Christi nullo modo sit ibi.

¶ 3 Præte. Corpus Christi incipit esse in hoc sacramento per consecrationem & conuersionem, vt supra dictum est: † sed caro & sanguis miraculose apparens, non sunt consecrata, nec conuersa in verum corpus & sanguinem Christi. non ergo sub his speciebus est corpus, vel sanguis Christi.

¶ Sed contra est, quòd tali apparitione facta, eadem reuerentia exhibetur ei quod apparet, quæ etiam primo exhibebatur: quod quidem non fieret, si verè non esset ibi Christus, cui reuerentia latriæ exhibemus. ergo etiam tali apparitione facta, Christus est sub hoc sacramento.

¶ Respondeo Dicendum, quòd dupliciter contingit talis apparitio, qua quandoque in hoc sacramento miraculose videtur caro aut sanguis, aut etiam aliquis puer, quandoque enim hoc contingit ex parte videntiũ, ¶ Ad obiecta de mum de supernaturalitate, respondetur dicendo, ℣ naturale & supernaturale sunt differentiæ, quandoque solum secundum respectum ad agens, quandoque vero sunt differentiæ entis. Et propterea falsum est, quodcumque ens postquam factum est, esse naturale: de aliquo enim est verum, & de aliquo non, vt supra diximus. Et ad confirmationem de differentia imperfecti & perfectionis, dicitur quod est imperfectionis: quoniam non est quæstio de perfectione, vel imperfectione, sed de naturalitate, vel supernaturalitate. Posset tamen dici, quod qualitates supernaturales sunt perfectionis ordinis, quàm totus ordo naturalium: quia sunt ordinis diuini, vt charitas & lumen gloriæ testantur. q. 75. ar. 2

¶ Ad vltimam confirmationem, dicitur quod angelis non sunt inditæ species omnium specierum, sed earum tantum, quæ ad naturalem ordinem vniuersi spectant: & propterea fidem, spem, & charitatem, non per naturalem cognitionem, in proprio genere nouerunt; nisi habentes illas in terris, vt pote ad eos spectantes

¶ In responsione ad secundum, intellige differentiam inter oculum corporalem Christi & corporalem oculum aliorum sanctorum, non respectu visibilis per se (quoniam in corpore articuli iam dictum erat modum essendi Christi corporis in hoc sacramento esse inuisibilem, soloque intellectu intuibilem) sed respectu visibilis per accidens: ita quod Christus dicitur corporali oculo videre seipsum sub hoc sacramento: quia sic seipsum videt, vt statim intellectum videat suum essendi modum in sacramento: sicut post resurrectionem dicemur videre deum corporalibus oculis, vt in quæstio. 12. primæ partis Auctor declarauit.

¶ *Super Quæstionis septuagesimæ sextæ, Articulum octauum.*

IN artic. 8. aduerte circa veras apparentias ex miraculo in hoc sacramento, quod distinguendum videtur de magnitudine specierum apparentium. Nam si res apparens fuerit tam magnarum dimensionum, vt sint incompatibiles substantiæ conuersæ, puta si consecrato modico vino in fundo calicis, vt fieri consueuit, appareat & permaneat totus calix magnus plenus specie sanguinis, tunc non videtur remanere verus Christi sanguis sub illis speciebus: quoniam non manent dimensiones vini cõuersi. Et in hoc casu species sanguinis significat Christi sanguinem verum contineri sub sacramento, & non contineri sub specie sua. Si vero dimensiones non sint ita in veritate extensæ, quin afficerent conuersam substantiam, si subessent, sentiendum est, vt littera tradit: quoniam tandiu manet veritas sacramenti, quãdiu manet panis aut vinum, si subesset: constat autẽ quòd quandiu manent dimensiones illæ sine subiecto, manet corpus, aut sanguis Christi: vnde cum tam extẽsiuæ dimensiones immutantur, immutatio non est solũ accidentalis, sed substantialis: Auctor autem loquitur, quando mutatio est solum in accidentibus. Et si quæratur, qua adoratione veneratus esset huiusmodi sanguis miraculosus, dicẽdum videtur, idem esse iudicium de ipso, & de velle Christi. li. 2. c. vlt. nõ procul a princip. tom. 4.

¶ *Super quæstionẽ septuagesimamseptimam.*

Nõ absolutis morte præuentus: sed vide i sen. lib. 2. d. 44. q. 2. ar. 4.

IN quæstio. ista, de accidentibus eucharistiæ omissa tanta opinionũ varietate, vt solidior rõnabiliorq; via appareat, notãdum duxi, duplicem esse opinionẽ de modo essendi istorum accidentium sine subiecto. Prima opinio est, accidentia ista esse sine subiecto, per solam conservationem a Deo sine subiecto, ita q̃ cum prius haberent duo, scilicet esse in subiecto, & vtrumque conservabatur a Deo, postea desinente Deo conseruare ly in subiecto, & conseruare esse quod habebant, ipsa sunt sine subiecto. Et hanc opinionem sequitur Scotus in 4. addit. ne. 4 Altera autem opinio tenet: vltra conservationem addi nouam actionem diuinam conferentem accidentibus hix nouum modum essendi, scilicet per modum substantiæ, & hanc opinionem sequitur D. Tho. in hac quæstione, dicens, collatum esse dimensionib. habere sub stantiæ proprietatem, actum, vim, atque virtutem. Et vt plenius q̃ dicitur intelligatur, manifestemus ex differentiis seu differentiis inter has opiniones, primo quo ad esse. nam cum accidens in subiecto non sit q̃ est, sed quo est, ex sola conseruatione accidentis in suo esse non conseruato subiecto, non acquirit accidens nouum modum essendi, sed perdit priorẽ modum significatum per ly in 3 definit enim esse actualiter inhærens: sed vbi conseruationi apponitur collatio noui modi, ac cidens non solum perdit actualiter inhærere, sed acquirit nouum essendi modum, vt quod prius fuerat quo est, modo sit quod est, & hic est modus essendi sub ſtãnæ. Et huic differentiæ annectitur altera, quòd conseruatio sola accidentium sine subiecto est velut violenta, hoc est, quòd si fieret ab agente secundo, esset violentaq̃ admodum si lapis absque aliquo sul cimento sola agentis virtute sustineretur in loco superiori. Et ratio videntiq̃ est, quia accidens cum suo esse separatum ab inesse sustinetur, vt prius erat scilicet vt quo est, ex quo non acquisiuit album essendi modum: sed si accidens cum modo essendi per modũ substantiæ, consertur hinc subiecto, naturaliter cõseruatur in supernaturaliter acquisito essendi modo. Secundo, differũt quo ad esse subiectum: nam ex sola conseruatione accidentiũ sine subiecto, dimensiones non sunt plus subiectum aliorum accidentium, quàm prius In ipsomet ar. q. fc. ar. 2. In cor. ar. In cor. ar. Ibidem. q. 75. art. 3. & 6.

QVAEST. LXXVII.

De accidentibus remanentibus in hoc sacramento in octo articulos diuisa.

DEINDE considerandum est, de accidentibus remanentibus in hoc sacramento.

Et circa hoc quæruntur octo.

¶ Primo, Vtrum accidentia quæ remanent, sint sine subiecto.

¶ Secundo, Vtrum quantitas dimensiua, sit subiectum aliorum accidentium.

¶ Tertio, Vtrum huiusmodi accidentia possint immutare aliquod corpus extrinsecum.

¶ Quarto, Vtrum possint corrumpi.

¶ Quinto, Vtrum ex eis possit aliquid generari.

¶ Sexto, Vtrum possint nutrire.

¶ Septimo, De fractione panis consecrati.

¶ Octauo, Vtrum vino cõsecrato possit aliquid permisceri.

Universidad de Deusto
Biblioteca

prius erant: prius autem erant solum receptiuæ accidentium, & non sustentatiuæ eorundem. post separationem igitur tam dimensiones, quàm reliqua accidentia remanent sine subiecto sustentãte. Et inter dimensiones & alia accidentia hoc interest, quod accidentia alia tenent subiectum receptiuum scilicet ipsas dimensiones, ipsa vero quantitas caret etiam receptiuo: sed vbi quantitati, collatus ponitur modus substantiæ, ipsa quidem nec sustentatiuo eget (quoniam est per modum substantiæ) reliquorum vero accidentium ipsa est & receptiuum & sustẽtatiuum: receptiuum quidem ex se, sustentatiuum vero ex acquisito modo substantiæ. Tertio, differunt secundum actionem, quia sola cõseruatio non constituit actiuum subiectum substantiæ & per modum substitutiæ, sed modus essendi per modum substitutiæ constituit actiuũ, vt quod respectu omnis producibilis, cuius ibi salua tur actiuum, vt quo. Quarto differunt, quo ad positionem seu potẽtiam passiuam: quoniam per solam conseruationem non acquirunt nouam aliquam potentiam passiuam: sed fi collatus ponitur modus substantiæ, collata consequẽter ponitur vis atque potentia substantiæ, vt possit scilicet inde fieri quicquid posset ex substantia, si esset.

456 Sup.q.75. ar.5.Et 1. d.47.ar.4. co.& 4.d. 12.q.1.ar 1.& 4. tic.1.& 4. con.c.63. & 65.& quo.3.ar. 1.& quol. 4.art.5& op.2.c.8. & 1.Cor. 11.lec.5.

li 4.met. tex.28.to. 3.

ARTICVLVS I.

Vtrum accidentia remaneant sine subiecto in hoc sacramento.

AD primum sic proceditur. Videtur q̃ accidentia non remaneant in hoc sacramento sine subiecto. Nihil enim inordinatum aut fallax debet esse in hoc sacramento veritatis: sed accidentia esse sine subiecto, est contra rerũ ordinem, quem Deus naturæ indidit: videtur etiam ad quandam falsitatem pertinere, cum accidentia natu raliter sint signa naturæ subiecti, ergo in hoc sacramento non sunt accidentia sine subiecto.

¶ 2 Præt. Fieri non potest etiam miraculose, quòd definitio rei ab ea separetur, vel quòd vni rei conueniat definitio alterius rei, puta quòd homo manens, homo, sit animal irrationale, ad hoc enim sequeretur contradictoria esse simul: hoc enim quod significat nomen rei, est definitio, vt dicitur in 4. metaph.* sed ad definitionem accidentis pertinet quod sit in subiecto, ad definitionem vero substantiæ, quod per se subsistat non in subiecto. non ergo potest miraculose fieri quod in hoc sacramento sint accidentia sine subiecto.

¶ 3 Præte. Accidens indiuiduatur ex subiecto. si ergo accidentia remanent in hoc sacramento sine subiecto, non erunt indiuidua, sed vniuersalia, quod patet esse falsum, quia si non essent sensibilia, sed intelligibilia tantum.

¶ 4 Præt. Accidentia per consecrationem huius sacramenti, non adipiscuntur aliquam compositionem: sed ante consecrationem non erant composita, neque ex materia & forma, neque ex quo est, & q̃ est. ergo etiã post cõsecrationẽ non sunt cõposita altero horũ modorum, q̃ est inconueniens: quia sic essent simpliciora, quàm angeli: cum tamen hæc accidentia sint sensibilia. non ergo accidentia remanent in hoc sacramento sine subiecto.

¶ Sed contra est, quod Grego. * dicit in homi. paschali, quod species sacramentales sunt illarum rerum vocabula, quæ ante fuerunt, scilicet panis & vini: & ita cum non remaneat substantia panis & vini, videtur quod huiusmodi species remaneant sine subiecto.

¶ Respon. Dicendum, quod accidentia panis & vini, quæ sensu deprehenduntur in hoc sacramẽto remanere post consecrationem, non sunt sicut in subiecto in substantia panis & vini, quę non manet, vt supra * habitum est, neque etiam in forma substantiali, quæ non manet, & si remaneret, subiectum esse non posset, vt patet per Boet. * in libr. de Trinit. Manifestum est etiam, quod huiusmodi accidentia non sunt in substantia corporis, & sanguinis Christi sicut in subiecto: quia substantia humani corporis nullo modo potest his accidentibus affici: neque etiam est possibile, quod corpus Christi gloriosum & impassibile existens, alterer ad suscipiendas huiusmodi qualitates. Dicunt autem quidam, quod sunt sicut in subiecto in aere circunstante: sed nec hoc esse potest. Primo quidem, quia aer non est huiusmodi accidentiũ susceptiuus. Secundo, quia huiusmodi accidentia non sunt vbi est aer: quinimo ad motum harum specierum, aer depellitur. Tertio, quia accidentia nõ transeunt de subiecto in subiectum, vt scilicet idem accidens numero, quod primo fuit in vno subiecto, postmodũ fiat in alio: accidens enim numerum accipit à subiecto. vnde non potest esse, quòd idẽ numero manens, sit quandoque in hoc, quandoque in illo subiecto. Quarto, quia cum aer non spolietur accidentibus propriis, simul haberet accidentia propria & aliena: nec potest dici, quod hoc fiat miraculose virtute consecrationis: quia verba consecrationis hoc non significant: quæ tamen non efficiunt, nisi suum significatum: & ideo relinquitur, quod accidentia in hoc sacramento, manent sine subiecto: quod quidẽ virtute d diuina fieri potest: cum enim effectus magis dependeat a causa prima, quàm à causa secunda, Deus qui est prima causa substãtiæ & accidentis, per suam infinitam virtutem conseruare potest in esse accidens, subtracta substantia, per quam conseruabatur in esse sicut per propriã causam: sicut etiam alios effectus naturalium causarum potest producere sine naturalibus causis: sicut humanum corpus formauit in vtero Virginis, sine virili semine.

D. 19.

¶ Ad primum ergo dicendum, quod nihil prohibet aliquid esse ordinatum secundum communem legem naturæ, cuius tamen contrarium est ordinatum secundum speciale priuilegium gratiæ, vt patet in resuscitatione mortuorum, & in illuminatione cæcorum: prout etiam in rebus humanis quædam aliquibus conceduntur ex speciali priuilegio præter legem communem: & ita etiam licet sit secundum communem naturæ ordinem, quod accidens sit in subiecto, ex speciali tamen ratione secundum ordinem gratiæ, accidentia sunt in hoc sacramento sine subiecto, propter rationes supra inductas.*

q̃ cor.ar.

¶ Ad secundum dicendum, quod cum ens non sit genus, hoc ipsum quod est esse, non potest esse essentia substantiæ vel accidentis. non est ergo definitio substantiæ, ens per se sine subiecto: nec definitio accidentis, ens in subiecto: sed quidditati seu essentiæ substantiæ competit habere esse non in subiecto, quidditati autem siue essentiæ accidentis competit habere esse in subiecto: in hoc autem sacramento non datur accidentibus, quod ex vi suæ essentiæ non sint in subiecto, sed ex diuina virtute sustentante. & ideo non desinunt esse accidentia: quia nec separatur ab eis definitio accidentis, nec competit eis definitio substantiæ.

¶ Ad tertium dicendum, quod huiusmodi accidentia acquisierunt esse iudiuiduum in substantia panis & vini: qua conuersa in corpus & sanguinem Christi, remanent virtute diuina accidentia in illo esse indiuiduato, quod prius habebant: vnde sunt singularia & sensibilia.

¶ Ad quartum dicendum, quod accidentia huiusmodi, manente substantia panis & vini, non habebant ipsa esse nec alia accidentia, sed subiecta eorum habebant huiusmodi esse per ea: sicut nix est alba per albedinem: sed ipso, q̃ a principiis illis fluunt sunt non solũ accidentia, puta color, sed sunt vis & virtus substantiæ, ita quòd possunt producere substantiam, vt inferius amplius patebit (quamuis quidam sentiant contrarium) ita quantitas eucharistiæ potest sortiri a suprema omnium substantiarum, vt ipsamet quantitas sit vice substantia &c. multo enim vehementioris ac intimioris efficaciæ est primæ substantiæ actio, quàm quicumque fluxus accidentis a principiis substantialibus subiecti. Hic est ergo modus, quo facilime absq; multiplicatione tam miraculorum quàm entium, saluantur apparentia circa accidentia eucharistiæ inter agendũ & patiendum.

¶ Quibus prælibatis, ad singula descendendo, pespice in 1. art. huius literæ in responsione ad quartum. primum quod diximus, scilicet quod accidens tranfit de quo est in quod est, & est deinceps compositum ex quod est, & quo est. Perspice secundo in art. 2. in responsione ad primum, quantitatem tranire de subiecto medio in recipiendo, in subiectum in sustentando. Pespice tertio in ar. 3. in responsione ad tertium id, quod diximus de accidentibus fluentibus a substantia. sed occurrunt in hoc loco duo intolerabilia Scoto in 12. di. 4. Primum est, quòd forma substantialis geniti non sit immediate a forma substantiali generantis: secundum est, quòd qualitates agunt in virtute formæ substantialis, producendo substantiam. Et Sco. quidem longum circa hæc processum facit: ego autem quia de sacramentis tracto, & huiusmodi disputatio non est necessaria ad sacramenti noticiam, pertranseundum censeo: declarando tamen sensum Auctoris, quem noluit forte intelligere Scotus: quoniam si illum intellexisset, nõ sic arguisset.

¶ Cum dicimus qualitates agere in virtute formæ substantialis, non somniamus rem aliam absolutam aut respectiuam, sed ipsam qualitatem esse virtutem illius substantiæ: sicut dicimus semen esse virtutem generantis. & propterea sicut conseruato semine, semen bouis generat bouem, & semen hominis generat hominẽ, proculdubio i virtute hois a quo fluxit (sol enim & homo generant hominem, vt dicitur 2. Physico) & tamen non oportet semen illud subordinanti defuncto homini, ita quòd referatur ad illum, aut moueatur ab illo, fat est enim seruari sicut fluxit ab illo: ita qualitas vini conuersi in sanguinem Christi, quia erat virtus vini, si pro quia, cõseruatur sicut erat productiua est vini, conuerteret. nguttam aquæ in vinum, non minus, quam si substantia vini subesse. Nec oportet subordinari vino conuersũ nec moueri ab illo: sed dicitur agere in virtute illius, quia est virtus, quæ fluxit ab ipso: sed hæc met. resolutionib. reseruemus. Relicta q̃ supra diximus, in art. 5 & 8. clare habentur.

Referur de consec. d.2.c.Spe cies.

9.77. art. 3. & 6.

In libr. de Trinitate med.

post consecrationem ipsa accidentia quæ remanent, habent esse, vnde sunt composita ex esse, & quod est, sicut in prima parte de angelis dictum est, † & cum hoc habent compositionem partium quantitatiuarum.

p.p.q.51. ar.2.& 3.

ARTICVLVS II.

Vtrum in hoc sacramento quantitas dimensiua panis vel uini, sit aliorum accidentium subiectum.

457 4.d.12.q. 1.ar.1.q.3 & 4.co.c. 61.& c.64 & 1. cor. 11.lc.5.fi.

AD secundum sic proceditur. Videtur quod in hoc sacramento quantitas dimensiua panis vel vini, non sit aliorum accidentium subiectum. Subiectum enim accidentis non est accidens: nulla enim forma potest esse subiectum, cum subiici pertineat ad proprietatem materiæ; sed quantitas dimensiua est quoddam accidens, ergo quantitas dimensiua non potest esse subiectum aliorum accidentium.

¶ 2 Præ. Sicut quantitas indiuiduatur ex substantia, ita etiam & alia accidentia. si ergo quantitas dimensiua panis aut vini remanet indiuiduata, secundum esse prius habitum, in quo conseruatur, patet ratione & alia accidentia remanent indiuiduata secundum esse, quod prius habebant in substantia. non ergo sunt in quantitate dimensiua sicut in subiecto, cum omne accidens indiuiduetur per suum subiectum.

¶ 3 Præt. Inter alia accidentia panis & vini quæ remanent, deprehenduntur etiam sensu rarum & sensum, quæ non possunt esse in quantitate dimensiua, præter materiam existente: quia rarum est quod habet parum de materia sub magnis dimensionibus: densum autem quod habet multum de materia sub paruis dimensionibus, vt dicitur 4. Physicor.† non ergo videtur quod quantitas dimensiua possit esse subiectum accidentium, quæ remanent in hoc sacramento.

lib.4.tex. 84.to.2.

¶ 4 Præte. Quantitas à subiecto separata, videtur esse quantitas mathematica, quæ non est subiectum qualitatum sensibilium. cum ergo accidentia, quæ remanent in hoc sacramento, sint sensibilia, videtur quod non possint esse in hoc sacramento, sicut in subiecto in quantitate dimensiua panis & vini remanente post consecrationem.

¶ Sed contra est, quod qualitates non sunt diuisibiles nisi per accidens, scilicet ratione subiecti: diuiduntur autem qualitates remanentes in hoc sacramento per diuisionem quantitatis dimensiuæ, sicut patet ad sensum. ergo quantitas dimensiua est subiectum accidentium, quæ remanent in hoc sacramento.

¶ Respondeo Dicendum, quod necesse est dicere accidentia alia quæ remanent in hoc sacramento, esse sicut in subiecto, in quantitate dimensiua panis, vel vini, remanente. Primo quidem per hoc, quod ad sensum apparet aliquid quantum esse ibi coloratum, & aliis accidentibus affectum: nec in talibus sensus decipitur. Secundo, quia prima dispositio materiæ est quantitas dimensiua, vnde & Plato * posuit primas differentias materiæ, magnum & parum: & quia primum subiectum est materia, consequens est quod omnia alia accidentia referantur ad subiectum mediante quantitate dimensiua (sicut & primum subiectum coloris dicitur esse superficies) ratione cuius quidam posuerunt dimensiones esse substantias corporum, vt dicitur in 1. metaphysic.† & quia subtracto subiecto, remanent accidentia secundum esse, q̃ prius habebant, consequens est, quod omnia accidentia remaneant fundata super quantitatem dimensiuam.

Apud Aristo. lib.1. meta.tex. 6.& 7.

li.1.text. 19.& seq. tom.3.

Tertio,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tertio, quia cum subiectum sit principium indiuiduationis accidentium, oportet id quod ponitur aliquorum accidentium subiectum, esse aliquo modo indiuiduationis principium: est enim de ratione indiuidui, quòd non possit in pluribus esse: quod quidem contingit dupliciter: vno modo, quia non est natum esse in aliquo: & hoc modo formæ immateriales separatæ, per se subsistentes, sunt etiam per seipsas indiuiduæ. Alio modo ex eo, quòd forma substantialis vel accidentalis, est quidem nata in aliquo esse, non tamen in pluribus: sicut albedo, quæ est in hoc corpore. Quantum igitur ad primum, materia est indiuiduationis principium omnibus formis inhærentibus: quia cum huiusmodi formæ quantum est de se, sint natæ in aliquo esse, sicut in subiecto, ex quo aliqua earum recipitur in materia, quæ non est in alio, iam nec forma ipsa sic existens potest in alio esse. Quantum autem ad secundum, dicendum est, quod indiuiduationis principium est quantitas dimensiua: ex hoc enim aliquid est natum esse in vno solo, quod illud est in se indiuisum, & diuisum ab omnibus aliis: diuisio autem accidit substantiæ ratione quantitatis, vt dicitur in 1. physic. † & ideo ipsa quantitas dimensiua est quoddam indiuiduationis principium huiusmodi formis, inquantum scilicet diuersæ formæ numero sunt in diuersis partibus materiæ: vnde & ipsa quantitas dimensiua secundum se habet quandam indiuiduationem, ita quod possumus imaginari plures lineas * separatas eiusdem speciei, differentes positione, quæ cadit in ratione huius quantitatis: conuenit enim dimensioni, quod sit quantitas positionem habens: & ideo potius quantitas dimensiua potest esse subiectum aliorum accidentiũ quàm econuerso.

li.1.phys. tex. 15. to mo. 2.

aliàs non habef ly separatas.

¶ Ad primum ergo dicendum, quod accidens per se non potest esse subiectum alterius accidentis: quia per se non est. Secundum verò quòd est in alio, vnum accidens dicitur esse subiectum alterius, inquantum vnum accidens recipitur in subiecto, alio mediante, sicut superficies dicitur esse subiectum coloris: vnde quando accidenti datur diuinitus vt per se sit, potest etiam per se alterius accidentis subiectum esse.

¶ Ad secundum dicendum, quòd alia accidentia, etiam secundum quòd erant in substantia panis, indiuiduabantur mediante quantitate dimensiua, sicut dictum est. * & ideo potius quantitas dimensiua est subiectum aliorum accidẽtium remanentium inhoc sacramento, quàm econuerso.

In cor. ar.

¶ Ad tertium dicendum, quòd rarum & densum, sunt quædam qualitates consequentes corpora ex hoc, quòd habent multum, vel parum de materia sub dimensionibus: sicut etiam omnia alia accidentia consequuntur ex principiis substantiæ: & ideo sicut subtracta substantia, diuina virtute conseruantur alia accidentia, ita subtracta materia, diuina virtute conseruantur qualitates materiam consequentes, sicut rarum & densum.

¶ Ad quartum dicendum, quòd quantitas mathematica non abstrahit a materia intelligibili, sed à materia sensibili, vt dicitur 7. metaphysic. † dicitur autem materia sensibilis ex hoc, quòd subiicitur sensibilibus qualitatibus: & ideo manifestum est, quod quantitas dimensiua, quæ remanet in hoc sacramento sine subiecto, non est quantitas mathematica.

N. 7. c. 35. tex. 3.

ARTIC. III.

ARTICVLVS III.

Vtrum species quæ remanent in hoc sacramento possint immutare aliquid extrinsecum.

AD tertium sic proceditur. Videtur quòd species, quæ remanent in hoc sacramento, non possint immutare aliquid extrinsecum. Probatur enim 7. physicor. quòd formæ quæ sunt in materia, fiunt à formis quæ sunt in materia, non autem à formis, quæ sunt sine materia, eo quòd simile agit sibi simile: sed species sacramentales sunt species sine materia: quia remanent sine subiecto, vt ex dictis patet. † non ergo possunt immutare materiam exteriorem, inducendo aliquam formam.

458 4. d. 12. q. 1. art. 2. q. 1. & 2.

Ar. 1. huius quæst.

¶ 2 Præte. Cessante actione principalis agentis, necesse est, quòd cesset actio instrumenti: sicut quiescente fabro, non mouetur martellus: sed omnes formæ accidentales agunt instrumentaliter in virtute formæ substantialis tam quàm principalis agentis. cum ergo in hoc sacramento non remaneat forma substantialis panis & vini, sicut supra habitum est, * videtur quòd formæ accidentales remanentes, agere non possint ad immutationem exterioris materiæ.

q. 75. art. 2. & 6.

¶ 3 Præterea. Nihil agit vltra suam speciem, quia effectus non potest esse potior causa: sed species sacramentales omnes sunt accidentia. non ergo possunt exteriorem materiam immutare, ad minus ad formam substantialem.

¶ Sed contra est, quòd si non possent immutare exteriora corpora, non possent sentiri: sentitur enim aliquid per hoc, quòd immutatur sensus à sensibili, vt dicitur 2. de anima. *

li. 2. text. 57. 74. 121. to. 2.

¶ Respondeo Dicendum, quod quia vnumquodque agit, inquantum est in actu, consequens est, quod vnumquodque sicut se habet ad esse, ita se habeat ad agere: quia igitur secundum prædicta, * speciebus sacramentalibus datum est diuina virtute, vt remaneant in suo esse quod habebant, substantia panis & vini existente, consequens est quod etiam remaneant in suo agere: & ideo omnem actionem quam poterant agere, substantia panis & vini existente, possunt d etiam agere, substantia panis & vini trãseunte in corpus & sanguinẽ Christi: vnde non est dubium, quod possunt immutare exteriora corpora.

Ar. 1. huius q. ad 3. D. 65.

¶ Ad primum ergo dicendum, quod species sacramentales, licet sint formæ sine materia existentes: retinent tamen idem esse, quod habebant prius in materia: & ideo secundum suum esse assimilantur formis, quæ sunt in materia.

¶ Ad secundum dicendum, quod ita actio formæ accidentalis dependet ab actione formæ substantialis, sicut esse accidentis dependet ab esse substantiæ: & ideo sicut diuina virtute datur speciebus sacramentalibus, vt possint esse sine substantia, ita datur eis vt possint agere sine forma substantiali, virtute Dei, à quo sicut à primo agente dependet omnis actio formæ & substantialis & accidentalis.

¶ Ad tertium dicendum, quod immutatio, quæ est ad formam substantialem, non fit à forma substantiali immediate, sed mediantibus qualitatibus actiuis & passiuis, quæ agunt in virtute formæ substantialis: hæc autem virtus instrumentalis conseruatur in speciebus sacramentalibus diuina virtute, sicut & prius erat: & ideo possunt agere ad formam substantialem instrumentaliter: per quem modum aliquid potest agere vltra suam speciem, d nen quasi virtute propria, sed virtute principalis agẽtis.

D. 92.

¶ Super

¶ Super quæstionis septuagesimæ septimæ. Art. IIII.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum species sacramentales possint corrumpi.

459 Inf. art 5. cor. Et 4. d. 12. q. 1. art. 2. q. 3. Et 4 contra ca. 66. † q. 75. ar. 3. & 6.

AD quartum sic proceditur. Videtur quòd species sacramẽtales corrumpi non possint. Corruptio enim accidit per separationem formæ à materia sed manet panis non remanet in hoc sacramento, sicut ex supradictis patet. † ergo huiusmodi species non possunt corrumpi.

¶ 2 Præ. Nulla forma corrumpitur nisi per accidens, corrupto subiecto: vnde formæ per se subsistentes, incorruptibiles sunt, sicut patet in substantiis spiritualibus: sed species sacramentales sunt formæ sine subiecto. ergo corrumpi non possunt.

¶ 3 Præ. Si corrumpuntur, aut hoc erit naturaliter, aut miraculose: sed nõ naturaliter, quia non est ibi assignare aliquod corruptionis subiectum, quod maneat corruptione terminata: similiter etiam nec miraculose: quia miracula quæ sunt in hoc sacramento, fiunt virtute consecrationis, per quam species sacramentales conseruantur, non est autem idem causa conseruationis & corruptionis. ergo nullo modo species sacramentales corrumpi possunt.

¶ Sed contra est, quòd sensu deprehenditur, hostias consecratas putrefieri & corrumpi.

¶ Respon. Dicendum, quòd corruptio est motus ex esse in non esse: dictum est autem supra, * quòd species sacramẽtales retinent idem esse quod prius habebant, substantia panis & vini existente: & ideo sicut esse horum accidentium poterat corrumpi, substãtia panis & vini existente, ita etiam potest corrumpi. illa substantia abeunte: poterant autem huiusmodi accidentia primo corrumpi dupliciter: vno modo per se, alio modo per accidens. Per se quidem, sicut per alterationem qualitatum, & augmentum vel diminutionẽ quantitatis: non quidem per modum augmenti vel diminutionis, qui inuenitur in solis corporibus animatis, qualia non sunt substantia panis & vini, sed per additionem vel diuisionem. nam sicut dicitur 3. Meta. per diuisionem vna dimensio corrumpitur, & fiunt duæ, per additionem autem econuerso ex duabus fit vna: & per hunc modum manifeste possunt corrumpi huiusmodi accidentia post consecrationem: quia & ipsa quantitas dimensiua remanens, potest diuisionem & additionem recipere, & cum sit subiectum qualitatum sensibilium, sicut dictum est, * potest etiam esse subiectum alterationis earum, puta si alteretur color aut sapor panis, aut vini. Alio modo, poterant corrumpi per accidens, per corruptionem subiectis: & hoc modo possunt corrumpi etiam post consecrationem: quamuis enim subiectum non remaneat, remanet tamẽ esse, quod habebant huiusmodi accidentia in subiecto, quod quidẽ est proprium & conforme subiecto. & ideo huiusmodi esse potest corrumpi à contrario agente, sicut corrumpebatur substantia panis vel vini, quæ etiam non corrumpebatur nisi præcedente alteratione circa accidentia. Distinguendum tamen est inter vtramque prædictarum corruptionum: quia cum corpus Christi & sanguis succedãt in hoc sacramento substantiæ panis & vini, si fiat talis immutatio ex parte accidentium, quæ non sufficeret ad corruptionem panis & vini, propter talem immutationem non definit corpus & sanguis Christi esse sub hoc sacramento, siue fiat immutatio ex parte qualitatis, puta cum modicum immutatur color aut sapor panis vel vini, siue ex parte quantitatis: sicut cum diuiditur panis aut vinum in tales partes, quòd adhuc in eis possit saluari natura panis aut vini. Si vero fiat tanta immutatio, q fuisset corrupta substantia panis aut vini, non remanent corpus & sanguis Christi sub hoc sacramento: & hoc siue ex parte qualitatum, sicut cum ita immutatur color & sapor, & aliæ qualitates panis & vini, quod nullo modo possent compati naturam panis aut vini: siue etiam ex parte quantitatis, puta si puluerizetur panis, vel vinum in tam minutas partes diuidatur, vt iam non remaneat species panis vel vini.

Ar. præc.

¶ Ad primum ergo dicendum, quod ad corruptionem per se pertinet, quod auferat esse rei, vnde inquantum esse alicuius formæ est in materia, consequens est, quod per corruptionem separetur forma à materia: si vero huiusmodi esse non esset in materia, simile tamen ei quod est in materia, posset per corruptionem auferri etiam materia, non existente: sicut accidit in hoc sacramento: vt ex dictis patet. †

¶ Ad secundum dicendum, quod species sacramentales, licet sint formæ non in materia: habent tamen esse q prius in materia habebant. In cor. ar.

¶ Ad tertium dicendum, quod corruptio illarum specierum d non est miraculosa, sed d naturalis: præsupponit tamen miraculum, quod est factum in consecratione, scilicet quod illæ species sacramentales retineant esse sine subiecto, quod prius habebant in subiecto: sicut & cæcus miraculose illuminatus, naturaliter videt. D. 23. D. 17.

ARTICVLVS V.

Vtrum ex speciebus sacramentalibus aliquid possit generari.

¶ Super quæstionis septuagesimæ septimæ, Articulum V.

460 Inf. art. 8. ad 2. Et 4. d. 12. q. 1. ar. 2. q. 4. Et 4. contra ca. 66. Et quo. 9. ar. 5. ad 3. Et 1. cor. 11. lc. 4. fi.

IN art. 5. in quo fere omnia supradicta continentur, aduerte in ratione ad tertiũ, tres esse opiniones de modo quo in instanti generationis nouæ substantiæ ex speciebus sacramẽtalibus fit materia, vel per creationẽ, vel per reparationem, vel conuersionem. Et multi quidem tenẽt, quòd per creationem resit materia, & ratio affertur a Petro de Pal quia nullum fit propterea opus nouum, quod scilicet non fuerit factum in operibus sex dierum. nam creatio antiquum opus est, & continue admiscetur in genera-

AD quintum sic proceditur. Videtur quod ex speciebus sacramentalibus nihil possit generari. Quod enim generatur, ex aliqua materia generatur: ex nihilo enim nihil generatur, quãuis ex nihilo fiat aliquid per creationem: sed speciebus sacramentalibus non subest aliqua materia nisi corporis Christi, quod est incorruptibile. ergo videtur quod ex speciebus sacramentalibus nihil possit generari.

¶ 2 Præt. Ea, quæ non sunt vnius generis, non possunt ex se inuicem fieri: non enim ex albedine fit linea: sed accidens & substantia differunt genere. cũ ergo species sacramentales sint accidẽtia, videtur quod ex eis non possit aliqua substantia generari.

Ar. 2. huius quæst.

¶ 3 Præte. Si ex eis generetur aliqua substantia corporea, illa substantia nõ erit sine accidente. si ergo ex speciebus sacramentalibus generetur aliqua substantia corporea, oportet quod ex ac-

Universidad de Deusto
Biblioteca

neratione hois. Auctori autē hæc via nō placet, vt patet in cor pore huius artic. quia ex ipsa consecratione non est, vt materia creetur vel recreetur: & propterea tenet aliam viam, scilicet q per modum co nuersionis seu transitionis quantitas transit in materiam, ita quòd virtute primi miraculi datum est quantitati, vt sit vicemateria du rante sacramēto, & in termino sacramenti, hoc est in primo non esse sacramenti, sit vere materia quemadmodum in poliricis princeps vni co imperio consti tueret aliquē pro consulem viuente consule, ita quòd in obitu consulis sit cōsul. Nec propterea putes sentire Auctorē, quod lib. 1. tex. 27. tom. 2. agens naturale, faciat de dimensionibus materiam, hoc enim stultum est: quoniam agēs naturale non facit primum subiectū suæ actionis, sed supponit illud: sed perspiciendum est, quòd agens naturale agit in vicemateriam, dispo nendo illam tamquam si esset materia ad formā substantiæ generandæ, & hoc vsquead instans generationis exclusiue. In instanti autem generationis, quod est primum non esse sacramenti, dimensio, actione diuina, virtute primi miraculi transit in materiam dispositam pro forma illa, ac si præfuisset, & sic in eodem instanti naturale agens introducit in illam, formam substantialem cum quantitate simili priori immediate ante illud existenti. Et sic inueniuntur consonare omnia reliquis generationibus naturalibus: nam naturale agens generando, & agit inquantum vsquead instans generationis, & in instanti generationis attingit nudam essentiam materiæ, educendo de illa formam substantialem, & generando compositum de genere substātiæ, corrumpendoque vicepanem, vt sic semper generatio vnius sit corruptio alterius, & econtra. Vltra autem rationem allatam ab Auctore, in promptu est alia ratio, scilicet quia idem debet esse patiens, & quod passum est in generatione substantiali: nam ea dem materia est, quæ disponitur ad formam ignis, & quæ recipit illam. Sed secundum alias opiniones non est idem quod patitur, & quod passum est. nam patitur species sacramentalis, & passum deforis venit per creationem vel reparationem. Secundum hanc autem viam idem est patiens, & quod passum est, nam patiens est dimensio, vt vicemateria, & quod passum est, est ipsamet dimensio iam vera materia.

¶ Ad rationem autem pro altera opinione dicendum est, quòd secundum istam viam minus ponitur de nouitate, immo ponitur res similima miraculo transubstantiationis: quoniam transitus dimensionis vicemateriæ in veram materiam facillimus est, vtpote de vno proportionali in aliud, & vt dictum est, non est opus nouum supposita transubstantiatione panis in corpus Christi. Præuale autem nostra hæc opinio ex alio capite in litera assata: quia scilicet nihil ponitur, quod ex vi primi miraculi non fiat, & hoc potissimum erat considerandum. Nec fallaris in refutatione aliarum opinionum, dum in corpore huius actici legis multa asserta impossibilia, quæ secundum Auctoris doctrinam possunt per diuinam omnipotentiam fieri: oportet siquidem memorem esse consuetudinis Auctoris: consueuit siquidem in quolibet genere loqui, & iudicare, & aliter reseecundum ordinem illius generis. Et propterea cum tractetur hic de sacramentis, possibile vel impossibile cē set, & asserit sm ordinē sacramētalē, vt etiam superius diximus, secundum quem ordinem dicitur, quòd annihilatū non potest redire: & similiter quòd corpus Christi non potest conuerti in substantiam panis & vini. non sis ergo solicitus, vt respondeas obiicientibus Auctori, quod contradicat sibi, aut quòd abbreuiet diuinam omnipotentiam, tamquam deficientem in potentia conuersiua corporis Christi in panem: docuit enim Auctor superius posse Deum conuertere quodcumque ens creatum in quodcumque aliud creatum, propter communionem in entitate creata &c.

¶ Circa prædicta superest adhuc dubium a Scoto tractatum circa rarefactionem specierum sacramentalium, an scilicet noua illa quantitas seu quantitatis particula, quæ per rarefactionem fit, sit naturaliter a naturali agente: apparet enim hoc impossibile: tum, ex parte actionis: quia nulla actio naturalis agentis est sine subiecto: huiusmodi autem actio, qua fit noua quantitas, est sine subiecto: tum, ex parte rei actæ: quia nullum agens naturale producit formam sine subiecto omnino: quantitas autem illa omnino caret subiecto: tum, ex parte ordinis: quia tota raritas est per se termi nus illius alteratio nis, habēs pro proprio subiecto totā quantitatem, sicut pars partem, ergo tota raritas præsupponit totā quā titatem, ergo illa quantitas est prius naturaliter maior, quàm ista raritas sit inducta, non est ergo quantitas illa ab agente naturali tum, ex parte agentis naturalis: quia agens natura le, naturaliter requirit patiens, vt conueniam materialem recepriuam formæ seu actus, qui fit, nō est ergo absque miraculo nouo, quòd agens naturale agat sine materia, aut cum vicemateria. Et cō cludit Scotus, oportere dicere, vel quod quantitas ista non fit ab agente creato, vel quod agens creatum possit agere sine passo in quod agat: & quoniam hoc secundum videtur destruere fundamenta philosophiæ naturalis, in primum declinat. Mihi autem Auctoris vestigia sectanti vtrumque facile euitandum apparet, tenendo quod huiusmodi extensio quantitatis sic ab agente naturali fit, quemad modum fieret, si conuersa substantia subesset. Vbi scito ex philosophia peripatetica, quod non omne, quod quandoque est, & quādoque non est, habet suum proprium fieri, quædam enim sunt & non sunt absque eo, quòd generentur & corrumpantur: quoniam consequuntur generationem & corruptionem aliorum, & de eorum numero est noua quantitatis pars, quæ per rarefactionem fit: cum enim vinum rarefit, rarefaciens generat raritatem, & nulla alia actione interueniente raritas illa fert secum extensionem quantitatis. & non sunt ibi duæ actiones, quarum vna producat raritatem, & altera extendat quantitatem, & propterea quā titas noua est absque hoc, quòd fiat secundum veram philosophiam. Et simili modo species vini in eucharistia, sa tiole vel igne rarefiant, extenditur quantitas consecutiue a rarefaciente.

¶ Ad primam autem obiectionem in oppositum, tam patere potest responsio, quòd nullus est opus actione sine subiecto: quoniā sola rarefactio sufficit: rarefactio autem est subiectiue in quantitate, in qua est raritas.

¶ Ad secundam vero ex eadem radice respondetur, quòd licet forma, quæ fit ab agente naturali, fiat in subiecto: quod tamen cō sequitur ex actione agentis naturalis, eundem potest modum essendi habere, quem habet subiectum, in quod tale agens agit. Et propterea si quantitas, quæ rarefactione extenditur est in subiecto: noua etiam particula erit in subiecto: & similiter si quantitas, quæ rarefactione extenditur, non est in subiecto, sed est vicesubiectum, particula quoque noua erit sine subiecto & vicesubiectum, quoniam quantitas est patiens in huiusmodi alteratione: nec intelligitur particulam quantitatis nouam esse sine subiecto ex nouo miraculo, vel ex hoc, quod continuatur quantitati præexistenti: sed ex hoc, quod educitur de potentia dimensionis vicemateriæ, ipsa vice materia permanente. Ex vi siquidem primi miraculi, sicut datum est quantitati non solum sustinere præsentia accidentia, sed etiam omnia possibilia educi de subiecto in subiectum, ipsa manente, ita datum esse oportet, vt separata existat quantumcunque extensa, quanta afficere posset conuertam substantiam, si subesset. vnde si species vini intantum rarefieret, vt vini substantia tantam extensionem non sufferret, desineret sacramentum, & noua substantia generaretur.

¶ Ad tertiam dicitur, quòd ordo naturæ est multiplex, iuxta multiplex causarum genus, & propterea licet quantitas sine noua, siue antiqua, sit secundum ordinem causę materialis prior raritate, vt recipiens prius dicitur recepto, secundum tamen ordinem causæ tam finalis quam formalis, quam agentis raritas est prior: prius enim intendit rarefaciens raritatem, quam extensionem cōcomitantem. Nec est verum simpliciter & absolute, q rarefactio seu raritas, quæ fit, præsupponat maiorē quantitatem: quāuis hoc sit verum secundum quid, hoc est cum ista additione secundum ordinem causæ materialis. nam simpliciter & absolute loquendo, extensio quantitatis præsupponit rarefactionem. sicut cōsequens id, ad quod sequitur. Et rursus simpliciter & absolute, dicēdum est quod raritas, quæ fit, cum sit, fert secum receptiuum suum, scilicet maiorem quantitatem, & hoc siue rarefactio fiat in meta substātia siue in vicesubstantia.

¶ Ad quartam dicitur falsum esse, quod opus sit nouo miraculo ad hoc, quod agens naturale naturaliter agat in vicesubiectum seu materiam: nihil enim refert ex parte agentis, an subsit verum subiectum, aut aliquid æquiualens: quoniam de æquipollentibus eadem est ratio, & idem est iudicium. Et propterea cum dicitur, agens naturale naturaliter requirere materiam rarefiantem, subintelligitur vel aliquid æquipollens: quoniam, vt dictum est, par est ratio & iudicium de æquipollentibus. Et hæc de tota hac quæstione dicta sufficiant.

Ad tertium dicendum, quod quantitas dimensiua panis & vini retinet naturam propriam, & accipit miraculose vim & proprietatem substantiæ, & ideo potest transire in vtrumque, idest in substantiam & dimensionem.

Articvlvs VI.

Vtrum species sacramentales possint nutrire.

AD sextum sic proceditur. Videtur quod species sacramentales non possint nutrire. dicit enim Ambr. * in libr. de sacramentis, non iste panis est, qui vadit in corpus, sed panis vitæ æternæ, qui animæ nostræ substantiam fulcit: sed omne quod nutrit, vadit in corpus. ergo panis iste non nutrit, & eadem ratio est de vino. 461 4. d. 12. q. 1. ar. 2. 4. 5. Et 4. contra c. 66. Et 1. cor. 11. le. 4 fi. *li. 5. de sacra. c. 4. in me. to 4. *li. 2. tex. 50. to. 2.

¶ 2 Præterea. Sicut dicitur secundo † de generatione, ex eisdem nutrimur, ex quibus sumus. species autem sacramentales sunt accidentia, ex quibus homo non constat: non enim accidens est pars substantiæ. ergo videtur, quod species sacramentales nutrire non possint.

¶ 3 Præterea. Philosophus secundo * de Anima dicit, quod alimentum nutrit, prout est substantia quædam auget autem prout est aliquid quantum: sed species sacramentales non sunt substantia. ergo non possunt nutrire. *li. 2. tex. 47. to. 2.

¶ Sed contra est, quod Apostolus 1. Corinth. 11. loquens de hoc sacramento, dicit, alius quidem esurit, alius autem ebrius est. vbi dicit gloss. quod notat illos, qui post celebrationem sacri mysterii, & consecrationem panis & vini, suas oblationes vendicabant, & aliis non communicantes, soli sumebant, ita vt inde etiam inebriarentur: quod quidem non posset contingere, si sacramentales species non nutrirent. ergo species sacramentales nutriunt.

¶ Respon. Dicendum, quod hæc quæstio difficultatem non habet, præcedenti quæstione soluta: ex hoc enim (vt dicitur 2. de Anima *) cibus nutrit, quod conuertitur in substantiam nutriti. dictum est autem † quod species sacramentales possunt conuerti in substantiam aliquam, quæ ex eis generatur. per eandem autem rationem possunt conuerti in corpus humanum, per quam possunt conuerti in cineres vel in vermes: & ideo manifestum est, quod nutriunt. Quod autem quidam dicunt, quod non vere nutriunt, quasi in corpus humanum conuertantur, sed reficiunt & confortant quadam sensuum immutatione (sicut homo confortatur ex odore cibi, & inebriatur ex odore vini) ad sensum patet esse falsum: talis enim refectio non diu sufficit homini, cuius corpus propter continuam deperditionem restaurationi indiget: & tamen homo diu sustentari posset, si hostiæ & vinum consecratum sumeret in magna quantitate. Similiter etiam non potest stare, quod quidam dicunt, quod species sacramentales nutriunt, propter formam substantialem panis & vini, quæ remanet: tum, quia non remanet, vt supra * habitum est: tum quia non est actus formæ nutriæ, sed magis materiæ, quæ accipit formam nutriti, recedente forma nutrimenti. vnde dicitur * in secundo, de Anima quod nutrimentum in principio est dissimile, in fine autem simile. *lib. 2. de alia, text. 45. & 46. tomm. 2. †ar. præc. q. 75. ar. 6. *lib. 2. de alia, text. 45. to. 2.

¶ Ad primum ergo dicendum, quod facta consecratione dupliciter potest dici panis in hoc sacramento. vno modo ipsæ species panis, quæ retinent nomen prioris substantiæ, vt Gregor. * dicit in hom. paschali. alio modo, potest dici panis ipsum corpus Christi, quod est panis

Refertur de cōsec. di. 2. cap. Species.

pidibus) quæ integra remanent post prædictorum generationem. vnde hæc positio stare non potest: quia contrariatur ei quod ad sensum apparet, & ideo alii dixerunt, quod redit substantia panis & vini in ipsa corruptione specierum: & sic ex substantia panis & vini redeunte generantur cineres, aut vermes, aut aliquid huiusmodi. sed hæc positio videtur esse impossibilis. Primo quidem: quia si substantia panis & vini conuersa est in corpus & sanguinem Christi, vt supra habitum est, * non potest substantia panis aut vini redire, nisi corpore aut sanguine Christi iterum conuerso in substantiam panis vel vini, quod est impossibile: sicut si aer sit conuersus in ignem, non potest aer redire, nisi iterum ignis conuertatur in aerem: si vero substantia panis aut vini sit annihilata, non potest iterum redire; quia quod nihilum decidit, non redit idem numero: nisi forte dicatur prædicta substantia, quia Deus de nouo creat aliam nouam substantiam loco primæ. Secundo, videtur hoc esse impossibile: quia non est dare, quando substantia panis redeat; manifestum est enim ex supra dictis, † quod manentibus speciebus panis & vini, manet corpus & sanguis Christi, quæ non sunt simul cum substantia panis & vini in hoc sacramento, secundum prædicta. * vnde substantia panis & vini non potest redire, speciebus sacramentalibus manentibus: similiter etiam nec eis cessantibus: quia iam substantia panis & vini esset sine propriis accidentibus, quod est impossibile. Nisi forte dicatur, quod in ipso vltimo instanti corruptionis specierum redit non quidem substantia panis & vini, quia illud idem instans est, in quo primo habent esse substantiæ generatæ ex speciebus, * sed materia panis & vini, quæ magis de nouo creata diceretur quam rediens, proprie loquendo: & secūdum hoc, posset sustineri prædicta positio. Verum, quia non rationabiliter videtur dici, quod miraculose aliquid accidat in hoc sacramento, nisi ex ipsa consecratione, ex qua non est, quod materia creetur vel redeat, melius videtur dicendum, quod in ipsa consecratione miraculose datur quantitati dimensiuæ panis & vini, quod sit primum subiectum subsequentium formarum. hoc autem est proprium materiæ; & ideo ex consequenti datur prædictæ quantitati dimensiuæ omne illud, quod ad materiam pertinet. & ideo quicquid posset generari ex materia panis vel vini, si adesset, totum potest generari ex prædicta quantitate dimensiua panis vel vini: non quidem nouo miraculo, sed ex vi miraculi prius facti. alias sed materia panis magis, quasi de nouo creata, &c. 9. 75. art. 4. & 2. Ar. 4. huius q. & q. 76. art. 6. ad 3. D. 23. 9. 75. ar. 2. In cor. ar. * Ibidem.

¶ Ad secundum dicendum, quod illæ species sacramentales, sunt quidem accidentia: habent tamen actū & vim substantiæ, vt dictum est. *

Universidad de Deusto
Biblioteca

*Ioco citato in arg.

est panis mysticus de cælo descendens. Ambro. † ergo cum dicit, quod iste panis non transit in corpus, accipit panem secundo modo: quia scilicet corpus Christi non conuertitur in corpus hominis, sed reficit mentem eius, non autem loquitur de pane primo modo dicto.

¶ Ad secundum dicendum, quod species sacramentales etsi non sint ea, ex quibus corpus hominis constat, tamen in ea conuertuntur, sicut dictum est.*

In cor. ar.

¶ Ad tertium dicendum, quod species sacramentales, quamuis non sint substantia, habent tamen virtutem substantiæ, sicut dictum est.*

*Ibid.

ARTICVLVS VII.

Vtrum species sacramentales frangantur in hoc sacramento.

462 4.d.10.ar.1.ad 1. & d.12.q.1.ar.3.q.1.& 2. Et 4. contra. c. 67. Et 09.2.c.2.8. Et 1 cor. 11. lec.5.

AD septimum sic proceditur. Videtur quod species sacramentales non frangantur in hoc sacramento. dicit enim Philosophus * quarto. Meteor. quod corpora dicuntur frangibilia propter determinatam dispositionem pororum, quod non potest attribui sacramentalibus speciebus. ergo sacramentales species non possunt frangi.

¶ 2 Præte. Fractionem sequitur sonus: sed species sacramentales non sunt sonabiles: dicit enim Philoso. † 2. de Anima, quod sonabile est corpus durum, habens superficiem lenem. ergo species sacramentales non frangũtur.

¶ 3 Præte. Eiusdem videtur esse, manducari, frangi, & masticari: sed verum corpus Christi est quod manducatur, secundum illud Ioan. 6. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem. ergo corpus Christi est, quod frangitur & masticatur. vnde & in confessione Berengarii † dicitur consentio sanctæ Romanæ ecclesiæ, & corde & ore profiteor panem & vinum, quæ in altari ponuntur, post consecrationem verum corpus & sanguinem Christi esse, & in veritate manibus sacerdotum tractari, frangi, & fidelium dentibus atteri. non ergo fractio debet attribui sacramentalibus speciebus.

De conse. di.2.c ego Berengarius.

¶ Sed contra est, quòd fractio fit per diuisionem quanti: sed nullum quantum ibi diuiditur, nisi species sacramentales: quia neque corpus Christi, quod est incorruptibile, neque substantia panis, quæ non manet,* neque substantia vini. ergo species sacramentales franguntur.

alias non habet ly, neque substãtia vini

Respondeo Dicendum, quod apud antiquos circa hoc multiplex fuit opinio. quidam enim dixerunt, quod non erat in hoc sacramento fractio, secundum rei veritatem, sed solum secundum aspectum intuentium: sed hoc non potest stare, quia in hoc sacramento veritatis sensus non decipitur circa ea, quorum iudicium ad ipsum pertinet, inter quæ est fractio, per quam ex vno fiunt multa: quæ quidem sunt sensibilia communia, vt patet in lib. † de Anima. vnde alii dixerunt, quod erat quidem ibi vera fractio sine subiecto * existente sed hoc etiam sensui contradicit: apparet enim in hoc sacramento aliquid quantum, prius vnum existens, postea in multa partitum, quod quidem oportet esse subiectum fractionis. non autem potest dici, quòd ipsum corpus Christi verum frangatur. primo quidem, quia est incorruptibile & impassibile: secundo, quia est totum sub qualibet parte (vt supra habitum est †) quod quidem est contra rationem eius, quod frangitur. vnde relinquitur, quòd fractio sit sicut in subiecto in quantitate dimensiua panis, sicut & alia accidentia, & sicut species sacramentales sunt sacramentum corporis Christi veri, ita fractio huiusmodi specierum est sacramentum dominicę passionis, quę fuit in corpore Christi vero.

lib.2. tex. 64. & 33. com.2. *alias nõ habet ly existente.

q.76.ar.3.

¶ Ad primum ergo dicendum, quod sicut in speciebus sacramentalibus, remanet rarum & densum (vt supra dictum est †) ita etiam remanet ibi porositas, & per consequens frangibilitas.

*ar.2.huius quæst. ad 3.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ densitatem sequitur duritia: & ideo ex quo in speciebus sacramentalibus remanet densitas, consequens est quòd remaneat ibi duritia, & per consequens sonabilitas.

¶ Ad tertium dicendum, quod illud, quod manducatur in propria specie, ipsum & frangitur & masticatur in sua specie: corpus autem Christi non manducatur in sua specie: sed in specie sacramentali. vnde & super illud Ioannis 6. Caro non prodest quicquam, dicit Augustin. * hoc est intelligendum secundum illos, qui carnaliter intelligebant, carnem quippe sic intellexerunt, quomodo in cadauere dilaniatur, aut in macello venditur: & ideo ipsum corpus Christi non frangitur, nisi secundum speciem sacramentalem. & hoc modo intelligenda est confessio Berengarii, vt fractio & attritio dentium referatur ad speciem sacramentalem, sub qua vere est corpus Christi.

Trac.27. in Ioã. inter princ. & med.to.9.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum aliquis liquor possit vino consecrato commisceri.

463 4.dist.13. q.1.ar.2.q. 6. Et quo. 11.ar.3.

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur quòd vino consecrato, non possit aliquis liquor misceri. omne enim quod permiscetur alicui, recipit qualitatem ipsius: sed nullus liquor potest recipere qualitatem sacramentalium specierum: quia accidentia illa sunt sine subiecto, vt dictum est.* videtur, quod nullus liquor possit permisceri speciebus sacramentalibus vini.

*ar.1.huius quæst.

¶ 2 Præte. Si aliquis liquor permisceatur illis speciebus, oportet quòd ex his fiat aliquid vnum: sed non potest fieri aliquid vnum, neque ex liquore (qui est substantia) & speciebus sacramentalibus, quæ sunt accidentia: neque ex liquore & sanguine Christi, qui ratione suæ incorruptibilitatis, neque additionem recipit neque diminutionem. ergo nullus liquor potest admisceri vino consecrato.

¶ 3 Præ. Si aliquis liquor admisceatur vino consecrato, videtur quòd etiam ipsum efficiatur consecratum: sicut aqua quæ admiscetur aquæ benedictæ, efficitur benedicta: sed vinum consecratum, est vere sanguis Christi. ergo etiam liquor permistus esset sanguis Christi, & ita aliquid fieret sanguis Christi aliter, quam per consecrationem, quod est inconueniens. non ergo vino consecrato potest aliquis liquor permisceri.

¶ 4 Præterea. Si duorum vnum totaliter corrumpatur, non erit mistio, vt dicitur in primo * de Generatione: sed ad permistionem cuiuscumque liquoris, videtur corrumpi species sacramentalis vini, ita quod sub ea desinat esse sanguis Christi: tum, quia magnum & parvum sunt differentiæ quantitatis, & diuersificant ipsam, sicut album & nigrum, colorem: tum etiam, quia liquor permistus, cum non habeat obstaculum, videtur vndique diffundi per totum, & ita definit ibi esse sanguis Christi, qui non est ibi simul cum alia substãt. non ergo aliquis liquor potest permisceri vino consecrato.

li.1.tex. 82. vsque ad 90. 10.

¶ Sed contra est, quod ad sensum patet, alium liquorem vino permisceri posse post consecrationem, sicut & ante.

¶ Respon.

*ar. 1. & 3. huius q.

¶ Respond. Dicendum, q̃ istius quæstionis veritas manifesta est ex præmissis.* dictum est enim supra, quòd species in hoc sacramento remanentes, sicut adipiscuntur virtute consecrationis modum essendi substantiæ, ita etiam consequuntur modum agendi & patiendi: vt scilicet agere & pati possint, quicquid ageret vel pateretur substantia, si ibi præsens existeret. manifestum est autem, quòd si esset ibi substantia vini, liquor aliquis posset ei permisceri: huius tamen permixtionis diuersus esset effectus, & secundum formam liquoris, & secundum quantitatem: si enim permisceretur aliquis liquor in tanta quantitate, q̃ posset diffundi per totum vinum, totũ fieret permixtum: quod autem est commixtum ex duobus, neutrum miscibilium est: sed vtrumque transit in quoddam tertium ex his compositum. vnde sequeretur, q̃ vinum prius existens, non remaneret. sed si liquor permixtus esset alterius speciei (puta si permisceretur aqua) solueretur species vini, & esset liquor alterius speciei. si autem esset eiusdem speciei liquor adiunctus (puta si vinum permisceretur vino) remaneret quidem eadẽ species, sed non remaneret idem numero vinum, quod declarat diuersitas accidentiu m: puta si vnum vinum esset album, & aliud rubeum. Si verò liquor adiunctus esset tam paruæ quantitatis, q̃ non posset perfundi per totũ, non fieret totũ vinum permixtum, sed aliqua pars eius. quæ quidem non remaneret eadem numero propter permixtionem extraneæ materiæ: remaneret tamẽ eadem specie, non solum si paruus liquor permixtus esset eiusdem speciei, sed etiam si esset alterius speciei, quia gutta aquæ multo vino permixta, transit in speciem vini, vt dicitur in primo* de Generatione. manifestum est autem ex prædictis, † q̃ corpus & sanguis Christi remanet in hoc sacramento, quamdiu illæ species manent eædem numero: consecratur enim hic panis, & hoc vinum. vnde si fiat tanta permixtio liquoris cuiuscumque, quòd pertingat ad totum vinum consecratum, & fiat permixtum, erit aliud numero, & non remanebit ibi sanguis Christi: si verò fiat tam parua alicuius liquoris adiunctio, quòd non possit diffundi per totum, sed vsque ad aliquam partem specierum, desinet esse sanguis Christi sub illa parte vini consecrati, remanebit d tamen sub alia.

*loco citato in solut. præce.

*lib.1 tex. 34.39.& 88 to.2. †ar.4.huius quæst. & q. 76.ar.6.ad 3.

D.22.

*In decret. lib.3. ti.41. c.cum Martheæ parag. quæstisti. D.16.

¶ Ad primum ergo dicendum, q̃ Innoc. III. * dicit in quadam Decre. q̃ ipsa accidentia vinum appositũ videntur afficere: quia si aqua fuerit apposita, vini saporem assumit: contingit igitur accidentia d mutare subiectum, sicut & subiectum contingit accidentia permutare. cedit quippe natura, miraculo, & virtus supra consuetudinem operatur. hoc tamen non est sic intelligendum, quasi idem numero accidens, quod prius fuit in vino ante consecrationem, postmodum fiat in vino apposito: sed talis permutatio fit per actionem. nam accidentia vini remanentia, retinent actionem substantiæ secundum prædicta: * & ita immutando, afficiunt liquorem appositum.

*In cor.art.

¶ Ad secundum dicendum, quòd liquor appositus vino consecrato, nullo modo miscetur substantiæ sanguinis Christi: miscetur tamen speciebus sacramentalibus: ita tamen q̃ per mixtione facta, corrumpuntur prædictæ species, vel in toto, vel in parte secundum modum, quo supra dictum est,* quòd ex speciebus illis potest aliquid generari. & si quidem corrumpantur in toto, nulla iam remanet quæstio: quia iam totum erit vniforme. si autem corrumpantur in parte, erit quidem vna dimensio secundum continuitatem quantitatis, non tamen vna secundum modum essendi: quia vna pars eius erit sine subiecto, alia erit in subiecto: sicut si aliquod corpus constituatur ex duobus metallis, erit vnum corpus secundum rationem quantitatis, non tamen vnum secundum speciem naturæ.

*Ibidem.

¶ Ad tertium dicendum, quòd sicut Innocent. III. dicit in decretali prædicta, * si post consecrationem calicis aliud vinum mittatur in calicem, illud quidem non transit in sanguinem, neque sanguini commiscetur: sed accidentibus prioris vini commixtum, corpori quod sub eis latet, vndique circumfunditur, non madidans circunfusum, quod quidem intelligendum est, quando non fit tanta permixtio liquoris extranei, quòd sanguis christi desinat esse sub toto: tunc enim dicitur vndique circũfundi, non quia tangat sanguinem Christi, secundũ eius proprias dimensiones, sed secundum dimensiones sacramentales, sub quibus continetur: nec est simile de aqua benedicta, quia illa benedictio nullam immutationem facit circa substantiam aquæ, sicut facit consecratio vini.

*In arg.

¶ Ad quartum dicendum, quòd quidam posuerũt, q̃ quantumcumque parua fiat extranei liquoris permixtio, substantia sanguinis Christi desinit esse sub toto, & hoc ratione inducta, * quæ tamen non cogit, quia magnum & paruum diuersificant quantitatem dimensiuã, non quantum ad eius essentiam, sed quantum ad determinationem mensuræ. Similiter etiam liquor appositus, adeo potest esse paruus, q̃ sua paruitate impeditur, ne diffundatur per totum, & non solis dimensionibus, quæ licet sint sine subiecto; tamen obstant alteri liquori, sicut & substantia, si ibi adesset secundum ea, quæ præmissa sunt.

QVAEST. LXXVIII.

De forma sacramenti eucharistiæ, in sex articulos diuisa.

DEinde considerandum est de forma huius sacramenti.

Et circa hoc quæruntur sex.

¶ Primo, Quæ sit forma huius sacramenti.
¶ Secundo, Vtrum sit conueniens forma consecrationis panis.
¶ Tertio, Vtrum sit conueniens forma consecrationis sanguinis.
¶ Quarto, De virtute vtriusque formæ.
¶ Quinto, De veritate locutionis.
¶ Sexto, De comparatione vnius formæ ad aliam.

ARTICVLVS I.

Vtrum sit forma huius sacramenti, hoc est corpus meum, & hic est calix sanguinis mei.

¶ *Super quæstionis 78. tres primos Articulos.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur q̃ hæc non sit forma huius sacramẽti, hoc est corpus meum, & hic est calix sanguinis mei. Illa enim verba videntur pertinere ad formam huius sacramenti, quibus Christus corpus suum & sanguinem consecrauit, sed Christus ante benedixit panem accepit, & postea dixit, Accipite & comedite, hoc est corpus meum (vt hꝫ Matt. 26.) & similiter fecit de calice. ergo prædicta verba non sunt forma huius sacramenti.

¶ 2 Præterea. Eusebius emissenus

Tertia S. Tho.

Circa primos articul. quæstionis 78. tractandum occurrit dubium de verbis necessariis ad consecrationem sanguinis. Et omissis argumentis hinc & inde planis incedẽdo via scienciũ est Græcos & Latinos non conuenire in verbis consecrationis sanguinis. Nam, vt Durand. refert, & nos certificari quoque sumus, quatuor dictiones ha-

464 4.di.8. q.2. ar.2.& 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

* Refertur hæc forma nostra, de consec. d.1.ca.quia corpus assumptum.

dicit,* q̄ inuisibilis sacerdos visibiles creaturas in suū corpus conuertit, dicens, Accipite, & comedite, hoc est corpus meum. ergo totum hoc vī pertinere ad formam huius sacrī. & cadē ratio est de verbis pertinētibus ad sanguinem.

¶ 3 Præ. In forma baptismi exprimitur persona ministri & actus eius, cum dī, Ego te baptizo: sed in præmissis verbis, nulla fit mentio de persona ministri, nec de actu eius, ergo non est conueniens forma sacramenti.

¶ 4 Præ. Forma sacrī sufficit ad perfectionem sacrīs vnde sacrm baptismi quandoque perficī pōt solis verbis formæ prolatis, omnibus aliis prætermissis. si ergo prædicta† verba sunt forma huius sacrī, vī q̄ aliquādo possit hoc sacrm perfici his solis verbis prolatis, & omnibus aliis prætermissis, quæ in missa dicuntur. quod tamen videt esse falsum: quia vbi verba alia prætermitterent, prædicta verba *acciperent ex persona sacerdotis proferentis, in cuius corpus & sanguinē panis & vinū non conuertunt nō ergo prædicta verba sunt forma huius sacramenti.

† In arg. 1. posita.

¶ Sed contra est, quòd Amb.* dicit in li. de sacrīs: cōsecratio fit verbis & sermonibus Dñi Iesuna per reliqua oīa quæ dicūtur, laus Deo refertur, oratione petitur pro populo, pro regibus, pro cæteris. ubi autem sacramentum conficitur, iam non suis sermonibus sacerdos vtitur, sed vtitur sermonibus Christi. ergo sermo Christi hoc conficit sacramentum.

* lib.4.c.4 Paulo a pri ci. to.4.

¶ Respon. Dicendum, q̄ hoc sacramentum ab aliis sacrīs differt in duobus: primo quidem, quantum ad hoc, q̄ hoc sacrm perficitur in consecratione materiæ: alia verò sacra perficiunt in vsu materiæ consecratæ. Secundo, quia in aliis sacramentis consecratio materiæ consistit solum in quadā benedictione, ex qua materia consecrata accipit instrumentaliter quandā spiritualem virtutem, quæ per ministrū, qui est instrumentum animatum, pōt ad instrumenta inanimata procedere: sed in hoc sacro consecratio materiæ consistit in quadam miraculosa cōuersione substantiæ, quæ à sōlo Deo perfici potest: vnde minister in hoc sacramēto perficiendo non habet alium actū, nisi prolationem verborum. & quia forma debet esse conueniens rei, ideo forma huius sacrī differt à formis aliorum sacramentorum in duobus. primo quidem, quia formæ aliorū sacramentorum important vsum materię, puta baptizationem, vel consignationem, sed forma huius sacramenti importat solam consecrationē materiæ, quæ in transubstantiatione consistit: puta cum dicitur, hoc est corpus meū, vel hic est calix sanguinis mei. Secundo, quia formæ aliorum sacramentorum proferuntur ex persona ministri, siue per modum exercentis actum, sicut cum dicitur, ego te baptizo, vel, ego te confirmo: siue per modum imperantis, sicut in sacramento ordinis dicitur, Accipe potestatem, &c. siue per modum deprecantis, sicut cum in sacramento extremæ vnctionis dicit, per istam vnctionem, & nostram interessionem, &c. sed forma huius sacramenti profertur quasi ex persona ipsius Christi loquentis, vt detur intelligi, q̄ minister in perfectione huius sacramenti nihil agit, nisi q̄ profert verba Christi.

¶ Ad primum ergo dicendum, q̄ circa hoc est multiplex opinio: quidā enim dixerunt, q̄ Christus, qui habebat potestatem excellentiæ in sacramentis, absque omni forma verborum hoc sacramentum perfecit, & postea uerba protulit, sub quibus alii post modum consecrarent, quod videntur sonare verba Innocen. III. *dicentis, sanè dici potest, q̄ Christus virtute diuina confecit, & postea formam expressit, sub qua posteri benedicerent: sed contra hoc expressè sunt verba euangelii, in quibus dicitur q̄ Christus benedixit, quæ quidem benedictio ali quibus verbis facta est. vnde prædicta verba Innocen. sunt opinatiuè magis dicta, quàm determinatiuè quidam autem dixerunt, q̄ benedictio illa facta est quibusdam aliis verbis nobis ignotis, sed nec hoc stare potest: quia benedictio consecrationis, nunc perficitur per recitationem eorum, quæ tūc acta sunt. vnde si tunc per hæc verba non est facta consecratio, nec modo fieret, & ideo alii dixerunt: q̄ illa benedictio eisdem etiam verbis facta est, quibus modo fit, sed Christus ea bis protulit. Primo quidem, secretè ad consecrandum: secundo, manifestè ad instruendum, sed nec hoc stare potest, quia sacerdos consecrat, proferens hæc verba, non ut à Christo in occulta benedictione dicta, sed vt publicè prolata. vn de cum non habeant uim huiusmodi verba, nisi ex Christi prolatione, videtur q̄ etiam Christus manifestè ea proferens consecrauerit. & ideo alii dixerunt, q̄ euangelistæ non semper eundem ordinem in recitando seruauerūt quo res sunt gestæ, vt patet per Augu. *in lib. de consensu euangelistarum. vnde intelligendum est ordinē rei gestæ sic exprimi posse, Accipiens panē benedixit, dicens, hoc est corpus meū, & deinde fregit, & dedit discipulis suis sed idem sensus haberi potest etiam verbis euangelii non mutatis: nā hoc participium dicens, concomitantiam quandam importat verborum prolatorum ad ea quæ præcedunt: non autē oportet q̄ hæc concomitantia intelligatur solum respectu vltimi verbi q̄ lati, quasi Christus tunc ista uerba protulerit, quando dedit discipulis suis: sed potest intelligi concomitantia respectu totius præcedentis, ut sit sensus, dum benediceret, frangeret, & dabat discipulis suis, hæc verba dixit, Accipite, &c.

* Id hēt in lib.4. de ultimo sacramento. 6. circa fi.

¶ Ad secundum dicendum, q̄ in his verbis, Accipite & comedite, intelligitur vsus materiæ consecratæ, qui non est de necessitate huius sacramenti (vt supra habitum est†) & ideo nec hæc verba sunt de substantia formæ: quia tamen ad quandam perfectionē sacrī pertinet materiæ consecratæ vsus (sicut operatio non est prima, sed secunda perfectio rei) ideo per omnia ista verba exprimitur tota perfectio huius sacramenti: & hoc modo Eusebius intellexit* his verbis confici sacrm, quātum ad primam & secūdam perfectionem ipsius.

† 3 q. 74. ar. 7

* loco citato in arg.

¶ Ad tertium dicendum, q̄ in sacramento baptismi minister aliquem actum exeret circa vsum materiæ, qui est de essentia sacramenti, quod nō est in hoc sacramento, & ideo non est simi lis ratio.

¶ Ad quartum dicendum, q̄ quidā dixerunt, hoc sacramentum perfici non posse, prædictis verbis prolatis, & aliis prætermissis, præcipuè quæ sunt in canone missæ: sed hoc patet esse falsum, tum, ex verbis Amb. *supra inductis, tum ēt, quia canon missæ nō est idē apud oēs, nec sm oīa tempora, sed diuersa sunt à diuersis apposita. vnde dicendum est, q̄ si sacerdos sola verba prædicta proferret cum intentione cōficiendi hoc sacrm, perficeretur hoc sacrm, quia intētio faceret, vt hæc verba intelligerentur, quasi ex persona Christi prolata, ēt si verbis præcedentibus hoc non recitaretur: grauiter tamen peccaret sacerdos sic conficiens hoc sacrm, vtpote ritum ecclesiæ non seruans: nec est simile de baptismo, quod est sacrm necessitatis, defectum autem huius sacramenti pōt supplere spiritualis manducatio, sicut Augustinus† dicit.

* in arg. sed contra.

† Tra. 26. in Io. to. 9.

† Colligit ex eo, quod ex Aug. refertur de cōsec. d. 4. c. Nulli.

Articvlvs II.

Vtrū sit conueniens forma consecrationis panis, hoc est corpus meum.

AD Secundum sic proceditur. Videtur q̄ hæc non sit conueniens forma cōsecrationis panis, hoc est corpus meum: per formam. n. sacrī debet exprimi sacrī effectus: sed effectus, qui fit in consecratione panis, est conuersio substantiæ panis in corpus christi, quæ magis exprimitur per hoc verbum fit, quàm per hoc verbum est. ergo in forma consecrationis deberet dici, hoc fit corpus meum.

¶ 2 Præterea. Amb. †dicit in li. de sacrīs: sermo Christi hoc conficit sacramentum, quis sermo Christi? hic, quo facta sunt cīa: iussit Dominus, & facta sunt cæli, & terra. ergo & forma huius sacrī conuenientior esset per verbum imperatiuum, vt diceretur, hoc fit corpus meum.

† 3 q. 74. ar. 7 in corp.

¶ 3 Præt. Per subiectum huius locutionis importatur illud, quod conuertitur, sicut per prædicatum importat conuertionis terminus, sed sicut est de terminatum id, in quod fit conuersio (non. n. fit conuersio in corpus Chri) ita est determinatum id, quod conuertitur: non. n. conuertīt in corpus Chri nisi panis. ergo sicut ex parte prædicati ponitur nomen, ita ex parte subiecti debet poni nomen, vt dicatur, hic panis est corpus meum.

¶ 4 Præt. Sicut id, in quod terminat cōuersio, est determinatæ naturæ (quia est corpus) ita ēt est determinatæ personæ. ergo sicut ad determinandum naturam dicitur corpus, ita ad determinādam personam deberet dici, hoc est corpus Christi.

¶ 5 Præt. In verbis formæ nō debet poni aliquid. quod non sit de substantia eius. inconuenienter ergo additur in quibusdam libris hæc coniunctio, enim, quæ non est de substantia formæ.

¶ Sed contra est, quòd Dñs hac forma in consecrando est vsus, vt patet Matt. 26.

¶ Respondeo dicendam, quòd hæc est conueniens forma consecrationis panis: dictum est. n. * q̄ hæc consecratio consistit in conuersione substātiæ panis in corpus Christi: oportet autē formam sacrī significare id, quod in sacramento efficitur. vnde & forma consecrationis panis debet significare ipsam conuertionē panis in corpus Christi, in qua tria considerantur. s. ipsa cōuersio, & terminus a quo, & terminus ad quem. conuersio autem pōt considerari dupliciter. vno modo, vt in fieri: alio modo, vt in facto esse. non autem debuit significari conuersio in hac forma, vt in fieri, sed ut in facto esse. Primo quidem: quia hæc conuersio nō est successiua (vt supra dictum est*) sed instantanea: in huiusmodi aūt mutationibus fieri. non est nisi factum esse. Secundo, quia ita se habent formæ sacramentales ad significandum effectū sacramenti, sicut se habent formæ artificiales ad repræsentandum effectum artis. Forma autem artificialis, est similitudo ultimi effectus, in quem fertur intentio artificis: sicut forma artis in mēte ædificatoris, est forma domus ædificatæ principaliter, ædificationis autem per consequens. unde & in hac forma debet exprimi conuersio, ut in facto esse ad quod fertur intentio. & quia ipsa conuersio exprimitur in hac forma, vt in facto esse, necesse est, q̄ extrema conuersionis, significētur, ut se habent in facto esse cōuersionis, tūc aūt terminus ad quem, habet propriā naturam suæ substātiæ: sed terminus a quo, non manet secundum suā substantiam, sed solum secundum accidentia, Theologus, sufficere nobis debet ex solido fundamēto veritatem cognoscere.

* q. 75. ar. 8.

¶ In responsione ad 4 primum art. specialiter notandum occurrit, q̄ Scot. in 4. di. 4. in dubium ēt vertit, quod ambiguum relinquit, an sola verba cōsecrationis prolata a sacerdote conficiāt hoc sacrm, præter missis aliis, quæ in canone missæ continentur, motus ratione in litera allata. s. q̄ verba hui ōi debēt ex ui verborū significare hoc esse corpus Chri sti, alioquin non significarēt quod efficitur in hoc sacro, sed prætermissis aliis hoc non significaretur hoc esse corpus sacerdotis ex vi verborū, licet ex intentione significaretur esse corpus Christi. Scito igitur dupliciter verba hæc proferri a sacerdote. s. recitative, & significative. Et si ad recitationem spectetur, opinio quam sequitur Scot. ab auctore improbata, rationabilis inuenitur, quoniam non recitaret hoc esse corpus Christi, nisi prærecitaretur Christum dixisse, hoc est corpus meum, & quo ad hoc. s. recitationis vim procedit rō adducta. sed si uerba hæc significative solum considerentur, eum proferuntur a sacerdote in persona Christi, ex hoc ipso, q̄ sacerdos dicit ea in persona Christi, significant hoc esse corpus Christi. Et comparādo hos duos modos proferendi adinuicem, secundus præponderat primo, propter duo tum, quia recitatiue uerba tenentur materialiter: tum quia recitatiue sacerdos non conficit ī persona christi, sed recitat christum conficientē. In concilio autem Flor. sub Eugenio III. legimus hæc verba, sacerdos in persona Christi, loquens hoc conficit sacrm. Vnde sequi-

art. præced

D. 375.

Universidad de Deusto
Biblioteca

seq̃tur, quòd intentio sacerdotis ad gerendum personam Christi, in hoc ipso quòd intendit conficere sacramentum, sufficiat, ad exprimẽdum ex vi verborum, hoc esse corpus Christi, dicendo in persona Christi, hoc est corpus meum. Et hac ratione motus est Autor: vt patet in litera.

Q. 76. ar. 1. ad 2.

quibus sensui subiacet, & ad sensum determinari potest. vnde conuenienter terminus conuersionis à quo, exprimitur per pronomen demonstratiuum relatum ad accidẽtia sensibilia, quæ manent: terminus ad quem, exprimitur per nomẽ significans naturã eius, in quod fit conuersio, quod quidem est totum corpus Christi, & non sola caro eius, vt dictum est. † vnde hæc forma est conuenientissima, hoc est corpus meum.

¶ Ad primũ ergo dicendum, quòd fieri non est vltimus effectus huius consecrationis, sed factum esse, vt dictum est. * et ideo hoc potius exprimi debet in forma.

* In corp. arti.

¶ Ad secundum dicendum, quòd sermo Dei operatus est in creatione rerum, qui etiam operatur in hac cõsecratione: aliter tamen & aliter. nam hic operatur effectiuè & sacramentaliter. idest secundum vim significationis: & ideo oportet in hoc sermone significari vltimũ effectum cõsecrationis per verbum substantiuum indicatiui modi, & præsentis temporis: sed in creatione rerum operatus est solũ effectiuè, quæ quidem efficientia est per imperium suæ sapientiæ: & ideo in creatione rerum exprimitur sermo diuinus per verbum imperatiui modi, secundum illud Gene. 1. Fiat lux, & facta est lux.

¶ Ad tertium dicendum, quòd terminus a quo in ipso factoesse conuersionis, non retinet naturam suæ substãtiæ, sicut terminus ad quem: & ideo non est simile.

¶ Ad quartum dicendum, quòd per hoc pronomen, meum, quod includit demonstrationem primæ personæ (quæ est persona loquentis) sufficienter exprimitur persona Christi, ex cuius persona hæc proferuntur, vt dictũ est. *

* art. præc. & art. 1.

¶ Ad quintum dicẽdum, quòd hæc coniũctio, enim, apponitur in hac forma, secundum consuetudinem Romanæ ecclesiæ, à beato Petro apostolo deriuatam, & hoc propter continuationem ad verba præcedentia: & ideo non est de forma, sicut nec verba præcedentia formam.

ARTICVLVS III.

Vtrum hæc sit conueniens forma consecrationis vini, hic est calix sanguinis mei, &c.

4. dist. 8. q. 2. art. 2. q. 3. & 3. Et 1. cor. 11. lec. 6.

AD Tertium sic proceditur. Videtur quòd hæc non sit conueniens forma consecrationis vini, hic est calix sanguinis mei, noui & æterni testamenti, mysterium fidei, qui pro vobis & pro multis effundetur in remissionem peccatorum. sicut enim panis cõuertitur in corpus Christi ex vi consecrationis, ita & vinum in sanguinem Christi, sicut ex predictis patet. † sed in forma consecrationis panis, ponitur in recto corpus Christi, nec aliquid aliud additur. inconuenienter ergo in hac forma ponitur sanguis Christi in obliquo, & additur calix in recto, cum dicitur, hic est calix sanguinis mei.

Q. 76. ar. 1. & 2.

¶ 2 Præterea. Non sunt maioris efficaciæ verba, quæ proferuntur in consecratione panis, quàm ea quæ proferuntur in consecratione vini, cum vtraque sint verba Christi: sed statim dicto, hoc est corpus meum, est perfecta consecratio panis. ergo statim cum dictum est, hic est calix sanguinis mei, est perfecta consecratio sanguinis, & ita ea quæ sequuntur, non videntur esse de substantia formæ, præsertim cum pertineant ad proprietates huius sacramenti.

¶ 3. Præt. Testamentum nouum pertinere uidetur ad internam inspirationem, vt patet ex hoc, quòd Apostolus ad Hebr. 8. introducit verba, quæ habentur Hier. 31. Consumabo super domum Israel testamentum nouum, dando leges meas in mentibus eorum: sacramentum autem exterius visibiliter agitur. inconuenienter ergo in forma sacramenti dicitur, noui testamenti.

¶ 4. Præt. Nouum dicitur aliquid ex eo, q̃ est prope principium sui esse: æternum autem non habet principium sui esse: ergo inconuenienter dicitur, noui & æterni: quia videtur contradictionem implicare.

¶ 5. Præt. Occasiones erroris sunt hominibus subtrahendæ, secundum illud Isa. 57. Auferte offendicula de via populi mei: sed quidam errauerunt, æstimantes mystice solum esse corpus, & sanguinem Christi in hoc sacramẽto. ergo in hac forma inconuenienter ponitur mysterium fidei.

¶ 6 Præt. Supra dictum est, * quòd sicut baptismus est sacramentum fidei, ita eucharistia est sacramentum charitatis. ergo in hac forma magis debet poni charitas, quàm fides.

* q. 73. art. 3. ad 3.

¶ 7 Præt. Totum hoc sacramentum, & quantum ad corpus, & quantum ad sanguinem, est memoriale dominicæ passionis, secundum illud primæ Cor. 11. Quotiescunque manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem Domini annuntiabitis. non ergo magis debuit in forma consecrationis sanguinis fieri mentio de passione Christi, & eius fructus, quàm in forma consecrationis corporis, præsertim cum Luca vigesimosecundo. Dominus dixerit, hoc est corpus meum, 'quod pro vobis tradetur.

¶ 8. præter. Passio Christi (vt supra habitum est †) ad sufficientiam profuit omnibus, quantum verò ad efficientiam, profuit multis. debuit ergo dici, qui effundetur pro omnibus aut pro multis, sine hoc quòd addere-tur, pro vobis.

Q. 48. 2. & art. 2.

¶ 9 Præt. Verba quibus hoc sacramentum conficitur, efficaciam habent ex institutione Christi: sed nullus euãgelista recitat Christum hæc omnia verba dixisse. ergo hæc non est conueniens forma consecrationis vini.

¶ Sed contra est, quod ecclesia ab apostolis instructa, * vtitur hac forma in consecrationis vini.

De celebr. missæ. cũ Martino.

¶ Respon. Dicendum, quòd circa hanc formam est duplex opinio: quidam enim dixerunt, quòd de substantia formæ huius est hoc solum quod dicitur, hic est calix sanguinis mei, non autem ea quæ sequuntur, sed hoc videtur inconueniens: quia ea quæ sequuntur, sunt quædam determinationes prædicati, idest sanguinis Christi: vnde pertinent ad integritatem * eiusdem locutionis. Et propter hoc, sicut alij melius dicũt, omnia sequentia sunt de substantia formæ vsque ad hoc, quod postea sequitur, hoc quotiescunque feceritis, quod pertinet ad vsum huius sacramenti: vnde non est de substantia formæ. & inde est, quòd sacerdos eodem ritu & modo, scilicet tenendo calicem in manibus, omnia hæc verba profert. Luc. etiam 22. in eponuntur verba sequentia verbis præmissis, cum dicitur, Hic calix nouum testamentũ est in meo sanguine. dicendum est ergo, quòd omnia prædicta * verba sunt de substantia formæ, sed per prima verba, cum dicitur, hic est calis sanguinis mei, significatur ipsa conuersio vini in sanguinem, eo modo quo dictum est † in forma consecrationis panis: per verba autem sequentia designatur virtus sanguinis effusi in passione, quæ operatur in hoc sacramento, quæ quidem ad tria ordinatur. Primo quidem, & principaliter, ad adipiscendam æternam hæreditatem, secundum

* alius non habetur. 1. Cor. 11.

* posset in arg.

art. præced.

secundum illud Heb. 10. Habemus fiduciam in introitu sanctorum per sanguinem eius. et ad hoc designandum dicitur, noui & æterni testamenti. Secundo, ad iustitiam gratiæ, quæ est per fidem, secundum illud Rom. 3. Quem proposuit Deus propitiatorem per fidem in sanguine eius, vt sit ipse iustus & iustificans eum, qui ex fide est Iesu Christi, & quantum ad hoc subditur, mysterium fidei. Tertio autem, ad remouendum impedimenta vtriusque prædictorum, scilicet peccata, secundum illud Heb. 9. sanguis Christi emundabit conscientias nostras ab operibus mortuis, idest à peccatis. & quantum ad hoc subditur, qui pro vobis & pro multis effundetur in remissionem peccatorum.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd cum dicitur, hic est calix sanguinis mei, est locutio figuratiua. et potest dupliciter intelligi. vno modo secundum metonymiam, qua ponitur continens pro contento, vt sit sensus, Hic est sanguis meus contentus in calice, de quo sit hic mentio: quia sanguis Christi in hoc sacramento consecratur, inquantum est potus fidelium, quod non importatur in ratione sanguinis, & ideo oportuit hoc designari per vas huic vsui accommodatum. Alio modo, potest intelligi secundum metaphoram: prout per calicem similitudinarie intelligitur passio Christi, quæ ad similitudinem calicis inebriat (secundum illud Thren. 3. Repleuit me amaritudinibus, inebriauit me absynthio. vnde & ipse Dominus passionem suam calicem nominat, Matt. 26. dicens, Transeat à me calix iste.) vt sit sensus, hic est calix passionis meæ, de qua fit mentio in sanguine seorsum à corpore consecrato: quia separatio sanguinis à corpore fuit per passionem.

* In corp. arti & q. 76 art. 2. ad 1.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ quia (vt dictum est *) sanguis seorsum consecratus, expressè passionem Christi repræsentat, ideo potius in consecratione sanguinis fit mentio de effectu passionis, quàm in consecratione corporis, quod est passionis subiectum. quòd etiam designatur in hoc quod Dominus dicit, quòd pro vobis tradetur: quasi diceret, quod pro vobis passioni subiicietur.

¶ Ad tertium dicendum, quòd testamentum est dispositio hæreditatis: hæreditatem autem cælestem disposuit Deus hominibus dandam per virtutem sanguinis Iesv Christi: quia vt dicitur Heb. 9. Vbi est testamentum, mors necesse est intercedat testatoris. sanguis autem Christi, dupliciter est hominibus exhibitus. primo quidem in figura, quod pertinet ad vetus testamentum: & ideo Apostolus ibidem concludit, vnde nec primum testamentum sine sanguine dedicatum est: quod patet ex hoc, quòd sicut dicitur Exod. 24. Lecto omni mandato legis à Moise, omnem populum aspersit, dicens, Hic est sanguis testamenti, quod mandauit ad vos Deus. Secundo autem est exhibitus in rei veritate, quod pertinet ad nouum testamentum. et hoc est quod Apostolus ibidem præmittit dicens, ideo noui testamenti mediator est Christus, vt morte intercedente, repromissionem accipiant, qui vocati sunt æternæ hæreditatis. dicitur ergo hic sanguis noui testamenti, quia iam non in figura, sed in veritate exhibetur. vnde subditur, Qui pro vobis effundetur. Interna autem inspiratio ex huius sanguinis virtute procedit, secundum q̃ passione Christi iustificamur.

¶ Ad quartum dicendum, quòd hoc testamentum est nouum ratione exhibitionis. dicitur autem æternum, tam ratione æternæ Dei præordinationis, quàm etiam ratione æternæ hæreditatis, quæ per hoc testamentum disponitur. ipsa etiam persona Christi, cuius sanguine testamentum disponitur, est æterna.

¶ Ad quintum dicendum, quòd mysterium hic ponitur, non quidem ad excludendam rei veritatem, sed ad ostendendam occultationem: quia & ipse sanguis Christi occulto modo est in hoc sacramento. & ipsa passio Christi occultè fuit figurata in veteri testamento.

¶ Ad sextum dicendum, quod dicitur mysterium fidei, quasi fidei obiectum: quia q̃ sanguis Christi secundum veritatem sit in hoc sacramento, sola fide tenetur: ipsa etiam Christi passio per fidem iustificat. Baptismus autem dicitur sacramentum fidei, quia est quædam fidei protestatio: hoc autem est sacramentum charitatis, quasi figuratiuum & effectiuum.

¶ Ad septimum dicendum, q̃ sicut † dictum est) sanguis seorsum consecratus à corpore, expressius repræsentat passionem Christi. et ideo potius in consecratione sanguinis fit mentio de passione Christi & fructu ipsius, quàm in consecratione corporis.

In solut. ad 1 & locis ibi citatis.

¶ Ad octauum dicendum, quod sanguis passionis Christi, non solum habet efficaciam in iudæis electis, quibus exhibitus est sanguis veteris testamenti, sed etiam in gentilibus, nec solum in sacerdotibus, qui hoc conficiunt sacramentum, vel aliis, qui sumunt, sed etiam in illis pro quibus offertur: & ideo signanter dicit, pro vobis iudæis, & pro multis, scilicet gentilibus: vel, pro vobis manducantibus, & pro multis pro quibus offertur.

¶ Ad nonum dicendum, quòd Euangelistæ non intendebant tradere formas sacramentorum, quas in primitiua ecclesia oportebat esse occultas, vt dicit Dionysius. * in fine ecclesia. hierarch. sed intenderunt historiam de Christo texere. et tamen hæc omnia ferè verba ex diuersis scripturæ locis accipi possunt. nam quod dicitur, hic est calix, habetur Luc. 22. & primæ Corinth. 11. Matth. autem 26. dicitur, hic est sanguis meus noui testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum: quòd autem additur, æterni, & iterum mysterium fidei: ex traditione Domini habetur, quæ ad ecclesiam per Apostolos peruenit, secundum illud primæ Corinth. 11. ego accepi à Domino, quod & tradidi vobis.

* Cap. 7. eccl. hierar. par. 3. inter medium & fi.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum præter ea quæ sunt de substantia formæ, sint aliqua alia quæ sint de substantia huius sacramenti.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd prædictis verbis † formarum non insit aliqua vis creata, effectiua consecrationis. dicit enim Damasc. * in 4. lib. sola vi, tute Spiritussancti fit conuersio panis in corpus Christi: sed virtus Spiritus sancti est virtus increata. ergo nulla virtute creata horum verborum conficitur hoc sacramentum.

¶ 2 Præterea. Opera miraculosa non fiunt aliqua virtute creata, sed sola virtute diuina, vt in prima parte habitum est: † sed conuersio panis & vini in corpus & sanguinem Christi, est opus non minus miraculosum, quàm creatio rerum, vel etiam formatio corporis Christi in vtero virginali: quæ quidem nulla virtute creata fieri potuerunt. ergo neque hoc sacramentum conficitur aliqua virtute creata dictorum verborum.

¶ Super quæstionis septuagesimoctauæ Artic. IIII.

IN arti. 4. eiusdẽ q. 5. de veritate verborum sacramentalium notãda sunt, 1. an est, quid est, cuius est, factiua quãdo est, & qualis est. Virtutem habere verba consecrationis licet sub opinione ponatur, si perspexerimus tamẽ doctrinam in generali Cõcilio tradità sub Eugenio 11. 11. de terminata hæc q̃stio uidetur. nam inter alia legitur ibi: sacerdos in persona Christi loquens, hoc conficit sacramẽtum: nam ipsorum verborum virtute substantia panis in corpus Christi, & substantia uini in sanguinem conuertuntur. Vbi clare uides, uirtutem verborum assertam

367 Infr. ar. 5. co p. E 4. & qualis est. Virtutem dist. 1. 4. item habere verba 1. art. 4 q. consecrationis licet 2. & dist. sub opinione 8. q. 2 art. ponatur, si perspe- 3. & dist. zerimus tamẽ do- 10. in ex- ctrinam in genera- posit lic. ad li Cõcilio tradità 6 & 8. sub Eugenio 11. 11. de † arti. 2. & terminata hæc q̃- 3. stio uidetur. nam * li. 4. ort. inter alia legitur fid. ca. 14. ibi: sacerdos in cirea me- persona Christi dium. loquens, hoc con- 1. p. q. 110 ficit sacramẽtum: art. 4. nam ipsorum verborum virtute substantia panis in corpus Christi, & substantia uini in sanguinem conuertuntur. Vbi clare uides, uirtutem verborum assertam

Universidad de Deusto
Biblioteca

asserzam a sacro Concilio. Vt autem superius diximus de virtute sacramentorum, sic consequenter nunc dicimus de virtute horum verborum, q̃ non est qualitas aliqua superaddita, vt res quæ dam distincta realiter ab ipsa oratione significante, sed est ipsa oratio significans, vt instrumentum Dei ad consecrationem. ita

Posita in ar.2. & 3. in arg.1. quòd ratio ipsa, puta hoc esse corpus meum, secundum se quidē non est aliud, quàm enuntiatio significans hoc esse corpus meum: sed vt assumpta a Christo in instrumentum ad consecrationem istam, est non solum enuntiatio significans, sed instrumentaliter efficiens. quod est habere virtutem, immo est esse virtutem.

¶ Et quia esse virtutem, est quod dam aduentitium orationi absolutæ, ideo dicitur orationem habere virtutem, & virtutem esse in verbis, & virtus verborum, & similia. Et quia virtus aduentitia, qualitatis rationem ac nomen habuit, ideo qualitas dicitur: cum tamen secundum rem nihil aliud sit, quàm oratio

Ar.3. & 3. positis in arg.1.

Q.62. ar. 1.2.3.4.

* Q.65. art.3. nem esse instrumentum Dei, q̃ nihil aliud est quàm Deum vti oratione instrumentaliter ad talem effectum: sicut enim omnis creatura est in potentia obedientiali ad hoc quòd de ea fiat quicq̃d Deus vult ita est etiam in potentia obedientiali ad hoc, vt sit instrumentum Dei, ad quodcumque faciendum Deus illa vti voluerit. & sicut Deum in sacramento baptismi per Christi baptismum dedisse virtutem aquis inchoatiue dicimus, nulla tamen qualitas superaddita propterea est aquis, & postmodum complere datur virtus aquæ in actuali baptismo, per hoc, quòd Christus baptizans vtitur illa aqua: ita in proposito verba ista potius quàm alia ab ipso Christo sanctificata sunt inchoatiue, cõplete autem vim sortiuntur, cum Christus per sacerdotem illa profert ad confectionem huius sacramenti: talis enim vsus verborum est constitutiuus instrumentalis efficaciæ in oratione qua vtitur: nec oporter aliquam superapponere qualitatem. Et hoc exemplo in artificialibus videtur manifestari: nam manus assumi potest, & de facto assumitur a multis artibus in instrumentum: nec oporter artem sutoriam aut fabrilem aut musicam, aliquam qualitatem superaddere manui, cum illa vtitur, sed ex hoc ipso de aliis. Et hoc multo verius est referendo rem creatam ad diuinam omnipotentiam vtentem creatura, assumendo illam in instrumentum, quanto efficacia diuina maior in infinitum est, vt sit intima cuicunque creaturæ. Effectus autem virtutis verborum non est dispositio aliqua: sed vt in allatis verbis ex sacro Concilio clare patet, est conuersio panis in corpus Christi. Nec obstant obiectiones Scoti in prima distinctio. 4. de infinitate virtutis requisitæ ad transubstantiationem & de creatione: primam enim soluit Auctor ad primum, & secundam ad secundum: exigitur enim infinita virtus in agente principali tantummodo. Et non est simile de creatione: quia nulla res in creatione præsupponitur, quam instrumenti actio possit attingere. hic autem inuenitur substantia panis & vini, quæ a virtute verborum attingitur, dum conuertitur in corpus & sanguinem Christi. Et quia verba consecratio nis, vt conficiunt orationem significãtem quod per sacramentum efficitur, in instrumentum diuinæ actionis assumuntur, ideo quamdiu utitur Deus per sacerdotis ministerium verbis sacramentalibus, tãdiu est virtus sacramentalis, inchoatiue tamen & in fieri: sicut & ipsa oratio dum proferuntur partes inchoatiue & in fieri, est usque ad terminationem in ipsa nãq; termi natiõe oratio ofo perfecte significationem habet, & similiter ista virtus perfectæ inuenitur: ideo non prius nec post, sed tunc cum oratio perfecte significans est, virtus instrumentalis præ dicta perfecte est, & operatur. Vnde cũ oratio sit quod dam successiuum, cuius existentia non requirit quic quid est eius esse simul, sed ex quocumque eius existente infertur, & significatiõe non fortiatur, nisi in sui termino, proterea dixit Auctor quod oratio in sui terminatione tantum significationem habet simul & virtutem sacramentalem sortitur. Cum quo stant supradicta: alioquin non tota oratio esset instrumentum Dei, aut instrumentum in actu, sine ui instrumentali esset per aliquod tempus. Et sicut significatio huius orationis est quodammodo simplex, & quodammodo composita, quoniam ex multis partialibus significationibus consurgit & simplex esse significat, scilicet hoc esse corpus Christi, absque compositionis, admistionis, informationis, adiunctionisue modo quocumque ita virtus ista ex parte orationis significantis est quodammodo composita: ex parte autem effectus dicitur simplex in littera, in responsione ad tertium.

¶ 3 Præt. Prædicta verba † non sunt simplicia, sed ex multis composita; nec simul, sed successiuè proferuntur. conuersio autem prædicta) vt supra dictum est *) fit in instanti: vnde oportet quod fiat per simplicem virtutem. non ergo fit per virtutem horum verborum.

¶ Sed contra est, quòd Ambr. † dicit in lib. de sacramentis: Si tanta est vis in sermone Domini Iesv, vt inciperet esse quod non erat, quanto magis operatorius est, vt sint quæ erant, & in aliud commutentur? & sic quod erat panis ante consecrationem, iam corpus Christi est post consecrationem: quia sermo Christi creaturam mutat.

¶ Respond. Dicendum, quòd quidam dixerunt nullam virtutem creatam esse, nec in prædictis verbis † ad transubstantiationem faciendam, nec etiam in aliis sacramentorum formis, vel etiam in ipsis sacramentis adinducendos sacramentorum effectus. quod (sicut supra habitum est) & dictis sanctorum repugnat, & derogat dignitati sacramentorum nouæ legis. vnde cum hoc sacramentum sit præ cæteris dignius (sicut supra dictum est *) consequens est, quòd in verbis formalibus huius sacramenti, sit quædam virtus creata ad conuersionem huius sacramenti faciendam, instrumentalis tamen, sicut & in aliis sacramentis, sicut supra dictum est. cum enim hæc verba ex persona Christi proferantur, ex eius mandato consequuntur virtutem instrumentalem a Christo: sicut & cætera eius facta vel dicta habent instrumẽtaliter salutiferam virtutem, vt supra dictum est.*

¶ Ad primum ergo dicendum, q̃ cum dicitur sola virtute Spiritussancti panem in corpus Christi cõuerti, non excluditur virtus instrumentalis, quæ est in forma huius sacramenti: sicut cum dicitur, solus faber facit cultellũ, non excluditur virtus martelli.

¶ Ad secundum dicendum, quòd

Articvlvs V.

Vtrum prædictæ locutiones sint uere.

Ad quintum sic proceditur. Videtur q̃ prædictæ locutiones nõ sint veræ. Cum. n. dicitur, hoc est corpus meum, ly hoc, est demonstratiuum substantiæ: sed secundum prædicta, † quãdo profertur hoc pronomen, hoc, adhuc est ibi substãtia panis: quia transubstantiatio fit in vltimo instanti prolationis verborum: sed hæc est falsa, panis est corpus Christi. ergo & hæc est falsa, hoc est corpus meum.

¶ 2 Præterea. Hoc pronomen, hoc, facit demonstrationem ad sensum; sed species sensibiles, quæ sunt in

*positis in ar.2. & 3. in arg. 4.

458 4.dist.8.q. 2.art.1.q. 4.

Arti.2.

nem verti. nam certum est ipsam in quolibet instanti temporis quo est esse verum vel falsam quia aut sic est, & est vera: aut non sic est, & est falsa. In dubium autem vertitur, an prius natura quàm conuersio sit, sit vera aut falsa. Et est ratio dubii, quia sacramentalis hæc oratio est conuersiua: ac per hoc prius natura est, quàm conuersio, quæ est suus effectus, & propter ea dubitatur, an in illo priori naturæ sit vera vel falsa. Et Scot. quidem in 8.di.4. declinauit in opinionem tertiam, q̃ nec vt vera, nec vt falsa, sed vt neutra se hẽt. Auctor autem in hoc articulo, tam in cor. quàm in responsione ad tertium tenet, quòd oratio ista vt vera, practice tamẽ, seu causaliter in illo priori naturæ concurrit. De intellecta siquidem speculatiuo solo intelligendum est, quòd ab eo, quòd res est, vel non est, oratio dicitur vera vel falsa. nam licet de vtroque intellectu verificetur, quòd ab eo, q̃ rea est vel non est, oratio dicitur vera vel falsa forma liter: practicus tamen intellectus prius quam res sit, est uerus practice, seu causaliter: qa non prosupponit, sed facit rem esse, vnde denominatur uerus formaliter.

Ar. præce.

†Tract.80. in Ioann.a med. to.9.

¶ Circa significationem autẽ omnes conuenire in hoc videntur, q̃ hæc locutio, hoc est corpus meum, intelligitur secundum vltimũ instãs prolationis verborum, sed diuersitas opinionũ est, quia alii putant contingere hoc ex virtute sermonis: alii autem opinantur non esse hoc ex virtute sermonis, sed ex intentione sacramentali. Et quoniam obscura ob confusionem redditur difficultas hæc, distinguendum est, vt clara fiat. Distingue igitur de tpe, seu instãti, quo oratio significat, vel de tpe seu instanti, pro quo oratio significat: aliud est. n. q̃ quod oratio configuratur, & aliud est quando per orationem configuratum. vt patet dicendo Petrus crucifixus est, q̃n. n. oratio ista significat, tunc est cum proferitur: sed quãdo orationis non est, nisi oratio sit integra integritate essentiali, q̃n. nratio non essentialiter integra, non est oratio, & consequenter non significat: integra autem non est oratio, nisi in termino prolationis, & proterea oratio non significat, nisi in termino suæ prolationis. Et quia configurare præsupponit significare, utpote adiacens illi, ideo oratio sicut non significat, ita nec configurat, nisi in termino suæ prolationis. Nec est hoc solum verum de tota oratione, sed & de partibus, vt integrant totam. Et de copula quidem declaratur dupliciter: tum ex eo quòd ly est, significat compositionem, quam sine extremis non est intelligere: non enim potest intelligi compositio prior his quæ componuntur: tum, quia experimur, quòd huius orationis, lignum est album, postquam prolatæ sunt primæ dictiones, scilicet lignum est, antequam proferatur ly album, ly est, non significat compositionem ligni cum albo, quod conuincitur, si ponamus orationem sistere: tunc enim manifeste apparet non præsignificatã esse compositionem dictam, per ly est. Significat ergo ipsam compositionem non quando profertur, sed quando coniungit prædicatum subiecto, quod nihil aliud est dicere, quàm cum oratio est integra. Et quia prius natura significat quàm configurat: ideo ly est, licet non significat compositionem ante integritatem orationis, ita nec configurat tunc, quando profertur, sed tunc q̃n integratur oratio.

hoc facio, neq; sunt ipsũ corpus Christi, neq; accidentia corporis Christi. ergo hæc locutio non potest esse vera, hoc est corpus meum.

¶ 3 Præter. Hæc verba (sicut dictum est *) sua significatione efficiunt conuersionem panis in corpus Christi: sed causa effectiua præintelligitur effectui. ergo significatio horum verborum præintelligitur cõuersioni panis in corpus Christi: sed ante conuersionem hæc est falsa, hoc est corpus meum. ergo simpliciter est iudicãdũ, quòd sit falsa. & eadem ratio est de hac locutione, hic est calix sanguinis mei, &c.

¶ Sed contra est, q̃ hæc verba proferuntur ex persona Christi, qui de se dicit Io. 14. Ego sum veritas.

¶ Respondeo Dicendum, q̃ circa hoc multiplex fuit opinio: quidam. n. dixerunt, q̃ in hac locutione, hoc est corpus meum, hæc dictio, hoc, importat demonstrationem, vt conceptam, & non vt exercitam: quia tota ista locutio sumitur materialiter, cum recitatiuè proferatur: recitat enim sacerdos Christum dixisse, hoc est corpus meum, sed hoc stare non potest: quia secundum hoc, verba hæc non applicarentur ad materiam corporalem præsentem, & ita non perficeretur sacramentum: dicit. n. Aug. † super Io. Accedit verbum ad elementum, & fit sacramentum. & præterea ex hoc totaliter non euitat difficultas huius quæstionis: quia eædem rationes manent circa primam prolationem, qua Christus hæc verba protulit: quare manifestum est, q̃ non materialiter, sed significatiuè sumebantur, & ideo dicendũ est, q̃ etiam quando proferuntur à sacerdote, significatiuè, & non tantum materialiter sumuntur, nec obstat, q̃

nis, aut ly pronomen, enuntiatio non esset falsa, quarum tamen vtramque oporteret esse falsam, si ly est significaret, tunc eum proferebatur, coniunctionem inter hoc, & corpus Christi. Loquendo igitur de quando oratio, seu verbalis copula significat, aut configurat, sentiendum est, q̃ tunc primo significat, aut cõsignificat cum primo oratio integratur, & hoc non ex intentione proferentis, sed ex vi ipsius orationis, vt patere põt ex dictis. Nec istud quando significatur, aut configurat per orationẽ, seu copulam uerbalem: sed est quando adiacens, seu mensurans significationem & configurationem: attenditur enim secũdum mensuram orationis significantis, & configurantis, vt patet in orationibus de præterito Et vt hoc concludamus, istud q̃n se tenet ex parte mensuræ, seu durationis enuntiationis significantis, & configurantis: istud vero quando, quod per copulã, seu orationẽ configurãtur, se tenet ex parte mensuræ, seu durationis rei significatæ. & propterea clare patet, hæc duo quando, maxime abinuicem posse distare, quantum distat mensura integræ orationis a mensura rei significatæ. Et hinc patet, commune esse omni enunciationi significare, & configurare tunc cum integratur: quia tunc primo est oratio, & per hoc tunc primo significat & configurat. Sed sicut orationes differunt inter se quantũ ad res significatas, ita etiam differunt, quantum ad quando, seu tempora configurata. Et hæc in communi dicta, si perspexeris, ambiguitates, per quas discurrit Scotus, euanescent. Descendendo autem ad propositum, aduertendum est, quòd contingit ista duo quando, scilicet ex parte mensuræ significationis

*q.75.ar.1.

facerdos ea recitatiuè profert, quasi à Christo dicta, quia propter infinitam virtutem Christi, sicut ex contactu carnis suæ, vis regeneratiua peruenit non solum ad illas aquas, quæ Christum tetigerunt, sed ad omnes vbique terrarum, per omnia futura sæcula, ita etiam ex prolatione ipsius Christi, hæc verba virtutem consecratiuã sunt consecuta à quocumque sacerdote dicantur, ac si Christus ea præsentialiter proferret. & ideo alii dixerunt, quòd hæc dictio, hoc, in hac locutione facit demonstrationem, non ad sensum, sed ad intellectum, vt sit sensus, hoc est corpus meum, id est significatum per hoc, est corpus meum. sed nec hoc stare potest: quia cum in sacramentis hoc efficiatur quod significatur, non fieret per hanc formam, vt corpus Christi sit in hoc sacramento secundum veritatem, sed solum sicut in signo, quod est hæreticum, vt supra dictum est. * & ideo alii dixerunt, quòd hæc dictio, hoc, facit demonstrationem ad sensum, sed intelligitur hæc demonstratio, non prius illo instanti locutionis, quo profertur hæc dictio, sed pro vltimo instanti locutionis: sicut cum aliquis dicit, nunc taceo. hoc aduerbium, nunc, facit demonstrationem pro instanti immediatè sequenti locutionem. est enim sensus, statim his verbis dictis, taceo. sed nec hoc stare põt: quia secundum hoc, huius locutionis essent sensus, corpus meũ est corpus meũ: quod prædicta locutio non facit: quia hoc fuit ẽt ante profationem verborum: vnde nec hoc prædicta locutio significat. & ideo aliter dicendum est, quòd sicut prædictum est, * hæc locutio habet virtutẽ factiuã conuersionis panis in corpus Christi. & ideo comparatur ad

In isto art. in arg.3. & ar.præced. ad 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& ex parte mensuræ rei significatæ, coincidere in vnum, & idem quando, ita ꝙ illud idem tunc fit, quando oratio significat & cõsignificat, & quando significatum consignificatur esse. Contingit autem hoc in proposito, ex ratione in litera redditа, quia, scilicet, oratio ista, hoc est, corpus meum, est conuersiua panis in corpus Christi in instanti, & oratio ista significat conuersionem ipsam, ut in termino. Ex re siquidem significata habetur, quòd ly est, consignificat instans conuersionis panis in corpus Christi, & ꝙa illud instans coincidit cum instanti, quo hæc oratio integratur, ideo dicitur & bene, quòd oportet hanc orationem intelligere, secundum vltimum instans prolationis. Et quoniã consignificare instans conuersionis conuenit huic orationi ex natura sua, qua est oratio sacramentalis, seu factiua conuersionis seu conuersiua panis in corpus christi, ideo ex virtute sermonis talis, scilicet sacramentalis conuersiui, habet hæc oratio, ꝙ cõsignificet instãs conuersionis.

*li. 1. perher. i prin. li. 10. 1.

Ar. 1. huius quæst. & q. 75. a. 7.

¶ Circa demonstrationem vero, quam facit ly hoc cum dicitur, hoc est corpus meum, licet varia verba dicantur: quoniam in litera dicit demonstrari contentũ in generali sub istis speciebus, Scotus autem specificando dicit demonstrari individuum entis, quia ly hoc, quantum est ex se, demonstrat individuum vniuersalissimi, vtpote, de quo possint omnia inquiri: mihi tamen videtur, ꝙ demonstret individuũ substantiæ, ideſt, hanc substantiam. Et quidem, quòd demonstret individuum, nulli est dubium, quoniã non vniuersale, sed singulare aliquod est tam quod conuertit in corpus christi, quàm de quo enuntiatur, corpus Christi. Quòd uero sit individuum substantiæ, probatur tum ex eo, quòd ly, hoc, est pronomen demonstrationum substantiæ, tũ ex eo, ꝙ hæc demõstratio debet esse certa. Demonstrãdo autẽ hanc substantiam, demonstratio est certissima, quoniam hæc substantia est corpus Christi, sed si demonstraret individuum entis, demonstratio teneretur ambigua, immo magis falsa appareret, quàm veræ. nam ly hoc ens, posset demonstrare tam accidens quã substantiam, cum vtrumque sit hoc ens, & magis appareret demonstrari accidẽs, propter demonstrationem fieri ad sensum: cum quia demonstrando individuum demonstratio est simplicitor, & purior, non egẽs glosis: nam apposita ante sensus hostia, & dicendo, hæc substantia est corpus meum, non oportet ad glosas recurrere, quid est illud, quod est cõuersum in corpus Christi: aut quid est illud, quod hic adoramus, & huiusmodi. Est autem sententia hæc etiã Auctoris: nam expresse dicit in responsione ad primum, & secundũ, quòd ly hoc, demonstrat substantiam sine qualitate, ideſt sine determinatione alicuius propriæ naturæ, puta panis, aut corporis Christi. Et hoc idem intendit, dicendo quòd demonstrat contentum i generali sub istis speciebus: scilicet enim quòd nõ demonstratur universale aliquod, sed circa aliquod locutus est individuum cõmunionis, seu generalioris ad accidentibus, distinctũ ac sub eis contentũ: dantur enim in diuidua magis, & minus uniuersalia sicut dantur naturæ magis & minus vniuersales: est. n. intelligere Sortem in prædicamento substantiæ esse nõ solum hunc hominem, sed hoc animal, hoc unum, hoc corpus, hanc substantiam. Et sic hæc substantia demonstrata per ly hoc, est contenta sub istis accidentibus in generali, id est communiter se habens ad panem, & corpus Christi, pro quanto ab vtroque abstrahendo significatur.

469 4. di. 8. q. 2. art. 4. q. 2. & dist. 11. q. 2. ar. 1. q. 1. ad 4. Et 1. cor. 11. lec. 6.

Alias, exangue.

¶ Ad rationem autem Scoti, dicitur, quòd licet primum nomen, loco cuius ponitur hoc, sit individui entis communissime analogice etiã ad entia rationis, quia tamen certitudo demonstratæ rei præponderat (quoniam ad propriam certamque notitiam sacramẽti huius spectat res demonstrata) ratio illa ad communia nominum in Deo posit habenda est, ne in ambiguo nos demonstratio relinquat, sed certos demonstratio reddat, ꝙ hæc substantia, est corpus Christi.

Art. 2. & 3. huius q.

ARTICVLVS VI.

Vtrum forma consecrationis panis consequatur suum effectum, antequam perficiatur forma consecrationis uini.

AD Sextum sic proceditur. Videtur quòd forma consecrationis panis, non consequatur suum effectum, quousque perficiatur forma cõsecrationis vini. Sicut enim per consecrationem panis incipit esse corpus Christi sub hoc sacramento, ita per cõsecrationem vini incipit esse sanguis. Si ergo verba consecrationis panis haberent suum effectum ante consecrationem vini, sequeretur quòd in hoc sacramento inciperet esse corpus christi *sine sanguine, quod est inconueniens.

¶ 2 Præter. Vnum sacramentum, vnum habet complementum: unde licet in baptismo sint tres immersiones, non tamen prima immersio consequitur suum effectum, quousque tertia fuerit terminata: sed totum hoc sacramentum est vnum, vt supra dictũ est. * ergo verba quibus consecratur panis, non consequuntur suũ effectũ, sine verbis sacramentalibus, quibus cõsecratur vinum.

¶ 3 Præter. Ipsa forma consecrationis panis, sunt pluta verba, quorũ prima non consequuntur effectum, nisi prolato vltimo, sicut dictum est.* ergo pari ratione nec verba, quibus consecratur corpus Christi, habẽt effectum, nisi prolatis verbis, quibus sanguis Christi consecratur.

¶ Sed contra est, quòd statim dictis verbis consecrationis panis, hostia consecrata proponitur populo adoranda; quod non fieret, si non esset ibi corpus Christi: quia sic ad idolatriam pertineret. ergo verba consecrationis panis, suum effectũ consequuntur, antequam proferantur verba consecrationis uini.

¶ Resp. Dicendum, ꝙ quidam antiqui doctores dixerunt, ꝙ hæ duæ formæ, scilicet consecrationis panis & vini, se inuicem expectant in agendo: ita scilicet, quòd prima nõ perficit suum effectum antequam proferatur secunda, sed hoc stare non potest: quia (sicut dictum est*) ad veritatem huius locutionis hoc est corpus meum, requiritur propter verbum præsentis temporis, quòd res significata simul tempore sit cum ipsa significatione locutionis, alioquin si in futurum expectaretur res significata, apponeretur verbũ futuri temporis, non autem verbum præsentis, ita scilicet, ꝙ non diceretur hoc est corpus meũ: sed hoc erit corpus meum. Significatio autem huius locutionis completur statim completa locutione horum verborum: & ideo oportet rem significatam statim adesse, quæ quidem est effectus huius sacramenti: alioquin locutio non esset vera. Est etiam hæc positio contra ritũ ecclesiæ, quæ statim post prolationem verborum, corpus Christi adorat. vnde dicendum est, ꝙ prima forma non expectat secundam in agendo, sed statim habet suum effectum.

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ ex hac ratione videntur fuisse decepti illi, qui prædictam positionem posuerunt. Vnde intelligendum est, ꝙ facta consecratione panis, est quidem corpus Christi ibi ex vi sacramenti, & sanguis ex reali concomitantia: sed postmodum per consecrationem vini, fit ibi e conuerso sanguis Christi ex vi sacramenti, corpus autem ex reali concomitantia: ita ꝙ totus Christus est sub vtraque specie, sicut supra dictum est*.

q. 76. art. 2. & 1. q. 73. art. 2.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ hoc sacramentum est vnum perfectione (sicut supra dictum est*) inquantum constituitur ex duobus, s. cibo & potu, quorum vtrumq. per se habet suam perfectionem, sed tres immersiones baptismi ordinantur ad vnum simplicem effectum. & ideo non est simile.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ diuersa verba, quæ sunt in forma consecrationis panis, constituunt veritatem vnius locutionis: non autem verba diuersarum formarum. & ideo non est simile.

QVAEST. LXXIX.

De effectibus sacramenti eucharistiæ, in octo articulos diuisa.

DEinde considerandum est de effectibus huius sacramenti.

Et circa hoc quæruntur octo.

¶ Primo, Vtrum hoc sacrm conferat gratiam.
¶ Secundo, Vtrum effectus huius sacramenti sit adeptio gloriæ.
¶ Tertio, Vtrum effectus huius sacramenti sit remissio peccati mortalis.
¶ Quarto, Vtrum per hoc sacramentum remittatur peccatum ueniale.
¶ Quinto, Vtrum per hoc sacramentum tota pœna peccati remittatur.
¶ Sexto, Vtrum hoc sacramentum hominem præseruet à peccatis futuris.
¶ Septimo, Vtrum hoc sacramentum prosit aliis, quàm sumentibus.
¶ Octauo, De impedimento effectus huius sacri.

¶ *Super quæstionis 79. Articulum primum.*

ARTICVLVS I.

Vtrum per hoc sacramentũ conferatur gratia.

470 Inf. ar. 4. co. & 4. d. 12. q. 2. ar. 2. q. 1. ad 2.

CIrca effectus Eucharistiæ A D PRIMVM sic proceditur. Videtur ꝙ per hoc sacramẽtum non conferatur gratia. Hoc enim sacramentum est nutrimentum spirituale: nutrimentum autem non datur nisi viuenti. cum ergo vita spiritualis sit per gratiam non competit hoc sacramentum, nisi habenti gratiam. non ergo per hoc sacramentum confertur gratia, vt primo habeatur, similiter nec ad hoc ꝙ augeatur: quia augmentum spirituale pertinet ad sacramentum confirmationis, vt dictum est*. non ergo per hoc sacramentum gratia confertur.

¶ 2 Præ. Hoc sacramentum confertur, vt quædam spiritualis refectio: sed refectio spiritualis magis videtur pertinere ad vsum gratiæ, quàm ad gratiæ collationem. ergo videtur, quòd per hoc sacramentum gratia non conferatur.

¶ 3 Præt. Sicut supra dictum est.* in hoc sacramento corpus Christi offertur pro salute corporis, sanguis aũt pro salute animæ, sed corpus non est subiectum gratiæ, sed ãæ, vt in secũda parte † habitum est. ergo ad minus quãtum ad corpus per hoc sacrm gratia non confertur.

¶ SED CONTRA est, quòd Dominus dicit Ioann. 6. Panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita: sed vita spiritualis est per gratiam. ergo per hoc sacramentum gratia confertur.

¶ Respondeo dicendum, ꝙ effectus huius sacramenti debet considerari, primo quidem & principaliter ex eo, qđ in hoc sacramento continetur, quod est Christus: qui sicut in mundum visibiliter veniens, contulit mundo vitam gratiæ (secundum illud Ioann. 1. Gratia & veritas per Iesum Christum facta est) ita in hominem sacramentaliter veniens, vitam gratiæ operatur: secundum illud Ioan. 6. Qui manducat me, viuet propter me. Vnde & Cyril.* dicit, Viuificatiuum Dei uerbum, vniens seipsum propriæ carni, fecit ipsam viuificatiuam. decebat ergo eum nostris quodammodo vniri corporibus per sacram eius carnem, & pretiosum sanguinem: quæ accipimus in benedictionem viuificatiuam in pane & in uino. Secundo, consideratur ex eo, quod per hoc sacramentum repræsentatur, quod est passio Christi, sicut supra dictum est. † & ideo effectum quem passio d Christi fecit in mundo, hoc sacramentum facit in homine. vnde super illud Ioan. 19. Continuo exiuit sanguis & aqua, dicit Chrysostom.* Quia hinc suscipiunt principium sacra mysteria cum accesseris ad tremendum calicem, ut ab ipsa bibiturus costa, ita accedas. vnde & ipse Dominus dicit Matt. 26. Hic est sanguis meus, qui pro vobis effundetur in remissionem peccatorũ. Tertio, considerat effectus huius sacramenti ex modo, quo traditur hoc sacramentum, quod traditur per modum cibi & potus, ad quæ comparantur effectus naturales nutrimenti & generationis. Et quia in nobis, aduertendum est, quòd in litera ponuntur numero sex, scilicet adeptio gloriæ collatio gratiæ, remissio peccati mortalis, remissio peccati venialis, remissio pœnæ pro peccatis debitæ, & præseruatio à peccando. De quibus duo declaranda sunt, scilicet tempus & modus: cum quibus etiam simul declarabitur subiectum.

q. 72. art. 5. & 7.

¶ De tempore quidem aliquid elarum est, & aliquid ambiguum. Nam de primo effectu, scilicet vita eterna, constat tempus exequutionis non oportere esse tempus sumptionis Eucharistiæ: sumpta siquidem longè ante Eucharistiã, contingit effectũ æternæ vitæ subsequi: iuxta verbum Domini, Qui manducat hunc panem viuet in æternum.

q. 74. art. 2. & 79. ar. 2. ad 2.

¶ De aliis verò effectibus in dubiũ vertitur. an vnum & idem sit tempus quo sumitur hoc sacramentum, & quo in executionem ponuntur illi effectus: & propterea sigillatim declarandi sunt.

¶ Secundus igitur effectus, qui est gratia gratum faciens, tres ramos habet, prout tripliciter contingit cõsequi gratiam, scilicet vel de nouo acquirere ipsam vitam gratiæ: vel præsupposita gratia, acquirere de nouo augmentum gratiæ: vel acquirere de nouo actualem delectationem ac refectionem spiritualem secundum vitam gratiæ. hæc enim tria comprehẽduntur sub vno effectu Eucharistiæ: cum dicitur quòd confert gratiam. Potest siquidẽ intelligi, quòd confert gratiam habitualem, vel primam, vel augmentando primam, aut gratiam actualem spiritualis refectionis ac delectationis actu charitatis. Et quia primam gratiam sumptio huius sacramenti non per se

*li. 4 in Io. c. 12. & 14.

q. 76. art. 2. ad 1. & 2. & q. 74. art. 1. D. 584.

*Homi. 84. in Ioan. circa me. to. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

se confert, sed per accidens, hoc est propter contingentem sumẽ
tis dispositionem (quoniam per se prærequirit sumentem vi-
uum, prima autem gratia mortuo datur) ideo tempus primæ gra
tiæ per accidens cõsideratur, & videtur coincidere cum tempore
sumptionis, nam si existens in peccato mortali sibi incognito,
quando sumit hoc sacramentum, non resuscitatur ad vitam, non
apparet quare deinceps ex virtute huius sacramenti resuscitabi-
tur. Intelligo autem i tota hac materia per tempus sumptionis
Eucharistiæ, non illam solum morulam, qua deglutitur. sed cum
consequente temporis spatio, quo Christi corpus sacramentali-
ter in sumente perseverat. Est enim tunc præsens corporaliter
in nobis, ac per hoc pascens & illuminans spiritualiter animam:
vt sic etiam illud impleatur, Quandiu sum in mundo, lux sum
mundi. Attestatur autem huic sententiæ necessaria mentis occu-
patio communicantium, & præcipuè sacerdotum circa reueren-
tiam exteriorem huius sacramenti, ne scilicet aut sanguis effun-
datur, aut partes hostiæ dentibus, aut palato hæreant, & hmõi,
quo sit, vt magis effectus sacramenti, puta contritio, cum prima
datur gratia in tempore consequente sumptionem, quàm in ipso
sumptione appareat, & simile videtur de aliis effectibus actua
libus. Puto tamen posse contingere, vt sumens sit ita dispositus,
q̃ nec consequatur vitam gratiæ, nec de nouo mortaliter peccet
sumendo, sed ita excusetur a peccato in sumẽdo, vt propinquior
fiat vitæ gratiæ, ex qua appropinquatione secundum aliquos ac-
tus attritionis & desiderii diuinæ gratiæ, paulatim perducatur
diuina duce misericordia ad occasiones veræ contritionis, vel tã-
dem alia forte uice sumendo, gratiam veræ contritionis percipiat. Moueor autem ad hoc, quia nullam apud me habeo ratio-
nem cogentem ad alterum horum: scilicet existens in peccato
mortali facta diligenti, quamuis non sufficienti sui probatio-
ne, communicando, aut iustificatur, aut peccat mortaliter. vide-
tur enim, vt dictum est, posse dari medium propter latitudinẽ,
quæ datur in illa diligente nõ tamen sufficiente probatione fui:
non. n. consistit in indiuisibili. Diuinæ quoq; liberalitatis largi
tas, ex cuius abundantia hic effectus per accidens huic sacro tri
buitur, ad quantam ordinauerit indispositionem peccatoris se
suppleturam, dicit qui nouit.

¶De tempore vero augmenti habitualis gratiæ magis ambi-
guum est secundum Auctoris doctrinam, vt patebit in processu.
Auctor enim in 4. sen. dist. 12. q. 2. ar 2. tenet augmentum gratiæ
impediri ex impedimento actualis conuersionis animæ ad Deũ:
ac per hoc sentit, quòd idem est tempus sumptionis sacramenti,
& tempus augmenti gratiæ, quia illud idem constat, esse tempus
transformationis actualis animæ in Deum: in hac autem quæst.
art. vlti. verba literæ sonant oppositum: dum dicit, quòd mentis
distractio pro peccata venialia in actu, tollit quidem actualem
refectionem spiritualis dulcedinis, non autem augmentum gra-
tiæ habitualis. Et rursus in responsione ad primum inquit, ille
qui cum actu venialis peccati ad hoc sacramentum accedit, ha-
bitualiter quidem manducat spiritualiter, sed non actualiter, &
ideo habitualem effectum huius sacramenti percipit, non autem
actualem. Quæ Auctoris verba possunt tripliciter intelligi. pri-
mo, vt sonant secundum superficiem, vt per hoc sacramentum
augeatur intensiue habitualis gratia tunc cum sumitur, etiam si
nullus interior charitatis actus ob mentis distractionem inter-
ueniat, & hoc ex virtute ipsius sacramenti causantis huiusmodi
augmentum in anima, nullum huic habituali augmento impe-
dimentum præstante. Et hic sensus fauorabilis est, & demulcés
aures multitudinis innumerabilium sacerdotum, quasi quotidie
aut frequentissime celebrantium, qui tamen seipsis meliores nõ
quotidie sunt. Mihi autem hinc orto dicendo, sensus iste verus non
apparet. si enim qualibet sumptione eucharistiæ augeretur gra-
tia in finitorum pene sacerdotum, quos credimus vere in gratia
celebrare, charitas iam esset maior intensiue, quàm credi ratio-
nabile sit, cum tanta magnitudo charitatis in tanta multitudi-
ne, otiosa appareat, quoniam nec extra apparent, nec intus de
seipsis testantur actus similes feruentissimæ charitati, & tamen
certum est, q̃ sicut amor Dei non est otiosus, sed operatur ma-
gna, si est, ita tam magna augmentatio amoris Dei non est otio-
sa, sed operatur multa maiora, quàm prius proportionaliter si
est, & consequenter si longe maiora operati renuit, longe maior
charitas non est, & tamen longe maior ponitur esse in singulis
celebrationibus, quantumcumque parum creuisset charitas sa-
cerdotis, qui tot annis diebus fere singulis in gratia celebrauit.
Præter autem hanc ex experientia coniecturam, in promptu ra-
tio cum auctoritate suffragatur: sacramentum enim hoc, quia da
tur per modum cibi & potus, dicente Domino, Caro mea vere
est cibus, & sanguis meus vere est potus, non auget, sicut nec nu-
trit, nisi per modum nutrimenti: sed sine actu vitali nutriti tam
cibus, quàm potus, nec nutrit, nec auget, vt patet in alimento
corporali. ergo sine operatione vitali spiritualis animæ, quæ nu
tritur cibus iste nec nutrit, nec auget. Auctoritas quoque ex eo-
dem fundamento, ex 4. sen. iam allata est. Nec obstat efficacia
huius rationis, quòd phreneticis in mortis articulo datur hoc sa
cramentum: tum, quia sacramenti effectus ex his quæ per se cõ-
ferunt, considerandus ac iudicandus est, & non ex his, quæ in
casu accidunt: tum quia phreneticis confertur dari viaticum non
ad primum & proprium eucharistiæ effectum, qui est actualis
refectio spiritus, & consequenter nec ad nutriendum, nec ad au-
gendum in hac uita gratiam: quia phreneticis datur viaticum
propter vitam æternam, & propter impugnationes dæmonum,
iuxta illud Amb. Recedant proeul a potentia præsentiæ eius.

¶Aliter ergo intelligi utur uerba literæ de perceptione habi
tuali, ut sit sensus, quòd talis distractus non actualiter, sed habi-
tualiter percipit effectum habitualem, seu augmentum gratiæ
spiritualis, sicut habituliter manducationem spiritualem ha-
bentis q̃ manducans habitualiter tantum, idest, habens habitũ
quo potest spiritualem manducationem actualiter habere, hoc
est habendo charitatem, sumens hoc sacramentum absque actua
li interiori deuotione, habet etiam habitum percipiendi augmẽ
tum. Et sicut non impeditur per peccata venialia, cum huiusmo
di distractione, quin per hanc sumptionem mereatur augmentũ
charitatis exequendum, tamen tempore quo ad hoc erit dispo-
situs, ita non impeditur, quin ex hac sumptione percipiatur sit
augmentum charitatis, quando tamen ad hoc erit dispositus. Et
secundum hunc sensum, tempus augmenti charitatis est, quan-
do sumens est dispositus ad augmentum, siue hoc sit tẽpore sum-
ptionis, siue post. Minorẽ tamen dispositionem requirit ad aug-
mentum charitatis ex hoc sacro, q̃ ad augmentum sine sacro, ut
habeatur ratio virtutis sacramentalis, & præsertim huius sacri,
in quo est ipse Christus. Fouet autem hunc sensum, q̃ Auctor in
tendit ponere differentiam inter refectionem spiritualem con-
sistentem in operatione, & augmentum habitus quo ad impediri
a peccato venialis. Et sic saluatur differentia, q̃ refectio spiritua-
lis ita tollitur per distractionem, q̃ numquam ex hac sumptio-
ne habebitur augmentum vero habitus, habendum relinquitur
post sicut & uita æterna.

¶Tertius autem sensus consistit in declaratione terminorum
dicendo, q̃ duobus ex istentibus per se propriis huius sacramen
ti effectibus, s. operatione & habitu, Auctor utriusque latitudinis
id, quod præcipuum est, nominauit. Et in latitudine quidem ope
rationum nominauit spiritualem refectionem cum sua delecta-
tione: in latitudine uero habitualium donorum nominauit aug-
mentum gratiæ, seu charitatis, vt sic loqueretur de hoc sacramẽto
secundum suam perfectionem, docendo ea quæ ipsius sunt,
quatenus aut alterum, aut verumque eorum confert. Et sic per
actualem manducationem Auctor non intelligit quamcumque
actualem deuotionem, sed illam solam, quæ refectio est quæ spi
ritualis delectatio animæ est. Et secundum hunc sensum plana
sunt omnia: & consonant dictis in 4. sen. Habent siquidem se hi
duo effectus inter se, non ut necessariam connexionem haben-
tes, sed alter sine altero ex sacramento hoc haberi potest. Refec-
tio siquidem spiritualis delectationis absque augmento habi-
tualis gratiæ in Christo fuit, quando sumpsit hoc sacramentum,
augmentum uero habitualis gratiæ ex hoc sacramento in valde
multis credimus contingere, qui digne ad hoc sacramentum, &
deuote accedunt, & tamen expertes sunt spiritualis dulcedinis,
ita ut ipsorum uox ad cælestem patrem sit: Ecce tot annis seruio
tibi, & nunquam dedisti mihi hœdum, ut cum amicis meis epu-
larer. Non igitur docet hæc litera, q̃ sumens absque ea actuali
deuotione consequitur augmentum gratiæ, sed q̃ sumens absque
actuali refectione delectationis spiritualis, & hoc ex culpa sua
venali, quoniam non est ex defectu sacramenti, sic inquam su-
mens sic mente distractus, si quo ad alios actus deuote accedit,
habituale augmentum gratiæ ex hoc non impeditur, quod tamẽ
posset aliunde impediri, puta, ex tam parua deuotione, ut non
sufficiat disponere ad augmentum gratiæ. Et hæc expositio am-
plectenda videtur, quoniam quo ad rem omnia consonant, quo
ad expositionem vero nominum nulla fit extorsio, sed applica-
tio communioris termini ad principale suppositum, & secundum
hoc, tempus augmenti coincidit cum tempore sumptionis. Pos-
set & quarto modo forte exponi locus iste de augmento habi-
tuali extensiuo, ita q̃ sacramentum hoc, sit extensiuum gratiæ ad
actus confortatiuos spiritus. & hoc ipsum sit gratia sacramenta-
lis, quam in anima per modum habitus sacrm hoc efficiat etiam
in mente distractis ex peccato ueniali. De tempore autem actua
lis gratiæ, quæ homini conferrur in hoc sacramento, nulla am
biguitas est, quin sit tempus sumptionis sacramenti: tunc. n. præ
sens Christus excitat mentem dispositam ad sui feruentem amo
rem, atque ad sentiendam dulcedinem suæ præsentiæ. Sed perfe-
ctorum est solidus hic cibus, eorum qui pro consuetudine &c.
Tempus autem remissionis peccati mortalis coincidit cum tpe
sumptionis, vt patere potest ex supradictis: quoniam coincidit
cum tempore infusionis primæ gratiæ. Tempus quoque remissio
nis uenialium, idem est quod tempus sumptionis: quoniã coin-
cidit cum tempore actualis feruoris charitatis. Et similiter
tempus remissionis pœnæ, si tamen ex actuali deuotione aliqua
remittitur: pœna enim, quia remittitur ex hoc sacramento, non
vt sacramentum, sed ut sacrificium est, tempore ipsius sacrifi-
cii remittitur, quoniam tunc Deo satisfit. Præseruatio demum
a peccando, effectus est sacramenti a tempore sumptionis in-
choans, & iuxta sumentium cooperationem plus uel minus
durat, sicut etiam præseruatio, quæ fit per nutrimentum cor-
porale vnum, & idem, in diuersæ dispositionis hominibus di-
uersimode innenitur, uno magis sumẽte inde ures quã alio &c.
Hæc de tempore.

¶Supereſt

¶Supereſt vt de modo eorundem effectuum dicatur. modus quo
effectus isti in anima ab hoc sacramento fiunt, est quòd omnes re
liqui mediante primo fiunt. Primus autem effectus est actualis
exercitatio charitatis: & mediante hoc reliqui effectus prouenũt:
quod tripliciter apparet. primo ex communibus: quia suauis di-
spositio rationalis creaturæ habet vt rationabiliter iu-
stificetur & perficiatur. rationabiliter autem perfici
est non per modũ dormientis, sed per modum vigilantis (hoc est ratione actualiter uentis) mutari & perfici, vt patet ex doctri na, in 2. lib. habita de iustificatione impii, & iustificatione Magdalenę, Lazari & Pauli: semper enim dona sua Saluator in seruentientibus operationibus con sequentium illa largitus est. Et de Magdalena quidẽ operatio fidei & charitatis apparet dicente Domino, Dimissa sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum, & iterũ, Fides tua te saluã fecit. Lazarus fi-
dei quoque actum videmus. Memento mei Domine, dum veneris in re gnum tuum. Paulum fidei, obedien tiæ, deuotionisq; verba proferẽtem audiuimus, Domine quid me vis facere. Et quibus omnibus patet, q̃ non solum dum re gulariter, sed etiã dum miraculose conuertuntur homines ad Deum, actualis operatio interioris hominis interuenit. Secũdo, apparet idem ex propriis huius sacramenti: quia sacramentum hoc viuificat animam vt cibus, cibus autem vt sic, non viuificat nisi viuentem, operatione aliqua vitali, cibo vtentem. Si enim circa cibum corporalem nullam haberet animal operationem vitalem intus, inuilis esset cibus tali animali: immo non esset cibus nisi remote seu in potentia quoniam cibus, materia, & obiectum operationum potentiæ vegetatiuæ est. Tertio, apparet hoc idem. discurrendo si-
gillatim per ipsos effectus. Eucharistia siquidem sacramentali-
ter sumpta ab homine, Christum corporali præsentia intus in homine ponens, ex parte quidem sui pro primo contactu animæ habet excitationem charitatis, ac actualem vnionem, seu trans-
formationem animæ amantis in Christum amatum. ex parte ve ro animæ primus contactus est ipsa manducatio actualis quæ est actus charitatis. & magnam latitudinẽ habet iuxta latitudinem actuum charitatis & gradium illorum, & extendit se vsque ad actum liber arbit qui tãdem charitate perficitur, ita vt vera con tritio sit. Mediante ergo actuali manducatione spirituali, effectus reliqui fiunt ab hoc sacramento. Et de vita quidem æterna verba Domini testantur, dicentis, Qui manducat hunc panem, viuet in æternum. De prima vero gratia & remissione peccati mortalis, quæ tamen per accidens fit ab hoc sacramento, ex eo patet, quòd nisi inchoatiue saltem manducaret carens gratia, illam non con sequeretur: cibus enim non nisi manducatus viuificat, vnde & Au ctor in litera tertii art. de hoc loquens inquit. Deinde & reueren ter accedens consequetur per hoc sacramentum gratiam charita tis, quæ contritionem perficit. vbi tres operationes interuenire ponit, deuotionem, reuerentiam, & contritionem, quæ scilicet noua charitate informatur, & fit contritio. De augmento vero habitualis gratiæ, & ex nunc dictis tam communibus quàm pro priis, & ex superius discussis, satis patere arbitror: non est enim dubium eibi & potus, & ideo omnem effe ctum, quem cibus & potus materialis facit, quantum ad vitam corporalem (quod scilicet sustentat, auget, reparat, & delectat (hoc totum facit hoc sacramentum, quantum ad vitam spiritualem. Vnde Amb.* dicit in lib. de sacramentis: Iste panis est vitæ æternæ, qui animæ nostræ substantiam fulcit. & Chrysost. † dicit supra Ioan. Præstat nobis desiderantibus & palpare, & comedere, & amplecti. vnde & ipse Dominus dicit Ioan. 6. Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus. Quarto, consideratur effectus huius sacramenti ex speciebus, in quibus traditur hoc sacramentum. vnde Auguſt.* ibidem dicit, Dominus noster corpus & sanguinem suum in eis rebus commendauit, quæ ad vsum ali quid rediguntur ex multis: namque aliud, scilicet panis, ex multis granis in vnum constat, aliud, scilicet vinum, in vnum ex multis acinis consluit. & ideo ipse alibi dicit super Ioan. † O sacramentum pietatis, o signum vnitatis, o vinculum charitatis. & quia Christus & eius passio est causa gratiæ & spiritualis refectio, & charitas sine gratia esse non potest, ex omnibus præmissis manifestum est, quòd hoc sacramentum gratiam confert.

¶Ad primum ergo dicendum, quòd hoc sacramentum ex seipso virtutem habet gratiam conferendi; nec aliquis habet gratiam ante susceptionem huius sacramenti, vel nisi ex aliquo voto ipsius, vel per seipsum, sicut adulti, vel voto Ecclesiæ, sicut parvuli, sicut supra dictum est †. vnde ex efficacia virtutis ipsius est, quòd etiam ex voto ipsius aliquis gratiam consequatur, per quam spiritualiter viuificetur. Restat igitur, vt cum ipsum sacramentum realiter sumitur, quòd gratia augeatur, & vita spiritualis perciatur. Aliter tamen quàm per sacramentum confirmationis, in quo augetur & perficitur gratia ad persistendum contra exteriores impugnationes inimicorum Christi. Per hoc autem sacramentum augetur gratia, & perficitur spiritualis vita, ad hoc quòd homo in seipso perfectus existat per coniunctionem ad Deum.

¶Ad secundum dicendum, quod hoc sacramentum confert gratiam spiritualiter, cum virtute charitatis, vnde Damascen. comparat hoc sacramentum carboni, quem Isaias vidit. Isa. 6. Carbo enim lignum simplex non est, sed vnitum igni: ita & panis communionis non simplex panis est, sed vnitus diuinitati. Sicut Gregorius* dicit in Homil. Pentecostes, Amor Dei non est otiosus: magna enim, operatur, si est. & ideo per hoc sacramentum quantum est ex sui virtute, non solum habitus gratiæ & virtutis confertur, sed etiam excitatur in actum, secundum illud secundæ Corinth. 5. Charitas Christi vrget nos. Et inde est, quòd ex virtute huius sacramenti anima spiritualiter reficitur per hoc, quòd anima spiritualiter delectatur, & quodam modo inebriatur dulcedine bonitatis diuinæ, secundum illud Can. 5. Comedite amici, & bibite, & inebriamini charissimi.

*Li. 5. ca. 4. in med. tom. 4.
†Homil. 45. in Ioan. a me. illius t. 3.
*Q. 73. ar tic. 3.
*Tracta. 26. in Ioann. non multum remote a fin. to. 9.
*Tracta. 26. in Ioã. inter fi & pe. illius tom. 9.
*Li. 4. ort. fid. ca. 14. a med.
*Homil. 30. in Euan. non longe a prin.

¶Præseruatio demum ab offensis Dei, quia directe ad confirmationem cordis, idest voluntatis spectat, ex parte animæ, panis autem non nisi manducatus confirmat cor ho minis, ideo mediante manducatione spirituali sit. dixi autem directe & ex parte animæ quoniam non est remotum, quin ex parte Christi præsentis sub sacramẽto, præseruatio nõ nulla fiat, per modum custodiæ: propter quã diximus dari phœnetericis in articulo mortis Eucharistiã. Nec ex his dictis accipias, nos sentire numquam conferri gratiã nisi actua liter ratione venientibus: non enim hoc diximus, sed secundum communia suauis dispositionis creaturæ rationalis sic fieri diximus. Cum quo tamen stat, quòd secundum suauem dispositionem alicuius sacramenti aliter conferatur gratia iustificans, vt patet in baptismo, qui quoniam spiritualis est regeneratio, ex propriis habet vt absque cooperatione eius, qui baptizatur, gratiam conferat in remissionem peccatorum: generatio enim est mutatio de non esse ad esse, nec præsupponitur, sed fit viuus, qui generatur: cibus autem vitã præsupponit, & non nisi manducanti prodest. Dicta sunt autem hæc ad fugandam illorum fiduciam, qui putant se consequi semper nouum gratiæ habitualis augmentum, cum quantulacumque deuotione celebrent, etiam distracte, vt vel sic ab huiusmodi negligentiæ somno excitentur, pulsati saltem, ex eo quòd mã ducatio sacramentalis, quæ actualiter fit, significat manducatio nem spiritualem quæ interius exerceri debet. Et vbi non inest in sui principio, hoc est in habitu saluatur, licet ad vitandum lictionis peccatum mortale sufficiat, ac nutriendum tamen animã nihil prodest: immmo hinc, & anima malum venialis peccati, & corpus damnum infirmitatis, imbecillitatis, aut etiam mortis, quandoque incurrit dicente Apostolo. Ideo inter vos multi infir mi & imbecilles, & dormiunt multi. Hanc ego pœnam corporalem puto. sæpe a Deo infligi, ob paruam præparationem, quæ fit ad hoc sacramentum.

¶In responsione ad primum primi articul. eiusdem q. aduerte, quod sacramentum hoc potest considerari dupliciter. Primo, secundum se, hoc est, secundum rem in ipso contentam, & significatam, & hic verificatur de ipso quòd ex se virtutem habet collatiuam gratiæ ad differentiam reliquorum sacramentorum, quæ ex alio, hoc est ex hoc sacramento, sequitur virtutem gratiæ collatiuam. Nam res significata & contenta in hoc sacramento est ipse Christus, cuius instrumenta sunt reliqua sacramenta cum sue tutibus suis, propter quod se habet ad reliqua sacramẽta vt fons gratiæ, ad riuos gratiarum. Et hinc verificatur & quòd quilibet quodcumque sacramentum suscipiens actu, suscipit hoc sacramentum voto, & quòd votum cuiusque sacramenti est votum illius sacramenti: nam appetens seu sitiens ad fontis riuulum,

seu

Universidad de Deusto
Biblioteca

seu bibens ex eius latere, ad fontem ipsum magis sitit, tanquam ad principium, & propterea in littera dicitur, quòd sine huius sacramenti voto prima non hiberi gratia. Et simile est hoc ei q̃ Dominus dicit, Nisi manducaueritis carnem filii hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitã in vobis: loquitur enim Dominus de manducatione spirituali in voto seu in habitu, in quo continetur manducatio spiritualis actualis in voto. Si vero consideretur vsus sacramẽti huius, quo nobis sacramentaliter sumitur, sic prima gratia non est effectus huius sacramenti, nisi per accidens ex parte subiecti, vt prædictum est, quia datur per modum nutrimenti, quod quia non est nisi viuentis, non facit primam gratiam: quæ primo habetur vita spiritus, sed præsupponit illam. Vnde in art. 3. ad tertium Auctor loquens de prima gratia dicit, Sic autem non datur in hoc sacramento.

*Qu. 76. ar. 1. & 2.

471. Inf. q. 80. a. 2. ad 1. Et Io. 6.

*Li. 2. c. 25. in fi. tom. 5.

¶ Ad tertium dicendum, quod quia sacramenta operantur salutem, quam significant; ideo secundum quandam assimilationem dicitur, quod in hoc sacramento corpus offertur pro salute corporis, & sanguis pro salute animæ, quamuis vtrumque ad salutem vtriusque operetur, cum sub vtroque totus sit Christus, vt supra dictum est†. & licet corpus non sit immediatum subiectum gratiæ, ex anima tamen redundat effectus gratiæ ad corpus, dum in præsenti mẽbra nostra exhibemus arma iustitiæ Deo (vt habetur Rom. 6.) & in futuro corpus nostrũ sortiẽt incorruptionem & gloriam animæ.

ARTICVLVS II.

Vtrum effectus huius sacramenti sit adeptio gloriæ.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd effectus huius sacramenti non sit adeptio gloriæ. Effectus enim proportionatur suæ causæ: sed hoc sacramentum competit viatoribus, vnde & viaticum dicitur. Cum igitur viatores nondum sint capaces gloriæ, videtur quòd hoc sacramẽtum non causet adeptionem gloriæ.

¶ 2 Præt. Posita causa sufficienti, ponitur effectus: sed multi accipiunt hoc sacramentum, qui numquam peruenient ad gloriam, vt patet per Aug.* 21. de ciui. Dei. non ergo hoc sacramẽtum est causa adeptionis gloriæ.

¶ 3 Præt. Maius non efficitur à minori, quia nihil agit vltra suam speciem: sed minus est accipere Christum sub specie aliena, quod fit in hoc sacramento, quàm frui eo in specie propria, quod pertinet ad gloriam. ergo hoc sacramentum non causat adeptionem gloriæ.

¶ Sed contra est quòd dicitur Ioan. 6. Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum: sed vita æterna est vita gloriæ. ergo effectus huius sacramenti est adeptio gloriæ.

¶ RESPON. Dicendum, quòd in hoc sacramento potest cõsiderari & id, ex quo habet effectum, scilicet, ipse Christus contentus, & passio eius repræsentata, & id, per quod habet effectum, scilicet vsus sacramenti, & species eius. Et quantum ad vtrumque competit huic sacramẽto, quòd causet adeptionem vitæ æternæ. Nam ipse Christus per suam passionem aperuit nobis aditum vitæ æternæ, secundum illud Heb. 9. Noui testamenti mediator est, vt morte intercedente, qui vocati sunt, accipiãt repromissionem æternæ hæreditatis. vnde & in forma huius sacramenti dicitur: Hic est calix sanguinis mei noui & æterni testamenti. Similiter etiam refectio cibi spiritualis, & vnitas significata per species panis & vini, habentur quidem in præsenti, sed imperfectè: perfectè autem in statu gloriæ. vnde Aug. † dicit super illud Ioã. 6. Caro mea verè est cibus: Cum cibo & potu id appetant homines, vt non esuriant neque sitiant, hoc veraciter non præstat nisi iste cibus & potus, qui eos à quibus sumitur, immortales & incorruptibiles facit in societate sanctorum, vbi pax erit, & vnitas plena atque perfecta.

† Tract. 26. in Euan. non multũ remote a fi. tom. 9.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd sicut passio Christi, in cuius virtute hoc sacramentum operatur, est quidem causa sufficiens gloriæ, non tamen ita quòd statim per seipsam introducamur in gloriam, sed oportet, vt prius simul compatiamur, vt postea simul glorificemur (sicut dicitur Roman. 8.) ita hoc sacramentum non statim nos in gloriam introducit, sed dat nobis virtutem perueniendi ad gloriam, & ideo viaticum dicitur. In cuius figuram legitur 3. Reg. 19. quòd Elias comedit, & bibit, & ambulauit in fortitudine cibi illius, quadraginta diebus & quadraginta noctibus, vsq; ad montem Dei Oreb.

¶ Ad secundum dicendum, quòd sicut passio Christi nõ habet suum effectum, in his qui se ad eam non habent, vt debent, ita & per hoc sacramentum non adipiscuntur gloriam qui indecenter ipsum suscipiunt. vnde Aug.* dicit super Ioan. exponens illa verba, Aliud est sacramentum, & aliud virtus sacramẽti: Multi de altari accipiunt, & accipiendo moriuntur. Panem ergo cælestem spiritualiter manducate, innocentiam ad altare apportate. vnde non est mirum, si illi qui innocentiam non seruant, effectum huius sacramenti non consequuntur.

*Tract. 26. in Ioan. parum a med. to mo. 9.

¶ Ad tertium dicendum, quòd hoc quòd Christus sub aliena specie sumitur, pertinet ad rationem sacramenti, quod instrumentaliter agit: nihil autem prohibet, causam instrumentalem producere potiorem effectum, vt ex supradictis* patet.

*Q. 77. ar. tic. 3. ad 3. arg.

ARTICVLVS III.

Vtrum effectus huius sacramenti sit remissio peccati mortalis.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd effectus huius sacramenti sit remissio peccati mortalis. Dicitur enim in quadam collecta, Sit hoc sacramentum ablutio sceleru: sed scelera dicuntur peccata mortalia. ergo per hoc sacramentum peccata mortalia abluuntur.

¶ 2 Præt. Hoc sacramentum agit in virtute passionis Christi, sicut & baptismus: sed per baptismum dimittuntur peccata mortalia, vt supra* dictum est. ergo & per hoc sacramentum, præsertim cum in forma huius sacramenti dicatur, Qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum.

*Q. 69. ar. tic. 1.

¶ 3 Præt. Per hoc sacramentum gratia confertur, vt dictum est†: sed per gratiam iustificatur homo à peccatis mortalibus, secundum illud Rom. 3. Iustificati gratis per gratiam ipsius. ergo per hoc sacramentum remittuntur peccata mortalia.

¶ Sed contra est, quòd dicitur primæ Corinth. 11. Qui manducat & bibit indignè, iudicium sibi manducat & bibit. Dicit autem glossa ibidem quòd ille manducat & bibit indignè, qui in crimine est, vel irreuerenter tractat, & talis manducat & bibit sibi iudicium, id est damnationem. ergo ille qui est in peccato mortali, per hoc quod accipit hoc sacramentum, magis accumulat sibi peccatum, quã remissionem sui peccati consequitur.

*Ar. 1. huius quæst.

¶ *Super quæstionis septuagesimanonæ, Articulũ tertium.*

IN artic. 3. in responsione ad primum, nota notanda quòd ibi triplex expositionum illi allatarum secundam differre a prima in hoc, quod perfectio contritionis refertur ad scelera cognita, in prima autem ad occulta: quo ad vtraq; enim petitur ablutio p contritionem perfectam.

471 4 dist. 9. ar. 3. q. 2. co. fi. Et di. 12. q. 2. art. 2. q. 2.

¶ In responsione ad secundum eiusdem arti. dubium occurrit de veritate differentiæ positæ inter suscipientem baptismum & suscipientem Eucharistiam, quo ad hoc, quod est esse vel non esse in peccato mortali. Et est ratio dubii, quia vtrobique suscipiens cum conscientia, & affectu peccati mortalis indigne suscipit, nec gratiam tunc consequitur: immo de nouo peccat peccato sacrilegii membrũ Christi ipso se sacramẽto fingens.

¶ Ad hoc dicitur q̃ differentia salvatur, & ex parte sacramẽti, & ex parte suscipientis. Ex sacramẽto quidem, quia sacramentũ Eucharistiæ ex proprio vsu habet rationẽ nutrimenti: ad quod per hoc conuenienter accedere ad baptismum habẽtem cõscientiam, & affectũ peccati mortalis, magna est enim inter vtrumque differentia: nã habens affectum peccati mortalis ponit obicem, & fictus accederet ad baptismum: habẽs autem eiusdem cõscientiam, & non affectum, obicem non ponit baptismo, licet mortuus & immundus ad viuificandus & abluendus per baptismũ accedat, quod per Eucharistiæ sumptionem non est expectandum.

Ca. 53. parũa princ. to. 3. inter opera Aug.

¶ Ad tertium dicendum, quòd gratia est sufficiens causa remissionis peccati mortalis: non tamen actu remittit peccatum mortale, nisi cum primo datur peccatori: sic autem non datur in hoc sacramento. vnde ratio non sequitur.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum per hoc sacramentum remittantur peccata uenialia.

AD quartum sic proceditur. Videtur quòd per hoc sacramentum non remittantur peccata venialia. Hoc enim sacramentum, ut Aug.* dicit super Ioan. est sacramentum charitatis: sed venialia peccata non contrariantur charitati, vt in Secunda parte† habitum est. cum ergo contrarium tollatur per suum contrarium, videtur quòd peccata venialia per hoc sacramentum nõ remittantur.

471 Inf. q. 87. a. 3. cor. & 4. dis. 21. q. 2. a. 1. q. 1. co. & ar. 2. q. 1. per totum. Trac. 26. in Ioã. a med. to. 9. Et refertur de cõsec. di. 1. c. Hoc sacramentum. 1. 2. q. 88. ar. 1, & 2.

¶ 2. Præt. Si peccata uenialia per hoc sacramentum remittantur, qua ratione remittitur unum, remittuntur & omnia, sed non uidetur quòd omnia remittãtur, quia sic frequenter aliquis esset absque omni peccato ueniali, contra id, quod dicitur 1. Ioan. 1. Si diximus quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus. non ergo per hoc sacramentum remittitur aliquod peccatum ueniale.

¶ 3. Præt. Contra ia mutuo se expellunt: sed peccata venialia non prohibent à perceptione huius sacramenti dicit enim Aug.* super illud Ioan. 6. Patres uestri manducauerunt manna in deserto, & mortui sunt, Innocentiam, inquit, ad altare apportate: peccata, etsi sunt quotidiana, non sint mortifera. ergo neque peccata uenialia per hoc sacramentum tolluntur.

Trac. 26. in Ioan. parũ ante med. to. 9.

¶ Sed contra est, q̃ Innocentius 111.* dicit, q̃ hoc sacramentum venialia delet, & cauet mortalia.

In lib. 4. de sacro mysterio altaris, ca. 44. ante med.

¶ Respon. Dicendum, q̃ in hoc sacramento duo possunt considerari, scilicet ipsum sacramentum & res sacramenti. & ex vtroque apparet, quòd hoc sacramentum habet uirtutem ad remissionem uenialium peccatorum. Nam hoc sacramentum sumitur sub specie cibi nutrientis: nutrimentum autem cibi est necessarium corpori ad restaurandum id, quod quotidie deperditur per actionem caloris naturalis. Spiritualiter autem quotidie aliquid in nobis deperditur ex calore concupientiæ per peccata uenialia, quæ diminuunt feruorem charitatis, ut in Secunda parte* habitum est. & ideo competit huic sacramento, vt remittat peccata venialia. vnde & Amb. † dicit in libro de sacramentis, quòd iste panis quotidianus sumitur in remedium quotidianæ infirmitatis. Res autem huius sacramenti, est charitas non solum quantũ ad habitum, sed etiam quantum ad actum, qui excitatur in hoc sacramento: per * quod peccata venialia soluuntur. vnde manifestum est, quòd uirtute huius sacramẽti remittuntur peccata venialia.

* 2. 2. q. 24 ar. 10. Li. 5. c. 4. a med. to. 4.

Al. quem.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd peccata venialia, etsi non contrariantur charitati, quantum ad habitũ, contrariantur tamen ei, quãtum ad feruorem actus, qui excitatur per hoc sacramentum: ratione cuius peccata venialia tolluntur.

¶ Ad secundum dicendum, quòd illud uerbum non est intelligendum, quin aliqua hora possit homo esse absque omni reatu peccati venalis: sed quia vitam istam sancti non ducunt sine peccatis venialibus.

¶ Ad tertium dicendum, quod maior est uirtus charitatis, cuius est hoc sacramentum: quàm uenialium peccatorum. Nam charitas tollit per suum actum peccata venialia, quæ tamen non possunt totaliter impedire actum charitatis & eadem ratio est de hoc sacramento.

¶ Super

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Super quæ stionis 79. Articulum quintum.

ARTICVLVS V.

Vtrum per hoc sacramentum tota pœna peccati remittatur.

474 4.dist.4 q.2. ar.1. q.2.ad 3 & dist.12. q.2.a.2.q.3 Ar.1. & 2.

INar.5.duo val de notabilia sunt. Primum est, quòd oblatio eucharistiæ ex sui quantitate sufficit ad satisfaciendū pro omni pœna: secundum est, quòd hæc oblatio sit satisfactoria offerentibus, uel pro quibus offertur secundum quantitatem suæ deuotionis.

q.69.art.2.

¶Ex primo dicto habes, quòd una missa ex parte sui est satisfactoria pro pœnis omnium peccatorum, tam uiuentium quā mortuorum: quoniam ut sic, est valoris infiniti, quoniam Christus offertur. Ex secundo autem dicto habes, quòd una missa non perdit uim satisfactionis suæ pro primo offerente est hoc, quòd pro secundo, tertio, quarto, quinto, &c. offertur: sicut quantitas deuotionis vnius nihil tollit de quantitate deuotionis alterius. Vnde arguendi instruendique simul sūt homines ignoranter petentes, vel exigentes pro sua eleemosyna totam sibi missam dari aut suo defuncto: nihil enim minus ipse habebit, si mille alii petant eandem missam pro seipsis & aliis defunctis, quàm si pro ipso solo celebrari dicatur: immo ex huiusmodi in deuotione sic petentis damnum uidetur incurrere, quod minus sibi proderit: Diffusius autem forte hic scribemus de hac re, nisi in primo quolibeto, nostro iam edito diffuse hæc veritas declarata fuisset ex auctoritate huius literæ cum multis aliis &c.

q.76.arti.1. & 2.

Et hæc de q. 79. sufficiant.

AD Quintum sic proceditur. Videtur quòd per hoc sacramentum tota pœna peccati remittatur. Homo enim per hoc sacramentum suscipit in se effectum passionis Christi (vt dictum est*) sicut & per baptismū, sed per baptismum percipit hō remissionem omnis pœnæ, virtute passionis Christi, quæ sufficienter satisfecit pro omnibus peccatis, vt ex supradictis †patet. ergo videtur q̄ per hoc sacramentum homini remittatur totus reatus pœnæ.

¶2 Præ. Alexander Papa dicit, Nihil in sacrificiis maius esse potest, quā corpus & sanguis Christi, sed per sacrificia uereris legis, homo satisfaciebat pro peccatis suis, dicitur. n. Leu. 4. & 5. Si peccauerit homo, offeret hoc vel illud pro peccato suo, & remittetur ei. ergo multo magis hoc sacramentum valet ad remissionem omnis pœnæ.

¶ 3 Præte. Constat quòd per hoc sacramentum aliquid de reatu pœnæ dimittitur, vnde & in satisfactionem, aliquibus iniungitur, q̄ pro se missas faciant celebrari, sed qua ratione una pars pœnæ dimittitur, eadem ratione, & alia, cum virtus Christi q̄næ in hoc sacro continetur, sit infinita. ergo vī, q̄ per hoc sacramentum tota pœna tollatur.

¶ Sed contra est, quòd secundum hoc, non esset homini alia pœnæ iniungenda: sicut nec baptizato iniungitur.

¶ Respondeo dicendum, q̄ hoc sacramentum simul est sacrificium & sacramentum, sed rationem sacrificii habet, inquantum offertur, rationem autem sacramenti inquantum sumitur. Et ideo effectum sacramenti habet in eo, qui sumit, effectum autem sacrificii in eo, qui offert, uel in his, pro quibus offertur. Si igitur consideretur ut sacramentum, habet effectū dupliciter. Vno modo, directè ex ui sacramenti, alio modo, quasi ex quadam concomitantia, sicut & circa continentiam sacramenti dictum est. * Ex vi quidem sacramenti, directè habet illum effectum, ad quem est institutū, Non est autem institutum ad satisfaciendum, sed ad spiritualiter nutriendum per unionem ad Christum & ad membra eius, sicut & nutrimentum vnitur nutrito. sed quia hæc vnitas fit per charitatem ex cuius feruore aliquis consequitur remissionem non solum culpæ, sed etiam pœnæ, inde est quòd ex consequenti per quandam concomitantiam ad principalem effectum, homo consequitur remissionem pœnæ, non quidem totius, sed secundum modum suæ deuotionis, & feruoris. In quantum verò est sacrificium, habet vim satisfactiuam; sed in satisfactione magis attenditur affectus offerentis, quam quantitas oblationis. vnde & Dominus dicit Luc. 21. de vidua, quæ obtulit duo æra, q̄ plus omnibus misit. Quamuis ergo hæc oblatio ex sui quantitate, sufficiat ad satisfaciendum pro omni pœna: tamen fit satisfactoria illis, pro quibus offertur, vel etiā offerentibus, secundum quantitatem suæ deuotionis, & non pro tota pœna.

¶Ad primum ergo dicendum, quòd sacramentum baptismi directè ordinatur ad remissionem pœnæ & culpæ, non autem eucharistia: quia baptismus datur homini quasi commorienti Christo; Eucharistia autē quasi nutriendo & perficiendo per Christum. vnde non est similis ratio.

¶Ad secundum dicendum, quòd alia sacrificia & oblationes non operantur remissionem totius pœnæ, neq; quantum ad quantitatem oblati: sicut hoc sacrificium, neque quantum ad deuotionem hominis, ex qua contingit, quòd etiam hic non tollitur tota pena.

¶Ad tertium dicendum, quòd hoc, quòd tollitur pars pœnæ, & non tota pœna per hoc sacramentum, non contingit ex defectu virtutis Christi, sed ex defectu deuotionis humanæ.

ARTICVLVS VI.

Vtrum per hoc sacramentum præseruetur homo à peccatis futuris.

475 4.d.12.q.2. ar.2.q.2.ad 1.& d.13.q. 3 art.3.q.1. ad 3.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur q̄ per hoc sacramentum non præseruetur homo à peccatis futuris. Multi enim dignè sumentes hoc sacramentum, postea in peccatum cadunt: quod non accideret, si hoc sacramentum præseruaret à peccatis futuris. non ergo effectus huius sacramenti est, à peccatis futuris præseruare.

¶2 Præt. Eucharistia est sacramentum charitatis, vt supra* dictum est: sed charitas non videtur præseruare à peccatis futuris: quia semel habita pōt amitti per peccatum, vt in 2. parte † habitum est. ergo videtur, q̄ nec hoc sacramentum præseruet hominem à peccato.

Ar.4.huius quæst.ad 3. 2.2.q.24.a.

¶ 3 Præt. Origo peccati in nobis, est lex peccati, quæ est in membris nostris, vt patet per Apost. Ro.7. sed mitigatio fomitis, qui est lex peccati, non ponitur effectus huius sacramenti: sed magis baptismi. ergo præseruare à peccatis futuris, non est effectus huius sacramenti.

¶SED CONTRA est, quòd Dominus dicit Ioan.6. Hic est panis de cælo descendens, vt si quis ex ipso manducauerit, non moriatur: quod quidem manifestum est, non intelligi de morte corporali. ergo intelligitur, quòd hoc sacramentum præseruet à morte spirituali, quæ est peccatum. *

* aliàs quæ est per peccatum.

¶Respon. Dicendum, quod peccatum est quædā spiritualis mors animæ: vnde hoc modo præseruatur aliquis à peccato futuro, quo præseruatur corpus à morte futura: quod quidem fit dupliciter: vno modo, inquantū natura hominis interius roboratur contra interiora corruptiua, & sic præseruatur à mortē per cibum & medicinam. Alio modo per hoc, quòd munitur contra exteriores impugnationes, & sic præseruatur per arma, quibus munitur corpus: vtroque aūt modo, hoc sacramentū præseruat à peccato. Nam primo quidem per hoc, q̄ Christo coniungit per gratiam, roborat spiritualem vitā hominis, tanquā spiritualis cibus & spiritualis medicina, secundū illud psal. 103. Panis cor hominis confirmat, & Aug.* dicit super Io. Securus accede, panis est, nō venenum. Alio modo, inquantum est quoddam signum passionis

* Tra.26.in Ioā.a medio.

*Ho.47.in Io.a medio.

sionis Christi, per quā victi sunt dæmones, repellit omnem dæmonum impugnationem: vnde Chrys.* dicit super Io. Vt leones flammam spirantes, sic ab illa mensa discedimus terribiles effecti diabolo.

¶ Ad primum ergo dicendum, q̄ effectus huius sacramenti recipitur in homine, ſm hominis conditionē: sicut contingit de qualibet causa actiua, q̄ eius effectus recipitur in materia, ſm modum materiæ. Homo autē in statu viæ est huius conditionis, q̄ liberum arbitrium eius potest flecti in bonum & malum: vnde licet hoc sacramentum quantum est de se, habeat virtutem præseruatiuam à peccato, non tamen aufert homini possibilitatem peccandi.

¶ Ad secundum dicendum, q̄ charitas, quantum est in se, præseruat hominem à peccato, secundum illud Roma.13. Dilectio proximi malum non operetur: sed ex mutabilitate liberi arb. contingit, quòd aliquis post habitam charitatem peccat, sicut & post susceptionem huius sacramenti.

¶ Ad tertium dicendum, q̄ licet hoc sacrm non directè ordinetur ad diminutionē fomitis, diminuit tū fomitem ex quadam consequentia. inquantum auget charitatem, quia sicut Aug.* dicit in li.83. Quæstionū, augmentum charitatis est diminutio cupiditatis. Directè autē confirmat cor hominis in bono: per quod ēt præseruatur homo à peccato.

q.26.paulo a prin.to.4.

ARTICVLVS VII.

Vtrum hoc sacramentum prosit alijs, quàm sumentibus.

476 Su.q.78.ar. 3.ad 8. Et præsenti q. a.1.cor. Et 4.d.12.q.2 artic.1.q.2. ad 4 Et di. 45.q.2.art. 3.q.1.ad 3. & Io. 6.le. 6.fi.

AD Septimum sic proceditur. Videtur q̄ hoc sacramentum non prosit nisi sumenti. Hoc enim sacramentum est vnius generis cum aliis sacramentis, vtpote aliis coniuisum: sed alia sacramenta non prosunt nisi sumentibus, sicut effectum baptismi non suscipit nisi baptizatus. ergo nec hoc sacramentum prodest aliis nisi sumenti.

¶2 Præ. Effectus huius sacramenti est adeptio gratiæ, & gloriæ, & remissio culpæ ad minus venialis. si ergo hoc sacrm haberet effectum in aliis, quàm in sumentibus, posset contingere, quòd aliquis adipisceretur & gratiam & gloriam & remissionem culpæ, absq; actione & passione propria, alio sumente, uel offerente hoc sacramentum.

¶ 3 Præt. Multiplicata causa, multiplicat effectus. si ergo hoc sacrm prodesset aliis, quàm sumentibus, sequeretur q̄ magis prodesset alicui, si multi sumerent hoc sacramentum, multis hostiis in vna missa consecratis: quod non habet ecclesiæ consuetudo, vt. s. multi communicent pro aliquius salute. non ergo vī q̄ hoc sacramentum prosit nisi sumenti.

¶ Sed contra est, quòd in celebratione huius sacri fit pro multis aliis deprecatio: quod frustra fieret, nisi hoc sacrm aliis prodesset. Hoc ergo sacrm non solum sumentibus prodest.

Ar.5.huius quæst.

¶Respondeo dicendum, q̄ (sicut prius* dictum est) hoc sacramentum non solum est sacramentum, sed etiā est sacrificium: inquantum enim in hoc sacramento repræsentatur passio Christi, qua Christus obtulit se hostiam Deo (vt dicitur Ephe. 5.) habet rationem sacrificii: inquantum verò in hoc sacramento traditur inuisibilis gratia sub uisibili specie, habet rationem sacramenti. sic ergo hoc sacramentum sumentibus quidem prodest, & per modum sacramenti, & per modum sacrificii: quia pro omnibus sumentibus offertur: dicitur enim in canone missæ, quotquot ex hac altaris participatione, sacrosanctum filii tui corpus, & sanguinem sumpserimus omni benedictione cælesti, & gratia repleantur: sed aliis, qui non sumunt prodest per modum sacrificii, inquantū pro salute eorum offertur: unde & in canone missæ dī, Memento Domine famulorum famularumq. tuarum, pro quibus tibi offerimus, vel qui tibi offerunt, hoc sacrificium laudis, pro se suisq. omnibus, pro redemptione animarum suarum, pro spe salutis & incolumitatis suæ, & vtrumq; modum proficiendi Dñs expressit, dicens Mat. 26. & Luc. 25. Qui pro vobis. s. sumentibus, & pro multis, scilicet aliis, effundetur in remissionem peccatorum.

¶Ad primum ergo dicēdum, q̄ hoc sacramentū præ aliis habet, quòd est sacrificium. & ideo non est similis ratio.

¶ Ad secundum dicendum, quòd sicut passio Christi prodest quidem omnibus, quantum ad sufficientiam, & ad remissionem culpæ, & ad eptionem gratiæ, & gloriæ: sed effectum non habet nisi in illis, qui passioni Christi coniunguntur per fidem & charitatem, ita & hoc sacrificium, quod est memoriale dominicæ passionis, non habet effectum nisi in illis, qui coniunguntur huic sacramento per fidem & charitatem: unde & Augustinus, *dicit ad Renatum, Quis offerat corpus Christi nisi pro his, qui sunt membra Christi: unde & in canone missæ his, qui sunt extra ecclesiam: illis tamen prodest plus uel minus, secundum modum deuotionis eorum.

* In lib.de anima, & eius origine c.9. to.3.

¶ Ad tertium dicendum, q̄ sumptio pertinet ad rationem sacrificii, sed oblatio pertinet ad rationem sacrificii. Et ideo ex hoc, q̄ aliquis sumit corpus Christi, vel etiam plures, non accrescit aliis aliquod iuuamentum. Similiter etiam ex hoc, q̄ sacerdos plures hostias consecrat in vna missa, non multiplicatur effectus huius sacri: quia non est nisi unum sacrificium: nihil enim plus est virtutis in multis hostiis consecratis, quàm in una, cum sub omnibus & sub vna nō sit nisi totus Christus: unde nec si aliquis simul in vna missa multas hostias consecratas sumat, participabit maiorem effectum sacramenti. In pluribus verò misis multiplicatur sacrificii oblatio. & ideo multiplicatur effectus sacrificii & sacramenti.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum per ueniale peccatum impediatur effectus huius sacramenti.

477 4.d.12.q.2. ar.1.q.3. Et ar.2. q.1.ad 2. * Trac.26. in Ioā.post me.to.9.

AD Octauum sic proceditur. Videtur quòd per ueniale peccatum non impediatur effectus huius sacramenti. Dicit enim Aug. *super illud Ioann.6. Patres vestri manducauerunt manna, &c. Panem cælestem spiritualiter manducate, innocentiam ad altare portate, peccata etsi sunt quotidiana, non sint mortifera. Ex quo patet q̄ venialia peccata, quæ quotidiana dicuntur, spiritualem manducationem non impediunt: sed spiritualiter manducantes, effectum huius sacramenti percipiunt. ergo peccata venialia non impediunt effectū huius sacramenti.

¶2 Præ. Hoc sacramentum non est minoris uirtutis, quàm baptismus: sed effectum baptismi (sicut supra †dictum est) impedit sola fictio, ad quam non pertinent peccata venialia: quia sicut Sap.1. dī, Spiritus sanctus disciplinæ effugiet fictum: qui tamen per peccata uenialia nō fugatur. ergo neque effectum huius sacri impediunt peccata uenialia. q.69.art.9

¶ 3 Præterea. Nihil quod remouetur per actionē alicuius causæ, potest impedire eius effectum, sed peccata venialia tolluntur per hoc sacrm. ergo non impediunt eius effectum.

¶ Sed

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Sed contra est, quòd Dama. *dicit in 4. lib. Ignis elus, q̃ in nobis est, desiderii, assumens eam, quæ ex carbone. i. ex hoc sacramento ignitionem, comburat nostra peccata, & illuminet corda nostra, vt participatione diuini ignis igniamur & deficiemur; sed ignis nostri desiderii vel amoris impeditur per peccata uenialia, quæ impediunt feruorem charitatis, ut in secunda parte* habitum est. ergo peccata venialia impediunt effectum huius sacramenti.

*3.4. orth. fid. ca. 14. & 2 med.

*1.2. q. 81. ar. 4. & 2.2. q. 24. ar. 10.

¶ Respondeo dicendum, quòd peccata venialia dupliciter accipi possunt: vno modo, put sunt præterita: alio modo, prout sunt actu exercita. Primo quidem modo, peccata venialia nullo modo impediunt effectum huius sacri: potest. n. contingere, q̃ aliquis post multa peccata venialia commissa, deuotè accedat ad hoc sacr̃m, & plenariè huius sacri consequatur effectum. Secundo autē modo, peccata venialia non ex toto impediunt huius sacramenti effectum, sed in parte. Dictum est. n. * q̃ effectus huius sacri non solum est adeptio habitualis gratiæ vel charitatis: sed etiam quædam actualis refectio spiritualis dulcedinis: quæ quidem impeditur, si aliquis accedat ad hoc sacr̃m, per peccata uenialia mente distractus: non autem tollitur augmentum habitualis gratiæ uel charitatis.

Art. 2. & 2. huius q.

¶ Ad primvm ergo dicendum, q̃ ille, qui cū actu venialis peccati ad hoc sacramentum accedit, habitualiter quidem manducat spiritualiter, sed non actualiter. Et ideo habitualem effectum huius sacramēti percipit, non autem actualem.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ baptismus non ita ordinatur ad actualem effectum. i. feruoré charitatis, sicut hoc sacr̃m. Nam baptismus est spiritualis regeneratio, q̃ quam acquiritur prima perfectio, quę est habitus vel forma: hoc autem sacr̃m est spiritualis manducatio, quæ habet actualem delectationem.

¶ Ad tertium dicendum, quòd illa ratio procedit de venialibus præteritis, quæ per hoc sacramentum tolluntur.

QVAEST. LXXX.

De usu, seu sumptione huius sacramenti in communi in duodecim articulos diuisa.

DEINDE considerandū est de vsu, siue sumptione huius sacramenti. Et primo quidem in communi. Secundo, quomodo Christus est vsus hoc sacramento.

Circa primum quæruntur duodecim.

¶ Primo, Vtrum sint duo modi manducandi hoc sacramentum. s. sacramentaliter & spiritualiter.
¶ Secundo, Vtrum soli homini conueniat manducare spiritualiter hoc sacramentum.
¶ Tertio, Vtrum solius hominis iusti sit manducare sacramentaliter.
¶ Quarto, Vtrum peccator manducans sacramētaliter, peccet.
¶ Quinto, De quantitate huius peccati.
¶ Sexto, Vtrum peccator accedens ad hoc sacramentum sit repellendus.
¶ Septimo, Vtrum nocturna pollutio impediat hominē à sumptione huius sacramenti.
¶ Octauo, Vtrum sit solum à ieiunis sumendum.
¶ Nono, Vtrum sit exhibendum non habentibus vsum rationis.
¶ Decimo, Vtrum sit quotidie sumendum.
¶ Vndecimo, Vtrum liceat omnino abstinere.
¶ Duodecimo, Vtrum liceat percipere corpus sine sanguine.

ARTICVLVS I.

Vtrum distingui debeant duo modi manducandi corpus Christi.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur q̃ non debeant distingui duo modi manducandi corpus Christi, scilicet sacramentaliter, & spiritualiter: sicut. n. baptismus est spiritualis regeneratio (secundum illud Ioann. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, &c.) ita etiam sacramentum est spiritualis cibus, vnde Dominus de hoc sacramento loquens dicit Ioann. 6. Verba quæ ego locutus sum vobis, spiritus & vita sunt: sed circa baptismum non distinguitur duplex modus sumendi, scilicet sacramentalis, & spiritualis. ergo neque circa hoc sacramentum debet hæc distinctio adhiberi.

Inf. art. 3. & 3. cor. & 4. d. 9. ar. 1. q. 1. ad 1. & q. 3. per totū. Et Io. 6. lec. 7. & 1. cor. 11. lec. 10. 7. fi. & op. 58: c. 17. 18. 19. & 20.

¶ 2 Præ. Ea, quorum unum est propter alterum, non debent abinuicem diuidi: quia vnum ab alio speciem trahit: sed sacramentalis manducatio ordinatur ad spūalē, sicut ad finem. non ergo debet sacramentalis manducatio contra spiritualem diuidi.

¶ 3 Præ. Ea, quorum vnū non pōt esse sine altero, non debent contra se diuidi: sed vī q̃ nullus possit manducare spiritualiter, nisi ēt sacramentaliter manducet: alioqn antiqui patres hoc sacr̃m spiritualiter manducassēt, frustra ēt essēt sacramentalis manducatio, si sine ea spiritualis esset possēt. non igitur conuenienter distinguitur circa hoc sacramentum duplex manducatio, s. sacramentalis & spiritualis.

¶ Sed contra est, q̃ super illud 1. Cor. 11. Qui manducat & bibit indignè, &c. dicit glo. * Duos dicimus esse modos manducandi, vnum sacramentalem, & alium spiritualem.

* Gl. or. ibi.

¶ Respond. dicendum, quòd in sumptione huius sacramenti duo sunt consideranda. s. ipsum sacramentum, & effectus ipsius, de quorum vtroque iam supra* dictū est. Perfectus igitur modus sumendi hoc sacramentum, est qñ aliquis ita hoc sacr̃m suscipit, q̃ percipit eius effectum, contingit autem quandoque (sicut supra dictum est*) q̃ aliquis impeditur à percipiendo effectu huius sacramenti, & talis sumptio huius sacri est imperfecta. Sicut igitur perfectum contra imperfectum diuiditur, ita sacramentalis manducatio, per quam sumitur solum sacramentum sine effectu ipsius, diuiditur contra spiritualem manducationem, per quam quis percipit effectum huius sacri, quo spiritualiter homo Christo coniungitur per fidem, & charitatem.

* q. præced.

¶ Ad primum ergo dicendum, q̃ etiam circa baptismum, & alia huiusmodi sacramenta similis distinctio adhibetur, nam quidam suscipiunt tantum sacr̃m, quidā verò sacramentum, & rem sacramenti. In hoc tamen differunt, quia cum alia sacra perficiantur in vsu materiæ, percipere sacr̃m, est ipsa perfectio sacramenti: hoc autē sacramentum perficitur in consecratione materiæ, & ideo vterque vsus est consequens hoc sacramentum. In baptismo etiam & aliis sacramentis characterem imprimentibus, illi qui accipiunt sacramentum, recipiunt aliquem spiritualem effectum. s. characterem, quod non accidit in hoc sacramento. Et ideo, magis in hoc sacramento distinguitur vsus sacramentalis à spirituali, quàm in baptismo.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ sacramentalis māducatio,

catio, quæ pertingit ad spiritualem, non diuiditur contra spiritualem, sed includitur ab ea: sed illa sacramentalis manducatio contra spiritualem diuiditur, quæ effectum non consequitur: sicut imperfectum quod nō pertingit ad perfectionem speciei, diuiditur cōtra perfectū.

*Q. 66. ar. 11. q. 68. artic. 2. q. 73. art. 3.

¶ Ad tertium dicendum, quòd (sicut supra dictum est*) effectus sacramenti potest ab aliquo percipi, si sacramentum habeat in voto, quamuis non accipiat in re. Et ideo, sicut aliqui baptizantur in baptismo flaminis propter desiderium baptismi, antequam baptizentur baptismo aquæ, ita etiam aliqui manducant spiritualiter hoc sacramentum antequam sacramentaliter sumant: sed hoc contingit dupliciter: vno modo propter desiderium sumendi ipsum sacramentum, & hoc modo dicuntur baptizari & manducare spiritualiter, & non sacramentaliter, illi qui desiderant sumere hæc sacramenta iam instituta: alio modo propter figuram, sicut dicit Apostolus primæ Corinthio. 10. Quòd antiqui patres baptizati sunt in nube, & in mari, & quòd spiritualem escam manducauerunt, & spiritualem potum biberunt: nec tamen frustra adhibetur sacramentalis manducatio: quia plenius inducit sacramenti effectum ipsa sacramenti suceptio, quàm solum desiderium: sicut supra circa baptismum dictum est. *

*Q. 69. articul. 4. ad 2. & q. 66. art. 11. & 12.

ARTICVLVS II.

Vtrum solius hominis sit hoc sacramentum spiritualiter sumere.

479. 4. d. 9. art. 2. q. 3. & 5. Et 1. Cor. 11. lec. 7.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd non solius hominis sit hoc sacramentum spiritualiter sumere, sed etiam angelorum: quia super illud Psal. 7. Panem angelorum manducauit homo, dicit glossa id est, corpus Christi, qui est verè cibus angelorum: sed hoc nō esset, si angeli spiritualiter Christum non manducarent. ergo angeli spiritualiter Christum manducant.

† Tracta. 26. in Io. tom. 9. * Alias q

¶ 2 Præter. Augustin. † dicit super Ioan. Hunc cibum & potum societatem vult intelligi corporis & membrorum suorum, quæ * est Ecclesia in prædestinatis: sed ad istam societatem non solum pertinent homines, sed etiā sanctiangeli. ergo sanctiangeli spiritualiter manducant.

¶ 3 Præter. Augustin. * in lib. de verbis Domini dicit, Spiritualiter manducandus est Christus, quoniam ipse dicit, qui manducat meam carnem & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo: sed hoc conuenit non solum hominibus, sed etiam sanctis angelis: in quibus per charitatem est Christus, & ipsi in eo. ergo videtur quòd spiritualiter manducare, non solum sit hominum, sed etiam angelorum.

* Tracta. 26. in Ioan. parum post med. to. 9. refertur de cō. d. 2. c. Panem de altari.

¶ Sed cōtra est, quòd August. † dicit super Ioan. Panem de altari spiritualiter manducare, innocentiam ad altare portate: sed angelorum nō est accedere ad altare, tamquam aliquid inde sumpturi. ergo angelorum non est spiritualiter manducare.

¶ Respon. Dicendum, quòd in hoc sacramento continetur ipse Christus: non quidem in specie propria, sed in specie sacramenti. Dupliciter ergo contingit manducare spiritualiter ipsum Christum: vno modo, prout in specie consistit: & hoc modo angeli manducant spiritualiter ipsum Christum, inquantum ei vniuntur fruitione charitatis perfectæ, & visione manifesta (quem panem expectamus in patria) non per fidem, sicut nos et hic vnimur: alio modo contingit spiritualiter manducare Christum, prout est sub speciebus huius sacramenti, inquantum scilicet aliquis credit in Christum cum desiderio sumendi hoc sacramentum. Et hoc non solum est spiritualiter manducare Christum, sed etiam spiritualiter manducare hoc sacramentum, quod non competit angelis. Et ideo licet angeli spiritualiter manducent Christum: non tamen conuenit eis spiritualiter manducare hoc sacramentum.

¶ Ad primum ergo dicendum, quod sumptio Christi sub hoc sacramento, ordinatur sicut ad finem ad fruitionem patriæ, qui angelieo fruuntur. Et quia ea, quæ sunt ad finem, deriuantur à fine, inde est quòd ista manducatio Christi: qua eum sumimus sub sacramento, quodam modo deriuatur ab illa manducatione, qua angeli fruuntur Christo in patria. Et ideo dicitur homo manducare panem angelorum, quia primo & principaliter est angelorum, qui eo fruuntur in specie proprii: secundario autē est hominum, qui Christū sub sacramento accipiunt.

¶ Ad secundum dicendum, quòd ad societatem corporis mistici pertinent quidem, & homines, & angeli, sed homines per fidem, angeli autem per manifestam visiōnē: sacramenta autem proportionantur fidei, per quam veritas videtur in speculo, & in ænigmate. Et ideo propriè loquendo, non angelis, sed hominibus conuenit manducare spiritualiter hoc sacramentum.

¶ Ad tertium dicendum, quòd Christus manet in hominibus secundum præsentem statum per fidem, sed in angelis beatis est per manifestam visionem, & ideo non est simile, sicut dictum est. *

*In solutionibus prec. arg. 1. & 2. in isto art.

ARTICVLVS III.

Vtrum solus homo iustus possit Christum sacramentaliter manducare.

480. 4. d. 9. art. 2. q. 1. & 2. Et ar. 3. q. 2. c. fi. fi. Et di. 12. q. 1. ar. 2. q. 2. cor.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd nullus possit manducare Christum sacramentaliter, nisi homo iustus. Dicit enim Augustin. † in lib. de Remedio pœnitentiæ, vt quid paras dentem & ventrem, crede, & manducasti: credere enim in eum, hoc est panem viuum manducare: sed peccator non credit in eum: quia non habet fidem formatam, ad quam pertinet credere in Deum, vt in secunda parte habitum est. * ergo peccator non potest manducare hoc sacramentum, quod est panis uiuus.

† Tracta. 25. in Io. parū ante med. t. 9. refertur de consi. d. 2. cap. Vt quid paras.

¶ 2 Præt. Hoc sacramentum maximè dicitur esse sacramentum charitatis, vt supra dictum est: † sed sicut infideles priuantur fide, ita omnes peccatores priuantur charitate. Infideles autem non videntur posse sacramentaliter sumere hoc sacramentum, cum in forma huius sacramenti dicatur mysterium fidei. ergo pari ratione neque aliquis peccator potest corpus Christi sacramentaliter manducare.

*2.2. q. 4. art. 5.

¶ 3 Præter. Peccator magis est abominabilis Deo, quàm creatura irrationalis: dicitur enim in psal. 48. De homine peccatore, Homo, cum in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis: sed animal brutum (puta, mus aut canis) non potest sumere hoc sacramentum: sicut etiam non potest sumere sacramentum baptismi, ergo videtur quòd pari ratione, neque peccatores, hoc sacramentum manducent.

*Q. præc. ar. 4. ad 3. arg.

¶ Sed contra est, quòd super illud Ioann. 6. (Patres vestri manducauerunt manna in deserto, & mortui sunt) dicit Aug. † Multi de altari accipiunt, & accipiendo moriuntur: vnde dicit Apostol. Iudicium sibi manducat & bibit: sed non moriuntur sumendo nisi peccatores. ergo peccatores corpus Christi sacramentaliter manducant, & non solum iusti.

* Tracta. 26. in Ioā. paruma. me. super illud: ego sum panis vitæ. to. 9.

¶ Respon. Dicendum, quòd circa hoc quidam antiqui errauerunt dicentes quòd corpus Christi, nec etiam sacramentaliter à peccatoribus sumitur, sed quàm cito labiis peccatoribus contingitur. tam cito sub speciebus sacramētalibus desinit esse corpus Christi: sed hoc est erroneum, derogat enim veritati huius sacramenti, ad quam pertinet (sicut supra dictū est*) quod manentibus specie bus corpus Christi sub eis esse non desinat. Species autē

*Q. 76. ar. 6. ar. 3. Et q. 77. ar. 8.

Universidad de Deusto
Biblioteca

manent, quandiu substantia panis maneret, si ibi adesset, vt supra dictum est † Manifestum est autem, quòd substantia panis assumpta à peccatore, non statim esse desinit, sed manet quandiu per calorem naturalem digeratur: vnde tandiu corpus Christi sub speciebus sacramentalibus manet a peccatoribus sumptis. vnde dicendum est, quòd peccator sacramentaliter corpus Christi manducare potest, & non solum iustus.

*Q.77. ar. 1. & 5. & 8. & aliis eiusdem q.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd verba illa & similia sunt intelligenda de spirituali manducatione, quæ peccatoribus non conuenit. Et ideo ex praua intellectu horum verborum videtur prædictus error processisse, dum nescierunt distinguere inter corporalem & spiritualem manducationem.

¶ Ad secundum dicendum, quòd etiam si infidelis sumat species sacramentales, corpus Christi sub sacramento sumit: vnde manducat Christum sacramentaliter, si ly sacramentaliter, determinat verbum ex parte manducati: si autem ex parte manducantis, tunc propriè loquèdo, non manducat sacramentaliter: quia non vtitur eo quod accipit vt sacramento, sed vt simplici cibo, nisi forte infidelis intenderet recipere illud, quod eccl'sia confert, licet non haberet fidem veram circa alios artículos, vel etiam hoc sacramentum.

¶ Ad tertium dicendum, quòd etiam si mus vel canis hostiam consecratã manducet, substantia corporis Christi non desinit esse sub speciebus, quandiu species illæ manent: hoc est, quandiu substantia panis maneret, sicut ètiam si proiiceretur in lutum: nec hoc vergit in detrimentum dignitatis corporis Christi, qui voluit à peccatoribus crucifigi absque diminutione tuæ dignitatis. præsertim cum mus aut canis non tãgat ipsum corpus Christi, secundum propriam speciem, sed solum secundum species sacramentales: quidam autem dixerunt, quòd statim cum sacramentum tangitur à mure vel cane, desinit ibi esse corpus Christi: quod etiam derogat veritati sacramenti, sicut supra dictum est* Nec tamen dicendũ est, quod animal brutum sacramentaliter corpus Christi manducet: quia non est natum vti eo vt sacramento: vade non sacramẽtaliter, sed per accidens corpus Christi manducat: sicut manducaret ille, qui sumeret hostiam consecratam, ne sciens eam esse consecratam. Et quia id quod est per accidens, non cadit in diuisione alicuius generis, ideo hic modus manducandi corpus Christi, non ponitur tertius præter sacramentalem & spiritualem,

*In corp. art.

¶ *Super quæstionis octuagesimæ, Articulum IIII.*

IN q. 80. artic. 4. dubiũ occurrit, an cõtritus nõ aũt cõfessus de peccato mortali habita copia cõfessoris idonei, sumens Eucharistiam, peccet mortaliter. Et est ratio dubij, quia cõmuniter dicitur ꝙ habita copia cõfessoris tenetur cõfiteri mortale cõtriti ante sumptionẽ Eucharistiæ: nõ tamen cõmuniter asseritur quòd tenestur sub peccato mortali.

481. Infra art. 7. & 8 co. Et 4 d. 9. ar. 3. q. 1. & 2. Et ar tic. 4 q. 2. cor. Et 1. corin. 11. lc. 7.

¶ Ad huius quæstionis difficultatẽ apertiorẽ, sciẽdum est, ꝙ teneri sub vin culo peccati mortalis, vel nõ sic teneri ad confessionẽ huiusmodi ame Eucharistiam, oportet accipere vel ex iure diuino vel ex ratione naturali, vel ex iure positiuo. Et ab vltimo inchoando, ius positiuũ nullum appa et præcipiens cõfessionẽ ante sumptionem Eucharistiæ. Ratio aũt ex naturali discursu à doctoribus sacris allata ad hoc est, quia distributio ũ ad ministros Ecclesiæ esse per hoc sumpturus Eucharistiã debet esse mundus iudicio Ecclesiæ. Quã quidẽ rationẽ ipsimet doctores sacri nõ tãti faciunt, vt necessariò ipsam cõcludere dicãnã dicet ipsam habere locũ nõ simpliciter & absolutè, sed quãdo adest copia cõfessoris. Et reuera ratio ista nõ cogit. nec ius statuit: quoniã facilè solui potest, dicendo ꝙ sumpturus ꝙ ministros Ecclesiæ Eucharistiã debet esse mũdus iudicio ministrorũ vel iudicio Domini ipsorũ ministrorũ: contritus aũtem mundus est iudicio Dei, mẽbrum ꝙ est formatum cum etiam militan tis Ecclesiæ.

*alias, ergo hoc sacramẽtũ corporaliter abiũcta culpa iũcti. *Lib. 2. c. 19. non longe a prin. to. 1.

¶ Ex diuino verò iure præceptũ hoc non apparet, quin potius insinuat oppositum, dum 1. ad Cor. 11. Apostolus dicit, Probet aũtẽ seipsum homo: & sic de pane illo edat. Vbi duo dicit: primò ꝙ homo ꝓbet seipsum: ꝙ pertinet ad contritionem: & nõ dicit ꝙ probetur à cõfessore. Et quãuis locus ab auctoritate negatiuè parũ aut nihil valeat, ex secundo tamẽ dicto affirmatiuo videtur negatiuũ ista fulciri, subiungitur enim. Et sic de, pane illo edat, hoc enim subiunctũ mõstrat sufficere ad sumendã Eucharistiã ꝙ homo probet seipsũ. Nã si probare seipsum nõ sufficeret, Apostolus nõ subiunxisset documẽtũ dispositionis hominis communicaturi, quale subiunxit dicens Et sic, id est, probato seipso, & pane illo edat, &c.

†Quocirca videtur mihi ex hoc Apostoli documento & ex ratione subiungenda, ꝙ contritus sumẽs Eucharistiã non peccat mortaliter ẽt confessoris habita copia. Ratio aũt mouens

Articvlvs IIII.

Vtrum peccator sumens corpus Christi sacramentaliter peccet.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd peccator sumens corpus Christi sacramentaliter, non peccet, non enim est maioris dignitatis Christus sub specie sacramenti, quàm sub specie propria: sed peccato res tangentes corpus Christi sub specie propria, non peccabant, quin etiã veniam peccatorum consequebantur sicut legitur Luc. 7. de muliere peccatrice, & Matth. 14. dicitur, quicumq; tetigerunt fimbriam vestimenti eius, salui facti sunt. ergo non peccant, sed magis salutem consequuntur, sacramentum corporis Christi sumendo.

¶ 2 Præt. Hoc sacramentum, sicut & alia, est quædam spiritualis medicina. sed medicina datur infirmis ad salutẽ, secundum illud Matth. 9. Non est opus valentibus medicus, sed malè habentibus: infirmi autem vel malè habentes spiritualiter sunt peccatores. *ergo hoc sacramentum absque culpa sumere possunt.

¶ 3 Præt. Hoc sacramentum cum in se Christum contineat, est de maximis bonis. Maxima autem bona (secundum Augustinum lib. de libero arbit.) sunt quibus nullus malè potest vti. Nullus autẽ peccat, nisi per abusum alicuius rei. ergo nullus peccator sumens hoc sacramẽtum peccat.

¶ 4 Præt. Sicut hoc sacramentum sentitur gustu & tactu, ita & visu. Si ergo peccator ex eo, quòd sumit hoc sacramentum, peccet, videtur etiam quòd peccaret videndo, quod patet esse falsum: cum Ecclesia omnibus hoc sacramentum videndum, & adorandum proponat. ergo peccator nõ peccat ex hoc, quòd manducat hoc sacramentum.

¶ 5 Præt. Contingit quandoq; quòd aliquis peccator non habet conscientiam sui peccati, non tamen talis peccare videtur, corpus Christi sumendo: quia secundum hoc omnes peccarẽt qui sumunt, quasi periculose expenẽtes, cum Apostolus dicat 1. Cor. 4. Nihil mihi conscius sum: sed non in hoc iustificatus sum. non ergo videtur quod peccatori cedat in culpam, si hoc sacramentum sumat.

¶ Sed contra est, quod Apostolus dicit 1. Cor. 11. Qui manducat & bibit indignè, iudicium sibi manducat & bibit, idest, condemnationem. Dicit autẽ gl. ibidem, quòd indignè manducat, & bibit, qui in crimine est, vel irreuerenter tractat. ergo qui est in peccato mortali, si hoc sacramentum accipiat, damnationem acquirit, mortaliter peccans.

¶ RESPON. Dicendum, quòd in hoc sacramento sicut in aliis, id quod est sacramentum, est signum eius, quod est res sacramenti. Duplex autem est res huius sacramenti, sicut supra dictum est.* Vna quidem quæ est significata & contenta, scilicet ipse Christus: alia autem est significata & non contenta. s. corpus Christi mysticũ, ꝙ est societas sanctorũ. Quicũque ergo hoc sacramentum sumit, ex hoc ipso significat se esse Christo vnitum, & mẽbris eius incorporatũ: quod quidem fit per fidẽ formatam, quã nullus habet cũ peccato mortali. Et ideo manifestũ est, ꝙ quicũq; cũ peccato mortali hoc sacramẽtum sumit, falsitatem in hoc sacramento

*Q.73. ar. tic. 6.

uũs est quia cõtrariatur actũ istum, qui est contritũ de peccato mortali nõ cõfesso sumere Eucharistiã, non esse ex suo genere peccatum mortale. Quod ex eo euidẽter probatur, ꝙ si esset mortale ex suo genere, in nullo casu esset licitus: vt patet discurrẽdo per oẽs actus, qui ex suo genere sunt peccata mortalia: cõstat aũtẽ actũ istũ esse quandoq; licitũ, vt oẽs fatentur: quãdo. s. deest copia cõfessoris. Amplius duobus existentibus præceptis & veroque affirmatiuo, ac per hoc ambobus obligantibus, quantũ est ex natura sua solum tẽpore necessitatis, perspicimus manifestã differentiã in hoc ꝙ sumptio Eucharistiæ determinat tẽpus necessariũ respectu præcepti cõfessionis: & non determinat tẽpus necessarium respectu præcepti confessionis: nam sumptio Eucharistiæ præexigit absoluta necessitate vt probet seipsum homo per contritionẽ, & nõ præexigit absoluta necessitate vt probetur homo à cõfessore. Ergo confessio ante communionẽ nõ est in præcepto: quia tũc nõ est tẽpus necessitatis absolutæ: nec sic tẽpus necessitatis ex sumptione Eucharistiæ: sicut ex eadẽ sit tẽpus necessitatis respectu contritionis. Ex hoc igitur ꝙ, absolutè loquẽdo, contritum absq; confessione peccati mortalis sumere Eucharistiã, nõ est ex suo genere peccatũ mortale, nõ est sacrilegium seu mortale peccatũ sacrilegij, consequẽs est vt ex differẽtia illa. s. habita vel non habita copia confessoris, quã vtrumq; eorũ per accidẽs se habeat ad actũ istũ: non sit actus iste ex non mortali mortalis, aut ex mortali nõ mortalis: oportet enim iudiciũ de humanis actibus ex his quæ sunt per se, sumere. Et confirmatur: quia immiscere se sacris actibus sacramentalibus, qui sacrilegij essent, si in peccato mortali exercerentur cũ contritione sola peccatorum mortalium, nõ est peccatũ mortale: sufficit. n. sacerdoti ministranti sacramentũ pœnitẽtiæ aut baptismi extremæ vnctionis aut viatici, sola cõtritio, imò suscipere etiam alia sacramenta cũ sola contritione nullibi, videtur prohibitum & quod Patrũ auctoritate nõ est sanctũ, nos est superstitiosa nouitate præcipiendũ. Et licet ex his sic credẽdũ censeam, consulendũ tamẽ omnibus est, vt habita confessoris cõmoditate non solũm probet seipsum homo, sed clauibus Ecclesiæ seipsum subiiciat antequã de pane illo edat & de calice bibat: propter hoc enim Ecclesiæ consueuit confessionem, ad quã singuli tenentur semel in anno in Quadragesima facere: vt mũdi nõ solum apud Deũ, sed etiam (secundũ iudicium ministrorũ Ecclesiæ ad Eucharistiam fideles accedãt in Pascha.

*Loco in argum. citato.

*Tract. 62. in Ioan. circa prin. t. 9.

*Q.76. ar. 7.

*Cap. 7. eccl. Hie. par. 3. paulo a Prin.

E eccles. Hierar. sed ad manducationem non sunt admittendi, nisi soli illi, qui non solum sacramentaliter, sed etiam realiter sunt Christo coniuncti.

¶ Ad quintum dicendum, quòd hoc quòd non habet aliquis conscientiam sui peccati, potest contingere dupliciter. Vno modo per culpam suam, vel quia per ignorantiam iuris, quæ non excusat, reputat non esse peccatum quod est peccatum (puta si aliquis fornicator reputaret simplicem fornicationem non esse peccatum mortale) vel quia negligens est in examinatione sui ipsius: contra id quod Apostolus dicit 1. ad Corinthio. 11. Probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat: Et sic nihil ominus peccat peccator sumens corpus Christi, licet non habeat conscientiam peccati, quia ipsa ignorantia est ei peccatum: aliquo modo potest contingere sine culpa ipsius: puta cum doluit de peccato, sed non est sufficienter cõtritus: & in tali casu non peccat sumendo corpus Christi: quia homo per certitudinem scire non potest, vtrum sit verè contritus: sufficit enim, si in se signa contritionis inueniat: puta si doleat de præteritis, & proponat cauere de futuris. Si verò ignorat hoc quod fecit, esse actum peccati, propter ignorantiam facti, quæ excusat (puta si accessit ad non suum, quam credebat esse suam) non est ex hoc dicendus peccator: similiter etiam si totaliter est peccatum oblitus, sufficit ad eius deletionem generalis contritio, vt infra dicetur. * vnde iam non est dicendus peccator.

*Non ecclesiæ pleuit morte præuentus.

Articvlvs V.

Vtrum accedere ad hoc sacramentum cum conscientia peccati, sit grauissimum omnium peccatorum.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd accedere ad hoc sacramentum cum conscientia peccati, sit grauissimum omnium peccatorũ. Dicit enim Apostolus 1. ad Corinth. 11. Quicumq; manducauerit panem, & biberit calicem Domini indignè, reus erit corporis & sanguinis Domini glo. ibidem, * hoc est, ac si Christum occiderit, punieturus sed peccatum Christum occidentium, videtur fuisse grauissimum. ergo & hoc peccatum, quo aliquis cum conscientia peccati ad mensam Christi accedit, videtur esse grauissimum.

¶ 2 Præt. Hieron. dicit in quadã epistola, quidã ribi cum feminis, qui ad altare cum Deo sabularis, dic sacerdos, dic clerice, qualiter eisdem labijs filium Dei oscularis, quibus osculatus es labia meretricis, o Iuda, osculo Filiũ hominis tradis. Et sic videtur fornicator

*Gl. interlineris ibi in sententia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctum ad obiectū, ita se habet actus ad actū, non est necessaria quando actus sunt diuersarum rationum: sed solum quādo sunt vnius rationis gratiæ: est enim contumelia dehonorare principē quācunq; sed grauius est occidere eiuē, quām verbo dehonorare principē.

¶ Ad hoc dicitur, q̄ propositio est necessaria in vtrisque actibus: intellecta tamen vt in litera exponitur & communiter etiā intelligitur. s. de grauitate peccatorum ex proprio genere: hæc n. ex obiecto, vnde habet speciem actus, pēsatur. Et veritas eius patet. ex eo, q̄ dicimus maius esse peccatum secūdum suum genus blasphemium dei quām homicidiū, & tamen isti actus sunt diuersarū rationum, & ad hoc possent emulta exempla adduci. Nec graue videtur sapientibus, magis esse peccatum secundum suum genus hoc faere legiū quām simplex homicidium: quoniā intelligunt homicidium esse grauius aliunde, scilicet ex damno vitę illato & aliis huiusmodi.

*Tract. 88. in Ioan. inter medū & prin. to. 9.

*1.2. q. 73. ar. 6. Et 2. 2. qu. 73. art. 3.

ad mensam Christi accedens peccare, sicut Iudas peccauit, cuius peccatum fuit grauissimum: sed multa alia peccata sunt grauiora, quām peccatū fornicationis, & præcipuè peccatum infidelitatis. ergo cuiuslibet peccatoris ad mensam Christi accedentis peccatum est grauissimum.

¶ 3 Præt. Magis est abominabilis Deo immunditia spiritualis, quām corporalis: sed si quis proiiceret corpus Christi in lutum vel sterquilinium, grauissimum reputaretur eius peccatum. ergo grauius peccat, si ipsum sumat cū peccato, quod est immunditia spiritualis. ergo hoc peccatum est grauissimum.

¶ Sed contra est, quòd super illud Ioā. 15. Si non veniſſem, & locutus eis nō fuissem, peccatum non haberent, dicit Auguſt. * hoc intelligendum esse de peccato infidelitatis, quo tenentur cūcta peccata. & ita videtur hoc peccatum non esse grauissimum, sed magis peccatum infidelitatis.

¶ Respon. Dicendum, quòd (sicut in secunda parte dictum est *) dupliciter aliquod peccatum potest dici grauius alio: vno modo per se: alio modo, per accidens: per se quidem secundum rationem suæ speciei, quæ attenditur ex parte obiecti. Et secundum hoc, quanto id contra quod peccatur, est maius, tanto peccatum est grauius. Et quia diuinitas Christi est maior humanitate ipsius, & ipsa humanitas est potior quām sacramenta humanitatis, inde est quòd grauissima peccata sunt quæ committuntur in ipsam diuinitatem: sicut est peccatum infidelitatis & blasphemiæ: secundario autem sunt grauia peccata, quæ committuntur in humanitatem Christi: vnde & Matthæ. 12. dicitur, qui dixerit verbum contra Filium hominis, remittetur ei: qui autem dixerit verbū contra Spiritum sanctum, non remittetur ei, neque in hoc sæculo, neque in futuro. Tertio autem loco sunt peccata, quæ committuntur contra sacramenta, quæ pertinent ad humanitatem Christi: & post hoc sunt alia peccata, contra puras creaturas. Per accidens autem vnum peccatum est grauius alio ex parte peccantis: puta peccatū quod est ex ignorantia vel infirmitate, est leuius peccato, quod est ex contemptu vel ex certa scientia: & eadem ratio est de aliis circunstantiis. Et secundum hoc, illud peccatum in quibusdam potest esse grauius, sicut in his qui ex actuali contemptu, cum conscientia peccati ad hoc sacramentum accedunt, in quibusdam verò minus grauæ: puta in his qui ex quodam timore, ne deprehendantur in peccato, cum conscientia peccati ad hoc sacramentum accedunt. Sic ergo patet, quòd hoc peccatum est multis alijs grauius secundum suam speciem: nō tamen est omnium grauissimum.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd peccatū indignè sumentium hoc sacramentum, comparatur peccato occidentium Christum, secundum similitudinem (quia vtrūque committitur contra corpus Christi) non tamen secundum criminis quantitatem. peccatum enim occidentium Christum fuit multo grauius. primo quidem, quia illud peccatum fuit contra corpus Christi in specie propria: hoc autem peccatum est contra corpus Christi, in specie sacramenti. secundo, quia illud peccatū processit ex intentione nocendi Christo, non autem hoc peccatū.

¶ Ad secundum dicendum, quòd fornicator accipiens corpus Christi, comparatur Iudæ Christum osculanti, quantum ad similitudinem criminis (quia vterque ex signo charitatis Christum offendit) non tamen quantum ad criminis quantitatem, sicut etiam prius dictum est.† Hæc tamen criminis similitudo non minus competit aliis peccatoribus, quàm fornicatoribus. Nam & per alia peccata mortalia agitur contra charitatem Christi, cuius signum est hoc sacramētum, & tanto magis quanto peccata sunt grauiora: secundum quid tamen, peccatum fornicationis magis reddit hominem ineptum ad perceptionem huius sacramenti: inquantum scilicet per hoc peccatum spiritus maximè carni subiicitur, & ita impeditur feruor dilectionis, qui requiritur in hoc sacramēto. Plus tamen ponderat impedimentum ipsius charitatis, quàm feruoris eius: vnde & peccatum infidelitatis, quod fundi tus separat hominem ab ecclesiæ vnitate, simpliciter loquendo, maximè hominem ineptum reddit ad susceptionem huius sacramenti, quod est sacramentum ecclesiæ vnitatis, vt supra dictum est. * vnde & grauius peccat infidelis accipiens hoc sacramentum, quàm fidelis peccator, & magis cōtemnit Christum, secundum quòd est sub hoc sacramento, præsertim si non credat Christum verè sub hoc sacramento esse: quia quantum est in se, diminuit sanctitatem huius sacramenti, & virtutem Christi operantis in hoc sacramento, quod est contemnere ipsum sacramentum in seipso. Fidelis autem, qui cum conscientia peccati sumit, contemnit hoc sacramentum, non in seipso, sed quantum ad vsum, indignè accipiens: vnde & Apostolus primæ Corin. 11. assignans rationem huius peccati dicit, non diiudicans corpus Domini, id est, non discernens ipsum ab alijs cibis, quod maxime facit ille, qui non credit Christum esse sub hoc sacramento.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ille qui proiceret hoc sacramentum in lutum, multo grauius peccaret, quàm ille, qui cū conscientia peccati mortalis ad hoc sacramentum accedit. Primo quidem, quia ille hoc faceret ex intentione iniuriam faciendi huic sacramento, q̄ non intendit peccator indignè corpus Christi accipiens. Secundo, quia homo peccator est capax grātiæ, vnde etiam magis est aptus ad suscipiendum hoc sacramentum, quàm quæcumque alia irrationalis creatura: vnde maxime inordinatè vteretur hoc sacramento, qui proiiceret ipsum canibus ad manducandum, vel qui proiiceret in lutum conculcandum.

*In sol. præ.

ARTICVLVS VI.

Vtrū sacerdos debeat denegare corpus Christi peccatori petenti.

*Super quæstionis 80. Articul. 6.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd sacerdos debeat denegare corpus Christi peccatori petenti. Non enim est faciendum contra Christi præceptum, propter vitandum scandalum, vel infamiam alicuius: sed Dominus præcepit Matth. 7. Nolite sanctum dare canibus. Maxime autem datur sanctum canibus, cum hoc sacramentum peccatoribus exhibetur. ergo neq; propter vitandum scandalū, neque propter vitandam infamiam alicuius, debet hoc sacramentum peccatori petenti dari.

¶ 2 Præter. De duobus malis minus malum est eligendum: sed minus malū

483. Infra q. 81. art. 2. cor. Et ad 2. & 4. d. 9. art. 5. q. 1. per to. Et q. 2. corinth. Et quol. 5. art. 12.

licentia curatricu ratum autem extra tempus generalis communionis, persuasione, siue scā latio tamē ne gare communionē debere. Mihi autē videtur quòd licet citra sit distinctio Durā. vt petens cō munionē non exequatur s. crisegiū quod intēdit: debi tum tamē nullum video negandi oc culto peccatori publice se cōmunioni ingerenti. si ue sit sacerdos curatus, siue nō, modo stet, paratus in altari cōmunicās quoscumq;. Et ratio est: quia Christi actio, nostra est instructio: constat autē q̄ Dominus non tenebatur tūc ad communicandum apostolos, & de facili, motiū supersedendo potuisset sine scanda lo curare Iudā, in stituendo sacramē tum poſt data intinctā bucellam, qua sumpta exiuit foras. Et confirmatur: quia Iudas nō petijt communionem, & tamē Dominus apostolicū chorum communicās, ipsum cum exteris inuitauit dicens, Comedite, seu bibite ex hoc omnes.

¶ Quocirca Durā. distinctio locū habere videtur, quādo ad partem, coram aliis tamē petere aliquis, vt sacerdos vellet celebrare, & ipsum cōmunicare, tū enim qui nō tenetur cō municare tunc occultum peccatorē, debet, si sine scandalo potest, suum negare ministeriū. Dico autem sine scandalo, quia si negatio in dānum vergeret famæ ipsius petentis, par esset ratio in hoc casu, & in casu quo staret paratus ad communicandum: posset. n. ne actus negationis suæ, derraheret famæ proximi, cōmunicare ipsum relinquendo ipse peccatori curam faimet.

¶ Et in eodem art. caute nota in nullo casu dandā aut accipiendam esse hostiam non consecratam, quasi lo

*In decre. 2. q. 4. c. Sæpe contingit.

*c. 27.

*Aliaspro singulis missā debet celebrare & communicare.

†Refertur de cons. d. 2. c. nō prohibeat tom. 9.

*Lib. 1. epist. 10. in princ.

esse videtur, si peccator infametur, vel etiam si ei hostia non consecrata detur, quàm si sumens corpus Christi, mortaliter peccet. videtur ergo hoc potius esse eligendum, quòd vel infametur peccator petens corpus Christi, vel etiam quòd detur ei hostia non consecrata.

¶ 3 Præter. Corpus Christi interdum datur suspectis de crimine, ad eorum manifestationē: legitur enim in Decr. †2. quæstio. 4. Sæpe contingit, vt. in monasteriis monachorum, furta perpetrentur: iccirco statuimus, vt quando ipsi fratres de talibus expurgare se debent, missa ab abbate celebretur, vel ab aliquo ex præsētibus fratribus, & sic expleta missa, omnes communicentur in hac verba, corpus Christi sit tibi hodie ad probationē, & infra, * Si episcopo aut presbytero aliquod maleficium fuerit imputatum, in singulis missa celebrari debet & communicari, * & de singulis sibi imputatis, innocentem se ostendere: sed peccato res occultos non oportet manifestari: quia si frōtem verecundiæ abiecerint, liberius peccabunt, vt Aug. dicit in lib. de verbis Domini. ergo peccatoribus occultis non est corpus Christi dandum, etiam si petant.

¶ Sed contra est, quòd super illud psa. 21. Manducauerunt, & adorauerunt omnes pingues terræ, dicit Auguſt. * Non prohibebat dispensator pingues terræ, id est. peccatores, mensam Domini manducare.

¶ Respon. Dicendum, quòd circa peccatores distinguendum est. Quidam enim sunt occulti, quidam verò manifesti, scilicet per euidentiam facti: sicut publici vsurarii, aut publici raptores: vel etiam per aliquod iudicium ecclesiasticū vel sæculare. Manifestis ergo peccatoribus nō debet etiam petētibus sacra cōmunio dari: vnde Cyp. † scribit ad quēdam, Pro dilectione tua consulendum me existimasti, quid mihi videatur de histrionibus, & magis illo, qui apud vos constitutus adhuc in artis suæ dedecore perseuerat, an talibus sacra communio cū cæteris Christianis debeat dari, puto nec maiestati diuinæ, nec euangelicæ disciplinæ congruere, vt pudor & honor Ecclesiæ tā turpi & infami contagione fœdetur. Si verò non sunt manifesti peccatores, sed occulti, nō potest eis petentibus sacra cōmunio denegari: cum enim quilibet Christianus ex hoc ipso, quòd est baptizatus, sit admissus ad dominicam mensam, non potest ei ius suum tolli, nisi pro aliqua causa manifesta: vnde super illud 1. Corint. 5. si is qui frater nominatur inter vos, &c. dicit glo. Auguſt. * Nos à communione quemquā prohibere non possumus, nisi aut sponte confessum, aut in aliquo iudicio ecclesiastico vel sæculari nominatū atq; conuictum: potest tamen sacerdos, qui est conscius criminis occultè monere

peccatorē occultū, vel etiā in publico generaliter omnes, ne ad mensam Domini accedant, antequam de peccatis pœniteant, & ecclesiæ reconcilientur. nam post pœnitentiā & reconciliationem, etiā publicis peccatoribus nō est communio deneganda, præcipuè in ar. mortis. vnde in concilio Carthaginēsi †legitur, Scenicis atque histrionibus, cæterisq; huiusmodi personis, vel apostatis conuersis ad Deum, reconciliatio non negetur.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd sancta prohibentur dari canibus, id est peccatoribus manifestis: sed occulta non possunt publicè puniri, sed sunt diuino iudicio reseruanda.

¶ Ad secundum dicendū, q̄ licet peius sit peccatori occulto peccare mortaliter, sumendo corpus Christi, quā infamari, tamen sacerdoti ministranti corpus Christi, peius est peccare mortaliter, infamando iniustè peccatorem occultū, quàm quòd ille mortaliter peccet, quia nullus debet peccatum mortale cōmittere, vt alium libereta peccato. vnde Aug. † dicit in lib. q. super Gen. periculosissimè admittitur hæc compensatio, vt nos faciamus aliquid mali, ne alius grauius malum faciat. Peccator tamen occultus potius deberet eligere infamari, quàm indigne ad mensam domini accedere. Hostia tamē non consecrata nullo modo debet dari loco consecratæ: quia sacerdos hoc faciens, quantum in se est, facit idololatrare illos, qui credunt esse hostiam consecratam, siue alios præsentes, siue etiam ipsum sumentem: quia vt Aug. * dicit, nemo carnem Christi manducet, nisi prius d adoret. vnde extra de celebratione missarum, c. de homine, dicitur, licet is, qui pro sui erriminis conscientia reputat se indignum peccet grauiter, si se ingerat, grauius tamen videtur offendere, qui fraudulenter illud præsumpserit simulare.

¶ Ad tertium dicendū, quòd decreta illa sunt abrogata per contraria documēta Romanorum pontificum. Dicit enim Stephanus papa, ferri candentis vel aquæ feruentis examinatione, confessionem extorqueri à quolibet, sacri canones non cōcedunt: spontanea enim confessione, vel testiū approbatione, publicata delicta commissa sunt regimini nostro iudicare: occulta verò & incognita, illi sunt relinquenda, qui solus nouit corda filiorū hominū. Et idē habetur extra de purgationibus, †c. ex tuarum. In omnibus. n. talibus esse videt Dei tētatio, vnde sine peccato fieri non possunt, & grauius videretur, si in hoc sacramento, quod est institutum ad remedium salutis, aliquis incurreret iudicium mortis: vnde nullo modo corpus Christi debet dari alicui suspecto de crimine, quasi ad examinationem.

*In c. 60 cil. 3. Carthag. can. 35.

*Referūt conf. d. 2. c. consuluisti.

*In decr. l. 5. ti. 34. cap. 8. Extuarum.

ARTICVLVS VII.

Vtrum nocturna pollutio aliquem impediat a sumptione huius sacramenti.

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur quòd nocturna pollutio non impediat aliquem à sumptione corporis Christi. Nullus enim impeditur à sumptione corporis Christi, nisi propter peccatum: sed nocturna pollutio accidit sine peccato: dicit enim Auguſt. * 12. super Gen. ad literam, ipsa phantasia, quæ fit in cogitatione fornicantis cum expressa fuerit in visione somniantis, vt inter illam & veram coniunctionē corporum non discernatur, continuo mouetur caro. & sequitur, quod eum non sequi solet, cum hoc tā sine

484. * 2. 2. q. 154. art. 5. Et 4. d. 9 art. 4 q. 2. & ver. q. 28. art. 3 ad 6. *Lib. 12. cap. 15 in med. to. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

peccato fiat, quàm sine peccato à vigilantibus dicitur: quod vt diceretur procul dubio cogitatum est. ergo nocturna pollutio non impedit hominem ab huius sacramenti sumptione.

*In fin. li. 32. regiſtri ad to. interrogatiõé, Augu. c. 10. non longe a fi.

¶ Præt. Grego † dicit in epistola ad Augu. episcopũ angelorum, hi quis sua coniuge non cupidine voluptatis raptus, sed tantum creandorum liberorum gratia utitur, ille profectò siue de ingressu ecclesiæ, siue de sumendo corporis dominici mysterio, suo est iudicio relinquendus: quia prohiberi à nobis non debet accipere, qui in igne positus, nescit ardere. Ex quo patet, quòd carnalis pollutio etiam vigilantis, si sit sine peccato, non prohibet hominem à sumptione corporis Christi. multo igitur minus prohibet nocturna pollutio dormientis.

¶ 3 Præt. Nocturna pollutio videtur solam immundi tiam corporalem habere: sed aliæ immunditiæ corporales, quæ secundum lagem impediebant ab ingressu sanctorum, in noua lege non impediunt a sumptione huius sacramenti: sicut de muliere pariẽte, vel menstruata, vel Loco nũc dicto, parum ante med. c. 10. fluxũ sanguinis patiẽte, scribit beatus Greg.* Aug. Angelorum episcopo. ergo videtur q̃ neque etiã nocturna pollutio impediat hominẽ a sumptione huius sacramẽti.

¶ 4 Præt. Peccatum veniale non impedit hominem a sumptione huius sacramenti, sed nec etiam peccatum mortale post pœnitentiam: sed dato quod nocturna pollutio prouenerit ex aliquo peccato præcedenti (siue crapulæ, siue turpium cogitationum) plerumque tale peccatum est veniale, & si aliquando sit mortale, potest contingere quod de mane pœnitet, & peccatum suum confitetur. ergo videtur, quod non debeat impediri a sumptione huius sacramenti.

¶ 5 Præt. Grauius peccatum est homicidii, quam fornicationis: sed si aliquis de nocte somniet se homicidiũ perpetrare, aut furtum aut quodcũque aliud peccatum, non propter hoc impeditur a sumptione corporis Christi. ergo videtur quod multo minus fornicatio somniata cum pollutione subsequente, impediat a sumptione huius sacramenti.

¶ Sed contra est, quod Leuit. 15. dicitur, Vir, de quo egredietur semen coitus, immundus erit vsque ad vesperum: ed immundis non patet aditus ad sacramenta. ergo videtur quod propter pollutionem nocturnã aliquis impediatur a sumptione huius sacramenti, quod est maximum sacramentum.

¶ Respon. Dicendum, quod circa pollutionem nocturnam duo possunt considerari. Vnum quidem; ratione cuius ex necessitate impedit hominem a sumptione huius sacramenti. Aliud autem, ratione cuius non ex necessitate impedit hominem, sed ex quadam congruentia: ex necessitate quidem impedit hominem ab huius sacramenti perceptionem, solum peccatum mortale. Et quamuis nocturna ipsa pollutio secundum se considerata, peccatum mortale esse non possit: nihilominus tamen ratione suæ causæ quandoque habet peccatum mortale annexum: & ideo consideranda est causa pollutionis nocturnæ. Quandoque enim prouenit a causa extrinseca spirituali, scilicet ex dæmonum illusione: qui sicut in prima Q. 111. ar. 3. parte habitum est, † phantasmata commouere possunt, ex quorum apparitione pollutio interdum subsequitur: quandoque uero prouenit pollutio ex causa intrinseca spirituali, scilicet ex præcedentibus cogitationibus: aliquando autem ex causa intrinseca corporali, uel ex superfluitate siue debilitate naturæ, siue etiam ex superfluitate cibi vel potus: quælibet autem harum trium causarum potest, & sine peccato & cum peccato ueniali vel mortali existere: & si quidem sit siue peccato uel cum peccato veniali, non ex necessitate impedit sumptionem huius sacramenti: ita scilicet quod homo sumendo sit reus corporis & sanguinis Domini: si vero sit cum peccato mortali, impedit ex necessitate. illusio enim dæmonũ quandoque prouenit ex præcedẽti negligentia præparationis ad *deuotionem, quæ potest esse & mortale, & veniale peccatum: quandoque verò prouenit ex sola nequitia dæmonum volentium impedire hominem à sumptione huius sacramenti. vnde legitur in collationibus patrum, quòd cum quidam frater pateretur pollutionem semper in festis, in quibus erat communicandum: seniores comperto, quòd nulla causa ab ipso præcesserat, decreuerunt, quòd propter hoc à communione non cessaret, & ita cessauit illusio dæmonum. similiter etiam præcedentes cogitationes lasciuæ, quandoque possunt esse omnino sine peccato: puta cum aliquis causa lectionis, uel disputationis cogitur de talibus cogitare. Et si hoc sit sine concupiscentia & delectatione, non erunt cogitationes immundæ, sed honestæ, ex quibus tamen pollutio sequi potest, sicut patet ex auctoritate Augustini. * supra inducta. Quandoque vero In arg. 1. præcedentes cogitationes sunt ex concupiscentia, & delectatione, & si adsit consensus, erit peccatum mortale: si autem desit, erit ueniale. Similiter etiam & causa corporalis quandoque est sine peccato: puta cum est ex infirmitate naturæ: unde & quidam etiam in uigilando absque peccato fluxum seminis patiuntur: vel etiam si sit ex superfluitate naturæ: sicut enim contingit sanguinem fluere absque peccato, ita & semen quod est superfluitas sanguinis, secundum Philosophum. † Quandoque verò est cum peccato, puta cum prouenit ex superfluitate cibi vel potus, & hoc etiam potest esse peccatum veniale vel mortale, licet frequentius peccatum mortale accidat circa turpes cogitationes propter facilitatem consensus, quàm circa sumptionem cibi & potus. Vnde & Gregorius, *scribens Augustinus Anglorum episcopo dicit, cessandum esse à communione, quando ex turpibus cogitationibus prouenit, non autem quando prouenit ex superfluitate cibi vel potus, præsertim si nascesitas adsit. lic igitur, ex causa pollutionis considerari potest, vtrum nocturna pollutio impediat ex necessitate sumptionem huius sacramenti. Ex quadam verò congruentia impedit quantum ad duo, quorum vnum semper accidit, scilicet quædam fœditas corporalis, cum qua propter seuerentiam sacramenti, non decet ad altare accedere (vnde & volentes tangere aliquid sacrum, manus lauant) nisi forte talis immunditia sit perpetua, vel diuturna, sicut est lepra, vel fluxus sanguinis, vel aliquid huiusmodi: aliud autem est euagatio mentis quæ sequitur pollutionem nocturnam, præcipuè quando cum turpi imaginatione contingit. Hoctamen impedimentum, quod ex congruitate prouenit, postponi debet propter aliquam necessitatem, puta vt Gregorius. † dicit, cum fortasse aut festus dies exigit, aut exhibere ministeriam pro eo, quòd sacerdos alius deest, ipsa necessitas cõpellit.

Alias, secundo & octauo nem.

† Li. 1. de genera. animã. 18. i med. & c. 19. circa prin.

*loco citato in ar. & habetur 33. q. 4. c. Vir cũ p pria.

¶ Ad primum ergo dicendum, q̃ ex necessitate quidem non impeditur homo à sumptione huius sacri, nisi propter peccatum mortale, sed ex quadam conuenientia potest homo impediri propter alias causas, sicut dictum est. *

*In corp. ar.

¶ Ad secundum dicendum, quòd coitus coniugalis si sit sine peccato (puta si fiat causa prolis generandæ, vel causa reddendi debitum) non alia ratione impedit sumptionem huius sacramenti, nisi sicut dictum est † de pollutione nocturna, quæ accidit sine peccato, scilicet propter immunditiam corporalem, & meritis distractionem: ratione cuius Hieron. † dicit super Matthæ. si panes propositionis ab his qui vxores tetigerant, comedi non poterant, quanto magis panis, qui de cælo descendit, non potest ab his, qui coniugalibus paulo ante * vacauere amplexibus, violari atque contingi? non quòd nuptias condemnemus, sed quòd eo tempore, quo carnes agni manducandi sumus, vacare carnalibus operibus non debemus. sed quia hoc secundum congruitatem, & non secundum necessitatem est intelligendum,

In cor. ar.

*Refertur 33. q. 4. ca. Sciatis.

*Alias hę siue cõple xibus.

Greg.

Greg. † dicit, quòd talis est suo iudicio relinquendus: si verò non amor procreandæ sobolis, sed voluptas dominatur in opere (vt ibidem Grego. subdit) tunc prohiberi debet, ne accedat ad sacramentum.

*loco citato in ar. & habetur 33. q. 4. c. Vir cũ p pria.

*In fi. regiſtri ad interrog. 10. a med.

¶ Ad tertium dicendum, quòd sicut Greg. † dicit in epistola supradicta ad Augusti. angelorum episcopum, in veteri testamento aliqui polluti dicebantur figuraliter, quod populus nouæ legis spiritualiter intelligit. Vnde huiusmodi corporales immunditiæ, si sint perpetuæ vel diuturnæ, non impediunt sumptionem huius sacramenti salutaris, sicut impediebant accessum ad sacramenta figuralia: si vero cito transeant (sicut immunditia pollutionis nocturnæ) ex quadam congruentia impediunt sumptionem huius sacramenti per illum diem, quo hoc accidit. vnde & Deuter. 23. dicitur: si fuerit inter vos homo, qui nocturno pollutus sit somnio, egredietur ex tra castra, & non reuertetur priusquam ad vesperã lauetur aqua.

¶ Ad quartum dicendum, quòd licet per contritionẽ & confessionem auferatur reatus culpæ, non tamen auferatur corporalis immunditia, & distractio mentis ex pollutione consecuta.

¶ Ad quintum dicendum, quòd somnium homicidij non inducit corporalem immunditiam, nec etiam tantam distractionem mẽtis, sicut fornicatio somniata propter delectationis intensionem: si tamen somnium homicidii proueniat ex causa, quæ est peccatum, præsertim mortale, impedit à sumptione huius sacramenti, ratione suæ causæ.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum cibus uel potus præsumptus impediat sumptionem huius sacramenti.

483 Inf. ar 9. cor. Et 2. 2. q. 147. ar. 6. ad 2. Et 4. dist. 8. q. 1. art. 4. q. 1. & 2. Et 1. Co. 11. le. 4.

AD octavvm sic proceditur. Videtur quòd cibus vel potus præsumptus non impediat sumptionem huius sacramenti. Hoc enim sacramentum est a Domino institutum in cœna: sed Dominus post quam cœnauit, hoc sacramentum discipulis suis tradidit, sicut patet Luc. 22. & primæ Cor. 11. ergo videtur quòd etiam post alios cibos assumptos nos debeamus sumere hoc sacramentum.

¶ 2 Præt. Primæ Cor. 11. dicitur. Cum conuenitis ad manducandum, scilicet corpus Domini, inuicem expectate, si quis autem esurit, domi manducet: & ita videtur quòd postquam aliquis domi manducauerit, possit in ecclesia corpus Christi manducare.

*In eõc. 3 Carthagi. can. 29. & habetur de cõse. dist. 1. ca. facta altaris.

¶ 3 Præt. In concilio Carthaginensi legitur, & habetur de conse. dist. 1. * sacramenta altaris non nisi à ieiunis hominibus celebrentur, excepto vno die anniuersario, quo cœna Domini celebratur. ergo saltem illa die aliquis potest corpus Christi post alios cibos sumere.

¶ 4 Præt. Sumptio aquæ vel medicinæ, vel alterius cibi, vel potus in minima quantitate, vel reliquiarum cibi in ore manentium, neque ieiunium ecclesię soluit, neque sobrietatem tollit, quæ exigitur ad hoc, q̃ aliquis reuerẽter sumat hoc sacramentum. ergo per prædicta non impeditur aliquis à sumptione huius sacramenti.

¶ 5 Præt. Quidam de nocte profunda comedunt aut bibunt, & forte totam noctem insomnem ducentes, de mane percipiunt sacra mysteria nondum plenè digesti. Minus autem impediretur sobrietas hominis, si in mane parum comederet, & postea circa nonam sumeret hoc sacramentum, cum etiam sit quandoque maior distantia temporis. ergo videtur quòd talis cibi præsumptio nõ impediat hominem ab hoc sacramento.

¶ 6 Præt. Non minor reuerentia debetur huic sacramento iam sumpto, quam ante sumptionem: sed sumpto sacramento, licet cibum aut potum sumere. ergo & ante sumptionem.

¶ Sed contra est, quòd Aug.* dicit in lib. responsionũ ad Ianuarium, placuit Spiritui sancto, vt in honorem tanti sacramenti, prius in os Christiani corpus dominicum intraret, quam cæteri cibi.

*Epi. 118. cap. 6. ante med. to. 2.

¶ Respon. Dicendum, quòd aliquid impedit sumptionem huius sacramenti dupliciter: uno modo secundum se, sicut peccatum mortale, quod habet repugnantiam ad significatum huius sacramenti, ut supra dictum est: *alio modo propter prohibitionem ecclesiæ: & sic impeditur aliquis a sumptione huius sacramenti post cibum & potum assumptum, triplici ratione. Primo quidem, sicut Aug. † dicit, in honorem huius sacramenti, vt scil. cetinos hominis intret, nõdum aliquo cibo, vel potu infectũ. Secundo, propter significationem, vt scilicet detur intelligi, quòd Christus (qui est res huius sacramenti) & charitas eius, debet primo fundari in cordibus nostris, secundum illud Matthæ. 6. Quærite primum regnum Dei. Tertio, propter periculum vomitus & ebrietatis, quæ quandoque contingunt ex hoc, quòd homines inordinatè cibis vtuntur, sicut & apostolus dicit primæ Cor. 11. Alius quidem esurit, alius autem ebrius est: ab hac tamen generali regula excipiuntur infirmi, qui statim communicandi sunt, etiam post cibum, si de eorum periculo dubitatur, ne sine communione decedant: quia necessitas legem non habet. vnde dicitur de consec. † dist. 2. Presbyter infirmum statim communicet, ne sine communione moriatur.

*ar 3 q̃ed. & ar. 4. huius quæst.

† Epi. 118. ca. 6. ante med. to. 2.

† de cõse. dist 2. ca. Presbyter

¶ Ad primum ergo dicendum, q̃ sicut Aug. * in eodẽ lib. dicit, neque quia post cibos dominus dedit, propterea pransi aut cœnati fratres ad hoc sacramentum accipiendum conuenire debent, aut mensis suis miscere: sicut faciebant quos Apostolus arguit & emendat, nam quæ salubriter uehementius commendaret mysterii illius sanctitudinem, vt tanto hoc voluit infigere cordibus & memoriæ discipulorum: & ideo non præcepit, q̃ de inceps tali ordine sumeretur, vt Apostolis, per quos ecclesias dispositurus erat, seruaret hunc * locum.

*Epi. 118. c. 6. i me. to. 2.

*Al. modum.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ illud verbum in glo. sic exponitur: si quis esurit, & impatiens non vult expectare alios, manducet domi cibos suos, idest, pane terreno pascatur, nec post eucharistiam sumat.

*Ex gl. interlin. ibi colligitur

¶ Ad tertium dicendum, q̃ capitulum illud loquitur secundum cõsuetudinem aliquando apud aliquos obseruatam, vt in repræsentationem dominicæ cœnæ ille qui a non ieiunis corpus Christi sumeretur: sed nunc hoc abrogatum est. nam sicut Aug.* in lib. prædicto dicit: per vniuersum orbem mos iste seruatur, vt scilicet corpus Christia ieiunis sumatur.

* in epist. 118. ca. 6. ante med. to 2.

¶ Ad quartum dicendum, q̃ (sicut in secunda parte habitum est *) duplex est ieiunium. Primum est ieiunium naturæ: quod importat priuationem cuiuscumque præassumpti per modum cibi vel potus, & tale ieiunium requiritur ad hoc sacramentũ propter prædicta. † & ideo neque post assumptionem aquæ, vel alterius cibi aut potus, vel etiam medicinæ, in quantumcunque parua quantitate, licet hoc sacramentum accipere: nec refert vtrum aliquid huiusmodi nutriat vel non nutriat, aut per se, aut cum aliis, dummodo sumatur per modũ cibi vel potus: reliquiæ tamen cibi remanentes in ore, si casualiter transglutiantur, non impediunt sumptionẽ huius sacramẽti: quia non traiiciuntur per modum cibi, sed per modum saliuę: & eadem ratio est de reliquijs aquæ vel vini, quibus os abluitur: dummodo non traiiciantur in magna quantitate, sed permistæ saliuæ, quod vitari non potest. Aliud autem est ieiunium ecclesiæ, quod instituitur ad carnis macerationem: & tale ieiunium per prædicta non impeditur, quia prædicta non multum nutriunt, sed magis ad alterandum sumuntur.

*2. 2. q̃. 147. ar. 6. ad 2. arg.

*In corp. ar.

¶ Ad quintum dicendum, quòd cum dicitur, quod hoc sacramentum prius, quam alii cibi, debet in os Christiani intrare, non est intelligendum absolutè respectu totius

Universidad de Deusto
Biblioteca

totius temporis: alioquin qui semel comedisset vel bibisset, numquam posset postea hoc sacramentum accipere, sed est intelligendum quantum ad eundem diem. & licet principium diei, secundum diuersos diuersimodè sumatur: nam quidam à meridie, quidam ab occasu, quidam à media nocte, quidam ab ortu solis, diem incipiũt: ecclesia tamen Romana diem à media nocte incipit. & ideo si post mediam noctem aliquis sumpserit aliquid per modum cibi vel potus, non potest eadem die hoc sumere sacramentum: potest verò, si ante mediam noctẽ: nec refert vtrum post cibum vel potum assumptum dormierit, aut etiam digestus sit, quantum ad rationem præcepti: refert autem quantum ad perturbationem mentis, quam patiuntur homines propter insomneitatem vel in digestionem. ex quibus si mens multum perturbetur, homo redditur ineptus ad sumptionem huius sacramenti.

¶ Ad sextum dicendum, quòd maxima deuotio requiritur in ipsa sumptione huius sacramenti: quia tunc percipitur sacramenti effectus, quæ quidem deuotio magis impeditur per præcedentia, quam per sequentia: & ideo magis est institutum, quòd homines ieiunent ante sumptionem huius sacramenti, quam post: debet tamen esse aliqua mora inter sumptionem huius sacramenti, & reliquos cibos. vnde & in missa, oratio gratiarum actionis post communionem dicitur, & communicantes etiam suas priuatas orationes dicunt: secundũ tamen antiquos canones statutum fuit a papa Clemente (vt habetur de consecr. dist. 2. *) si mane dominica portio editur, vsq; ad sextam ieiunent ministri, qui eam sumpserunt: & si 3. vel 4. hora acceperint, ieiunent vsque ad vesperum. Antiquitus enim ratius missarum solemnia celebrabantur, & cum maiori præparatione: nunc autem, quia oportet frequentius sacra mysteria celebrare, non posset de facili obseruari: & ideo per contrariam consuetudinem est abrogatum.

* de cõsec. dist. 2. capitibus gradibus.

ARTICVLVS IX.

Vtrum non habentes vsum rationis, debeant suscipere hoc sacramentum.

AD NONVM sic proceditur. Videtur quòd non habentes vsum rationis, non debeant hoc sacramentũ suscipere, requiritur enim, quòd aliquis ad hoc sacramentum cum deuotione, & præcedente sui examinatione accedat, secũdum illud primæ Corin. 11. Probet seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat: sed hoc non potest esse in his, qui carent vsu rationis. ergo non debet eis hoc sacramentum dari.

¶ 2 Præt. Inter alios qui carent vsu rationis, sunt etiã arreptitij, qui energumeni dicuntur: sed tales etiam ab inspectione huius sacramenti arcentur, secundum Diony. * in lib. eccles. hier. ergo carentibus vsu rationis, hoc sacramentum dari non debet.

¶ 3 Præt. Inter alios carentes vsu rationis, maximè pueri videntur esse innocentes: sed pueris hoc sacramentũ non exhibetur. ergo multo minus alijs carentibus vsu rationis.

¶ Sed contra est, quòd legitur in concilio Aurasico * (& habetur inde cret. 26. q. 6. c. qui recedunt.) Amentibus, quæcunque pietatis sunt, conferenda sunt: & ita est eis conferendum hoc sacramentum, quod est sacramentum pietatis.

¶ Respon. Dicendum, quòd aliqui dicuntur non habere vsum rationis dupliciter. vno modo, quia habent debilem vsum rationis, sicut dicitur non videns, qui malè videt: & quia tales possunt aliquam deuotionem huius sacramenti concipere, non est eis hoc sacramentum denegandum: alio modo dicuntur aliqui non habere totaliter vsum rationis. aut igitur nunquam habuerunt vsum rationis, sed sic a natiuitate permanserunt, & sic talibus non est hoc sacramentum exhibendũ, quia in eis nullo modo præcessit huius sacramenti deuotio: aut non semper caruerunt vsu rationis, & tunc, si prius, quando erant compotes suæ mẽtis, apparuit in eis deuotio huius sacramenti, debet eis in articulo mortis hoc sacramentum exhiberi: nisi forte timeatur periculum vomitus, vel expuitionis. vnde in concilio Carthaginensi legitur * (& habetur in decret. 26. q. 2.) Is qui in infirmitate pœnitentiam petit, si casu, dũ ad eum sacerdos inuitatus venit, oppressus infirmitate obmutuerit, vel in phrenesim conuersus fuerit, dent testimonium qui eum audierunt, & accipiat pœnitentiam, & si continuò creditur moriturus, reconcilietur per manus impositionem, & infundatur ori eius eucharistia.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd carentes vsu rationis possunt deuotionem ad sacramẽtum habere, quãtum ad aliquos quidem præsentem, quantum ad alios autem præteritam.

¶ Ad secundum dicẽdum, quòd Dion. * loquitur ibi de energumenis nondum baptizatis, in quibus scilicet nondum est vis dæmonis extincta, quæ viget in eis per originale peccatum: sed de baptizatis, qui corporaliter ab immundis spiritibus vexantur, est eadem ratio, & de aliis amentibus. vnde Cassianus dicit, eis qui ab immundis vexantur spiritibus, communionem sacrosanctam a senioribus nostris numquam meminimus interdictam.

¶ Ad tertium dicendum, quòd eadem ratio est de pueris recenter natis, & de amentibus, qui numquam habuerunt vsum rationis, vnde talibus non sunt sacra mysteria danda: quamuis quidam græci contrarium faciant, propter hoc quòd Diony. 2. * Cæleſt. hierar. dicit, baptizatis esse sacram communionem dandam, non intelligẽtes, quod Diony. ibi loquitur de baptismo adultorum: nec tamen per hoc aliquod detrimentum vitæ patiũtur, propter hoc q; Dominus dicit Ioannis 6. nisi manducaueritis carnem filii hominis, & biberitis eius sanguinẽ, non habebitis vitam in vobis: quia sicut Augu. * scribit Bonifacio, tunc unusquisque fidelium, corporis & sanguinis Domini particeps fit, scilicet spiritualiter, quando in baptismate membrum corporis Christi efficitur: sed quando iam pueri incipiunt aliquale vsum rationis habere, vt possint deuotionem concipere huius sacramenti, tunc potest eis hoc sacramentum conferri.

non exponẽtibus puellis decem annorum ad communionem: dicunt. n. q; sunt nimis paruæ: cum tamen sufficientem habeant & discretionem & deuotionem. Et licet ipsi pueri ac puellæ videantur excusari, rerahentibus parẽtibus, & confessore nõ præcipiente: qñ disciplina ætatis illius exigit, vt maioribus iuris, plusquam sibuphis, & credãt & pareant, parentes tamen non excusantur.

* In conc. 4. Carthag. c. 76. & habetur 26. q. 6. ca. Is qui infirmitate.

* loco cito in arg.

ARTICVLVS X.

Vtrum liceat quotidie hoc sacramentum suscipere.

AD DECIMVM sic procedit. Videtur quòd non liceat quotidie

¶ *Super quæstionis octuagesimæ, Articulum IX.*

IN arti. 9 in respõsione ad vltimũ aduerte circa communionem puerorum & puellarum, cum ad annos discretionis peruenerint, iuxta cap. vtriusque sexus, quòd iudicium de initio discretionis debet a parentibus & confessore fieri. A parentibus quidem, quoniam continua cõuersatione experiuntur, an filius seu filia discernere sciat panem spiritualem a materiali, & cum deuotione præparare se ad sacramentũ. A confessore vero: quoniam in ipsa confessione potest aduertere quãtũ discretionis aut deuotionis possit inesse.

¶ Et videtur nimia cautela adhiberi a parentibus

¶ *Super quæstionis octuagesimæ, Articulum X.*

IN arti. 10 circa quotidianã celebrationem,

4 88 4 di. 3. ar. 5. q. 3 & 4. & di. 23. q. 2. ar. 2. q. 4. cor. Et loã. 6. lec. 7.

*c. 3. eccl. hier. parte. 2.

* in Aurasicão cõc. can. 3. habetur de conse. di. 2. Quire cedunt.

9. 73. art. 6.

* In decr. lib. 5. tit. 38. c. Omnis vtriusque ca. 8.

* In serm. 28. parum ante medium, to. 10.

* lib. 4 c. 6. a med. to. 4.

* 1 2. q. 67. arti. 4. ad 2. Et 2. a. q. 19 ar. 9. & aliis. * Epist. 118 ca. 3. to. 2.

bratione, nota Augustin. verbum. Sic viue, vt quotidie mereatis accipere: quoniã per sic viuere intelligendum est, spiritualem vitam sic ducere, vt quotidiana communione semper augeatur: alioquin non sic viuitur, vt quotidie mereamur accipere. Nam qui quotidie meretur accipere, debet quotidie sic esse dispositus, vt fructũ eucharistiæ percipiat, fructus autem spiritualis huius cibi est, non solũ actualis refectio spiritus, sed augmẽtum gratiæ: quoniam per totum tempus præsentis vitæ sumus in statu augmenti.

¶ Propter quod etiam, aut quotidie celebrãtes discutiant in seipsis fructum præteritæ celebrationis, & secundum profectũ vel defectum, qué experiuntur in se, prosequantur, vel a prosecutione desistant. qui in multis celebrationib' peractis ad actus virtutum non melius se habet, quã prius, passionibus que non minus subiicitur, quã prius, parũ aut nihil celebrando proficit. Dico autem parũ: quia forte quo ad aliquam actualem deuotionem profecit. Dixit quoque post multas celebrationes: quoniã non audeo asserere, in qualibet celebratione oportere celebrantem esse dispositum sic, vt per quamlibet celebrationem augeatur habitus gratiæ. Dicit. n. forte quispiam, q; etiam puer in statu augmenti, nõ ex quolibet sumpto cibo sigillatim augetur, quamuis hoc non multum vigere videatur: quia augmentum corporale a virtute naturali determinata ad naturalem dispositionem fit: augmẽtum autem charitatis a diuina fit virtute, quando q; anima ad hoc se suffi cienter præparauerit.

hoc sacramentum susceipere: sicut. n. baptismus repræsentat dominicam passionem, ita & hoc sacramentum: sed non licet pluries baptizari, sed semel tantum: quia Christus semel tantum pro peccatis nostris mortuus est, vt dicitur primæ Petr. 3. ergo videtur, q; non liceat hoc sacramentum quotidie suscipere.

¶ 2 Præt. Veritas debet respondere figuræ: sed agnus paschalis, qui fuit figura præcipua huius sacramenti (vt supra dictum *) non manducabatur, nisi semel in anno: semel etiam in anno ecclesia celebrat Christi passionem cuius hoc sacramentum est memoriale. ergo videtur, quòd non liceat quotidie sumere hoc sacramentum, sed solum semel in anno.

¶ 3 Præt. Huic sacramento, in quo totus Christus continetur, maxima reuerentia debetur. ad reuerentiam autem pertinet, q; aliquis ab hoc sacramẽto abstineat. vnde & laudatur Centurio, qui dixit Matt. 8. Domine non sum dignus, vt intres sub tectum meum, & Petrus, qui dixit Lucæ. 5. Exi à me Domine, q; homo peccator ego sum. ergo non est laudabile, q; homo quotidie hoc sacramentum suscipiat.

¶ 4 Præt. Si esset laudabile, frequẽter hoc sacramentum accipere, quanto frequentius sumeretur, tanto esset laudabilius: sed maior esset frequentia, si homo pluries in die sumeret hoc sacramentum. ergo esset laudabile, q; homo pluries in die communicaret: quod tamen non habet ecclesiæ consuetudo. non ergo videtur esse laudabile, q; aliquis quotidie hoc sacramentum accipiat.

¶ 5 Præt. Ecclesia intendit suis statutis fidelium vtilitati prouidere: sed ex statuto ecclesiæ fideles tenentur solum semel communicare in anno: vnde dicitur * extra de pœniten. & remiss. Omnis vtriusq; sexus fidelis suscipiat reuerenter, ad minus in pascha, eucharistiæ sacramentum, nisi forte de proprii sacerdotis consilio ob aliquam rationabilem causam, ad tempus ab eius perceptione duxerit abstinendum. nõ ergo est laudabile, q; quotidie hoc sacramentum sumatur.

¶ Sed contra est, quòd Aug. * dicit in lib. de verbis Domini. Iste panis quotidianus est, accipe quotidie, vt quotidie tibi prosit.

¶ Respond. Dicendum, quòd circa vsum huius sacramenti duo possunt considerari. vnum quidem, ex parte ipsius sacramenti, cuius virtus est hominibus salutaris. & ideo vtile est quotidie ipsum sumere, vt homo quotidie eius fructum percipiat. vnde Ambr. * dicit in lib. de sacramentis, si quotiescunque effunditur sanguis Christi, in remissionem peccatorum effunditur, debeo semper accipere: qui semper peco, debeo semper habere medicinam. alio modo, potest considerari ex parte sumentis, in quo requiritur, vt cum magna deuotione & reuerentia ad hoc sacramentum accedat: & ideo si aliquis se quotidie ad hoc paratum inueniat, laudabile est, quòd quotidie sumat. vnde Aug. * cum dixisset, Accipe quotidie vt quotidie tibi prosit, subiũgit. sic viue, vt quotidie merearis accipere: sed quia multoties in pluribus hominum, multa impedimenta huius deuotionis occurrunt, propter corporis indispositionem vel animæ, non est vtile omnibus hominibus, quotidie ad hoc sacramentum accedere, sed quotiescunque se ad illud homo inuenerit præparatum. vnde in lib. de eccles. dogmatibus * dicitur, quotidie eucharistiæ communionem accipere, nec laudo, nec vitupero.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd per sacramentum baptismi configuratur homo morti Christi, in se suscipiens eius characterem: & ideo sicut Christus semel mortuus est, ita solum semel debet homo baptizari: sed per hoc sacramentum non recipit homo Christi characterem: sed ipsum Christum, cuius virtus manet in æternum. vnde Hebr. 10. dicitur, vna oblatione consumauit in sempiternum sanctificatos: & ideo quia quotidie homo indiget salutifera Christi virtute, quotidie potest laudabiliter hoc sacramentum suscipere: & quia præcipuè baptismus est spiritualis regeneratio, ideo sicut homo semel carnaliter nascitur, ita debet semel spiritualiter renasci per baptismum, vt Augu. * dicit super illud Ioan. 3. Quomodo potest homo nasci cum sit senex? sed hoc sacramentum est cibus spiritualis: vnde sicut cibus corporalis quotidie sumitur, ita & hoc sacramentum quotidie sumere, laudabile est. vnde Dominus docet petere, Panem nostrum quotidianum da nobis hodie: in cuius expositione Aug. * dicit in lib. de verbis Domini, si quotidie accipis, hoc sacramentum, quotidie tibi est hodie, tibi quotidie Christus resurgit: hodie enim est, quando Christus resurgit.

¶ Ad secundum dicendum, quòd agnus paschalis præcipuè fuit figura huius sacramenti, quantum ad passionem Christi, quæ repræsentatur per hoc sacramentum: & ideo semel tantum in anno sumebatur, quia Christus semel mortuus est, & propter hoc etiam ecclesia celebrat semel in anno memoriam passionis Christi: sed in hoc sacramento traditur nobis memoriale passionis Christi per modum cibi, qui quotidie sumitur: & ideo quantum ad hoc significatur per manna, quod quotidie dabatur populo in deserto.

¶ Ad tertium dicendum, q; reuerentia huius sacramẽti habet timorem amori coniunctum (vnde timor reuerentiæ ad Deum, dicitur timor filialis, vt in secunda parte * dictum est) ex amore. enim prouocatur desiderium sumendi. ex timore autem consurgit humilitas reuerendi: & ideo vtrumque pertinet ad reuerentiam huius sacramenti, & q; quotidie sumatur, & quòd aliquando abstineatur: vnde Aug. * dicit, si dixerit quispiam non quotidie accipiendam eucharistiam, alius contra, faciat vnusquisque quod secundum fidem suam piè credit esse faciendum: neque enim litigauerunt inter se Zacchæus, & ille Centurio, cum alter eorum gaudens susceperit Dominum, alter dixit, Non sum dignus, vt intres sub tectum meum, ambo Saluatorem honorificantes, quamuis non vno modo: amor tamen & spes, ad quæ semper scriptura nos prouocat, præferuntur timori. vnde & cum Petrus dixisset, Exi à me Domine, quia homo peccator sum, respondit IESVS, noli timere.

¶ Ad quartum dicendum, quòd quia Dominus dicit, Panem nostrum quotidianum da nobis hodie, non est pluries in die communicandum, vt saltem per hoc, quòd aliquis semel in die communicat, repræsentetur vnitas passionis Christi.

¶ Ad quintum dicendum, q; secundum diuersum statum ecclesiæ, diuersa circa hoc statuta emanauerunt. nam in primitiua ecclesia, quando magna vigebat deuotio fi-

¶ Super

* In serm. 28. de ver. Dom. parum ante med. to. 10.

* ca. 53. in prin. habetur liber hic in ter opera Augu. to. 3.

* trac. 9. in euang. Ioan. circa med. to 9.

* In ser. 28. de ver. Dom. a med. to. 10.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ *Super Quæst. LXXX. Arti. XI.*

IN artic. 11. eiusdem quæstio. circa illud, Frustra autem esset votum, nisi impleretur quando opportunitas adesset, aduerte, quòd opportunitas non sumitur hic pro commoditate sola, sed iuncta necessitati ac sic diceretur, quando opus esset. Dico autem hoc, quia constat communiter non esse in præcepto, quoties commoditas communicandi adest: cùm sit præceptum affirmatiuũ, obligans ex natura sua tempore non commoditatis, sed necessitatis. quod autẽ sit illud tempus necessitatis, cum ecclesia iam determinauerit ad semel in anno, non oportet solicitum esse: curiosius tamen disputatur ex ijs, quæ de tempore vrgente adultos ad baptismũ scripta sunt, inuenies.

¶ Aduerte hoc in loco hanc materiam non apparere vsquequaque elaram: quoniam multi doct. & Auctor in 4. sent. dis. 9. q. 1 arti. 1. tenent communionẽ non esse ex Christi, sed ecclesiæ præcepto necessariam, & rationes in litera allatæ inferentes cõmunionẽ esse sub præcepto Christi, probabiles sunt: nam prima ex cõmuniter cõfessis, scilicet q manducatio spiritualis huius sacramenti sit de necessitate salutis, procedit. secunda autem ex mandato dominj, hoc facite in meã commemorationẽ. Non oportet propterea accipere has rationes, vt coactiuas: quoniã posset quis subter fingere, dicendo q licet manducatio spiritualis huius sacramẽti claudat in se votum manducationis sacramentalis, nõ oportet tamen, quòd manducatio spiritualis Christi claudat in se votũ manducationis sacramentalis: angeli enim manducant spiritualiter Christum, & non manducant spiritualiter hoc sacramentum, nec habent

*In epist. sua 1. in medio illius. & habetur de consc. di. 1. c. Episcopus.

† De cõs. dist. 2. ca. Etsi non frequentius.

*In epist. ad epi. Italiæ, de cõsec. dist. 2. ca. in cœna.

†Inn. III. in conc. Lat. can. 21.

*c. 53. circa princ. habes hic inter opera Augustini. 2.

*88 dist. 12. q. 3. ar. 2.

*ar. præc. in arg. 3.

Q. 73. ar. 3.

*Habetur de consc. dist. 2. ca. Etsi non frequentius.

*ar. 1. huius q. 66. & q. 73. art. 4. ad 1.

dei Christianæ, statutum fuit, vt quotidie fideles communicarent. vnde Anacletus Papa * dicit, peracta consecratione, omnes communicent, qui noluerint ecclesiasticis carere liminibus: sic enim & Apokoli statuerunt, & sancta Romana tenet ecclesia. postmodum verò diminuto fidei feruore, Fabianus Papa † indulsit, vt non frequentius, saltem terin anno, omnes communicent, scilicet in Pascha, Pentecoste, & Natali Domini. Soter * etiam Papa in cœna Domini dicit esse communicandum, vt habetur in decret. de consecrat. distinct. 2. postmodum propter iniquitatis abundantiam refrigescente charitate multorum, statuit Innocentius III. † vt saltem semel in anno, scilicet in pascha, fideles communicent: consulitur tamen in lib. de ecclesiasticis dogmatibus, * omnibus diebus dominicis esse communicandum.

ARTICVLVS XI.

Vtrum liceat omnino à communione cessare.

AD vndecimum sic proceditur. Videtur quòd liceat cessare omnino à communione: laudatur enim Centurio de hoc quod dicit Matth. 8 octauo, Domine non sum dignus, vt intres sub tectum meum. Cui comparatur ille, qui reputat à communione sibi esse abitinendum, vt dictum est. * eum ergo nunquam legatur Christum in eius domum venisse, videtur q liceat alicui toto tempore vitæ suæ à communione abstinere.

¶ 2 Præt. Cuilibet licet abstinere ab his, quæ non sunt de necessitate salutis: sed hoc sacramentum non est de necessitate salutis, vt supra dictum est. † ergo licet à sumptione huius sacramenti omnino cessare.

¶ 3 Præt. Peccatores non tenentur communicare. vnde Fabianus Papa * cum dixisset, Ter in anno omnes communicent, adiunxit, nisi forte quis maioribus criminibus impediatur. si ergo illi, qui non sunt in peccato, tenentur communicare, videtur quòd melioris conditionis sint peccatores, quam iusti, quod est inconueniens. ergo videtur, quòd etiam iustis liceat à communione cessare.

¶ SED CONTRA est, quòd Dominus dicit Ioan. 6. Nisi manducaueritis carnem filii hominis & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis.

¶ Respond. Dicendum, quòd sicut supra * dictum est) duplex est modus votum manducandi sacramentaliter, & similiter habens baptismum in voto tantum, manducat spiritualiter Christum, & non nisi remotissime habet in voto manducationem sacramentalem. doctores autem communiter loquendo, indistincte vocant spiritualem manducationem Christi, & spiritualem manducationem sacramenti eucharistiæ actu vnum & idem esse, communi nomine appellando vtramq; spiritualem manducationem corporis & sanguinis domini: cum tamen, forma liter loquendo, distinguantur formaliter: quoniã vna respicit corpus Christi mysticum absolute, altera vero idem corpus Christi mysticum, vt sacramento eucharistiæ significatur & confertur. Prima fit fide formata absolute, vel visione beata: secunda fit fide formata deliderante hoc sacramentum.

¶ Secunda autẽ ratio euadi potest, dicendo præceptũ dominj cadere nõ super hoc facere, sed super relationem ipsius facere ad suam commemorationem iuxta interpretationẽ ecclesiæ vtẽtis hoc domini mandato sub his verbis, nec quotiescumque feceritis, in mei memoriam facietis. Et idem sensus habetur 1. ad Corin. 11. cum de calice subditur, Hoc facite quotiescumque biberis in meam commemorationẽ. Tutior proinde apparet via Auctoris hic: quamuis cogens ratio non appareat.

¶ Ad primum ergo dicendum, q̃ si cut Grego.* dicit in Pastorali, Illa est vera humilitas, cum ad respuendum quod vtiliter præcipitur, pertinax non est: & ideo non potest esse laudabilis humilitas, si contra præceptum Christi & ecclesiæ aliquis omnino à communione abstineat: neque enim Centurioni præceptum fuit, vt Christum in sua domo reciperet.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ hoc sacramentum dicitur non esse necessitatis, sicut baptismus, quantum ad pueros, quibus potest esse salus sine sacramento, non autem sine sacramento baptismi: quantum ad adultos, vtrumque est necessitatis.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ peccatores magnum detrimentum patiuntur, ex hoc q̃ repelluntur à perceptione huius sacramenti, vnde per hoc non sunt melioris conditionis. & licet in peccatis permanentes non excusentur propter hoc à transgressione præcepti, pœnitentes tamen, qui, vt Inno. * dicit, secundum consilium sacerdotis abstinent, excusantur.

†Q. 74. ar. 1. & 76. ar. 2. ad arg. 1.

*Loco citato in arg. 1.

†Q. 73. ar. 4.

*Ibidem.

†Q. 74. ar. 1. & 76. ar. 2. ad 1.

*Q. 76. ar. 2. ad 1.

*c. omnis utriusque sexus.

*In 1. partis c. 6. circa princ.

ARTICVLVS XII.

Vtrum liceat sumere corpus Christi sine sanguine.

AD duodecimũ sic proceditur. Videtur q̃ non liceat sumere corpus Christi sine sanguine: dicit. n. Gelasius Papa, * & habetur de consec. dist. 2. Comperimus, q̃ quidam sumpta tantummodo corporis sacri portione, à calice sacrati cruoris abstinent, qui profecto dubio (quoniam nescio qua superstitione docentur astringi) aut integra sacramenta percipiant, aut ab integris arceantur. non ergo licet sumere corpus Christi sine eius sanguine.

¶ *Super quæstionis octauæ, Articulum duodecimum.*

IN art. 12. circa communionem sub vtraque specie, aduertendum est, esse duos extremos errores vitandos, alter est eorũ, qui tenent, oportere populum communicare sub vtraque specie. alter est eorum, qui tenent populum cõmunicantem sub vtraque specie, peccare.

*Inno. in conc. Later. 4. can. 21 & habetur lib. 5. decret. tit. 38. ca. 12.

Infra q. 80. ar. 12. Et 4. dist. 12. q. 3. ar. 1. q. 2. de cõsec. di. 2. cap. Comperimus.

core. Vtrique errant, primi quidem, damnando eos qui non communicant sub vtraque specie: alii autem damnando communicantes sub vtra que specie. sancta autem mater ecclesia media via incedendo in docet, & vtrumque pulle fieri licite tradit. quoniam si ad sacramentum spectatur, communio sub vtraque specie licita habetur, & si ad reuerentiam sacramento debitam spectetur, licite a communione sanguinis populus abstinet, vt in litera dicitur. Et hæc intellige, loquendo absolute de sacramento & ipsius reuerentia: nam descendendo ad ritus cõsuetudinesque ecclesiarum, videtur seruandus in qualibet ecclesia mos in ea ab antiquo seruatus (si debita sacramento reuerentia tuta est ibi) nec nouitate aliqua pertur bandus: præsumptionis siquidem vitio non cuieret, introducere communionem sub vtraque specie, vbi non est consueta: immo a schismatis nota non esset alienũ: propterea quòd apud scios schismaticos in partibus occidentalibus hic mos vigere videtur.

¶ *Triplex quæstio de communione sub vtraque specie.*

OCcurrit hic circa communionem, sub vtraque specie, triplex quæstio perspicaciter discutienda propter nouitatem, scilicet de necessitate, de vtilitate, & de congruentia.

¶ 2 Præte. Ad perfectionem huius sacramenti concurrit & manducatio corporis & potatio sanguinis, vt supra habitum est: si ergo sumatur corpus sine sanguine, erit sacramentum imperfectum, quod ad sacrilegiũ pertinere videtur. vnde ibidem Gelas.* subdit, quia diuisio vnius eiusdemque mysterii sine grandi sacrilegio prouenire non potest.

¶ 3 Præt. Hoc sacramentum celebratur in memoria dominicæ passionis (vt supra dictum est †) & sumitur pro animæ salute: sed passio Christi magis exprimitur in sanguine quàm in corpore, sanguis etiam pro salute animæ offertur, vt supra habitum est. * potius ergo esset abstinendũ à sumptione corporis, quàm à sumptione sanguinis. ergo accedentes ad hoc sacramentum, non debent sumere corpus Christi sine eius sanguine.

¶ Sed contra est, multarum ecclesiarum vsus, in quibus populo communicanti datur corpus Christi sumendum, non autem sanguis.

¶ Respon. Dicendum, quòd circa vsum huius sacramenti duo possunt considerari: vnum ex parte ipsius sacramenti: aliud, ex parte sumentium: ex parte quidem ipsius sacramenti cõuenit, q̃ vtrunque sumatur, s. & corpus & sanguis, quia in vtroq; consistit perfectio sacramenti. Et ideo, quia ad sacerdotem pertinet ad hoc sacramentum consecrare & perficere. nullo modo debet corpus Christi sumere sine sanguine: ex parte autem sumentium requiritur summa reuerentia, & cautela, ne aliquid accidat, quod vergat ad

*Q. 76. ar. tic. 2.

iniuriam tanti mysterii: quod præcipuè posset accidere in sanguinis sumptione, qui quidem si incautè sumeretur, de facili posset effundi: & quia creuit multitudo populi Christiani, in qua continentur senes & iuuenes, & paruuli, q̃rorum quidam non sunt tantæ discretionis vt cautelam debitam circa vsum huius sacramenti adhibeant, ideo prouidè in quibusdam ecclesijs obseruatur, vt populo sanguis sumendus non detur, sed solum à sacerdote sumatur.

¶ Ad primum ergo dicendum, q̃ Gelasius loquitur quantum ad sacerdotes: qui sicut totum consecrant sacramentum, ita etiam toti communicare debent. vt enim legitur in concilio * Toletano, Quale erit sacrificiũ, cui nec ipse sacrificans particeps esse dignoscitur.

¶ Ad secundum dicendum, quòd perfectio huius sacramenti non est in vsu fidelium, sed in consecratione materiæ. Et ideo nihil derogat perfectioni huius sacramenti, si populus sumat corpus sine sanguine, dummodo sacerdos consecrans sumat vtrumque.

¶ Ad tertium dicendum, quòd repræsentatio dominicæ passionis agitur in ipsa consecratione huius sacramenti, in qua non debet corpus sine sanguine consecrari. Potest autem à populo, corpus sine sanguine sumi. Nec exinde sequitur aliquod detrimẽtum: quia sacerdos in persona omniũ sanguinem offert, & sumit, & sub vtraque specie totus Christus continetur, vt supra habitum est.

*De cõsec. dist. 2. ca. Relatum.

¶ IN OPPOSITVM est communis doctorum auctoritas, cum consuetudine Romanæ ecclesiæ, cum omnibus fere occidentalibus ecclesijs.

¶ In hac quæstione sex sunt agenda. primo narrabi turvaria circa hoc obseruatio. secundo distinguentur difficultates quatuor circa hoc. tertio tractabit prima difficultas. quarto tractabitur secunda. quinto tractabitur tertia. sexto tractabit quarta.

¶ Quo ad primũ Nestorius & Pelagius, cum sequacibus attuxerut vniuersaliter seruandam communionem sub vtroq; specie: diuersa tamen ratione moti. Nestorius. n. putauit sub specie panis corpus tantum Christi esse, & sub specie vini sanguinem tantum: quia in morte Christi, sanguis fuit separatus à corpore. & propterea sub vtraque specie oportebat sacramentum sumi, vt integer Christus sumeretur in memoriam mortis eius. Pelagius autem motus ex verbis dominj Ioan. 6. Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis, vtramque sacramenti speciem etiam ad infantes baptizatos extendit, dogmatizando, q̃ si infans non posset sacramentalem panem sumere, deberet panis contritus cum sanguine infundi in os infantis, & si quippiam eiectum esset, esse illud comburendum: iuxta præceptum antiquum de agno Paschali, si quid residuum fuerit, igne comburetis. Et hinc forte olim græcorum illorum, quos Auctor in litera 9. arti. nominauit, & similiter paulo ante centum annos Bohemorum abusus in communicando infantes ortus est, quodam Iacobello nouitatem communionis sub vtraque specie Bohemis suggerente. Hæc de primo.

¶ Quo ad secundum, tres sunt differentiæ considerandæ: prima est inter infantes & adultos. secunda est inter sacerdotes & alios adultos. tertia est inter conficientes hoc sacramentum, & non conficientes. Emergunt siquidem ex his tribus differentijs quatuor speciales difficultates. prima est, an communio sub vtraque specie sit necessaria omnibus, comprehendendo etiam infantes. secunda est, an sit necessaria omnibus adultis. tertia est, an sit necessaria omnibus sacerdotibus. quarta est, an sic necessaria omnibus conficientibus: quæliber enim harum difficultatum habet opinantes pro vtraque parte. Hæc de secundo.

¶ Quo ad tertium circa primam difficultatem (an. s. communio sub vtraq; specie sit necessaria etiam infantibus) quicquid garrire possint hæretici tenentes partem affirmatiuam: aut quicunq; errantes communicantes sub vna tantum specie infantes clara lu ce ma-

Universidad de Deusto
Biblioteca

te manifestum est, infantibus neutro modo sacramentum hoc exhibendum. Tum, quia fundamentum ex scriptura sumptum a Pela. Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis, pro eis non facit, quoniam intellectum de sacramentali manducatione hæresim inducit manifestam, scilicet quòd baptismus, non sufficiat infantibus ad vitam æternam. Si enim ad baptizatos infantes dicitur, nisi sumpseritis hoc sacramentum eucharistiæ, non habebitis vitam in vobis, consequens est, q̃ ex baptismo non habeant vitam, & consequenter si cum solo baptismo decederent non haberent vitam æternam, quod constat hæresim esse damnatam. tũ, quia sacramentum eucharistiæ datur vt alimentum animæ: propterea n. datur sub specie panis & vini. alimentum autem sicut non datur, nisi vsienti(non n. potest sumi à mortuus(ita non datur nisi habenti aliquam operationem vitalem: frustra n. alimentum poneretur in os impotentis illo quouis modo vti, nam nihil prodest alimentum alicui, qui ad illud vt mortuus se habet: sed infans baptizatus nullam habet operationem vitalem secundum vitam spiritualem: ergo ei non conuenit sumere alimentum spirituale.

¶At si contra hanc rationem obiiciatur, falsum assumere: quia ecclesia consueuit infirmis adultis in extremo vitæ sensibiliter cõstitutis, vel etiam phrenesim patientibus, eucharistiam tribuere sine omni operatione vitali interioris spiritus, facile excluditur obiectio, animaduertendo, q̃ licet tales adulti in extremo constituti, nullam habeant pro tunc vitalem spiritus operationem, habuerunt tamen eam ante petendo implicite, vel explicite hoc sacramentum, & propterea negatur amentibus a natiuitate, sicut & in factibus, quoniam vt rique nec pro tunc, nec antea actum ali quam spiritus habuerunt.

¶Si vero obiecerit quispiam falsum in adducta ratione subsumi, eo q̃ infantes habent vitales operationes, s. credere & abrenuntiare satanæ: etsi non spiritu proprio, spiritu tamen ecclesiæ, vt patet cum baptizantur, facile quoque hæc obiectio excluditur, quoniam si sic esset, accommodasset ecclesia has operationes vitales pueris in susceptione eucharistiæ, sicut accommodauit eis in susceptione baptismi, & cum huiusmodi accõmodatio nullibi facta sit respectu eucharistiæ, consequens est vt non nisi propria vosũ tate fingatur. In promptu enim ratio est quare in baptismo habeat locum huiusmodi accommodatio, & non poterit habere locum in eucharistia: per baptismum n. generatur infans in filiũ Dei, generatio autem non exigit cooperationem eius qui generatur: & propterea accommodario ecclesiæ non necessitatis, sed solennitatis cæremonialis est in baptismo, per eucharistiam autem nutritur sumens illam. nutritio autem exigit cooperationem vitalem eius, qui nutritur: & propterea accommodatio cæremonialis non suppleret actus personales, necessario sumenti eucharistiam. vnde stat ratio solida: tum quia hoc etiam verbis domini repugnat, cum primo tradidit hoc sacramentum. dixit enim, accipite & manducate: docens per hoc, quòd illis tantum est tribuendum, qui possunt aut potuerunt manducare corporaliter: ita q̃ sicut non regeneratur baptismo, nisi carnaliter natus. ita non sumitur hoc sacramentum, nisi carnaliter manducatum, & propterea infans, qui numquam potuit, nec potest manducare carnaliter panem, ab ipso domino excluditur a manducatione sacramentali. Hæc de tertio.

¶Quo ad quartum, an communio sub vtraque specie necessaria sit omnibus fidelibus adultis, ex argumentis in principio adductis apparet pars affirmatiua vera, ex vsu autem ecclesiæ monstratur falsa. Et quoniam maxima vis fit in sæpe dictis verbis domini, Ioan. 6. Ideo subtilius discutienda sunt, & imprimis notãdum vltra duos manducandi modos, qui consueuerunt distingui circa hoc sacramentum, inueniri alium modum manducandi non sacramentum, sed Christum: ita q̃ conficiuntur tres modi manducandi Christum, s. vel sacramentaliter, vel spiritualiter, sub sacramento tamen in re aut in voto, vel pure spiritualiter.

¶Et vt clarius percipiatur quod dicimus, declarandum ex conuenientia & differentia, & deinde probandum ex scriptura est quod dicimus: conueniunt siquidem hi duo modi manducandi Christum spiritualiter, in hoc quid vterque ponit manducantem esse Christi membrum viuum. Differunt autem primo in hoc, q̃ manducare Christum est ex suo genere manducatio pure spiritualis: manducare autem spiritualiter Christum in eucharistia, est manducatio allegata ad sacramentum re vel voto. & hoc quidem testatus est. Auctor in secundo huius quæstionis articulo, cum dixit Alio modo contingit spiritualiter manducare Christum, prout est sub speciebus huius sacramenti, inquantum, scilicet aliquis credit in Christum, cum desiderio sumendi hoc sacramentum. vbi manifeste apparet, spiritualem manducationem eucharistiæ claudere in se ordinem ad sacramentum. Manducatio autem Christi absolute quòd sit ex suo genere pure spiritualis, ex eo patet, quòd huiusmodi manducatio terminari potest, & ad deitatem secundum se, iuxta illud Luc. 22. Ego dispono vobis, sicut disposuit mihi Pater meus regnum, vt edatis & bibatis super mensam in regno meo (ibi enim nulla erit ratio sacramenti, sed pure spiritualiter edent & bibent Deum sicuti est, sicut ipsa Christi anima Deo fruitur) & ad spiritualia dona gratiæ, iuxta illud Ioan. 4. Qui biberit ex aqua, quã ego dabo ei, non sitiet in æternum, &c.

Et hinc differunt secundo in hoc, q̃ mãducare spiritualiter Christum sub sacramento, proprium est viatoribus in nouo testamento adultis, manducare autem pure spiritualiter Christum commune est comprehensoribus & viatoribus, scriptum est enim, Panem angelorum manducauit homo, commune quoque est noui & veteris testamenti iustis: scriptum est enim, quòd non aliud nomen datum est sub cælo, in quo oporteat homines saluos fieri. & demum commune est iustificatis infantibus, & adultis: per baptismum enim Christi membra viua etiam infantes fiunt.

¶Probatur autem hic modus comedendi Christum spiritualiter, quòd non sit conflictus aut nouiter adinuentus, tum ex eo, quòd omnes fatemur Christum esse panem angelorum hominum, tum ex eo quòd huiusmodi manducatio milles habetur in scriptura, & nulla est ratio, quare non possit terminari ad Christum, sicut terminatur ad alia & superius inducta, & quæ possent induci, vt est illud Prouerb. 9. in persona Sapientiæ, Venite, comedite panem meum, & bibite vinum miscui vobis, &c. Nec propterea arguendi sunt doctores insufficientiæ, qui duos tantum modos manducandi distinxerunt: quoniam de modis manducandi Christum sub sacramento tractabant: tales autem modi non sunt nisi duo, nos autem ex ipsis sacris doctoribus apposuimus hunc alium modum spiritualiter manducandi non sacramẽtum, sed Christum, vt hinc clariorem redderemus sensum euangelij & sanctorum doctorum.

¶His itaque præmissis dicimus, quòd sæpe dicta domini verba, Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem non habebitis vitam in vobis, intelliguntur ad literam de manducatione spirituali Christi, abstrahendo tam a manducatione sacramentali, quàm manducatione spirituali sacramenti in re vel in voto, probaturque tripliciter, primo ex textu euangelico: secundo ex contextu eiusdem: tertio auctoritate sanctorum. textus imprimis ipse, dum dicit, Nisi manducaueritis, non habebitis vitam in vobis, manifeste monstrat, quòd de illa manducatione & bibitione loquitur, sine qua non potest esse vita spiritualis in nobis: sed sola manducatio spiritualis Christi est illa, sine qua non potest esse vita in nobis. ergo de ipsa sola loquitur textus euangelicus. Maior est nota per se: minor autem propter dictionem exclusiuam habet duas partes, alteram affirmatiuam, scilicet manducatio spiritualis Christi est illa, sine qua non possumus habere vitam (& hæc etiam est per se nota intelligentibus terminos: quoniam manducare spiritualiter Christũ, est esse Christi membrum viuum, constat enim quòd nisi simus Christi membra viua, non possumus habere vitam spiritus in nobis) alteram negatiuam, scilicet nulla alia manducatio est, sine qua non est vita in nobis. & hoc probatur ex eo, quòd tam sine manducatione sacramentali, quàm sine manducatione spirituali sacramenti huius in re vel in voto, potest esse, & de facto est vita in nobis, vt testatur vita infantium baptizatorum, quibus firmiter credimus baptisma solum absque aliquo alio sacramento sufficere ad vitam æternam.

¶Nec mihi aliquis occurrat, dicendo quòd baptismus habet annexum votum sacramenti eucharistiæ: quoniam huiusmodi sententia, cum in sacris inueniatur doctoribus, venerabiliter suscipienda est, in suo tamen ordine: hoc est, vt adaptatio quædam, & non vt inde argumentum sumatur efficax ad firmandam veritatem eorum, quæ in quæstione fidei versantur. secundum namque veritatem baptismus ex se solo sufficit ad vitam æternam, & non mendicat hoc ex aliquo annexo voto alterius sacramenti. Si enim hoc ex annexo voto haberet: non ipsi baptismo, sed illi alteri sacramento, infantium baptizatorum salus attribueretur, & attribuenda esset: cum tamen non solum ecclesia vniuersalis cũ sanctis doctoribus, sed etiam Dominus ipse baptismo attribuat vitam spiritus, vt patet Ioan. 3. Vbi cum dixisset Nicodemo, nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu, non potest introire in regnum Dei, statim subdit effectum huius regenerationis esse vitam spiritus dicens, Quod natum est ex carne, caro est, & quod natum est ex spiritu, spiritus est.

¶Et confirmatur hoc, quia in idem redit, dicere baptismum dare vitam ex voto alterius sacramenti, & dicere, baptismum nõ sufficere ad vitam, & hoc si proprie & formaliter loquimur, vt loqui debemus, & scripturæ intelligendæ sunt. Patet autem non intendi a sacris doctoribus, per huiusmodi adaptionem baptismum habere in voto manducare carnem filij hominis, & bibere eius sanguinem in sacramento ex hoc, quòd ipsi sacri doctores tenent huiusmodi votum non esse de necessitate salutis: quoniam tenent quòd communicare sub vtraque specie, non est de necessitate salutis, cuius oppositum esset verum, si in baptismo manducaretur spiritualiter panis sacramentalis, & biberetur spiritualiter sanguis sacramentalis: nam quod tunc fit voto, necesse est postea exequi in re, quando opportunitas aderit. Stat ergo solida fundata ratio super textu euangelico, qui est lex generalissima a Christo promulgata, & non minus necessaria quam illa alia lex, Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & spiritu, non potest introire in regnum Dei. Nec oportet laborare ad hoc probandum, quoniam aperta sunt vtrobique verba Domini, & ad literam intellecta hæc continent.

¶Deinde probatur hoc idem ex contextu euangelii. Vbi aduertendum est, quòd doctrina ista Domini incepit occasionaliter sicut doctrina, quam Dominus dedit Samaritanæ de aqua viua, occasione sumpta ex aqua naturali, vt patet Ioan. 4. Iudæi enim post miraculum de quinque panibus & duobus piscibus, quærentes Iesum, audierunt ab ipso, Quæritis me, quia manducastis ex panibus, & saturati estis, & statim subdidit Dominus, Operamini non cibum, qui perit, sed qui permanet in vitam æternam. Et sic inchoato sermone de cibo spirituali, quæsierunt iudæi, intelligentes per cibum spiritualem opera sancta, Quid faciemus vt operemur opera Dei? & audierunt a Domino, vt crederent in ipsum, declarando quòd cibus spiritualis ac opus Dei esset credere in ipsum, quo audito iudæi quæsierunt ab eo signum, vt sic crederent ipsi commemorantes signum mannæ in deserto, tamquam panis cælestis, quasi dicerent (vt Augustinus exponit.) Si vis vt credamus tibi, fac plus nobis, quàm fuerit factum patribus nostris, qui manducauerunt manna in deserto. Et tunc Dominus, vbi prius de cibo locutus fuerat, ad cibi speciem descendit proponens panem spiritualem, & primo quidem proponit panem verum esse non quemcumque, sed eum qui de cælo descendit, & dat vitam mundo, & subdit se esse panem vitæ, & de cælo descendisse. Manifestatque horum duorum primum ex actibus spiritualibus, scilicet quòd venire ad ipsum, & credere in ipsum, tollit totaliter famem, & sitim mentis, & tandem etiam corporis. Et interposita murmuratione iudæorum de secundo, scilicet quòd descendit de cælo. & eorum repressione, manifestat secundum, de quo murmurauerant: ex spiritualibus quoque actibus, scilicet, quòd credere in ipsum est habere vitam æternam. & ex differentia inter manducantes manna & ipsum: quia illi mortui sunt, si quis autem manducauerit ex ipso, non morietur, sed viuet in æternum. Et in calce amplius explanans Dominus panem, de quo loquebatur, ad carnem descendit dicens, Et panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. Quo audito litigabant iudæi adinuicem, quomodo potest hic nobis dare carnem suam ad manducandum? & tunc dixit eius IESVS, Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Vbi diligenter aduertendo clara luce patet, quòd cum totus præcedens sermo fuerit de actibus pure spiritualibus, de spirituali quoque manducatione & portatione ipsius Christi carnis & sanguinis, sermo præsens ad literam est. Post panes enim materiales primo de cibo spirituali, deinde de pane cælesti, quia iudæi obiicientes manna, addnxerunt scripturam, Panem de cælo dedit eis manducare, & postea de carne & sanguine. Et iterum rediens Dominus ad panem, qui de cælo descendit, & ipsius excellentiam supra manna, concludit sermonem, vt responderet iudæis de pane dato de cælo, & monstraret se & non manna, esse panem verum, qui de cælo descendit. Carnis quoque & sanguinis meminit: vt doceret non sufficere ad vitam nostram credere in ipsum Christum. panem qui de cælo descendit, hoc est Deum & hominem, sed oportet etiam credere ipsius pro mundi vita passionem & mortem, in qua sanguis separatus fuit a carne: hoc enim est quod aperte Dominus subdidit, cum dixit, Panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita: caro enim sua pro mundi vita fuit caro passa & occisa pro mundi vita: morte enim sua viuificauit mundum. vnde & litigantibus de hoc iudæis, statim de carne & sanguine, & non de speciebus sacramentalibus subdidit, nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem &c. & sine interuallo declaranit quid sit manducare eius carnem, & bibere eius sanguinem, subdens, Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam, & ego resuscitabo eum in nouissimo die. vbi etiã vitam corporis consequendam, non tunc tamen, sed in nouissimo die manducantibus eius carnem & bibentibus eius sanguinem explanauit. Quocirca cum ex solo sensu literali trahatur efficax argumentum, & sensus literalis ex contextu præcipue pendeat, & ad literam tam ex textu, quam ex contextu de spiritualibus actibus sermo sit, consequens est, vt textus iste de spirituali manducatione Christi carnis & sanguinis, hoc est de fide in ipsum & morte eius, sermo sit.

¶Et si quæratur quare Christus nostram in ipsum, & mortem eius fidem sub metaphora manducationis, & bibitionis docuerit, in promptu est ratio multiplex. Primo vt monstraretur, q̃ nostra in ipsum connunctio per fidem formatam esset participatio cælestis beatitudinis, de qua scriptum est, Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos. Secundo, vt monstraretur se esse patris sapientiam, quæ dixerat Prouerb. 9. Venite comedite panem meum, & bibite vinum quod miscui vobis. Tertio, vt monstraretur, quòd etiam caro sua occisa & sanguis suus etiam separatus a carne, haberent vim satiatiuam mentis humanæ, & hinc disceremus carnis & sanguinis Christi coniunctionem ad deitatem, ex qua vim satiatiuam intellectus & affectus habent. Quarto, vt sic fundamenta iacerentur ad manducationem & bibitionem sacramentalem nã ex hoc, quòd credere in Christum & mortem eius, est satietas mentis & refectio sapientiæ & participatio quædam cælestis fælicitatis, facile discere possumus, quòd digne sumere sacramenta corporis & sanguinis Domini, est & cælestis participatio coniunctionis, & in sapientiæ mensa edere & bibere &c. Et hinc processit, vt a doctoribus sacris extendatur, quandoque textus istius capituli ad sacramentum eucharistiæ, & manducandum & bibendum sacramentum eucharistiæ, & manducandum & bibendum sacramentaliter, digne tamen, Christum seu carnem & sanguinem eius: quamuis multiplex alias sit huius ratio, scilicet quia res, de qua est sermo in textu isto est res significata sacramento Eucharistiæ: familiare est enim signati conditiones, signo attribuere. Et quia vnus atque idem secundum substantiam est panis spiritualis & panis sacramentalis, & manducare ac bibere spiritualiter Christum, & manducare ac bibere spiritualiter sacramẽtum, sunt vnum & idem secundum substantiam, sola relatione ad sacramentum sensibile differentia: hinc enim fit vt tam in scriptis, quam in sermonibus in quibus huiusmodi differentia proposita non variat, frequentissimo vsu, vnum pro alio ponamus aut exponamus.

¶Tertio, probatur idem auctoritate sanctorum. Et primum, q̃ hæc sit communis sanctorum & theologorum expositio: quoniã communiter exponitur de spirituali manducatione carnis, & spiritualipotu sanguinis Christi: deinde probatur idem sensus auctoritate Aug. ad Bonifa. exponentis hanc domini legem adimpleri in infantibus baptizatis, dicendo, tunc vnusquisque fidelium corporis & sanguinis domini participeps fit, quando in baptismo membrum Christi efficitur. vbi videre potes vtrumque scilicet q̃ de manducare & bibere spiritualiter corpus & sanguiné Christi, intelligitur lex domini, & q̃ lex illa extendit se ad omnes, sicut & illa, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu &c. et eundem sensum explicat idem August. super Ioannem, dicens, Hunc cibum & potum societatem vsus intelligi corporis & membrorum suorum, quod est ecclesia, &c.

¶Ex quibus omnibus coniunctis, cum dicendis in solutione argumentorum, manifestum relinquitur, q̃ communio sub vtraque specie non est necessaria adultis omnibus: cum nullum ad hoc habeatur præceptum, nullaq; ad hoc ratio cogat, & innumeræ Christi ecclesiæ, cum eccleharum omnium magistra Romana ecclesia opponsitum doceant ac faciant. Hæc de quarto.

¶Quo ad quintum, an communio sub vtraq; specie sit necessaria omnibus sacerdotibus, quia hoc coincidit cum quæstione illa, an quilibet sacerdos teneatur quandoque celebrare, & hoc ex proposito tractabitur inferius in art. vlt. q 82. ideo nunc pertransseundum est, ne idem sæpius repetatur. Hæc de quinto.

¶Quo ad sextum, an communio sub vtraque specie sit necessaria omnibus consecrantibus, clare patet quæstionis solutio ex decreto Gelasij Papæ de consec. dist. 2. c. comperimus. vbi grande sacrilegium esse dicitur, celebrantem sumere sub altera tantũ specie, & in c. præcedenti damnantur celebrantes, & in nulla specie sumentes. Et quoniam hoc in dubium non vertitur, ideo hæc de sexto sufficiant.

¶AD PRIMVM ergo in oppositum ex dictis patere potest responsio consistens in hoc, quòd præceptum domini intelligitur de cibo & potu spirituali carnis & sanguinis domini. Et sicut manducare spiritualiter sacramentũ corporis, & sanguinis Christi, claudat in se votum manducandi & bibendi sacramentaliter: non est tamen verum, q̃ manducare & bibere spiritualiter carnẽ & sanguinem Christi, claudat in se votum manducandi & bibendi sacramentaliter: sed claudit in se beneficium, quod significatur & confertur corporis & sanguinis sacramento, s. esse Christi & ecclesiæ membrum viuum.

¶Ad secundum de Christi mandato, hoc facite in meam commemorationem, respõdetur ad hoc, vt omnis cauillatio tollatur, quadrupliciter. Primo, q̃ illa verba domini habent triplicem vim: sunt. n. institutoria celebrationis eucharistiæ in ecclesia, vt patet: sunt & collativa potestatis sacerdotalis ad consecrandam eucharistiam: communiter n. fatemur per hæc verba Apostolos esse ordinatos in sacerdotes: sunt & præceptiua non ipsius operis, sed ordinis ad suam commemorationem, quod est præcipere ordinem operis in sui memoria, vt ecclesia attestatur, vtens his verbis in missa sub hac forma, Hæc quotiescunq; feceritis, in mei memoriam facietis. vbi manifeste explicatur præcipi non opus ipsum, sed ordinationem operis in sui memoriam. Et si arguat quis ex vi institutoria, s. q̃ ex hoc ipso, q̃ dominus instituit hoc sacramentum sub vtraque specie, obligamur ad seruandam eius institutionem, facile patet nullitas argumenti: tum quia sufficit, q̃ hoc seruetur ab aliquibus de ecclesia, hoc est sacerdotibus celebrantibus, ad quos solos in apostolis sermo dominicus tunc dirigebatur, vt ex hoc pateat, q̃ soli sacerdotes possint hoc facere, q̃ Christus fecit, s. consecrare sacramentum corporis & sanguinis dominitum, quia ad obligãdos singulos de ecclesia sub præcepto, plus requiritur quam institutio sacramenti, vt patet de sacramento cõfirmationis, & extremæ vnctionis, quorum neutrum est de necessitate salutis: quamuis eorum contemptus esset damnabilis. & sic ex his verbis domini non habetur præceptum sumendi sub vtraque specie: sed q̃ sumentes sumant in sui memoriam, hoc est si sumimus, in ipsius memoriam sumamus, iuxta ecclesiæ expositionem. Hæc quotiescunque feceritis, in mei memoriam facietis.

¶Secundo dicitur, q̃ posito, q̃ præcipiatur per hæc domini verba ipsum opus, non propterea argumentum urget: quoniam ly hoc, non demõstrat utrumq; opus, quod Christus legitur fecisse, scilicet consecrare & tradere sumendum. et ratio est: quia si ly

hoc,

Universidad de Deusto
Biblioteca

hoc, & monstraret vtrumque opus, vt præceptum a domino, sequeretur, quòd quilibet celebrans reciperetur sub præcepto domini ad tradendum hoc sacramentum aliis, quod omnium ecclesiarum piis auribus offendit, cum constet multos sanctos sacerdotes carentes cura animarum, & in monasteriis & extra sæpe celebrasse, & numquam tradidisse, & quotidie sic fiat ab innumeris sacerdotibus irreprehensibiliter. Et secundum hoc, non habetur hinc præceptum traditionis sub vtraque specie, ac per hoc, non habetur hinc præceptum suscipiendi ab aliis sub vtraque specie. nam non celebrantium sumptio traditionem præsupponit, cum nullus talium sumat, nisi fuerit traditum eucharistiam.

¶Tertio dicitur, q̃ dato q̃ ly hoc, demonstraret omne opus, scilicet consecrare, sumere & tradere sub vtraq; specie, & q̃ intelligatur præcipi omne huiusmodi opus, adhuc argumentum non cogit: quoniam cum præceptum hoc sit affirmativum, & præcepta affirmativa obligent semper, sed non pro semper, sed pro tempore necessitatis, consequens est, vt ex hoc domini præcepto sacerdotes, non teneantur tradere sub vtraque specie, nisi necessitas communicandi sub vtraque specie adenerit, ac per hoc si huiusmodi necessitas alicubi numquam interuenit: numquam sacerdos reus violati præcepti esset. Exemplum, præceptum de honorandis parentibus fuit, quia est affirmativum, intelligitur tempore necessitatis, & propterea si numquam contingit parentes meos necessitatem habere subuentionis meæ, numquam ego reus præceptum: & quia in innumeris Christi ecclesijs Rom. ecclesiam imitantibus numquam contingit alicui non celebranti necessitas communicandi sub vtraque specie (quoniam docente Spiritusancto contenti sunt communione sub specie panis) ideo nullus sacerdos in huiusmodi ecclesijs reus est violati præcepti dominici.

¶Quarto dicitur, ex ipso ordine textus euangelici, quòd hoc domini præceptum nullibi inuenitur a domino traditum nisi respectu sacramenti sub specie panis tantum, ita q̃ ly hoc, nihil demonstrat ad pertinentibus ad calicem, & propterea ex isto præcepto argumentum sumptum, si efficax est gladius est Goliathi: quo nam hinc sequitur, q̃ solus panis sancti communio præcepta est tradenda. Et probatur quod dicimus, primo ex auctoritate euangelistæ: solus enim inter euangelistas Lucas verba hæc posuit in c. 22. vbi expresse refert dominum ante consecrationem calicis, post tamen consecrationem panis, dixisse, Hoc facite in meam commemorationem. Secundo, auctoritate Pauli Apostoli 1. ad Cor. 11. vbi refert dominum dixisse. Accipite & comedite, hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur, hoc facite in meam commemorationem: post consecrationem autem calicis Lucas de hoc nihil refert: Paulus autem apostolus refert Christum dixisse, Hoc facite quotiescunque biberitis in meam commemorationem. Vbi ex ipsa diuersitate verborum a Paulo narratorum, manifeste apparet, quòd de sacramento sub specie panis dominus dixit absolute, hoc facite in meam commemorationem: de eodem autem sacramento sub specie vini non dixit absolute, Hoc facite: sed dixit quòd hoc facerent, quotiescunque biberent, in suam commemorationem. Vbi in tenebrosa luce clarius patet, quòd non præcipitur bibere, sed quòd quotiescunque bibimus, in suam commemorationem hoc faciamus. Et hinc sequitur, q̃ si ex hoc præcepto domini, Hoc facite in meam commemorationem efficax argumentum ad communionem populi sumitur, optime sequitur absque vlla controuersia, q̃ non est præcepta communio populi nisi sub specie panis. Et confirmatur ille sensus ex eo, q̃ in numero singulari dicitur, Hoc facite, & non dixit, hæc facite, sicut per opportunum ecclesiam vtramque significare speciem sacramentis, explicat in numero plurali dicens, Hæc quotiescumque feceritis, in mei memoriam facietis.

¶Ad tertium argumentum dicitur, concedendo quòd tam perfectio sacramenti in consecratione, quàm perfectio ejusdem in vsu est sub præcepto, & hoc propter allatam, obiiciendo, rationem, scilicet, quòd sacramentum hoc suapte natura est propter vsum, & perfectio sacramenti est propter perfectionem vsus. vnde & grande sacrilegium esse dixit Gelasius, diuidere mysterium hoc, quo ad vsum. sed non propterea argumentum hinc sumptum vrget ad vsum vtriusque speciei in communione populi. Et ratio est, quia perfectio sacramenti secundum vsum, non dependet nisi a per se concurrente ad sacramentum illud, quemadmodum ceterarum rerum perfectiones, non attenduntur secundum ea, quæ sunt per accidens: sed in ordine ad ea quæ concurrunt per se: alioquin nunquàm res aliqua suam perfectionem sortiretur, solus autem sacerdos concurrit per se ad perfectionem huius sacramenti tam consecrando, quàm vtendo: & propterea sicut sacrilegus esset sacerdos, consecrando panem, & non vinum, ita sacrilegii reus esset sumendo panem sanctum, & non sumendo calicem. Et quidem, quòd sacerdos concurrat per se ad consecrationem & vsum huius sacramenti, clare patet: quòd autem solus concurrat per se, patet tum ex eo, quòd solus sufficit ad perfectionem sacramenti, tum consecrando quàm vtendo: tum, ex eo q̃ populi communio post consummatum sacrificium atque sacramentum, tam quo ad consecrationem quàm quo ad oblationem & vsum superuenit, sacerdos enim per seipsum perfecit hæc omnia: quod autem superuenit alicui post illius perfectionem, non est de concurrentibus per se ad illius perfectionem: tum, ex eo q̃ accidentaliter coniungitur perfecto vsui huius sacramenti, quòd aliquis circumstantium sit communicandus, quod ex eo patet, quòd nihil minus perfectum est sacramentum & in se & in vsu, si nullus circumstantium communicet: si enim perfectio vsus dependeret ab aliorum communione, non posset absque sacrilegij vitio sacramenti huius vsus esse, nisi aliquis ex circumstantibus communicaret: sicut non potest absque sacrilegio, eius vsus a celebrante omitti aut diuidi. Quocirca manifestum est, quòd ex perfectione huius sacramenti, tam quo ad consecrationem, quàm quo ad vsum per se (ea enim quæ sunt per accidens, & ab arte & a scientia relinquuntur) non habetur necessitas communicandi populum sub vtraque specie, sed necessitas communicandi seipsum celebrantem sub vtraque specie. Et hæc de prima quæstione dicta sufficiant.

QVAESTIO II.

An vtilitas sit sumere eucharistiam sub vtraque specie, quàm sub specie panis tantum.

QVAERITVR secundo, an vtilius sit sumere eucharistiam sub vtraque specie, quàm sub specie panis tantum. Et videtur, quòd sic.

¶Primo, ex parte sacramenti, quia vtilius est sumere sacramentum integrum seu integre, quàm imperfectum seu partialiter. Et si dicatur, q̃ non est hic differentia secundum perfectum & imperfectum, integrum aut diminutum, totum vel partem, nisi in significando contra: sacramenta efficiunt quod significant. ergo imperfectio in significando redundat in imperfectionem in conferendo: alioquin aliud efficeret & aliud significaret, dum significaret partem, & efficeret totum.

¶Secundo, ex parte quoq; sacramenti, utilius est tangi a Christo pluribus diuersarum rationum instrumentis, quàm uno tantum: sed communicans sub vtraque specie tangitur a Christo instrumentis diuersarum rationum: communicans autem sub altera tantum tangitur a Christo uno tantum instrumento. ergo. Maior est per se nota: quoniam diuersarum rationum instrumenta ad diuersas utilitates per se ordinantur, ut patet in artificialibus. Minor autem manifestatur: quia species vini, vel saltem potatio ipsa instrumentum est quoddam ipsius Christi ad lætificandã animam: & similiter species panis vel saltem manducatio ipsa instrumentum est Christi ad confirmandum hominis animum: sicut de aqua baptismi Aug. dicit, quòd corpus tangit, & cor abluit. Et confirmatur, quia potus sacramentalis significat potum spiritualem: regula autem generalis est, q̃ sacramentales actus sunt instrumenta, aut quasi instrumenta diuinæ virtutis. Et confirmatur rursus ex eo, quòd si significatus effectus per sumptionem eucharistiæ non prouenit in sumentem, dicimus q̃ hoc non est ex defectu sacramenti, quin conferret quod significaret, sicut &c. sacramenta conferunt quod significant, sed ex indispositione sumentis: hæc n. omnia attestantur, q̃ huiusmodi sacramentalibus Christus utitur ut instrumentis, quod erat assumptum: conflat n. hæc. s. speciem panis & vini esse manducationem & bibitionem sacramentales, diuersarum esse rationum, sicut diuersarum sunt rationum in esse naturali.

¶Tertio, ex effectuum differentia: utilius est comedere spiritualiter & bibere spiritualiter sacramentum hoc, quàm illud spiritualiter comedere tantum. Et si dicatur, q̃ comedere spiritualiter, & bibere spiritualiter, sunt idem, contra: tum, quia comedere spiritualiter est actus intellectus, utpote spectans ad fidem & contemplationem, iuxta illud Eccles. 15. Cibauit illum pane vitæ & intellectus, & illud Aug. Crede & manducasti. Bibere vero est actus affectiuæ partis, ut pote spectans ad dilectionem charitatis & delectationem spiritus, iuxta illud, Et vnum lætificat cor hominis & rursus, Torrente voluptatis tuæ potabis eos. Et confirmatur hoc ex ipsa diuersitate signorum: diuersa n. signa sacramentalia oportet diuersa quoque habere significata. Et propterea, quia manducare & bibere sunt diuersa signa sacramentalia, consequens est, ut diuersa quoque habeant significata: si enim idem significarent, alterum superfluum esset in significando. Et confirmatur rursus, ex proprietate attributorum signatorum: nam celi sacramentali attribuitur, q̃ significat expresse mortem Christi, redemptionem nostræ per illius sanguinem peractam, vitam animæ lætitiam cordis &c.

¶Quarto arguitur ducendo ad inconuenientia: sacerdos celebrans sumpto sacramento sub specie panis, quæritur an postea sumendo sub specie vini aliquid utilitatis spiritualis acquirat, aut nihil. Si dicatur, q̃ acquirat aliquid spiritualis utilitatis metus in anima, habetur intentum, s. q̃ utilius est sumere sub vtraq; specie, quàm sub altera tantum. Et rursus, cum par sit ratio proportionaliter tamen de sacerdote, & laico q̃ ge sumente, utilius erit laico digne sumenti sumere sub vtraq; specie, quàm sub altera tantum. Si dicatur, q̃ nihil spiritualis fructus acquirit ex calice, sequitur

sequitur q̃ potus ille sacramentalis non confert sacerdoti quod significat, & cum infructuositas ista non procedat ex parte sacramenti: quoniam calix ille est calix vitæ non solum cõtentiuus, sed collatiuus, nec prouenit ex parte sacerdotis (quoniam supponimus ipsum digne celebrare) consequens est q̃ non nisi temere, & voluntarie negatur fructus sumptionis sub secunda specie.

IN OPPOSITVM est Auctor in litera huius 12. articul. in calce dicens: potest autem a populo corpus sine sanguine sumi: nec exinde sequitur aliquod detrimentum: quia sacerdos in persona omnium sanguinem offert & sumit, & sub vtraque specie totus Christus continetur. Vbi clare vides dictum: nec exinde sequitur aliquod detrimentum, quod falsum esset, si damnum spiritualis fructus populus incurreret, sumendo corpus, & non sumendo calicem.

¶Ad euidentiam veritatis quæstionis huius, tria agenda sunt. primo, declarandæ sunt duæ radices difficultatis: secundo, prosequemur primam radicem: & prosequemur secundam.

¶Quo ad primum sciendum est, quòd quia sacramenta quæ leges conferunt quod significant, ideo in duplici conseuerunt locari genere: quatenus enim conferunt, locantur in genere causæ instrumentalis, aut quasi instrumentalis: quatenus vero significant, locantur in genere signi sensibilis & propterea de sacramentis dupliciter loqui contingit, vel vt habent rationem causæ, vel vt habent rationem signi. cum enim de virtute sacramentorum est sermo, ad causalitatem sacramenti spectatur: virtus enim causalitatem sonat: & similiter eum de sacramentali medicina est sermo, ad causalitatem quoque spectatur: inter causas enim medicina locatur. Et breuiter cum de efficacia, aut effectu alicuius sacramenti agitur, ad causalitatem spectatur: qui autem de significato aut significatione sacramenti est sermo, clare liquet quòd sacramẽtum in quantum signum tractatur.

¶Duabus igitur in sacramento inuentis conditionibus, scilicet quòd est causa, & quòd est signum, quòd confert & quòd significat, difficultas in proposita quæstione ex vtraque oritur. Nam ex eo, quòd dominicus calix non minorem habet virtutem, quàm sacra hostia, neominus natus est conferre quàm sacra hostia confert, rationi consentaneum est, vt quemadmodum sacræ hostiæ ejus proptium habet fructum spiritus in anima edentis, ac per hoc duplex fructus vtiliorem monstrat sumptionem sacramenti sub vtraque specie, quàm sub altera tantum. Similiter, quia, non minus dominicus calix cum eius potu sacramentali significat interiorem fructum spiritus, quàm sacra hostia cum eius esu significat interiorem spiritus fructum, consequens est, vt sicut donum spiritus significatum esu sacræ hostiæ absque dubio acquiritur, ita donum spiritus significatum potu sacramenti calicis absque dubio habeatur a digne bibente, & sic ex multiplicatio dono iuxta diuersitatem signi, vtilius concluditur communicare sub vtraque specie, quàm sub altera tantum.

¶Oritur ergo tota huius quæstionis difficultas ex diuersitate sacramentalis causæ, vel sacramentalis signi, aut vtriusq;: & propterea diligenter discutienda est primo virtus, atq; causalitas huius sacramenti, & deinde significatio. His enim patefactis, facile erit nodum soluere quæstionis. Hæc de primo.

¶Quo ad secundum, vt clare appareat veritas, vt cognoscatur quid in eucharistiæ sacramento est causa, & quomodo causat, declaranda per ordinem sunt tria. Primum est, quòd causans non est virtus aliqua in sacramento aut diuina assistentia: sed est res contenta in eucharistia. Secundum est, quòd huiusmodi res contenta causans non est minus res concomitanter contenta, quàm res contenta ex vi conuersionis. Tertium est, quòd res contenta in hoc sacramento causat absque aliquo sensibili instrumento. Primum horum, scilicet quòd res causans seu conferens spiritualem fructum in sumptione eucharistiæ est res contenta in eucharistia, ab omnibus est confessum, qui confitentur Christum realiter contineri sub hoc sacramento: ipse enim Christus perfectus Deus, & perfectus homo est largitor omnis fructus gratiæ, & est res contenta sub hoc sacramento. Et hinc absque controuersia habetur, quòd non oportet recurrere in vsu huius sacramenti ad virtutem aliquam in sacramento positam per modum intentionis, aut ad diuinam assistentiam, sicut in aliorum sacramentorum viu, & in huius sacramenti consecratione accurritur. Singulare est enim in hoc sacramẽto, in quo solo vsus a consecratione separatur, q̃ ipsum fontem gratiæ præsentialiter habeat, vt rem in sacramento contentam, & ex hac singulari excellentia prouenit, vt sicut per seipsum in seipso fons gratiæ sub sacramento continetur, ita per seipsum conferat sacramenti fructum.

¶Secundum autem, scilicet quòd non minus ad conferendum fructum huius sacramenti concurrit res contenta concomitanter, quàm res contenta ex vi sacramenti seu conuersionis, declaratur recolendo, quòd dupliciter res aliqua continetur sub hoc sacramento, vel ex vi sacramenti seu conuersionis, & sic sub hostia continetur corpus Christi tantum, ita quòd nec sanguis nec anima deitas sic continetur sub hostia: & similiter in calice ex vi sacramenti solus sanguis continetur, ita quòd nec Christi corpus, nec anima, nec deitas, sic continetur sub specie vini: vel concomitanter, & sic sub hostia continetur tam sanguis Christi, quàm eius anima & deitas: & similiter sub specie vini continentur concomitanter Christi corpus, anima & deitas. Et his enim constat, quòd nec sub specie panis, nec sub specie vini continetur Christi anima, & similiter deitas, nisi concomitanter. Quo stante declaratur propositum sic: Spiritualis fructus eucharistiæ non minus causatur a Christi anima & ab eius deitate, quàm a Christi corpore seu sanguine: sed tam deitas quàm anima Christi est res concomitanter existens sub sacramento. ergo non minus causat fructum spiritualem eucharistiæ res concomitanter contenta, quàm res ex vi sacramenti contenta. processus totus est clarus cum minore iam declarata. Prima autem propositio per se euidens est: tum, quia deitas præsens personaliter est, quæ maxime confert fructum hunc spiritualem: tum, quia Christus in sacramento præsens confert voluntarie dona sui spiritus: voluntaria autem collatio principaliter & maxime pendet a voluntate, quæ est in anima: tum, quia plus est, quàm quod dixi. nam tam sanguis quàm corpus Christi vim cibandi, atque potandi habet ex coniunctione ad deitatem: nisi. n. esset corpus verbi & sanguis verbi, quod in principio erat Deus non conferat vitam æternam.

¶Tertium autem, s. q̃ Christus in hoc sacramento contentus, confert per seipsum, & non per aliquod sensibile instrumentum, spiritualem fructum, declaratur tripliciter. Primo, quia vbi est præsens agens sufficiens per seipsum, non est opus instrumento, nec consueuit adhiberi instrumentum.

¶Secundo, quia sic se habet eius & potus sacramentalis ad hoc alimentum spiritus, sicut se habet tam manducatio quàm potus naturalis ad alimentum corporale: sed in nutritione corporali panis & vinum non per instrumenta, sed secundum seipsa alunt: quoniam vt dicitur in 2. de anima, alimentum secundum suam substantiam nutrit: & similiter edere & bibere non sunt instrumenta alimenti corporalis ad alendum corpus: sed comedere concurrit, vt adducens alimentum siccum, & bibere vt adducens alimentum humidum: constat autem secundum philosophum, quòd approximatio agentis & patientis, alimenti & alti non locatur inter instrumenta. Relinquitur igitur ex hoc, quòd Christus continetur in hoc sacramento vt alimentum (vt species panis & vini attestantur) quod ipse secundum seipsum nutriat spiritum sumentium. & similiter ex hoc, quòd ad sumentium animas perueniat eo ipso, quòd manducatur & bibitur sacramentaliter, quòd esu & potu sacramentali non vtitur vt instrumentis, sed vt approximationibus alimenti ad hominem, qui alendus est.

¶Tertio, quia de diuinis sacramentis oportet sapere ad sobrietatem, non excedendo limites patrum nostrorum: accepimus autem ex ecclesiæ doctrina incomprehensibilem, ac ineffabilem coniunctionem Christi & specierum sacramentalium sub ratione continentis & contenti veraciter præsentis & signi & signati, & huiusmodi, & non secundum rationem agentis & instrumenti, & propterea voces huiusmodi tamquam prophanas nouitates vitandæ sunt.

¶Ex quibus omnibus infertur primo, quòd in calice & hostia non sunt diuersæ virtutes collatiuæ spiritualis gratiæ: sed vna tantum est res vtrobique conferens, scilicet Christus ipse secundum seipsum & non per virtutes medias. Infertur secundo, quòd in hostia & calice, Christus non vtitur diuersis instrumentis ad conferendum fructum spiritus: quia vtrobique nullo vtitur sensibili instrumento ad huiusmodi collationem: & quia excluso omni virtute media, & excluso omni instrumento medio, nulla remanet ex parte Christi præsentis differentia causandi, distribuendi seu conferendi sub vtraque specie, nisi voluntas diuidens singulis, prout vult: ideo infertur tertio, quòd quemcunque argumenta ad probandam diuersitatem fructuum spiritualium in sumptione vtriusque speciei, ex diuersitate virtutum sacramentalium, vel sacramentalium instrumentorum, vel modorum conferendi & aliorum eiusmodi, ex falso procedunt principio. nihilq; valent vrpote absque fundamento erecta. Quo sit vt considerando sacramentum eucharistiæ infra latitudinem causæ, prout est collatiuum spiritualis gratiæ, nutritiuum animæ & medicina eiusdem, nulla sit differentia inter species ipsas inter se, & similiter nulla sit differentia inter vtramque simul & alteram tantum: quoniam vt ex dictis patet, vna & eadem omnino absque omni virtute media, absque omni sensibili instrumento medio est vtrobique, & in altera tantum cuiuscunque spiritualis doni causa, s. Christus ipse personaliter præsens secundum deitatem & humanitatem. Hæc de secundo.

¶Quo ad tertium, aduertendum est, quòd diuersitas in significando quæ ingerit difficultatem, dupliciter inuenitur in hoc sacramento. Inuenitur siquidem & diuersitas signi: quia aliud signum est species panis cum ipsius esu, & aliud signum est species vini cum eius potu, & diuersitas modi significandi. Et hæc inuenitur dupliciter, hoc est comparando species inter se, sicut expressius significat redemptionem nostram per Christi mortem ea, in quo, vt separatus monstratur sanguis a corpore, quàm hostia, & comparando vtramque simul speciem sacramenti ad alteram tantum: nam vtraque simul significat integre refectionem spiritualem: singulæ autem species imperfecte, repræsentant illam, vna scilicet vt cibum, & altera vt potum.

¶Nulla

Universidad de Deusto. Biblioteca

¶Nulla autem harum diuersitatum, si diligenter perspexerimus, diuersitatem aliquam in fructu spirituali huius sacramenti arguit: quod quadruplicitèr manifestatur. Primo, ex communibus: quoniam nec signorum diuersitas nec diuersus modus significandi, diuersitatem arguit in re signata: sed vna eademque res omnino immutata, & diuersis signis & diuersimode potest significari, vt patet cum vnus idemque homo repræsentatur per imaginem in speculo, & per statuam, picturam &c. & ab vna perfectius, & ab alia imperfectius repræsentatur: ex his enim diuersitatibus in signis & significationibus nulla circa rem signatam varietas monstratur.

¶Secundo declaratur exemplo in baptismo: immersio siquidem, quæ in celebratione baptismi fit, significat eum qui baptizatur, consepeliri Christo, & emersio significat resurgere eundem cum Christo in nouitatem vitæ, iuxta illud Apostoli ad Rom. 6. Consepulti sumus cum Christo per baptismum in mortem, vt quomodo Christus surrexit a mortuis, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Si tamen aliquis baptizatur non per modum immersionis, sed per modum effusionis aut aspersionis, deficit tunc baptismo dictus modus significandi, & non propterea is qui baptizatur, minus est consepultus Christo, aut minus resurgit in nouitatem vitæ, quàm ille qui baptizatus est per immersionem. Hinc enim manifeste habes, quòd non solum in communi loquendo, diuersitas seu defectus in modo significandi, nullam varietatem arguit in re signata: sed etiam in speciali de sacramentalibus signis loquendo defectus in significando nihil adimit de fructu sacramenti, & plenitudo in significando nihil adiungit ad fructum sacramenti: æquale siquidem donum ex baptismo recipiunt baptizatus per immersionem & baptizatus per aspersionem, quamuis magna sit diuersitas vtrobique in signi ficando.

¶Tertio ex ratione, quia aliud est diminute seu partialiter significare, & aliud est significare diminutum seu partem. Primum inuenitur in singulis seorsum huius sacramenti speciebus, secundum autem non: & vt patet non sequitur ex primo. Similiter aliud est plenius seu expressius significare, & aliud est pleniorem fructum significare, & similiter aliud est integre significare, & aliud est totaliter significare, & similiter aliud est diuersis signis significari, & aliud est diuersa significari. Diuersitas namque tam signorum, quàm modorum significandi, in signis ipsis fitsit, & non pertransit ad rem signatam: sunt enim conditiones signorum, & non rei signatæ: & propterea inter signa & signorum conditiones aduertenda est differentia hæc, q̃ signo quidem respondet fi gnatum, sed diuersitati signorum non respondet diuersitas rei signatæ: & similiter modo signandi non respondet modus rei signatæ. Et ratio est, quia vna & eadem omnino immutata res, potest & diuersis signis & diuersimode signari.

¶Quarto, declaratur descendendo ad propositum sacramentum exemplariter, diuersa in primis signa, scilicet hostia consecta, & calix bibitus, non diuersos sacramenti fructus, sed vnum atq; eundem spiritualem fructum significant: nam manducare & bibere spiritualiter, vnum & idem sunt, vt testatur August. super Ioan. homil. 25. super illo textu, Quo venit ad me, non esuriet, & qui credit in me, non sitiet in æternum. Ioan. 6. Inquit enim, Qui venit ad me, hoc est, quod ait, qui credit in me: & quod dixit, non esuriet, hoc intelligendum est, & non sitiet vtroque: vtroque enim illa significatur æterna satietas, vbi nulla est egestas. Vbi ex hoc, quòd sitire & esurire ponitur ipsemet, manifeste patet, quòd manducare & bibere sunt idem, & quòd alimentum satians esu, & alimentum satians potu, sunt idem secundum rectum philosophiæ iudicium, iuxta illud 3. phy. Si posse sanari & posse infirmari sunt idem, sanari & infirmari sunt quoque idem, & similiter sanitas & infirmitas sunt idem.

¶Diuersi deinde modi significandi, non diuersos fructus spirituales modos significant, sed excellentem illum fructum diuersimode significari decet, vt sic significãte vno, & sic repræsentante alio. & sic repræsentante vtroque vnus & idem fructus inadæquatus omnibus & singulis signis, vtpote super excedens quæcunque huiusmodi signa quocunque modo illum significantia, eumque vtcunque imotescat, & in summa veneratione habeatur, & toto corde desideretur. Consentaneum autem rationi esse patet, vt diuersa signa sensibilia & diuersimode significantia, ad vnum spirituale m intelligibilis ordinis fructum repræsentandum sint instituta a diuina sapientia disponente omnia suauiter: sensibilia enim valde defectiue repræsentant excellentiam intelligibilium rerum, & præcipue tam excellam rem quæ est hoc sacramento signata, & est illius fructus, interna scilicet sanctitas spiritus, secundum participationem æternæ sanctitatis. vnde non solum ex ipsis sacramentalibus signis, sed & ex aliis innumeris defectiue significatur huius sacramenti fructus. Nec obstat, quòd dicatur: eucharistiam sub vtraque specie integre repræsentare internam refectionem: quoniam huiusmodi integritas seu totalitas repræsentandi non simpliciter & absolute, sed respectiue ad singulas species intelligitur, tamquàm si diceretur, quòd totum eucharistiæ sacramentum repræsentat internam refectionem non partialiter, vt species panis, nec partialiter vt species vini, sed complectendo vtrumque. Cum quo stat, quòd vtrumque simul imperfecte, illam repræsentat, sed non ita imperfecte sicut alterum tantum: singulæ enim species & ambæ simul repræsentant non partem, sed totam internam refectionem spiritus: sed non repræsentatur totaliter ab aliqua earum, nec ab ambabus simul, nec ab innumeris aliis. patet ergo diuersitatem sacramentalium signorum & modorum significandi in hoc eucharistiæ sacramento, nullam inferre diuersitatem in fructu spirituali significato.

¶Nec ex admisto conferendi actu, diuersificari significatum sacramenti fructum putes. nam si diuersitas signi & modi significandi non redundat in significatum, quod per se respicit signum, multo minus huiusmodi diuersitas redundabit in collatum, quod per accidens seu per quandam annexionem respicit. Et confirmatur, quia sicut communiter fatemur sacramentis nouæ legis conferri quod significatur, ita cõmuniter abhorremus, q̃ modus conferendi commensuretur modo significandi.

¶Ex quibus omnibus collige, quòd quatuor inuentis in eucharistiæ sacramento integro, scilicet re conenta, qui Christus est: modo continendi, scilicet ex vi sacramenti & concomitanter: signis significatione cum modo significandi, & collatione, cum constet, quòd maior vtilitas spiritus spectet ad maiorem collationem a re contenta procedentem, & non ad modum continentiæ: nec ad diuersitatem signorum, significationum, aut modorum significandi, & res contenta sub vtraque specie sit omnino vna & eadem, & non magis conferat spiritualem fructum sub vna quàm sub alia, aut sub vtraque quàm sub vna, vtpote nullo mediante instrumento nullaque mediante virtute vtens in huiusmodi collatione, consequens est, vt nulla maior vtilitas spiritualis fructus proueniat in sumente sacramentum sub vtraque specie, quàm proueniat in sumente sacramentum sub altera tantum specie. Et hoc intellige ceteris paribus, ita quòd vt exemplariter dicatur, si sunt hic duo æqualiter dispositi ad communionem, & vnus communicet sub specie panis tantum, alter vero sub vtraque specie, non plus prodest, quo ad gratiam & spiritualem fructum sacramentum eucharistiæ communicanti sub vtraque specie, quàm communicanti sub specie panis tantum. Et ratio est dicta, quia non interuenit maior collatio, quàmuis interueniat maior significatio. Hæc de tertio.

ADARGVMENTA in oppositum respondendo, dicitur ad primum, quòd sine dubio vtilius est sumere totum fructum sacramenti, quàm partem fructus eiusdem: non tamen vtilius est sumere totum sacramentum, quàm partem sacrame ti, vbi tota vis sacramenti non minus est in parte quàm in toto, sicut est proposito: quoniam totus Christus continetur in toto sacramento & in qualibet eius parte, nec est differentia nisi in significando, non totum, vel partem, perfectum vel imperfectum: sed in significando partialiter vel integre, perfecte vel imperfecte, vnde cum instatur, quòd sacramenti pars aliud significaret, & aliud conferret: quia significaret partem & conferret totum, duplex defectus committitur. Primus est, qui dictus est, quòd pars sacramenti significet partem fructus: significat enim totum fructum, sed partialiter. Secundus est, quòd dato quòd significaret partem, & conferret totum non propterea derogaretur regulæ sacramentali, qua dicitur, sacramenta conferunt quod significant: quoniam verificaretur quòd conferret id quod significat, quamuis vltra hoc conferret aliquid plus. Multum. n. interest distant hæc, conferre aliud, & conferre illud & aliquid plus: vnde ex hoc, q̃ pars sacramenti confert quicquid confert totum, & affirmatur quòd confert quod significat, & quòd confert plus quàm explicite significet.

¶Ad secundum dicitur, quòd minor est falsa: non sunt enim instrumenta Christi contenti in eucharistia species sacramentales aut visus earum, vere & proprie loquendo: quod ideo addo, quoniam si alicubi scriptum inueniatur, quòd hæc sunt instrumenta, aut quasi instrumenta diuina, pie exponendum est, vel de instrumento est excitandam deuotionem, & non ad conferendum sacramenti fructum, vel instrumenti nomine intelligendum est id, sine quo non. secundum enim huiusmodi extensionem nominum verificatur, quòd species & earum visus sunt instrumenta ad fructum sacramenti, quia sine eis in re vel in voto non confertur sacramenti fructus a re contenta sub sacramento. vbi scito, quòd huiusmodi species, & visus earum conueniunt cum aliis sacramentis, non solum in significando, sed etiam in conferendo, & propterea sicut aqua baptismi corpus tangit, & cor abluit, sic hostia sacra corpus tangit, & cor alit. Sed multum differunt in modo conferendi: quoniam in aliis sacramentis Christus mediante virtute sacramentali confert effectum: hic autem immediate per ipsum fructum confert sacramenti: & propterea cito cautus cum obijciuntur huiusmodi similitudines.

¶Ad confirmationem dicitur, quòd actus sacramentales sunt in duplici differentia: quidam enim sunt, qui interueniunt in ipsa confectione sacramenti, & de his verificatur quòd sunt actus instrumentales: quidam vero sunt, qui post confectum sacramentum, ad visum solummodo spectant sacramenti, & hi non sunt actus instrumentales ad conferendum sacramenti fructum: sed vt dictum est, se habent vt approximationes nutrimenti ad id quod nutritur: tales autem sunt de quibus de sermo præsens.

¶Ad aliam confirmationem dicitur, quòd non ideo simile redimus

dimus iudicium de eucharistia & baptismo & aliis sacramentis, dicendo quòd non prouenit est defectu sacramenti si infructuose quandoque suscipiuntur, quasi eodem modo Christus operetur in hoc sacramento & in aliis: cum constet, quod non eodem modo Christus est in hoc sacramento & in aliis: quoniam hic est per seipsum præsens, in aliis per suam virtutem vel afsustentiam: sed hoc ideo dicitur, quia quantum ad collationem spiritualis gratiæ idem est iudicium in omnibus enim confertur spirituale donum, si digne suscipiuntur. 08

¶Ad tertium dicitur, quòd cæteris paribus, nõ est vtilius spiritualiter comedere & bibere sacramentum, quàm comedere tantum: quia comedere & bibere spiritualiter Christum, sunt vnũ & idem inter se, & non differunt a comedere & bibere spiritualiter eucharistiam, nisi sola relatione ad sacramentum: constat. n. quòd vtilitas graduatur secundum interiorem Spiritus fructum, & non secundum relationem ad sacramentum: quoniam relatio huiusmodi non facit melius, sed solam habitudinem a sensibile signum, in quo Christus continetur apponit. quòd autem comedere & bibere spiritualiter, idem sint, manifestat dominus, Ioan. 6. dum ter vnum & eundem fructum attribuit manducationi carnis suæ, & potui sanguinis sui. Primo, cum dicit, Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Secundo, cum dicit, Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam. Tertio, cum dicit, Qui manducat meam carnem & bibit meum sanguinem, in me manet & ego in illo: vbi patet, quòd semper vnicus manducationi & potui appositus est fructus. Primo, vita in nobis: secundo, vita æterna. tertio, mansio in Christo, & econtra. 09

¶Ad instantiam autem, quod manducare est actus intellectus, & bibere actus affectus, respondetur. quòd hæc sunt vera secundum quã dam appropriationem, & non secundum proprietatẽ: & hoc tam in via quàm in patria: nam in via tam manducare, quàm bibere spiritualiter, spectat ad credere in Christum: quia actus cum sit fidei formatæ, & intellectus & affectus est in patria autem fruitio beata, vtrumque quoque partis perfectionis est. In cuius signum eum dictum esset, quòd cibaret illum pane vitæ & intellectus, subiectum est, & aqua sapientia potauit illum, vt monstraretur sapientia ad intellectum pertinens, & cibus & potus: & similiter non solum dictum est, Torrente voluptatis tuæ potabis eos, sed inebriabuntur ab vbertate domus tuæ: vbi tã vbertas domus, quàm voluptas ad potum relata est, vt monstraretur identitas cibi & potus. 05

¶Ad confirmationem vero, de diuersitate signorum dicitur, quòd non oportet diuersis signis sensibilibus respondere diuersa signata intelligibilia: nec propter hoc, quòd multa signa vnum & idem signatum significant, aliquod superfluit: tum, quia inadæquate singula repræsentant illud intelligibile: tum, quia sapienter diuina prouidentia huiusmodi signa instituit ad nostram eruditionem, exercitationem, humiliationem, conformitatem &c. 08

Ad vltimam confirmationem, de appropriatis, respondetur distinguendo de significatione vel collatione, & similiter de proprio vel appropriato. Et dicitur, quod respectu actus significandi explicite (de tali enim significandi modo loquor) aliquid est proprium vni speciei, & aliquid proprium alteri respectu autem actus nihil est alicui proprium: quoniam totum quod confertur a Christo sub vna specie, confertur etiam ab eodem sub alia. Appropriatum tamen inueniri potest respectu vtriusque actus: nam redemptio per Christi mortem, appropriatur calici in repræsentando, & vita animæ appropriatur eidem in conferendo: sicut vita corporis appropriatur in conferendo hostiæ, iuxta illud, Vt duplicis substantiæ totum cibaret hominem: & similiter lætitia appropriatur calici in conferendo, & firmitas hostiæ, iuxta illud, Dedit fragilibus corporis ferculum, dedit & tristibus sanguinis poculum. sed huiusmodi appropriationes tam in significando, quàm in conferendo, in nullo variant fructum sacramenti, quin totus & ita plene & perfecte confertur sub vna specie, sicut sub vtraque. sicut in diuinis est hoc, quòd Patri appropriatur potentia, & Filio sapientia, & spiritui sancto bonitas, non minus singula quæque persona est, sapientia, potentia, bonitas. 07

¶Et per hoc, patet responsio, ad quæcumque similia quæ possunt obiici, de appropriatis fructibus caliçis: nihil enim minus omnium fructuum appropriatorum calici percipitur est sacra hostia. Et ratio iam dicta est: quia hæc non sunt propria, sed appropriata.

¶Ad quartum argumentum dicitur, declinando vtrumque extremum quæstionis propositæ arguendo, & media via incedendo, & distinguendo de dispositione sacerdotis in Dei gratia celebrantis: dupliciter si quidem potest inueniri dispositus post sumptum sacramentum sub specie panis, vel sine augmento spirituali, vel cum augmento spirituali: & siquidem inuenitur dispositus cum augmento spirituali, ita vt augmor hi suscipiendo sub secunda specie, quàm fuerit suscipiendo primam, recipit proculdubio sumendo calicem spiritualem fructum sacramenti, qui gratia maior est intensiue, aut extensiue, & sic dispositis nullus vmquam oubitauit vtilius esse communicare sub vtraque specie, quàm sub altera tantum: si verò inuenitur sine spirituali augmento dispositus, nihil spiritualis fructus ex sumptione calicis percipit: quoniam idem est vtrobique agens, & idem patiens æqualiter vtrobique dispositum, & perinde, quo ad interiorem fructum se habet, acsi post sumptam hostiam vnam aliam sumeret, vt cõtingit sumentibus reliquias sacramenti: vnde infructuositas ista non est ex parte rei contentæ sub specie vini: sed est ex æquali dispositione communicantis, & identitate numerali rei contentæ sub vtraque specie, per seipsam immediate conferentis fructum sacramenti: nec enim simul concurrentia efficiunt, quòd non magis fructuosa sit communio sub vtraque specie, quàm sub prima tantum. Et si his adiunxeris, quòd populus communiter non est tantæ perfectionis, vt ad hæc incrementa se præparet, videbis consequenter quòd non est vtilius populo communicare sub vtraque specie, quàm communicare sub altera tantum: in cuius signum non apparent meliores hominibus in partibus vbi communicant sub vtraque specie, hominibus alibi seu ibi communicantibus sub altera tantum specie. Hæc de secunda quæstione. 02

QVAEST. III.

An expediat ecclesiæ Christi, quod populus communicet sub vtraque specie.

QVAERITVR tertio, vtrum expediat ecclesiæ Christi, quòd populus communicet sub vtraque specie: videtur enim quod sic. Primo, exemplo Christi, qui etiam Iudam cõmunicauit sub vtraque specie, & immediate ante dixerat, Exemplũ enim meum dedi vobis &c.

¶Secundo, exemplo primitiuæ ecclesiæ: tunc enim populus cõmunicabat sub vtraque specie, vt patet 1. ad Cor. 11.

¶Tertio exemplo diuturnæ persecutionis: nam huiusmodi consuetudo perseuerauit non solum tempore martyrum (quos Cyprianus dominico poculo reconfortandos censuit) sed etiam tempore pacis ecclesiæ, cum legamus factas non solum paternas, sed etiam calices ministeriales. quare enim ministeriales dicti sunt, nisi quia non ad offerendum, sed ad ministrandum populo Christi sanguinem deseruiebant.

¶Et si amplius perspectum fuerit, quod in ordine Cistercien. alicubi communio fieri legitur sub vtraque specie, apparebit q̃ tempore institutionis ordinis Cistercien. perseuerabat consuetudo communicandi sub vtraque specie: quoniam non est verisimile, si consuetudo illa cessanerat, quòd monasterium aliquod præsumpsisset abolitam consuetudinem renouare.

¶Et confirmatur, quia tam actio, quàm doctrina priscorum sanctorum præfertur actioni & doctrinæ posteriorum, ac per hoc ex pediens videtur ecclesiæ Christi sequi vestigia priscorum patrũ, & imitari eos quantum possumus.

¶Præterea, Duorum licitorum illud, vt magis expediens est eligendum, quod clarius & tutius & magis consentaneum est: sed communicare sub vtraque specie est clarius, tutius & magis consentaneũ. ergo. Declaratur minor: quòd sit quidem clarius, quia nullam habet obscuritatem difficultatum, quas habet communio sub vna specie: q̃ vero sit tutius, quia nullius omissionis periculo se exponit communicans sub altera specie tantum, omittendo communionem alterius: quòd sit autem magis consentaneũ, quia consona institutioni sacramenti & integritati ipsius, & integritati sensibilis refectionis.

¶Præterea, Quod congruit ex his, quæ sunt per se, est magis expediens eo quod congruit ex his, quæ sunt per accidẽs: sed communio sub vtraque specie, congruit ex his, quæ sunt per se, quia congruit ex ipsa perfectione sacramenti, communio autem sub specie panis tantum congruit ex his, quæ sunt per accidẽs: quia oritur ex ineptia quorundam communicantium. ergo magis expedit ecclesiæ Christi, communicare populum sub vtraque specie, quàm sub specie panis tantum.

INOPPOSITVM est consuetudo innumerarum ecclesiarum.

¶Ad euidentiam huius quæstionis sciendum est, quod vsus eucharistiæ medius est inter veentem, & sacramentum, & proprietas consonus vtrique debet esse: sed cum duplex sit eucharistiæ vsus (vel primarius, spectans ad consecrantem, vel secundarius, spectans ad populum) hæc est quantum ad propositum spectat, inter utrumque vsum differentia, quòd vsus primarius debet consonare speciebus sacramenti, eo quod perfectio vsus primarii spectat ad perfectionem sacramenti vt finis, & propterea, vt prædictum est, sacrilegii reus esse facerdos celebrans congruo decet, quòd consonet speciebus sacramenti: quia in ipso non consistit perfectio sacramenti, vt prædictum est, & quia communio populi in vsu secundario, huius sacramenti consistit,

Universidad de Deusto
Biblioteca

ri contigit, ideo ex parte sacramenti decet talem vsum, idest, communionem populi congruere speciebus sacramentalibus, hoc est, quòd fiat sub vtraque specie, ex parte vero vtentis populi debetur huic vsui reuerentia: tenetur enim populus communicare absque irreuerentia: immo & cum reuerentia debita tanto sacramento.

¶Duobus igitur congruentibus populari vsui huius sacramenti, altero ex parte signorum sacramentalium, altero ex parte populi communicantis, si vtrumque nequit p udenter fieri, appendenda sunt in statera hinc & inde seruanda & omittenda, vt discernatur quid magis expedit. Et ex vna quidem parte appendenda est communio popularis sub vtraque specie cum periculo irreuerentiæ in spargendo sanguinem Christi, ex altera vero parte appendenda est communio popularis sub specie panis tantum, cum tuta reuerentia sacramenti, & sic perspiciendo conditiones vtriusque partis, discernetur veritas. Apparet autem diligenter considerando, quòd communio popularis sub vtraque specie cum periculo irreuerentiæ, habet peccatum sacrilegii annexum, imputandum non solum irreuerentiam committenti, sed populo & ecclesiæ rectoribus: communio autem popularis sub specie panis tantum, nullum habet annexum peccatum, nullum ve damnum.

¶Declaro ſingula, & primo primum: quòd enim popularis cõmunio sub vtraque specie habeat annexam irreuerentiam sacramenti, experientia testari potest, & ratio monstrat. nam in populis tanta est diuersitas communicãtium, vt impossibile sit (humano more de impossibili loquendo) fieri communionem tot populorum sub vtraque specie, absq; effusione sanguinis sub specie vini: quòd vero huiusmodi irreuerentia sit sacrilegii peccatum, per se notum est: quoniam est irreuerentia rei sacratissimæ. Nec excusatur a sacrilegii vitio propterea quod non ex proposito, sed ex incautela aut incuria huiusmodi irreuerentia accidit: quoniam species peccati ex obiecto sumitur, & non ex occasione peccandi, sicut nec blasphemia Dei a sua recedit specie: quia incaute prolata est: huiusmodi enim circunstantiæ excusant a tanto, sed non a toto: quod autem sacrilegium hoc imputetur populo & rectoribus ecclesiæ, ex eo patet, q̃ huiusmodi sacrilegiũ non est inter casus inopinatos, aut raro contingentes, sicut inter casus raro contingentes est, q̃ sacerdos celebrans, dum seipsum communicat, aliquid spargat sanguinis Christi; imprudentiæ autem rectoris imputatur defectus non rarus, si potest prouidere, & non prouidet: & similiter populo, qui mauult casum sacrilegii non rarum accidere, quàm abstinere a communione sub vtraque specie, rationabiliter imputatur.

¶Deinde declaratur secundum: quod enim in communione populari sub specie panis tantum, nullum interueniat peccatum, ex eo committur, quòd si communio sub specie panis tantum, esset peccatum, numquam esset licita: constat autem quod in paraceue sacerdos sub specie tantum panis communicat non solum licite, sed sancte. non est igitur communio sub altera specie tantum peccatum: quòd etiam non habeat annexum damnum, ex superius dictis iam patet: quia cæteris paribus non est minus fructuosa communio sub altera specie tantum, quàm sub vtraque. Ex quibus manifeste apparet magis expedire Christi ecclesiæ communionem populi sub specie panis tantum, quam sub vtraque.

¶Et si perspicacius consideratum fuerit, inuenietur ex prædictis, quòd vtilior est populo Christiano communio sub specie panis tantum, quàm sub vtraque specie: quoniam reuerentia tuta, cui innititur populus communicans sub specie panis tantum, non caret mercede sua, & prudenter communicare, fauctoulus est Spiritui, quàm minus prudenter. Et tot erit pœnam huiusmodi imprudentiæ, incautelæ ac sacrilegii emergentis, diuino iudicio schismatici sunt populi, communicantes hodie sub vtraque specie.

¶Expedit igitur Christianis populis communicare sub specie panis tantum, & ad cautelam dum sacrilegii periculum, & ad meritum tam obedientiæ prælatis sedis apostolicæ communionem habentibus parendo, quam reuerentiæ, magnificando plus sacramentum hoc quàm affectum proprium ad vtramque speciem.

¶Ad primum ergo in oppositum de exemplo Christi, dicitur quòd Spiritussanctus docuit & docet ecclesiam, non expedire illi imitari omnes conditiones, quæ interuenerunt in actionibus Christi.

¶Nec hæc ego somnio, sed manifeste patet Christum in prima huius sacramenti consecratione, & traditione duo seruasse, scilicet quòd post cœnam consecratio & communio facta est, & quod sub vtraque specie communicarunt omnes: Ecclesia autem non post cœnam, sed ieiunia consecrationem & communionem perficit, non imitando Christum in hoc, & prouidendo ratione reuerentiæ ieiuna cor mutteat. si igitur Christi actio, quo ad hanc conditionem non solum licite, sed meritorie omittitur ob reuerentiam tanti sacramenti, per est ob reuerentiam eiusdem sacramenti omittere etiam alteram conditionem, scilicet sub vtraque specie: immo magis communio popularis exigit omissionem vtriusque speciei, quàm communio sacerdotis omissionem vtriusque speciei, quam communio sacerdotis omissionem sobriæ inanuationis: quoniam hic nullum est, nisi ex ecclesiæ statuto peccati periculum: ibi autem interuenit sacrilegii periculum ex conditione sumentium. vnde sicut ecclesia prouide statuit, vt ieiuni communicemus, ita prouide quoque seruat, vt sub specie panis tantum populis communicet: & in vtroque obedit Christo non secundum similitudinem actionis, sed secundum intentionem agentis: de intentione siquidem Christi est reuerentia magis, quàm exterior similitudo operis.

¶Ad secundum de exemplo primitiuæ ecclesiæ, dicitur quòd ratione paucitatis Christianorum fiebat tunc absque periculo sacrilegii communio sub vtraque specie: nunc autem, quia non potest absque sacrilegii periculo tanta multitudo populi communicare sub vtraque specie, non expedit imitari in hoc primitiuam ecclesiam. Et cum hac responsione satisfit argumentis omnibus ex imitatione priscorum, & tam diuturnæ consuetudinis antiquæ. Posset tamen aliter, & forte verius, vtendo, etiam ratione dictæ responsionis, dici, quòd numquam fuit vniuersalis consuetudo in tota ecclesia communicandi populum sub vtraque specie: sed alicubi fuit hoc consuetum, & alicubi non. In cuius veritatis signum in primitiua ecclesia aliter legimus factam communionem Hierosolymis, & aliter in ecclesia Corinthiorum. apud Corinthios enim cõmunicabant sub vtraque specie, vt patet 1. ad Corint. 11. Hierosolymis vero sola sub specie panis cõmunio legitur, vt patet Act. 2. vbi dicitur: Erant autem perseuerantes in doctrina apostolorum, & communicatione fractionis panis, & orationibus. Post successum quoquetemporum vtrumque quoque legimus in sacris canonibus, nam inuenitur communio laica, quæ communio sub specie panis tantum interpretatur, & inuenitur quod pœnitentibus in extremo eucharistia infundatur, quod ad communionem calicis spectare constat: quoniam infundi liquorum est: vnde videtur quòd argumentum ex vniuersali consuetudine supponit falsum: immo exordio primitiuæ ecclesiæ, quando omnes simul erant Apostoli, argumentum sumitur ad oppositum ex hoc ipso, quod Hierosolymis, vbi erat magna multitudo fidelium, sola communio sub specie panis tradita populo legitur: hinc enim tam uehementer aucta multitudine fidelium imitamur doctrinam omnium Apostolorum, communicando populum sub specie panis tantum.

¶Et licet ratio sumpta ex tanta multiplicatione Christiani populi sit solidum, ac præcipuum fundamentum consuetudinis communicandi populum sub specie panis tantum: posset nihilominus secundaria ratio assignari, quare ecclesiæ quæ, olim sub vtraque specie communionem faciebant, destiterunt ab illa consuetudine, ex defectu scilicet feruoris & deuotionis in populis: vt enim in præcedenti quæstione dictum est, communio sub vtraque specie fi fructuosior esse debet, quàm communio sub specie panis tantum; duplicata debent esse incrementa spiritus, quæ cum defecerint, prouide, tam pastor ecclesiæ, quam populus abstinendum a communione sub vtraque specie censuit, recognoscendo communicantium imperfectionem.

¶Et quòd huiusmodi imperfectionem Christianæ incurrerint ecclesiæ, ex hoc apparet, quòd vix populus simplicem præparationem facit pro communione semel in anno.

¶ Quod vero olim excellens fuerit profectus spiritus, patet & ex eo, quòd quotidie aut quasi quotidie communicabant, & ex eo quòd sacri canones excludebant ab auditorium missæ omnes non communicantes, vt patet de consecratione, distinctione secunda capitul. peracta: hinc enim rationabiliter conijcere possumus, quòd sicut recognoscendo imperfectionem potiorum destitit ecclesia a quotidiana communione populi, & ab expellendo a missa non communicantes, ita recognoscendo imperfectionem communem, destitit a communione sub vtraque specie, vtpote reddita infructuosa, ac periculosa communi populo.

¶Et per hæc patet responsio ad tria prima argumenta.

¶Ad quartum vero dicitur, quòd maior distinguenda est, simpliciter, vel secundum quid, & si simpliciter & absolute intelligitur vera est, cæteris paribus: si vero secundum quid, est falsa manifeste. Intellecta igitur maiore absolute & simpliciter in sensu, qui verificatur, dicitur quòd minor est falsa. Et vt singillatim manifestetur in singulis partibus eius, dicitur quòd licet communicare sub vtraque specie populum, sit clarius secundum sensum, & quo ad nos: non tamen est clarius secundum intellectum, & ex parte rei contentę. Difficultates siquidem, quæ occurrunt, ex parte nostri & non ex parte rei, & ex signis sensibilibus, non ex re contenta consurgunt. Quod aut sit tutius, falsissimum est. Et cum dicitur, quòd nullius omissionis periculo se exponit, respondetur quòd licet non omittat signum sensibile: omittit tamen popularis communio prudentiam debitam in cauendo ab irreuerentia sacramenti, & exponit se periculo commissionis sacrilegii, a quibus tuta est communio populi sub specie panis tantum. quòd vero dicitur de magis consentaneo, oporteret dicere, magis consentaneo rationi rectæ, aut præcepto Christi. Communio siquidem populi sub specie vtraque, licet sit magis consentanea, per modum assimilationis institutioni sacramenti, & integritati sacramenti, & integritati sensibilis refectionis: communio tamen populi sub panis specie tantum est magis consentanea, & præcepto Christi,

Hoc

Hoc facite in meã cõmemorationẽ, vt prædeclaratum est, ex ordine literæ euangelicæ, & rationi rectæ, curam gerenti de reuerentia huius sacramenti. Et illud quidem spectat ad consentaneum, secundum quid, hoc autem ad consentaneum simpliciter & absolute: quia hoc consurgit ex omnibus cõsideratis, illud autem ad similitudinem exteriorem tantum re spiciendo.

¶Ad quintum autem dicitur, q̃ falsum subsumit, scilicet tenentia se ex parte sumentis concurrere per accidens ad vsum huius sacramenti: vsus enim licet sit huius sacramenti vt rei, qua vtimur, hoc est materia, est tamen vtentis, vt proprius actus seu operatio: non accidit autem operationi rectitudo ex parte operantis, immo adeo per se ex hac parte operantis, immo adeo per se ex hac parte exigit rectitudinem, vt nisi operatio recta sit ex parte operantis, non possit esse recta, & simpliciter & absolute loquendo: & in proposito plus inuenitur, scilicet quod conditio, de qua loquimur ex parte vtentis, non sufficit in ipso vtente, sed redundat in sacramentum: qui attenditur secundum reuerentiam vel irreuerentiam ad sacramentum: & propterea vndique ruit argumentum.

¶Et hæc de cõmunione populari sub vtraque specie dicta pro nunc sufficiant.

¶ *Super quæstionem octuagesimamprimam.*

In tota quæstio. 81. hoc solum occurrit circa quarti articu. materiam recolendũ,

QVAEST. LXXXI.

De modo, quo Christus vsus est hoc sacramento, in quatuor articulos diuisa.

Deinde considerandum est, de vsu huius sacramenti, quo Christus vsus est in prima sui institutione.

Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶Primo, Vtrum Christus sumpserit suum corpus & sanguinem.

¶Secundo, Vtrum Iudæ dederit.

¶Tertio, Quale corpus sumpserit aut dederit, vtrum scilicet passibile, vel impassibile.

¶Quarto, quomodo se habuisset Christus sub hoc sacramento, si fuisset in triduo mortis reseruatum, aut consecratum.

Articvlvs I.

Vtrum Christus sumpserit suum corpus & sanguinem.

Ad primum sic proceditur. Videtur quòd Christus non sumpserit corpus suum & sanguinem. Non enim de factis Christi & dictis asseri debet, quod auctoritate sacræ scripturæ non traditur: sed in euangeliis nõ habetur, quod Christus corpus suum manducauerit, aut sanguinem suum biberit. nõ ergo est hoc asserendum.

¶2 Præt. Nihil potest esse in seipso, nisi forte ratione partium, prout scilicet vna pars eius est in alia, vt habetur 4. Physicor.* sed illud quod manducatur & bibitur, est in manducante & bibente. cum igitur totus Christus sit sub vtraque specie sacramenti, videtur impossibile fuisse, q̃ ipse sumpserit hoc sacramentum.

¶3 Præte. Duplex est sumptio huius sacramenti, scilicet spiritualis & sacramentalis: sed spiritualis non competebat Christo, quia nihil a sacramento accepit, & per consequens nec sacramentalis, quę sine spirituali est imperfecta, vt supra habitum est.* ergo Christus nullo modo hoc sacramentum sumpsit.

¶Sed contra est, q̃ Hierony.* dicit ad Lesbiam, Dominus Iesvs Christus ipse cõuiua & conuiuium, ipse comedens, & qui comeditur.

¶Respon. Dicendum, q̃ quidam dixerunt, q̃ Christus in cœna corpus & sanguinem suum discipulis suis tradidit, non tamen ipse sumpsit: sed hoc non videtur conuenienter dici: quia Christus ea, quæ ab aliis obseruanda instituit, ipse primitus obseruauit: vnde & ipse prius baptizari voluit, quàm aliis baptismum imponeret, secundum illud Actuum 1. Cœpit Iesvs facere, & docere: unde, & primo ipse corpus suum & sanguinem sumpsit, & postea discipulis sumendum tradidit: & hoc est, quod Ruth. 3. super illud, Cumque comedisset & bibisset &c. dicit glosſ. * quod Christus comedit & bibit in cœna, cum corporis & sanguinis sui sacramentum discipulis tradidit: vnde quia pueri communicauerũt carni & sanguini, & ipse participauit eisdem.

¶Ad primum ergo dicẽdum, quod in euangeliis legitur, quod Christus accepit panem & calicem, non est autem intelligendum, quod acceperit solum in manibus, vt quidam dicunt: sed eo modo accepit, quo aliis accipiendum tradidit. vnde cum discipulis dixerit, Accipite, & comedite: & item cum, Accipite, & bibite: intelligendum est, quod ipse accipiens comeder t & biberit: vnde & quidam metrice dixerunt, Rex sedet in cœna, turba cinctus duodena: Se tenet in manibus, se cibat ipse cibus.

¶Ad secundum dicendum, quod, sicut supra * dictum est, Christus, secundum quod est sub hoc sacramento, comparatur ad locum non secundum proprias dimensiones, sed secundum dimensiones speciẽrum sacramentalium, ita quod in quocumque loco vbi sunt illæ species, est ipse Christus: & quia species illæ potuerunt esse in manibus, & in ore Christi, ipse totus Christus potuit esse in suis manibus & in suo ore: non autem hoc potuisset esse, secundum quod comparatur ad locum per proprias dimensiones.

¶Ad tertium dicendum, q̃, sicut supra * dictum est, effectus huius sacramenti est, non solum augmentum habitualis gratiæ, sed etiam quædam actualis delectatio spiritualis dulcedinis: quamuis autem Christo gratia non fuerit augmentata ex susceptione huius sacramenti: habuit tamen quandam spiritualem delectationem in noua institutione huius sacramenti: vnde ipse dicebat Luc. 22. Desiderio desideraui hoc pascha manducare vobiscum, quod Eusebius exponit de nouo mysterio noui testamẽti. quod tradebat discipulis. & ideo spiritualiter manducauit, & similiter sacramentaliter, inquantum corpus fuit sub sacramento sumpsit, quod sacramentum sui corporis intellexit & disposuit: aliter tamen quàm ceteri sacramentaliter & spiritualiter sumant, * qui augmentum gratiæ suscipiunt sub sacramentalibus signis, quibus indigent ad veritatis perceptionem.

quod Scotica chimera superius relata, hinc apparet, vt est. Nihil enim minus corp⁹ Christi sub sacramento nihil fuisset, si Christi corpus in propria specie annihilatum fuisset, quam in triduo corpus Christi sub sacramẽto fuisset mortuum, quia in propria specie fuit mortuum: cum tamen Scotus hoc concedat, & primum neget: vtrũque enim, scilicet esse mortuum, & esse nihil sunt de numero eorum, quæ conueniunt seu quæ conuenissent Christi corpori absolute, & non in ordine ad extrinseca, vt clare patet, & propterea quodcumque eorum Christi corpori in propria specie contingeret, asserẽdum esset de eodem sub sacramento.

Glo. ord. ibid.

q.76.art. 5.

q.79.artic. 1.

* Alias, q augmentum gratiæ suscipiunt, & sacramentalibus signis indigent, &c.

Articvlvs II.

Vtrum Christus dederit Iudæ corpus suum.

Ad secundum sic proceditur. Videtur q̃ Christus Iudæ non dederit corpus suum. Vt enim legitur Matt. 26. Postquam dedit Dominus corpus suum, & sanguinem discipulis, dixit eis, Non bibam amodo de hoc genimine vitis, vsque in diem illum, cum illud bibam vobiscum nouum in regno patris mei. Ex quo videtur, q̃ illi

490 Inf.q.84. a.1.ad 4. 9.4.d.11. 3.ar.1.

lib.4.tex. 4.to.2.

q.77.ar. 11.

quæ 2. ad Hebdiã. to. 4. refertor de consec. d. 2.ca. Nec Moses.

491 4.d.11.q. 3.art.1.q. 1.& 2. Et so.13.ie. 3.n. & ie. 4.bn.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quibus corpus suum & sanguinem dederat, cum eo essent iterum bibituri: sed Iudas postea cum ipso non bibit. ergo non accepit cum aliis discipulis corpus Christi, & sanguinem.

¶ 2 Præ. Dominus impleuit quod præcepit, secundũ illud Act. 1. cœpit, IESVS facere & docere: sed ipse præcepi Mat. 7. Nolite sanctum dare canibus. cum ergo ipse cognosceret Iudam esse peccatorem, videtur quod ei corpus suum, & sanguinem non dederit.

¶ 3 Præt. Christus specialiter legitur Iudæ panem intinctum porrexisse, Ioan. 13. Si ergo corpus suum ei dedit, videtur quod sub bucella ei dederit, præcipue cum legatur ibidem, quod post bucellam introiuit in eum satha nas. vbi Augustin.* dicit, Hinc nos docemur, quam sit cauendum male accipere bonum: si enim corripitur qui non diiudicat, idest, non discernit corpus Domini à cæteris cibis, quomodo non damnabitur qui ad eius mensam fingens se amicum, accedit inimicus? sed cum bucella intincta non accepit corpus Christi: vt enim Aug.* dicit super illud Ioan. 13. cum intinxisset panem, dedit Iudæ Simonis Scariothis? non, vt putant quidam, negligenter legentes, tunc Iudas corpus Christi accepit. ergo videtur quod Iudas corpus Christi non acceperit.

Trac. 62. in Ioã. circa princi. tom. 9.

Trac. 62 in Ioã. in me. to. 9.

¶ Sed contra est, quòd Chryso.* dicit, Iudas particeps existens mysteriorum, conuersus non est: vnde fit scelus eius vtrinque immanius: tum, quia tali proposito imbutus adiit mysteria: tum, quia adiens melior factus non fuit, nec metu, nec beneficio, nec honore.

Homi. 46 in Ioã. nõ remote ante fi. to. 3.

¶ Respon. Dicendum, quod Hilarius* posuit super Matthæum, quod Christus Iudæ corpus suum & sanguinem non dedit: & hoc quidem conueniens fuisset, considerata malitia Iudæ: sed quia Christus nobis debuit esse exemplum iustitiæ, non conueniebat eius magisterio, vt Iudam occultum peccatorem, sine accusatore & euidenti probatione ab aliorum communione separaret, ne per hoc daretur exemplum prælatis ecclesiæ, similia faciendi, & ipse Iudas exasperatus, inde sumeret occasionem peccandi. Et ideo dicendum est, quòd Iudas cum aliis discipulis corpus Domini & sanguinem susceppitvt dicit Diony.* in libr. eccles. hierar. & August. super Ioan.†

Cano. 30. in Mat. ait ea med.

Dion. c. 3. eccl. hier. par. 3. non lõge a pri.

† Augusti. trac. 62. in euan. Ioã. tom. 9.

*loco cita to in cor. ar.

¶ Ad primum ergo dicendum, q̃ illa est ratio Hilar.* ad ostendendum, quòd Iudas corpus Christi non sumpsit: non tamen cogit, quia Christus loquitur discipulis a quorum collegio Iudas se separauit, non autem Christus eum exclusit: & ideo Christus quantum est in se, etiam cum Iuda vinum in regno Dei bibit: sed hoc conuiuium ipse Iudas repudiauit.

¶ Ad secundum, quod Christo nota erat Iudæ iniquitas, sicut Deo: non autem erat sibi nota per modum, quo hominibus innotescit: & ideo Christus Iudam non repulit a communione, vt daret exemplum, tales peccatores occultos non esse ab aliis sacerdotibus expellendos.

¶ Ad tertium dicendum, quod sine dubio Iudas sub pane intincto corpus Christi non sumpsit, sed simplicem panem: significatur autem fortasis, vt August.* ibidem dicit, per panis intinctionem fictio Iudæ: vt enim inficiãtur nonnulla, tanguntur: Alias, intinguntur si autem bonum aliquid hic significat tinctio (scilicet dulcedinem bonitatis diuinæ: quia panis ex intinctione sapidior redditur) idem bonum ingratum non immerito est secuta damnatio. Et propter hanc ingratitudinem id, quod est bonum, factum est ei malum: sicut accidit circa sumentes corpus Christi indige. & sicut Aug.† ibidem dicit, intelligendum est, quòd Dominus iam antea distribuerat omnibus discipulis suis sacramentum corporis & sanguinis sui, vbi & ipse Iudas erat, sicut Lucas narrat. Ac deinde ad hoc ventum est, vbi secundum narrationem Ioan. Dominus per bucellam tinctam, atque porrectam suum ex primit proditorem.

Trac. 62. in Ioã. circa me. to. 9.

Ibid.

ARTIC. III.

ARTICVLVS III.

Vtrum Christus sumpserit & discipulis dederit corpus suum impassibile.

AD tertium sic proceditur. Videtur quod Christus sumpserit, & discipulis dederit corpus suum impassibile: quia super illud Mat. 17. Transfiguratus est ante eos, dicit quædam glos.* Illud corpus quod habuit per naturam, dedit discipulis in cœna non mortale & passibile. Et Leuit. 2. super illud, Si oblatio tua fuerit de sartagine, dicit glos.† Crux super omnia fortis, carnẽ Christi, quæ ante passionem non videbatur esui apta, post aptam fecit: sed Christus dedit corpus suum, vt aptum ad manducandum. ergo dedit tale, quale habuit post passionem, scilicet impassibile, & immortale.

4 92 4. d. 11. q. 3. ar. 3. Et d. 12. q. 1. art. 3. q. 1. cor.

*glo. ordi. ibid.

† Ibidem.

¶ 2 Præt. Omne corpus passibile, per contactum & mãducationem patitur. si ergo corpus Christi erat passibile, per contactum & comestionem discipulorum passum fuisset.

¶ 3 Præte. Verba sacramentalia non sunt modo maioris virtutis, quando proferuntur a sacerdote in persona Christi, quam tunc quando fuerunt prolata ab ipso Christo: sed nunc virtute verborum sacramentalium, in altari conficitur corpus Christi impassibile & immortale: ergo multo magis tunc.

In li. 3. de sacr. mysti. alcaris c. 12. post med.

¶ Sed contra est, quòd sicut Innoc. III.† dicit, tale corpus tunc dedit discipulis, quale habuit: habuit autẽ tunc corpus passibile & mortale. ergo corpus passibile & mortale discipulis dedit.

¶ Respon. Dicendum, quod Hugo de sancto Victo. posuit, quod Christus ante passionem diuersis temporibus quatuor dotes corporis glorificati assumpserit, scilicet subtilitatem in natiuitate, quando exiuit de clauso vtero Virginis: agilitatem, quando ambulauit siccis pedibus super mare: claritatem, in transfiguratione: impassibilitatem, in cœna, quando corpus suum discipulis tradidit manducandum, & secundum hoc dedit discipulis suis corpus suum impassibile & immortale: sed quicquid sit de aliis, de quibus supra dictum est,* quid sentiri debeat, circa impassibilitatem tamen impossibile est esse quod dicitur: manifestum est enim, quod idem corpus Christi erat quod discipulis tunc in propria specie videbatur, & in specie sacramenti sumebatur: non autem erat impassibile, secundum quod in propria specie videbatur, quinimmo erat passioni paratum: vnde nec ipsum corpus Christi, quod in specie sacramenti dabatur, impassibile erat. Impassibili tamen modo erat sub specie sacramenti, quod in se erat passibile: sicut inuisibiliter quod in se erat visibile: sicut enim visio requirit contactum corporis, quod videtur, ad circunstans medium visionis, ita passio requirit contactum corporis, quod patitur, ad ea quæ agunt: corpus autem Christi secundum quod est sub sacramento, vt supra dictum est,† non comparatur ad ea quæ circunstant, mediantibus propriis dimensionibus, quibus corpora se tangunt, sed mediantibus dimensionibus specierum panis & vini: & ideo species illæ sunt quæ patiuntur & videntur, non autem ipsum corpus Christi.

q. 28. arti. 2. ad 3. & q. 54. ar. 1. ad 1.

¶ Ad primum ergo dicendum, quod Christus dicitur non dedisse corpus suum mortale & passibile: quia non dedit mortali & passibili modo. Crux autem fecit carnẽ Christi aptam manducatinni, inquantum hoc sacramentum repræsentat passionem Christi.

¶ Ad secundum dicendum, quod ratio illa procederet, si corpus Christi sicut erat passibile, ita passibili modo fuisset sub sacramento.

¶ Ad ter-

¶ Ad tertium dicendum, quòd sicut supra dictum est, * accidentia corporis Christi sunt in sacramento ex reali concomitantia, non autem ex vi sacramenti, ex qua est ibi substantia corporis Christi: & ideo virtus verborum sacramentalium ad hoc se extendit, vt sit sub sacramento corpus Christi, scilicet quibuscumque accidentibus realiter in eo existentibus.

9. 76. ar. 2.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum si hoc sacramentum tempore mortis Christi fuisset seruatum vel consecratum, ibi moreretur.

AD quartum sic proceditur. Videtur quod si hoc sacramentum tempore mortis Christi fuisset seruatum in pixide, vel ab aliquo Apostolorum consecratum, non ibi moreretur. Mors enim Christi accidit per eius passionem: sed Christus impassibili modo etiam tunc erat in hoc sacramento. ergo non poterat mori in hoc sacramento.

493 4. d. 10. a. 2. q. 1. co. & d. 11. q. 3. ar. 4. Et 4 cont. c. 64. & quo. 5. art. 11 ad 3. & Io. 6. le. 8. Et 2. Cor. 11. lec. 6. fin.

¶ 2 Præt. In morte Christi separatus fuit sanguis eius a corpore: sed in hoc sacramento simul est corpus Christi & sanguis. ergo Christus in hoc sacramento non moreretur.

¶ 3 Præte. Mors accidit per separationem animæ a corpore: sed in hoc sacramento continetur tam corpus, quã anima Christi. ergo in hoc sacramento non poterat Christus mori.

¶ Sed contra est, quod idem Christus, qui erat in cruce fuisset in sacramento: sed in cruce moriebatur. ergo & in sacramento conseruato moreretur.

¶ Respon. Dicendum, quod corpus Christi idem in substantia est in hoc sacramento & in propria specie, sed non eodem modo: nam in propria specie contingit circunstantia corpora per proprias dimensiones, non autem prout est in hoc sacramẽto. vt supra dictum est:* & ideo quicquid pertinet ad Christum secũdum quod in se est, potest attribui ei & in propria specie & in sacramento existenti: sicut viuere, mori, dolere, animatum vel inanimatum esse, & cætera huiusmodi: quæcumque vero conueniunt ei per comparationem ad corpora extrinseca, possunt ei attribui in propria specie existenti, non autem prout est in sacramento: sicut irrideri, conspui, crucifigi, flagellari & cætera huiusmodi: vnde & quidam metrice dixerunt, Pixide seruato poteris sociare dolorem. Innatum, sed non illatus conuenit illi.

art. præc. & q. 76. art. 4. 5. & 6.

In cor. ar.

¶ Ad primum ergo dicendum, quod, sicut dictum est, † passio conuenit corpori passo per comparationem ad agens extrinsecum: & ideo Christus, secundum quod est sub hoc sacramento, pati non põ: potest tamen! mori.

¶ Ad secundum dicendum, quòd, sicut supra dictum est,* sub specie panis est corpus Christi ex vi consecrationis: sanguis autem sub specie vini: sed nunc quidem, quando realiter sanguis Christi non est separatus ab ejus corpore, ex reali cõcomitantia & sanguis Christi est sub specie panis simul cum corpore, & corpus sub specie vini simul cum sanguine: sed si tempore passionis Christi, quando realiter sanguis fuit separatus, a corpore Christi, fuisset hoc sacramentum consecratum, sub specie panis fuisset solum corpus, & sub specie vini fuisset solum sanguis.

9. 76. art. 1. ad 1.

In fol. præ. & in loco allegato.

¶ Ad tertium dicendum, quòd, sicut supra† dictum est, anima Christi est in hoc sacramento ex reali concomitantia, quia non est sine corpore: non autem ex vi consecrationis: & ideo si tunc fuisset hoc sacramentum consecratum vel peractum, quando anima erata corpore realiter separata, non fuisset anima Christi sub hoc sacramento: non propter defectum virtutis verborum, sed propter aliam dispositionem rei.

9. 76. arti. 4. 5. & 6.

QVAEST. LXXXII.

De ministro huius sacramenti, in decem articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de ministro huius sacramenti.

Circa primum quæruntur decem.

¶ Primo, Vtrum consecrare hoc sacramentum sit proprium sacerdotis.

¶ Secundo, Vtrum plures sacerdotes simul possint eandem hostiam consecrare.

¶ Tertio, Vtrum dispensatio huius sacramẽti pertineat ad solum sacerdotem.

¶ Quarto, Vtrum liceat sacerdoti consecranti a communione abstinere.

¶ Quinto, Vtrum sacerdos peccator possit conficere hoc sacramentum.

¶ Sexto, Vtrum missa mali sacerdotis minus valeat, quã boni.

¶ Septimo, Vtrum hæretici, schismatici, vel excommunicati possint conficere hoc sacramentum.

¶ Octauo, Vtrum degradati.

¶ Nono, Vtrum peccent a talibus communionem recipientes.

¶ Decimo, Vtrum liceat sacerdoti omnino a celebratione abstinere.

ARTICVLVS I.

Vtrum consecratio huius sacramenti sit propria sacerdotis.

AD primum sic proceditur. Videtur quod consecratio huius sacramenti non sit propria sacerdotis. Dictum est enim* supra, quod hoc sacramentum consecratur virtute verborum, quæ sunt forma huius sacramenti: sed illa verba non mutantur, siue dicantura sacerdote, siue a quocumque alio. ergo videtur quod non solus sacerdos, sed etiam quilibet alius possit hoc sacramentum consecrare.

494 4. d. 13. q. 1. art. 1. q. 1. Et d. 19 q. 3 ar. 3. q. 1. co. Et d. 24. q. 2. ar. 1. q. 2 cor. Et ar 2. ad 2. q. 78. art. 4.

¶ 2 Præ. Sacerdos hoc sacramentum conficit in persona Christi: sed laicus sanctus est vnius Christo per charitatem. ergo videtur quod etiam laicus possit hoc sacramentum conficere: vnde & Chrys.* dicit super Matth. quod omnis sanctus est sacerdos.

* Chrys. homil. 43. in Matth. in opere imperfec. non remote a prin. tom. 3.

¶ 3 Præt. Sicut baptismus ordinatur ad hominum salutem, ita & hoc sacramẽtum, sicut ex supradictis patet: † sed etiam laicus potest baptizare, vt supra dictũ est.* non ergo est proprium sacerdotis conficere hoc sacramentum.

Q. 79. *q. 67. ar. 3.

¶ 4 Præt. Hoc sacramentum perficitur in consecratione materiæ: sed alias materias consecrare, scilicet chrisma & oleum sanctum, & oleum benedictum, pertinet ad solum episcopum: quartum tamen consecratio non est tantæ dignitatis, sicut consecratio eucharistiæ, in qua est totus Christus. ergo non est proprium sacerdotis, sed solius episcopi, hoc sacramentum conficere.

In dec. di. 25. c. Perlectis: Et dicitur Isidorus id habere in epist. ad Ludifredum.

¶ Sed contra est, quod Isidor.† dicit in quadam epistola, & habetur in decret. distin. 25. Aud presbyterum pertinet sacramentum corporis, & sanguinis Domini in altari Dei conficere.

Universidad de Deusto
Biblioteca

q.78.ar.1. & 4.

¶Respon. Dicendum, quòd (sicut supra dictum est*) hoc sacramentum est tantæ dignitatis, quòd non conficitur nisi in persona Christi. Quicumq; autem aliquid agit in persona, alterius oporteret hoc fieri per potestatem ab illo concessam: sicut autem baptizato conceditur à Christo potestas sumendi hoc sacramentum, ita sacerdoti, cum ordinatur, confertur potestas hoc sacramentum consecrandi in persona Christi. Per hoc enim ponitur in gradu eorum, quibus dictum est à Domino, hoc facite in meam commemorationem. Et ideo dicendum est, quod proprium est sacerdotum conficere hoc sacramentum.

¶Ad primum ergo dicendum, quod virtus sacramentalis in pluribus consistit, & non in vno tãtum, sicut virtus baptismi consistit in ipsius verbis, & in aqua: vnde & virtus consecratiua non solum consistit in ipsis verbis, sed ẽt in potestate sacerdoti tradita in sua cõsecratione & ordinatione, cum ei dicitur ab episcopo, Accipe potestatem offerendi in ecclesia sacrificium, tam pro viuis quam pro mortuis. Nam & virtus instrumentalis in pluribus instrumentis consistit, per quæ agit principale agens.

¶Ad secundum dicendum, quod laicus iustus vnius est Christo vnione spirituali per fidem, & charitatem, nõ autem per sacramentalem potestatem. Et ideo habet spirituale sacerdotium ad offerendum spirituales hostias, de quibus dicitur in Psal. 50. Sacrificium Deo spiritus cõtribulatus, & Roman. 12. Exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem: vnde & primæ Petri 2. dicitur: sacerdotiũ sanctum, offerre spirituales hostias.

q.prec.ar. 12.ad 2.& q.73.ar.3.

Ad tertium dicendum, quod perceptio huius sacramẽti non est tantæ necessitatis, sicut perceptio baptismi, vt ex supradictis patet. * Et ideo licet in necessitatis articulo laicus possit baptizare, non tamen potest hoc sacramentum conficere.

¶Ad quartum dicendum, quod episcopus accipit potestatem, vt agat in persona Christi super corpus eius mysticum, id est super ecclesiam. Quam quidem potestatem non accipit sacerdos in sua consecratione, licet possit eam habere ex episcopi commissione. Et ideo ea, quæ non pertinent ad dispositionem corporis mystici, non reseruantur episcopo, sicut consecratio huius sacramenti. Ad episcopum vero pertinet tradere non solum populo, sed etiam sacerdotibus ea, ex quibus possunt propriis officiis vti. Et quia benedictio chrismatis & olei sancti, & olei infirmorum, & aliorum, quæ consecrantur (puta altaris, ecclesiæ, vestium, & vasorum) præstat quandam, idoneitatem sed sacramenta perficienda, quæ pertinent ad officium sacerdotum, ideo tales consecrationes episcopo reseruantur, tamquam principi totius ecclesiastici ordinis.

¶Super quæstionis octuagesimæprimæ. Articulum secundum.

495 4.di.13.q. 1.ar.2.q.2.

INarti. 2. quæst. 81. circa pluralitatẽ simul concelebrantium, Durandus occurrit in 4.dist.13. contrarius valde huic pluralitati, & rationibus, & auctoritatibus pro ea. Putat enim quod consuetudo ista est peniculosa, & magis est abolenda quam seruanda. Confutat autem rationẽ in litera ab Auctore allatam ab Innocentio sumptam de concẽnatione apostolorum cum Christo: quia licet concẽnauerint, nõ tamen concelebrarunt. Confutat applicationem omnium verborum ad vnum instãs: quia vix, aut numquam fieri potest, quod omnes simul proferant: nec recipit specialem prouidentiam Spiritus sancti in huiusmodi, quæ sunt particularium ecclesiarum & non omnium.

Tract.26. in Ioan.9.

Art.præc.

¶Quocirca duabus existentibus, circa opinionibus extremis de hac pluralitate, & altera Innocentii, quam sequitur Auctor: altera Durandi totaliter contraria, & pro via Innocentii maxime vrget antiqua consuetudo pluriũ ecclesiarum, & specialiter Romana pro via autem Durandi ratio vrgere videtur: nam secundum veritatem ratio de concẽnantib. discipulis Christo, potius adaptatio quam ratio est, quum ipsi non consecrauerint. Et similiter, quod verba consecrationis dicta ante vel post instans, quo eadẽ complẽtur ab episcopo, referãtur ad illud idem instãs, volũtarie dicitur: memini sse, non oportet, quod dum traderetur de pluribus baptizandis vnum, vtroque dicente & abluente, conclusum est q; si non simul baptizant, primus solus baptizat. Et similiter hic dicendum est, si secundum rem ẽtam rationem iudicandum est.

li.4.de sacris mysteriis, circa medium.

Vt habet in eius legenda.

¶Posset media via teneri dicendo tuto seu more eius, quod nouit sacerdotes concelebrãt dicẽdo simul cum episcopo consecrationis verba: ex abusione aũt in ter uenire q; vnus pri, aliter post verba consecrationis proferat. Probatq; hoc ex

ca.3.eccl. hier. par. 3.Et ca.4.

Articvlvs II.

Vtrum plures sacerdotes possint vnam, & eandem hostiã consecrare.

AD secundum sic proceditur. Videtur q; plures sacerdotes non possint vnam, & eandem hostiam consecrare. Dictum est enim supra, * quod plures non possunt simul vnũ baptizare: sed non minor vis est sacerdotis cõsecrantis, quam hominis baptizantis. ergo etiam non possunt simul plures vnam hostiam consecrare.

¶2 Præ. Quod potest fieri per vnũ, superflue fit per multos. In sacramentis autem nihil debet esse superfluum. cum ergo vnus sufficiat ad cõsecrandum, videtur quod plures non possint vnam hostiam consecrare.

¶3 Præ. Sicut dicit Aug. * super Ioã. hoc sacramentũ est sacramentũ vnitatis: sed contrariũ vnitati esse videtur multitudo. ergo non videtur conueniens esse huic sacramẽto, q; plures sacerdotes eandem hostiam consecrent.

¶Sed contra est, q; secundũ consuetudinem quarumdam ecclesiarũ, sacerdotes, cum de nouo ordinantur, concelebrant episcopo ordinanti.

¶Respon. Dicendũ, q; (sicut dictũ est*) sacerdos, cum ordinatur, constituitur in gradu eorum, qui a Domino acceperunt potestatem consecrandi in cena. Et ideo secundum consuetudinẽ quarundam ecclesiarum, sicut apostoli Christo cenanti concenauerunt; ita noui ordinati, episcopo ordinanti concelebrant. Nec propter hoc iteratur consecratio super eandem hostiã: quia sicut Innocen. III.* dicit, omnium intentio debet ferri ad idem instans cõsecrationis.

¶Ad primum ergo dicẽdũ, q; Christus non legitur simul baptizasse cum apostolis, quãdo iniunxit eis officiũ baptizandi. & ideo non est similis ratio.

¶Ad secundum dicendum, q; si quilibet sacerdotum operaretur in virtute propria, superfluerent alii celebrantes, vno sufficienter celebrante: sed quia sacerdos non consecrat nisi in persona Christi, multi autem sunt vnũ in Christo, ideo non refert vtrum per vnum, aut per multos hoc sacrm cõsecretur: nisi q; oportet ritum ecclesiæ seruari.

¶Ad tertium dicendũ, q; eucharistia est sacramentum vnitatis ecclesiasticæ, quæ attenditur secundum hoc, quod multi sunt vnum in Christo.

Articvlvs III.

Vtrum dispensatio huius sacramenti pertineat solum ad sacerdotem.

AD tertium sic proceditur. Vẽ q; nõ pertineat solum ad sacerdotem dispensatio huius sacramẽti. Sanguis. n. Christi nõ minus pertinet ad hoc sacramentũ, quam corpus: sed sanguis Christi dispensatur per diacones: vnde & beatus Laurent.* dixit beato Sixto, Experire vtrum idoneum ministrum elegeris: cui commisisti dominici sanguinis dispensationem. ergo & pari ratione dispensatio corporis Christi nõ pertinet ad solos sacerdotes,

¶2 Præte. Sacerdotes constituuntur ministri sacramentorum: sed hoc sacramentũ perficitur in consecratione materiæ, non in vsu, ad quem pertinet dispensatio. ergo videtur, q; non pertineat ad sacerdotem corpus Domini dispensare.

¶3 Præ. Dion.* dicit in li. eccl. hier. q; hoc sacramentũ habet perfectiuam virtutem, sicut & chrisma: sed signare

496 4.d.2.q. 2.ar.1.q. 1.ad 3. Et di.13.q.1. art.3.q.1. & 2.

hoc ex pontificali Romano, vbi dicit. Curet pontifex, vt morose & alte canonem dicat. Et subditur, q; eodem momento debent ab ordinatis verba consecrationis dici, quo dicuntur ab episcopo: sed via hæc minus vera videtur: tum quia licet hoc statutum inueniatur in pontificali Romano a tempore Innocentii VIII. in antiquis tamen pontificalibus hoc nõ habetur: tum quia Auctor in litera ex Innocentio III. expresse fatagit ad saluandum verba prolata nõ simul, dum dicit quod nõ reiteratur consecratio super eadem materia propter intentionem omnium ad vnum instans: vbi nisi supponeret vnum prius & alterũ post cõsecrationis verba dicere, vanus esset labor, & recursus ad intentionem pro eodem instanti: de his enim quæ simul proferũtur nulla est quæstio reiterationis: tum quia statutum hoc est quoddammodo impossibile: quoniam quãtulacumque minima morula verba vnius præhnirentur antequam alter terminaret, in reiterationem superfluitatẽq; incideretur: quoniam, vt patet ex supradictis, in initiati fit consecratio seu conuersio.

De cõs.d.2.c.peruenit.

Ar.1.huius q.

¶Et scito, quòd omnes referre intentionem suam ad instans vnum quo episcopus cõsecrat, saluat quidem quod non formaliter fit reiteratio consecrationis super materia eadem (quia non ex intentione hac dicuntur verba vt iteretur consecratio) sed non excludit, quin fit iteratio consecrationis materialiter: quia prolatio exterior consecratiua superadditur a post dicentibus, & quibus concelebrat, vt supponunt.

¶Quocirca vt mihi, si fas est, aliter dicẽdũ, distinguendo inter id q; est de facto, & id q; est de possibili. Et dicendo q; de possibili ita possunt plures sacerdotes eandẽ hostiã consecrare, sicut possunt plures simul vnũ baptizare, quolibet abluente & verba dicente: de facto autẽ sacerdotes nouos cõsecrare, sed ex cõsuetudine dicere tantũ verba cõsecrationis cũ reliquo canone, ita q; solus episcopus & dicit & cõsecrat: alii vero dicunt tantũ, & nõ cõsecrant. Moueor autẽ ad hoc tum quia iuxta hãc viam nullo est opus miraculo, nullũ difficillimũ aut quasi impossibile vsui Ecclesiæ attribuitur, omniaq; facili absq; superfluitate quacunque inuenuntur. Tũ quia Ecclesia non adorat tã hostiã, quam alicẽdonec per episcopũ fuerit cõsecratio facta, cuius oppositũ deberet fieri q; si aliquis de ordinatis præuenit episcopũ. Nec paruipẽdẽda sunt verba pontificalis Romani antiqui, dicentis de nouiter ordinatis presbyteris. Dicãt ora quæ sunt in missali, sicut si celebrarẽt. Inhanatur. n. hinc, q; ipsi nõ celebrãtur ac per hoc non concelebrant episcopo, sed dicunt tantũ totũ canonẽ. Vnde in nouis Pontificalibus statutũ illud præcitatũ adpositũ vẽ ex cõi opinione sequentiũ expositione Innocentii III. qui interpretatus est illã canonis prolationẽ, quæ ab ordinatis fieri consueuit, esse concelebrationẽ, super hoc. n. præsupposito doctores loquuti sunt, siue defendendo, siue reprehendendo.

¶Ad quartum dicendum, q; eiusdem est, hoc sacramentum dispensare & consecrare, ratione iam dicta. †

Ad tertium dicendum, q; sicut dicitur * de consec. dist. 2. Peruenit ad notitiam nostrã, q; quidam presbyteri laico, aut feminæ corpus Domini tradunt ad deferẽdum infirmis, igitur interdicit synodus, ne talis præsumptio vlterius fiat: sed presbyter per semetipsum infirmos communicet.

¶Respon. Dicendum, q; ad sacerdotem pertinet dispẽsatio corporis Christi. propter tria. Primo quidem, quia (sicut dictum est*) ipse consecrat in persona Christi. Ipse autem Christus sicut consecrauit corpus suum in cena, ita & aliis sumendum dedit. vnde sicut ad sacerdotem pertinet consecratio corporis Christi, ita ad eum pertinet dispensatio. Secundo, quia sacerdos constituitur medius inter Deum & populum: vnde sicut ad eum pertinet dona populi Deo offerre, ita ad eum pertinet dona sanctificata diuinitus populo tradere. Tertio, quia in reuerentiam huius sacramenti, a nulla re contingitur nisi cõsecrata: vnde & corporale & calix consecrantur, & similiter manus sacerdotis, ad tangendum hoc sacramentum: vnde nulli si tãgere licet, nisi in necessitate, puta si caderet in terrã, vel in aliquo alio necessitatis casu.

¶Ad primum ergo dicendum, quod diaconus quasi propinquus ordini sacerdotali, aliquid participat de eius officio, vt s. dispenset sanguinem, nõ autem corpus, nisi in necessitate iubente episcopo vel presbytero. Primo quidem, quia sanguis Christi continetur in vase, vnde non oportet quod tangatur a dispensante, sicut tangitur corpus Christi. Secundo, quia sanguis designat redemptionem a Christo in populo deriuatam: vnde & sanguini admiscetur aqua, quæ significat populum. Et quia diaconi sunt inter sacerdotem & populum, magis conuenit diaconibus dispensatio sanguinis, quàm dispensatio corporis.

¶Sed contra est, q; dicitur * de consec. dist. 2. Peruenit ad notitiam nostrã, q; quidam presbyteri laico, aut feminæ corpus Domini tradunt ad deferẽdum infirmis, igitur interdicit synodus, ne talis præsumptio vlterius fiat: sed presbyter per semetipsum infirmos communicet.

¶Respon. Dicendum, q; ad sacerdotem pertinet dispẽsatio corporis Christi. propter tria. Primo quidem, quia (sicut dictum est*) ipse consecrat in persona Christi. Ipse autem Christus sicut consecrauit corpus suum in cena, ita & aliis sumendum dedit. vnde sicut ad sacerdotem pertinet consecratio corporis Christi, ita ad eum pertinet dispensatio. Secundo, quia sacerdos constituitur medius inter Deum & populum: vnde sicut ad eum pertinet dona populi Deo offerre, ita ad eum pertinet dona sanctificata diuinitus populo tradere. Tertio, quia in reuerentiam huius sacramenti, a nulla re contingitur nisi cõsecrata: vnde & corporale & calix consecrantur, & similiter manus sacerdotis, ad tangendum hoc sacramentum: vnde nulli si tãgere licet, nisi in necessitate, puta si caderet in terrã, vel in aliquo alio necessitatis casu.

¶Ad primum ergo dicendum, quod diaconus quasi propinquus ordini sacerdotali, aliquid participat de eius officio, vt s. dispenset sanguinem, nõ autem corpus, nisi in necessitate iubente episcopo vel presbytero. Primo quidem, quia sanguis Christi continetur in vase, vnde non oportet quod tangatur a dispensante, sicut tangitur corpus Christi. Secundo, quia sanguis designat redemptionem a Christo in populo deriuatam: vnde & sanguini admiscetur aqua, quæ significat populum. Et quia diaconi sunt inter sacerdotem & populum, magis conuenit diaconibus dispensatio sanguinis, quàm dispensatio corporis.

¶Ad secundum dicendum, q; eiusdem est, hoc sacramentum dispensare & consecrare, ratione iam dicta. †

Ad tertium dicendum, q; sicut

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Sed contra est, quòd in Concilio Toletano legitur, & habetur * de cons. d. 2. c. relatum, Modis omnibus tenendum est, vt quotiescunque sacrificans Corpus Christi & sanguinem Domini nostri IESV Christi in altari immolat, totiēs perceptionis corporis, & sanguinis Christi participem se præbeat.

In cōcil. Tole. 5 cā. 5 de cōsec. d. 2. c. Relatum.

¶ Respon. Dicendum, quòd (sicut supra * dictum est) eucharistia non solum est sacramentum, sed etiam sacrificium. Quicumque autem sacrificium offert, debet sacrificii fieri particeps: quia exterius sacrificium quasi offertur, signū est interioris sacrificii, quo quis seipsum offert Deo, vt Augustinus * dicit 10. de Ciuit. Dei: vnde per hoc quod participat sacrificio, ostendit ad se sacrificium interius pertinere. Similiter etiam per hoc, quòd sacrificium populo dispensat, ostendit se esse dispensatorem diuinorum, quorum ipse primo debet esse particeps, sicut Dionysi. * dicit in libro eccles. Hierar. Et ideo ipse ante sumere debet, quàm populo dispenset: vnde & in prædicto capit. * legitur, quale est sacrificium, cui nec ipse sacrificans particeps esse dignoscitur? Per hoc autem fit particeps, quod de sacrificio sumit, secundum illud apostoli 1. Corinth. 10. Nonne qui edunt hostias, participes sunt altaris? Et ideo necesse est quod sacerdos quotiescumque consecrat, sumat integre hoc sacramentum.

Q. 79 art. 5. & 7.

li. 10. c. 5. to. 5.

ca. 3. eccl. hier. deeli nando ad fin. Exod. can. 5. 12. cōciliiToletani

¶ Ad primū ergo dicendum, quod consecratio chrismatis vel cuiuscumque alterius materiæ, non est sacrificium, sicut consecratio eucharistiæ. & ideo non est similis ratio.

¶ Ad secundum dicendum, quòd sacramentum baptismi perficitur in ipso vsu materiæ. Et ideo nullus potest baptizare seipsum, quia in sacramento non potest esse idem agens & patiens: vnde nec in hoc sacramento sacerdos consecrat seipsum, sed panem, & vinum, in qua cōsecratione perficitur sacramentum: vsus autem sacramēti est consequenter se habens ad hoc sacramentum. & ideo non est simile.

¶ Ad tertium dicendum, quòd si miraculose corpus Christi in altari sub specie carnis appareat, aut sanguis sub specie sanguinis, non est sumendum. Dicit enim Hieron. * super Leuitic. De hac quidem hostia, quæ in Christi commemoratione mirabiliter fit, edere licet, de illa verò, quam Christus in ara crucis obtulit, secundum se nulli edere licet. Nec propter hoc sacerdos transgressor efficitur: quia ea quæ miraculose fiunt, legibus non subduntur. Consulendum tamen esset sacerdoti, quod iterato corpus, & sanguinem Domini consecraret & sumeret.

Refert de cōs. d. 2. c. De hac.

ARTICVLVS V.

Vtrum malus sacerdos eucharistiam consecrare possit.

498 4. d. 18. q. 2. art. 2. q 3. ad 2. Super illud Soph. 3. Sacerdotes polluerunt sanctum to. 7

AD quintum sic proceditur. Videtur quod malus sacerdos eucharistiam consecrare non possit. Dicit enim Hieron. * super Soph. sacerdotes qui eucharistiæ seruiunt, & sanguinem Domini populis diuidunt, impie agunt in lege Christi; putantes eucharistiam precantis facere verba non vitam, & necessariam esse solennem orationem, & sacerdotis merita, de quibus dicitur, sacerdos in quacumque fuerit macula, non accedat offerre oblationes Domino: sed sacerdos peccator cum sit maculosus, nec vitam habet nec merita huic conuenientia sacramento. ergo sacerdos peccator non potest consecrare eucharistiam.

li. 4. orth. fi. c. 14. nō lōgea me. In dec. 1. 9. 1. c. Sacrosancta.

¶ 2 Præterea Damas. * dicit in 4. libro quod panis, & vinum per aduentum sancti Spiritus, supernaturaliter transit in corpus & sanguinem Domini: sed Gelasius Papa dicit (sicut habetur in decre. 1. quæstio. 1. capitul. sacrosancta) quomodo ad diuini mysterii consecrationem, cælestis Spiritus inuocatus aduenier, si sacerdos, qui eum adesse deprecatur, criminosis plenus actionibus comprobetur? ergo per malum sacerdotem non potest eucharistia consecrari.

¶ 3 Præterea. Hoc sacramentum sacerdotis benedictione consecratur: sed benedictio sacerdotis peccatoris non est efficax ad consecrationem huius sacramenti, cum scriptum sit Mala. 2. Maledicam benedictionibus vestris, & Dionysi. * dicit in epistola ad Demophilum monachum, perfecte cecidit a sacerdotali ordine, qui non est illuminatus: & audax quidem nimium mihi videtur talis, sacerdotalibus manum apponens, & audet immūdas infamias (non enim dicam orationes) super diuina symbola Christi formiter enuntiare.

circa me. illius.

Ref. tur 1. q. 1. cōtra catholici. Et d. cōs. di. 2. c. Veruntamen sub.

¶ Sed contra est, quod Augustin. * dicit in libr. de corpore Domini, intra ecclesiam catholicam in mysterio corporis & sanguinis Domini, mihil à bono maius, nihil à malo minus perficitur sacerdote: quia non merito cōsecrantis, sed in verbo perficitur Creatoris, & virtute Spiritus sancti.

Ac. 1. & 2. huius q.

¶ Respondeo Dicendum, quod (sicut supra * dictum est) sacerdos consecrat hoc sacramentum non virtute propriase sed sicut minister Christi, in cuius persona consecrat hoc sacramentum. Non autem ex hoc ipso desinit aliquis minister esse Christi, quod est malus: habet enim Dominus bonos & malos ministros seu seruos: vnde Matth. 24. Dominus dicit, Quis putas est fidelis seruus & prudens, & cet. & postea subdit, si autem dixerit malus ille seruus in corde suo, &c. Et apostolus dicit 1. Corinth. 4. Sic nos existimet homo, vt ministros Christi, & tamen postea subdit, Nihil mihi conscius sum: sed non in hoc iustificatus sum. erat ergo certus se esse ministrum Christi: tamen non erat certus se esse iustum. Potest ergo aliquis esse minister Christi, etiam si iustus non sit. Et hoc ad excellentiam Christi pertinet, cui sicut vero Deo seruiunt non solum bona, sed etiam mala, quæ per ipsius prouidentiam in eius gloriam ordinantur: vnde manifestum est, quod sacerdotes etiam si non sint iusti, sed peccatores, possunt eucharistiam conficere.

Loco cita to in 4 g

¶ Ad primum ergo dicendum, quod Hieron. * per illa verba improbat errorem sacerdotum, qui credebāt se digne posse eucharistiam consecrare, ex hoc solo quod sunt sacerdotes, etiam si sint peccatores: quod improbat Hieron. per hoc, quod maculosi ad altare accedere prohibentur. nō tamen remouetur, quin si acceserint, sit verum sacrificium quod offerunt.

In prin. c. etati. 1. & gum. 1.

¶ Ad secundum dicendum, quod ante illa verba Gelas. Papa * præmittit, sacrosancta religio, quæ catholicam continet disciplinam, tantam sibi reuerentiam vendicat, vt ad eam quilibet nisi pura conscientia non audeat peruenire. Ex quo manifeste apparet eius intentionis esse, quod peccator sacerdos non debet ad hoc sacramentum accedere: vnde per hoc quod subdit, quomodo cælestis spiritus aduocatus aduenier, intelligi oportet quod non aduenit ex merito sacerdotis: sed ex virtute Christi, cuius verba profert sacerdos.

¶ Ad tertium dicendum, quod sicut eadem actio, inquantum fit ex praua intentione ministri, potest esse mala: bona autem, inquantū fit ex bona intētione Domini, ita benedictio sacerdotis peccatoris, inquantum ab ipso indigne fit, est maledictione digna (& quasi infamia siue blasphemia, & non oratio reputatur) inquantum autem profertur ex persona Christi, est sancta, & efficax ad sanctificandum: vnde signanter dicitur, Maledicam benedictionibus vestris.

¶ Super

ARTICVLVS VI.

¶ Super quæstionis octauæ gesimæ secundæ, Articulum sextum. Vtrum missa mali sacerdotis minus valeat, quàm missa sacerdotis boni.

499 4. di. 13. q. 1. ar. 1. q. 5 Refertur hoc in decre. 1. q. 1. cap. Multi ante med.

IN ar. 6. circa illud, Oratio a sacerdote malo prolata in persona totius ecclesiæ, est fructuosa, duo tunc aduertenda. Primum, quod minus dicitur, quàm intenditur: nam intenditur non solum q̄ est fructuosa, sed ēt q̄ non est minus fructuosa quo ad alios, quā boni sacerdotis. Et ratio in litera inuenitur: quia ministerium in persona ecclesiæ, non est minus fructuosum quàm ministerium in persona Christi: minister autem Christi, siue bonus, siue malus æque sanctificat. igitur minister ecclesiæ siue bonus, siue malus æque impetrat.

Q. 64. ar. 5. E 9. 67. a. 5. & aliis.

¶ Alterum est, quòd Scotus in q. vlt. 13. d. 4. sent. in oppositam partem declinat, ea ratione, quia meritum quod dicitur esse in celebratione missæ, vt missa est, non est abstractū, sicut idæa Platonis. ergo oportet q̄ fit realiter aliquod meritum ergo totius ecclesiæ vel alicuius membri: sed non est totius ecclesiæ, nisi quia alicuius partis, nō est autem pars malæ & mortuę in toto, sicut esset pars viuæ, id est existentis & operantis in charitate ergo in missa non est tantum meritum cuiuscumq; quando est mali, sicut quando est boni.

* Li. 2. contra literas Petiliani c. 47. circa fi. alias verbis to. 7.

¶ Ad hoc dicitur, quòd si ratio ista contra æqualem valorem missæ inquantum in persona ecclesiæ oratur affertur, solu enda est, dicendo quòd meritum ecclesiæ non est abstractum, sed ipsius ecclesiæ ratione partium suarum viuarum in ipsa, & non ratione illius partis suæ mortuæ quæ ministrat tūc,

Ar. præce. D. 959.

cius d orationes, quæ facit in ecclesiasticis officijs, in quibus gerit personam ecclesiæ: licet orationes eius priuatæ non sint fructuosæ, secundum illud Prouerb. 28. Qui declinat aures suas, ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Grego. loquitur ibi quantum ad sanctitatem diuini sacramenti.

¶ Ad secundum dicendum, quòd in sacramento baptismi non fiunt solemnes orationes, pro omnibus fidelibus, sicut in missa: & ideo quantum ad hoc non est simile: est autem simile quantum ad effectum sacramenti.

¶ Ad tertium dicendum, quòd per virtutem Spiritussancti (qui per vnitatem charitatis communicat inuicem bona membrorum Christi) fit, quòd bonum priuatum, quod est in missa sacerdotis boni, est fructuosum alijs. Malum autem priuatum vnius hominis non potest alteri nocere, nisi per aliquem consensum, vt Aug. * dicit in lib. contra Parmenianum.

*Lib. 2. ca. 3 to 7. Et ex tracta. 5. in Io. to. 9.

ARTICVLVS VII.

Vtrum hæretici schismatici, & excommunicati possint consecrare.

AD Septimum sic proceditur. Videtur quòd hæretici, schismatici, & excommunicati, eucharistiam consecrare non possint. Dicit enim August. † quòd extra ecclesiam catholicam non est locus veri sacrificii. Et Leo papa dicit, * & habetur in Decretis 1. q. 1. Aliter. scilicet quàm in ecclesia, quæ corpus Christi est, nec rata sunt sacerdotia, nec vera sacrificia: sed hæretici, schismatici, & excommunicati sunt ab ecclesia separati. ergo non possunt verum sacrificium conficere.

509 4. d. 13. q. 1 a. 1. q. 3. Et ē expo. li. 1 pri Et d. 18. q. 1. ar. 2 q 6. 3. ad 2. Et d. 19. q. 1. a. 2. q 3. ad primū. Et quol. 12 ar. 16.

¶ 2 Præt. Sicut ibidem legitur, Inno. † Papa dicit, arrianos cæteraſque eiusmodi pestes, quia laicos eorum sub imagine pœnitentiæ suscipimus, non videntur clerici eorum cum sacerdotii aut cuiuspiam mysterii suscipiendi dignitate esse, quibus solum baptisma ratum esse permittimus: sed non potest aliquis confecrare eucharistiam, nisi sit cum sacerdotii dignitate. ergo hæretici & cæteri huiusmodi, non possunt eucharistiam consecrare.

*In li. sen. ex Augus. collectarū c. 15. to. 3. *Leo in epis. 38. habetur 1. q. 1. c. In ecclesia Dei. 1. q. 2. ca. Arrianos

¶ 3 Præt. Ille qui est extra ecclesiam, non videtur aliquid posse agere in persona totius ecclesiæ: sed sacerdos confecrans eucharistiam, hoc agit in persona totius ecclesiæ: quod patet ex hoc, quòd omnes orationes proponit in persona ecclesiæ. ergo videtur quòd illi qui sunt extra ecclesiam, scilicet hæretici, schismatici, & excommunicati, non possint consecrare eucharistiam.

*Li. 2. c. 13 to. 7.

¶ SED CONTRA est, quòd Aug. * dicit in 2. Contra Parmenianum, sicut baptismus in eis, scilicet hæreticis, schismaticis & excommunicatis, ita ordinario manſit integra: sed ex vi ordinationis sacerdos potest consecrare eucharistiam. ergo hæretici, schismatici & excommunicati, cum in eis maneat ordinatio integra, videtur quod possint consecrare eucharistiam.

¶ Respondeo Dicendum, quòd quidam dixerunt, q̄ hæreti-

Universidad de Deusto
Biblioteca

hæretici, schismatici & excommunicati, quia sunt extra ecclesiam, non possunt conficere hoc sacramentum. Sed in hoc decipiuntur: quia sicut Augustt. * dicit in 2. contra Parmenianum, aliud est aliquid omnino non habere, aliud autem non rectè habere: & similiter etiam est aliud non dare, & aliud non rectè dare. Illi igitur, qui intra ecclesiam constituti, receperunt potestatem consecrandi eucharistiam in ordinatione sacerdotii, rectè quidem habent potestatem, sed non rectè ea vtuntur, si postmodum per hæresim, aut schisma, vel excommunicationem, ab ecclesia separentur. Qui autem sic separati ordinantur, nec rectè habent potestatem, nec rectè vtuntur. Quod tamen vtrique potestatem habeant, patet per hoc, quòd (sicut Augustt. * ibidem dicit) cum redeunt ad vnitatem ecclesiæ, non reordinantur, sed recipiuntur in suis ordinibus. Et quia consecratio eucharistiæ est actus consequens ordinis potestatem, illi qui sunt ab ecclesia separati per hæresim, aut schisma, vel excommunicationem, possunt quidem consecrare eucharistiam, quæ ab eis consecrata verum corpus & sanguinem Christi continet, non tamen hoc rectè faciunt, sed peccant facientes: & ideo fructum sacrificii non percipiunt, quod est sacrificium spirituale.

*Li.c.23. ante med. to.7.

*Li.2.contra Parmenianum c.13.to.7.

¶ Ad primvm ergo dicendum, quòd auctoritates illæ & similes intelligendæ sunt, quantum ad hoc quòd non rectè extra ecclesiam sacrificium offertur: vnde extra ecclesiam non potest esse spirituale sacrificium, quod est verum veritate fructus, licet sit verum veritate sacramenti, sicut etiam supra dictum est, * quòd peccator sumit corpus Christi sacramentaliter, sed non spiritualiter.

q.80.ar.3.

¶ Ad secundum dicendum, quod solus baptismus permittitur esse ratus hæreticis & schismaticis, quia possunt licitè baptizare in articulo necessitatis. In nullo autem casu licitè possunt eucharistiam consecrare, vel alia sacramenta conferre.

¶ Ad tertium dicendum, quòd sacerdos in missa in orationibus quidem loquitur in d persona ecclesiæ, in cuius vnitate consistit. Sed in consecratione sacramenti loquitur in persona Christi, cuius vicem in hoc gerit per ordinis potestatem. & ideo si sacerdos ab vnitate ecclesiæ præcisus, missam celebret, quia potestatem ordinis non amittit, conficit verum corpus & sanguinem Christi: sed quia est ab ecclesiæ vnitate separatus, orationes eius efficaciam non habent.

D.979.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum sacerdos degradatus possit hoc sacramentum conficere.

AD octauum sic proceditur. Videtur quòd sacerdos degradatus non possit hoc sacramentum conficere. Nullus enim conficit hoc sacramentum, nisi per potestatem consecrandi quam habet: sed degradatus non habet potestatem consecrandi, licet habeat potestatem baptizandi, vt dicit Canon. 1. quæstio. 1. cap. quidam. * ergo videtur, quòd presbyter degradatus non possit eucharistiam consecrare.

5or 4.di.13.q.1.ar.1.q.4 Et quo.12. ar.16.

*Habetur in decr. 1. c6. 1. cap. Quod qui dam, circa medium.

¶ 2 Præterea Ille qui aliquid dat, potest etiam auferre: sed episcopus dat presbytero potestatem consecrandi, ordinando ipsum. ergo etiam potest eam auferre, degradando eum.

¶ 3 Præt Sacerdos per degradationem, aut amittit potestatem consecrandi, aut solam executionem: sed non solam executionem: quia sic nō plus amitteret degradatus quàm excommunicatus, qui etiam executione caret. ergo videtur quòd amittat potestatem consecrandi: & ita videtur, quòd non possit conficere hoc sacramentum.

¶ Sed contra est, quòd † Augustt. in 2. contra Parmenianum probat, quòd apostatæ à fide non carent baptismate, per hoc quòd per pœnitentiam redeuntibus non restituitur, & ideo amitti non posse iudicatur: sed similiter degradatus, si reconcilietur, non est iterum ordinandus. ergo non amisit potestatem consecrandi, & ita sacerdos degradatus potest conficere hoc sacramentum.

*Li.2.c.13 to.7.

¶ Respondeo Dicendum, quòd potestas consecrandi eucharistiam, pertinet ad characterem sacerdotalis ordinis. Character autem quilibet, quia cum quadam consecratione datur, indelebilis est, vt supra dictum est, * sicut & quarumcumque rerum consecrationes perpetuæ sunt nec amitti, nec reiterari possunt: vnde manifestum est, q potestas consecrandi non amittitur per degradationem. Dicit enim † Aug. in 2. Contra Parmenianum, vtrumq; scilicet baptismus & ordo, sacramentum est, & quadam consecratione vtrumque homini datur: illud, cum baptizatur: istud, cum ordinatur: ideoque non licet à catholicis vtrumque iterari. & sic patet, quòd sacerdos degradatus potest conficere hoc sacramentum.

q.63.ar.5.

*Li.2.c.13 2 me.to.7.

¶ Ad primvm ergo dicendum, quòd canon ille non loquitur assertiuè, sed inquisitiuè, sicut ex circunstantia litera haberi potest.

¶ Ad secundum dicendum, quòd episcopus non dat potestatem sacerdotalis ordinis propria virtute, sed instrumentaliter, sicut minister Dei, cuius effectus per hominem tolli non potest, secundum illud Matth. 19. Quos Deus coniunxit, homo non separet. Et ideo episcopus non potest hanc potestatem auferre: sicut nec ille qui baptizat, potest auferre characterem baptismalem.

¶ Ad tertium dicendum, quòd excommunicatio est medicinalis: & ideo excommunicatis non auferetur executio sacerdotalis potestatis, quasi in perpetuum, sed ad eorrectionem vsque ad tempus. Degradatis autem auferetur executio, quasi in perpetuum condemnatis.

ARTICVLVS IX.

Vtrum liceat ab excommunicatis, vel hæreticis, seu peccatoribus, communionem recipere, & eorum missam audire.

AD Nonum sic proceditur. Videtur quod aliquis licitè possit communionem recipere à sacerdotibus hæreticis, vel excommunicatis, vel etiam peccatoribus, & ab eis missam audire. Sicut enim † Aug. contra Petilianum dicit, neque in homine bono, neque in homine malo aliquis Dei fugiat sacramenta: sed sacerdotes quâuis sint peccatores & hæretici, vel excommunicati, verum conficiunt sacramentum. ergo videtur quod non sit vitandum ab eis communionem accipere, vel eorum missam audire.

¶ 2 Præter. Corpus Christi verum, figuratiuum est corporis mystici, sicut supra dictum est: † sed à prædictis sacerdotibus verum corpus Christi consecratur. ergo videtur quod illi, qui sunt de corpore mystico, possint eorum sacrificiis communicare.

¶ 3 Præte. Multa peccata sunt grauiora quàm fornicatio: sed non est prohibitum audire missas sacerdotum aliter peccantium. ergo etiam non debet esse prohibitum audire missas sacerdotum fornicariorum.

¶ Sed contra est, quòd canon dicit 32. * dist. Nullus missam audiat sacerdotis, quem indubitanter concubinam nouit habere. & † Greg. dicit in 3. dial. quòd pater perfidus Arrianum episcopum misit ad filium, vt de eius manu sacrilegæ consecrationis communionem perciperet: sed vir Deo deditus Arriano episcopo venienti exprobrauit, vt debuit.

*Di.32.c. Nullus. *Greg.li.3 Dialo.c.31 parū a principio.

¶ Respondeo Dicendum, quòd (sicut supra dictum est *) sacerdotes si sint hæretici, vel schismatici, vel excommunicati, vel etiam peccatores, quamuis habeant potestatem consecrandi eucharistiam, non tamen ea rectè vtuntur, sed peccant vtentes. Quicumque autem communicat alicui in peccato, ipse particeps peccati efficitur: vnde & in 2. Canon. * Ioan. dicitur, quòd qui dixerit ei, aue (scilicet hæretico) communicat operibus illius malignis. & ideo non licet à prædictis communionem accipere, aut eorum missam audire. Differt tamen inter prædictas sectas. Nam hæretici, & schismatici, & excommunicati, sunt per sententiam ecclesiæ: executione consecrandi priuati, & ideo d peccat quicumque eorum missam audit, vel ab eis accipit sacramenta: sed non omnes peccatores sunt per sententiam ecclesiæ executione huius potestatis priuati. Et sic quamuis sint suspensi quantum ad se ex sententia diuina, non tamen quantum ad alios ex sententia ecclesiæ. Et ideo vsque ad sententiam ecclesiæ licet ab eis communionem accipere, & eorum missam audire: vnde super illud 1. Corinth. 5. Cum huiusmodi nec cibum sumere, dicit gl. † Aug. Hoc dicendo, noluit hominem ab homine iudicari ex arbitrio suspitionis, vel etiam extraordinario vsurpato iudicio: sed potius ex lege Dei secundum ordinem ecclesiæ, siue vltro confessum, siue accusatum & conuictum.

Art.5.7.& 8.huius q.

Cirra fine illius.

D.900.

Est Aug. in li. de vtilitate pœnit. à me.to.9

Habetur etiam hic lib.to.10. iter 50 homil. Et est vltima.

¶ Ad primvm ergo dicendum, quòd in hoc quòd refugimus audire missas talium sacerdotum, aut ab eis communionem recipere, non refugimus Dei sacramenta, sed potius ea veneramur (vnde hostia à talibus sacerdotibus consecrata, est adoranda, & si reseruetur, licitè potest sumi à sacerdote legitimo) sed refugimus culpam indignè ministrantium.

¶ Ad secundum dicendum, quòd vnitas corporis mystici est fructus corporis veri percepti. Illi autem qui indignè percipiunt vel ministrant, priuantur fructu, vt supra dictum est. † & ideo non est sumendum ex eorum dispensatione sacramentum, ab eis qui non sunt in vnitate ecclesiæ.

Q.80.ar.4 Et ar.7.huius q.

¶ Ad tertium dicendum, quòd licet fornicatio non sit grauior cæteris peccatis, tamē ad eam proniores sunt homines propter carnis concupiscentiam. Et ideo specialiter hoc peccatum sacerdotibus prohibitum est ab ecclesia, & ne aliquis audiat missam concubinarii sacerdotis. Sed hoc intelligendum est de notorio, vel per sententiam, quæ fertur in conuictum, vel per confessionem in iure factam, vel quando non potest peccatum aliqua tergiuersatione celari.

¶ Super quæstionis octuagesimæsecundæ, Articulo decimum.

ARTICVLVS X.

Vtrum liceat sacerdoti omnino à consecratione eucharistiæ abstinere.

AD Decimum sic proceditur. Videtur quòd liceat sacerdoti, omnino à consecratione eucharistiæ abstinere. Sicut enim ad officium sacerdotis pertinet eucharistiam consecrare, ita etiam baptizare, & in aliis sacramentis ministrare: sed sacerdos non tenetur ministrare in aliis sacramentis, nisi propter curam animarum susceptam. ergo videtur, quòd nec etiam teneatur eucharistiam consecrare, si curam non habeat animarum.

¶ 2 Præte. Nullus tenetur facere quod sibi non licet, alioquin esset perplexus: sed sacerdoti peccatori, vel etiam excommunicato, non licet eucharistiam consecrare, vt supra dictum est. † ergo videtur, quòd tales non teneantur ad celebrandum, & ita nec alii: alioquin ex sua culpa commodum reportarent.

¶ 3 Præt. Dignitas sacerdotalis non perditur per subsequentem infirmitatem: dicit enim * Gelasius Papa, & habetur in decretis. d. 55. Præcepta canonica sicut non patiuntur venire ad sacerdotium debiles corpore, ita si quis in eo fuerit constitutus, ac tunc fuerit sauciatus amittere non potest, quod tempore suæ synceritatis accepit. Contingit autem quandoque, quòd ordinati in sacerdotes, incurrunt aliquos defectus, ex quibus à celebratione impediuntur, sicut est lepra, vel morbus caducus, vel aliquid aliud huiusmodi. non ergo videtur, quòd sacerdotes ad celebrandum teneantur.

¶ Sed contra est, quòd Amb. dicit in quadam oratione, Graue est, quòd ad mensam tuam mundo corde & manibus innocentibus non venimus: sed grauius est, si dum peccata metuimus, etiam sacrificium non reddamus.

¶ Respondeo Dicendum, quòd quidam dixerunt, quòd sacerdos potest omnino à consecratione licitè abstinere, nisi teneatur ex cura sibi commissa celebrare populo. & sacramenta præbere: sed hoc irrationabiliter dicitur: quia vnusquisque tenetur vti gratia sibi data, cum fuerit opportunum, secundum illud 1. ad Corinth. 6. Hortamur ne in vacuum gratiam Dei recipiatis. Opportunitas autem sacrificium offerendi, non solum attenditur per comparationē ad fideles Christi, quibus oportet sacramenta ministrari, sed principaliter per comparationem ad Deum, cui consecratione huius sacramenti sacrificium offertur. vnde sacerdoti etiam si non habeat curam animarum, non licet omnino à celebratione cessare: sed saltem videtur, quòd celebrare teneatur in præcipuis festis, & maximè in illis diebus, in quibus fideles communicare consueuerunt, & hinc est quòd 2. Mach. 4. contra quosdam sacerdotes dicitur, quod iam non circa altaris officia dediti erant contempto templo, & sacrificiis neglectis.

Art.7.huius q.

*Gelas. Papa dicto epi. scribens: Habetur in decretis dist. 55. ca. Præcepta canonica.

¶ Ad primvm ergo dicendum, quòd alia sacramenta perficiuntur in vsu fidelium. Et ideo in aliis ministrare non tenetur nisi ille, qui super fideles suscipit curā: sed hoc sacramentum perficitur in consecratione eucharistiæ, in qua sacrificium Deo offertur, ad quod sacerdos obligatur Deo ex ordine iam suscepto.

¶ Ad secundum dicendum, quòd sacerdos peccator, si per sententiam ecclesiæ sit executione ordinis priuatus, vel simpliciter, vel ad tempus, redditus est impotens ad sacrifi-

5or 4.di.12.q.3.ar.2.q.3 Et dist.13. q.1.art.2. q.2.

In arti.10. Scito hanc esse difficultatem, an sacerdoti liceat totaliter a celebratione abstinere, & hæc bene soluitur in li

Sup. q.64. art.9 ad secundum & ter. Et 4.d. 13.q.1.ar. 3.ad 3. †Refertur hoc in decr. 1.q.1.c. Neque ia prin.

Q.80.ar.4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sacrificium offerendum, & ideo obligatio tollitur hoc autem cedit sibi in detrimentum spiritualis fructus magis quàm in emolumentum. Si verò non sit priuatus potestate celebrandi, non soluitur obligatio, nec tamen perplexus est: quia potest de peccato pœnitere, & celebrare.

¶ Ad tertium dicendum, quòd debilitas vel ægritudo superueniens ordini sacerdotali, ordinem non tollit, executionem tamen ordinis tollit quantum ad consecrationem eucharistiæ. Quandoque quidem propter impossibilitatem executionis, sicut si priuetur oculis, aut [illegible] vsu linguæ: quandoque autem propter periculum, sicut patet de eo, qui patitur morbum caducum [illegible] quamcumque alienationem mentis: quandoque propter abominationem: sicut patet de leproso, qui non debet publicè celebrare: potest tamen missam dicere occultè, nisi lepra adeo inualuerit, quòd per corruptionem membrorum, eum ad hoc reddideritimpotentem.

QVAESTIO LXXXIII.

[redacted] huius sacramenti, in sex articulos diuisa.

[redacted] considerandum est de ritu huius sacra-

[redacted] Circa primum quæruntur duodecim.

[redacted] am in celebratione huius mysterii Chri-
[redacted] cur.
[redacted] empore celebrationis.
Alias aptitudines. [redacted] loco & aliis, quæ pertinent ad * apparatum huius celebrationis.
[redacted] is, quæ in celebratione huius mysterii di-
[redacted]
¶ Quinto, de his, quæ circa celebrationem huius mysterii fiunt.
¶ Sexto, De defectibus, qui circa celebrationem huius sacramenti occurrunt.

ARTICVLVS I.

Vtrum in hoc sacramento Christus immoletur.

504 Infra ar. 2 cor. & ad 1. & 2.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd in celebratione huius sacramenti, Christus non immoletur. Dicitur enim Hebr. 10. Quòd Christus vna oblatione consumauit in sempiternum sanctificatos: sed illa oblatio fuit eius immolatio. Christus ergo non immolatur in celebratione huius sacramenti.

¶ 2 Præterea Immolatio Christi facta est in cruce, in qua tradidit semetipsum oblationem, & hostiam Deo in odorem suauitatis, vt dicitur Ephes. 5. sed in celebratione huius mysterii Christus non crucifigitur. ergo nec immolatur.

*Li. 4. c. 14 in fine, & c. 7. in prin. to. 3. * Habetur de cons. d. 2. c. Semel immolat.

¶ 3 Præterea Sicut * Augu. dicit in 4. lib. de trinitat. in immolatione Christi idem est sacerdos & hostia: sed in celebratione huius sacramenti non est idem sacerdos & hostia. ergo celebratio huius sacramenti non est Christi immolatio.

¶ SED CONTRA est, quod † August. dicit in lib. sent. Prosperi, semel immolatus est in semetipso Christus, & tamen quotidie immolatur in sacramento.

¶ Respondeo Dicendum, quòd duplex est ratione celebratio huius sacramenti dicitur immolatio Christi. Primo quidem, quia sicut dicit * Aug. ad simplicium: solent imagines earum rerum nominibus appellari, quarum imagines sunt: sicut cum intuentes tabulam aut parietem pictum, dicimus: ille Cicero est, & ille Salustius. Celebratio autem huius sacramenti (sicut supra dictum est †) imago quædam est repræsentatiua passionis Christi, quæ est vera eius immolatio. & ideo celebratio huius sacramenti dicitur Christi immolatio. vnde † Amb. dicit super epistolam ad Hebr in Christo semel oblata est hostia, ad salutem sempiternam poteas. quid ergo nos? nonne per singulos dies offerimus? sed ad recordationem mortis eius. alio modo, quantum ad effectum passionis Christi: quia scilicet per hoc sacramentum participes efficimur fructus [d] dominicæ passionis; vnde in quadam dominicali oratione secreta dicitur: quoties huius hostiæ commemoratio celebratur, opus nostræ redemptionis exercetur, quantum igitur ad primum modum, poterat dici Christus immolari, etiam in figuris veteris testamenti: vnde & Apoc. 13. dicitur, quorum nomina non sunt scripta in libro vitæ agni, qui occisus est ab origine mundi: sed quantum ad secundum modum proprium est huic sacramento, quòd in eius celebratione Christus immoletur.

* In lib. q. ad Simplicium q. 3. parũ ante med. to. 4.

* In c. 10. ad Hebræos, non remote a princ. to. 5.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sicut † Ambr. ibidem dicit, vna est hostia (quam scilicet Christus obtulit, & nos offerimus) & non multæ, quia semel oblatus est Christus. Hoc autem sacrificium exemplum est illius: sicut enim quod vbique offertur, vnum est corpus & non multa corpora, ita & vnum sacrificium.

¶ Ad secundum dicendum, quòd sicut celebratio huius sacramenti est imago repræsentatiua passionis Christi, ita altare est repræsentatiuum cineis ipsius, in qua Christus in propria specie immolatus est.

¶ Ad tertium dicendum, quòd per eandem rationem etiam sacerdos gerit imaginem Christi, in cuius persona, & virtute verba pronuntiat ad consecrandum, vt ex supradictis patet.* & ita quodammodo idem est sacerdos & hostia.

Quæst. 81. arti. 1. & 3.

ARTICVLVS II.

Vtrum conuenienter sit determinatum tempus celebrationis.

AD secundum sic proceditur. Videtur quòd inconuenienter sit determinatum tempus celebrationis huius mysterij. Hoc enim sacramentũ est repræsentatiuum dominicæ passionis fit, vt dictum est: † sed commemoratio dominicæ passionis in ecclesia semel in anno. dicit enim* August. super psal. 21. Quotiescumque pascha celebratur, nunquid toties Christus occiditur? sed tamen anniuersaria recordatio repræsentat quod olim factum est, & sic nos facit moueri, tamquam videamus in cruce pendentem Dominum. ergo hoc sacramentum non debet celebrari, nisi semel in anno.

¶ 2 Præt. Passio Christi commemoratur in ecclesia 6. feria ante pascha, non autem in festo natalis. Cum ergo hoc sacramentum sit commemorationum dominicæ passionis, videtur inconueniens esse, quòd in die natalis ter celebretur hoc sacramentum: in parasceue autem totaliter intermittitur.

¶ 3 Præt. In celebratione huius sacramenti ecclesia debet imitari institutionem Christi: sed Christus consecrauit hoc sacramentum hora serotina. ergo videtur quòd hora tali debeat hoc sacramentum celebrari.

¶ 4 Præt. Sicut habetur de consec. dist. 1. † Leo Papa scribit Dioscoro Alexandrino episcopo, quòd in prima parte diei missas celebrare licet: sed dies incipit à media nocte, vt supra dictum est. ergo videtur quòd etiam post medium noctem liceat celebrare.

¶ 5 Præt. In quadam dominicali oratione secreta dicitur, Concede nobis Domine quæsumus hæc frequentare mysteria: sed maior erit frequentia, si etiam pluribus horis in die sacerdos celebret. ergo videtur, quòd non debeat prohiberi sacerdos pluries celebrare in die.

¶ SED IN CONTRARIVM est consuetudo, quã seruat ecclesiam secundum canonum statuta.

Ar. præ. Et q. 79. ar. 1.

¶ Respondeo Dicendum, quòd (sicut dictum est*) in celebratione huius mysterii attenditur repræsentatio dominicæ passionis, & participatio fructus eius. Et secũdum vtrumque oportuit determinare tempus aptum celebrationi huius sacramenti. Quia enim fructu dominicæ passionis quotidie indigemus, propter quotidianos defectus, quotidie in ecclesia regulariter hoc sacramentum offertur. vnde & Dominus nos petere docet Luc. 11. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie; quod exponens † August. lib. de verbis Domini, dicit: si quotidianus est panis, cur post annum illum sumas, quemadmodum Græci in oriente facere consueuerunt? accipe quotidie, quod quotidie tibi prosit. Quia verò dominica passio celebrata est à tertia hora vsque ad nonam, ideo regulariter in illa parte diei, solenniter hoc sacramentum in ecclesia celebratur.

In ser. 28. parũ a medio to. 10.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd in hoc sacramento recolitur passio Christi, secundum quòd eius effectus ad fideles deriuatur: sed tempore passionis recolitur passio Christi solum secundum hoc, quòd in ipso capite nostro fuit perfecta: quod quidem factum est semel: quotidie autem fructum dominicæ passionis fideles percipiunt. Et ideo illa commemoratio sit semel in anno, hoc autem quotidie & propter fructum & propter vsum memoriam.

¶ Ad secũdum dicẽdum, quòd veniente veritate, cessat figura. Hoc autem sacramentum est figura quædam & exemplum dominicæ passionis, sicut dictum est.* Et ideo in die quo ipsa passio Domini recolitur, prout realiter gesta est, non celebratur consecratio huius sacramenti, ne tamen ecclesia ea etiam die sit sine fructu passionis, per hoc sacramentum nobis exhibito, corpus Christi consecratum in die præcedenti reseruatur sumendum in illo die: non autem sanguis, propter periculum, & quia sanguis specialius est imago dominicæ passionis, vt supra dictum est.† Nec verum est, quod quidam dicunt, quòd per immissionem particulæ corporis Christi in vinum, conuertatur vinum in sanguinem: hoc enim aliter fieri non potest, quàm per consecrationem factum sub debita forma verborum. In die autem natiuitatis plures missæ celebrantur propter triplicem* Christi natiuitatem: quarum vna est æterna, quæ, quantum ad nos est occulta. & ideo vna missa cantatur in nocte, in cuius introitu dicitur, Dominus dixit ad me, Filius meus es tu, ego hodie genui te. Alia autem est temporalis, sed spiritualis, qua scilicet Christus oritur tamquam lucifer in cordibus nostris, vt dicitur 2. Petri 1. & propter hoc cantatur missa in aurora, in cuius introitu dicitur, lux fulgebit hodie super nos. Tertia est Christi natiuitas temporalis & corporalis, secundum quam visibilis nobis processit ex vtero virginali, carne indutus. Et ob hoc cantatur tertia missa in clara luce, in cuius introitu dicitur: puer natus est nobis: licet econtrario possit dici quòd natiuitas æterna secundum se est in plena luce: & ob hoc in euangelio tertiæ missæ fit mentio de natiuitate æterna: secundum autem natiuitatem corporalem, ad literam natus est de nocte, in signum quòd veniebat ad tenebras infirmitatis nostræ. vnde & in missa nocturna dicitur euangelium de corporali Christi natiuitate: sicut etiam & in aliis diebus, in quibus occurrunt plura de beneficia, vel recolenda, vel expetenda, plures missæ celebrantur in die: puta vna pro festo, & alia pro ieiunio, vel pro mortuis.

In corp. & locis ibidem citatis.

Q. 78. ar. 3. ad 2. Et q. 76. arti. 2. ad 2.

De cons. d. 1. c. Nocte

¶ Ad tertium dicendum, quòd (sicut dictum est supra *) Christus voluit vltimo hoc sacramentum discipulis tradere, vt fortius eorum cordibus imprimeretur. & ideo post cœnam in fine diei hoc sacramentum consecrauit, & discipulis suis tradidit. A nobis tamen celebratur hora dominicæ passionis, scilicet diebus festis in tertia, quando crucifixus est linguis iudæorum, vt dicitur. Mar. 15. & quando Spiritus sanctus descendit super discipulos, vel diebus pro festis in sexta: quando crucifixus est in manibus militum, vt habetur Ioan. 19. vel diebus ieiuniorum in nona, quando voce magna clamans emisit spiritum, vt dicitur Matth. 27. Potest tamen tardari, maximè quando sunt ordines faciendi, & præcipuè in sabbatho sancto, tum propter prolixitatem officij, tum quia ordines pertinent ad diem dominicam, vt habetur in Decret. distin. 75. cap. † quod à patribus. Possunt tamen missæ celebrari in prima parte diei propter aliquam necessitatem, vt dicitur de consecr. dist. 1. cap. Necesse est &c.*

Q. 83. ar. 5.

*Decr. di. 75. c. Quod a patribus.

*Decõs. d. 1. c. Necesse est.

¶ Ad quartum dicendum, quòd regulariter missa debet celebrari in die, & non in nocte: quia ipse Christus est præsens in hoc sacramento, qui dicit Ioan. 9. Me oportet operari opera eius, qui misit me donec dies est: venit nox quando nemo potest operari, quandiu in mundo sum, lux sum mundi: ita tamen quòd principium diei accipiatur non à media nocte: nec etiam ab ortu solis, idest, quando substantia solis apparet super terram; sed quando incipit apparere aurora: tunc enim quodammodo dicitur sol ortus, inquantum claritas radiorum eius apparet. vnde & Marc. 16. dicitur, quòd mulieres venerunt ad monumentum orto iam sole: cum tamen venerint, cum adhuc tenebræ essent ad monumentum, vt dicitur Ioan. 20. Sic enim hanc contrarietatem soluit † August. in lib. de consen. Euang. Specialiter tamen in nocte natalis Domini missa celebratur propter hoc, quòd Dominus in nocte natus est, vt dicitur de consecr.* distinct. 1. ca. Nocte &c. & similiter etiam in sabbatho sancto circa noctis principium, propter hoc quòd Dominus nocte surrexit, idest, cum adhuc tenebræ essent ante manifestum solis ortum.

*Li. 3. c. 24 aliquanto à princ. to. 4.

*De cõse. di. 1. c. Nocte.

¶ Ad quintum dicendum, quòd sicut habetur de consec. distinct. 1. ex Decreto † Alexand. Papæ, sufficit sacerdoti vnam missam in die vna celebrare: quia Christus semel passus est, & totum mundum redemit: & valde felix est, qui vnam dignè celebrare potest: quidam tamen pro defunctis vnam faciunt, alteram [d] de die, si necesse sit. Qui verò pro pecunia, aut adulationibus secularium, vna die præsumunt plures celebrare missas, non æstimo euadere damnationem. & extra de celebra. miss. dicit* Inno. 3. quòd excepto die natiuitatis dominicæ (nisi causa necessitatis. suadeat) sufficit sacerdoti semel in die vnam missam solummodo celebrare.

*De cõs. di. 1. c. Sufficit. D. 581.

*In decretali. 3. tit. 41. c Consuluisti.

¶ Super

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ *Super quæstionis octauagesimætertię, Articulum tertium.*

ARTICVLVS III.

Virum oporteat hoc sacramentum celebrari in domo & vasis sacris.

IN 4.tr.3.q.83.ad tertium dubium occurrit de virtute altaris, ecclesię, & aliorum inanimatorum cõsecratorum: an sit solũ ex parte nostri (q inde cõcipimus reuerentiam ac deuotionem) an ex parte rei. & si ex parte rei, an sit in ipsis rebus virtus aliqua spiritualis, an sola diuina assistentia, & an generaliter quantum, an specialiter quodammodo diuina ibi virtus assistat.

¶ Ad horum euidentiam sciendum est, quòd sunt in hac re modi dicendi duo extremi. Alter, quòd huiusmodi consecrationes ab ecclesia, adiuuentæ ex parte tantum nostra se, tenent: ita quòd deuotio nostra est, quæ effectus diuinæ virtutis prouocat apparere ibi magis quàm alibi: quoniã Deus nullo speciali modo est in his post consecrationem, quo prius non erat. Et ratio est, quia consecrationes istæ sunt humanæ operationes, nihil conferentes rei consecratæ secundum rem. Alter, quòd per huiusmodi consecrationes adipiscuntur res ipsæ quandam virtutem spiritualem, quæ est quædam qualitas intentionalis, velut intentio coloris in aere, & super verba literæ huius fundatur. Vterque autem modus vitandus videtur, & media via progrediendo, dicendum est, quòd per huiusmodi consecrationes adipiscuntur consecratæ res spirituale virtutem inchoatiue, & in hoc ipso sortiuntur diuinam præsentiam speciali modo. Consecrationes siquidem ecclesiasticæ non sunt humana tantum opera, sed sũt efficaces ex Christi sacerdotio: a quo sicut per scripturam efficaciam habent sacramentales operationes, quia ab ipso immediate sunt institutæ sacramenta, ita participatum in ministris suis efficaciam præbet cõsecrationibus, quę ab ipsis fiunt. ita quòd ex Christi sacerdotio diffuso participato in nobis, res consecratæ habiles redduntur ad excitandam in nobis reuerentiam & deuotionem, sicut aqua ex tactu carnis Christi redditæ sunt habiles ad baptismum, & huiusmodi habilitas vocatur spiritualis virtus inchoatiue. Et hinc apparet, q Deus qui ante consecrationem erat ecclesiæ præsens, sicut alijs rebus per præsentiam, essentiam & potẽtiam, sic postea præsens altari, Ecclesię, & alijs huiusmodi specialiter modo, sicue nouo instrumento ad excitandam reuerentiam & deuotionem circa diuinum cultum. Perducitur autem ad complemẽtum huiusmodi virtus, cum diuina huiusmodi assistentia actualiter vtitur re consecrata ad excitandam deuotionem, reuerentiam, vel aliquem alium effectum, ad quem res consecrata est faciendum. Consonate autem doctrinam hanc supradictis, & litteræ huic, & his quæ communiter opinamur de rebus inanimatis consecratis, facile patebit applicando, præterhoc q probabilis valde est.

¶ Et hæc de Eucharistia dicta pro nunc sufficiãt.



506 4.di.13.q.1.ar.2.q.5 & di.24.q.2.a.2.ad 9.

¶ 1 Sed contra est, quòd ea quæ per ecclesiam statuuntur, ab ipso Christo ordinantur, qui dicit. Matthæi.18. Vbicumque fuerint, duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum.

¶ Respondeo Dicendum, quòd in his quæ circunstant hoc sacramentum, duo considerantur: quorum vnum pertinet ad repræsentationem eorum, quæ circa dominicam passionem sunt acta: aliud autem pertinet ad reuerentiam huius sacramenti, in quo Christus secundum veritatem continetur, & non solum in figura. vnde & consecrationes adhibentur his rebus, quæ veniunt in vsum huius sacramenti: tum, propter sacramenti reuerentiam, tum ad repræsentandum effectum sacramenti*, qui ex passione Christi prouenit, secundum illud Hebræ. vltim. Iesus vt sanctificaret per suum sanguinem populum &c.

*Alias sanctitatis.

¶ Ad primvm ergo dicendum, quòd regulariter hoc sacramentum celebrari debet in domo, per quam significatur ecclesia, secundum illud primæ Timoth. 3. Vt scias quomodo oporteat te in domo Dei conuersari, quæ est ecclesia Dei viui: extra ecclesiam enim non est locus veri sacrificij, vt* Augustinus dicit. & quia ecclesia non erat concludenda sub finibus gentis iudaicæ, sed erat in vniuerso mundo fundanda, ideo passio Christi non est celebrata intra ciuitatem iudeorũ, sed sub dio, vt sic totus mundus se haberet

*In lib. sent. quæ ex Aug. decerpsit c. 15. com. 3. in fi.

¶ 2 Præte. In celebratione huius sacramenti debet ecclesia imitari morem Christi & apostolorum: sed domus, in qua primo Christus hoc sacramentum confecit, non fuit consecrata: sed fuit quoddam commune cœnaculum, à quodam patrefamilias præparatum, vt habetur Lucæ 22. Legitur etiam Actorum 2. quòd Apostoli erant perdurantes vnanimiter in templo, & frangentes circa domos panem, & sumebant cibum cum exultatione. ergo nec modo oportet domos esse consecratas, in quibus hoc sacramentum celebratur.

¶ 3 Præt. Nihil frustra in ecclesia fieri debet, quæ spiritusancto gubernatur, sed frustra videtur adhiberi consecratio ecclesiæ vel altari, & huiusmodi rebus inanimatis, quæ non sunt susceptiuæ gratiæ, vel spiritualis virtutis. Inconuenienter igitur huiusmodi consecrationes in ecclesia fiunt.

¶ 4 Præt. Solum diuina opera debent recoli cum quadam solennitate, secundum illud Psalm. 91. In operibus manuum tuarum exultabo: sed ecclesia vel altare opere humano consecratur, sicut & calix & ministri, & alia huiusmodi: sed horum consecrationes non recoluntur celebriter in ecclesia. ergo neque consecratio ecclesiæ vel altaris, cum solennitate recoli debet.

¶ 5 Præt. Veritas debet respondere figuræ: sed in veteri testamento, quod gerebat figuram noui, non fiebat altare de lapidibus sectis. dicitur enim Exod. 20. Altare de terra facietis mihi. quòd si altare lapideum feceris mihi, non ædificabis illud de sectis lapidibus. Exodi etiam 27. mandatur fieri altare de lignis sethim vestitis ære, vel etiam auro, vt habetur Exod. 25. ergo videtur inconuenienter obseruari in ecclesia, quòd altare fiat solum de lapide.

De cõse. di.1.c.Cõcedimus, ĩ medio illius.

beret ad passionem Christi, vt domus. & tamen, vt dicitur de consecratione, †distinct. 1. cap. concedimus. initiare positis si ecclesia defuerit, sub dio, seu intentorio si tabula altaris consecrata, ceteraque sacra mysteria ad id officium pertinentia, ibi affuerint, missarum solennia celebrari concedimus.

¶ Ad secundum dicendum, quòd domus, in qua hoc sacramentum celebratur, ecclesiam significat, sicut & ecclesia nominatur: quæ conuenienter consecratur, tum, ad repræsentandam sanctificationem, quam ecclesiæ consecuta est per passionem Christi, tum etiam ad significandam sanctitatem, quæ requiritur in his, qui hoc sacramentum suscipere debent. Per altare autem significatur ipse Christus, de quo dicit Apostolus Hebræ. vltim. Per ipsum offeramus hostiam laudis Deo. vnde & consecratio altaris significat sanctitatem Christi, de qua dicitur Lucæ. 1. Quod exte nascetur sanctum vocabitur filius Dei. vnde de consecratione distinct. prima dicitur †: Altaria placuit non solum vnctione chrismatis, sed etiam sacerdotali benedictione sacrari. & ideo regulariter non licet celebrare hoc sacramentum, nisi in domibus consecratis. Vnde sicut habetur de consecratione * distinct. 1. Nullus presbyter missas celebrare præsumat, nisi in consecratis ab Episcopo locis. Propter quod etiam, quia pagani non sunt de ecclesia, nec alij infideles, ideo eadem distinctione legitur †, Ecclesiam, in qua mortuorum cadauera infidelium sepeliuntur, sanctificare non licet: sed si apta videtur ad consecrandum, inde exulsis corporibus, & rasis parietibus vel tignis eius loci, rædificetur: sed si hæc consecrata prius fuerit, missas in ea celebrare licet, tamen si fideles fuerunt, qui in ea sepulti sunt. Propter necessitatem tamen potest hoc sacramentum peragi in domibus non consecratis, vel violatis: sed tamen de consensu Episcopi. vnde in eadem distinctione legitur †. Missarum solennia non vbique, sed in locis ab Episcopo consecratis, vel vbi ipse permiserit, celebranda esse censemus. Non tamen sine altari portatili consecrato. vnde in eadem distinct. legitur †: Concedimus si ecclesiæ fuerint incensæ, vel combustæ in Capellis cum tabula consecrata, missas iterum celebrari. quia enim sanctitas Christi fons est totius ecclesiasticæ sanctitatis, ideo in necessitate sufficit ad peragendum hoc sacramentum, altare sanctificatum. Propter quod etiam numquam ecclesia sine altari consecratur: tamen sine ecclesia quandoque consecratur altare cum reliquijs sanctorum, quorum vita abscondita est cum Christo in Deo, Vnde in eadem distinctione legitur *, Placuit vt altaria, in quibus nullum corpus aut reliquiæ martyris conditæ probantur, ab Episcopis, qui eisdem locis præsunt, si fieri potest, euertantur.

* De cõse. di.1.c.altaria in 2.

* De cõse. di.1.c.Nullus presbyter.

De cõse. di.1.c.Ecclesiam.

* De cõse. di.1.c.Missarum.

Ead.dis.1. conse.c.cõcedimus.

* De cõse. di.1.c.Placuit.

¶ Ad tertium dicendum, quòd Ecclesia, & altare, & alia huiusmodi inanimata, consecrantur, non quia sint gratiæ susceptiua, sed quia ex consecratione adipiscuntur quandam spiritualem virtutem, per quam apta redduntur diuino cultui, vt scilicet homines deuotionem quandam exinde percipiant, vt sint paratiores ad diuina, nisi hoc propter irreuerentiam impediatur. vnde & 2. Machabæorum 3. dicitur. Verè Dei virtus quædam est in loco iam ipse qui habet in cælis habitationem, visitator & adiutor est loci illius. Et inde est, quòd huiusmodi ante consecrationem emundantur & exorcizantur, vt exinde virtus inimici pellatur. Et eadem ratione ecclesiæ, quæ sanguinis effusione, aut cuiuscumque semine pollutæ fuerint, reconciliantur: quia per peccatum ibi commissum, apparet ibi aliqua operatio inimici. Propter quod etiam in eadem distinctione legitur † : Ecclesias Arrianorum vbicumque inueneritis catholicas, eas diuinis precibus & operibus absque vlla mora consecrate. Vnde & quidam probabiliter dicunt, quòd per ingressum ecclesiæ consecratę homo consequitur remissionem peccatorum venialium, sicut & per aspersionem aquæ benedictæ: inducentes quod in Psalm. 84. dicitur, Benedixisti Domine terram tuam, remisisti iniquitatem plebis tuæ. & ideo propter virtutem, quæ ex consecratione ecclesiæ acquiritur, consecratio ecclesiæ non iteratur. vnde in eadem distinctione ex concilio Nicæno legitur †: ecclesijs semel Deo consecratis, non debet iterum consecratio adhiberi, nisi aut ab igne exustæ, aut sanguinis effusione, aut cuius quam semine pollutæ fuerint: quia sicut infans à qualicumque sacerdote in nomine Patris, & Filij, & Spiritussancti semel baptizatus, non debet iterum baptizari; ita nec locus Deo dicatus, est iterum consecrandus, nisi propter causas quas superius nominauimus: si tamen fidem sanctæ Trinitatis tenuerint qui consecrauerunt, alioquin qui sunt extra ecclesiam, consecrare non possunt: sed sicut in eadem distinct. legitur, † Ecclesiæ vel altaria, quæ ambigua sunt de consecratione, consecrentur. Propter hoc etiam, quòd aliquam spiritualem virtutem adipiscuntur per consecrationem, in eadem distinctione statutum legitur †: Ligna ecclesiæ dedicata non debent ad aliud opus iungi, nisi ad aliam ecclesiam, vel igni comburenda, vel ad profectum in monasterio fratribus: in laicorum autem opera non debent admitti. & ibidem legitur †: Altaris palla, cathedra, candelabrum, & velum, si fuerint vetustate consumpta, incendio dentur: cineres quoque eorum in baptisterio inferantur, aut in pariete, aut in fossis pauimentorum iactentur, ne intro euntium pedibus inquinentur.

* De cõse. di.1.c.Ecclesijs semel.

* De cõse. di.1.c. Ecclesiæ vel alt.

Ca. Ligna ecclesiæ.

* De cõse. di.1.c.Altaris palla.

¶ Ad quartum dicendum, quòd quia consecratio altaris repræsentat sanctitatem Christi, consecratio verò domus sanctitatem totius ecclesiæ: ideo conuenientius recolitur cum sanctitate & solennitate consecratio ecclesiæ vel altaris, quàm aliorum quæ consecrantur. Propter quod etiam octo diebus solennitas dedicationis agitur, ad significandam beatam resurrectionem Christi & membrorum ecclesiæ. Nec est opus solius hominis consecratio ecclesiæ & altaris, cum habeat spiritualem virtutem. vnde de consecratione distin. eadem dicitur †: Solennitates dedicationum ecclesiarum per singulos annos, solenniter sunt celebrandæ: quòd autem octo diebus cncænia sint celebranda, in lib. Reg. perfecta dedicatione templi, reperies, scilicet 3. Reg. 8.

* De cõse. di.1.c. Solẽnitate.

¶ Ad quintum dicendum, quòd sicut legitur de consecratione *, distinctione prima: altaria, si non sint lapidea, Chrismatis vnctione non consecrentur. Quod quidem competit & significationi huius sacramenti: tum, quia altare significat Christum, dicitur autem primæ Corinthiorum decimo: Petra autem erat Christus: tum etiam, quia corpus Christi in sepulchro lapideo fuit reconditum. Competit etiam quo ad vsum sacramenti: lapis enim & solidius est, & de facili potest inueniri vbique: quod non erat necessarium in veteri lege, vbi fiebat in vno loco altare. Quòd autem mandatur altare fieri de terra, vel de lapidibus insectis, fuit ad idolatriam remouendam.

* De cõse. di.1.c. Altaria habebitur hoc totum.

¶ Ad sextum dicendum est, quòd sicut in distinctione eadem dicitur cap. Vasa. † quondam sacerdotes non aureis, sed ligneis calicibus vtebantur. Zepherinus autem Papa patenis vitreis missam celebrari constituit, deinde Vrbanus omnia fecit argentea. Postmodum autem statutum est, vt calix Domini cum patena, siue ex auro omnino siue ex argento fiat, vel saltem stanneus calix habeatur de ære autem, aut ex aurichalco non fiat, quia hoc vini virtute æruginem parit, pariterque vomitum prouocat. Nullus autem in ligneo seu vitreo calice præsumat missam cantare: quia scilicet lignum porosum est, & sanguis consecratus in eo remaneret? vitrum autem fragile est, & posset fractionis periculum imminere, & eadem ratio est de lapide, & ideo propter reuerentiam sacramenti statutum est, vt ex prædictis materiis calix fiat.

¶ Ad septimum dicendum, quòd vbi potuit sine periculo fieri, ecclesia statuit circa hoc sacramentum id, quod ex

Universidad de Deusto
Biblioteca

expressius repræsentat passionem Christi. Non erat autem tantum periculum circa corpus, quod ponitur in corporali sicut circa sanguinem, qui continetur in calice. & ideo licet calix non fiat de petra: corporale tamen fit de panno lineo, quo corpus Christi fuit inuolutum. vnde in epistola Siluestri Papæ in eadem distinctione legitur,† Consulto omnium statuimus, vt sacrificium altaris non in serico panno aut intincto, quisquam celebrare missam præsumat, sed in panno lineo ab Episcopo consecrato, sicut corpus Christi in sindone linea & munda sepultum fuit. Competit etiam pannus lineus propter sui munditiam, ad significandam conscientiæ puritatem: & propter multiplicem laborem, quo talis pannus præparatur, ad significandam Christi passionem,

* De cõse. di. 1. c. Cõsulto.

¶ Ad octauum dicendum, quòd dispensatio sacramentorum pertinet ad ministros ecclesiæ: sed consecratio eorum est ab ipso Deo, & ideo ministri ecclesiæ non habent aliquid statuere circa formam consecrationis: sed circa vsum sacramenti, & modum celebrandi. & ideo si sacerdos verba consecrationis proferat super materia debita, cum intentione consecrandi, absque omnibus prædictis. scilicet domo & altari, calice, & corporali consecratis, & cæteris huiusmodi per ecclesiam institutis, consecrat qui dem in rei veritate corpus Christi: peccat tamen grauiter, ritum ecclesiæ non seruans.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum conuenienter ordinentur ea, quæ circa hoc sacramentum dicuntur.

507 4. di. 1 q. 1 art. 5. q. 1. ad 2. Et di. 8. in expo. lit. Et dist. 23. i expo. lit. prin. & di. 15. q. 4. art. 3. q. 1. co. Et 1 Timo. 2. lect. 1.

AD Quartum sic proceditur. Videtur quòd inconuenienter ordinentur ea, quæ circa hoc sacramentum dicuntur. Hoc enim sacramentum verbis Christi consecratur, vt Ambros. dicit in lib. de Sacramentis. Non ergo debent aliqua alia in hoc sacramento dici, quàm verba Christi.

¶ 2 Præt. Verba & facta Christi nobis per euangelium innotescunt: sed quædam dicuntur circa consecrationem huius sacramenti, quæ in euangeliis non ponuntur: non enim legitur in euangelio quòd Christus in consecratione huius sacramenti, oculos ad cælum leuauerit. similiter etiam in euangeliis dicitur: Accipite, & comedite, nec ponitur omnes, dum in celebratione huius sacramenti dicatur: Eleuatis oculis in cælum: & iterum, Accipite & manducate ex hoc omnes. inconuenienter ergo huiusmodi verba dicuntur in celebratione huius sacramenti.

¶ 3 Præt. Omnia sacramenta ordinantur ad salutem fidelium: sed in celebratione aliorum sacramentorum non fit communis oratio pro salute fidelium defunctorum. ergo inconuenienter fit in hoc sacramento.

¶ 4 Præt. Baptismus dicitur specialiter fidei sacramentum, ea ergo quæ pertinent ad institutionem fidei, magis debent circa baptismum tradi, quàm circa hoc sacramentum, sicut doctrina apostolica & euangelica.

¶ 5 Præt. In omni sacramento exigitur deuotio fidelium. non ergo magis in hoc sacramento, quàm in aliis debet excitari deuotio fidelium per laudes diuinas, & per admonitiones, puta cum dicitur, Sursum corda.

Q. 82. ar. 1

¶ 6 Præt. Minister huius sacramenti est sacerdos, vt dictum est † Omnia ergo quæ in hoc sacramento dicuntur, à sacerdote dici deberent, & non quædam à ministris, quædam à choro.

¶ 7 Præt. Hoc sacramentum per certitudinem operatur virtus diuina. Superfluè ergo sacerdos petit huius sacramenti perfectionem, cum dicit, Quam oblationem tu Deus in omnibus &c.

¶ 8 Præt. Sacrificium nouæ legis multo est excellentius quàm sacrificium antiquorum patrum. Inconuenienter ergo Sacerdos petit, quòd hoc sacrificium habeatur sicut sacrificium Abel, Abrahæ, & Melchisedec.

¶ 9 Præt. Corpus Christi, sicut non incipit esse in hoc sacramento per loci mutationem (vt supra dictum est*) ita etiam nec esse desinit. inconuenienter ergo sacerdos petit, Iube hoc perferri per manus sancti angeli tui in sublime altare tuum.

Q. 75. ar. 2.

¶ SED CONTRA est, quòd dicitur de consecratione distinct. 1. Iacobus frater Domini secundum carnem, & Basilius Cæsariensis episcopus * ediderunt missæ celebrationem. ex quorum auctoritate patet conuenienter singula circa hoc dici.

* De cõse. di. 1. c. Iacobus frater Domini. Alias i ferius ediderũt nobis.

¶ Respondeo Dicendum, quòd quia in hoc sacramento totum mysterium nostræ salutis comprehenditur, ideo præcæteris sacramentis cum maiori solennitate agitur. & quia scriptum est Ecclesiast. 4. Custodi pedem tuum ingrediens domum Domini, & Ecclesiast. 18. Ante orationem præpara animam tuam, ideo ante celebrationem huius mysterii, primo quidem præmittitur præparatio quædam, ad dignè agenda ea quæ sequuntur. Cuius præparationis prima pars est laus diuina, quæ fit in introitu, secundum illud Psal. 49. Sacrificium laudis honorificabit me, & illiciter, quo ostendam illi salutare Dei. Et sumitur hoc, vt pluries de Psalmis, vel saltem cum Psalmus cantatur, quia vt † Dion. dicit in 3. cap. Eccles. hierar. Psalmi comprehendunt per modum laudis, quicquidin sacra scriptura continetur. Secunda pats continet commemorationem præsentis miseriæ, dum misericordia petitur, dicendo, Kyrie eleison, ter quidem pro persona Patris, ter autem pro persona Filii, cum dicitur Christe eleison, & ter pro persona Spiritussancti, cum subditur Kyrie eleison, contra triplicem miseriam, ignorantiæ, culpæ, & pœnæ, vel ad significandum quòd omnes personæ sunt in se inuicem. Tertia autem pars commemorat cælestem gloriam, ad quam tendimus post præsentem vitam & miseriam, dicendo, Gloria in excelsis Deo, quæ cantatur in festis, in quibus commemoratur cæleſtis gloria: intermittitur autem in officiis luctuosis, quæ ad commemorationem miseriæ pertinent. Quarta autem pars continet orationem, quam sacerdos pro populo facit, vt digni habeantur tantis mysteriis. Secundo, autem præmittitur instructio fidelis populi, quia hoc sacramentum est mysterium fidei, vt supra habitum est: * quæ quidem instructio dispositiuè quidem fit per doctrinam prophetarum & apostolorum, quæ in ecclesia legitur per lectores & subdiaconos. Post quam lectionem, cantatur a choro graduale quod significat profectum vitæ, & alleluia, quod significat spiritualem exultationem, vel tractus in officiis luctuosis, qui significat spiritualem gemitum: hæc enim consequi debent in populo ex prædicta doctrina. Perfectè autem populus instruitur per doctrinam Christi in euangelio contentam, quæ à summis ministris legitur, scilicet a Diaconibus. & quia Christo credimus tamquam diuinæ veritati (secundum illud Ioan. 8. Si veritatem dico vobis, quare non creditis mihi?) lecto euangelio, symbolum fidei cantatur, In quo populus ostendit, se per fidem Christi doctrinæ assentire. Cantatur autem hoc symbolum in festis, de quibus fit aliqua mentio in symbolo, sicut in festis Christi & beatæ Virginis & apostolorum (qui hanc fidem fundauerunt) & aliis huiusmodi. Sic igitur populo præparato & instructo, consequenter acceditur ad celebrationem mysterii, quod quidem & offertur vt sacrificium, & consecratur, & sumitur vt sacramentum. Vnde primo peragitur oblatio: secundo consecratio materiæ oblatæ: tertio eiusdem perceptio. Circa oblationem verò duo aguntur, scilicet laus populi in cantu offertorii (per quod significatur lætitia offerentium) & oratio sacerdotis, qui petit vt oblatio populi sit Deo accepta, (vnde & 1. Paralipome. 29. dixit Dauid,

Q. 77. ar. 3.

Ca. 2. Eccl. hierar. inter princip. & medium.

Ego

Ego in simplicitate cordis mei lætus obtuli vniuersa hæc, & populum tuum qui hic repertus est, vidi cum ingenti gaudio tibi offerre donaria) & postea orat dicens: Domine Deus custodi hanc voluntatem. Deinde circa consecrationem, quæ supernaturali virtute agitur, primo excitatur populus ad deuotionem in præfatione, vnde & mouetur sursum corda habere ad Dominum. & ideo finita præfatione, populus deuote laudat diuinitatem Christi, cum angelis dicens, Sanctus, Sanctus, Sanctus: & humanitatem cum pueris dicens, Benedictus qui venit. Deinde sacerdos secreto commemorat, primo quidem pro quibus hoc sacrificium offertur, scilicet pro vniuersali ecclesia, & pro his qui in sublimitate sunt constituti 1. Timot. 2. & specialiter quosdam qui offerunt, vel pro quibus offertur. Secundo, commemorat sanctos, quorum patrocinia implorat, pro prædictis, cum dicit, communicantes & memoriam venerantes &c. Tertio, petitionem concludit cum dicit, vt hæc oblatio sit illis pro quibus offertur, salutaris. Deinde accedit ad ipsam consecrationem, in qua primo petit consecrationis effectum, cum dicit, quam oblationem tu Deus &c. Secundo consecrationem peragit per verba Saluatoris, cum dicit, Qui pridie &c. Tertio, excusat præsumptionem per obedientiam ad mandatum Christi, cum dicit, Vnde & memores. Quarto petit hoc sacrificium peractum, esse Deo acceptum, cum dicit: Supra quæ propitio &c. Quinto, petit huius sacrificij & sacramenti effectum. Primo quidem, quantum ad ipsos sumentes, cum dicit: Supplices te rogamus. Secundo, quantum ad mortuos, qui iam sumere non possunt, cum dicit: memento etiam Domine &c. Tertio, specialiter quantum ad ipsos sacerdotes offerentes, cum dicit, Nobis quoque peccatoribus &c. Deinde agitur de perceptione sacramenti, & primo præparatur populus ad percipiendum, primo quidem, per orationem communem totius populi (quæ est oratio dominica, in qua petimus panem quotidianum nobis dari) & etiam priuatam, quam specialiter sacerdos pro populo offert, cum dicit: Libera nos quæsumus Domine &c. Secundo, præparatur populus per pacem, quæ datur dicendo, Agnus Dei. Est enim hoc sacramentum vnitatis & pacis, vt supra dictum est †. In missis tamen defunctorum, in quibus sacrificium offertur, non pro pace præsenti, sed pro requie mortuorum, pax intermittitur. Deinde sequitur perceptio sacramenti, primo percipiente sacerdote, & postmodum aliis dante: quia vt * Dionys. dicit 3. c. Eccl. hierar. ille qui aliis diuina tradit, primo debet ipse particeps esse. Vltimo autem tota missæ celebratio in gratiarum actione terminatur, populo exultante pro sumptione mysterii (quod significat cantus post communionem) & sacerdote per orationem gratias offerente, sicut & Christus celebrata cœna cum discipulis hymnum dixit, vt dicitur Mat. 26.

Q. 79. ar. 1. & q. 73. ar. 4.

Ca. 3. eccl. hierar. nõ multũ procul a fine.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd consecratio solis verbis Christi conficitur: alia verò necesse est adderead præparationem populi sumentis, sicut dictum est†.

In cor. initio.

¶ Ad secundum dicendum, quòd sicut dicitur Ioannis vltimo, Multa sunt à Domino facta vel dicta quæ Euangelistæ non scripserunt: inter quæ fuit hoc, quòd Dominus in cœna oculos leuauit in cælum: quòd tamen Ecclesia ex traditione Apostolorũ habuit. Rationabile. n. videtur, vt qui in suscitatione Lazari (vt habetur Ioã. 11.) & in oratione, quã pro discipulis fecit, Io. 17. oculos leuauit ad Patrẽ, in huius sacramenti institutione multo magis hoc fecerit, tam quam in re potiori. Quod autem dicitur, Manducate & comedite, non differt quantum ad sensum: nec multum refert quid dicatur, præsertim cum verba illa non sint de forma, vt supra dictum est†. Quod autem additur, omnes intelligitur in verbis euãgelii: licet non exprimatur: quia ipse dixerat Ioan. 6. Nisi manducaueritis carnem filii hominis, non habebitis vitam in vobis.

Q. 77. ar. 3 & art. 1. ad 2. argum.

¶ Ad tertium dicendum, quòd eucharistia est sacramẽtum totius ecclesiasticæ vnitatis. & ideo specialiter in hoc sacramento magis, quàm in aliis debet fieri mentio de omnibus, quæ pertinent ad salutem totius ecclesiæ.

¶ Ad quartum dicendum, quòd instructio fidei est duplex. Vna, quæ fit nouiter imbuendis. s. catechumenis: & talis instructio fit per * baptismũ. Alia aũt est instructio, qua instruitur fidelis populus, qui cõmunicat huic mysterio, & talis instructio fit in hoc sacramẽto: & tũ ab hac instructione non repelluntur ẽt catechumeni & infideles. vnde dicitur de consecr. dist. 1. * Episcopus nullum prohibeat ingredi ecclesiam, & audire verbũ Dei, siue gentilem, siue hæreticum siue iudæum, vsque ad missam catechumenorum, in qua scilicet continetur instructio fidei.

Alias circa.

* De cõse. dist. 1. cap. Epis.

¶ Ad quintum dicendũ, quòd in hoc sacramento, & maior deuotio requiritur quàm in aliis sacramẽtis (propter hoc quòd in hoc sacramento totus Christus continetur) & etiam cõmunior; quia in hoc sacramento requiritur deuotio totius populi, pro quo sacrificium offertur, & non solum percipientium sacramentum, sicut in aliis sacramẽtis. & ideo vt † Cyprianus dicit, Sacerdos præfatione præmissa parat fractum mentes, dicendo: sursum corda, vt dum respondet plebs, habemus ad Dominum, admoneatur nihil aliud se, quàm Deum cogitare debere.

* In lib. de ordi. Domini. non multũ remote ante finem.

¶ Ad sextum dicendũ, quòd in hoc sacramẽto (sicut dictum est) † tanguntur ea quæ pertinent ad totã ecclesiã. & ideo quædã dicuntur à choro, quæ pertinẽt ad populũ: quorũ quædam chorus totaliter prosequitur, quæ. s. toti populo inspirantur, quædã verò populus prosequitur, sacerdote inchoante, qui personam Dei gerit in signum, quòd talia per uenerunt ad populũ ex reuelatione diuina, sicut fides & gloria cæleſtis, & ideo sacerdos inchoat Symbolum fidei, & Gloria in excelsis Deo. Quædã verò dicuntur per ministros, sicut doctrina veteris & noui testamenti, in signũ quòd per ministros à Deo missos, est doctrina hæc populis annuntiata. Quædam verò sacerdos solus prosequitur: quæ. s. ad proprium officium sacerdotis pertinent, vt. s. dona & preces offerat pro populo, sicut dicitur Hebr. 5. In his tamen quædã dicit publicè, s. quæ pertinent & ad sacerdotem, & ad populũ, sicut sunt orationes cões: quædam verò pertinẽt ad solũ sacerdotẽ, sicut oblatio & consecratio; & ideo quæ circa hæc sunt dicenda, occultè à sacerdote dicuntur. In vtrisque tamen excitat attentionem populi dicẽdo, Dominus vobiscum, & expectat assensum dicentium, Amen. & ideo etiam in his quæ secretè dicuntur, publicè præmittit, Dominus vobiscum. & subiungit, Per omnia sæcula sæculorum. Vel secretè aliqua sacerdos dicit, in signum, quòd circa Christi passionem discipuli, non nisi occultè confitebantur Christum.

In lib. de ordi. Domini. non multũ remote ante finem. In solu. ad 3. argu. in isto art.

¶ Ad septimum dicendum, quòd efficacia verborũ sacramentaliũ impediri potest per intentionẽ sacerdotis: nec tamen est inconueniens, quòd à Deo petamus id, quòd certissimè scimus ipsum facturũ, sicut Christus Io. 17. petiit suã clarificationẽ, Nontamẽ videtur ibi sacerdos orare, vt cõsecratio impleatur, sed vt nobis fiat fructuosa. Vñ signanter dicit, Vt nobis corpus & sanguis fiat. & hoc significãt verba, quæ præmittit dicens: Hanc oblationem facere digneris benedictã, secundum† Augustinũ, idest, per quam benedicamur, s. per gratiã ascriptam, idest, per quã in cælo ascribamur: ratam, idest, per quã de visceribus Christi esse censeamur: rationabilem, idest, per quam à bestiali sensu exuamur: acceptabilem, vt qui nobis ipsis displicemus, per hanc acceptabiles eius vnico filio simus.

De consec. dist. 2. c. Vtrum sub. a medio.

¶ Ad octauum dicendũ, quòd licet hoc sacramentũ ex seipso præferatur omnibus antiquis sacrificiis: tamẽ sacrificia antiquorũ fuerunt Deo acceptissima ex eorũ deuotione: Petit ergo sacerdos, vt sic hoc sacrificiũ acceptetur à Deo ex deuotione offerentium, sicut illa accepta fuerunt Deo.

¶ Ad nonum dicendum, quòd sacerdos non petit, neque quòd species sacramentales deferantur in cælum, neque corpus Christi verum, quod ibi esse nen desinit; sed petit hoc pro corpore mystico (quod scilicet

Universidad de Deusto
Biblioteca

in hoc sacramento significatur) vt scilicet orationes sacerdotis & populi angelus assistens diuinis mysterijs, Deo repræsentet, secundum illud Apocalyps. 8. Ascendit fumus incensorum de oblationibus sanctorum de manu angeli. Sublime autem altare Dei dicitur, vel ipsa ecclesia triumphans, in quam transferri petimus, vel ipse Deus, cuius participationem petimus: de hoc enim altari dicitur Exod. 20. Non ascendes ad altare meum per gradus, idest, in Trinitate gradus non facies. Vel per Angelum intelligitur ipse Christus, qui est magni concilij Angelus, qui corpus suum mysticum Deo patri coniungit, & ecclesiæ triumphanti. & propter hoc etiam missa nominatur: quia per angelum sacerdos preces ad Deum mittit, sicut populus per sacerdotem: vel quia Christus est hostia nobis missa à Deo. vnde & in fine missæ Diaconus in festiuis diebus populum licentiat, dicens: Ite, missa est, scilicet hostia ad Deum per angelum, vt scilicet sit Deo accepta.

Articvlvs V.

Vtrum ea quæ in celebratione huius sacramenti aguntur, sint conuenientia.

[508 4.sent.dis. 12.q.1.expo. lit. Et opu. 65.ca.5. Et opu. 66. p totum.] AD quintum sic proceditur. Videtur quòd ea quæ in celebratione huius Sacramenti aguntur non sint conuenientia. Hoc enim sacramentum ad nouum testamentum pertinet, vt ex forma ipsius apparet. In nouo autem testamento non sunt obseruandæ cæremoniæ veteris testamenti, ad quas pertinebat quòd sacerdos & ministri aqua lauabantur, quando accedebant ad offerendum: legitur enim Exod. 30. Lauabunt Aaron & filij eius manus suas ac pedes, quando ingressuri sunt tabernaculum testimonij; & quando accessuri sunt ad altare. non est ergo conueniens, quòd sacerdos lauet manus suas inter missarum solennia.

¶ 2 Præt. Ibidem Dominus mandauit, quòd Aaron adoleret incensum suaue fragrans super altare, quod erat ante propitiatorium: quod etiam pertinebat ad cæremonias veteris testamenti. inconuenienter ergo in missa sacerdos thurificatione vtitur.

¶ 3 Præt. Ea quæ in sacramentis ecclesiæ aguntur, non sunt iteranda. Inconuenienter igitur Sacerdos multoties iterat cruce signationes super hoc sacramentum.

¶ 4 Præt. Apostolus dicit Hebr. 7. Sine vlla contradictione, quod minus est, à maiori benedicitur: sed Christus qui est in hoc sacramento, post consecrationem est multo maior sacerdote. inconuenienter igitur sacerdos post consecrationem, benedicit hoc sacramentum, cruce signando.

¶ 5 Præ. In sacramento ecclesiæ nihil debet fieri, quod ridiculosum videatur. Videtur autem ridiculosum gesticulationes facere, ad quas pertinere videtur, quòd sacerdos quandoque brachia extendit, manus iungit, digitos complicat, & seipsum * inclinat. ergo hoc non debet fieri in hoc sacramento.

[*Alias inuruat.]

¶ 6 Præt. Ridiculosum etiam videtur, quòd sacerdos multoties se ad populum vertit, & multoties populum salutet. non ergo debent hæc fieri in celebratione huius sacramenti.

¶ 7 Præt. A posto. 1. Corinth. 1. pro inconuenienti habet, quòd Christus diuisus sit: sed, post consecrationem Christus est in hoc sacramento. inconuenienter ergo hostia frangitur à sacerdote.

¶ 8 Præt. Ea quæ in hoc sacramento aguntur, passionem Christi repræsentant: sed in passione Christi corpus fuit diuisum in locis quinque vulnerum. ergo corpus Christi in quinque partes frãgi deberet magis, quàm in tres.

¶ 9 Præ. Totum corpus Christi in hoc sacramento seorsum consecratur à sanguine. Inconuenienter ergo vna pars eius sanguini miscetur.

¶ 10 Præt. Sicut corpus Christi proponitur in hoc sacramento vt cibus, ita & sanguis Christi vt potus: sed sumptioni corporis Christi non adiungitur in celebratione missæ alius corporalis cibus. inconuenienter igitur sacerdos post sumptionem sanguinis Christi, vinum non consecratum sumit.

¶ 11 Præt. Veritas debet respondere figuræ: sed de agno paschali, qui fuit figura huius sacramenti, mãdatur quòd non remaneret ex eo quicquam vsque mane. inconuenienter igitur hostiæ consecratæ reseruantur, & non statim sumuntur.

¶ 12 Præt. Sacerdos pluraliter loquitur audientibus, cum dicit, Dominus vobiscum, & Gratias agamus: sed inconueniens videtur pluraliter loqui vni soli & maximè minori. ergo inconueniens videtur, quòd sacerdos vno tantum ministro præsente, celebret missam. Sic igitur videtur, quòd inconuenienter aliqua agantur in celebratione huius sacramenti.

¶ Sed in contrarium est, ecclesiæ consuetudo, quæ errare non potest: vtpote Spiritu sancto instructa.

¶ Respondeo Dicendum, quòd (sicut supra dictum est*) in sacramentis dupliciter aliquid significatur, scilicet verbis & factis, ad hoc quòd sit perfectior significatio. Significantur autem verbis in celebratione huius sacramenti, quædam pertinentia ad passionem Christi, quę repræsentatur in hoc sacramento, vel etiam ad corpus mysticum, quod significatur in hoc sacramento, & quædam pertinentia ad vsum huius sacramenti, qui debet esse cum deuotione & reuerentia. & ideo in celebratione huius mysterij quædam aguntur ad repræsentandam passionem Christi, vel etiam dispositionem corporis mystici, & quædam aguntur pertinentia ad deuotionem, & reuerentiam huius sacramenti.

[*Quæst. 60. ar. 5. & 6.]

¶ Ad primvm ergo dicendum, quòd ablutio manuum fit in celebratione missæ, propter reuerentiam huius sacramenti. & hoc dupliciter. Primo, quidem, quia aliqua pretiosa tractare non consueuimus, nisi manibus ablutis. vnde indecens videtur, q̃ ad tantum sacramentum aliquis accedat manibus etiam corporaliter inquinatis. Secundo, propter significationem: quia vt Dionys.* dicit 3. eccles. hierar. extremitatum ablutio significat emundationem etiam à minimis peccatis, secundum illud Ioan. 13. Qui lotus est, non indiget nisi vt pedes lauet & talis emundatio requiritur ab eo, qui accedit ad hoc sacramentum: quòd etiam significatur per confessionem, quæ fit ante introitum missæ. & hoc idem significabat ablutio sacerdotum in veteri lege, vt ibidem Diony.* dicit. Nec tamen ecclesia hoc seruat tanquam cæremoniale veteris legis præceptum, sed quasi ab ecclesia institutum, sicut quiddam secundum se conueniens. & ideo non eodem modo obseruatur sicut tunc: prætermittitur enim pedum ablutio, & seruatur ablutio manuum, quæ potest fieri magis in promptu, * & quæ sufficit ad significandam perfectam mundationem. Cum enim manus sit organum organorum (vt dicitur tertio de anima*) omnia opera attribuuntur manibus, vnde in Psalm. 23. dicitur, Lauabo inter innocentes manus meas.

[De manuũ & digitorũ ablutione.] [*Ca. 3. eccle. hierar. a medio fi lius.]

¶ Ad secundum dicendum, q̃ etiam thurificatione nó vtimur quasi cæremoniali præcepto legis, sed sicut ecclesiæ statuto. vnde non eodem modo vtimur, sicut in lege veteri erat statutũ. Pertinet autem ad duo. Primo quidem ad reuerentiam huius sacramenti, vt s. per bonum odorem depellatur si quid corporaliter praui odoris in loco fuerit, quod posset prouocare horrorem. Secundo, pertinet ad repræsentandum effectum gratiæ, qua sicut bono odore Christus plenus fuit (secundum illud Gen. 27. ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni) & à Christo deriuatur

riuantur ad fideles officio ministrorum, secundum illud 2. Cori. 2. Odorem notitiæ suæ spargit per nos in omni loco, & ideo vndique thurificato altari, per quod Christus designatur, thurificantur omnes per ordinem.

[De crucis variæ in missa signi ficatione.]

¶ Ad tertium dicendum, quòd sicut dictum est in celebratione missæ vtitur crucesignatione, ad exprimendam passionem Christi, quæ ad crucem est terminata. Est autem passio Christi quibusdam quasi gradibus peracta. Nam primo fuit Christi traditio, quæ facta est à Deo, Iuda, & Iudæis: quod significat trina crucesignatio, supra illa verba, Hæc dona, hæc munera, hæc sancta sacrificia illibata. Secundo fuit Christi venditio. est autem venditus sacerdotibus, scribis & phariseis. Ad quod significandum fit iterum trina crucesignatio super illa verba, Benedictam, ascriptam, ratam. Vel ad ostendendum pretium venditionis, scilicet triginta denarios. Additur autem & duplex super illa verba, Vt nobis corpus & sanguis &c. ad designandam personam Iudæ venditoris & Christi venditi. Tertio autem, fuit præsignatio passionis Christi facta in cœna. Ad quod designandum fiunt tertio duæ cruces, vna in consecratione corporis, alia in consecratione sanguinis. vbi vtrobique dicitur, Benedixit. Quarto autem fuit ipsa passio Christi. vnde ad repræsentandum quinque plagas Christi, fit quarto quintuplex crucesignatio super illa verba, Hostiam puram, hostiam sanctam, hostiam immaculatam, panem sanctum vitæ æternæ, & calicem salutis perpetuæ. Quinto, repræsentatur extensio corporis & effusio sanguinis, & fructus passionis per trinam crucesignationem, quæ fit super illis verbis, Corpus & sanguinem sumpserimus, omni benedictione &c. Sexto, repræsentatur triplex oratio, quam fecit in cruce. Vnam pro persecutoribus, cum dixit, Pater ignosce illis. Secundam pro liberatione à morte, cum dixit, Deus meus Deus meus, vt quid dereliquisti me? Tertia pertinet ad adeptionem gloriæ, cum dixit, Pater in manus tuas commendo spiritum meum. Et ad hoc significandum, fit trina crucesignatio super illa verba, Sanctificas, viuificas, benedicis &c. Septimo, repræsentantur tres horæ, quibus pependit in cruce scilicet a sexta vsque ad horam nonam. & ad hoc consignificandum fit iterum trina crucesignatio ad illa verba, Per ipsum, & cum ipso, & in ipso. Octauo autem repræsentatur separatio animæ à corpore per duas cruces subsequenter extra calicem factas. Nono autem repræsentatur resurrectio tertia die facta, per tres cruces, quæ fiunt ad illa verba, Pax Domini sit semper vobiscum. Potest autem breuius dici, quòd consecratio huius sacramenti, & acceptatio huius sacrificii, & fructus ipsius procedit ex virtute crucis Christi. & ideo vbicumque fit mentio de aliquo horum, sacerdos crucesignatione vtitur.

¶ Ad quartum dicendum, quòd sacerdos post consecrationem non vtitur crucesignatione ad benedicendum & consecrandum, sed solum ad commemorandam virtutem crucis & modum passionis Christi, vt ex dictis patet*.

[In solut. præced.]

¶ Ad quintum dicendum, quòd ea quæ sacerdos in missa facit, non sunt ridiculosæ gesticulationes: fiunt enim ad aliquid repræsentandum. Quòd enim sacerdos brachia extendit post consecrationem, significat extensionem brachiorum Christi in cruce. Leuat etiam manus orando, ad designandum quòd oratio eius dirigitur pro populo ad Deum, secundum illud Thren. 3. Leuemus corda nostra cum manibus ad Dominum in cælos. & Exod. 17. dicitur, quòd cum leuaret Moyses manus, vincebat Israel. Quòd autem manus interdum iungit, & se inclinat, est supplicite & humiliter orantis, & designat humilitatem & obedientiam Christi, ex qua passus est. Digitos autem iungit post consecrationem, scilicet pollicem cum indice, quibus corpus Christi consecratum tetigerat, vt si qua particula digitis adhæserit, non dispergatur, quod pertinet ad reuerentiam sacramenti.

¶ Ad sextum dicendum, quòd quinquies se sacerdos vertit ad populum, ad significandum quòd Dominus die resurrectionis quinquies se manifestauit, vt supra dictum est* in tractatu de resurrectione Christi. Salutat autem septies populum scilicet quinque vicibus, quibus se conuertit ad populum, & bis quando se non conuertit (scilicet cum ante præfationem dicit, Dominus vobiscũ, & cum dicit, Pax Domini sit semper vobiscum) ad designandum septiformem gratiam Spiritus sancti: Episcopus autem celebrans in festis, in prima salutatione dicit, Pax vobis, quod post resurrectionem discipulis dixit Dominus, cuius personam repræsentat præcipuè episcopus.

[*q. 55. ar. 3. arg. 3.]

¶ Ad septimum dicendum, quòd fractio hostiæ tria significat: primo quidem ipsam diuisionem corporis Christi, quæ facta est in passione: secundo distinctionem corporis mystici secundum diuersos status: tertio distributionem gratiarum procedentium ex passione Christi, vt Diony.* dicit 3. c. eccles. hierar. vnde talis fractio non inducit diuisionem Christi.

[*Ca. 3. eccl. hierar. a medio.]

¶ Ad octauum dicendum, quòd sicut Sergius papa dicit* (& habetur de consecr. distinct. 2.) triforme est corpus Domini. Pars oblata in calicem missa, corpus Christi quod iam resurrexit, monstrat scilicet ipsum Christum & beatam Virginem, vel siqui alii sancti cum corporibus iam sunt in gloria. Pars comesta, ambulans adhuc super terram, quia scilicet viuentes in terra, sacramento* vtuntur, & passionibus conteruntur, sicut & panis comestus conteritur dentibus. Pars in altari vsque ad finem missæ remanens, corpus in sepulcro, quia vsque in finem sæculi, corpora sanctorum in sepulchris erunt, quorum tamen animæ sunt vel in purgatorio, vel in cœlo. Hic tamen ritus non seruatur modo, vt scilicet, vna pars seruetur vsque in finem missæ, propter periculum. Manet tamen eadem significatio partium: quam quidam metricè expresserunt dicentes,

[*De cõsec. di. 2. c. triforme.] [Alias vnic tur.]

Hostia diuiditur in partes, tinctaque bis tot.
Plene, sicca notat vinos, seruata sepultos.

Quidam tamen dicunt, quòd pars in calicem missa, significat eos, qui viuunt in hoc mundo, pars autem extra calicem seruata significat plenè beatos. s. quantum ad animam & corpus: pars autem comesta, significat cæteros.

¶ Ad nonum dicendum, quòd per calicem duo possunt significari. Vno modo ipsa passio Christi, quæ repræsentatur in hoc sacramento, & secundum hoc per partem in calicem missam, significantur illi, qui adhuc sunt participes passionum Christi. Alio modo, potest significari fruitio beata, quæ etiam in hoc sacramento præfiguratur, & ideo illi quorum corpora iam sunt in plena beatitudine, significantur per partem in calicem missam. Et est notandum, quòd pars in calicem missa, non debet populo dari in supplementum communionis, quia panem intinctum non porrexit Christus, nisi Iudæ proditori.

¶ Ad decimum dicendum, quòd vinum ratione suæ humiditatis est ablutiuum. & ideo sumitur post susceptionem huius sacramenti, ad abluendum os, ne aliquæ reliquiæ remaneant, quod pertinet ad reuerentiam sacramenti. vnde extra de celebratione missarum, cap.* ex parte: Semper sacerdos vino os perfundere debet, postquam totum percepit eucharistiæ sacramentum, nisi cum eodem die aliam missam debuerit celebrare, ne si forte vinum perfusionis acciperet, celebrationem aliam impediret. & eadem ratione perfundit vino digitos, quibus corpus Christi tetigerat.

[*To decre. li. 3. ti. 41. c. ex parte & est c. 5.]

¶ Ad vndecimum dicendum est, q̃ veritas quantũ ad aliquid debet respondere figuræ, quia. s. non debet pars hostiæ consecratæ, de qua sacerdos & ministri vel etiam populus communicat, in crastinum reseruari. vnde

Universidad de Deusto
Biblioteca

vt habetur de consecratio. distinct. 2. Clemens Papa *Sta-
tuit, quòd tanta holocausta in altari offerantur, quanta
populo sufficere debeant, quòd si remanserint, in crastinum non reseruentur, sed cum timore & tremore clericorum diligentia consumantur: quia tamen hoc sacramentum quotidie sumendum est (non autem agnus paschalis quotidie sumebatur) ideo oportet alias hostias consecratas pro infirmis conseruare. vnde in eadem dist. legitur, * Presbyter eucharistiam semper habeat paratam, vt quando quis infirmatus fuerit, statim cum communicet, ne sine communione moriatur.

* De cons. dist. 2. cap. Presbyter

¶ Ad decimum dicendum, quòd in solenni celebratione missæ, plures debent adesse. vnde Soter papa * dicit, vt habetur de consec. dist. 1. Hoc quoque statutum est, vt nullus presbyterorum, missarum solennia celebrare præsumat, nisi duobus præsentibus, sibique respondentibus. ipse tertius habeatur: quia cum pluraliter ab eo dicitur, Dominus vobiscum, & illud in secretis, orate pro me, si pertisin è conuenit, vt ipsius respondeatur salutationi. Vnde & ad maiorem solennitatem, ibidem statutum legitur, quòd episcopus cum pluribus missarum solennia peragat: in missis tamen priuatis sufficit vnum habere ministrum, qui gerit personam totius populi catholici, ex cuius persona sacerdoti pluraliter respondet.

* De cons. dist. 1. c. Hoc quoque statutum est.

ARTICVLVS VI.

Vtrum possit sufficienter occurri defectibus circa celebrationem sacramenti occurrentibus, statuta ecclesiæ obseruando.

Ad sextum sic proceditur. Videtur quòd non possit sufficienter occurri defectibus, qui circa celebrationem huius sacramenti occurrunt, statuta ecclesiæ obseruando. Contingit enim quandoque, quòd sacerdos ante consecrationem, vel post moritur, vel alienatur, vel aliqua alia infirmitate impeditur, ne sacramentum sumere possit, & missam perficere. ergo videtur quòd non possit impleri statutum ecclesiæ, quo præcipitur quòd sacerdos consecrans, suo sacrificio communicet.

¶ Præt. Contingit quandoque, quòd sacerdos ante consecrationem, vel post recolit se aliquid comedisse, vel bibisse, vel etiam alicui peccato mortali subiacere, vel etiam excommunicationi, cuius prius memoriam non habebat. necesse est ergo, quòd ille qui est in tali articulo constitutus peccet mortaliter, contra statutum ecclesiæ faciens, siue sumat, siue non sumat.

¶ 3 Præt. Contingit quandoque, quòd in calicem musca vel aranea, vel aliquod animal venenosum cadit post consecrationem, vel etiam cognoscit sacerdos calici venenum esse immissum ab aliquo maleuolo causa occidendi ipsum. In quo casu si sumat, videtur mortaliter peccare, se occidendo vel Deum tentando; similiter si non sumat peccat, contra statutum ecclesiæ faciens. ergo videtur esse perplexus & subiectus necessitati peccadi, quod est inconueniens.

¶ 4 Præt. Contingit quandoque quòd per negligentiam ministri, aut aqua non ponitur in calice, aut etiam nec vinum, & hoc sacerdos aduertit. ergo in hoc etiam casu videtur esse perplexus, siue sumat corpus sine sanguine (quasi imperfectum faciens * sacramentum) siue non sumat nec corpus nec sanguinem.

Alias sacrificium.

¶ 5 Præt. Contingit quandoque, quòd sacerdos non recolit se dixisse verba consecrationis, vel etiam alia quæ in celebratione huius sacramenti dicuntur. Videtur ergo peccare in hoc casu, siue reiteret verba super eandem materiam, quæ forte iam dixerat siue vtatur pane & vino non consecratis, quasi consecratis.

¶ 6 Præt. Contingit quandoque propter frigus, quòd sacerdoti dilabitur hostia in calicem, siue ante fractionem, siue post. In hoc ergo casu non poterit sacerdos ritum ecclesiæ implere, vel de ipsa fractione, vel etiam de hoc, quòd sola tertia pars mittatur in calicem.

¶ 7 Præt. Contingit quandoque, quòd per negligentiã sacerdotis sanguis Christi effunditur, vel etiam, quòd sacerdos sacramentum sumptum vomit, aut etiam quòd hostiæ consecratæ, tandiu conseruantur, vt putrefiant, vel etiam a muribus comedantur, vel etiam qualitercunque perdantur. In quibus casibus non videtur posse huic sacramento debita reuerentia exhiberi secundum ecclesiæ statuta. Non videtur ergo, quòd his defectibus seu periculis occurri possit, saluis ecclesiæ statutis.

¶ Sed contra est, quòd sicut Deus, ita ecclesia non præcipit aliquid impossibile.

¶ Respondeo Dicendum, quod periculis seu defectibus circa hoc sacramentum contingentibus dupliciter potest occurri. Vno modo præueniendo, ne scilicet periculum accidat: alio modo subsequendo, vt scilicet id quod accidit emendetur vel adhibeado remedium, vel saltem per pœnitentiam eius qui negligenter egit circa hoc sacramentum.

Ad primvm ergo dicendum, quod si sacerdos morte, aut infirmitate graui occupetur ante consecrationem corporis & sanguinis Domini, non oportet vt per alium suppleatur. Si vero incepta consecratione hoc acciderit (puta consecrato corpore ante consecrationem sanguinis, vel etiam consecrato vtroque) debet missæ celebritas per alium expleri. Vnde, vt habetur in Decretis. 7. quæstion. 1. cap. nihil, in Toletano concilio legitur, Censuimus conuenire, vt cum à sacerdotibus missarum tempore mysteria sacra consecrantur, si ægritudinis accidat cuiuslibet eauentus, quo ceptum nequeant explere mysterium, sit liberum episcopo vel presbytero alteri, consecrationem exequi inceptiofficii. Non enim aliud competit ad supplementum initiatis mysteriis, quàm vt aut incipientis aut subsequentis benedictione sint completa sacerdotis, quia nec perfecta videri possunt, nisi perfecto ordine compleantur. Cum enim simus omnes vnum in Christo, nihil contrarium diuersitas personarum format, vbi efficiam prosperitatis vnitas fidei repræsentat. Ne tamen quod naturæ languoris cã cõsulitur, in præsumptionis pernicié conuertatur, nullus absque præuentu patentis molestiæ, minister vel sacerdos, cum ceperit imperfecta officia, præsumat omnino relinquere. si quis hoc temerariè præsumpserit, excommunicationis sententiam sustinebit.

*Cõcil. 7. Tolet. can. 1. vel 2. secundũ aliquos codices. Habetur 7. Q. 1. cap. Nihil.

¶ Ad secundum dicendum, quòd vbi difficultas occurrit, semper est accipiendum illud, quod habet minus de periculo. Maximè autem periculosum circa hoc sacramentum est, quod est contra perfectionem huius sacramenti: quia hoc est immane sacrilegium. Minus autem est illud, quod pertinet ad qualitatem sumentis. & ideo si sacerdos post consecrationem inceptam, recordetur se aliquid comedisse, vel bibisse, nihilominus debet perficere sacrificium, & sumere sacramentum. Similiter si recordetur se peccatum aliquod commisisse, debet pœnitere cum proposito confitendi & satisfaciendi, & sic non indigne, sed fructuose sumere sacramentum. Et eadem ratio est si meminerit se excommunicationi cuicumque subiacere debet enim assumere propositum humiliter absolutionem petendi, & sic per inuisibilem pontificem Iesum Christum absolutionem consequetur quantum ad hunc actum, quod peragat diuina mysteria. Si vero ante consecrationem alicuius prædictorum sit memor, tutius reputarem, maximè in casu manducationis & excommunicationis, quod missam inceptam desereret, nisi graue scandalum timeretur.

¶ Ad

¶ Ad tertium dicendum, quòd si musca, vel aranea in calicem ante consecrationem ceciderit, aut etiam venenum deprehenderit esse immissum, debet effundi, & abluto calice, denuo aliud vinum poni consecrandum. Si verò aliquid horum post consecrationem acciderit, debet animaduerti caute capi, & diligenter lauari & comburi, & ablutio cum cineribus in sacrarium mitti. Si verò venenum ibi esse deprehenderit immissum, nullo modo debet sumere, nec alii dare, ne calix vitæ vertatur in mortem: sed debet diligenter in aliquo vasculo ad hoc apto cum reliquiis conseruari. Et ne sacramentum remaneat imperfectum, debet aliud vinum apponere in calicem, & denuo resumere a consecratione sanguinis, & sacrificium perficere.

¶ Ad quartum dicendum, quòd si sacerdos ante consecrationem sanguinis, & post consecrationem corporis percipiat aut vinum, aut aquam non esse in calice, debet statim apponere, & consecrare: si verò post consecrationis verba perceperit, quòd aqua desit, debet nihilominus procedere: quia impositio aquæ, vt supra dictum est, * non est de necessitate sacramenti: debet tamen puniri ille, ex cuius negligentia hoc contingit. Nullo autem modo debet aqua vino iam consecrato misceri: quia sequeretur corruptio sacramenti pro aliqua parte, vt supra dictum est. * Si verò percipiat post verba consecrationis, quòd vinum non fuerit positum in calicem: si quidem hoc percipiat ante sumptionem corporis, debet deposita aqua, si ibi fuerit, imponere vinum cum aqua, & resumere à verbis consecrationis sanguinis: si verò hoc perceperit post sumptionem corporis, aliam hostiam apponere debet, iterum consecrandam simul cum sanguine; quod ideo dico, quia si diceret sola verba consecrationis sanguinis, non fieret corpus Christi. Et debet in fine iterum sumere hostiam consecratam & sanguinem, non obstante etiam, si prius sumpserit aquam, quæ erat in calice: quia præceptum de perfectione sacramenti maioris est ponderis, quàm præceptum quòd hoc sacramentum à ieiunis sumatur, vt supra dictum est.*

¶ 74. ar. 7.

¶ 77. ar. 8.

*In Conc. Tolet. 7. can. 1. vel 2. secundũ aliquos codices.

¶ Ad quintum dicendum, quòd licet sacerdos non recolat se dixisse aliqua eorum, quæ dicere debuit, non tamen debet ex hoc mente perturbari: non enim qui multa dicit, recolit omnium, quæ dixit: nisi forte aliquid in dicendo apprehenderit sub ratione iam dicti; sic enim aliquid efficitur memorabile. Vnde si aliquis attentè cogitet illud quod dicit, non tamen cogitet se dicere illud, non multum postea recolit se dixisse: sic enim fit aliquid obiectum memoriæ, inquantum accipitur sub ratione præteriti: sicut dicitur * in lib. de memoria: si tamen sacerdoti probabiliter constet se aliqua omisisse: siquidem non sunt de necessitate sacramenti, non existimo quòd propter hoc debeat resumere, immutando ordinem sacrificij: sed debet vlterius procedere: si verò certificetur se omisisse aliquid eorum, quæ sunt de necessitate sacramenti, scilicet formas consecrationis, cum forma consecrationis sit de necessitate sacramenti, sicut & materia, idem videtur faciendum quod dictum est * in defectu materiæ, vt scilicet resumatur à forma consecrationis, & cætera per ordinem reiterentur, ne mutetur ordo sacrificij.

Q. 80. ar. 8. & q. 82. ar. 4.

*In lib. de memoria. ca. 1. to. 2. inter opera Arist.

In solu. ad 4. argu. hic in isto art.

¶ Ad sextum dicendum, quòd fractio hostiæ consecratæ, & quod vna sola pars mittatur in calicem, respicit corpus mysticum, sicut admissio aquæ significat populum: & ideo horum prætermissio non facit imperfectionem sacrificii, vt propter hoc sit necesse aliquid reiterare circa celebrationem huius sacramenti.

¶ Ad septimum dicendum, quòd, sicut legitur de consec. dist. 2. ex Decreto Pij papæ, * si per negligentiam aliquid de sanguine stillauerit in tabulam, quæ terræ adhæret, lingua lambetur, & tabula radetur: si verò non fuerit tabula, terra radetur, & igni consumetur, & cinis intra altare condetur, & sacerdos quadraginta diebus pœniteat: si autem super altare stillauerit calix, forbeat minister stillam, & tribus diebus pœniteat. Si super linteum altaris, & ad aliud stilla peruenerit, decem diebus pœniteat. Si vsque ad tertium, nouem diebus pœniteat. Si vsque ad quartum, viginti diebus pœniteat, & linteamina quæ stilla tetigerit, tribus vicibus lauet minister calice subtus posito, & aqua ablutionis sumatur, & iuxta altare recondatur: posset etiam sumi in potum à ministro, nisi propter abominationem dimitteretur: quidam autem vlterius partem illam linteaminum incidunt & comburunt: & cinerem in altari vel sacrario reponunt. subditur autem ibidem ex pœnitentiali Bedæ * presbyteri, si quisper ebrietatem vel voracitatem eucharistiam euomuerit, quadraginta diebus pœniteat, si laicus est: clerici vel monachi seu diaconi & presbyteri, septuaginta diebus pœniteant: episcopus, nonaginta: si autem infirmitatis causa euomuerint, septem diebus pœniteant. Et in eadem distinct. legitur ex concilio Arelatensi † Qui non bene custodierit * sacramentum, & mus vel aliquod aliud animal illud comederit, quadraginta diebus pœniteat. Qui autem perdiderit illud in ecclesia, aut pars eius ceciderit, & non inuenta fuerit, triginta diebus pœniteat. Et eadem pœnitentia videtur dignus sacerdos, per cuius negligentiam hostiæ consecratæ putrefiunt: prædictis autem diebus debet pœnitens ieiunare, & à communione cessare. Pensatis tamen conditionibus negotii & personæ potest minui, vel addi ad pœnitentiam prædictam: hoc tamen obseruandum est, quòd vbicumque species integræ inueniuntur, sunt reuerenter conseruandæ, vel etiam sumendæ: quia manentibus speciebus, manet ibi corpus Christi, vt supra * dictum est. Ea verò, in quibus inueniuntur, si commodè fieri potest, sunt comburenda, & inere in sacrario recondito: sicut de rasura tabulæ dictum est.*

* De cons. dist. 2. Si per negligentiam.

† Ead. di. 2. c. Si quis p ebrietatẽ.

† Ead. di. 2. c. Qui bene non custodierit.

* Alias sacrificium.

¶ 77. ar. 5 & locis ibi citat. 3.

* In istius solu. prin.

QVAESTIO LXXXIIII.

De sacramento pœnitentiæ, in decem articulos diuisa.

Consequenter considerandum est, de sacramento pœnitentiæ. Circa quod primo considerandum est, de ipsa pœnitentia. Secundo, de effectu ipsius. Tertio, de partibus eius. Quarto, de suscipientibus hoc sacramentum. Quinto, de potestate ministrorum, quæ ad claues pertinet. Sexto, de solennitate huius sacramenti.

Circa primum duo consideranda sunt. Primo, de pœnitentia, secundum quòd est sacramentum. Secundo, de pœnitentia, secundum quòd est virtus.

Circa primum quæruntur decem.

¶ Primo, Vtrum pœnitentia sit sacramentum.
¶ Secundo, De propria materia eius.
¶ Tertio, de forma ipsius.
¶ Quarto, Vtrum impositio manus requiratur ad hoc sacramentum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ *Super quæstionem octuagesimamquartam.*

IN primis duobus articu. tria dicenda occurrunt. Primum, de materia sacramenti pœnitentiæ, ex qua cum forma constituitur sacramentum, an scilicet hoc sacramentum habeat materiam, ex qua cõstituatur. Et movetur hoc dubium propter Scot. in 4. distinct. 16. quæstion. 1. dicentem huius sacramenti nullam partem esse actum pœnitentis: sed sacramentum hoc essentialiter consistere in absolutione: ita quòd secundum eum sacramentum pœnitentiæ non constituitur ex materia & forma contra communem doctrinam in 1. distinct. 4. sentent. immo contra doctrinam sacri concilij sub Eugenio IIII. vbi dicitur, quòd omnia sacramenta cõstant ex rebus tam quàm materia, & verbis tam quàm forma & specialiter de sacramento pœnitentiæ dicitur, cuius quasi materia sunt actus pœnitentis.

¶ Nec ratio Scoti valet scilicet, quia nullus actus pœnitentis est aliquid sententiæ sacerdotis: quoniam supponit hæc ratio sacramentum hoc consistere essentialiter in sola absolutione

¶ Quocirca sequendo & communem & sacri Concilij doctrinam, dicendum est sacramentum pœnitentiæ constare ex verbis absolutionis vt forma, & actu seu actibus pœnitentis, vt materia proxima. Nec alia quærenda est, de hoc ratio, nisi auctoritas vtraque iam adducta & consonantia: quia scilicet consonare conditiones sacramenti huic toti constituto ex actu pœnitentis & absolutione & in significando, & in causando, & in passiua institutione diuina.

¶ Secundum est, circa rem huius sacramenti, quæ scilicet est & res & sacramentum, an scilicet sit interior pœnitentia, an ornatus aliquis. Et quoniam magna videtur altercatio de ornatu, nec intentionis meæ est scribere ad contradicẽdum alijs, dimissa vni cuique probabiliter de suæ opinionis, dicam quid secundum Auctorem, & rationem rectam videtur sentiendum.

¶ De sacramentis nil aliud sentiendum est, nisi quòd accepimus: ex acceptis autem tam ex parte causalitatis attributæ sacramento, quàm ex parte rei & sacramenti, quàm etiam ex parte subiecti disponendi ad gratiam, vltimum sacramenti effectum, nec necessario nec probabiliter ornatus ponitur. nam causalitas sacramenti sufficienter saluatur respectu gratiæ, etiam si nihil aliud causaret: res vero & sacramentum sufficienter saluatur hic per interiorem pœnitentiam.

¶ Dispositio autem ad gratiam, quæ tamen tantum ponderatur à ponentibus ornatum, tripliciter monstratur aliena ab ornatu. Primo, ex parte gratiæ: quoniam gratia non est talis forma in anima, vt egeat alia forma prædisponente ad ipsam. Fallax siquidem imaginatio est putare, quòd sicut lignum, si debet igniri, debet prius calefieri, vt calor disponat ad formam ignis, ita anima, si debet per gratiam fieri deiformis, debet prius ornari. Nullam siquidem talem dispositionem gratia exigit vt patet in infantibus baptizatis, quibus infunditur gratia absque aliqua alia forma prædisponente. Nec obstat character: quoniam, vt ex supra dictis patet, character non ponitur, vt disponat ad gratiam: quod eius subiectum, quod est intellectus, testatur: dispositio enim ad gratiam, quæ est in essentia animæ, non est in intellectu, vt de se patet. Secundo, ex parte adultorum, quibus tantum confertur sacramentum pœnitentiæ. Nam in adultis dispositio ad gratiam est propeius actus ipsius adulti, iuxta illud, Qui ereauit te sine te, non saluabit te sine te; & iuxta supradicta in secundo lib. de iustificatione impii. Tertio, ex parte pœnitentis: pœnitens enim inquantum pœnitens non disponitur, nisi per actus pœnitentiæ: omnis enim alia dispositio per accidens se haberet ad pœnitentem & propterea si ornatus poneretur dispone re, non nisi per accidens cõcurreret ad disponendum pœnitentem: quod autem est per accidens, non est per se tribuendum sacramento pœnitentiæ. Commentitius ergo viderur ornatus huiusmodi: sed vt in litera dicitur, interior pœnitentia, est res, & sacramentum.

¶ Et si modum quæris ac sufficientem rationem, distingue, erisariam posse inueniri pœnitentem. Primo, vt sit ita attritus, quòd eius attritio cum sacramento pœnitentiæ in voto sufficiat ad remissionem peccatorum: ita quòd attritio sua est tanta quòd ex sacramento in voto fit contritio, iuxta illud, Dixi, confitebor, & tu remisisti impietatem peccati mei. Secundo, quòd attritio sit tam modica, vt cum sacramento in voto, non fiat contritio: sed tamen sit tanta, quòd cum sacramento in re, fiat contritio: plus enim operatur sacramentum in re, quàm in voto. Tertio, posset esse tam exigua attritio, vt nec etiam cum sacramento in re, fieret contritio: & talis non susciperet remissionem peccatorum ex sacramento pœnitentiæ. Vbi apparet, nullo esse opus ornatu ad hoc, vt ex vi sacramenti attritus fiat contritus. Modus autem quo hoc fit, est quòd Deus vtrimque operatur: concurrit siquidem ex parte pœnitentis ad interiorem pœnitentiam, inspirando illam, vt in litera dicitur, non solum secundum se, sed etiam in ordine ad sacramentum: quòd ex eo patet, quòd ex interiori motu pœnitens subiicit se clauibus. Et rursus concurrit Deus ex parte sacramenti, ordinando sacramentales actus exteriores ad interiorem pœnitentiam, dum vtitur sacramento ipso ad excitandum & perficiendum interiorem actum pœnitentis: sic enim excitando & perficiendo, facit de attrito contritum, dum mediante sacramento, vtitur etiam interiori actu pœnitentis ad remissionem peccatorum: per hoc enim fit interior pœnitentiæ actus, res & sacramentum. Et per hoc apparet, quòd sacramentum significat, & causat interiorem pœnitentiam: & interior pœnitentia sic causata, significat & causat remissionem peccatorum, sunt enim hæc instrumenta subordinata principali agenti, Deo scilicet: sicut baculus, quo moueo lapidem, est instrumentum subordinatum alteri instrumento, puta manui, qua moueo baculum &c. Tertium est, quòd Auctor seipso doctior, eum in 4. sentent. putasset solam formam in sacramento pœnitentiæ habere causalitatem, sicut in sacramento eucharistiæ, & verificasset, quòd solum sacramentum compositum ex materia, & forma causat ratione partis, scilicet formæ, hoc in loco altius sentit, vt expressius declarat inferius in articu. vlt. quæstio. 86. scilicet q̃ totum sacramentum pœnitentiæ, compositum scilicet ex materia & forma, idest, ex actu pœnitentis & absolutione (sit enim ex his vnum sacramentum) causat remissionem peccatorum ratione vtriusque partis: principalius quidem, ratione formæ: secundario autem ratione materiæ, hoc est actuum pœnitentis vt sub ordinantur clauibus ecclesiæ, hoc est, quòd actu pœnitentis ex hoc ipso, quòd pars efficitur sacramenti, vtitur Deus vt parte materiali sui instrumenti ad causandam remissionem peccatorum: sicut ex hoc ipso, quòd aqua assumitur ad baptizandum, vtitur illa Deus, vt parte materiali sui instrumenti ad regenerandum filios suos.

¶ Et si modum quæris ac sufficientem rationem, distingue, reiiciam posse inueniri pœnitentem. Primo, vt sit ita attritus, quòd eius attritio cum sacramento pœnitentiæ in voto sufficiat ad remissionem peccatorum: ita quòd attritio sua est tanta quòd ex sacramento in voto fit contritio, iuxta illud, Dixi, confitebor, & tu remisisti impietatem peccati mei. Secundo, quòd attritio sit tam modica, vt cum sacramento in voto, non fiat contritio: sed tamen sit tanta, quòd cum sacramento in re, fiat contritio: plus enim operatur sacramentum in re, quàm in voto. Tertio, posset esse tam exigua attritio, vt nec etiam cum sacramento in re, fieret contritio: & talis non susciperet remissionem peccatorum ex sacramento pœnitentiæ. Vbi apparet, nullo esse opus ornatu ad hoc, vt ex vi sacramenti attritus fiat contritus. Modus autem quo hoc fit, est quòd Deus vtrimque operatur: concurrit siquidem ex parte pœnitentis ad interiorem pœnitentiam, inspirando illam, vt in litera dicitur, non solum secundum se, sed etiam in ordine ad sacramentum: quòd ex eo patet, quòd ex interiori motu pœnitens subiicit se clauibus. Et rursus concurrit Deus ex parte sacramenti, ordinando sacramentales actus exteriores ad interiorem pœnitentiam, dum vtitur sacramento ipso ad excitandum & perficiendum interiorem actum pœnitentis: sic enim excitando & perficiendo, facit de attrito contritum, dum mediante sacramento, vtitur etiam interiori actu pœnitentis ad remissionem peccatorum: per hoc enim fit interior pœnitentiæ actus, res & sacramentum. Et per hoc apparet, quòd sacramentum significat, & causat interiorem pœnitentiam: & interior pœnitentia sic causata, significat & causat remissionem peccatorum, sunt enim hæc instrumenta subordinata principali agenti, Deo scilicet: sicut baculus, quo moueo lapidem, est instrumentum subordinatum alteri instrumento, puta manui, qua moueo baculum &c. Tertium est, quòd Auctor seipso doctior, eum in 4. sentent. putasset solam formam in sacramento pœnitentiæ habere causalitatem, sicut in sacra-

ARTICVLVS I.

Vtrum pœnitentia sit sacramentum.

AD primum sic proceditur. Videtur quòd pœnitentia non sit sacramentum. Gregor. enim dicit, & habetur in Decret. *1. quæstio. 1. Sacramenta sunt baptismus, chrisma, corpus & sanguis Christi, quæ ob id sacramenta dicuntur, quia sub tegumento corporalium rerum diuina virtus secretius operatur salutem: sed hoc non contingit in pœnitentia: quia non adhibentur aliquæ corporales res, sub quibus diuina virtus operetur salutem, ergo pœnitentia non est sacramentum.

¶ 2 Præterea Sacramenta ecclesiæ à ministris Christi exhibentur, secundum illud 1. Corinth. 4. Sic nos existimet homo vt ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei: sed pœnitentia non exhibetur à ministris Christi: sed interius a Deo hominibus inspiratur, secundum illud Hiere. 31. Postquam conuertisti me, egi pœnitentiam. ergo videtur, quòd pœnitentia non sit sacramentum.

¶ 3 Præterea In sacramentis, de quibus iam supra diximus, * est aliquid, quod est sacramentum tantum: aliquid, quod est res & sacramentum: aliquid verò, quod est res tantum, vt ex præmissis patet: * sed hoc non inuenitur in pœnitentia. ergo pœnitentia non est sacramentum.

¶ SED CONTRA est, quòd sicut baptismus adhibetur ad purificandum a peccato, ita & pœnitentia. vnde & Petrus dixit Simoni Act. 8. Pœnitentiam age ab hac nequicia tua: sed baptismus est sacramentum, vt supra habitum est, * ergo pari ratione & pœnitentia.

¶ Respondeo Dicendum, quòd sicut Gregor. * dicit in cap. supra dicto, Sacramentum est in aliqua celebratione, cum res gesta ita fit, vt aliquid significatiuè accipiamus, quod sanctè accipiendum est. Manifestum est autem, quòd in pœnitentia ita res gesta fit, quòd aliquid sanctum significatur, tam ex parte peccatoris pœnitentis, quam ex parte sacerdotis absoluentis. nam peccator pœnitens, per ea quæ facit & dicit, ostendit cor suum a peccato recessisse: similiter etiam sacerdos per ea, quæ agit & dicit circa pœnitentem, significat opus dei remittentis peccata. vnde manifestum est, quòd pœnitentia, quæ in ecclesia agitur, est sacramentum.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd nomine corporalium rerum intelliguntur large etiam ipsi exteriores actus sensibiles, qui ita se habent in hoc sacramento, sicut aqua in baptismo, vel chrisma in confirmatione est autem attendendum, quòd in illis sacramentis, in quibus confertur excellens gratia, quæ superabundat omnem facultatem humani actus, adhibetur aliqua corporalis materia exterius: sicut in baptismo, vbi fit plena remissio peccatorum, & quantum ad culpam & quantum ad pœnam, & in confirmatione, vbi datur plenitudo Spiritussancti, & in extrema vnctione, vbi confertur perfecta sanitas spiritualis, quæ proueniunt ex virtute Christi, quasi ex quodam extrinseco principio. vnde si qui actus humani sunt in talibus sacramentis, non sunt de essentia sacramentorum, sed dispositiuè se habent ad sacramenta. In illis autem sacramentis, quæ habent effectum correspondentem humanis actibus, ipsi * actus humani sunt loco materiæ, vt accidit in pœnitentia & matrimonio: sicut etiam in medicinis corporalibus, quædam sunt res exterius adhibitæ, sicut emplastra & electuaria: quædam verò sunt actus sanandorum, puta exercitationes quædam.

¶ Ad secundum dicendum, quòd in sacramentis, quæ habent corporalem materiam, oportet quòd illa materia adhibeatur à ministro ecclesiæ, qui gerit personam Christi, in signum quòd eccellentia virtutis in sacramento operantis est à Christo. In sacramento autem pœnitentiæ, sicut dictum est, * sunt actus humani pro materia, qui proueniunt ex inspiratione interna: vnde materia non exibetur à ministro, sed à Deo interius operante: sed complementum sacramenti exhibet minister, dum pœnitentem absoluit.

¶ Ad tertium dicendum, quòd etiam in pœnitentia est aliquid, quod est sacramentum tantum, scilicet actus exterius exercitus, tam per peccatorem pœnitentem, quàm etiam per sacerdotem absoluentem: res autem & sacramentum, est pœnitentia interior peccatoris: res autem tantum & non sacramentum, est remissio peccati: quorum primum totum simul sumptum est causa secundi primum autem & secundum, sunt quodammodo causa tertij.

ARTICVLVS II.

Vtrum peccata sint propria materia huius sacramenti.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd peccata non sint propria materia huius sacramenti. Materia enim in aliis sacramentis per aliqua verba prolata sanctificatur, & sanctificata effectum sacramenti operatur: peccata autem non possunt sanctificari, eo quòd contrariantur effectui sacramenti, qui est gratia remittens peccata. ergo peccata non sunt materia propria huius sacramenti.

¶ 2 Præt. Augu. *dicit in lib. de pœnitentia: nullus potest inchoare nouam vitam, nisi eum veteris vitæ pœniteat: sed ad vetustatem vitæ pertinent non solum peccata, sed etiam pœnalitates præsentis vitæ. non ergo peccata sunt propria materia pœnitentiæ.

¶ 3 Præt. Peccatorum quoddam est originale, quoddam mortale, quoddam veniale: sed pœnitentiæ sacramentum non ordinatur contra originale peccatum, quod tollitur per baptismum, neque contra peccatum mortale, quod tollitur per confessionem peccatoris, nec etiam contra veniale, quod tollitur per tunsionem pectoris, & per aquam benedictam, & alia huiusmodi. ergo peccata non sunt propria materia pœnitentiæ.

¶ SED CONTRA est, quòd Apostolus dicit 2. Cor. 12. Non egerunt pœnitentiam super immunditia, & fornicatione, & impudicitia quàm gesserunt.

¶ Respondeo Dicendum, quòd duplex est materia, scilicet proxima & remota: sicut statuæ proxima materia est metallum, remota verò, aqua: dictum est * autem, q̃ materia proxima huius sacramenti sunt actus pœnitentis: cuius materia sunt peccata, de quibus dolet, & quæ confitetur, & pro quibus satisfacit. vnde relinquitur, quòd remota materia pœnitentiæ, sint peccata, non acceptanda, sed detestanda & destruenda.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ratio illa procedit de proxima materia sacramenti.

¶ Ad secundum dicendum, quòd vetus & mortalis vita est obiectum pœnitentiæ, non ratione pœnæ: sed ratione culpæ annexæ.

¶ Ad tertium dicendum, quòd pœnitentia quodammodo est de quolibet peccatorum genere: non tamen eodem modo, nam de peccato actuali mortali, est pœnitentia propriè & principaliter: propriè quidem, quia propriè dicimur pœnitere de his, quæ nostra voluntate commisimus: principaliter autem, quia ad deletionem peccati mortalis, hoc sacramentum est principaliter institutum. De peccatis autem venialibus est quidem pœnitentia propriè, inquantum sunt nostra voluntate facta: non tamen contra hæc principaliter est hoc sacramentum institutum. De peccato verò originali pœnitentia, nec principaliter est (quia contra ipsum non ordinatur hoc sacramentum, sed magis baptismus) nec etiam propriè: quia peccatum originale non[d] est nostra voluntate actum, nisi forte inquantum voluntas Adæ reputatur nostra, secundum modum loquendi, quo Apost. dicit Rom. 5. In quo omnes peccauerunt: inquantum tamen largè accipitur pœnitentia pro quacumque detestatione rei præteritæ, potest dici pœnitentia de peccato originali, sicut loquitur Aug. * in lib. de pœnitentia.

ARTICVLVS III.

Vtrum hæc sit forma huius sacramenti, Ego te absoluo.

AD tertium sic proceditur. Videtur quòd hæc non sit forma huius sacramenti, Ego te absoluo. Formæ enim sacramentorum ex institutione Christi & ecclesiæ vsu habentur: sed Christus non legitur hanc formam instituisse, neque etiam in communi vsu habetur, quinimmo in quibusdam absolutionibus, quæ in eccle-

10 4. di. 14. q. 1. ar. 1. q. 1 Et dist. 22. q. 2. arti. 3. q. 2. cor. *Refertur 1. q. 1. cap. Multi sẽcularium, circa me-

* Alias actus humani sensibiles.

In solut. præced.

* Quæst. 66.

Q. 66. ar. 1.

Q. 66. ar. 1.

Referetur loco citato in arg.

10 20 30 40 50 60 70 80

* Li. de medicina pẽ. c. 2. nõ long a prioc. tom. 9.

Ar. præce. ad 1. & 2.

D. 1006.

* In lib. de vera & falsa pẽ. c. 8. to. 4. Et in li. de pœn. medicina, c. 2. to. 9.

511 512 4. di. 22. q. 2. ar. 2. q. 2. & 3. Etop. 22.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cramentum esset perfectum.

¶ Quod & ratione & auctoritate monstratur. Ratione quidem: quia virtus sacramentalis non est adeo obligata ita his verbis, quin sit etiã collata cæquipollentibus: auctoritas autem sumitur primo ex euangelio, quia Dominus instituendo cõfessores, dixit, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis. Secũdo, ex Auctore in hac litera comparante istas duas formas, scilicet per absoluere vel remittere quarum vtraque ex verbis Domini sumitur, & dicente quòd illa quæ fit per absoluere, est magis congrua, quia magis congruit verbis Domini, dum de virtute clauium loquebatur: differentia autem secundum magis vel minus congruum, non tollit virtutem sacramẽti. Accedit hoc Sco. in 4. dist. 14. q. 4. qui tamen forte nimis late locutus est dicens, quòd sufficit quòd exprimatur actus sententiæ absoluentis.

¶ In responsione ad quartum, vbi dicitur, quòd apostolis non est data potestas vt sanarent infirmos &c. intellige regulariter: non enim est concessum apostolis, vt regulariter sanarent ex potestate infirmos, quãmis hoc fuerit eis quandoque concessum. Et hoc sufficit ad differentiam in litera intentam inter potestatem sacramentalem, & potestatem faciendi miracula: quia potestate sacramentali ordinarie possumus remittere peccata: potestate autem miracula faciendi non poterant ordinarie sanare infirmos auctoritatiue, sed deprecatiue.

¶ In responsione ad quintum circa vltimam expositionem, vbi dicitur, Ego te absoluo, id est sacramentum absolutionis tibi impendo, adue-

*Refertur de pœ. dist. cap. Multiplex, non procul à prin. & dicitur esse in epist. ad Theodorũ quæ est 89 in Leonc.

Ar. 1. huius q. ad 2.

sia publicè fiunt, sicut in prima & completorio, & in cœna Domini, absoluens non vtitur oratione indicatiua, vt dicat, Ego vos absoluo, sed oratione deprecatiua, cum dicit, Misereatur vestri omnipotens Deus, vel absolutionem & remissionem tribuat vobis omnipotens Deus. ergo hæc non est forma huius sacramenti, Ego te absoluo.

¶ 2 Præt. Leo Papa * dicit, quòd in dulgentia Dei, nisi supplicationibus sacerdotum nequit obtineri: loquitur autem de indulgentia Dei, quæ præstatur pœnitentibus. ergo forma huius sacramenti debet esse per modum deprecationis.

¶ 3 Præt. Idem est absoluere à peccato, quod peccatum remittere: sed solus Deus peccatũ remittit, qui etiam solus interius hominem à peccato mũdat, vt August. dicit super Ioan. ergo videtur quòd solus Deus à peccato absoluat. non ergo debet sacerdos dicere, Ego te absoluo, sicut nõ dicit, Ego tibi peccata remitto.

¶ 4 Præt. Sicut Dominus dedit potestatem discipulis absoluendi à peccatis, ita etiam dedit eis potestatem curandi infirmitates, & vt dæmonia ejicerent, & vt languores sanarent, vt habetur Matth. 10. & Luc. 9. sed sanando infirmos Apostoli non vtebantur his verbis, ego te sano, sed sanet te Dominus Iesus Christus, sicut Petrus dixit paralytico, vt habetur Act. 9. ergo videtur, quòd sacerdotes habentes potestatem apostolis à Christo traditam, non debeant uti hac forma verborum, Ego te absoluo, sed absolutionem tribuat tibi Christus.

¶ 5 Præterea Quidam hac forma vtentes, sic eam exponunt, Ego te absoluo, idest, absolutum ostendo: sed nec hoc etiam sacerdos facere potest, nisi ei diuinitus reueletur: vnde legitur Mat. 16. antequàm Petro diceretur, Quodcumque solueris super terram &c. dictum est ei, Beatus es Simon bariona: quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed Pater meus, qui est in cælis. ergo videtur quòd sacerdos, cui non est facta reuelatio, præsumptuose dicat, Ego te absoluo, etiam si exponatur, idest, absolutum ostendo.

¶ Sed contra est, quòd sicut Dominus dixit discipulis Mat. vltim. Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos, ita dixit Petro, Matth. 16. Quodcumque solueris super terram: sed sacerdos auctoritate illorum verborum Christi fretus dicit, Ego te baptizo. ergo eadem auctoritate dicere debet in hoc sacramento, Ego te absoluo.

¶ Respondeo Dicendum, quòd in qualibet re perfectio attribuitur formæ: dictum est autem supra, * quòd hoc sacramentum perficitur per ea quæ sunt ex parte sacerdotis. vnde oportet quòd ea, quæ sunt ex parte pœnitentis, siue sint verba siue facta, sint quædam materia huius sacramenti, ea vero quæ sunt ex parte sacerdotis, se habeant per modum formæ: cum autem sacramenta nouæ legis efficiant quod figurant, vt supra dictum est, * oportet quòd forma sacramenti significet id, quod in sacramento agitur, proportionaliter materiæ sacramenti: vnde forma baptismi est, Ego te baptizo, & forma confirmationis est, Consigno te signo crucis, & confirmo te chrismate salutis, eo quòd huiusmodi sacramenta perficiuntur in vsu materiæ: in sacramento autem eucharistiæ, quod consistit in ipsa consecratione materiæ, exprimitur veritas consecrationis, cum dicitur, Hoc est corpus meum. Hoc autem sacramentum, scilicet pœnitentiæ, non consistit in consecratione alicuius materiæ, nec in vsu alicuius materiæ sanctificatæ, sed magis in remotione cuiusdam materiæ, scilicet peccati, prout peccata dicuntur esse materia pœnitentiæ, vt ex supra dictis patet. * talis autem remotio significatur à sacerdote cum dicitur, Ego te absoluo. Nam peccata sunt quædam vincula, secundum illud Prouer. 5. Iniquitates suæ capiunt impium, & funibus peccatorum suorum quisque constringitur: vnde patet quòd hoc est conuenientissima forma huius sacramenti, Ego te absoluo.

¶ Ad primvm ergo dicendum, quòd ista forma assumitur ex ipsis verbis Christi, quibus Petro dixit, Quodcumque solueris super terram &c. & tali forma ecclesia vtitur in sacramentali absolutione: huiusmodi autem absolutiones in publico factæ, non sunt sacramentales, sed sunt orationes quædam ordinatæ ad remissionem venialium peccatorum. vnde in sacramentali absolutione non sufficeret dicere, Misereatur tui omnipotens Deus, vel absolutionem & remissionem tribuat tibi Deus: quia per hæc verba sacerdos absolutionem non significat fieri, sed petit vt fiat: præmittitur tamen etiam in sacramentali absolutione talis oratio, ne impediatur effectus sacramenti ex parte pœnitentis, cuius actus materialiter quodammodo se habent in hoc sacramento, non autem in baptismo, vel in confirmatione.

¶ Ad secundum dicendum, quòd verbum Leonis est intelligendum, quantum ad deprecationem, quæ præmittitur absolutioni: non autem remouet quin sacerdotes absoluant.

¶ Ad tertium dicendum, quòd solus Deus per auctoritatem, & à peccato absoluit, & peccatum remittit: sacerdotes tamen vtrumque faciunt per ministerium, inquantum scilicet, quòd huiusmodi expositio exforma verborum non importat formam absolutionis in actu exercito: sicut significat illã hæc enuntiatio, Ego absoluo te. Hic n. sacerdos ipse exercet ipsam absolutionem, faciendo quod significat: sacramentum enim efficit quòd significat: dicendo autẽ, sacramentum absolutionis tibi impendo, non significat se absolutionis actum exercere: sicut si diceretur, Ego baptismi sacramentum tibi impendo, non significaretur ex forma verborum, quòd ego exercerem actum baptizandi sed vtrobique significatur actus, vt materia sacramenti impẽsi seu actus impendendi: si autem considerantur dicta verba secundum sensum, sic conueniens ac perfecta inuenitur expositio: quoniam æquipollet huic, sacramentaliter absoluo te: idem est enim impendere sacramentum absolutionis, & sacramentaliter absoluere. Et per hanc expositionem excluditur ex parte ministri præsumptio seu vsurpatio diuinæ potestatis, & ex parte effectus ambiguitas. Namly sacramentaliter distinguit a duobus, scilicet a principaliter & a parte spiritualiter: solus enim Deus est qui principaliter absoluit à peccatis: & similiter solus Deus pure spiritualiter absoluit à peccatis: sacramento vero homo absoluit instrumentaliter & signo sensibili, vt patet. Et hinc fit, vt effectus sacramenti, scilicet absolutio interior a peccatis, qui ex parte sacramenti est certissimus non significetur in ambiguo, etiam si ex parte pœnitentis male dispositi impediatur, qui nõ figuratur absolutio, vt recipitur interius in pœnitẽte: sed vt exit ex terius à ministro sacramẽti, ex qua parte

parte constat absolutionẽ esse certissimam.

¶ Et si nouicius hoc non penetrat. fingat Deum dicere Petro, Absoluo te, & conf. sacerdos ipse exercet ipsam absolutionem, faciendo quod significat: sacramentum enim efficit quòd significat: dicendo autẽ, sacramentum absolutionis tibi impendo, non significat se absolutionis actum exercere: sicut si diceretur, Ego baptismi sacramentum tibi impendo, non significaretur ex forma verborum, quòd ego exercerem actum baptizandi sed vtrobique significatur actus, vt materia sacramenti impẽsi seu actus impendendi: si autem considerantur dicta verba secundum sensum, sic conueniens ac perfecta inuenitur expositio: quoniam æquipollet huic, sacramentaliter absoluo te: idem est enim impendere sacramentum absolutionis, & sacramentaliter absoluere. Et per hanc expositionem excluditur ex parte ministri præsumptio seu vsurpatio diuinæ potestatis, & ex parte effectus ambiguitas. Namly sacramentaliter distinguit a duobus, scilicet a principaliter & a parte spiritualiter: solus enim Deus est qui principaliter absoluit à peccatis: & similiter solus Deus pure spiritualiter absoluit à peccatis: sacramento vero homo absoluit instrumentaliter & signo sensibili, vt patet. Et hinc fit, vt effectus sacramenti, scilicet absolutio interior a peccatis, qui ex parte sacramenti est certissimus non significetur in ambiguo, etiam si ex parte pœnitentis male dispositi impediatur, qui nõ figuratur absolutio, vt recipitur interius in pœnitẽte: sed vt exit ex terius à ministro sacramẽti, ex qua parte

q. 61. ar. 4. & 64. ar. 1. & 2.

q. 60. ar. 2. & 61. ar. 6. & 3.

Ar. præce.

c. 7. eccle. hierar. nõ multũ p. cul a fine. Et in eccl. hierar. c. 3.

li. 2. c. 9. in princi. to 6.

cet verba sacerdotis in hoc sacramento instrumentaliter operantur in virtute diuina, sicut etiam in aliis sacramentis. Nam virtus diuina est, quæ interius operatur in omnibus sacramentalibus signis, siue sint res, siue verba, sicut ex supra dictis patet: * vnde & Dominus expresit vtrumque. nam Matthæ. 16. dixit Petro, Quodcumque solueris super terram &c. & Ioan. 20. dixit discipulis, Quorum remiseritis peccata, remittũtur eis. ideo tamen sacerdos potius dicit, Ego te absoluo, quàm, Ego tibi peccata remitto: quia hoc magis congruit verbis, quæ Dominus dixit, virtutem clauium ostendens, per quas sacerdotes absoluunt: quia tamen sacerdos sicut minister absoluit, conuenienter apponitur aliquid, quod pertineat ad primam auctoritatem Dei, scilicet vt dicatur, Ego te absoluo, in nomine Patris & Filii & Spiritussancti, vel per virtutem passionis Christi, vel auctoritate Dei. sicut Diony. * exponit 3. c. cælest. hierar. Quia tamen hoc non est determinatum ex verbis Christi, sicut in baptismo, talis appositio relinquitur arbitrio sacerdotis.

¶ Ad quartum dicendum, quòd Apostolis non est data potestas vt ipsi sanarent infirmos: sed vt ad eorum orationem infirmi sanarentur. Est autem, eis collata potestas operandi instrumentaliter, siue ministeraliter in sacramentis: & ideo magis possunt in formis sacramentalibus exprimere actum suum, quàm in sanationibus infirmitatum. In quibus tamen non semper modo deprecatiuo vtebantur, sed quandoque modo indicatiuo & imperatiuo: sicut Act. 3. legitur, quòd Petrus dixit claudo, Quod habeo, hoc tibi do: in nomine Iesv Christi Nazareni surge & ambula.

¶ Ad quintum dicendum, quòd ista expositio, Ego te absoluo, ideſt, absolutum ostendo, quantum ad aliquid quidem vera est, non tamen est perfecta: sacramẽta enim nouæ legis, non solum significant, sed etiam faciunt quod significant. Vnde sicut sacerdos baptizando aliquem, ostendit hominem interius ablutum per verba & facta, & non solum significatiue, sed etiam effectiue, ita etiam cum dicit, Ego te absoluo, ostendit hominem absolutum non solum significatiue, sed etiam effectiue: nec tamen loquitur quasi de re incerta: quia sicut alia sacramenta nouæ legis habent de se certum effectum ex virtute passionis Christi, licet possit impediri ex parte recipientis, ita etiam & in hoc sacramento, vnde Augustin. * dicit in libr. de adult. coniu. Non est turpis, nec difficilis post patrata & purgata adulteria reconciliatio coniugii, vbi per claues regni cælorum non dubitatur fieri remissio peccatorum: vnde nec sacerdos indiget speciali reuelatione sibi facta, sed sufficit generalis reuelatio fidei, per quam remittuntur peccata. vnde reuelatio fidei dicitur Petro facta fuisse: sed autem perfectior expositio: Ego te absoluo, ideſt, sacramentũ absolutionis tibi impendo.

Articvlvs IIII.

Vtrum impositio manuum sacerdotis requiratur ad hoc sacramentum.

3 p. q. 64. circ. princ. Et q. 72. a. 4. cõt. ge. capit. 71. E. op. 22. cap. 4.

AD quartum sic proceditur. Videtur quòd impositio manuum sacerdotis requiratur ad hoc sacramentũ: dicitur enim Mar. vlt. Super ægros manus imponent, & bene habebunt, ægri autem spiritualiter sunt peccatores, qui recipiunt bonam habitudinem per hoc sacramentum. ergo in hoc sacramento est manus impositio facienda.

¶ Prẽte. In sacramento pœnitentiæ recuperat homo Spiritumsanctum amissum: vnde ex persona pœnitentis dicitur in Psal. 50. Redde mihi lætitiam salutaris tui, & spiritu principali confirma me: sed Spiritussanctus datur per impositionem manuum: legitur enim Act. 8. quòd apostoli imponebant manus super illos, & accipiebant Spiritumsanctum, & Matth. 19. dicitur, quòd oblati sunt Domino paruuli, vt eis manus imponeret. ergo in hoc sacramento est facienda manus impositio.

¶ 3 Præ. Verba sacerdotis in hoc sacramento non sunt maioris efficaciæ, quàm in aliis sacramentis: sed in aliis sacramentis non sufficiunt verba ministri, nisi aliquem actum exerceat: sicut in baptismo simul cum hoc, quòd sacerdos dicit, ego te baptizo, requiritur corporalis ablutio. ergo etiam simul cũ hoc, quòd sacerdos dicit, ego te absoluo, oportet quòd aliquem actum exerceat circa pœnitentem, imponendo ei manus.

¶ Sed contra est, q. cum Dominus dixit Petro, Quod cumque solueris super terram &c. nullam mentionem de manus impositione fecit: neque etiam cum omnibus apostolis simul dixit, Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis. non ergo ad hoc sacramentum requiritur impositio manuum.

¶ Respon. Dicendum, quòd impositio manuum in sacramentis ecclesiæ fit ad designandum aliquem copiosum gratiæ effectum: quo illi quibus manus imponũtur, quodammodo per quandam similitudinem continuantur ministris, in quibus copia gratiæ esse debet. & ideo manus impositio fit in sacramento confirmationis, in quo confertur plenitudo Spiritussancti, & in sacramento ordinis, in quo confertur quædam excellentia potestatis io diuinis mysteriis. vnde & 2. ad Tim. 1. dicitur, Resuscites gratiam Dei, quæ est in te per impositionem manuum mearum: sacramentum autem pœnitentiæ non ordinatur ad consequendam aliquam excellentiam gratiæ, sed ad remotionem peccatorum: & ideo ad hoc sacramẽtum non requiritur manuum impositio, sicut etiam nec ad baptismum: in quo tamen fit plenior remissio peccatorum.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd illa manus impositio non est sacramẽtalis, sed ordinatur ad miracula perficienda, vt scilicet per contactum manus hominis sanctificati, etiam corporalis infirmitas tollatur: sicut etiam legitur de Domino Mar. 6. quòd infirmos manibus impositis curauit, & Matth. 8. legitur, quòd leprosum mundauit per contactum.

¶ Ad secundum dicendum, quòd non quælibet acceptatio Spiritussancti requirit manus impositionem: quia etiam in baptismo accipit homo Spiritumsanctum, nec tamen sit ibi manus impositio: sed acceptio Spiritussancti cum plenitudine requirit manus impositionem, quod pertinet ad confirmationem.

¶ Ad tertium dicendum, quòd in sacramentis, quæ perficiuntur in vsu materiæ, minister habet aliquem actum corporalem exercere circa eum, qui suscipit sacramentum: sicut in baptismo, confirmatione & extrema vnctione: sed hoc sacramentum non consistit in vsu alicuius materiæ exterius appositæ: sed loco materiæ se habent ea, quæ sunt ex parte pœnitentis: vnde sicut in eucharistia sacerdos sola prolatione verborum super materia perficit sacramentum, ita etiam sola verba sacerdotis absoluentis super pœnitentem, perficiunt absolutionis sacramentum. Et si aliquis actus corporalis esset ex parte sacerdotis necessarius, non minus competeret crucis signaculo, quæ adhibetur in eucharistia,

Universidad de Deusto
Biblioteca

ristia, quàm manus impositio in signum, quòd per sanguinem crucis Christi remittuntur peccata : & tamen non est de necessitate huius sacramenti, sicut nec de necessitate eucharistiæ.

ARTICVLVS V.

Vtrum hoc sacramentum sit de necessitate salutis.

514 Sup q.65. ar.1.co.Et ar.2.ad 4. Et arti.4. co.Et 4.d. 14. q. 2. ar.5.& in prin.exp. lit. Et 4. cõt.c.71. †Aug.in hoc loco tom.8.

AD quintum sic proceditur. Videtur quod hoc sacramentum non sit de necessitate salutis: quia super illud Psal. 125. † Qui seminant in lachrymis &c. dicit glosſ. Nolite esse tristis, si adsit tibi bona voluntas, vnde metitur pax: sed tristitia est de ratione pœnitentiæ, secundum illud 2. Corinth. 7. Quæ secundum Deum est tristitia, pœnitentiam in salutem stabilem operatur. ergo bona voluntas sine pœnitentia sufficit ad salutem.

¶ 2 Præte. Prouer. 10. dicitur, Vniuersa delicta operit charitas. & infra 15. Per misericordiam & fidem purgantur peccata: sed hoc sacramentum non est, nisi ad purgandum peccata. ergo habendo charitatem & fidem & misericordiam, potest quisque salutem consequi, etiam sine pœnitentiæ sacramento.

¶ 3 Præt. Sacramenta ecclesiæ initium habent ab institutione Christi: sed licet legitur Io. 8. Christus mulierem adulteram absoluit absque pœnitentia. ergo videtur, q̃ pœnitentia non sit de necessitate salutis.

¶ Sed contra est, quòd Dominus dicit Luc. 8. Si pœnitentiam non habueritis, omnes simul peribitis.

¶ Respon. dicendum, quòd aliquid est necessarium ad salutem dupliciter, vno modo absolute: alio modo ex suppositione: absolute quidem necessarium est ad salutem illud, sine quo nullus salutem consequi potest: sicut gratia Christi, & sacramentum baptismi per quod aliquis in Christo renascitur. Ex suppositione autem est necessarium sacramentum pœnitentiæ: quod quidem est necessarium non omnibus, sed peccato subiacentibus: dicitur enim 2. Para. vlt. Et tu Deus iustorum non posuisti pœnitentiam iustis, Abraham, Isaac & Iacob his, qui tibi nõ peccauerunt. Peccatum autem cum consumatum fuerit, generat mortem, vt dicitur Iacobi. 1. Et ideo necessarium est ad salutem peccatoris, quod peccatum remoueatur ab eo, quod quidem non potest fieri sine pœnitentiæ sacramento, in quo operatur virtus passionis Christi per absolutionem sacerdotis simul cum opere pœnitentis, qui cooperatur gratiæ ad destructionem peccati: sicut. n. dicit Aug.* super Ioan. Qui creauit te sine te, non iustificabit te sine te. vnde patet quòd sacramentum pœnitentiæ est necessarium ad salutem post peccatum, sicut medicatio corporalis, postquam homo in morbum periculosum inciderit.

De uerb. apost. ser. 15. to, 10.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd gloss. illa videtur esse intelligenda de eo, cui adest bona voluntas sine interpolatione, quæ fit per peccatum: talis enim non habet tristitiæ causam: ex ex quo bona voluntas tollitur per peccatum non potest restitui sine tristitia, qua quis dolet de peccato præterito, quod pertinet ad pœnitentiam.

¶ Ad secundum dicendum, quòd ex quo aliquis peccatum incurrit, charitas, fides & misericordia non liberant hominem à peccato sine pœnitentia: requirit enim charitas, quòd homo doleat de offensa in amicum commissa, & quòd amico homo studeat satisfacere: requirit etiam ipsa fides, vt per virtutem passionis Christi, quæ in sacramentis ecclesiæ operatur, quærat iustificari a peccatis: requirit etiam & ipsa misericordia ordinata, vt homo subueniat pœnitendo suæ misericordiæ, quam per peccatum incurrit, secundum illud Prou. 14. Miseros facit populos peccatum: vnde eccles. 30. dicitur, Miserere animæ tuæ, placens Deo.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ad potestatem excellentiæ, quam solus Christus habuit, vt supra dictum est,* pertinuit quòd Christus effectum sacramenti pœnitentiæ, qui est remissio peccatorum, contulit mulieri adulteræ sine exterioris pœnitentiæ sacramento, licet non sine interiori pœnitentia, quam ipse in ea per gratiam est operatus. q.64.ar.5

ARTICVLVS VI.

Vtrum pœnitentia sit secunda tabula post naufragium.

515 4.d.17.q. ar.3.ad 5. Et di. 14. q.1.ar.2. q.4.E di. 16.q.6.ar. tic.1.q.1. ad 1. †gl.Hier. in illãlo cum cõ.

AD sextum sic proceditur. Videtur quòd pœnitentia non sit secunda tabula post naufragium: quia super illud Isa. 3. Peccatum suum quasi sodoma prædicauerunt, dicit glosſ.* Secunda tabula post naufragium, est peccata abscondere: pœnitentia autem non abscondit peccata, sed magis ea reuelat, ergo pœnitentia non est secunda tabula.

¶ 2 Præt. Fundamentum in ædificio, non tenet secundum, sed primum locum: pœnitentia autem in spirituali ædificio est fundamentum, secundum illud Heb. 5. Non rursus iacientes fundamentum pœnitentiæ ab operibus mortuis, vnde & præcedit ipsum baptismum, secundum illud Act. 2. Pœnitentiam agite, & baptizetur vnusquisque vestrũ. ergo pœnitentia nõ debet dici secunda tabula.

¶ 3 Præte. Omnia sacramenta sunt quædam tabulæ id est, remedia contra peccatum: sed pœnitentia nõ tenet, secundum locum inter sacramenta, sed magis quartum, vt ex supra dictis patet.* ergo pœnitentia non debet dici secunda tabula post naufragium, q.65.ar. 1.& 2.

¶ Sed contra est, q̃ Hiero. † dicit, q̃ secunda tabula post naufragium est pœnitentia. Hieron. sup illud Eze.3.pec cata tua quasi fuli dona eo.

¶ Respon. Dicendum, quòd id quod est per se, naturaliter prius est eo, quod est per accidens: sicut & substantia prior est accidente: sacramenta autem quædam per se ordinantur ad salutem hominis, sicut baptismus, qui est spiritualis generatio, & confirmatio, quæ est spirituale augmentum, & eucharistia, quæ est spirituale nutrimentum: pœnitentia autem ordinatur ad salutem hominis quasi per accidens, supposito quodam, scilicet ex suppositione peccati: nisi enim homo peccaret actualiter, pœnitentia non indigeret tamen baptismo & confirmatione & eucharistia: sicut & in vita corporali non indigeret homo medicatione nisi infirmaretur: indigeret autem homo per se ad vitam generatione, augmento, & nutrimento. & ideo pœnitentia tenet secundum locum respectu status integritatis, qui confertur & conseruatur per sacramenta prædicta: vnde & maphoricè dicitur secunda tabula post naufragium. Nam sicut primum remedium mare transeuntibus est, vt conseruentur in naui integra. Secundum autem remedium est post nauem fractam, vt quis tabulæ adhæreat: ita etiam primum remedium in mari huius vitæ est, quòd homo integritatem seruet: secundum autem remedium est, si per peccatum integritatem perdiderit, quòd per pœnitentiam redeat.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd abscondere peccata contingit dupliciter. Vno modo, dum ipsa peccata fiunt: est autem pelus peccare publice quàm occulte: tũ, quia peccator publicus videtur ex maiori cõtemptu peccare: tum ẽt quia, peccat cũ scandalo aliorũ: & ideo quodam remedium est in peccatis, quod aliquis in occulto peccet. Et secundum hoc dicit glosſ.* quòd secunda tabula post naufragium est peccata abscondere, non quòd per hoc tollatur peccatum, sicut per pœnitẽtiam, sed quia per hoc, peccatum fit minus. Alio modo, aliquis absconditur pec- Cirillus

dit peccatum prius factum per negligentiam confessionis, & hoc contrariatur pœnitentiæ. Et sic abscondere peccatum, non est secunda tabula: sed magis contrarium tabulæ: dicitur enim Prouerb. 28. Qui abscondit scelera sua, non dirigetur.

¶ Ad secundum dicendum, quòd pœnitentia non potest dici fundamentum spiritualis ædificii simpliciter, id est, in prima ædificatione: sed est fundamentum in secunda reædificatione, quæ fit per destructionem peccati. Nã primo redeuntibus ad Deum, occurrit pœnitentia. Apostolus tamen ibi loquitur de fundamento spiritualis doctrinæ: pœnitentia autem, quæ baptismum præcedit, non est pœnitentiæ sacramentum.

¶ Ad tertium dicendum, quòd tria præcedentia sacramenta pertinent ad nauem integram, id est, ad statum integritatis, respectu cuius pœnitentia dicitur secunda tabula.

¶ Super quæstionis octuagesimæquartæ, Articulũ septimum.

ARTICVLVS VII.

Vtrum hoc sacramentum fuerit conuenienter in noua lege institutum.

516 4.d 22. q. 2.ar.3.

IN articu. 7. circa illud, quod pœnitentia est de iure naturali, quo ad dolorem & doloris remedium, & aliquod signum doloris, aduerte quod dupliciter possunt hæc verba intelligi. Primo, simpliciter & absolute, vt sonant. Et sic magnam habent difficultatem, si non sunt falsa: tũ, quia si peccatum non fuit scandalosum seu manifestũ aliis nulla appareret ratio naturalis ad signa doloris: tum, quia abstrahendo a documẽtis fidei, dolor seu tristitia de præterito peccato nulla videtur habere rationẽ remedii, & propterea superfluum videtur dolere de malis præteritis. Accedit ad hoc quod difficile est nosse quid homo infra ius naturæ solum stando, cognoscereẽt de absolutione peccati, per aliud quàm per confessionem a peccando. Alio autem modo intelliguntur, supposita in homine cognitione fidei, vt quod supposita fide, non ex fide, sed ex ratione naturali prouenit, q̃ homo doleat de peccatis commissis, & quod doloreẽ in remedium assumat, & quod aliquod signum doloris ostendat, qui imAct.2 huius quæst. tum. Dicitur enim naturalis ratio homini fideli, vt doleat de offensa creatoris: & quia nullum aliud ex nobis est remedium, nisi cor humiliatur, ideo huiusmodi humiliationem in remedium doloris hoc est peccati dolendi quærat.

Ar. præc.

¶ Respon. Dicendum, quòd sicut supra dictum est, * in hoc sacramento actus pœnitentis se habet sicut materia: id autem quod est ex parte sacerdotis, qui operatur vt minister Christi, se habet vt formale & completiũ sacramenti: materia vero etiam in aliis sacramentis præexistit à natura, vt aqua, vel ab arte, vt panis: sed quòd talis materia ad sacramentum assumatur, institutione indiget hoc determinante: sed forma sacramenti & virtus ipsius totaliter est ex institutione Christi, ex cuius passione procedit virtus sacrorũ. Sic ergo huius sacramẽti materia præexistit à natura (ex naturali enim ratione homo mouetur ad pœnitendum de malis quæ fecit) sed quòd hoc, vel illo modo homo pœnitentiam agat, est ex institutione diuina: vnde & Dominus in principio prædicationis suæ indixit hominibus, vt non solum pœniterent, sed etiam pœnitentiam agerent, significans determinatos modos actuũ, qui requiruntur ad hoc sacramentum: sed id, quod pertinet ad officium ministrorum, determinauit Matth. 16. vbi dixit Petro, Tibi dabo claues regni cælorum &c. Efficaciam autem huius sacramenti & originem virtutis eius, manifestauit post resurrectionem Luc. vlt. vbi dixit, quod oportet prædicari in nomine eius pœnitentiam & remissionem peccatorum in omnes gentes, præmisso de passione & resurrectione: ex virtute enim nominis IESV Christi patientis, & resurgentis, hoc sacramentum efficaciam habet in remissionem peccatorum: & sic patet conueniente. hoc sacramentum in noua lege institutum fuisse.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd de iure naturali est, quod aliquis pœniteat de malis quæ fecit, quantum ad hoc, quod doleat fecisse, & doloris remedium quærat per aliquem modum, & quod etiam aliqua signa doloris ostendat, sicut & Niniuitæ fecerunt, vt Ionæ. 3. legitur. In quibus tamen aliquid fuit adiunctum fidei, quam conceperant ex prædicatione Ionæ, vt scilicet hoc agerent sub spe veniæ consequendæ à Deo, secundum illud quod ibi legitur, Quis scit, si conuertatur, & ignoscat Deus, & reuertatur à furore iræ suæ, & non peribimus? sed sicut alia quæ sunt de iure naturali, determinationem acceperunt ex institutione legis diuinæ, vt in secunda parte dictum est,* ita etiam & pœnitentia. 1.2. q.99. & 100. ar. 1.& 95.ar. 2.

q. 62. art. 5.& q.64. ar.1.

¶ Ad secundum dicendum, quòd ea quæ sunt iuris naturalis, diuersimodè determinationem accipiunt in veteri & in noua lege, secundum quod congruit imperfectioni veteris legis, & perfectioni nouæ: vnde & pœnitentia in veteri lege aliquam determinationem habuit, quàtum quidem ad dolem, vt esset magis in corde, quàm in exterioribus signis, secundum illud Ioliel. 2. Scindite corda vestra, & non vestimenta vestra: quantum autem ad remedium doloris quærendum, vt aliquo modo ministris Dei peccata sua confiterentur, ad minus in generali. Vnde Dominus Leuitic. 5. dicit, Anima quæ peccauerit per ignorantiam, offeret arietem immaculatum de gregibus sacerdoti, iuxta mensuram æstimationemque peccati, quo rabit pro eo, quod nesciens fecerit & dimittetur ei: in hoc enim ipso, quod oblationem faciebat aliquis pro peccato suo, quodammodo suum peccatum fecerdoti confitebatur, & secundum hoc dicitur Prouerb. 28. Qui abscondit scelera sua, non dirigetur: qui autem confessus fuerit, & reliquerit ea, misericordiam consequetur: nondum autem erat instituta potestas clauium, quæ à passione Christi deriuatur, & per consequens nondum erat institutum, quòd aliquis doleret de peccato cum proposito subueniendi

Universidad de Deusto
Biblioteca

cicndi se per confessionem & satisfactionem clauibus ecclesiæ, sub spe consequendæ veniæ, virtute passionis Christi.

¶ Ad tertium dicendum, quòd si quis rectè consideret ea, quæ Dominus dixit de necessitate baptismi Io. 3. tempore præcesserunt ea, quæ dixit Matth. 4. de necessitate pœnitentiæ. nam id quod dixit Nicodemo de baptismo, fuit ante incarcerationem Ioan. de quo postea subditur, quòd baptizabat: illud vero quod de pœnitentia dixit Matth. 4. fuit post incarcerationem Ioannis: si tamen prius ad pœnitentiam induxisset, quàm ad baptismum, hoc ideo esset quia etiam ante baptismum requiritur quædam pœnitentia: sicut & Petrus dicit Act. 2. Pœnitentiam agite, & baptizetur vnusquisque vestrum.

¶ Ad quartum dicendum, quod Christus non est vsus baptismo, quem ipse instituit: sed est baptizatus baptismo Io. vt supra dictum est: * sed nec etiam actiuè vsus est suo ministerio, quia ipse non baptizabat communiter, sed discipuli eius, vt dicitur Io. 4. quamuis credēdum sit, quod discipulos suos baptizauerit, vt Aug. * dicit ad Celeucianum: vsus autem huius sacramenti ab eo instituti, nullo modo sub competebat: nec quantum ad hoc, quòd ipse pœniteret, in quo peccatum non fuit, neque quātum ad hoc, q hoc sacramentum aliis præberet: quia ad ostendendam misericordiam, & virtutem suam, effectum huius sacramenti sine sacramento præbebat, vt supra dictum est: sacramentum autem eucharistię & ipse sumpsit & aliis dedit: tum, ad commendandam excellentiā huius sacramenti: tum, quia hoc sacramentum est memoriale suæ passionis, in qua Christus est sacerdos & hostia.

q. 39. art. 1. & 2.

*In ep. 108. to. 2. habet etiā libr. 3. de anima & eius origine c. 9. to. 7.

Ar. 5. huius q. ad 3.

¶ *Super quæstionis 84. Artic. VIII. & IX.*

517 Inf. art. 9. ad 1. & 4. d. 17. q. 2. art. 4. q. 1. & 2.

IN art. 8 & 9 aduertē, quòd displiceret dupliciter sumitur, s. contrarie uel negatiue. Et quando sumitur contrarie, significat actum contrarium ad placere, quando uero sumitur negatiue, non significat aliquem actum, sed solūmodo non placere. Cum ergo in litera dicitur, q semper debet homini displicere, q peccata uel aliquid simile, sufficit q intelligatur negatiue, idest, non placere. Et patet hunc esse sensum literę, quia contra displiceret distinguit placere, dum subdit: sin ei placeret peccatis &c. nisi enim displicere, ita cōmuniter sumptum fuisset, s. siue contrarie siue negatiue, nō licuisset prouidere: si enim placeret ei peccasse &c. nā potuisset dici, q nec displiceret, nec haberet actū placendi, sed non placet peccasse. Et hinc habes, q sufficit ad necessariam pœnitentiam post habitam cōtritionem, q non placeat peccasse, nec est opus exire in actum displicentiæ nouæ.

In lib. de vera & falsa pœnit. c. 13. circa me. to. 4.

D. 530.

Articvlvs VIII.

Vtrum pœnitentia debeat durare vsque ad finem vitæ.

AD octauum sic proceditur. Videtur q pœnitentia non debeat durare vsque ad finem vitæ. Pœnitentia, n. ordinatur ad deletionem peccati: sed pœnitens statim consequitur remissionem peccatorum, secundum illud Ezechi. 18. Si impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis suis quæ operatus est, vita viuet, & nō morietur. ergo non oportet vlterius pnīm protendi.

¶ 2 Præt. Pœnitentiam agere pertinet ad statum incipientium: sed homo de hoc statu debet procedere ad statū proficientium, & vlterius ad statum perfectorū. ergo non debet homo pœnitentiam agere vsque ad finem vitæ.

¶ 3 Præt. Sicut in aliis sacramentis homo debet seruare statuta ecclesiæ, ita & in hoc sacramento: sed secundum canones determinata sunt tempora pœnitendi, vt s. ille, qui hoc vel illud peccatum cōmiserit, tot annis pœniteat. ergo videtur, q non sit pœnitentia extenda vsque ad finem vitæ.

¶ Sed contra est, q Augu.* dicit in lib. de pœnitent. Quid restat nobis, nisi semper dolere in vita? vbi n. dolor finitur, deficit pœnitentia: si verò pœnitētia finit, quid derelinquitur de venia?

¶ Respon. Dicendum, q duplex est pœnitentia, s. interior & exterior: interior quidē pœnitentia est, qua quis dolet d de peccato cōmisso. Et talis pœnitentia debet durare vsque ad finem vitæ: semper. n. debet homini displicere, q peccauit: si enim ei placeret peccasse, iam ex hoc ipso peccatum incurreret, & fructum veniæ perderet: displicentia autem dolorem causat in eo, qui est susceptiuus doloris, qualis est homo in hac vita. post hanc vitam autem sancti non sunt susceptiui doloris: vnde displicebunt eis peccata præterita sine omni tristitia, secundū illud Isa. 65. Oblionioni traditæ sunt angustiæ priores. Pœnitentia vero exterior est, qua quis exteriora signa doloris ostendit, & verbotenus peccata sua confitetur sacerdoti absoluenti, & iuxta eius arbitrium satisfacit. Et talis pœnitentia non oportet, quod duret vsque ad finem vitæ, sed vsque ad determinatum tempus secundum mensuram peccati.

¶ Ad primum ergo dicendum, quod vera pœnitentia non solum remouet peccata præterita, sed etiam præseruat hominem à peccatis futuris. quamuis igitur homo in primo instanti veræ pœnitentiæ remissionem consequatur præteritorum peccatorum: oportet tamen in homine perseuerare pœnitentiam, ne iterum incidat in peccatum.

¶ Ad secundum dicendum, quod agere pœnitentiam interiorem simul & exteriorem, pertinet ad statum incipientium, qui scilicet de nouo redeunt à peccato: sed pœnitentia interior habet locum etiam in proficientibus & perfectis, secundum illud Ps. 38. A fœtiones in corde suo dispositi in valle lachrymarum. vnde & ipse Paulus dicebat primæ Corin. 15. Nō sum dignus vocari Apostolus, quoniam per secutus sum ecclesiam Dei.

¶ Ad tertium dicendum, quod illa tempora præfiguntur pœnitentibus, quantum ad actionem exterioris pœnitentiæ.

Articvlvs IX.

Vtrum pœnitentia possit esse continua.

518 4. d. 14. q. 1. ar. 4. q. 1.

AD nonum sic proceditur. Videtur quod pœnitentia non possit esse continua. dicitur enim Hier. 31. Quiescat vox tua a ploratu, & oculi tui à lachrymis: sed hoc esse non posset, si pœnitentia continuaretur, quæ constit in ploratu & lachrymis. ergo pœnitentia non potest continuari.

¶ 2 Præt. De quolibet bono opere debet homo gaudere, secūdum illud Psal. 99. Seruite Domino in lętitia: sed agere pœnitentiam est bonum opus. ergo de hoc ipso debet homo gaudere: sed non potest homo simul gaudere & tristari, vt patet per Philosophum in 9. Ethico. ergo non potest esse, quod pœnitens continue tristetur de peccatis præteritis, quod pertinet ad rationem pœnitentiæ. ergo pœnitentia non potest esse continua.

¶ 3 Præt. Secundæ ad Cor. 2. Apost. dicit, Consolamini, s. pœnitentem, ne forte abundatiori tristitia absorbeatur, qui eiusmodi est: sed consolatio depellit tristitiam, quæ pertinet ad rationem pœnitentiæ. ergo pœnitentia nō debet esse continua.

¶ Sed contra est, q Aug.* dicit in lib. de pœnitentia, dolor in pœnitentia continue custodiatur.

*In lib. de vera & falsa pœnit. c. 13 circa finē to. 4.

¶ Respon. Dicendum, q pœnitere dicitur dupliciter, secundum actum & secundum habitum. Actu quidem impossibile est, q homo continue pœniteat: quia necesse est, q actus pœnitentis siue interior, siue exterior, interpoleturad minus somno, & aliis quæ ad necessitatem corporis pertinent. alio modo dicitur pœnitere secundū habitum. & sic oportet, q homo continue pœniteat, & quātum ad hoc, q homo numquam aliquid contrariū pœnitentiæ faciat, per quod habitualis dispositio pœnitentis tollatur, & quantum ad hoc, q debet homo in proposito gerere,

to gerere, quòd semper sibi præterita peccata displiceāt.

¶ Ad primum ergo dicēdum, quòd ploratus & lachrymæ ad actum exterioris pœnitentiæ pertinent, qui non solum non debet esse continuus, sed nec etiam oportet, quòd duret vsque ad finem vitæ, vt dictum est. * vnde & signanter ibi subditur, quia est merces operi tuo. est autem merces operis pœnitentis, plena remissio peccati, & quantum ad culpam, & quantum ad pœnam, post cuius consecutionem non est necesse q homo vlterius exteriorem pœnitentiam agat: per hoc tamen non excluditur continuitas pœnitentiæ, qualis dicta est. *

*ar. præc.

*ar. præc.

¶ Ad secundum dicendum, quòd de dolore & gaudio dupliciter loqui possumus. vno modo, secundum quòd sunt d passiones appetitus sensitiui. Et sic nullo modo possunt esse simul, eo quòd sunt omnino contrariæ, vel ex parte obiecti (puta cum sunt de eodem) vel saltem ex parte motus cordis: nam gaudium est cum dilatatione cordis, tristitia verò cum constrictione. & hoc modo loquitur philosophus * in 9. Ethico. alio modo possumus loqui de gaudio & tristitia, secundum quòd consistunt in simplici actu voluntatis, cui aliquid placet vel displicet: & secundum hoc, non possunt habere contrarietatem, nisi ex parte obiecti, puta cum sunt de eodem & secundum idem: & sic non possunt simul esse gaudium & tristitia: quia non potest simul idem secundum idem placere & displicere. Si verò gaudium & tristitia sic accepta, non sint de eodem secundum idem, sed vel de diuersis, vel de eodem secundum diuersa, sic non est contrarietas gaudii & tristitiæ. vnde nihil prohibet hominem simul gaudere & tristari: puta si videamus iustum affligi, simul placet nobis eius iustitia, & displicet eius afflictio: & hoc modo simul potest alicui displicere, q peccauit, & placere q hoc ei displicet cum spe veniæ: ita q ipsa tristitia sit materia gaudii. vnde & Aug.* dicit in lib. de pœnitentia, semper doleat pœnitens, & de dolore gaudeat. si tamen tristitia nullo modo compateretur sibi gaudium, per hoc non tolleretur habitualis cōtinuitas pœnitentię, sed actualis.

D. 530.

*In li. de vera & falsa pœnitē. c. 13. in fine to. 4.

¶ Ad tertium dicendum, quòd secundum Philosophū * in 2. Ethic. ad virtutem pertinet tenere mediū in passionibus. Tristitia autem quæ in appetitu sensitiuo pœnitentis consequitur ex displicentia voluntatis, passio quedam est. vnde moderanda est secundum virtutem, & eius superfluitas est vitiosa: quia inducit in desperationem: quod significat Apostolus ibidem dicens: ne maiori tristitia absorbeatur, qui eiusmodi est. & sic consolatio, de qua ibi Apostolus loquitur, est moderatiua tristitiæ: non autē totaliter ablatiua.

*li. 2. ex c. 3. 6. & 9. habeti potest, to. 5.

Articvlvs X.

Vtrum sacramentum pœnitentiæ debeat iterari.

519 4. d. 14. q. 1. art. 4. q. 3. & ar. 5. quæs. 2. & Heb. 6.

AD decimum sic proceditur. Videtur quòd sacramentum pœnitentiæ non debeat iterari. dicit enim Apostolus Heb. 6. Impossibile est eos, qui semel sunt illuminati, & gustauerunt cæleste donum, & participes sunt facti Spiritussancti, & prolapsi sunt, renouari rursus ad pœnitentiam: sed quicumque pœnituerunt, sunt illuminati, & acceperunt donum Spiritussancti. ergo quicumque peccat post pœnitentiam, non potest iterato pœnitere.

¶ 2 Præt. Ambr.* dicit in libr. de pœnitentia: reperiūtur qui sæpius agendam pœnitentiam putant, qui luxurianturin Christo. nam si verè pœnitentiam agerent, iterandam postea non putarent: quia sicut vnum est baptisma, ita vna est pœnitentia: sed baptismus non iteratur. ergo nec pœnitentia.

In li. 2. de Pœni. c. 10. post med. tom. 1.

¶ 3 Præt. Miracula, quibus Dominus infirmitates corporales sanauit, significant sanationes spiritualium infirmitatum, quibus scilicet homines liberantur a peccatis: sed non legitur q Dominus aliquem cæcum bis illuminauerit, vel quòd aliquem leprosum bis mundauerit, aut aliquem mortuum bis suscitauerit. ergo videtur, q nec alicui peccatori his per pœnitentiam veniam largiatur.

¶ 4 Præt. Greg.* dicit in Ho. Quadragesimæ: pœnitētia est, antea acta peccata deflere, & flenda iterum non cōmittere. & Isid. † dicit in lib. de summo bono. Triste est & non pœnitens, qui adhuc agit quod pœnitet. si ergo aliquis verè pœniteat, non iterum peccabit. ergo non potest esse, quòd pœnitentia iteretur.

Hom. 34. in euāge. post medium illius.

†li. 2. c. 16 in prin. & habet de pœni. di. 3. c. Iterisor.

¶ 5 Præt. Sicut baptismus habet efficaciam ex passione Christi, ita & pœnitentia: sed baptismus non iteratur propter vnitatem passionis & mortis Christi. ergo pari ratione nec pœnitentia iteratur.

¶ 6 Præt. Ambr.* dicit, quòd facilitas veniæ incentiuum præbet delinquendi. si ergo Deus veniam frequēter præbet per pœnitentiam, videtur quòd ipse hominibus præbeat incentiuum delinquendi. Et sic videretur delectari in peccatis, quod eius bonitati non congruit. non ergo potest pœnitentia iterari.

*Hoc habet Amb. fer. 8. i. Pf. 118. ante med. to. 4. referf 23. caus. q. 4. c. Est iniusta, & dicitur esse Amb.

¶ Sed contra est, q homo inducitur ad misericordiam exemplo diuinæ misericordiæ, secundum illud Luc. 6. Estote misericordes, sicut & pater vester misericors est: sed Dominus hanc misericordiam discipulis suis imponit, vt sæpius remittant fratribus contra se peccantibus. vnde sicut dicitur Matth. 18. Petro quærenti, Quoties peccabit in me frater meus, & dimittā ei, vsque septies? respondit IESVS, Non dico tibi vsque septies, sed vsq; septuagies septies. ergo etiam Deus sæpius per pœnitentiam veniam peccantibus præbet, præsertim cum doceat nos petere, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.

¶ Respon. dicendum, q circa pœnitentiam quidam erauerunt, dicentes non posse hominem per pœnitentiam secundo consequi veniam peccatorum: quorum quidam, scilicet Nouatiani hoc in tantum extenderunt, vt dicerēt post primam pœnitentiam, quæ agitur in baptismo, peccātem non posse per pœnitentiam iterato restitui. Alii verò fuerunt hæretici (vt Aug.* dicit in lib. de penitētia) qui post baptismum dicebant quidem esse vtilem pœnitentiam, non tamen pluries, sed semel tantum. Videntur autem huiusmodi errores ex duobus processisse. Primo quidem ex eo, quòd errabant circa rationem veræ pœnitentię. Cum enim ad veram pœnitentiam charitas requiratur (sine qua non delentur peccata) credebant, q charitas semel habita non possit amitti, & per consequens pœnitentia si sit vera, numquam per peccatum tollatur, vt sic sit necesse eam iterari: sed hoc improbatum est * in secunda parte, vbi ostensum est: quòd charitas semel habita propter libertatem arbitrii potest amitti, & per consequens post veram pœnitentiam, potest aliquis peccare mortaliter. secundo ex eo, quòd errabant circa æstimationem grauitatis peccati: putabant enim adeo graue esse peccatum, quod aliquis committit post veniam impetratam, quòd non sit possibile ipsum remitti. In quo quidem errabant, & ex parte peccati (quod etiam post remissionem consecutam, potest esse, & grauius & forsan quam fuerit primum peccatū remissum) & multo magis contra infinitatem diuinæ misericordiæ, quæ superat omnem numerum & magnitudinem peccatorum, secundum illud Psal. 50. Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam, & secundum multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam. vnde reprobatur verbum Cain, dicentis Genes. 4. Maior est iniquitas mea, quàm vt veniam merear: & ideo misericordia Dei peccantibus, per pœnitentiam veniam præbet absque vllo termino: vnde dicitur 2. Para. vlt. Immensa & inuestigabilis misericordia promissionis tuæ super malitiam

*In lib. de vera & falsa pœnitē. c. 5. to. 4.

12. q. 24. ar. 12.

Universidad de Deusto
Biblioteca

malitiam hominum, vnde manifestum est, quòd pœnitentia pluries est iterabilis.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd quia apud Iudæos erant secundum legem quædam lauacra instituta, in quibus pluries se ab immunditiis purgabant, credebant aliqui iudæorum, quòd etiam per lauacrum baptismi aliquis pluries purificari posset. Ad quod excludendum, Apostolus scribit hebræis, quòd impossibile est eos, qui semel sunt illuminati, scilicet per baptismum, rursum renouari ad pœnitentiam, scilicet per baptismum, qui est lauacrum regenerationis, & renouationis Spiritussancti, vt dicitur ad Tit. 3. Et rationem assignat, ex hoc, quòd per baptismum homo Christo commoritur, vnde subditur, rursus crucifigentes sibimetipsis filium Dei.

¶ Ad 2m dicēdū, q̄ Amb. loquitur de pœnitentia solenni, quæ in ecclesia non iteratur, vt infra dicetur.

¶ Ad tertium dicendum, quòd sicut Augustin. * dicit in libr. de pœnitentia, multos cæcos & in diuersis temporibus dominus illuminauit, & multos debiles confirmauit, ostendens in diuersis illis eidem sæpe peccata dimitti: vt quem prius sanauit leprosum, alio tempore illuminet cæcum, ideo enim tot sanauit cæcos, claudos, & aridos, ne desperet de se peccator. ideo non scribitur aliquem nisi semel sanasse, vt quilibet timeat iungi peccato. medicum se vocat, & non sanis, sed male habentibus opportunum: sed qualis hic medicus, qui malum iteratum nesciret curare? medicorum est centies infirmum, centies curare: qui cæteris minor esset, si aliis possibilia ignoraret.

¶ Ad quartum dicendum, quòd pœnitere est anteacta peccata deflere, & flenda non committere, scilicet simul dum flet, vel actu vel proposito. Ille enim est irrisor & non pœnitens, qui simul dum pœnitet agit quod pœnitet, vel proponit iterum se facturum quod gessit, vel etiam actualiter peccat eodem, vel alio genere peccati. Quod autem aliquis postea peccat, vel actu vel proposito, non excludit quin prima pœnitentia vera fuerit: nunquam enim veritas prioris actus excluditur per actum contrarium subsequentem: sicut enim vere currit, qui postea sedet, ita vere pœnituit, qui postea peccat.

¶ Ad quintum dicendum, q̄ baptismus habet virtutē ex passione Christi, sicut quædam spiritualis generatio cum spirituali morte præcedentis vitæ. Statutum autem est hominibus semel mori, & semel nasci: & ideo semel tantum debet homo baptizari: sed pœnitentia habet virtutem ex passione Christi, sicut spiritualis medicatio, quæ frequenter iterari potest.

¶ Ad sextum dicendum, quod secundum Augustin. * in lib. de pœnitentia, constat Deo multum displicere peccata, qui semper præsto est ea destruere, ne soluatur quod creauit, nec corrumpatur quod amauit, scil. cet per desperationem.

* In li. de vera & falsa pœni. c. 5. to. 4.

* In li. de vera & falsa pœnitē. ca. 5. non lōge a prīcip. to. 4.

QVAEST. LXXXV.

De sacramento pœnitentiæ secundum quòd est virtus in sex articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de pœnitentia, secundum quòd est virtus.

Et circa hoc quæruntur sex.

¶ Primo, Vtrum pœnitentia sit virtus.
Secundo, Vtrum sit virtus specialis.
¶ Tertio, sub qua specie virtutis contineatur.
¶ Quarto, De subiecto eius.
¶ Quinto, De causa ipsius.
¶ Sexto, De ordine eius ad alias virtutes.

ARTICVLVS I.

Vtrum pœnitentia sit virtus.

AD primum sic proceditur. Videtur quod pœnitentia non sit virtus. Pœnitentia enim est quoddam sacramentum aliis sacramentis connumeratum, vt ex * supradictis patet: sed nullum aliud sacramentorum est virtus. ergo neque pœnitentia est virtus.

¶ 2 Præterea. Secundum Philosophum † 4. Ethic. verecundia non est virtus: tum, quia est passio habens corporalem immutationem; tum etiam, quia non est dispositio perfecti, cum sit de turpi acto, quod non habet locum in homine virtuoso: sed simpliciter pœnitentia est quædam passio habens corporalem immutationem, scilicet pioram (sicut Greg.* dicit, quod pœnitere est peccata præterita plangere) est etiā de turpibus factis scilicet de peccatis, quæ non habent locum in homine virtuoso. ergo pœnitentia non est virtus.

¶ 3 Præterea. Secundum Philosophum 4. Ethic. nullus est stultus eorum, qui sunt secundum virtutem: sed stultum videtur dolere de commisso præterito, quod non potest non esse, quod tamen pertinet ad pœnitentiam. ergo pœnitentia non est virtus.

¶ Sed contra est, quod præcepta legis dantur de actibus virtutum: quia legislator intendit cives facere virtuosos, vt dicitur * 2. Ethic. sed præceptum diuinæ legis est de pœnitentia, secundum illud Mat. 4. Pœnitentiam agite, &c. ergo pœnitentia est virtus.

¶ Respon. Dicendum, quod sicut ex dictis * patet, pœnitere est de aliquo prius à se facto dolere. Dictum est autem supra † quod dolor, vel tristitia dupliciter dicitur. vno modo, secundum quod est passio quædam appetitus sensitiui, & quantum ad hoc pœnitentia non est virtus, sed passio. Alio modo, secundum quod consistit in d voluntate, & hoc modo est, cum quadam electione: quæ quidem si sit recta, necesse est, quod sit actus virtutis: * dicitur enim 2. Ethic. quod virtus est habitus electiuus, secūdum rationem rectam. pertinet autem ad rationem rectam, vt aliquis doleat, de quo dolendum est, & eo modo & fine, quo dolendum est: quod quidem obseruatur in pœnitentia, de qua nunc loquimur: nam pœnitens assumit moderatum dolorem de peccatis præteritis, cum intentione remouendi ea, vnde manifestum est, quod pœnitentia, de qua nunc loquimur, vel est virtus, vel actus virtutis.

¶ Ad primum ergo dicendum, q̄ (sicut dictum est *) in sacramento pœnitentiæ materialiter se habent actus humani: quod non contingit in baptismo vel confirmatione: & ideo cum virtus sit principium alicuius actus, potius pœnitentia est virtus, vel cum virtute, quàm baptismus seu confirmatio.

¶ Ad secundum dicendum, quod pœnitentia secūdum quod est passio, non est virtus, vt dictum est, * sic autem habet corporalem transmutationem adiunctam: est tamen virtus, secundum quod habet ex parte voluntatis electionem: rectam quod tamen magis potest dici de pœnitentia quam de verecundia. nam verecundia respicit turpe factum vt præsens, pro quo timet confundi: penitentia vero vt præteritum. est autem contra perfectionē virtutis, quod aliquis in præsenti habeat turpe factum, de quo oporteat eum verecundari: non est autem contra perfectionem virtutis, quod aliquis prius commiserit turpia facta, de quibus oporteat eum pœnitere, cum ex vitioso fiat aliquis virtuosus.

¶ Ad

510 4.d.24.q. 1.ar.1.q. 2.& ar.3. q.2.con. & ad 2. & q. 3. & 4. q.præce. ar.1.& q. 6.ar.2. 3 li.2.cap. ult.to.3.

Hom. 34. in euā poll mediū. & i regillro li.9.c.19. non lōge a fine.

*li.2.cā.8 med.to.5

In isto ar. ex arg.2. & q.præc. *Q.præc. art.3.

D.530.

3 li.2.c.2 &6. to.3

Q.præce. ar.5.& 7.

*1.2.q.54 ar.1.ad 1. & art.2.

¶ *Super quæstionis 2 5. Articulum secundum.*

DVbium occurrit magnum circa materiam huius secundi articuli, an pœnitentia virtus, sit vere & proprie vna specialis virtus distincta a cæteris virtutibus. Et est ratio dubii non sola varietas opinionum, sed quoniā vtrinquerō vrget. Nam quod sit vna virtus distincta ab aliis. Auctoris ratio in litera concludit, dicens, operari ad deletionem peccati præteriti, inquantum est offensa dei, per quandam recompēsationem, habet speciale ratione actus laudabilis non pertinentē ad rōnē alterius virtutis ergo pœnitentia, cui iste actus attribuitur, est specialis virtus. Ad partem autem negatiuam vrget duplex ratio vna ex propriis: quia nulla virtus exigit autem præexigit habentem ipsam sub illius contrario, sed pœnitentia præexigit pœnitentem fuisse sub peccato, quod contrariatur pœnitentię. ergo pœnitentia non est specialis virtus. Et hęc ratio confirmatur intellectū meū. Quæ & confirmatur, quia virtutum semina sunt ita nobis insita, vt possint a nobis acquiri cum auxilio diuino, & recta ratione, &c. vt non sit necesse nos peccare, si omnes habendæ sunt virtutes in actu: sed ad pœnitentiæ virtutē habendam in actu impossibile est nos peruenire, nisi peccatum interueniat. igitur non est virtus specialis. nec euaditur hæc confirmatio ex hoc, quòd pœnitentia, ponereturvirtus non acquisita, sed infusa: quoniam simile est de vtrisque iudicium, quo ad hoc, quòd non oportet peccare, vt virtutes habeamus in actu. Et confirmatur iterum ex parte subiectis: quia in Christo fuerunt omnes virtutes, & tamen in ipso non fuit pœnitentia. Altera ratio est, ex parte obiecti: quia scilicet ob iectum hoc scilicet offensa, vt recompensabilis per actum proprium, &c. non requirit propriam virtutem. Quod ex duobus apparet. primo, ex eo quòd inter homines obiectum hoc laudabili actu voluntario attingitur, vt patet cum is qui aliquem offendit, humiliat se illi, confitendo se male fecisse, dolendo de offensa, & subiiciendo se illi ad recompensandam offensam: per hos enim actus recuperat etiam offensi gratiam: iuxta illud Parcere subiectis & debellare superbos. Et tamen nulla virtus specialis ponitur propter actum, aut obiectum istud. proportionaliter igitur loquendo, nulla est ponenda specialis virtus ad recompensandum Dei offensam. Secundo ex eo, quòd ad huiusmodi recompensationem inuentur alia virtus sufficiens, scilicet religio: religionis enim actus est subiicere se Deo reddereque debitum Deo, non minus offenso quàm benefactori, ita quòd sicut reddere Deo debitum ob beneficia susceptā, non exigit specialem virtutem vltra religionem, eadem ratione reddere Deo debitum ob offensam in eum, ad religionem quoque spectabit cadunt enim has speciales rationes debiti, scilicet pro beneficiis, vel pro offensis, sub illa communi ratione debiti, quam attendit religio. Et confirmatur, quia præcipuus actus pœnitentiæ coincidit cum actu primo religionis: subiectio enim hominis ad Deum, est præcipuum quod pœnitentiæ virtus offert Deo in recompensam, quā eandem offert religio. Secundum actum quidem deuotionis, absolute: secundum vero actum gratitudinis, pro beneficiis receeptis: secundum actum pœnitentiæ, pro offensa commissa. vnde sicut religionis quidam actus est recompensare beneficia, ita recompensare peccata. Et cōfirmat hoc: quia in lege veteri actu religionis expiabatur peccatum. & D. iuxta eor contritum & humiliatum: (quod est ipsa emenda pro peccato) sacrificium appellat.

¶ Ad cuidentiam huius difficultatis recolendum est, quòd non vertitur in dubio, an actus pœnitentiæ sit actus laudabilis & virtuosus, sed an exigat virtutē specialē q̄ habitus eius sit virtus distincta a reliquis virtutibus. Et mihi quidem videtur, quod non sit virtus distincta propter primas rationes alias ex parte subiecti & obiecti, sed quòd actus pœnitentiæ est actus religionis: quod vel clarius percipitur, distinguendo duos actus pœnitentiæ: alterum, ad recompensandum indulgentiam: nam peccando, & Deum offendimus, & nobis plus indulsimus, quàm fas erat, & primum quod est præcipuum in pœnitentia, vocatur satisfacere quo ad culpam, secundum satisfacere quo ad pœnam. Horum autem actuum (vt ex his quæ inter homines videmus ad diuina ascendamus) primus consistit in tribus, scilicet displicentia de offensa, confessione peccati, & submissione sui ad offensum: cuius his enim tribus recurrit homo ad hominem pro venia. Et si his non placatur offensus, nulla restat recta via obtinendi reconciliationem offensi. Secunda autem satisfactio consistit in luendo pœnam, vt clare patet. Ex his autem ad diuinam reconciliationem ascendendo, eadem tria sufficere credimus ad diuinam misericordiam prouocandam. Horum autem nullum aliam virtutem quàm charitatem religionemque requirit: nam displicentia offensæ in Deum, actus est charitatis cuius est gaudere, & complacere in bono diuino. Confessio autem peccati non solum exterior, sed etiam interior, actus est religionis absque alia virtute media imperatus rationis, cuius est enuntiare peccatum. Submissio autem sui ad Deum,

Universidad de Deusto
Biblioteca

ad Deum, religionis actus est, nec aliquid addit ratio pœnitentiæ, nisi causam, scilicet pro offensa: sicut rario gratitudinis addit pro beneficio. Et probatur ratione, quia religionis actus est quo excellentiam diuinam, nostramque subiectionem ad Deum profitemur: sed vterque istorum actuum scilicet interior confessio, & voluntaria submissio, in vtriusque professione consistit. Nam qui confitetur Deo aduersus se iniustitiam suam, submittendo se & confessione & submissione subiectioni sua facit simul & excellentiam diuinam, cui se submittit, cui excellentissima omnipotentia parcendo manifestatur, cuique proprium est misereri semper, & parcere. Et igitur velle operari ad recompensationem offensæ propriæ Deo, religionis actus elicitus. Et confirmatur: quia virtus pœnitentiæ non est virtus (vt infra patebit) acquisita, sed infusa, non ex ratione naturali, sed ex lumine diuinæ relationis vim habens, eodemque cursu, quo religio currit accepta. In cuius signum inter pias opera religionis, ita sunt sacrificia & orationes pro peccatis, sicut pro beneficiis.

¶ Nec propterea arguimus Auctorem: quoniam verum est, pœnitentiam esse specialē virtutem, latiori vocabulo vtendo. Nec hoc mirum videatur alicui, aut nouum in doctrina Auctoris: quoniam in præcedenti libro simile quid apparet, dum posita est virginitas specialis virtus, quæ tamen non est, nisi religio determinata ad tam excellentem materiam. Reliquus vero actus pœnitentiæ scilicet satisfacere quo ad pœnam, potest poni actus religionis imperatus, mediante virtute vindicatiuæ iustitiæ participatæ in subdito: ita quòd peccator puniat se quasi minister Dei vindicantis. Potest etiam poni actus religionis immediate, pro quanto religio ipsa debitam pœnam exoluit, vt perficiatur satisfactio debita a filio seruoque domino ac patri: hoc enim iustum secundum quid religio attendit inter hominem & Deum, cum iustum simpliciter esse nequeat. Potes autem percipere hāc quoque satisfactionem spectare ad religionem, ex eo quòd nonnullus cultus est diuinæ excellentiæ ex nostra subiectione, vt voluntarie huiusmodi pœnas offeramus ei pro usurpatis contra aut præter voluntatem diuinam. Et hæc de hac difficultate dicta sufficiant: prosequemur in sequentibus tractatum de pœnitentia, ea dicendo quæ stant cum veraque opinione scilicet quòd pœnitentia sit vna virtus per se distincta a reliquis, & quòd pœnitentia coincidat cum religione totaliter aut principaliter, & cum iustitia forte vindicatiua seu commutatiua, quo ad actum secundarium.

522 Inf. ar. 4. cor. & 4. d. 14. q. 1. ar. 1. q. 3. ad 4. *1. 2. q. 62 ar. 2. & 3.

Ji. 5. Ethi. c. 4. to. 5.

gl' ordinaria ibid.

In li. de uera & falsa pœnit. c. 8. a me. to. 4. *lib. 2. de inuētione fol. 4. ante finem.

ARTICVLVS III.

Vtrum virtus pœnitentiæ sit species iustitiæ.

AD tertium sic proceditur. Videtur quod virtus pœnitentiæ non sit species iustitiæ. Iustitia enim non est virtus theologica, sed moralis, vt in secunda parte patet: * pœnitentia autem videtur esse virtus theologica, quia habet Deum pro obiecto: satisfaciti enim Deo, cui etiam reconciliat peccatorem. ergo videtur, quod pœnitentia non sit species iustitiæ.

¶ 2 Præte. Iustitia cum sit virtus moralis, consistit in medio: sed pœnitentia non consistit in medio, sed in quodam excessu, secūdum illud Hier. 6. Luctum vnigeniti fac tibi planctum amarum. ergo pœnitentia non est species iustitiæ.

¶ 3 Præter. Duæ sunt species iustitiæ (vt dicitur in 5. Ethic. *) scilicet distributiua & commutatiua: sed sub neutra videtur pœnitentia contineri. ergo videtur quod pœnitentia non sit species iustitiæ.

¶ 4 Prete. Super illud Luc. 6. Beati qui nunc fletis, dicit glos. * ecce prudentia, qua ostenditur quàm hæc terrena sint misera, & quàm beata cælestia: sed flere est actus pœnitentiæ. ergo pœnitentia magis est species prudentiæ quàm iustitiæ.

¶ Sed contra est, quod Augustin. * dicit in lib. de pœnitentia, Pœnitentia est quædam dolentis vindicta, semper puniens in se quod dolet commisisse: sed vindictam facere pertinet ad iustitiam: vnde Tullius * in sua Rhetorica ponit vindicatiuam vnam speciem iustitiæ, ergo videtur, quod pœnitentia sit species iustitiæ.

¶ Respon. Dicendum, quod (sicut supra dictum est *) pœnitentia non habet, quod sit virtus specialis ex hoc solo, quod dolet de malo perpetrato (ad hoc enim sufficeret charitas) sed ex eo, quod pœnitens dolet de peccato commisso, inquantum est offensa Dei, cum emendationis proposito. Emendatio autem offensæ contra aliquem commissæ, non fit per solam cessationem offensæ, sed exigitur vlterius quædam recompensatio, quæ habet locum in offensis in alterum commissis, sicut & retributio: nisi quod recompensatio est ex parte eius, qui offendit (vtpote cum satisfactione (retributio autem est ex parte eius, in quem est offensa commissa. Vtrumque autem ad materiam iustitiæ pertinet: quia vtrumque est commutatio quædam. vnde manifestum est, quod pœnitentia secundum quod est virtus, est pars d iustitiæ. sciendum tamen est, quod secundum Philosophum * in 5. Ethico. dupliciter dicitur iustum, scilicet simpliciter & secundum quid. simpliciter quidem iustum, est inter æquales, eo quod iustitia est æqualitas quædā, quod ipse vocat iustum politicum vel ciuile, eo quod omnes ciues æquales sunt, quantum ad hoc, quod immediate sunt sub principe, sicut liberi existentes. Iustum autem d secundum quid dicitur, quod est inter illos, quorum vnus est sub potestate alterius: sicut seruus sub Domino, filius sub patre, vxor sub viro. Et tale iustum consideratur in pœnitentia. vnde pœnitens recurrit ad Deum, cum emendationis proposito, sicut seruus ad Dominum, secundum illud Psal. 122. Sicut oculi seruorum in manibus dominorum suorum, ita oculi nostri ad dominum nostrum, donec misereatur nostri. & sicut filius ad patrem, secūdum illud Luc. 15. Pater peccaui in cælum & coram te. & sicut vxor ad virum, secundum illud Hier. 3. Fornicata es cū amatoribus multis: tamen reuertere ad me, dicit Dominus.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd (sicut in 5. Ethic. * dicitur) iustitia est virtus ad alterum. Ille autem, ad quē est iustitia, non dicitur esse materia iustitiæ, sed magis res quæ distribuuntur, vel commutantur. vnde & materia pœnitentiæ non est Deus, sed actus humani quibus Deus offenditur vel placatur. sed Deus se habet, sicut ille, ad quē est iustitia. Ex quo patet, quod *iustitia non est virtus theologica: quia non habet Deum pro obiecto vel materia.

¶ Ad secundum dicendum, quod medium iustitiæ est æqualitas, quæ constituitur inter illos, inter quos est iustitia, vt dicitur in 5. Ethic. * In iustis dum autem non potest perfecta æqualitas constitui propter alterius excellentiam: sicut inter patrem & filium, inter Deum, & hominem, vt Philosophus * dicit in 8. Ethic. vnde in talibus ille, qui est deficiens, debet facere quic quid potest. nec tamen hoc erit sufficiens simpliciter: sed solum secūdum acceptationem superioris. & hoc significatur per excessum, qui attribuitur pœnitentiæ.

¶ Ad tertium dicendum, quòd sicut est commutatio quædam in beneficiis (cum scilicet aliquis pro beneficio recepto gratiam rependit) ita etiam est commutatio in offensis, cum aliquis pro offensa in alterum commissa, vel inuitus punitur, quod pertinet ad vindicatiuam iustitiam, vel voluntariè recompensat emendam, quod pertinet ad pœnitentiam, quæ respicit personā peccatoris, sicut iustitia vindicatiua personam iudicis. vnde manifestum est, quòd vtraque sub iustitia commutatiua continetur.

¶ Ad quartum dicendum, quòd pœnitentia licet sit directè species iustitiæ: comprehendit tamen quodammodo ea, quæ pertinent ad omnes virtutes. inquantum enim est iustitia quædam hominis ad Deum, oportet quòd participet ea, quæ sunt virtutum theologicarum, quæ habēt Deum pro obiecto. vnde pœnitentia est, cum fide passionis Christi, per quam iustificamur à peccatis, & cū spe veniæ, & cum odio vitiorum, quod pertinet ad charitatē. inquātum verò est virtus moralis, partic pat aliquid prudentiæ, quæ est directiua omnium moralium virtutū: sed ex ipsa ratione iustitiæ non solum habet id quod iustitiæ est, sed etiā ea quæ sunt temperantiæ & fortitudinis, inquantum scilicet ea, quæ delectationē causant, ad temperantiam pertinent, vel terrorem incutiunt, quem fortitudo moderatur, in commutationem iustitiæ veniunt, & secundum hoc ad iustitiam pertinet, & abstinere à delectabilibus, quod pertinet ad temperantiam, & sustinere dura, quod pertinet ad fortitudinem.

*hb. 5. ca. 1. non lōge a fine tom. 5.

*Alias pœnitentia.

*lib. 5. ca. 1. & 2. to. 5.

*lib. 8. c. vlt. to. 5.

D. 2. 3. 1.

Ji. 5. Ethi. c. 6. to. 5.

D. 3. 3. 1.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum voluntas sit propriè subiectum pœnitentiæ.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd subiectum pœnitentiæ non sit propriè voluntas. Pœnitentia enim est tristitiæ species: sed tristitia est in concupiscibili, sicut & gaudium. ergo pœnitentia est in concupiscibili.

¶ 2 Præt. Pœnitentia est vindicta quædam sicut Aug. *dicit in lib. de pœnitentia: sed vindicta videtur ad irascibilem pertinere: quia ira est appetitus vindictæ. ergo videtur, quòd pœnitentia sit in irascibili.

¶ 3 Præt. Præteritum est proprium obiectum memoriæ, secundum Philosophorum * in lib. de Memoria: sed pœnitentia est de præterito, vt dictum est. ergo pœnitentia est in memoria sicut in subiecto.

¶ 4 Præt. Nihil agit vbi non est: sed pœnitentia excludit peccatum ab omnibus viribus animæ. ergo pœnitentia est in qualibet vi animæ, & non in voluntate tantum.

¶ Sed contra, Pœnitentia est sacrificium quoddam, secundum illud psal. 50. Sacrificium Deo Spiritus contribulatus: sed offerre sacrificium est actus voluntatis, secūdum illud psal. 53. Voluntariè sacrificabo tibi. ergo pœnitentia est in voluntate.

¶ Respon. Dicendum, quòd de pœnitentia dupliciter loqui possumus. Vno modo, secundum quòd est passio quædam: & sic cum sit species tristitiæ, est in concupiscibili sicut in subiecto. Alio modo, secundum q̄ est virtus: & sic, sicut dictum est, * est species iustitiæ. Iustitia autē (vtin secunda parte habitum est †) habet pro subiecto appetitum rationis, qui est voluntas: vnde manifestum est, quòd pœnitentia, secundum q̄ est virtus, est in voluntate sicut in subiecto, & proprius eius actus est propositū emēdandi Deo illud, quod contra eum commissum est.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd ratio illa procedit de pœnitentia, secundum quòd est passio.

¶ Ad secundū dicendū, q̄ vindictā appetere ex passione de alio, pertinet ad irascibile. sed appetere vel facere vindictā ex rōne de se vel de alio, pertinet ad voluntatem.

¶ Ad tertium dicendum, quòd memoria est vis apprehensiua præteriti: pœnitentia autem nō pertinet ad vim apprehensiuam, sed ad appetitiuam, quæ præsupponit actum apprehensiuæ. vnde pœnitentia non est in memoria: sed præsupponit eam.

¶ Ad quartum dicendum, quòd voluntas (sicut in prima parte habitum est *) mouet omnes alias potentias animæ. & ideo non est inconueniens, si pœnitentia in voluntate existens, aliquid in singulis potentiis animæ operetur.

523. 4. dist. 14. q. 2. art. 3. q. 1. per t. & q. 4. co.

*In lib. de vera & falsa pœnit. c. 8. a medio. to. 4.

*ca. 1. c. 2.

*ar. præ. ji. 1. 2. q. 56. art. 6.

ARTICVLVS V.

Vtrum principium pœnitentiæ sit ex timore.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd principium pœnitentiæ non sit ex timore. pœnitentia enim incipit in disciplina peccatorum: sed hoc pertinet ad charitatem, vt supra dictum est. * ergo pœnitentia magis oritur ex amore, quàm ex timore.

¶ Sed Ioannis 85. Art. 5. & 6.

IN art. 5. & 6. simul ne falsaris nomine intelligēs, actus, quibus Deo in pœnitentia cooperamur, esse actus procedentes a virtute pœnitentiæ. Hoc enim falsum est: cum multi actus illi a. qui sint charitate

524. 4. dist. 14. q. 1. ar. 2. q. 1. per t. & q. 2. co.

*art. 3. huius quæst.

nam vero affligendo se, &c.

¶ Et quoniam huiusmodi voluntas ex maiori, vel minori potest affectu procedere, ideo varia inuenitur dispositio vere pœnitentium: minor minorque fructus diuinæ gratiæ inde percipitur.

*Ar. præc.

Universidad de Deusto
Biblioteca

charitate esse possunt, præcedãt pœnitentiam, vt est virtus: & tamen sunt actus boni, quibus Deo cooperamur ad pœnitentiam consequẽdam. Nec te turbet actus timoris seruilis: quoniam pro timore pœnarum sumitur, & est bonus, & non pro timore pœnarum tantum.

¶ In eodem art. 6. dubium occurrit ex Sco. & Duran. an pœnitentia sit virtus acquisita. Nam Scotus vbi supra, q6.3. tenet pœnitentiam esse virtutem acquisitam, quia voluntas ex frequentatis actibus pœnitendi potest generare in se habitum inclinantem ad similes actus, & ille erit vere virtus: quia rectissimæ rationi consonus. Et amplius sentit, quòd potest esse informis: quia potest manere cum peccato mortali. Duran. autem vbi supra negat ipsam esse virtutem infusam: quia nulla talis est præter theologicas.

¶ Ad huius euidentiam sciendum est quòd esse virtutẽ infusam, cõtingit dupliciter, vel per se, vel per accidẽs. Per se quidẽ virtus infusa est, quæ nec ex natura, nec ex acquisitione, sed sola infusione haberi potest, vt charitas. Per accidens autẽ est, quæ ex suo genere nata est acquiri, sed accidit, quòd in hoc sit infusa, vt cum Deus infundit alicui habitum scientiæ moralis vel naturalis: aut habitum temperantiæ seu fortitudinis. Rursus sciendũ est, quòd aliud est habere aliquẽ habitum electiuũ secundum rationẽ rectam, & aliud est habere similem habitum secundum rationem virtutis, verbi gratia, aliud est habere habitũ amoris acquisitũ ex frequentibus actibus amandi Deum, & proximum etiam secundum regulas fidei, & aliud est habere

*ex. q6. præce. ar. 6.

¶ 2 Præt. Ad pœnitentiam homines prouocantur per expectationẽ regni cælestis, secundum illud Matth. 3. & 4. Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cælorum: sed regnũ cælorum est obiectum spei. ergo pœnitentia magis procedit ex spe, quàm ex timore.

¶ 3 Præt. Timor est quidam actus interior hominis: pœnitentia autem non videtur in nobis esse ex opere hominis, sed ex opere Dei, secundum illud Hier. 31. postquam cõuertisti me, legi pœnitentiam. ergo pœnitentia nõ procedit ex timore.

¶ Sed contra est, quòd Isa. 26. dicitur, sicut quæ concepit, cum appropinquauerit ad partum, dolens clamat in doloribus suis, sic facti sumus, scilicet per pœnitentiam. & postea subditur secundum aliam literam, A timore tuo Domine concepimus, & quasi parturiuimus, & peperimus spiritum salutis, id est, pœnitentiæ salutaris, vt per præmissa patet. * ergo pœnitentia procedit ex timore.

¶ Respon. Dicendum, quòd de pœnitentia loqui possumus dupliciter. vno modo quantum habitum: & sic immediatè à Deo infunditur sine nobis principaliter operantibus: non tamen sine nobis dispositiuè cooperantibus per aliquos actus. alio modo possumus loqui de pœnitentia quantum ad actus, quibus Deo operanti in pœnitentia cooperamur, quorum actuum primum principium est Dei operatio conuertentis cor, secundum illud Thren. vlt, Conuerte nos Domine ad te, & conuertemur: secundus actus est motus fidei: tertius est motus timoris seruilis, quo quis timore suppliciorum à peccatis retrahitur: quartus actus est motus spei, quo quis sub spe veniæ consequendæ assumit propositum emendandi. quintus actus est motus charitatis, quo alicui peccatum displicet, secundum seipsum, & non iam propter supplicia. Sextus actus est motus timoris filialis, quo propter reuerentiã Dei aliquis emendam Deo voluntarius offert. Sic igitur patet, quod actus pœnitentiæ à timore seruili procedit, sicut à primo motu affectus ad hoc ordinato, à timore autem filiali sicut ab immediato, & proximo principio.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd peccatum primo incipit homini displicere (maxime peccatori) propter supplicia, quæ respicit timor seruilis, quàm propter Dei offensam vel peccati turpitudinem, quod pertinet ad charitatem.

¶ Ad secundum dicendum, quòd in regno cælorum appropinquante intelligitur aduentus regis, non solum præmiantis, sed etiam punientis. vnde & Matt. 3. Ioannes baptista dicebat, Progenies viperarum, quis demonstrabit vobis fugere à ventura ira.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ipse etiam motus timoris procedit ex actu Dei conuertentis cor. vnde dicitur Deut. 5. Quis det eos talem habere mentem, vt timeant me, & ideo per hoc, quòd pœnitentia à timore procedit, non excluditur quin procedat ex actu Dei conuertentis cor.

ARTICVLVS VI.

Vtrum pœnitentia sit prima virtutum.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd pœnitentia sit prima virtutum: quia super illud Matth. 3. Pœnitentiam agite, dicit glos.* Prima virtus est, per pœnitentiam punire veterem hominem, & vitia odisse.

¶ 2 Præt. Recedere à termino, prius esse videtur, quàm accedere ad terminum: sed omnes aliæ virtutes pertinere videntur ad accessum ad terminum (quia per omnes ordinatur homo ad bonum agendum) pœnitentia autem videtur ordinari ad recessum à malo. ergo pœnitentia videtur esse prior omnibus aliis virtutibus.

¶ 3 Præter. Ante pœnitentiam est peccatum in anima: sed simul cum peccato nulla virtus animæ inest. ergo nulla virtus est ante pœnitentiam: sed ipsa videtur esse prima, quæ aliis aditum aperit, excludendo peccatum.

¶ Sed contra est, quòd pœnitentia procedit ex fide, spe, & charitate, sicut iã dictum est.* non ergo est pœnitentia prima virtutum.

¶ Respon. Dicendum, quòd in virtutibus non attenditur ordo temporis quantum ad habitus: quia cum virtutes sint connexæ (vt in secunda parte habitum est*) omnes simul incipiunt esse in anima: sed dicitur vna earum esse prior altera ordine naturæ, qui consideratur ex ordine d actuum, secundum, scilicet quod actus vnius virtutis præsupponit actum alterius virtutis. secundum hoc igitur dicendum est, quod actus quidam laudabiles etiam tempore præcedere possunt actum, & habitum pœnitentiæ: sicut actus fidei & spei informium, & actus timoris seruilis. Actus autem & habitus charitatis simul sunt tempore, cum actu & habitu pœnitentiæ, & cum habitibus aliarum virtutum. nam sicut in secunda parte habitum est,* in iustificatione impii simul est motus liberi arbitrii in Deũ, (qui est actus fidei per charitatẽ formatus) & motus liberi arbitrii in peccatũ, qui est actus pœnitentiæ: horum tamen duorum actuum, primus naturaliter præcedit secundum. nam actus virtutis pœnitentiæ est contra peccatum ex amore Dei, vnde primus actus est ratio & causa secundi. Sic igitur pœnitentia non est simpliciter prima virtutũ, nec ordine tẽporis, nec ordine naturæ: quia secundum ordinem naturæ simpliciter

præcedunt

virtutem charitatis. habere enim virtutem charitatis, est habere habitum infusum diuidentem filios Dei a filiis perditionis: habere autem habitum acquisitæ charitatis non est habere huiusmodi virtutem quæ est donum Dei, vt ex se patet.

¶ His præmissis dicitur, quod quia pœnitẽtia, est per se virtus infusa, quantumcumque ex frequentatis pœnitẽdi actibus similis habitus generari possit, nunquam tamen perueniet ad plenam rationem virtutis pœnitentiæ: quia nunquam peruenit ad hoc, quod se donum reconciliãs Deo offenso. Quòd autem pœnitentia sit virtus per se infusa, ex eo patet, quod omnes illæ virtutes, quæ ex suo genere ordinant hominem secundum statum vitæ gratiæ, sunt ex suo genere infusæ: vtpote excedentes statum vitæ, quæ est secundum naturã & rationem naturalem: sed virtutẽ pœnitentiæ, constat ad statum vitæ, quæ est secundum gratiam Dei pertinere, sicut & religionem, vt est circa sacramenta, circa veneration-nem Dei, vnius & trini, &c. Vnde apparet falsum esse solas theologales virtutes esse infusas, & virtutem pœnitentiæ posse esse informem seu cum peccato mortali, optimeque Auctorem dixisse, quod actus & habitus charitatis simul sunt tempore cum actu & habitu pœnitentiæ, cum iustificatur impius. Et per hoc patet responsio ad obiecta.

4. dist. 14. q. 1. ar. 2. q. 6. ad 6. & artic. 2. q. 2. gl. ordinaria ibi.

*art. præced.

*2. 2. q6. 6. art. 1.

D. 1377.

*1. 2. q6. 113. ar. 3. & 8.

D. 1018. præcedunt ipsam virtutes d theologicæ: sed quantum ad aliquid est prima inter cæteras virtutes ordine temporis, quantum ad eius actum, qui primus occurrit in iustificatione impii: sed ordine naturæ videntur esse aliæ virtutes priores, sicut quod est per se, est prius eo, quod est per accidẽs. nam aliæ virtutes, per se videntur esse necessariæ ad bonum hominis: pœna autẽ supposito quodam. s. peccato præexistenti, sicut etiam dictum est* circa ordinẽ sacramenti pœnitentiæ ad alia sacramenta prædicta.

*Q. 66. ar. 4.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd glo. illa loquitur quantum ad hoc, quod actus pœnitentiæ primus est tempore inter actus aliarum virtutum moralium.

¶ Ad secundum dicendum, quòd in motibus successiuis recedere à termino, est prius tempore quàm peruenire ad terminum, & prius natura, quantum est ex parte subiecti, siue secundum ordinem causæ materialis: sed secundum ordinem causæ agentis, & finalis, prius est peruenire ad teminum: hoc enim est quod primo agens intendit. & hic ordo præcipuè attenditur in actibus animæ, vt dicitur in 2. Physic.

¶ Ad tertium dicendum, quòd pœnitentia aperit aditum virtutibus, expellendo peccatum per virtutem fidei & charitatis, quæ sunt naturaliter priores: ita tamen aperit eis aditum, quòd ipsæ simul intrant cum ipsa. nam in iustificatione impii simul cum motu liberi arbitrii in Deũ & in peccatum, est remissio culpæ & infusio gratiæ, cũ qua simul infunduntur omnes virtutes, vt in secunda parte habitum est.*

*1. 2. qõ. 113. ar. 7. & 8. & q. 65. art. 3. & 2.

QVAESTIO LXXXVI.

De effectu pœnitentiæ quo ad mortalium peccatorum remissionem, in sex articulos diuisa.



CIRCA deinde considerandum est de effectu pœnitentiæ. Et primo, quantum ad remissionem peccatorum mortalium: secundo, quantum ad remissionem peccatorum venialium: tertio, quantum ad reditum peccatorum dimissorum: quarto quantum ad restitutionem virtutum.

Circa primum quæruntur sex.

¶ Primo, Vtrum omnia peccata mortalia per pœnitentiam auferantur.
¶ Secundo, Vtrum possint sine pœnitentia tolli.
¶ Tertio, Vtrum vnum possit remitti sine alio.
¶ Quarto, Vtrum pœnitentia auferat culpam remanente reatu.
¶ Quinto, Vtrum remaneant reliquiæ peccatorum.
¶ Sexto, Vtrum auferre peccatũ, sit effectus pœnitẽtiæ inquantum est virtus, an inquantum est sacramẽtum.

ARTICVLVS I.

Vtrum per pœnitentiam omnia peccata remoueantur.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd per pœnitentiam non omnia peccata remoueantur. dicit enim Apostolus Heb. 12. quòd Esau non inuenit pœnitẽtiæ locum, quanquam cum lachrymis inquisisset eam glos.* ideſt, non inuenit locum veniæ & benedictionis per pœnitentiam. & 2. Mach. 9. dicitur de Antiocho, orabat scelestus Deum, a quo non erat misericordiam consecuturus. non ergo videtur, quòd per pœnitentiam omnia peccata tollantur.

526. Inf. q. 87. ar. 1. & 4. dist. 14. q. 2. art. 1. q. 1. & dist. 16. qõ. 1. ar. 2. q. 3. & 3. cõtra. 2. 196. & opus. 3. c. 246.

*gl. interlinearis, ibi.

¶ 2 Præt. Augst. † dicit in lib. de sermone Domini in monte, quod tanta labes est illius peccati, scilicet cum post agnitionem Dei per gratiam Christi, oppugnat ali-

*lib. 1. in vltimo fol. li. t. 4.

quis fraternitatem, & aduersus ipsam gratiam, inuidiæ facibus agitatur, vt deprecandi humilitatem subire non possit, etiam si peccatum suum mala conscientia agnoscere & annuntiare cogatur. non ergo omne peccatum potest per pœnitentiam tolli.

¶ 3 Præt. Dominus dicit Matth. 12. Qui dixerit contra Spiritum sanctum verbum, non remittetur ei neque in hoc sæculo neque in futuro. non ergo omne peccatum remitti potest per pœnitentiam.

¶ Sed contra est, quòd dicitur Ezech. 18. Omnium iniquitatum eius, quas operatus est, non recordabor amplius.

¶ Respon. Dicendum, quòd hoc, quòd aliquod peccatum per pœnitentiam tolli non possit, potest contingere dupliciter: vno modo, quia aliquis de peccato pœnitere non posset: alio modo, quia pœnitentia non posset delere peccatum. Primo quidem modo, nõ possunt per pœnitentiam deleri peccata d dæmonum, & etiam hominũ damnatorum: quia affectus eorũ sunt confirmati in malo: ita quòd non potest eis displicere peccatum inquantum est culpa, sed solum displicet eis pœna, quã patiuntur, ratione cuius aliquam pœnitentiam, sed infructuosam habent, secundum illud Sap. 4. Pœnitentiam agentes, & præangustia spiritus gementes. vnde talis pœnitentia non est cum spe veniæ: sed cum desperatione. tale autem d non potest esse aliquod peccatum hominis viatoris, cuius liberum arbitrium flexibile est ad bonum & ad malum. Vnde dicere, quòd aliquod peccatum sit in hac vita, de quo quis pœnitere non possit, erroneum est. Primo quidem, quia per hoc tolleretur libertas arbitrii. Secundo, quia per hoc derogaretur virtuti gratiæ, per quam moueri potest cor cuiuscumq; peccatoris ad pœnitendum, secundum illud Prouerb. 21. Cor regis in manu Dei, & quocumque voluerit, vertet illud. Quòd autem secundo modo non possit per veram pœnitentiam aliquod peccatum remitti, est etiam erroneum. primo quidem, quia repugnat diuinæ misericordiæ, de qua dicitur Ioel. 2. quòd benignus & misericors est, & patiens, & multæ misericordiæ, & præstabilis super malitia: vinceretur enim quodammodo Deus ab homine, si homo peccatum vellet deleri, quod Deus delere non vellet. Secundo, quia hoc derogaret virtuti passionis Christi, per quam pœnitentia operatur, sicut & cætera sacramenta, cum scriptum sit primæ Ioan. 2. Ipse est propitiatio pro peccatis nostris, non solum nostris, sed etiam totius mundi. vnde simpliciter dicendum est, quòd omne peccatũ in hac vita per pœnitentiam veram deleri potest.

¶ Ad primum ergo dicendum, quod Esau non verè pœnituit: quod patet ex hoc, quod dixit, venient dies luctus patris mei, & occidam Iacob fratrem meum. Similiter etiã, nec Antiochus verè pœnituit: dolebat enim de culpa præterita, non propter offensam Dei, sed propter infirmitatem corporalem, quam patiebatur.

¶ Ad secundum dicendum, quod illud verbum Aug. sic intelligendum est: tanta est labes illius peccati, vt deprecandi humilitatem subire non d possit, scilicet de facili, secundum quod dicitur ille non posse sanari, qui non potest de facili sanari: potest tamen hoc fieri per diuinæ gratiæ virtutem, quæ etiam interdum in profundum maris conuertit, vt dicitur in psalm. 67.

D. 1019.

D. 1015.

¶ Ad tertium dicendum, quod illud verbum, vel blasphemia contra Spiritum sanctum est finalis impœnitentia, vt Augustt.* dicit in lib. de verbis Domini: quæ penitus irremissibilis est: quia post finem huius vitæ non est remissio peccatorum. vel si intelligatur per blasphemiã Spiritus sancti peccatum, quod fit ex certa malitia, vel etiam ipsa blasphemia Spiritus sancti, dicitur non remitti, scilicet de facili: quia tale peccatum nõ habet in se causam excusationis, vel quia pro tali peccato punitur aliquis, & in hoc sæculo & in futuro, vt in secunda parte ostensum est.

*in ser. 11. a medio ad finẽ to. 10.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Super quæstionis octuagesimæsextæ, Art. 2.

IN art. 2. q. 86. circa illud, Offensa directe opponitur gratiæ. & eius rationem, ex hoc enim dicitur aliquis alteri esse offensus, quod repellit eum a gratia sua, dubiũ occurrit, tum quia falsum ẽ offensam directe opponi gratiæ: cum oft nisi sit in voluntate, gratia autem secundũ Auctorem in essentia animæ non est ergo directe oppositio, siue privatiua, siue contraria, cum vtraque requirat identitatem subiecti: tum quia falsum est, quòd assumitur pro ratione; nã ex parte offensi hæc duo, scilicet esse offensum, & abiicere a sua gratia offendentem, nec sunt idem, nec secundum est, ratio primi: sed primum se habet vt causa secundi, vt patet in exẽplo: prius enim offẽdor cõtumelia a Petro, & ex hac denominor offensus passiue: deinde per actum propriæ voluntatis mee abiicio Petrum a mea gratia, quia prius offendit me vbi manifeste patet, non ex hoc dici me offensum, q̃ abiicio Petrum a mea gratia, quia offensus sum: tum, quia hæc duo, scilicet esse offensum, & abiicere a sua gratia offendentem, non sunt inseparabiliter connexa: sed stat aliquem esse offensum, & tamen non abiicere a sua gratia offendente, vt sæpe contingere videtur inter virũ & vxorẽ adultã, seu inter patrẽ & filium ingratũ: offensi. n. retinẽt adhuc vxorẽ, seu filiũ in sua gratia Ruit ergo fundamentum hoc in litera positum.

527 Infr. ar. 3. cor. & q. 87. art. 1. cor. & 4. dist. 14. q. 2. art. 5. & dist. 16. q. 1 ar. 1. q. 1.

¶ Ad hoc dicitur, q̃ offensa potest dupliciter considerari. Primo, ex parte actus quo infertur offensa, & sic offensa directe opponitur charitatis recti: tudini in actu debitæ: est enim deformitas actus, priuans perfectione charitatiua. Alio modo ex parte suppositi offendentis: persona enim est quæ primo offendit, actus autẽ quo offendit quasi instrumentum personæ est, & sic proprie, & formaliter consideratur offensa: & sic offensa directe opponitur gratiæ, demeritorie tamen. nam offendens eo ipso, q̃ offendit demeretur, & quantum in se est, priuat se gratia eius, quem offendit. Vnde quia offendens vt sic, quantum in se est abiicit a se gratiam offensi, recte dicitur quod offensa directe gratiæ opponitur, priuatiue, demeritorie. Vbi etiam videre potes saluari identitatem subiecti primi denominati tam a gratia, quàm ab offensa: nã persona est quæ primo offendit, & quæ primo grata est.

¶ Ad secundum vero dicitur, quod procedit ex malo intellectu literæ: aliud est enim, formaliter loquendo, esse offensum ab aliquo, & aliud est vltra hoc quod est esse offensum, habere se vt offensum. Primum enim, scilicet esse offensum, nihil ponit aut relinquit in offenso, sed solam denominationem. secundum autem addit actum, quo se habet vt offensus. Obiectiones igitur secundo & tertio loco inductæ, acceperunt esse offensum, quo ad primum: litera vero vtitur esse seu dici offensum quo ad vtrumque, scilicet & ad esse offensum, & quo ad habere se vt offensum. Constat autem quòd hoc consistit offensum habere se, vt offensum, quòd abiicit a sua gratia offendentem: quantumcumque enim offensus quis sit, nisi abiiciat offendentem a sua gratia, non se habet vt offensus. Et ad hoc forte demonstrandum vsus est Auctor noua constructione grãmaticaliter, dicens, offensum alteri abiicere cum a sua gratia dicendo, offensus alteri intelligi voluit habens se vt offensum ad alterum. Et iuxta hunc sensum intellecta litera omnes excludit obiectiones, quarum ex quinquoco laborant.

¶ Et ex hoc sensu patet ratio soluti onis ad primum: nã offensa vt sic, mere habeat, vt offensus quod nihil aliud est, quàm quòd offensus repellat a sua gratia offendentem.

¶ In eodem art. aduerte, quod dupliciter loqui possumus de possibili seu impossibili in hac materia, dum dicitur quod impossibile est peccatum alicui remitti sine pœnitentiæ uice: & similiter q̃ non potest contingere, quòd Deus remittat offensam alicui absque immutatione voluntatis eius, vel de possibili secundum potentiam ordinariam, vel de possibili secundum potentiam absolutam. Et si quidem sit sermo de possibili secundum potentiam ordinariam, nulla relinquitur difficultatis diuersa opinio: omnes enim fatemur, q̃ qui creauit te sine te, non saluabit te sine te: sed si de possibili absolute sit, sermo, accedit quæstio cum Scot. tractata a nobis superius in commentariis super Primam secundæ, q. c. 113. ar. 2. & ideo nunc repetendam hãc difficultatem non puto: sed pro præsenti proposito sufficit veritatem habere ea quæ in litera dicuntur, secundum possibile vel impossibile penes potentiam ordinariam.

¶ In eodẽ ar. & specialiter in rõsione ad primũ pro quanto ad oẽm remissionẽ peccatorũ actuali: ũ actualis immutatiõ voluntatis concurrẽs attribuit pœnitẽtiæ ẽt in baptismo, dubiũ oc surrit qm falsum hoc vr, quia propositũ emendæ in qua ratio formalis pœnitentiæ dr cõsistere, non habet locum in adulto consequente per baptismũ plenã remissionẽ oũm peccatorum: qm vr Amb. docuit baptismus omnia cõdonat, nullumq; luctum &c. requirit.

¶ Ad

¶ Ad hoc dicitur, q̃ baptismus non præsupponit, sed affert secum actũ pœnitentiæ virtutis perfectũ: quoniam sicut baptismus datur in remissionẽ peccatorum, ita qui baptizatur, suscipit illũ in remissionem peccatorũ: ac per hoc in ipsa susceptione baptismi subiiciendo se illi, & fatetur se peccasse & detestatur priorem vitã, moriendo illi, & subiicit se Deo vt nouũ Christi membrum. Et quia hoc totũ eligit in remissionem peccatorũ, euidẽter constat interuenire in baptismo propositum emendæ, non futuræ, sed præsentis. quæ magis voluntas ac electio emendæ dicenda est: eligere siquidẽ hæc in remissionẽ peccatorum, est eligere emendã pro peccatis quo ad culpam, & quo ad pœnam ratione tanti beneficii, quantum est baptisma. Non igitur est intelligendum baptismum omnia condonare, sic quòd nullũ actũ in adulto requirat, sed sic, q̃ opportunos actus secum affert, nec eget admiculo alieno. Et hic est optimus modus omnia condonãdi.

528. 1. 2. q. 73. ar. 1. & 3. dist. 36. a. 5. & 4. di. 15. q. 1. ar tic. 3. q. 1. cor. & di. 16. q. 2. ar ti. 1. q. 2. cor. & di. 18. q. 2. ar. 5. q. 3. ad 1.

* Homil. 10. Ezec. circa me.

* In Psal. 118. ser. 18. ī princip. to. 4. refertur de consec. di. 3. e. consolatio.

* 1. 2. q. 73. ar. 1.

¶ Ad tertium dicendũ, q̃ misericordia Dei est maioris virtutis q̃ misericordia hominis in hoc, q̃ immutat voluntatẽ hominis ad pœnitendum, quod miseri cordia hominis facere non potest.

ARTICVLVS III.

Vtrum possit per pœnitentiam vnum peccatum sine alio remitti.

ADTERTIVM sic proceditur. Videtur quod possit per pœnitẽtiam vnum peccatum sine alio remitti. Dicit enim Amos 4. Plui super vnam ciuitatem, & super alteram ciuitatem non pluit: pars vna compluta est, & pars super quam non pluit, aruit. quod exponens Gregor. * super Ezech. dicit, Cũ ille qui proximũ odit, ab alijs vitijs se corrigit, vna eademq; ciuitas ex parte cõpluit, & ex parte arida manet: quia sunt qui eũ quædã vitia reſecãt, in aliis grauiter perdurãt. ergo põt vnũ peccatũ per pœnitentiam dimitti sine alio.

¶ 2 Præt. Ambr. † dicit super Beati im maculati in via, Prima consolatio est, quia non obliuiscitur misereri Deus, secunda per punitionem, vbi & si fides desit, pœna satisfacit, & relenat. Potest ergo aliquis releuari ab aliquo peccato manente peccato infidelitatis.

¶ 3 Præt. Eorum quæ non necesse est esse simul, vnum potest auferri sine alio: sed peccata (vt in secunda parte habitum est.*) non sunt connexa, & ita vnum eorum potest esse sine alio. ergo etiam vnum eorum potest remitti sine alio per pœnitentiam.

¶ 4 Præ. Peccata sunt debita, quæ nobis relaxari petimus, cum dicimus in oratione dominica, Dimitte nobis debita nostra &c. sed homo quandoque dimittit vnum debitum sine alio. ergo etiam Deus per pœnitentiam dimittit vnum peccatum sine alio.

¶ 5 Præte. Per dilectionem Dei relaxantur hominibus peccata, secundum illud Hier. 31. In charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te miserãs: sed nihil prohibet, quin Deus diligat hominem quantum ad vnum, & sit ei offensus quantum ad aliud, sicut peccatorem diligit quantum ad naturam: odit autem quantum ad culpam ergo videtur posſibile, quòd Deus per pœnitentiam remittat vnũ peccatum sine alio.

*In li. de vera, & falsa pœnit. c. 6. prius ante med. t. 4.

Dito. 1.

* Q. 109. artic. 7. & q. 113. ar. 2.

¶ Sed contra est, quod Aug. * dicit in li. de pœnitentia, Sunt plures quos pœnitet peccasse, sed nõ omnino, referuantes sibi quædã in quibus delectentur: non anima duerter tenter, Dominũ simul mutũ & surdũ à dæmonio liberasse, per hoc docens nos numquã nisi de omnibus sanari.

¶ Respon. Dicendum, quod impossibile est per pœnitentiam vnum peccatum sine alio remitti. Primo quidem, quia peccatum remittitur inquantum tollitur Dei offensa per gratiã. Vnde in secunda parte habitum est,* quòd nullum peccatum potest remitti sine gratia: omne autẽ peccatum mortale cõtrariatur gratiæ, & excludit eam. Vnde impossibile est, quòd vnum peccatum sine alio remittatur. Secundo, quia (sicut ostensum est*) peccatum mortale non potest sine vera pœnitentia remitti, ad quã pertinet deferre peccatum, inquantum est contra Deũ: quod quidẽ est commune omnibus peccatis mortalibus: vbi autem est eadem ratio, & idem effectus. Vnde nõ potest esse verè pœnitens, qui de vno peccato pœnitet, & nõ de alio. Si enim displiceret ei illud peccatum, quia est cõtra Deum super omnia dilectũ (quod requiritur ad rationem veræ pœnitentiæ) sequeretur quòd de omnibus peccatis pœniteret. Vnde sequitur, quòd impossibile sit vnũ peccatum per pœnitẽtiam remitti sine alio. Tertio, quia hoc esset contra perfectionem misericordiæ Dei, cuius perfecta sunt opera, vt dicitur Deut. 32. vnde cuius misereturtotaliter misereatur. & hoc est quod Aug. dicit in li. de pœnitentia, Quædam impietas infidelitatis est, ab illo qui iustus & iustitia est dimidiam sperare veniam.

*In li. de vera & falsa pœnit. ca. 6. non lõge a fine tom. 4.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd illud verbum Greg. non est intelligendum quantum ad remissionem culpæ, sed quantum ad cessationem ab actu: quia interdum ille qui plura peccata consueuit committere, deserit vnum, non tamen aliud: quod quidem fit auxilio diuino, quod tamen non pertingit vsque ad remissionem culpæ.

¶ Ad secundum dicendum, quòd in verbo illo Amb. Fides non potest accipi, qua creditur in Christum: quia vt Augu. * dicit super illud Ioan. 15. Sinon venissem, & locutus eis nõ fuissem peccatum non haberent. s. infidelitatis: hoc enim est peccatum, quo tenentur cuncta peccata: sed accipitur fides pro conscientia: quia interdũ per pœnas, quas quis patienter sustinet, consequitur remissionem peccati, cuius conscientiam non habet.

* Tracta. 89. in Iolan. inter princ. & me. to. 9.

¶ Ad tertium dicendum, quòd peccata quamuis nõ sint connexa, quantum ad conuersionem ad bonum commutabile: sunt tamen connexa quantum ad auersionem a bono incommutabili, in qua conueniunt omnia peccata mortalia. & ex hac parte habẽt rationem offensæ, quam oportet per pœnitentiam tolli.

¶ Ad quartum dicendum, quod debitum exterioris rei (puta pecuniæ) non contrariatur amicitiæ, ex qua debitũ remittitur: & ideo potest vnum dimitti sine alio, sed debitum culpæ contrariatur amicitiæ: & ideo vna culpa vel offensa non remittitur sine altera. ridiculum enim vi detur, quod etiam ab homine aliquis veniam peteret de vna offensa, & non de alia.

¶ Ad quintum dicendum, q̃ dilectio qua Deus diligit hominis naturã, nõ ordinatur ad bonum gloriæ, à quo impeditur homo per quodlibet peccatum mortale: sed dilectio gratiæ per quam fit remissio peccati mortalis, ordinat hominem ad vitam æternam, secundum illud Rom. 6. Gratia Dei, vita æterna. Vnde non est similis ratio.

ARTICVLVS IIII.

Vtrũ remissa culpa per pœnitentiam remaneat reatus pœnæ.

¶ Super quæstionis 86. Articul. 4.

ADQVARTVM sic proceditur. Videtur q̃ remissa culpa per pœnitentiam, non remaneat reatus pœnę. Remota enim causa, remouetur effectus: sed culpa est causa reatus pœnę: ideo enim est aliquis dignus pœna, quia culpam commisit. ergo remissa culpa, non potest remanere reatus pœnæ.

¶ 2 Præt. Sicut Apostolus dicit Rom. 5. Donum Christi est efficacius quam peccatum: sed peccando homo simul incurrit culpam, & pœnę reatum. ergo multo magis per donum gratiæ, simul remittitur culpa, & tollitur pœnæ reatus.

¶ 3 Præt. Remissio peccatorum fit in pœnitentia per virtutem passionis, secundum illud Rom. 3. Quem proposuit Deus propitiatorẽ, per fidẽ in sanguine ipsius, propter remissionẽ præcedentium delictorum: sed passio

529. Supr. q. 86. 67. art. 3. ad 3. & q. 69. ar. 10. ad 3 & 4. dist. 14. q. 2. art. 1. & Ro. 11. lect. 4. Et Heb. 6.

In art. 4. eiusdẽ quæstio. in responsione ad primũ, pro quãto ibi dicitur, q̃ remisso peccato mortali remanet inordinata conuersio ad cõmutabile bonũ pro qua debetur reatus pœnæ temporalis, aduerte sententiã hãc intelligi de possibili & quo ad inordinationẽ: nõ enim necesse est remanere huiusmodi cõuersionẽ, sed pot simul totũ tolli. Et similiter dato, q̃ nõ tollãtur subtracto, nõ ẽ necesse remanere ipsam conuersionẽm sed inordinationem, quæ fuit ipsius cõuersionis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

uersionis. Potest enim qui peccato auaritiæ deliquit, ante remissionem peccati dimitsis auaritiæ actibus & inclinationibus, in oppositos actus conuerti. & tunc appareret, quadueniente gratia remittente peccatū prioris auaritiæ, non remanet cōuersio illius habitualis ad commutabile bonū, sed inordinatio ipsius incursa, per pœnā temporalē ordinandā: ratione siquidem illius inordinationis remanet reatus pœnæ temporalis, tādiu, quousque culpabilis in ordinatio ordinata sufficienter fuerit per pœnam.

Christi est sufficienter satisfactoria pro omnibus peccatis, vt supra habitum est. * non ergo post remissionē culpæ remanet aliquis reatus pœnæ.

¶ Sed contra est, quòd 2. Reg. 12. dicitur, quod cum David pœnitens dixisset ad Nathan, Peccaui Domino, dixit Nathan ad illum, Dominus quoque transtulit peccatum tuum, non morieris: veruntamen filius qui natus est tibi, morte morietur, quod fuit in pœnam præcedentis peccati, vt ibidem dicitur. ergo remissa culpa, remanet reatus alicuius pœnæ.

¶ Respon. Dicendum, quòd, sicut in secunda parte habitum est, * in peccato mortali sunt duo, scilicet auersio ab incommutabili bono, & conuersio ad commutabile bonum inordinata. ex parte ergo auersionis ab incommutabili bono, consequitur peccatū mortale reatus pœnæ æternæ, vt qui contra æternum bonum peccauit, in æternum puniatur: ex parte etiam cōuersionis ad bonum commutabile, inquantum est inordinata, consequitur peccatum mortale reatus alicuius pœnæ: quia inordinatio culpæ non reducitur ad ordinem iustitiæ, nisi per pœnam: iustum est enim vt qui voluntati suæ plus indulsit, quam debuit contra voluntatem suam aliquid patiatur: sic enim erit æqualitas. vnde Apoc. 18. dicitur, Quantum glorificauit se, & in deliciis fuit, tantū date illi tormentum & luctum: quia tamen conuersio ad bonum cōmutabile est finita, non habet ex hac parte peccatum quod debeatur ei pœna æterna. vnde, si sit in ordinata conuersio ad bonum commutabile sine auersione à Deo, sicut est in peccatis d venialibus, non debetur peccato pœna æterna, sed temporalis, quando igitur per gratiam remittitur culpa, tollitur auersio animæ à Deo, inquantum per gratiam anima Deo coniungitur: vnde & per cōsequens simul tollitur reatus pœnæ æternæ, potest tamen remanere reatus alicuius pœnæ temporalis.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd culpa mortalis vtrūque habet, & auersionem à Deo & conuersionem ad bonum creatum: sed sicut in secunda parte habitum est, * auersio à Deo, est ibi sicut formale: conuersio autem ad bonum creatum, est ibi sicut materiale. Remoto autem formali cuiuscumque rei, tollitur species, sicut remoto rationali tollitur species humana; & ideo ex hoc ipso dicitur culpa mortalis remitti, quod per gratiam tollitur auersio mentis à Deo simul cum reatu pœnæ æternæ: remanet tamen illud quod est materiale, scilicet inordinata conuersio ad bonum creatum, pro qua debetur reatus pœnæ temporalis.

¶ Ad secundum dicēdum, quod sicut in secunda parte habitum est, * ad gratiam pertinet operari in homine iustificando ipsum à peccato, & cooperari homini ad rectè operandum. Remissio igitur culpæ & reatus pœnæ æternæ, pertinet ad gratiam operantem, sed remissio reatus pœnæ temporalis pertinet ad gratiam cooperantem, inquantū, scilicet homo cum auxilio diuinæ gratiæ patienter pœnas tolerando, absoluitur etiam à reatu pœnæ tēporalis. Sicut igitur prius est effectus gratiæ operantis, quàm gratiæ cooperantis, ita etiam prius est remissio culpæ & pœnæ æternæ, quàm plena absolutio à pœna tēporali; vtrumq; enim est à gratia, sed primum à gratia sola, secundum, ex gratia & libero arbitrio.

¶ Ad tertium dicendū est, quòd passio Christi de se sufficiens est ad tollendū oēm reatū pœnæ non solū æternæ, sed & temporalis, & secundum modum quo homo participat virtutem passionis Christi, percipit etiam absolutionem à reatu pœnæ. In baptismo aūt homo participat totaliter virtutem passionis Christi, vtpote per aquam, & spiritum Christo commortuus peccato, & in eo regeneratus ad nouam vitam, & ideo in baptismo homo consequitur remissionem reatus totius pœnæ. In pœnitentia verò consequitur virtutem passionis Christi, secundum modum propriorum actuum, qui sunt materia pœnitentiæ, sicut aqua baptismi, vt supra dictum est, * Et ideo non statim per primum actum pœnitentiæ quo remittitur culpa, soluitur reatus totius pœnæ: sed completis omnibus pœnitentiæ actibus,

*Q. 68. & 39. & q. 79. art. 5.

*1. 2. q. 87 art. 4.

*1. 2. q. 86. 109 ar 7. & q. 113. art. 2.

*Q. 84. artic. 1. & 3.

Articvlvs V.

Vtrum remissa culpa mortali, tollantur omnes reliquiæ peccati.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd remissa culpa mortali, tollantur omnes reliquiæ peccati. Dicit enim † Aug. in lib. de pœnitentia: Numquàm Dominus aliquem sanauit, quem omnino non liberauit: totum enim hominem sanauit in sabbatho: quia & corpus ab omni infirmitate, & animam ab omni corruptione: sed reliquiæ peccati pertinent ad infirmitatem peccati. ergo non videtur possibile quòd remissa culpa, remaneant reliquiæ peccati.

¶ 2 Præt. Secundum Diony. 4. c. de diui. no. bonum est efficacius quam malum: quia malum non agit nisi virtute boni: sed homo peccando, simul totam infectionem peccati incurrit. ergo multo magis pœnitendo liberatur etiam ab omnibus peccati reliquiis.

¶ 3 Præ. Opus Dei efficacius est, quam opus hominis: sed per exercitium humanorum operum ad bonum, tollūtur reliquiæ peccati contrarii, ergo multo magis tollūtur per remissionem culpæ, quæ est opus Dei.

¶ Sed cōtra est, quòd Marci 8. legitur, quòd cæcus illuminatus à Domino, primo restitutus est ad imperfectū visum (vndeait, Video homines velut arbores ambulantes) deinde restitutus est perfectè, ita vt videret clarè omnia. Illuminatio aūt cæci, significat liberationem peccatoris. Post primam * ergo remissionem culpæ, qua peccator restituitur ad visum spiritualem, adhuc remanent in eo aliquæ reliquiæ peccati præteriti.

¶ Respon. Dicendum, quòd peccatum mortale ex parte conuersionis inordinatæ ad bonum commutabile, quandam dispositionem causat in anima, vel etiam habitum, si actus frequenter iteretur: sicut autem dictum est, † culpa peccati mortalis remittitur, inquantum tollitur per gratiam auersio mentis à Deo, Sublato autem eo, quod est ex parte auersionis, nihilominus remanere potest id quod est ex parte conuersionis inordinatæ, cum hanc contingat esse sine illa, sicut prius dictum est. † & ideo nihil prohibet quin remissa culpa, remaneant dispositiones ex præcedentibus actibus causatæ, quæ dicuntur peccati reliquiæ. Remanent tamen debilitatæ & diminutæ, * ita quòd homini non dominentur. Et hoc magis per modum dispositionum, quàm per modum habituum: sicut etiam remanet fomes post baptismum.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd Deus totum hominem perfectè curat: sed quandoque subito, sicut soli rum Petri statim restituit perfectæ sanitati, ita vt surgens ministraret illis, vt legitur Lucæ. 4. quandoque aūt successiuè: sicut * dictum est de cæco illuminato, Marc. 8. Et ita etiam spiritualiter quandoque tanta commotione conuertit cor hominis, vt subito perfectè consequatur sanitatem spiritualem, non solum remissa culpa, sed sublatis omnibus peccati reliquiis, vt patet de Magdalena, Luc. 7. Quandoq; autem prius remittit culpam per gratiam operantem, & postea per gratiam cooperantem successiuè tollit peccati reliquias.

Ad

530. Supra ar. 4. ad 3. & 4. dist. 14. q. 2. ar. 1. q. 3. & 1. cor. 11. lec. 7. † in li. de vera & falsa pœnit. ca. 9. post medium tom. 4. * Cap. 4. par. 4 inter primum & med.

* Alias post pœnitentia ergo &c.

† Ar. præc.

† Ar. præc.

*Alias, ita quod homini nō dominentur, s. p modū dispositionum.

*Q. 44. ar ti. 3. ad 2.

¶ Ad secundum dicendum, quòd peccatum etiam quandoque statim inducit debilem dispositionem, vtpote per vnum actum causatam: quandoque autem fortiorem, causatam per multos actus.

¶ Ad tertium dicendum, quòd vno actu humano non tolluntur omnes reliquiæ peccati: quia vt dicitur in Prædicamentis, prauus ad meliores exercitationes deductus, ad modicum aliquid proficiet, vt melior sit. Multiplicato autem exercitio ad hoc peruenit, vt sit bonus virtute acquisita. Hoc autem multo efficacius fiet diuina gratia, siue vno, siue pluribus actibus.

Articvlvs VI.

Vtrum remissio culpæ sit effectus pœnitentiæ.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd remissio culpæ non sit effectus pœnitentiæ, secundum quod est virtus. Dicitur enim pœnitentia virtus, secundum quòd est principium humani actus: sed humanus actus non operatur ad remissionem culpæ, quæ est effectus gratiæ operantis. ergo remissio culpæ non est effectus pœnitentiæ, secundum quod est virtus.

¶ 2 Præterea. Quædam aliæ virtutes sunt excellentiores pœnitentia: sed remissio culpæ non dicitur effectus alicuius alterius virtutis. ergo etiam non est effectus pœnitentiæ, secundum quod est virtus.

¶ 2 Præterea. Remissio culpæ non est nisi ex virtute passionis Christi, secundum illud Hebr. 9. Sine sanguinis effusione non fit remissio: sed pœnitentia, inquantum est sacramentum, operatur in virtute passionis Christi, sicut & cætera sacramenta, vt ex supradictis patet. † ergo remissio culpæ non est effectus pœnitentiæ; inquantum est virtus, sed inquantum est sacramentum.

¶ SED CONTRA, Illud est proprie causa alicuius, sine quo esse non potest: omnis enim effectus dependet à sua causa: sed remissio culpæ potest esse à Deo sine pœnitentiæ sacramento, non autem sine pœnitentia secundum quòd est virtus, vt supra dictum est. † vnde & ante sacramenta nouæ legis pœnitentibus Deus peccata remittebat. ergo remissio culpæ est præcipuè effectus pœnitentiæ secundum quod est virtus.

¶ RESPONDEO Dicendum, quòd pœnitentia est virtus, secundum quòd est principium quorundam actuum humanorum. Actus autem humani, qui sunt ex parte peccatoris, materialiter se habent in sacramento pœnitentiæ. Omne autem sacramentum producit effectum suum non solum virtute formæ, sed etiam virtute materiæ: ex vtroque enim est vnum sacramentum, vt supra habitum est. † vnde sicut remissio culpæ fit in baptismo, non solum virtute formæ, sed etiam virtute materiæ, scilicet aquæ, principalius tamen virtute formæ, ex qua & ipsa aqua virtutem recipit: ita etiam & remissio culpæ est effectus pœnitentiæ, principalius quidem ex virtute clauium, quas habent ministri, ex quorum parte accipitur id, quod est formale in hoc sacramento (vt supra dictum est †) secundario autem ex vi actuum pœnitentiæ, tamen prout hi actus aliqualiter ordinantur ad claues ecclesiæ, & sic patet, quòd remissio culpæ est effectus pœnitentiæ, secundum quod est virtus: principalius tamen, secundum quòd est sacramentum.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd effectus gratiæ operantis est iustificatio impii, vt in secunda parte dictum est. † in qua, vt ibidem dictum est, non solum est gratiæ infusio & remissio culpæ, sed etiam motus liberi arbitrii in Deum, qui est actus fidei formatæ, & motus liberi arbitrii in peccatum, qui est actus pœnitentiæ. Hi tamen actus humani sunt ibi, vt effectus gratiæ operantis, simul producti cum remissione culpæ. vnde remissio culpæ non fit sine actu pœnitentiæ virtutis, licet sit effectus gratiæ operantis.

¶ AD SECVNDVM dicendum, quòd in iustificatione impii non solum est actus pœnitentiæ, sed etiam actus fidei, vt dictum est. * & ideo remissio culpæ non ponitur effectus solum pœnitentiæ virtutis: sed principalius fidei & charitatis.

¶ AD TERTIVM dicendum, quòd ad passionem Christi ordinatur actus pœnitentiæ virtutis, & per fidem, & per ordinem ad claues ecclesiæ, & ideo vtroque modo causat remissionem culpæ virtute passionis Christi.

¶ AD Id autem, quod in contrarium obijcitur, dicendum est, quòd actus pœnitentiæ virtutis habet, quòd sine eo non possit fieri remissio culpæ, inquantum est inseparabilis effectus gratiæ, per quam principaliter culpa remittitur, quæ etiam operatur in omnibus sacramentis. & ideo per hoc non potest concludi, nisi quòd gratia sit principalior causa remissionis culpæ, quàm pœnitentiæ sacramentum. Sciendum tamen, quòd etiam in veteri lege, & in lege naturæ, erat aliqualiter sacramentum pœnitentiæ, vt supra dictum est. *

sine me non passiue, quoniam creatio in me termina ta est, sed sine me cooperante, non saluat me sine me cooperante) moueat per gratiam suam liberum arbitrium ad obsequendū gratiæ per hoc, quòd vtitur illa secundum illam operando. Et propterea actus libe. arb. tam respectu Dei, quàm respectu peccati in iustificatione inueniti sunt effectus gratiæ operantis, & non ponunt in numerum cum ipsa gratia operante, & propterea dictio exclusiua addita gratiæ non excludit huiusmodi actus liberi arbitrii, vtpote suos effectus. cum enim dicitur, sola causa facit hoc non excluditur, quin faciat aliud mediante aliquo suo effectu. Et hunc esse sensum Auctoris, apparet in calce huius art. vbi dicitur, quòd actus pœnitentiæ virtutis habet, q̄ sine eo non possit fieri remissio culpæ, inquantum est inseparabilis effectus gratiæ. Nec obstant allegata in oppositum, quoniam ibi loquitur de gratia, vt distinguitur contra liberum arbitrium absolute, & non contra liberum arb vt est effectus ipsius gratiæ. Vnde oppositio modo videtur se habere act liberi arbitrii. & gratia penes operandum & cooperandum, nō in gratia operante liberum arbitrium se habet vt cooperās, in gratia vero cooperante liberum arbitrium se habet quasi vt operans, & propterea connumeratur gratiæ.

*Lib. 2. q. 113. in diuisione q̄stio.

In solutio ne 6 precedenti. 1. 2. q. Ecar. 4

Q. 84. art. 3.

Q. 84. ar. 7. ad 2.

*Q. 62. ar. 2.

Ar. præc.

*Alias, ita quod homini nō dominetur, s. p modū dispositionum.

Q. 60 art. 6. ad 2. & ar. 7.

QVAEST. LXXXVII.

De remissione uenialium peccatorum, in quatuor articulos diuisa.

Super quæstionis octuagesimæ septimæ, Articul. primum.



HEINDE considerandum est, de remissione venialiū peccatorum.

IN 1. articulo. quæstio. octuagesimæ septimæ dubium m duplex occurrit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

currit. Primum circa literam: vbi dicitur, Exigitur ad remissionem peccati mortalis, vt homo actualiter singula mortalia detestetur: videtur enim hoc falsum: cum quia detestatio vniuersalis sufficit ad gratiam: alioquin non posset homo peccator subito ingemiscendo, consequi gratiam: cum non possit homo tam subito rememorari singula peccata: tum quia detestari singula mortalia, autem intelligitur singulariter, aut in vniuersali: sed singulariter nō potest intelligi, cum ridiculum videatur etiam in confessione de singulis figillatim cōfiteri: si autem intelligitur vniuersaliter, sequitur q̄ non erit opus rememorari singula.

¶ Alterum dubium est circa illud scilicet virtualis displicentia nō sufficit ad remissionē peccati mortalis, nisi quantū ad oblita: videtur enim hoc esse falsum; quoniam ex Domini sententia, dum sua sunt peccatrici peccata multa, quoniam dilexit multum: constat enim quòd dilectio non est nisi virtualis displicentia.

¶ Ad horum tui dentiā dupl ci vtē dum est, dicit. Prima de remissione peccatorum dupliciter, hoc est plena, vel quo ad culpam tantum: & regulariter vel ex speciali gratia. Secunda est de displicentia peccati formali vel virtuali, & formali, generali vel vniuersali. vocatur autem displicentia formalis quæ formaliter est displicentia, quæ potest dupliciter contingere scilicet vt sit vniuersalis, comprehendens, scilicet omnia peccata commissa, cum vera voluntate abnoibus & singulis abstinendi: & hoc potest esse in momento, & est cōtritio sufficiens ad remissionem infinitorum peccatorum mortalium: quia sufficit ad gratiam habendam, quantum est, ex parte hominis, iuxta illud Ezech. In quacumque hora ingemuerit peccator &c. & talis displicentia videtur fuisse in latrone, & crebro accidere creditur his, qui vere conuertuntur ad Deum post multa crimina, alio autem modo contingit displicentia formalis, cum homini displicet se peccasse, ita quòd & omnia & singula sua peccata i generali sibi displicent, & vellet in ea amplius non incidere, non tamen pertinent ad hoc, quòd vere vult seu proponit amplius non incidere, & hæc non sufficit ad remissionem peccati mortalis: virtualis autem displicentia vocatur, quæ non est formaliter displicentia, sed est formaliter alius actus, puta dilectio Dei, tantæ vis, vt ex eo nata sit sequi displicentia peccati, ita quòd si tunc occurreret memoria peccati, ex vi illius actus sequeretur formalis displicentia peccati: & sic omnis actus dilectionis Dei ex charitate procedens, potest dici virtualiter displicentia peccati mortalis.

¶ His prælibatis ad primum dubium dicitur, quòd verba Auctoris vera sunt de peccati mortalis remissione plena & regulari: quoniam regulariter non fit remissio peccati mortalis, quoad culpam & omnem pœnam, nisi homo quantum in se est, detestetur singula mortalia: sic fit in singulis plerisque indulsit, quam debuit.

¶ Cum autem quæritur, an de singulis figillati &c. respondetur quòd hoc potest dupliciter intelligi: vel quòd cuilibet peccato figillatim debeatur sua propria detestatio, ita quòd fuerunt peccata, tot oporteat esse detestationes & satisfactiones, & hoc est ridiculum aliquem dicere, cum nec etiā confitendo, oporteat tot esse actus in cōfitendo quot sunt peccata: contingit enim vnico actu confiteri mille fornicationes: vel quòd quodlibet peccatum teneatur detestationem seu satisfactionem. Et hic est sensus literæ, ita quòd sicut in confessione dum peccator dicit, peccaui millies in fornicatione, iste vnicus confessionis actus terminatur actualiter ad singulas mille fornicationum, ita quoad actus interiores dum peccatori displicent mille fornicationes, actualiter detestatur singulas, illo vno & eodē actu. Et ad hoc iuvat in quisitio diligens ad rememorandum, cuius litera minime: nam oblita seu non occurrentia peccata in ipsis, licet actualiter non adsunt mentem peccatoris, ita nec actualiter terminant detestationem seu satisfactionem, sed virtualiter, quo supplentur, quo ad plenam remissionem ex vniuersali displicentia, detestatione, ac satisfactione, quæ virtualiter includeretur detestationem, quæ debetur huiusmodi non occurrentibus.

¶ Ad secundum dubium dicitur, quòd Auctor loquitur de plena remissione & regulariter: quoniam plena remissio regulariter exigit contritionem & confessionem singulorum, vbi oportet adesse displicentiam formalem, & non solum virtualem. Magdalenæ autem displicentiam formalem licet non legamus, sed virtualem tantum in actu dilectionis, & fidei: Zachyæ tamen formali displicentiæ attestantur. In cuius signum, cum post resurrectionem Lazari pedes Domini iterum vngeret, & capillis tergeret, lacrymæ non affuerunt, quia iam peccatrix non erat: Dominus autem originalem seu principalem actum qui est causa displicentiæ formalis, pro causa remissionis, adducens, non

excludit proximum actum displicentiæ formalis: quāmuis si ex speciali dono Dei sola displicentia virtualis affuisset, sufficienter saluatur concursus pœnitentiæ implicite & virtualiter.

¶ In responsione, ad secundum, aduerte idem esse iudicium de dormiente occiso pro Christo vel baptizato, qū intelligo sm merita secū darū causarū. Nā si qs fuisset dormitum cum proposito dicendi mane mandatium officiosum, & interim dormiens occideretur pro Christo crediderim ego ex diuina largitate etiam illius peccati plenissimam remissionē per martyrium consequi, quāmuis per baptismum illius remissionē non consequeretur, propter voluntatem actualiter actualitate virtuali peccato inhærentem.

¶ In responsione ad tertium, circa materiam argumenti, scilicet peccatum veniale opponi feruori charitatis, Durandus in quarta sententdistinct. 16. quæst. 1. articul. 2. occurrit, dicens hoc esse falsum: tum, quia nec formaliter, nec cōsecutiue opponitur feruori charitatis. Et q̄ non formaliter, probat, quia nec mortale peccatum opponitur forma liter charitati: quoniam consistit vtrumque in deordinatione actus, cui formaliter opponitur reordinatio actus. Quod vero nec consecutiue probat ex differentia inter mortale & veniale in hoc: quia mortale non stat cum charitate: & ideo opponitur consecutiue illi, veniale autem stat cum charitatis feruore: & ideo nec consecutiue opponitur illi: tum, quia charitatis feruor non delet veniale sine displicentia sola autem displicentia sine tali feruore illud delet.

¶ Ad hoc dicitur, quòd argumentum supponit vnum falsum, scilicet peccatum mortale non opponi formaliter charitati: nam licet charitati habituali peccatum mortale non opponatur formaliter (quia actus non opponitur formaliter habitui) sed demeritorie: quia peccans mortaliter meretur priuari charitatis habitu, idem tamen mortale peccatum, quatenus diuino opponitur bono actuique est inimicitiæ ad Deum, formaliter opponitur amicitiæ ad Deum. Et propterea sicut actualis inimicitia opponitur formaliter actuali amicitiæ, ita peccatum mortale opponitur formaliter actui charitatis, qui est actualis amicitia ad Deum: vnde deordinatio actus peccati mortalis primo importat deordinationem contrarie respectu diuinæ amicitiæ quia: hic primo habet rationem peccati mortalis, vt patet ex hostili pœna hinc sibi debita, & secundario habet deordinationem respectu mortalis ordinis, ac per hoc ordinatio, cui formaliter opponitur morale peccatum, est ordinatio amicitiæ diuinæ, quam constat esse charitatem. Quocirca peccatum veniale, cum in hoc differat a mortali, quòd mortale est contra diuinam amicitiam, veniale autem est præter illam, bene dictum est ab Auctore, quòd opponitur feruori charitatis: pro quanto retardat affectum hominis ab his, quæ sunt promptæ amicitiæ officia.

¶ Et cum dicitur, quòd compatitur secum feruorem charitatis, respondetur quòd licet compatiatur secum aliquem feruorem charitatis, non tamen omnem, in cuius signum feruor patriæ nullum competitur venniale.

¶ Et si instetur, quis est ille feruor in hac vita, qui non compatitur secum venniale, respondetur, q̄ est ille qui virtualiter claudit in se displicentiam omnis retrahentis a diuinæ ardore amicitiæ, siue charitas habitualis sit magna siue parua: quod patet ex eo quòd talis actualis feruor affectus ex charitate, si vere hī, delet omne veniale, ita quod pro tunc sic affectus homo est sine omni venniali quo ad culpam.

¶ Ad secundum autem obiectionē dicitur, quod non est ex insufficientia feruoris charitatis, quod media te displicentia de leat veniale, sed hoc est ex ordine cauſarum & effectuum: sicut non est ex insufficientia charitatis, q̄ mediante pœnitētia deleat mortale.

¶ Quod autem dicitur, quod sola displicentia sine tali feruore delet veniale, potest bene & male intelligi: si enim intelligitur sine feruore eius elicita a charitate, tunc quodammodo est verum & quodammodo falsum: verum quidē quo ad hoc, quia sine tali feruore falsum autem quo ad hoc, quod huiusmodi displicentia omnino promptorem ad talem charitatis feruorem, sicut veniale retardabat ab huiusmodi feruore: si vero intelligatur per feruorem talem feruor cuiuscumque actus a charitate quomodolibet procedentis, sic male intelligitur, quia displicentia non nisi charitate informata delet veniale, ut inferius articul. 4. patet huiusmodi enim displicentia, qua deletur veniale, quidam charitatis feruor est: feruet enim per eum charitas ad consumptionem venialium impedientium, seu retardantium affectum a motu erga ea quæ Dei sunt.

ARTICVLVS I.

Vtrum peccatum ueniale possit remitti sine pœnitentia.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd veniale peccatum possit remitti sine pœnitentia. Pertinet enim vt supra dictum est, † ad rationem vecæ pœnitentiæ, quòd non solum homo doleat de peccato præterito, sed etiam proponat cauere de futuro: sed sine tali proposito peccata venialia dimittuntur tui, cum certum sit, quòd homo sine peccatis venialibus præsentem vitam duere non potest: ergo peccata venialia possunt remitti sine pœnitentia.

¶ 2 Præterea. Pœnitentia non est sine actuali displicentia peccatorum: sed peccata venialia possunt dimitti sine displicentia actuali eorum, sicut patet in eo, qui dormiens occideretur propter Christum: statim enim euolaret, quod non contingit manentibus peccatis venialibus. ergo peccata venialia possunt remitti sine pœnitentia.

¶ 3 Præterea. Peccata venialia opponuntur feruori charitatis, vt in secunda parte dictum est: * sed vnum oppositorum tollitur per aliud. ergo per feruorem charitatis, quem contingit esse sine actuali displicentia peccati venialis, fit remissio peccatorum venialium.

¶ Sed contra est, quòd Auguſt. * dicit in lib. de pœnit. quòd est quædam pœnitentia, quæ quotidie agitur in ecclesia pro peccatis venialibus: quæ frustra esset, si sine pœnitentia peccata venialia possent dimitti. videtur ergo quòd peccata venialia non possint sine pœnitentia dimitti.

¶ Respon. Dicendum, quòd remissio culpæ, sicut dictum est, * fit per cōiunctionem hominis ad Deum, à quo aliqualiter separat culpa: sed hæc separatio perfectè quidem fit per peccatum mortale: imperfectè autem per peccatum veniale: nam per peccatum mortale mens omnino à Deo auertitur, vtpote contra charitatem agens: per peccatum autem veniale retardatur affectus hominis ne prompte in Deum feratur: & ideo vtrumque peccatum per pœnitentiam quidem remittitur, quia per vtrumque deordinatur voluntas hominis per immoderatam conuersionem ad bonum creatum: sicut enim peccatum mortale remitti non potest quandiu voluntas peccato adhæret: ita etiam nec peccatum veniale: quia manente causa manet effectus. Exigitur autem ad remissionem peccati mortalis perfectior pœnitentia, vt scilicet homo actualiter peccatum mortale commissum detestetur quantum in ipso est, vt scilicet diligentiam adhibeat ad rememorandum singula peccata mortalia, vt singula detestetur: sed hoc non requiritur ad remissionem venialium peccatorum: non tamen sufficit habitualis displicentia quæ habetur per habitum charitatis, vel pœnitentiæ virtutis: quia sic charitas non compateretur peccatum veniale, quod patet esse falsum. vnde sequitur, quòd requiratur quædam virtualis displicentia, puta cum aliquis hoc modo fertur secundum affectum in Deum & res diuinas, vt quicquid sibi occurreret, quod cum ab hoc motu retardaret, displiceret ei, & doleret se commisisse, etiam si actu de illo non cogitaret: quod tamen non sufficit ad remissionem peccati mortalis, nisi quantum ad peccata oblita post diligentem inquisitionem.

¶ Ad primum ergo dicendū, quòd homo in gratia constitutus potest vitare omnia peccata mortalia & singula: potest etiam vitare singula peccata venialia, sed non omnia, vt patet ex his, quæ in secunda parte dicta sunt. * & ideo pœnitentia peccatis mortalibus requirit, quòd homo proponat abstinere ab omnibus & singulis peccatis mortalibus: sed ad pœnitentiam peccatorum venialium requiritur, q̄ homo proponat abstinere à singulis, non tamen ab omnibus: quia hoc infirmitas huius vitæ non patitur: debet tamen habere propositum se præparandi ad peccata venialia minuenda, alioquin esset ei periculum deficiendi, cum desereret appetitum proficiendi, seu tollendi impedimenta spiritualis profectus, quæ sunt peccata venialia.

¶ Ad secundum dicendum, quòd passio pro Christo suscepta, sicut supra dictum est, * obtinet vim baptismi: & ideo purgat ab omni culpa & veniali & mortali, nisi actualiter voluntatem peccato inuenerit inhærentem.

¶ Ad tertium dicendum, q̄ feruor charitatis virtualiter implicat displicentiam venialium peccatorum, vt supra dictum est. *

ARTICVLVS II.

Vtrum ad remissionem venialium peccatorum requiratur gratiæ infusio.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quod ad remissionem venialium peccatorum requiratur gratiæ infusio. Effectus enim non est sine propria causa: sed propria causa remissionis peccatorum est gratia: non enim ex meritis propriis peccata hominis remittuntur, vnde dicitur Ephe. 2. Deus qui dines est in misericordia propter nimiam charitatem suam qua dilexit nos, & cum essemus mortui peccatis, conuiuificauit nos in Christo, cuius gratia saluati estis. ergo peccata venialia non remittuntur sine gratiæ infusione.

¶ 2 Præterea. Peccata venialia non remittuntur sine pœnitentia; sed in pœnitentia infunditur gratia, sicut & in alijs sacramentis nouæ legis. ergo peccata venialia non remittuntur sine gratiæ infusione.

¶ 3 Præt. Peccatum veniale maculam quandam animæ infert: sed macula non auferetur nisi per gratiā, quæ est spiritualis animæ decor. ergo videtur q̄ peccata venialia non dimittantur sine gratiæ infusione.

¶ Sed contra est, quòd peccatum ueniale adueniens, non tollit gratiam, neque etiam diminuit eam, vt in secunda parte habitum est. † ergo patratione ad hoc q̄ peccatum venniale remittatur, non requiritur nouæ gratiæ infusio.

¶ Respond. Dicendum, quòd vnumquodque tollitur per suum oppositum. Peccatum autem veniale non contrariatur habitui gratiæ vel charitati, sed retardat actum eius, inquantum nimis inhæret homo bono creato, licet non contra Deum, vt in secunda parte habitum est. * & ideo ad hoc quòd peccatum veniale tollatur, non requiritur quòd infundatur aliqua habitualis gratia: sed sufficit aliquis motus gratiæ, vel charitatis ad eius remissionem causante, displicentia existente imperata delet veniale: falsum autem quo ad hoc, quod huiusmodi displicentia omnino promptorem ad talem charitatis feruorem, sicut veniale retardabat ab huiusmodi feruore: si vero intelligatur per feruorem talem feruor cuiuscumque actus a charitate quomodolibet procedentis, sic male intelligitur, quia displicentia non nisi charitate informata delet veniale, ut inferius articul. 4. patet huiusmodi enim displicentia, qua deletur veniale, quidam charitatis feruor est: feruet enim per eum charitas ad consumptionem venialium impedientium, seu retardantium affectum a motu erga ea quæ Dei sunt.

¶ Super Quæstionis octuagesimæ septimæ, Articulum secundum.

IN articulo secunda eiusdem quæstionis aliquid occurrit notandum, & aliquid dubitandum. Diligenter siquidem notandum est, ab Auctore hic expresse haberi, quod superius diximus de effectu eucharistiæ, scilicet quod non infunditur nova gratia, nec augetur per illam sine actu liberi arbitrij disponente ad susceptionem, seu augmentum: dicitur enim hic, quod non contingit esse infusionem gratiæ in adultis sine actuali motu liberi arbitrij

Universidad de Deusto
Biblioteca

bitrij in Deum, & in peccatum, & proportionaliter intelligendum est, de augmento gratiæ.

¶ Dubitandum autem occurrit de illata ex prædicta sententia conclusione scilicet ideo quandocunque de nouo gratia infunditur peccata venialia remittuntur. Et est ratio dubij: tum, quia non omnis actus charitatis remittit peccata venialia: tunc quia non omnis detestatio peccati remittit peccata venialia. Vtrumque tamen videtur sequi ex hac illatione. Si bona est: quoniam ex concursu actus liberi arbitrij in Deum & in peccatum, infertur quòd infusio gratiæ remittit venialia.

¶ Ad horum euidentiam sciendū est, ad remissionē venialiū, quatuor concurrere, duo ex parte causæ, & duo ex parte effectus. Ar. præc. Exigitur enim ad remissionem venialium ex parte causæ, & quòd homo sit in gratia, & q actualiter utatur illa. Et primum quidem habes ab Auctore in articulo ultimo huius quæstione quia sola gratia Dei est remissiua peccati: secundum autem habetur in articulo precedenti, & pluries repetitur in hac quæstione: & quoniam primū potest esse sine secundo, ideo gratia compatitur secum peccata venialia: secundum autem, quod non potest esse sine primo, nō sic accipiendū est, quasi quilibet actꝰ charitatis deleat venialia: quoniam hoc esse falsum, ex eo probatur q sequeretur, peccata venialia regulariter deleri sine displicentia tam actuali, quam uirtuali: multi enim sunt actus charitatis neutram displicentiam annexam habentes, quales sunt actus non fer- uentes religionis &c. ab habete charitate meliciti. intelligendum est er go, quòd ad delectionem uenialium ultra habitum gratiæ requiritur actꝰ charitatis uirtualiter, uel formaliter, uel inferens displicentiam uenialium, ut ex primo arti. quæstio. huius habere po- 534 Supra q6. 65. arti. 1. ad 6. & 8. & q. 83. ar ti. 3. ad 3. Et 4. d. 6. q. 2. ar. 2. q. 4. & di. 17. q. 3. ar tic. 3. q. 3. & dist. 21. q. 2. arti. 1. & 2. Et mal. q. 7. art. 12. Art. 1. huius quæst.

sionē. Quia tamen in habentibus vsum liberi arbitrij, in quibus solis possunt esse venialia peccata, non contingit esse infusionem gratiæ sine actuali motu liberi arbitrij in Deum & in peccatum; ideo quandocunq; de nouo gratia infunditur, peccata venialia remittuntur.

¶ Ad primvm ergo dicendum, quòd etiam remissio peccatorum venialium est effectus gratiæ, per actum scilicet quem de nouo elicit: non autem per aliquid habituale de nouo animæ infusum.

¶ Ad secvndvm dicendum, quòd peccatum veniale nunquam remittitur sine aliquali actu pœnitentiæ virtutis, explicito scilicet vel implicito, vt supra dictum est: † potest tamen remitti peccatum veniale sine pœnitentiæ sacramento, quod in absolutione sacerdotis formaliter perficitur, vt supradictum est. * & ideo non sequitur quòd ad remissionem venialis peccati requiratur gratiæ infusio: quæ licet sit in quolibet sacramento, non tamen est in quolibet actu virtutis.

¶ Ad tertivm dicendum, q sicut in corpore contingit esse maculam dupliciter, vno modo per priuationem eius, quod requiritur ad decorem, puta debiti coloris, aut debitæ proportionis membrorum, alio modo per superinductionem alicuius impedientis decorem, puta luti, aut pulueris, ita etiam animæ inducitur macula vno modo per priuationem decoris gratiæ per peccatum mortale, alio modo per inclinationem affectus inordinatam ad aliquid temporale: & hoc fit per peccatum veniale. & ideo ad tollendam maculam peccati mortalis requiritur infusio gratiæ: sed ad tollendam maculam venialis peccati, requiritur aliquis actus procedens ex gratia, per quam remoueatur inordinata adhæsio ad rem temporalem.

Articvlvs III.

Vtrum uenialia peccata remittantur per aspersionem aquæ benedictæ &c. huiusmodi.

Ad tertivm sic proceditur. Videtur q venialia peccata non remittantur per aspersionem aquæ benedictæ, & episcopalem benedictionem, & alia huiusmodi. Peccata enim venialia nō remittunt sine penitentia, vt dictum est: † sed pœnitentia per se sufficit ad remissionem venialium peccatorum. ergo ista nihil operantur ad

tes. Et propterea quæcunque remissiua dicuntur peccatorum uenialium, ad dictam displicentiam conducunt, ut patet etiam inducendo per illa tria, quæ in tertia articulo numerantur remissiua venialium. nam in tertio subintelligitur displicentia virtualissin secundo displicentia formalis: in primo autem displicentia formalis communiter uidetur, si gratia infunditur, aut virtualis, si gratia augetur.

¶ Ex parte autem effectus consideratur primo remissio culpæ, & secundario remissio pœnæ. Et culpa quidem remittitur secundum Auctorem in tertio ad tertium, tum virtute alicuius satisfactionis, tum virtute charitatis, cuius actus excitatur, quod sic intelligo: per satisfactionem enim aliquam intelligo aliquem illorum actuum, quos pœnitentiæ virtus reddit pro recompensatione peccati quoad culpam, pura displicentia seu dolorem, contritionem interiorem, uel subiectionem, uel aliquid huiusmodi. non enim tam exacta requiritur pœnitentia in remissione culpæ uenialis, qualis de remissione mortalium superius descripta est. Pœnæ uero remissio iuxta qualitatem feruoris in littera eadem quantificatur ab Auctore, & bene: ita tamen ut feruorem intelligas non solum feruoré actus elicit a charitate, sed etiā actus imperati ab eadem a puta displicentiæ, seu detestationis peccati: iuxta feruorem siquidem alterius eorum, quicunq; sit ille, plus uel minus remittitur pœna uenialium.

¶ Ad obiectionem in oppositum dicitur quòd ex litera non sequitur id quod obiicitur. sed solummodo q detestatio peccati & actus charitatis intercuentes in infusione gratiæ, delent uenialia. Contingit autem quòd detestatio quæ adest quitur infusionem gratiæ, nō est quantuscunque detestatio: sed talis & tanta ut diuinæ præsentiam gratiæ. Et similiter actus charitatis seu fidei formatæ in Deum, non est quicunque charitatis actus, sed ex tali ac tanto conatu prouieniens, vt diuinæ adsit infusio gratiæ: in huiusmodi enim detestatione peccati & motu in Deum, interuenit saltem virtualiter detestatio & venialium grauiorum, quæ dispositiue ad mortalia, & venialiū, qui impediebant accessum ad hanc mutationem dexteræ Excelsi. & cōmuniter interuenire etiam videtur dolor de offensa Dei in communi, in quo claditur detestatio venialium in genere. raro enim vel nunquam accidere videtur, accidentibus ad sacramenta, vt doleant præcise de mortali peccato. communiter enim in communi peccatorum dolor occurrit.

Art. huius quæst.

* In fide implicita pœnitentiam.

¶ *Super quæstionis octauagesimæ septimæ, Articu. quartum.*

In articul. quarto in corpore rationem mortem Auctorem non se tenere ex parte pœnæ, sed ex parte culpæ, qa scilicet nulla culpa a Deo remittitur, nisi per virtutem gratiæ, quod si Duran. aduerte vo luisset, aut soluisset hanc rationem, aut cessasset ab obiicendo. ipse. n, in quarta sententia. distinct. 16. q. 2. articul. 2. contra hanc doctrinam obiicit tripliciter.

535 Infr. q. 90 ar. 4. ad 3. Et 4. dist. 16. q. 2. ar ti. 1. q6. 2. & 3.

¶ Primo, quia culpa venialis consistit in de ordinatione voluntatis, quæ tollitur per debitam displicentiam eius, quod in debite placuit.

¶ Secundo, quia puer non baptizatus in originali existens peccato, quando venit ad ætatem, potest primo peccare venialiter, & statim mori. Et tunc procedi tur, an punietur pœna æterna pro peccato ueniali, pœna temporali &c.

Ar præce. ad 2. & q. præc. art. 3.

¶ Tertio, per opera bona facta extra charitatem potest aliquis secūdum omnes meri de congruo aliquod bonum temporale. ergo expiationem pœnæ temporalis debitæ peccato venidi.

¶ Ad hæc facile dicitur, quòd culpa peccati venialis non tollit summodo rectitudinem actus voluntarij sed etiam ordinem ad actualem dilectionem Dei: est enim impeditiuum feruoris charitatis, & ex hac parte habet rationem cuiusdā offensæ Dei. Et propterea dato, quòd sistens in peccato mortali posit reparare rectitudinem venialis peccati (puta, quia ex mendace iocose vel officiose, habituatus est ad veritatem dicendam etiam iocose & officiose) non propterea remissionē consecutus est præteritæ culpæ, qua aliquo modo Deū offendit, quoniam nulla offensa sine gratia a Deo dimittitur. Nec difficultia illa quæ in hoc ponitur, sufficit ad remissionem culpæ: quia non est Deo accepta, sine gratia, vt in litera dicitur ex Psal. & Apostolo & glo. Beatus vir, cui non imputauit dominus peccatum &c.

¶ Ad secundum dicitur, quòd si casus accideret, & peccatum illud veniale æternaliter puniretur per accidens, hoc est ratione status, quia esset in statu, in quo semper maneret culpa, manente autem culpa in æternum, debet etiam pœna esse æterna, vt ipsemet Duran. in eodem lib. approbat.

¶ Ad tertium dicitur, quòd quicquid sit de pœna, negādum est quòd per bona opera facta extra charitatem possit aliquis mereri de congruo remissionem culpæ, & propterea argumentum non militat cōtra præsentē doctrinam.

Gl. interlinearis. ibid. super illud Beat cui nō imputauit Dominus peccatū.

¶ *Super quæstionis octauagesimæ octauæ, Articul. primum.*

In articul. primo quæst. 88. circa illud, homo secundo peccans, ex hoc ipso videtur

536 Inf art. 2. & 3. corp. Et 4. dist. 22 q. 1. ar. 1. *Lib 1. de baptismo contra donatist. ca. 12. in medio to. 7.

huiusmodi remissionem.

¶ 2 Præterea. Quodlibet istorum eandem relationem habet ad vnum peccatum veniale, & ad omnia. Si ergo per aliquod istorum remittitur aliquod peccatum veniale, sequitur, q pari ratione remittantur omnia: & ita per vnam tunsionem pectoris, vel per vnam aspersionem aquæ benedictæ, redderetur homo immunis ab omnibus peccatis venialibus, quod videtur inconueniens.

¶ 3 Præterea. Peccata venialia inducunt reatum alicuius pœnæ, licet temporalis: dicitur enim 1. Corinth. 3. de eo qui superædificat lignum, fœnum, & stipulam, quòd saluus erit, sic tamen quasi per ignem: sed huiusmodi, per quæ dicitur peccatum veniale dimitti, vel nullam vel minimam pœnam in se habent. ergo non sufficiunt ad plenam remissionē venialium peccatorum.

¶ Sed contra est, quod † Augu. dicit in lib. de Pœnitentia, quòd pro leuibus peccatis pectora nostra tundimus, & dicimus, Dimitte nobis debita nostra. & ita videtur quòd tunsio pectoris, & oratio dominica causent remissionem venialium peccatorum. & eadem ratio videtur esse de aliis.

¶ Respondeo Dicendum, q (sicut dictum est †) ad remissionem venialis peccationi requiritur nouæ gratiæ infusio: sed sufficit aliquis actus procedens ex gratia, quo aliquis detestet peccatū veniale vel explicite, vel saltem implicite: sicut cum aliquis feruenter mouetur in Deum. & ideo triplici ratione aliqua causant remissionem venialium peccatorum. Vno modo, inquantum in eis infunditur gratia: quia per infusionem gratiæ tolluntur venialia peccata, vt supra dictum est. * & hoc modo per eucharistiam & extremam vnctionem, & vniuersaliter per omnia sacramenta nouæ legis, in quibus confertur gratia, peccata venialia remittuntur. secundo, inquantum sunt cum aliquo motu detestationis peccatorum. & hoc modo confessio generalis, tunsio pectoris, & oratio dominica, operantur ad remissionem venialium peccatorum. nam in oratione dominica petimus, Dimitte, nobis debita nostra. tertio modo, inquantum sunt cum aliquo motu reuerentiæ in Deum, & ad res diuinas. & hoc modo, benedictio episcopalis, aspersio aquæ benedictæ, quælibet sacramentalis vnctio, oratio in ecclesia dedicata, & si aliqua alia sunt huiusmodi, operantur ad remissionem venialium peccatorum.

¶ Ad primvm ergo dicendum, quòd omnia ista causant remissionem peccatorum venialium, inquantum in eliuant animam ad motum pœnitentiæ, qui est detestatio peccatorum, vel implicitè, vel explicitè.

¶ Ad secvndvm dicendum, quòd omnia ista quantum est de se, operantur ad remissionem omnium peccatorum venialium: potest tamen impediri remissio, quantum ad aliqua peccata venialia, quibus mens actualiter inhæret: sicut & per fictionem interdum impeditur effectus baptismi.

¶ Ad tertivm dicendum, q per prædicta tolluntur quidem peccata venialia quantum ad culpā, tum virtute alicuius satisfactionis, tum etiam virtute charitatis, cuius motus per prædicta excitatur. Non autem per quodlibet prædictorum semper tollitur totus reatus pœnæ: quia sic qui esset omnino immunis à peccato mortali, aspersus aqua benedicta, statim euolaret; sed reatus pœnæ remittitur per prædicta secundum modum feruoris in Deum, qui per prædicta excitatur, quandoque magis, quandoque autem minus.

Articvlvs IIII.

Vtrum veniale peccatum possit remitti sine mortali.

535 Infr. q. 90 ar. 4. ad 3. Et 4. dist. 16. q. 2. ar ti. 1. q6. 2. & 3.

Ad qvartvm sic proceditur. Videtur quòd veniale peccatum possit remitti sine mortali: quia super illud Ioanes 8. Qui sine peccato est vestrum, primus in illam lapidem mittat, dicit quædam glo. quòd omnes illi erant in peccato mortali: venialia enim eis dimittebantur per cæremonias. ergo veniale peccatum potest remitti sine mortali.

¶ 2 Præt. Ad remissionem peccati venialis non requiritur gratiæ infusio, requiritur autem ad remissionem mortalis. ergo veniale peccatum potest remitti sine mortali.

¶ 3 Præt. Plus distat peccatum veniale à mortali, quàm ab alio veniali: sed vnum veniale potest dimitti sine alio, vt dictum est. † ergo veniale potest dimitti sine mortali.

¶ Sed contra est, quòd dicitur Matth. 5. Amen dico tibi: non exies inde, (scilicet ex carcere, in quē intruditur homo pro peccato mortali) donec reddas nouissimum quadrātem: per quē significatur veniale peccatum. ergo veniale peccatum non remittitur sine mortali.

¶ Respon. Dicendum, quòd sicut supra dictum est, † remissio culpæ quòd omnia ista causant remissionem peccatorum venialium, inquantum in eliuant animam ad motum pœnitentiæ, qui est detestatio peccatorum, vel implicitè, vel explicitè.

¶ Ad secvndvm dicendum, quòd omnia ista quantum est de se, operantur ad remissionem omnium peccatorum venialium: potest tamen impediri remissio, quantum ad aliqua peccata venialia, quibus mens actualiter inhæret: sicut & per fictionem interdum impeditur effectus baptismi.

¶ Ad tertivm dicendum, q per prædicta tolluntur quidem peccata venialia quantum ad culpā, tum virtute alicuius satisfactionis, tum etiam virtute charitatis, cuius motus per prædicta excitatur. Non autem per quodlibet prædictorum semper tollitur totus reatus pœnæ: quia sic qui esset omnino immunis à peccato mortali, aspersus aqua benedicta, statim euolaret; sed reatus pœnæ remittitur per prædicta secundum modum feruoris in Deum, qui per prædicta excitatur, quandoque magis, quandoque autem minus.

Articvlvs IIII.

Vtrum veniale peccatum possit remitti sine mortali.

Ad qvartvm sic proceditur. Videtur quòd veniale peccatum possit remitti sine mortali: quia super illud Ioanes 8. Qui sine peccato est vestrum, primus in illam lapidem mittat, dicit quædam glo. quòd omnes illi erant in peccato mortali: venialia enim eis dimittebantur per cæremonias. ergo veniale peccatum potest remitti sine mortali.

¶ 2 Præt. Ad remissionem peccati venialis non requiritur gratiæ infusio, requiritur autem ad remissionem mortalis. ergo veniale peccatum potest remitti sine mortali.

¶ 3 Præt. Plus distat peccatum veniale à mortali, quàm ab alio veniali: sed vnum veniale potest dimitti sine alio, vt dictum est. † ergo veniale potest dimitti sine mortali.

¶ Sed contra est, quòd dicitur Matth. 5. Amen dico tibi: non exies inde, (scilicet ex carcere, in quē intruditur homo pro peccato mortali) donec reddas nouissimum quadrātem: per quē significatur veniale peccatum. ergo veniale peccatum non remittitur sine mortali.

¶ Respon. Dicendum, quòd sicut supra dictum est, † remissio culpæ

QVAEST. LXXXVIII.

De reditu peccatorum per pœnitentiam dimissorum, in quatuor articulos diuisa.

Deinde considerandum est de reditu peccatorum per pœnitentiam dimissorum,

Et circa hoc quæruntur. quatuor.

¶ Primo, Vtrum peccata per pœnitentiam dimissa, redeāt simpliciter per sequens peccatum.

¶ Secundo, Vtrum aliquo modo per ingratitudinem redeant specialius secundum quædam peccata.

¶ Tertio, Vtrum peccata redeant in æquali reatu.

¶ Quarto, Vtrum illa ingratitudo, per quam redeunt, sit speciale peccatū.

Articvlvs I.

Vtrum peccata dimissa redeant per sequens peccatum.

Ad primvm sic proceditur. Videtur quòd peccata dimissa, redeant per sequens peccatum. Dicit enim † Augustinus in libro de Baptis-

Universidad de Deusto
Biblioteca

videtur grauius peccare quã prius peccauerat, dubium occurrit. nã falsum videtur secũdum peccatum esse grauius primo, immo totum oppositum: quoniam primum peccatum est cælus ab innocentia: secundum autem addit sordem sordidissima illud, Qui sordidus est sordescat adhuc. Constat autem maioris ingratitudinis multũ reputari esse peccare contra beneficium in nocentiæ, ex quo aggrauatur primũ peccatum, quàm contra beneficia expectationis ad pœnitentiam, ex quo aggrauatur secundum peccatũ.

*Beda in Lucam c. 58. non multũ remote ante finem to. 2.

¶ Ad hoc dicitur, quòd non est hic sermo comparationis peccatorum penes grauitatem, sed continentiæ, quasi virtualis prioris peccati in posteriori non simpliciter, secundum quid: hoc est secundum aliquam certam specialem rationem: puta quia posterius peccatũ est cõtra sustinentem indignum sustinere. Et ideo ex hac doctrina stat, quòd primũ peccatũ fuerit ex propria specie grauis, puta blasphemia Dei, secundo existente peccato gratiæ, & secundum rationem ingratitudinis, puta, quia primum fuit contra beneficium innocentiæ, secundum autem etiam si leuissimum ex sua specie mortale esset, semper haberet hanc aggrauantem circũstantiam ingratitudinis ex priore peccato consurgentem, quod est contra hoc beneficiũ expectationis indigni ex priore commisso peccato secundum hanc enim circunstantiam grauius est secundum peccatũ, quàm primum. Sic hinc Auctor ad similem grauitatem secundum similẽ circunstantiã procedit in litera: peccatum enim post pœnitentiam, vt tertio patet articulo, non oportet esse grauius absolute peccato dimisso. sed semper est grauius secundum quid, hoc est secundum hanc circunstantiã, qua est contra eum, qui remisit priora peccata. secundum hanc enim circũstantiam peccatũ post pœnitentiam continere dicitur virtualiter peccata prius dimissa: quia ex illis peccatis cõsurgit hæc circunstantia aggrauans peccatum post pœnitẽtiam.

Q.85.art. 3.

*Refertur hoc de pœ. ni. di. 4 c. Qui recedit. Habet Prosper in respons. ad 2. rationem gallorum. Q.86.art. 4.

mo: Redire dimissa peccata, vbi fraterna charitas non est, apertissime Dominus in euangelio docet in illo seruo, à quo dimissum debitum dominus repetijt, eo quòd ille conseruo suo debitum nollet dimittere: sed fraterna charitas tollitur per quodlibet peccatum mortale. ergo per quodlibet sequens mortale peccatum, redeunt peccata prius per pœnitentiam dimissa.

¶ 2 Præterea. Super illud Lucæ 11. Reuertar in domum meam vnde exiui, dicit * Beda, Timendus est iste versiculus, nec non exponendus, ne culpa quam in nobis extinctam credebamus, per incuriam nos vacantes opprimat. hoc autem non esset nisi rediret. ergo culpa per pœnitentiam dimissa redit.

¶ 3 Præterea. Ezechiel. 18. Dominus dicit, Si auerterit se iustus à iustitia sua, & fecerit iniquitatem, omnes iustitiæ eius, quas fecerat, non recordabuntur: sed inter alias iustitias quas fecit, etiam præcedens pœnitentia continetur, cum supra dictum † sit pœnitentiam esse partem iustitiæ. ergo postquam pœnitens peccat, non imputatur ei præcedens pœnitentia, per quã consecutus est veniam peccatorum. redeunt ergo illa peccata.

¶ 4 Præterea, Peccata præterita per gratiam tegũtur, vt patet per Apostolum Roman. 4. inducentem illud Psalmistæ 31. Beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata: sed per peccatũ mortale sequens gratia tollitur. ergo peccata quæ fuerant prius commissa, remanent detecta. & ita videtur quòd redeant.

¶ Sed contra est, q̃ Apostolus dicit Roman. 11. Sine pœnitentia sunt dona & vocatio Dei: sed peccata pœnitentis sunt dimissa per donum Dei. ergo per peccatum sequens non redeunt dimissa peccata, quasi Deus de dono remissionis pœniteat.

¶ Præt. † Augustinus dicit in libr. responsionum Prosperi: Qui recedit à Christo, & alienatus à gratia, finit hanc vitam, quid nisi in perditionem vadit? sed non in id, quod dimissum est recidit, nec pro originali peccato damnabitur.

¶ Respondeo Dicendum, q̃ (sicut supra dictum est *) in peccato mortali sunt duo, scilicet auersio Deo, & conuersio ad bonum creatum. Quicquid autem est ex parte auersionis in peccato mortali, secundum se consideratum est commune omnibus peccatis mortalibus: quia per quodlibet peccatum mortale homo auertitur à Deo. vnde & per consequens macula, quæ est per priuationem gratiæ, & reatus pœnæ æternæ communia sunt omnibus peccatis mortalibus. & secundum hoc intelligitur id, quod dicitur Iacobi 2. Qui offendit in vno factus est omnium reus: sed ex parte conuersionis, peccata mortalia sunt diuersa, & interdum contraria. Vnde manifestum est, quòd ex parte conuersionis, peccatum mortale sequens nõ facit redire peccata mortalia prius abolita: alioquin sequeretur, quòd homo per peccatum prodigalitatis reduceretur in habitum vel dispositionem auaritiæ prius abolitæ. & sic contrarium esset causa sui contrarii, quod est impossibile. sed considerando in peccatis mortalibus id, quod est ex parte auersionis absolutæ, per peccatum mortale sequens redit illud, quod fuerat in prioribus peccatis ante dimissionem, inquantum per peccatum mortale sequens homo priuatur gratia, & fit reus pœnæ æternæ, sicut & prius erat. Verum quia auersio in peccato mortali, ex conuersione quodammodo causatur, recipiuntur ea, quæ sunt ex parte auersionis quodammodo diuersitatem per comparationem ad diuersas conuersiones sicut ad diuersas causas: ita quòd sit alia auersio, & alia macula, & alius reatus, prout consurgit ex alio & alio actu peccati mortalis. & hoc modo, in quæstionem vertitur, vtrum macula & reatus pœnæ æternæ secundum quòd causabantur ex actibus peccatorum prius dimissorum, redeant per peccatum mortale sequens, Quibusdam igitur visum est, quòd simpliciter etiam hoc modo redeant. sed hoc non potest esse: quia opus Dei per opus hominis irritari non potest. Remissio autem peccatorum priorum, fuit opus diuinæ misericordiæ. vnde non potest irritari per sequens peccatum hominis, secundum illud Roman. 3. Nunquid incredulitas illorum fidem Dei euacuauit? & ideo alij ponentes peccata redire, dixerunt, quòd Deus non remittit peccata pœnitentia postmodum peccaturo, secundum præscientiam, sed solum secundum præsentem iustitiam: præscit enim se pro his peccatis eum aeternaliter puniturum, & tamen per gratiam facit eum præsentialiter iustum. sed nec hoc stare potest: quia si causa absolutè ponatur, & effectus ponitur absolute. Si igitur non absolute fieret per gratiam, & gratiæ sacramenta peccatorum remissio, sed cum quadam conditione in futurum dependente, sequeretur quòd gratia & gratiæ sacramenta non essent sufficiens causa remissionis peccatorum, quod est erroneum, vtpote derogans gratiæ Dei. & ideo nullo modo potest esse, quòd macula & reatus præcedentium peccatorum, redeant secundum quòd ex talibus actibus causabantur. Contingit autem, quòd sequens actus peccati virtualiter contineat reatum prioris peccati, inquantum scilicet aliquis homo secundo peccans, ex hoc ipso videtur grauius peccare quàm prius peccauerat, secundum illud Roman. secundo. Secundum duritiam tuam, & cor impœnitens thesaurizas tibi iram in die iræ, ex hoc scilicet solo, quòd contemnitur Dei bonitas, quæ ad pœnitentiam expectat. Multo autem magis contemnitur Dei bonitas, si post remissionem prioris peccati, secundo peccatum iteretur: quanto maius est beneficium peccatum remittere, quàm peccatorum sustinere. Sic igitur per peccatum sequens pœnitentiam, redit quodammodo reatus peccatorem prius dimissorum, non inquantum causabatur ex illis peccatis prius dimissis, sed inquantum causatur ex peccato vltimo perpetrato, quod aggrauatur ex peccati prioribus. & hoc non est peccata dimissa redire simpliciter, sed redire secundum quid, inquantum scilicet, virtualiter in peccato sequenti continentur.

¶ Ad

* Prosper in respõsione ad 2. rationem gallorum, litte refertur de pœn. di. 4. ca. Qui recedit.

¶ Ad primvm ergo dicendum, quòd illud verbum August. videtur esse intelligendum de reditu peccatorum, quantum ad reatum pœnæ æternæ in se consideratum: quia scilicet, post pœnitentiam peccans, incurrit reatum pœnæ, sicut & prius: non tamen omnino propter eandem rationem. Vnde † Aug. in li. de responsionibus Prosperi, cum dixisset, quòd non id, quod remissum est recidit, nec pro originali peccato damnatur, subdit: qui tamen ea morte afficitur, quæ ei propter peccata dimissa debebatur: quia scilicet incurrit mortem æternam, quam meruerat per peccata præterita.

¶ Ad secundum dicendum, quòd in illis verbis non intendit dicere Beda, quòd culpa prius dimissa hominem opprimat per reditum reatus præteriti; sed per iterationem actus.

¶ Ad tertium dicendum, quòd per sequens peccatum, iustitiæ priores obliuioni traduntur, inquantum erant meritoriæ vitæ æternæ: non tamen inquantum erant impeditiuæ peccati. vnde si aliquis peccet mortaliter postquam restituit debitum, non efficitur reus, quasi debitum non reddidisset. & multo minus traditur obliuioni pœnitentia prius acta, quantum ad remissionem culpæ, cum remissio culpæ magis sit opus Dei quàm hominis.

¶ Ad quartum dicendum, quòd gratia simpliciter tollit maculam, & reatum pœnæ æternæ. Tegit autem actus peccati præteritos, ne scilicet propter eos Deus hominem gratia priuet. & reum habeat pœnæ æternæ. & quod gratia semel fecit, perpetuo manet.

Articvlvs II.

Vtrum peccata dimissa, redeant per ingratitudinem quæ specialiter est secũdum odium fraternum, apostasiam à fide, contemptum confessionis, & dolorem de pœnitentia habita.

537 4. di. 22. q. 1. art. 1. cor. & art. 3.

Ad secundum sic proceditur. Videtur quòd peccata dimissa non redeant per ingratitudinem, quæ specialiter est secundum quatuor genera peccatorum, scilicet secundum odium fraternum, apostasiam à fide, contemptum confessionis, & dolorem de pœnitentia habita, secundum quòd quidam metricè dixerunt:

Fratres odit, apostata fit, spernitque fateri.
Pœnituisse piget, prislina culpa redit.

Tanto enim est maior ingratitudo, quanto grauius est peccatum, quod quis contra Deum committit post beneficium remissionis peccatorum: sed quædam alia peccata sunt his grauiora, sicut blasphemia contra Deum, & peccatum in Spiritum sanctum. ergo videtur, quòd peccata dimissa non redeant magis secundum ingratitudinem commissam, secundum hæc peccata, quàm secundum alia.

* Habetur de pœ. di. 4. c. Si Iudas.

¶ 2 Præt. * Rabanus dicit, Nequam seruum tradidit Deus tortoribus, quoadusque redderet vniuersum debitum, quia non solum peccata quæ post baptismum homo egit reputabuntur ei ad pœnam, sed & originalia, quæ in baptismo sunt ei dimissa: sed etiam peccata venialia inter debita computantur, pro quibus dicimus, Dimitte nobis debita nostra. ergo ipsa etiam redeunt per ingratitudinem. & pari ratione videtur, quòd per peccata venialia redeant peccata prius dimissa, & non solum per peccata prædicta.

¶ 3 Præt. Tanto est maior ingratitudo, quanto post maius beneficium acceptum aliquis peccat: sed beneficium Dei est etiam ipsa innocentia, qua peccatum vitamus: dicit enim † Aug. in 2. confess. Gratiæ tuæ deputo quæcumque peccata non feci. Maius autem donum est innocentia, quam etiam remissio omnium peccatorum, ergo non minus est ingratus Deo qui peccat post innocentiam, quàm qui peccat post pœnitentiam, & ita videtur quòd per ingratitudinem, quæ fit secundum peccata prædicta, non maximè redeant peccata dimissa.

*Li. 2. confe. c. 7. ante med. tomo 1.

¶ Sed contra est, quòd * Grego. dicit 18. Moral. Ex dictis euangelicis constat, quòd si quid in nos delinquitur, ex corde non dimittimus, & illud rursus exigitur, quod nobis iam per pœnitentiam dimissum fuisse gaudebamus. & ita propter odium fraternum specialiter peccata dimissa redeunt secundum ingratitudinem. & ea dem ratio videtur de aliis.

*Li. 4. dialo. c. 60 circa finem.

¶ Respondeo Dicendum, quòd (sicut supra dictum est *) peccata dimissa, per pœnitentiam redire dicuntur, inquantum reatus eorum ratione ingratitudinis, virtualiter continetur in peccato sequenti. Ingratitudo autem potest committi dupliciter: vno modo, ex eo quòd aliquid fit contra beneficium. & hoc modo per omne peccatum mortale quo Deum offendit, redditur homo ingratus Deo, qui peccata remisit. & sic per quodlibet peccatum mortale sequens, redeunt peccata prius dimissa, ratione ingratitudinis: alio modo committitur ingratitudo non solum faciendo contra ipsum beneficium, sed etiam faciendo contra formam beneficii præstiti: quæ quidem forma si attendatur ex parte benefactoris, est remissio debitorum. Vnde contra hanc formam facit, qui fratri petenti veniam non remittit; sed odium tenet. Si autem attendatur ex parte pœnitentis, qui recipit hoc beneficium, inuenitur ex parte eius duplex motus liberi arbitrij: quorum primus est motus liberi arbitrii in Deum qui est actus fidei formatæ, & contra hoc facit homo apostatando à fide: secundus autem est motus liberi arbitrij in peccatum, qui est actus pœnitentiæ. Ad quem primo pertinet (vt supra dictum est †) quòd homo detestetur peccata præterita, & contra hoc facit ille, qui dolet se pœnituisse. Secundo pertinet ad actum pœnitentiæ, vt pœnitens proponat se subijcere claui bus ecclesiæ per confessionem, secundum illud psalmi 31. Dixi, confitebor aduersum me iniustitiam meam Domino, & tu remisisti impietatem peccati mei. & contra hoc facit ille, qui contemnit confiteri secundum quòd proposuerat. & ideo dicitur quòd specialiter ingratitudo horum peccatorum, facit redire peccata prius dimissa.

Ar. præce.

Q.85.ar.5. & 6.

¶ Ad primvm ergo dicendum, quòd hoc non dicitur specialiter de istis peccatis, quia sint cæteris grauiora: sed quia directius opponuntur beneficio remissionis peccatorum.

¶ Ad secundum dicendum, quòd etiam peccata venialia, & ipsum originale redeunt modo prædicto, * sicut & peccata mortalia, inquantum contemnitur Dei beneficium, quo hæc peccata sunt remissa: non tamen per peccatum veniale aliquis incurrit ingratitudinem: quia homo peccando venialiter, non facit contra Deum, sed præter ipsum. & ideo per peccata venialia, nullo modo peccata dimissa redeunt.

* In cor. ante.

¶ Ad tertium dicendum, quòd beneficium aliquod habet pensari dupliciter: vno modo ex quantitate ipsius beneficii. & secundum hoc innocentia est maius Dei beneficium quàm pœnitentia, quæ dicitur secunda tabula post naufragium: alio modo, potest pensari beneficium ex parte recipientis, qui minus est dignus, & sic magis sit sibi ingratia: vnde & ipse magis est ingratus si contemnat. & hoc modo beneficium remissionis culpæ est maius, inquantum præstatur totaliter indigno, & ideo ex hoc sequitur maior ingratitudo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Super quæstionis octuagesimæoctauæ Articul. tertium.

IN ar.3. eiusdem quæstio.intellige nouitæ ingratitudinem non habere quantitatē ex quantitate beneficii, qualis habet ex illo specie, sicut nec odium habet quātitatem ex obiecto odio habito.non enim oportet tantū esse odiū, quantum est odibile: contingit enim vnum & idē plus, & minus odio haberi. Et similiter non oportet tantum esse amorem, quantum est amatum: est enim aliquid plus amabile quàm ametur, & sic de aliis. Quātificatur autem ingratitudo ex beneficio (vt in litera dicitur) proportionaliter, & hoc est dicere, q̄ si comparētur duæ ingratitudines ad duo beneficia, verum est quod ceteris paribus quāto beneficium maius est beneficio, tanto ingratitudo maior est ingratitudine. Et propterea tanto peccatum post pœnitentiam est secundum ingratitudinis circumstantiā grauius quanto cōtra maius est beneficium remissionis peccatorum. Et qa beneficium remissionis quantificatur secundum peccata dimissa, ideo tanto grauius quis post pœnitentiam peccat, quantoma for peccator prius fuit, & cæteris paribus quanto plures dimissa sibi peccata fuerunt.

538 4.di.22.q.2.art.2.q.3.

Vtrum per ingratitudinem peccati sequentis consurgat tantus reatus, quantus fuerat peccatorum prius dimissorum.

AD tertium sic proceditur. Videtur quòd per ingratitudinem peccati sequentis consurgat tantus reatus, quantus fuerat peccatorum prius dimissorum: quia secundum magnitudinem peccati est magnitudo beneficii, quo peccatum dimittitur, & per consequens magnitudo ingratitudinis, qua hoc beneficium contemnitur: sed secundum quantitatē ingratitudinis, est quantitas reatus consequentis. ergo est tantus reatus qui consurgit ex ingratitudine sequentis peccati, quantus fuit reatus omnium præcedentium peccatorum.

¶ 2 Præte. Magis peccat qui Deum offendit, quàm qui offendit hominem: sed seruus manumissus ab aliquo domino, reducitur in eandem seruitutem, a qua prius fuit liberatus, vel etiam in graviorem. ergo multo magis ille, qui contra Deum peccat post liberationem à peccato, reducitur in tantum reatum pœnæ, quātum primo habuerat.

¶ 3 Præte. Matth. 18. dicitur, quòd iratus Dominus tradidit eum (cui replicantur peccata dimissa, propter ingratitudinem) tortoribus quoadusq; redderet vniuersum debitum: sed hoc non esset, nisi consurgeret ex ingratitudine tantus reatus, quantus fuit omnium præteritorum peccatorum. ergo æqualis reatus per ingratitudinem redit.

¶ Sed contra est, quòd dicitur Deu. 25. Pro mensura peccati erit & plagarum modus. Ex quo patet, quod ex parvo peccato non consurgit magnus reatus: sed quandoque peccatum mortale sequens, est multo minus quolibet peccatorum prius dimissorum. nō ergo ex peccato sequenti redit tantus reatus, quantus fuit peccatorum prius dimissorum.

¶ Respon. Dicendum, quòd quidam dixerunt, quòd ex peccato sequēti, propter ingratitudinem consurgit tantus reatus, quantus fuit reatus peccatorum prius dimissorum super reatum proprium huius peccati: sed hoc non est necessarium, quia sicut supra dictum est, † reatus præcedentium peccatorum non redit per peccatum sequens, inquantum sequebatur ex actibus præteritorum peccatorum, sed inquantum consequitur actum sequentis peccati. Et ideo oportet, quòd quantitas reatus redeuntis, sit secundum gravitatem peccati subsequentis. Potest autem contingere, quòd gravitas peccati subsequentis adæquetur grauitati omnium peccatorum præcedentium: sed hoc non semper est necesse, siue loquamur de grauitate eius, quam habet ex sua specie (cum quandoque peccatum sequens sit fornicatio simplex, peccata vero præterita fuerunt adulteria, vel homicidia, seu sacrilegia (siue etiam loquamur de grauitate, quam habet ex ingratitudine annexa. non enim oportet, quantitas ingratitudinis sit absolute æqualis quantitati beneficii suscepti, cuius quantitas attenditur secundum quantitatem peccatorum prius dimissorum. contingit enim quòd contra idem beneficium vnus est multum ingratus, vel secundum intensionem contemptus beneficii, vel secundum grauitatem culpæ contra benefactorem commissæ: alius autem parum, vel quia minus contemnit, vel quia minus contra benefactorem agit: sed proportionaliter quantitas ingratitudinis adæquatur quantitati beneficii: supposito enim æquali contemptu beneficii, vel offensa benefactoris, tanto erit grauior ingratitudo, quanto beneficium fuit maius. vnde manifestum est, quòd non est necesse, quòd propter ingratitudinem, semper per peccatum sequens redeat tantus reatus, quantus fuit præcedentium peccatorum, sed necesse est quod proportionaliter quanto peccata prius dimissa fuerunt plura & maiora, tanto redeat maior reatus per qualecumque sequēs mortale peccatum.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd beneficium remissionis culpæ recipit quantitatem absolutam, secundum quantitatem peccatorum prius dimissorum: sed peccatum ingratitudinis non recipit quantitatem absolutam secundum quantitatem beneficii, sed secundum quantitatem contemptus vel offensæ, vt dictum est. † & ideo ratio non sequitur.

In oppo.

¶ Ad secundum dicendum, quòd etiam seruus manumissus non reducitur in pristinam seruitutem pro qualicumque ingratitudine: sed pro aliqua graui.

¶ Ad tertium dicendum, quòd illi, cui peccata dimissa replicantur propter subsequentem ingratitudinem, reddit vniuersum debitum, inquantum quantitas peccatorum præcedentium proportionaliter inuenitur in ingratitudine subsequenti, non autem absolute, vt dictum est. *

In oppo.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum ingratitudo, ratione eius sequens peccatum facit redire peccata prius dimissa sit speciale peccatum.

AD Quartum sic proceditur. Videtur quòd ingratitudo, ratione cuius sequens peccatum facit redire peccata prius dimissa, sit speciale peccatum. Retributio enim gratiarum pertinet ad contra passum, quod requiritur in iustitia, vt patet per † Philosophū 5. Ethico. sed iustitia est specialis virtus. ergo ingratitudo est speciale peccatum.

¶ 2 Præ. * Tullius in 2. Rhetor. ponit q̄ gratia est specialis virtus: sed ingratitudo opponitur gratiæ. ergo ingratitudo est speciale peccatum.

¶ 3 Præt. Specialis effectus à speciali causa procedit: sed ingratitudo habet specialē effectum, s. q̄ facit aliqualiter redire peccata prius dimissa. ergo ingratitudo est speciale peccatum.

¶ Super quæstionis 88. Articul. 4.

IN ar. 4. eiusdē q. aduerti nouitie, ingratitudine, de qua est sermo, non esse speciale peccatū nō solū ea ratione, qa ipsa ē peccatū, qa ita fornicatio post pœnitētiā, nō cōstituit duo peccata. Ingratitudinis & fornicationis vsed ea potius rōne, qa hmōi ingratitudinis circumstātia nō apponit extra peccatū post pœnitētiā deformitatē alterius spēi ab ipso peccato, imo ingratitudo ipsa trahitur ad speciē peccati circumstātiæ, puta q̄ circumstat, puta fornicationis, si peccatū post pœnitētiā ē fornicatio: & sic de aliis: simile est. n. de filio. cōsequētibus ad alia peccata mortalia puta odio Dei, & contemptu diuini præcepti: quilibet em peccans mortaliter, interpretatiue & contemnit diuinum præceptum quod transgreditur, & in odium inimicitiæ diuinæ charitati oppositū incidit. Hæ tamē circunstantiæ ad eandem pertinent speciem peccati, in qua est peccatum. cuius sunt circunstantiæ, & non trahunt peccatum in speciem odii divini, & speciem inobedientiæ, prout secundū se hæc sunt specialia peccata, ad quas tamen species traherent, siquis ex Dei odio & contemptu præcepti fornicaretur.

Ar.2. huius q.

D. 902. *li.5. c.2. nō remoto a princ.

*In li. de natura & gra. c.29. to.7.

¶ Super quæstionis octuagesimænonæ, Articulū primum.

IN q.89. quatuor notanda occurrunt. Primum in art.1. ad secundū, vbi dicitur quòd contritio se habet vt vltima dispositio ad gratiam consequendam. Scien dum est, n. dupliciter sumi contritionem: vel pro ipso actu nudo, vel pro ipso actu informato charitate: perfectus siquidem dolor de peccatis commissis cū voluntate satisfaciendi, &c. contritio dicitur, forma quidem si charitate vestita considereture, absolute veto si nuda sumatur. Et sic nudecōsiderauit eam Auctor, cum dixit q̄ est ultima dispositio ad gratiam, formata autem charitate consideratur, cum describitur q̄ est dolor charitate informatus.

¶ Secundum non tandum est in 2. artic. in calce eor. vbi dicitur & eadem ratio est de virtutibus quæ ex gratia consequuntur. Potest quidem hoc dupliciter intelligi, vel referendo singulas virtutes ad singulas pro eis dispositiones in resurgente, vel referendo quantitatē virtutum ad quantitatem gratiæ. Et primo quidem in tellectu sensus esset, quod resurgēs a peccato, recuperat aliquam infusam virtutem maiorem, & aliquam minorem si ad vnam magis se dispōsuit, quàm ad aliam: sicut recuperat gratiam maiorem vel minorē, prout magis vel minus se disponit ad illam. Iuxta se cundum vero intellectū sensus esset, q̄ recuperans gratiam minorē recuperat etiam virtutes minores, & si recuperat gratiam æqualem deperditæ, recuperat etiam virtutes æquales, & si maiorē, maiores. Quicquid autem de veritate primi dicti secundum se sic, præsenti tamen literæ secundus sensus consonat quoniam in litera redditur ratio quare est eadē ratio, de gratia & virtutibus. Et ratio quæ redditur, est sequela virtutum ex gratia, ex hoc enim q̄ virtutes consequuntur ad gratiam, absq; scrupulo ambiguitatis cuiusque dicitur, quòd ad maiorem gratiam sequuntur maiores virtutes, & ad minorem minores.

Su.q.152. ar.3.ad 3.* Et 4.d.14. q.2.art.2.

Ex li.2.c. 17. to.1.

¶ Tertio aduertendum est in 3. ar. in cur. vbi de irregularitate homicidii & defensione commissū tangitur. Distinguendum siquidem est de defensione. Nam quædam est necessitās ad homicidium, cum quis s. nō potest totaliter se defendendo. sub eua dere inuasore, nisi occidat illum, & hæc non inducit irregularitatē per noua iura, condita s. post transitū beati Tho vt patet in 6. de homicidio c. unico. De fensio autem non urgens ad homicidium, & olim & nunc irregularem constituit, & de ha textus iste intelligulas virtutes ad infutum, per peccatum sequens mortificentur.

q.85.ar.6

li.1.c.8.a med.to.5.

D.677.

¶ Quinto, Vtrum opera mortificata per peccatum, per pœnitentiam reuiuiscant.

¶ Sexto, Vtrum opera mortua, id est, absque charitate facta, per pœnitentiam viuificentur.

ARTICVLVS I.

Vtrum per pœnitentiam virtutes restituantur.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd per pœnitentiam virtutes non restituantur. Non enim possent virtutes amissæ per pœnitentiam restitui, nisi pœnitentia virtutes causaret: sed potest esse causa omnium virtutum: præsertim cum quædam virtutes sint naturaliter priores pœnitentia, s. fides, spes, & charitas, vt supra dictum est. ergo per pœnitentiam non restituuntur virtutes.

¶ Præterea. Pœnitentia in quibusdam actibus pœnitentis consistit: sed virtutes gratuitæ nō causantur ex actibus nostris: dicit enim * Aug. in lib. de lib. arbi. q̄ virtutes Deus in nobis sine nobis operatur. ergo videtur, quòd per pœnitentiam non restituantur virtutes.

¶ 3 Præterea, Habens virtutem sine difficultate & delectabiliter actus virtutum operatur: vnde † Philoso. dicit in 1. Ethicor. quòd non est iustus qui non gaudet iusta operatione, sed multi pœnitentes adhuc difficultatem patiuntur in operando actus virtutum. non ergo per pœnitentiam restituuntur virtutes.

¶ Sed contra est, quòd Lucæ 15. legitur. Pater mandauit quod filius pœnitens indueretur stola prima, quæ secundum Ambro. est amictus sapientiæ, quam simul cōsequuntur omnes virtutes, secundum illud Sapient. 8. sobrietatem, & iustitiam docet, prudentiam & virtutem, quibus utilius nihil est in vita hominibus. ergo per pœnitentiam omnes virtutes restituūtur.

¶ Respondeo dicendum, quòd per pœnitentiam remittuntur peccata, vt dictum est: † remissio autem peccatorum non potest esse nisi per infusionē gratiæ. vnde relinquitur, q̄ per pœnitentiam hominī gratia infundatur. d Ex gratia autem consequuntur omnes virtutes gratuitæ, sicut ex essentia animæ fluunt omnes potentiæ, vt in secunda parte habitum est. * vnde relinquitur, q̄ per pœnitentiam omnes virtutes restituantur.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sicut dictum est supra, cum de habitibus ageretur, duplex est virtus, scilicet imperfecta, & perfecta. Imperfecta quidem virtus est, quæ habet informem charitatem. Perfecta autem virtus est, quæ habet charitatem formatam. Manifestum est autem, quòd per peccatum mortale charitas formata amittitur, non autem informis. Et quia virtutes acquisitæ sunt ex actibus, ideo per peccatum mortale omnes virtutes acquisitæ amittuntur, quantum ad perfectum virtutis actum, qui est per charitatem formatam. Remanet autem quantum ad imperfectum actum, qui est per charitatem informem. Et ideo per pœnitentiam non oportet quòd virtutes acquisitæ causentur de nouo, sed quòd reuiuiscant. Et ideo dicit Aug. quòd virtutes Deus in nobis sine nobis operatur, quia scilicet per pœnitentiam non causantur de nouo, sed reuiuiscunt.

¶ AD SECVNDVM dicendum, quòd pœnitentia consistit in actibus pœnitentis, inquantum sunt quidam actus virtutum, quæ per pœnitentiam reuiuiscunt. Et ideo ex actibus pœnitentiæ non causantur virtutes, sed reuiuiscunt.

¶ AD TERTIVM dicendum, quòd habens virtutem sine difficultate & delectabiliter operatur actus virtutum, quando habet virtutem perfectam. Quando autem habet virtutem imperfectam, non sine difficultate operatur actus virtutum. Et hoc modo habebant virtutes pœnitentes, quibus restituebantur virtutes imperfectæ.

QVAEST. LXXXIX.

De virtutum recuperatione per pœnitentiam, in sex articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de recuperatione virtutum per pœnitentiam.

Et circa hoc quæruntur, sex.

¶ Primo, Vtrum per pœnitentiam restituantur virtutes.

¶ Secundo, Vtrum restituantur in æquali quantitate.

¶ Tertio, Vtrum restituatur pœnitenti æqualis dignitas.

¶ Quarto, Vtrum opera virtutum recuperata meritum præcedens augeant.

¶ Quinto, Vtrum opera mortificata per peccatum, per pœnitentiam reuiuiscant.

¶ Sexto, Vtrum opera mortua, id est, absque charitate facta, per pœnitentiam viuificentur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

telligendus est.
¶Quarto aduertẽdum est in 5.ar.in cor. iuncto cum responsione ad tertium, q̃ aliud est loqui de opere meritorio,& aliud est loqui de quantitate operis meritorii. Cũ enim mortificata reuiuiscunt: quoniam isti, in quo reuiuiscunt debita est vita æterna ex vi illorum priorũ operum, & non solum ex vi præsentium operum, ita quòd hoc operatur reuiuiscere, quod ex pluribus capitibus debetur huic vita æterna, s. ex meritis prioribꝰ. & ex meritis posterioribus, sed quãcitas operis meritorii non semper reuiuiscit simpliciter, quoniam nõ semper recuperat propriam efficaciam, quæ est perducere hunc ad tantũ gradum beatitudinis æternæ, vt patet in eo qui resurgit in minori gratia, ita q̃ in illa minore decedit. Talis enim numquã perueniet ad illũ beatitudinis gradum, quẽ quãtitas prioris meriti debitũ sibi fecerat. Et in promptu causa huius non reuiuiscentiæ est ipsa resurgentis indispositio, sicut.n. & non resurrexisset a peccato, mortificata merita non sibi reuixissent) quia peccatum proprijs impediuisset merito rum efficaciam) ita resurgendo a peccato, cum minore tamen gratia ex hoc ipso in dispositus est ad suscipiendum fructum maioris meriti. ipse enim minor coactus resurgentis. & ad maiora non progredientis impedimentum præstat efficaciæ quantitatis magni meriti præcedentis. Et facit ut quãtitas illa non reuiuiscat sibi simpliciter & absolute: eũ quo tamen stat quod reuiuiscit illi secundum quid, hoc est quo ad gaudium accidentale, quia, vt in litera

Ex eo. 2. 1.

dum, quòd eodem modo pœnitentia restituit virtutes, per quem modum est causa gratiæ, ut iam dictum est.† Est autem causa gratiæ inquantum est sacramentum, nam inquantum est virtus, est magis gratiæ effectus. Et ideo non oportet, quòd pœnitentia, secundum quòd est virtus, sit causa omnium aliarum virtutum: sed quòd habitus pœnitentiæ, simul cum habitibus aliarum virtutum per sacramentum pœnitentiæ causentur.

¶ Ad secundum dicendum, quòd in sacramento pœnitentiæ, actus humani se habẽt materialiter: sed formalis vis huius sacri dependet ex virtute clauiũ & iõ virtus clauiũ effectiuè cãt gratiã & virtutes, instrumentaliter tamẽ, sed actus primus pœnitentis se habet, vt vltima dispositio ad gratiam consequẽdam, scilicet contritio: alii verò sequẽtes actus pœnitentię, procedunt iam ex gratia, & virtutibus.

¶ Ad tertium dicendum, quòd (sicut supra dictum est*) quandoq; post primum actum pœnitentiæ, qui est contritio, remanent quædam reliquiæ peccatorum, scilicet dispositiones ex priorib⁹ actibus peccatorum causatæ, ex quibus præstatur difficultas quædam pœnitenti, ad operandum opera virtutum: sed quantum est ex ipsa inclinatione charitatis & aliarum virtutum, pœnitens opera virtutis delectabiliter & sine difficultate operatur: sicut si virtuosus per accidens difficultatem pateretur in executione actus virtutis propter somnum, aut aliquam corporis indispositionem.

9.86.ar.5

Articvlvs II.

Vtrum post pœnitentiam resurgat homo in æquali virtute.

AD secundum sic proceditur. Videtur quòd post pœnitentiam resurgat homo in æquali virtute. Dicit. n. apost. Roman. 8. Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum. Vbi dicit glo. * Augustin. quòd hoc adeo verum est, vt si qui horum deueniunt & exorbitent, hoc ipsum eis Deus faciat in bonum proficere: sed hoc non esset, si homo resurgeret in minori virtute. ergo videtur quòd nunquam pœnitens resurgat in minori virtute.

¶ 2 Præter. † Ambrosius dicit, quòd pœnitentia res optima est, quæ omnes defectus reuocat ad perfectum: sed hoc non esset, nisi virtutes in æquali quantitate recuperarentur. ergo per pœnitentiam semper recuperatur æqualis virtus.

¶ 3 Præterea, Super illud Genes. 1. Factum est vespere & mane dies vnus, dicit gloss. Vespertina lux est, à qua quis cecidit, matutina, in qua resurgit: sed lux matutina est maior vespertina. ergo aliquis resurgit in maiori gratia vel charitate, quàm prius habuerit, quod etiam videtur per id, quod Apostol. dixit Roman. 5. Vbi abundauit delictum, superabundauit & gratia.

dicitur, plus grauabit de maiore merito præcedente quàm de minore, quod subsequtum est.

¶ Sed contra, Charitas proficiens vel perfecta, est maior quàm charitas incipiens: sed quandoque aliquis cadit à charitate proficiente, resurgit autem in charitate incipiente. ergo semper resurgit homo in minori virtute.

¶ Respondeo dicendum, quod (sicut dictum est†) motus liberi arbitrii, qui est iniustificatione impii, est vltima dispositio ad gratiam: vnde in eodem instanti est gratiæ infusio, cum prædicto motu liberi arbitrii, vt in secunda parte habitum est. * In quo quidem motu comprehenditur actus pœnitentiæ, vt supra dictum est. Manifestum est autem, quod formæ, quæ possunt recipere magis & minus, intenduntur & remittuntur, secundum diuersam dispositionem subiecti, ut in secunda parte habitum est. † Et inde est, quod secundum quòd motus liberi arbitrii, in pœnitentia est intensior vel remissior, secundum hoc pœnitens consequitur maiorem, vel minorem gratiam. Contingit autem intensionem motus pœnitentis, quandoque proportionatam esse maiori gratiæ, quàm illa, à qua cecidit per peccatum: quandoque autem æquali, quandoque verò minori. Et ideo pœnitens quandoque resurgit in maiori gratia, quàm prius habuerat, quandoque autem in æquali, quandoque etiam in minori, & eadem ratio est de virtutibus, quæ ex gratia consequuntur.

Ar. præc. ad 3.

Q.113.ar. 5. & 7. ad 2.

1.2.q.52. ar.2. & Et q.66. ar.1.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd non omnibus diligentibus Deum cooperatur in bonum hoc ipsum quòd per peccatum à Dei amore cadunt, quod patet in his qui cadunt, & numquam resurgunt, vel qui resurgunt, iterum casuri: sed his tantum, qui secundum propositum vocati sunt sancti, id est, prædestinatis, qui quotiescumque cadant, finaliter tamen resurgunt. Cedit ergo eis in bonum hoc, quòd cadunt, non quia semper in maiori gratia resurgant: sed quia resurgunt in permanentiori gratia: non quidem ex parte ipsius gratiæ, quia quanto gratia est maior, tanto de se est permanentior: sed ex parte hominis, qui tanto stabilius in gratia permanet, quanto est cautior & humilior. vnde & gl. * ibidem citato ex. subdit, q̃ ideo proficit eis in bonum, quòd cadunt, quia humiliores redeunt atque doctiores.

Aug. loco citato in arg.

¶ Ad secundum dicendum, quòd pœnitentia quãtum est de se, habet virtutem reparandi omnes defectus ad perfectum, & etiam promouendi in vlteriorem statum, sed hoc quandoque impeditur ex parte hominis, qui remissius mouetur in Deum, & in detestationem peccati, sicut etiam in baptismo aliqui adulti consequuntur maiorem vel minorem gratiam, secundum quòd diuersimodè se disponunt.

¶ Ad tertium dicendũ, quòd assimilatio illa vtriusque gratiæ ad lucem vespertinam, & matutinam, fit propter similitudinem ordinis, quia post lucem vespertinam sequuntur tenebræ noctis, post lucem autẽm matutinam sequitur lux diei, non autem propter similitudinem maioris vel minoris quantitatis. Illud etiam verbum Apostoli intelligitur de gratia Christi, quæ superat omnem abundantiam humanorum peccatorum: non autem est verum in omnibus, quòd quanto abundantius peccant, tanto abundantiorem gratiam consequantur, pensata quantitate habitualis gratiæ. Est tamen superabundans gratia, quantum ad ipsam gratiæ rationem: quia magis gratis beneficium remissionis magis peccatori confertur: quamuis quandoque abundanter

Alias non babeſ, ly abũdãter peccãtes.

li.2.ca.2. ante me.

reuersus hostem fortiter premit, quàm illum qui numquam terga præbuit, & numquam aliquid fortiter fecit. Dignitatem autem ecclesiasticam homo per peccatum perdit, quia indignum se reddit ad ea, quæ competunt dignitati ecclesiasticæ exercendæ: quam quidem recuperare prohibetur, vno modo, quia non pœnitet: vnde Isidor. ad Misianum * episcopum scribit (sicut in eadem distinct.† legitur capitul. Domino.) Illos ad pristinos gradus redire canones præcipiunt, quos pœnitentiæ præcessit satisfactio, vel condigna peccatorum confessio.

Alias Mas sanum.

* In decr. d.50.c. Domino sancto, parũ a prin.

At contra hi, qui à vitio corruptionis non emendantur, nec gradum honoris, nec gratiam recipiunt communionis. Secundo, quia pœnitentiam negligenter facit: vnde in eadem distinctio. capitul. * si quis diaconus, dicitur, cum in aliquibus nec compunctio humilitatis, nec instantia orandi apparet nec ieiuniis, vel lectionibus eos vacare videamus, possumus agnoscere si ad pristinos honores redirent, cum quanta negligentia permanerent. Tertio, si commisit aliquod peccatum, quod habet irregularitatem annexam: vnde in eadem distinctio. * ex concilio Martini Papæ dicitur, si quis viduam, aut ab alio relictam duxerit. non admittatur ad clerum, quòd si irrepserit, deiiciatur. Similiter si homicidi, aut facto aut præcepto, aut consilio, aut defensione post baptismum conscius fuerit. Sed hoc non est ratione peccati, sed ratione irregularitatis. Quarto propter scandalum: vnde & in eadem distinctio. legitur capitul. de his vero, Rabanus * dicit, Hi qui deprehensi vel capti fuerint publice in periurio, furto, atque fornicatione, & ceteris huiusmodi criminibus, secundum canonum sacrorum institutа à proprio gradu decidant, quia scandalum est populo Dei, tales personas super se positas habere: qui autem de prædictis peccatis ab confessa se commisis, occultè sacerdoti confitentur, si se per ieiunia & eleemosynas, vigiliasque, & sacra orationes purgare curauerint, his etiam gradu proprio seruato spes veniæ de misericordia Dei promittenda est. Et hoc est quod dicitur extra de qualitate ordinandorum, capitul. * quæsitum, Si crimina ordine iudiciario comprobata, vel alias notoria non fuerint, præter reos homicidii, post penitentiam in susceptis, vel iam susceptis ordinibus impedire non possunt.

dist.50.c. si quis viduam.

rabanus ſ 1. Pœn.c. 1. Refert d.50.c.de his vero.

In dec. li. 1.ti.11. Et est de tẽporib. ordinationũ ca.17. & est vltimum. D. 1169.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd eadem ratio est de recuperatione d virginitatis & de recuperatione innocentiæ, quæ pertinet ad secundariam dignitatem quo ad Deum.

¶ Ad secundum dicendum, quòd Hieronymus in verbis illis non dicit esse impossibile, sed esse difficile hominem recuperare post peccatum pristinum gradum: quia hoc non conceditur, nisi perfectè pœnitenti, vt dictum est. * Ad statuta autem canonum, quæ hoc prohibere videntur, respondet * Augustin. Bonifacio scribens, vt constitueretur in ecclesia, nequisquam post alicuius criminis pœnitentiam, clericatum accipiat, vel ad clericatum redeat, vel in clericatu maneat, non desperatione indulgentiæ, sed rigore factum est disciplinæ, aliquin contra claues ecclesiæ datas disputabitur, de quibus dictum est, * Quæcumque solueritis super terram, soluta erunt & in cælo. Et postea subdit, nam & sanctus Dauid de criminibus mortiferis egit pœnitentiam, & tamen in honore suo perstitit, & beatum Petrum quando amarissimas lacrymas fudit, vtrique Dominum negasse pœnituit, & tamen apostolus permansit: sed non ideo putanda est superuacua posteriorum doctorum diligentia: qui vbi saluti nihil detrahebatur, humilitati aliquid addiderunt: experti, vt credo, aliquorum fictas pœnitentias per affectatas honorum * potentias.

In cor.ar. Aug.i epi. 50.ad Bonifacium, aliquãtulũ ante fi nem epist. tom.2.

*Bodẽ loco nũc & xime dicto.

Alias põpas.

¶ Ad tertium dicendum, quòd illud statutum intelligitur de illis, qui publicam pœnitentiam agunt: qui postmodum non possunt ad maiorem proueb i gradum. nam

Articvlvs III.

Vtrum per pœnitentiam restituatur homo in pristinam dignitatem.

542 3.d.31.q. 1.ar.1.q.2.ad 2. & 4.d.14.q. 1.ar.5.q. 1.ad 3. Et d.19.q.1. ar.3.q 2. ad 2. Et d. 37.q.2.ar ti.2.ad 4. * gl.ordi. ibid. *Referẽ t decr.d.50 ca.quic6que. *Innoc.r. epi.6. ad Agapitũ & Macẽ. habeſ dis. 50. ca. 1. Canon. apud.

AD tertium sic proceditur. Videtur quòd per pœnitentiam non restituatur homo in pristinam dignitatem: quia super illud Amos 5. Virgo Israel cecidit. dicit gloss. * Non negat posse resurgere, sed non resurget virgo Israel: quia semel aberrans quis, & si reportetur humeris pastoris, non habet tantam gloriam, quantam quæ numquam erravit. ergo per pœnitentiam non recuperat homo pristinam dignitatem.

¶ 2 Præte. Hiero. * dicit, Quicumque dignitatem diuini gradus non custodiunt, contenti sint animam saluare: reuerti enim in pristinum gradum difficile est. Et Inno. Papa * dicit, quòd apud Niceam constituti canones, pœnitentes etiam ab infimis officiis clericorum excludunt. non ergo per pœnitentiam homo recuperat pristinam dignitatem.

¶ 3 Præte. Ante peccatum potest aliquis ad maiorem gradum ascendere, non autem hoc post peccatum concedit pœnitenti: dicitur enim Ezec. 44. Leuitæ qui receſſerunt à me, numquam appropinquabunt mihi, vt sacerdotio fungantur. Et sicut habetur in decret. d. 50. in Hierdensi * concilio legitur, Hi qui sancto altari deseruiunt, si subito in flenda carnis fragilitate corruerint, & Domino respicere digne pœnituerint, officiorum suorum sic loca recipiant, vt non possint ad altiora officia vlterius promoueri. non ergo pœnitentia restituit hominẽ in pristinam dignitatem.

In decre. d. 50. ca. hi qui altari.

¶ Sed contra est, quòd sicut in eadem dist. legitur, Gre. * scribens Secundino, dicit, post dignam satisfactionem credimus hominem posse redire ad suum honorem. Et in concilio Agathensi * legitur, cõtumaces clerici, prout dignitatis ordo permiserit, ab episcopis corrigantur: ita vt cum eos pœnitentiã correxerit, gradum suum dignitatemque recipiant.

Gre. li.7. sui regiſtri e.53. circa me. referẽ di. 50.c.quia sanctitas tua. refertur di. 50. c. Contumaces, & sumitẽ ex e6cil. Agathensi. c.2.vel 1. vt aliqui libri habent.

¶ Respon. Dicendum, quòd homo per peccatum duplicem dignitatem amittit: vnam, quantum ad Deum, aliam vero, quantum ad ecclesiam: quantum autem ad Deum, amittit duplicem dignitatem, vnam principalem, qua scilicet computatus erat inter filios Dei per gratiam: & hanc dignitatem recuperat per pœnitentiã, quod significatur Lucæ. 15. in filio prodigo, cui pœnitenti pater iussit restitui stolam primam, & anulum, & calciamenta. Aliam vero dignitatem amittit secundariam, scilicet in nocentiam, de qua (sicut ibidem legitur) gloriabatur filius senior dicens, ecce tot annis seruio tibi, & numquam mandatum tuum præteriui: & hanc dignitatem pœnitens recuperare non potest. Recuperat tamen quandoque aliquid maius; quia, vt Gregor. * dicit in Homil. de centum ouibus, qui erraſſe à Deo se considerant, damna præcedentia lucris sequentibus recompensant. Maius ergo gaudium de eis fit in cælo: quia & dux in prælio plus eum militem diligit, qui post fugam

Hom.34. ſ euã. in illud, gaudiũ est in cælo sup vno.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& Petrus post negationem, pastor ouium Christi constitutus est, vt patet Ioan. vlt. vbi etiam Chrys. dicit, * ꝙ Petrus post negationem & pœnitentiam, ostendit se habere maiorem fiduciam ad Christum: qui enim in cœna non audebat interrogare, sed Ioanni interrogationem cõmisit, huic postea & præpositura fratrum credita est, & non solum non committit alteri interrogare quæ ad ipsum pertinent, sed de reliquo ipse pro Ioanne magistrum interrogat.

Hom 87. in Ioã. parum ante me.10.3.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum opera virtutum in charitate facta possint mortificari.

AD quartum sic proceditur. Videtur quòd opera virtutum in charitate facta, mortificari non possint. Quod enim non est, immutari non potest: sed mortificatio est quædam mutatio de vita in mortem. cum ergo opera virtutum postquam facta sunt, iam non sint, videtur quòd vlterius mortificari non possint.

543 1.2.q.114. ar.2 ad 1. & 3.d.26. ar.5. ad 1. & 4.d.14. q.1.art.3. q.2. Et d. 21.q.1.ar. 1. q. 1.ad 3. Et d.22. q.1.art. 1. ad 6. *Heb.6.

¶ 2 Præ. Per opera virtutum in charitate facta, homo moretur vitam æternam: sed subtrahere mercedem merenti, est iniustitia, quæ non cadit in Deum. ergo non potest esse, quòd opera virtutum in charitate facta, per peccatum sequens mortificentur.

¶ 3 Præte. Fortius non corrumpitur à debiliori: sed opera charitatis sunt fortiora quibuslibet peccatis: quia vt dicitur Prouerb. 10. Vniuersa delicta operit charitas. ergo videtur quod opera in charitate facta, per sequens mortale peccatum mortificari non possint.

¶ Sed contra est, quòd dicitur Ezech. 18. Si auerterit se iustus à iustitia sua, omnes iustitiæ eius quas fecerat, non recordabuntur.

¶ Respon. Dicendum, quod res viua per mortem perdit operationem vitæ, vnde per quandam similitudinem dicuntur res mortificari, quando impediuntur à suo proprio effectu, vel operatione. Effectus autem operum virtuosorum, quæ in charitate fiunt, est perducere ad vitam æternam, quod quidem impeditur per peccatum mortale sequens, quod gratiam tollit: & secundum hoc opera in charitate facta, mortificari dicuntur per sequens peccatum mortale.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd sicut peccatorum transeunt actu, & manent reatu, ita opera in charitate facta, postquam transeunt actu, manent merito in Dei acceptatione. & secundum hoc mortificantur, inquantum impeditur homo, ne consequatur suam mercedem.

¶ Ad secundum dicendum, quòd sine iniustitia potest merces subtrahi merenti, quando ipse reddidit se indignum mercede per culpam sequentem. nam & ea quæ homo iam accepit, quãdoque iustè propter culpã perdit.

¶ Ad tertium dicendum, quòd non est propter fortitudinem operum peccati, quòd mortificantur opera prius in charitate facta: sed est propter libertatem voluntatis, quæ potest à bono in malum deflecti.

ARTICVLVS V.

Vtrum opera mortificata per peccatum, per pœnitentiam reuiuiscant.

544 4.d.14.q. 2.ar.3.q.3 Et d.22. q.1.art.1. ad 6. & Heb.6.le. 1.& 1 ec.3.

AD quintum sic proceditur. Videtur quod opera mortificata per peccatum, per pœnitentiam non reuiuiscant, sicut enim per pœnitentiam subsequentem remittuntur peccata præterita, ita etiam per peccatum sequens mortificantur opera prius in charitate facta: sed peccata dimissa per pœnitentiam non redeunt, vt supra dictum est.* ergo videtur, quod etiam opera mortificata, per charitatem non reuiuiscant.

¶ 2 Præterea Opera dicuntur mortificari, ad similitudinem animalium, quæ moriuntur, vt dictum est: † sed animal mortuum, non potest iterum viuificari. ergo nec opera mortificata, possunt iterum per pœnitentiam reuiuiscere.

¶ 3 Præterea Opera in charitate facta, merentur gloriam secundum quantitatem gratiæ vel charitatis: sed quandoque per pœnitentiam homo resurgit in minori gratia vel charitate. ergo non consequitur gloriam secundum meritum priorum operum. & ita videtur, quòd opera per peccatum mortificata, non reuiuiscant.

¶ Sed contra est, quòd super illud Ioel. 2. Reddam vobis annos, quos comedit locusta. dicit * gloss. Non patiar perire vbertatem, quam cum perturbatione animi amisistis: sed illa vbertas est meritum bonorum operum, quod fuit perditum per peccatum. ergo per pœnitentiam reuiuiscunt opera meritoria prius facta.

¶ Respon. Dicendum, quòd quidam dixerunt, quòd opera meritoria per peccatum sequens mortificata, non reuiuiscunt per pœnitentiam subsequentem, considerantes, quod opera illa non remaneant, vt iterum viuificari possint: sed hoc impedire non potest, quin viuificentur: non enim habent vim perducendi in vitam æternã (quòd pertinet ad eorum vitam) solum, secundum quòd actu existunt, sed etiam postquam actu esse desinunt, secundum quòd remanet in acceptatione diuina. Sic autem remanent quantum est de se, etiam postquam per peccatum mortificantur: quia semper Deus illa opera, prout facta fuerunt, acceptabit, & sanctì de eis gaudebunt, secundum illud Apoc. 2. Tene quod habes, ne alius accipiat coronam tuam: sed quòd isti, qui ea fecit, non sint efficacia ad ducendum in vitam æternam, prouenit ex impedimento peccati superuenientis, per quod ipse redditus est indignus vita æterna. Hoc autem impedimentum tollitur per pœnitentiam, inquantum per eam remittuntur peccata. vnde restat, quod opera prius mortificata, per pœnitentiam recuperant efficaciam perducendi eum, qui fecit ea, in vitam æternam, quod est ea d reuiuiscere. Et ita patet, quòd opera mortificata, per pœnitentiam reuiuiscunt.

D.951.

¶ Ad primvm ergo dicendum, quòd opera peccati, per pœnitentiam abolentur secundum se: ita scilicet quòd ex eis vlterius Deo indulgente, nec macula, nec reatus inducatur: sed opera in charitate facta non abolentur à Deo, in cuius acceptatione remanent. sed impedimentum accipiunt ex parte hominis operantis: & ideo remoto impedimento, quod est ex parte hominis operantis, Deus implet ex parte sua illud, quod opera merebantur.

In contr.

¶ Ad secundum dicendum, quòd opera in charitate facta non mortificantur secundum se (sicut dictum est †) sed solum per impedimentum superueniens ex parte operantis. Animalia autem moriuntur secundum se, inquantum priuantur principio vitæ: & ideo non est simile.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ille qui per pœnitentiam resurgit in minori charitate, consequetur quidem præmium essentiale, secundum quantitatem charitatis, in qua inuenitur, habebit tamen gaudium maius de operibus in prima charitate factis, quàm de operibus quæ in secunda fecit, quod pertinet ad præmium accidentale.

ARTI-

QVAEST. XC.

ARTICVLVS VI.

Vtrum per pœnitentiam subsequentem, etiam opera mortua viuificentur.

545 4.d.14.q. 3 ar.3.q.1 & d.21 5.q. 1.ar.3.q.4 & 5.

AD sextum sic proceditur. Videtur quòd per pœnitentiam subsequentem etiam opera mortua (quæ scilicet non sunt in charitate facta) viuificentur. Difficilius enim videtur, quòd ad vitam perueniat illud, quod fuit mortificatum (quod numquam fit secundum naturam) quàm illud, quod numquam fuit viuum, viuificetur: quia ex non viuis, secundum naturam aliqua viua generantur: sed opera mortificata, per pœnitentiam viuificantur, vt dictum est.* ergo multo magis opera mortua viuificantur.

Ar.præce.

¶ 2 Præt. Remota causa, remouetur effectus: sed causa, quare opera de genere bonorum sine charitate facta, non fuerunt viua fuit defectus charitatis & gratiæ: sed iste defectus tollitur per pœnitentiam. ergo per pœnitentiam opera mortua viuificantur.

¶ 3 Præt. Hierony. dicit, Si quando videris inter multa mala opera facere peccatorem quemquam, aliqua quæ iusta sunt, non est tam iniustus Deus, vt propter multa mala obliuiscatur paucorum bonorum: sed hoc maximè videtur, quando mala præterita per pœnitentiam tolluntur. ergo videtur, quòd posit pœnitentiam Deus remuneret priora bona opera in statu peccati facta, quod est ea viuificari.

* In illud Aggæi 1. Semina vestra &c. 10.6.

¶ Sed contra est, quòd Apostolus dicit primæ Corin. 13. Si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum ita vt ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest. hoc autem non esset, si saltem per pœnitentiam subsequentem viuificarentur. non ergo pœnitentia viuificat opera prius mortua.

¶ Respondeo Dicendum, quòd opus aliquod dicitur mortuum dupliciter. vno modo effectiuè: quia scilicet est causa mortis: & secundum hoc opera peccati dicuntur opera mortua, secundum illud Hebre. 9. sanguis Christi emundabit conscientias nostras ab operibus mortuis. hæc igitur opera mortua non viuificantur per pœnitentiam, sed magis abolentur, secundum illud Hebr. 6. Non rursus iacientes fundamentum pœnitentiæ ab operibus mortuis. Alio modo dicuntur opera mortua priuatiuè, scilicet quia carent vita spirituali, quæ est ex charitate, per quam anima Deo coniungitur, ex quo viuit sicut corpus per animam: & per hunc modum etiam fides, quæ est sine charitate, dicitur mortua, secundum illud Iac. 2. Fides sine operibus mortua est. & per hunc etiam modum omnia opera, quæ sunt bona ex genere, si sine charitate fiant, dicuntur mortua, inquantum scilicet non procedunt ex principio vitæ, sicut si dicamus sonum citharæ vocem mortuam. Sic igitur differentia mortis & vitæ in operibus, est secundum comparationem ad principium, à quo procedunt. opera autem non possunt iterum à principio procedere (quia transeunt) & iterum eadem numero resumi non possunt. vnde impossibile est, quòd opera d mortua iterum fiant viua per pœnitentiam. D.951.

¶ Ad primvm ergo dicendum, quòd in rebus naturalibus, tam mortua quàm mortificata carent principio vitæ: sed opera dicuntur mortificata non ex parte principii, ex quo processerunt, sed ex parte impedimenti extrinseci. mortua autem dicuntur ex parte principii: & ideo non est similis ratio.

¶ Ad secundum dicendum, quòd opera de genere bonorum sine charitate facta, dicuntur mortua propter defectum charitatis & gratiæ, sicut principii. hoc autem non præstatur eis per pœnitentiam sequentem, vt ex tali principio procedant. vnde ratio non sequitur.

¶ Ad tertium dicendum, quòd Deus recordatur bonorum, quæ quis fecit in statu peccati, non vt remuneret ea in vita æterna, quod debetur solis operibus viuis idest ex charitate factis: sed remunerat ea temporali remuneratione, sicut † Gregorius dicit in hom. de Diuite & Lazaro, quòd nisi dives ille aliquod bonum egisset, & in præsenti sæculo remunerationem accepisset, nequaquam ei Abraham diceret, Recepisti bona in vita tua. vel etiam hoc potest referri ad hoc, quod patietur tolerabilius iudicium. vnde dicit † Aug. in lib. de Patientia, non possumus dicere, schismatico melius fuisset, vt Christum negando nihil eorum pateretur quæ passus est confitendo, sed æstimandum est d tolerabilius ei futurum iudicium, quàm si Christum negando, nihil eorum pateretur, vt illud quod ait Apostolus, Si tradidero corpus meum, ita vt ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest, intelligatur ad regnum cælorum d obtinendum, non ad extremi supplicii iudicium tolerabilius subeundum.

hom. 40. in euang. circa medium illius.

Lib. de patientia, cz. 26. in me. tom 4. D. 426. & 1142.

D.950.

QVAESTIO XC.

De partibus pœnitentiæ in generali, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de partibus pœnitentiæ.

¶ Et primo in generali.

¶ Secundo in speciali de singulis.

Circa primum quæruntur quatuor.

¶ Primo, Vtrum pœnitentia habeant partes.

¶ Secundo, De numero partium.

¶ Tertio, Quales partes sint.

¶ Quarto, De diuisione eius in partes subiectiuas.

ARTICVLVS I.

Vtrum pœnitentiæ debeant partes assignari.

AD primum sic proceditur. Videtur quòd pœnitentiæ non debeant partes assignari. Sacramenta enim sunt, in quibus diuina virtus secretius operatur salutem: sed virtus diuina est vna & simplex. non ergo pœnitentiæ cum sit sacramentum, debent partes assignari.

¶ 2 Præterea Pœnitentia & est virtus, & est sacramentum: sed ei, inquantum est virtus, non assignantur partes, cum virtus sit habitus quidam, qui est simplex qualitas mentis: similiter etiam & pœnitentiæ, inquantum est sacramentum, non videtur quòd sint partes assignandæ: quia baptismo & aliis sacramentis non assignantur partes. ergo pœnitentiæ nullo modo debent partes assignari.

¶ 3 Præterea, Pœnitentiæ materia est peccatum, vt supra dictum est: *

*¶ Super quæstionem nonagesimam.

546 4.di.16.q. 1.ad 1.q.2. & 4.

IN q. 90. in qua de partibus pœnitentiæ agitur, scilicet contritione, confessione, & satisfactione, sciẽdum est varias inueniri de hoc opiniones. Scotus nãque in 4. sent. dist. 16. qõ. 1. tenet, ꝙ ista tria nullo modo sunt partes sacramenti pœnitentiæ. Et fundamentum eius est: quia apud ipsum in eodem 4.di.14.q.4. sacramentum pœnitentiæ est absolutio sacramentalis, cuius nulla pars est contritio quæ est quoddam spirituale in anima, neque confessio: quia nihil est ipsius

¶ 84.ar.1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ipſius ſententiæ ſacerdotis, ſed eſt actus rei accuſantis ſeipſum: ne que ſatisfactio, quæ ſequitur abſolutionem ſacramentalem. Durandus vero in 4. ſent. di. 14. q. 2. ar. 1. tenet ſacramentum pœnitentiæ integrari ex abſolutione, vt forma, & confeſſione, vt materia, contritionem vero non ponit eius partem, ſed diſpoſitionem præuiam: ſatisfactionem autẽ pro conſequente. Auctor autem, vt pater in litera, tenet hæc tria eſſe partes pœnitentiæ ſacramenti ex parte materiæ. Et quoniam Auctoris via canonizata eſt ab vniuerſali ſynodo ſub Eugenio III. vbi ſic legimus, Quartum ſacramẽtum eſt pœnitentia, cuius quaſi materia ſunt actus pœnitentis: qui in tres diſtinguuntur partes, quarum prima eſt cordis contritio ad quam pertinet vt doleat de peccato commiſſo, cum proposito non peccandi de cætero, ſecunda eſt oris confeſſio, ad quam pertinet vt peccator omnia peccata quorum memoriã habet, ſuo ſacerdoti confiteatur integraliter, tertia eſt ſatisfactio pro peccatis, ſecũdum arbitrium ſacerdotis: quæ quidem præcipuè fit per orationem, ieiunium, & eleemoſynam. Forma huius ſacramenti ſunt verba abſolutionis quæ ſacerdos profert quum dicit, ego te abſoluo. hæc ibi. Ideo ſanctæ matris eccleſiæ doctrina monſtrat, tam Scoti quàm Durandi opiniones deficere: ex hoc enim quòd pœnitentiæ ſacramentum conſtare dicitur ex actibus pœnitentis, vt materia, & abſolutione, vt forma ſequitur quòd ſacramentum pœnitentiæ non eſt ſola abſolutio ſacerdotis; ex hoc vero quòd actus pœnitentis, qui ſunt vt materia ſacramenti, diſtingui dicũtur in tres partes, ſcilicet contritionem, confeſſionem & ſatisfactionem ſequitur quòd non ſola confeſſio eſt vt materia in ſacramento pœnitentiæ. Stat ergo ſolida Auctoris doctrina.

D.852. *Li.2.ter. 31. to.2.

Q84.arti. 5.& 3.

Art. ſeq.

10 ſed peccato non aſſignantur partes. ergo etiam nec pœnitentia ſunt partes aſſignandæ.

¶ SED CONTRA eſt, quòd partes ſunt, ex quibus perfectio alicuius integratur: ſed pœnitentiæ perfectio integratur ex pluribus, ſcilicet ex contritione, confeſſione, & ſatisfactione. ergo pœnitentia habet 20 partes.

¶ Reſpondeo Dicendum, quòd partes rei ſunt, in quas materialiter totum diuiditur: habent enim ſe partes ad totum, d ſicut materia ad formam. vnde in 2. *Phyſico. partes ponuntur in genere cauſæ materialis, totum autem in genere cauſæ formalis. Vbicunque igitur ex parte materiæ 30 inuenitur aliqua pluralitas, ibi eſt inuenire partium rationem. Dictum eſt autem ſupra, * quòd in ſacramento pœnitentiæ, actus humani ſe habent per modum materiæ. Et ideo cum plures actus humani requirantur ad pœnitentiæ perfectionem, ſcilicet contritio, confeſſio, & ſatisfactio (vt infra patebit *) conſequens eſt, quòd ſacramentum pœnitentiæ 40 habeat partes.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quodlibet ſacramentum habet ſimplicitatem ratione virtutis diuinæ, quæ in eo operatur: ſed virtus diuina propter ſui magnitudinem, operari poteſt & per vnum, & per multa, ratione quorum alicui ſacramento poſſunt partes aſſignari. 50

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd pœnitentiæ, ſecundum quòd eſt virtus, non aſſignantur partes actus enim humani, qui multiplicantur in pœnitentia, non comparantur ad habitum virtutis, ſicut partes, ſed ſicut effectus. vnde relinquitur quòd partes aſſignentur pœnitentiæ, inquantum eſt ſacramentum, ad quod actus humani comparantur, vt materia. In aliis autem ſacramentis materia non ſunt actus humani, ſed aliqua res exterior vna, ſiue ſimplex, vt aqua vel oleum, ſiue compoſita, vt chriſma: & ideo aliis ſacramentis non aſſignantur partes. 60

¶ Ad tertium dicendum, quod peccata ſunt materia remota pœnitentiæ inquantum ſcilicet ſunt materia, vel obiectum humanorum actuum, qui ſunt propria materia pœnitentiæ, prout eſt ſacramentum. 70 80

¶ *Super quæſtionis 90. Articul. ſecundum.*

IN eiuſdem q. ar. 2. in reſponſione ad primum dubium occurrit circa ipſam reſponſionem, pro quanto dicit, quòd contritio ſecundum eſſentiam non eſt pars ſacramenti: virtualiter autẽ pertinet ad exteriorem pœnitentiam, ideſt, eſt pars ſacramenti, inquãtum implicat propoſitum confitendi & ſatisfaciendi: ideſecundum. n. reſponſionẽ hanc non ſũt tres ſed duæ partes pœnitentiæ, quoniã contritio, vt diſtinguitur a cõfeſſione & ſatisfactione, non eſt pars pœnitentiæ, & ſic Auctor ſibiipſi contrarius inuenitur.

4.d.16.q.1 ar.2.q.2.& 4.& di.17. q.2.a.3.q.1 4.d.22.q.2 a.1.q.2.ad 3. Ere.co. 7. ſed.3.

¶ Ad hoc dicitur, quod in contritione plura inueniuntur. iter quę vnum eſt velle recompenſare ad arbitrium ſacerdotis. Et ratione huius ponitur prima pars pœnitentiæ ſacramenti, tanquam initium eius, ita quę actus ſit interior, licet ſecundum ſe non ſpectet ad exteriorem pœnitentiam, vt eſt tamen ratio & initium exterioris pœnitentiæ ad exteriorem ſpectat in pœnitentiam. Sicut in alijs videmus tam bonis quàm malis, quòd interiores actus & paſſiones, vt ſunt actiones exteriorum ad extrinſeca ſpectant iudicia: aliter enim iudicatur of fendens ex odio, aliter offendens ex ira, &c. Et præter communem hanc rationem ſpecialis in propoſito inter uenit ratio, quæ ex differentia inter recompenſationem purę iuſtitiæ & recompẽſationem iuſtitiæ & amicitię facile pater. Recompẽſatio. n. iuſtitiæ attenditur ſecundũ æqualitatẽ exterio rem, ſiue ſpõte ſiue inuite fiat recompenſatio, vt patet tã in ſolutione pecuniæ quàm in abſciſſione membrorũ ſeu vapulatione &c. ſatisfactum eſt n. iuſtitiæ etiam ſi inuitus reus ſoluerit, aut paſſus fuerit: recompenſatio aũt iuſtitiæ & amicitiæ, niſi ſpõte fiat a reo, nihil valet: qm̃ non eſt recõciliati

Q.59.ar.2.

Q.60.ar.5 & 6.

Q.94.5

fiatiuus. Et quoniam ad ſacramentum pœnitentiæ ſpectat recompenſatio reconciliatiua, ideo ad hoc denominatum initium, & ratio eius ponitur velle, recompenſare: quod velle, quia cl iu litur in contritione, ideo contritio ponitur prima pars ſacramenti pœnitentiæ, & dicitur in litera de ea, q̃ non ſecundum eſſentiam, ſed virtualiter, hoc eſt vt eſt initium, & ratio recõ penſationis, eſt pars ſacramẽti pœnitentiæ. Auctor enim per illa verba, inquantum. ſ. ſimpliciat propoſitum confitendi & ſatisfaciendi circumloquitur voluntatem recompenſandi, quam in cor. art. concluſerat eſſe primã partem pœnitentiæ. Vnde patet, quòd contritio non ſolum ſecundum ſe, ſed vt eſt prima pars pœnitentiæ, diſtinguitur a cõfeſſione & ſatisfactione, nam voluntas recompenſandi diſtinguitur a ſubiectione & ab executio e.

Ar. præc. Q85.art 3.ad 3.

¶ Et per hæc patet reſponſio ad Scot. & Durandum ibi allegantes hoc argumento.

¶ In eodem ar. in reſponſione ad ſecundum nota diligenter & prædicta doctrinã hanc, quòd ſatisfactio ſacramentalis auget gratiam ex hoc, q̃ eſt pars ſacramenti. Et potes hoc intelligere ex differentia, quæ eſt inter ſatisfactionem ſacramentalem & non ſacramentalem. nam ſatisfactio ſacramentalis valet non ſolum ſecundum ſe, ſed etiã ex virtute clauium, ſatisfactio autem non ſacramentalis valet ſolum ſecundum ſe: quoniam a clauibus non emanauit, quo circa plus prodeſt vnus ieiunii dies, aut vnum pſalterium ex impoſitione confeſſoris, quàm fine tali ipoſitione. Et hinc ſequuntur duo primum q̃ pœnitentes errant paruam ſatisfactionem volentes ſibi a confeſſore imponi. ſecundum, quòd cõfeſſores minus bene prouident pœnitentibus, paratis tamen, dando eis leuem pœnitentiam: ipſa. n. prorogatio ſatisfactionis ſacramentalis virtute clauium, & augere nata eſt gratiam, & plus valere ad ſatisfaciendum pro peccatis.

Q.68. ar. 2 & q 69. ar.8.

*Capit. 4. inter ſinẽ & mediũ.

In cor. ar tic.

548 4 diſt. 15. q 1. arc. 1. q 3.

¶ In eadem reſponſione ſoluenda occurrit obiectio Duran. in 4. diſt. 16. q. 1. contra ſatisfactionem quia id non eſt pars ſacramenti, ſine quo ſacramentum eſt completum, vel deficiente vna parte ſacramenti ſacramentũ nullũ eſt: ſed ſine ſubſecuta ſatisfactione, ſacramentũ pœnitentiæ iam fuit verũ ſacramentum. ergo.

¶ Ad hoc dic. q̃ pars eſt duplex, eſſentialis vel integralis. Et ſine parte eſſe quidẽ eſſentiali ſacramẽtũ nullũ eſt: ſicut nec homo eſt ſi non eſſet anima aut corpus. Sed ſine vna parte integrali ſacramentum verum quidẽ, ſed imperfectum eſſe poteſt ſicut homo ſine manu eſt verus homo, ſed mãcus. Satisfactio autẽ non ponitur pars eſſentialis ſacramenti pœnitentiæ, ſed integralis eſt. n. pars actuum pœnitentis, qui iunt vt materia: ſeu pars eſſentialis ſacramentiſicut manus eſt pars corporis humani, q̃ eſt materia & pars eſſentialis hominis.

Q84.art. 3.

¶ *Super quæſtionis. XC. Artic. III.*

IN arti. 3. eiuſdẽ q. in reſponſione ad primum, ſcito quòd peccata cordis, oris, & operis, dupliciter diſtinguuntur inter ſe: primo ſpecifice ſecundo, graduali ter. Nam ſi ſumãt peccatum, ſan ſuã rationẽ conſummatum, & diſtinguat in peccatũ cordis vel oris, vel operis ſic eſt diſtinctio nõ ſolũ ſpecifica, ſed generica. Nã peccatũ cordis eſt illud, qđ ſolo actu interiori cõſumãt, vt eſt infidelitas, odiũ Dei, & huiuſmodi. Peccatũ vero oris eſt, qđ in ipſo ore conſumãt vt cõtumelia, blaſphemia, detractio, & huiuſmodi. Peccatum aũt operis eſt, qđ in exteriori opere cõſumatur, vt adulterium, homicidiũ furtum, & huiuſmodi.

Ar. præc. poſitis in argu. 2.

D.970.

¶ Si vero peccatũ aliquod, qđ in opere conſummatur, diſtinguat in cogitationẽ, locutionẽ & opus, puta q̃ aliquis primo deliberauit homine occidere, deinde dixit ſe occiſurum & demũ occidit illum, ſic diſtinctio nõ eſt ſpecifica: qm̃ omnia iſta peccata ſunt vnius ſpeciei, ſed eſt gradualis: qm̃ gradatim peccatũ conſumãt ex eo q̃ eſt in corde & q̃ eſt in ore, &c. Et ſi bene perſpexeris literam, vtranque, in eadem inuenies.

Ar. præc. ad 4.

D.994.

¶ Et hæc tam de hac quæſtione, quàm de toto hoc opere ab Auctore edicto dicta ſufficiant: hic enim felici tranſitu ad cæleſtem patriam præuentus diuus Thomas ſcribendi finem fecit: vnde reſidua alio modo tractanda ſunt.

¶ Ad

ARTICVLVS II.

Vtrum conuenienter aſſignentur partes pœnitentiæ, contritio, confeſſio & ſatisfactio.

AD ſecundum ſic procedilur. Videtur q̃ inconuenienter aſſignentur partes pœnitentiæ, contritio, confeſſio, & ſatisfactio. Contritio enim eſt in corde (& ſic pertinet ad interiorem pœnitentiam) confeſſio autem eſt in ore, & ſatisfactio in opere, & ſic duo vltima pertinent ad extetiorem pœnitentiam. Pœnitentia autem interior non eſt ſacramentum, ſed ſola pœnitentia exterior, quæ ſenſui ſubiacet. non ergo conuenienter aſſignãtur hæ partes ſacramento pœnitentiæ.

¶ 2 Præt. In ſacramento nouæ legis confertur gratia, vt ſupra habitum eſt. * ſed in ſatisfactione non confertur aliqua gratia. ergo ſatisfactio non eſt pars ſacramenti.

¶ 3 Præt. Non eſt idem fructus rei, & pars: ſed ſatisfactio eſt fructus pœnitentiæ, ſecundum illud Luc. 3. Facite fructus dignos pœnitentiæ. ergo nõ eſt pars pœnitentiæ.

¶ 4 Præt. Pœnitentia ordinatur contra peccatum: ſed peccatum poteſt perfici ſolum in corde, per conſenſum vt in ſecunda parte habitum eſt. * ergo & pœnitentia non ergo pœnitentie debent partes poni confeſſio oris & ſatisfactio operis.

¶ SED CONTRA Videtur quòd debeant poni plures partes pœnitentiæ. Pars enim hominis ponitur non ſolum corpus, quod eſt eius materia, ſed etiam anima, quæ eſt eius forma: ſed tria prædicta, * cum ſint actus pœnitentis, ſe habent ſicut materia, abſolutio autem ſacerdotis ſe habet per modum formæ. ergo abſolutio ſacerdotis debet poni quarta pars pœnitentiæ.

¶ Reſpondeo Dicendum, quòd duplex eſt pars, vt dicitur in quinto * Metaph. ſcilicet pars eſſentiæ, & pars quantitatis. Partes eſſentiæ ſunt naturaliter quidem forma & materia, logicè autem eſt genus & differentia. Hoc autem modo quodlibet ſacramentum diſtinguitur in materiam & formam, ſicut in partes eſſentiæ: vnde & ſupra dictum eſt, * quòd ſacramenta conſiſtunt in rebus, & verbis: ſed quia d quantitas ſe tenet ex parte materiæ, partes quantitatis ſunt partes materiæ. Et hoc modo ſacramẽto ſint partes integrales pœnitentiæ. Pœnitentia enim, vt dictum eſt, † contra peccatum ordinatur: ſed peccatum cordis, oris & operis, ſunt partes ſubiectiuæ peccati, & non partes integrales: quia peccatum de quolibet horum prædicatur. ergo etiam in pœnitentia contritio cordis, confeſsio oris, & ſatisfactio operis, non ſunt partes integrales.

¶ 2 Præt. Nulla pars integralis in ſe continet aliam ſibi condiuiſam: ſed cõtritio continet in ſe confeſsionẽ & ſatisfactionem in propoſito. ergo non ſunt partes integrales.

¶ 3 Præt. Ex partibus integralibus ſimul, & æqualiter conſtituitur totũ: ſicut linea ex ſuis partibus: ſed hoc nõ contingit hic. ergo prædicta non ſunt partes integrales pœnitentiæ.

¶ Sed contra, Illæ dicuntur partes integrales, ex quibus perfectio totius integratur: ſed ex tribus prædictis † in tegratur perfectio ipſius pœnitẽtiæ. ergo ſunt partes integrales pœnitentiæ.

¶ Reſpon. Dicendum, q̃ quidam di xerunt hæc tria eſſe partes ſubiectiuas pœnitentiæ. ſed hoc nõ poteſt eſſe: quia ſingulis partib* ſubiectius adeſt tota d virtus totius, & ſimul & æqualiter; ſicut tota virtus animalis, inquãtum eſt animal, ſaluatur in qualibet ſpecie animalis, quæ ſimul & æqualiter diuidunt animal, ſed hoc non eſt in propoſito. & ideo alii dixerunt, q̃ ſunt partes potentiales, ſed nec hoc verum eſſe poteſt; quia ſingulis partibus potentialibus adeſt totum, ſecundum totam eſſentiam: ſicut tota eſſentia animæ adeſt cuilibet eius potentiæ, ſed hoc nõ eſt in propoſito. vnde relinquitur, q̃ prædicta tria ſint partes integrales pœnitentiæ. Ad quarum rationem exigitur, vt totum non adſit ſingulis partibus, neq; ſecundum totam virtutem eius, neque ſecũdum totam eius eſſentiam, ſed omnibus ſimul.

¶ Ad primum ergo dicẽdum, q̃ peccatum, quia rationẽ mali habet, poteſt in vno tantũ perfici, vt dictũ eſt. † & ideo peccatum qđ in ſolo corde perficit, eſt vna ſpecies peccati. Alia d verò ſpecies eſt peccatũ, qđ perficit in corde & ore. Tertia verò ſpecies eſt peccatum, qđ perficitur in corde & opere. & huiuſmodi peccati partes quaſi integrales ſunt, qđ eſt in corde, & qđ eſt in ore, & qđ eſt opere. & ideo pœnitentiæ, quæ in his tribus perficitur, hęc tria ſunt partes integrales.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Ad secundum dicendum, q̃ vna pars integralis, potest continere totum, licet non secundum essentiam, fundamentum enim quodammodo virtute continet totum ædificium. Et hoc modo contritio continet virtute totam pœnitentiam.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ omnes partes integrales habent ordinem quendam adinuicem: sed quædam habent ordinem tantum in situ, siue consequenter se habeant sicut partes exercitus, siue se tangant sicut partes acerui, siue etiam colligentur, sicut partes domus, siue etiam continuentur, sicut partes lineæ. Quædam verò habent insuper ordinem virtutis, sicut partes animalis, quarum prima virtute est cor, & aliæ quodam ordine virtutis dependent abinuicem. Tertio modo ordinantur ordine temporis, sicut partes temporis, & motus. Partes igitur pœnitentiæ habent adinuicem ordinem virtutis & temporis, quia sunt actus: non autem ordinem sicut, quia non habent positionem.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum conuenienter diuidatur pœnitentia in pœnitentiam ante baptismum, pœnitentiam mortalium, & pœnitentiam venialium.

949 4.di.16.q. 3.ult 2.q. 1.& 5.co. Et Mat.3. Q.84.art. 6.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur q̃ inconuenienter diuidatur pœnitentia in pœnitentiam ante baptismum, pœnitentiam mortalium, & pœnitentiam venialium. pœnitentia enim est secunda tabula post naufragium (vt supra dictum est) baptismus autem prima. Illud ergo quod est ante baptismum, non debet poni species pœnitentiæ.

¶ 2 Præ. Quod potest destruere maius, potest etiã destruere minus; sed mortale est maius peccatum, quàm veniale. Illa vero pœnitentia, quæ est de mortalibus, eadem etiam est de venialibus. non ergo debent poni diuersæ species pœnitentiæ.

¶ 3 Præt. Sicut post baptismum peccatur venialiter & mortaliter, ita etiam ante baptismum. si ergo post baptismum distinguitur pœnitentia venialium & mortalium, pari ratione debet distingui ante baptismum, non ergo conuenienter diuiditur pœnitentia per hæc species.

¶ Sed contra est, q̃ * Aug. in lib. de pœnitentia, ponit prædictas tres pœnitentiæ species.

¶ Respon. Dicendum, q̃ hæc diuisio est pœnitentiæ secundum q̃ est virtus. Est autem considerandum, q̃ quælibet virtus operatur secundum congruentiam temporis, sicut & secundum alias debitas circunstantias: vnde & virtus pœnitentiæ actum suum habet in hoc tempore, secundum quòd conuenit nouæ legi. Pertinet autem ad pœnitentiam, vt detestetur peccata præterita, cum proposito immutandi vitam in melius, quod est quasi pœnitentiæ finis. Et quia moralia recipiunt speciem secundum finem, vt in secunda parte habitum est, † conueniens est, quòd diuersæ species pœnitentiæ accipiantur secundum diuersas immutationes, quas pœnitens intendit. Est autem triplex immutatio à pœnitente intenta. Prima quidem per regenerationem in nouam vitam, & hæc pertinet ad pœnitentiam, quæ est ante baptismum. Secunda autem immutatio est per reformationem vitæ præteritæ iam corruptæ, & hæc pertinet ad pœnitentiam mortalium post baptismum. Tertia autem immutatio est in perfectiorem operationem vitæ, & hæc pertinet ad pœnitentiam venialium, quæ remittuntur per aliquem feruentem actum charitatis, vt supra dictum est. †

* In li. de vti. pœni. & de ecclesiast. dogmat. & de inuectiua pœnitentia.

1.2.q.1. ar.3.& 18.art. 6.

Q.87.art. 2.& 4.

¶ Ad primum ergo dicendum, q̃ pœnitentia quæ est ante baptismum, non est sacramentum, sed est actus virtutis, disponens ad sacramentum baptismi.

¶ Ad secundum dicendum, quòd pœnitentia, quæ delet peccata mortalia, delet etiam venialia: sed non conuertitur. Et ideo hæ duæ pœnitentiæ se habent, sicut perfectũ & imperfectum.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ante baptismum non sunt peccata venialia sine mortalibus. Et quia veniale sine mortali dimitti non potest, vt supra dictum est, * ideo ante baptismum non distinguitur pœnitentia mortalium & venialium.

Q.87. ar. 4.

FINIS.

SERIES CHARTARVM.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z
Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn.

Omnes sunt quaterniones præter Mm, Nn. qui sunt terniones.

ADDITIO AD TERTIAM PARTEM SVMMAE THEOLOGICAE,

Quam D. Tho. Aquinas morte præuentus perficere non potuit,

Ex eiusdem D. Thomæ scriptis in quartum librum sententiarum excerpta, maxima cura, & diligentia ad exẽplaria antiqua, et quæ reperiri potuerunt, castigatissima, studio, & industria doctissimorum virorum Canonum, & sacræ paginæ professorum, correcta, & purgata.

Nunc recens marginalibus adnotationibus locorum ab Authore citatorum, indicibusq; tam quæstionum, & articulorum, quàm etiam rerum memorabilium, & sententiarum aucta, & locupletata.



AVGVSTAE TAVRINORVM,
Apud hæredes Nicolai Beuilaquæ. 1581.
Permissu quorum interest.

Universidad de Deusto
Biblioteca

AD TERTIAM PARTEM SVMMAE THEOLOGICAE,

QVAM D. THOMAS AQVINAS MORTE

Præuentus perficere non potuit:

Ex eiusdem authoris scriptis in quartum libr. sententiarum maxima, singulariq́ue diligentia, ac fide excerpta:

Et nunc à mendis plurimis ex fidis, & manuscriptis exemplaribus, sedulò, ac fideliter vindicata.

Et locorum notationibus aucta, & illustrata.

QVAEST. PRIMA.

De partibus pœnitentiæ in speciali. Et primo de contritione, in tres Articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de singulis partibus pœnitentiæ. Et primò, de cõtritione. Secundò, de confessione. Tertiò, de satisfactione. De contritione autem considerandæ sunt quinque. Primò, quid sit. Secũdò, de quo esse debeat. Tertiò, quanta esse debeat. Quartò, de duratione ipsius. Quintò de effectu ipsius.

¶ Circa primum quæruntur tria.

¶ Primò, vtrum conuenienter definiatur.

¶ Secundò, vtrum contritio sit actus virtutis.

¶ Tertiò, vtrum attritio possit fieri contritio.

ARTICVLVS I.

¶ *Vtrùm contritio sit dolor pro peccatis assumptus, &c.*

t Th. 4. dist. 17. q. 2. ar. 1. q. 1. & seq.

AD Primum sic proceditur. Videtur q̃ contritio non sit dolor pro peccatis assumptus, cum proposito cõfitendi, & satisfaciendi, vt quidam diffiniunt: quia sicut Aug. *dicit in lib. de ciuit. Dei, Dolor est de his quæ nobis nolentibus accidunt: sed peccata non sunt huiusmodi, ergo contritio non est dolor pro peccatis.

*lib. 14. c. 6. in med. & c. 7. & 8. to. 5. 1. definitio.

¶ 2 Præt. Contritio nobis à Deo datur: sed quod datur, non assumitur: ergo contritio non est dolor assumptus.

¶ 3 Præt. Satisfactio & cõfessio sunt necessaria ad hoc, q̃ pœna remittatur, quæ in contritione remissa non fuit: sed quandoque tota pœna in contritione remittitur: ergo non est necessarium semper q̃ contritus habeat propositum confitendi, & satisfaciendi.

¶ Sed contra est ipsa definitio.

¶ Respon. dicendum, q̃ initium omnis peccati est superbia, * per quam homo sensui suo inhærés à mandatis diuinis recedit: & ideò oportet quòd illud quod destruit peccatum hominem à proprio sensu discedere faciat. Ille autem, qui in suo sensu perseuerat, rigidus & durus per similitudinem vocatur, vnde & frãgi dicitur aliquis quando à suo sensu diuellitur. Sed inter fractionem & comminutionem, hoc contritionem in rebus materialibus (vnde hæc nomina ad spiritualia transferunt) hoc interest, vt dicitur in 4. Meteororum, * quia frangi dicuntur aliqua quando in magnas partes diuiduntur: sed comminui vel conteri, quando ad partes minimas reducitur hoc quod in se solidum erat: & quia ad dimissionem peccati requiritur, q̃ affectum peccati homo dimittat, quẽ per quandam continuitatem & soliditatem in sensu suo habebat: ideò actus ille, quo peccatum dimittitur: cõtritio dicitur per similitudinem. In quia quidem contritione plura possunt considerari, s. ipsa substantia actus, modus agendi, principium & effectus: & secundũ hoc de contritione inueniuntur diuersæ definitiones traditæ. Quantũ. n. ad ipsam substantiam actus datur prædicta definitio: * & quia actus cõtritionis est actus virtutis, & est pars pœnitentiæ sacramentalis: ideò manifestatur in prædicta definitione, in quãtum est actus virtutis, in hoc quod ponitur genus ipsius, s. dolor, & obiectum in hoc quod dicitur pro peccatis, & electio quæ requiritur ad actum virtutis in hoc q̃ dicitur assumptus. Sed inquantum est pars sacramenti per hoc q̃ tangitur ordo ipsius ad alias partes, cũ dr cũ proposito confitendi, &c. Alia ẽt definitio inuenitur, quæ definit contritionem secũdum q̃ est actus virtutis tantùm: sed additur ad prædictam definitionem differentia contrahens ipsam ad specialem virtutem: s. penitentiam. Dicit enim, * q̃ contritio est dolor voluntarius pro peccato puniens in se quod dolet commisisse. In hoc enim, quod additur punitio, ad specialem virtutem contrahitur. Alia autem definitio inuenitur Isidori, quæ talis est. Contritio est compũctio & humilitas mentis cum lachrymis, veniens de recordatione peccati & timore iudicij: & hac quidem tangit rationem nominis in hoc q̃ dicit, humilitas mentis: quia sicut per superbiam aliquis in suo sensu redditur rigidus, ita per hoc q̃ à suo sensu contritus recedit, humiliatur. Tangit etiam modum exteriorem in hoc quod dicit, cum lachrymis, & principium contritionis in hoc quod dicit, veniés de recordatione peccati, &c. Alia sumitur ex verbis Augustini, * qui tangit effectus contritionis, quæ est. Contritio est dolor remittẽs peccatum. Alia sumitur ex verbis Greg. * quæ talis est. Contritio est humilitas spiritus annihilans peccatum inter spem & timorem: & hac tangit rationem nominis in hoc q̃ dicit, q̃ contritio est humilitas spũs. & effectus eius si hoc q̃ dicit, annihilãs peccatum, & originem in hoc q̃ dicit, inter spem & timorem: nec solũ ponit causam principalem quę est timor: sed etiam causam † quæ est, spes, sine qua timor desperationem facere posset.

*Posita in arg. 1

2. definitio.

*Eccl. 10.

*libr. 4. in sum. 3. c. 2

†Magister l. 4 sen. di. 49. 1 ti. ex Augu. lib. de vera, & falsa pœni. c. 8. to 4

‡Lib. 2. de sum. bon. cap. 12. in prin.

¶ Ad primum ergo dicendum, q̃ quamuis peccata quando accidunt, voluntaria fuerunt: tamen quando de eis conterimur, voluntaria non sunt: & ideò nobis nolentibus accidunt, non quidem secundum voluntatẽ, q̃ tunc habuimus cùm ea volebamus: sed secundum illam quã nunc habemus, qua vellemus, q̃ nunquam fuissent.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ contritio est à Deo solo quantùm ad formam qua informatur: sed quantùm ad substantiam actus est ex libero arbitrio, & à Deo qui cooperatur in omnib. operibus, & naturæ & voluntatis.

¶ Ad tertium dicendum, quòd quamuis possit tota pœna per contritionem dimitti, tamen adhuc necessaria est confessio, & satisfactio: tum quia homo non

Tertia, * Sup. ps. 146 super illud Qui sanat contritos corde. to 3 & gl. ord. ibi. *Ex hom. 22 super Ezec. post med to. 2. †Alias, cõ causam.

Universidad de Deusto
Biblioteca

poteſt eſſe certus de ſua contritione, quòd fuerit ad totum tollendum ſufficiens: tum etiam quia confeſſio, & ſatisfactio ſunt in præcepto. Vnde tranſgreſſor conſtitueretur, ſi non confiteretur, & non ſatisfaceret.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrùm contritio ſit actus virtutis.

2 AD ſecundum ſic proceditur. Videtur quod contritio non ſit actus virtutis. Paſſiones enim non ſunt actus virtutum, quia eis non laudamur, nec vituperamur, vt dicitur ſecundo Ethicor. * ſed dolor eſt paſſio: cum ergo contritio ſit dolor, videtur quòd non ſit actus virtutis.

*li 2 Eth. c.5.

¶ 2 Præt. Sicut contritio dicitur à terendo, ita & attritio: ſed attritio non eſt actus virtutis, vt ab omnibus dicitur, ergo neque contritio.

¶ Sed contra. Nihil eſt meritorium niſi actus virtutis, ſed contritio eſt actus quidam meritorius, ergo eſt actus virtutis.

¶ Reſpon. dicendum, quòd contritio ſecundum proprietatem nominis ſui non ſignificat actum virtutis, ſed potius quandam corporalem paſſionem, ſed hic non quæritur ſic de contritione: ſed de eo ad quod ſignificandum hoc nomen per ſimilitudinem adaptatur. Sicut enim inflammatio† propriæ volùtatis ad malum faciendum importat quantum eſt de ſe malum ex genere, ita illius voluntatis annihilatio & comminatio quædam de ſe importat bonum ex genere: quia hoc eſt deteſtari propriam voluntatem, qua peccatum eſt commiſſum, & idcò contritio, quæ hoc ſignificat, importat aliquam retitudinem voluntatis, & propter hoc eſt actus virtutis, illius ſcilicet cuius eſt peccatum præteritum deteſtari & deſtruere, ſcilicet pœnitentiæ: vt patet ex his quæ in decimaquarta diſtinctione dicta ſunt, * & 3. par. q. 84.

†Alias, inflatio.

*D Th. 4. di. 14 q 2. a. 1 aptius di 16 q. 1. ar. 1 q 2.

¶ Ad primum ergo dicendum: quòd in contritione eſt duplex dolor de peccato: vnus in parte ſenſitiua quæ paſſio eſt, & hic non eſt eſſentialiter contritio prout eſt actus virtutis, ſed magis effectus eius. Sicut enim pœnitentiæ virtus exteriorem pœnam ſuo corpori infligit ad recompenſandam offenſam quæ in Deum commiſſa eſt officio membrorum: ita etiam & ipſi concupiſcibili pœnam infert doloris peccati: † quia etiam ipſa ad peccata cooperabatur. Sed tamen hic dolor poteſt pertinere ad contritionem inquantum eſt pars ſacramenti: quia ſacramenta non ſolum in interioribus actibus, ſed etiam in exterioribus, & in rebus ſenſibilibus nata ſunt eſſe. Alius dolor eſt in voluntate, qui nihil aliud eſt quam diſpliceniaalicuius mali, ſecùndum quòd affectus voluntatis nominantur per nomina paſſionum: vt in 3. diſt. 26. dictum eſt: * & ſic cõtritio eſt dolor per eſſentiã, & eſt actus virtutis pœnitentiæ.

†Alias, ſpecies.

*D Th in 4. di 26 q. 3 a. 5. cor.

¶ Ad ſecundum ergo dicendum, quòd attritio non dicit acceſſum ad perfectam contritionem: vnde in corporalibus dicuntur attrita, quæ aliquo modo diminuta ſunt: ſed non perfectè. Sed contritio dicitur quando omnes partes tritæ ſunt ſimul per diuiſionem ad minima: * & ideo ſignificat attritio in ſpiritualibus quandam diſpliceniam de peccatis commiſſis: ſed non perfectam. Contritio autem perfectam.

*vt dictũ eſt in cor. ar. 1.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrùm attritio poſſit fieri contrito.

3 AD tertium ſic proceditur. Videtur quòd attritio poſſit fieri contritio. Differt enim attritio à contritione, ſicut formatum ab informi: ſed fides informis ſit formata: ergo attritio poteſt fieri contritio.

¶ 2 Præt. Materia recipit perfectionem remota priuatione, ſed dolor ſe habet ad gratiam ſicut materia ad formam, quia gratia informat doloré, ergo dolor qui prius erat informis culpa exiſtente, quæ eſt priuatio gratiæ, remota culpa, recipiet perfectionem informationis à gratia: & ſic idem quod prius.

¶ Sed contra eſt. Quorum principia ſunt diuerſa omninò, eorum non poteſt fieri vnum id, quod eſt alterum: ſed attritionis principium eſt timor ſeruilis, contritionis autem timor initialis: ergo attritio non poteſt fieri contritio.

¶ Reſpondeo dicendum, quod ſuper hoc eſt duplex opinio. Quidam dicunt, quòd attritio ſit contritio: ſicut fides informis fit formata. Sed hoc vt videtur, eſſe non poteſt, quia quamuis habitus fidei informis fiat formatus, tamen nunquam actus fidei informis fit actus fidei formatæ: quia actus ille informis tranſit, & non manet veniente charitate, attritio autem & contritio non dicunt habitum, ſed actum tantùm: habitus autem virtutum infuſarum, qui voluntatem reſpiciunt, non poſſunt eſſe informes, cùm charitatem conſequantur, vt in tertio lib. dictum eſt. * Vnde antequam gratia infundatur, non eſt habitus à quo actus contritionis poſteà elicitur: & ſic nullo modo attritio poteſt fieri contritio, & hoc alia opinio dicit.

*D Th in 3 di. 27 q. 3. ar. vlti. q 3

¶ Ad primum ergo dicendum, q̃ non eſt ſimile de fide & contritione, vt dictum eſt. *

† In cor. ar.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd remota priuatione à materia, quæ manet perfectione adueniente, formatur materia illa, ſed dolor ille qui erat informis, non manet charitate adueniente, & ideò formari non poteſt. Vel dicendum, quòd materia eſſentialiter non habet originem à forma: ſicut actus habet originem ab habitu quo formatur. Vnde non eſt inconueniens materiam informari aliqua forma de nouo, qua prius non informabatur, ſed hoc de actu eſt impoſsibile: ſicut impoſsibile eſt quòd aliquid idem numero oriatur à principio, à quo prius non oriebatur: quia res ſemel tantum in eſſe producitur.

QVAEST. II.

De obiecto contritionis, in ſex articulos diuiſa.

DEINDE conſiderandum eſt de obiecto contritionis.

Circa quod quæruntur ſex.

¶ Primò, vtrum debeat homo conteri de pœnis.

¶ Secundò, vtrum de peccato originali.

¶ Tertiò, vtrum de omni actuali commiſſo.

¶ Quartò, vtrum de peccato actuali committendo.

¶ Quintò, vtrum de peccato alieno.

¶ Sextò, vtrum de ſingulis peccatis mortalibus.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrùm homo debeat conteri de pœnis, & non ſolum de culpa.

AD primum ſic proceditur. Videtur homo debeat conteri de pœnis, & non ſolùm de culpa. Auguſt. * enim in libro. de pœnitentia dicit. Nemo vitam æternam deſiderat, niſi cum huius vitæ mortalis pœniteat, ſed mortalitas vitæ quædam pœna eſt, ergo debet pœnitens etiam de pœnis conteri.

1 D Thom. ſup. ar. 2. q. 1. & ſeq. † Aug. lib. de vera & falſa pœn. c. 14. ante med. tom. 4. & habetur d. pœ. diſt. 5. c. 1. conſideret Magiſter 4. ſen. diſt. 16. §. 1. in med. * q. præc. art. 1.

¶ 2 Præt. Supra habitum eſt ex verbis Augu. † q̃ pœnitens debet dolere ex hoc, q̃ virtute ſe priuauit: ſed priuatio virtutis quædam pœna eſt, ergo contritio eſt dolor etiam de pœnis.

† In li. 6. de vera & falſa pœni. c. 14. ante med. tom. 4. & habetur d. pœ. diſt. 5. c. 1. conſideret Magiſter 4. ſen. diſt. 16. §. 1. in med. * q. præc. art. 1.

¶ Sed contra. Nullus tenet illud de quo dolet, ſed pœnitens ſecundum ſuum nomen pœnam tenet: ergo non dolet de pœna: & ſic contritio quæ eſt dolor pœnitentialis non eſt de pœna.

¶ Reſpondeo dicendum, q̃ contritio importat, vt dictum eſt, * alicuius duri, & integri comminutionẽ: hæc autẽ integritas, & duritia inuenitur in malo culpæ, quia voluntas, quæ eſt ipſius cauſa in eo qui malè agit, in ſuis terminis ſtat, nec præcepto legis cedit, & ideò huius mali diſplicentia contritio per ſimilitudinem dicitur, hæc autem ſimilitudo non poteſt adaptari ad malum pœnæ, quia pœna ſimpliciter dicit diminutionem, & ideò de malis pœnæ poteſt eſſe dolor, ſed non contritio.

* In cor. arti. & ar. præc.

¶ Ad primum ergo dicendum: q̃ pœnitentia ſecundũ Aug. debet eſſe de hac mortali vita, non ratione ipſius mortalitatis: niſi pœnitentia largè dicatur omnis dolor, ſed ratione peccatorum, ad quæ ex infirmitate huius vitæ deducimur.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd ille dolor, quo quis dolet ex amiſſione virtutis per peccatum, non eſt eſſentialiter ipſa contritio: ſed eſt principiũ eius: ſicut aliquis mouetur ad appetendum aliquid propter bonum, quod inde expectat, ita mouetur ad dolendum de aliquo propter malum, quod inde conſequutus eſt.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrùm contritio eſſe debeat de originali.

AD ſecundum ſic proceditur. Videtur q̃ cõtritio eſſe debeat de originali. De peccato enim actuali conteri debemus non ratione actus inquãtum eſt ens quoddam, ſed ratione deformitatis: quia actus ſecundum ſuã ſubſtantiam bonum quoddam eſt, & à Deo: ſed peccatum originale habet deformitatem, ſicut & actuale: ergo de eo conteri debemus.

¶ 2 Præt. Per peccatum originale homo fuit à Deo auerſus, quia pœna eius erat carentia diuinæ viſionis, ſed cuilibet debet diſplicere ſe fuiſſe à Deo auerſum: ergo homo debet habere diſplicentiam peccati originalis: & ſic debet de eo conteri.

¶ Sed contra. Medicina dẽt eſſe proportionata morbo: ſed peccatum originale ſine noſtra voluntate contractum eſt: ergo non requiritur, q̃ per actum voluntatis, qui eſt contritio, ab ipſo purgemur.

¶ Reſpondeo dicendũ, q̃ contritio eſt dolor, vt dictũ eſt, reſpiciens & quodammodò comminuens voluntatis duritiem: & ideò ſolum de illis peccatis poteſt eſſe, quæ ex duritia noſtræ uoluntatis in nos proueniunt: & quia peccatum originale noſtra voluntate non eſt inductum, ſed ex vitiatæ naturæ origine contractũ: ideò de ipſo non poteſt eſſe contritio propriè loquendo, ſed diſplicentia poteſt eſſe de eo, vel dolor.

¶ Ad primum ergo dicendum, q̃ contritio non eſt de peccato ratione ſubſtantiæ actus tantum, quia ex hoc nõ habet rationem mali: neque iterum ratione deformitatis tantum: quia deformitas de ſe non dicit rationẽ culpæ: ſed quãdòque importat pœnam: debet autem de peccato eſſe contritio, inquantum importat utranque deformitatem ex actu voluntatis prouenientem: & hoc non eſt in peccato originali, & ideò de eo non eſt contritio.

¶ Et ſimiliter dicendum ad ſecũdum, quia auerſio voluntatis eſt illa cui debetur contritio.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrùm de omni actuali peccato debeamus conteri.

AD tertium ſic proceditur. Videtur q̃ non de omni actuali peccato commiſſo à nobis debeamus conteri. Quia contraria contrarijs curantur: ſed quædam peccata per triſtitiam committuntur: ſicut accidia, & inuidia: ergo medicina eorum nõ debet eſſe triſtitia: quæ eſt contritio, ſed gaudium.

¶ 2 Præterea. Contritio eſt actus voluntatis, qui non poteſt eſſe de eo, quod cognitioni non ſubiacet: ſed quædam peccata ſunt, quæ in cognitione nõ habemus, ſicut oblita: ergo de eis non poteſt eſſe contritio.

¶ 3 Præt. per voluntariam contritionem delentur illa, quæ per voluntatem committuntur: ſed ignorantia voluntariũ tollit: vt patet per philoſophum 3. Ethic. * ergo de his quæ per ignorantiam accidunt, non debet eſſe contritio.

* cap. 1.

¶ 4 Præt. De illo peccato nõ debet eſſe contritio, qđ per contritionem non tollitur: ſed quædam peccata non tolluntur per contritionẽ: ſicut venialia, quæ adhuc poſt contritionis gratiam manent: ergo non de omnibus peccatis præteritis debet eſſe contritio.

¶ Sed contra. Pœnitentia eſt medicina contra omnia peccata actualia. ſed pœnitentia non eſt aliquorum, quorum non ſit cõtritio, quę eſt prima pars eius: ergo & de omnibus peccatis debet eſſe contritio.

¶ Præt. Nullum peccatum dimittitur, niſi quis iuſtificetur, ſed ad iuſtificationem requiritur cõtritio, vt prius dictum eſt: * ergo de quolibet peccato conteri oportet.

*Q. præc. art. 1.

¶ Reſpondeo dicendum, q̃ omnis actualis culpa ex hoc contingit q̃ voluntas legi Dei non cedit, vel eam tranſgrediendo, vel omittendo, vel præter eam agendo: & quia durum eſt, quòd habet potentiam, vt non facilè patiatur: & ideò in omni actuali peccato duritia quædam eſt voluntatis: & propter hoc ſi debeat peccatum curari, oportet, quòd per contritionem commiuentem remittatur.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd (ſicut ex dictis patet) contritio opponitur peccato ex parte illa, quæ ex electione voluntatis procedit, non ſequentis imperium, diuinæ legis, non autem ex parte eius, quod eſt in peccato materiale, & hoc eſt illud ſuper quod cadit electio. Cadit autem voluntatis electio non ſolum ſuper actus aliarum virium, quibus voluntas ad ſuum finem vtitur: ſed etiam ſuper actum proprium ipſius: voluntas enim vult ſe velle aliquid: & ſic electio voluntatis cadit ſuper dolorem illum, ſiue triſtitiam, quæ inuenitur in peccato inuidiæ, & huiuſmodi: ſiue dolor ille ſit in ſenſu ſiue in ipſa voluntate: & ideò illis peccatis contritionis dolor opponitur.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd obliuio de aliquo poteſt eſſe dupliciter, aut ita quòd totaliter à memoria exciderit, & tunc non poteſt aliquis inquirere illud: aut ita q̃ partim à memoria exciderit, & partim maneat: ſicut cùm recolo me aliquid audiuiſſe in generali: ſed neſcio quid in ſpeciali: & tunc requiro in memoria ad recognoſcendum, & ſecundum hoc etiam aliquod peccatum poteſt eſſe oblitum dupliciter: aut ita quòd in generali memoria maneat, ſed non in ſpeciali: & tunc debet cogitare homo ad inueniendum peccatum: quia de quolibet peccato mortali tenetur homo ſpecialiter confiteri. Si autem inuenire non poſſit, iuſta adhibita diligentia, ſufficit de eo conteri ſecundum, quòd in notitia tenetur: & debet homo non ſolum de peccato, ſed de obliuione eius dolere, quæ ex negligentia contigit. Si autem peccatum omninò ex memoria excidit, tunc ex impotentia faciendi excuſatur à debito: & ſufficit generalis contritio de omni eo in quo Deum offendit. Sed quando impotentia tollitur: ſicut cum ad memoriam

Universidad de Deusto
Biblioteca

reuocatur peccatum: tunc tenetur homo specialiter cõteri: sicut etiam est de paupere qui non potest soluere q̃ debet, excusatur, & tamen tenetur cum primo poterit.

¶ Ad tertium dicendum, quòd si ignorantia omnino voluntatem tolleret malè agendi, excusaret, & non esset peccatum: sed quandòque non totaliter tollit voluntatem, & tunc à toto non excusat, sed à tanto, & ideò de peccato per ignorantiam commisso debet homo conteri.

¶ Ad quartum dicendum, q̃ post contritionem de mortali, potest remanere venialc, sed nõ post cõtritionẽ de veniali: & ideò de venialibus etiam debet esse contritio eo modo quo & pœnitentia: sicut supra dictum est.*

*In iij. par. q.87. artic.1. & Thom.in 4. di.16.q.1 ar.2 q.4. & q.2 ar. 2.q.2.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrũ de peccatis futuris quis debeat conteri.

AD quartum sic proceditur. Videtur, quòd etiam de peccatis futuris aliquis debeat conteri. Contritio enim est actus libe. arbi. sed libe. arbi. magis se extendit ad futura, quam ad præterita: quia electio quæ est actus libe. arbi. est de contingentibus futuris, vt dicitur 3 Ethico,* ergo contritio magis est de peccatis futuris, quã de præteritis.

7

* c.3.

¶ 2 Præt. Peccatum aggrauatur ex contingenti effectu. Vnde Hiero. dicit,* quòd pœna Arrij nondum est terminata, quia adhuc est possibile aliquos per eius haresim ruere, quibus corruentibus eius pœna augetur; & similiter est de illo qui iudicatur homicida si ketaliter percusserit, etiam antequam percussus moriatur: sed in illo intermedio debet peccator conteri de peccato: ergo non solum secundum quòd habet quantitatem ex præterito actu, sed etiam secundum quòd habet quãtitatem ex futuro, & sic contritio respicit futurum.

* Similẽ quid habetur in Basilio circa medium lib. de S. virgi. explicans illud 1.Tim.5. Quorũdã &c.

¶ Sed contra. Contritio est pars pœnitentiæ, sed pœnitentia semper respicit præterita: ergo & contritio.

¶ Respondeo dicendum, quòd in omnibus motoribus & mobilibus ordinatis ita est, quòd motor inferior habet motum proprium, & præter hoc sequitur in aliquo motum superioris motoris: sicut patet in motu planetarum, qui præter motus proprios sequuntur motum primi mobis. In omnibus autem virtutibus moralibus motor est ipsa prudentia, quæ dicitur auriga virtutum: & ideo quælibet virtus moralis cum motu proprio habet aliquid de motu prudentiæ: & ideo cum pœnitentia sit quaedam virtus moralis: quæ est pars iustitiæ, cumactu proprio consequitur prudentiæ motum: proprius autem actus eius est in obiectum proprium, quod est peccatum commissum: & ideo actus eius principalis, scilicet contritio, secundum suam speciem respicit tantùm peccatum præteritum: sed ex consequenti respicit peccatum futurum, secundum quod habet aliquid de actu prudentiæ adiunctum: & tamen in illud futurum secundum rationem propriæ speciei non mouetur. Et propter hoc ille qui conteritur, dolet de peccato præterito, & cauet futurum; sed non dicitur esse contritio de peccato futuro: sed magis cautio, quæ est pars prudentiæ, contritioni adiuncta.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd libe. arbit. dicitur esse de contingentibus futuris, secundum quod est de actibus, sed non secundum quòd est de obiectis actũ: quia homo potest cogitare ex libero arbitrio de rebus præteritis & necessariis, sed tamen ipse actus, secundum quòd sub libero arbitrio cadit, contingens futurum est, & sic etiam actus contritionis contingens futurum est, secundum quod sub libero arbitrio cadit: sed obiectum eius potest esse præteritum.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ ille effectus consequẽs, qui peccatũ aggrauat, iam in actu præcessit velut in causa, & ideo quando cõmissum est, totam suam quantitatẽ habuit, & ex effectu consequente nõ accessit ei aliquid, quo ad culpæ rationem: quamuis accrescat quo ad pœnã accidentaliter, secundum quòd plures habebit rationes dolendi in inferno de pluribus malis ex suo peccato consequtuis: & sic loquitur Hieron.* Vnde non oportet q̃ contritio sit nisi de peccatis præteritis.

* verbal tantùm in arti.2.

ARTICVLVS V.

¶ Vtrùm homo debeat conteri de peccato alieno.

AD quintum sic proceditur. Videtur q̃ homo debeat conteri de peccato alieno. Non enim petit aliquis indulgentiam, nisi de peccato, de quo contritus est: sed de peccatis alienis indulgentia petitur in Psalmo 18. Ab alienis parce seruo tuo; ergo debet homo conteri de peccatis alienis.

¶ 2 Præterea. Homo ex charitate debet diligere proximum sicut seipsum: sed propter dilectionem sui, & de malis suis dolet, & bona desiderat; ergo cum teneamur proximo desiderare bona gratiæ sicut & nobis, videtur q̃ debeamus de culpis eius dolere, sicut & de nostris: sed contritio nihil est quàm dolor de peccatis, ergo debet homo conteri de peccatis alienis.

¶ Sed contra. Contritio est actus pœnitentiæ virtutis: sed nullus pœnitet nisi de his quæ ipse fecit: ergo nullus conteritur de peccatis alienis.

¶ Respondeo dicendum, quòd illud idem conteritur quod prius durum, & integrum fuit: vnde oportet, q̃ contritio pro peccato sit in eodem, in quo peccati duritia præcessit, & sic de alienis peccatis nõ é contritio.

¶ Ad primum ergo dicendum, q̃ ab alienis peccatis si bi parci Propheta precatur, inquantum ex consortio peccatorum aliquis per consensum aliquam immunditiam cõtrahit: cum scriptum sit. Cum peruerso peruerteris.* * Vbi sup.

¶ Ad secundum dicendum: q̃ de peccatis aliorum dolere debemus, non tamen oportet q̃ de eis conteramur: quia non omnis dolor de peccato præterito est contritio: vt ex dictis patet.

ARTICVLVS VI.

¶ Vtrùm de singulis peccatis mortalibus requiratur contritio.

AD sextum sic proceditur. Videtur quòd non requiratur de singulis peccatis mortalibus contritio. Est enim motus contritionis in iustificatione in instanti: sed in instanti non potest homo recogitare singula peccata: ergo non oportet q̃ sit contritio de singulis.

¶ 2 Præterea. Contritio debet esse de peccatis, secũdum quòd auertunt a Deo: quia conuersio ad creaturam sine auersione à Deo contritionem non requirit: sed omnia peccata mortalia in auersione conueniunt: ergo contra omnia sufficit vna contritio.

¶ 3 Præt. Plus conueniunt peccata mortalia actuali adinuicem, quam actuale & originale: sed baptismus delet omnia actualia & originale: ergo vna contritio generalis delet omnia peccata mortalia.

¶ Sed contra. Diuersorum morborum diuersæ sunt medicinæ: quia non sanat oculum quod sanat calcaneũ: vt dicit Hier.* sed contritio est medicina singularis cõtra vnũ mortale: ergo non sufficit vna cõis de omnibus.

* Super il Iud. Mat. 9. Hoc ego nus dæmoniorũ ab eiciũt. &c. com.9.

¶ Præterea contritio explicatur per confessionem: sed oportet singula peccata mortalia confiteri: ergo & de singulis conteri.

¶ Respondeo dicendum, quòd contritio potest considerari dupliciter: scilicet quantum ad sui principium & quantum ad terminum. Et dico principium contritionis cogitationẽ, qua quis cogitat de peccato & dolet, & si non

si non dolore cõtritionis, saltem dolore attritionis. Terminus autem contritionis est quando dolor ille iam gratia informatur. Quantum ergo ad principium contritionis oportet q̃ de singulis peccatis quæ quis in memoria habet conteratur, sed quantum ad terminum sufficit quòd sit vna communis de omnibus. Tunc enim ille motus agit in ui omnium dispositionum præcedentium.

¶ Et per hoc patet responsio ad primum.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ quamuis omnia mortalia conueniant in auersione: tamen differunt in causa & modo auersionis: & quantitate elongationis à Deo: & hoc est secundum diuersitatem conuersionis.

¶ Ad tertium dicendum, quòd baptismus agit in virtute meriti Christi, qui habuit infinitam virtutem ad delendum omnia peccata; & propterea vnus sufficit cõtra omnia. Sed in contritione cum merito Christi requiritur actus noster: & ideo oportet q̃ singulis peccatis respondeat sigillatim cum non habeat infinitam virtutem ad contritionem. Vel dicendum q̃ baptismus est spiritualis generatio, sed pœnitentia quantum ad attritionẽ, & alias sui partes est spiritualis quædam sanatio per modum cuiusdam alterationis. Patet autem in generatione corporali alicuius, quæ est cum corruptione, quod una generatione remouentur omnia accidentia cõtraria rei generatæ, quæ erant accidentia rei corruptæ: sed in alteratione remouetur tantum vnum accidens accidenti contrarium, ad quod terminatur alteratio. Et similiter vnus baptismus simul delet omnia peccata: nouam vitam inducendo: sed pœnitentia non delet omnia peccata, nisi ad singula feratur, & ideo oportet de singulis conteri & confiteri.

QVAEST. III.

De quantitate contritionis, in tres articulos diuisa.

DINDE considerandum est de quantitate contritionis.

¶ Circa quod quæruntur tria.

¶ Primò, Vtrùm cõtritio sit maior dolor qui esse possit in natura.

¶ Secundò, Vtrùm possit esse nimis magnus dolor.

¶ Tertiò, Vtrùm possit esse maior dolor de vno peccato, quàm de alio.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrùm contritio sit maior dolor qui esse possit in natura.

10 D. Tho. vbi supra ar.3. q.1. & seq.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd contritio non sit maior dolor, qui esse possit in natura. Dolor enim est sensus læsionis: sed aliquæ læsiones magis sentiuntur quàm læsio peccati, sicut læsio vulneris: ergo non est maximus dolor contritio.

¶ 2 Præterea. Ex effectu sumimus iudicium de causa: sed effectus doloris sunt lachrymæ: cum ergo aliquando contritus non emittat lachrymas corporales de peccatis, quas tamen emittit de morte amici, vel de percussione, vel aliquo huiusmodi, videtur q̃ contritio non sit dolor maximus.

¶ 3 Præte. Quanto aliquid plus habet de admixtione contrarii, tanto est minus intensum: sed contritionis dolor habet multum de gaudio admixtum: quia contritus gaudet de liberatione, de spe veniæ, & de multis huiusmodi, ergo dolor suus est minimus.

¶ 4 Præterea. Dolor contritionis displicentia est quædam, sed multa sunt quæ magis displicent contrito, quam peccata præterita, non enim vellet pœnam inferni sustinere potius quam peccare: nec iterum sustinuisse omnes pœnas temporales, aut etiam sustinere: aliàs pauci inuenirentur contriti, ergo dolor contritionis non est maximus.

¶ Sed contra. Secundum Aug.* omnis dolor in amore fundatur, sed amor charitatis, in quo fundatur dolor contritionis, est maximus.

* Lib. 14. de Ciuit. Dei. c.7. & 9.c.5

¶ Præt. Dolor est de malo: ergo de magis malo debet esse maior dolor, sed culpa est magis malum, quàm pœna: ergo dolor de culpa, qui est contritio, excedit omnem alium dolorem.

¶ Respondeo dicendum, quòd sicut supra dictum* est, in contritione est duplex dolor unus est in ipsa voluntate: quæ est essentialiter ipsa contritio: quæ nihil aliud est quam displicentia præteriti peccati, & talis dolor in contritione excedit omnes alios dolores: quia quantum aliquid placet, tantum contrarium eius displicet: finis autem super omnia placet, cum omnia propter ipsum desiderentur: & ideo peccatum quod à fine vltimo auertit, super omnia displicere debet. Alius dolor est in parte sensitiua, qui causatur ex ipso dolore, vel ex necessitate naturæ, secundum quòd vires inferiores sequuntur motum superiorum, vel ex electione, secundum quòd homo pœnitens in se ipso habens hunc dolorem, excitatur vt de peccatis doleat, & neutro modo oportet, quòd sit maximus dolor, quia vires inferiores mouentur vehementius ab obiectis propriis, quàm ex redundantia superiorum uirium. Et ideo quanto operatio superiorum virium est propinquior obiectis inferiorum, tanto magis sequuntur eorum motum: & ideo maior dolor est in sensitiua parte ex læsione sensibili, quàm sit ille, qui in ipsa redundat ex ratione. Similiter maior qui redundat de corporalibus deliberanti, quàm qui redundat ex ratione considerante spiritualia. Vnde dolor in sensitiua parte ex displicentia rationis proueniens de peccato, non est maior dolor aliis doloribus, qui in ipsa sunt. Et similiter nec dolor, qui est voluntarie assumptus, tum quia non obedit affectus inferior superiori ad nutum, vt tanta & talis passio sequatur in inferiori appetitu, qualem ordinat superior, tum etiam quia passiones à ratione sumuntur in actibus virtutem secundum mensuram, quam quandoque dolor, qui est sine virtute, non seruat, sed excedit.

* *c.4.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd sicut dolor sensibilis est de sensu læsionis, ita dolor interior est de cognitione * alicuius nociui: & ideo quamuis læsio peccati secundum exteriorem sensum non percipiatur: tamen percipitur esse maxima secundum sensum interiorem rationis.

Alias cogitatione

¶ Ad secundum dicendum, quòd corporales immutationes immediatè consequuntur ad passiones sensitiuæ partis, & eis mediantibus ad affectiones appetitiuæ superioris: & inde est quòd ex dolore sensibili, vel etiam sensibili vicino citius defluunt lachrymæ corporales, quàm de dolore spirituali contritio nis.

¶ Ad tertium dicendum, quòd gaudium illud quod pœnitens de dolore habet, non minuit displicentiam: quia ei non contrariatur, sed auget: secundum quòd omnis operatio augetur per propriam delectationem: vt dicitur in decima Ethicor.* sicut qui delectatur in addicendo aliquam scientiam, melius addiscit: & similiter qui gaudet de displicentia, vehementius displicentiam habet: sed bene potest esse quòd illud gaudiũ temperet dolorem ex ratione in partem sensitiuam resultantem.

¶ Ad quartum dicendum, q̃ quantitas displicentiæ de aliqua re debet esse secundum quantitatem malitiæ ipsius: malitia autem in culpa mortali mẽsuratur ex eo, in quẽ peccaẽ, inquãtũ est ei indigna: & ex eo qui peccat, inquan-

Universidad de Deusto
Biblioteca

inquantum est ei nociua, & quia homo dẽt magis Deũ, quã seipsum diligere, ideò plus dẽt odire culpã, inquantum est offensa Dei, quã inquantũ est nociua ei. Est autẽ nociua sibi principaliter, inquantũ separat ipsum à Deo, & ex hac parte ipsa separatio à Deo, quæ pœna quædã est, magis dẽt displicere, quã ipsa culpa, inquantũ hoc nocumentum inducit: quia quod pp alterum odirur, minus oditur, sed minus quã culpa, inquantũ est offensa in Deũ. Inter oẽs aũt. pœnas malitiæ attenditur quidam ordo fm quantitatem nocumenti: & ideò cum hoc sit maximum nocumẽtum, quo maximum bonum priuatur, erit inter pœnas maxima separatio à Deo. Est ẽt alia quãtitas malitiæ accidentalis, quam oportet in displicentia attendere fm rationem præsentis & præteriti, quia quod præteritum est, iam non est, vnde habet minus de ratione malitiæ & bonitatis. Et inde est q̃ plus refugit homo sustinere aliquid mali in præsenti vel futuro, quàm horreat de præterito. Vnde nec aliqua passio animæ directè respondet præterito, sicut dolor respondet præsenti malo, & timor futuro; & propter hoc duobus malis præteritis illud magis abhorret animus, cuius maior effectus in præsenti remanet, vel in futurum timetur, ẽt si in præterito minus fuerit. Et quia effectus præcedentis culpæ non ita percipitur q̃ãq;, sicut effectus præteritæ pœnæ: tum quia culpa perfectius sanatur, quàm quædam pœna, tum quia defectus corporalis magis est manifestus quàm spiritualis: ideò etiam homo bene dispositus quandoque magis in se percipit horrorem præcedentis pœnæ, quam procedentis culpæ quãmuis magis esset paratus pati eandem pœnam, quàm committere eandem culpam. Et est considerandum in comparatione culpæ & pœnæ, q̃ quædam pœnæ habent inseparabiliter conunctam Dei offensam, sicut separatio à Deo, quædam etiam addunt perpetuitatem, sicut pœna infernirergo pœna illa quæ offensam annexam habet, eodem modo cauenda est, sicut etiã culpa; sed illa quæ perpetuitatem addit, est magis quàm culpa simpliciter fugienda. Si tamen ab eis separetur ratio offensæ, & consideretur tantùm ratio pœnę, minus habẽt de malitia, quàm culpa, inquantũ est offensa Dei, & propter hoc minus debent displicere. Sciendum est etiam q̃ quamuis talis debeat esse contriti dispositio, non tamen de eis tentandus est: quia affectus suos homo non de facili mensurare potest: & quandòq; illud quod minus displicet, videtur magis displicere: quia propinquius nocumento sensibili, quod magis est nobis notum.

ARTICVLVS II.

¶ *Vtrùm possit esse nimis magnus contritionis dolor.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Vẽ q̃ nõ possit esse nimis magnus cõtritionis dolor. Nullus.n. dolor põt esse immoderatior, quã ille, qui propriũ subiectum destruit: sed dolor contritionis si est tantus, q̃ mortem, vel corruptionem corporis inducit, est laudabilis. Dicit.n. Anselmus.* Vtinam sic impinguentur viscera aiæ meæ, vt medullæ corporis mei exiccentur. Et Augustinus dicit se esse dignum oculos cæcare plorando; ergo dolor contritionis non potest esse nimius.

*In lib. meditatio in fi. hẽt aliquid fimile.

¶ 2 Prætereà. Dolor contritionis ex amore charitatis procedit, sed amor charitatis non potest esse nimius, ergo nec dolor contritionis.

¶ SED CONTRA est. Oĩs virtus moralis corrumpitur per superabundantiã & defectum: sed contritio est actus virtutis moralis, s. pœnitentiæ, cum sit pars iustitiæ: ergo potest esse superfluus dolor de peccatis.

¶ Respondeo dicendum, quod contritio ex parte doloris, qui est in ratione, scilicet displicentiæ, quo peccatum displicet, inquantum est offensa Dei, non potest esse nimia, sicut nec amor charitatis, quo intenso talis displicentia intenditur, non potest esse nim ius: sed quantũ ad dolorem sensibilem potest essa nimia; sicut etiam exterior corporis afflicto potest esse nimia. In his autem omnibus debet accipi pro mensura conseruatio subiecti; & bonæ habitudinis sufficientis ad ea, quæ agenda incumbunt, & propter hoc dicitur Rom. 12. Rationabile sit obsequium vestrum.

¶ Ad primum ergo dicendum, q̃ Anselm.* desiderabat ex pinguedine deuotionis medullas corporales exiccari, non quantum ad humorem naturalem; sed ad desideria & concupiscentias corporales. Aug. autem quamuis dignem se cognosceret amissione exteriorum oculorum propter peccatum, quia quilibet peccator non solũ æterna, sed etiam temporali morte dignus est, non tamẽ volebat sibi oculos cæcare.

*loco cit. ta. in ar. 1

¶ Ad secundũ dicendum, q̃ ratio illa procedit de dolore, qui est in ratione; non autem procedit de dolore sensitiuæ patris.

ARTIC. III.

¶ *Vtrùm debeat esse maior dolor de vno peccato, quàm de alio.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd nõ debeat esse maior dolor de vno peccato, quàm de alio. Hieronimus enim collaudat Paulum in hoc, q̃ minima peccata sicut magna plangebat; ergo non est magis dolendum de vno, quam de alio.

¶ 2 Præterea. Motus contritionis est subitus; sed non potest esse vnus motus intensior simul, & remissior; ergo cõtritio nõ dẽt esse maior de vno, quã de alio peccato.

¶ 3 Præterea. De peccato præcipuè est contritio, secũdum quòd à Deo auertit; sed in auersione omnia peccata mortalia conueniunt; quia omnia tollunt gratiam, qua anima Deo coniungitur, ergo de omnibus peccatis mortalibus æqualis debet esse contritio.

¶ Sed contra. Deut. 25. dicitur. Secundum mensuram peccati erit, & plagarum modus, sed in contritione peccatis plagæ commensurantur, quia contritio hẽt propositum satisfaciendi ann exum,* ergo contritio magis debet esse de vno peccato, quam de alio.

*vt dicũ est q. 1. a. 1

¶ Præterea. De hoc debet homo conteri, quod debuit vitari, sed homo debuit magis vitare vnũ peccatũ: quã aliud: quia grauius est si necessitas alterum faciendi incumberet, ergo & similiter debet de vno (scilicet grauiore) magis, quàm de alio dolere.

¶ Respondeo dicendum, q̃ de contritione dupliciter possumus loqui vno modo secundũ q̃ sigillatim singulis peccatis respondet, & sic quantum ad dolorem superioris affectus requiritur, q̃ de maiori peccato quis doleat magis: quia ratio doloris est magis in vno quàm in alio, scilicet offensa Dei, ex magis enim inordinato actu Deus magis offenditur, similiter etiam cum maiori culpæ maior pœna debeatur, etiam dolor sensitiuæ partis secundum quòd pro peccato ex electione assumitur, quia pœna peccati debet esse maior de maiori peccato, secundum autem q̃ ex impressione superioris appetitus nascitur inferior, attẽditur quãtitas doloris secundũ dispositionem partis inferioris ad recipiendam impressionem à superiori, & nõ secundum quantitatẽ peccati. Alio modo põt accipi contritio, secundũ q̃ est simul de omnibus, sicut in actu iustificationis, & hæc quidem contritio vel ex singulorum contritione procedit, & sicquã uis sit actus vnus, tamẽ distinctio peccatorũ virtute manet in ipso, vel ad minus habet propositum de singulis cogitãdi annexum, & sic etiam habitualiter est magis de vno, quàm de alio.

¶ Ad primũ ergo dicẽdũ, q̃ Paulus non laudatur de hoc, q̃ de omnibus peccatis doleret æqualiter, sed quia de paruis peccatis tãtum dolebat ac si essent magna per comparationem ad alios, qui de peccatis dolent. sed ipse multò amplius de maioribus doluisset.

¶ Ad

¶ Ad secundum dicendum, q̃ in illo contritionis motu subitaneo, quamuis actualiter distinctio intentionis respondens diuersis peccatis inueniri non possit, tamen In cor. ar. inuenitur ibi eo modo sicut dictum est, * & etiam alio modo, secundum quòd singula peccata ordinem habent ad illud, de quo in illa contritione generali contrito dolendum occurrit, s. offensa Dei. Qui enim aliquod totum appetit, vel diligit partes ẽt ius, quamuis non actu: & hoc modo secundum quòd habent ordinem ad totũ, quasdam plus quasdam minus: sicut qui aliquam communitatem diligit virtute, singulos diligit plus & minus secundum eorum ordinem in bono communi. Et similiter qui dolet de hoc, q̃ Deum offendit de diuersis impliciẽ, dolet diuersimodè, secundum quòd plus vel minus per ea Deum offendit.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ quamuis quodlibet peccatum mortale à Deo auertat & gratiam tollat, tamen quoddam plus elongat, quàm aliud: inquantum habet maiorem dissonantiam ex sua inordinatione ad ordinem diuinæ bonitatis, quàm aliud.

QVAEST. IIII.

De tempore contritionis, in tres articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de tempore cõtritionis. Circa quæ tria quæruntur.

¶ Primò, Vtrùm tota uita hæc sit contritionis tempus.

¶ Secundò, Vtrùm expediat continuè de peccato dolere.

¶ Tertiò, Vtrùm post hanc uitam animæ de peccatis cõterantur.

ARTICVLVS I.

¶ *Vtrùm tota hæc vita sit contritionis tempus.*

AD primum sic proceditur. Videtur quòd non tota hæc uita sit contritionis tempus. Sicut enim de peccato commisso debet esse dolor, ita & pudor: sed non per totam vitam durat pudor de peccato: quia (sicut dicit Ambr.*) non habet quòd erubescat, cui peccatum diuinitus est: ergo videtur quòd nec contritio, quæ est dolor de peccato.

13 D. Th. 4. di. 17. q. 2. ar. 1. q. 1. & seq. *Li. 2. de pœni. c. 7. à med. ver.

¶ 2 Præter. Ioan. 4. dicitur, q̃ perfecta charitas foras mittit timorem: qui a timor pœnam habet, sed dolor etiã pœnam habet, ergo in statu perfectæ charitatis non potest dolor contritionis manere.

¶ 3 Præt. De præterito non potest esse dolor, qui propriè est de malo præsenti: nisi secundum q̃ aliquid de peccato præterito in præsenti maneret: sed quandoq; peruenitur ad aliquem statum in hac uita, in quo nihil de peccato præterito manet, neque dispositio, neque culpa, neque reatus aliquis, ergo non oportet vlterius de illo peccato dolere.

¶ 4 Præt. Ro. 8. dicitur, q̃ diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, etiam peccata, vt dicit gl.* ergo non oportet post remissionem peccati, q̃ de ipso doleat.

*Est Aug. in lib. de correp. & gratia c. 9. à med. t. 7

¶ 5 Præt. Contritio est pars pœnitentiæ contra satisfactionem diuisa, sed non oportet semper satisfacere: ergo nec conteri de peccato semper.

*De vera & fal. pœ. c. 13. in med. to. 4. & Mag. 4. in sen. di. 14. 5. a. in fi.

¶ Sed contra Aug. in li. de pœnitentia:* dicit. Quòd vbi dolor finitur, deficit pœnitentia: vbi deficit pœnitentia, nihil relinquitur de venia: ergo videtur: cum oporteat veniam concessam nõ perdere, quòd oporteat semper de peccato dolere.

¶ Præt. Eccl. 5. dicitur, de propiciatu peccatorum, Doli esse sine metu; ergo homo semper debet dolere de peccatorum propitiationem habendam.

¶ Respondeo dicendum, quòd in contritione est duplex dolor. Vnus rationis, qui est detestatio peccati à commissi. Alius sensitiuæ partis, qui ex isto consequitur, & quantum ad vtrumque contritionis tempus est totius uitæ præsentis status. Quandiu enim est aliquis in statu viæ, detestatur incommoda, quibus à peruentione ad terminum viæ retardatur, vel impeditur. vnde cum propter peccatum præteritum viæ nostræ cursus in Deum retardetur, quia tempus illud quod erat deputatum ad currendum, recuperari non potest oportet quòd semper in vitæ huius tempore status contritionis maneat, quantum ad peccati detestationem. Similiter etiam quantum ad sensibilem dolorem, qui ut pœna à voluntate assumitur: quia enim homo pœnam æternam peccando meruit, & contra æternum Deum peccauit, debet pœna æterna in temporalem mutata, saltem dolor in toto hominis æterna, ideſt statu huius vitæ manere. Et propter hoc dicit Hug.* de sancto Victore, q̃ Deus absoluens hominem: culpa & pœna æterna, ligat eum vinculo perpetuæ detestationis peccati.

*In lib. sũmæ sen. tract. 5. c 11.

¶ Ad primum ergo dicendum, q̃ erubescentia respicit peccatum solum, inquantum habet turpitudinem: & ideo postquàm peccatum quantum ad culpam remissum est, non manet pudoris locus: manet autem doloris: qui non solum de culpa est, inquantum habet turpitudinem, sed etiam inquantum habet nocumentum annexum.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ timor seruilis, quẽ charitas foras mittit oppositionem habet ad charitatem rõne seruitutis: quia pœnam respicit, sed dolor cõtritionis ex charitate causatur, vt dictũ est, * & iõ non est simile.

*Q. 3. ar. 1. ad 3. & ar. seq.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ quamuis per pœnitẽtiam peccator redeat ad gratiam pristinam, & immunitatem à reatu pœnæ, nunquam tamen redit ad pristinam dignitatem innocentię, & ideo semper ex præterito peccato aliquid in ipso manet.

¶ Ad quartum dicendum, q̃ sicut non debet homo facere mala, vt veniant bona: ita non debet gaudere de malis, quia ex eis occasionaliter proueniũt bona diuinitus a gratia vel prouidentia agente: quia illorum bonorum peccata causa non fuerunt, sed magis impedimenta: sed diuina prouidentia ea causauit, & de ea debet homo gaudere. de præteritis autem dolere.

¶ Ad quintum dicendum, quòd satisfactio attẽditur, secundum pœnam taxatam, quæ pro peccatis iniungi debet: & ideo potest terminari, ut non oporteat ulterius satisfacere. Hæc autem pœna præcipuè proportionatur culpæ ex parte conuersionis, ex qua finitatem habet, sed dolor contritionis respondet culpæ ex parte auersionis, ex qua habet infinitatem, vnde & contritio semper debet manere, nec est inconueniens si remoto posteriori manet prius.

ARTICVLVS II.

¶ *Vtrùm expediat continuè de peccato dolere.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd non expediat continuè de peccato dolere. Expedit enim quandoque gaudere: ut patet Philip. 3. super illud. Gaudete in Domino semper: dicit glo.* Quia necessarium est gaudere, sed non est possibile gaudere simul & dolere, ergo non expedit continuè de peccato dolere. 14

*Gl. ordi. ibi.

¶ 2 Præterea. Illud quod est de se malum & fugiendum, non est assumendum nisi quatenus est necessarium, ut medicina ad aliquid, sicut patet de vstione & sectione uulneris. Sed tristitia de se mala est, vnde dicitur Eccle. 3. Tristitiam longè expelle à te, & subditur causa. Multos occidit tristitia, & non est vtilitas in illa.

Universidad de Deusto
Biblioteca

in illa. Hoc etiam Philosophus dicit in septimo Ethi. & 10. *Ergo non debet ampliùs dolere de peccato, nisi quatenus sufficit ad peccatum delendum, sed statim post primam contritionis tristitiam peccatum deletum est: ergo non expedit vlterius dolere.

*Lib 7.c. 13.& 14.

¶ 3 Præt. Bernardus dicit, Dolor bonus est, si continuus non sit: mel enim absynthio est admiscendum: ergo videtur quòd non expediat continuè dolere.

*In li. de vera, & fal. pœni. c. 13. in fi. tom. 4. & Mag. sent. 4. sen. d. 14. Parag. a in fin. de pœni. dist. 3. c. 5.

¶ Sed contra est quod Augustin. *dicit. Semper doleat pœnitens, & de dolore gaudeat.

¶ Præt. Actus, in quib. consistit beatitudo, expedit semper continuare quantum possibile est: sed huiusmodi est dolor de peccato: quod patet Matth. 5. Beati qui lugẽt: ergo expedit dolorem continuare quãtum possibile est.

¶ Respondeo dicendum, quòd hæc est conditio in actibus virtutum inuenta, quòd non potest in eis accipi superfluum & diminutum: vt in 2. Ethico. probatur: vnde cum contritio quantum ad id quòd est displicentia quædam in appetitu rationis, sit actus pœnitentiæ virtutis, num quam potest ibi esse superfluum, sicut nec quantum ad intensionem, ita nec quantum ad durationem: nisi secundum quòd actus vnius virtutis impedit actum alterius magis necessarium pro tempore illo. Vnde quãtumcunque homo continuè in actibus displicentiæ esse possit, quòd magis, & melius est, dummodo actibus aliarum virtutum vacet suo tempore, secundum q̃ oportet: passiones possunt habere superfluum & diminutũ, & quantum ad intensionem, & quantum ad durationẽ, & ideo sicut passio doloris, quam voluntas assumit, debet esse moderatè intensa: ita debet moderatè durare, ne si nimis duret, homo in desperationem & pusillanimitatem & huiusmodi labatur.

¶ Ad primum ergo dicendum, q̃ gaudium sæculi imponitur per dolorem contritionis, non autem gaudium, q̃ de Deo est, quia habet ipsum dolorem pro materia.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ illud Eccl. de tristitia sæculi loquitur: & Philo. loquitur de tristitia, quæ est passio, qua moderatè utendum est, secundum quòd expedit ad finem, ad quem assumitur.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ Bernardus loquitur de dolore, qui est passio.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrùm etiam post hanc vitam animæ de peccatis conterantur.

AD tertium sic proceditur. Videtur q̃nòd etiam post hanc vitam animæ de peccatis conterantur. Amor enim charitatis displicentiam de peccato causat: sed post hanc vitam manet in aliquibus charitas & quantum ad actum & quãtum ad habitum: quia charitas numquam excidit, vt dicitur primæ Corinth. 13. ergo manet displicentia de peccato commissa, quæ essentialiter est contritio.

¶ 2 Præt. Magis est dolendum de culpa, quam de pœna, sed animæ in purgatorio dolent de pœna sensibili, & de dilatione gloriæ, ergo multo magis dolent de culpa ab eis commissa.

¶ 3 Præt. Pœna purgatorii est satisfactoria de peccato, sed satisfactio habet efficaciam ex vi contritionis, ergo contritio manet post hanc vitam.

¶ Sed contra. Contritio est pars pœnitentiæ sacramenti, sed sacramenta non manent post hanc vitam: ergo nec contritio.

¶ Præt. Contritio potest esse tanta, q̃ delet & culpam & pœnam: si ergo animæ in purgatorio conteri possent, posset vi contritionis eorum reatus pœnæ eis dimitti, & ideo a pœna sensibili liberari: quod est falsum.

¶ Respon. dicendũ, q̃ in contritione tria considerãda sunt. Primum est contritionis genus, quod est dolor. Secundũ est contritionis forma, q̃ est actus virtutis gratia informatus. Tertium est contritionis efficacia, quæ est actus meritorius & sacramentalis, & quodãmodò satisfactorius. Animæ igitur post hanc vitam, quæ in patria sunt, contritionem habere non possunt, quia carent dolore propter gaudij plenitudinem. Illæ verò quæ sunt in inferno, carent contritione, quia & si dolorem habeant, deficit tamen eis gratia dolorem informans. Sed illæ, qui in purgatorio sunt, habent dolorem de peccatis gratia informatum, sed non meritorium, quia non sunt in statu merendi. In hac autem vita omnia tria prædicta inueniri possunt.

¶ Ad primum ergo dicendum, q̃ charitas non causat istum dolorem: nisi in illis qui doloris capaces sunt, sed plenitudo gaudij beatis omnem capacitatem doloris excludit: & ideò quamuis charitatem habeant, tamen contritione carent.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ animæ in purgatorio dolent de peccatis: sed ille dolor non est contritio, quia deest eis contritionis efficacia.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ pœna illa, quam animæ in purgatorio sustinẽt, non potest propriè dici satisfactio: quia satisfactio opus meritorium requirit: sed largo imo dicitur satisfactio pœnæ debitæ solutio.

QVAEST. V.

De effectu contritionis, in tres articulos diuisa.



EINDE considerandum est de effectu contritionis. Circa quòd tria quæruntur.

¶ Primò, vtrum peccati remissio sit contritionis effectus.

¶ Secundò, vtrum contritio possit totaliter tollere reatum pœnæ.

¶ Tertiò, vtrum parua contritio sufficiat ad deletionem magnorum peccatorum.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrùm remissio peccati sit contritionis effectus.

AD Primum sic proceditur. Videtur q̃ peccati remissio non sit contritionis effectus. Solus enim Deus peccata remittit, sed contritionis nos sumus aliqualiter causa, quia actus noster est, ergo contritio non est causa remissionis culpæ. D. Th. 1. 2. q. 113. a. 5. & seq.

¶ 2 Præt. Contritio est actus virtutis, sed virtus sequitur peccati remissionem, quia virtus & culpa non sunt simul in anima: ergo contritio non est causa remissionis culpæ.

¶ 3 præt. Nihil impedit à perceptione Eucharistiæ nisi culpa: sed contritus ante confessionem non debet accedere ad Eucharistiam: ergo nondum est consequutus remissionem culpæ.

¶ Sed contra est quod dicitur in gloss. super illud Psalmi. 50. Sacrificium Deo spiritus contribulatus, &c. Contritio cordis est sacrificium, in quo peccata soluuntur.

¶ Præt. Virtus & vicium eisdem causis corrumpunt, & generantur, vt dicitur in secundo Ethico. *sed per inordinatum amorem cordis peccatum committitur, ergo per dolorem ex amore charitatis ordinato tantùm † soluitur: & sic peccatum contritio delet. *c. 1. & 2. †Alias, ceteris.

¶ Respon. dicendum, q̃ contritio potest dupliciter cõsiderari, vel inquantũ est pars sacramenti, vel inquãtũ est actus virtutis, & vtroq; mõ est cã remissionis peccati sed diuersimodè: quia inquantũ est pars sacri, primò operatur ad remissionem peccati instrumentaliter: sicut & de aliis sacramentis in j. dist. patuit.* Inquantum autẽ est actus virtutis, sic est quasi causa materialis remissionis peccati, eo quòd dispositio est quasi necessitas ad iustificationem: dispositio autem reducitur ad causam materialem, si accipiatur dispositio, quæ disponit materiam ad recipiendum: secus autem est de dispositione agentis adagendum, quia illa reducitur ad genus causæ efficientis. *D. Th. in 4. dist. 17. q. 1. ar. 4. & 4. sent. dist. 22. q. 1. ar. 4.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd solus Deus est causa sufficiens principalis remissionis peccatũ: sed causa dispositiua potest etiam esse ex nobis, & similiter etiam causa sacramentalis, quia formæ sacramentorum verba sunt à nobis prolata, quæ habent virtutem instrumentalem gratiam inducendi, qua peccata remittuntur.

¶ Ad secundum dicendum: quòd peccati remissio vno modo præcedit virtutem & gratiæ infusionem, & alio modo sequitur, & secundum hoc, quòd sequitur, actus à virtute elicitus potest esse causa aliqua remissionis peccati.

¶ Ad tertium dicendum, quòd dispensatio Eucharistiæ pertinet administros ecclesiæ: & ideò ante remissionem peccati per ministros ecclesiæ non debet aliquis ad Eucharistiam accedere, quamuis sit sibi culpa quo ad Deum remissa.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrùm contritio possit totaliter tollere reatum pœnæ.

AD secundum sic proceditur. Videtur quòd contritio non possit totaliter tollere reatum pœnæ, quia satisfactio, & confessio ordinantur ad liberationem à reatu pœnæ, sed nullus ita perfectè conteritur, quin oporteat eum confiteri, & satisfacere, ergo contritio nullo modo est tanta, quòd totaliter deleat reatum totum.

¶ 2 Præt. In pœnitentia oportet esse quædam recõpensatio pœnæ ad culpam: sed aliqua culpa per membra corporis exercetur, ergo cum oporteat ad debitam pœnæ recompensationem, vt per quæ peccat quis, per hoc & torqueatur, videtur q̃ nunquam possit pœna talis peccati per contritionem absolui.

¶ 3 Præterea. Dolor contritionis est finitus: sed pro aliquo peccato, scilicet mortali, debetur pœna infinita: ergo nullo modo potest esse tanta contritio, quod totam pœnam deleat.

¶ Sed contra est, quòd Deus plus affectum cordis acceptat, quàm etiam exteriorem actum: sed per exteriores actus absoluitur homo à pœna & culpa, ergo & similiter per cordis affectum, qui est contritio.

¶ Præterea. Exemplum huiusmodi de Latrone habetur, cui dictum est. Hodie mecum eris in Paradiso, propter vnicum pœnitentiæ actum. Vtrùm autem totus reatus per contritionem semper tollatur, suprà. distinct. in. 14. quæsitum est, vbi hoc ipsum de pœnitentia quærebat.

¶ Respondeo dicendum, q̃ intensio contritionis põt attendi dupliciter. Vno modo ex parte charitatis, quæ displicentiã causat: & sic contingit tm̃ intendi charitatẽ in actu, q̃ contritio inde sequẽs merebit non solũ culpæ amotionem, sed & absolutionem ab omni pœna. Alio mõ ex parte doloris sensibilis, quem voluntas ex contritione excitat: & quia illa & pœna quædam est, tãtum potest intendi, q̃ sufficiet ad deletionem culpæ, & pœnæ.

¶ Ad primum ergo dicendum, q̃ aliquis non potest esse certus q̃ contritio sua sit sufficiens ad deletionẽ pœnæ, & culpæ: & ideò tenetur confiteri & satisfacere: maximè cũ contritio vera non fuerit nisi propositũ confitẽdi habuisset annexũ: quod debeat ad effectum reduci & propter præceptum, quod est de confessione datum.

¶ Ad 2m dicẽdũ, q̃ sicut gaudiũ interius redundat & ad exteriores corporis pres, ita & dolor interior ad exteriora mẽbra diriuat. Vñ dr̃ Pro. 17. Spũs tristis exicat ossa

¶ Ad tertium dicendum, q̃ dolor contritionis quamuis sit finitus quantum ad intensionem, sicut etiam pœna peccato mortali debita finita est habet tamen infinitam virtutem ex charitate, qua informatur, & secundum hoc potest valere ad deletionem culpæ & pœnæ.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrùm parua contritio sit sufficiens ad deletionem magnorum peccatorum.

AD Tertium sic proceditur. Videtur quòd contritio parua non sufficiat ad deletionem magnorum peccatorum, quia contritio est medicina peccati, sed corporalis medicina, quæ sanat corporalem morbum minorẽ, non sufficit ad sanandum maiorem: ergo minima cõtritio non sufficit ad delendum maxima peccata.

¶ 2 Præt. Suprà dictum est, * quòd oportet de maioribus peccatis magis conteri, sed contritio non delet peccatum, nisi sit secundum quòd oportet, ergo minima cõtritio non delet omnia peccata. *q. 3. ar. 3.

¶ Sed contra. Quælibet gratia gratum faciens, delet omnem culpam mortalem, quia simul stare cum ea non potest, sed quælibet contritio est gratia gratum faciens informata: ergo quantumcunque sit parua, delet omnem culpam.

¶ Respondeo dicendum quòd contritio (vt sæpè dictum est *) habet duplicem dolorem, vnum rationis, qui est displicentia peccati commissi, & hic potest esse paruus, adeò quod non sufficiet ad rationem contritionis, vt si minus displiceret ei peccatum, quàm debeat displicere separatio à fine: sicut etiam amor potest esse ita remissus, quòd non sufficit ad rationem charitatis. Alium dolorem habet in sensu, & paruitas huiusmodi non impedit rationem contritionis: quia non se habet æqualiter † ad contritionem, sed quasi ex accidenti ei adiungitur, & iterum non est in potestate nostra. Sic ergo dicendum, quòd quantumcunque paruus si dolor, dummodò ad contritionis rationem sufficiat, omnem culpam delet. *2 præc. art. 1. & q. 1. ar. 2. ad 1. et q. 3. ar. 1. cor. †alias, nõ se habent per se.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd medicinæ spirituales habent efficaciam infinitam, ex virtute infinita, quæ in eis operatur, & ideò illa medicina, quæ sufficit ad ad curationem peccati parui, sufficit etiam ad curationem magni: sicut patet de baptismo, quo & magna & parua soluuntur: & similiter est de contritione, dummodò ad rationem contritionis pertingat.

¶ Ad secundum dicendum, quòd hoc sequitur ex necessitate, quòd vnus homo plus doleat de maiori peccato quàm de minori: secũdum quòd magis repugnat amori, qui dolorem causat, sed si vnus alius haberet tantum de dolore pro maiori, quantum ipse de minori, sufficeret ad remissionem culpæ.

QVAESTIO. SEXTA.

De confessione & eius necessitate, in sex articulos diuisa.



EINDE considerandum est de cõfessione, de qua sex sunt consideranda. Primò, de confessionis necessitate. Secundò, de eius quidditate. Tertiò, de ipso ministro. Quartò, de qualitate eius. Quintò, de eius effectu. Sextò, de eius sigillo.

Circa primum quæruntur sex.

¶ Primò, vtrùm confessio sit necessaria ad salutem.

¶ Secundò, vtrùm confessio sit de iure naturali.

¶ Tertiò, vtrùm omnes ad confessionem teneantur.

¶ Quartò, vtrùm aliquis possit confiteri peccatũ quod non habet.

¶ Quintò,

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Quintò, vtrùm statim homines peccatum confiteri tencantur.

¶ Sextò, vtrùm possit cum aliquo dispensari ne homini confiteatur.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrùm confessio sit necessaria ad salutem.

AD primum sic proceditur. Videtur quòd confessio non sit necessaria ad salutem. Sacramẽtum enim pœnitentiæ propter remissionem culpæ ordinatum est: sed culpa per gratiæ infusionem sufficienter remittitur, ergo ad pœnitentiam de peccato agendam non est necessaria confessio. 19 D. Tho. 4 di. 17. q. 3 art. 1. q. 1. & sequen.

¶ 2 Præterea. Peccatum quod ex alio contractum est, ex alio debet habere medicinam: ergo peccatum actuale quod ex proprio motu quilibet commisit, oportet ex seipso tantum habere medicinam; sed contra tale peccatum ordinatur pœnitentia, ergo confessio non est de necessitate pœnitentiæ.

¶ 3 Præt. Aliquibus est peccatum remissum sine hoc, q̃ confessi legantur, sicut patet de Petro, & Magdalena, & de Paulo, sed nonest minoris efficaciæ gratia remittẽs peccatum nunc: quàm tunc fuerit, ergo nec nunc de necessitate salutis est, quod homo confiteatur.

¶ 4 Præt. Confessio ad hoc exigitur in iudicio, vt secundum quantitatem culpæ pœna infligatur: sed homo potest pœnam sibipsi infligere maiorem, quàm etiam ab alio sibi infligatur: ergo videtur quòd confessio non sit de necessitate salutis.

¶ Sed contra. Boëtius in libro de Conso. * Si opem medicantis expectas, oportet quòd morbum detegas; sed de necessitate salutis est quòd homo de peccatis medicinam accipiat, ergo & de necessitate salutis est quòd morbum per confessionem detegat. *Li. 1. pro sa. 4. in prin.

¶ Præt. In iudicio seculari non est idem iudex vel actor & reus, sed iudicium spirituale est ordinatius, ergo peccator qui est reus, non debet esse suipsius iudex, sed ab alio iudicari: & ita oportet quòd confiteatur.

¶ Respondeo dicendum: quòd passio Christi, sine cuius virtute nec originale, nec actuale peccatum dimittitur, in nobis operatur per sacramentorum susceptionem, quæ ex ipsa efficaciam habent, & ideò ad culpæ remissionem & actualis & originalis requiritur sacramentum Ecclesiæ, vel actu susceptum, vel saltem voto: quando articulus necessitatis, non contemptus sacramentum excludit; & per consequens illa sacramenta quæ ordinantur contra culpam, cum qua salus esse non potest, sunt de necessitate salutis, & ideo sicut baptismus, quo deletur originale, est de necessitate salutis, ita & pœnitentiæ sacramentum. Sicut autem aliquis per hoc, quòd baptismum petit, se ministris Ecclesiæ subijcit, ad quos pertinet dispensatio sacramenti, ita etiam per hoc, quòd confitetur peccatum suum, se ministro Ecclesiæ subijcit, vt per sacramentum pœnitentiæ ab eo dispensatum remissionem consequatur, qui congruum remedium adhibere non potest, nisi peccatum cognoscat, quod sit per confessionem peccantis; & ideò confessio est de necessitate salutis eius, qui in peccatum actuale vel mortale cecidit.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd gratiæ infusio sufficit ad culpæ remissionem, sed post culpam remissam adhuc est peccator debitor pœnæ temporalis: sed ad gratiæ infusionem consequendam ordinata sunt gratiæ sacramenta, ante quorum susceptionem vel actu vel proposito aliquis gratiam non consequitur: sicut in baptismo patet. Et similiter est de confessione; & vlterius per confessionis erubescentiam & vim clauium, quibus se confitens subijcit: & satisfactionem iniunctam, quam sacerdos moderatur, secundum qualitatem criminum sibi per confessionem innotescentium, pœna temporalis expiatur. Sed tamen confessio ex hoc, quòd operatur ad pœnæ remissionem, non habet, quòd sit de necessitate salutis, quia pœna ista est temporalis, ad quam post culpæ remissionem aliquis remanet ligatus. Vnde sine hoc q̃ in præsenti via expiaretur, esset via salutis: sed habet q̃ sit de necessitate salutis ex hoc, quòd ad remissionẽ culpæ modo prædicto* operatur. *In corp. arti.

¶ Ad secundum dicendum, quòd peccatum quod ex altero contractum est, scilicet originale, potest omnino ab extrinseco remedium habere, vt in paruulis patet, sed peccatum actuale, quod ex seipso quisque commisit, non potest expiari nisi aliquid cooperetur ille qui peccauit; sed tamen non sufficit ad peccatum expiandum ex seipso, sicut sufficienter peccatum commisit: eo q̃ peccatum ex parte conuersionis est finitum, ex qua parte peccator in ipsum reducitur, sed ex parte auersionis habet infinitatem, ex qua parte oportet quòd peccati remissio ab alio incipiat; quia quod est vltimum in generatione, est primum in resolutione, vt dicitur in 3. Ethicor.* & ideò oportet quod etiam peccatum actuale ex alio medicinam habeat. * cap. 3. à med.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ etsi non legatur eorũ confessio, potuit tamen fieri. Multa enim facta sunt; quæ nõ sunt scripta. Et præterea, Christus habet potestatem excellentiæ in sacramentis, vnde sine his, quæ ad sacramentum pertinent, potuit rem sacramenti conferre.

¶ Ad quartum dicendum, quod satisfactio non sufficeret ad expiandam pœnam peccati ex quantitate pœnæ, quæ in satisfactione imponitur, sed sufficit inquantum est pars sacramenti virtutem sacramentalem habens, & ideo oportet quod per dispensatores sacramentorum imponatur, & ideo necessaria est confessio.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrùm confessio sit de iure naturali.

AD secundum sic proceditur. Videtur quod confessio sit de iure naturali. Adam enim & Cain non tenebantur, nisi ad præcepta legis naturæ, sed reprehendun tur de hoc quod peccatum suum non sunt confessi, ergo confessio peccati est de iure naturali.

¶ 2 Præterea. Præcepta illa, quæ manent in veteri lege & noua, sunt de iure naturali, sed confessio fuit in veteri lege, vt dicitur Isa. 43. Narra si quid habes, vt iustificeris: ergo est de iure naturali.

¶ 3 Præterea. Iob non erat subiectus, nisi legi naturali, sed ipse peccata confitebatur, quod patet per hoc q̃ dicit Iob 31. Si abscondi vt homo peccatum meum; ergo est de iure naturali.

¶ Sed contra. Isid. * dicit quod ius naturale est idem apud omnes, sed confessio non est eodem modo apud omnes, ergo non est de iure naturali. *Li. 5. etymo. c. 4.

¶ Præterea. Confessio sit ei qui habet claues, sed claues Ecclesiæ non sunt de iure naturali institutæ, ergo nec confessio.

¶ Respondeo dicendum, quòd sacramenta sunt quædam fidei protestationes, vnde oportet ea fidei esse proportionata; fides autem est supra cognitionem rationis naturalis: vnde & sacramenta sunt supra rationis naturalis dictamen; & quia ius naturale est, quod non opinio genuit, sed innata quædam vis inseruit, vt Tullius dicit,* ideò sacramenta non sunt de iure naturali, sed de diuino, quod est supra naturale; quod quandoque etiam naturale dicitur, secundum quod cuiuslibet rei illud est naturale, quod ei à suo creatore imponitur tamen propriè dicuntur naturalia, quæ ex principiis naturæ causantur. Supra autem naturam sunt quæ ipse Deus sibi reseruat, siue naturæ ministerio operanda, siue in operationibus miraculorum, siue in reuelationibus *In lib. 2. de inuent. non parũ ante fine lib.

uelationibus mysteriorum, siue in institutionibus sacramentorum, & sic confessio quæ necessitatem sacramentalem habet, non de iure naturali est, sed de diuino.

¶ Ad primvm ergo dicendum, quòd Adam virtuperatur ex hoc q̃ peccatum suum coram Deo non recognouit: confessio enim, quæ fit Deo per recognitionem peccati, est de iure naturali: nunc autẽ loquimur de confessione quæ fit homini. Vel dicendum q̃ confiteri peccatum in casu est de iure naturali, scilicet cùm quis in iudicio constitutus à iudice interrogatur: tunc enim non debet peccatum mentiri, de quo Adam & Cain vituperantur; sed confessio, quæ fit homini sponte ad remissionem peccatorũ consequendã à Deo, non est de iure naturali.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ præcepta legis naturæ manent eodem modo in lege Moysi, & in noua lege, sed confessio quàmuis aliqualiter esset in lege Moysi, non tamen eodem modo: sicut in lege noua, nec sicut in lege naturæ. In lege enim naturæ sufficiebat recognitio peccati interior apud Deum, sed in lege Moysi oportebat aliquo signo exteriori peccatum protestari: sicut per oblationem hostiæ pro peccato, ex quo & homini innotescere poterat cum peccasse, non autem oportebat vt specialiter peccatum a se commissum manifestaret, aut peccati circunstantias, sicut in noua lege oportet.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ Iob loquitur de illa absconsione peccati, quam facit deprehensus, peccatum negando, aut excusando, vt ex glossa* ibidẽ haberi põt. *Exgl. ordi. & sicerli. ibi.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrùm omnes ad confessionem teneantur.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd non omnes ad confessionem teneantur, quia sicut dicit Hiero.* pœnitentia est secunda tabula post naufragium; sed aliqui post baptismum naufragium non sunt passi: ergo nec eis competit pœnitẽtia, & sic nec confessio, quæ est pœnitentiæ pars. * Super il Iud Esaiæ 3. Peccatum suum quasi Sodoma, &c. tom. 5. Et ad Demetriadem de seruanda virgi. circa me. tom. 1. & Mag. 4 sẽ ten. dist. 14. in pri.

¶ 2 Præterea. Confessio faciẽda est iudici in quolibet foro, sed aliqui sunt qui non habent hominem iudicem supra se: ergo nec tenentur ad confessionem. * In Decret. li. 5. tit. 38. ca. 12. ex concil. Latera. sub Inno. 3. can. 21.

¶ 3 Præterea. Aliquis est qui non habet peccata nisi venialia, sed de illis non tenetur homo confiteri: ergo nõ quilibet tenetur ad confessionem.

¶ Sed contra est, quia confessio contra satisfactionem & contritionem diuiditur: sed omnes tenentur ad contritionem, & satisfactionem: ergo & omnes tenentur ad confessionem.

¶ Præterea. Hoc patet per decre.* de pœn. & re. vbi dicitur. Quòd omnes vtriusque sexus cùm ad annos discretionis peruenerint, tenentur peccata confiteri. * In concil. Latera. can. 21. & habet in Decre. lib. 5. tit. 38. c. 12.

¶ Respondeo dicendum, q̃ ad confessionem dupliciter obligamur. Vno modo ex iure diuino hoc ipso, quòd est medicina, & secundum hoc non omnes tenentur ad confessionem, sed illi tantùm, qui peccatum mortale incurrunt post baptismum. Alio modo, ex præcepto iuris positiui, & sic tenentur omnes ex institutione Ecclesiæ edita in concilio generali sub Innoc. 3.* tum vt quilibet peccatorem se recognoscere, quia omnes peccauerunt & egent gratia Dei, tum vt cum maiori reuerentia ad Eucharistiam accedatur, tum etiam, vt ecclesiarum rectoribus sui subditi innotescant, ne lupus intra gregem lateat. * In concil. Latera. can. 21. & habet in Decre. lib. 5. tit. 38. c. 12.

Ad primum ergo dicendum, q̃ quamuis homo in hac mortali vita post baptismũ naufragium euadere possit, quod est peccatum mortale: non tamen euadere potest venialia, quibus ad naufragium disponitur, contra quæ etiam pœnitentia ordinatur: & ideò manet pœnitentiæ locus etiam in illis qui non mortaliter peccant, & per consequens confessionis.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ nullus est qui non habeat iudicem Christum, cui per suum vicarium confiteri debet, qui quamuis eo inferior sit, inquantùm prælatus est, tamen est eo superior, inquantùm peccator est ipse, & ille Christi minister.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ex vi sacramenti non venetur aliquis venialia confiteri, sed ex institutione ecclesiæ quando non habet alia quæ confiteatur. Vel potest dici, secundum quosdam, q̃ ex decre. prædicta* non obligantur nisi illi qui habent peccata mortalia, q̃ patet ex hoc quod dicit, q̃ debent eã peccata confiteri, quod de venialibus intelligi non potest: quia nullus omnia confiteri potest, & secundum hoc ille qui non habet mortalia, non tenetur ad confessionem venialium, sed sufficit ad præceptum ecclesiæ implendum vt se sacerdoti repræsentet, & se ostendat absque conscientia mortalis esse, & hoc ei pro confessione reputatur. *Posita in arg. sed cõtra. & cor.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrùm aliquis possit confiteri peccatum quod non habet.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur q̃ aliquis licitè possit confiteri peccatum, quod non habet: quia, vt dicit Greg.* Bonarum mentium est, ibi culpã agnoscere, vbi culpa non est: ergo ad bonam mentẽ pertinet, vt de illis culpis se accuset, quas non commisit. 22 D. Tho. dist. 21. q. 2. artic. 3. * In fi. registri c. 10 ad interroga. Io. Augu. Anglorũ Episcopi.

¶ 2 Præterea, Aliquis per humilitatem reputat se deteriorem aliquo, qui est manifestus peccator, & in hoc est commendãdus: sed quod corde quis æstimat, licet ore cõfiteri. ergo licitè potest confiteri se habere grauius peccatum quàm habeat.

¶ 3 Præterea, Aliquis aliquando dubitat de peccato aliquo vtrum sit mortale vel veniale, & talis debet de illo, vt videtur, confiteri, vt de mortali: ergo aliquis debet confiteri aliquando peccatum quod non habet.

¶ 4 Præterea, satisfactio ex cõfessione ordinatur: sed aliquis potest satisfacere de peccato, quod nõ commisit: ergo etiam potest confiteri peccatum quod non fecit.

¶ Sed contra, Quicunque dicit se feciſſe, quod non fecit mentitur: sed nullus in confessione mentiri debet, cùm omne mendacium sit peccatum: ergo nullus debet confiteri peccatum quod non fecit.

¶ Præterea, In iudicio exteriori non debet aliquod crimẽ aliter impingi quod non potest per testes idoneos probari: sed testis in foro pœnitentiæ est conscientia: ergo aliquis non debet se accusare de peccato, quod conscientia non habet.

¶ Respondeo dicendum, q̃ per confessionem debet pœnitens se confessori suo manifestare: ille autẽ, qui aliud sacerdoti de se loquitur, quam sua conscientia habeat, siue in bonum, siue in malum, non se sacerdoti manifestat, sed magis occultat, & ideò non est idonea confessio: sed ad hoc q̃ sit idonea, requiritur q̃ os cordi concordet, vt solùm hoc os accuset quod conscientia tenet.

¶ Ad primvm ergo dicendum, quod agnoscere culpam, vbi non est, potest esse dupliciter. Vno modo, vt intelligatur quantum ab substantiam actus: & sic non est verum. Non enim ad bonam mentem pertinet, sed ad errantem vt se actum aliquem commisisse agnoscat, quẽ non commisit. Alio modo quantum ad conditionem actus: & sic verum est q̃ Grego. dicit.* quia iustus in actu qui de se bonus videtur, formidat, ne aliquis defectus ex parte sua fuerit. Et sic dicitur Iob. 9. Verebar omnia opera mea: & ideò ad bonam mentem etiam pertinet, vt hac formidinem, quã corde tenet, lingua accuset, & per hoc etiam patet solutio. *Loco cit. ta. in arg. 1. & li. 9. Moral. c. 25. & 26.

¶ Ad secundum, q̃ iustus qui est verè humilis, non reputat se deteriorem, quãtũ ad perpetrationem actus, qui sit peior ex genere, sed quia timet ne in his quæ bene agere videtur, per superbiam grauius delinquat.

¶ Adter-

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶Ad tertium dicendum, quod quando aliquis dubitat de aliquo peccato an sit mortale, tenetur illud confiteri dubitatione manente: quia qui aliquid committit vel omittit, in quo dubitat esse peccatum mortale, peccat mortaliter discrimini se committens: & similiter periculo se committit, qui de hoc quod dubitat esse mortale, negligit confiteri: non tamē debet asserere illud mortale esse, sed tamen dubitatiuè loqui, & iudicium sacerdotis expectare, cuius est discernere inter leprā & leprā.

¶Ad quartum dicendum, q̄ ex hoc, quod homo satisfacit pro peccato, quod non commisit, non incurrit mendacium: sicut cùm quis confitetur peccatum quod non credit se fecisse: si enim dicat peccatum quod nō fecit, dum credit se fecisse, non mentitur: & ideò non peccat si eo modo dicat, sicut est in corde suo.

ARTICVLVS V.

¶Vtrùm statim teneatur quis confiteri.

23 D Tho.4. dist.17.q. 3.ar.1.q. 4. *Ex lib.2. de sacra. parte 14. c.8.& lib. 1.par.12. c.2.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur q̄ statim teneatur quis cōfiteri, dicit enim Hug.* de S. Vict. Si necessitas non est, quæ prætendatur, contemptus nō excusatur, sed quilibet tenetur vitare contemptum. ergo quilibet tenetur statim confiteri, cùm potest.

¶2 Præterea, Quilibet tenetur plus facere ad euadendum morbum corporalem, quàm ad euadendum morbum spiritualem, quàm ad euadendum morbum corporalem: sed aliquis infirmus corporaliter nō sine detrimento salutis medicum requirere tardat: ergo videtur quòd non possit esse sine detrimento salutis, q̄ aliquis sacerdoti, cuius copiam habet, non statim de peccato confiteatur.

¶3 Præterea, Illud quod sine termino debetur, statim debetur: sed sine termino debet homo confessionē Deo. Ergo tenetur ad statim.

¶Sed contra, In Decretal.* simul datur tēpus determinatum de confessione & de Eucharistiæ perceptione: sed aliquis non peccat si non percipiat Eucharistiam ante tempus à iure determinatum: ergo non peccat si ante tempus illud non confiteatur.

*In Decretal. li. 5. tit. 38. c. 12.

¶Præterea, Quicunque illud omittit, ad quod ex præcepto tenetur, peccat mortaliter: si ergo aliquis non statim confitetur quando habet copiam sacerdotis, si ad statim confitendum tenetur, peccaret mortaliter: & eadem ratione alio tempore, & sic deinceps: & ita multa peccata mortalia homo incurreret pro vna pœnitentiæ dilatione: quod videtur inconueniens.

¶Respondeo dicendum, q̄ cùm propositū confitendi sit annexum contritioni, tunc tenetur aliquis ad hoc propositum, quando ad contritionem tenetur, scilicet quando peccata memoriæ occurrunt, præcipuè cum in periculo mortis existit, aut in aliquo articulo, in quo sine peccati remissione oporteat eum peccatum incurrere: sicut cum tenetur sacerdos ad celebrandum, si non desit copia sacerdotis confiteri tenetur, aut si desit saltē conteri tenetur, & habere propositum confitendi copia sacerdotis oblata. Sed ad confessionem actualiter faciendam obligatur aliquis dupliciter. Vno modo per accidens, scilicet quando ad aliquid tenetur, q̄ non potest sine peccato facere non confessus, tunc enim confiteri tenetur: sicut si debeat Eucharistiam percipere, ad quā nullus post peccatum mortale nisi cōfessus accedere debet, copia, sacerdotis oblata, & necessitate non vrgente; & inde venit obligatio, qua Ecclesia omnes obligāt ad semel in anno confitendum, quia instituit, vt semel in anno: scilicet in Paschate, omnes sacram communionem accipiant:* & ideò ante tempus illud omnes confiteri tenentur. Alio modo obligantur aliqui ad confessionem per se: & sic videtur esse eadem ratio de cōfessione & de Baptismo differendo: quia vtrunque est sacramentū necessitatis. Ad baptismum autem percipiendum nō tenetur aliquis statim postquàm habet ꝓpositum baptismi, ita q̄ peccet mortaliter nisi statim baptizetur: nec est ali quod tempus determinatum, vltra quod si baptismum differat peccatum incurrat; sed potest contingere q̄ in dilatione baptismi mortale erit peccatum, vel non erit. & hoc pensandum est ex causa dilationis: quia sicut dicit Philosophus 8. Phys. Voluntas non retardat facere opus volitum, nisi propter aliquam causam rationabilem, vnde si causa dilationis baptismi mortale peccatum annexum habeat, vtpotè si propter contemptum vel aliquod huiusmodi baptismum differat, dilatio erit peccatū mortale: aliàs non. Et ideò idem videtur esse de confessione, quæ non est maioris necessitatis, quàm baptismus. Et quia ea quæ sunt de necessitate salutis, tenetur homo in hac vita implere, ideò si periculum mortis immineat, etiam per se loquendo, obligatur aliquis ad confessionē faciendā tunc, vel baptismum suscipiendum. Et propter hoc etiam Iacob. simul præceptum edidit de confessione facienda, & de extrema vnctione suscipienda. Et ideò videtur probabilis illorum opinio, qui dicunt, q̄ non tenetur homo ad statim confitendum, quamuis periculosum sit differre. Alij autem dicunt q̄ tenetur cōtritus ad statim confitendum, debita oportunitate oblata, secundum rectam rationem; nec obstat q̄ decret. * terminum præfigat, vt semel in anno confiteatur, quia Ecclesia non indulget dilationi, sed prohibet negligentiam in maiori dilatione: vnde per decret. illam * non excusatur à culpa dilationis quantum ad forum conscientiæ, sed excusatur à pœna quantum ad forum Ecclesiæ, vt non priuetur debita sepultura si morte præuentus fuerit ante tempus illud. Sed hoc videtur nimis durum: quia præcepta affirmatiua non obligāt ad statim, sed ad tempus determinatum, non quidem ex hoc q̄ tunc commodè impleri possunt (quia tunc si non daret aliquis eleemosynā de superfluo, quandocunque pauper monstraretur, peccaret mortaliter, quod falsum est) sed ex hoc q̄ tempus necessitatem vrgentem adducit: & ideò non oportet q̄ si statim oblata oportunitate non confiteatur, etiam si maior oportunitas non expectetur, aliquis peccet mortaliter: sed quando ex articulo temporis necessitas confessionis inducitur: nec hoc est ex indulgentia Ecclesiæ q̄ non teneatur ad statim, sed ex natura præcepti affirmatiui: vnde ante Ecclesiæ statutum etiam minus tenebatur. Quidam verò dicunt q̄ seculares non tenentur ante quadragesimale tempus confiteri, quod est eis pœnitentiæ tempus, sed religiosi tenentur ad statim, quia totum tempus est eis pœnitentiæ tempus: Sed hoc nihil est: quia religiosi non tenentur ad alia, quàm cæteri homines, nisi ad quæ ex voto se obligauerūt, cuiusmodi nō est cōfessio.

*vt patet ex Decre. de pœni. dist. 1. ca. 8. & August. in lib. de vera & fal. pœn. c. 10. tom. 4. *In Decretal li. 5. ti. 38. c. 12.

*loco cit. in arg. 1.

¶Ad primum ergo dicendum, q̄ Hug.* loquitur de illis, qui sine sacramento decedunt.

¶Ad secundum dicendum, q̄ non est de necessitate salutis corporalis q̄ statim medicum quærat, nisi quando necessitas curationis incumbit, & similiter est de morbo spirituali.

¶Ad tertium dicendum, q̄ retentio rei alienæ inuito domino contrariatur præcepto negatiuo, quod obligat semper, & ad semper: & ideò tenetur semper ad statim reddendum. Secus est autem de impletione præcepti affirmatiui, quod obligat semper, & non ad semper. Vnde non tenetur ad statim implendum.

ARTICVLVS VI.

¶Vtrùm possit cum aliquo dispensari, ne confiteatur.

24 D. Tho. 4. dist. 17. q. 3. arti. 1. q. 5. *ar. 3. huius q.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur q̄ possit cū aliquo dispensari ne confiteatur homini peccata. Præcepta enim quæ sunt de iure positiuo, subiacent dispensationi prælatorum Ecclesiæ. sed confessio est huiusmodi: vt ex dictis patet: * ergo potest dispensari cū aliquo, vt non confiteatur.

*vt habetur in 3. par. q 80. ar. 10. ad 3.

¶2 Præ-

¶2 Præterea, Illud quod ab homine institutum est, potest etiam ab homine dispensationem recipere, sed confessio non legitur à Deo instituta, sed ab homine. Iaco. 5. Confitemini alterutrum peccata vestra: habet autem Papa potestatem dispensandi in his quæ per Apostolos instituta sunt: sicut patet de bigamis: ergo etiam potest cū aliquo dispensare ne confiteatur.

¶Sed contra, Pœnitentia, cuius pars est confessio, est sacramentum necessitatis, sicut Baptismus: cùm ergo in Baptismo nullus dispensare possit, nec in confessione aliquis dispensare poterit.

¶Respondeo dicendum, q̄ ministri Ecclesiæ in statuuntur in Ecclesia diuinitùs fundata: & ideò institutio Ecclesiæ præsupponitur ad operationem ministrorum, sicut opus creationis præsupponitur ad opus naturæ: & quia Ecclesia fundatur in fide & in sacramentis, ideò ad ministros, Ecclesiæ nouos articulos fidei edere, aut editos remouere, aut noua sacramenta instituere, aut instituta remouere, non pertinet: sed hoc est potestatis excellentiæ, quæ soli debetur Christo, qui est Ecclesiæ fundamentum. Et ideò sicut papa non potest dispensare, vt aliquis sine Baptismo saluetur: ita nec q̄ saluetur sine confessione, secundum q̄ obligat ex ipsa aliquis vi sacramenti. Sed potest dispensare in confessione, secundum q̄ obligat ex præcepto ecclesiæ, vt possit diutius cōfessionem differre, quàm ab ecclesia institutum sit.

*Iacob. 5.

Mat. 3. & Mar. 1. Mat. 8. Heb. 7.

¶Ad primum ergo dicendum, q̄ præceptū de confessione non est ab homine primo institutum: quamuis sit à Iacobo promulgatum: * sed à Deo institutionem habuit, quamuis expressa ipsius institutio non legatur: tamē quædam præfiguratio ipsius inuenitur, & in hoc q̄ Ioanni confitebantur peccata qui Baptismo ipsius ad gratiam Christi præparabantur: & in hoc q̄ Dominus sacerdotibus leprosos transmisit, qui quamuis non essent noui Testamenti sacerdotes, tamen in eis noui Testamenti sacerdotium significabatur.

QVAESTIO SEPTIMA.

De confessionis quidditate, in tres articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de quidditate cōfessionis. Et circa hoc tria quæruntur.

¶Primò, vtrum Augustinus conuenienter definiat confessionem.

¶Secundò, vtrum confessio sit actus virtutis.

¶Tertiò, vtrū confessio sit actus pœnitētiæ virtutis.

ARTICVLVS I.

¶Vtrùm Augustinus conuenienter definiat confessionem.

25 D Thom. vbi sup. artic. 2. q. 1. & sequen. *Ex li. de vera & fal. pœ. c. 10. tom. 4.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur q̄ Augustinus * inconuenienter definiat confessionem dicēs: Confessio est per quam morbus latens spe veniæ aperitur. Morbus enim, contra quem confessio ordinatur, peccatum est: sed peccatum aliquando est apertum: ergo non debuit dicere morbum latentem esse, cuius confessio est medicina,

¶2 Præterea, Principium pœnitentiæ est timor: sed cōfessio est pars pœnitentiæ, ergo non debuit pro causa cōfessionis ponere spem, sed magis timorem.

¶3 Præterea, Illud quod sub sigillo ponitur, nō apēritur, sed magis clauditur: sed peccatum quod quis confitetur, sub sigillo confessionis ponitur; ergo non aperitur in confessione peccatum sed magis clauditur.

*Hom. 40 in Euan. nō longè à prin.

¶4 Præterea, Inueniuntur aliæ quædam definitiones abstinentes. Greg.* enim dicit quod confessio est peccatorum detestatio, & ruptio vulneris. Quidam verò dicunt, q̄ confessio est coram sacerdote legitima peccatorum declaratio. Quidam autem dicunt sic. Confessio est sacramentalis delinquentis accusatio ex erubescentia, & per claues ecclesiæ satisfactoria, obligans ad peragendam pœnitentiam iniunctam: ergo videtur q̄ præassignata definitio, cùm non omnia contineat, quæ in his continentur, in sufficiens sit.

¶Respondeo dicendum, q̄ in actu confessionis plura consideranda occurrunt. Primò, ipsa substantia actus siue genus eius, quod est manifestatio quædam. Secundò, de quo fit, scilicet peccato. Tertiò, cui fiat, scilicet sacerdoti. Quartò, causa eius, scilicet spes veniæ. Quintò effectus, scilicet absolutio a patre pœnæ, & obligatio ad aliam partem exoluēdam. In prima ergo definitione Augu. * tangitur & substantia actus in apertione, & de quo fit confessio, cum dicitur morbus latens, & causa in spe veniæ, & in aliis definitionibus * tanguntur aliqua de illis quinque assignatis, vt cuilibet inspicienti patet.

*posita in arg. 1.

*in arg. 4. positis.

¶Ad primum ergo dicendum, quod quamuis sacerdos aliquando sciat eius peccatum vt homo, non tamen scit vt Christi vicarius. Sicut etiam iudex aliquando scit aliquid vt homo, quod nescit vt iudex: & quantū ad hoc per cōfessionem aperitur. Vel dicendum, q̄ quāuis actus exterior in aperto sit, actus tamen interior qui principium est, in occulto erat, & ideo oportet q̄ confessione aperiatur.

¶Ad secundum dicendum, q̄ confessio præsupponit charitatem, qua quis viuus efficitur, vt in litera dicitur.* Contritio autem est in qua datur charitas: timor autem seruilis, qui est sine spe, est prauius ad charitatem, sed habens charitatem magis mouetur ex spe, quàm ex timore: & ideò causa confessionis ponitur potiùs spes, quàm timor.

*li. 4. sen. distin. 28. §. D.

¶Ad tertium dicendum, quòd peccatum in qualibet cōfessione aperitur sacerdoti, & clauditur alijs confessionis sigillo.

¶Ad quartum dicēdum, q̄ non oportet in qualibet definitione omnia tangere, quæ ad rem definitā concurrunt; & ideò inueniuntur quædā definitiones, siue assignationes datæ penes vnam causam, quædā penes aliā.

ARTICVLVS II.

¶Vtrùm confessio sit actus virtutis.

26

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur q̄ confessio non sit actus virtutis. Omnis enim actus virtutis est de iure naturali, quia ad virtutes apti sumus à natura: vt Philosophus dicit in 2. Ethico.* sed confessio non est de iure naturali, ergo non est actus virtutis.

*Paulò à prin. li. 2.

¶2 Præterea. Actus virtutis magis conuenire potest innocenti, quàm ei qui peccauit: sed cōfessio peccati de quo loquimur, non potest innocenti conuenire; ergo non est actus virtutis.

¶3 Præterea. Gratia, quæ est in sacramentis, aliquo modo differt a gratia, quæ est in virtutibus & donis sed confessio est pars sacramenti; ergo nō est actus virtutis.

¶Sed contra. Præcepta legis sunt de actibus virtutum. sed cōfessio cadit sub præcepto; ergo est actus virtutis.

¶Præterea. Non meremur, nisi actibus virtutum, sed confessio est meritoria, quia cœlum aperit: vt in litera Magister * dicit; ergo videtur q̄ sit actus virtutis.

*li. 4. sent. dist. 17. §. A. i med.

¶Respondeo dicendum, q̄ ad hoc q̄ aliquid dicatur actus virtutis, vt prius dictum est, * sufficit quòd in sui ratione aliquam cōditionem implicet, quæ ad virtutem pertineat: quamuis autem non omnia quæ ad virtutem requiruntur importet confessio, tamen importat ex suo nomine manifestationē alicuius, quod in conscientia tenet aliquis: sic enim simul in vnū os & cor conueniunt. Si enim quis aliquid proferat ore, quod corde non teneat non est confessio, sed fictio: hæc aūt conditio ad virtutem pertinet, vt aliquis ore confiteatur quod corde te-

*Innititur q. 1. ar. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

de tener: & ideò confessio est bonum ex genere, & est actus virtutis: sed tamen potest male fieri nisi aliis debitis circunstantiis vestiatur.

¶ Ad primum ergo dicendum, q̃ ad confessionem modo debito faciendam vt oportet, & cuius oportet, ingenerali inclinat ratio naturalis, & secundum hoc confessio est de iure naturali: sed determinatio circunstantiarum quando, & quomodo, & quid confiteri oporteat, & cui: hoc est ex institutione iuris diuini in confessione de qua loquimur: & sic patet quòd ius naturale inclinat ad confessionem, mediante iure diuino, quo circunstantiæ determinantur: sicut etiam in omnibus est, quæ sunt de iure positiuo.

¶ Ad secundum dicendum, quòd illius virtutis, cuius obiectum est peccatum commissum, quamuis habitum possit innocens habere, tamen actum non habet innocentia permanente: & ideo etiam confessio peccatorũ, de qua nunc loquimur, non competit innocenti: quamuis sit actus uirtutis.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ quamuis gratia sacramẽtorum & gratia uirtutum sit alia, & alia: non tamẽ sunt contrariæ: sed disparatæ. Et ideo non est inconueniens ut idem sit actus virtutis, secundum q̃ ex libero arbitrio gratia informato procedit: & sit sacramentum vel pars sacramenti, secundum quòd est medicina in remedium peccati ordinata.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrùm confessio sit actus pœnitentis virtutis.

27

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd confessio non sit actus pœnitentiæ virtutis: quia actus illius virtutis est, quæ est causa eius: sed causa confessionis est spes veniæ, vt ex definitione inducta* apparet: ergo videtur quòd sit actus spei & non pœnitentiæ. *ar. 1. huius q. arg. 2.

¶ 2 Præterea, verecundia est pars temperantiæ, sed confessio ex erubescentia operatur, ut ex præassignata* definitione apparet: ergo est actus temperantiæ & non pœnitentiæ. *ar. 1. huius q. arg. 2.

¶ 3 Præterea, Actus pœnitentiæ innititur sapientiæ propter veritatem, quæ in ipsa esse debet; ergo non est actus pœnitentiæ.

¶ 4 Præt. Ad pœnitentiam mouet articulus de iudicio propter timorem, qui pœnitentiæ origo est: sed ad confessionem mouet articulus de vita æterna: quia est propter spem veniæ: ergo non est actus pœnitentiæ.

¶ 5 Præt. Ad uirtutem veritatis pertinet, ut ostendat se quis talem qualis est, sed hoc facit confitens: ergo est actus uirtutis, quæ dicitur veritas, & non pœnitentiæ.

¶ Sed contra, Pœnitentia ordinatur ad destructionem peccati, sed ad hoc idem ordinatur confessio: ergo est actus pœnitentiæ.

¶ Respondeo dicendum, quòd hoc in uirtutib. considerandum est, quod quando supra obiectum virtutis additur specialis ratio boni & difficilis, requiritur specialis virtus, sicut magni sumptus ad magnificentiam pertinent, quamuis communiter sumptus mediocres & donationes pertineant ad liberalitatem: vt patet in secũdo & quarto.* Ethicorum. Et similiter est in confessione veri, quæ quamuis ad veritatem uirtutis pertineat absolutè, tamen secundum quòd aliqua ratio boni addit, ad aliam virtutem pertinere incipit: & ideo dicit philosophus 4. Ethicorum.* Quòd confessio, quæ fit in iudiciis, non pertinet ad veritatis virtutem, sed magis ad iustitiam: & similiter confessio beneficiorum Dei in laudem diuinam non pertinet ad uirtutem veritatis, sed ad virtutem latriæ: & ita etiam confessio peccatorum ad remissionem eorum consequendam non pertinet elicitiuè ad uirtutem veritatis, ut quidam dicunt, sed uirtutẽ pœnitentiæ: imperatiuè autem ad multas uirtutes pertinere potest, secundum quòd in finem multarum uirtutum trahi potest confessionis actus. *li. 2. c. 7. ante med. & li. 4. c. 1. *c. 7. parũ ante med.

¶ Ad primum dicendum, q̃ spes est confessionis causa: non sicut eliciens, sed sicut imperans.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ erubescentia in illa definitione non ponitur quasi causa confessionis, cum magis nata sit impedire cõfessionis actum: sed magis quasi concã ad liberandũ à pœna, inquantũ ipsa erubescẽtia pœna quædam est: sicut etiam claues Ecclesiæ concausæ cõfessionis ad hoc sunt.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ secundum quandã adaptationem partes pœnitentiæ tribus attributis personarum adaptari possunt: vt contritio misericordiæ, vel bonitati respondeat propter dolorem de malo: confessio sapientiæ propter veritatis manifestationem, satisfactio potentiæ propter satisfaciendi laborem: & quia contritio est prima pars pœnitentiæ, efficaciam aliis partibus præbens: ideo eodem modo iudicatur de tota pœnitentia, sicut de contritione.

¶ Ad quartum dicendum, q̃ quia confessio magis ex spe procedit, quàm ex timore, ut dictum est: * ideo magis innititur articulo de uita æterna, quam respicit spes, quam articulo de iudicio, quod respicit timor: quamuis pœnitentia ratione contritionis econuerso se habeat. *Q. 17. a. 2 & ar. 1. huius q. ad 2.

¶ Ad quintum patet solutio ex dictis.

QVAEST. VIII.

De ministerio confessionis, in septem articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de ministro confessionis. Circa quod quæruntur septem.

¶ Primò Vtrùm necessarium sit confiteri sacerdoti.

¶ Secundò, Vtrùm in aliquo casu liceat aliis quam sacerdotibus confiteri.

¶ Tertiò, Vtrùm extra casum necessitatis possit aliquis non sacerdos confessionem uenialium audire.

¶ Quartò, Vtrùm sit necessarium, quòd homo confiteatur proprio sacerdoti.

¶ Quintò, Vtrùm possit aliquis alteri, quàm proprio sacerdoti cõfiteri ex priuilegio, vel mandato superioris.

¶ Sextò, Vtrùm pœnitens in extremo vitæ suæ possit absolui à quolibet sacerdote.

¶ Septimò, Vtrùm pœna temporalis taxari debeat secundum quantitatem culpæ.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrùm necessarium sit confiteri sacerdoti.

28 D. Th. vbi sup. art. 1. q. 1. & seq.

AD primum sic proceditur. Videtur quòd non sit necessarium sacerdoti confiteri. Ad confessionem enim non obligamur nisi ex diuina institutione: sed diuina institutio nobis proponitur Iacob. 5. Confitemini alterutrum peccata vestra: vbi non fit mentio de sacerdote, ergo non oportet confiteri sacerdoti.

¶ 2 Præt. Pœnitentia est necessitatis sacramentum, sicut & baptismus: sed in baptismo propter necessitatem sacramenti est minister quilibet homo: ergo & in pœnitentia, sed ministro Ecclesiæ * facienda est confessio: ergo sufficit cuilibet confiteri. *Alias, pœnitentiæ.

¶ 3 Præte. Confessio est ad hoc necessaria, ut taxetur pœnitenti satisfactionis modus: sed quicunque aliquis non sacerdos dulciùs * posset pœnitenti dare satisfactionis modum, quàm multi sacerdotes: ergo non est necessarium quòd confessio fiat sacerdoti. *Alias, feretur.

¶ 4 Præt. Confessio ad hoc est ordinata in Ecclesia, ut rectores pecorum suorum vultum cognoscant: sed quandoque rector vel Prælatus non est sacerdos: ergo confessio non semper facienda est sacerdoti.

¶ Sed contra. Absolutio pœnitentis, propter quam fit confessio, non fit nisi à sacerdotibus, quibus claues

nes Pulesiæ commissæ sunt: ergo confessio debet fieri sacerdoti.

¶ Præte. Confessio præfiguratur in Lazari mortui vi uificatione †; sed Dominus solùm discipulis præcepit vt soluerent Lazarum, vt patet Ioan. vndecimo. ergo sacerdotibus facienda est confessio. †Alias suscitatione

¶ Respondeo dicendum, quòd gratia, quæ in sacramẽtis datur, à capite in membra descendit, & ideò solus ille minister est sacramentorum, in quibus gratia datur, qui habet ministerium super corpus Christi verum, quod solius sacerdotis est, qui consecrare Eucharistiam potest; & ideò cùm in sacramento pœnitentiæ gratia conferatur, solus sacerdos minister est huiusmodi sacramẽti, & ideò ei soli facienda est sacramentalis confessio, quæ ministro Ecclesiæ fieri debet.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd Iacobus loquitur ex præsuppositione diuinæ institutionis: & quia diuinitus institutio præcesserat de confessione sacerdotibus facienda, per hoc quòd eis potestatem remittendi peccata in Apostolis dedit, vt patet Ioan. 20. ideò intelligendum est, quòd Iaco. sacerdotibus confessionem esse faciendam monuit.

¶ Ad secundum dicendum, quòd baptismus est magis sacramentum necessitatis, quàm pœnitentia, quo ad confessionem & absolutionem: quia quandò que baptismus prætermitti non potest sine periculo salutis æternæ, vt patet in pueris, qui non habent vsum rationis; sed non est ita de confessione, & absolutione quæ tãtum ad adultos pertinent in quibus contritio cum proposito confitẽdi, & desiderio absolutionis sufficit ad liberandum à morte æterna: & ideò non est simile de Baptismo & confessione.

¶ Ad tertium dicendum, quòd in satisfactione non solùm attẽdenda est quantitas pœnæ: sed etiam virtus eius: secundum quòd est pars sacramenti: & sic requirit sacramentorum dispensatorem, quamuis etiam ab alio, quam à sacerdote quantitas pœna taxari possit.

¶ Ad quartum dicendum, quòd cognoscere vultum pecoris, ad duo potest necessarium esse. Primò ad hoc, q̃ coordinetur gregi Christi: & sic cognoscere vultum pecoris pertinet ad curam & solicitudinem pastoralem, quæ incumbit quandoque illis, qui non sunt sacerdotes. Secundò, ad hoc quòd prouideatur ei competens medicamentum salutis: & sic cognoscere cultum peccoris, pertinet ad eum cuius est medicamentum salutis, scilicet sacramentum Eucharistiæ, & alia præbere, s. ad sacerdotẽ; & ad talem cognitionem pecoris confessio ordinatur.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrùm in aliquo casu liceat alijs quàm sacerdotibus confiteri.

29

*q. 7. ar. 1.

AD secundum sic proceditur. Videtur quòd in nullo casu liceat alijs, quàm sacerdotibus confiteri: quia confessio sacramentalis accusatio est: vt ex suprapositа* definitione habetur: sed dispensatio sacramenti ad illum tantùm pertinet, qui est sacramenti minister. cum ergo minister sacramẽti pœnitẽtiæ proprius sit sacerdos, videtur quòd nulli alij sit confessio facienda.

¶ 2 Præterea, Confessio in quolibet iudicio ad sententiam ordinatur, sed sententia in foro contentioso à non suo iudice lata, nulla est: & ideò non est facienda confessio nisi iudici: sed iudex in foro conscientiæ non est nisi sacerdos, qui habet potestatem ligandi & soluẽdi: ergo non est alii confessio facienda.

¶ 3 Præt. In Baptismo quia quilibet potest baptizare, si baptizat laicus, etiam absque necessitate non debet à sacerdote Baptismus iterari: sed si aliquis confiteatur, laico in casu necessitatis, iterum tenetur sacerdoti confiteri, si articulum necessitatis euadat: ergo confessio non potest † fieri laico in casu necessitatis. †Alias, debet.

¶ Sed contra est, quod in litera * determinatur.

¶ Respondeo dicendum: quòd sicut Baptismus est sacramentum necessitatis, ita & pœnitentia. Baptismus autem, quia est sacramentum necessitatis, duplicem habet ministrum. Vnum, cui ex officio baptizare incumbit, scilicet sacerdotem. Alium, cui ratione necessitatis dispensatio Baptismi committitur: & ita etiam minister pœnitentiæ, cui confessio est facienda, est sacerdos: sed in necessitate etiam laicus vicem sacerdotis supplet, vt ei confessio fieri possit. * Li. 4. sentẽ. di. 17. q. 2. post med. & in fi. §. diff. & Aug. li. de vera & falsa pœni. c. 10. tom. 4. habet de pœni. dist. 1. c. 87. ante finem.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd in sacramento pœnitentiæ non solùm est aliquid ex parte ministri, scilicet absolutio & satisfactionis iniunctio, sed etiam aliquid ex parte ipsius, qui suscipit sacramentum, quod est etiam de essentia sacramenti, sicut contritio & confessio. Satisfactio autem iam incipit esse à ministro, inquantum eam iniungit: & à pœnitente, inquantum eam implet: & ad plenitudinem sacramenti vtrunque debet concurrere, quando possibile est. Sed quando necessitas imminet, debet facere pœnitens quod ex parte sua est, scilicet conteri & confiteri cui potest, qui quamuis sacramentum perficere non possit vt faciat id quod ex parte sacerdotis est, absolutionem scilicet, defectum tamẽ sacerdotibus summus Sacerdos supplet: nihilominus confessio laico ex defectu sacerdotis facta sacramentalis est quoddammodò: quamuis non sit sacramentum perfectum: quia deest ei id quod est ex parte sacerdotis.

¶ Ad secundum dicendum, quòd quamuis laicus non sit iudex eius, qui sibi confitetur absolutè, tamen ratione necessitatis accipit iudicium super eum, secundum quod confitens ex defectu sacerdotis se ei subdit.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ per sacramenta homo non solùm Deo, sed ecclesiæ oportet q̃ reconcilietur. Ecclesiæ autem recõciliari non potest nisi sanctificatio ecclesiæ ad eum perueniat in baptismo aũt sanctificatio ecclesiæ ad hominẽ peruenit per ipsum elemẽtum exterius adhibitum, q̃ verbo vitæ sanctificatur secũdum formam Ecclesiæ à quocũque, & ideò ex quo semel baptizatus est à quocunque, non oportet q̃ iterum baptizetur. Sed in pœnitentia ecclesiæ sanctificatio non peruenit ad hominẽ nisi per ministrum: quia non est ibi aliquod elementum corporale exterius adhibitum, q̃ ex sanctificatione inuisibilem gratiam conferat: & ideò quamuis ille laico confessus in articulo necessitatis consequutus sit veniã à Deo, eo q̃ propositum q̃ cõcepit confitendi secundum mandatum Dei, sicut potuit impleuit: non tamen adhuc ecclesiæ reconciliatus est, vt ad sacramenta Ecclesiæ admitti debeat nisi prius à sacerdote absoluatur: sicut ille qui baptismo flaminis baptizatus est, ad Eucharistiam non admittitur. Et ideò oportet quòd iterum confiteatur sacerdoti, cùm copiam habere potuerit: & præcipuè quia vt dictum est *, sacramẽtum pœnitentiæ perfectũ non fuit. Vnde oportet quòd perficiatur, vt ex ipsa perceptione sacramenti pleniorem effectum consequatur, & vt mandatum de pœnitentiæ sacramento recipiendo impleat. * hoc eo. ar. ad 1.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrùm extra casum necessitatis possit aliquis sacerdos confessionem uenialium audire.

30

AD tertium sic proceditur. Videtur quòd extra casum necessitatis non possit aliquis non sacerdos confessionem venialium audire. Quia sacramentum aliquod committitur laico dispensandum ratione necessitatis: sed confessio venialium non est de necessitate: ergo nõ committitur laico.

¶ 2 Præ. Contra venialia ordinatur extrema vnctio, sicut & pœnitẽtia: sed illa nõ potest dari à laico: vt patet Iacobi vltimo: ergo nec cõfessio' venialium potest ei fieri. * Citatur à Magist. li. 4. sent. di. 17. §. c. ante fi.

¶ Sed contra est quod dicit Beda in litera. *

¶ Respondeo dicendum, quòd per peccatum veniale homo nec à Deo, nec à sacramento Ecclesiæ separatur: & ideò non indiget nouæ gratiæ collatione ad eius

Universidad de Deusto
Biblioteca

dimissionem, neque indiget reconciliari ecclesiæ. Et propter hoc non oportet, quòd venialia aliquis sacerdoti confiteatur: quia ipsa confessio laico facta sacramentale quoddam est, quamuis non sit sacramentum perfectum, & est ex charitate procedēs, & talibus natū est venialе remitti, sicut per tunsionem pectoris, & aquam benedictam.

¶ Et per hoc patet solutio ad primum: quia venialia non indigent sacramenti perceptione ad dimissionem sui, sed sufficit ibi aliquid sacramentale, vt aqua benedicta, uel aliquid huiusmodi.

¶ Ad secundum dicendum, quòd extrema vnctio non datur directè contra veniale, nec aliquod aliud sacramentum.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrùm sit necessarium quòd homo confiteatur proprio sacerdoti.

31 Refertur 26.q.7.c. ex auctoritate.

AD quartum sic proceditur. Videtur quòd non sit necessarium, quòd homo confiteatur proprio sacerdoti. Gregorius * enim dicit. Apostolico moderamine, & pietatis officio à nobis constitutum est, quòd sacerdotibus monachis Apostolorū figuram tenentibus liceat prædicare, baptizare, communionem dare, pro peccatoribus orare, pœnitentiam imponere, atque peccata soluere: sed monachi non sunt proprij sacerdotes aliquorum, cum non habeant curam animarum: ergo cum confessio fiat propter absolutionem, sufficit quòd fiat cuicunque sacerdoti.

¶ 2 Præterea. Sicut sacerdos est minister huius sacramenti, ita & Eucharistiæ: sed quilibet sacerdos potest Eucharistiam conficere: ergo quilibet Sacerdos potest sacramentum pœnitentiæ ministrare: ergo non oportet ꝙ fiat proprio sacerdoti.

¶ 3 Præterea. Illud ad quod determinatè tenemur, nō est in nostra electione constitutum: vt patet per Augusti * in litera. Dicit enim. Qui vult confiteri peccata, vt inueniat gratiam, quærat sacerdotem, qui sciat soluere & ligare: ergo videtur, ꝙ non sit necessarium ꝙ sacerdoti proprio confiteatur aliquis.

*In lib. de vera & fal. pœn. c. x. a med. to 4. & 4. sent dist. 17. §. 1. B.

¶ 4 Præterea. Quidā sunt, sicut Papa, & Prælati, qui non uidentur habere proprium sacerdotem, cū non habeant superiorem: sed isti tenentur ad confessionem: ergo non semper tenetur homo confiteri proprio sacerdoti.

¶ 5 Præterea. Illud quod est institutum pro charitate, contra charitatem non militat, vt Bernard. * dicit, sed confessio, quæ pro charitate instituta est, contra charitatem militaret: si homo ad confitendum vni sacerdoti esset obligatus: vt puta si peccator sciat sacerdotem suum hæreticum, aut solicitatorem ad malum, aut frágilem: qui ad peccatum quodquis confitetur ei, sit pronus vel si reuelator confessionis probabiliter existimetur, vel si peccatum contra ipsum cómissum sit, de quo quis confiteri debet: ergo videtur, quod nō semper oporteat confiteri proprio sacerdoti.

*In libr. de dispensatio & præcepto, nō remotè a prin.

¶ 6 Præterea. In eo quòd est necessarium ad salutem, non sunt homines arctandi, ne impediantur à via salutis sed magna arctatio videtur si oporteat vni homini confiteri de necessitate, & per hoc multi possent à confessione retrahi, vel timore, vel verecundia, vel aliquo alio huiusmodi: ergo cum confessio sit de necessitate salutis, nō debent homines ad hoc arctari (vt uidetur,) quod proprio sacerdoti confiteantur.

*In cōci. Lateran. can. 21. & in Sino. Aug. c. 19 to. 3 Concil. bf in Decr. lib. 5. tit. 38. c. 12.

¶ Sed contra est decret. Innoc. * qui instituit, quòd omnes vtriusque sexus semel in anno proprio sacerdoti confiteantur.

¶ Præt. Sicut episcopus se habet ad diœcesim suā. ita sacerdos ad suā parochiā: sed nō licet vni Episcopo in diœcesi alterius Episcopale officium exercere, secundum statuta canonum. † ergo non licet vni sacerdoti parochianū alterius audire.

† Id habetur de pœni. dist. 6. ca. 2 post med. & 9. q. 2 c. 1. 3. & 7. ex Concil. Antiochiæ can. 13. & 22.

¶ Respondeo dicendum, quòd alia sacramenta non consistunt in hoc, quòd ad sacramentum accedens, aliquid agat, sed solum vt recipiat: sicut patet in Baptismo & huiusmodi: sed actus recipientis requiritur ad percipiendum vtilitatem sacramenti in eo, qui est suæ voluntatis arbiter constitutus: quasi remouens prohibens, scilicet fictionem: sed in pœnitentia actus accidentis ad sacramentum est de substantia sacramenti, eo quo contritio, confessio, & satisfactio sunt pœnitentiæ partes, quæ sunt actus pœnitentis: actus autem nostri, cùm in nobis principium habeant, non possunt nobis ab alijs dispensari nisi per imperium. Vnde oportet quòd ille, qui dispensator huiusmodi sacramenti constituitur, sit talis, qui possit imperare aliquid agendum. Imperium autem non competit alicui in alium, nisi qui habet super eum iurisdictionem: & ideo de necessitate huius sacramēti est, non solū vt minister habeat ordinem sicut in alijs sacramentis, sed etiam ꝙ habeat iurisdictionem. Et ideo sicut ille, qui nō est sacerdos, non potest hoc sacramentū conferre, ita nec ille qui non habet iurisdictionem. Et propter hoc oportet sicut sacerdoti, ita proprio sacerdoti confessionem fieri, cùm enim sacerdos non absoluat nisi ligando ad aliquid faciendum, ille solus potest absoluere, qui potest per imperium ad aliquid faciendum ligare.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd Greg. * loquitur de illis monachis, qui iurisdictionem habent, vt pote quibus alicuius parochiæ cura est commissa, de quibus aliqui dicebant, quòd hoc ipso quòd monachi erant, non poterant absoluere, & pœnitentias iniungere, quod falsum est.

* loco cita in arg.

¶ Ad secundum dicendum ꝙ sacramentum Eucharistiæ non requirit imperium in aliquem hominem, secus autem est in hoc sacramento, vt dictum est: * & ideò ratio non sequitur: & tamē non licet Eucharistiam ab alio, quàm à proprio sacerdote accipere, quamuis verum sit sacramentum quod ab alio percipitur.

*In corp. art.

¶ Ad tertium dicendum, quòd electio discreti sacerdotis non est nobis commissa, vt nostro arbitrio faciendo, sed de licentia Superioris, si fortè proprius sacerdos esset minus idoneus ad apponendum peccatis salutare remedium.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ quia prælatis incūbit sacramenta dispensare, quæ non nisi mundi tractare debēt: ideò concessum est eis à iure, * quòd possint sibi eligere proprios sacerdotes confessores, qui quātū ad hoc sunt eis superiores: sicut & vnus medicus ab alio curatur, non inquantum medicus, sed inquantum infirmus.

*Vt dicitur in Decretal li. 5. tit. 38. c. 16.

¶ Ad quintum dicendum, ꝙ in casibus illis, in quibus probabiliter timet pœnitens periculum sibi vel sacerdoti ex confessione quam ei faceret, debet recurrere ad Superiorem: vel ab eodem petere licentiam alteri confitendi: ꝙ si licentiā habere non possit, idem est iudicium, ꝙ de illo, qui non habet copiam sacerdotis: vnde magis debet eligere laico cōfiteri. nec in hoc transgreditur aliquis præceptum Ecclesiæ: quia præcepta iuris positiui non se extendunt vltra intentionem præcipientis, quæ est finis præcepti, hic autem est charitas, secundū Apostolum. * Nec aliqua iniuria fit etiam sacerdoti, quia priuilegium merè tur amittere: qui concessa sibi abutitur potestate.

*1. Tim. 1

¶ Ad sextum dicendū, ꝙ in hoc quòd oportet proprio sacerdoti confiteri, non arctatur via salutis: sed sufficiens ad salutem via statuitur. Peccaret autem sacerdos, si non esset facilis ad præbēdum licentiam alteri confiteri, quia multi sunt adeò infirmi quòd potius sine confessione morerentur, quàm tali sacerdoti confiterentur: vnde illi qui sunt nimis soliciti, vt conscientias per confessionem subditorum sciant, multis damnationis laqueum injiciunt, & per consequens sibiipsius.

ARTI-

ARTICVLVS V.

¶ Vtrùm aliquis possit alteri, quàm proprio sacerdoti confiteri, ex priuilegio vel mandato superioris.

AD quintum sic proceditur. Videtur quòd non possit aliquis alteri quàm proprio sacerdoti confiteri, etiam ex priuilegio vel mandato superioris. Quia non potest aliquod priuilegium indulgeri in præiudicium alterius; sed hoc esset in præiudicium proprij sacerdotis, si alius confessionem subditi sui audiat. ergo non potest per priuilegium seu licentiam seu mandatum superioris obtineri.

¶ 2 Præt. Illud per quod impeditur diuinum mandatum, non potest per mandatum, vel priuilegium alicuius hominis concedi; sed mandatum diuinum est ad rectores Ecclesiarum, vt diligenter vultum pecoris sui agnoscant: Prou. 27. quod impeditur si alius quàm ipsi confessionem eius audiat. ergo hoc non potest per alicuius hominis priuilegium, vel mandatum ordinari.

¶ 3 Præt. Ille qui audit confessionem alicuius, est pro Prius iudex eius, aliàs non posset eum ligare, & soluere; sed vnius hominis non possunt esse plures proprij sacerdotes vel iudices; quia tunc teneretur pluribus obedire quod est impossibile, si contraria præciperent, vel incompossibilia: ergo non potest aliquis confiteri nisi proprio sacerdoti etiam ex superioris licentia.

¶ 4 Præt. Iniuriam sacramento facit qui sacramentū iterat super eadem materia, vel ad minus inutiliter facit: sed qui confessus est alij sacerdoti tenetur iterum confiteri proprio sacerdoti si petat: quia non est absolutus ab obedientia qua ei tenetur ad hoc, ergo non potest licitè fieri, quòd aliquis alij quàm proprio sacerdoti confiteatur.

¶ Sed contra, Ea, quæ sunt ordinis, possunt habenti similem ordinem committi ab eo, qui ea facere potest; sed superior, vt Episcopus, potest confessionem audire illius, qui est de parochia alicuius presbyteri: quia etiā quandoque aliqua sibi reseruat, cum sit principalior rector; ergo etiam potest committere alicui sacerdoti, ꝙ ipsum audiat.

¶ Præterea. Quicquid potest inferior potest superior sed ipse sacerdos potest suo parochiano dare licentiam, quòd alteri confiteatur: ergo multò fortiùs eius superior hoc potest.

¶ Præterea, Potestatem quam habet sacerdos in populo habet ab Episcopo: sed ex illa potestate potest confessionem audire: ergo & eadem ratione alius, cui episcopus potestatem concedit.

¶ Respondeo dicendum, quòd sacerdos aliquis potest dupliciter impediri ne alicuius confessionem audiat. Vno modo propter defectum iurisdictionis. Alio modo propter impedimentum executionis ordinis: sicut excommunicati, & degradati, & huiusmodi: quicūque autem iurisdictionem habet, potest ea quæ sunt iurisdictionis committere, & ideò si aliquis impediatur, quòd alterius confessionem audire non possit propter iurisdictionis defectum, potest sibi per quemcunque iurisdictionem habentem immediatam in illos committi, ꝙ confessionem audiat, & absoluat: siue per ipsum sacerdotem, siue per Episcopum, siue per Papam. Si autem propter executionis ordinis impedimentum audire non possit, potest sibi concedi, ꝙ confessionem audiat per eum, qui impedimentum remouere potest.

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ præiudicium non fit alicui, nisi ei subtrahatur quod est in fauorem eius indultum. Iurisdictionis autem potestas non est commissa alicui homini in fauorem suū, sed in vtilitatem plebis, & honorem Dei. Et ideò si superioribus prælatis expedire videatur ad salutem plebis, & honorem Dei promouendum, ꝙ alijs quæ sunt iurisdictionis, committāt: in nullo fit præiudicium inferioribus prælatis, nisi illis qui quærunt, quæ sua sunt, non quæ IESV Christi, & qui gregi præsunt, non vt eos pascant, sed vt ab eis pascantur.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ rector Ecclesiæ debet vultum pecoris sui cognoscere dupliciter. Vno modo ꝑ sollicitam exterioris conuersationis cōsideration em, qua inuigilare debet super gregem sibi commissum, & in hac cognitione non oportet, ꝙ credat subdito, sed certitudinem facti, inquantùm potest inquirat. Alio modo per cōfessionis manifestationem, & quantum ad hanc cognitionem non potest maiorem certitudinem accipere, quā vt subdito credat: quia hoc est ad subueniendum conscientiæ ipsius. Vnde in foro confessionis creditur homini, & pro se, & contra se, non autem in foro exterioris iudicij: & ideo ad hanc cognitionem sufficit, ꝙ credat subdito dicenti se alteri absoluere valenti fuisse confessum: & sic patet, quòd talis cognitio pecoris per priuilegium alteri indultum de confessione audienda non impeditur.

¶ Ad Tertiū dicendum, ꝙ inconueniens esset si duo æqualiter super eandem plebem constituantur: si autem inæqualiter, non est inconueniens, & secundum hoc super eandem plebem immediatè sunt, & sacerdos parochialis, & Episcopus, & Papa, & quilibet eorum potest ea quæ sunt iurisdictionis ad ipsum pertinentia alteri cōmittere. Sed si superior committat, qui & principalior est, dupliciter potest committere: aut ita ꝙ eum uice sui constituat, sicut Papa & Episcopus suos pœnitentiarios constituunt: & tūc talis est principalior, quàm inferior prælatus: sicut pœnitentiarius Papæ, quàm Episcopus, & pœnitentiarius Episcopi, quam sacerdos parochialis, & magis tenetur ei confitens obedire. Alio modo vt eum coadiutorem illius sacerdotis constituat, & quia coadiutor ordinatur ad eum, cui coadiutor datur, ideò coadiutor est minus principalis: & ideò pœnitens non tantùm obedire tenetur ei, quantùm proprio sacerdoti.

¶ Ad quartum dicendum, quòd nullus tenetur confiteri peccata, quæ non habet: & ideò si aliquis pœnitentiario Episcopi, vel alteri ab Episcopo commissionem habenti confessus fuerit, cùm sint sibi dimissa peccata, & quo ad Ecclesiam, & quo ad Deum, non tenetur ea, confiteri proprio sacerdoti quantumcùnque petat: sed propter statutum Ecclesiæ † de confessione facienda ꝓ prio sacerdoti semel in anno: eodem modo se debet habere, sicut & ille qui habet solùm venialia. Talis enim solùm venialia confiteri debet, vt quidam dicunt: vel profiteri se à peccato mortali immunem, & sacerdos ei in foro conscientiæ credere debet & tenetur. Si tamen iterū confiteri teneretur, non frustrà primò confessus fuisset, quia quantò pluribus sacerdotibus cōfiteatur quis, tantò plus de pœna remittitur ei: tum ex erubescentia confessionis, quæ in pœnam satisfactoriam computatur, tum ex vi clauium. Vnde toties posset confiteri, quòd ab omni pœna liberaretur, nec reiteratio facit iniuriam sacramēto, nisi in quo sanctificatio adhibetur, vel per characteris impressionem, vel per materiæ consecrationem, quorum neutrum est in pœnitentia: unde bonum est, quòd ille qui authoritate Episcopi confessionem audit, inducat confitentem, quòd confiteatur proprio sacerdoti, quòd si noluerit, nihilominus eum absoluere debet.

† In decret. tit. lib. 5. 38. c. 12.

ARTICVLVS VI.

¶ Vtrùm pœnitens possit in fine vitæ à quolibet sacerdote absolui.

D. Tho 4. dist. 20. q. vnica, ar. 1. q. 2. ar. præc. in cor.

AD sextum sic proceditur. Videtur quòd in fine vitæ pœnitens non possit à quolibet sacerdote absolui. Quia ad absolutionem requiritur aliqua iurisdictio, vt dictum est: * sed sacerdos non acquiritur

Universidad de Deusto
Biblioteca

iurisdictionem super illum, qui In fine uitæ pœnitet. ergo nemo potest eum absoluere.

¶ 2 Præt. Ille qui sacramentum Baptismi in articulo mortis ab alio, quàm proprio sacerdote recipit, non debet a proprio sacerdote iterum baptizari. Si ergo quilibet sacerdos in articulo mortis possit absoluere à quolibet peccato, non debet pœnitens, si euadit, ad suum sacerdotem recurrere, quod falsum est: quia aliàs sacerdos nó haberet cognitionem de vultu pecoris sui.

¶ 3 Præterea, In articulo mortis sicut licet alieno sacerdoti baptizare, ita etiam non sacerdoti: sed non sacerdos nunquam potest absoluere in foro pœnitentiali: ergo nec sacerdos in articulo mortis eum, qui non est sibi subditus.

¶ Sed contra, Necessitas spiritualis est maior, quàm corporalis: sed aliquis in necessitate vltima potest alio rum rebus, vti, etiam inuitis dominis ad subueniendum corporali necessitati: ergo & in articulo mortis ad subueniendum spirituali necessitati potest à non suo sacerdote absolui. Præterea, Ad idem sunt authoritates positæ in litera. *

* li. 4 sententi. di. 20.

¶ Respondeo dicendum, quòd quilibet sacerdos, quã tum est de virtute clauium, habet potestatem indifferenter in omnes, & quantum ad omnia peccata: sed q̃ non possit omnes ab omnib. peccatis absoluere: hoc est: quia per ordinationem Ecclesiæ habet iurisdictionem limitatam, vel omninò nullam habet: sed quia necessitas legẽ non habet, ideò quando necessitatis articulus imminet per ecclesiæ ordinationem non impeditur quin absoluere possit, ex quo habet claues etiam sacramentaliter, & tantum cõsequitur ex absolutione alterius sicut si à proprio sacerdote absoluceretur: nec solum a peccatis tũc potest à quolibet sacerdote absolui, sed etiam ab excommunicatione a quocunque sit lata: & hæc absolutio etiã ad iurisdictionem pertinet, quæ per legem ordinationis ecclesiæ coarctatur.

¶ Ad primum ergo dicendum, q̃ aliquis potest vti iurisdictione alterius ex eius uoluntate: quia ea quæ iurisdictionis sunt, committi possunt. Vnde quia Ecclesia accepta t, vt quilibet sacerdos absoluere possit in articulo mortis: ideo ex hoc ipso quis † vsum iurisdictionis habet, quamuis iurisdictione careat.

† Alias sẽdũ q̃d.

¶ Ad secundum dicendum: quòd non oportet eum recurrere ad proprium sacerdotem, vt iterum à peccatis absoluatur, à quibus in articulo mortis absolutus est: sed vt innotescat ei, quòd est absolutus. Nec similiter oportet, q̃ absolutus ab excommunicatione ad iudicem vadat, qui aliàs absoluere potuisset, absolutionem petens, sed satisfactionem offerens.

¶ Ad tertium dicendum, quòd baptismus habet ex ipsa sanctificatione materiæ efficaciam: & ideò à quocunque conferatur alicui, ille sacramentum recipit: sed vis sacramentalis pœnitentiæ consistit in sanctificatione ministri: & ideò ille qui laico confitetur quamuis impleat quod ex parte sua est de sacramentali confessione tamen sacramentalem absolutionem non consequitur: & ideò aliquid valet ei quãtum ad diminutionem pœnæ quæ sit per confessionis meritum & pœnam: sed non cõsequitur diminutionem illam pœnæ quæ est ex vi clauiũ: & ideò oportet, q̃ iterum sacerdoti confiteatur, & magis sic confessus decedens punitur post hanc vitã, quàm si sacerdoti fuisset confessus.

ARTICVLVS VII.

¶ Vtrum pœna taxetur secundum quantitatem culpæ.

D. Tho. 4. dist. 20. q. ar. 1. q. 1.

AD septimum sic proceditur. Videtur quòd pœna temporalis, cuius reatus post pœnitentiam manet, non taxetur secundum quantitatẽ culpæ. Taxatur enim secundum quantitatem delectationis, quæ fuit in peccato, vt patet Apoc. 18. Quantum glorificauit se, & in delitijs fuit, tantùm date illi tormentum, & luctum: sed quandoque vbi est maior delectatio, ibi est minor culpa: quia peccata carnalia plus habent delectationis, quàm spiritualia, secundum Greg. ergo pœna non taxatur secũdum quantitatem culpæ.

¶ 2 Præt. Eodem modo aliquis obligatur per peccata mortalia in nostra legẽ & in veteri: sed in ve. le. debebatur pro peccatis pœna septem dierum, vt scilicet septem diebus immundi essent: cum ergo in nouo Testamento imponitur pœna septennis pro uno peccato mortali, videtur quòd quantitas pœnæ non respiciat quantitatem culpæ.

¶ 3 Præterea, Maius est peccatum homicidij in laico quàm fornicationis in sacerdote: quia circunstantia, quæ sumitur ex specie peccati, magis aggrauat, quàm quæ sumitur ex conditione personæ; sed laico pro homicidio imponitur septennis pœnitentia, * sed sacerdoti pro fornicatione decem annorum secundum Can. † ergo pœna non taxatur secundum quantitatem culpæ.

* Vt dẽ in Decr dist. 50 c 42.
† Vt hẽin Decr dist. 82. c 5. in princ.

¶ 4 Præt. Maximum peccatum est, quòd in ipsum corpus Christi committitur q̃ quia tantò grauius quis peccat, quantò maior est ille quem peccatur: sed pro effusione sanguinis Christi in sacramento altaris contenti iniungitur, taptum penitentia quadraginta dierum, * vel parum amplius; pro fornicatione autem simplici iniungitur penitentia septennis secundum Can. † ergo quantitas pœnæ non respondet quantitati culpæ.

* Vt dẽ de consecrdi. 2. c. 27.
† Vt hẽ in Decr dist. 86 c. 5.

¶ Sed contra Isa. 27. In mensura contra mensuram cùm abiecta fuerit iudicabis eam: ergo quantitas iudicij punitionis peccati est, secundum quantitatem culpæ.

¶ Præ. Homo reducitur ad æqualitatem iustitiæ per pœnitentiam inflictam: sed hoc non esset si quantitas culpæ & pœnæ non sibi responderent: ergo vnum alteri respondet.

¶ Respondeo dicendũ, quòd pœna post dimissionem culpæ exigitur ad duo, scilicet ad debitum soluendum, & ad remedium præstandum. Potest ergo taxatio pœnæ cõsiderari quantum ad duo. Primò quantum ad debitum: & sic quantitas pœnæ radicaliter respondet quantitati culpæ antequam de ea aliquid dimittatur: secundum tamen quod per primum eorum, quæ pœnam nata sunt remittere, plus remittitur, secundum hoc per aliud minus remittendum vel soluendum restat: quia quantò per cõtritionem plus de pœna dimissum est, tantò per confessionem minus dimittendum restat. Secundò quantum ad remedium vel illius, qui peccauit, vel aliorum: & sic quandoque pro minori peccato iniungitur maior penitentia: vel quia peccato unius difficilius potest resisti, quam peccato alterius: sicut iuueni imponitur pro fornicatione maior pœna, quam seni, quamuis minus peccet: vel quia in eo peccatum est periculosius, sicut in sacerdote quam in alio: vel quia multitudo magis prona est ad id peccatum: & ideò per pœnam unius, alij sunt exterrendi. Pœna ergo in solo pœnitentiæ quantum ad vtrumque taxanda est: & ideò nõ semper pro maiori peccato maior pœna imponitur. Sed pœna purgatorij solũ est ad soluendum debitum, quia vlterius non manet locus peccandi: & ideò illa pœna taxatur solùm secundum quantitatẽ, & confessione & absolutione, quia per omnia hæc de pœna aliquid dimittitur: vnde etiam a sacerdote, iniungendo satisfactionem, sunt consideranda.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd in verbis illis duo tanguntur ex parte culpæ, scilicet glorificatio & deliciæ cita, in arg. quorum primum pertinet ad elationẽ peccantis, qua Deo resistit. Secundum ad delectationẽ peccati, quamuis autem sit minor delectatio quandoque in maiori culpa, tamen est ibi semper maior elatio, & ideò ratio non procedit.

¶ Ad secundum dicendum, quòd illa pœna septem dierum non erat expiatiua a pœna debita peccato. Vnde etiam

de etiam si post illos dies moreretur, in purgatorio puniretur: sed expiabat ab irregularitate, à qua omnia sacrificia legalia expiabant. Nihilominus tamen cæteris paribus plus peccat homo in noua lege quàm in veteri, propter sanctificationem ampliorem, qua sanctificatur in Baptismo, & propter beneficia Dei potiora humano generi exhibita: & hoc patet ex hoc, quod dicitur Heb. 10. Quãto magis putatis deteriora mereri supplicia, &c. Nec tamen hoc verum est vniuersaliter, quòd exigatur pro quolibet peccato mortali septennis pœnitentia, sed hoc est quia quædam regula communis, vt in pluribus competens, quam tamen oportet dimittere consideratis diuersis peccatorum circunstantiis.

¶ Ad tertium dicendum, quòd Episcopus vel sacerdos cum maioti periculo suo & aliorum peecat: & ideo solicitus retrahunt eum Canones à peccato, quã alios, maiorem pœnam iniungendo, secundum quòd est in re medium: quamuis quandoque non debeatur tanta ex debito. Vnde in purgatorio non tanta ab eo exigitur.

¶ Ad quartum dicendum, q̃ pœna illa est intelligẽda, quando nolente sacerdote hoc accidit. Si enim sponte ef funderet, multò grauiori pœna dignus esset.

QVAEST. IX.

De qualitate confessionis, in quatuor articulos diuisa.

EINDE considerandum est de qualitate cõfessionis. Circa quod quærũntur quatuor.

¶ Primò, Vtrùm confessio possit esse informis.

¶ Secundò, Vtrùm oporteat confessionem esse integram.

¶ Tertiò, Vtrùm possit aliquis per alium, vel per scriptum confiteri.

¶ Quartò, Vtrùm illæ conditiones, quæ à magistris assignantur, ad confessionem requirantur.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrùm confessio possit esse informis.

D Tho. 4. di. 17. q. 3 ar. 4. q. 1. & seq.

AD Primum sic proceditur. Videtur, quòd confessio non possit esse informis: dicitur enim Eccle. 17. A mortuo, velut qui non est, * perit confessio: sed ille qui non habet charitatem, est mortuus, quia ipsa est anima vita; ergo absque charitate non potest esse confessio.

* Alias, à mortuo quasi nihil.

¶ 2 Præt. Confessio diuiditur contra contritionem, & satisfactionem: sed contritio & satisfactio nunquam possunt extra charitatem fieri: ergo nec confessio,

¶ 3 Præt. In confessione oportet q̃ os cordi cõcordet, quia hoc ipsum nomen confessionis requirit: sed ille qui adhuc manet in affectu peccati quod confitetur, non habet cor ori conforme: quia corde peccatum tenet, quod ore damnat. ergo talis non confitetur.

¶ Sed contra, Quilibet tenetur ad confessionem mortalium: sed si aliquis semel confessus est etiam in mortali existens, non tenetur vlterius ad confitendum ea peccata: quia cum nullus sciat se charitatem habere, nullus sciret se confessum fuisse: ergo non est de necessitate confessionis, quòd sit charitate formata.

¶ Respondeo dicendum, quòd confessio est actus virtutis, & pars sacramenti: secundum autem quòd est actus virtutis, est actus meritorius propriè, & sic confessio non valet sine charitate, quæ est principium merendi: sed secundum quòd est pars sacramenti, sic ordinat confitentem ad sacerdotem, qui habet claues Ecclesiæ, qui per confessionem confitentis conscientiam cognoscit, & secundum hoc confessio potest esse etiam in eo, qui non est contritus: quia potest peccata sua confiteri sacerdoti, & clauibus Ecclesiæ se subiicere, & quãuis, tunc non percipiat absolutionis fructum, tamen recedente fictione percipere incipiet: sic ut etiam in aliis sacramentis. Vnde non tenetur iterare cõfessionem qui fictus accedit, sed tenetur postmodum fictionem suam confiteri.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd authoritas illa intelligenda est quantum ad fructum confessionis percipiendum, quem nullus extra charitatem existens percipit.

¶ Ad secundum dicendum, quòd contritio & satisfactio fiunt Deo, sed confessio fit homini: & ideo de ratione contritionis & satisfactionis est, quòd homo sit Deo per charitatem vnitus, non autem de ratione confessionis.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ille qui peccata quæ habet narrat, verè loquitur: & sic cor concordat voci vel verbis quantum ad substantiam confessionis, quamuis discordet à confessionis fine.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrùm oporteat confessionem esse integram.

AD secundum sic proceditur. Videtur quòd non oporteat confessionem esse integram: vt scilicet omnia peccata vni sacerdoti confiteatur aliquis. Quia erubescentia facit ad diminutionem pœnæ: sed quanto pluribus sacerdotibus quis confitetur, tanto maiorem erubescentiam patitur: ergo fructuosior est confessio si pluribus sacerdotibus diuidatur.

¶ 2 Præt. Confessio ad hoc necessaria est in pœnitentia, vt pœna secundum arbitrium sacerdotis peccato taxetur: sed sufficiens pœna potest imponi à diuersis sacerdotibus de diuersis peccatis: ergo non oportet uni sacerdoti omnia peccata confiteri.

¶ 3 Præt. Potest contingere q̃ post confessionem factã & satisfactionem perfectam recordetur quis alicuius peccati mortalis, quoddum cõfitebatur, in memoria nõ habebat, & tunc copiam proprii sacerdotis, cui primò confessus fuerat habere non poterit: ergo poterit id solum peccatum alteri confiteri: & sic diuersa peccata diuersis sacerdotibus confitebitur.

¶ 4 Præt. Sacerdoti non debet fieri confessio de peccatis nisi propter absolutionem: sed quandoque sacerdos qui confessionem audit, potest de quibusdam peccatis absoluere, non de omnibus: ergo ad minus in tali casu non oportet quòd confessio sit integra.

¶ Sed contra, Hypocrisis est impedimentum pœnitentiæ: sed diuidere confessionem ad hypocrisim pertinet vt Aug. * dicit: ergo confessio debet esse integra.

* In lib. de vera & fal. pœ. c. 15. a med.

¶ Præt. Confessio est pœnitentiæ pars: sed pœnitentia debet esse integra, vt in 4. sent. Magister dicit: * ergo & confessio.

* li. 4. sen. dist. 15. §. fi.

¶ Respondeo dicendũ, q̃ in medicina corporali oportet q̃ medicus non vnum solũ morbum, contra quẽ medicinam dare debet cognoscat, sed etiam vniuersaliter totam habitudinem ipsius infirmi, eo q̃ unus morbus ex adiunctione alterius aggrauatur, & medicina quæ vni morbo competeret, alteri nocumentũ præstaret, & similiter est in peccatis, quia unũ aggrauatur ex adiunctione alterius, & illud quod uni peccato esset conueniens medicina, alteri incentiuũ præstaret, cum quandoq; aliquis contrariis peccatis infectus sit, vt Grego. in Paste. docet, & ideo de necessitate confessionis est, q̃ homo omnia peccata confiteatur quæ in memoria habet, quod si non faciat, non est confessio, sed confessionis simulatio.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd etsi erubescentia fit multiplicior quando diuidit diuersa peccata diuersis; tamen omnes simul non sunt ita magnæ erubescentiæ, sicut illa vna, qua quis omnia sua peccata simul confitetur, quia usum peccatum per se consideratũ non demonstrat ita malam dispositionem peccantis, sicut qñ

Universidad de Deusto
Biblioteca

est cum pluribus aliis consideratum: quia in vnum pœcatum aliquis quandoque ex ignorantia vel infirmitate labitur; sed multitudo peccatorum demonstrat malitiã peccantis, vel magnam corruptionem eiusdem.

¶ Ad secundum dicendum, quòd pœna à diuersis sacerdotibus imposita non esset sufficiens: quia quilibet consideraret unum tantum peccatum per se, & non grauitatem ipsius quam habet ex adiunctione alterius, & quandoque pœna quæ contra vnum peccatum daretur esset promotiua alterius peccati: & præterea sacerdos confessionem audiens, vicem Dei gerit: & ideo debet ei fieri hoc modo confessio, sicut fit Deo in contritione. Vnde sicut non esset contritio, nisi quis de omnibus peccatis conterere tur, ita non esset confessio, nisi quis de omnib. quæ memoriæ occurrerint confiteatur.

¶ Ad tertium dicendum. quòd quidam dicunt, quòd quando aliquis recordatur eorũ, quæ prius oblitus erat, debet etiam ea quæ prius confessus fuit confiteri, & præcipuè si non potest eundem habere, cui ante confessus fuerat. qui omnia cognoscit, vt totius culpæ quantitas vni sacerdoti innotescãt. Sed hoc non vr̃ necessariũ, quia peccatum habet quantitatem & ex ipso, & ex adiunctione alterius peccatorum autem, de quibus confessus est, manifestauit quantitatem. quam ex seipsis habent: ad hoc autem quòd sacerdos vtramque quantitatem huius peccati, cuius fuerat oblitus, cognoscat, sufficit quòd hoc pecca tum confitens dicat explicitè, & alia in generali: dicendo, quòd cum alia multa confiteretur, huius oblitus fuit.

¶ Ad quartum dicendum, quòd etiam si sacerdos non de omnibus possit absoluere, tamen tenetur sibi omnia confiteri, ut quantitatem totius culpæ cognoscat, & de illis de quibus non potest absoluere, ad superiorem remittat.

ARTICVLVS III.

¶ *Vtrùm quis possit per alium, vel per scriptum confiteri.*

37 AD tertium sic proceditur. Videtur quòd possit per alium quis confiteri: vel per scriptum: quia confessio necessaria est ad hoc vt conscientia pœnitentis sacerdoti pandatur. sed homo potest per alium, vel per scriptum suam conscientiam sacerdoti manifestare. ergo sufficit per alium, vel per scriptum confiteri.

¶ 2 Præterea, Quidam non intelliguntur à proprijs sacerdotibus propter linguæ diuersitatem, & tales non possunt nisi per alios confiteri. ergo non est de necessitate sacramenti, q̃ per seipsum quis confiteatur: & ita videtur q̃ si per alium quis confessus fuerit qualitercunque, sufficiat ei ad salutem.

¶ 3 Præterea, De necessitate sacramenti est, quòd homo proprio sacerdoti confiteatur, vt ex dictis patet: sed aliquando proprius sacerdos est absens, cui non potest pœnitens propria voce loqui, posset autem per scriptum ei suam conscientiam manifestare. ergo videtur quòd per scriptum ei suam conscientiam transmittere debeat.

¶ Sed contra, Homo ad confessionem peccatorum, sicut ad confessionem fidei obligatur: sed confessio fidei ore est facienda, ut patet Ioan. 10. ergo & confessio peccatorum.

¶ Præt. Qui per seipsum peccault, per seipsum debet pœnitere: sed confessio est pœnitentiæ pars. ergo pœnitens debet confiteri propria voce.

¶ Respondeo dicendum, quòd confessio non solum est actus virtutis, sed etiam pars sacramenti: quamuis autem ad eam, secundum quòd est actus uirtutis, sufficeret qualitercunque fieret, & si non esset tanta difficultas in uno modo sicut in alio: tamen secundum quòd est pars sacramenti, habet determinatum actum, sicut & alia sacramenti habent determinatam materiam, & sicut in baptismo ad significandam interiorem ablutionem, assumitur illud elementum, cuius est maxima vis * in abluendo. ita in actu sacramenti confessionis ad manifestandũ ordinatè assumitur ille actus, quo maximè consueuimus manifestare. s. proprium verbum. Alii enim modi sunt inducti in supplementum istius.

* Alias, maximus usus.

¶ Ad primum ergo dicẽdum, quòd sicut in baptismo non sufficit qualitercunque abluere, sed per elemẽtum determinatum: ita nec in pœnitentia sufficit qualitercunque peccata manifestare, sed oportet quòd per actum determinatum manifestentur.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ in eo qui vsum linguæ non habet, sicut est mutus, vel qui est alterius linguæ, sufficit quòd per scriptum, aut per nutum, aut interpretem, confiteatur: quia non exigitur ab homine plus quã possit, quamuis homo non possit, vel debeat Baptismũ accipere, nisi in aqua, quia aqua est omnino ab exteriori; & nobis ab alio exhibetur: sed actus confessionis est ab intra & à nobis: & ideo quando non possumus uno modo, debemus secundum quòd possumus confiteri.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ in absentia proprii sacerdotis potest etiam laico fieri confessio; & ideo non oportet q̃ per scriptum fiat: quia plus pertinet ad necessitatem confessionis actus, quàm ille, cui fit confessio.

ARTICVLVS IIII.

¶ *Vtrùm sedecim conditiones assignatæ requirantur ad confessionem.*

AD quartum sic proceditur. Videtur q̃ sedecim illæ conditiones, quæ à magistris assignantur. his versibus contentæ, non requirantur ad confessionem:

Sit simplex, humilis confessio, pura, fidelis.
Atq; frequens, nuda, discreta, libens, verecunda,
Integra, secreta, lachrymabilis, accelerata,
Fortis & accusans, & sit parere parata.

Fides enim & simplicitas, & fortitudo sunt per se virtutes: ergo non debent poni per se conditiones confessionis.

¶ 2 Præt. Purum est quod non habet permixtionem: similiter simplex cõpositionem & permixtionem auferet: ergo superfluè vtrumque ponitur.

¶ 3 Præt. Peccatum semel commissum nullus tenetur confiteri nisi semel, ergo si homo peccatum non iterat, non oportet quòd sit frequens.

¶ 4 Præt. Confessio ad satisfactionem ordinatur, sed satisfactio quandoque est publica: ergo & confessio non semper debet esse secreta.

¶ 5 Præt. Illud quod non est in potestate nostra, nõ requiritur à nobis: sed lachrymas emittere, non est in potestate nostra: ergo non requiritur à confitente.

¶ Sed contra est magistrorum assignatio.

¶ Respondeo dicendum, q̃ dictarum conditionũ quædam sunt de necessitate confessionis, quædã de bene esse ipsius. Ea autẽ quæ sunt de necessitate confessionis, vel cõpetunt ei secundum q̃ est actus virtutis; vel secundũ q̃ est pars sacri. Si primo modo, aut rõne virtutis in genere, aut rõne spãlis uirtutis, cuius est actus, aut ex ipsa rõne actus. Virtutis aũt in genere sunt quatuor conditiones: vt in 2. Eth. dr̃. Prima est, vt aliquis sit sciens: & quãtum ad hoc dr̃ quod cõfessio dẽt esse discreta, secundũ q̃ in actu ois virtutis prudentia requirit: est aũt hæc discretio, ut maiora cũ maiori pondere confiteat. Secunda cõditio est, ut sit eligens, quia actus virtutũ debẽt esse volũtarii, & quantũ ad hoc dr̃, libens. Tertia cõdõ est ut p̃p hoc, s. debitũ finẽ operetur: & quantum ad hoc dr̃ q̃ debet esse pura, vt s. recta sit intentio. Quarta est, ut immobiliter operetur: & quantum ad hoc dr̃ q̃ debet esse fortis: vt s. propter verecundiam veritas non dimittat. Est aũt confessio actus uirtutis pœnitẽtiæ, quæ quidẽ primo

initium

Initium sumit in horrore turpitudinis peccati: & quantũ ad hoc confessio debet esse verecunda: vt scilicet non se iactet de peccatis propter aliquam seculi vanitatem admixtam. Secundò progreditur ad dolorem de peccato commisso: & quantum ad hoc dicitur quod debet esse lachrymabilis. Tertiò, in abiectione sui terminatur, & quantum ad hoc debet esse humilis, vt se miserum confiteatur & infirmum. Sed ex propria ratione huiusmodi actus, qui est confessio, habet quòd sit manifestativa, quæ quidem manifestatio per quatuor impediri potest. Primo, per falsitatem, & quãtum ad hoc dicitur quod debet esse fidelis, idest vera. Secundò per obscuritatẽ verborum: & contra hoc dicitur nuda, vt non inuoluat obscuritatem verborum. Tertiò, per verborum multiplicationem: & propter hoc dicitur, simplex, vt non recitet in confessione, nisi quod ad quantitatem peccati pertinet. Quartò per subtractionem vt scilicet non subtrahatur aliquid de his quæ manifestanda sunt, & contra hoc dicitur, integra. Secundum autem, q̃ confessio est pars sacramenti, sic concernit iudicium sacerdotis, qui est minister sacramenti. Vnde oportet q̃ sit accusans ex parte confitentis, parere parata per comparationem ad sacerdotem. Secreta quantum ad conditionem fori, in quo de occultis conscientiæ agitur. Sed de bene esse confessionis est, q̃ sit frequens, & quòd sit accelerata, vt scilicet statim confiteatur.

¶ Ad primum ergo dicendum, q̃ non est inconueniẽs q̃ cõditio vnius virtutis in actu alterius inueniatur, qui ab ipsa imperatur, vel quia medium quod est vnius virtutis, principaliter etiam aliæ virtutes per participationem habent.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ hæc conditio pura intentionis excludit peruersitatem, à qua homo mundatur, si simpliciter alieni admixtionem excludit.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ hoc non est de necessitate confessionis, sed de bene esse.

¶ Ad quartum dicendum, q̃ propter scandalum aliorum qui possunt ex peccatis auditis ad malum inclinari: non debet confessio fieri in publico, sed in occulto, ex pœna autem satisfactoria non scandalizatur ita aliquis: quia quandoque pro paruo, vel nullo similia opera satisfactoria fiunt.

¶ Ad quintum dicendum, q̃ intelligendum est de lachrymis mentis.

QVAEST. X.

De effectu confessionis, in quinque articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de effectu confessionis.

Circa quod quærũntur quinque

¶ Primò, vtrùm confessio liberet a morte peccati.

¶ Secundò, vtrùm confessio liberet aliquo modo à pœna.

¶ Tertiò, vtrùm confessio aperiat paradisum.

¶ Quartò, vtrùm confessio tribuat spem salutis.

¶ Quintò, vtrùm confessio generalis deleat peccata mortalia præterita.

ARTICVLVS I.

¶ *Vtrùm confessio liberet à morte peccati*

AD primum sic proceditur. Videtur quòd confessio non liberet à morte peccati. Confessio enim contritionem sequitur, sed contritio sufficienter delet culpam, ergo confessio non liberat à morte peccati.

¶ 2 Præt. Sicut mortale est culpa, ita etiam veniale, sed per confessionẽ fit veniale qd prius fuit mortale, vt in litera dicitur, * ergo per confessionem non remitti-

39 *D. Tho. ubi supr. ar. 5. & q. 7. & seq. & li 4. sen. dist. 17. §. D. à me.

tur culpa, sed culpa in culpam mutatur.

¶ Sed contra, Confessio est pars pœnitentiæ sacramenti, sed pœnitentia à culpa liberat; ergo & confessio.

¶ Respondeo dicendum, q̃ pœnitentia inquantum est sacramentum, præcipuè in confessione perficitur: quia per eã homo ministris Ecclesiæ se subdit, qui sunt sacramentorũ dispensatores. Contritio enim votum cõfessionis annexum habet, & satisfactio pro iudicio sacerdotis, cui fit confessio, taxatur; & quia in sacramento Pœnitentiæ gratia infunditur, per quam fit remissio peccatorum, sicut in Baptismo; ideò eo modo confessio ex vi absolutionis conjunctæ remittit culpam, sicut & Baptismus. Liberat enim Baptismus à morte peccati non solùm secundum q̃ actu percipitur, sed etiam secundũ q̃ in voto habetur: sicut patet in illis, qui iam sanctificati ad Baptismum accedunt: & si aliquis impedimentum non præstaret ex ipsa collatione Baptismi, gratiam consequeretur remittentem peccata, si prius ei remissa nõ fuissent. Et similiter dicendum est de confessione adiuncta absolutioni; quia secundum q̃ in voto pœnitentis præcessit, à culpa liberauit. Postmodum autem in actu confessionis & absolutionis gratia augetur, & etiam remissio peccatorum daretur, si præcedens dolor de peccatis non sufficiens ad contritionem fuisset, & ipse tunc obicem gratiæ non præberet. Et ideo sicut de Baptismo dicitur q̃ liberat à morte, ita etiam de confessione dici potest.

¶ Ad primum ergo dicendum, q̃ contritio habet votum confessionis annexum: & ideo eo modo liberat à culpa pœnitentes, sicut desideriũ Baptismi baptizãdos.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ veniale non sumitur ibi pro culpa, sed pro pœna de facili expiabili: vnde non sequitur quod culpa in culpam conuertatur, sed pœnitus annihilatur. Dicitur enim veniale tripliciter. Vno modo ex genere, sicut verbum otiosum. Alio modo ex causa, id est veniæ causam in se habens, sicut peccatum ex infirmitate. Alio modo ex euẽtu, sicut accipitur hic, quia per confessionem hoc euenit, q̃ de culpa præterita homo veniam consequatur.

ARTICVLVS II.

¶ *Vtrùm confessio liberet aliquo modo à pœna.*

AD secundum sic proceditur. Videtur quòd confessio non liberet aliquo modo à pœna: quia peccato non debetur nisi pœna æterna, vel temporalis: sed pœna æterna per contritionem dimittitur: pœna autem temporalis per satisfactionem, ergo per confessionem nihil dimittitur de pœna.

¶ 2 Præt. Voluntas pro facto reputatur, vt in litera* dicitur: sed ille qui contritus est habitus propositum cõfitendi. Ergo tantùm valuit sibi sicut si fuisset confessus: & ita per confessionem, quam postea facit nihil ei de pœna dimittitur.

*li. 4. sen. dist. 17. §. A. ante med. ex Cass. sup pãl. 31.

¶ Sed contra, Pœnam habet confessio: sed per omnia opera pœnalia expiatur pœna peccato debita: ergo & per confessionem.

¶ Respondeo dicendum, q̃ confessio simul cum absolutione habet uim liberandi à pœna dupliciter. uno modo ex ipsa vi absolutionis; & sic quidem liberat in voto existens à pœna æterna: sicut etiam à culpa, quæ quidem pœna est condemnans, & ex toto exterminãs: à qua homo liberatus, adhuc manet obligatus ad pœnam temporalem, secundum q̃ pœna est medicina purgãs & promouens: & hæc pœna restat in purgatorio patienda etiã his, qui à pœna inferni liberati sunt, quæ quidem pœna est improportionata viribus pœnitentis in hoc mundo viuentis: sed per vim clauium intantùm minuitur, quòd proportionata viribus pœnitentis remanet, ita q̃ satisfaciẽ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

faciendo, se in hac vita purgare potest. Aliomodo diminuit pœnam ex ipsa natura actus confitentis, qui habet pœnam erubescentiæ annexam: & ideò quanto aliquis pluries de ipsis peccatis confitetur, tanto magis pœna minuitur.

¶ Et per hoc patet responsio ad primum.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ voluntas pro facto non reputatur in his quæ sunt ab alio, sicut est de Baptismo. Non enim tantum valet voluntas suscipiendi Baptismum sicut ipsius suscepto; sed reputatur voluntas pro facto in his quæ sunt omnino ab homine: & iterum quantùm ad præmium essentiale, non autem quantum ad pœnæ remotionem, & huiusmodi: respectu quorum attenditur meritum accidentaliter & secundariò. & ideo confessus, & absolutus, minùs in purgatorio punietur, quàm contritus tantùm.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrùm confessio aperiat paradisum.

41 AD tertium sic proceditur. Videtur q̃ confessio non aperiat paradisum, quia diuersorum diuersi sunt effectus: sed aperitio paradisi effectus est baptismi: ergo non est effectus confessionis.

¶ 2 Præt. In id quod clausum est, ante apertionem intrari non potest: sed ante confessionem moriens intrare paradisum potest. ergo confessio non aperit paradisum.

¶ Sed contra, Confessio facit hominem subijci clauibus Ecclesiæ: sed per eas aperitur paradisus. ergo & per confessionem.

¶ Respondeo dicendum, q̃ à paradisi introitu prohibetur aliquis per culpam & reatum pœnæ: & quia huiusmodi impedimenta confessio amouet, vt ex dictis patet, *ideò dicitur paradisum aperire.

*in duob. ar præce.

¶ Ad primum ergo dicendum, q̃ quamuis Baptismus & pœnitentia sint diuersa sacramenta, tamen agunt in vi vnius passionis Christi, per quam aditus paradisi est apertus.

¶ Ad secundù dicendum, q̃ ante votum confessionis paradisus clausus erat peccanti mortaliter, quamuis postea per contritionem votum confessionis importantem apertus sit, etiam ante confessionem actualiter factam, non tamen obstaculum reatus est totaliter amotum ante confessionem & satisfactionem.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrùm confessio spem tribuat salutis.

42 AD quartum sic proceditur. Videtur q̃ effectus confessionis poni non debeat, q̃ tribuat spē salutis: quia spes ex omnibus meritorijs actibus prouenit: ergo non videtur esse proprius effectus confessionis.

¶ 2 Præt. Per tribulationem ad spem peruenimus, vt patet Rom. 5. sed tribulationem homo præcipuè in satisfactione sustinet: ergo tribuere spem saluris magis est satisfactionis, quàm confessionis.

¶ Sed contra, Per confessionem homo fit humilior & mitior, sicut in litera Magister. * dicit: sed per hoc homo accipit spem salutis: ergo confessionis effectus est tribuere spem salutis.

*II. 4. di. 17 in fi.

¶ Respondeo dicendum, quòd spes remissionis peccatorum non est nobis nisi per Christum, & quia homo per confessionem se subijcit clauibus Ecclesiæ ex passione Christi virtutem habentibus: ideò dicitur q̃ confessio spem salutis tribuit.

¶ Ad primum ergo dicendum, q̃ ex actibus non potest esse spes salutis principaliter, sed ex gratia Redemptoris: & quia confessio gratiæ Redemptoris innititur, ideò spem salutis tribuit, non solùm vt actus meritorius sed vt pars sacramenti.

¶ Ad secundum dicendum, quòd tribulatio spem salutis tribuit per experimentum propriæ virtutis, & purgationem à pœna; sed cõfessio etiã modo prædicto.*

*in cor. a.

ARTICVLVS V.

¶ Vtrùm confessio generalis sufficiat ad delenda mortalia oblita.

43 D. Th. 4. di. 21 q. 2 ar. 2. AD Quintum sic proceditur. Videtur q̃ confessio generalis non sufficiat ad delendum peccata mortalia oblita. Peccatum enim per confessionem deletum, non est necesse iterum confiteri: si ergo peccata oblita per confessionem generalem dimitterentur, non esset necessarium quod cùm ad notitiam redeunt, aliquis ea confiteretur.

¶ 2 Præt. Quicunque non est conscius sui peccati, vel non habet peccatum, vel est oblitus sui peccati: si ergo per generalem confessionem peccata mortalia oblita dimittuntur, quicunque non est sibi conscius de aliquo peccato mortali, per generalem confessionem potest esse certus quòd sit immunis à peccato mortali: quod est contra Apostolum 1. Cor. 4. Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum.

¶ 3 Præt. Nullus ex negligentia reportat commodum sed non potest esse sine negligentia, q̃ aliquis peccatum mortale obliuiscatur antequàm ei dimittatur: ergo non reportat ex hoc tale commodum, q̃ sine speciali confessione de peccato ei dimittatur.

¶ 4 Præt. Magis est elongatum à cognitione confitentis id quod est omnino ignoratum, quàm illud cuius est oblitus: sed peccata per ignorantiam commissa generalis confessio non delet: quia tunc hæretici qui nesciunt aliqua peccata, in quibus sunt, esse peccata; aut etiam aliqui simplices per generalem confessionem absolueretur, quod falsum est: ergo generalis confessio non tollit peccata oblita.

¶ Sed contra Psal. 33. dicitur. Accedite ad eum, & illuminamini, & facies vestræ non confundentur, sed ille qui confitetur omnia quæ scit, accedit ad Deum quantùm potest; solus autem ab eo requiri non potest: ergo non confunditur, vt repulsam patiatur, sed veniam consequitur.

¶ Præterea. Ille qui confitetur, veniam consequitur, nisi sit fictus: sed ille, qui confitetur omnia peccata, quæ in memoria habet, aliquorum oblitus, non ex hoc est fictus: quia ignorantiam facti patitur, quæ à peccato excusat: ergo veniam consequitur & sic peccata, quæ oblita sunt relaxantur, cùm impium sit dimidiam sperare veniam. †

†Alias, sub luem.

¶ Respondeo dicendum, q̃ confessio operatur præsupposita contritione, quæ culpam delet: & sic confessio directè ordinatur ad dimissionem pœnæ, q̃ quidem facit ex erubescentia, quam habet, & ex vi clauium, quibus se confitens subijcit. Contingit autem quandoque, q̃ per contritionem præcedentem peccatum aliquod deletum est, quoad culpam, siue in generali, si eius memoria tùc non habebatur; siue in speciali, & tunc quando confitens alicuius peccati oblitus est, confessio generalis sacramentalis operatur ad dimissionem pœnæ ex vi clauium, quibus se confitens subijcit, nullum obstaculum quantum in ipso est ponens; sed ex illa parte quæ erubescentia confessionis peccati, pœnam minuebat, pœna ipsius, de quo quis specialiter coram sacerdote non erubuit, non est diminuta.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd in confessione sacerdotali: † non solùm requiritur absolutio, sed iudicium sacerdotis satisfactionem imponentis: & ideo quà uis iste absolutione sit functus, tamen tenetur confiteri, vt suppleatur quod defuit sacramentali confessioni.

†Alias, sacramentali.

¶ Ad secundum dicendum, quòd confessio non operatur (vt dictum est) nisi contritione præsupposita, de qua quando vera fuit, non potest aliquis scire: sicut nec scire potest, an gratiæ habeat plenitudinem: & ideò non potest scire per certitudinem, vtrùm per confessionem generalem sit sibi peccatum oblitum dimissum quamuis possit per coniecturas aliquas existimare.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ iste non reportat commodum ex negligentia, quia non ita plenam remissionem consequitur, sicut alias consequutus fuisset: nec tantum meretur, & tenetur iterum cõfiteri, cùm ad memoriam peccatum venerit.

¶ Ad quartum dicendum, quòd ignorantia iuris non excusat, quia ipsa peccatum est, sed ignorantia facti excusat. Vnde aliquis de hoc quòd non confitetur peccata, quia nescit esse peccata propter ignorantiam iuris diuini, non excusatur à fictione, excusaretur autem, si nesciret ea esse peccata propter ignorantiam particularis circunstantiæ: sicut si cognouit alienam, quam credidit esse suam. Sed obliuio de actu peccati habet ignorantiam facti, & ideò excusat à peccato fictionis in confessione, quod fructum absolutionis & confessionis impedit.

QVAEST. XI.

De sigillo confessionis, in quinque articulos diuisa.

DEINDE quæruntur de sigillo confessionis.

¶ Et circa hoc quæruntur quinque.

¶ Primò, vtrum in quolibet casu teneatur homo celare ea, quæ habet sub sigillo confessionis.

¶ Secundò, vtrum sigillum confessionis se extendat ad alia, quàm illa quæ habita sunt de confessione.

¶ Tertiò, vtrum solus sacerdos sigillum confessionis habeat.

¶ Quartò, vtrum de licentia confitentis possit sacerdos eius delictum, quod habet sub sigillo confessionis alteri prodere.

¶ Quintò, vtrùm teneatur illud celare, etiam si aliterea nouerit.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrùm in quolibet casu sacerdos teneatur celare peccata, quæ sub sigillo confessionis nouit.

44 D. Tho. 4. di. 21 q. 3. artic. 1 & seq. *In lib. de dispen. & præcept. non remotè à prin.

AD Primum sic proceditur. Videtur quòd non in quolibet casu teneatur sacerdos celare peccata quæ sub sigillo confessionis nouit: quia sicut dicit Ber. * Quod est institutum pro charitate, contra charitatem non militat: sed celatio confessionis in aliquo casu contra charitatem militaret: sicut si aliquis in confessione scit aliquem hæreticum: quem non potest inducere ad hoc, quòd desistat à corruptione plebis: & similiter de illo qui scit per confessionem alium falsitatem esse inter aliquos, qui contrahere volunt, ergo talis debet confessionem reuelare.

¶ 2 Præt. Illud ad quod quis obligatur ex præcepto Ecclesiæ tantùm, non est necesse obseruari mandato Ecclesiæ in contrarium facto: sed celatio confessionis est introducta ex statuto Ecclesiæ tantùm: si ergo per Ecclesiam præcipiatur: quòd quicũque scit aliquid de tali peccato, dicat ille qui scit, per confessionem debet dicere.

¶ 3 Præt. Magis debet homo conseruare conscientiam suam, quàm famam alterius, quia charitas ordinata est: sed aliquando aliquis peccatum celans, incurrit propriæ conscientiæ damnum: sicut cum in testimonium adducitur pro peccato illo quod scit in confessione, & iurare cogitur de veritate dicenda: vel cùm aliquis Abbas scit per confessionem alicuius Prioris subiecti sibi peccatum, cuius occasio inducit ipsum ad ruinam, si ei priorarum dimittat: vnde tenetur ei auferre pastoralis curæ dignitatem: auferendo autem videtur confessionem publicare: ergo videtur quòd in aliquo casu liceat confessionem publicare.

¶ 4 Præterea, Aliquis sacerdos per confessionem alicuius, quem audiuit, potest accipere conscientiam, quòd sit prælatione indignus: sed quilibet tenetur contradicere promotioni indignorum, si sua interest: cùm ergo contra dicendo suspitionem inducere videatur de peccato, & sic quodammodo confessionem reuelare, videtur, quòd quandoque oporteat confessionem reuelare.

¶ Sed contra est quod dicit Decre. *de pœnit. & re. Caueat sacerdos ne verbo, vel signo, vel quouis modo prodat aliquatenus peccatorem. *In Decr. lib 5 ti. 38 c. 12

¶ Præterea, Sacerdos debet Deo, cuius minister est, conformari: sed Deus peccata quæ per confessionem habet, non reuelat, sed tegit: ergo nec sacerdos reuelare debet.

¶ Respon. dicendum, quòd in sacramentis ea, quæ exterius geruntur, sunt signa rerum, quæ interius contingunt: & ideò confessio, qua quis sacerdoti se subiicit, signum est interioris subiectionis, qua quis Deo subijcitur: Deus autem peccatum illius qui se sibi subiicit per pœnitentiam, tegit. Vnde & hoc oportet in sacramento pœnitentiæ significari; & ideò de necessitate sacramenti est, q̃ quis confessionem celet, & tanquam violator sacramenti peccet, qui confessionem reuelat. Et præter hoc sunt aliæ vtilitates huius celationis, quia per hoc homines magis ad confessionem attrahuntur, & simpliciùs etiam peccata confitentur.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd quidam dicũt, q̃ sacerdos non tenetur seruare sub sigillo confessionis nisi peccata, de quibus pœnitens emendationem promittit: aliter potest ea dicere ei, qui potest prodesse, & non obesse. Sed hæc opinio videtur erronea, cum sit contra veritatem sacramenti. Sicut enim baptismus est sacramentum, quamuis quis fictus accedat: nec est immutatũ aliquid propter hoc de essentialibus sacramenti: sita cõfessio non desinit esse sacramentalis, quãuis ille qui confitetur, emendatione nõ proponat, & ideò nihilominus sub occulto tenenda est: nec tamen sigillum confessionis cõtra charitatem militat, quia charitas non requirit, q̃ apponatur remedium peccato, quod homo nescit. Illud aũt quod sub confessione scitur, est quasi nescitum, cũ illud nesciat vt homo, sed vt Deus. Tamen aliquod remedium adhibere debet in prædictis casibus quantum potest sine reuelatione confessionis, sicut monendo eos qui confitentur, & aliis diligentiam apponendo ne corrumpantur per hæresim. Potest etiam dicere prælato, quòd diligentius vigilet super gregem suum, ita tamen quòd non dicat aliquid quod verbo vel nutu confitentem prodat.

¶ Ad secundum dicendum, quòd præceptum de confessione celanda consequitur ipsum sacramentum, & ideo sicut præceptum de confessione sacramentali faciendo est de iure diuino, & non potest aliqua dispensatione vel iusfione homo absolui ab ea: ita nullus ad reuelationem confessionis potest ab homine cogi, vel licentiari. Vnde si præcipiatur sub pœna excommunicationis iam latæ, quòd dicat si aliquid scit de tali peccato, non debet dicere, quia debet existimare q̃ intentio præcipientis est, si sciat vt homo, hoc autem non scit vt homo. Et si etiã exprimeret de confessione interrogatus, non deberet dicere, nec ex communicationem incurreret, quia non est subiectus superiori suo nisi vt homo: hoc autem nõ scit vt homo, sed vt Deus.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ homo non adducit in testimoniũ: nisi vt hõ, & ideo sine læsione conscientiæ potest iurare se nescire quòd scit tantũ vt Deus. Similiter etiam

Universidad de Deusto
Biblioteca

etiam potest prælatus sine læsione conscientiæ dimittere peccatum impunitum, quod scit tantùm vt Deus, vel sine aliquo remedio, quia non tenetur adhibere remedium, nisi eo modo, quo ad ipsum defertur. Vnde in his quæ ad ipsum deferuntur in foro pœnitentiæ, debet in eodem foro, inquantum potest, adhibere remedium, vt Abbas in casu prædicto admoneat eum vt prioratui resignet: vel si noluerit, potest ex aliqua alia occasione absoluere eum à cura prioratus; ita tamen q̃ omnis suspicio vitetur de confessionis reuelatione.

¶ Ad quartum dicendum, q̃ ex multis aliis causis redditur quis indignus ad prælationis officium, quàm ex peccato, sicut ex defectu scientiæ, vel ætatis, uel alicuius huiusmodi: & Ideò qui contradicit, nec suspitionem de crimine inducit, nec confessionem reuelat.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrùm sigillum confessionis se extendat ad alia quàm ad ea quæ sunt de confessione.

45 D.Th. distinct. ubi suo ar. 1. & seq.

AD secundum sic proceditur. Videtur q̃ sigillum cõfessionis se extendat ad alia, quàm illa, quæ sunt de confessione. Quia de confessione non sunt: nisi peccata sed aliquando cum peccatis alia multa quis narrat, quæ ad confessionem non pertinent, ergo cùm illa sacerdoti dicantur vt Deo, videtur quòd etiam ad illa sigillum cõfessionis se extendat.

¶ 2 Prætereà, aliquando aliquis dicit alicui aliquod secretum, & ille recipit sub sigillo confessionis; ergo sigillum confessionis se extendit ad illa quæ non sunt de confessione.

¶ Sed contra. Sigillum confessionis est aliquid annexum sacramentali confessioni, sed ea quæ annexa sunt alicui sacramento, non se extendunt vltra sacramentũ illud, ergo sacramentum confessionis non se extendit: ni si ad ea, de quibus est confessio.

¶ Respond. dicendum q̃ sigillum confessionis directè non se extendit, nisi ad illa, de quibus est sacramentalis confessio; sed indirectè id quod non cadit sub sacramentali confessione, etiam ad sigillum confessionis pertinet sicut illa, per quæ posset peccator, vel peccatum deprehendi. Nihilominus tamẽ etiam illa summo studio sunt celanda: tum propter scandalum, tum propter pronitatem, quæ ex consuetudine accidere posset.

¶ Et per hoc patet responsio ad primum.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ aliquis non debet desistere aliquid recipere hoc modo, si tamen recipiat, tenetur ex promissione hoc modo celare, ac si in confessione haberet, quamuis sub sigillo confessionis non habeat.

ARTIC. III.

¶ Vtrùm solus sacerdos habeat sigillum confessionis.

46 q. 8. ar. 2

AD tertium sic proceditur. Videtur q̃ non solus sacerdos sigillum confessionis habeat. Quia aliquando aliquis confitetur sacerdoti per interpretem necessitate vrgente sed interpres (vt videtur) tenetur confessionem celare: ergo etiam non sacerdos aliquid sub sigillo confessionis habet.

¶ 2 Præt. Aliquando aliquis in casu necessitatis potest laico confiteri, * sed ille tenetur peccata celare, cùm sibi dicantur, sicut Deo; ergo non solùm sacerdos sigillum confessionis habet.

¶ 3 Præt. Aliquando aliquis se sacerdotem fingit vt conscientiam alicuius exploret per hanc fraudem, & ille etiam (vt videtur) peccat si confessionem reuelet, ergo non solùm sacerdos sigillum confessionis habet.

¶ Sed contra est, q̃ solus sacerdos minister est huius sacramenti, sed sigillum confessionis est annexum huic sacro: ergo solus sacerdos habet sigillum confessionis.

¶ Præterea, Homo tenetur ea, quæ in confessione audit celare, si non scit ea vt homo, sed vt Deus: sed solus sacerdos est minister Dei: ergo solus sacerdos tenetur occultare.

¶ Respondeo dicendum, q̃ sigillum confessionis cõpetit sacerdoti inquantùm est minister huius sacramenti, quod nihil aliud est quam debitum confessionem celandi, sicut clauis est potestas absoluendi, tamen sicut aliquis, qui nõ est sacerdos: in aliquo casu participat aliquid de actu clauis, * dum confessionem audit, propter necessitatem, ita etiam participat aliquid de actu sigilli confessionis, & tenetur celare, quamuis propriè loquendo, sigillum confessionis non habeat. * q. 8. ar. 3.

¶ Et per hoc patet absolutio ad obiecta.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrùm de licentia confitentis possit sacerdos dicere quæ habet in confessione.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur q̃ de licentia confitentis non possit sacerdos peccatum, quod habet sub sigillo confessionis, aliquando prodere. Quòd enim non potest superior, non potest inferior, sed Papa non posset aliquem licentiare, q̃ peccatum, quod habet in confessione, alteri proderet: ergo nec ille qui confitetur potest ipsum licentiare.

¶ 2 Prætereà. Illud quod est institutum propter bonum commune Ecclesiæ, non potest ex arbitrio vnius irritari; sed celatio confessionis est instituta propter bonũ totius ecclesiæ, vt homines confidentiùs ad confessionẽ accedant; ergo ille qui confitetur non potest licentiare sacerdotem ad dicendum.

¶ 3 Prætereà. Si possit licentiari sacerdos, videtur dari pallium malitiæ magnæ sacerdotibus: quia possent prætendere sibi licentiam datã: & sic impunè peccarent, quod est inconueniens; & sic videtur quòd non possint à confitente licentiari.

¶ 4 Prætereà. Ille cui iste reuelabit, non habebit, peccatum hoc sub sigillo confessionis, & sic poterit peccatũ publicari, quod iam deletum est, quod est inconueniens: ergo non potest licentiare.

¶ SED contra. Superior potest mittere peccatorem cum literis ad inferiorem sacerdotem de volũtate ipsius, ergo de voluntate confitentis, potest sacerdos peccatum reuelare alteri.

¶ Prætereà. Qui potest aliquid facere per se, potest etiam per alterum facere: sed confitens potest peccatum suum, quod fecit, per sealteri reuelare: ergo potest per sacerdotem hoc facere.

¶ Respondeo dicendum, q̃ duo sunt propter quæ tenentur sacerdotes peccatum occultare. Primò & principaliter, quia ipsa occultatio est de essentia sacramenti, inquantum scit illud vt Deus, cuius vicem gerit in confessione. Alio modo propter scandalum vitandum: potest autem confitens facere, q̃ sacerdos illud quod sciebat vt Deus, sciat etiam vt homo, quod facit, dum licentiat eum ad dicendum: & ideò si dicat, non frangit sigillũ confessionis. tamen debet vitare scandalum dicendo, nẽ fractor sigilli prædicti reputetur.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ Papa non potest licentiare sacerdotem ad dicendum: quia non potest facere quòd illud sciat vt homo; quod tamen facere potest ille qui confitetur.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ non tollitur illud quod est institutum propter bonum commune: quia sigillum confessionis non frangitur, quia dicitur quod alio modo scitur.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ex hoc non datur aliqua impunitas malis sacerdotibus: quia imminet eis probatio, si accusantur, quòd de licentia confitentis reuelauerunt.

¶ Ad quar-

¶ Ad quartum dicendum, quòd ille, ad quem notio prædicta deuenit, mediante sacerdote de voluntate confitentis, participat in aliquo actu sacerdotis, & ideo similè est de eo, & de interprete, nisi fortè peccator velit q̃ ille absolutè sciat & liberè.

ARTICVLVS V.

¶ Vtrum ille qui scit aliquid per confessionẽ & per alium modum etiam possit reuelare illud.

48 AD quintum sic proceditur. Videtur q̃ illud quod quis scit per confessionem, & etiam alio modo nõ possit alteri reuelare. Non enim frangitur sigillum confessionis nisi dum peccatum, quod scitur, in confessione reuelatur: si ergo iste reuelat peccatum quod in confessione audiuit, qualitercunque alias sciat, sigillum confessionis frangere videtur.

¶ 2 Præt. Quicunque confessionem alicuius audit, ei obligatur ad hoc q̃ peccata ipsius non reuelet: sed si ali quis promitteret alicui tenere priuatum ei quod dicitur, quantumcunque alias sciret, deberet priuatum tenere: ergo quod quis in confessione audiuit, quantuncunque aliàs sciat, debet priuatum habere.

¶ 3 Præte. Duorum quod est altero potentius, trahit ad se reliquum: sed scientia, qua scit peccatum vt Deus est potentior & dignior scientia, qua scit peccatum vt homo: ergo trahit ad se eam, & ita non poterit reuelari secundum quòd scientia, qua scit vt Deus, exigit.

¶ 4 Præt. Secretum confessionis institutum est ad vitãdum scandalum, & ne homines à confessionib. retrahãtur: sed si aliquis posset dicere illud quod in confessione audiuit, etiam si aliter sciret, nihilominus scandalum sequeretur: ergo nullo modo potest dicere.

¶ Sed contra, Nullus potest alium obligare ad quod non erat obligatus, nisi sit suus prælatus qui obliget eũ præcepto: sed ille, qui sciebat alicuius peccatum per visum, non erat obligatus ad celandum: ergo ille, qui ei cõfitetur, cum non sit prælatus suus, non potest eum obligare ad celandum, per hoc quòd ei confitetur.

¶ Præt. Secundum hoc posset impediri iustitia Ecclesiæ, si aliquis vt euaderet sententiam excommunicationis, quæ in ipsum ferenda erat propter aliquod peccatũ, de quo conuictus est, confitetur ei qui sententiam ferre debuisset: sed iustitiæ exequutio est in præceptorum: ergo nõ tenetur celare peccatum quod quis in confessione audiuit, si alias ipsum scit.

¶ Respondeo dicendum, q̃ circa hoc est triplex opinio. Quidam enim dicunt q̃ illud, quod in confessione aliquis audiuit, non potest aliquo modo dicere etiam si sciat alias, siue ante siue post. Quidam verò dicũt q̃ per confessionem præcluditur sibi via, ne possit aliquid dicere quod prius sciuit: non autem quin possit dicere si post alio modo sciat. Vtraque autem opinio dum nimium sigillo confessionis attribuit, præiudicium veritati & iustitiæ seruandæ facit. Posset enim aliquis ad peccandum esse pronior, si non timeret ab illo accusari, cui confessus est, si coram illo peccatum iteraret. Similiter etiam multum iustitiæ perire poterit, si testimonium ferre aliquis non posset de eo quod vidit post * confessionem de hoc factam, nec obstat q̃ quidam dicunt q̃ debet protestari se non tenere priuatum hoc: quia hoc non posset protestari, nisi postquàm peccatum esset sibi dictum. Et tunc quilibet sacerdos posset reuelare peccatum, protestationem faciendo, si hoc ipsum ad reuelandum liberũ redderet. Et ideo alia opinio est communior, q̃ iliud, quod homo alias scit siue ante confessionem, siue post, non tenetur celare, quantum ad id, quod scit ut homo: potest enim dicere, Scio illud quia vidi: tenetur tamen celare illud, inquantum scit vt Deus: non enim potest hoc dicere, ego audiui hoc in confessione: tamen propter scãdalum vitandum debet abstinere, ne de hoc loquatur, nisi imineat necessitas.

* Alias, propter.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd quando aliquis dicit se vidisse quod in confessione audiuit, non reuelat quod in confessione habet nisi per accidens. Sicut qui scit aliquid per auditum & visum, non reuelat quod vidit, per se loquendo, si dicat se audiuisse, sed per accidens: quia dicit auditum, cui accidit visum esse: & ideo talis sigillum confessionis non frangit.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ non obligatur audiens confessionem, q̃ non reuelet peccatum simpliciter: sed prout est in confessione auditum. Nullo. n. casu dicere debet se audiuisse in confessione.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ hoc intelligendum est de duobus quæ habent oppositionem: sed scientia qua scit aliquis peccatum vt Deus, & illa qua scit ut homo, non sunt opposita: ideo ratio non procedit.

¶ Ad quartum dicendum, q̃ non debet ita vitari peccatum * ex vna parte, q̃ ex alia iustitia relinquatur. Veritas enim non est propter scandalum dimittenda: & iõ quando imminet periculum iustitiæ, & veritatis, non debet dimitti reuelatio eius quod quis in confessione audiuit, si aliter scit propter scandalum: dum tamen scandalum quantum in se est euitare nitatur. * Alias, seãdal ũ.

QVAEST. XII.

De satisfactione & eius quidditate, in tres articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de satisfactione: de qua quatuor consideranda sunt. Primò de eius quidditate. Secundò, de ipsius possibilitate. Tertiò, de eius qualitate. quartò, de his per quæ homo Deo satisfacit.

¶ Circa primum quæruntur tria.

¶ Primò, Vtrùm satisfactio sit virtus, uel actus virtutis.

¶ Secundò, Vtrùm sit actus iustitiæ.

¶ Tertiò, Vtrùm definitio satisfactionis quæ in litera ponitur, conuenienter assignetur.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrùm satisfactio sit virtus, vel actus virtutis.

49 D. Th. 4. dist. 15. q. 1. ar. 1.

AD primum sic proceditur. Videtur quòd satisfactio non sit neque uirtus neque actus virtutis. Omnis enim virtutis actus est meritorius: sed satisfactio non est meritoria, vt videtur: quia meritum gratuitum est, sed satisfactio debitum attendit: ergo satisfactio non est actus uirtutis.

¶ 2 Præt. Actus virtutis est voluntarius: sed aliquãdo fit satisfactio eo inuito de aliquo, ut quando aliquis pro offensa in alterum commissa à iudice punitur: ergo satisfactio non est virtutis actus.

¶ 3 Præt. Secundum Philoso. 8. Ethi. * In virtute moris principale est electio: sed satisfactio non fit per electionem, sed respicit principaliter exteriora opera: ergo non est virtutis actus. * c. 13. in fi.

¶ Sed contra, Satisfactio ad penitentiam pertinet, sed penitentia est virtus: ergo satisfactio est actus virtutis.

¶ Præt. Nullus actus operatur ad deletionem peccati nisi sit actus uirtutis, quia contrarium destruitur per suum contrarium: sed per satisfactionem peccatum totaliter annihilatur. ergo satisfactio est virtutis actus.

¶ Respondeo dicendum, q̃ aliquis actus dicitur esse actus uirtutis dupliciter. Vno modo materialiter: & sic quilibet actus, qui malitiam non habet impiicitam vel defectum debitæ circunstantiæ, actus uirtutis dici potest: quia quolibet tali actu põt, uti uirtus in suum finẽ: sicut est ambulare, loqui, & hmõi. Alio modo dr actus

aliquis

Universidad de Deusto
Biblioteca

aliquis esse actus virtutis formaliter, quia ipse in suo nomine formam, & rationem virtutis implicitam habet: sicut fortiter sustinere dicitur actus fortitudinis: formale autem cuiuslibet uirtutis moralis est ratio medii, vnde omnis actus, qui rationem medii importat, actus virtutis formaliter dicitur, & quia æqualitas medium est, quod suo nomine satisfactio importat: non enim dicitur aliquid satisfacere, nisi secundum proportionem æqualitatis ad aliquid, constat quòd satisfactio etiam formaliter est actus virtutis.

¶ Ad primum ergo dicendum, q̃ quamuis satisfacere in se sit debitum: tamen inquantum satisfaciens voluntate hoc opus exequitur, rationem gratuiti accipit ex parte operantis, & sic operans facit de necessitate uirtutem: ex hoc enim debitum dimittere habet meritum, quod necessitatem importat, quæ voluntati contrariatur: vnde si voluntas necessitati assentiat: ratio meriti non tollectur.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ actus virtutis non requirit uoluntarium in eo qui patitur, sed in eo qui facit, quia illius actus est. Et ideo cum ille, in quem iudex vindictam exercet, se habeat ut patiens ad satisfactionem: non ut agens, non oportet q̃ in eo uoluntaria sit satisfactio: sed in iudice faciente.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ principale in virtute potest accipi dupliciter. Vno modo principale in ipsa: inquantum est virtus: & sic ea quæ ad rationem eius pertinent, vel magis ei propinqua sunt, principalora sunt in virtute: & sic electio & interiores actus in uirtute, inquã tum virtus est, principaliores sunt. Alio modo potest accipi principale in virtute: inquantum est talis virtus: & sic principalius in ipsa est, illud ex quo determinationem recipit actus interior, qui in aliquibus virtutibus determinatur per actus exteriores: quia electio, quæ est communis omnibus uirtutibus ex hoc q̃ est electio talis actus, efficitur propria huius uirtutis, & sic actus exteriores in aliquibus uirtutib. sunt principaliores, & ita etiam est in satisfactione.

ARTICVLVS II.

¶ *Vtrum satisfactio sit actus iustitiæ.*

AD secundum sic proceditur. Videtur quòd satisfactio non sit actus iustitiæ, quia satisfactio fit ad hoc q̃ reconcilietur homo ei quem offendit: sed reconciliatio cum sit amoris, ad charitatem pertinet: ergo satisfactio est actus charitatis, & non iustitiæ.

¶ 2 Præt. Causæ peccatorum in nobis sunt passiones animæ, quibus ad malum incitamur: sed iustitia secundum Philosophum * non est circa passiones: sed circa operationes; cum ergo ad satisfactionem pertineat peccatorum causas excidere, vt in litera dicitur, * videtur q̃ non sit actus iustitiæ.

¶ 3 Præt. Cauere in futurum non est actus iustitiæ, sed magis prudentiæ, cuius pars ponitur cautela: sed hoc pertinet ad satisfactionem, quia ipsius est suggestionib. peccatorum aditum non indulgere: * ergo satisfactio non est actus iustitiæ.

¶ Sed contra, Nulla uirtus attendit rationem debiti, nisi iustitia: sed satisfactio honorem debitum Deo impẽdit, ut Anſ,* ait: ergo satisfactio est actus iustitiæ.

¶ Præt. Nulla uirtus habet rerum exteriorum adæquationem perficere, nisi iustitia: sed hoc fit per satisfactionem qua constituitur æqualitas emẽdæ ad offensam præcedentem; ergo satisfactio est iustitiæ actus.

¶ Respondeo dicendum, quòd secundum Philosophum in 5. Ethicor.* medium iustitiæ accipitur secundum adæquationem rei ad rem in proportionalitate alicuius, vnde cum talem adequationem ipsum nomen satisfactionis importet, quia hoc aduerbium, satis, æquali tatem proportionis designat, constat quòd satisfactio formaliter iustitiæ actus est: sed iustitiæ actus, secundum Philosophum, * est vel sui ad alterum, vt quando aliquis reddit alteri quod ei debet; vel alterius ad alterum, sicut quando iudex facit iustitiam inter duos. Quando autem est actus iustitiæ sui ad alterum æqualitas in ipso faciente constituitur: quando autem alterius ad alterum, æqualitas constituitur in iustum passo: & quia satisfactio æqualitatem in ipso faciente exprimit, ideo dicitur actum iustitiæ, qui est sui ad alterum, proprie loquendo: sed sui ad alterum potest aliquis facere iustitiã, vel in actionibus & passionibus, vel in rebus exterioribus, sicut & iniuria fit alteri vel subtrahendo res, vel per aliquam actionem lædendo: & quia usus rerum exteriorum est dare, ideo actum iustitiæ secundum quòd æqualitatem in rebus exterioribus constituit, proprie dicit hoc quod est reddere: sed satisfacere manifestè æqualitatem in actionibus demonstrat, quamuis quandoque vnum pro alio ponatur. Et quia adæquatio non est, nisi inæqualium; ideo satisfactio inæqualitatem actionum præsupponit: quæ quidem offensam constituit: & ideo habet respectum ad offensam præcedentem: nulla autem pars iustitiæ respicit offensam præcedentem, nisi iustitia vindicativa, quæ æqualitatem constituit in eo qui sustinet passionem indifferenter, siue sit patiens idem quod agens, ut quando aliquis sibipsi pœnam infert: siue non sit idem quod agens, ut quando iudex alium punit, ad utrumque vindicativa iustitia se habente: Similiter & pœnitentia, quæ æqualitatem tantum in faciente importat, quia ipsemet pœnitens pœnam tenet: sit, vt quodammodo pœnitentia vindicativæ iustitiæ species sit: & per hoc constat quod satisfactio quæ æqualitatem respectu offensæ præcedentis in faciente importat opus iustitiæ est, quantum ad illam partem, quæ pœnitentia dicitur.

¶ Ad primum ergo dicendum, q̃ satisfactio (vt ex dictis patet*) est quædam iniuriæ illatæ recompensatio; vnde sicut iniuria illata immediatè ad inæqualitatem iustitiæ pertingebat, & per consequens ad inæqualitatem amicitiæ oppositam, ita & satisfactio directè ad æqualitatem iustitiæ perducit, & ad æqualitatem amicitiæ ex consequenti; & quia actus aliquis elicitiuè ab illo habitu procedit, ad cuius finem immediatè ordinatur: imperatiuè autem ab illo, ad cuius finem ultimo tendit: ideo satisfactio elicitiuè est à iustitia: sed imperatiuè à charitate.

¶ Ad secundum dicendum, quòd quamuis iustitia sit principalior circa operationes, tamen etiam ex consequenti est circa passiones, inquantum sunt operationum causæ. Quare sicut iustitia cohibet iram, ne alteri lasionem iniustè inferat, & concupiscentiam, ne ad alienum eorum accedat; sic etiam satisfactio potest peccatorum causas excidere.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ quælibet virtus moralis participat actus prudentiæ, eò quòd formaliter ipsa complet in eis rationem virtutis: cum secũdum eam mediũ accipiatur in singulis virtutibus moralibus, vt patet per definitionem virtutis positam in 3. Ethic.*

ARTIC. III.

¶ *Vtrum definitio satisfactionis in litera conuenienter ponatur.*

AD tertium sic proceditur. Videtur q̃ definitio satisfactionis in litera * inconuenienter ponatur ab Augusti.* dicit. n. q̃ satisfactio est peccatorum causas excidere, & eorum suggestionibus aditum non indulgere: Causa enim actualis peccati fomes est: sed in hac vita nõ possumus fomitem excidere, ergo satisfactio non est peccatorum causas excidere.

¶ 2 Præt. Causa peccati est fortior quã peccatum: sed homo per se non potest peccatum excidere: ergo multò minus causas peccati; & sic idem quod prius.

¶ 3 Præter. Satisfactio cùm sit pœnitentiæ, præteritum

ritum respicit, non futurum: sed non indulgere aditum suggestionibus peccatorum respicit futurum; ergo non debet poni in definitione satisfactionis.

¶ 4 Præterea. Satisfactio dicitur respectu offensæ præteritæ, sed de offensa præcedenti nulla fit mentio; ergo inconuenienter assignatur definitio satisfactionis.

¶ 5 Præterea. Anselmus ponit aliam definitionem in lib. Cur Deus homo, scilicet satisfactio, est honorem debitum Deo impendere in qua nulla fit mentio horum, quæ Augustinus hic ponit: ergo altera earum videtur esse inconueniens.

¶ 6 Præterea. Honorem debitum potest innocens impendere: sed satisfacere non competit innocenti: ergo definitio Anselmi * est malè ordinata.

Respondeo dicendũ, q̃ iustitia non ad hoc tantum pertinet, vt inæqualitatem præcedentem auferat puniendo culpam præteritam, sed etiam vt in futurum æqualitatem custodiat, quia secundum Philosophum in 2. Ethic.* pœnæ medicinæ sunt. Vnde & satisfactio quæ est iustitiæ actus pœnam inferentis, est medicina curans peccata præterita, & præseruans à futuris: & ideò quando homo homini satisfacit, & præterita recompensat, & de futuris cauet, & secundum hoc dupliciter potest satisfactio definiri. Vno modo respectu culpæ præteritæ, quam recompensando curat, & sic dicitur, quòd satisfactio est illatæ iniuriæ recompensatio secundum iustitiæ æqualitatem. Et in idem dicitur redire definitio Anselmi, * qui dicit quòd satisfacere est honorem debitum Deo impendere, vt consideretur debitum ratione culpæ commissæ. Alio modo potest definiri, secundum quòd præseruat à culpa futura: & sic definit eam hic. Augu. * præseruatio autem à morbo corporali fit per ablationem causarum, quibus morbus consequi potest: eis enim ablatis non potest morbus sequi. Sed in morbo spirituali non est ita: quia liberum arbitrium non cogitur, vnde causis præcedentibus potest vitari, quamuis difficulter causis amotis potest fieri: & ideo in satisfactionis definitione duo ponit, scilicet absciſionem causarum, quantùm ad primum, & renitentiam liberi arbitrij ad ipsum peccatum quantùm ad secundum.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd accipiendæ sunt causæ proximæ peccati actualis, quæ dicuntur duo: scilicet interiores, vt libido ex consuetudine, vel actu peccati relicta, & aliquæ reliquiæ peccati præteriti. Quædam verò sunt exteriores, vt exteriores occasiones ad peccandum, vt locus, mala societas, & huiusmodi: & tales causæ in hac vita per satisfactionem tolluntur, quamuis fomes, qui est causa remota peccati actualis non tollatur totaliter in hac vita per satisfactionem, etsi debiliteur.

¶ Ad secundum dicendum, quòd quia causa mali, vel priuationis eo modo quo causam habet, non est nisi bonum deficiens: bonum autem faciliùs tollitur, quàm cõstituatur: ideò faciliùs est causas priuationis & mali abscindere, quàm ipsum malum remouere, quod non remouetur nisi per constructionem boni, quod patet in cæcitate, & causis eius. Et tamen causæ peccati prædictæ * non sunt sufficientes causæ, cùm ex eis non de necessitate sequatur peccatum, sed sunt occasiones quædam, nec iterum satisfactio sine Dei auxilio fit, quia sine charitate esse non potest, vt dicetur. *

¶ Ad tertium dicendum, q̃ quamuis pœnitẽtia ex prima sui intentione † respiciat præteritum, tamen etiam ex consequenti futurum respicit, inquantùm est medicina præseruans, & sic etiam satisfactio

¶ Ad quartum dicendum, quòd Augustinus * definit satisfactionem, secundum quod fit Deo, cui secũdum rei veritatem nihil subtrahi potest, quamuis peccator, quantum in se est, aliquid subtrahat: & ideò in satisfactione tali principalius requiritur emendatio in futurum quàm recompensatio præteritorum: & propter hoc ex parte

ista Augustinus * definiuit satisfactionem. Nihilominus tamen ex cautela futurorum cognosci potest recompensatio præteritorum, quæ fit circa eadem conuersomodo. In præterita enim respicientes causas peccatorum propter peccata detestamur, à peccatis incipientes detestationis motum: sed in cautela à causis incipimus, vt causis subtractis, facilius peccata vitemus.

¶ Ad quintum dicendum, quòd non est inconueniẽs quòd de eodem dentur diuersæ assignationes secundum diuersa, quæ in ipso inueniuntur, & sic est in proposito, vt ex dictis patet.*

¶ Ad sextum dicẽdum, quod hinc intelligitur debitum q̃ debemus Deo ratione culpæ commissæ, quia debitum pœnitentia respicit: vt ipsius dictum est.*

QVAESTIO. XIII.

De satisfactionis possibilitate, in duos articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de possibilitate satisfactionis.

¶ Circa quod duo quærũntur.

¶ Primò, vtrùm homo possit Deo satisfacere.

¶ Secundò, vtrùm aliquis pro alio satisfacere possit.

ARTICVLVS I.

¶ *Vtrum homo possit Deo satisfacere.*

AD primum sic proceditur. Videtur quòd homo nõ possit Deo satisfacere. Satisfactio enim debet æquari offensæ, vt ex dictis * patet: sed offensa in Deum commissa est infinita, quia quãtitatem recipit ab eo in quem committitur, cùm plus offendat qui principem percutit, quàm alium quemquam: cum ergo actio hominis non possit esse infinita, videtur quòd homo Deo satisfacere non possit.

¶ 2 Præterea, Seruus quia totum quod habet domini est, non potest pro aliquo debito recompensare: sed nos serui Dei sumus, & quicquid boni habemus ab ipso habemus; cùm ergo satisfactio sit recompensatio offensæ præteritæ, videtur quod Deo satisfacere non possumus.

¶ 3 Præt. Ille cuius totum quod habet non sufficit ad vnum debitum exoluendum, non potest pro alio debito satisfacere: sed quicquid homo potest, & habet non sufficit ad soluendum debitum pro beneficio creationis. * Vnde Isa. 40. dicitur: Quòd ligna Libani non sufficient ad holocaustum: ergo nullo modo potest satisfactio esse pro debito offensæ commissæ.

¶ 4 Præterea, Homo totum regnum suum debet in Dei seruitium expendere: sed tempus amissum non potest recuperari, propter quod est grauis iactura temporis, vt Seneca * dicit: ergo non potest homo recompensatione Deo facere: & sic idem quod prius.

¶ 5 Præt. Peccatum actuale mortale est gratius quàm originale: sed pro originali nemo potuit satisfacere nisi Deus & homo esset: ergo † neque pro actuali.

¶ Sed contra, Sicut Hieron. * dicit, Qui dicit Deum aliquid impossibile homini præcepisse, anathema sit: sed satisfactio est in præcepto. Luc. 3. Facite fructus dignos pœnitentiæ: ergo possibile est Deo satisfacere.

¶ Præt. Deus est magis misericors quàm aliquis homo: sed homini est possibile satisfacere: ergo & Deo.

¶ Præterea. Satisfactio est cùm pœna culpæ æquatur, quia iustitia est idem quod contrapassum, vt Pythagorici dixerunt: sed contingit æqualem pœnam assumere delectationi, quæ fuit in peccando: ergo contingit Deo satisfacere.

¶ Respondeo dicendum quòd homo Deo dupliciter debitor efficitur, vno modo ratione beneficij accepti, alio

Universidad de Deusto
Biblioteca

lio modo respectu peccati commissi. Et sicut gratiarum actio, vel latria, vel si quid est aliud huiusmodi, respicit debitum accepti beneficij, ita satisfactio respicit debitum peccati commissi. In his autem honoribus qui sunt ad parentes & Deum, etiam secundum Philosophum, * impossibile est æquiualens reddere secundum quantitatem: sed sufficit, vt homo reddat quod potest, qui amicitia non exigit æquiualens, sed quòd possibile est, & hoc etiam est æquale aliqualiter, scilicet secundum proportionalitatem: quia sicut se habet hoc quod Deo est debitum ad ipsum Deum, ita hoc quod iste potest reddere ad Deum, & sic aliquo modo forma iustitiæ conseruatur; & similiter est ex parte satisfactionis. Vnde non potest homo Deo satisfacere, si ly Satis, æqualitatem quantitatis importet: contingit autem si importet æqualitatem proportionis, vt dictum est. * & hoc sicut sufficit ad rationem iustitiæ, ita sufficit ad rationem satisfactionis.

*L.lb. 81. ethic. c. vlti. a med.

Cap. tracta. de opere & etc.

*In corp. huius art.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd sicut offensa habuit quandam infinitatem ex infinitate diuinæ maiestatis, ita satisfactio accipit quandam infinitatem ex infinitate, diuinæ misericordiæ, prout est gratia informata, per quam acceptum redditur quod homo reddere potest. Quidam tamen dicunt quòd habet infinitatem ex parte auersionis, & sic gratis dimittitur: sed ex parte conuersionis finita est, & sic pro ea satisfieri potest: sed hoc nihil est, quia satisfactio non respondet peccato nisi secundum quòd est offensa Dei, quod non habet ex parte conuersionis, sed solùm ex parte auersionis. Alij verò dicũt quòd etiam quantùm ad auersionem pro peccato satisfieri potest virtute meriti Christi, quod quodammodò infinitum fuit; & hoc in idem reddit quod priùs dictum est *: quia per fidem mediatoris gratia data credentibus est: si tamen alio modo gratiam daret, sufficeret satisfactio per modum prædictum. *

*In respõ. ad 1. huius art.

*In corp. arti.

¶ Ad secundum dicendum, quòd homo qui ad imaginem Dei factus est, aliquid libertatis participat in quantum est dominus suorum actuum per li. arbi. & ideò ex hoc quòd per lib. ar. agit, Deo satisfacere potest: quia quamuis Dei sit prout à Deo est sibi concessum; tamen liberè ei traditum est, vt eius dominus sit, quod seruo non competit.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ ratio illa concludit quòd Deo æquiualens satisfactio fieri non possit, non autẽ q̃ non possit sibi sufficiẽs fieri: quamuis enim posse suum totum homo Deo debeat, non tamen ab eo exigitur de necessitate salutis vt totum q̃ possit faciat: quia hoc est ei impossibile secũdum statum præsentis vitæ, vt totum posse suum in aliquid vnũ expendat, cùm oporteat eũ circa multa esse solicitum: sed est quædã mensura homini adhibita, quæ ab eo requiritur, si impletio mandatorũ Dei, & super ea potest aliquid erogare vt satisfaciat.

¶ Ad quartũ dicendum, q̃ quãuis homo non possit tẽpus præteritum recuperare potest tñ in futuro recompẽsare illud quod in præterito facere debuisset: quia nõ debuit debito præcepti totum quod potuit, vt dictũ est. *

*In corp. ar. & ad 3.

¶ Ad quintum dicendum, quòd originale peccatũ etsi minus habeat de ratione peccati, quàm actuale, tamen est grauius malum: quia est ipsius humanæ naturæ infectio; & ideò per vnius hominis puri satisfactionem expiari non potuit, sicut actuale.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrùm unus pro alio possit pœnam satisfactoriam explere.

D. Tho. 4. dist. 20. q. vnic. arti. 5. ¶ 3.

AD secundum sic proceditur. Videtur quòd pœnam satisfactoriã non possit vnus pro alio explere. Quia ad satisfactionem meritum requiritur: sed vnus pro altero non potest mereri vel demereri cùm sit scriptum. * Reddes tu vnicuique secũdum opera sua; ergo vnus pro alio non potest satisfacere.

¶ 2 Præterea. Satisfactio contra contritionem & confessionem diuiditur; sed vnus pro alio, non potest confiteri, ergo nec satisfacere.

¶ 3 Præt. Vnus pro alio orando etiam sibi meretur, si ergo aliquis pro alio satisfacere potest satisfaciendo pro alio pro se satisfacit: & ita ab eo qui pro altero satisfacit, non exigitur alia satisfactio pro peccatis proprijs.

¶ 4 Præterea. Si vnus pro alio satisfacere potest: ergo ex quo vnus soluit debitum pœnæ, alius statim à debito liberatur; ergo si moriatur postquam tota pœna sibi debita ab alio suscepta est, statim euolabit; vel si adhuc puniatur, duplex pœna reddetur pro eodem peccato, scilicet illius qui satisfacere incipit, & illius qui punitur in purgatorio.

¶ Sed contra. Galat. 6. dicitur. Alter alterius onera portate: ergo videtur quòd vnus possit onus pœnitentiæ pro alio impositæ suscipere.

¶ Præterea. Charitas magis potest apud Deum quam apud homines: sed vnus potest apud homines pro alterius amore debitum eius soluere: ergo multò fortius hoc in diuino iudicio fieri potest.

¶ Respondeo dicendum: quòd pœna satisfactoria est ad duo ordinata, scilicet ad solutionem debiti, & ad medicinam pro peccato vitando: inquantum ergo est ad remedium sequentis peccati, sic satisfactio vnius non prodest alteri: quia ex ieiunio vnius, caro alterius non domatur; nec ex actibus vnius alius bene agere consuetus, nisi secundum accidens, inquantum aliquis per bona opera potest alteri mereri augmentum gratiæ, quæ efficacissimum remedium est ad vitandum peccatum: sed hoc est per modum meriti magis quam per modũ satisfactionis Sed quãtùm ad solutionem debiti, vnus potest pro alio satisfacere, dũmodo sit in charitate, vt opera eius satisfactoria esse possint. Nec oportet quòd maior pœna imponatur ei qui pro altero satisfacit, quam principali imponeretur, vt quidam dicũt, hac ratione moti: quia pœna propria magis satisfacit quam aliena; quia pœna hẽt vim maximè satisfaciendi ratione charitatis, qua homo ipsã sustinet, & quia maior charitas apparet in hoc quòd aliquis pro altero satisfacit, quam si ipse satisfaceret: ideò minor pœna requiritur in eo qui pro alio satisfacit, quam in principali requireretur. Vnde dicitur in vitis Patrum quòd propter charitatem vnius, qui alterius fratris charitate ductus, pœnitentiam fecit pro peccato q̃ non commiserat, alterius peccatum quod commiserat, dimissum est. Nec exigitur quantùm ad solutionem debiti quòd ille pro quo fit satisfactio, sit impotens ad satisfaciendum, quia etiam si esset potens alio satisfaciente pro ipso, ipse a debito immunis esset; sed hoc requiritur inquantum pœna satisfactoria est in remedium. Vnde non est permittendum quòd aliquis pro alio pœnitentiam agat, nisi defectus aliquis appareat in pœnitente. vel corporalis per quem sit impotens ad sustinendum, vel spiritualis, per quem non sit promptus ad portandum pœnam.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd præmium essentiale redditur secundum dispositionem hominis: quia secundum capacitatem videntium erit plenitudo visionis diuinæ; & ideò sicut vnus non disponitur per actum alterius, ita vnus alteri non meretur præmium essentiale, nisi meritum eius habeat efficaciam infinitam, sicut Christi: cuius merito solo pueri per baptismum ad vitam æternam perueniunt. Sed pœna temporalis pro peccato debita, post culpæ remissionem non taxatur secundum dispositionem eius cui debetur, quia quandoque ille qui est melior, habet maioris pœnæ reatũ; & ideò quantũ ad pœnæ remissionem vnus alteri potest mereri, & actus vnius efficitur alterius charitate mediãte, per quã omnes vnum sumus in Christo.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ contritio ordinatur cõtra culpã, quæ ad dispositionẽ bonitatis vel malitiæ pertinet,

dinet, & ideò per contritionem vnius, alius à culpa non liberatur? Similiter per confessionem homo se sacramẽtis ecclesiæ subijcit, non autem potest vnus sacramentũ pro alio accipere, quia in sacramento gratia suscipienti datur non alij; & ideò non est similis ratio de satisfactione, contritione, & confessione.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ in solutione debiti attenditur quantitas pœnæ, sed in merito attenditur charitatis radix: & ideo ille qui ex charitate pro alio meretur, saltẽ merito congrui, etiam sibi magis meretur: non autẽ qui pro alio satisfacit etiam pro se satisfacit, quia illa quantitas pœnæ non sufficit ad vtrunque peccatum; tamen satisfaciendo pro alio sibi meretur aliquid maius quàm sit dimissio pœnę, scilicet vitam æternam.

¶ Ad quartum dicendum, q̃ si ipsemet ad aliquam pœnam se obligasset, non priùs à debito esset immunis, quã si eam soluisset: & ideò pœnam ipse patietur, quandiu illę satisfactionẽ pro eo fecerit; q̃ si non fecerit, tũc vterq; est debitor illius pœnæ, vnus pro cõmisso alius, pro omisso, & ita non sequitur quòd peccatum vnũ bis puniat.

QVAEST. XIIII.

De qualitate satisfactionis, in quinque articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de qualitate satisfactionis.

¶ Et circa hoc quæruntur quinque.

¶ Primò, vtrum homo possit de vno peccato satisfacere sine alio.

¶ Secundò, vtrùm ille qui de omnibus peccatis priùs contritus fuit, & postea in peccatum incidit, de aliis peccatis quæ sibi per contritionem fuerunt dimissa, satisfacere possit extra charitatem existens.

¶ Tertiò, vtrùm homini postquam charitatem habuit, valere incipiat satisfactio præcedens.

¶ Quartò, vtrùm opera extra charitatem facta sint alicuius boni meritoria.

¶ Quintò, vtrùm opera prædicta valeant ad pœnæ infernalis mitigationem.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum homo possit de vno peccato satisfacere sine alio.

D. Th. vbi sup. art. 3. q. 1. & seq. De pœni. dist. 3. c. 3. *Magister lib. 4. sen. dist. 15. §. C in med. ex Aug. de ec cl. dogma. c. 54. to. 3.

AD primum sic proceditur. Videtur q̃ homo possit de vno peccato sine alio satisfacere, eorũ enim quæ non habent cõnexionem ad inuicem, vnum potest auferri sine alio: sed peccata non habent connexionem, alias qui haberet vnum, haberet omnia; ergo vnum potest expiari sine alio per satisfactionem.

¶ 2 Præterea, Deus est magis misericors, quàm homo: sed homo recipit vnius debiti solutionem sine alio; ergo & Deus satisfactionem vnius peccati sine alio.

¶ 3 Præterea. Satisfactio (vt in litera dicitur) est peccatorum causas excidere, nec eorum suggestionibus aditum indulgere: sed contingit hoc fieri de vno peccato sine alio, vt si aliquis luxuriam refrenet, & auaritiæ insistat; ergo de vno peccato potest fieri satisfactio sine alio.

† Greg. homi. 34. in Euan.

¶ Sed contra. Isaiæ. 58. † Ieiunium eorum qui ad cãtentiones & lites ieiunabant, Deo acceptum non erat, Ii cèt ieiunium sit satisfactionis opus: sed non potest fieri satisfactio, nisi per opus Deo acceptum: ergo non potest qui habet aliquod peccatum, Deo satisfacere.

*Q. 12. ar. 3.

¶ Præterea. Satisfactio est medicina curãs peccata præterita & præseruans à futuris. vt dictum est; * sed peccata non possunt sine gratia euitari: ergo cum quilibet peccatum gratiam auferat, non potest de vno peccato sine alio fieri satisfactio.

*lib 4. sen. te. dist. 5

¶ Respondeo dicendum, q̃ quidam dixerunt, q̃ potest de vno peccato satisfieri sine alio, vt Magister in litera * dicit: sed hoc non potest esse: cùm enim per satisfactionem tollit debeat offensa præcedens, oportet q̃ talis sit modus satisfactionis, qui competat ad tollendũ offensam; offensæ autem oblatio est amicitiæ restitutio, & ideò si aliquid sit quod amicitiæ restitutionem impediat, etiam apud homines satisfactio esse non potest, cùm ergo quodlibet peccatum amicitiã charitatis impediat, quæ est hominis ad Deum, impossibile est q̃ homo de vno peccato satisfaciat alio retento: sicut nec homini satisfaceret, qui pro alapa sibi data eum prosterneret, & aliam simul daret. †

† Alias, qui pro alapa ei data, si ei q̃ sterneret, & aliam similem daret.

¶ Ad primum ergo dicendum: q̃ quia peccata non habent connexionem ad inuicem in aliquo vno, vnum potest quis incurrere sine alio, sed vnum & idem est secundum quod omnia peccata remittuntur, & ideò remissiones diuersorum peccatorum connexæ sunt; & ideò de vno sine alio satisfieri non potest.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ in obligatione debiti non est, nisi inæqualitas iustitiæ opposita: quia vnus rẽ alterius habet; & ideò ad restitutionem non exigitur, nisi q̃ restituatur æqualitas iustitiæ, quod quidem potest fieri de vno debito & non de alio: sed vbi est offensa, ibi est inæqualitas non tantum iustitiæ opposita, sed etiam amicitiæ; & ideò ad hoc quod per satisfactionem offensa tollatur, non solùm oportet q̃ æqualitas iustitiæ restituatur per recompensationem æqualis pœnæ, sed etiam q̃ restituatur amicitiæ æqualitas, quod non potest fieri dum aliquid est quod amicitiam impediat.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ vnum peccatũ suo pondere ad aliud trahit, vt Gregorius dicit: * Ideò qui vnũ peccatũ retinet, nõ sufficienter cãs alterius peccati excidit.

* lib. 25. mera c. 2. & hom. 18 in Ezech.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrùm quis extra charitatem existens possit satisfacere de peccatis antè contritis.

AD secundum sic proceditur. Videtur q̃ qui de omnibus peccatis contritus fuit priùs, & postea in peccatum incidit, de alijs peccatis quæ sibi per contritionẽ dimissa fuerunt, satisfacere possit extra charitatem existens, dicit enim Daniel Nabuchodonosor, Dan. 4. Peccata tua eleemosynis redime, sed ipse adhuc peccator erat, quod sequens pœna demonstrat; ergo potest in peccato existens satisfacere.

¶ 2 Præt. Nemo scit vtrùm sit dignus odio vel amore. Eccl. 9. Si ergo non possit fieri satisfactio nisi ab eo qui est in charitate, nullus sciret se satisfacere; & hoc est inconueniens.

¶ 3 Præterea, Ex intentione quam homo habet in principio actus, totus actus informatur, sed pœnitens quando pœnitentiam inchoauit in charitate erat: ergo tota satisfactio sequens ex illa charitate intentionẽ informante efficaciam habebit.

¶ 4 Præterea, satisfactio consistit in quadam adæquatione culpæ ad pœnam, sed talis adæquatio pœnæ potest etiam fieri in eo qui charitatem non habet. ergo, &c.

¶ Sed contra; Prouerb. 10. Vniuersa delicta: operit charitas: sed satisfactionis virtus est delere delicta: ergo sine charitate non habet suam virtutem.

¶ Præterea, Præcipuum opus in satisfactione, vel satisfacere, id est eleemosyna: sed eleemosyna extra charitatem facta non valet, vt patet primæ Corinth. 13. Si distribuero in cibos pauperum &c. ergo nec satisfactio aliqua est.

¶ Respon. dicendum, quod quidam dixerunt, q̃ postquam omnia peccata per præcedentem contritionem remissa sunt, si aliquis ante satisfactionem per actum in peccatum decidat, & in peccato existens satisfaciat, q̃ satisfactio talis ei valeat, ita q̃ si in peccato moreretur, in inferno de illis peccatis non puniretur. Sed hoc non potest esse, quia in satisfactione oportet q̃ amicitia restituta, etiam iustitiæ æqualitas restituatur, cuius contrarium

Universidad de Deusto
Biblioteca

rium amicitiam tollit: vt Philosophus in 9. Ethi. dicit; * Aequaliras autem in satisfactione ad Deum non est secundum æquiualentia, sed magis secundum acceptationem ipsius: & ideò oportet q̃ etiam si iam offensa sit dimissa per præcedentem contritionem, quòd opera satisfactoria sint Deo accepta, quod dat eis charitas: & ideò sine charitate opera facta non sunt satisfactoria.

*li.9.c.4. à med.

¶ Ad primum ergo dicendum, q̃ consilium Dan. intelligitur q̃ à peccato cessaret & pœniteret, & sic per elemosynas satisfaceret.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ sicut homo nescit pro certo vtrum charitatem habuerit in satisfaciendo vel habeat, ita etiam nescit pro certo vtrum plenè satisfecerit: & ideò dicitur Eccles. 5. de propitiatu peccatorum, noli esse sine metu: nec tamen exigitur quòd propter hunc metum homo satisfactionem expletam iteret, si conscientiam peccati mortalis non habet: quamuis enim pœnam non expiet per huiusmodi satisfactionem, tamen non incurrit reatum omissionis ex satisfactione neglecta: sicut necille qui accedit ad Eucharistiã sine conscientia peccati mortalis cui subiacet, reatum indignæ sumptionis incurrit.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ intentio illa interrupta est per peccatum sequens: & ideò non dat vim aliquam operibus post peccatum factis.

¶ Ad quartum dicendum, q̃ non potest fieri adæquatio sufficiens, nec secundum diuinam acceptationẽ, nec secundum æquiualentiã: & ideò ratio illa non sequit.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrùm valere incipiat satisfactio præcedens, postquam charitatem habuerit.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur q̃ postquam homo charitatem habuerit valere incipiat satisfactio præcedens: quia super illud Leui. 25 Si attenuatus frater tuus &c. dicit glo. * q̃ fructus boni conuersionis † debent computari ex eo tempore quo peccauit: sed non computarentur, nisi aliquam efficaciam acciperent ex charitate sequenti: ergo post charitatem recuperatam valere incipiunt.

*Glo. interlinea. ibid. sup illud. Cõputabuntur fructꝰ ex eo tempore.
† Aliàs, conuersationis.

¶ 2 Præterea, Sicut efficacia satisfactionis impeditur per peccatum, ita efficacia Baptismi impeditur per fictionem: sed baptismus incipit valere recedente fictione: † ergo satisfactio recedente peccato.

†3 par. o. 69 art. 9. & 10.

¶ 3 Præterea, Si alicui pro peccatis commissis iniuncta fuerunt ieiunia, & in peccatum cadens ea perfecerit, non iniungitur, cùm iterum confiteatur, vt ieiunia illa iteret, iniungererur autem ei si per eam satisfactio non impleretur: ergo per pœnitentiam sequentẽ opera præcedentia satisfaciendi efficacia accipiunt.

¶ Sed contra. Opera extra charitatem facta ideò non erant satisfactoria, quia fuerunt mortua: sed per pœnitentiam non viuificantur: ergo nec incipiunt esse satisfactoria.

¶ Præterea, Charitas non informat actum nisi qui ab ipsa aliqualiter procedit: sed opera non possunt esse Deo accepta, ac per hoc nec satisfactoria, nisi sint charitate informata: ergo cum opera facta extra charitatem nullo modo ex charitate processerint, vel de cætero procedere possint, nullo modo poterunt in satisfactionẽ cõputari.

¶ Respondeo dicendum, q̃ quidam dixerunt quòd opera in charitate facta, quæ viua dicuntur, sunt meritoria vitæ æternæ, & satisfactoria respectu pœnæ dimittendæ, & quod per charitatem sequentem, opera extra charitatem facta viuificantur quantum ad hoc quòd sunt satisfactoria, sed non quantum ad hoc quod sunt meritoria vitæ æternæ: sed hoc non potest esse, quia vtrunque habent ex eadem ratione opera ex charitate facta, scilicet ex hoc quòd sunt Deo grata: vnde sicut charitas adueniens non potest ea grati facere quantum ad vnum, ita nec quantum ad aliud,

¶ Ad primum ergo dicendum, q̃ non debet intelligi quod fructus computentur à tempore quo primò in peccato fuit, sed à tempore in quo peccare cessauit, quo scilicet vltimò in peccato fuit: vel intelligitur quando statim post peccatum contritus fuit, & fecit multa bona antequàm confiteretur. Vel dicendũ, quòd quantò est maior contritio, tantò magis diminuit de pœna, & quanto aliquis plura bona facit in peccato existens, magis se ad gratiam contritionis disponit: & ideò probabile est quòd minoris pœnæ sit debitor, & propter hoc deberent à sacerdote discretè computari, vt ei minorem pœnam iniungat inquantum inuenit eum melius dispositum.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ baptismus imprimit characterem in anima, non autem satisfactio: & ideò adueniens charitas, quæ fictionem tollit & peccatum, facit q̃ baptismus effectum suum habeat, non autem facit hoc de satisfactione. Et præterea baptismus ex ipso opere operato iustificat, quod non est hominis, sed Dei: & ideò non eodem modo mortificatur, sicut satisfactio quæ est opus hominis.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ aliquæ satisfactiones sunt ex quibus manet aliquis effectus in satisfacientibus etiã postquam actus satisfactionis transijt, sicut ex ieiunio manet corporis debilitatio, ex elemosynarum largitione substantiæ diminutio: & sic de similibus. Et tales satisfactiones in peccatis factæ non oportet quòd iterentur, quia quantum ad hoc quòd de eis manet per pœnitentiam, Deo acceptæ sunt satisfactiones autem quæ non relinquunt aliquem effectum in satisfaciente, postquam actus transijt, oportet quòd iterentur, sicut est de oratione & similibus. Actus autem interio, quia totaliter transit, nullo modo viuificatur, sed oportet quòd iteretur.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrùm bona facta extra charitate sint in aliquo meritoria.

57

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd opera extra charitatem facta sint aliquius boni meritoria, saltem temporalis. Quia sicut se habet pœna ad malum actum, ita se habet præmium ad bonum: sed nullũ malum factum apud Deum iustum iudicem est impunitum: ergo nec aliquod bonum irremuneratum, & sic per illud bonum aliquid meretur.

¶ 2 Præterea, Merces non datur nisi merito: sed operib. extra charitatem factis merces datur: vnde dicitur Matth. 5. de illis qui propter gloriam humanam opera bona faciunt quod receperunt mercedẽ suam: ergo opera illa fuerunt alicuius boni meritoria.

¶ 3 Præterea, Duo existentes in peccato, quorum vnus multa bona facit ex genera & circunstantia, alius autem nulla non æquiualiter propinquè se habent ad accipiendum bona à Deo, aliàs non esset ei consulendum vt aliquid boni faceret: sed qui magis appropinquat Deo, magis de bonis eius percipit: ergo iste per opera bona quæ facit, aliquid a Deo meretur.

¶ Sed contra est quod Augustinus dicit, quòd peccator non est dignus pane quo vescitur. ergo non potest aliquid à Deo mereri.

¶ Præterea. Qui nihil est nó potest aliquid mereri, sed peccator non habens charitatem, nihil est, secundum esse spirituale: vt patet primæ Corin. 13. ergo non potest aliquid mereri.

¶ Respondeo dicendum, q̃ meritum propriè dicitur actio qua efficitur, vt ei, qui agit sit iustum aliquid dari: sed iustitia duobliciter dicitur. Vno modo propriè, quæ scilicet respicit debitum ex parte recipientis. Alio modo quasi similitudinariè, quæ respicit debitum ex parte dantis. Aliquid enim decet dantem dare, quod tamen non habet recipiens debitum recipiendi, & sic iustitia dicitur decentia diuinæ bonitatis: sicut Anselm. dicitur, * quòd Deus iustus est cum peccatoribus parcit: quia

*In suo Prologio. c. 10.

quit eum decet: & secundum hoc etiam meritum dupliciter dicitur. Vno modo actus ille, per quem efficitur, vt ipse agens habeat debitum recipiendi, & hoc vocatur meritum condigni. Alio modo ille per quem efficitur, vt sit debitum dandi in dante secundum decentiam ipsius, & ideò hoc meritum dicitur meritũ congrui. Cùm autem in omnibus illis, quæ gratis dantur, prima ratio dandi sit amor, impossibile est quòd aliquid tale sibi debitum faciat qui amicitia caret: & ideo cùm omnia & tẽporalia & æterna ex diuina liberalitate donentur, nullus acquirere potest debitum recipiendi aliquid illorum nisi per charitatem ad Deum: & ideò opera extra charitatẽ facta, non sunt meritoria ex condigno neque æterni, neque temporalis alicuius boni apud Deum. Sed quia diuinæ bonitatem decet, vt vbicunque dispositionem inuenit perfectionem adijciat: ideò ex merito congrui dicitur aliquis mereri aliquod bonum per opera bona extra charitatem facta; & secundum hoc opera ista ad triplex bonum valent, scilicet ad temporalium consecutionem ad dispositionem ad gratiam, & ad assuetudinem bonorum operum: quia tamen hoc meritum non propriè dicitur meritum, ideò magis concedendum est q̃ huiusmodi opera non sint alicuius meritoria, quam quòd sint.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd sicut Philosophus dicit 8. Ethico. * Quia filius per omnia quæ facere potest, nihil æquale reddere patri potest his quæ à patre recepit, ideò nunquã pater debitor filij efficitur, & multò minùs homo potest propter æquiualentiam operis dominum sibi constituere debitorem: & ideo nullum opus nostrum ex quantitate suę bonitatis habet q̃ aliquid mereatur, sed habet ex vi charitatis, quæ facit eã quæ sunt amicorum esse communia. Vnde quantùmcunq; sit opus bonum extra charitatem factum, nõ facit, propriè loquendo, q̃ aliquid recipiendi à Deo faciens debitum habeat: sed opus malum ex quantitate suæ malitiæ secundum æquiualentiam pœnam meretur, quia ex parte Dei non sunt nobis aliqua mala facta sicut bona: & ideò quamuis opus malum mereatur pœnam ex condigno, non tamen opus bonum sine charitate meretur ex condigno præmium.

*lib.8.c. vlt. à me.

¶ Ad secundum & tertium dicendum, q̃ proceduat de merito congrui, aliæ autem rationes procedunt de merito condigni.

ARTICVLVS V.

¶ Vtrùm opera prædicta valeant ad mitigationem pœnarum infernalium.

58

AD Quintum sic proceditur. Videtur q̃ opera prædicta non valeant ad pœnæ infernalis mitigationẽ, quia secundum quantitatem culpæ erit quantitas pœnæ in inferno: sed opera extra charitatem non minuunt quantitatem peccati, ergo nec infernalis pœnæ.

¶ 2 Præterea. Pœna infernalis quamuis sit duratione infinita, tamen intentione finita est: sed quodlibet finitum consumitur aliqua finita subtractione facta: si ergo opera extra charitatem facta aliquid subtraherent de pœna debita pro peccatis, contingeret tantùm multiplicari illa opera quòd totaliter tolleretur pœna inferni, quod falsum est.

¶ 3 Præterea suffragia ecclesiæ sunt magis efficacia quàm opera extra charitatem facta: sed sicut ait August. in Enchi. * Damnatis in inferno non prosunt suffragia Ecclesiæ: pœnæ ergo multò minus per opera extra charitatem facta mitigantur. *

*c.110. tomo 3.
*c.110. in fi. to. & habet in Decretal. 33. q. 2. c. 22.

¶ Sed contra est quod Aug. dicit in Ench. * Quia ad hoc prosunt, vt sit plena remissio, vel tolerabilior fiat damnatio.

¶ Præterea. Magis est facere bonum quàm dimittere malum: sed dimittere malum semper vitat pœnam, etiam in eo qui charitate caret: ergo multò fortiùs facere bonum.

¶ Respondeo dicendum, q̃ diminuere pœnam infernalem potest intelligi dupliciter. Vno modo, quòd quis liberetur à pœna quam iam meruit, & sic cùm nullus liberetur à pœna nisi sit absolutus à culpa: quia effectus non diminuuntur, neque tolluntur, nisi diminuta vel ablata causa: per opera extra charitatem facta, quia neque culpam tollere neque diminuere possunt, pœna inferni mitigari non potest. Alio modo q̃ meritum pœnæ impediatur: & sic huiusmodi opera minuunt pœnã inferni. Primò, quia homo reatum omissionis euadit qui huiusmodi opera perficit. Secundò, quia huiusmodi opera aliquo modo ad bonum disponunt, vt homo ex minori contemptu etiam peccata faciat, vel etiam à multis peccatis per huiusmodi opera retrahatur: sed diminutionem vel dilationem temporalis pœnæ merentur huiusmodi opera: sicut patet de Achab 3. Reg. 21. Eodem modo sicut & bonorum temporalium consecutionem. Quidam autem dicunt q̃ diminuunt pœnam inferni non subtrahendo aliquid de ipsa quantùm ad substantiam, sed fortificando subiectum vt meliùs sustinere possit. Sed hoc non potest esse, quia fortificatio non est nisi ex ablatione passibilitatis, passibilitas autem est secundum mensuram culpæ: & ideò si culpa non minuitur nec subiectum fortificari potest. Quidam etiam dicunt q̃ diminuitur pœna quantùm ad vermem conscientiæ, licèt non quantùm ad ignem. Sed hoc etiam nihil est, quia sicut pœna ignis æquatur culpæ, ita & pœna remorsionis conscientiæ, vnde similis ratio est de vtroque.

¶ Et per hoc patet solutio ad obiecta.

QVAESTIO XV.

De his, per quæ fit satisfactio, in tres articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de his per quæ satisfactio fit.

¶ Circa quod quæruntur tria.

¶ Primò, vtrùm satisfactionem oporteat fieri per opera pœnalia.

¶ Secundò, vtrùm flagella quibus à Deo in hac vita homo punitur, sint satisfactoria.

¶ Tertiò, vtrùm conuenienter enumerentur opera satisfactoria, cùm dicitur, q̃ sint tria, scilicet eleemosyna, ieiunium, & oratio.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrùm oporteat fieri satisfactionem per opera pœnalia.

59

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur q̃ satisfactionem non oporteat fieri per opera pœnalia: quia per satisfactionem oportet fieri recompensationem ad diuinam offensam: sed nulla recompensatio videtur fieri per opera pœnalia, quia Deus non delectatur in pœnis nostris: ergo non oportet satisfactionem per opera pœnalia fieri.

D. Tho. vbi sup. art. 4. & q. 1. & seq.

¶ 2 Præterea. Quantò aliquod opus ex maiori charitate procedit, tantò minùs est pœnale: quia charitas pœnam non habet: primæ Ioan. 4. si ergo oportet opera satisfactoria esse pœnalia: quantò magis sunt ex charitate facta, tantò minus erunt satisfactoria: quod falsum est.

¶ 3 Præterea. Satisfacere (vt dicit Anselm.) * est honorem debitum Deo impendere: sed hoc etiam alijs quàm operibus pœnalibus fieri potest: ergo satisfactionem non oportet pœnalibus operibus fieri.

* lib. 1. Cur Deus homo. ca. 11.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Sed contra est quod Grego. * dicit: Iustum est vt peccator tantò maiora sibi inferat lamenta per pœnitentiam, quantò maiora intulit damna per culpam.

¶ Præt. Per satisfactionem oportet peccati vulnus sanari perfectè: sed peccatorum medicinæ sunt pœne: vt Philosophus dicit 2. Ethico. * ergo oportet quòd per pœnalia opera satisfactio fiat.

¶ Respondeo dicendum, quòd satisfactio respectum habet & ad præteritam offensam, pro qua recompensatio fit per satisfactionem, & etiam ad futuram culpam, à qua per eam præseruamur, & quantùm ad vtrunque exigitur q̃ satisfactio per opera pœnalia fiat. Recompensatio enim offensæ importat adæquationem, quam oportet esse eius, qui offendit, ad eum, in quem offensa commissa est; adæquatio autem in humana iustitia attenditur per subtractionem ab vno, qui plus habet iusto, & additionem ad alterum, cui subtractum est aliquid. Deo autem quàmuis ex parte sua nihil subtrahi possit, tamen peccator quantùm in ipso est, aliquid ei subtraxit peccando (vt dictum est.)* Vnde oportet ad hoc quòd recompensatio fiat, q̃ aliquid subtrahatur à peccante per satisfactionem, quod in honorem Dei cedat. Opus autem bonum ex hoc q̃ est huiusmodi, non subtrahit aliquid ab operante, sed magis perficit ipsum. Vnde subtractio nõ potest fieri per opus bonum, nisi pœnale sit, & ideò ad hoc quod aliquod opus sit satisfactorium, oportet quòd sit bonum, & in honorem Dei sit, & pœnale, vt per hoc aliquid peccatori subtrahatur. Similiter etiam pœna à culpa futura præseruat, quia non facilè homo ad peccata redit, ex quo pœnam expertus est. Vnde secundùm Philosophum, * Pœnæ medicinæ sunt.

¶ Ad primum ergo dicendum, q̃ quamuis Deus non delectetur in pœnis, vt sunt pœnæ, delectatur tamen in eis vt sunt iustæ: & sic satisfactoriæ esse possunt.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ sicut in satisfactione cõsideratur pœnalitas, ita & in merito considerator difficultas. Diminutio autem difficultatis ex parte ipsius actus diminuit cæteris paribus meritũ: sed diminutio difficultatis ex promptitudine voluntatis non diminuit meritũ, sed auget. Et similiter diminutio pœnalitatis ex promptitudine voluntatis, quã facit charitas, non diminuit efficaciam satisfactionis, sed auget.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ debitum pro peccato, est recompensatio offensæ, quæ sine pœna peccantis non fit, & de tali debito Anselmus intelligit.

* In sensu id habet 4. moral. c. 12. post med.

* lib. 2 c. 3. ante med.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrùm flagella præsentis vitæ sint satisfactoria.

AD secundum sic proceditur. Videtur q̃ flagella, quibus à Deo in hac vita punimur, non possunt satisfactoria esse. Nihil enim potest esse satisfactorium: nisi quod est meritorium, vt ex dictis patet: * sed non meremur, nisi per ea quæ in nobis sunt; cùm ergo flagella quibus à Deo punimur, non sint in nobis, videtur, q̃ satisfactoria esse non possunt.

* Q. præc. ar. 2.

¶ 2 Præt. Satisfactio tantùm bonorum est: sed huiusmodi flagella etiam malis inducuntur, & præcipuè eis debentur: ergo non possunt esse satisfactoria.

¶ 3 Præterea. Satisfactio respicit peccata præterita: sed aliquando ista flagella infliguntur illis, qui peccata nõ habent, sicut de Iob patet; ergo videtur quòd non sint satisfactoria.

* Glo. ordi. Ibi. * sup Psa. 118. fer. 18. à principio. 4. refertur de pœni. dist. 3. c. 41. & c. 44. & habetur 4. sen dist. 15 §. 6. &c.

¶ Sed contra est quod dicitur Rom. 5. Tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, id est à peccato purgationem: vt glo. ibidẽ dicit; * ergo flagella huius vitæ peccata purgant, & sic sunt satisfactoria.

¶ Præte. Ambr.* dicit. Et si fides, ideſt peccati conscientia desit, pœna satisfacit, ergo huius vitæ flagelli sunt satisfactoria.

¶ Respondeo dicendum, q̃ recompensatio offensæ præteritæ potest fieri ab eo, qui offendit, & ab alio. Quando autem fit ab alio, talis recompensatio vindicationis magis, quàm satisfactionis rationem habet: quando autem fit ab ipso, qui offendit, habet rationem satisfactionis. Vnde si flagella, quæ pro peccatis à Deo infliguntur, fiant aliquo modo ipsius patientis, rationem satisfactionis accipiunt: fiunt autem ipsius inquantum ea acceptat ad purgationem peccatorum, eis vtens patienter. Si autem omnino eis per impatientiam dissentiat, tũc non efficiuntur aliquo modo ipsius: & ideo non habent rationem satisfactionis, sed vindicationis.

¶ Ad primum ergo dicendum, q̃ quàmuis illa flagella non sint omnino in potestate nostra, tamen quantùm ad aliquid sunt, vt scilicet eis patienter vtamur, & sic homo facit de necessitate virtutem: vnde & meritoria, & satisfactoria esse possunt.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ sicut ex eodem igne (vt Gre. dicit) * aurũ rutilat & palea fumat: ita etiam eisdem flagellis & boni purgãtur, & mali magis inficiuntur per impatientiam: & ideo quàmuis flagella sint communia, tamen satisfactio tantùm est bonorum.

* id habet Aug. lib. 1. de ciui. Dei. c. 8. circa fi. to. 5.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ flagella respectum habẽt ad culpam præteritam semper, sed non semper ad culpã personæ, sed quandoque ad culpam naturæ. Si enim in humana natura nulla culpa processisset, nulla pœna fuisset: sed quia culpa in natura processit, personæ alicui diuinitus pœna infertur sine culpa personæ ad meritum virtutis, & cautelam peccati sequentis, & hic etiam duo necessaria sunt in satisfactione: Oportet enim esse opus meritorium, vt honor Deo exhibeatur, & oportet esse virtutum custodiam, vt à futuris peccatis præseruemur.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrùm conuenienter enumerentur opera satisfactoria.

AD tertium sic proceditur. Videtur q̃ inconuenienter enumerentur opera satisfactoria, cùm dicitur q̃ sunt tria, eleemosyna, ieiunium, & oratio. Quia opus satisfactorium debet esse pœnale, sed oratio pœnam non habet, sed est contra pœnæ tristitiam medicina, secundum delectationem. Vnde dicitur Iacob. quinto. Tristatur aliquis vestrũ? oret sit. Aequo animo est? psallat: ergo non debet computari inter opera satisfactoria.

¶ Præterea, Omne peccatum vel est carnale, vel spirituale, sed sicut dicit Hieronymus, * Ieiunio sanantur pestes corporis, oratione pestes mentis: ergo non debet esse aliquod aliud opus satisfactorium.

* super illud Matth. 9. hoc genus dæmoniorũ nõ ejicitur &c. to. 6.

¶ 3 Præterea, Satisfactio est necessaria ad emendationem peccatorum: sed eleemosyna ab omnibus peccatis emundat. Lucæ 11. Date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis: ergo alia duo sunt superflua.

¶ Sed contra, Videtur q̃ debeant esse plura. Quia contraria contrarijs curantur, sed multò plura sunt peccatorum genera, quàm tria: ergo debent plura satisfactionis opera computari.

¶ Præterea, Peregrinationes etiam iniunguntur pro satisfactione, & disciplinæ, & flagellationes, quæ non computantur sub aliquo horum, ergo insufficienter enumerantur.

* Ar. 1. hius q.

¶ Respondeo dicendum, q̃ satisfactio vt dictum est debet esse talis, per quam aliquid nobis subtrahamus ad honorem Dei, nos autem non habemus nisi tria bona, scilicet bona animæ, & bona corporis, & bona fortunæ, scilicet exteriora. Ex bonis quidem fortunæ subtrahimus nobis aliquid per eleemosynam, sed ex bonis corporalibus per ieiunium, ex bonis autem animæ, non oportet quod aliquid subtrahamus nobis quantùm ad essentiam, vel quantùm ad diminutionem ipsorum, quia per ea efficimur Deo accepti: sed per hoc q̃ ea submittimus Deo totaliter, & hoc fit per orationem. Competit etiam iste numerus ex parte illa, qua satisfactio peccatorũ causis excidit, * quia radices peccatorum tres ponuntur: primæ Ioan. 2. scilicet concupiscentia carnis, concupiscentia oculorum, & superbia vitæ. Contra concupiscentiam carnis ordinatur ieiunium, contra concupiscentiam oculorum ordinatur eleemosyna, cõtra superbiam vitæ ordinatur oratio; vt Augustinus dicit super Matth. Competit etiam ad hoc quòd satisfactio est peccatorum suggestionibus aditum non indulgere. Quia omne peccatum, vel in Deum committimus, & contra hoc ordinatur oratio: Vel in proximum, & contra hoc eleemosyna. Vel in nos ipsos, & contra hoc ordinatur ieiunium.

* vt habetur Aug. & Decret. locis sup. q. 12 ar. 2. 1 ar. sed cõtra citatis.

¶ Ad primum ergo dicendum, q̃ secundùm quosdam duplex est oratio, quædam, quæ est contemplatiuorum, quorum conuersatio in cœlestis est, & talis, quia totaliter est delectabilis nõ est satisfactoria. Alia est q̃ a pro peccatis gemitus fundit, & talis habet pœnam, & est satisfactionis pars. Vel dicendum, & melius, quòd quælibet oratio habet rationem satisfactionis, quia quàmuis habet suauitatem spiritus, habet tamen afflictionem carnis: quia vt dicit Grego. * super Eze. Dum crescit in nobis fortitudo amoris intimi, infirmamur proculdubio fortitudine carnis. vnde & neruus fœtoris Iacob ex lucta angeli emarcuisse legitur Gene. 32.

* Hom. 14 in Eze. in ter med. & fi.

¶ Ad secundum dicendum, quòd peccatum carnale dicitur dupliciter. Vno modo, quòd in ipsa delectatione carnis cõpletur, vt gula & luxuria. Alio modo, quòd completur in his, quæ ad carnem ordinantur, quàmuis non in delectatione carnis, sed in delectatione animæ magis, vt auaritia. Vnde talia peccata sunt quasi media inter spiritualia, & carnalia: & ideo oportet, quòd eis etiam aliqua satisfactio respondeat propria, scilicet eleemosyna.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ quamuis singula istorum per quandam conuenientiam singulis peccatis approprientur: quia congruum est, vt in quo quis peccauerit, in hoc puniatur, * & quòd peccati commissi per satisfactionem radix abscindatur, tamen quodlibet horum pro quolibet peccato satisfacere potest. Vnde ei, qui non potest vnum ex his perficere, iniungatur aliud, & præcipuè eleemosyna, quæ aliorũ vices supplere potest, inquantùm alia satisfactionis opera per eleemosynam quisque sibi mercatur † quodammodo in illis quibus eleemosynam tribuit. Vnde non oportet, quòd si eleemosyna omnia mundet peccata, q̃ propter hoc aliæ satisfactiones superfluant.

* Sap. 11.

† Aliàs mereatur.

¶ Ad quartum dicendum, quòd quàmuis sint multa peccata in specie, tamen omnia alia ad illas tres radices, vel ad illa tria peccatorum genera, de quibus diximus * dictas satisfactiones respondere dicuntur.

* In cor. ar.

¶ Ad quintum dicendum, quòd quicquid ad afflictionem corporis pertinet, totum ad ieiunium refertur: & quicquid in proximi vtilitatem expenditur, totum eleemosynæ rationem habet: & similiter quæcunque latria exhibetur Deo, orationis accipit rationem: & ideo etiam vnus opus potest habere plures rationes satisfaciendi.

QVAESTIO XVI.

De suscipientibus hoc sacramentum, in tres articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de suscipientibus hoc sacramentum.

¶ Circa quod tria quæruntur.

¶ Primò, vtrùm pœnitentia possit esse in nocentibus.

¶ Secundò, vtrùm in sanctis, qui sunt in gloria.

¶ Tertiò, vtrùm in angelis bonis, seu malis.

ARTICVLVS I. 62

Vtrùm pœnitentia possit esse in innocentibus.

AD primum sic proceditur. Videtur q̃ in innocentibus pœnitentia esse non possit. Quia pœnitentia est commissa mala plangere, sed innocentes nullum malum commiserunt: ergo in eis pœnitentia non est. D. Tho. 4. Dist. 14. q. 1. art. 3. q. 2. & seq.

¶ 2 Præterea. Pœnitentia ex suo nomine importat pœnam: sed innocentibus non debetur pœna, ergo non est in eis pœnitentia.

¶ 3 Præt. Pœnitentia in idem coincidit cum vindicatiua iustitia, sed omnibus existentibus innocentibus vindicatiua iustitia locum non haberet: ergo nec pœnitentia, & ita non est in innocentibus.

¶ Sed contrà, Omnes virtutes simul infunduntur: sed pœnitentia est virtus, cùm ergo in baptismo innocentibus infundantur aliæ virtutes, * infunditur etiam pœnitentia.

* vt dſ. in 3. part. q. 69. ar. 6.

¶ Præt. Ille, qui nunquàm fuit infirmus corporaliter, dicitur sanabilis; ergo & similiter ille, qui nunquam fuit infirmus spiritualiter: sed sicut sanatio in actu à vulnere peccati non est nisi per actum pœnitentiæ, ita nec sanitas nisi per habitum: ergo ille, qui nunquàm habuit infirmitatem peccati, habet habitum pœnitentiæ.

¶ Respondeo dicendum, quòd habitus medius est inter potentiam, & actum, & quia remoto priori, remouetur posterius, non autem è conuerso: ideo remota potentia ad actum, remouetur habitus, non autem remoto actu: & quia subtractio materiæ tollit actum propter hoc, quòd actus non potest esse sine materia, in quam transit: ideò habitus alicuius virtutis competit alicui, qui non suppetit materia propter hoc quòd suppetere potest, & ita in actum exire: sicut pauper homo potest habere habitũ magnificentiæ, sed non actũ, * quia non habet magnificationem diuitiarum, quæ sunt materia magnificentiæ, * sed potest habere habitum: & ideò cùm innocentes in statu innocentiæ non habeant peccata commissa, quæ sunt materia pœnitentiæ, sed possunt habere, actus pœnitentiæ in eis esse non potest, sed habitus potest: sed hoc si gratiam habeant, cum qua omnes virtutes infunduntur. *

* vt dſ in 2. 2. q. 134 ar. 3. ad 4. * vt ibi in cor. dicit. * vt dictũ est 2. 2. q. 110 ar. 3. & 3. Par. q. 62. ar. 2

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd quàmuis non cõmiserint, possunt tamen committere, & ideò eis habitum pœnitentiæ habere competit: sed tamen habitus iste nunquam in actum exire potest, nisi fortè respectu venialium peccatorum: quia peccata mortalia tollunt ipsum, nec tamen est frustra, quia est perfectio potentiæ naturalis.

¶ Ad secundum dicendum, quòd quàmuis non sit in eis debita pœna actu, tamen in eis est aliquid possibile esse, pro quo eis pœna debeatur.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ remanẽte potentia ad peccandum, adhuc haberet locum vindicatiua iustitia secundùm habitum, quàmuis non secundùm actum, si peccata actũ non essent.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrùm sancti homines, qui sunt in gloria, habeant pœnitentiam.

AD secundum sic proceditur. Videtur quòd sancti homines, qui sunt in gloria, non habeant pœnitentiam: Quia sicut dicit Grego. in moral. * Beati peccatorum recordantur, sicut nos sani sine dolore dolorũ memoramur: sed pœnitentia est dolor cordis, ergo sancti in patria non habent pœnitentiam. 62 * Libr. 4 Moral. circa fi. lib.

2 Præterea, Sancti in patria sunt Christo conformes: sed in Christo non fuit pœnitẽtia, quia nec fides, quæ est principium pœnitentiæ: ergo nec sanctis in patria erit pœnitentia.

¶ 3 Præterea. Frustra est habitus quia ad actum

Universidad de Deusto
Biblioteca

non reducitur, sed iancti in patria non pœnitebunt actu quia sic eis esset aliquid contra uotum: ergo non erit in eis habitus pœnitentiæ.

¶ Sed contra, Pœnitentia est pars iustitiæ, sed iustitia est perpetua, & immortalis, & in patria remanebit: ergo & pœnitentia.

¶ Præterea. In vitis patrum legitur à quodam patre dictum, quod etiam Abraham pœnitebit de hoc, ꝙ non plura bona fecit: sed magis debet homo pœnitere de malo commisso, quàm de bono omisso, ad quod non tenebatur, quia de bono tali loquitur: ergo erit ibi pœnitẽtia de malis commissis.

¶ Respondeo dicendum, ꝙ virtutes cardinales remanebunt in patria: sed secundum actus quos habent in fine suo: & ideò cùm pœnitẽtia virtus sit pars iustitiæ, quę est virtus cardinalis, quicunque habet habitum pœnitentiæ in hac vita, habebit in futura: sed non habebit eundem actum quem nunc habet, sed alium, s. gratias agere Deo pro misericordia relaxante peccata.

* Est Grego. cita. 1 arg. ¶ Ad primum ergo dicendũ, ꝙ illa authoritas * probat, ꝙ non habent eundem actum quem hic habet pœnitentia, & hoc concedimus.

¶ Ad secundum dicendum, quòd Christus non potuit peccare: & ideò materia huius virtutis non competit sibi actu nec potentia: & propter hoc non est simile de ipso & de aliis.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ pœnitere propriè loquẽdo dicit actum pœnitentiæ, qui nunc est, qui non erit in patria: nec tamen habitus frustra erit, quia alium actum habebit.

¶ Quartum concedimus. Sed quia quinta ratio probat, quòd etiam idem actus pœnitentiæ erit in patria, qui modò est.

¶ Ideò dicendum ad quintum, quòd uoluntas nostra in patria omninò erit conformis voluntati Dei. Vnde sicut Deus voluntate antecedente vult omnia esse bona, & per consequens nihil esse mali, non autem voluntate consequente, ita etiam est de beatis; & talis voluntas in propriè dicitur ab illo sancto patre pœnitentia.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrùm angelus sit susceptiuus pœnitentia.

64 AD tertium sic proceditur. Videtur ꝙ etiam angelus bonus, siue malus sit susceptiuus pœnitentiæ. Quia timor est initium pœnitentiæ, sed in eis est timor. Ia. 2. Dæmones credunt, & contremiscunt: ergo in eis potest esse pœnitentia.

*li. 9. Ethic. 4. parũ ante fi. ¶ 2 Præt. Philosophus dicit 9. Ethic. * ꝙ pœnitudine replentur mali, & hæc est maxima pœna eis: sed dæmones maximè sunt praui, nec aliqua pœna eis deest: ergo dæmones possunt pœnitere.

¶ 3 Præterea. Faciliùs mouetur aliquid in id quod est secundum naturam, quàm in id, quod est contra naturã, sicut aqua, quæ per violentiam calefacta est, & per seipsam ad naturalem proprietatem redit: sed angeli possunt mutari in peccatum, quòd est contra omnem naturam eorum: ergo multò fortius possunt reuocari in id, quod est secundum naturam, sed hoc facit pœnitentia, ergo sunt susceptibiles pœnitentiæ.

*lib. 2. orthodo. fidei ca. 4. in fi. ¶ 4 Præterea. Idem iudicium est secundum Dam. * de angelis, & de animabus separatis. Sed in animabus separatis potest esse pœnitentia, vt quidam dicuntur: sicut in animabus beatis, quæ sunt in patria: ergo & in angelis potest esse pœnitentia.

¶ Sed contra, Per pœnitentiam homo reparatur ad vitam † de peccato dimisso: sed hoc est impossibile in angelis: ergo non sunt susceptibiles pœnitentiæ.

† Alias per pœnitentiã homo consequitur ueniam de peccato cõmisso. ¶ Præterea. Dama. dicit quòd homo fungitur pœnitẽtia propter corporis infirmitatem: sed angeli sunt incorporei: ergo in eis potest esse pœnitentia.

¶ Respondeo dicendum, ꝙ pœnitentia in nobis dupliciter accipitur. Vno modo secundum, quòd est passio, sic autem nihil aliud est, quàm dolor vel tristitia de malo commisso: & quamuis secundum, quòd est passio: non sit nisi in concupiscibili, tamen aliquis actus voluntatis similitudinariè pœnitentia dicitur, quo quis scilicet detestatur quod facit: sicut etiam amor, & aliæ passiones dicuntur in intellectiuo appetitu. Alio modo accipitur secundum, quòd est uirtus, & hoc modo detestari mali commissum cum emendationis proposito, & intentione expiandi, vel Deum placandi de offensa commissa, est actus eius. Detestatio autem competit alicui, secundum quòd habet ordinem naturalem ad bonum, & quia in nulla creatura talis ordinatio totaliter tollitur: ideò etiam in damnatis talis detestatio manet, & per cõsequens pœnitentiæ passio, vel simile: vt dicitur Sapien. 5. Intra se pœnitentiam agentes &c. Et hæc quidem pœnitentia cùm non sit habitus, sed passio vel actus, nullo modo in beatis Angelis esse potest, in quibus peccata commissa non præcesserunt, sed in malis Angelis est, cùm sit eadem ratio de his, & de animabus damnatis: quia secundum Dam.* Quod homini est mors, est Angelis casus. † Sed peccatum Angeli est irremissibile, & quia peccatum, vt remissibile est, vel expiabile, est propria materia ipsius virtutis, quæ pœnitentia dicitur: ideò cùm materia non possit eis competere, non adest eis potentia exeundi in actum, & ideò nec habitus eis conuenit: & ideò Angeli susceptiui uirtutis pœnitentię esse non possunt. *lib. 2. de tho. fide ca. 4. in fin. † alias, ea plus.

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ ex timore in eis generatur aliquis pœnitentiæ motus, sed nõ quæ sit uirtus. Et similiter dicendum ad secundum.

¶ Ad tertium dicendum, quòd quicquid in eis est naturales, totum est bonum, & ad bonum inclinas: sed libe rum arbitrium est in eis malitia † obstinatum: & quia motus virtutis, & uitij non sequitur inclinationem naturæ, sed magis motum liberi arbitrij: ideò non oportet, quamuis naturaliter inclinentur ad bonum, quòd motus virtutis in eis sit, uel esse possit. † Alias ẽ in malo

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ non est eadem ratio de Angelis sanctis, & de animabus sanctis, quia in animabus sanctis præcesit, vel præcedere potuit peccatum remissibile, non autem in Angelis, & ita quamuis sint similes quantùm ad statum præsentem, non tamen quantùm ad statum præteritum, quæm pœnitentia respicit directè.

QVAESTIO XVII.

De potestate clauium, in tres articulos diuisa.

COnsequenter considerandum est de potestate ministrorum huiusmodi sacramenti, quæ ad claues pertinet. Circa quod primò videndum est de clauibus. Secundò, de ex communicatione. Tertiò, de indulgentia: hæc enim duo sunt annexa potestati clauium. Circa primum consideranda sunt quatuor. Primò, de entitate & quidditate clauium. Quartò, de his in quibus potest exerceri vsus clauium. Circa primum quæruntur tria.

¶ Primò, vtrùm claues in Ecclesia esse debeant.

¶ Secundò, vtrùm clauis sit potestas ligandi atque soluendi.

¶ Tertiò, vtrùm sint duæ claues, vel vna tantum.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrùm claues in Ecclesia esse debeant.

65 D. Th. dl. 18. q. 1. ar. 1. q. 1. AD primum sic proceditur. Videtur ꝙ claues in Ecclesia esse nõ debeãt. Nõ enim requirunt claues ad introeundum

trandum domum, cuius ostium est apertum: sed Apoca lyp. 4. dicitur, Vidi, & ecce in cœlo ostium apertum, ꝙ Christus est, qui de seipso dicit. Ego sum ostium, ergo ad introitum cœli Ecclesia clauibus non indiget.

¶ 2 Præt. Clauis est ad aperiendum, & claudendum: sed hoc solius Christi est, qui aperit & nemo claudit, claudit, & nemo aperit. Apoc. 3. ergo Ecclesia in ministris suis claues non habet.

¶ 3 Præt. Cuicunque clauditur cœlum, aperitur infernus: & è contrario: ergo quicunque habet claues cœli, habet claues inferni: sed Ecclesia non dicitur habere claues inferni: ergo nec claues cœli habet.

¶ Sed contra est, quod dicitur Matthæi 16. Tibi dabo claues regni cœlorum.

¶ Præterea, Omnis dispensator debet habere claues eorum, quæ dispensat: sed ministri Ecclesiæ sunt dispensatores diuinorum, vt patet primæ Corint. 4. ergo debent habere claues.

¶ Respondeo dicendum, ꝙ in corporalibus dicitur clauis instrumentum quo ostium aperitur: regni autem ostium nobis per peccatum clauditur, & quãtum ad macula, & quantùm ad reatum pœnæ, & ideo potestas, qua tale obstaculum remouetur, dicitur clauis. Hæc autem potestas est in diuina Trinitate per authoritatem, & ideo dicitur à quibusdam, quod habet clauem authoritatis: sed in Christo homine fuit hæc potestas ad remouendum prædictũ obstaculum per meritum passionis, quæ etiam dicitur ianuam aperire; & ideo dicitur habere secundùm quosdam claues excellentiæ: sed quia ex latere, Christi dormientis in cruce sacramenta fluxerunt, quibus Ecclesia fabricatur, ideo in sacramentis Ecclesiæ efficacia passionis manet, & pp hoc ét ministris ecclesiæ, qui sunt dispensatores sacramentorum potestas aliqua ad prædictum obstaculum remouendum est collata, nõ propria, sed virtute diuina & passionis Chri, & hæc ptãs metaphoricè clauis Ecclesiæ dr, q̃ est clauis ministerii.

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ ostium cœli, quantũ est de se, semper est apertum, sed alicui clausum dicitur propter impedimentum intrandi in cœlum, quod in ipso est, impedimentum autem totius humanæ naturæ ex peccato primi hominis consecutum, per passionem Christi amotum est, & ideo Ioannes post passionem vidit in cœlo ostium apertũ, sed adhuc quotidie alicui manet clausum propter peccatum originale quod contraxit, vel actuale quod commisit; & propter hoc indigemus sacramentis, & clauibus Ecclesiæ.

¶ Ad secundum dicendum, quòd hoc intelligitur de clausione qua limbum clausit ne aliquis vltra in illũ descendat, & de apertione qua paradisum aperuit remoto impedimento naturæ per suam passionem.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ clauis inferni, qua aperit, & clauditur, est potestas gratiam conferendi per quam homini aperitur infernus, vt de peccato educatur, ꝙ est inferni porta, & clauditur ne vltra homo in peccatũ labatur gratia sustentatus. Potestas autem gratiam conferendi solius Dei est, & ideo clauem inferni sibi soli retinuit, sed clauis regni est potestas etiam dimittendi reatum pœnæ temporalis, qui manet, per quem homo à regno prohibetur, & ideo magis potest dari clauis regni quàm clauis inferni, non enim idem sunt, vt ex dictis Patet.* Aliquis enim de inferno educitur per remissionem æternæ pœnæ, qui non statim in regnum introducitur propter reatum temporalis pœnæ, qui manet. Vel dicendum est, ꝙ eadem est clauis inferni, & cœli: quia ex hoc ipso, ꝙ alicui aperitur vnum, clauditur alterum, sed denominatur à digniori. * In istamet solutio.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrùm clauis sit potestas ligãdi, & soluẽdi.

66 AD secundum sic proceditur. Videtur ꝙ clauis non sit potestas ligandi, & soluendi, qua ecclesiasticus iudex dignos recipere, indignos excludere debeat à regno vt ex l tera habetur:* & ex gl. Hiero, † Matth. 16. Potestas. n, spiritualis in sacramento collata est idem quod character: sed clauis, & character non videntur idem esse: quia per characterẽ homo Deo comparatur, per claues autem ad subditos: ergo clauis non est potestas. * Magister, li. 4. sen. dist. 8 §. B. † Hieron. super illud Matt. 16. tibi dabo claues regni, &c. to. 9

¶ 2 Præt. Iudex ecclesiasticus non dicitur nisi ille, qui habet iurisdictionem, quæ simul cùm ordine non datur: sed claues in ordinis susceptione conferuntur: ergo non debuit de ecclesiastico iudice in definitione clauiũ mentio fieri.

¶ 3 Præt. Ad id quod aliquis habet ex seipso, non indiget aliqua potestate actiua, per quam inducatur ad actum: sed eo ipso ꝙ aliquis est dignus, ad regnum admittitur, ergo non pertinet ad potestatem clauium dignos ad regnum admittere.

¶ 4 Præterea. Peccatores indigni sunt regno, sed ecclesia pro peccatoribus orat vt ad regnum perueniant, ergo non excludit in dignos, sed magis admittit quantũ in se est.

5 ¶ Præt. In omnibus ordinatis agentibus vltimus finis pertinet ad principale agens, non ad agens instrumẽtale, sed principale agens ad salutem hominis est Deus; ergo ad eum pertinet ad regnum admittere, quod est vltimus finis, & non ad habentem claues, qui est sicut instrumentum, vel minister.

*lib. 2. de Aſa. tex. 33. ¶ Respondeo dicendum, ꝙ secundum Philosophum, in 2. de Anima, * potentiæ per actus definiuntur, vnde cùm clauis sit potentia quædam, oportet ꝙ per actum, vel per vsum suum definiatur, & ꝙ in actu obiectum exprimatur, à quo speciem recipit actus, & modus agẽdi, ex quo apparet potentia ordinata: actus autem potestatis spiritualis non est vt cœlum aperiat absolutè, quia iam apertum est (vt dictum est*) sed quantùm ad hoc, vt aperiat tali: quod quidem ordinatè fieri non potest, nisi idoneitate eius cui aperiendum est cœlum, pensata: & ideo in prædicta* definitione clauis ponitur genus, s. potestas, & subiectum potestatis. s. iudex ecclesiasticus, & actus. s. excludere & recipere, secundum duos actus materialium clauium qui sunt aperire, & claudere, cuius obiectum tangit in hoc ꝙ dicit, à regno, modum aũt in hoc ꝙ dicit, dignitas & indignitas in illis, in quos actus exercetur, pensatur. *Ar. 1. huius q. ad 1 *posita in ar. 1. huius ar.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd ad duo, quorum vnum est causa alterius, vna potestas ordinatur, sicut in igne calor ad calefaciendum, & dissoluendum, & quia omnis gratia & remissio in corpore mystico ex capite suo prouenit, ideo vna potestas, & eadem esse videtur p essentiam qua sacerdos cõficere potest, & qua potest soluere, & ligare si iurisdictio adsit, nec differt nisi ratione, secundum quòd ad diuersos effectus comparatur, sicut etiam ignis dicitur secundum aliam rationem calefactiuus, & liquefactiuus, & quia nihil est aliud character ordinis sacerdotalis, quàm potestas exercendi illud, ad quod principaliter ordo sacerdotii ordinatur sustinendum; oportet quòd sit idem quod spiritualis potestas; ideo character, & potestas conficiendi, & potestas clauium est vnum, & idem per essentiam, sed differt ratione.

¶ Ad secundum dicendum, quòd omnis potestas spiritualis datur cum aliqua consecratione, & ideo clauis cùm ordine datur: sed executio clauis indiget materia debita, quæ est plebs subdita per iurisdictionem, & ideo antequàm iurisdictionem habeat, habet claues, sed nõ habet actum clauium, & quia clauis per actum definitur ideo in definitione clauis ponitur aliquid ad iurisdictionem pertinens.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ aliquis potest esse dignus aliquo dupliciter, aut ita quod ipsum habendi ius habeat & sic quilibet dignus iam habet cœlum apertum; aut ita quòd insit ei aliqua congruitas ad hoc, quòd ei detur,

Universidad de Deusto
Biblioteca

& sic dignos quibus nondum totaliter apertum est cœlum, potestas clauium recipit.

¶ Ad quartum dicendum, q̃ sicut Deus non obdurat impartiendo malitiam, sed non conferendo gratiam, ita sacerdos dicitur excludere, non q̃ impedimentum ad intrandum ponat: sed quia impedimentum positum nõ amouet: quia ipse amouere non potest, nisi priùs Deus amouerit; & ideo rogatur Deus, vt ipse absoluat, vt sic sacerdotis absolutio locũ habeat.

¶ Ad quintum dicendum, quòd actus sacerdotis non est immediatè super regnum, sed super sacramenta, quibus homo ad regnum peruenit.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrùm sint duæ claues, vel una tantùm.

67 ADtertium sic proceditur. Videtur quòd non sint duæ claues, sed tantùm vna. Ad vnam enim feram non requiritur nisi vna clauis: sed fera, ad quam amouendam ordinantur ecclesiæ claues, est peccatum: ergo contra vnum peccatum non indiget ecclesia duabus clauib.

¶ 2 Præt. Claues in collatione ordinis conferũtur, sed scientia non est ex infusione semper, sed quandoque exacquisitione; nec ab omnibus ordinatis habetur, sed à quibusdam non ordinatis: ergo scientia non est clauis, & sic est vna tantùm clauis, s. potestas iudicandi.

¶ 3 Præt. Potestas, quam habet sacerdos super corpus Christi mysticum, dependet ex potestate quàm habet super corpus Christi verum: sed potestas ad conficiẽdum corpus Christi verum est vna tãtùm, ergo clauis quæ est potestas recipiens † corpus Christi mysticũ, est vna tm. † Aliàs, respicies.

¶ Sed cõtrà, videtur quòd sint plures quàm duæ: quia sicut ad actum hominis requiritur scientia & potentia, ita & voluntas: sed scientia discernendi ponitur clauis, & similiter potentia iudicandi: ergo & voluntas absoluendi debet dici clauis.

¶ Præterea, Tota Trinitas peccatum remittit: sed sacerdos per claues est ministeri remissionis peccatorum: ergo debet habere tres claues, vt Trinitati configuret.

¶ Respondeo dicendum, q̃ in omni actu, qui requirit idoneitatem ex parte recipientis, duo sunt necessaria ei, qui debet actum illum exercere: s. iudicium de idoneitate recipientis, & expletio actus: & ideò etiam in actu iustitiæ per quam redditur alicui hoc, quo dignus est, oportet esse iudicium, quo discernatur, an iste sit dignus, & ipsa redditio: & ad vtrunque horum authoritas siue potestas quædam exigitur. Non enim dare possumus nisi quod in potestate nostra habemus: vnde iudicium dici potest, eò q̃ vim coactiuam habeat, eò quòd iudiciũ ad vnum iam terminatur; quæ quidem determinatio in speculatiuis fit per virtutem priorum principiorum, qui bus resistũ non potest, & in practicis rebus per vim imperatiuam in iudicante existentem: & quia actus clauis requirit idoneitatem in eo, in quem exercetur, quia recipit per clauẽ iudex ecclesiasticus dignos, ex excludit indignos: vt ex dicta definitione patet: Ideo indiget iudicio discretionis, quo idoneitatem iudicat, ex ipso receptionis actu: & ad vtrunque horum potestas quædam, siue authoritas requiritur: & secundum hoc sunt duæ claues, quarum vna pertinet ad iudicium de idoneitate eius, qui absoluendus est, & alia ad ipsam absolutionem, & hæ duæ claues non distinguntur in essentia authoritatis, quia vtraque ad officium idem competit: sed ex cõparatione ad actus, quorum vnus alium præsupponit.

¶ Ad primum ergo dicendum, q̃ ad vnam feram apreiendam vna clauis immediatè ordinatur: sed non est inconueniens, q̃ vna ad actum alterius ordinetur, & sic est in proposito. Secunda enim clauis, quæ dicitur potestas ligandi & soluendi est, quæ immediatè feram aperit peccati: sed clauis, quæ dicitur scientia, ostendit, cui aperienda sit fera illa.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ circa clauem scientiæ duplex est opinio. Quidam enim dixerunt q̃ scientia secundum quòd est habitus acquisitus, uel infusus, dicitur hæc clauis, & q̃ non est principalis clauis, sed in ordine ad aliam clauem dicitur: & ideo quando est sine alia clau, non dicitur clauis, sicut in viro literato, qui non est sacerdos. Et similiter etiam quandoque hac clau aliqui sacerdotes carent, quia non habent scientiam acquisitam neque infusam, qua absoluere, & ligare possint: sed quãdoque industria naturali ad hoc vtuntur, quæ secundùm eos clauiola dicitur: & sic clauis scientiæ, quàmuis cum ordine non tradatur, traditur tamen cùm ordine, quòd sit clauis, quod priùs non erat: & hæc videtur opinio Magistri fuisse. * Sed hoc non videtur verbis Euangelij concordare, quæ claues Petro dandas promittunt, & ita non solùm vna, sed duæ in ordine dantur. Et propter hoc alia opinio est, q̃ scientia, quæ est habitus, non est clauis, sed authoritas scientiæ actum exercendi, quæ quãdoque sine scientia est, quandoque autem scientia sine ipsa, sicut patet etiam in iudicijs secularib. Aliquis enim iudex secularis habet authoritatem iudicandi, qui non habet iuris scientiam: & aliquis è contrario habet iuris scientiam, qui non habet authoritatem iudicãdi; & quia actus iudicij, ad quem quis ex authoritate suscepta ordinatur, † non autem ex scientia habita sine vtroque bene fieri non potest: ideo authoritas iudicandi, quæ clauis est, sine scientia non potest sine peccato accipi; sed scientia sine authoritare sine peccato haberi potest. † Aliàs, obligatur

¶ Ad tertium dicendum, quòd potestas conficiendi est ad vnum tantùm actum alterius generis: & ideo nõ connumeratur clauibus: nec multiplicatur sicut potestas clauium, quæ est ad diuersos actus, quàmuis secundùm potestatis, siue authoritatis essentiam sit vna, vt dictum est.* * In 5a. con. huius ar.

¶ Ad quartum dicendum, quòd velle vnicuique est liberum: & ideo ad volendum non exigitur authoritas, & propter hoc voluntas non ponitur clauis.

¶ Ad quintum dicendum, quòd tota Trinitas eodem modo remittit peccata, sicut vna persona: & ideo non oportet q̃ sacerdos qui minister est trinitatis, tres claues habeat, & præcipuè cùm voluntas quæ spiritui sancto appropriatur, clauem non requirat, vt dictum est.* *In solu. præced.

QVAEST. XVIII.

De effectu clauium, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de effectu clauium. Circa quod quæruntur quatuor.

¶ Primò, vtrùm potestas clauium se extendat ad remissionem culpæ.

¶ Secundò, vtrùm sacerdos possit remittere peccatum quò ad pœnam.

¶ Tertiò, Vtrùm sacerdos per potestatem clauium ligare possit.

¶ Quartò, Vtrùm possit etiam soluere, & ligare secundũ proprium arbitrium.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrùm potestas clauium se extendat ad remissionem culpæ.

68 D. Thom. sup. art. 3. q. 1. & seq. lib. 4. sen. dist. 18.

AD primum sic proceditur. Videtur quòd potestas clauium se extendat ad remissionem culpæ. Ioan. 20. dicitur discipulis. Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: sed hoc non dicitur quantum ad manifestationem, ut Magister in litera * dicit. Quia sic sacerdos noui Testamenti non haberet maiorem potestatem quã sacerdos veteris: ergo exercet potestatem in culpæ remissionem.

¶ 2 Præterea. In pœnitentia datur gratia ad remissionem peccati: sed huius sacramenti dispensator est sacerdos ex vi clauium: ergo cùm gratia non opponatur peccato ex parte pœnæ, sed ex parte culpæ, videtur quod sacerdos ad remissionem culpæ operetur ex vi clauium.

¶ 3 Præterea. Maiorem virtutem recipit sacerdos ex sua consecratione, quam aqua baptismi ex sua sanctificatione: sed aqua baptismi vim accipit vt corpus tangat, & corabluat, secundum Aug. * ergo multò fortiùs sacerdos in sui consecratione hanc potestatem accipit, vt cor à culpæ macula abluere possit. *Tract 80 in Io. post med. to. 9 & 13. par. q. 64. a. 1. argu. 3. & alibi sæpius.

¶ Sed contra, Magister dixit quòd Deus hanc potestatem non contulit ministro, quòd ad interiorem mundationem cooperaretur: sed si peccata quo ad culpam remitteret, cooperaretur ei in mundatione interiori; ergo potestas clauium non extendit se ad culpæ dimissionem.

¶ Præterea. Peccatum non remittitur, nisi per Spiritum sanctum, sed dare Spiritum sanctum non est alicuius hominis, vt in lib. 1. Magister * dixit, ergo nec peccata remittere quo ad culpam. *li. 1 dist. 14 § D.

¶ Respondeo dicendum q̃ sacramenta (secundum Hugo.) * ex sanctificatione inuisibilem gratiam continent; sed huiusmodi sanctificatio quandoque ad necessitatem sacramenti requiritur, tam in materia † quam in ministro, * sicut patet in confirmatione; & tunc vis sacramentalis est in vtroque coniunctim. Quandoque autem ex necessitate sacramenti non requiritur nisi sanctificatio materiæ: sicut ex in baptismo, * quia non habet ministrũ determinatum quantum ad sui necessitatem, * & tunc tota vis sacramentalis consistit in materia. Quandoque verò de necessitate sacramenti requiritur consecratio; vel sanctificatio ministri sine aliqua sanctificatione materiæ, & tunc tota vis sacramẽtalis consistit in ministro, sicut est in pœnitentia. Vnde eodem modo se habet potestas clauium, quæ est in sacerdote ad effectum sacramẽti pœnitentiæ, sicut se habet virtus quæ est in aqua baptismi ad effectum baptismi. Baptismus autem & sacramentum pœnitentiæ conueniunt quodammodo in effectu, quia vtrunque contra culpam ordinatur directè, quod non est ita de aliis sacramentis, sed in hoc differunt, quia sacramentum pœnitentiæ eũ quò habet actus suscipientie quasi materiales, non potest dari, nisi adultis, in quibus requiritur præparatio ad suscipiendũ effectum sacramentorũ. Sed baptismus q̃q; datur adultis & q̃q; pueris aljs carentibus vsurõnis: & * ideò per baptismũ datur gratia & remissio peccatorum pueris sine aliqua sui præparatione præcedente: non autem adultis in quibus præexigitur præparatio remouens fictionem: quæ quidem præparatio quandoque præcedit tempore, sufficiens ad gratiæ susceptionem antequam baptismus actu percipiatur; licèt non ante votum baptismi post tempus propalatæ veritatis. Quandoque autem talis præparatio tẽpore non præcedit, sed est simul cum baptismi susceptione, & tunc per baptismi susceptionem gratia remissionis culpę confertur, sed per pœnitentiæ sacramentum * nunquam datur gratia nisi præparatio adsit, vel prius fuerit. Vnde virtus clauium operatur ad culpæ remissionẽ, vel in voto existens: vel in actu se exercens, sicut & aqua baptismi, sed sicut baptismus non agit sicut principale agens, sed sicut instrumentum, non quidem pertingens ad ipsam gratiæ susceptionem creandam † etiam instrumentaliter, sed disponens ad gratiam per quam fit remissio culpæ, ita est de potestate clauium. Vnde solus Deus remittit per se culpam, & in virtute eius agit instrumentaliter Baptismus vt instrumentum inanimatum, & sacerdos vt instrumentum animatum q̃ dicitur seruus secundum Philosophum 8. Eth. * & ideò sacerdos agit vt minister: & sic patet q̃ potestas clauium ordinatur aliquo modo ad remissionẽ culpæ, non sicut causans, sed sicut disponens ad eam. Vnde si ante absolutionem aliquis non fuisset perfectè dispositus ad gratiam suscipiendam, in ipsa confessione & absolutione sacramentali gratiam consequeretur si obicem non poneret. Si enim clauis nullo modo ad culpæ remissionem ordinaretur, sed ad dimissionem pœnæ tantum, vt quidam dicunt, non exigeretur votum recipiendi effectum clauium ad culpæ remissionem: sicut non exigitur votum suscipiendi alia sacramenta, quæ non ordinantur ad culpæ dimissionem, sed contra pœnam. Sed hoc facit videri quòd non ordinatur ad culpæ dimissionem, quia semper vsus clauium ad hoc quod effectum habeat, requirit præparationem ex parte recipientis sacramentum: & similiter videtur de Baptismo si nunquam daretur nisi adultis. *li. 8. c. 11 non procul à fine.

¶ Ad primum ergo dicendum: quòd sicut Magister dicit in litera, * sacerdotib. commissa est potestas remittendi peccata, nõ vt propria virtute remittant, quia hoc Dei est: sed vt operationem Dei remittentis ostendant tanquam ministri. Sed hoc contingit tribus modis. Vno modo vt ostendant eam non præsentem, sed promittãt eam futuram sine hoc q̃ aliquid operentur ad ipsam: & sic sacramenta veteris legis operationem Dei significabant, & sacerdos veteris legis ostendebat tantùm, & nihil operabatur. Alio modo vt significent præsentem, & nihil ad eam operentur: & sic quidam dicunt, q̃ sacramenta nouæ legis significant collationem gratiæ, quam Deus in ipsa sacramentorum collatione dat, sine hoc q̃d in sacramentis sit aliqua virtus operans ad gratiam. Et secundum hanc opinionem etiam potestas clauium esset tantùm ostendens diuinam operationem † in culpæ remissione in ipsa sacramentali collatione factam. Tertiò modo vt significent diuinam operationem in remissionem culpæ præsentem, & ad ipsam aliquid dispositiue & instrumentaliter operentur: & sic secundum aliam opinionem quæ sustinetur communius, sacramenta nouæ legis emundationem ostendunt diuinitus factam, & hoc modo etiam sacerdos noui Testamenti ostenditur absolutos à culpa: quia proportionaliter oportet loqui de sacramentis & potestate ministrorum: nec obstat quin claues Ecclesiæ ad remissionem culpæ disponant, quia culpa iam est remissa: sicut nec q̃ Baptismus disponat quantum in se est in eo qui iam sanctificatus est. *li. 4. sen. dist. 18. † Alias, gratiam.

¶ Ad secunddm dicendum, q̃ neque sacramentũ pœnitentiæ, neque sacramentum Baptismi, operando pertingit directè ad gratiam, nec ad culpæ remissionem, sed dispositiuè.

¶ Vnde etiam patet responsio ad tertium. Aliæ rationes ostendunt q̃ ad remissionem culpæ directè clauiũ potestas non operetur, quod concedendum est.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrùm sacerdos possit remittere peccatum quo ad pœnam.

69 AD secundum sic proceditur. Videtur q̃ sacerdos nõ possit remittere peccatum quòd ad pœnam. Peccato enim debetur pœna æterna & temporalis: sed adhuc post absolutionem sacerdotis manet pœnitens obligatus ad pœnam temporalem in purgatorio, uel in hoc mundo faciendam: ergo non dimittit aliquo modo pœnam.

¶ 2 Præt. Sacerdos non potest præiudicare iustitiæ diuinæ: sed ex diuina iustitia taxata est pœnitentibus pœna quàm debent subire: ergo sacerdos non potest de ea aliquid remittere.

¶ 3 Præt. Ille qui paruum peccatum commisit, non est minus susceptiuus effectus clauium, quàm ille qui cõmisit maius peccatum: ed si aliquid de pœna per officiũ sacerdotis de maiori peccato dimittitur, possibile est esse adeò paruum peccatũ, cui non debeatur plus de pœna,

Universidad de Deusto
Biblioteca

quàm illud quod de maiori peccato dimissum est. ergo poterit totam pœnam illius peccati parui dimittere, quod falsum est.

¶ 4 Præt. Tota pœna temporalis peccato debita est vnius rationis: si ergo per primam absolutionem dimittatur aliquid de pœna, & per secundum ab eodem peccato absolutionem poterit aliquid remitti: & sic tantùm poterit multiplicari absolutio, ꝙ vi clauium tota pœna tolletur, cùm secunda absolutio, non sit minoris efficaciæ quàm prima; & sic peccatum remanebit omninò impunitum: quod est inconueniens.

¶ Sed contra, Clauis est potestas ligandi & soluendi: sed potest sacerdos iniungere pœnam temporalem: ergo & potest absoluere à pœna.

¶ Præterea, Sacerdos non potest dimittere peccatum quantùm ad culpam, vt in litera dicitur: * nec quantùm ad pœnam æternam pari ratione. Si ergo non potest remittere quantùm ad pœnam temporalem, nullo modo remittere poterit: quod est omninò contrarium dictis Euangelii.

¶ Respondeo dicendum, ꝙ idem iudicium est de effectu, quem potestas clauium exercita actualiter complet in eo, in quo contritio tempore præcessit, & de effectu baptismi, qui in habenti gratiam datur. Aliquis enim per fidem & contritionem præcedentem baptismũ gratiam remissionis peccatorum quantùm ad culpam, consequutus est; sed quando actualiter posteà baptismum suscipit, gratia augetur, * & à reatu pœnæ totaliter absolvitur, eò ꝙ sit particeps passionis Christi: & similiter illi qui per contritionem consecutus est remissionem peccatorum, quantùm ad culpam, & per consequens quantùm ad reatum pœnæ æternæ, quæ simul cum culpa dimittitur, ex vi clauium, ex passione Christi efficaciã habentium, iugetur gratia, & remittitur temporalis pœna: cuius reatus adhuc remanserat post culpæ remissionem, non tamen totus, sicut in baptismo, * sed pars eius: quia in baptismo regeneratus homo configuratur passioni Christi, totaliter efficaciam passionis Christi) quæ sufficit ad omnem pœnam delendam *) in se suscipiens, vt nihil de prioris peccati actualis pœna remaneat: quia nõ debet alicui imputari ad pœnam, nisi quod ipse met fecit. * In Baptismo autem homo nouam vitam suscipiẽs fit per gratiam baptismalem nouus homo, & ideò nullus reatus pœnæ in eo remanet pro præcedẽti peccato. * Sed in pœnitentia nõ mutatur homo in aliam vitam, quia nõ est regeneratio, sed sanatio quædam; ideò ex vi clauium, quæ operatur in sacramento pœnitentiæ, non tota pœna remittit. * sed aliquid de pœna temporali, cuius reatus post absolutionem à pœna æterna remanere potuit, nec solùm de pœna illa, quam hic pœnitens habet confitendo, vt quidam dicunt: quia sic confessio, & sacramentalis absolutio non essent nisi in omis, quod non competit sacramentis nouæ legis: sed etiam de illa pœna quæ in purgatorio debetur aliquid remittitur, vt minus in purgatorio puniatur absolutus ante satisfactionem decedens, quàm si ante absolutionem decederet.

Magister lib. 4. sen. dist. 18. §. D. & E.

*vt patet ex 3. par. q. 69. ar. 4 ad 2.

*3. par. q. 69. ar. 3.

*3. par. q. 49. ar. 3.

*3. par. q. 69. art. 1. cor.

*3. par. q. 69. ar. 2.

*vt patet ex Aug. li. 2. de pec. mer. & remiss. c. 34. 10. 7. Et contra Faustum, lib 22. c. 67 to 6. & tract 124 in Euan. Io. to. 9.

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ sacerdos non remittit totam pœnam temporalem, sed partem: & ideò adhuc manet obligatus ad pœnam satisfactoriam.

¶ Ad secundum dicendum, quòd passio Christi sufficienter satisfecit pro peccatis totius mundi: & ideo sine præiudicio diuinæ iustitiæ aliquid de pœna sibi debita remitti potest, secundum ꝙ effectus passionis ad ipsum per sacramenta Ecclesiæ pertingit.

¶ Ad tertium dicendum, quòd pro quolibet peccato oportet aliquam pœnam satisfactoriam remanere, per quam medicina contra ipsum præstetur: & ideò quãlis virtute absolutionis dimittatur aliqua quantitas pœnæ debita pro aliquo magno peccato, non oportet, ꝙ tã quantitas pœnæ dimittatur respectu cuiuslibet peccati, quia secundum hoc aliquod peccatum remaneret omnino sine pœna. sed virtute clauium de pœnis singulorũ peccatorum proportionaliter dimittitur.

¶ Ad quartum dicendum, quòd quidam dicunt, quòd in prima absolutione tantùm dimittitur vi clauiũ, quantum dimitti potest: sed tamen valet iterata confessio, tũ propter instructionem, tum propter maiorem certitudinem, tum propter intercessionem sacerdõtis vel confessoris, tum propter verecundiæ meritum. Sed hoc non videtur verum: quia & si hæc effet ratio confessionem iterandi, non tamen esset ratio iterandi absolutionem, præcipuè in eo qui non habet aliquam causam dubitationis de præcedẽti absolutione: ita enim poterit dubitare post secundam absolutionem, sicut post primam. Sicut videmus quòd sacramentum extremæ vnctionis non iteratur super eundem morbum, eò quòd totum quod per sacramentum fieri potuit, semel factum est. Et præterea in secunda confessione non requireretur ꝙ haberet claues ille cui fit confessio, si nihil ibi iuris clauium operatur. Et ideo dicunt alii, etiam in secunda absolutione aliquid vi clauium dimitti de pœna: quia in secunda absolutione gratiæ confertur augmentum, & quantò maior gratia recipitur, minus de impuritate præcedentis peccati manet, & ideo minor pœna purgans debetur. Vnde etiam in prima absolutione alicui plus & minus dimittitur de pœna, secũdum quod plus se ad gratiam disponit, & potest esse tanta dispositio, ꝙ etiam ex vi contritionis tota pœna tollitur, vt prædictum est. * Vnde etiam non est inconueniens si per frequentem confessionem etiam tota pœna tollatur, vt peccatum omninò remaneat impunitum, pro quo pœna Christi satisfecit.

Inf. q. 33. ar. 2

*q. 5. ar. 2

ARTICVLVS III.

¶ Vtrùm sacerdos per potestatem clauium possit ligare.

AD tertium sic proceditur. Videtur ꝙ sacerdos per potestatem clauium ligare non possit, virtutes. n. sacramentales ordinantur contra peccatum vt medicina: sed ligare non est medicina peccati, sed magis aggrauatio morbi, vt videtur: ergo sacerdos per vim clauium, quæ est vis sacramentalis, non potest ligare.

¶ 2 Præterea, Sicut absoluere vel aperire est amouere obstaculum, ita ligare est obstaculum ponere, sed obstaculum regni peccatum est, quod nobis ex alio imponi non potest: quia non nisi voluntate peccatur. * ergo sacerdos ligare non potest.

*Aug. lib. 1. retract. c. 15. to. 1.

¶ 3 Præt. Claues ex passione Christi efficaciam habent, sed ligare non est effectus passionis: ergo ex clauium potestate non potest sacerdos ligare.

¶ Sed contra est quod dicitur Matth. decimosexto. Quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum & in cœlis.

¶ Præterea. Potestates rationales sunt ad opposita, sed potestas clauium est potestas rationalis, cùm habeat discretionem adiunctam: ergo habet se ad oppositã: ergo si potest soluere, potest & ligare.

¶ Respondeo dicendum, quòd operatio sacerdotis in vsu clauium est conformis Dei operationi, cuius minister est: Deus autem habet operationem, & in culpam & in pœnam. Sed in culpam ad absoluendum quidem directè, ad ligandum autem indirectè, inquantùm obdurare dicitur dum gratia non largitur: sed in pœnam habet operationem directè quantum ad vtrunque, quia & pœnam parcit & pœnam infligit. Similiter ergo, & sacerdos, & si in absoluendo ex vi clauium habeat aliquã operationem ordinatam ad culpæ dimissionem modo iam prædicto, * non tamen ligando aliquam operationem habet in culpam, nisi ligare dicatur, inquantum nõ absoluit

*Ar. 1. hu ius q.

absoluit, sed ligatos ostendit: sed in pœnam habet potestatem, & ligandi & soluendi. Soluit enim à pœna quam dimittit, sed ligat quantum ad pœnã quæ remanet. Sed ad hanc ligare dupliciter dicitur. Vno modo considerando ipsam quantitatem pœnæ in communi, & sic non ligat, nisi in quantum non soluit, sed ligatum ostẽdit. Alio modo considerando pœnam hanc vel illam determinatè, & sic ligat ad pœnam, imponendo eam.

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ illud residuum pœnæ ad quod obligat, est medicina purgans peccati impuritatem.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ obstaculum regni non solum est peccatum, sed etiam pœna, quam qualiter sacerdos imponat dictum est. *

*In corp. huius ar. Rom. 8.

¶ Ad tertium dicendum, quòd etiam passio Christi obligat nos ad pœnam aliquam, per quam ei conformemur.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrùm sacerdos secundum proprium arbitrium possit ligare & soluere.

71

AD quartum sic proceditur. Videtur quòd sacerdos possit ligare & soluere secundum proprium arbitrium. Hieronymus enim dicit. * Mensuram temporis in agendo pœnitentiam ideo non satis apertè præligunt canones pro vnoquoque crimine, ut de singulis dicant qualiter unumquodque sit emendandum, * sed magis arbitrio sacerdotis intelligentis relinquẽdum statuunt, ergo videtur ꝙ ipse secundum suum arbitrium possit ligare & soluere.

*Refertur in Decre. de pœ dis. 1. c. 8. §. in cipit, Mẽ sinã auté. Et circa. 4 Magist. 4 sen. di. 20. §. C. in fi.

¶ 2 Præterea, Dominus * laudauit uillicum iniquitatis quòd prudenter fecisset, quia debitoribus domini sui remisisse largiter: sed Deus est magis pronus ad miserendum, quàm aliquis dominus temporalis: ergo videtur quòd laudabilior sit sacerdos quantum plus de pœna dimiserit.

*Alias. commẽdãũ. *Luc. 16.

¶ 3 Præt. Omnis actio Christi nostra est instructio: sed ipse quibusdam peccantibus nullam pœnam imposuit, sed solum emendationem vitæ, vt patet de adultera. Io. 8. ergo uidetur ꝙ secundum arbitrium suum possit etiã sacerdos qui est vicarius Christi, dimittere totam pœnam vel partem.

¶ Sed contra Greg. * dicit: Falsam pœnitentiam dicimus, quæ non secundum authoritatem sanctorum patrum pro qualitate criminis imponitur, ergo videtur ꝙ non omnino sit in arbitrio sacerdotis.

*Refertur in Decre. de pœ. dis. 5. c. fatisus. Et lib. 4. sen. dis. 16 §. B.

¶ Præt. Actus clauium requiritur discretio: sed si esset omnino in uoluntate sacerdotis dimittere & imponere de pœna quantum vellet, non esset ibi necessaria discretio: quia nunquam ibi indiscretio posset accidere: ergo non est omnino in arbitrio sacerdotis.

¶ Respondeo dicendum, ꝙ sacerdos operatur in vsu clauium sicut instrumentum & minister: nullum autem instrumentum habet efficacem actum nisi secundum ꝙ mouetur à principali agente: & ideo dicit Diony. in sine Eccle. hierar. ꝙ sacerdotibus utendum est uirtutibus hierarchicis quando diuinitus eos mouerit: in cuius signum. Matth. 16. ante potestatem clauium Petro tradita fit mentio de reuelatione diuinitatis eis facta. & Io. 20. præmittitur potestati remissionis Apostolis datæ spiritus sanctidonum, quo filii Dei agũtur. Vade si quis præter illum motum diuinum uti sua potestate præsumpserit, non consequeretur effectum, ut Diony. dicit. Et præter hoc a diuino ordine auerteretur. & sic culpam incurreret: & quia pœnæ satisfactoriæ infligendæ ut medicinæ sunt, sicut medicinæ in arte determinatæ non omnibus competunt, sed variandæ sunt secundum arbitriũ medici non propriam voluntatem sequentis, sed scientiam medicinæ: ita pœnæ satisfactoriæ in canone determinatæ non competunt omnibus, sed variandæ sunt secundum arbitrium sacerdotis diuino instinctu regulatum: sicut ergo medicus aliquando prudenter non dat medicinam efficacem quæ ad morbi curationem sufficiat, ne propter debilitatem naturæ maius periculum oriatur: ita sacerdos diuino instinctu motus non semper totam pœnam, quæ uni peccato debetur iniungit, ne infirmus aliquis ex magnitudine pœnæ desperet, & à pœnitentia totaliter recedat.

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ arbitrium istud debet esse diuino instinctu regulatum.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ etiam de hoc laudatur villicus ꝙ prudenter fecit, & ideo in remissione pœnæ debitæ discretio adhibenda est.

¶ Ad tertium dicendum, quòd Christus habuit potestatem excellentiæ in sacramentis; unde ipse ex authoritate pœnam totam uel partem poterat dimittere sicut volebat: nec est simile de his qui operantur tantum, vt ministri.

QVAEST. XIX.

De Ministris clauium, in sex articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de ministris clauium, & vsu earum.

Circa quod quæruntur sex.

¶ Primò, Vtrùm sacerdos legalis claues habuerit.

¶ Secundò, Vtrùm Christus claues habuerit.

¶ Tertiò, Vtrùm soli sacerdotes claues habeant.

¶ Quartò, Vtrùm sancti homines non sacerdotes claues vel vsum earum habeant.

¶ Quintò, Vtrùm mali sacerdotes usum clauiũ habeant efficacem.

¶ Sextò, Vtrùm schismatici & hæretici, excommunicati, & suspensi, & degradati usum clauium habeant.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrùm sacerdos legalis claues habuerit.

AD primum sic proceditur. Videtur quòd sacerdos legalis claues habuerit. Clauis enim est sequela ordinis: sed ipsi habuerunt ordinem ex quo sacerdotes dicebantur, ergo etiam habuerunt claues sacerdotes legales.

72

D. Th. 4. di. 19 q. 1. ar. 1 q. 1. & seq.

¶ 2 Præt. Sicut Magister * dicit, claues sunt duæ scilicet scientia discernendi, & potentia iudicandi: sed ad vtranque potestatem sacerdotes legales habuerunt authoritatem: ergo habebant claues.

*Li 4. sen dis 18. §. C.

¶ 3 Præt. Sacerdos legalis habebat aliquam potestatem super reliquum populum, non temporalem, quia sic potestas regia non fuisset distincta à sacerdotali: ergo spiritualem, & hoc est clauis. ergo habebant clauem.

¶ Sed contra, Claues ordinantur ad aperiendum regnum cęlorum, quod aperiri non potuit ante Christi passionem: ergo sacerdos legalis claues non habuit.

¶ Præt. Sacramenta Veteris legis gratiam non conferebant; sed aditus regni cęlestis aperiri non potuit nisi per gratiam: ergo per illa sacramenta non poterat aperiri. & sic etiam sacerdos qui minister eorum erat, claues regni cęlestis non habebat.

¶ Respondeo dicendum, ꝙ quidam dixerunt ꝙ in veteri lege erant claues apud sacerdotes: quia eis erat commissum imponere pœnam pro delictis, ut dicitur Leui. 5. quod ad claues pertinere videtur: sed hierunt tunc incompletæ, nunc autem per Christum in sacerdotibus nouæ legis

Universidad de Deusto
Biblioteca

uæ legis perfectæ sunt. Sed hoc videtur esse contra intentionem Apostoli, in Epistola ad Heb. cap. 9. Ibi enim sacerdotium Christi præfertur sacerdotio legali, per hoc quòd Christus assistit Pontifex fututorũ bonorum, introducens per proprium sanguinem in tabernaculum non manufactum, in quod introducebat sacerdotium veteris legis per sanguinem hircorum & taurorum. Vnde patet quòd sacerdotii illius potestas non se extendebat ad cœlestia, sed ad figuras cœlestium: & ideo secundũ alios dicendum, quod non habebant claues, sed in eis clauium figura præcesit.

¶ Ad primum ergo dicendum, q̃ clauis regni cœlestis consequitur ad sacerdotium per quod homo in cœlestia introducitur, non autem talis erat ordo sacerdotii Leuitici: & ideo claues cœli non habuerunt, sed claues terreni tabernaculi.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ sacerdotes Veteris legis habebant authoritatem discernendi & iudicandi: sed non vt admitteretur homo iudicatus ab eis in cœlestia, sed in figuras cœlestium.

¶ Ad tertium dicendum, quòd non habebant spiritualem potestatem: quia per sacramenta legalia non à culpis, sed ab irregularitatibus purgabant homines, ut ad manufactum tabernaculum aditus purgatis per eos pateret.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrùm Christus clauem habuerit.

73 AD secundum sic proceditur. Videtur quòd Christus non habuerit clauem. Clauis enim characterē ordinis consequitur: sed Christus non habuit characterem: ergo non habuit clauem.

¶ 2 Præterea, Christus habuit in sacramentis potestatem excellentiæ, ut effectum sacramenti sine sacramentalibus posset conferre: sed clauis est sacramentale quiddam: ergo non indigebat claui, & sic frustra eam habuisset.

¶ Sed contra est quod dicitur Apoc. 3. Hæc dicit qui habet clauem Dauid, &c.

¶ Respondeo dicendum, quòd virtus aliquid agendi est in instrumento, & in per se agente non eodem modo: sed in per se agente perfectius: potestas autem clauium quam nos habemus, & aliorum sacramentorum, virtus est instrumentalis: sed in Christo est ut per se agẽte ad salutem nostram: per authoritatem quidem, inquãtum est Deus: sed per meritum, inquantum est homo. Clauis autem de ratione sua exprimit potestatem aperiendi & claudendi, siue aliquis aperiat quasi principale agens, siue quasi minister: & ideo in Christo oportet ponere clauem, sed altiori modo quàm sit in eius ministris: & ideo dicitur quòd habet clauem excellentiæ.

¶ Ad primum ergo dicendum, q̃ character de sua ratione dicit aliquid ab aliquo deriuatum: ideo potestas clauium quæ est in nobis à Christo deriuata, sequitur characterem quo Christo conformamur; sed in Christo non consequitur characterem tantum, sed principalem formam.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ clauis illa quam Christus habuit, non erat sacramentalis, sed sacramentalis clauis principium.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrùm soli sacerdotes habeant claues.

AD tertium sic proceditur. Videtur quòd non soli sacerdotes claues habeant. Dicit enim Isidor. * q̃ ostiarii inter bonos & malos habent iudicium, dignos recipiunt, indignos reiiciunt: sed hæc est definitio clauium, vt ex dictis patet: * ergo non solum sacerdotes, sed etiam ostiarii claues habent.

74 *In lib. 2. de off. eccles. c. 14. & li. 7. & hõ. c. 12. i fi. & cita. a Magistro in 4. lib. sen. di. 24. §. c. simile quid habetur in Decre. di. 25. c. plectis. & expresse di. 21. c. 2. incipit, Clerõs. in fi.

*Q. 27. art. 2.

¶ 2 Præt. Claues sacerdotibus dantur dum per vnctionem potestatem diuinitus accipiunt: sed Reges etiam potestatem in populum fidelem diuinitus habent & vnctione sanctificantur. ergo non soli sacerdotes habent claues.

¶ 3 Præterea, Sacerdotium eſt ordo vni singulari personæ conueniens: sed clauem aliquando videtur habere tota una congregatio: quia quædam capitula excommunicationem inferre possunt, quod ad potestatem clauium pertinet. ergo non soli sacerdotes clauem habent.

¶ 4 Præterea. Mulier non est sacerdotalis ordinis susceptiua, quia ei cum Ecclesiis docere non competit, ſm Apostolum 1. Corint. 14. Sed aliquæ mulieres videntur habere claues, sicut abbatissæ quæ habent spiritualem potestatem in subditas. ergo non soli sacerdotes habent clauem.

¶ SED contra est quod Ambro. * dicit. Hocius, scilicet ligandi & soluendi, solum sacerdotibus est concessum.

¶ Præterea, Per potestatem clauium efficitur aliquis medius inter populum & Deum: sed hoc tantum sacerdotibus competit, qui constituuntur in his quæ sunt ad Deum, vt offerant dona & sacrificia pro peccatis: vt dr̃ Heb. 5. ergo soli sacerdotes claues habent.

¶ Respondeo dicendum, quòd clauis est duplex. Vna quæ se extendit ad ipsum cœlum immediatè, remouendo impedimenta introitus in cœlum per remissionem peccati, & hæc vocatur clauis ordinis: & hanc soli sacerdotes habent, quia ipsi soli ordinantur populo in his quæ directè sunt ad Deum. Alia clauis est, quæ non directè se extendit ad ipsum cœlum sed mediante militante Ecclesia, per quã aliquis ad cœlũ vadit, dum per eã aliquis excluditur vel admittitur ad consortium Ecclesiæ militantis per excommunicationem & absolutionem: & hæc uocatur clauis iurisdictionis in foro causarum, & ió etiam non sacerdotes hanc habere possunt, sicut archidiaconi, & electi, & alii qui excommunicare possunt: sed non propriè dicitur clauis cœli, sed quædam dispositio ad ipsam.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd ostiarii habent clauem custodiendi ea quæ in templo materiali continentur, & habent iudicium à tali templo excludendi & admittendi: non quidem sua auctoritate iudicantes qui sint digni vel indigni, sed iudicium sacerdotum exequentes, ut sic quodammodo executores potestatis sacerdotis videantur.

¶ Ad secundum dicendum, quòd Reges * non habent aliquam potestatem in spiritualibus, & ideo clauem regni cœlestis non accipiunt: sed solum in temporalib. quæ etiam non nisi à Deo esse potest, ut patet Rom. 13. Nec per vnctionem in aliquo sacro ordine consecrantur, sed excellentia potestatis ipsorum à Christo descendere signantur, & ut ipsi sub Christo in populo Christiano regnent.

¶ Ad tertium dicendum, quòd sicut dicitur in Politicis, * quãdoque iudex habet totam potestatem, sicut est in regno: quandoque autem multi in diuersis officiis constituti, vel etiam ex æquo: ut dicitur 8. Ethico. * ita etiam spiritualis iurisdictio potest haberi ab uno solo sicut ab episcopo, & à pluribus simul, sicut à cap. & sic habent clauem iurisdictionis, non tamen claues ordinis simul omnes.

¶ Ad quartum dicendum, quòd mulier secundum Apostolum * est in statu subiectionis: & ideo non potest habere aliquam spiritualem iurisdictionem: quia etiam secundum Philosophum in 8. Ethi. * corruptio est vrbanitatis quando ad mulierem dominium peruenit: vnde mulier non habet neque clauem ordinis, neque clauem iurisdictionis. Sed committitur * mulieri aliquis vsus clauium, sicut habere correctionem in subditas mulieres, propter

Li. 1. de pœni. c. 2. circa prin. to mo. 1.

Greg. c. 4. in 10. c. 1. Reg. 2.

*lib. 2. c. 4. a med. *c. 10. & 11.

*1. Cor. 11. & 14.

*ex c. 10. a med.

†vt patet ex Decre. li. 5. tit. 38 c. 10.

propter periculum, quod imminere posset si viri mulieribus cohabitarent.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrùm etiam Sancti homines, non sacerdotes claues vel vsum earum habeant.

75 AD quartum sic proceditur. Videtur, quòd etiã Sancti homines, non sacerdotes vsum clauiũ habeant. Absolutio enim & ligatio quæ fit per claues, efficaciam habet ex merito passionis Christi: sed illi maximè passioni Christi conformantur, qui per patientiam & alias virtutes Christum passum sequuntur: ergo videtur q̃ etsi non habeant et iam sacerdotalem ordinem, quòd possint ligare & soluere.

¶ 2 Præt. Hebr. 7. dicitur. Sine vlla contradictione qđ minus est, à maiori * benedicitur: sed in spiritualib. secũdum Aug. * hoc est maius esse quod melius: ergo meliores, qui ſplus de charitate habent, possunt alios benedicere absoluendo, & sic idem quod prius.

Aliàs, meliore.

*Li. 6. de tri. c. 8. circa mediũ to. 3.

¶ Sed contra. Cuius est potentia, eius est actio, secundum Philoso. sed clauis quæ est potestas spiritualis, est tantùm sacerdotum: ergo & vsus eius non nisi sacerdotibus conuenire potest.

¶ Respondeo dicendum, q̃ agens per se & agens instrumentale in hoc differunt: quia agens instrumentale non inducit in effectum similitudinem suam, sed similitudinem principalis agentis. Principale autem agens inducit similitudinem suam: & ideo ex hoc aliquid constituitur principale agens, quòd habet aliquam formam, quam in alterum transfundere potest: non autem ex hoc constituitur agens instrumentale, sed ex hoc quòd est applicatum à principali agente ad effectum aliquem inducendum. Cùm ergo in actu clauium principale agẽs sit Christus, vt Deus per auctoritatem, & ut homo per meritum ex ipsa plenitudine diuinæ bonitatis in eo, & ex perfectione gratiæ, consequitur quòd possit in actum clauium. Sed homo alius non potest in actum clauium, sicut per se agens: quia nec ipse alteri gratiam, qua remittuntur peccata, dare potest, nec sufficienter mereri, & ideo non est, nisi sicut agens instrumentale. Vnde & ille qui effectum clauium consequitur, non assimilatur vtenti clauibus, sed Christo, & ideo quantùmcunq; aliquis habeat de gratia, non potest pertingere ad effectũ clauium, nisi applicetur ad hoc ut minister per ordinis susceptionem.

¶ Ad primum ergo dicendum, q̃ sicut inter instrumentum & effectum non exigitur similitudo, secundũ conuenientiam in forma, sed secundùm proportionem instrumenti ad effectum: ita etiam nec inter instrumentum & principale agens, & talis similitudo est in sanctis hominibus ad Christum passum, & talis similitudo eis vsum clauium non confert.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ quàmuis purus homo non possit alteri ex condigno mereri gratiam: tamen vnius meritum potest cooperari ad salutem alterius, & ideo duplex est benedictio: Vna, quæ est ab ipso homine puro, sicut merente per proprium actum, & talis potest fieri à quolibet sancto, in quo Christus habitat per gratiam, & hoc requirit maioritatem bonitatis ad minus inquantum hmõi. Alia est benedictio, qua hõ benedicit, vt benedictionem, quæ est ex merito Christi instrumentaliter alicui applicans, & quantùm ad hanc requiritur maioritas ordinis, & non virtutis.

ARTICVLVS V.

¶ Vtrùm mali sacerdotes vsum clauium habeant.

76 AD quintum sic proceditur. Videtur quòd mali sacerdotes vsum clauium non habeant. Ioan. vigesimo, vbi vsus clauium Apostolis traditur, Spiritus sancti donum promittitur: sed mali non habent Spiritum sanctum, ergo non habent usum clauium.

¶ 2 Præt. Nullus sapiẽs Rex dispensationem sui thesauri suo inimico committit: sed vsus clauium in dispensatione consistit thesauri cœlestis Regis, qui est ipsa sapientia: ergo mali qui per peccatum sunt eius hostes, nõ habent vsum clauium.

¶ 3 Præt. Augustin. * dicit, quòd sacramentum gratiæ dat etiam Deus per malos, ipsam verò gratiam non nisi per seipsum, vel sanctos suos, & ideo remissionem peccatorum per seipsum facit, vel per ipsius columbæ membra: sed remissio peccatorum est vsus clauium: ergo peccatores qui non sunt columbæ membra, vsum clauium non habent.

*Li. 5. de Baptis. cõtra Dona. c. 21. circa fi. to 7. & refertur de consecra. dis. 4. c. quõ exaudit. &

¶ 4 Præte. Intercessio mali sacerdotis non habet aliquam efficaciam ad reconciliandum: quia secundũ Gregorio. * Cum is qui displicet ad interpellandum mittitur, irati animus ad deteriora prouocatur: sed vsus clauium sit per quandam intercessionem, vt patet in forma absolutionis: ergo praui sacerdotes non habent efficaciam clauium vsum.

Magister sen. di. 19. §. B.

*In Pastora. 1. par. c. 11. parũ à prin. Si. milia loca uide in 4. sen. dis. 19. §. B.

¶ Sed contra. Nullus potest scire de alio, an sit in statu salutis: si ergo nullus posset vti clauib. in absoluẽdo, nisi existens in statu salutis, nullus sciret se esse absolutum, quod est valde inconueniens.

¶ Præt. Iniquitas ministri non potest auferre liberalitatem domini: sed sacerdos est solum minister, ergo non potest sua malitia donum à Deo transmissum per eum nobis auferre.

*Magister 4. sen. dis. 19 §. B.

¶ Respondeo dicendum, quòd sicut participatio formæ, quæ est inducenda in effectum, non facit instrumentum, ita nec subtractio talis formæ tollit usum instrumenti: & ideo cum homo sit tantum instrumentaliter agens in vsu clauium, quantumcunque sit gratia per peccatum priuatus, per quam gratiam sit remissio peccatorum, nullo tamen modo priuatur vsu clauium.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd donum Spiritus sancti exigitur ad vsum clauium, non vt sine quo fieri non possit, sed quia sine eo incongruè fit ex parte vtentis, quàmuis subiiciens se clauibus effectum clauium consequatur.

¶ Ad secundum dicendum, quòd Rex terrenus in thesauro suo defraudari & decipi potest, & ideo dispensationem hosti non committit: sed Rex cœlestis defraudari non potest, quia totum ad ipsius honorem cedit, etiam quòd aliqui clauibus malè vtuntur, quia nouit ex malis elicere bona, & per malos etiam multa bona facere, & ideo non est simile.

*loco citato in ar. 3

¶ Ad tertium dicendum, quòd Augustinus * loquitur de remissione peccatorum, secundum quòd sancti homines cooperantur ad ipsam non ex vi clauium, sed ex merito congrui: & ideo dicit quòd etiam per malos sacramenta ministrat, & inter alia sacramenta etiam absolutio quæ est vsus clauium, computari debet. Sed per membra columbæ, ideſt per sanctos homines, facit remissionem peccatorum, inquantum eorum inter cessionibus peccata remittit. Vel potest dici, quòd membra columbæ nominat omnes ab Ecclesia præcisos: qui enim ab eis sacramenta recipiunt, gratiam consequuntur: non autem qui recipiunt ab illis qui sunt ab Ecclesia præcisi, quia ex hoc ipso peccant, excepto Baptismo, quem in casu necessitatis licet ab excommunicato recipere. *

* vt dicit verbis do mini circa fi. to. 10 et li. 1. de Baptis. contra Donatis. c. 2. to. 7. et de fide ad Petrũ. c. 36. 30. et 3. to mo. 3.

¶ Ad quartum dicendum, quòd intercessio quam sacerdos malus ex propria persona facit, non habet efficaciam, sed illa quam facit ut minister Ecclesiæ, habet efficaciam ex merito Christi, vtroque tamen modo debet intercessio sacerdotis populo subdito prodesse.

ARTI-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ARTIC. VI.

¶ Vtrùm hæretici, schismatici, excommunicati suspensi, & degradati vsum clauium habeant.

77 AD sextum sic proceditur. Videtur quòd schismatici, hæretici excommunicati, suspensi, & degradati vsum clauium habeant. Sicut enim potestas clauium dependet ab ordine, ita & potestas conficiendi; sed nō possunt amittere potestatis vsum conficiendi: quia si conficiunt, confectum est, quamuis peccent conficientes. * cr go etiam non possunt amittere vsum clauium.

*vr dictū est in 3. par. q. 82. ar. 7.

¶ 2 Præte. Omnis potestas spiritualis actiua in eo qui habet vsum liberi arbitrii, exit in actum, quando vult: sed potestas clauium adhuc manet in prædictis, quia cū non detur nisi in ordine, oporteret reordinari eos quando ad Ecclesiam redeunt: ergo cum sit potentia actiua, possunt in actum e ius exire, cum voluerint.

¶ 3 Præt. Spiritualis gratia magis impeditur per culpam quàm per pœnam: sed excommunicatio, & suspensio, & degradatio sunt pœnæ quædam: cùm ergo propter culpam non amittat aliquis usum clauium, videtur ꝙ nec propter ista.

*Tractatu 121. in Ioannem non procul a fi. to mo. 9.

¶ Sed contra, Aug. * dicit quòd Ecclesiæ charitas peccata dimittit: charitas autem est quæ facit Ecclesiæ vnionem, cùm ergo prædicti sint ab Ecclesiæ unione diuisi, videtur quòd vsum clauium non habeant in remittendis peccatis.

*In arg. 1

¶ Præte. Nullus absoluitur à peccato secundùm hoc ꝙ peccat: sed aliquis à prædictis * absolutionem petens, peccat contra præceptum Ecclesiæ faciens: ergo per eos à peccato absoluti non potest: & sic idem quod prius.

ar. 1. huius ar

¶ Respondeo dicendum, quòd in omnibus prædictis * manet clauium potestas quantùm ad essentiam, sed vsus impeditur ex defectu materiæ. Cùm enim vsus clauium in vtente prælationem requirat respectu eius in quem utitur (vt dictum est *) propria materia, in quam exercetur vsus clauium, est homo subditus, & quia per ordinem Ecclesiæ subditur vnus alteri, ideo per Ecclesiæ prælatos potest subtrahi alicui ille qui erat ei subiectus. Vnde cùm Ecclesia hæreticos & schismaticos & alios huiusmodi priuet, subtrahendo subditos, vel simpliciter, vel quantùm ad aliquid: quantùm ad hoc ꝙ priuati sunt, non possunt vsum clauium habere.

Q. 17. ar. 2. ad 2. & ar. seq. in cor.

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ materia sacramenti Eucharistiæ, in quam suam potestatem exercet sacerdos: non est homo, sed panis triticeus, & in Baptismo homo simpliciter. Vnde sicut si subtraheretur hæretico panis triticeus, conficere non posset: ita nec si subtrahatur prælato prælatio, absoluere poterit: potest tamen baptizare & conficere, quàmuis ad sui damnationem.

In cor. a.

¶ Ad secundum dicendum, quòd propositio habet veritatem, quando non deest materia, sicut est in proposito.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ ex ipsa culpa non subtrahitur materia, sicut per aliquam pœnam: vnde pœna non impedit per contrarietatem ad effectum inducendum, sed ratione prædicta.

QVAEST. XX.

De his in quos vsus clauium exerceri potest, in tres articulos diuisa.

EINDE considerandum est de his, in quos vsus clauium exerceri potest.

¶ Circa quod tria quæruntur.

¶ Primò, Vtrùm sacerdos possit in quemlibet hominem vti clauę quam habet.

ARTIC. I.

¶ Secundò, Vtrùm sacerdos possit semper subditum absoluere.

¶ Tertiò, Vtrùm aliquis possit vti clauibus in suum Superiorem.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrùm sacerdos possit vti claue, quam habet, in quemlibet hominem.

78 AD primum sic proceditur. Videtur ꝙ sacerdos possit vti claue, quam habet, in quemlibet hominē. Potestas. n. clauium in sacerdote descendit ex illa diuina authoritate qua dixit, Accipite Spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, sed illud indeterminatè dictum est; ergo potest ea uti in quoslibet.

D Th. in 4. dist. 19. q. 1. ar. 3. q. 1. & seq.

¶ 2 Præt. Clauis corporalis quæ aperit unam seram, aperit omnes alias eiusdem modi: sed omne peccatum cuiuscunque hominis est eiusdem rationis obstaculum respectu introitus cęli: ergo si potest unum hominem sacerdos per clauem, quā habet absoluere, poterit & quoscunque alios.

¶ 3 Præt. Sacerdotium noui Testamenti est perfectius quàm veteris, sed sacerdos * veteris Testamenti poterat vti sua potestate, quam habebat, discernendi inter leprā & lepram indifferenter in omnes: ergo multò fortiùs sacerdos Euangelicus potest uti potestate sua in omnes.

Deut. 17.

¶ Sed contra est quod dī 16. q. 1. * Nulli sacerdotum liceat parochianum alterius absoluere, aut ligare: ergo non quilibet potest quemlibet absoluere.

In Decr. 16. q. 1. c. 19. incipit, Adiicimus.

¶ Præt. Iudicium spirituale debet esse ordinatius, quā temporale: sed in iudicio temporali non potest quilibet iudex quemlibet iudicare: ergo cùm usus clauium sit iudicium quoddam, non potest sacerdos sua claui vti in quemlibet.

¶ Respondeo dicendum, quòd ea quæ circa singularia operari oportet, non eodem modo omnibus competunt. Vnde sicut præter generalia medicinæ præcepta oportet adhiberi medicos, quibus præcepta vniuersalia medicinæ singulis infirmis, * secundum quòd debent, aptentur: ita in quolibet principatu præter illum qui vniuersalia præcepta legis tradit, oportet esse aliquos, qui ea singulis, secundum quòd debent, adaptent: & propter hoc etiam in cœlesti hierarchia sub potestatibus, quæ indistinctè præsunt, præponuntur principatus, qui singulis prouinciis distribuuntur, & sub his Angeli, qui singulis hominibus in custodiam deputantur, ut patet ex his quæ dicta sunt in 2. lib. * Vnde & ita debet esse in prælatione Ecclesiæ militantis: vt apud aliquem esset prælatio indistinctè in omnes, & sub hoc essent alii, qui super diuersos diuersam potestatem & distinctam acciperent: & quia vsus clauium requirit aliquam prælationis potestatem, per quam ille, in quem vsus clauium communicatur, efficitur materia propria illius actus: ideo ille, qui habet indistinctam potestatem super omnes, potest uti clauibus in omnes: illi autem qui sub eo distinctas potestates acceperūt, non in quoslibet uti possunt clauib. sed in eos tantùm qui eis in sortem venerunt, nisi in necessitatis articulo, vbi nemini sacramenta sunt deneganda.

Aliàs, in firmitatibus.

D. Th. in 2. sen. dist. 10. q. 1. ar. 1. & ar. 2. et a. 3.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd ad absolutionem à peccato requiritur duplex potestas, scilicet potestas ordinis, & potestas iurisdictionis. Prima quidem potestas æqualiter est in omnib. sacerdotib. non aūt secunda: & ideo vbi Dominus Ioan. 20. dedit omnib. Apostolis cōmuniter potestatem remittendi peccata, intelligitur de potestate quæ consequitur ordinem: vnde & sacerdotibus, quando ordinantur, illa verba dicuntur: sed Petro singulariter dedit potestatem dimittendi peccata Matt. 16. vt intelligatur quòd ipse præaliis habet potestatem iurisdictionis: potestas autem ordinis, quātum est de se, se extendit ad omnes absoluendos: & ideo indeterminatè Dūs dicit: Quorum remiseritis peccata, intelligens tamen

tamen quòd vsus illius potestatis esse deberet præsupposita potestate Petro collata, secundum ipsius ordinationem.

¶ Ad secundum dicendum, quòd clauis materialis nō potest aperire nisi seram propriam, nec aliqua virtus actiua potest agere nisi in propriam materiam: materia autem propria potestatis ordinis efficitur aliquis per iurisdictionē: & ideò non potest aliquis claue vti in eum, in quem iurisdictio non datur.

†Alias, tātum unū Dominū & temporale.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ populus Israel vnus populus erat, & vnum † tantummodo templum habebat: vnde non oportebat sacerdotem iurisdictiones distinguere, sicut nunc in Ecclesia, in qua congregantur diuersi populi & nationes.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrùm sacerdos possit semper suum subditum absoluere.

79 AD secundum sic proceditur. Videtur quòd sacerdos non possit semper suum subditum absoluere. Sicut enim Augustinus * in litera dicit. Nullus officio sacerdotis vti debet nisi immunis ab illis sit, quæ in alijs iudicat: * sed quandòque contingit, quod sacerdos est particeps criminis quod subditus suus commisit, sicut cùm mulierem subditam cognouit: ergo videtur quod nō semper possit in suos subditos potestate clauiū vti.

* In lib. de vera & fal. poeni c. 20. tom. 4. Et habet Magister. 4. sen. dist. 19. §. D in fin.

† Alias vindicat.

¶ 2 Præterea, Per potestatem clauium homo ab omnibus defectibus curatur: sed quandoque alicui peccato annexus est irregularitatis defectus, vel excommunicationis sententia, à qua simplex sacerdos liberare non potest: ergo videtur quod non possit vti clauium potestate in illos, qui talibus irretiti sunt.

†Aliàs, iurisdictio.

¶ 3 Præt. Sacerdotij nostri iudicium † & potestas per iudicium veteris sacerdotii figuratur; sed minoribus iudicibus secundum legem non omnia competebat discurere, sed ad superiores recurrebāt: vt dicitur Exod. 24. Si quid natu m fuerit quæstionis: inter vos, &c. ergo videtur quod nec sacerdos de grauibus peccatis possit subditum suum absoluere, sed debeat ad superiorem remitt ere.

¶ Sed contra, Cuicùnq; committitur principale, committitur & accessorium: sed sacerdotibus committitur ꝙ subditus suis Eucharistiam dispensent, ad quam ordinatur absolutio à peccatis quibuscùnque: ergo sacerdos ab omnibus peccatis potest subditum suum absoluere, quantum est de clauium potestate.

¶ Præterea. Gratia omne peccatum tollit, quantumcùnque sit parua, sed sacerdos sacramenta dispensat, quibus gratia datur, ergo quantum est de potestate clauium, de omnibus peccatis absoluere potest.

¶ Respondeo dicendum, ꝙ potestas ordinis quantum est de se, extendit se ad omnia peccata remittenda, sed quia ad vsum huiusmodi potestatis (ut dictum est *) requiritur iurisdictio, quæ à maioribus in inferiores descendit: ideo potest superior aliqua sibi reseruare, in quibus iudicium inferiori non committat, aliàs de quolibet potest simplex sacerdos absoluere habens iurisdictionē. Sunt autem quinq; casus, in quibus oportet ꝙ simplex sacerdos pœnitentem ad superiorem remittat. Primus est, quando est solennis pœnitentia imponenda, quia eius minister proprius est Episcopus. Secundus est de excommunicatis, quando inferior sacerdos non potest absoluere, vt pote quando est à superiori excommunicatus. Tertius, quando inuenit irregularitatem contractam, pro cuius dispensatione debet ad superiorem remittere. Quartus de incendiariis. Quintus quando est consuetudo in aliquo Episcopatu, ꝙ enormia crimina ad terrorem reseruentur Episcopo, quia consuetudo dat, vel aufert in talibus potestatem.

* Q. 17. ar. 1. & q. præced. ar. 3. ad 4. & q. præsenti ar. 1. ad 1.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd in tali casu, nec sacerdos debet audire confessionem mulieri, cum qua peccauit de illo peccato: sed debet ad alium mittere: nec illa debet ei confiteri; sed debet petere licētiam ad alium enndi, vel ad superiorem recurrere, si ille licentiam denegaret: tum propter periculum: tum quia est minor verecundia; si tamen absolueret absoluta esset. Quod enim Augustinus dicit, * ꝙ non debet esse in eodem crimine, intelligendum est secundum congruitatem, non secundum necessitatem sacramenti.

*Loco citato in argu. 1.

¶ Ad secundum dicendum, quòd pœnitentia ab omnibus defectibus culpæ liberat: non autem ab omnibus defectibus pœnæ, quia adhuc post peractam pœnitentiam de homicidio aliquis remanet irregularis; vnde sacerdos potest de crimine absoluere, & pro pœna amouenda debet ad superiorem remittere: nisi in excommunicatione, quia absolutio ipsa debet præcedere absolutionem à peccato: quia quandiu aliquis est excommunicatus, non potest recipere aliquod Ecclesiæ sacramentum.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ratio illa procedit quantum ad hæc, in quibus sibi superiores potestates iurisdictionem reseruant.

ARTICVLVS. III.

¶ Vtrùm aliquis vti posset clauibus in suum superiorem.

AD tertium sic proceditur. Videtur quòd aliquis nō possit vti clauibus in suum superiorem. Actus enim sacramentalis quilibet requirit propriam materiam, sed propria materia vsus clauium est persona subiecta, vt dictum est: * ergo in eo qui non est subditus, non potest clauibus sacerdos vti.

*q. 17. ar. 2. ad 2. & q. præ. ar. 6. cor. & q. præsenti artic. 1. eor.

¶ 2 Præt. Ecclesia militans mitatur triumphantem, sed in cęlesti Ecclesia inferior Angelus nūquàm purgat, aut illuminat, aut perficit superiorem; ergo nec aliquis inferior sacerdos potest vti actione hierarchica, quæ est per absolutionem, in superiorem.

† Alias, pœnitentiæ.

¶ 3 Præterea. Iudicium conscientiæ † debet esse ordinatius quàm iudicium exterioris fori: sed in exteriori foro inferior nō potest excomunicare aut absoluere superiorem; ergo videtur quòd nec in foro pœnitentiali.

¶ Sed contra. Superior prælatus etiam circundatus est infirmitate, & contingit ipsum peccare; sed remedium contra peccatum est potestas clauium; ergo cum ipse non possit in seipsum claue vti, quia non potest esse simul iudex & reus; videtur quòd possit inferior in ipsum clauis potestate vti.

¶ Præterea. Absolutio quæ fit per virtutem clauium, ordinatur ad perceptionem Eucharistiæ: sed inferior potest superiori Eucharistiam dispensare si peccat; ergo & clauium potestate in ipsum vti, si se subiecerit.

¶ Respondeo dicendum, quòd potestas clauium, quantum est de se, extendit se ad omnes, vt dictum est; sed quod in aliquem sacerdos non possit potestate clauium vti, contingit ex hoc quòd eius potestas est ad aliquos specialiter limitata; vnde ille qui limitauit, potest extendere in quem voluerit, & propter hoc etiam potestatem sibi dare potest in seipsum, quamuis ipse in seipsum vti clauium potestate non possit: quia potestas clauium requirit pro materia aliquem subiectum, & ita alium: sibi ipsi enim aliquis subiectus esse non potest.

¶ Ad primū ergo dicendum, ꝙ quamuis Episcopus quem simplex sacerdos absoluit, sit superior eo simpliciter, est tamen inferior eo, inquantum ei se vt peccatorem subijcit.

¶ Ad secundum dicendum, quòd in Angelis non potest accidere aliquis defectus, ratione cuius inferioribus suis superiores subdantur, sicut accidit in hominibus, & ideò non est simile.

¶ Ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶Ad tertium dicendum, quòd iudicium exterius est secundum homines: sed iudicium confessionis est quo ad Deum, apud quem aliquis redditur minor ex hoc q̃ peccat, non autem apud hominum prælationes: & ideò in exteriori iudicio, sicut nullus in seipsum sententiam dare potest excommunicationis, ita nec alteri committere, nec se excommunicare; sed in foro conscientiæ potest alteri committere suam absolutionem, qua ipse vti non posset. Vel dicendum, quòd absolutio in foro confessionis est principaliter potestatis clauium, & ex consequenti respicit iurisdictionem: sed excommunicatio respicit totaliter iurisdictionem: quantum autem ad potestatem ordinis omnes sunt æquales, non autem quantum ad iurisdictionem, & ideò non est simile.

QVAESTIO XXI.

De excommunicatione in quatuor articulos diuisa.

CONSEQVENTER videndum est de excommunicatione. De qua primò considerãdum est de definitione excommunicationis, & congruitate, & causa. Secundò, de eo qui potest excommunicare, & excommunicari. Tertiò, de participatione cum excommunicatis. Quartò, de absolutione ab excommunicatione.

¶ Circa primum quæruntur quatuor.

¶ Primò, vtrùm conuenienter excommunicatio definiatur.

¶ Secundò, vtrùm Ecclesia debeat aliquem excommunicare.

¶ Tertiò, vtrùm aliquis pro aliquo temporali damno sit excommunicandus.

¶ Quartò, vtrùm excommunicatio iniustè lata aliquem effectum habeat.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrùm incompetens sit hæc definitio excommunicationis.

81 D. Th. in 4. dist. 18. q. 2. art. 1. q. 1. & sequen. Prima definitio.

AD primum sic proceditur. Videtur quòd incompetens sit hæc definitio excommunicationis à quibusdam posita. Excommunicatio est separatio à communione Ecclesiæ, quo ad fructum & suffragia generalia. Suffragia enim Ecclesiæ valent eis, pro quibus, fiunt, sed Ecclesia orat pro eis qui extra Ecclesiam sunt, sicut pro hæreticis, & paganis: ergo etiam pro excommunicatis, qui extra Ecclesiam sunt: & sic eis suffragia Ecclesiæ valent.

¶ 2 Præt. Nullus amittit suffragia Ecclesiæ, nisi per culpam, sed excommunicatio non est culpa, sed pœna, ergo per excommunicationem non separatur aliquis à suffragijs Ecclesiæ communibus.

¶ 3 Præt. Fructus Ecclesiæ non videtur esse aliud quã suffragia: non enim potest intelligi de fructu bonorum temporalium, quia hæc excommunicatis non auferuntur: ergo inconuenienter vtrumque ponitur.

¶ 4 Præt. Excommunicatio minor quædam excommunicatio est, sed per eam homo non perdit suffragia Ecclesiæ, ergo definitio non est conueniens.

¶ Respondeo dicendum, quòd ille qui per Baptismũ in Ecclesia ponitur, ad duo adscribitur, scilicet ad cetum fidelium, & ad participationem sacramentorum, & hoc secundum præsupponit primum: quia in sacramentis participãdis etiam fideles communicant: & ideò aliquis potest extra Ecclesiam fieri per excommunicationem dupliciter. Vno modo ita quòd separetur tantùm a participatione sacramentorum, & hæc erit excommunicatio minor. Alio modo ita quòd excludatur ab vtroque, & sic erit excommunicatio maior, quæ hic definitur. Nõ autem potest esse tertium, scilicet quòd excludatur à cõmunione fidelium, & non à participatione sacramentorum ratione iam dicta, * quia scilicet fideles in sacramẽtis communicant. Sed communicatio fidelium est duplex. Quædam in spiritualibus, sicut mutuæ orationes, & cõuentus ad sacra percipienda. Quædam in corporalibus actibus. Quæ quidem legitimis communicationes his verbis continentur.

* In ista met. cor.

Si pro delictis anathema quis efficiatur.
Os, orare, vale, communio, mensa negatur.

Os, scilicet ne osculum detur. Orare, ne cum excommunicatis oremus. Vale, ne salutentur. * Communio, ne scilicet in sacramentis cum ipsis aliquis communicet. Mensa negatur, ne aliquis cum eis comedat. Præmissa * ergo definitio importat separationem à sacramẽtis in hoc quod dicit, quo ad fructum, & à communione fidelium quantum ad spiritualia, in hoc quod dicit. Et suffragia Ecclesiæ communia. Alia autem definitio inuenitur, quæ datur secundum separationem ab vtrisque actibus, quæ talis est. Excommunicatio est à qualibet licita communione fidelium separatio.

*In Decr. 11. q. 3. c. 16. 17. 18. 19. 24. 99. 107. & c. 3. & 10. *In arg. 1. 2. Definitio.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd pro infidelibus oratur, sed ipsi orationis fructum non percipiunt nisi ad fidem conuertantur: similiter & pro excommunicatis orari potest, quãmuis non inter orationes quæ pro membris Ecclesiæ fiunt, & tamen fructum non percipiunt, quamdiu in excommunicatione manent: sed oratur vt detur eis spiritus pœnitentiæ, vt ab excommunicatione soluantur.

¶ Ad secundum dicendum, quòd suffragia alicuius valent alicui, secundum quòd ei continuantur. Potest autem actio vnius alteri continuari dupliciter. Vno modo ex vi charitatis, quæ omnes fideles connectit, vt sint vnum in Deo, sicut dicitur in Psal. Particeps ego sum omnia, &c. & hanc continuationem excommunicatio non intercipit, quia iustè quis excommunicari non potest nisi pro culpa mortali, per quam quis à charitate iam diuisus est, etiam si non excommunicetur. Iniusta autem excommunicatio charitatem alicui auferre nõ potest, cùm sit de maximis bonis, quæ non possunt alicui inuito auferri. Alio modo per intentionem suffragia facientis, quæ nem excommunicatio intercipit: quia Ecclesia per excommunicationis sententiam separat excommunicatos ab vniuersitate fidelium, pro quibus suffragia facit. * Vnde suffragia Ecclesiæ eis non prosunt, quæ pro tota Ecclesia fiunt, nec ex persona Ecclesiæ oratio pro eis inter membra Ecclesiæ fieri potest; quamuis aliqua persona priuata possit ad eius conuersionem aliquod suffragium per intentionem dirigere.

* vt dicit Magist. 4. sent. dist. 5. Gan &.

¶ Ad tertium dicendum, quòd fructus Ecclesiæ non solum est ex suffragijs, sed etiam ex perceptione sacramẽtorum & ex fructu fidelium.

¶ Ad quartum dicendum, quòd minor excommunicatio non habet perfectam rationem excommunicationis, sed aliquid ipsius participat: & ideò non oportet quod totaliter ei excommunicationis definitio conueniat, sed solùm quo ad aliquid.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrùm Ecclesia debeat aliquem excommunicare.

AD secundum sic proceditur. Videtur quòd Ecclesia nullum debeat excommunicare. Quia excõmunicatio maledictio quædam est: sed Rom. 12. prohibemur maledicere: ergo Ecclesia excommunicare non debet.

¶ 2 Præterea, Ecclesia militans debet imitari triumphantem: sed vt in Epistola Iudæ legitur, Michael Archã gelus cùm altercaretur cum Diabolo de Moysi corpore non est ausus iudicium inferre blasphemiæ: sed dixit Imperet tibi Deus: ergo nec Ecclesia militans debet alicui

iudicium

iudicium maledictionis, & excommunicationis inferre.

3 Præterea, Nullus est in manu hostis tradendus nisi omnino desperatus: sed per excommunicationem tradi tur aliquis in manu Satanæ, vt patet 1. Corin. 5. cùm ergo de nemine sit desperandum in uita ista, Ecclesia nullum debet excommunicare.

¶ Sed contra est q̃ Apostolus 1. Cor. 5. mandat quendam excommunicari.

¶ Præt. Mat. 18. dicitur de illo, qui Ecclesiam audire contemnit. Sit tibi sicut Ethnicus, & Publicanus, sed Ethnici sunt extra Ecclesiam: ergo illi qui Ecclesiam audire contemnunt, per excommunicationem extra Ecclesiam sunt ponendi.

¶ Respondeo dicendum, quòd iudicium Ecclesiæ conforme debet esse iudicio Dei: Deus autem peccatores multipliciter punit. Vno modo flagellis castigando, vt ad bonum eos trahat: Alio modo hominem sibi relinquendo, vt auxilijs subtractis, quibus à malo præpediebatur, suam infirmitatem cognoscat, & humilis ad Deũ redeat; à quo superbus discesserat: & quantùm ad vtrũque Ecclesia in excommunicationis sententia imitatur diuinum iudicium. In quantum enim aliquem à communione fidelium separat vt erubescat, imitatur diuinum iudicium quo per flagella castigat: inquantum autem à suffragijs, & alijs spiritualibus separat, imitatur diuinum iudicium, quo hominem sibi relinquit, vt per humilitatem seipsum cognoscẽs ad Deum redeat.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd maledictio potest esse dupliciter. Vno modo ita, quòd in malo quod infligat vel dicit per intentionem fistat: & sic maledictio omnibus modis est prohibita. Alio modo ita, quòd malum quod quidem maledicendo imprecatur, ad bonum illius ordinet, qui maledicitur: & sic maledictio quandoque est licita & salutifera: sicut etiam medicus quandoque nocumentum infert infirmo, vt sectionem, per quã ab infirmitate liberetur.

¶ Ad secundum dicendum, quòd Diabolus incorrigibilis est: & ideò non susceptibilis alicuius boni pex excommunicationis pœnam. †

† Aliàs sẽtentiam.

¶ Ad tertium dicẽdum, quòd ex hoc ipso, q̃ aliquis suffragijs Ecclesiæ priuatur, triplex incommodum incurrit, per tria quæ quis ex suffragijs Ecclesiæ consequitur. Valent enim ad augmentum gratiæ eis qui eam habent, vel ad merendum eis, qui non habent, & quantũ ad hoc Magister sentẽtiarum dicit * quòd gratia Dei per excommunicationem subtrahitur. Valent etiam ad custodiam virtutis: & quantum ad hoc dicit, * quòd protectio subtrahitur; non quòd omnino à Dei prouidentia excludatur excommunicatus, sed ab illa protectione qua filios Ecclesiæ specialiori modo custodit. Valent etiam ad defendendum ab hoste: & quantum ad hoc dicit * quòd diabolo maior potestas læuiendi in ipsum datur & spiritualiter, & corporaliter. Vnde in primitiua Ecclesia quando oportebat per signa homines ad fidem inuitare: sicut Spiritus sancti donum: a visibili signo manifestabatur: sita & excommunicatio corporali vexatione à Diabolo innotescebat: nec est incõueniens si ille, qui nõ est desperatus, hosti detur: quia non datur quasi damnãdus, sed quasi corrigendus, * cùm in potestate Ecclesiæ sit, ex eius manu ipsum cùm voluerit eripere.

* Libr. 4. sent. dist. 18 §. g. circa fin.

* loco iã sit.

* Magist. Post verbam cita.

* vt patet ex Aug. ser. 12. in nouis sermo.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrùm aliquis pro temporali damno debeat excommunicari.

83 AD tertium sic proceditur. Videtur quòd nullus pro temporali damno debeat excommunicari. Quia pœna non debet excedere culpam: sed pœna excommunicationis est priuatio alicuius boni spiritualis quod omnibus bonis temporalibus præeminet: ergo pro temporalibus nullus est excommunicandus.

¶ 2 Præterea, Nulli malum pro malo reddere debemus, secundùm Apostoli præceptum: * sed hoc esset malum pro malo reddere, si pro tali damno quis excommunicaretur, ergo nullo modo hoc debet fieri.

* 1. Thes. 5

¶ Sed cõtra est, quòd Petrus Ananiam, & Sapphiram pro defraudatione pretij agri mortis damnauit: * ergo & Ecclesiæ licet pro temporalibus damnis excommunicare.

Actorũ 5. * Et uide Aug. à no. serm. ser. 12. & lib. 3. contra varm. c. 1. & 2. to. 7.

¶ Respondeo dicendum, quòd per excommicationẽ iudex Ecclesiasticus excõicatos excludit a regno scatur quodammodo: vnde cùm non debeat à regno excludere nisi ingnos, vt ex definitione clauis patuit, * nec aliquis reddãt indignus, nisi per peccatum mortale charitatem amiserit, quæ est via ducens ad regnum: ideo nullus excommunicari debet nisi pro peccato mortali: Et quia in damnificando aliquem corporaliter: vel in rebus temporalibus aliquis mortaliter peccat, & contra charitatem facit: ideo pro damno temporali illato Ecclesia aliquem excommunicare potest. Sed quia excommunicatio est grauissima pœnarum, pœna autem medicinæ sunt, secundum Philosophum in 2. Ethicorum: sapientis autem medici est à leuioribus incipere medicinis, & minùs periculosis: ideo excommunicatio infligi non debet etiam pro peccato mortali, nisi contumax fuerit, vel non ueniendo ad iudicium, uel ante terminationem iudicij sine licentia recedendo, vel determinationi non parendo. * Tunc enim postquam monitus fuerit, si contempserit, contumax reputatur, & excommunicari debet à iudice iam non habente quid contra ipsum faciat amplius.

* In corp. ar.

* Lib. 2. c. 3. ad med.

* vt hĩ 2. q. 6. c. 19. quisquis, & in Cõc. Mileuit. c. 24. in fi.

¶ Ad primum ergo dicendũ, q̃ culpæ quantitas non mensuratur ex nocumento, quod quis facit, sed ex voluntate qua quis facit contra charitatem agens: & ideo quãuis pœna excommunicationis excedat nocumentum, nõ tamen excedit quantitatem culpæ.

¶ Ad secundum dicendum, quòd cùm aliquis per pœnam aliquam corrigitur, non redditur ei malum, sed bonum: quia pœnæ medicinæ sunt, ut dictum est. *

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrum excommunicatio iniustè lata habeat aliquem effectum.

84 AD quartum sic proceditur. Videtur q̃ excommunicatio iniustè lata nullo modo effectum habeat. Quia per excommunicationem protectio & gratia Dei subtrahitur, * quæ non iniustè subtrahi potest: ergo excommunicatio iniustè lata non habet effectum.

* vt̃ df 4. sent. dist. 18. §. g in fi & q. præsenti ar. 2. ad 3.

¶ 2 Pre. Hieronymus dicit, * q̃ est de super cilio Pharisæorum, æstimare esse ligatum, vel solutum, qui ligatur, vel soluitur iniustè: sed eorum supercilium erat superbum, & erroneum: ergo excõmunicatio iniusta nullum habet effectum.

* super illud Matt. 16. Tibi dabo claues. tom. 9 * Ho. 26. in Euang. à medio illius hf. 11. q. 3. 1. & 27.

¶ Sed contra. Secundum Gregor. * præceptũ † Pastoris siue iusta, siue iniusta timenda sunt, non autem essent timenda, nisi aliquid nocerent, etiam iniusta. ergo, &c.

† Aliàs sẽtentia. * Greg. li. 2. epistlo. 34. post med. & 23 q. 4. c. 23. inter quæ relas.

¶ Respondeo dicendum, q̃ excõicatio potest dici iniusta dupliciter. Vno modo ex parte excommunicantis, sicut cũ ex odio, vel ex ira aliquis excõicat: & tunc excõicatio nihilominus habet effectũ suum, quãuis ille qui ex eõicat peccet: * quia iustè patitur, quãuis ille iniustè excõiciat. Alio mõ ex parte excõicationis ipsius, vel quia cã excõicationis est indebita, vel quia fertur sententia iuris ordine prætermisso, & tũc si sit talis error ex parte sniæ, qui sniam nullam esse faciat, non habet effectũ, quia non est excõicatio. Si autem talis error non annullet sniam, habet effectum suum: & debet excõicatus humiliter obedire, & erit ei ad meritum: vel absolutionem petere debet ab excõicante, vel ad superiorem iudicem recurre re. Si aũt contemneret, eo ipso mortaliter peccaret. Contingit autem q̃q;, q̃ est debita causa ex parte excõicantis, quæ non est debita ex parte excõicati, sicut cum quis falso crimine in iudicio probato excommunicatur,

tunc

Universidad de Deusto
Biblioteca

tunc si humiliter sustinet, humilitatis meritum recompẽsat excommunicationis damnum.

¶Ad primum ergo dicendum, q̃ quamuis homo gratiam Dei iniustè amittere non possit, potest tamen amittere illa iniustè, quæ ex parte nostra sunt, quæ ad gratiã Dei disponunt; sicut patet si subtrahatur alicui doctrinæ verbum quod ei debetur; & hoc modo excommunicatio gratiam Dei subtrahere dicitur, vt in prædictis patet.*

¶Ad secundum dicendum, q̃ Hieronymus * loquitur quantum ad culpam, & non quantum ad pœnas, quæ possunt etiam iniustè infligi à rectoribus Ecclesiarum.

*2. ar. 2. cor. & ad 3. & art. præsenti arg. 1. *loco cita. in arg. 2.

QVAEST. XXII.

De his qui possunt excommunicare, & excommunicari; in sex articulos diuisa.

EINDE considerandum est de his qui possunt excommunicare & excommunicari.
*Circa quod quæruntur sex.

¶Primò, vtrùm quilibet sacerdos possit excommunicare.

¶Secundò, vtrùm nõ sacerdos excõmunicare possit.

¶Tertiò vtrùm excommunicatus, vel suspensus possit excommunicare.

¶Quartò, vtrùm aliquis seipsum, vel æqualem, vel superiorem possit excommunicare.

¶Quintò, vtrùm aliqua vniuersitas excommunicari possit.

¶Sextò, vtrùm semel excommunicatus excommunicari possit vlteriùs.

ARTICVLVS I.

¶ *Vtrùm quilibet sacerdos possit excommunicare.*

AD primum sic proceditur. Videtur q̃ quilibet sacerdos possit excommunicare. Excommunicatio enim est actus clauiũ: sed quilibet sacerdos habet claues: ergo quilibet sacerdos potest excommunicare.

*1 D.Tho. in 4. di. 18. q. 2. ar. 2. q. 1. & seq.

¶2 Præterea, Maius est soluere & ligare in foro pœnitentiæ, quam in foro iudicij, sed quilibet sacerdos potest sibi subditos in foro penitentiali absoluere & ligare: ergo etiam potest sibi subditos quilibet sacerdos excommunicare.

¶Sed cõtra, ea: in quibus imminet periculũ, sunt maioribus reseruanda: sed pœna excommunicationis est valde periculosa; nisi cum moderamine fiat: ergo non debet cuilibet sacerdoti committi.

¶Respondeo dicendum, q̃ in foro conscientiæ causa agitur inter hominem & Deum: in foro autem exterioris iudicij causa agitur hominis ad hominem: & ideo absolutio vel ligatio quæ vnum hominem obligat quò ad Deum, tantùm pertinet ad forum pœnitẽtiæ: sed illa quæ hominem obligat in comparatione ad alios homines, ad forum publicum exterioris iudicij pertinet: & quia homo per excommunicationem à communione fidelium separatur, ideo excommunicatio ad forum exterioré pertinet: & ideo illi soli possunt excommunicare: qui habẽt iurisdictionem in foro iudiciali: & propter hoc soli Episcopi propria auctoritate, & maiores Prælati, secundum communiorem opinionem, possunt excõmunicare. Sed presbyteri parochiales non nisi ex commissione eis facta, vel in certis casibus: sicut in furto & rapina & huiusmodi: in quibus est eis à iure concessum, q̃ excommunicare possint. Alij autem dixerunt q̃ etiam sacerdotes parochiales possunt excommunicare: sed prædicta * opinio est rationabilior.

*Hæc ode corp.

¶Ad primum ergo dicendum, q̃ excommunicatio nõ est actus clauis directè, sed magis respectu exterioris iudicij, sed sententia excommunicationis quamuis in exteriori iudicio promulgetur, quia tamen aliquo modo pertinet ad aditum regni, secundùm q̃ Ecclesia militans est via ad triumphantem: ideò etiam talis iurisdictio per quam homo excommunicare potest, clauis potest dici, & secundum hoc à quibusdam distinguitur, q̃ est clauis ordinis, quam omnes sacerdotes habent, & clauis iurisdictionis in foro iudiciali, quam habent soli iudices exterioris fori. Vtramque tamen Deus Petro cõtulit, Matth. 16. & ab ipso in alios descendit, qui vtranque habent.

¶Ad secundum dicendum, q̃ sacerdotes parochiales habent quidem iurisdictionem in subditos suos quantùm ad forum conscientiæ, sed non quantùm ad forum iudiciale, quia non possunt conueniri coram eis in causis contentiosis, & ideo excommunicare non possunt, sed absoluere possunt in foro pœnitẽtiali: & quamuis forus pœnitentialis sit dignior, tamen in foro iudiciali maior solẽnitas requiritur: quia in eo oportet, q̃ non solùm Deo, sed etiam homini satisfiat.

ARTICVLVS II.

¶ *Vtrùm non sacerdotes excommunicare possint.*

AD secundum sic proceditur. Videtur q̃ non sacerdotes excommunicare non possint. Quia excõmunicatio est actus clauium, vt in quarto sententiarum dicitur: † Sed non sacerdotes non habent claues: * ergo excommunicare non possunt. 86

†li. 4. dist. 18. § G. & H. *vt dictũ est sup. q. 19. ar. 3. & 4.

¶2 Præterea, Plus requiritur ad excommunicationem, quàm ad absolutionem in foro pœnitentiæ, sed non sacerdos in foro pœnitentiæ absoluere nõ potest, ergo nec excommunicationem inferre.

¶Sed contra est, q̃ Archidiaconi, Legati, & Electi excommunicant, qui quandoque non sunt sacerdotes: * ergo non solùm sacerdotes excommunicare possunt.

*vt etiam dictũ est, q. 16. ar. 3. cor.

¶Respondeo dicendum, q̃ sacramenta, in quibus gratia confertur, dispensare ad solos sacerdotes pertinet, & ideo ipsi soli possunt absoluere & ligare in foro pœnitentiali. Sed excommunicatio nondirectè respicit gratiã, sed ex consequenti inquãtum homo suffragijs * Ecclesiæ priuatur, quæ ad gratiam disponunt, vel in gratia conseruãt: & ideo etiam non sacerdotes, dummodo iurisdictionem habeant in foro contentioso, possunt excommunicare.

* 4. sentẽ dist. 18. q. G. in fine.

¶Ad primum ergo dicendum, q̃ quamuis non habeãt clauem ordinis, habent tamen clauem iurisdictionis.

¶Ad secundum dicendum, q̃ ista duo se habent sicut excedentia & excessa: & ideo alicui competit vnum, cui non competit aliud.

ARTICVLVS III.

¶ *Vtrùm excommunicatus, vel suspensus possit alium excommunicare.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur q̃ excommunicatus, vel suspensus, neque ordinem, neque iurisdictionem amittit: quia neque reordinatur cùm absoluitur, neque cura iterum ei committitur: sed excommunicatio non requirit, nisi ordinem vel iurisdictionem, ergo etiam excommunicatus, vel suspensus excommunicare possunt.

¶2 Præterea. Maius est conficere corpus Christi, quã excommunicare: sed excommunicati cõficere possunt: * ergo & excommunicare possunt.

† Tho. 4. dist. 13. q. 1. ar. 1. q. 3. & 3. par re q. 82. ar ti. 7. q. 2 & q. 1. ca. 4.

¶Sed contra, Ligatus corporaliter non potest alium ligare: sed vinculum spirituale est fortius, quàm corporale: ergo excommunicatus non potest alium excommunicare, cùm excommunicatio sit vinculum spirituale.

¶Respondeo dicendum, quòd vsus iurisdictionis est in comparatione ad alium hominem: & ideo cùm omnis excommunicatus à communione fidelium separetur, quilibet excommunicatus vsu iurisdictionis priuatur; & quia

quia excommunicatio est iurisdictionis, ideo excõmunicatus excommunicare non potest, & eadem ratio est de suspenso à iurisdictione. Si enim sit suspensus ab ordine tantùm, tunc non potest ea quæ sunt ordinis: sed potest ea quæ sunt iurisdictionis: & ecõtra si sit suspensus à iurisdictione, & non ab ordine. Si autem ab vtroque, tunc neutrum potest.

*Hãc obiect cum solutionibus 26. q. 1. c. 36.

¶Ad primum ergo dicendum, * q̃ quamuis non amittat iurisdictionem, amittit tamen iurisdictionis vsum.

¶Ad secundum dicendum, quòd conficere consequitur potestatem characteris; qui indelebilis est: & ideo homo ex quo characterem ordinis habet, semper potest conficere, licèt non semper ei liceat. Secus autem de excommunicatione, quæ iurisdictionem sequitur, quæ auferri potest, & ligari.

ARTICVLVS IIII.

¶ *Vtrum aliquis possit seipsum, vel æqualem, vel superiorem excommunicare.*

88 D.Th. vbi sup. ar. 3. q. 1. & seq.

AD Quartum sic proceditur. Videtur quòd aliquis possit seipsum, vel æqualem, vel superiorem excommunicare. Quia angelus Dei maior erat Paulo: Matthæi 11. Qui minor est in regno cœlorum maior est eo, quo nemo inter natos mulierum maior: sed Paulus excommunicauit angelum de cælo, vt patet Galat. 1. ergo homo potest superiorem excommunicare.

¶2 Præterea, Sacerdos aliquando excommunicat in generali pro furto, vel aliquo huiusmodi: sed potest contingere q̃ ipsemet fecit, vel superior aut æqualis, ergo aliquis potest se, vel æqualem vel superiorem excoicare.

¶3 Præterea, Aliquis potest superiorem absoluere in foro pœnitentiali vel æqualem: sicut: cùm Episcopi suis subditis confitentur, & cùm vnus sacerdos alteri venialia confitetur: ergo videtur q̃ etiam excommunicare aliquis superiorem, vel æqualem possit.

¶Sed contra, Excommunicatio est actus iurisdictionis: sed aliquis non habet in se iurisdictionem, quia in eadem causa non potest quis esse iudex & reus: nec iterum in superiorem aut æqualem: ergo non potest aliquis superiorem vel æqualem aut se excommunicare.

¶Respondeo dicendum, q̃ cùm per iurisdictionem aliquis constituatur in gradu superioritatis respectu eius, in quem habet iurisdictionem, quia iudex est eius: ideo nullus habet in seipsum vel in superiorem, vel æqualem iurisdictionem, & per consequens nullus potest seipsum excommunicare, vel superiorem aut æqualem.

¶Ad primum ergo dicendum, q̃ Apostolus loquitur sub hypothesi, ideſt si poneretur angelus peccare: sic enim non esset Apostolo superior, sed inferior, nec est inconueniens, quòd in conditionalibus, quarum antecedẽtia impossibilia sunt, & consequentia impossibilia sint.

¶Ad secundum dicendum, q̃ in tali casu nullus excõmunicatur, quia par in parem non habet imperium.

¶Ad tertium dicendum, q̃ absolutio, & ligatio in foro confessionis est quò ad Deum tantùm, apud quem aliquis alio superior redditur inferior per peccatum: sed excommunicatio est in iudicio exteriori, in quo aliquis nõ amittit superioritatem ex hoc ipso q̃ peccat: vnde non est similis ratio de vtroque foro, & tamen etiam in foro confessionis aliquis non potest seipsum absoluere, nec superiorem, aut æqualem nisi ex commissione sibi facta. De venialibus autẽ potest, quia venialia ex quibuslibet sacramentis gratiam conferentibus remittuntur: vnde remissio venialium sequitur potestatem ordinis.

ARTIC. V.

¶ *An in aliquam vniuersitatem sententia excommunicationis ferri possit.*

89

AD Quintum sic proceditur. Videtur q̃ in aliquam vniuersitatem sententia excommunicationis ferri possit. Contingit enim q̃ aliqua vniuersitas sibi in malitia colligatur: sed pro malitia, in qua quis contumax extitit, debet excommunicatio ferri: ergo potest in aliquã vniuersitatem ferri excommunicatio.

¶2 Præterea, Illud quod est grauissimum in excommunicatione, est separatio à sacramentis Ecclesiæ: sed aliquando tota ciuitas interdicitur à diuinis, ergo & excõmunicari vniuersitas aliqua potest.

¶Sed contra est glos. August. * Matt. 13. quæ dicit q̃ princeps, & multitudo non est excommunicanda.

*Glo. ordi. sup. illud. Matt. 13. Ne forte colligentes zizania. & ex Aug. Epist. 75. ad auxilium & 1. 2. 4. q. 3. c. 2. si habes. *24. q. 3. c. quæ dã at

¶Respondeo dicendum, q̃ excommunicari non debet aliquis nisi pro peccato mortali, peccatum autem in actu consistit: actus autem non est communitatis, sed singularium personarum, vt frequenter: & ideo singuli de communitate excommunicari possunt, non autem ipsa communitas.* Et si sit quandoque etiam actus alicuius totius multitudinis, vt quando multi nauem trahũt quã nullus per se trahere posset: tamen non est probabile q̃ aliqua communitas tota ita ad malum consentiat, quin aliqui sint dissentientes: & quia non est Dei qui iudicat omnem terram, vt condemnet iustum cum impio: vt dicitur Genes. 19. ideo Ecclesia quæ Dei iudicium imitari debet, satis prouidè statuit: vt communitas non excommunicet, ne collectis † zizanijs simul eradicet & tritic ũ.

†alias, ne cũ iolijs, & zizã. *In corp. artic.

¶Ad primum ergo dicendum, q̃ patet solutio ex dictis.*

*Vt patet ex a. huius q. corp. & loco ibid. citato.

¶Ad secundum dicendum, q̃ suspensio non tanta pœna est quanta excommunicatio: quia suspensi non fraudantur Ecclesiæ suffragijs sicut excommunicati.* Vnde etiam aliquis sine peccato proprio suspenditur, sicut & totum regnum ponitur sub interdicto pro peccato Regis: & ideo non est simile de excommunicatione, & suspensione.

ARTICVLVS VI.

¶ *Vtrum ille qui semel est excommunicatus, excommunicari possit vlterius.*

90

AD sextum sic proceditur. Videtur quòd ille qui semel est excommunicatus, vlteriùs excommunicari non possit, vt 1. Corin. 5. dicit Apostolus. Quid enim mihi de his qui foris sunt iudicare? sed excommunicati iam sunt extra Ecclesiam; ergo super eos Ecclesia iudicium non habet, vt possit eos iterum excommunicare.

*vt dictũ est. q. ped. ar. 1

¶2 Præterea,* Excommunicatio est separatio quædam à diuinis, & à collectione fidelium: sed postquam est aliquis priuatus aliquo, non potest iterum illo priuari: ergo vnus excommunicatus non debet iterum excommunicari.

¶Sed contra, Excommunicatio quædam pœna est, & medicinale remedium: * sed pœnæ omnes, & medicinæ iterantur, cum causa exigit: ergo & excommunicatio iterari potest.

*vt dictũ est, q. pœc. a. 3. corp.

¶Respondeo dicendum, q̃ ille qui excommunicatus est vna excommunicatione, potest iterum excommunicari, vel per eiusdem excommunicationis iterationem ad maiorem sui confusionem, vt sic à peccato resiliat, vel propter alias causas: & tunc tot sunt principales excommunicationes, quot causæ; pro quibus quis excommunicatur.

¶Ad primum ergo dicendum, q̃ Apostolus loquit de paganis, & aliis infidelibus, qui non habẽt characterẽ, per quẽ annumerati sint populo Dei: sed quia character baptismalis, quo quis populo Dei annumeratur, est indelebilis,* ideo semper remanet aliquo modo de Ecclesia baptizatus, & sic Ecclesia semper de illo iudicare põt.

*vt dictũ ẽ i 3. par. q. 63. ar. 5

¶Ad secundũ dicendũ q̃ priuatio quãuis non recipiat maius & minus secundum se, recipit tñ fm cãm suam: & fm hoc excõmunicatio potest iterari, & magis est elongatus à suffragijs Ecclesiæ qui pluries est excommunicatus, quam qui semel tantum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

QVAESTIO XXIII.

De participatione cum excommunicatis, in tres articulos diuisa.

EINDE considerandum est de participatione cum excommunicatis.

¶Circa quòd quæruntur tria.

¶Primò, vtrùm liceat excommunicato participare in puris corporalibus.

¶Secundò vtrùm participans excõicato sit excõicatus.

¶Tertiò, vtrùm participare excommunicato in casibus non concessis semper sit peccatum mortale.

ARTICVLVS I.

¶ *Vtrùm excommunicato liceat communicare in purè corporalibus.*

91 D.Th.vbi sup.art.4. q.1.&seq.

AD primum sic proceditur. Videtur ꝙ liceat excommunicato cõicare in purè corporalibus. Excõicatio enim est actus clauium: sed potestas clauiũ se extendit ad spiritualia tm: ergo per excõicationem non prohibetur quin vnus alij in corporalib. cõmunicare possit.

Bernardus in libr. de præcepto, & dispẽsatione, non remotè à prin. & supra q.11. art.1.

¶2 Præt. Quod est institutũ per charitatem, cõtra charitatẽ nõ militat: sed ex præcepto charitatis tenemur inimicis subuenire, qđ sine aliqua cõicatione fieri nõ põt: ergo iã alicui excõicato in corporalibus cõicare licebit.

¶ Sed contra est, quod dicitur. 1. Cor. 5. cum eiusmodi nec cibum sumere.

¶ Respondeo dicendum, quòd duplex est excommunicatio. Vna est minor, quæ separat tantùm à participatione sacramentorum, sed nõ à communione fidelium; & ideo tali excommunicato licet communicare, sed nõ licet ei sacramenta conferre. Alia est maior excommunicatio, & hæc separat hominem à sacramentis Ecclesiæ & à communione fidelium, & ideo tali excommunicato communicare non licet. Sed quia Ecclesia excommunicationem ad medelam, & nõ ad interitum inducit, excipiuntur ab hac generalitate quædam, in quibus communicare licet, scilicet in his, quæ pertinẽt ad salutem, quia in talibus homo licitè potest cum excommunicato loqui; potest etiam alia verba interserere, vt faciliùs salutis verba ex familiaritate recipiantur. Excipiuntur etiã, quædam personæ: ad quas specialiter pertinet prouisio excommunicati, vt vxor, filius, seruus, rusticus, & seruiens. Sed hoc intelligendum est de filijs non emancipatis, aliàs tenentur vitare patrem. De alijs autem intelligitur, quòd licet excommunicato communicare: si ante excommunicationem se ei subdiderunt, non autẽ si post. Quidam autem intelligũt è conuerso, scilicet quòd superiores possunt licitè communicare inferioribus. Alij verò contrarium dicunt. Sed ad minus in his communicare eis debent, in quibus sunt eis obligati: quia sicut inferiores obligantur ad obsequium superiorum: ita superiores ad prouidentiam inferiorum. Sunt etiam quidam casus excepti, sicut quando ignoratur excommunicatio, & quando aliqui sunt peregrini, & viatores interra excommunicatorum, qui licitè possunt ab eis emere, vel etiã accipere eleemosynam. Et similiter si aliquis videat excommunicatum in necessitate: quia tunc ex præcepto charitatis tenetur ei prouidere, & ista hoc versu continentur.

Vtile, lex, humile, res ignorata, necesse.

Vt utilitas referatur ad verba salutis, lex ad matrimonium, humile ad subiectionem: cæteta patent.

¶Ad primum ergo dicendum, ꝙ corporalia ad spiritualia ordinantur: & ideo potestas, quæ se extendit ad spiritualia, ad corporalia se extendere potest; sicut ars quæ est de fine, imperat de his, quæ sunt ad finem.

¶Ad secundum dicendum, ꝙ in illo casu in quo aliquis ex præcepto charitatis communicare tenetur, non prohibetur, vt ex dictis patet.

* In corp.

ARTICVLVS II.

¶ *Vtrùm participans excommunicato sit excommunicatus.*

92

AD secundùm sic proceditur. Videtur ꝙ participans excommunicato non sit excommunicatus. Plus enim separatus est ab Ecclesia Gentilis, quàm excommunicatus, sed ille qui participat Gentili, aut Iudæo, non est excommunicatus: ergo nec ille, qui participat excommunicato Christiano.

¶ 2 Præt. Si ille, qui participat excommunicato, est excommunicatus: eadem ratione qui participat participanti, erit excommunicatus, & sic in infinitum procedet, quod videtur absurdum, ergo non est excommunicatus, qui excommunicato participat.

¶ Sed cõtra est, ꝙ excommunicatus est positus extra communionem: ergo qui ei communicat, à communione Ecclesiæ recedit; & sic videtur, quòd sit excommunicatus.

¶ Respondeo dicendum, ꝙ excommunicatio potest in aliquem ferri dupliciter. Aut ita ꝙ ipse sit excommunicatus cum omnibus ei participantibus: & tunc non est dubium, ꝙ quicunque participat ei, est excommunicatus maiori excommunicatione, aut est excommunicatus simpliciter, & tunc aut participat aliquis in crimine ei præbendo consilium: auxilium, aut fauorem. & sic iterum est excommunicatus maiori excommunicatione: aut in alijs, sicut in verbo, vel in osculo: vel in mensa, & sic est excommunicatus minori excommunicatione.

¶ Ad primum ergo dicendũ, quòd Ecclesia non ita intendit corrigere infideles, sicut fideles, quorum cura sibi incumbit, & ideo non ita arcet à communione infidelium, sicut à communione fidelium illorum, quos excommunicat, super quos habet aliquam potestatem.

q.22.ar.1 cor. & locis ibidem citatis.

¶ Ad secundum dicendum, quòd excommunicato minori excommunicatione licet communicare, & sic excõmunicatio non transit in tertiam personam.

ARTICVLVS III.

¶ *Vtrum participare cum excommunicato in casibus non concessis semper sit peccatum mortale.*

93

AD tertium sic proceditur. Videtur ꝙ participare cum excommunicato in casibus nõ concessis semper sit peccatum mortale. Quia Decret. * quædam respondet, quòd propter metum mortis nõ debet aliquis excommunicato communicare, quia aliquis debet prius subire mortem, quàm mortaliter peccet: sed hæc ratio nulla esset, nisi participare cum excommunicato esset peccatum mortale, ergo, &c.

* In libr Decretal. Iũ cit. 40. d his, quæ vi meutur & cã fiunt, c. 5. sacris.

¶2 Præt. Facere contra præceptum Ecclesiæ est peccatum mortale, sed Ecclesia præcipit, ꝙ excommunicato nullus communicet: ergo participare cum excommunicato, est peccatum mortale.

¶3 Præt. Nullus arcetur à perceptione Eucharistiæ pro peccato veniali: sed ille qui participat excommunicato in casibus non concessis, arcetur à perceptione Eucharistiæ, quia incurrit minorem excommunicationem: ergo participans excommunicato in casibus non concessis peccat mortaliter.

¶4 Præterea. Nullus debet excommunicari maiori excommunicatione, nisi pro peccato mortali: * sed aliquis secundum iura † potest excõicari maiori excommunicatione propter hoc, ꝙ excommunicato participat: ergo excommunicato participare, est peccatum mortale.

* 11.q.3.c. 40. Nemo. † vt hic 11. q.3.c.3.q. 16.17.18. 29.30.26. 28. & cap. 107.

¶ Sed contra. A peccato mortali nullus potest absolui, nisi super eum habeat iurisdictionem, sed potest absoluere à participatione cum excommunicatis quilibet sacerdos, ergo non est peccatum mortale.

¶ Præterea pro mensura peccati debet esse pœnitentiæ modus * sed pro participatione excommunicationis secundum communem consuetudinem non imponitur pœna debita mortali peccato, sed magis debita veniali, ergo non est peccatum mortale.

*Deut.25.

¶ Respondeo dicendum, ꝙ quidam dicunt ꝙ quandocunque aliquis participat excõmunicato, vel verbo, vel quocunq; dictorum * modorum, secundũ quos ei cõmunicare non licet, peccat mortaliter, nisi in casib. exceptis à iure, * sed quia hoc vr valdè graue ꝙ homo pro vno verbo leui, quo excommunicatum alloquitur, mortaꝛ r peccet, & multis excommunicantes laqueum damnationis iniicerent, quòd in eos retorqueret: ideò aliis pro babiliùs vr, ꝙ non semp peccat mortaꝛ, sed solũ qñ in crime sibi participat: vel in diuinis, vel in cõtẽptũ Eccliç.

*In corp. art. præced. Vt habet. 11.q.3.c. 100. & 101. & li. 5. Decr. ti. 39.c.31. * Citata i argu.1.

¶ Ad primũ ergo dicendum, ꝙ Decre. * illa loquitur de participatione in diuinis. Vel dicendum est, ꝙ similis ratio est de peccato mortali & de veniali quantũ ad hoc, quòd sicut peccatum mortale non potest bene fieri, ita nec veniale; & iõ sicut homo debet priùs sustinere mortem quàm peccat mortaliter, ita etiam quàm peccet venialiter illo modo debiti, quo debet venialia vitare.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ præceptum Ecclesiæ directè respicit spiritualia, & ex consequenti legitimos actus, & ideò qui communicat eis in diuinis, facit contra præceptum, & mortaliter peccat: qui autem participat eis in aliis, facit præter præceptum, & mortaliter nõ peccat.

¶ Ad tertium dicendum, quòd aliquis etiam sine culpa quandoque ab Eucharistia arcetur, sicut patet in suspẽsis, vel interdictis: quia tales pœnæ quandoque alicui pro culpa alterius, quæ in eis punitur, inferuntur.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ quàmuis participare excommunicato sit peccatum veniale, tamen participare pertinaciter est peccatum mortale, & per hoc potest aliquis excommunicari secundum iura.*

*Locis citatis 1 ar. 4. & li. 5. Decr. tit. 39.ca. 30.

QVAEST. XXIIII.

De absolutione ab excommunicatione, in tres articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de absolutione ab excommunicatione. Circa quod tria quæruntur.

Primò, vtrùm quilibet sacerdos possit subditum suum ab excommunicatione absoluere.

¶ Secundò, vtrùm aliquis possit inuitus ab excommunicatione absolui.

¶ Tertiò: vtrùm aliquis possit absolui ab vna excõmunicatione, & non ab alia.

ARTICVLVS I.

¶ *Vtrum quilibet sacerdos possit subditum suũ ab excommunicatione absoluere.*

94 D.Tho.i 4.di.18.q. 2.art.5.q. 1.&seq.

AD PRIMVM sic procedit. Videtur ꝙ quilibet sacerdos subditum suum possit ab excõicatione absoluere: maius. n. est vinculum peccati, quàm excommunicationis, sed quilibet sacerdos potest suum subditum à peccato absoluere: ergo multò fortiùs ab excõmunicatione.

¶ 2 Præterea, Remota causa, remouetur effectus: sed excommunicationis causa est peccatum mortale: ergo cùm possit quilibet sacerdos à peccato illo mortali absoluere, poterit ab excommunicatione similiter.

¶ Sed contra, Eiusdem ptãtis est excommunicare & excõmunicatum absoluere: sed sacerdotes inferiores non possunt suos subditos excommunicare: ergo nec absoluere.

Vide libr. S. Decretor. B. Gregorij titu. 39.

¶ Respõdeo dicendũ, quod à minori excõicatione quilibet põt absoluere qui põt à peccato participationis absoluere. Si aũt est maior, aut est lata à iudice, & sic ille qui tulit, vel eius superior põt absoluere: vel est lata à iure, & tunc Episcopus, vel ét sacerdos põt absoluere, exceptis sex casib. quos sibi iuris conditor Papa reseruauit. † Primus est qũ aliquis iniicit manus in clericũ, vel religiosum. * Secũdus est de illo qui incẽdit Ecclesiã, & est denũciatus. † Tertius est de illo, qui frangit Ecclesiã, & denũciatus est. Quartus est de illo, qui in diuinis cõicat sciẽter excõicatis nõ aliter à Papa. Quintus de illo qui falsificat literas sedis Apostolicæ. Sextus de illo, qui excõicatis in crie cõicat. Non. n. debet absolui, nisi ab eo, qui excõicauit, ét si nõ sit eius subditus, nisi pp difficultatẽ accedẽdi ad ipm, absoluere ab Epo, vel à sacerdote proprio præstita iuratoria cautione ꝙ parebit mãdato illius iudicis, qui sniam tulit. A primo aũt casu octo excipiunt. Primus est in articulo mortis, in quo à qualibet excõicatione põt ds à quolibet sacerdote absolui. Scds, si sit ostiarius alicuius potẽtis, & nõ ex odio, vel ꝓposito pcussit. Tertius, si percutiens sit mulier. Quartus si sit seruus & dñs lederet de eius absentia, qui nõ est in culpa. Quintus, si regularis regulare percutiat, nisi sit enormis excessus. Sextus si sit pauper. Septimus, si sit impubes, vel senex, vel valetudinarius. Octauus, si hẽat inimicitias capitales. Sũt ét alij casus, in quib. percutiens clericũ excõicationẽ nõ incurrit. Primò, si cã disciplinæ, vt magister, vel prælatus percusserit. Secundò, si iocosa leuitate. Tertiò si in uenerit eũ turpiter agentẽ cũ vxore, vel mre, vel sorore, vel filia. Quartò si statim vim vi repellat. Quintò, si ignoret eũ esse clericũ. Sextò, si inueniat eum in apostasia post tertiã admonitionẽ, Septimò, si trãsfert se clericus ad actum penitus contrarium, ut si fiat miles, vel ad bigamiam transeat.

¶ Ad primũ ergo dicendũ, ꝙ quãuis vinculũ peccati sit maius simpliciter, quã excõicatio, tñ quo ad aliquid vinculũ excõicationis est malus, inquantũ non solũ obligat quo ad Deũ, sed ét in facie Ecclesiæ: & iõ in absoluendo ab excõicatione requirit iurisdõ in exteriori foro nõ aũt ī absolutione à peccato, nec exigit cautio iurĩ sicut exigit in absolutione ab excommunicatione per iuramentum enim controuersiæ, quæ sunt inter homines, terminantur secundùm † A postolum.

† Ad Hebre.6.

¶ Ad secundũ dicendum, ꝙ cũ excõicatus nõ sit particeps sacrorum Ecclesiæ, sacerdos non põt absoluere excommunicatum à culpa, nisi sit priùs absolutus ab excommunicatione.

ARTICVLVS II.

¶ *Vtrùm aliquis possit absolui inuitus.*

95

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur ꝙ nullus possit absolui inuitus. Spiritualia. n. non conferuntur inuito alicui: sed absolutio ab excommunicatione est beneficium spirituale: ergo non potest præstari inuito.

¶ 2. Præterea, Excõicationis cã est contumacia: sed quando aliquis non vult absolui, excommunicationem contemnens, tunc est maximè contumax: ergo non potest absolui.

¶ Sed contra, Excõicatio contra voluntatẽ alicui potest inferri: sed quæ contra voluntatẽ eueniunt, etiã contra volũtatem amoueri possunt; sicut patet de bonis fortunæ: ergo excommunicatio potest tolli ab aliquo inuito.

¶ Respondeo dicendum, quòd malum culpę & pœnæ in hoc differunt, quod culpæ principium est in no-

Universidad de Deusto
Biblioteca

bis, quia omne peccatum voluntarium est : pœnæ autem principium quandoque extra nos est : non enim requiritur ad pœnã ꝙ sit voluntaria, immò est magis de ratione pœnæ quòd sit contra voluntatem, & ideo sicut peccata non committuntur nisi voluntate, ita non remittuntur alicui inuito: sed excommunicatio sicut inaliquè Augu. de vera reli. c. 14 inuitum ferri potest, ita & inuitus ab ea absolui poterit.

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ propositio habet veritatem de illis bonis spiritualibus, quæ in voluntate nostra consistunt, sicut sunt virtutes, quæ possunt à nolentibus perdi. Scientia enim quàmuis sit spirituale bonum. tamen potest à nolente per infirmitatem amitti: & ideo ratio non est ad propositum.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ etiam manente contumacia potest aliquis discretè excommunicationem iustè latam remittere: si videat saluti illius expedire, in cuius medicinam excommunicatio lata est.

ARTICVLVS III.

Vtrùm quis possit absolui ab vna excõmunicatione, nisi absoluatur ab omnibus.

96 ADtertium sic proceditur. Videtur quòd quis nõ possit absolui ab vna excommunicatione, nisi absoluatur ab omnibus. Effectus enim debet proportionari suæ causæ: sed causa excommunicationis est peccatũ: cùm ergo aliquis non possit absolui ab vno peccato nisi absoluatur ab omnibus; nec in excommunicatione hoc esse poterit.

¶ 2 Præt. Excommunicationis absolutio in Ecclesia fit: sed ille, qui vna excommunicatione est irretitus, extra Ecclesiã est: ergo quandiu vna manet, ab alia absolui non potest.

¶ Sed contra, Excommunicatio quædam pœna est, sed ab vna pœna aliquis liberatur alia remanente: ergo ab vna excommunicatione alia remanente, quis absolui potest.

¶ Respondeo dicendum, ꝙ excommunicationes nõ habent connexionem in aliquo, & ideo possibile est, ꝙ aliquis ab vna absoluatur, & in altera remaneat. Sed circa hoc sciendum est, ꝙ aliquis quandoque est excommunicatus pluribus excommunicationibus ab vno iudice, & tunc quando absolpiturab vna, intelligitur ab omnibus absolui, nisi contrarium exprimatur, vel nisi cùm quis absolutionem impetrat de vno tantùm casu excõmunicationis, cùm tamen pluribus excommunicatus sit. Quandoque est excommunicatus à diuersis iudicibus, & tunc absolutus ab vna excommunicatione non propter hoc est absolutus ab altera, nisi omnes alii, ad petitionem eius, absolutionem eius confirmauerint, vel nisi omnes demandent vni absolutionem.

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ omnia peccata habent connexionẽ in auersione voluntatis à Deo, cũ qua non potest esse peccatorum remissio: & ideo vnum peccatum sine altero remitti non potest. Sed excommunicationes non habent aliquam talẽ connexionẽ, nec iterũ absolutio ab excõicatione impeditur propter voluntatis contrarietatẽ, vt dictũ est* & ideo ratio nõ sequit. *hoc 2co. ar. & arti. præc.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ sicut pluribus de causis erat aliquis extra Ecclesiam: ita possibile est, ꝙ ista separatio remoueatur quantùm ad vnam causam, & maneat quantùm ad alteram.

QVAEST. XXV.

De indulgentia secundum se, in tres articulos diuisa.

COnsequenter considerandum est de indulgentia. Et primò, de ea secundùm se. Secundò, de facientibus indulgentiam. Tertiò, de recipientibus eam.

Circa quod quæruntur tria.

¶ Primò, vtrùm per indulgentiam possit aliquid remitti de pœna satisfactoria.

¶ Secundò, vtrùm indulgentiæ tantùm valeant, quantũ pronuntiantur.

¶ Tertiò, Vtrùm pro temporali subsidio sit indulgentia facienda.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrùm per indulgentiam possit aliquid remitti de pœna satisfactoria.

AD primum sic proceditur. Videtur quòd per indulgentiam non possit aliquid remitti de pœna satisfactoria, Quia super illud 2. Timo. 2. Negare seipsum non potest, dicit glo.* ꝙ faceret si dicta sua non impleret, sed ipse dicit Deuteron. 25. Secundùm mensuram delicti erit & plagarum modus: ergo non potest aliquid remitti de pœna satisfactionis taxata secundùm quantitatem culpæ. 97 D. Th. 4. di. 20. q. 1. ar. 3. q. 1. & seq. *Gl. ord. ibidem.

¶ 2 Præt. Inferior non potest absoluere ab eo, ad quod superior obligauit: sed Deus absoluendo à culpa, obligat ad pœnam temporalem, ut dicit Hugo.* de S. Vict. ergo nullus homo potest absoluere à pœna illa, aliquid dimittendo. †In trac. 5 summæ sen. c. 12.

¶ 3 Præt. Hoc ad potestatem excellentię pertinet, vt sine sacramentis effectus sacramentorum tradatur, sed nullus habet potestatem excellentiæ in sacramento nisi Christus: cùm ergo satisfactio sit pars sacramenti operans ad dimissionem pœnæ debitæ, videtur quòd nullus homo purus possit dimittere debitum pœnæ sine satisfactione.

¶ 4 Præterea. Potestas ministris ecclesiæ non est tradita in destructionem, sed in ædificationem: sed hoc ad destructionem pertinet, si satisfactio, quæ est ad vtilitatem nostram, inquantum remedium præbet, tolleretur, ergo potestas ministrorum ecclesiæ ad hoc se non extendit.

¶ Sed contra, 2. ad Corin. 2. Nam & ego quod donaui, si quid donaui propter vos in persona Christi. gl.* id est, ac si Christus donasset; sed Christus poterat relaxare absque omni satisfactione pœnam peccati: vt patet Io. 8. de muliere adultera: ergo & Paulus potuit: ergo & Papa, qui non est minoris potestatis in ecclesia, quàm Paulus fuerit. *Gl. inter linea. ibi.

¶ Præterea. Ecclesia generalis non potest errare: quia ille qui in omnibus exauditus est pro sua reuerentia, dixit Petro, super cuius confessione Ecclesia fundata est: ego pro te rogaui Petre, vt non deficiat fides tua. Luc. 22 sed Ecclesia generalis indulgentias approbat. & facit. ergo indulgentiæ aliquid valent. Hebr. 5.

¶ Respondeo dicendum, ꝙ ab omnibus conceditur indulgentias aliquid valere: quia impium esset dicere, ꝙ Ecclesia aliquid vanum faceret. Sed quidam dicunt, ꝙ non valent ad absoluendum à reatu pœnæ, quàm quis in Purgatorio secundùm iudicium Dei meretur: sed valent ad absoluendum ab obligatione, qua facerdos obligauit pœnitentem ad pœnam aliquam, vel ad quam etiã ordinatur ex Canonum institutis. Sed hæc opinio non videtur vera. Primò quia est expressè contra priuilegium Petro datum,* vt quod in terra remitteret, in cœlo remitteretur. Vnde remissio, quæ fit quantùm ad forum ecclesiæ, valet etiam quantùm ad forum Dei. Et præterea, ecclesia huiusmodi indulgentias faciens, magis damnificaret, quàm adiuuaret: quia remitteret ad grauiores pœnas, scilicet purgatorii, absoluendo à pœnitentiis iniunctis. Matth. 16

¶ Et ideo aliter dicendum est, ꝙ valent & quantùm ad

ad forum ecclesiæ, & quantùm ad iudicium Dei ad remissionem pœnæ residuæ post contritionem & absolutionem, & confessionem, siue sit iuncta, siue non. Ratio autem quare valere possunt, est vnitas corporis mystici, in qua multi in operibus pœnitentiæ superogauerũt ad mensuram debitorum suorum: & multas etiam tribulationes iniustas sustinuerunt patienter, per quas multitudo pœnarum poterat expiari, si eis deberetur: quorum meritorum tanta est copia quòd omnem pœnam debitã nunc viuentibus excedunt, & præcipuè propter meritum Christi: quod etsi in sacramentis operatur, non tamen efficacia eius in sacramentis includitur: sed sua infinitate excedit efficaciam sacramentorum. Dictum* est autem suprà, quòd vnus pro alio satisfadere potest: sanctis autem in quibus superabundantia operum satisfactionis inuenitur, non determinatè proisto, qui remissione indiget, huiusmodi opera fecerunt, aliàs absque omni indulgentia consequeretur remissionem: sed commuoiter pro tota ecclesia, sicut Apostolus ait se implere ea quæ desunt passionum Christi in corpore suo pro ecclesia, ad quàm scribit Colos. 1. & sic prædicta* merita sunt communta toti ecclesiæ. Ea autem quæ sunt alicuius multitudinis communia, distribuuntur singulis de multitudine, secundùm arbitriũ eius, qui multitudini præest. Vnde sicut aliquis consequeretur remissionem pœnę si alius pro eo satisfecisset: ita si ei satisfactio alterius per eum qui potest, distribuatur. q. 13. ar. 2. *In isto. met cor. Q. 13. ar. 2.

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ remissio quæ per indulgentias fit, non tollit quantitatem pœnæ ad culpã: quia pro culpa vnius alius spontè pœnam sustinuit, ut dictum est.* In cor. ar.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ iste qui indulgentias suscipit non absoluitur simpliciter loquendo, à debito pœnæ, sed datur sibi unde debitum soluat.

¶ Ad tertium dicendum, quòd effectus sacramentalis absolutionis est diminutio reatus, & hic effectus non inducitur per indulgentias, sed pro eo faciens indulgẽtias soluit pœnam, quam debuit, de bonis ecclesiæ communibus, ut ex dictis patet.* In 2or. ar.

¶ Ad quartum dicendum, quòd maius remedium præbetur contra peccata vitanda ex gratia, quàm ex assuetudine nostrorum operum. Et quia ex affectu, quem accipiens indulgentias concipit ad causam, pro qua indulgentia datur, ad gratiam disponitur: ideo etiam per indulgentias remedium ad peccata vitanda datur: & ita non est in destructionem indulgentias dare, nisi inordinatè dentur. Tamen consulendum est eis qui indulgentias consequuntur, ne propter hoc ab operibus pœnitentiæ iniunctis abstineant, ut etiam ex his remedium consequantur, quàmuis à debito pœnæ essent immunes, & præcipuè, quia quandoque sunt plurium debitores, quàm credant.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrùm indulgentiæ tantùm valeant quantùm pronunciantur.

98 ADsecundum sic proceditur. Videtur ꝙ indulgentiæ non valent tantùm, quantùm pronuntiantur. Indulgentiæ enim non habent effectum nisi ex vi clauium: sed ex vi clauium non potest habens clauem dimittere de pœna peccati, nisi aliquid determinatum, considerata quantitate peccati & contritionis pœnitentis: ergo cũ indulgentiæ fiant pro* libito instituentis indulgentiam, videtur quòd non valeant tantùm quantùm pronuntiantur. Al. lebito

¶ 2 Præt. Per debitum pœnæ hõ à gloriæ adeptione retardatur, q̃ summè appetere debet: sed si indulgẽtię tm valent quantùm pronũtiantur, in breui homo per indulgentias discurrens, posset ab omni reatu temporalis pœnæ immunis reddi: ergo videtur quod deberet his acquirendis, omnibus aliis operibus dimissis, homo vacare.

¶ 3 Præt. Aliquando datur indulgentia, ꝙ qui dat auxilium ad aliquam fabricam erigendam, tertiam partem remissionis peccatorum consequatur. Si ergo indulgentiæ tantùm valent, quantùm prædicantur, tunc qui dat vnum denarium, & secundo unum etiam, iterum tertiũ, plenam absolutionem ab omni peccatorum pœna consequitur, quod videtur absurdum.

¶ 4 Præt. Quandoque datur hoc modo indulgentia, ꝙ qui vadit ad aliquam ecclesiam septem annos remissionis consequatur: si ergo tantùm valet indulgentia, quãtùm prædicatur, illæ qui habet domum iuxta ecclesiam illam, vel clerici, qui quotidie vadunt, consequuntur tantùm quantum ille, qui à remotis partibus venit, quod videtur iniustum, & iterum, vt videtur pluries indulgentiam consequitur in die, cùm pluries vadat.

¶ 5 Præt. Idem videtur remittere alicui pœnam ultra iustam æstimationem, quàm remittere absque cã, quia quantum ad hoc ꝙ excedit non recompensatur: sed ille qui facit indulgentiam, non posset remittere absque causa pœnam in toto vel in parte alicui, etiam si diceret Papa alicui: Ego remitto tibi omnem pœnam debitam pro peccato: ergo videtur ꝙ nec possit aliquid dimittere vltra iustam æstimationem: sed indulgentiæ plerùmque prædicantur ultra iustam æstimationem: ergo non tantùm valent, quantùm prædicantur.

¶ Sed contra, Iob 15. Nunquid Deus indiget mendacio nostro ut pro eo loquamur dolos? ergo ecclesia prædicando indulgentias, non mentitur, & ita tantũ valent, quantùm prædicantur.

¶ Præt. Primæ Dorint. 15. dicit Apostolos: Si inanis est prædicatio nostra, inanis est & fides nostra: ergo quicunque in prædicatione falsum dicit, fidem quantum est in se, euacuat, & ita mortaliter peccat: si ergo nõ tantùm valent indulgentiæ, quantum prædicantur: omnes mortaliter peccant, indulgentiam prædicantes, quod est absurdum.

¶ Respondeo dicendum, ꝙ circa hoc est multiplex opinio: quidam enim dicunt: quod huiusmodi indulgentiæ non tantùm valent, quantùm prædicantur: sed unicuique tantùm valent, quantùm fides & deuotio sua exigit. Sed dicunt quòd ecclesia ad hoc ita pronunciat, ut quadam pia fraude homines ad benefaciendum alliciat, sicut mater, quæ promittens filio pomum, ipsum ad ambulandum prouocat. Sed hoc videtur esse valdè periculosum dicere. Sicut enim dicit Augu.* in epistola ad Hieron. Si in sacra scriptura deprehenditur aliquid falsitatis, iam robur authoritatis sacræ scripturæ perit: & similiter si in prædicatione Ecclesiæ aliqua falsitas deprehenderetur, non essent documenta ecclesiæ alicuius authoritatis ad roborandam fidem. Et ideo alii dixerunt, ꝙ valent tantùm quantũ pronuntiantur, secũdũ iustã æstimationem, non tamen recipientis indulgentiam, qui nimis fortè æstimat ꝙ dat, aut secundũ æstimationẽ dantis, qui minus parũ æstimare posset quod datur: sed secundùm iustam æstimationem, quæ iusta est secundùm iudicium bonorũ, pẽsata conditione personæ, & utilitate & necessitate Ecclesiæ, qa uno tpe Ecclesia plùs indiget, q̃ alio. *Epi. 8. parum ante med. to. 2.

¶ Sed hæc ẽt opinio stare nõ potest, vt vr. Primò quia secundum hoc indulgentiæ non valerent ad remissionẽ, sed magis ad commutationem quandam. Et præterea, prædicatio Ecclesiæ à mendacio non excusaretur, cùm quandoque indulgentia prædicetur longè maior, quàm iusta æstimatio possit requirere, omnibus prædictis* conditionibus pensatis. Sicut quando dat Papa indulgẽtiam, ꝙ pergens ad unam Ecclesiam, habeat septem annos indulgentiæ: cuiusmodi ẽt indulgentiæ à Beato Gregorio in stationib. Romæ institutæ sunt. Et ideo alii dicũt, ꝙ quantitas remissionis in indulgentiis non est mensuranda secundùm deuotionem tantũ suscipientis, ut pri- *In isto met cor.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ma opinio dicebat, neque secundùm quantitatem eius quod datur, sicut dicebat secunda, sed secundùm causam pro qua indulgetia datur, ex quo reputatur quis dignus vt talem indulgentiam consequatur. Vnde secundùm quòd accedit ad illam causam, secundùm hoc consequitur remissionem indulgentiæ: vel in toto, vel in parte.

¶ Sed hoc iterum non potest saluare consuetudinem Ecclesiæ, quæ interdum maiorē pro eadem causa, interdum minorem indulgentiam ponit: sicut rebus eodem modo se habentibus, quandoque datur vnus annus nisi tantibus Ecclesiam vnam, quandoque 40. dies, prout gratiam Papa facere voluerit, indulgentiam constituēs. Vnde quantitas remissionis non est mensuranda ex causa, quæ facit aliquem indulgentia dignum. Et ideo aliter dicendum est, quòd quantitas effectus sequitur quantitatem suæ causæ, causa autem remissionis pœnæ in indulgentiis non est nisi abundantia meritorum Ecclesiæ, quæ se habet sufficienter ad totam pœnam expiandam: non autem causa remissionis effectiua est, vel deuotio. aut labor, aut datum recipientis indulgentiam, aut causa pro qua fit indulgentia. Vnde non oportet ad aliquid horum proportionare quantitatem remissionis, sed ad merita Ecclesiæ, quæ superabundant, & ideo secundum quòd applicatur ad istum, secundùm hoc remissionem consequitur. Ad hoc autem quòd applicentur isti, requiritur authoritas dispensandi huiusmodi thesaurum, & vnio eius cui dispensatur ad eum, qui merebatur, quod est per charitatem, & ratio dispensationis, secundùm quam saluetur intentio illorum, qui opera meritoria fecerunt: fecerunt enim ad honorem Dei & vtilitatem Ecclesiæ in generali: vnde quæcunque causa adsit, quæ in vtilitatem & honorem Dei vergat, sufficiens est ratio indulgentias faciendi. Et ideo secundùm alios dicendum, quòd indulgentiæ simpliciter tantum valent quantùm prædicantur, dummodo ex parte dantis sit authoritas, & ex parte recipientis charitas, & ex parte causæ pietas, quæ comprehendit honorem Dei & proximi utilitatem: nec in hoc sit nimis magnum forum de misericordia Dei, (vt quidam dicunt) nec diuinæ iustitiæ derogatur: quia non de pœna dimittitur, sed vnius pœna alteri computatur.

¶ Ad primum ergo dicendum, q̄ clauis (sicut supra dictum est*) est duplex, scilicet ordinis & iurisdictionis, Clauis ordinis sacramentale quoddam est, & quia sacramentorum effectus non sunt determinati ab homine, sed à Deo, ideo non potest taxare sacerdos, quātum per clauem ordinis in foro confessionis de pœna debita dimittatur, sed tantum dimittitur, quantum Deus ordinauit. Sed clauis iurisdictionis non est quid sacramentale, & effectus eius arbitrio hominis subiacet. & huiusmodi clauis effectus est remissio quæ est per indulgentias, eū non pertineat ad dispositionem * sacramentorum talis dimissio, sed ad dispensationem bonorum communium Ecclesiæ, & ideo etiam legati non sacerdotes indulgentias facere possunt. Vnde in arbitrio dantis indulgentiā est taxare quantum per indulgentiam de pœna dimittatur. Si tamen inordinatè remittat, ita q̄ homines quasi pro nihilo ab operibus pœnitentiæ reuocentur, peccat faciens tales indulgentias, nihilominus quis plenam indulgentiam consequitur.

¶ Ad secundum dicendum, q̄ quāmuis huiusmodi indulgentiæ multùm valeant ad remissionem pœnæ, tamen alia opera satisfactionis sunt magis meritoria respectu præmii essentialis, quod in infinitū melius, est q̄ dimissio pœnæ temporalis.

¶ Ad tertium dicendum, quòd quando datur indulgentia indeterminatè, quidant auxilium ad fabricam Ecclesiæ, intelligitur tale auxilium, quod sit conueniens ei, qui auxilium dat, & secundùm q̄ accedit ad hoc, secūdùm hoc plus vel minus de indulgentia consequitur: vn deetiam aliquis pauper dans vnum denarium, consequitur totam indulgentiam: non autem diues, quem non decet ad opus tam pium ita parum dare: sicut non diceretur Rex alicui homini auxilium facere, si ei obolum daret. Mar. 12.

¶ Ad quartum dicendum, quòd ille, qui est vicinus Ecclesiæ, & Ecclesiæ sacerdotes & clerici consequuntur tātam indulgentiam, sicut illi qui venirent à mille dietis, quia remissio non proportionatur labori, vt dictum est, *sed meritis, quæ dispensantur. Sed ille qui plus laboraret, acquireret plus de merito. Sed hoc intelligendum, quando indistinctè indulgentia datur. Quandoque enim distinguitur, sicut Papa in generalibus absolutionibus, illis, qui transeunt mare, dat quinque annos, aliis, qui trā seunt montes, tres, alijs vnum: nec tamen quotiescunq; vadit infra tempus indulgentiæ, toties eam consequitur. Quandoque ad determinatum tempus datur: ut cùm dicitur, Quicunque vadit ad Ecclesiam talem vsque ad tale tempus, habeat tantum de indulgentia, intelligitur semel tantùm. Sed si in aliqua Ecclesia sit indulgentia perennis, sicut in Ecclesia beati Petri, quadraginta dierum: tunc quoties aliquis vadit, totiens indulgentiam consequitur. In cor. hius ar.

¶ Ad quintum dicendum, quòd causa non requiritur ad hoc q̄ secundùm eam mensurarii debeat remissio pœnæ, sed ad hoc quòd intentio illorum, quorum merita communicantur, ad ipsum prouenire possint. Bonum autem vnius communicatur alteri dupliciter. Vno modo per charitatem, & sic etiam sine indulgentiis aliquis est omnium bonorum particeps, quæ fiunt, si in charitate sit. Alio modo per intentionem facientis, & sic per indulgentias, si causa legitima adsit, potest intētio illius, qui pro utilitate ecclesiæ operatus est, ad istum continuari.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum pro temporali subsidio fieri debeat indulgentia.

AD tertium sic proceditur. Videtur q̄ pro temporali subsidio non debeat fieri indulgentia: quia remissio peccatorum est quoddam spirituale. Sed dare spirituale pro temporali est simonia. * ergo fieri hoc non debet. 99 q. 22. 100. ar. 1.

¶ 2 Præter. Spiritualia subsidia sunt magis necessaria quàm temporalia: sed pro spiritualibus subsidiis non videntur fieri indulgentiæ: ergo multò minùs pro temporalibus fieri debent.

¶ Sed contra est communis consuetudo, quę pro peregrinationibus & eleemosynis faciendis indulgentias facit.

¶ Respondeo dicendum, quòd temporalia ad spiritualia ordinantur, quia propter spiritualia debemus uti temporalibus: & ideo pro temporalibus simpliciter non potest fieri indulgentia: sed pro temporalibus ordinatis ad spiritualia, sicut est repressio inimicorum ecclesiæ, qui pacem ecclesiæ perturbant, sicut constructio ecclesiarum & pontium, & aliarum eleemosynarum.

¶ Et per hoc patet q̄ non fit ibi simonia, quia non datur spirituale pro temporali: sed pro spirituali, unde patet solutio ad primum.

¶ Ad secundum dicendum, q̄ et pro purè spiritualibus pōt fieri indulgentia, & fit quandoq; sicut quicūq; orat pro Rege Franciæ, hēt decē dies pro indulgentia à Papa Inno. 4. & similiter crucem prædicantib. datur quandoque eadem indulgentia, quæ crucem accipientibus.

QVAEST. XXVI.

De his, qui possunt indulgentias facere, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de his, qui possunt indulgentias facere.

Circa

Circa quod quatuor quæruntur.

¶ Primò, Vtrùm quilibet sacerdos parochialis possit indulgentias facere.

¶ Secundò, Vtrùm diaconus vel non sacerdos possit eas facere.

¶ Tertiò, Vtrùm Episcopus possit eas facere.

¶ Quartò, Vtrùm existens in peccato mortali possit eas facere.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrùm sacerdos parochialis possit indulgentias facere.

100 D. Tho. 4. dist. 20. q. art. 4. q. 1. & seq.

AD primum sic proceditur. Videtur, quòd quilibet sacerdos parochialis possit indulgentias facere. Indulgentia enim habet efficaciam ex abundantia meritorū Ecclesiæ: sed non est aliqua congregatio, in qua non sit meritorum abundantia: ergo quilibet sacerdos potest facere indulgentiam, si habet plebem subiectam, & similiter quilibet prælatus.

¶ 2 Præterea. Prælatus quilibet gerit personam totius multitudinis, sicut vnus homo gerit personam suam; sed quilibet potest alteri communicare bona sua pro altero satisfaciendo: ergo & prælatus potest communicare bona multitudinis sibi commissa, & sic videtur quòd possit indulgentias facere,

¶ Sed contra, Minus est excommunicare, quàm indulgentias facere: sed hoc non potest sacerdos parochialis: ergo nec illud.

¶ Respondeo dicendum, quòd indulgentiæ effectum habent secundùm quòd opera satisfactoria vnius alteri computantur, non solùm ex vi charitatis, sed ex intentione operantis aliquo modo directa ad ipsum. Sed intentio alicuius potest ad alterum dirigi tripliciter, aut in speciali, aut in generali, aut in singulari: In singulari quidē, sicut cùm quis pro alio satisfacit determinatè, & sic quilibet potest alteri sua opera communicare. In speciali autem, sicut cùm quis orat pro congregatione sua, & familiaribus, & benefactoribus, & ad hoc etiam ordinat sua opera satisfactoria: & sic ille, qui congregationi præest, potest opera illa aliquando communicare, applicando intentionem illorum, qui sunt de congregatione sua ad hunc determinatè. Sed in generali, sicut cùm quis opera sua ordinat ad bonum commune in generali, & sic ille qui præest Ecclesiæ generaliter, potest opera illa communicare applicando intentionem ad hunc, vel ad illum: & quia homo est pars congregationis, & congregatio est pars Ecclesiæ, ideo in intentione priuati boni intentio boni congregationis includitur, & bonitotius ecclesiæ: & ideo ille qui præest ecclesiæ, potest communicare ea, quæ sunt congregationis, & huius hominis: & ille, qui præest congregationi, potest communicare ea, quæ sunt huius hominis, sed non conuertitur. Sed neq; prima communicatio neq; secunda indulgentia dicitur, sed solùm propter duo: Primò, quia per illas communicationes quāmuis homo soluatur à reatu pœnæ quantùm ad Deum, tamen non soluitur à debito faciendi satisfactionem iniunctam, ad quam obligatus est ex præcepto ecclesiæ. Sed per tertiam communicationem homo etiam ab hoc debito soluitur. Secundò: quia in vna persona, vel in vna congregatione non est indeficientia meritorum, vt sibi & omnibus alijs valere possint: vnde iste non absoluitur à pœna debita pro toto, nisi tantùm determinatè pro eo fiat quantùm debebatur. Sed in Ecclesia tota est indeficientia meritorum, præcipuè propter meritum Christi: & ideo solus ille qui præficitur Ecclesiæ, potest indulgentias facere. Sed cùm ecclesia sit congregatio fidelium, congregatio autem hominum sit duplex, scilicet œconomica, vt illi qui sunt de vna familia: & politica, sicut illi qui sunt de vno populo: Ecclesia assimilatur congregationi politicæ, quia ipse populus Ecclesia dicitur: sed conuentus diuersi, vel parochia in vna diœcesi assimilantur congregationi in diuersis familiis, vel in diuersis officiis. & ideo solus Episcopus proprie prælatus ecclesiæ dicitur, & ideo ipse solus quasi sponsus annulum ecclesiæ recipit, & ideo ipse solus habet potestatem plenam in dispensatione sacramentorum & iurisdictionem in foro* ecclesiæ quasi persona publica. Alij autem secundum quòd ab eo eis committitur. Sed sacerdotes qui plebibus præficiuntur, non sunt simpliciter prælati, sed quasi coadiutores: vnde in consecratione sacerdotum Episcopus dicit, Quantò fragiliores sumus, tantò magis auxilijs his indigemus; & propter hoc etiam non omnia sacramenta dispensant; vnde sacerdotes parochiales, vel Abbates, aut alii huiusmodi prælati non possunt indulgentias facere. Solus Epscit ecclesiæ prælatus simpliciter. † Alcasarum.

¶ Et per hoc patet responsio ad obiecta.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum diaconus possit indulgentias facere. 101

AD secundum sic proceditur. Videtur quòd diaconus non possit indulgentias facere, vel alius non sacerdos, quia remissio peccatorum est effectus clauium: sed non habet claues nisi solus sacerdos; ergo ipse solus potest indulgentias facere.

¶ 2 Præt. Plenior remissio pœnæ est in indulgentiis, quàm in foro pœnitentiali: sed hoc non potest nisi sacerdos: ergo nec illud.

¶ Sed contra, Eidem confertur dispensatio thesauri ecclesiæ, cui committitur regimen ecclesiæ: sed hoc committitur quandoque non sacerdoti. ergo potest indulgentias facere. Nam ex dispensatione thesauri ecclesiæ efficaciam habent.

¶ Respondeo dicendum, quòd potestas faciendi indulgentias sequitur iurisdictionem, ut supradictum est.* & quia diaconi & alii non sacerdotes possunt habere iurisdictionem, vel commissam, sicut legati: vel ordinariam, sicut electi: ideo possunt indulgentias facere etiam non sacerdotes, quāmuis non possint absoluere in pœnitentiali foro, quod est ordinis. † Quæst. præce. ar. 2. corp. & ad 1.

¶ Et per hoc patet solutio ad obiecta. Indulgentias enim facere pertinet ad clauem iurisdictionis, & non ad clauem ordinis.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum Episcopus possit indulgentias facere.

AD tertium sic proceditur. Videtur quòd etiam Episcopus non possit indulgentias facere, quia thesaurus ecclesiæ est communis toti Ecclesiæ, sed id quod est commune toti Ecclesiæ, non potest dispensari nisi perillum, qui toti ecclesiæ præest. ergo solus Papa potest indulgentias facere. 102

¶ 2 Præterea. Nullus potest remittere pœnas à iure determinatas, nisi ille qui habet potestatem ius condendi: sed pœnæ satisfactoriæ sunt pro peccatis determinatæ à iure ergo remittere huiusmodi pœnas potest solus Papa.

¶ Sed contra est consuetudo ecclesiæ, secundum quam Episcopi dant indulgentias.

¶ RESPONDEO dicendum, quod Papa habet plenitudinem pontificialis potestatis, quasi Rex in regno. Sed Episcopi assumuntur in partem solicitudinis, quasi iudices singulis ciuitatibus præpositi. propter quod eos in suis literis Papa fratres vocat. Reliquos autem omnes vocat filios: & ideo potestas faciendi indulgentias plenè residet in Papa, quia potest facere prout vult, causa tamen existente legitima. Sed in episcopis est taxata secundùm ordinationem Papæ, & ideo possunt

Universidad de Deusto
Biblioteca

facere secundum quòd eis est taxatum, & non amplius. Et per hoc patet solutio ad obiecta.

ARTICVLVS IIII.

¶ *Vtrum ille, qui est in peccato, possit indulgentias facere.*

103 AD quartum sic proceditur. Videtur q̃ ille, qui est in peccato mortali, nõ possit facere indulgentias: quia riuus, cui fons non influit, nihil profluere potest. Sed prælato in peccato mortali existenti, non influit fons gratiæ, scilicet spiritus sancti, ergo nõ potest in alios profluere faciendo indulgentias.

¶ 2 Præt. Maius est facere indulgentiam, quàm recipere. Sed ille qui est in peccato mortali non recipit, vt dicetur. * ergo nec facere potest.

† Quæst. seq. art. 1.

¶ Sed contra. Indulgentiæ fiunt per potestatem prælatis ecclesiæ traditam; sed peccatum mortale non potestatem tollit, sed bonitatem: ergo potest aliquis in peccato mortali existens indulgentias facere.

¶ Respõdeo dicendum, q̃ facere indulgentias pertinet ad iurisdictionem, sed per peccatum homo non amittit iurisdictionem: & ideò indulgentiæ æquè valent, si fiant ab eo, qui est in peccato mortali, sicut si fierent ab eo, qui est sanctissimus: cùm nõ remittat pœnam ex vi meritorum suorum, sed ex vi meritorum reconditorum in thesauris ecclesiæ.

¶ Ad primum ergo dicendum, q̃ iste prælatus in peccato mortali indulgentias faciens non profuit de suo aliquid: & ideò non requiritur quod influxum recipiat à fonte ad hoc, q̃ eius indulgentiæ valeant.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ maius est facere indulgentias, quàm recipere, quantùm ad potestatem: sed est minus quantùm ad propriam vtilitatem.

QVAEST. XXVII

De his, quibus valent indulgentiæ: in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de his, quibus valent indulgentiæ. Circa quod quæruntur quatuor.

¶ Primò, Vtrùm indulgentia valeat existentibus in mortali peccato.

¶ Secundò, Vtrùm valeat religiosis.

¶ Tertiò, Vtrùm valeat non facienti illud, pro quo indulgentia datur

¶ Quartò, Vtrùm valeat ei, qui indulgentiam facit.

ARTICVLVS I.

¶ *Vtrum indulgentiæ valeant existentibus in peccato mortali.*

104 D. Tho. vbi suprà art. 1. q. 1. & seq.

AD primum sic proceditur. Videtur quòd indulgentia valeat existentibus in peccato mortali. Quia aliquis potest alteri mereri etiam in peccato mortali existenti gratiam, & multa alia bona: sed indulgentiæ habent efficaciam ex hoc, quòd merita sanctorum applicantur ad istum, ergo habent effectum in illis, qui sunt in peccato mortali.

¶ 2 Præt. Vbi est maior indigentia, magis habet locũ misericordia: sed ille qui est in peccato mortali, maximè indiget: ergo ei maximè debet fieri misericordia per indulgentiam.

¶ Sed contrà. Membrum mortuum non suscipit influentiam ab alijs viuis: sed ille qui est in peccato mortali, est quasi membrum mortuum: ergo per indulgentias non suscipit influentiam ex meritis viuorum membrorum.

¶ Respondeo dicendum, quòd quidam dicunt indulgentias valere etiam existentibus in mortali peccato, nõ quidem ad dimissionem pœnæ, quia nulli potest dimitti pœna, nisi cùm dimissa est culpa, qui enim non est cõsequutus operationem Dei in remissionem culpæ, non potest consequi remissionem pœnæ à ministro Ecclesiæ, neq; in indulgentiis, neque in foro pœnitentiali; valent tamen eis ad acquirendum gratiam. Sed hoc non videtur verum, quia quàmuis merita illa, quæ per indulgentiam communicantur, possint valere ad merendum gratiam, non tamen propter hoc dispensantur, sed determinantur ad remissionem pœnæ: & ideo non valent existentibus in peccato mortali, & ideo in omnibus indulgentiis fit mentio de verè contritis & confessis. Si autem fieret communicatio per hũc modum. Facio te participem meritorum totius Ecclesiæ, vel vnius congregationis, vel vnius specialis personæ; sic possent valere ad merendum aliquid illi, qui est in peccato mortali, vt prædicta * opinio dicit.

* Hoc codem. corp

¶ Et per hoc patet solutio ad primum.

¶ Ad secundum dicendum, quòd quàmuis sit magis indigens, qui est in peccato mortali, tamen est minùs capax.

ARTICVLVS II.

¶ *Vtrùm indulgentiæ valeant religiosis.*

105 AD secundum sic proceditur. Videtur quòd indulgentiæ non valeant religiosis. Non enim competit eis suppleri, ex quorum abundantia alijs suppletur; sed ex superabundantia operum satisfactionis, quæ sunt in religiosis aliis suppletur per indulgentias: ergo eis non competit per indulgentiam suppleri.

¶ 2 Præterea. In Ecclesia non debet aliquid fieri quod inducat religionis dissolutionem: sed si religiosis indulgentiæ prodessent, esset occasio dissolutionis disciplinæ regularis: quia religiosi nimis vagarentur per huiusmodi indulgentias, & pœnas sibi impositas in capitulo negligerent: ergo religiosis non prosunt.

¶ Sed contrà. Nullus ex bono reportat damnum, sed religio bonum est: ergo religiosi non consequuntur hoc damnum, vt eis indulgentiæ non valeant.

¶ Respondeo dicendum, quòd tam secularibus quàm religiosis valent indulgentiæ, dummodò sint in charitate, & seruent ea, quæ pro indulgentiis indicuntur; non enim religiosi sunt minùs adiuuabiles meritis aliorum, quàm seculares.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd quàmuis religiosus sit in statu perfectionis, tamen ipse sine peccato viuere non potest: & ideo si aliquando propter peccatum aliquod commissum sit reus pœnæ, potest per indulgentias ab hoc expiari. Non enim est inconueniens, si ille qui est simpliciter superbundans, aliquo tempore indigeat, & quantùm ad aliquid, & sic indiget supplemento quo subleuetur. Vnde dicitur Galat. 6. Alter alterius onera portate.

¶ Ad secundum dicendum, quòd propter indulgentias non debet dissolui regularis obseruantia: quia religiosi magis merentur religionem suam seruando, quantùm ad præmium vitæ æternæ, quàm indulgentias exquirendo: quàmuis minus quantùm ad dimissionem pœnæ, quod est minus bonum; nec iterum per indulgentias dimittuntur pœnæ iniunctæ in capitulo, quia in capitulo agitur quasi forũ iudiciale sit magis, quàm pœnitentiale. Vnde etiam non sacerdotes capitulum tenent; sed absoluitur à pœna iniuncta vel debita pro peccato in foro pœnitentiali.

ARTI-

ARTICVLVS III.

¶ *Vtrùm ei, qui non facit id, pro quo indulgentia datur, possit quandoque indulgentia dari.*

106 Cassiod. super Ps. 31. super illud, Dixi confitebor. & gl. ibi. * q. 13. a. 2

AD Tertium sic proceditur. Videt q̃ ei qui non facit illud, pro quo indulgentia datur, possit quandòque indulgentia dari, quia ei qui non potest operari, voluntas pro facto reputatur: † sed aliquando fit indulgentia pro aliqua eleemosyna facienda, quam aliquis pauper facere non potest, & tamẽ libenter faceret: ergo indulgẽtia ei valet.

¶ 2 Præterea, * Vnus potest pro alio satisfacere: sed indulgentia ad remissionem pœnæ operatur sicut & satisfactio: ergo vnus pro alio potest indulgentiam accipere, & sic ille consequetur indulgentiam, qui non facit hoc, pro quo indulgentia datur.

¶ Sed contra, remota causa remouetur effectus: si ergo aliquis non facit hoc, pro quo indulgentia datur, quod est indulgentiæ causa, indulgentiam non consequitur.

¶ Respondeo dicendum, q̃ non existente conditione non consequitur illud, quod sub conditione datur: vnde cùm indulgentia detur sub hac conditione, q̃ aliquis aliquid faciat, vel det, si illud non, exerceat indulgentiam non consequitur.

¶ Ad primum ergo dicendum, q̃ hoc intelligitur quãtum ad præmium essentiale: sed non quantum ad accidẽtalia aliqua præmia, sicut est dimissio pœnæ, vel aliquid huiusmodi.

¶ Ad secundum dicendum, quod opus proprium potest quis applicare per intentionem cuicunque voluerit: & ideo potest pro quocunque vult satisfacere: sed indulgentia non potest applicari ad alterum nisi ex intentione eius, qui dat indulgentiam: & ideo cùm ipse applicet ad facientem, vel dantem hoc, aut illud: ille non potest qui hoc facit, ad alterum hanc intentionem transferre. Si tamen sic fieret indulgentia, ille qui facit, vel pro quo hoc fit, habeat tantam indulgentiã, valeret ei pro quo fit: nec tamen iste qui facit hoc opus, daret alteri indulgentiam, sed ille qui indulgentiam sub tali forma facit.

ARTICVLVS IIII.

¶ *Vtrùm indulgentia ualeat ei, qui facit.*

107 Sup. q. 22 ar. 4. inar. Sed contra † vt ibidẽ dictũ est.

AD Quartum sic proceditur. Videtur q̃ indulgentia non valeat ei, qui facit, quia facere indulgentias est iurisdictionis: sed nullus in seipsum potest exercere ea, quæ sunt iurisdictionis: Sicut nullus potest se excommunicare † ergo nullus potest indulgentiæ à se factæ particeps esse.

¶ 2 Præterea. Secundum hoc ille, qui facit indulgentiam, posset pro aliquo modico facto sibi pœnam remittere omnium peccatorum, & ita impunè peccaret: quod videtur absonum.

¶ 3 Præt. Eiusdẽ potestatis est facere indulgentias & excommunicare: sed aliquis non potest excommunicare seipsum: ergo nec indulgentiæ, quam facit, particeps esse potest.

¶ Sed contra est, quia tunc esset ipse peioris conditionis quàm alii, si ipse non posset vti thesauro ecclesiæ, quẽ aliis dispensat.

¶ Respondeo dicendum, q̃ indulgentia debet ex aliqua causa dari ad hoc q̃ aliquis per indulgẽtiam ad actũ aliquem prouocetur, qui in vtilitatem Ecclesiæ, & honorem Dei vergat. Prælatus autem, cui cura vtilitatis Ecclesiæ, & honoris diuini propagandi est commissa, non habet causam, vt seipsum ad hoc prouocet: & ideo non potest facere sibi tantum indulgentiam sed potest vti indulgentia quam pro aliis facit, quia aliis subest causa faciendi.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd actus iurisdictionis nõ potest in seipsum exercere. sed eis quæ authoritate iurisdictionis dantur aliis, potest etiam prælatus vti tam in temporalibus, quàm in spiritualibus: sicut etiã sacerdos sibi eucharistiam accipit quàm alijs dat. * & ita etiam Episcopus potest accipere sibi suffragia ecclesiæ, quæ alijs dispensat, quorum effectus immediatus est remissio pœnæ per indulgentiam, & actus non iurisdictionis.

* In 3. parte quæst. 82.

¶ Ad secundum patet solutio ex dictis. *

* Ia corp.

Ad tertium dicendum, quòd excommunicatio profertur per modum sententiæ, quam nullus in seipsum ferre potest, eò quòd in iudicio non potest idem esse iudex & reus. * Indulgentia autem non per modum sententiæ darur sed per modum dispensationis cuiusdam, quam homo potest facere ad seipsum.

* Sup. q. 22. art. 4.

QVAESTIO XXVIII.

De solenni ritu pœnitentiæ, in tres articulos diuisa.

CONSEQVENTER considerandum est de solenni ritu pœnitentiæ. Circa quod tria quæruntur.

¶ Primò, vtrùm aliqua pœnitentia possit publicari v el solennizari.

¶ Secundò, vtrùm solennis pœnitentia possit iterari.

¶ Tertiò, vtrùm publica sit pœnitentia imponenda, mulieribus.

ARTICVLVS I.

¶ *Vtrùm aliqua pœnitentia debeat publicari, vel solennizari.*

108 D. Thom. in 4. dist. 14. q. 1. art. 3. q. 1. & sequent. * Quæst. 11. art. 1.

AD primum sic proceditur. Videtur quòd non debeat aliqua pœnitentia publicari, vel solennizari. * quia non licet sacerdoti, etiam metu, peccatum alicuius confiteri, quantuncunque publicum: sed per pœnitentiam solenne publicatur peccatũ. ergo non debet solennizari.

¶ 2 Præterea. Iudicium debet esse secundum conditionem fori: sed pœnitentia est quoddam iudicium, quod in foro occulto agitur; ergo non debet publicari vel solennizari.

¶ 3 Præterea. Omnes defectus pœnitentiæ reuocat ad perfectum * vt Ambro. dicit: sed solennizatio facit contrarium, quia pœnitentem multis defectibus innectit; non enim laicus potest post solennem pœnitentiam ad clericatum promoueri, nec clericus ad superiores ordines: ergo pœnitentia non est solennizanda.

* Id habet August. li. 3. hypogno. à medio illius tom. 7.

¶ Sed contra, Pœnitentia est quoddam sacramentum: sed in quolibet sacramento solennitas quędam adhibetur: ergo & in pœnitentia adhiberi debet.

¶ Præterea. Medicina debet respondere morbo, sed peccatum quandòque est publicum, quod multos ad peccandi trahit exemplum: ergo & pœnitentia, * quæ est medicina eius, debet esse publica & solennis, qua multi ædificentur.

* De pœnitent. dist. 3. cap. 86. Post med. & li. 5. decret. ti. 38. cap. 1.

¶ Respondeo dicendum, quòd aliqua pœnitentia debet esse publica, & solennis propter quatuor. Primò, vt peccatum publicum publicam habeat medicinã. Secundò, quia maxima confusione in hoc mundo etiam est dignus, qui grauissimum scelus commisit. Tertiò, vt alijs sit ad terrorem. Quartò, vt sit ad exemplum pœnitendi, ne desperent qui in grauibus peccatis detinentur.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd sacerdos non reuelat confessionem talem pœnitentiam iniungendo, quàmuis suspicio oriatur illum aliquod enorme peccatum

Universidad de Deusto
Biblioteca

peccatum commisisse. Non enim culpa pro certo scitur ex pœna, * quia quandoque aliquis pœnitentiam pro alio facit, sicut legitur in vitis Patrum de quedam, qui vt socium suum ad pœnitentiam prouocaret, ipse cum eo pœnitentiam egit. Si autem sit peccatum publicum. ipse pœnitens exequendo pœnitentiam, confessionem à se facta manifestat.

Sup.q.13 ar.2

¶ Ad secundum dicendum, q̃ pœnitentia solemnis, quantum ad iniunctionem, non exit forum occultũ: quia sicut occultè quis confitetur, ita occultè ei pœnitentia iniungitur: sed executio exit forum occultum, & hoc non est inconueniens.

¶ Ad tertium dicendum, quòd pœnitentia quamuis reuocet omnes defectus restituẽdo in pristinam gratiam, non tamen restituit in pristinam dignitatem, & ideò etiã mulieres post peractam pœnitentiam de fornicatione non velantur: quia dignitatem virginitatis non recuperant. Et similiter post publicam pœnitentiam peccator non redit ad hanc dignitatem, vt possit ad clericatum assumi, & Episcopus talem ordinans potestate ordinandi priuari debet. nisi fortè necessitas Ecclesiæ id exposcat, aut consuetudo, tunc enim dispensatiuè recipitur ad minores: non autem ad sacros. Primò, propter dignitatem ordinum istorum. Secundò, propter timorẽ recidiui. Tertiò, propter scandalum vitandum, quod posset in populo oriri ex memoria præcedentium peccatorum. Quartò, quia non haberet frontem alios corrigendi, cùm peccatum eius fuerit publicum.

Aug.epi. 50.ad Bonifaciũ, & habet in decr. di.50.ca. 59.26. & ibi. c.56 & 61. & in conc. Cartha. 4.c.68.& in conci. Agaten. c.29. Habef in conc. Toletano 2.c.2. & in dec. dist.50.c. 70.

ARTICVLVS II.

¶ *Vtrùm solemnis pœnitentia iterari possit.*

109 3 p.q.80 art.10

AD Secundum sic proceditur. Videtur quòd solemnis pœnitentia iterari possit. Sacramenta enim, quæ characterem non imprimunt, cum sua solemnitate iterantur, †sicut Eucharistia & extrema vnctio, & huiusmodi, sed pœnitentia non imprimit characterem. ergo cum sua solemnitate iterari debet.

¶ 2 Præt. Pœnitentia solemnizatur propter grauitatẽ & manifestationem peccati: sed post peractam pœnitentiam cõingit similia peccata committere, vel ẽt grauiora. ergo solemnis pœnitentia iterum debet adhiberi.

¶ Sed contra, Solemnis pœnitentia significat electionẽ primi hominis de paradiso: sed hæc tãtùm semel est facta: ergo & pœnitentia solemnis tantum semel debet fieri.

¶ Respondeo dicendum, q̃ solemnis pœnitentia iterari non debet propter tria: * Primò ne ex iteratione vilescat. Secundò, propter significationem * quia est figura expulsionis hominis de paradiso, quæ semel est tantùm facta. Tertiò, quia solemnizatio est quasi quædam professio perpetuò pœnitentiam conseruandi, & ideo iteratio solemnitati resistit. Si tamen postmodùm peccauerit, nõ clauditur ei locus pœnitentiæ, sed pœnitentia solemnis iterum ei iniungenda non est.

Aug.epi. 54.ad Macedoniũ. tom.2.& habet de pen.di.3 c.22.& 4 Sentent. d.14.§ B. & in Decret.d.50 c.63 Decret. di.50.ca. 50. † Incor. huius ar.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd in illis sacramentis, in quibus solemnitas operatur, iteratio solemnitati repugnat, vt est in proposito: & ideo non est simile.

¶ Ad secundum dicendum, quòd quamuis ratione criminis deberetur sibi eadem pœnitentia, tamen solemnitatis iteratio non competit propter prædictas * causas.

ARTICVLVS III.

¶ *Vtrùm pœnitentia solemnis sit imponenda mulieribus.*

110 vt patet ex conc. Agaté. c. 11. & in decr.d.50 c.64

AD Tertiam sic proceditur. Videtur quòd mulieribus non sit solemnis pœnitentia imponenda * Quia vir, cui imponitur solemnis pœnitentia, debet comam abscidere: sed hoc non cõpetit mulieri: vt patet. 1. ad Corin. 11. ergo non debet agere solennem pœnitentiam.

¶ 2 Item, Videtur, quòd clericis sit imponenda, quia imponitur propter grauitatem delicti: sed idem peccatum grauius est in clerico, quàm in laico: ergo magis debet imponi clerico, quàm laico.

¶ 3 Item, Videtur quòd à quolibet sacerdote possit imponi. Quia absoluere in foro pœnitentiali est eius, qui habet claues: sed simplex sacerdos habet claues: ergo potest esse minister huiusmodi pœnitentiæ.

¶ Respondeo dicendum, quòd omnis solemnis pœnitentia est publica: sed non conuertitur. Pœnitentia enim solemnis hoc modo fit: In capite Quadragesimæ tales pœnitentes præsentant se cum presbyteris suis Episcopis ciuitatũ ante fores ecclesiæ sacco induti, nudis pedibus, vultibus dimissis, coma deposita, & eis in ecclesia introductis Episcopus cum omni clero septem Psalmos pœnitentialis dicit: & postmodũ eis manũ imponet aquam benedictam super eos spargit, & cineré capitibus super ponit, cilicio* colla eorum operit, & denũtiat eis lachrymabiliter, quòd sicut Adam ejectus est de paradiso, ita ipsi de Ecclesia ejciuntur, posteà iubet ministris vt eos ab ecclesia pellant, clero eos prosequente cum hoc Responsorio: In sudore vultus tui, &c. In cœna autem Domini quolibet anno à suis presbyteris in Ecclesiã reducuntur, & erunt ibi vsque ad octauos paschæ, ita tamen quod nõ communicabunt, nec pacem accipiẽt, & sic fiet quolibet anno quousq; aditus ecclesiæ est eis interdictus. Vltima autem reconciliatio reseruatur Episcopo, ad quẽ solùm spectat solemnis pœnitentiæ impositio. * Potest autem imponi viris & mulieribus; sed nõ clericis propter scandalum. Non autem talis pœnitentia debet imponi nisi pro peccato quod totam commouerit vrbem. Publica autem & non solennis quæ in facie ecclesiæ fit, sed non cum solennitate prædicta: * sicut peregrinatio per mundum cum baculo cubitali; hæc potest iterari, & à simplici sacerdote iniungi; & potest etiã clerico imponi; tamen quandoque solemnis ponitur pro publica, & secundum hoc authoritates quædam variè loquebantur de solenni.

Hæc habentur in decretis di.50.ca. 65. incipit. in ea pite.

*Al. capita.

* Vt dicitur in Decret.dist. 50.ca.69.

In hoc corp.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd mulier habet comam in signum subiectionis, non autem vir: & ideo non competit vt in pœnitentia mulieri coma deponatur, sicut viro.

Decret. dist. 50. ca. 65. in fine.

¶ Ad secundum dicendum, quòd quamuis in eodem genere peccati clericus plùs peccet quàm laicus, tamen non iniungitur ei pœnitentia solennis, ne ordo veniat in contemptum, vnde defertur non personæ, sed ordini.

¶ Ad tertium dicendum, quòd magna peccata indigent magna cautela ad sui curationem: & ideò iniunctio pœnitentiæ solemnis, quæ non nisi pro grauissimis peccatis fit, soli Episcopo reseruatur.

QVAESTIO XXIX.

De sacramento extremæ vnctionis, in nouem articulos diuisa.

POST HOC considerandum est de sacramento extremæ vnctionis quò ad essentialia, de quo quinque videnda sunt.

¶ Primò, de essentialibus ipsius & de eius institutione.

¶ Secundò, de effectu ipsius.

¶ Tertiò, de ministro ipsius.

¶ Quartò de eo cui conferri debet, & in qua parte.

¶ Quintò, de eius iteratione.

Circa primum quæruntur nouem.

¶ Primò, vtrùm extrema vnctio sit sacramentum.

¶ Secundò, vtrùm sit vnum sacramentum.

¶ Tertiò, vtrùm hoc sacramentum fuerit à Christo institutum.

¶ Quartò

¶ Quartò, vtrùm oleum oliuæ sit conueniens materia huius sacramenti.

¶ Quintò, vtrùm oporteat oleum esse consecratum.

¶ Sextò, vtrùm huius sacramenti materia debeat per Episcopum consecrari.

¶ Septimò, vtrùm hoc sacramentum habeat aliquam formam.

¶ Octauò, vtrùm forma huius sacramenti debeat proferri per orationem deprecatiuam.

¶ Nonò, vtrum prædicta oratio sit competens forma huius sacramenti.

ARTICVLVS. I.

¶ *Vtrùm extrema vnctio sit sacramentum.*

112 Tho.in 4. di 23.q.1. ar.1.q.1 & sequen.

AD Primum sic proceditur. Videtur q̃ extrema vnctio non sit sacramentum; quia sicut oleum assumitur ad infirmos, ita ad catechumenos; sed vnctio quæ fit oleo ad catechumenos non est sacramentum, ergo nec extrema vnctio, quæ fit oleo ad infirmos.

¶ 2 Præterea, Sacramenta veteris legis fuerunt signa sacramentorum nouæ legis; sed extrema vnctio non habuit aliquam figuram in veteri lege; ergo non est sacramentum nouæ legis.

*Ex ea.3. eccle.hierarc.

¶ 3 Præterea, Secundum Dionysium, * omne sacramentum vel ad purgandum est, vel ad illuminandum, vel ad perficiendum; sed extrema vnctio non ponitur nec ad purgandum, nec ad illuminandum: quia hoc soli Baptismo attribuitur: nec ad perficiendum; quia hoc secundum ipsum Dio.* pertinet ad Chrisma & ad Eucharistiam; ergo extrema vnctio non est sacramentum.

*Ca.2.eccle.hier. Conc.Florent. super vnione Iacobitorum, & Armenio rum in decr. de sacra. & in decr. dist. 95.ca.3.

¶ Sed contra, Sacramenta Ecclesiæ sufficienter subueniunt defectibus hominum secundum quemlibet statum: sed exeuntibus non subuenit aliud, quàm extrema vnctio; ergo ipsa est sacramentum.

¶ Præterea, Sacramenta nihil aliud sunt, quàm quædam spirituales medicinæ; sed extrema vnctio est quædã spiritualis medicina, quia valet ad remissionem peccatorum, vt habetur Iacob. 5. ergo est sacramentum.

¶ Respondeo dicendum, quòd in his, quæ Ecclesia visibiliter operatur, quædam sunt sacramenta, vt Baptismus: quædam sacramentalia, vt exorcismus, quorum est hæc differentia, quia sacramentum dicitur illa actio Ecclesiæ, quæ attingit ad effectum principaliter intentum in administratione sacramentorum, sed sacramentale dicitur illa actio, quæ quàmuis non pertingat ad illum effectum, tamen ordinatur aliquo modo ad illam actionem principalem. Effectus autem intentus in administratione sacramentorum est curatio morbi peccati, vnde Isa. 27. Hic est omnis fructus vt tollatur peccatum. Et ideò cum ad hũc effectum pertingat extrema vnctio, vt ex verbis Iacob. patet, nec ordinetur ad aliud sacramentum quasi & annexum, consequenter, extrema vnctio non est sacramentale, sed sacramentum.†

Iacob.5.

† Inno.1. in Epi.ad Decentiũ Eugubinũ Epis. c.8.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd oleum quo catechumeni inunguntur, sua vnctione non perducit ad peccati remissionem, quia hoc ad baptismum pertinet; sed aliquo modo ad baptismum disponit, vt supra dictum est* ideò non est sacramentum illa vnctio sicut vnctio extrema.

*In 4 dist. 6.q.2.art. 2.q.3.in cor. Et in 3.parte q. 71. art.1. corp.

¶ Ad secundum dicendum, quòd hoc sacramentum immediatè hominem ad gloriam disponit, cum exeuntibus à corpore detur: & quia in veteri lege nõ erat tempus adhuc peruenienti ad gloriam, quia neminem ad perfectum adduxit lex†: ideo istud sacramentum præfigurari non debuit per aliquod sacramentum sibi respõdens, sicut per figuram eiusdem generis: quàmuis per figuras remotas aliquo modo figuratum sit in omnibus curatio nibus quæ leguntur in veteri lege.

† Ad He.7

¶ Ad tertium dicendum quòd Diony.* non facit aliquam mentionem de extrema vnctione sicut nec de pœnitentia, nec de matrimonio: quia ipse non intendit determinare de sacramentis, nisi quatenus per ea innotescere potest Ecclesiasticæ hierarchiæ ordinata dispositio, quantum ad ministros, & actiones, ministrorum, & recipientes: tamen cum per extremam vnctionem aliquis consequatur gratiam & remissionem peccatorum, non est dubium quòd extrema vnctio habet vim illuminatiuam, & purgatiuam, sicut Baptismus, quàmuis non ita plenam.

* Simile quid habetur in 1 2.q.102. ar.5.ad 3. & 3.parte, q.65.ar.1 ad 4. * loco citato in arg.3.

ARTICVLVS II.

¶ *Vtrùm extrema vnctio sit vnum sacramentum.*

112 Inst.q.30 ar.1.

AD secundum sic proceditur. Videtur quòd extrema vnctio non sit vnum sacramentum, quia vnitas rei est ex sua materia & ex sua forma, cùm ex eodem habeat res esse & vnitatem: sed forma huius sacramenti frequenter iteratur, etiam eadem vice & materia pluries, cum inunctio adhibeatur secundùm diuersas partes: ergo non est vnum sacramentum.

Inf. q.32. ar. 5.& 6.

¶ 2 Præt. Ipsa vnctio est sacramentum: ridiculum enim est dicere quòd oleum sit sacramentum: sed sunt plures vnctiones: ergo sunt plura sacramenta.

¶ 3 Præterea, Vnum sacramentum ab vno ministro perfici debet, sed in aliquo casu extrema vnctio non potest perfici ab vno ministro: sicut si post primam vnctionem factam sacerdos moriatur: tunc enim alius sacerdos debet vlteriùs procedere: ergo extrema vnctio non est sacramentum vnum.

¶ Sed contra, Sicut se habet immersio ad baptismũ, ita se habet vnctio ad hoc sacramentum, * sed plures immersiones sunt vnum sacramentum baptismi: ergo & plures vnctiones sunt vnum sacramentum.

*3.p.q.66 ar.8.

¶ Præterea: Si non esset vnum sacramentum, tunc facta prima vnctione non oporteret ad perfectionem sacramenti quòd fieret secunda: quia quodlibet sacramentum per se habet esse perfectum: sed hoc falsum est. ergo est vnum sacramentum.

¶ Respondeo dicendum, quòd vnum numero, per se loquendo, dicitur tripliciter. Vno modo sicut indiuisibile quòd nec actu nec potentia est plura, vt punctus & vnitas. Alio modo sicut continuum, quod quidem actu est vnum, sed plura potentia, vt linea. Tertiò modo sicut perfectum aliquod, quòd ex partibus pluribus constituitur, vt domus, quæ est multa quodammodo in actu, sed illa multa conueniunt in aliquo vno: & hoc modo quodlibet sacramentum dicitur vnum, inquantum multa quæ sunt in vno sacramento, adunantur ad vnum significandũ vel causandum, * quia sacramentũ significando causat. Et ideo quando vna actio sufficit ad perfectam significationem, vnitas sacraméti consistit in illa actione tantùm, sicut patet in confirmatione. Quando autem significatio sacramenti potest esse & in vna & in multis actionibus, tunc sacramẽtum perfici potest & vna actione & pluribus; sicut Baptismus vna immersione & tribus: quia ablutio, quæ significatur in Baptismo, potest esse per vnam immersionem & per multas. Quãdo autem perfecta significatio non potest esse nisi per plures actiones, tunc plures actiones sunt de perfectione sacramenti, sicut patet in Eucharistia: quia refectio corporalis, quæ significat spiritualem, non potest esse nisi per cibum & potum, & similiter est in hoc sacramento. Quia curatio interiorum vulnerum non potest perfectè significari nisi per appositionem medicinæ ad diuersas vulnerum radices: & ideo plures actiones sunt de perfectione huiusmodi sacramenti.

*3.p.q.62 ar.1.

¶ Ad primum ergo dicendum, q̃ vnitas totius perfecta

Universidad de Deusto
Biblioteca

ti non tollitur propter diuersitatem materiæ aut formæ, quæ est in partibus totius. Sicut constat quòd non est eadem materia carnis & ossis, ex quibus constituitur vnus homo, nec eadem forma: & similiter etiam in sacramento Eucharistiæ: & in hoc sacramento pluralitas materiæ & formæ vnitatem sacramenti non tollit.

¶ Ad secundum dicendum, quòd quamuis illæ actiones sint plures simpliciter, tamen vniuntur in vna perfecta actione, quæ est vnctio omnium exteriorum sensuum, quibus hauritur morbis interior.

¶ Ad tertium dicendum, quòd quamuis in Eucharistia si post consecrationem panis moriatur sacerdos, alius sacerdos possit procedere ad consecrationem vini, incipiens vbi ille dimisit, vel etiam incipere à capite supra aliam materiam: tamen in extrema vnctione non potest à capite incipere, sed debet semper procedere: quia vnctio in eadem parte facta tantum valet, ac si consecraretur bis eadem hostia *: quod nullo modo faciendum est. Nec tamen ministrorum pluralitas tollit vnitatem huius sacramenti, quia instrumentaliter tantum operantur: mutatio autem martellorum non tollit vnitatem operationis fabri.

*3.p.q.82 arti.2.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum hoc sacramentum fuerit à Christo institutum.

113 AD tertium sic proceditur. Videtur, quòd hoc sacramentum non fuerit institutum à Christo. Quia de institutione sacramentorum, quæ Christus instituit, fit mentio in Euangelio, sicut de Eucharistia & Baptismo, sed nulla fit mentio de extrema vnctione: ergo non est à Christo instituta.

Li.4.sententi.di.23 par. g.B.

¶ 2 Præt. Magister * expresse dicit in 4. dist. 23. quod est institutum ab Apostolis: ergo ipse Christus per se non instituit.

¶ 3 Præterea, Sacramentum quod Christus instituit, etiam ipse per se exhibuit vt patet de Eucharistia & baptismo: sed hoc sacramentum nulli ipse exhibuit: ergo per se non instituit.

¶ Sed contra, Sacramenta nouæ legis sunt digniora, quàm sacramenta veteris legis: sed omnia sacramenta veteris legis sunt à Deo instituta: ergo multo fortius omnia sacramenta nouæ legis habent institutionem ab ipso Christo.

¶ Præt. Eiusdem est instituere & statutum remouere: sed ecclesia quæ in successoribus Apostolorum habet eandem auctoritatem, quàm Apostoli habuerunt, non posset auferre sacramentum extremæ vnctionis: ergo Apostoli non instituerunt, sed ipse Christus.

¶ Respondeo dicendum, quòd circa hoc est duplex opinio. Quidam enim dicunt quòd sacramentum istud, & confirmationis, Christus non instituit per se, sed apostolis instituendum dimisit, quia hæc duo propter plenitudinem gratiæ, quæ in eis confertur, non potuerunt ante spiritus sancti missionem plenissimam, institui: vnde sunt ita sacramenta nouæ legis, quòd in veteri lege figuram non habuerunt. Sed hæc ratio non multum cogit: quia sicut Christus ante passionem suam promisit plenã Spiritus sancti missionem, ita potuit instituere hæc sacramenta. Et ideo alij dicunt, quòd omnia sacramenta Christus instituit per seipsum: sed quædam per seipsum promulgauit, quæ sunt maioris difficultatis ad credendum. Quædam autem Apostolis promulganda reseruauit, sicut extremam vnctionem, & confirmationem. Et hæc opinio pro tanto videtur probabilior, quia sacramenta ad fundamentum legis pertinent: & ideo ad legislatorem pertinet eorum institutio; & iterum, quia ex institutione efficaciam habent, quæ eis non nisi diuinitus inest.

¶ Ad primum ergo dicendum, q̃ multa Dominus fecit & dixit, quæ in euãgelijs non cõtinentur. Illa enim præcipuè curauerunt Euangelistæ tradere, quæ ad necessitatem salutis & ecclesiæ dispositionem pertinent, & ideo potius institutionem Baptismi & pœnitentiæ, & eucharistię, & ordinis factam à Christo narrauerunt, quàm extremæ vnctionis vel confirmationis, quæ neque sunt de necessitate salutis, neque ad dispositionem siue distinctionem Ecclesiæ pertinent. Tamen etiam de olei vnctione fit mẽtio in euangelio, Marci 6. vbi dicitur, quòd Apostoli oleo vngebant infirmos.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ Magister † dicit ab Apostolis institutum, quia per doctrinam Apostolorum nobis promulgata est eius institunio.

†loco citato in argu.2.

¶ Ad tertium dicendum, quòd Christus non exhibuit aliquod sacramentum nisi quod ipse accepit in exemplum: accipere autem pœnitentiam & extremam vnctionem sibi non competebat, quia sine peccato erat: ideo ipse non exhibuit.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrùm oleum oliuæ sit conueniens materia huius sacramenti.

AD quartum sic proceditur. Videtur, quòd oleum oliuæ non sit conueniens materia huius sacramenti. Quia hoc sacramentum immediatè ad incorruptionem ordinat: sed incorruptio significatur per balsamũ, quòd in chrismate ponitur: ergo chrisma esset conuenientior materia huius sacramenti.

114 D. Dho vbi sup art.3.q.1 & sequen

¶ 2 Præterea, Hoc sacramentum est spiritualis medicatio: sed spiritualis medicatio per vini appositionem significatur, sicut patet Luc. 10. in parabola de sanciato: ergo vinum etiam esset conuenientior materia huius sacramenti.

¶ 3 Præterea, Vbi est maius periculum, ibi debet * esse commune remedium: sed oleum oliuæ non est commune remedium, quia non inuenitur in qualibet terra: ergo cùm hoc sacramentum detur exeuntibus, qui sunt in maximo periculo; videtur, quòd oleum oliuæ non sit materia conueniens.

*Aliàs cõmunius adhiberi remed.

¶ Sed contra est, quòd Iaco. 5. oleum materia huius sacramenti determinatur: sed oleum propriè non dicitur nisi oleum oliuæ: ergo hoc est materia huius sacramenti.

*Aliàs vnctionem.

¶ Præt. Spiritualis sanatio per olei * inunctionem significatur, vt patet Isa. 1. vbi dicitur, Plaga tumens non est curata medicamine, neque fota oleo: ergo conueniens materia huius sacramenti est oleum.

¶ Respondeo dicendum, quòd spiritualis sanatio quæ in fine adhibetur, debet esse perfecta, quia post eam alia non reiinquitur: & lenis, vt spes quæ exeuntibus est maximè necessaria, non frangatur, sed foueatur. Oleum autem lenitiuum est & penetratiuum vsque ad intima, & etiam diffusiuum: & ideo quantùm ad vtrunque prædictorum *, est conueniens materia huius sacramenti. Et quia oleum principaliter nominatur oliuæ liquor, cùm alij liquores solùm ex similitudine ad ipsum, Olei nomẽ accipiant: ideo oleum oliuæ etiam debet esse, quòd assumitur in materiam huius sacramenti *.

In ho corp.

Cõci. Floret. in do. de Sacramen.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd incorruptio gloriæ est res non contenta in hoc sacramento, nec oportet, quòd tali rei significatio materiæ respondeat. Vnde non oportet quòd baliamum ponatur in materia huius sacramenti: * quia balsamum, propter odorem, pertinet ad bonitatem famæ; qua de cetero non indigent propter se exeuntes, sed indigent tantùm nitore cõscientiæ; qui per oleum significatur.

lib.1. De cret. cle. 15.t.1.

Ad

¶ Ad secundum dicendum, quòd vinum sanat mordendo, sed oleum, leniendo: & ideo curatio per vinum magis pertinet ad pœnitentiam, quàm ad hoc sacramentum.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ oleum oliuæ quamuis non vbique crescat: tamen de facili potest ad quemlibet locum transferri. Et præterea hoc sacramentum * non est tantæ necessitatis, quòd exeuntes sine hoc sacramento non possint salutem consequi.

vt dictum est, ar. præced. ad 1

ARTICVLVS V.

¶ Vtrum oporteat oleum esse consecratum.

115 AD quintum sic proceditur. Videtur, q̃ non oporteat Deum esse consecratum, quia hoc sacramentũ habet vnam sanctificationem in vsu per formam verborum: ergo superfluit alia sanctificatio, si ad materiam ipsius fiat.

¶ 2 Præterea, Sacramenta habent efficaciam & significationẽ in ipsa materia: sed significatio effectus huius sacramenti competit oleo ex naturali proprietate ipsius, efficacia autem ex institutione diuina: ergo non est necessaria aliqua sanctificatio materiæ.

¶ 3 Præt. Baptismus est perfectius sacramentum quàm extrema vnctio: sed in baptismo non præexigitur materiæ sanctificatio quantùm est de necessitate sacramenti: ergo nec in extrema vnctione.

Beda in 5 c. Iacob. & super 6 c. Marci su. illud Dæmonia multa eii ciebant.

¶ Sed contra est, quòd in omnibus aliis vnctionibus est materia consecrata prius: ergo cùm hoc sacramentum sit quædam vnctio, requirit materiam consecratam.

¶ Respondeo dicendum, quòd quidam dicunt, quòd oleum simplex est materia huius sacramenti, & in ipsa sanctificatione olei, quæ fit per Episcopum, perficitur sacramentum. Sed hoc patet esse falsum, ex his quæ de Eucharistia dicta * sunt, vbi ostensum est, q̃ solum illud sacramentum consistit in consecratione materiæ.

*In 4. di. 8. q. 2. a. 1. q. 1, ad 2. & q. seq.

¶ Et ideo dicendum, quòd hoc sacramentum consistit in ipsa vnctione, sicut baptismus in ipsa ablutione: & materia huius sacramenti est oleum sanctificatum. Potest autem triplex ratio assignari, quare exigitur materiæ sanctificatio in hoc sacramento, & in quibusdam aliis. Prima est quia omnis efficacia sacramentorum à Christo descendit; & ideo sacramenta illa, quibus ipse est vsus, habent efficaciam ex ipso vsu suo; sicut tactu suæ carnis vim regeneratiuam contulit aquis: sed hoc sacramento non est vsus nec aliqua corporali vnctione, & ideo in omnibus vnctionibus requiritur sanctificatio materiæ. Secunda causa est propter plenitudinem gratiæ, quæ confertur nõ solum, vt tollat culpam, sed etiam reliquias, & infirmitatem corporis. Tertia est ex hoc, quòd effectus eius corporalis, scilicet sanatio corporalis non causatur ex materiæ naturali proprietate; & ideo oportet, q̃ hæc efficacia sibi per sanctificationem detur.

Inf. q. 30. ar. 2. corp.

¶ Ad primvm ergo dicendum, quòd prima sanctificatio est materiæ secundùm se, sed secunda magis pertinet ad vsum ipsius, secundùm quod est actu conferens effectum suum, & ideo neutra superfluit, quia etiam instrumenta efficaciam accipiunt ab artifice, & dum fiunt, & dum ad actum applicantur.

¶ Ad secundum dicendum, quòd illa efficacia quæ est ex institutione sacramenti, applicatur huic materiæ per sanctificationem.

In cor. ar.

¶ Ad tertium patet solutio ex dictis.*

ARTICVLVS VI.

¶ Vtrùm oporteat materiam huius sacramenti esse consecratam per episcopum.

116 AD sextum sic proceditur. Videtur, q̃ non oporteat materiam huius sacramenti esse consecratam per Episcopum, quia dignior est consecratio materiæ in sacramento Eucharistiæ, quàm in hoc sacramento: sed in Eucharistia materiam sacerdos potest consecrare, ergo & in hoc sacramento.

¶ 2 Præterea. In operibus *corporalib. ars dignior nũquam præparat materiam inferiori: quia dignior est ars quæ utitur, ea quæ præparat, vt dicitur in 2. Phys. † Sed Episcopus est supra sacerdotem, ergo non præparat materiam in illo sacramento, quo sacerdos vtitur. Sed sacerdos dispensat hoc sacramentum, vt dicetur; * ergo cõsecratio materiæ ad Episcopum non pertinet.

*Alias operationibus. †li.2.tex. 25.

*Infra. q. 32. ar.

¶ Sed contra est, quòd etiam in aliis vnctionibus materia per Episcopum consecratur: ergo ita debet esse in ista.

¶ Respondeo dicendum, q̃ minister sacramenti non inducit effectum sacramenti propria virtute, vt principale agens: sed per efficaciam sacramenti quod dispẽsat, quæ quidem efficacia primò est à Christo, & ab ipso in alios descendit ordinatè, s. in populum, mediantib. ministris, qui sacramenta dispensant: & in ministros inferiores mediantibus superioribus, qui materiam sanctificant. Et ideo in omnibus sacramentis, quæ indigẽt materia sanctificata, prima sanctificatio materiæ fit per Episcopum, & vsus quandoque per sacerdotem; vt ostendatur sacerdotalis potestas ab Episcopali deriuata: secundum illud Psalmi 132. Sicut vnguentum in capite, s. in Christo, quod prius descendit in barbam Aaron, deinde vsque ad oram vestimenti.

Augu. sup eum locũ Psal.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd sacramentum Eucharistiæ consistit in ipsa materiæ sanctificatione, non autem in vsu: & ideo propriè loquendo, illud quod est materia sacramenti, non est quid consecratum: vnde non præexigitur aliqua sanctificatio circa materiam per Episcopum facta, sed exigitur sanctificatio altaris, & huiusmodi; & etiam ipsius sacerdotis, quæ non nisi per Episcopum fieri potest. Vnde in illo etiam sacramento ostenditur potestas sacerdotalis ab Episcopo deriuata, vt Dionis. dicit. † Ideo autem illam consecrationem materiæ potest facere sacerdos, quæ est in se sacramentum, & non illam, quæ vt sacramentale quoddam ordinatur ad sacramentum, quod consistit in vsu fidelium: quia quantum ad corpus Christi verum, nullus ordo est supra sacerdotium: sed quantum ad corpus Christi mysticum, Episcopalis ordo est supra sacerdotalem, vt infrà dicetur †

ex c.3. Eccle. Hier.

q.40.ar.4

¶ Ad secundum dicendum, quòd materia sacramenti non est talis materia, vt in qua fiat aliquid per eum qui ea vtitur, sicut est in artibus mechanicis, sed vt cuius virtute aliquid fiat: & sic participat aliquid de ratione causæ agentis, inquantum est instrumentum quoddam diuinç operationis. Et ideo oportet, q̃ à superiori arte, vel potestate talis virtus materiæ acquiratur: Quia in causis agentibus quanto aliquod agens est prius, tantò est perfectius: in causis autem purè materialibus quanto materia est prior, tanto imperfectior.

ARTICVLVS VII.

¶ Vtrum hoc sacramentum habeat aliquam formam.

117 AD septimum sic proceditur. Videtur, quòd hoc sacramentum non habeat aliquam formam. Cùm enim efficacia sacramentorum sit ab institutione: & ità à forma,

Th. vbi su pra. a. 4. q. 1. & seq.

Universidad de Deusto
Biblioteca

forma, oportet q̃ forma tradatur ab ipso, qui sacramentum instituit: sed forma huius sacramenti non inuenitur tradita neque à Christo, neque ab Apostolis: ergo hoc sacramentum non habet aliquam formam.

¶ 2 Præterea, Ea quæ sunt de necessitate sacramenti, obseruantur eodem modo apud omnes: sed nihil magis est de necessitate sacramenti habentis formam, quàm ipsa forma, ergo cùm non sit aliqua forma communiter obseruata ab omnibus in hoc sacramento, quia diuersi diuersis verbis vtuntur; videtur q̃ hoc sacramentum nõ habeat aliquam formam.

¶ 3 Præterea, In baptismo non requiritur forma nisi ad sanctificationem materiæ, qua est aqua verbo vitæ diluendis criminibus sanctificata: * sed hoc sacramentum habet materiam prius sanctificatam: ergo non indiget aliqua forma verborum.

Hugo de S Victore lib. Summæ sniarum tractatu 5. c. 4. & citat Thomas. in 4. di. 3. q. vnica. ar. 1. q. 2. arg. 1. sti. 4 sen. di. 1. §. D.

¶ Sed contra est, quod Magister † dicit, quòd omne sacramentum nouæ legis consistit in rebus, & verbis: verba autem sunt forma sacramenti: ergo cùm hoc sit sacramentum nouæ legis, videtur, quòd habeat formam.

¶ Præterea, Ad hoc est ritus vniuersalis ecclesiæ, quæ quibusdam verbis vtitur in collatione huius sacramenti.

Respondeo dicendum, q̃ quidam dixerunt, q̃ nulla est forma de necessitate huius sacramenti. Sed hoc videtur derogare effectui huius sacramenti. Quia omne sacramentum efficit significando, significatio autem materiæ non determinatur ad effectum determinatum, cùm ad multa se possit habere nisi per formam verborum: & ideo in omnibus sacramentis nouæ legis, quæ efficiunt quod figurant, oportet esse & res, & verba. Et præterea Iacobus totam vim huius sacramenti videtur constituere in oratione, quæ est forma huius sacramenti, vt dicetur; * & ideo prædicta opinio præsumptuosa videtur & erronea. Et propter hoc dicendum, sicut communiter dicitur, q̃ habet formam determinatam, sicut & alia sacramenta.

Iacobi 5.

In resp. ad 2. huius art. & quæst. præsenti ar. 8 & 9.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd sacra scriptura omnibus communiter proponitur, & ideo forma Baptismi, qui ab omnibus dari potest debet in sacra Scriptura exprimi, & similiter forma Eucharistiæ, quæ exprimit sacramenti illius fidem, quæ est de necessitate salutis. Sed formæ aliorum sacramentorum non inueniuntur in sacra scriptura traditæ, sed has ecclesia ex traditione Apostolorum habet, qui à Domino acceperunt, vt dicit Apo. 1. Cor. 11. Ego enim accepi à Domino, quod & tradidi vobis &c.

¶ Ad secundum dicendum, quòd illa verba, quæ sunt de essentia formæ, s. oratio deprecatiua, ab omnibus dicuntur, sed alia, quæ sunt de bene esse, non obseruantur ab omnibus.

¶ Ad tertium dicendum, quòd materia baptismi habet quandam sanctificationem per se ex ipso tactu carnis saluatoris, sed ex forma verborum accipit sanctificationem actu ad sanctificantem, & similiter post sanctificationem materiæ huius sacramenti secundum se, requiritur sanctificatio in via, per quam actu sanctificet.

ARTICVLVS VIII.

¶ *Vtrùm forma huius sacramenti debeat proferri per orationem indicatiuam, & non per deprecatiuam.*

118 AD octauum sic proceditur. Videtur, q̃ forma huius sacramenti debeat proferri per orationem indicatiuam & non per deprecatiuam; Quia omnia sacramenta nouæ legis habent certum effectum. Sed certitudo effectus non exprimitur in formis sacramentorum nisi per orationem indicatiuam, vt cùm dicitur, hoc est corpus meum: vel, ego te baptizo: &c. ergo forma huius sacramenti debet esse oratio indicatiua.

¶ 2 Præt. In formis sacramentorum debet exprimi intentio ministri, quæ requiritur ad sacramentum, sed intentio conferendi sacramentum non exprimitur nisi per orationem indicatiuam: ergo &c.

¶ 3 Præt. In quibusdam Ecclesijs dicuntur hæc verba in collatione huius sacramenti: Vngo hos oculos oleo sanctificato in nomine Patris, &c. & hoc est conforme aliis formis sacramentorum: ergo videtur, q̃ in hoc consistit forma huius sacramenti.

Ar. 3. huius ar.

¶ Sed contra, Illud quod est forma sacramenti, ab omnibus oportet quòd seruetur: sed verba prædicta * non dicuntur secundùm consuetudinem omnium Ecclesiarum, sed tantùm verba deprecatiua, scilicet: per istam sanctam vnctionem & piissimam suam misericordiam, indulgeat tibi Dominus quicquid deliquisti per visum, &c. ergo forma huius sacramenti est oratio deprecatiua.

Iacob 5.

¶ Præte. Hoc videtur ex verbis Iacobi, qui attribuit efficaciam huius sacramenti orationi: Oratio fidei (inquit) saluabit infirmum: ergo cùm efficacia sacramenti sit ex forma, videtur quòd forma huius sacramẽti sit oratio deprecatiua.

¶ Respondeo dicendum, quòd forma huius sacramenti est oratio deprecatiua, vt patet per verba Iacobi, & ex vsu Romanæ Ecclesiæ, quæ solùm verbis deprecatiuis vtitur in collatione huius sacramenti; cuius ratio multiplex assignatur. Primò, quia susciplens sacramentũ hoc, est viribus propriis destitutus: unde indiget orationibus subleuari. Secundò quia datur exeuntibus, qui iam desinunt esse de foro Ecclesiæ, & in solius Dei manu requiescunt; vnde & ei per orationem committuntur. Tertiò, quia hoc sacramentum non habet aliquem effectum, qui semper ex operatione ministri * cõsequatur, omnib. quæ sunt de essentia sacramenti etiam ritè peractis, sicut character in Baptismo & Confirmatione, & transubstantiatio in Eucharistia, & remissio peccati in pœnitẽtia existente contritione, quæ est de essentia sacramenti pœnitẽtiæ, non autem de essentia huius sacramẽti: & ideo in hoc sacramento non potest esse forma indicatiui modi, sicut in prædictis sacramentis.

Alias, oratione.

Sub fine corp.

¶ Ad primum ergo dicendum, q̃ hoc sacramentum, sicut & prædicta, * quantum est de se, habet contitudinem: sed potest ex fictione recipientis impediri, etiam si sacramento se subiiciat per intentionem, sic q̃ nullum effectũ consequatur: & propter hoc non est simile de hoc & de aliis sacramentis, in quibus semper aliquis effectus consequitur.

Concil. Flo. in de crima de sacram.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ per ipsum actum qui ponitur in forma (s. per istam sanctam vnctionem) satis exprimitur intentio.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ verba illa indicatiui modi, quæ secundum morem quorundam præmittuntur orationi, non sunt forma huius sacramenti, sed sunt dispositio ad formam, inquantum intentio ministri determinatur ad actum illum per illa uerba.

ARTICVLVS IX.

¶ *Vtrum prædicta oratio sit competens forma huius sacramenti.*

AD nonum sic proceditur. Videtur, q̃ prædicta oratio non sit cõpetens forma huius sacramen 119 ti. Quia in formis aliorum sacramentorum fit mentio de materia (sicut patet in confirmatione) quæ non fit in prædictis verbis: ergo non est conueniens forma.

¶ 2 Præt.

¶ 2 Præt. Sicut effectus huius sacramenti prouenit in nobis per misericordiam diuinam, ita & aliorum sacramentorum: sed in formis aliorum sacramentorum non fit mẽtio de misericordia diuina, sed magis de Trinitate & Passione: ergo similiter debet hic esse.

¶ 3 Præterea, Duplex effectus huius sacramenti in litera * ponitur: sed in verbis prædictis non fit mentio nisi de vno, scilicet de remissione peccatorum, non autem de corporali sanatione, ad quam Iacobus ordinat orationẽ fidei, dicens, Oratio fidei saluabit infirmum: ergo forma prædicta est incompetens.

* 11. Sent. dist. 13. parag. B.

* In arg. 2 præc. art.

¶ Respondeo dicendum, q̃ prædicta * oratio est competens forma huius sacramenti: quia tangit sacramẽtum in hoc, quod dicitur, per istam sanctam vnctionem: & illud quod operatur in sacramento, scilicet diuinam misericordiam: & effectum, scilicet remissionem peccatorum.

¶ Ad primum ergo dicendum, q̃ materia huius sacramenti potest intelligi per actum vnctionis, non autem materia confirmationis per actum in forma expressum: & ideo non est simile.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ misericordia respicit miseriam; & quia hoc sacramentum datur in statu miseriæ, scilicet infirmitatis, ideo potiùs hic, quàm in alijs fit mentio de misericordia.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ in forma debet exprimi effectus principalis, & qui semper inducitur ex sacramẽto, nisi sit defectus ex parte recipientis: non autem talis effectus est corporalis sanitas, vt dicetur, * quàmuis quãdoque sequatur: ratione cuius Iacobus hunc effectum attribuit orationi, quæ est forma huius sacramenti.

* Q. sequẽti arti. 2.

QVAEST. XXX.

De effectu huius sacramenti, in tres articulos diuisa.

EINDE considerandum est de effectu huius sacramenti.

¶ Circa quod quæruntur tria.

¶ Primò, vtrùm extrema vnctio valeat ad remissionem peccatorum.

¶ Secundò, vtrùm sanitas corporalis sit effectus huius sacramenti.

¶ Tertiò, vtrùm hoc sacramentum characterem imprimat.

ARTICVLVS I.

Vtrùm extrema vnctio valeat ad remissionem peccatorum.

12. & D. Tho. 4. dist. 23. q. 1. ar. 2. q. 1 & sequen.

AD primum sic proceditur. Videtur q̃ extrema vnctio non valeat ad remissionem peccatorum. Ad hoc enim quod per vnum potest effici, aliud non exigitur: sed in eo qui extremam vnctionem accipit, requiritur pœnitẽtia ad peccatorum remissionem: ergo per extremam vnctionem non dimittuntur peccata.

¶ 2 Præterea, In peccato non sunt nisi tria, macula, reatus pœnæ, & reliquiæ peccati: sed per extremam vnctionem remittitur peccatum quò ad maculam sine contritione, quæ etiam sine vnctione remittit: nec iterũ quò ad pœnam, quia adhuc si conualescat, tenetur perficere satisfactionem iniunctam: nec quò ad reliquias culpæ, quia adhuc remanent dispositiones ex actibus præcedentibus relictæ, vt patet post conualescentiam: ergo nullo modo per extremam vnctionem fit peccatorũ remissio.

¶ 3 Præterea, Remissio peccatorum non fit successiuè, sed in instanti: sed extrema vnctio non fit tota simul, quia plures vnctiones requiruntur: ergo eius effectus nõ est remissio peccatorum.

¶ Sed contra est, quod dicitur Iac. 5. Si in peccatis sit, dimittentur ei.

¶ Præterea, Omne sacramentum nouæ legis gratiam confert: sed per gratiam fit remissio peccatorum: ergo extrema vnctio, cum sit sacramentum nouæ legis, operatur ad remissionem peccatorum.

¶ Respond. dicendum, q̃ quodlibet sacramentum est institutum principaliter ad vnum effectum, quàmuis etiam alios ex consequenti inducere possit: & quia sacramentum efficit, quod figurat, ideo ex ipsa significatione sacramenti, debet accipi eius principalis effectus. Adhibetur autem hoc sacramentum secundùm modum cuiusdam medicationis, sicut Baptismus per modum ablutionis: medicina autem est ad pellendum infirmitatem: Vnde principaliter hoc sacramentum est institutum ad sanandum infirmitatem peccati: vt sicut Baptismus est quædam spiritualis regeneratio, & pœnitentia quædam spiritualis suscitatio; ita & extrema vnctio sit quædam spiritualis sanatio, vel medicatio. Sicut autem corporalis medicatio præsupponit corporalem vitam in medicato, ita spiritualis spiritualem: & ideo hoc sacramentum non datur contra defectus, quibus spiritualis vita tollitur, scilicet contra peccatum originale vel mortale: sed contra illos defectus, quibus homo spiritualiter infirmatur, vt non habeat perfectum vigorem ad actus vitæ, gratiæ, vel gloriæ. Et hic defectus nihil aliud est, quàm quædam debilitas, & ineptitudo, quæ in nobis relinquitur ex peccato actuali vel originali: & contra hanc debilitatem homo roboratur per hoc sacramentum. Sed quia hoc robur gratia facit, quæ secum non compatitur peccatum: ideo ex consequenti, si inuenit peccatũ aliquod, vel mortale, vel veniale, quò ad culpam tollit ipsum, dummodo non ponatur obex ex parte recipientis, sicut etiã de Eucharistia & confirmatione supra dictum est. * Et ideo etiam Iac. remissione peccati conditionaliter loquitur, dicens: Si in peccatis sit, dimittentur ei scilicet quòad culpam; non enim semper delet peccatum, quia non semper inuenit: sed semper remittit quoad debilitatem prædictam, † quam quidam reliquias peccati dicunt. * Quidã verò dicunt q̃ principaliter est institutum contra venia le, quod quidem non potest dum hæc vita agitur, perfectè curari: & ideo sacramentum exeuntium specialiter contra veniale ordinatur, Sed hoc non videtur verum, quia pœnitentia sufficienter, etiam in hac vita, delet venialia peccata quòad culpam: quod autem non potest euitari post peractam pœnitentiam, non aufert præcedenti pœnitentiæ suum effectum, & iterum, hoc pertinet ad debilitatem prædictam. Vnde dicendum, quod principalis effectus huius sacramenti est remissio peccatorum, quòad reliquias peccati, & ex consequenti, etiam quoad culpã, si eam inueniat.

Iacobi. 5 Beda. in 5 ca. Iacobi & in ca. 8. Lucæ. † In hoc arti.

* 3. p. q. 65 ar. 1. corp

3. p. q. 65. ar. 1. cor.

¶ Ad primum ergo dicendum, q̃ quàmuis effectus principalis alicuius sacramenti possit haberi sine actuali perceptione illius sacramenti, vel sine sacramẽto, vel per aliud sacramentum ex consequenti: nunquam tamen haberi potest sine proposito illius sacramenti. Et ideo, quia pœnitentia est principaliter instituta contra actualem culpam, quodcunque aliud sacramentum actualem culpam deleat ex consequenti, non excludit necessitatem pœnitentiæ.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ extrema vnctio aliquo modo, quantùm ad illa tria, remittit peccatum: quãuis enim culpa quò ad maculam sine contritione non dimittatur; tamen hoc sacramentum per gratiam quã infundit, facit, q̃ ille motus liberi arbitrij in peccatum, sit contritio: sicut etiam in Eucharistia & Confirmatione potest accidere. Similiter etiam & reatum pœnæ temporalis diminuit: * sed ex consequenti, inquantum debilitatem tollit; quia eandem pœnam leuiùs portat fortis, quàm debilis, vnde non oportet, q̃ propter hoc minuatur satisfactionis mensura. Reliquiæ autem peccati non dicuntur hic dispositiones ex actibus relictæ, quæ sunt quidam habitus inchoati, sed quædam spirituales debilitas

* alias dimittit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

litas in ipsa mente existés, qua sublata etiam eisdem habitib. vel dispositionibus manentibus, non ita potest inclinari mens ad peccatum.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ quando sunt multæ actiones ordinatæ ad vnum effectum, vltima est formalis respectu omnium præcedentium, & agit in virtute earũ: & ideo in vltima vnctione gratia infunditur, quæ effectum sacramento præbet.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrùm sanitas corporalis sit effectus huius sacramenti.

121 AD secundum sic proceditur. Videtur, ꝙ sanitas corporalis non sit effectus huius sacramẽti. Omne enim sacramentum est medicina spiritualis: sed spiritualis medicina ad spiritualem sanitatem ordinatur, sicut corporalis ad corporalem: ergo sanitas corporalis non est effectus huius sacramenti.

¶ 2 Prætereà, Sacramentum semper habet effectum suum in eo, qui non fictus accedit: sed quandoque non sanatur corporaliter, suscipiens hoc sacramentum, quantùmcumque deuotus accipiat: ergo sanitas corporalis non est effectus eius.

¶ 3 Prætereà, Efficacia huius sacramenti nobis ostenditur Iacobi 5. sed ibi non attribuitur sanationis effectus vnctioni, sed orationi; dicit enim, Oratio fidei saluabit infirmum: ergo corporalis sanatio non est effectus huius sacramenti.

¶ Sed contra, Operatio Ecclesiæ habet maiorem efficaciã post Christi passionem, quàm ante: sed antè oleo inuncti per Apostolos, sanabantur; vt patet Marci 6. ergo & nunc habet effectum in corporali sanatione.

¶ Prætereà, Sacramenta significando efficiunt: sed Baptismus per ablutionem corporalem, quam exteriùs facit, significat, & efficit spiritualem: † ergo & extrema vnctio per sanationem corporalem, quam exterius significat, efficit & causat spiritualem.

Aug. de visitatione infirmorum li. 2. c. 4. to. 9.

¶ RESPONDEO dicendum, ꝙ sicut Baptismus per ablutionem corporalem facit spiritualem emundationẽ à maculis spiritualibus; ita hoc sacramentum per medicationem sacramentalem exteriorem facit sanationem interiorem: Et sicut ablutio Baptismi habet effectum corporalis ablutionis, quia etiam corporalem mundationẽ facit: ita etiam extrema vnctio habet effectum corporalis medicationis, scilicet corporalem sanationẽ. Sed hæc est differentia, ꝙ corporalis ablutio ex ipsa naturali proprietate elementi facit corporalem mundationẽ, & ideo semper eam facit: sed extrema vnctio non facit corporalem sanationem ex proprietate naturali materiæ, sed ex virtute diuina, quæ rationabiliter operatur. Et quia ratio operans nunquam inducit secundarium effectum, nisi secundùm quòd expedit ad principalem: ideo * ex hoc sacramento non semper sequitur corporalis sanatio, sed quando expedit ad spiritualem sanationem, & tunc semper eam inducit, dummodo non sit impedimentum ex parte recipientis.

Aug. ser. 215. de tẽpore to. 10. *Aliàs in. Bernard' in vita S. Malachiæ Epis. & Concil. Florent.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ obiectio illa probat, ꝙ corporalis sanitas non sit effectus principalis huius sacramenti: & hoc verum est.

¶ Ad secundum patet solutio ex dictis. *

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ oratio illa est forma huius sacramenti, vt dictum est: * & ideo hoc sacramentum ex sua forma habet efficaciam (quantum est de se) ad sanationem corporalem.

*In corp. huius ar. *Q. præc. ar. 8. & 9.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrùm hoc sacramentũ characterẽ imprimat.

122 AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, ꝙ hoc sacramentum characterem imprimat. Character enim est signum distinctiuũ: sed sicut baptizatus distinguitur à non baptizato, ita vnctus à non vncto: ergo sicut Baptismus imprimit characterem, ita & extrema vnctio.

¶ 2 Prætereà, In ordinis & confirmationis sacramentis est vnctio, sicut & in hoc sacramento: sed in illis imprimitur character: ergo & in isto.

¶ 3 Præt. In omni sacramento est aliquid quod est res tantùm, & aliquid quod est sacramentum tantùm, & aliquid quod est res & sacramentum: sed nõ potest aliquid assignari in hoc sacramẽto quòd sit res & sacramẽtũ, ni si character: ergo & in hoc sacrõ imprimitur character.

¶ Sed contra, Nullum sacramentum imprimens characterem iteratur, hoc autem iteratur, vt dicetur: † ergo non imprimit characterem. Quæst. 33 act. 1.

¶ Præt. Distinctio, quæ fit secundùm characterem sacramentalem, est distinctio eorum, qui sunt in præsenti Ecclesia: sed extrema vnctio confertur ei, qui exit de præsenti Ecclesia: Ergo in eo non imprimitur character.

D. Tho. 4. di. 4. q. 1. ar. 4. q. 2. corp. & 3. p. q. 63. ar. 2. 3. & 6

¶ Respondeo dicendum, * ꝙ character non imprimitur nisi in illis sacramentis, quibus homo ad aliquid sacrum deputatur: hoc autem sacramentum est solum in re medium, & non deputatur per ipsum homo ad aliquid sacrum agendum, vel suscipiendum. Et ideo non imprimitur in eo character.

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ character facit distinctionem statuum, quantùm ad ea, quæ in Ecclesia sunt agenda: & talem distinctionem homo non habet ab alijs per hoc, ꝙ ipse est inunctus.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ vnctio, quæ fit in ordine, & confirmatione, est vnctio consecrationis, qua homo deputatur ad aliquid sacrũ: sed hæc vnctio est vnctio medicationis. Et ideo non est simile.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ in hoc sacramento res, & sacramentum non est character, sed quædam interior deuotio, quæ est spiritualis vnctio.

QVAEST. XXXI.

De ministro huius sacramenti, in tres articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de administratione huius sacramenti.

¶ Circa quod quæruntur tria.

¶ Primò, vtrùm laicus possit hoc sacramentum conferre.

¶ Secundò, vtrùm Diaconus.

¶ Tertiò, vtrùm solus Episcopus.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrùm laicus possit hoc sacramentum conferre.

123 AD primum sic proceditur. Videtur ꝙ etiam laicus possit hoc sacramentum conferre, quia hoc sacramẽtum habet efficaciam ex oratione, vt Iacobus * dicit. Sed oratio laici quandoque est ita Deo accepta, sicut sacerdotis. Ergo potest hoc sacramentum conferre. D. Tho. vbi supra, q. 2. ar. 1. q. 1. & sequentib. *Iacob. 5.

¶ 2 Prætereà, De quibusdam patribus in Aegypto legitur, ꝙ oleum ad infirmos transmittebat, & sanabantur: Et similiter dicitur de beata Genouefa, ꝙ oleo infirmos vngebat. Ergo hoc sacramentum potest conferri etiam à laicis.

¶ Sed contra est, ꝙ in hoc sacramento sit remissio peccatorum: sed laici non habent potestatem dimittẽdi peccata: ergo &c.

¶ Respondeo dicendum, ꝙ secundùm Diony. in Ecclesiastica Hierarchia: * sunt quidam exercentes actiones hierarchicas, & quidam recipientes tantùm, qui sunt laici. Et ideo nullius sacramenti dispensatio laicis ex officio competit: * sed ꝙ baptizare possunt in casu necessitatis, ex diuina dispensatione factum est, vt nulli regenerationis spiritualis facultas desit. ca. 5. non procul à princ. 3. par. q. 67. ar. 3. & 5.

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ oratio illa non fit à sacerdote in persona sua, quia cùm sit quandoque peccator, non esset exaudibilis: sed fit in persona totius Ecclesiæ, in

siæ, in cuius persona orare potest quasi persona publica, non autem laicus, qui persona priuata est.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ illæ vnctiones non erant sacramentales, sed ex quadam deuotione recipientiũ talem vnctionẽ, & meritis vngentium, vel oleum mittentium, consequebatur effectus sanitatis corporalis per gratiam sanitatum, non autem per gratiam sacramentalem.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum Diaconi possint hoc sacramentum conferre.

124 AD secundum sic proceditur. Videtur, ꝙ Diaconi possint hoc sacramentum conferre. Quia secundũ Dio. * Diaconi habent virtutem purgatiuam: sed hoc sacramentum est institutum tantùm ad purgandum ab infirmitate mentis & corporis: ergo & Diaconi possunt conferre. 5. Eccle. Hierarc. pos. 1. circa med.

¶ 2 Præt. Dignius sacramentum est Baptismus quàm hoc, de quo hic agimus: sed Diaconi possunt baptizare, vt patet de beato Laurentio *: ergo & possunt hoc sacramentum conferre. *vt et dictum est 3 P. q. 67. ar. 1. ad 3.

¶ Sed contra est, quod dicitur Iacobi 5. Inducat presbyteros Ecclesiæ.

¶ Respon. dicendum, ꝙ Diaconus habet vim purgatiuam tantùm, non illuminatiuam: vnde cùm illuminatio fiat per gratiam, nullum sacramentum, in quo gratia confertur, Diaconus potest dare ex officio: & ideo nec hoc, cùm in eo gratia conferatur.

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ hoc sacramentum illuminando per gratiæ collationem, purgat. Et ideo Diacono eius collatio non competit.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ hoc sacramentum non est necessitatis sacramentum, sicut baptismus: vnde non ita committitur dispensatio eius omnibus, in articulo necessitatis, sed soùm illis quibus ex officio competit: Diaconis autem, etiã baptizare non competit ex officio.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrùm solus Episcopus possit hoc sacramentum conferre.

125 AD tertium sic proceditur. Videtur, ꝙ solus Episcopus possit hoc sacramentum conferre. Quia hoc sacramentum vnctione perficitur, sicut & confirmatio: sed solus episcopus potest confirmare: ergo solus Episcopus potest hoc sacramentum conferre.

¶ 2 Præt. Qui non potest quod minus est, non potest quod est maius. Sed maior est vsus materiæ sanctificatę, quàm sanctificatio eius: quia est finis ipsius. Ergo cùm sacerdos non possit sanctificare materiam, nec potest materia sanctificata vti.

¶ Sed contra, Huius sacramenti minister inducendus est ad eum, qui suscipit sacramentum: vt patet Iacobi 5. Sed Episcopus non posset accedere ad omnes infirmos suæ diœcesis: Ergo non solus Episcopus potest hoc sacramentum conferre. ca 5. eccl. Hier. p. 1. à medio, & in tit. cõ templ.

¶ Respon. dicendum, ꝙ secundum Dion. * Episcopus propriè habet perficiendi officium, sicut sacerdos illuminandi: vnde illa sacramenta dispensanda solis Episcopis reseruantur, quæ suscipientem in aliquo statu perfectionis super alios ponunt: hoc autem non est in hoc sacramento, cùm omnibus detur. Et ideo per simplices sacerdotes potest administrari. in 4. di. 7. art. 1. q. 3. cor. & ibidem ar. q. 2. ad 1. q. 1. & art 2. q. 3. corp. & 3. p. q. 63. art. 6 Et q. 72. art. 1 & 5.

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ quamuis in genere causæ finalis vsus materiæ sanctificatæ sit potior quàm sanctificatio materiæ: tamen in genere causæ efficientis sanctificatio materiæ est potior: quia ab eadem pendet vsus, rem virtutiua causa. Et ideo sanctificatio requirit actionem actiuam, quàm vsus.

QVAEST. XXXII.

Quibus hoc sacramentum conferri debeat, & in qua parte corporis, in septem articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de quibus hoc sacramentum conferri debet: & in qua parte corporis.

¶ Circa quod quæruntur septem.

¶ Primò, Vtrùm sanis debeat conferri hoc sacramentum.

¶ Secundò, Vtrùm debeat conferri in qualibet infirmitate.

¶ Tertiò, Vtrùm debeat conferri furiosis & amentibus.

¶ Quartò, Vtrùm pueris.

¶ Quintò, Vtrùm totum corpus in hoc sacramento inungi debeat.

¶ Sextò, Vtrùm conuenienter determinentur partes, in quibus inungitur.

¶ Septimò, Vtrùm mutilati in prædictis partibus inungi debeant.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrùm sanis debeat conferri hoc sacramentum.

126 AD primum sic proceditur. Videtur, ꝙ etiam sanis debeat conferri hoc sacramentum, quia principalior effectus huius sacramenti est sanatio mentis, quàm sanatio corporis, vt dictum * est: sed etiam sani corpore indigent sanatione mentis: ergo eis etiam debet hoc sacramentum conferri. D. Tho. 4. di. 23. q. 2. ar. 2. q. 1. & seq. Q. 30 art. 2. corp. & ad 1.

¶ 2 Præt. Hoc sacramentum est exeuntium, sicut baptismus intrantium: sed omnibus intrantibus baptismus datur: ergo omnibus exeuntibus debet dari hoc sacramentum. Sed quandoque illi qui sunt in propinquo exitus, sunt sani sicut illi qui decapitandi sunt: ergo talibus debet hoc sacramentum dari.

¶ Sed contra est, quod dicitur Iac. 5. Infirmatur quis in vobis, &c. Ergo solis infirmis competit hoc sacramentum.

¶ Respon. dicendum, ꝙ hoc sacramentum est quædã spiritualis curatio, vt prius dictum * est, quæ quidem per quendam corporalis curationis modum significatur: & ideo illis quibus corporalis curatio non competit, scilicet sanis, non debet hoc sacramentum conferri. Q. 30. art 1. & 2. cor. Et q. 29. art. 1. cor.

¶ Ad primum ergo dicendum ꝙ quamuis spiritualis sanitas sit principalis effectus huius sacramenti, tamen oportet ꝙ per curationem corporalem significetur curatio spiritualis huius sacramenti, etiam si corporalis sanatio non sequatur: & ideo solum illis hoc sacramento sani tas spiritualis dari potest, quibus corporalis curatio competit, scilicet infirmis: sicut ille solus potest baptismum suscipere, qui potest corporalis ablutionis esse particeps, non autem puer in ventre matris existens *. vt dictum est in 3. p. q. 68. ar. 11.

¶ Ad secundum dicendum ꝙ etiam baptismus non est nisi illorum intrantium, qui corporali ablutioni subici possunt. Et ideo hoc sacramentum illorum tantùm exeuntium est, quibus corporalis curatio competit.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrùm hoc sacramentum dari debeat in qualibet infirmitate.

127 AD secundum sic proceditur. Videtur, ꝙ hoc sacramentum dari debeat in qualibet infirmitate. Quia Iacobi quinto, vbi hoc sacramentum traditur, nulla infirmitas determinatur. Ergo in omnibus infirmitatibus debet hoc sacramentum conferri.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ 2 Prætera, Quantò remedium est dignius, tantò debet esse generalius: sed hoc sacramentum est dignius quàm medicina corporalis: Cùm ergo medicina corporalis omnibus infirmis detur, videtur, q̃ & hoc sacramentum. ab omnibus dicitur

¶ Sed contra, Hoc sacramentum infirmitas ad extremæ vnctionis: sed non omnem ægritudines sunt caumum vitæ perducit, cùm quandoq; nihilos. † ergo non in omnibus
In lib. de longitudine & breuitate vitæ, parũ à prin. libelli. fæ longioris vitæ, vt dicitur, hoc sacramentum dari. infirmitatibus deb-

¶ Respon- dendum, q̃ hoc sacramentum est vltimum re- quisitè disponens ad gloriã: Et ideo illis tantùm immantibus debet exhiberi, qui sunt in statu exeuntium propter hoc, q̃ ægritudo nata est inducere mortem, & de periculo timetur.

¶ Ad primum ergo dicendũm, q̃ quælibet infirmitas augmentata, potest mortem inducere. Et ideo si generã infirmitatum pensentur, in qualibet ægritudine potest dari hoc sacramentum: Et hinc est q̃ Apost. non determinat infirmitatem aliquam: sed si pensetur infirmitatis modus & status, non semper debet infirmantibus hoc sacramentum dari.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ medicina corporalis habet pro principali effectu sanitatem corporalem, qua omnes infirmi in quolibet statu indigent: sed hoc sacramentum habet pro principali effectu illam sospitatem, quæ exeuntibus, & iter ad gloriam agentibus, est necessaria: & ideo non est simile.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum hoc sacramentum dari debeat furiosis, & amentibus.

128 AD tertium Sic procedit. Videtur, q̃ furiosis & amentibus hoc sacramentum dari debeat. Quia tales ægritudines sunt periculosissimæ, & citò ad mortem disponunt: sed periculo debet adhiberi remedium: ergo hoc sacramentum quod est in remedium infirmitatis humanæ, debet talibus conferri.

D. Tho. 4 Sent. d. 4. q. 3. arti. 1. q. 3. corp. & arg 2. Et i 3. p. q. 68. art. 12. ¶ 2 Præt. Dignius sacramentum est baptismus, quàm istud: sed baptismus datur furiosis, vt suprà dictum est. ergo & hoc sacramentum eis debet dari.

¶ Sed contra. Hoc sacramentum non est dandum nisi recognoscentibus ipsum: sed tales non sunt furiosi, & amentes: ergo eis dari non debet.

vt dictum est q. 29. ar. 8. ¶ Respon. dicendum, q̃ ad effectum huius sacramenti percipiendum plurimum valet deuotio suscipientis, & personale meritum conferentium, & generale totius Ecclesiæ: quod patet ex hoc q̃ per modum deprecationis, forma huius sacramenti confertur*. Et ideo illis, qui non possunt recognoscere, & eum deuotione suscipere hoc sacramentum, dari non debet; & præcipuè furiosis & amentibus, qui possent irreuerentiam sacramento per aliquam immunditiam facere: nisi haberent lucida intervalla, in quib. sacramentum recognoscerent; & sic eis conferri in statu illo posset.

¶ Ad primum ergo dicendum, q̃ quàmuis in periculo mortis tales quandoq; sint, tamen remedium per deuotionem propriam non potest eis applicari: Et ideo nõ debet eis conferri.

Aliàs principaliter. ¶ Ad secundum dicendum, q̃ baptismus non requirit motum liberi arbitrij: quia datur contra originale* peccatum, quod non curatur in nobis ex nostro libero arbitrio: sed in hoc sacramento requiritur motus liberi arbitrij: & ideo non est simile. Et præterea baptismus est sacramentum necessitatis, non autem extrema vnctio.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrùm hoc sacramentum debeat dari pueris.

129 AD quartum sic proceditur. Videtur, q̃ hoc sacramẽtum debeat dari pueris. Quia eisdem infirmitatibus quandoque laborant pueri & adulti. Sed eidem morbo debet adhiberi idem remedium: ergo sicut adultis, ita & pueris debet hoc sacramentum dari.

Q. 30. ar. 1. corp. ¶ 2 Præt. Hoc sacramentum datur ad purgandum reliquias peccati (vt suprà dictum est) tam originalis quã actualis. Sed in pueris sunt reliquiæ originalis peccati: ergo eis dari debet hoc sacramentum.

¶ Sed contra est, q̃ nulli debet dari hoc sacramentum. cui non competit forma sacramenti, sed forma huius sacramenti non competit pueris, qui non peccauerunt per visum & auditum, vt in forma exprimitur: ergo eis non dari debet hoc sacramentum.

¶ Respon. dicendum, q̃ hoc sacramentũ exigit actualem deuotionem in suscipiente, sicut & Eucharistia. Vnde sicut Eucharistia non debet dari pueris, ita nec hoc sacramentum.

¶ Ad primum ergo dicendum, q̃ infirmitates in pueris non sunt ex peccato actuali causatæ, sicut in adultis: & contra illas præcipuè infirmitates hoc sacramentum datur, quæ sunt ex peccato causatæ, quasi peccati reliquiæ.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ non datur contra reliquias originalis peccati, nisi secundùm quòd sunt peractualia peccata quodammodo confortatę: vnde principaliter contra actualia peccata datur (vt ex ipsa forma patet) quæ non sunt in pueris.

ARTICVLVS V.

¶ Vtrum in hoc sacramento totum corpus inungi debeat.

130 D. Tho. vbi supra ar. 3. q. 1. & sed. Lib. 6. de Trinitate c. 6. non procul à hoc to. p. AD quintum sic proceditur. Videtur, q̃ in hoc sacramento totum corpus inungi debeat. Quia secundũ Aug. † anima tota est in toto corpore: sed præcipuè datur hoc sacramentum ad sanandum animam. Ergo in corpore toto debet inunctio fieri.

¶ 2 Præt. Vbi est morbus, ibi debet apponi medicina: sed quandoque morbus est vniuersalis & in toto corpore, sicut febris: ergo totum corpus debet inungi.

¶ 3 Præt. In baptismo totum corpus immergitur: ergo & hic totum debet inungi.

vt dicitur 1 corinth. sequentib. ¶ Sed contra est vniuersalis Ecclesiæ ritus, secundum quem non inungitur infirmus hoc sacramento, nisi in determinatis partibus corporis†.

¶ Respon. dicendum, q̃ hoc sacramentum per modum curationis exhibetur: curatio autẽ corporalis non oportet q̃ fiat per medicinam toti corpori appositam, sed illis partibus vbi est radix morbi. Et ideo etiam vnctio sacramentalis debet fieri in illis partibus tantùm, in quibus est radix spiritualis infirmitatis.

¶ Ad primum ergo dicendum, q̃ anima quàmuis sit tota in qualibet parte corporis, quantum ad essentiam, nõ tamen quantum ad potentias, quæ sunt radices actuum peccati. Et ideo oportet, quod in determinatis partibus fiat, in quibus illæ potentiæ habent esse.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ non semper apponitur medicina vbi est morbus: sed congruentiùs, vbi est radix morbi.

†Aliàs ¶ Ad tertium dicendum, q̃ baptismus fit per modum ablutionis. Ablutio ãt corporalis nõ purgat maculam * ab aliqua parte, nisi cui apponitur. Et ideo baptismus toti corpori adhibetur: secus autem est de extrema vnctione ratione iam dicta.†

†in corp. huius art. & resp. ad 2. & 3.

ARTICVLVS VI.

¶ Vtrùm conuenienter determinentur partes vngendæ.

131 AD sextum sic proceditur. Vr̃, q̃ inconuenienter determinentur istæ partes, vt s. infirmus inungatur in oculis, in naribus, auribus, labijs, manibus, & pedibus. Quia sapiens medicus curat morbũ in radice: sed de corde exeunt cogitationes quæ coinquinant hominem: vt dicitur Matt. 15. Ergo in pectore debet fieri inunctio.

¶ 2 præ-

¶ 2 Præterea, Puritas mentis non minùs est necessaria exeuntibus, quàm intrantibus. Sed intrantes vnguntur chrismate in vertice à sacerdote, ad significandũ mentis puritatem: ergo & exeuntes, hoc sacramento vngi debent in vertice.

¶ 3 Præterea, Ibi debet adhiberi remedium, vbi est maior vis morbi. Sed spiritualis morbus præcipuè viget in viris, in renibus; & in mulieribus, in vmbilico, vt dicitur Iob. 40. Fortitudo eius in lumbis eius, &c. secundum expositionem Greg. † Ergo ibi debet fieri inunctio.

li. 32. Moral. ca. 11 a medio. ¶ 4 Præterea, Sicut per pedes peccatur, ita & per alia membra corporis. Ergo sicut inunguntur pedes, ita & alia corporis membra inungi debent.

¶ Respondeo dicendum, q̃ principia peccandi in nobis sunt eadem, quæ & principia agendi, quia peccatum consistit in actu. Principia autẽ agendi in nobis sunt tria. Primum est, dirigens, scilicet vis cognoscitiua. Secundum est, imperans, scilicet vis appetitiua. Tertiũ est, exequens, scilicet vis motiua. Omnis autem nostra cognitio à sensu ortum habet: & quia vbi est in nobis prima origo peccati, ibi debet * vnctio adhiberi; ideo inunguntur loca quinque sensuum; scilicet oculi, propter visum, aures, propter auditum; nares, propter odoratum; os, propter gustum; manus, propter tactum, qui in pulpis digitorum præcipuè viget: & propter appetitiuam inunguntur aliquibus renes. Pedes autem inunguntur propter motiuam, qui sunt principalius eius instrumentum. Et quia primum principium operationis humanæ est cognoscitiua; ideo illa vnctio ab omnib. obseruatur, quæ sit ad quinque sensus quasi de necessitate sacramenti: sed quidã non seruant alias; quidam verò illam seruant quæ sit ad pedes & non quæ ad renes: quia appetitiua & motiua sunt secundaria principia.

* Alias medicina

C6ci. Florent. super vnione Iacobitarũ & Armeniorũ in doctrina de Sacramen. ¶ Ad primum ergo dicendum, q̃ cogitatio à corde non exit nisi per aliquam imaginationem, quæ est motus à sensu factus, vt dicitur in secundo de anima. † Et ideo cor nõ est prima radix cogitationis, sed organa sensuum; nisi quatenus cor est principium totius corporis; sed hoc principium est radix remota.

li. 2. tex. 160. ¶ Ad secundum dicendum, q̃ intrantes debent acquirere puritatem mentis, sed exeuntes debent eam purgare: & ideo exeuntes debent inungi in illis partibus, quibus contingit puritatem mentis inquinari.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ secundum quorundam consuetudinem fit in renibus propter hoc, q̃ ibi maximè viget concupiscibilis: sed appetitiua non est prima radix, vt dictum est. *

In corp. arti. ¶ Ad quartum dicendum, q̃ organa corporis quibus actus peccati exercentur, sunt pedes, manus, & lingua, quibus etiam exhibetur vnctio, & membra genitalia, quibus propter immunditiam illarum partium, & honestatem sacramenti non debet vnctio adhiberi.

ARTICVLVS VII.

¶ Vtrùm mutilati debeant inungi in illis dictis partibus.

132 AD septimum sic proceditur. Videtur, q̃ mutilati nõ sint inungendi in illis dictis partibus. Quia sicut hoc sacramentum exigit determinatam dispositionem in suscipiente, vt scilicet sit infirmus, ita & determinatam partem: sed ille qui non habet infirmitatem, non potest inungi: ergo nec ille qui non habet partem illam, in qua debet fieri vnctio.

¶ 2 Præterea, Ille qui est excusà natiuitate, non deliquit per visum: sed in vnctione quę fit ad oculos, fit mentio de delicto per visum: ergo talis vnctio, cæco nato nõ debet fieri: & sic de alijs.

¶ Sed contra est, q̃ defectus corporis non impedit aliquod aliud sacramentum: ergo nec istud impedire debet. Sed de necessitate istius sacramenti est quælibet vnctionum: ergo omnes debent fieri mutilatis.

¶ Respondeo dicendum, q̃ mutilati etiam inungi debent, quantò propinquius fieri potest ad partes illas, in quibus vnctio fieri debuerat: quia quamuis non habeant membra, habent tamen potentias animæ quæ illis membris debentur, saltẽ in radice; & præterea peccare possunt, per ea quæ ad partes illas pertinẽt, quãuis non exteriùs.

¶ Et per hoc patet solutio AD OBIECTA.

QVAEST. XXXIII.

De iteratione huius sacramenti, in duos articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de iteratione huius sacramenti.

¶ Circa quod quæruntur duo.

¶ Primò, vtrũ hoc sacramentũ debeat iterari.

¶ Secundò, vtrùm in eadem infirmitate debeat iterari.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum hoc sacramentum debeat iterari.

AD primum sic procedit. Videtur q̃ hoc sacramẽtum non debeat iterari, quia dignior est vnctio quæ fit homini, quàm quæ fit lapidi. Sed vnctio altaris non iteratur nisi altare illud fractum fuerit. Ergo nec vnctio extrema, quæ adhibetur homini, debet iterari. 133 D. Tho. vbi supra art. 4. q. 1. & 2.

¶ 2 Præterea, Post extremum nihil est: sed hæc vnctio dicitur extrema: ergo non debet iterari.

¶ Sed contra, Hoc sacramentũ est quædã spiritualis curatio per modũ corporalis curationis exhibita: sed curatio corporalis iteratur: ergo & hoc sacrm iterari potest.

¶ Respondeo dicendum, q̃ nullum sacramentale, nec sacramentum quod habet effectum perpetuum, debet iterari: quia offenderetur sacramentum non fuisse efficax ad faciendum illum effectum; & sic fieret iniuria illi sacramento. Sacramentum autem quod habet effectum nonperpetuum; potest iterari sine iniuria, vt effectus de perditus iteratò recuperetur. * Et quia sanitas corporis & mentis, quæ est effectus huius sacramenti, potest amitti postquam fuerit per sacramentã effecta: ideo hoc sacramentum sine sui iniuria potest iterari. Augu. ser. 215 de tẽp. c. 20

¶ Ad primum dicendum, q̃ vnctio lapidis fit ad ipsius altaris consecrationem, quæ est perpetuò in lapide quandiu altare manet: & ideo non potest iterari. Sed hęc vnctio nõ fit ad consecrationem hominis, cùm non imprimatur per eam character; & ideo non est simile.

¶ Ad secundũ dicendum, q̃ illud q̃ secundum existimationem hominum est extremum, quandoque secundum rei veritatem non est extremum: & sic dicitur hoc sacramentum extrema vnctio: quia non debet dari, nisi illis quorum mors est propinqua, secundum existimationem hominum.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrùm in eadem infirmitate debeat iterari.

AD secundum sic proceditur. Videtur, q̃ in eadem infirmitate non debeat iterari, quia vni morbo non debetur nisi vna medicina: sed hoc sacramentum est quædam spiritualis medicina: ergo contra vnum morbum non debet iterari. 134

¶ 2 Præterea, Secundum hoc posset aliquis infirmus tota die inungi, si in eodem morbo posset iterari vnctio; quod est absurdum.

¶ Sed contra est, q̃ aliquando morbus diu durat post sacramenti perceptionem; & sic reliquiæ peccatorum contrahuntur, contra quas principaliter hoc sacramentum datur: ergo debet iterari.

¶ Respondeo dicendum, quòd hoc sacramentum nõ respicit tantum infirmitatem, sed etiam infirmitatis statum: quia non debet dari nisi infirmis, qui secundũm

Universidad de Deusto
Biblioteca

humanam æstimationem videntur morti appropinquare. Quædam enim infirmitates non sunt diuturnæ: vnde si in eis datur hoc sacramentum, tunc si homo ad statum illum perueniat quòd sit in periculo mortis, non recedit à statu illo, nisi infirmitate curata, & ita non debet iterũ inungi: sed si recidiuũ patiatur, erit alia infirmitas, & poterit fieri alia inunctio. Quædam verò sunt ægritudines diuturnæ, vt hectica, hydropisis, & huiusmodi, & in talibus non debet fieri inunctio, nisi quando videntur perducere ad periculum mortis: & si homo illum articulum euadat, eadem infirmitate durante, & iterum ad similẽ statum per illam ægritudinem reducatur iterum potest inungi: quia iam quasi est alius infirmitatis status, quamuis non sit alia infirmitas simpliciter.

¶ Et per hoc patet solutio AD OBIECTA.

QVAEST. XXXIIII.

De Sacramento ordinis, quò ad eius essentiam, & eius partes, in quinque articulos diuisa.

D. Tho. 4. di. 24. q. 1. art. 1. q. 1. & sequen.

POST hæc considerandum est de sacramento ordinis. Et primò de ordine in communi. Secundò, de distinctione ordinum. Tertiò, de conferentibus ordinẽ. Quartò de impedimentis ordinãdorum. Quintò, de his quæ sunt ordinibus annexa. De ipso autem ordine in cõmuni, tria videnda sunt. Primò, de eius entitate & quidditate, & partibus eius. Secundò de eius effectu, Tertiò de suscipientibus ipsum.

¶ Circa primum quæruntur quinque.

¶ Primò, vtrùm ordo in Ecclesia esse debeat.

¶ Secundò, vtrùm conuenienter diffiniatur.

¶ Tertiò, vtrùm sit sacramentum.

¶ Quartò, vtrùm eius forma conuenienter exprimatur.

¶ Quintò, vtrùm hoc sacramentum habeat materiam.

ARTICVLVS. I.

¶ Vtrum ordo in Ecclesia esse debeat.

835 AD primum sic proceditur. Videtur, q̃ ordo in Ecclesia esse nõ debeat. Ordo enim requirit subiectionem & prælationem: sed subiectio videtur repugnare libertati, in quam vocati sumus per Christum: ergo ordo in Ecclesia esse non debet.

¶ 2 Præt. Ille qui in ordine constituitur, alio superior fit: sed in Ecclesia quilibet debet se altero inferiorem reputare. Phil. 2. Superiores inuicem arbitrantes: ergo nõ debet in Ecclesia esse ordo.

¶ 3 Præterea, Ordo inuenitur in Angelis propter distinctionem eorũ in bonis naturalibus, & gratuitis: sed omnes homines sunt in natura vnum; gratiarum etiam dona quis eminentiùs habeat, ignotum est: ergo ordo in Ecclesia esse non debet.

¶ SED CONTRA, ad Roma. 13. dicitur. Quæ sunt à Deo, ordinata sunt: sed Ecclesia à Deo est, quia ipse eã ædificauit sanguine suo. Ergo ordo in Ecclesia esse dẽt.

¶ Præterea, Status Ecclesiæ est medius inter statũ naturæ & gloriæ: sed in natura inuenitur ordo, quo quædã alijs superiora sunt, & similiter in gloria, vt patet in Angelis: ergo in Ecclesia debet esse ordo.

¶ RESPONDEO dicendum, q̃ Deus suã opera in
¶ Al. perducere. in sui similitudinem * producere voluit quantùm possibile fuit, vt perfecta essent, & per ea cognosci posset. Et ideo, vt in suis operibus repræsentaretur, non solùm secundùm quod in se est, sed etiam secundũ quod alijs influit: hanc legem naturalem imposuit omnibus vt vltima per media reducerentur & perficerentur, & media per prima, vt Dionys.* dicit. Et ideo vt ista pulchritudo Ecclesiæ non deesset, posuit ordinem in ea, vt quidam alijs sacramenta traderent, suo modo Deo in hoc aſsimi-
eap. 5. ecclesiast. hierar. in tit. de sacerdotum perfectionibus, in princi.

lati: quasi Deo cooperantes, sicut & in corpore naturali quædam membra aliis influunt.

¶ AD primum ergo dicendum, q̃ subiectio seruitutis repugnat libertati, quæ seruitus est, cùm aliquis dominatur alijs, ad sui vtilitatem subiectis vrens: talis autem subiectio non requiritur in ordine, per quẽ qui præsunt, salutem subditorum quærere debent, non propriam vtilitatem.

¶ AD secundum dicendum, q̃ quilibet se debet reputare inferiorem merito, sed non officio: ordines autẽ officia quædam sunt.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ ordo in Angelis non attenditur secundum distinctionem naturæ: nisi per accidens, inquantum ad distinctionem naturæ sequitur in eis distinctio gratiæ. Attenditur autem in eis per se secundũ distinctionem in gratia; quia eorum ordines respiciunt participationem diuinorum, & communicationẽ in statu gloriæ, quæ est secundùm mensuram gratiæ, quasi gratiæ finis, & effectus quodammodo. Sed ordines Ecclesiæ militantis respiciunt participationem sacramentorum & communicationem; quæ sunt causa gratiæ, & quodam modo gratiam præcedunt. Et sic non est de necessitate nostrorum ordinum gratia gratum faciens, sed solùm potestas dispensandi sacramenta: & propter hoc etiam ordo non attenditur per distinctionem gratiæ gratũ facientis, sed per distinctionem potestatis.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrùm conuenienter ordo diffiniatur.

AD secundum sic proceditur. Videtur q̃ inconue- 136
nienter ordo à Magistro Sent. dist. 24. * diffiniatur, Li. 4. dist. 24. S. K.
vbi dicitur: Ordo est signaculum quoddam Ecclesiæ, quo † Alias, qui per signa.
spiritualis potestas traditur ordinato. Pars enim non debet poni genus totius: sed character, per quem signaculum exponitur in consequenti * definitione, * est pars ordinis quia diuiditur contra id quod est res tantùm, vel sacramentum tantùm; cùm sit res & sacramentum: ergo signaculum non debet poni quasi genus ordinis.

¶ 2 Præterea, Sicut in sacramento ordinis imprimitur character, ita in sacramento baptismi: sed in * definitione baptismi non ponebatur character: ergo nec in definitione ordinis poni debet.

¶ 3 Præterea, In baptismo etiam quædam spiritualis datur potestas accedendi ad sacramenta; & iterũ est quoddam signaculum, cùm sit sacramentum: ergo hæc definitio conuenit baptismo, & sic inconuenienter assignatur de ordine.

¶ 4 Præterea, Ordo relatio quædam est, quæ in vtroque extremorum saluatur: extrema autem relationis ordinis sunt superior, & inferior: ergo inferiores habent ordinem sicut & superiores; sed in eis non est aliqua potestas præeminentiæ, qualis hic ponitur in definitione ordinis; vt patet per expositionem sequentem, vbi ponitur * promotio potestatis. Ergo inconuenienter definitur hic ordo.

¶ Respondeo dicendum, q̃ definitio, quam Magister * de ordine ponit, conuenit ordini, secundum quod est Ecclesiæ sacramentum. Et ideo duo ponit, scilicet signum exterius, ibi (signaculum quoddam, id est, signum quoddam) & effectum interiorem, ibi (quo spiritualis potestas, &c.)

¶ Ad primum ergo dicendum, q̃ signaculum non ponitur hic pro charactere interiori; sed pro eo quod exterius geritur, quod est signum interioris potestatis, & causa: & sic etiam sumitur character in alia definitione: si tamen pro interiori charactere sumeretur, nõ esset inconueniens; quia diuisio sacramenti in illa tria, non est in partes integrales, propriè loquendo. Quia illud quod est res tantùm, non est de essentia sacramenti: quod est etiã sacramentum tantùm, transit; & sacramẽtum & res manere
Loco iam citato. † Alias de fictione.
posita in 4 Sent. dist. 3. S. A. in princ.
Loco in arg. 1. cita to. 4. Sen. dist. 24. S. K.

nere dicitur. Vnde relinquitur, q̃ ipse character interior sit essentialiter & principaliter ipsum sacramentum ordinis.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ quàmuis in baptismo conferatur aliqua spiritualis potentia, recipiendi alia sacramenta, ratione cuius characterem imprimit: non tamen hic est principalis effectus eius; sed ablutio interior, propter quam baptismus fieret, etiam priori causa non existente. Sed ordo potestatem principaliter importat: & ideo character qui est spiritualis potestas, in definitione ordinis ponitur * ; non autem in definitione Baptismi.
potesta in arg. 1.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ in baptismo datur quædam potentia spiritualis ad recipiendum, & ita quodam modo passiua. Potestas autem propriè nominat potentiam actiuam cum aliqua præeminentia: & ideo hæc definitio Baptismo non competit.

¶ Ad quartum dicendum, q̃ nomen ordinis dupliciter accipitur: quandoque enim significat ipsam relationem; & sic est tam in inferiori, quàm in superiori, vt obiectio tangit, & sic non accipitur hic. Quandoq; autem accipitur pro ipso gradu qui ordinem primo modo acceptum facit: & quia ratio ordinis, prout est relatio, inuenitur vbi aliquid superius altero occurrit, ideo hic gradus eminens per potestatem spiritualem, ordo nominatur.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrùm ordo sit sacramentum.

137 AD tertium sic proceditur. Videtur, q̃ ordo non sit
Li. 1. de sacram. q. 9 c. 1. & Th. 4. di. 1. q. 1. art. 2. q. 5. arg. 1. & 1 cor. & ad 1.
sacramentum. Sacramentum enim (vt dicit Hug.* de sancto Vict.) est materiale elementum: sed ordo non nominat aliquid huiusmodi, sed magis relationem, vel potestatem, quia ordo est pars potestatis, secundum Isidor. ergo non est sacramentum.

¶ 2 Præt. Sacramenta non sunt de Ecclesia triumphante: sed ibi est ordo, vt patet in Angelis: ergo ordo non est sacramentum.

¶ 3 Præt. Sicut prælatio spiritualis, quæ est ordo, datur cum quædam consecratione, ita & prælatio sæcularis:
† Sup. q. 29. art. 3. arg. 2. & ibi solu. & Aug. li. 83 q. q. 61. c. 4. & lib. 1. retract. c. 26. circa med. to. 1. & in tit. Psal. 26. & sup. illud Psal. 149 Exultet i Rege suo, tom. 9. * quæst. 29 art. 1. c. & Tho. in 4 dist. 1. q. 1 art. 1.
quia & reges inunguntur, vt dictum est †. Sed regia dignitas non est sacramentum. Ergo nec ordo de quo hic loquimur.

¶ Sed contra est, q̃ ab omnibus enumeratur inter septem Ecclesiæ sacramenta.

¶ Præt. Propter quod vnumquodque tale, & illud magis: sed propter ordinem sit homo dispensator, aliorum sacramentorum, ergo ordo habet magis rationem, q̃ sit sacramentum, quàm alia.

¶ Respondeo dicendum, q̃ sacramentum (vt ex dictis * patet) nihil est aliud, quàm quædam sanctificatio hominis exhibita cum aliquo signo visibili: vnde cùm in susceptione ordinis quædam consecratio homini exhibeat per visibilia signa, constat ordinem esse sacramentum.

¶ Ad primum ergo dicendum, q̃ quàmuis ordo in suo nomine non exprimat aliquod materiale elementum, tamen ordo non confertur sine aliquo elemento materiali.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ potestates proportionari debent illis ad quæ sunt: communicatio autem diuinorum, ad quam datur spiritualis potestas, non fit in Angelis per aliqua sensibilia signa, sicut in hominibus contingit. Et ideo potestas spiritualis, quæ est ordo, non adhibetur Angelis cum aliquibus signis visibilibus, sicut hominibus: & ideo in hominibus ordo est sacramentum, sed non in Angelis.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ non omnis benedictio, quæ hominibus adhibetur, vel consecratio est sacramentum, quia & monachi & abbates benedicuntur, tamen illæ benedictiones non sunt sacramenta: & similiter nec regalis inunctio; quia per huiusmodi benedictiones non ordinantur aliqui ad dispẽsationem diuinorum sacramentorum, sicut per benedictiones ordinis. Et ideo non est simile.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrùm forma huius sacramenti conuenienter exprimatur.

138 AD quartum sic proceditur. Videtur, q̃ forma huius
dist. 24. li. 4. Senten.
sacramenti inconuenienter in litera * exprimatur. Quia sacramenta efficaciam habent ex forma: sed efficacia sacramentorum est ex virtute diuina, quæ in eis fecre tiùs operatur salutem: ergo in forma huius sacramenti deberet fieri mentio de virtute diuina per inuocationem Trinitatis, sicut in aliis sacramentis.

¶ 2 Præt. Imperare est eius qui habet auctoritatem: sed auctoritas non residet penès eum qui sacramenta dispensat, sed ministerium tantùm: ergo non deberet vti imperatiuo modo, vt diceret, Agite, vel, accipite hoc vel illud, uel aliquid huiusmodi.

¶ 3 Præt. In forma sacramenti non debet fieri mentio nisi de illis, quæ sunt de essentia sacramenti: sed vsus potestatis acceptæ, non est de essentia huius sacramenti, sed consequitur ad ipsum: Ergo non deberet de eo fieri mentio in forma huius sacramenti.

¶ 4 Præt. Omnia sacramenta ordinant ad æternam remunerationem: sed in formis aliorum sacramentorum non fit mentio de remuneratione; ergo nec in forma huius sacramenti deberet de ea fieri mentio, sicut fit cùm dicitur: Habiturus partem, si fideliter, &c.

¶ Respondeo dicendum, q̃ hoc sacramentum principaliter consistit in potestate tradita. Potestas autem à potestate traducitur, sicut simile ex simili; & iterum potestas per vsum innotescit, quia potentiæ notificantur per actus: & ideo in forma ordinis exprimitur vsus ordinis per actum, qui imperatur, & exprimitur traductio potestatis per imperatiuum modum.

¶ Ad primum ergo dicendum, q̃ alia sacramenta non ordinantur principaliter ad effectus similes potestati, per quam sacramenta dispensantur, sicut hoc sacramentum: & ideo in hoc sacramento est quasi quædam communicatio vniuoca. Vnde in alijs sacramẽtis exprimitur aliquid ex parte diuinæ virtutis, cui effectus sacramenti assimilatur: non autem in hoc sacramento. Quàmuis enim in Episcopo, qui est minister huius sacramenti, non sit auctoritas respectu collationis huius sacramenti: tamen habet aliquam auctoritatem respectu potestatis ordinis, quæ confertur per ipsum: inquantum à sua potestate deriuatur.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ vsus potestatis est effectus potestatis in genere causæ efficientis, & sic non habet, q̃ in diffinitione ordinis ponatur, sed est quodammodo causa in genere causæ finalis: & ideo secundum hanc rationem poni potest in definitione ordinis.

ARTICVLVS V.

¶ Vtrum hoc sacramentum habeat materiam.

139 AD quintum sic procedit. Videtur, q̃ hoc sacramentum non habeat materiam. Quia in omni sacramento quod habet materiam, virtus operans in sacramento, est in materia: sed in rebus materialibus quæ hic adhibentur, sicut sunt claues, candelabra, & huiusmodi, non videtur esse aliqua virtus sanctificandi: ergo non habet materiam.

¶ 2 Præt. In isto sacramento confertur plenitudo gratiæ septiformis (vt in litera * dicitur) sicut in confirmatione. Sed materia confirmationis præexigit sanctificationem. Cùm ergo ea quę in hoc sacramento videntur esse materialia non sint præsanctificata: videtur, q̃ non sint materia huius sacramenti.
dist. 24 parag. A. & B

¶ 3 Præt. In quolibet sacramento habente materiam requiritur cõtactus materiæ ad eum qui suscipit sacramen-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tum: sed, vt à quibusdam dicitur, contactus dictorum
Al. ad eũ materialium ab * eo, qui suscipit sacramentum, non est de necessitate sacramenti, sed solùm porrectio: ergo præ-
dictæ res materiales non sunt materia huius sacramenti.

4. Sent. di. 1. §. D. ¶ Sed contra est, ꝙ omne sacramentum consistit in rebus & verbis: sed res in quolibet sacramento sunt materia ipsius: ergo & res quæ in hoc sacramento adhibentur, sunt materia huius sacramenti.

¶ Præt. Plus requiritur ad dispensandum sacramenta, quàm ad suscipiendum: sed baptismus in quo datur potestas ad suscipiendum sacramenta, indiget materia: ergo & ordo, in quo datur potestas ad ea dispensanda.

¶ Respondeo dicendum, ꝙ materia in sacramentis exteriùs adhibita, significat virtutem in sacramentis agentem, ex intrinseco omnino aduenire: vnde cùm effectus huius sacramenti, s. character, non percipiatur ex aliqua operatione ipsius, qui ad sacramentum accedit, sicut erat in pœnitentia, sed omnino ex intrinseco aduenit: competit ei materiam habere, tamen diuersimodè ab alijs sacramentis quæ materiam habent. Quia hoc quod confertur in alijs sacramentis, deriuatur tantùm à Deo, non à ministro, qui sacramentum dispensat: sed illud quod in hoc sacramento traditur, s. spiritualis potestas deriuatur etiam ab eo qui sacramentum dat, sicut potestas imperfecta à perfecta. Et ideo efficacia aliorũ sacramentorum principaliter consistit in materia, quæ virtutem diuinam & significat, & continet, ex sanctificatione per ministeriũ adhibita: sed efficacia huius sacramenti principaliter residet penès eum, qui sacramentum dispensat: materia autem adhibetur magis ad determinandam potestatem, quæ traditur particulariter ab habente eam completè, quàm ad potestatem causandam: quod patet ex hoc, ꝙ materia competit vsui potestatis.

¶ Et per hoc patet solutio AD primum.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ materiam in aliis sacramentis oportet sanctificari propter virtutem quam continet: sed non est ita in proposito.

In cor. ar. ¶ Ad tertium dicendum, ꝙ sustinendo illud dictum, ex dictis * apparet causa eius, quia enim potestas ordinis accipitur à ministro, sed non à materia: ideo porrectio materiæ magis est de essentia sacramẽti, quàm tactus: tamen ipsa verba formæ videnẽ ostendere, ꝙ tactus materiæ sit de essentia sacramenti, quia dicitur: accipe hoc, vel illud.

QVAEST. XXXV.

De effectu huius sacramenti, in quinque articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de effectu huius sacramenti.

¶ Circa quod quæruntur quinque.

¶ Primò, Vtrùm in sacramento ordinis conferatur gratia gratum faciens.

¶ Secundò, Vtrùm imprimatur character quantùm ad omnes ordines.

¶ Tertiò, Vtrùm character ordinis præsupponat characterem baptismalem.

¶ Quartò, Vtrùm præsupponat de necessitate characterem confirmationis.

¶ Quintò, Vtrùm character vnius ordinis præsupponat de necessitate characterem alteris ordinis.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrùm in sacramento ordinis conferatur gratia gratum faciens.

140 Thomas vbi sup. ar. 2. q. 1. & seq. AD primum sic proceditur. Videtur, ꝙ in sacramento ordinis non conferatur gratia gratum faciens, quia communiter dicitur, ꝙ sacramentum ordinis ordinatur contra defectum ignorantiæ. Sed contra ignorantiam non datur gratia gratum faciens, sed gratia gratis data: quia gratia gratum faciẽs magis respicit effectum: ergo in sacramento ordinis non datur gratia gratum faciens.

¶ 2 Præt. Ordo distinctionem importat: sed membra Ecclesiæ non distinguuntur per gratiam gratum facientem, sed secundum gratiam gratis datam, de qua dicitur 1. Cor. 12. Diuisiones gratiarum sunt: ergo in ordine non datur gratia gratum faciens.

¶ 3 Præt. Nulla causa præsupponit effectum suum: sed in eo qui accedit ad ordines, præsupponitur gratia, † Alias executionem. per quam sit idoneus ad susceptionem † ordinis: ergo talis gratia non confertur in ordinis collatione.

¶ Sed contra, † Sacramenta nouæ legis efficiunt, quod figurant: sed ordo per numerum septenarium significat septem dona Spiritus sancti, vt in litera dicitur * ergo dona Spiritus sancti, quæ non sunt sine gratia gratum faciente, in ordine dantur.

¶ Præt. Ordo est sacramentum nouæ legis: sed in definitione talis sacramenti ponitur *, vt causa gratiæ existat: ergo causat gratiam in suscipiente.

¶ Respondeo dicendum, ꝙ Dei perfecta sunt opera, vt dicitur Deut. 32. & ideo cuicunq; datur potentia aliqua diuinitus, dantur etiam ea per quæ exequutio illius potentiæ possit congruè fieri: & hoc etiam in naturalibus patet: quia animalibus dantur membra, quibus potentiæ animæ possint exire in actus suos, nisi sit defectus ex parte materiæ: sicut autem gratia gratum faciens est necessaria ad hoc, ꝙ homo dignè sacramenta recipiat, ita etiam ad hoc, ꝙ homo dignè sacramenta dispenset: & ideo sicut in baptismo (per quem fit homo susceptiuus aliorum sacramentorum) datur gratia gratum faciens, ita in sacramento ordinis, * per quod homo ordinatur ad aliorum sacramentorum dispensationem. * Aug. lib. 2. cõt. Cresc. c. 11. & 7.

¶ Ad primum ergo dicendum ꝙ ordo datur non in re medium vnius personæ, sed totius Ecclesiæ. Vnde quod dicitur contra ignorantiam dari, non est intelligendum ita, ꝙ per susceptionem ordinis pellatur ignorantia in suscipiente: sed quia suscipiens ordinem præficitur ad pellendam ignorantiam in plebe.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ quàmuis dona gratiæ gratum facientis communia sint omnibus membris Ecclesiæ: tamen actus illorum donorum secundum quę attenditur distinctio in membris Ecclesiæ, idoneus susceptor aliquis esse non potest, nisi charitas adsit, quę quidem sine gratia gratum faciente esse non potest.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ ad idoneam exequutionẽ ordinum non sufficit bonitas qualiscunq;, sed requiritur bonitas excellens: vt sicut illi qui ordinem suscipiunt, super plebem constituuntur gradu ordinis, ita & superiores sint merito sanctitatis: & ideo prę exigitur gratia, quę sufficiat ad hoc, ꝙ dignè connumerentur in plebe Christi: sed confertur in ipsa susceptione ordinis amplius gratię munus, per quod ad maiora reddantur idonei.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrùm in sacramento ordinis imprimatur character quantùm ad omnes ordines.

141 AD secundum sic proceditur. Videtur, ꝙ in sacramento ordinis non imprimatur character quantùm ad omnes ordines. Quia ordinis character est quędam spiritualis potestas: sed quidam ordines non ordinantur nisi ad quosdam actus corporales, scilicet ostiarij vel acolyti: ergo in eis non imprimitur character.

¶ 2 Præt. Omnis character est indelebilis: ergo per characterem homo ponitur in tali statu, à quo non possit recedere: sed illi qui habent aliquos ordines, possunt licitè redire ad laicatum: ergo non imprimitur character in omnibus ordinibus.

¶ 3 Præt. Per characterem homo adscribitur ad aliquid

quid faciendum dandum, vel suscipiendum: sed ad susceptionem sacramentorum homo sufficienter ordinatur per characterem baptismalem; dispensator autem sacramentorum non constituitur homo, nisi in ordine sacerdotali: ergo in alijs ordinibus non imprimitur character.

Gregor. li. 2. Epistol Epist. 32. & habetur in Decretis dist. 68. ca. sicut Samuel. ¶ Sed contra, Omne sacramentum, in quo non imprimitur character, est iterabile: sed nullus ordo est iterabilis: ergo in quolibet ordine imprimitur character.

¶ Præterea. Character est signum distinctiuum: sed in quolibet ordine est aliqua distinctio: ergo quilibet ordo imprimit characterem.

¶ Respondeo dicendum, quòd circa hoc fuit triplex opinio. Quidam enim dixerunt, ꝙ in solo ordine sacerdotali character imprimitur. Sed hoc nõ est verum; quia actũ diaconi nullus potest exercere licitè, nisi diaconus: & ita patet, ꝙ hẽt aliquam spũalem potestatem in dispensatione sacramentorum, quam alij non habent. Et propter hoc alij dixerunt, ꝙ in sacris ordinibus imprimitur character, non autem in minoribus. Sed hoc nihil iterum est, quia per quemlibet ordinem aliquis constituitur supra plebem in aliquo gradu potestatis ordinatæ ad sacramentorum dispensationem. Vnde cùm character sit signum distinctiuum ab alijs, oportet, ꝙ in omnibus character imprimatur: cuius etiam signum est, ꝙ perpetuò manent, & nunquam iterãtur. Et hæc est tertia opinio, quæ communior est.

¶ Ad primum ergo dicẽdum, ꝙ quilibet ordo, vel habet actum circa ipsum sacramentum, vel ordinatum ad sacramentorum dispensationem: sicut ostiarij habent actum admittendi homines ad diuinorum sacramentorũ inspectionem, & sic de aliis: & ideo in omnibus requiritur spiritualis potestas.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ quantùmcunque homo ad laicatum se transferat, semper tamen manet in eo character: * quod patet ex hoc, ꝙ si ad clericatum reuertatur, non iterum ordinem, quem habuerat, suscipit. * Aug. li. 2. cont. Epist. Parm. c. 13. & de bapt. cõt. donatist. lib. 1. c. 1.

¶ Ad tertium dicendum, sicut ad primum.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrùm character ordinis præsupponat characterem baptismalem.

142 AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, ꝙ character ordinis non præsupponat characterem baptismalem. Quia per characterem ordinis homo efficitur dispensator sacramentorum; per characterem autem baptismalẽ susceptiuus eorundem. Sed potestas actiua non præsupponit de necessitate passiuam, quia potest esse sine ea; sicut patet in Deo: ergo character ordinis non præsupponit de necessitate characterem baptismalem.

¶ 2 Præterea, Potest contingere, ꝙ aliquis non sit baptizatus qui se baptizatum existimat probabiliter: si ergo talis ad ordines accedat, non consequetur characterẽ ordinis, si character ordinis præsupponit characterem baptismalem: & sic ea quæ faciet vel in consecratione vel in absolutione, nihil erunt; & in hoc Ecclesia decipietur: quod est inconueniens.

¶ Sed contra, Baptismus est ianua sacramentorum. Ergo cùm ordo sit quoddam sacramentum, præsupponit baptismum.

¶ Respondeo dicendum, ꝙ nihil potest aliquis recipere, cuius receptiuam potentiam non habet: per characterem autem baptismalem efficitur homo receptiuus aliorum sacramentorum. Vnde qui characterem baptismalem non habet, nullum aliud sacramentum recipere potest: & sic character ordinis baptismalem characterẽ præsupponit.

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ in eo qui habet potentiam actiuam à se, potentia actiua non præsupponit passiuam: sed in eo qui habet potẽtiam actiuam ab alio, præexigitur ad potentiam actiuam potentia passiua, quę recipere possit potentiam actiuam.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ talis si ad sacerdotium promoueatur, non est sacerdos: nec conficere potest, nec absoluere in foro pœnitentiali. Vnde secundùm Canones * debet iteratò baptizari & ordinari. Et si etiam in Episcopum promoueatur, illi quos ordinat non habent ordinem: sed tamen piè credi potest, ꝙ quantum ad vltimos effectus sacramentorum, summus Sacerdos supplet defectum, & ꝙ non permitteret hoc ita latere, ꝙ Ecclesiæ posset periculum imminere. In decret. li. 3 ti. 43 & est de presbyte ro non baptizato c. 1. & 3.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrùm character ordinis præsupponat de necessitate characterem Confirmationis.

143 AD Quartum sic proceditur. Videtur, ꝙ ordo præsuppenat de necessitate characterem confirmationis. Quia in his quæ sunt ordinata ad inuicem, sicut medium præsupponit primum, ita vltimum præsupponit medium: sed character confirmationis præsupponit baptismalem quasi primum: Ergo character Ordinis præsupponit characterem confirmationis quasi medium.

¶ 2 Præterea, Qui ad alios confirmandos ponuntur, maximè debent esse firmi. Sed illi qui sacramentum ordinis suscipiunt, sunt aliorum cõfirmatores: ergo ipsi maximè debent habere sacramentum confirmationis.

¶ SED contra, Apostoli receperunt potestatem ordinis ante ascensionem, Ioan. 20. vbi dictum est eis: Accipite Spiritum sanctum, &c. sed cõfirmati sunt post ascensionem per aduentum Spiritus sancti: ergo ordo nõ præsupponit confirmationem.

¶ Respondeo dicendum, quòd susceptionem ordinis præexigitur aliquid quasi de necessitate sacramenti, & aliquid quasi de congruitate. De necessitate enim sacramenti exigitur, ꝙ ille qui accedit ad ordines, sit ordinis susceptiuus: quod competit ei per baptismũ. Et ideo character baptismalis *præsupponitur* de necessitate sacramenti, ita ꝙ sine eo sacramentum ordinis conferri non potest. Sed de congruitate requiritur omnis perfectio, per quam aliquis reddatur idoneus ad exequutionem ordinis, & vnum de istis est vt sit confirmatus. Et ideo de congruitate character ordinis characterem confirmationis præsupponit, & non de necessitate.

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ non est similis habitudo huius medij ad vltimum, & primi ad medium: quia per characterem baptismalem fit homo susceptiuus sacramenti confirmationis, non autem per characterem confirmationis fit homo susceptiuus sacramẽti ordinis: & ideo non est similis ratio.

¶ AD secundum dicendum, ꝙ illa ratio procedit de idoneitate quantùm ad congruitatem.

ARTICVLVS V.

¶ Vtrùm character vnius ordinis de necessitate præsupponat characterem alterius ordinis 144

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur, ꝙ character vnius ordinis præsupponat de necessitate characterem alterius ordinis. Quia maior est conuenientia ordinis ad ordinem, quàm ordinis ad aliud sacramentum: sed character ordinis præsupponit characterem alterius sacramenti, scilicet baptismi: ergo multò fortiùs character vnius præsupponit characterem alterius.

¶ 2 Præterea, Ordines sunt quidam gradus, sed nullus potest peruenire ad posteriorem gradum, nisi prius conscenderit priorem: ergo nullus potest accipere characterem ordinis sequentis, nisi prius acceperit ordinem præcedentem.

¶ Sed contra, Si omittatur aliquid in sacramento qđ sit de necessitate sacramenti, oportet quòd sacramentum iteretur. Sed si aliquis accipiat sequentem ordinem, prætermisso primo, non reordinabit, sed confertur sibi quod deerat, secundùm statuta Canonum. † Ergo præcedens ordo non est de necessitate sequentis. In decret. li. 5 titul. 29. c. Tuæ litteræ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Respondeo dicendum, q̃ non est de necessitate superiorum ordinum, q̃ aliquis minores ordines prius habeat, quia potestates sunt diuinæ, & vna quantum est de sui ratione, non requirit aliam in eodem subiecto. Et ideo etiam in primitiua Ecclesia, aliqui ordinabantur in presbyteros, qui prius inferiores ordines non suscepe-
rant, & tamen poterant omnia, quæ inferiores ordines possunt; quia inferior potestas comprehenditur in superiori virtute, sicut sensus in intellectu, & ducatus in re-
† In decr. Dist. 52. gno. Sed poitea per constitutionem Ecclesiæ † determinatum est, quod ad maiores ordines se non ingerat, qui prius in minoribus officijs se non humiliauit: & inde est
*In decr. in ar. Sed cõtra cita. quod qui ordinantur per saltum secundùm Canones, † non reordinantur, sed id quod omissum fuerat de prędicto dentibus ordinibus, eis confertur.

¶ Ad primum ergo dicendum, q̃ magis conueniunt ordines adinuicem secundum similitudinem speciei, q̃ ordo cum Baptismo: sed secundùm proportionem potentiæ ad actum, magis conuenit baptismus cum ordine quàm ordo cum ordine. Quia per baptismum acquirit homo potentiam passiuam recipiendi ordines; nonautè per ordinem inferiorem datur potentia passiua recipiendi maiores ordines.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ ordines non sunt gradus qui concurrant in actione vna, vel in vno motu, vt oporteat ad vltimum per primum deuenire, sed sunt sicut gradus in diuersis rebus constituti: sicut est gradus inter hominem & Angelum: non oportet autem quod ille qui sit Angelus, prius fuerit homo: similiter ét sunt gradus inter caput, & omnia membra corporis, nec oportet q̃ illud quod est caput, priùs fuerit pes: & similiter est in proposito.

QVAESTIO XXXVI.

De qualitate suscipientium hoc sacramentum, in quinque articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de qualitate suscipientium hoc sacramentum.

¶ Circa quod quæruntur quinque.

¶ Primò, vtrùm in suscipientibus hoc sacramentum requiratur bonitas vitæ.

¶ Secundò, vtrùm requiratur scientia totius sacræ Scripturæ.

¶ Tertiò, vtrùm ex ipso merito vitæ aliquis ordinis gradus consequatur.

¶ Quartò, vtrũ promouens indignos ad ordines, peccet.

¶ Quintò, vtrùm aliquis in peccato existens possit sine peccato ordine susceptо vti.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrùm in suscipientibus ordines requiratur bonitas vitæ.

145 AD primum sic proceditur. Videtur quòd in suscipientibus ordines non requiratur bonitas vitæ. Quia per † ordinem aliquis ordinatur ad dispensationem sacramentorum: sed sacramenta possunt dispensari à bonis, & malis: ergo non requiritur bona vita.
D.Th.ubi sup.art.3. q.1 & seq. † August. lib.3.cõt. lit. Petil. c.54.& 55 tom.7. & in Conc. Cartha.4. cap.33 * ut dictũ est q6.35. artic.1.& Aug. ẽst ex nouo Testa. q.

¶ 2 Præt. Non est maius mysterium quod Deo in sacramentis exhibetur, quàm quod ipsi corporaliter adhibetur: sed à ministerio ipsius corporali non repulit Dominus mulierem peccatricem, & infamem, vt patet Luc. 7. ergo nec à ministerio eius in sacramentis tales sunt amouendi.

¶ 3 Prætereà, Per omnem gratiam datur aliquod remedium contra peccatum: sed illis qui habent peccatũ, non debet aliquod remedium denegari, quod eis valere possit: cùm ergo in sacramento ordinis gratia conferatur,* videtur, quòd debeat etiam peccatoribus hoc sacramentum dari. 93. to. 2. & cõt. lit. Petil. li.2. c. 106. to. 7.

¶ Sed contra Leui. 21. Homo de semine Aaron, qui habuerit maculam, non offeret panes Deo suo, nec accedet ad ministerium eius: sed per maculã (vt dicit gl.) † omne vitium intelligitur: ergo ille qui est aliquo vitio irretitus, non debet ad ministerium ordinis admitti. †Glo. or. ibid. *Refertur in Decre. Cã 8.q.1. c.3.t.incipit. Qualis enim, & dicitur esse ex cõment. sup 1.c. epist. ad Titom † Aug. Doctrinæ mui Dei. * cap. 3. circa finẽ. Augustinũ Lib. 2. contra epist. Parm. c. 11. & li. 2. contra literas Petil. ca. 48. to 7. Decr. li. 3. ti. 15. c. 1.

¶ Præt. Hier.* dicit q̃ non solùm Episcopi, presbyteri & diaconi debent magnoperè prouidere, vt cunctũ populum cui præsident, sermone & conuersatione præcant, verùm etiam inferiores gradus, & omnes qui diuino † oraculo deseruiunt, quia vehementer Ecclesiam Dei destruit meliores esse laicos: quàm clericos; ergo in omnibus ordinibus requiritur sanctitas uitæ.

¶ Respondeo dicendum, q̃ sicut Dionysius dicit in 3. cap.* Eccl. Hier. vt subtiliores, & clariores essentiæ repletæ influxu solariũ splendorũ, lumen in eis superemirepletæ influxu solariũ splendorũ, lumen in eis superemirepletæ influxu solariũ splendorũ, lumen in eis superemirep

Universidad de Deusto
Biblioteca

deserit ecclesiam suam, quin inueniantur idonei ministri sufficientes ad necessitatem plebis, si digni promouerentur, & indigni repellerẽtur: & si non possent tot ministri inueniri, quot modò sunt: melius esset habere paucos ministros bonos, quàm multos malos, vt dicit beatus Clemens*.

In epist. 2 ad Timob. fratrẽ Dñi, post me. & habet in decre. di. 3 c. Tales.

¶ Ad secundum dicendum, quòd temporalia non sunt quærenda, nisi propter spiritualia: vnde omne incõmodum temporale deberet negligi, & omne lucrũ sperni propter spirituale bonum promouendum.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ ad minus hoc requiritur, q̃ nesciat ordinans aliquid contrarium sanctitati in ordinando esse: sed etiam exigitur amplius, vt secundùm mẽsuram ordinis vel officii iniungendi diligentior cura apponatur, vt habeatur certitudo de qualitate promouendorum, saltẽ ex testimonio aliorum; & hoc est quod Apostolus dicit 1. Tim. 5. Manus citò nemini imposueris.

ARTICVLVS V.

¶ *Vtrùm aliquis in peccato existens possit sine peccato ordine suscepto vti.*

649 AD Quintum sic proceditur. Videtur, q̃ aliquis in peccato existens possit sine peccato ordine suscepto vti. Quia peccat, si non vtatur, cùm ex officio teneatur: si ergo vtendo peccat, non potest peccatum vitare, quod est inconueniens:

¶ 2 Præt. Dispensatio est iuris relaxatio: ergo quàmuis de iure esset ei illicitum vti ordine suscepto, tamen ex dispensatione ei liceret.

¶ 3 Præt. Quicunq; cõmunicat alicui in peccato mortali, peccat mortaliter: si ergo peccator in vsu ordinis peccat mortaliter, tunc etiam peccat mortaliter qui ab eo aliquid diuinorum accipit, vel ab eo exigit: quod videtur absurdum.

¶ 4 Præt. Si vtendo ordine suo peccat, ergo quilibet actus ordinis quẽ facit, est peccatum mortale; & ita cùm in vna exequutione ordinis multi actus concurrant, videtur, q̃ multa peccata mortalia committat: quod valdè durum videtur.

Paulò ante medium 3ii epist. ¶ Sed contra est, quod Dionysius in Epistola* ad Demophilum dicit: Talis, scilicet qui non est illuminatus, audax videtur sacerdotalibus manum apponens, & non timet neque verecundatur diuina præter dignitatem exequens, & putans Deum ignorare quæ ipse in seipso cognouit, & decipere æstimat falso nomine patrem ab ipso appellatum, & audet ipsius muneris immundas infamias, (non enim dicã orationes) super diuina signa Christi formiter enuntiare. Ergo sacerdos est quasi blasphemus & deceptor qui indignè suum ordinem exequitur, & sic mortaliter peccat, & eadem ratione quilibet alius ordinatus.

¶ Præt. Sanctitas viræ requisit in susciente ordiné, vt sit idoneus ad exequendũ; sed peccat mortaliter qui cũ peccato mortali ad ordines accedit: ergo multò fortiùs peccat mortaliter in qualibet exequutione sui ordinis.

*Deut. 16 *Decr. d. 81. c. 6. in capit. Maximianus ¶ Respondeo dicendum, quòd lex præcipit † vt homo † iustè ea quæ iusta sunt exequatur: & ideo quicunq; hoc quod sibi competit ex ordine, facit indignè; quod iustum est iniustè exequitur, & contra præceptum legis facit, ac per hoc mortaliter peccat. Quicunque autem cum peccato mortali aliquod sacrum officium pertractat, nõ est dubiũ quin indignè illud faciat: vnde patet, q̃ mortaliter peccat.

¶ Ad primum ergo dicendum, q̃ non est perplexus vt necessitatem peccandi habeat: quia potest peccatum dimittere, vel officium resignare, ex quo obligabatur ad ordinis exequutionem.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ ius naturale est indispẽsabile: hoc autem est de iure naturali, vt homo sancta sanctè pertractet, & contra hoc nullus potest dispensare,

ARTIC. V.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ quamdiu minister Ecclesiæ qui est in peccato mortali, ab Ecclesia sustinetur, ab eo sacramenta eius subditus recipere debet, quia ad hoc est ei obligatus: sed tamen præter necessitatis articulum non esset tutum, q̃ eum induceret ad aliquid sui ordinis exequendum durante tali conscientia, q̃ ille in peccato mortali esset, quam tamen deponere posset, quia in instãti homo à diuina gratia emundatur.

¶ Ad quartum dicendum, q̃ quandocunque homo exhibet se in aliquo acta vt ministrum Ecclesiæ, in peccato mortali existens, mortaliter peccat, & toties quoties huiusmodi actum facit; quia v t Dionysius dicit primo capite Ecclesiasticæ hierarchiæ †: Immundis nec symbola, id est, sacramentalia signa, tangere fas est. Vnde qñ tangunt res sacras, quasi suo officio vtentes, peccant mortaliter. Secus aũt esset, si in aliqua necessitate aliquod sacrũ contingeret, vel exequerentur in illo casu, in quo etiam laicis liceret: sicut si baptizarẽt in aliquo articulo necessitatis, vel si corpus Christi in terram proiectũ colligerent

C. nõ p cul à fine

QVAEST. XXXVII

De distinctione Ordinum, & eorum actibus, & characteris impressione, in quinque articulos diuisa.

CONSEQVENTER agẽdũ est de distinctiõe Ordinũ, & eorũ actibus & characteris impressione.

¶ Circa quod quærunt ur quinque.

¶ Primò, Vtrùm Ordo debeat in plures distingui.

¶ Secundò, quot sint.

¶ Tertiò, Vtrùm debeant distingui per sacros & non sacros.

¶ Quartò, vtrùm actus ordinum conuenienter in litera assignentur.

¶ Quintò, quando Ordinum characteres imprimantur.

ARTICVLVS I.

Vtrum debeant plures ordines distingui.

150 AD Primum sic proceditur. Videtur, q̃ non debeant plures ordines distingui. Quantò enim aliqua virtus est maior, tantò minùs est multiplicata; sed hoc sacramẽtum est dignius aliis sacramentis, inquantum constituit susciptentes in aliquo gradu super alios: cùm ergo alia sacramenta non distinguantur in plura, quæ recipiant prædicationem totius, nec hoc sacramentum debet in plures ordines distingui.

D. Th. 4. di. 24. q. 1. art. 1 q. 1. & seqũs

¶ 2 Præt. Si diuiditur, aut est diuisio totius in partes integrales, aut in partes subiectiuas: non autem in partes integrales, quia sic non reciperent prædicationem totius: ergo est diuisio in partes subiectiuas. Sed partes subiectiuæ recipiunt in plurali prædicationẽ generis remoti, sicut generis proximi, sicut homo & asinus sunt plura animalia, & plura corpora animata. Ergo & sacerdotiũ & diaconatus, sicut sunt plures ordines, ita sunt plura sacramẽta, cùm sacramentum sit quasi genus ad ordines.

¶ 3 Præt. Secundùm Philo. in 8. † Ethic. Regimen in quo vnus tm̃ participatur, † est nobilius q̃ regimen cõmunitatis, quàm aristocratia, qua diuersi in diuersis officiis constituuntur: sed regimen Ecclesiæ debet esse nobilissimum: ergo non deberet esse in Ecclesia distinctio ordinum ad diuersos actus, sed tota potestas deberet apud vnum residere: & sic deberet esse tantùm vnus ordo.

11. 8. c. 12. nõ gentili principio † Alias, principia tur.

¶ Sed contra, Ecclesia est corpus Christi mysticum simile corpori naturali, secundùm Apostolum †: sed in corpore naturali sunt diuersa membrorum officia: ergo & in ecclesia debent esse diuersi ordines.

Parti. ad Ephes. 5. & Coloss. 1. parum ad Ro. 12 & 1. Cor. 12.

¶ Præt. Ministerium noui Testamenti est dignius quã veteris, vt patet 2. Cor. 3. sed in veteri Testamento non solùm sacerdotes sed etiam ministri eorum Leuitæ sanctificabantur; ergo & in nouo Testamento debent consecrari

per ordinis sacramentum nõ solùm sacerdotes, sed ministri eorum; & ita oportet, quòd sint plures Ordines

¶ Respondeo dicendum, quòd Ordinum multitudo est inducta in Ecclesia propter tria. Primò quidem propter Dei sapientiam commẽdandam, quę in distinctione rerũ ordinata maximè relucet, tãin naturalibus, quàm in spiritualibus: quòd significatur in hoc quòd regina Saba videns ordinẽ ministrantiũ Salomoni, nõ habebat vltra spiritũ, deficiens in admiratione sapiẽtię illius*. Secũdò ad subueniendũ humanę infirmitati; quia per vnũ non poterant omnia, quę ad diuina mysteria pertinebãt, expleri, sine magno grauamine: & ideò distinguũtur Ordines diuersi ad diuersa officia: & hoc patet per hoc, q̃ Dominus Num. 11. dedit Moysi septuginta senes populi in adiutoriũ. Tertiò, vt via ꝓficiẽdi hominibus amplior detur; dũ plures in diuersis officijs distribuũtur, vt oẽs sint Dei cooperatores: quo nihil est diuinius, vt Dio.* dicit.

3. Reg. 10. 2. Paral. 9.

ca. 3. cęlest. hierar. circa medium.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd alia sacramenta dantur ad effectus aliquos percipiendos, sed hoc sacramentum datur principaliter ad actus aliquos agendos: & ideo secundum diuersitatem actuum oportet, q̃ Ordinis sacramentum distinguatur, sicut potentię distinguuntur per actus.

¶ Ad secundum dicendum, quòd diuisio Ordinis non est totius integralis in suas partes, neque totius vniuersalis: sed totius potentialis, cuius hæc est natura, quòd totum secundum completam rationem est in vno, in alijs autem est aliqua participatio ipsius: Et ita est hic, tota enim plenitudo sacramenti huius est in vno ordine, scilicet sacerdotio, sed in aliis est quædam participatio ordinis: & hoc significatum est in hoc, quod Dominus dixit Num. 11. Moysi, Auferam de spiritu tuo, tradamq; eis, vt sustentent tecum onus populi. Et ideo omnes ordines sunt vnum sacramentum.

¶ Ad tertium dicendum, quòd in regno quamuis tota potestatis plenitudo resideat penes regem: non tamen excluduntur ministrorum potestates, quæ sunt participationes quædam regiæ potestatis, & similiter est in ordine. In Aristocratia autem apud nullum residet plenitudo potestatis, sed apud omnes.

ARTICVLVS II.

¶ *Vtrùm sint septem ordines.*

151 AD secundum sic proceditur. Videtur, quòd non sint septem ordines. Ordines enim ecclesiæ ordinantur ad actus hierarchicos: sed tres tantum sunt actus hierarchici, scilicet purgare, illuminare, & perficere; secundum quos Dion. distinguit tres ordines in 5. ca. eccl. hier. * ergo non sunt septem.

ca. 5. par. 2.

¶ 2 Præterea, Omnia sacramenta habent efficaciam & auctoritatem ex institutione Christi, vel saltem Apostolorum eius: sed in doctrina Christi & Apostolorum non fit mentio nisi de presbyteris & diaconibus: ergo videtur, quòd non sint alij ordines.

Et ca. 1. eccle. hierar. à med. & c. 9.

¶ 3 Præte. Per sacramentum ordinis constituitur aliquis dispensator aliorũ sacramentorũ: sed alia sacramẽta non sunt nisi sex: ergo debent esse tantum sex ordines.

¶ 4 Sed contra, Videtur, quòd debeant esse plures, quia quantò aliqua virtus est altior, tantò est minus multiplicabilis: sed potestas hierarchica est altiori modo in angelis, quàm in nobis, vt Dionysius* dicit: cùm ergo in hierarchia angelica sint nouem ordines, totidem deberent esse in ecclesia, vel plures.

† In Decretis. di. 21. ca. 2. * In Decretis dist. 25. ca. Perlectis 3 ex Iunioro in epist. ad Ludifreenum, li. 7. Etym. ca. 12

¶ 5 Præterea, Prophetia † Psalmorum est nobilior inter omnes prophetias: sed ad pronuntiandum in ecclesia alias prophetias est vnus ordo, scilicet lectorum: ergo & ad pronuntiandum Psalmos deberet esse alius ordo, & præcipuè cum in Decretis distinct. * 21. Psalmista, secundus ab ostiatio inter ordines ponatur.

¶ Respondeo dicendum, quòd quidam sufficientiam ordinum sumunt per quandam adaptationem ad gratias gratis datas; de quibus habetur 1. Cor. 12. Dicũt. n. quòd sermo sapientiæ competit Episcopo, quia ipse aliorum ordinator est; quod ad sapientiam pertinet: sic nos scientiæ sacerdotij; quia debet habere clauem scientiæ: fides, Diacono; qui prædicat Euangeliũ: opera virtutum, Subdiacono, qui se ad opera perfectionis extẽdit per votum continentię: interpretatio sermonũ, Acolyto: quod significatur in lumine quod defert: gratia sanitatum, exorcistæ: genera linguarũ, Psalmista: prophetæ, lectori, discretio spirituum, Ostiario; * qui quosdã repellit & quosdã admittit. Sed hoc nihil est, quia gratiæ gratis datæ nõ dantur eidem, sicut ordines dantur eidem. Dicitur enim 1. Corinth. 12. Diuisiones gratiarum sunt. Et iterum, ponuntur quædam quæ Ordines non sunt; scilicet Episcopatus & Psalmistatus. Et ideò alij * assignant secundũ quandam assimilationem ad cælestem hierarchiam, in qua ordines distinguuntur secundum purgationem, illuminationem, & perfectionem. Dicunt enim quòd ostiarius purgat exterius, segregrãdo bonos à malis, etiam corporaliter: interius verò, acolytus, quia per lumen q̃ portat significat se interiores tenebras pellere: & vtroque modo exorcista, quia diabolum quem expellit, vtroque modo perturbat: sed illuminatio, quæ fit per doctrinam; quãtum ad doctrinam propheticam, fit per lectores; quantum ad Apostolicam, fit per subdiaconos; quantum ad euangelicã, per diaconos fit. Sed perfectio cõmunionis, vt potę quę est pœnitentiæ & baptismi & huiusmodi, fit per sacerdotem: excellens verò per Episcopum, vt consecratio sacerdotũ & virginũ: sed excellentissima, per summum Pontificem, in quo est plenitudo auctoritatis. Sed hoc nihil est: tum quia ordines cęlestis hierarchiæ non distinguũtur per prędictas actiones hierarchicas, cùm quęlibet cuilibet ordinum conueniat: tum quia secundum Dionysium, † solis Episcopis conuenit perficere; illuminare autem sacerdotibus; purgare autem, ministris omnibus. Et ideo alij appropriant ordines septem donis; vt sacerdotio respondeat donum sapientiæ, quæ nos pane vitæ & intellectus cibat, sicut sacerdos nos pane cælesti reficit; sed timor, ostiario, quia nos separat à malis; & sic in termedij ordines respondent medijs donis. Sed hoc iterum nihil est, quia in quolibet ordinum septiformis gratia datur.

Vide Theophilactum in cap. 19. Luc. De his 7. Ordinibus vide Ambr. in c. 4. epist. ad Ephes. in ea verba, Et ipse dedit, etc. et eõcil. Aquisgranen. c. 6. 7. et 8. et Isidor. lib. 2 de officiis eccl. c. 7. 8. et 10. et eõcil. Romanum sub Sylvestro, can. 1. 2. et 3. † cap. 5. eccle. hierarc. par. 1. à medio, et in tit. Contẽplatio. * cap. 3. eccle. hierarc. circa princ.

¶ Et ideo aliter dicendum, quòd ordinis sacramentũ ad sacramentum Eucharistiæ ordinatur; quod est sacramentum sacramentorũ, vt Dionysius dicit*. Sicut enim tẽplum, & altare, & vasa, & vestes; ita & ministri quiad Eucharistiam ordinantur, cõsecratione indigent: & hęc consecratio est ordinis sacramentum. Et ideo distinctio ordinum est accipienda secundum relationem ad Eucharistiam; quia potestas ordinis aut est ad consecrationem ipsius Eucharistię, aut ad aliquod ministerium ordinatũ ad hoc sacramẽtum Eucharistiæ. Si primo modo, sic est ordo sacerdotum: & ideò cùm ordinantur, accipiũt calicẽ cum vino, & patenam cum pane; accipiẽtes potestatem conficiendi corpus & sanguinẽ Christi. Cooperatio autem ministrorum est vel in ordine ad ipsum sacramentum vel in ordine ad susciptentes. Si primo modo, sic ei tripliciter. Primò enim, est ministerium quo minister cooperatur sacerdoti in ipso sacramento quantum ad dispensationem, sed non quantum ad consecrationẽ, quam solus sacerdos facit: & hoc pertinet ad diaconũ; vnde in litera * dicitur, q̃ ad diaconum pertinet ministrare sacerdotibus in omnibus quæ aguntur in sacramẽtis Christi; vnde & ipse Christi sanguinem dispensat. Secũdò, est ministerium ordinatum ad materiam sacramenti ordinãdam in sacris vasis ipsius sacramenti: & hoc pertinet ad subdiaconũ; vnde dicitur in litera *, quòd vasa corporis & sanguinis domini portant, & oblationes in altari ponunt; † & ideò accipiunt calicem de manu Episcopi, sed vacuum, cùm ordinantur. Tertiò, est ministerium ordinatum ad præsentandum materiam sacramenti: & hoc

Rabanus li. 1. de instit. cleric. c. 7. 8. 9. 10. 11. et 12. * Lib. 4. Sent. dist. 24. para. H. Lib. 4. Sent. dist. 24. para. G. † In 4. cõcil. Carthagine. cap. 4.

competit

Universidad de Deusto
Biblioteca

competit acolyto; ipse enim, vt in litera * dicitur, vrceolum cum vino & aqua præparat; † vnde accipit vrceolum vacuum. Sed ministerium ad præparationem recipientium ordinatum non potest esse nisi super immundos, quia qui mundi sunt, iam sunt ad sacramenta percipienda idonei. Triplex autem est genus immundorum, secundùm Dionysium *. Quidam enim sunt omnino infideles, credere nolentes: & hi totaliter etiam à visione diuinorum & à cœtu fidelium arcendi sunt: & hoc pertinet ad ostiarios. Quidam autem sunt volentes credere, sed nondum instructi, scilicet catechumeni: & ad horum institutionem ordinatur ordo lectorum; † & ideo prima rudimenta doctrinæ fidei, scilicet vetus Testamentum eis legendum committitur. * Quidam verò sunt fideles & instructi, sed impedimentum habentes ex dæmonis potestate, scilicet energumeni: & ad hoc ministerium est ordo exorcistarum. Et omninò sic patet ratio & numeri & gradus ordinum.

* Lib. 4 dist. 24. para. 8.
† Concil. Carthag. 4. c. 6.
* cap. 3. eccl. hier. Part. 3. inter princip. & med.
† Sup. q. 36. art. 2. in ar. Sed cont. & loco, ibidem notato.
* Concil. Carthag. 4. c. 7.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd Dionysius loquitur de ordinibus, non secundùm quòd sunt sacramenta, sed secundùm quòd ad hierarchicas actiones ordinantur: & ideo secundùm actiones illas tres ordines distinguit, quorum primus habet omnes tres, scilicet episcopus. Secundus habet duas, scilicet sacerdos. Sed tertius habet vnam, scilicet purgare, ipse scilicet sacerdos, † qui minister dicitur; & sub hoc omnes inferiores ordines comprehenduntur. Sed ordines habent quòd sint sacramenta, ex relatione ad maximum sacramentorum: & ideo secundum hoc debet numerus Ordinum accipi.

† Aliàs, scilicet diaconus

¶ Ad secundum dicendum, quòd in primitiua Ecclesia propter paucitatem ministrorum omnia inferiora ministeria diaconibus committebantur, vt patet per Dionysium tertio capite Ecclesiasticæ hierarchiæ *. vbi dicit; Ministrorum alij stant ad portas templi clausas, alij aliud proprij ordinis operantur: alij autem sacerdotibus proponunt super altare sacrum panem, & benedictionis calicem. Nihilominus erant omnes prædictæ potestates, sed implicitè, in vna diaconi potestate: sed postea ampliatus est cultus diuinus, & ecclesia quod implicitè habebat in vno Ordine, explicitè tradidit in diuersis: & secundùm hoc dicit Magister * in litera, quòd Ecclesia alios ordines sibi instituit.

c. 3. par. 2. nó procul à principio.
Lib. 4. Sent. dist. 24. parag. 1. in fi. Al. qui.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ordines principaliter ordinantur ad sacramentum Eucharistiæ, ad alia autem per consequens; quia etiam alia sacramenta ab eo, * quod in hoc sacramento continetur, derivantur. Vnde non oportet quòd distinguantur ordines secundùm sacramenta.

¶ Ad quartum dicendum, quòd angeli differunt specie, & propter hoc in eis potest esse diuersus modus accipiendi diuina; & ideo etiam diuersæ hierarchiæ in eis distinguuntur: sed in hominibus tantùm est vna hierarchia; propter vnum modum accipiendi diuina, qui consequitur humanam speciem, scilicet per similitudines rerum sensibilium. Et ideo distinctio ordinum in angelis non potest esse per comparationem ad aliquod sacramentum, sicut est apud nos: sed solùm per comparationem ad hierarchicas actiones, quas in inferiores exercet quilibet ordo in eis: & secundùm hoc nostri ordines eis respondent, quia in nostra hierarchia sunt tres ordines secundùm tres hierarchicas actiones distincti, sicut in qualibet hierarchia vna angelorum.

¶ Ad quintum dicendum, quòd Psalmistatus non est Ordo, sed officium Ordini annexum: quia enim Psalmi cum cantu pronuntiantur: ideo dicitur Psalmista, cantor. Cantor autem non est nomen Ordinis specialis, tum quia cantare pertinet ad totum chorum, tum quia non habet aliquam specialem relationem ad Eucharistiæ sacramentum: quia tamen officium quoddam est, inter Ordines largo modo acceptos quandoque computatur.

ARTICVLVS III.

Vtrùm Ordines debeant distingui per sacros, & non sacros.

AD tertium sic proceditur. Videtur, quòd Ordines non debeant distingui per sacros & non sacros. Omnes enim Ordines sacramenta quædam sunt: sed omnia sacramenta sunt sacra: ergo omnes Ordines sunt sacri.

¶ 2 Præterea, Secundùm Ordines Ecclesiæ non deputatur aliquis nisi ad diuina officia: sed omnia talia sunt sacra: ergo & omnes ordines sunt sacri.

¶ Sed contra est, quòd * Ordines sacri impediunt matrimonium contrahendum, & dirimunt contractum: sed quatuor inferiores Ordines non impediunt contrahendum, nec dirimunt contractum: ergo non sunt sacri Ordines.

Infrà q. 53. ar. 3. & 4.

¶ Respondeo dicendum, quòd Ordo dicitur sacer dupliciter, Vno modo, secundum se: & sic quilibet Ordo est sacer, cùm sit sacramentum quoddam. Alio modo, ratione materiæ, circa quam habet aliquem actum: & sic Ordo sacer dicitur, qui habet aliquem actum circa rem aliquam consecratam; & sic sunt tantum tres Ordines sacri, scilicet Sacerdotium & Diaconatus, qui habent actum circa corpus Christi & sanguinem consecratum: & subdiaconatus, qui habet actum circa vasa consecrata: & ideo etiam eis continentia indicitur, vt sancti & mundi sint qui sancta tractant.

Suprà q. 5. ar. 5.

¶ Et per hoc patet solutio AD OBIECTA.

ARTICVLVS IIII.

Vtrùm actus ordinum conuenienter in litera assignentur.

AD quartum sic proceditur. Videtur, quòd actus ordinum inconuenienter in litera * assignentur. Quia per absolutionem præparatur aliquis ad corpus Christi sumendum: sed præparatio suscipientium sacramentum pertinet ad inferiores ordines: ergo inconuenienter absolutio à peccatis ponitur inter actus sacerdotis.

D. Thom. in 4. sent. dist. 24. q. 2. ar. 2. q. 2. vnica. * Lib. 4. Sent. dist. 24. per totam dist.

¶ 2 Præterea, Homo per baptismum est immediatè Deo configuratus, characterem configurantem suscipiens: sed orare & offerre oblationes sunt actus immediatè ad Deum ordinati: ergo quilibet baptizatus potest hos actus facere & non soli sacerdotes.

¶ 3 Præterea, Diuersorum ordinum diuersi sunt actus: sed oblationes in altari ponere, & epistolam legere, ad subdiaconum pertinet; crucem etiam ferunt subdiaconi coram Papa: ergo hi non debent poni actus Diaconi *.

* Isidor. epist. ad Ludif.

¶ 4 Præterea, Eadem veritas continetur in veteri & nouo Testamento: * sed legere vetus Testamentum est Lectorum: ergo eadem ratione & legere nouum, & non diaconorum.

* Supra q. 36. ar. 2. in corp.

¶ 5 Præterea, Apostoli nihil aliud prædicauerunt quàm euangelium Christi, vt patet Rom. 1. sed doctrina Apostolorum committitur subdiaconis enuntianda: ergo & doctrina Euangelij.

¶ 6 Præterea, Secundum Dionysium, † quod est superioris ordinis, non debet inferiori conuenire: sed ministrare cum vrceolo est actus subdiaconorum: ergo non debet' acolytis attribui.

† ex. 5. cæles. Hierar. part. 1. in titulo commentatio.

¶ 7 Præterea, Actus spirituales debent corporalibus præminere: sed acolytus non habet nisi actum corporalem: ergo exorcista non habet actum spiritualem pellendi dæmones, cùm sit inferior.

¶ 8 Præterea, Quæ magis conueniunt, iuxta se ponenda sunt: sed legere vetus Testamentum maximè debet conuenire cùm lectione noui Testamenti, quæ competit superioribus ministris: ergo * legere vetus Testamentum non debet poni actus lectoris, sed magis acolyti, & præcipuè, cùm lumen corporale quod acolyti deferunt, significet lumen spiritualis doctrinæ.

In decretis dist. 25. c. 1

¶ 9 Præterea, In quolibet actu ordinis spiritualis, debet esse aliqua vis spiritualis, quam habeant ordinati præ alijs: sed in apertione & clausione ostiorum non habent aliam potestatem ostiarij quàm alij homines: ergo hoc non debet poni actus ipsorum.

¶ Respondeo dicendum, quòd cùm consecratio, quæ fit in ordinis sacramento, ordinetur ad sacramentũ eucharistiæ, vt dictũ est, * ille est principalis actus vniuscuiusque ordinis, secundum quem magis proximè ordinatur ad eucharistiæ sacramentum: & secundum hoc ét vnus ordo est alio eminentior, secundum quod vnus actus magis de proximo ad prædictum sacrm ordinatur. Sed quia ad Eucharistiæ sacramentum quasi dignissimũ multa ordinantur: ideo non est inconueniens, vt præter principalem actum, ét multos actus vnus ordo habeat, & tantò plures quantò est eminentior: quia virtus quãtò est superior, tantò ad plura se extendit.

Ar præcc. corp. & ar. 2. huius q. ad 2.

¶ Ad primũ ergo dicendum, q̃ duplex est præparatio suscipientium sacramentum. Quædam remota, & hæc p ministros efficitur. Quædam proxima, qua statim efficiuntur idoneiad sacramentorum dispensationem, & hæc pertinet ad sacerdotes: quia etiam in naturalibus ab eodem agente fit materia in vltima dispositione ad formam, & recipit formam. Et quia in proxima dispositione ad eucharistiã fit aliquis per hoc, quod à peccatis purgatur: ideo omnium sacramentorum, quæ sunt instituta principaliter ad purgationem peccatorum, est minister proprius sacerdos, scilicet baptismi, pœnitentiæ, & extremæ vnctionis.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ actus aliqui immediatè ad Deum ordinantur dupliciter. Vno modo ex parte vnius personæ tantùm, sicut facere orationes singulares & vouere, & huiusmodi: & talis actus competit cuilibet baptizato. Alio modo ex parte totius ecclesiæ: & sic solus sacerdos habet actus immediatè ad Deum ordinatos quia ipse solus potest agere personam totius ecclesiæ, qui consecrat Eucharistiam, quæ est sacramẽtum vniuersalis ecclesiæ.

¶ Ad tertium dicẽdum, q̃ oblationes à populo oblatæ per sacerdotem offeruntur: & ideo duplex ministeriũ circa oblationes est necessarium. Vnum, ex parte populi & † hoc est subdiaconi, qui accipit oblationes à populo & altari imponit, vel offert diacono. Aliud ex parte sacerdotis, & * hoc diaconi est, qui oblationes ministrat ipsi sacerdoti: & in hoc est actus principalis vtriusq; ordinis, & propter hoc ordo diaconi est superior. Legere aũt epistolam non est actus diaconi, nisi f̃m quod actus inferiorum ordinum superioris attribuuntur: similiter etiã crucem ferre, & hoc f̃m consuetudinem aliquarum ecclesiarum, quia in actibus secundarijs non est inconueniens diuersas consuetudines esse.

† Decr. di. 21. c. 2.
* Decr. di. 25. c. 1. & Isidor. li. 7 Etym. c. 12. & in Epist. ad Ludi. fredum.

¶ Ad quartum dicendum, q̃ doctrina est remota præparatio ad sacramentum suscipiendum, & ideo pronuntiatio doctrinæ, ministris committitur. Sed doctrina veteris Testamenti adhuc est magis remota, quàm doctrina noui, quia non instruit de hoc sacramento, nisi in figuris: * & ideo nouum Testamentum superioribus ministris pronuntiandum committitur, vetus autem inferioribus: doctrina etiam noui Testamenti perfectior est (quam Dominus per seipsum tradidit,) quàm ipsius manifestatio per Apostolos. Et ideo Euangelium diaconis epistola subdiaconis committuntur.

* Isid. li. 6. Epist. ad Ludifredum, & hi in decr. 21. c. 2. ad med.

¶ Et per hoc patet solutio. Ad quintum.

¶ Ad sextum dicendum, q̃ † acolyti habent actum super vrceolum tantùm, non super ea quæ in vrceolo cõtinentur, sed subdiaconus habet actum super contenta in vrceolo, quia * vtitur aqua, & vino ad ponendum in calice, & aquam iterum manibus sacerdotis præbet. Et diaconus, sicut & subdiaconus, solùm habet actum sup calicem, non super contenta: sed sacerdos, super contenta: & ideo sicut † subdiaconus in sui ordinatione accipit calicem vacuum, sacerdos plenum: ita * acolytus vrceolum vacuum, † sed subdiaconus plenum, & sic est quædam connexio in ordinibus.

† Cõc. Carth. 4. c. 6.
* Isid Epi. ad Ludifredũ, & Cõc. Carth. 4. c. 5. & decr. di. 23. c. 16.
† Ibidem.
* Ibidẽ in Cõc. Car. cap. 6.
† Ibidẽ c. 5

¶ Ad septimum dicendum, quòd corporales actus acolyti magis de proximo ordinantur ad actum sacrorũ ordinum, quàm exorcistæ actus. quàmuis sit aliquo modo spiritualis: quia acolyti habent ministerium super vasa, in quibus materia sacramenti continetur, quantum ad vinum, quod vasa continente indiget propter sui humiditatem: & ideo inter omnes ordines † ordo acolyti rum superior est.

† Aliàs inter ordines minores.

¶ Ad octauum dicendum, q̃ actus acolytorum sc habet propinquiùs ad actus principales superiorum ministrorum, q̃ actus aliorum minorum ordinum, vt per se patet: & similiter etiam quantum ad actus secundarios, quibus populum per doctrinam disponunt; * quia acolytus doctrinam noui Testamenti uisibiliter figurat, lumen portans: sed lector, recitando figuras alias, & ideo acolytus est superior. Similiter ét exorcista: quia sicut se habet actus lectoris ad actũ secũdariũ diaconi, & subdiaconi, ita se habet actus exorcistę ad secundariũ actũ sacerdotis, s. ligare & absoluere, per quę * corporaliter homo à seruitute diaboli liberatur. Et in hoc patet ordinatissimus ordinis progressus, quia sacerdoti, quantũ ad actum eius principalem, s. consecrare corpus Christi: cooperantur tantùm tres superiores Ordines: sed quantum ad actum eius secundarium, qui est absoluere & ligare, cooperantur superiores, & inferiores.

* Isid. li. 7. Ety. c. 12.
* Aliàs tamen taliter.

¶ Ad nonum dicendum, q̃ quidam dicunt q̃ in susceptione ordinis, ostiario datur quædam vis diuina, vt arcere possit alios ab introitu templi: * sicut & in Christo fuit quando eiecit vendentes de templo: sed hoc magis pertinet ad gratiã gratis datam, quàm ad gratiam sacramenti.

* 4. Sen. di. 24. § G.

¶ Et ideo dicendum, quod suscipit potestatem, vt ex officio hoc agere possit, quàmuis etiam & hoc ab alijs fieri possit, sed non ex officio. Et ita est in omnibus actibus minorum ordinum, quòd possint per alios licitè fieri, quàmuis illi ad hoc non habeant aliquod officium, sicut etiam in domo non consecrata potest dici Missa, quàmuis consecratio ecclesiæ ad hoc ordinetur, vt in ea missa dicatur.

ARTICVLVS V.

¶ Vtrùm sacerdoti character imprimatur in ipsa calicis porrectione.

154 D. Th. ubi sup. art. 3. quæst.

AD quintũ sic proceditur. Videtur, q̃ sacerdoti character non imprimatur in ipsa calicis porrectione: quia consecratio sacerdotis fit cum quadam vnctione, sicut & confirmatio: sed in confirmatione in ipsa unctione imprimitur character: ergo etiam in sacerdotio, & non in calicis porrectione.

¶ 2 Præt. Dominus dedit discipulis sacerdotalẽ potestatem, quando dixit, Accipite spiritum sanctum; quorũ remiseritis peccata, &c. Ioan. 20. sed spiritus sanctus datur per manus impositionem, ergo & in ipsa manus impositione imprimitur character Ordinis.

¶ 3 Præt. Sicut consecrantur ministri, ita & vestes ministrorum: sed vestes sola benedictio consecrat, ergo & in ipsa benedictione episcopi consecratio sacerdotis efficitur.

¶ 4 Præt. Sicut sacerdoti datur calix, ita & vestis sacerdo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

erdotalis, si ergo in datione calicis imprimitur character, eadem ratione & in datione casulæ, & sic sacerdos haberet duos characteres, quod falsum est.

¶ 5 Præterea, Ordo diaconi conformior est ordini sacerdotis, quàm ordo subdiaconi, sed si character imprimeretur sacerdoti in ipsa calicis porrectione, subdiaconus esset cõformior sacerdoti, quàm diaconus; quia subdiaconus characterem recipit in ipsa calicis porrectione non autem diaconus, ergo character sacerdotalis non imprimitur in ipsa calicis porrectione.

Ar. præce. ad 6. Isid. li. 7. c. 12. & in epi. ad Ludif. & hf 4. Sé. dist. 24.

¶ 6 Præterea, Acolytorum ordo magis appropinquat ad actum sacerdotis per hoc, q̃ habet actum super vrceolum, q̃ per hoc, q̃ habet actum super candelabrum: sed magis imprimitur character in acolytis quando accipiunt candelabrum; quàm quando accipiunt vrceolũ, quia nomen acolyti, cerei portationem significat: ergo in sacerdote nõ imprimitur character, quando calicem accipit.

¶ Sed contrà, Principalis actus ordinis sacerdotis est consecrare corpus Christi: sed ad hoc datur sibi potestas in calicis porrectione, ergo tunc imprimitur character.

Ar. præc. ad 1. † Isid. lo li 7 & Mic. 2.

¶ Respondeo dicendum, q̃ (sicut dictum * est) eiusdem est formam aliquam inducere, & materiam de proximo præparare ad formam. Vnde Episcopus in collatione ordinum duo facit, præparat enim ordinandos ad ordinis susceptionem, & ordinis potestatẽ tradit. Præparat quidẽ, & instruendo eos de proprio officio, & aliquid circa eos operando, vt idonei sint ad potestatẽ accipiendam. Quæ quidem præparatio in tribus consistit, s. benedictione, manus impositione, & vnctione. Per benedictionem diuinis obsequijs mancipantur, & ideo benedictio omnib. datur. Sed per manus impositionem datur plenitudo gratiæ, per quam ad magna officia sint idonei: & ideo solis diaconibus, & sacerdotibus fit manus impositio, quia eis cõpetit dispensatio sacramentorũ: quãuis, sicut principali, & alteri, sicut ministro. Sed in vnctione, ad aliquod sacramentum tractandũ cõsecrantur, & ideo vnctio solis sacerdotibus fit, qui proprijs manib. corpus Christi tangunt: sicut ét calix linungitur, qui cõtinet sanguinem, & patena, quę continet corpus. Sed potestatis collatio fit per hoc, quòd datur eis aliquid quod ad proprium actum pertinet, & quia principalis actus sacerdotis est consecrare corpus, & sanguinem Christi, ideo in ipsa datione calicis sub forma verborum determinata, character sacerdotalis imprimitur.

¶ Ad primum ergo dicendum, q̃ in confirmatione non datur officium operandi super aliquam materiam exteriorem: & ideo character ibi non imprimitur in aliqua exhibitione alicuius rei, sed in sola manus impositione, & vnctione, sed in ordine sacerdotali aliter est. Et ideo non est simile.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ Dominus discipulis dedit sacerdotalem potestatem, quantùm ad principalẽ actum, ante passionem in cœna, quando dixit, Accipite, & manducate, vnde subiunxit, Hoc facite in meam cõmemorationem, sed post resurrectionem dedit eis potestatem sacerdotalem, quantùm ad actum secundarium, qui est ligare, & soluere.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ in uestibus non requiritur alia consecratio nisi, q̃ diuino cultui mancipẽtur, & ideo sufficit eis pro consecratione benedictio, sed aliter

In cor. ar. est de ordinatis, ut ex dictis * patet.

¶ Ad quartum dicendum, quòd vestis sacerdotalis non significat potestatem sacerdoti datam, sed idoneitatem, quæ in eo requiritur ad actum potestatis exequendũ, & ideo nec sacerdoti, nec alicui alij imprimitur character in alicuius uestis datione.

¶ Ad quintum dicendum, q̃ potestas diaconi est media inter potestatem subdiaconi, & sacerdotis, sacerdos enim directè habet potestatem super corpus Christi, sub diaconus autem super vasa tantùm, sed diaconus super corpus Christi in vase contentum, vnde eius non est tãgere corpus Christi, sed portare corpus in patena, & dispensare sanguinem cum calice; & ideo eius potestas ad actum principalem non potuit exprimi, nec per dationem vasis tantùm, nec per dationem materiæ: sed exprimitur potestas eius ad actum secundarium tantùm, in hoc quòd datur ei liber Euangeliorum, & in hac potestate intelligitur alia. Et ideo in ipsa libri datione imprimitur character.

¶ Ad sextum dicendum, q̃ principalior actus acolyti est, quo ministrat in vrceolo, quàm quo ministrat in cãdelabro, quamuis denominetur ab actu secundario, propter hoc, q̃ est magis notus, & magis ,prius ei: & ideo in datione vrceoli imprimitur acolyto character, virtute verborum ab episcopo prolatorum.

QVAESTIO XXXVIII.

De conferentibus hoc sacramentum, in duos articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de conferenti bus hoc sacramentum.

¶ Circa quod quæruntur duo.

¶ Primò, vtrùm solus Episcopus possit hoc sacramentum conferre.

¶ Secundò, vtrùm hæreticus, vel quicunque alius ab ecclesia præcisus possit hoc sacramentum conferre.

ARTICVLVS I.

¶ *Vtrum tantum Episcopus Ordinis sacramentum conferat.*

AD primum sic proceditur. Videtur, q̃ non tantũ episcopus ordinis sacramentum conferat. Quia manus impositio ad consecrationem aliquid facit: sed sacerdotibus, qui ordinantur, non solus Episcopus manus imponit, sed ét sacerdotes adstantes: ergo non solus Episcopus confert ordinis sacramentum. 155 D. Tho. 4. dist. 25. q. 1. art. 1.

¶ 2 Præt. Tunc vnicuiq; datur potestas ordinis cui exhibetur, quod ad actũ sui ordinis pertinet, sed subdiaconis datur vrceolus cum aquamanili, & manutergio ab archidiacono, similiter acolytis candelabrum cũ cereo, & vrceolus vacuus: ergo non solus Episcopus confert ordinis sacramentum. * uthẽsis Cõ. Carth. 4. c. 5. & 6.

¶ 3 Præt. Illa quæ sunt ordinis non possunt alicui cõmitti, * qui non habet ordinem; sed conferre ordines minores committitur aliquibus, qui non sunt Episcopi, sicut presbyteris Cardinalibus: ergo conferre ordines, nõ est episcopalis ordinis. 2. 2. q. 185. ar. 1. subb. corp.

¶ 4 Præt. Cuicunque committitur principale, committitur & accessorium; sed ordinis sacramentum ordinatur ad Eucharistiam sicut accessorium ad principale: cùm ergo sacerdos conficiat Eucharistiam, ipse etiam poterit ordines conferre.

¶ 5 Præterea, Plus distat sacerdos à diacono, quã Episcopus ab episcopo: sed Episcopus potest cõsecrare Episcopum: ergo & sacerdos potest promouere diaconũ. † Alias plus distat diaconus, ab epõ, q̃ à sacerdote, sed ep̃s post diaconos facere, ergo & simplex sacerdos.

¶ Sed contra, Nobiliori modo applicantur ad diuinum cultum ministri per ordines, quàm vasa sacra: sed consecratio vasorum pertinet ad solutum Episcopum: ergo multò fortiùs consecratio ministrorum.

¶ Præt. Sacramentum ordinis est excellentius, quàm confirmationis: sed solus episcopus cõfirmat: ergo multò magis solus confert ordinis sacramentum.

¶ Præt. Virgines per benedictionem non constituuntur in aliquo gradu spiritualis potestatis, sicut ordinati constituuntur: sed virgines benedicere est solius Episcopi: ergo multò magis solus ipse potest aliquos ordinare.

¶ Respondeo dicendum, quòd potestas episcopalis habet se ad potestatem ordinum inferiorum, sicut politica quæ coniectat † bonum commune ad inferiores artes & virtutes, quæ coniectant aliquod bonum speciale, vt ex dictis patet. Politica autem ponit, vt dicitur in 1. Ethic. † legem inferioribus, scilicet quis quam debeat exercere, & quantum & qualiter: & ideò ad Episcopum pertinet in omnibus diuinis mysterijs aliquos collocare. Vnde ipse solus cõfirmat, quia confirmati in quodam officio confitendi fidem constituuntur. Et ideò ipse etiã solus † virgines benedicit, quæ figuram gerunt Ecclesiæ Christo desponsatę, cuius cura ipsi principaliter committitur. Ipse etiam in ministerijs ordinum ordinandos consecrat, & vasa quibus vti debent, eis determinat sua consecratione: sicut etiam officia sęcularia in ciuitatibus distribuuntur ab eo, qui habet excellentiorem potestatem, sicut à Rege.

† Alias, cõmunicat. & Paulò post communicãt. lib. 1. ca. 2. Isid. in Epi. ad Ludifredũ. & habetur in decretis di. 25. c. 2.

Ar. præcor. vt dicitur in Conci. Carthag. 4. cap. 3. * Ibidem cap. 4. † In Decret. lib. 1. titulo 23.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd in impositione manuum non datur character sacerdotalis ordinis, vt ex dictis * patet; sed gratia, secundùm quam ad exequendũ ordinem sint idonei: & quia indigent amplissima gratia, ideò † sacerdotes manus cũ Episcopo imponũt eis, qui in sacerdotes ꝓmouent; * sed Diaconis solus Episcopus.

¶ Ad secundum dicendum, quòd quia † archidiaconus est quasi princeps ministerij, ideò omnia quæ ad ministerium pertinent, ipse tradit; sicut cereum, quo acolytus Diacono seruit ante Euangelium, ipsum portando; & vrceum, quo seruit subdiacono. & similiter dat subdiacono ea, quibus superioribus ordinibus seruit; sed tamẽ in illis non consistit principalis actus subdiaconi, sed in hoc q̃ cooperatur circa materiam sacramenti, & ideò characterem accipit in hoc quòd datur ei calix ab episcopo: sed acolytus accipit characterem ex verbis Episcopi, in hoc quòd accipit prædicta ab Archidiacono; & magis in acceptione vrceoli, quàm candelabri. Vnde non sequitur quòd archidiaconus ordinem conferat.

¶ Ad tertium dicendum, quòd Papa qui habet plenitudinem potestatis pontificalis, * potest committere nõ Episcopo ea quæ ad Episcopalem dignitatem pertinent, dummodo illa non habeant immediatam relationem ad verũ corpus Christi: & ideò ex eius cõmissione aliquis sacerdos simplex potest cõferre minores ordines, & cõfirmare, non * autem aliquis non sacerdos; nec iterũ sacerdos maiores ordines, qui habent immediatam relationẽ ad corpus Christi, supra quod consecrandum Papa non habet maiorem potestatem, quàm simplex sacerdos.

Hęc eadẽ lat. Tho. in 4. dist. in 7. q. 3. arti. 1. q. 3. * Hieron in Dial. cõtra Luciter.

¶ Ad quartum dicendum, quòd quamuis sacramentum Eucharistiæ sit * maximum sacramentum in se; tamen non collocat in aliquo officio, sicut ordinis sacramentum: & ideò non est similis ratio.

* Alias, maximũ ꝓ principalius sacramento ordinis, in se.

¶ Ad quintum dicendum, quòd ad communicandum alteri quòd quis habet, non exigitur solum propinquitas, sed completio potestatis: & quia sacerdos non habet completam potestatem in hierarchicis officijs, sicut Episcopus, ideò non sequitur quòd possit Diaconos facere, quamuis ille ordo sit sibi propinquus.

¶ 3 Præterea, In nulla communitate ille qui à communitate expellitur, potest officia communitatis disponere: sed ordines sunt quædam officia Ecclesiæ: ergo ille qui extra Ecclesiam ponitur non potest ordines cõferre.

08 ¶ 4 Præterea, * Sacramenta habent efficaciam ex passione Christi: sed hæreticus non continuatur passioni Christi; neque per propriam fidem, cùm sit infidelis; neque per fidem Ecclesiæ, cùm sit ab ecclesia separatus: ergo non potest sacramentum ordinis conferre. * 3. p. q. 6. ar. 5.

¶ 5 Præterea, In ordinis collatione exigitur benedictio: sed hæreticus non potest benedicere, quinimo benedictio sua in maledictionem vertitur, vt patet per auctoritates in litera inductas: * ergo non potest ordines conferre. li. 4. Sẽt. dist. 13. parag. A. ante hinẽ. & in decretis ca fa 1. q. 1. per multa capita

¶ Sed contra est, quòd aliquis Episcopus in hæresim lapsus quando reconciliatur, non iterum consecratur: ergo non amisit potestatẽ, quã habebat, ordines cõferendi.

¶ 2 Præterea, Maior est potestas conferendi ordines, quàm potestas ordinum: sed potestas ordinum non amittitur propter hæresim, vel aliquid huiusmodi: ergo nec potestas ordines conferendi.

¶ 3 Præterea, Sicut baptizans exhibet tantùm ministerium exterius, ita & cõferens ordines, Deo interius operãte: sed † nulla ratione aliquis ab Ecclesia præcisus amittit baptizandi potestatem: ergo nec ordines conferendi. lib. 4 de bap. cõt. Donatis. cap. 4.

¶ Respondeo dicendum, quòd circa hoc ponuntur in litera quatuor opiniones. Quidam enim dixerunt quòd hæretici quandiu ab Ecclesia tolerantur, habent potestatem ordines conferendi, non autem postquam fuerint ab ecclesia præcisi: similiter nec degradati, & alij huiusmodi: & hæc est prima opinio. Sed hoc non potest esse, quia omnis potestas quæ datur cum aliqua consecratione, nullo casu contingente tolli potest re ipsa durante, sicut nec ipsa consecratio annullari, quia etiam altare, vel chrisma semel consecrata, perpetuo consecrata manent: vnde cùm episcopalis potestas cum quadam consecratione detur, oportet quòd perpetuo maneat, quantùmcunque aliquis peccet, vel ab ecclesia præcidatur. Et ideò alij dixerunt, quòd præcisi ab ecclesia, quilibet ecclesia episcopalem potestatem habuerunt, retinent potestatem altos ordinandi & promouendi, sed promoti ab eis, hoc non habent: & hęc est quarta opinio. Sed hoc etiam non potest esse, quia si illi qui fuerunt in ecclesia promoti, retinent potestatem quàm acceperunt, patet quòd exequendo suam potestatem, veram consecrationem faciunt: & ideò verè tribuunt omnem potestatem, quæ cum consecratione datur, & sic ordinati ab eis, vel promoti habent eandem potestatem quàm ipsi. Et ideo alij dixerũt quòd etiam præcisi ab ecclesia possunt ordines conferre & alia sacramenta, (dummodo formam * debitam & intentionẽ seruent) & quantum ad primum effectum, qui est collatio sacramenti, & quantum ad vltimum, qui est collatio gratię: & hęc est secunda opinio. Sed hoc etiã non potest stare, quia ex hoc ipso quòd aliquis hæretico præciso ab Ecclesia in sacramentis communicat, peccat, & ita fictus accedit, & gratiam consequi nõ potest, nisi fortè in baptismo in articulo necessitatis. Et ideò alij † dicunt, q̃ vera sacramenta conferunt, sed cum eis gratiã non dant, non propter inefficaciam sacramentorũ, sed propter peccata recipientium ab eis sacramenta contra prohibitionem Ecclesię: & hęc est tertia opinio, quę vera est. * In Con cil. Nicẽno ca. 19. & 4. Sẽt. di. 25. parag. C. Ambr. de ijs qui myst. initiantur. c. 4. Aug. lib. 6. de bapt. ca. 1. & li. 4. cap. 1. & 25. & li. 3 ca. 13. & 15. & li. 1. cap. 2. & cont. Cres. lib. 2. ca. 10. & 7.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd effectus absolutionis non est aliud quàm remissio peccatorum, quę per gratiam fit; & ideò hereticus non potest absoluere, sicut nec gratiam in sacramentis conferre: & iterum quia ad absolutionem requiritur iurisdictio, quam non habet ab Ecclesia præcisus.

¶ Ad secundum dicendum, quòd in promotione ipsius Episcopi datur sibi potestas, quæ perpetuò manet in eo, quàmuis dici non possit character: quia per eam non ordinatur homo directè ad Deum, sed ad corpus Christi mysticum:

ARTICVLVS II.

¶ *Vtrùm hæretici, & ab Ecclesia præcisi possint ordines conferre.*

156 D. Tho. 4. dist. 25. q. 1. ar. 2. & Magi. 4. Sentẽt. dist. 25. † Sup. q. 29. art. 6.

AD secundum sic proceditur. Videtur, quòd hæretici & ab Ecclesia præcisi non possint ordines conferre. Maius est enim conferre ordines, quàm aliquem absolue re vel ligare: † sed hæreticus non potest absoluere vel ligare: ergo nec ordines conferre.

¶ 2 Præterea, Sacerdos ab ecclesia separatus conficere potest, quia in eo character indelebiliter manet, per quem hoc potest: sed episcopus non accipit aliquem characterem in sui promotione: ergo non est necesse quòd episcopalis potestas remaneat in eo post separationem eius ab Ecclesia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mysticum: & tamen indelebiliter manet sicut character, quia per consecrationem datur.

¶ Ad tertium dicendum, quòd illi qui promouentur ab hæreticis, quàmuis accipiant ordinem, non tamen recipiunt executionem, vt licitè possint in suis ordinibus ministrare, ratione illa, quam obiectio tangit.

¶ Ad quartum dicendum, quòd per fidem Ecclesiæ continuatur passioni Christi: quia quàmuis in ea non sint secundùm se, sunt tamen in ea secundùm formam Ecclesiæ, quam seruant.

¶ Ad quintum dicendum, quòd hoc est referendum ad vltimũ effectũ sacramẽtorũ, vt tertia opinio dicit.

QVAESTIO XXXIX.

De impedimentis huius sacramenti, in sex articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de impedimentis huius sacramenti.

¶ Circa quod quæruntur sex.

¶ Primò, vtrũm sexus fœmineus impediat huius sacramenti susceptionem.

¶ Secundò, vtrũm carentia vsus rationis.

¶ Tertiò, vtrũm seruitus.

¶ Quartò, vtrũm homicidium.

¶ Quintò, vtrũm illegitima natiuitas.

¶ Sextò, vtrũm defectus membrorum.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrũm sexus fœminius impediat ordinis susceptionem.

157 D. Tho. vbi sup. q. 2. art. 1. & 2.

AD primum sic proceditur. Videtur, quòd sexus fœmineus non impediat ordinis susceptionem, quia officium prophetæ est maius, quàm officium sacerdotis, quia propheta est medius inter Deum & sacerdotes, sicut sacerdos, inter Deum & populum: sed prophetę officium aliquando mulieribus est cõcessum, vt patet 4. Regum 22. ergo & sacerdotij officiũ eis competere potest.

¶ 2 Præterea, Sicut ordo ad quandam eminentiam pertinet, ita & prælationis officium, & martyrium, & religionis status. Sed prælatio committitur mulieribus in nouo Testamento, vt patet de Abbatissis: & in veteri, vt patet de Delbora, quæ iudicauit Israel, Iudic. 4. Competit etiam eis martyrium & religionis status. Ergo & ordo ecclesiæ.

¶ 3 Præterea, Ordinum potestas in anima fundatur: sed sexus non est in anima: ergo diuersitas sexus non facit distinctionem in receptione ordinum.

¶ Sed contra est, quod dicitur 1. ad Timot. 2. Mulierẽ in ecclesia docere, non permitto, nec dominari in virum.

¶ Præterea, In ordinandis præexigitur corona, quàm viis non de necessitate sacramenti: sed corona vel tonsura non competit mulieribus, vt patet 1. ad Corinth. 11. ergo nec ordinum susceptio.

¶ Respondeo dicendum, quòd quædam requiruntur in recipiente sacramentum, quasi de necessitate sacramenti: quę si desint, non potest aliquis suscipere, neque sacramentum, neque rem sacramenti. Quędam verò requiruntur non de necessitate sacramenti, sed de necessitate præcenti, propter cõgruitatem ad sacramentũ: & sine talibus aliquis suscipit sacramentũ, sed non rem sacramenti. Dicendum ergo quòd sexus virilis requiritur ad susceptionem ordinum, non solum secundo modo, sed etiam primo. Vnde etsi mulieri exhibeãtur omnia, quę in ordinibus fiunt, ordinẽ tamẽ non suscipit †*: quia cùm sacramentũ sit signum, in his, quæ in sacramento aguntur, requiritur non solùm res, sed significatio rei, sicut dictum est, * in extrema vnctione requiri quod sit infirmus, vt si gnificetur curatione indigens. Cùm igitur in sexu fœmineo nõ possit significari aliqua eminentia gradus, * quia mulier statum subiectionis habet: ideo nõ potest ordinis sacramentum suscipere. Quidam autem dixerunt quòd sexus virilis est de necessitate præcepti, sed non de necessitate sacramẽti: quia etiam in decretis † fit mentio de diaconissa & presbytera. Sed diaconissa ibi dicitur, quæ in aliquo actum diaconi participat, scilicet quæ legit homiliam in ecclesia: presbytera autem dicitur vidua, quia presbyter idem est quod senior.

Aug. de hæresib. ad quod vult De hæresiũ, co. 7. 27 Epipha. hæresi. 42 cõt. Marcion. & hæresi. 49 *supra, q. 32. art. 1. * 1. ad cor. 11. † Decret. di. 32. ca. 19. incipit mulieres, & di. 88. c. 1. Et cauſ. 27. q. 1. ca. 23. ex Concil. Carthagine. cap. 15.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd prophetia non est sacramẽtum, sed Dei donum: vnde ibi non exigitur significatio, sed solum res. Et quia secundum rem in his, quę sunt animæ, mulier non differt à viro, cùm quandoque mulier inueniatur melior, quantum ad animam, multis viris: ideo donum prophetiæ, & alia huiusmodi potest recipere, sed non ordinis sacramentum.

¶ Et per hoc patet solutio Ad Secundum Et tertium. De* Abbatissis tamen dicit, quòd non habent prælationem ordinariam, sed quasi ex commissione, propter periculum cohabitationis virorum ad mulieres. Delbora autem in temporalibus præfuit, non in sacerdotalibus, sicut & nunc possunt mulieres temporaliter dominari. Supra qu. 19. art. 3. arg. 4. & eius solu.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrùm pueri, & carentes vsu rationis, ordines possint suscipere.

158 Li. 4 sent. di. 25. §. 1.

AD secundum sic proceditur. Videtur, quòd pueri, & qui carent vsu rationis, non possint ordines suscipere, quia (vt in litera* dicit) sacri canones in sucipientibus ordines certum & determinatum ętatis tempus statuerunt. sed hoc non esset, si pueri recipere possent ordinis sacramentum: ergo &c.

¶ 2 Præterea, Sacramentum ordinis est dignius, quàm matrimonium: sed pueri & alij carentes vsu rationis, non possunt contrahere matrimonium: ergo nec ordines suscipere.

¶ 3 Præterea, Eius est potentia, cuius est actus, secundum Philosophum in lib. de Somno & vigil. † sed actus ordinis requirit vsum rationis: ergo & ordinũ potestas. Cap. 1. in fin. de med.

¶ Sed contra, Illi, qui ante annos discretionis est promotus ad ordines, sine iteratione ipsorum quandoque in eis conceditur ministrare, vt patet extrà, de Cle. † per saltum promo. hoc autem non esset si ordinem non susciperet: ergo puer potest ordines suscipere. In decretalibus. lib. 5. tit. 29.

¶ Præterea, Alia sacramenta, in quibus character imprimitur, possunt pueri suscipere. videlicet baptismum & confirmationem: ergo pari ratione & ordines.

¶ Respondeo dicendum, quòd per pueritiam, & alios defectus, quibus tollitur vsus rationis præstatur impedimentum actui: & ideo omnia illa sacramenta quę actum requirunt suscipientis sacramentum, talibus non competunt, sicut pœnitentia, matrimonium, & huiusmodi. Sed quia potestates infusæ sunt priores actibus, sicut & naturales, quàmuis acquisitæ sint posteriores: remoto autem posteriori non tollitur prius: ideò omnia sacramenta, in quibus non requiritur actus suscipientis de necessitate sacramenti, sed potestas aliqua spiritualis diuinitus datur, possunt pueri suscipere, & alij qui vsu rationis carent. Hac tamen distinctione habita, quòd in minoribus ordinibus requiritur discretionis tempus de honestate, propter dignitatem sacramenti: sed non de necessitate præcepti, neque de necessitate sacramenti. Vnde aliqui, si necessitas adsit, & spes profectus, ad minores ordines possunt ante annos discretionis promoueri sine peccato, & suscipient ordinẽ: quia quàmuis tunc non sint idonei ad officia, quæ eis committuntur, tamen per assuefactionem idonei reddẽtur. Sed ad maiores ordines requiri-

Greg. li. 1. Epistolarũ epist. 42. requiritur vsus rationis, & de honestate & de necessitate præcepti.* propter votum continentiæ quod habent annexum, & quia etiam eis sacramenta tractanda comittuntur. Sed ad episcopatum, vbi etiam in corpus mysticũ accipitur potestas, requiritur actus suscipientis cura animarum pastoralem: & ideo est etiam de necessitate cõsecrationis episcopalis, quod vsum rationis habeat. Quidam autem dicunt quod ad omnes ordines requiritur vsus rationis de necessitate sacramenti, sed eorum dictũ ratione, vel auctoritate non confirmatur.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd non omne quod est de necessitate præcepti, est de necessitate sacramenti, vt dictum est.* In cor. ar.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ matrimonium causat consensus, qui sine vsu rationis esse non potest: sed in receptione ordinis non requiritur aliquis actus ex parte recipientium, quod patet ex hoc, quòd nullus actus ex parte eorum exprimitur in eorum consecratione. Et ideo non est simile.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ eiusdem est actus & potentia. sed tamen aliquando potentia præcedit: sicut liberũ arbitrium, vsum suum: & sic est in proposito.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum seruitus impediat aliquem ab Ordinis susceptione.

159

AD tertium sic proceditur. Videtur, q̃ seruitus non impediat aliquẽ ab Ordinis susceptione. Subiectio enim corporalis non repugnat prælationi spirituali: sed in seruo est subiectio corporalis: ergo non impeditur quin possit suscipere prælationem spiritualem, quæ in Ordine datur.

¶ 2 Præterea, Illud quod est occasio humilitatis, non debet impedire susceptionem alicuius sacramenti. Sed seruitus est huiusmodi, vnde Apostolus consulit, q̃ si aliquis possit magis vtatur seruitute. 1. Cor. 7. ergo non debet impedire à promotione Ordinis.

¶ 3 Præterea, Magis est turpe clericum in seruum vendi, quàm seruum in clericum promoueri: sed licitè clericus in seruum vendi potest, quia Episcopus Nolanus sicut Paulinus, seipsum in seruũ vendidit, vt in Dialog. * legitur: ergo multò fortiùs potest seruus in clericum promoueri. Greg. lib. 3. dialog. cap. 1.

¶ Sed contra, Videtur, q̃ impediat quantum ad necessitatem sacramenti. Quia mulier non potest suscipere Ordinis sacramentum, ratione subiectionis: sed maior subiectio est in seruo, quia mulier non datur viro in ancillam, propter quod non est de pedibus sumpta: ergo & seruus non potest hoc sacramentum suscipere.

¶ 6 Præterea, Aliquis ex quo suscipit Ordinem, tenetur in Ordine ministrare: sed non potest simul ministrare domino suo carnali, & in spirituali ministerio: ergo videtur, quòd non possit Ordinem suscipere, quia dominus debet seruari indemnis.

¶ Respondeo dicendum, quòd in susceptione Ordinis mancipatur homo diuinis officiis: & quia nullus potest alteri dare quod suum non est, ideo seruus, qui non habet potestatem sui, non potest ad Ordines promoueri: si tamen promouetur, Ordinem suscipit. Quia libertas non est de sacramenti necessitate, licet sit de necessitate præcepti, cùm non impediat potestatem, sed actum tantùm. Et similis ratio est de omnibus, qui sunt aliis obligati, vt ratiociniis detenti, * & huiusmodi personæ. Decretal. lib. 1. titu. 19.

¶ Ad primum ergo dicendum, q̃ in susceptione spiritualis potestatis est aliquis obligatus ad aliqua etiam corporaliter agenda: & ideo per corporalem subiectionem impeditur.

¶ Ad secundum dicendum, quòd ex multis aliis quę non præstant impedimentum executioni ordinum, potest aliquis occasionem humilitatis accipere: & ideo ratio non sequitur.

¶ Ad tertium dicendum, quòd beatus Paulinus * ex abundantia charitatis spiritu Dei ductus hoc facit: quod rei euentus probauit: quia per eius seruitutem multi de grege suo sunt à seruitute liberati: & ideo non est ad consequentiam trahendum, quia vbi spiritus Domini, ibi libertas. 2. Cor. 3. Loco cita to in arg.

¶ Ad quartum dicendum, quòd signa sacramentalia ex naturali similitudine repræsentant, mulier autem ex natura habet subiectionem, sed non seruus: & ideo non est simile.

¶ Ad quintum dicendum, quòd si est promotus sciente domino suo, & non reclamante, ex hoc ipso efficitur ingenuus: si autem eo nescient, tunc Episcopus, & ille qui præsentauit, tenentur domino, in duplum, quàm sit pretium serui, si sciuerunt ipsum esse seruum; aliàs si seruus habeat peculium, debet seipsum redimere; alioquin reduceretur in seruitutem domini sui, non obstante quòd ordinem suum exequi non potest.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrum propter homicidium debeat aliquis ab ordinibus prohiberi.

160

AD quartum sic proceditur. Videtur, quòd propter homicidium non debeat aliquis à sacris ordinibus prohiberi. Quia ordines nostri sumpserunt initium à Leuitarum officio, vt in præcedenti distinctione dictum est: sed Leuitæ consecrauerunt manus suas in sanguinis effusione fratrum suorum, vt patet Exod. trigesimo secundo: ergo & in nouo Testamento non debent aliqui à susceptione ordinum prohiberi propter sanguinis effusionem.

¶ 2 Præterea, Propter actum virtutis nullus debet impediri ab aliquo sacramento: sed aliquando sanguis effunditur per iustitiam, sicut à iudice; & peccaret habens officiũ, si non effunderet: ergo non impeditur propter hoc, à sacramenti susceptione.

¶ 3 Præterea, Pœna non debetur nisi culpæ: sed aliquis sine culpa quandoque homicidium committit, sicut se defendendo, vel etiam casualiter: ergo non debet incurrere irregularitatis pœnam.

¶ Sed contra hoc sunt plura Canonum † statuta, & Ecclesiæ consuetudo. In decretalib. lib. 5. tit. 12. de Homicidio voluntario, ca. 1. 8. 12. & 11.

¶ Respondeo dicendum, quòd omnes ordines referuntur ad Eucharistiæ sacramentum, quod est sacramentum pacis nobis factæ per effusionẽ sanguinis Christi: & quia homicidium maximè contrariatur paci, & homicida magis conformãtur occidentibus Christum, quàm ipsi Christo occiso, cui omnes ministri prædicti sacramenti debent conformari; ideo de necessitate præceptum est, quòd non sit homicida qui ad ordines promouetur, quàmuis non sit de necessitate sacramenti.

¶ Ad primum ergo dicendum, q̃ vetus lex inferebat pœnam sanguinis, non autem lex noua: & ideo non est simile de ministris veteris, & nouæ legis, quę est iugũ suaue, & onus leue.

¶ Ad secundum dicendum, quòd irregularitas non incurritur propter peccatum tantùm, sed principaliter propter ineptitudinem personæ ad sacramentum Eucharistiæ ministrandum: & ideo iudex, & omnes qui in causa sanguinis ei participant, sunt irregulares, propter hoc quòd effusio sanguinis non decet ministros dicti sacramenti.

¶ Ad tertium dicendum, quòd nullus facit nisi illud cuius causa est, quod est voluntarium in homine: & ideo ille qui ignorans hominem occidit homicidio casuali, non dicitur homicida, nec irregularitatẽ incurrit, nisi o-

Universidad de Deusto
Biblioteca

peram dederit illicitæ rei, vel nisi omiserit debitam diligentiam: quia iam quodam modo efficitur voluntarium. Non autem hoc est propter hoc ꝙ culpa careat, quia ēt sine culpa incurritur irregularit as: & ideo etiam ille qui se defendendo in aliquo casu non peccat, homicidium committens, nihilominus irregularis est.

ARTICVLVS V.

¶ *Vtrùm illegitimè nati debeant ab ordinibus suscipiendis impediri.*

161 AD quintum sic proceditur. Videtur, ꝙ illegitimè nati non debeant ab ordinibus suscipiendis impediri, quia filius non debet portare iniquitatem patris: portaret autem si propter hoc impediretur ab ordinibus suscipiendis: ergo, &c.

¶ 2 Præt. Magis impeditur aliquis propter defectum proprium, quàm alienum: sed à susceptione ordinum propter illicitum concubitum suum non semper aliquis impeditur: ergo nec propter illicitum concubitum patris sui.

¶ Sed contra est, ꝙ dicitur Deutero. 23. Non ingredietur manzer, hoc est de scorto natus, in Ecclesiam Domini, vsque ad decimam generationem: ergo multò minùs debet promoueri ad ordines.

¶ Respon. dicendum, ꝙ ordinati in quadam dignitate præ aliis constituuntur: ideo ex quadam honestate requiritur in eis claritas quædam nō de necessitate sacramenti, sed de necessitate præcepti: vt s. sint bonę famæ bonis moribus ornati, non publicè pœnitentes. Et quia obscuratur hominis claritas ex vitiosa origine, ideo etiam ex illegitimo toro nati à susceptione ordinum repelluntur, nisi cum eis dispensetur: & tantò est difficilior eorum dispensatio, quantò eorum origo est turpior.

Vide in decretali. li. 1. tit. 17.

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ irregularitas non est pœna iniquitati debita: & ideo patet, ꝙ illegitimè nati nō portant iniquitatem patris, ex hoc ꝙ irregulares sunt.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ ea quæ per actum proprium committuntur, possunt per pœnitentiam ad actū contrarium aboleri: non autem ea quæ ex natura sunt. Et ideo non est simile de vitioso actu, & de vitiosa origine.

ARTICVLVS VI.

¶ *Vtrùm propter defectum membrorum debeat aliquis impediri.*

162 AD sextum sic proceditur. Videtur, ꝙ propter defectum membrorum non debeat aliquis impediri, quia afflictio non debet addi afflicto: ergo non debet priuari ordinis gradu propter pœnam corporalis defectus.

¶ 2 Præt. Plus exigitur ad actum ordinis integritas discretionis, quàm integritas corporis: sed aliqui possunt promoueri ante annos discretionis: ergo & cum corporis defectu.

¶ Sed contra, Tales Prohibebantur à ministerio veteris legis: ergo multò fortiùs debent in noua lege prohiberi. De bigamia verò dicetur* in tractatu de matrimonio.

¶ Inf. q. 66 & de iis in decret. li. 1. tit. 21 † ar. prec. corp. vide in Decretali lib. 1. tit. 20.

¶ Respondeo dicendum, ꝙ (sicut ex dictis patet*) aliquis efficitur ineptus ad susceptionem ordinum, vel propter impedimentum actus vel propter impedimentum claritatis personæ: & ideo patientes defectum in membris impediuntur à susceptione ordinis, si sit talis defectus, qui maculam notabilem inferat, per quem obscuretur personæ claritas (vt abscisio nasi) vel periculum in executione facere possit: aliàs non impediuntur. Hæc autem integritas exigitur de necessitate præcepti, sed non de necessitate sacramenti. Et per hoc patet solutio ad obiecta.

De his quæ sunt annexa sacramento ordinis, in septem articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de his, quæ sunt annexa sacramento ordinis.

¶ Et circa hoc quæruntur septem.

¶ Primò, Vtrùm ordinati debeant habere coronæ rasuram & tonsuram.

¶ Secundò, Vtrùm corona sit ordo.

¶ Tertiò, Vtrùm per acceptionem coronæ aliquis renuntiet temporalibus bonis.

¶ Quartò, Vtrùm supra sacerdotalem ordinem debeat esse aliqua potestas episcopalis.

¶ Quintò, Vtrùm episcopatus sit ordo.

¶ Sextò, Vtrùm supra Episcopos possit esse aliqua potestas superior in Ecclesia.

¶ Septimò, Vtrùm vestes ministrorum conuenienter sint in Ecclesia institutæ.

ARTICVLVS I.

¶ *Vtrum ordinati debeant tonsuram deferre.*

163 AD primum sic proceditur. Videtur, ꝙ ordinati non debeant coronæ rasuram habere. Quia Dominus comminatur captiuitatem, & dispersionem his qui sic attondentur, ut patet Deuter. 32. de captiuitate nudati inimicorum capitis, & Hier. 49. Dispergam eos in omnem ventum qui sunt attonsi in comam: sed ministris Christi non debetur captiuitas, sed libertas: ergo coronæ rasura & tonsura eis non competit.

D. Tho. 4. dist. 24. q. 3. ar. 2. & 3.

¶ 2 Præt. Veritas debet respondere figurę: sed figura coronę præcessit in veteri lege in tonsura Nazaræorum, sicut in litera † dicitur: cùm ergo Nazaræi non essent ordinati ad ministerium diuinum, videtur ꝙ ministris ecclesię non debeatur tonsura vel rasura coronæ: & hoc ēt videtur per hoc, quod conuersi, qui non sunt ministri ecclesiæ, tondentur in religionibus.

† li. 4 sen. d. 24. §. B. à medio ex Isidoro li. de officiis Eccl. 4.

¶ 3 Præt. Per capillos superflua significantur, quia capilli ex superfluis generātur: sed ministri altaris omnem superfluitattem à se debent expellere: ergo totaliter debent caput radere & non in modum coronæ.

¶ Sed contra, Quia secundum Greg.* seruire Deo regnare est: sed corona est signum regni: ergo illis qui ad diuinum ministerium applicantur, corona competit.

† citatur à Magistro 4. Sent. d. 24. §. Ban te medio. & taleg d hēt Chry so. 5 illud dictū Io. vos q a mici mei to. 3.

¶ Præt. Capilli in velamen dati sunt, vt patet 1. Cor. 11. sed ministri altaris debent habere mentem reuelatam: ergo competit eis rasura coronæ.

¶ Respon. dicendum, ꝙ eis qui ad diuina ministeria applicantur, competit rasura & tonsura in modum coronæ, ratione figuræ: quia corona est signum regni & perfectionis, cùm sit circularis: illi autem qui diuinis ministerijs applicantur, adipiscuntur regiam dignitatem, & perfecti in virtute esse debent. Competit etiam eis ratione subtractionis capillorum: & ex parte superiori per rasuram, ne mens eorum temporalibus occupationibus à contemplatione diuinorum retardetur, & ex parte inferiori per tonsuram, ne eorum sensus temporalibus obuoluantur.

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ Dominus comminatur illis, qui hoc ad cultum dæmonum faciebant.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ ea quæ fiebant in veteri testamento, imperfectè repræsentāt ea quæ sunt in nouo; & ideo ea quæ pertinēt ad ministros noui Testamēti non solùm significabantur per officia Leuitarum, sed ēt per omnes illos qui aliquam perfectionem profitebantur. Nazaræi autem profitebantur perfectionem quandam in depositione comæ, † significantes temporalium contemptum: quàmuis non in modū coronæ deponerēt; sed

Cōcil. Toletan. 4. c. 40. † vt exponit Magister loco notato in arg. 2.

sed omnino totum, quia nondum erat tempus regalis & perfecti sacerdotij. Et similiter etiam conuersi tondentur propter renūtiationem temporalium, sed non raduntur, quia non occupantur diuinis ministerijs, in quibus diuina oporteat eos mente contemplari.

¶ Ad tertium dicendum, quòd non solùm debet significari temporalium abiectio, sed etiam regalis dignitas in forma coronæ: & ideo non debet totaliter coma tolli; & etiam ne indecens videatur.

ARTICVLVS II.

¶ *Vtrùm corona sit ordo.*

164 AD secundum sic proceditur. Videtur, quòd corona sit ordo. Quia in actibus Ecclesiæ spiritualia corporalibus respondet: sed corona est quoddam corporale signum, quòd Ecclesia adhibet: ergo videtur, quòd signatum interius ei respondeat, & ita in coronatione imprimetur character, & erit ordo.

¶ 2 Præterea, Sicut ab Episcopo solum datur confirmatio, & alij ordines, ita & corona: sed in confirmatione, & alijs ordinibus imprimitur character: ergo & in corona; & sic idem quod prius.

¶ 3 Præt. Ordo importat quēdam dignitatis gradum: sed clericus hoc ipso quòd clericus est, in gradu supra populum constituitur: ergo corona, per quam efficitur clericus, est aliquis ordo.

¶ Sed contra, Nullus ordo datur, nisi in Missæ celebratione: sed corona datur etiam absque officio Missæ: ergo non est ordo.

¶ Præt. In collatione cuiuslibet ordinis fit mentio de aliqua potestate data, non autem in collatione coronæ: ergo non est ordo.

¶ Respondeo dicendum, quòd ministri Ecclesiæ à populo separantur ad vacandum diuino cultui. In cultu autem diuino quædā sunt quæ per potentias determinatas sūt exercēda, & ad hoc datur spiritualis potestas ordinis. Quædam autem sunt quæ cōmuniter à toto ministrorū collegio fiunt, sicut dicere diuinas laudes: & ad hoc non præexigitur aliqua potestas ordinis, sed solum quædā deputatio ad tale officium: & hoc fit per coronam, & ideo non est ordo, sed præambulum ad ordinem.

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ corona habet interius aliquid spirituale quod ei respondet, sicut signatum signo; sed hoc non est aliqua spiritualis potestas: & ideo in corona non imprimitur character, nec est ordo.

¶ Ad secundum dicendum, quòd quāmuis per coronam non imprimatur character, tamen deputatur homo ad diuinum cultum: & ideo talis deputatio debet fieri per summum ministrorum, scilicet Episcopum, qui etiam vestes benedicit, & vasa, & alia omnia quæ ad diuinum cultum applicatur.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ex hoc quòd aliquis est clericus, est in altiori statu, quàm laicus; non tamen habet ampliorem potestatis gradum, qui ad ordinem requiritur.

ARTICVLVS III.

¶ *Vtrùm per acceptionem coronę aliquis renuntiet temporalibus bonis.*

165 AD tertium sic proceditur. Videtur, quòd per acceptionem coronæ aliquis renunciet temporalibus bonis. Ipsi enim dicunt. cum coronantur, Dominus pars hæreditatis meæ: sed sicut dicit Hierony.* Dominus in his temporalibus pars fieri, dedignatur: ergo abrenuntiant temporalibus.

Epi. ad Nepotianum āntet p. i. & med. to mo 1.

¶ 2 Præt. Iustitia ministrorum noui Testamenti debet abundare super ministros veteris Testamenti, vt patet Matth. 5. sed ministri veteris Testamenti, scilicet Leuitę, *non acceperunt partem hæreditatis cum fratribus suis: ergo nec ministri noui Testamenti habere debent.

*Deu. 10. & 18. † li. 2. de sacra. parte 3. c. 1. circa finem.

¶ 3 Præte. Hug. † dicit, ꝙ postquam aliquis est factus clericus, debet deinceps de stipendijs Ecclesiæ sustentari: sed hoc non esset, si patrimonium suum retineret: ergo videtur quòd abrenuntiet in hoc, quòd sit clericus.

¶ Sed contra est, quòd Hieremias fuit de ordine sacerdotali, vt patet Hiere. 1. sed ipse habuit possessionem hæreditatis, vt patet Hiere. 32. ergo clerici possunt habere patrimonialia bona.

¶ Præt. Si hoc non possent, non videretur tunc differentia inter religiosos & clericos seculares.

¶ Respondeo dicendum, quòd clerici in hoc quòd coronam accipiunt, non renunciant patrimonio, nec alijs rebus temporalibus: quia terrenorum possessio non contrariatur diuino cultui, ad quem clerici deputantur, sed nimia eorum solicitudo. Quia, vt dicit Gregor. affectus in crimine est.

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ Dominus dedignatur pars fieri eorum qui res mundi ita possident, vt ex æquo cum alijs diligatur: ita scilicet, quòd aliquis ponat finem suum in Deo, & in rebus mundi: non tamen dedignatur pars fieri eorum qui res mundi ita possident, vt per eas à cultu diuino non retrahantur.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ Leuitæ in veteri Testamento habebant ius in hæreditate paterna; sed ideo non acceperunt partem cum alijs tribubus, quia erant per omnes tribus dispergendi, quod fieri non potuisset, si vnam determinatam partem terræ accepissent, sicut aliæ tribus.

¶ Ad tertium dicendum, quòd si sint indigentes clerici & ad sacros ordines promoti, Episcopus qui eos promouit, tenetur eis prouidere, aliàs eis non tenetur: ipsi autem ex ordine suscepto tenentur Ecclesiæ ministrare. Verbum autem Hug. intelligitur de illis qui non habent vnde sustententur.

Citatum in arg.

ARTICVLVS IIII.

¶ *Vtrùm supra sacerdotalem ordinem debeat esse aliqua potestas Episcopalis.*

166 li. 4. Sent. di. 24. §. 1 & Rabanus li. 1. de instit. cleric. c. 6 & Isidorus li. 2. de officijs ec cle. c. 7.

AD quartum sic proceditur. Videtur, quòd supra sacerdotalem ordinem non debeat esse aliqua potestas Episcopalis. Sicut enim in litera dicitur* Ordo sacerdotalis ab Aaron sumpsit exordium: sed in veteri lege nullus erat supra Aaron: ergo nec in noua lege debet aliqua potestas esse supra sacerdotalem.

¶ 2 Præt. Potestas ordinatur secundum actus: sed nullus actus facer potest esse maior, quàm consecrare corpus Christi, ad quod est potestas sacerdotalis: ergo supra sacerdotalem potestatem non debet esse Episcopalis.

¶ 3 Præt. Sacerdos in offerendo gerit figuram Christi in Ecclesia, qui se patri pro nobis obtulit: sed in Ecclesia nullus est maior Christo, quia ipse est caput Ecclesiæ; ergo vt prius.

¶ Sed contra, Potestas tantò est altior, quantò ad plura se extendit. Sed potestas sacerdotalis (vt Dionys. † dicit) extendit se ad purgandum & illuminandum tantùm; Episcopalis autem ad hoc, & ad perficiendum: ergo supra sacerdotalem potestatem debet esse Episcopalis.

c. 5. Eccl. Hier. par te. 1. citu. cōtempla tio.

¶ Prætereà, Diuina ministeria debent esse magis ordinata, quàm humana: sed humanorum officiorum ordo exigit, vt in quolibet officio præponatur vnus qui sit princeps illius officij: sicut præponitur militibus dux. Ergo & sacerdotibus debet aliquis præponi qui sit sacerdotum princeps. Et hic est Episcopus: ergo Episcopalis potestas debet esse supra sacerdotalem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Respondeo dicendum, quòd sacerdos habet duos actus: vnum principalem, scilicet consecrare corpus Christi: alterum, secundarium, scilicet præparare populum Dei ad susceptionem huius sacramenti, vt prius dictum est. Quantum autem ad primum actum potestas sacerdotis non dependet ab aliqua superiori potestate, nisi diuina: sed quantum ad secundum, dependet ab aliqua superiori potestate, & humana. Omnis enim potestas quæ non potest exire in actum, nisi præsuppositis quibusdam ordinationibus, dependet ab illa potestate quæ illas ordinationes facit: sacerdos autē non potest absoluere & ligare nisi præsupposita prælationis iurisdictione, qua sibi subdātur illiquos absoluit. Potest autem cōsecrare quamlibet materiam à Christo determinatam, nec aliud requiritur quātum est de necessitate sacramenti: quamuis ex quadam congruitate præsupponatur actus episcopalis in consecratione altaris & vestium & huiusmodi. Et ita patet † oportet esse supra sacerdotalem, potestatem episcopalē quantùm ad actum secundarium sacerdotis, non autem quantùm ad primum.

Epiph. hæres 75. cōtra. Aetiū & Aug. de hæresibus ad q. vult Deū, hæres 53. ro. 6. Ad He. 9.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd Aaron sacerdos fuit, & pontifex, id est sacerdotum princeps: sumpsit ergo sacerdotalis potestas ab ipso exordium inquantum fuit sacerdos sacrificia offerens, quod etiam minoribus sacerdotibus licebat: sed non ab eo, inquantum fuit pontifex, per quam potestatem poterat aliqua facere, vt ingredi semel in anno Sancta sanctorum, quæ alijs non licebat.

¶ Ad secundum dicendum, quòd quantum ad illum actum non est aliqua potestas superior, sed quantum ad alium, vt dictum est *.

In cor. ar.

¶ Ad tertium dicendum, quòd sicut omnium rerum naturalium perfectiones præexistunt exemplariter in Deo, ita Christus fuit exemplar omnium officiorum ecclesiasticorum: vnde vnusquisque minister Ecclesiæ, quantum ad aliquid, gerit typum Christi, vt ex litera patet *: & tamen ille est superior qui secundùm maiorem perfectionem Christum repræsentat. Sacerdos autem repræsentat Christum in hoc quod per seipsum aliquod ministerium impleuit, sed Episcopus in hoc quòd alios ministros instituit, & Ecclesiam fundauit. Vnde ad Episcopum pertinet mancipare aliquid diuinis officiis, quasi cultum diuinum ad similitudinem Christi statuens: & propter hoc etiam Episcopus specialiter sponsus Ecclesiæ dicitur, sicut & Christus.

Di. 24. li. 4. Sen. per totam di.

ARTICVLVS V.

¶ *Vtrùm episcopatus sit ordo.*

167 c. 5. Eccl hiera. parte 1. *21. 4. sen. di. 24. parag. M.

AD quintum sic proceditur. Videtur, quòd Episcopatus sit ordo. Primò, per hoc quòd † Dion. assignat hos tres ordines ecclesiasticæ hierarchiæ, Episcopum, sacerdotem, & ministrum. * In litera etiam dicitur quòd est ordo Episcoporum quadripartitus.

¶ 2 Præterea, Ordo nihil aliud est, quàm quidam potestatis gradus in spiritualibus dispensandis: sed Episcopi possunt dispensare aliqua sacramenta, quæ non possunt sacerdotes, sicut confirmationem & ordinem: ergo episcopatus est ordo.

¶ 3 Præte. In Ecclesia non est aliqua spiritualis potestas nisi ordinis vel iurisdictionis: sed ea quæ pertinent ad episcopalem potestatem, non sunt iurisdictionis, aliàs possent committi non Episcopo, quod falsum est: ergo sunt potestatis ordinis; ergo Episcopus habet aliquem ordinem, quem non habet sacerdos simplex, & sic episcopatus est ordo.

¶ Sed contra est, quòd vnus ordo non dependet à præcedenti quantum ad necessitatem sacramenti: sed episcopalis potestas dependet à sacerdotali, quia nullus potest recipere episcopalem potestatem, nisi prius habeat sacerdotalem: ergo episcopatus non est ordo.

¶ Præterea, Maiores ordines non conferuntur nisi in sabbathis: sed episcopalis potestas traditur in dominicis: ergo non est ordo.

Leo papa 1. Epi 79. & est ad Dioscā. Alexā. & in Decr. li. 1 tit 11. q. 37. ar. 2. cor. ad 1. & arti. 4. corp.

¶ Respondeo dicendum, quòd ordo potest accipi dupliciter. Vno modo secundum quòd est sacramentum: & sic, vt priùs dictum est *, ordinatur omnis ordo ad Eucharistiæ sacramentum: vnde cùm Episcopus non habeat potestatem superiorem sacerdote, quantùm ad hoc episcopatus non erit ordo. Alio modo potest considerari ordo, secundum quod est officium quoddam respectu quarundam actionum sacrarum: & sic cùm Episcopus habeat potestatem in actionibus hierarchicis respectu corporis mystici supra sacerdotem, episcopatus erit ordo: & secùndùm hoc loquuntur auctoritates inductæ *.

*In arg. f.

¶ Vnde patet solutio AD PRIMVM.

¶ Ad secundum dicendum, quòd ordo prout est sacramentum imprimens characterem, ordinatur specialiter ad sacramentum Eucharistiæ, in quo ipse Christus continetur, quia per characterem ipsi Christo configuramur: & ideo licèt detur aliqua potestas spiritualis Episcopo in sui promotione respectu aliquorum sacramentorum, non tamen illa potestas habet rationē characteris, & præter hoc episcopatus non est ordo, secundùm quòd ordo est sacramentum quoddam.

¶ Ad tertium dicendum, quòd potestas episcopalis non est tantùm iurisdictionis, sed etiam ordinis, vt ex dictis patet *: secundum quòd ordo communiter accipitur.

In cor. ar. & ar. præ corp.

ARTICVLVS VI.

¶ *Vtrùm supra Episcopos possit esse aliquis superior in Ecclesia.*

168

AD sextum sic proceditur. Videtur, quòd supra Episcopos non possit esse aliquis superior in Ecclesia. Quia omnes Episcopi sunt Apostolorum successores: sed potestas quæ est data vni Apostolorum, s. Petro, Mat. 16 est data omnibus Apostolis Ioan. 20. ergo omnes Episcopi sunt pares, & vnus non est supra alium.

¶ 2 Præt. Ritus Ecclesiæ magis debet esse conformis ritui Iudæorum, quàm ritui Gentilium. Sed distinctio episcopalis dignitatis, & ordinatio vnius supra alium (vt in litera dicitur †) est à Gentilibus introducta: in veteri autem lege non erat: ergo nec in Ecclesia Episcopus vnus super alium esse debet.

†li. 4. Sen. di. 24. §. M.

¶ 3 Præt. *, Superior potestas non potest conferri per inferiorem, neq; æqualis per æqualem; quia sine vlla contradictione, q. minus est, à maiori benedicitur, Heb. 7. vnde etiam sacerdos non promouet Episcopum neque sacerdotem, sed Episcopus sacerdotē. Sed episcopus potest quemlibet Episcopum promouere; quia etiam Hostiēsis Episcopus consecrat Papam. Ergo episcopalis dignitas in omnibus est æqualis, & sic vnus Episcopus non debet alij subesse, vt in litera dicitur †.

*Decr. dis 21. c. 7.

¶ Sed contra est, quòd legitur in concilio Constantinopolitano *: Veneramur secundum Scripturas & secùndum Canonum statuta & definitiones, sanctissimum antiquæ Romæ Episcopum primū esse & maximum Episcoporum, & post ipsum, Constantinopolitanum Episcopum: ergo vnus Episcopus est supra alium.

†li. 4. Sen. dist. 24. §. M. *Conci. 8 Constantin. can. 21. & Refertur in Decretis di. 22. ca. Definim.

¶ Præterea, Beatus Cyrillus Episcopus Alexādrinus dicit: vt membra maneamus in capite nostro apostolico throno Romanorum pontificum, à quo nostrum est quæ rere, quid credere, & quid tenere debeamus, ipsum venerantes, ipsum rogantes pro omnibus: quoniam ipsius solius est reprehendere, corripere, statuere, disponere, soluere, & ligare, loco illius qui ipsum ædificauit: & nulli alij quod suum est plenum, sed ipsi soli dedit cui omnes iure diuino caput inclinant, & primates mundi tanquam ipsi Domino Iesu Christo obediunt. Ergo Episcopi alicui subsunt etiam de iure diuino.

¶ Respon-

¶ Respon. dicendum, q. vbicunq; sunt multa regimina ordinata in vnum, oportet esse aliquod vniuersale supra particularia regimina, quia in omnibus virtutibus & artibus, vt dicitur in 1. † Ethi. est ordo secundum ordinem vnum: bonum autem commune est diuinius quàm bonum speciale; & ideo supra potestatem regitiuam, quæ * conicctat bonum speciale, oportet esse potestatem regitiuam vniuersalem † respectu boni communis, alias non posset esse colligatio ad vnum. Et ideo cùm tota Ecclesia sit vnum corpus, oportet si ista vnitas debet conseruari, q. sit aliqua potestas regitiua respectu totius Ecclesiæ supra potestatem episcopalem, qua vna quæq; specialis Ecclesia regitur: & hæc est potestas Papæ; & ideo illi qui hanc potestatem negant, schismatici dicuntur, quasi diuisores vnitatis Ecclesiæ. Et inter Episcopum simplicem & Papam sunt alij gradus dignitatem, correspondentes gradibus vnionis, secundum quos vna congregatio, vel communitas includit aliam: sicut communitas prouinciæ includit communitatem ciuitatis, & communitas regni communitatem vnius prouinciæ, & communitas totius mundi includit communitatem vnius regni.

† hæc. 2. & 2.

*Aliàs cōmunicat. † Aliàs q. cōicat bonum vniuersale.

¶ Ad primum ergo dicendum, q. quàmuis omnibus Apostolis data sit communiter potestas ligandi & soluendi tamen vt in hac potestate ordo aliquis significaretur, primò soli Petro data est, vt ostendatur q. ab eo in alios ista potestas debeat descendere: propter quod etiam ei dixit singulariter, Confirma fratres tuos, & pasce oues meas: id est, loco mei (vt dicit Chrysost.) præpositus & caput esto fratrum, vt ipsi te in loco meo assumentes, vbique terrarum te in throno tuo sedentem prædicent & confirment.

¶ Ad secundum dicendum, q. ritus Iudæorum non erat diffusus in diuersis regnis & prouincijs, sed tantum in vna gente: & ideo non oportebat q. sub eo qui habebat potestatem principalem alij pontifices distinguerentur: sed Ecclesiæ ritus sicut & Gentilium per diuersas nationes diffunditur. Et ideo oportet quod quantum ad hoc, magis Gentilium ritui quàm Iudæorum, Ecclesiæ status conformetur.

¶ Ad tertium dicendum, q. potestas sacerdotis excedit à potestate Episcopi, quasi à potestate alterius generis. Sed potestas Episcopi excedit à potestate Papę, quasi à potestate eiusdem generis: & ideo omnem actum hierarchicum, quem potest facere Papa in ministratione sacramentorum, potest facere Episcopus, non autem omnem actum, quem potest facere Episcopus, potest facere sacerdos in sacramentorum collatione. Et ideo quantùm ad ea quæ sunt Episcopalis ordinis, omnes Episcopi sunt æquales: & propter hoc, quilibet Episcopus alium potest consecrare.

ARTICVLVS VII.

¶ *Vtrùm vestes ministrorum conuenienter sint in Ecclesia institutæ.*

169

AD septimum sic proceditur. Videtur, q. vestes ministrorum non conuenienter fiat in Ecclesia institute. Ministri enim noui Testamenti magis tenentur ad castitatem, quàm ministri veteris: sed inter alias vestes ministrorum veteris Testamenti erant feminalia † in signum castitatis: ergo multò fortiùs esse debent inter vestes ministrorum Ecclesiæ.

Exod. 28. & Leuit. 6 & 16. † Alias fę moraliz.

¶ 2 Præt. Sacerdotium noui Testamenti est dignius quàm sacerdotium veteris: sed veteres sacerdotes habebant mitras, quod est signum dignitatis: ergo sacerdotes nouæ legis eas debent habere.

¶ 3 Præt. Sacerdos est propinquior ordinibus ministrorum, quàm ordo Episcopalis. Sed Episcopi vtuntur vestibus ministrorum, * Dalmatica scilicet, quæ est vestis diaconi: & tunica, quæ est vestis subdiaconi. Ergo multò fortiùs debent eis vti simplices sacerdotes.

*Greg. li. 7. Epist. 111.

¶ 4 Præt. In veteri lege Pontifex deferebat superhumerale, quod significabat onus Euangelij: vt dicit Beda †. Hoc autem maximè Pontificibus nostris incumbit. Ergo debent habere superhumerale.

In tracta tu de tabernaculo & vestib. sacerdotis

¶ 5 Præ. In rationali, quo vtebantur Pōtifices veteris legis, scribebantur doctrina & veritas: sed veritas maximè in noua lege declarata est: ergo Pontificibus nouæ legis competit.

¶ 6 Præt. Lamina aurea in qua scriptum erat dignissimum nomen Dei, erat dignissimum ornamentorum veteris legis: ergo illud maximè debuit transferri in nouam legem.

¶ 7 Præt. Ea quæ exteriùs geruntur in ministris Ecclesiæ, sunt signa interioris potestatis: sed Archiepiscopus non habet alterius generis potestatem quàm Episcopus vt dictum est: ergo non debet habere palliū, quod non habent Episcopi.

¶ 8 Præt. Potestatis plenitudo residet penès Romanum Pontificem: sed ipse non habet baculum: ergo nec alij Episcopi debent habere.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd vestes ministrorum designant idoneitatem, quæ in eis requiritur ad tractandum diuina: & quia quædam sunt quæ in omnibus requiruntur, & quædam in superioribus, quæ non ita exiguntur in inferioribus: ideo quædam vestes sunt omnibus ministris communes, quædam autem superioribus tantùm: & ideo omnibus ministris competit amictus humeros tegens, quo significatur fortitudo ad diuina officia exequenda, quibus mancipantur: & similiter alba, quæ significat puritatem vitæ: & cingulum, quod significat represionem carnis. Sed subdiaconus vlteriùs habet manipulum in sinistra, quo significatur exterso minimarum macularum: quia manipulus est quasi sudarium ad extergendum vultum: ipsi enim primo ad sacra tractanda admittuntur. Habent etiam tunicam strictam, per quàm doctrina Christi significatur: vnde & in veteri lege, in ipsa tintinnabula pendebant: subdiaconi enim primò admittuntur ad doctrinam nouæ legis annuntiandam. Sed diaconus habet ampliùs stolam in sinistro humero, in signum, quòd applicatur ad ministerium in ipsis sacramentis. Et Dalmaticam (quæ est vestis larga sic dicta, quia in Dalmaticis partibus primò vsus eius fuit) ad designandum quòd ipse primò dispensator sacramentorum ponitur: ipse enim sanguinem dispensat, in dispensatione autem largitas requiritur. Sed sacerdoti in vtroque humero ponitur stola; vt ostendatur quòd ei plena potestas dispensandi sacramenta datur, non vt ministro alterius: & ideo stola descendit vsque ad inferiora. Habet etiam casulam, quæ significat charitatem: quia ipse charitatis conficit sacramentum, scilicet Eucharistiam. Sed Episcopis adduntur nouem ornamenta suprà sacerdotes, quæ sunt, caligæ, sandalia, succinctorium, tunica, dalmatica, mitra, chirotheca, anulus, & baculus: quia nouem sunt quæ ipsi suprà sacerdotes possunt, scilicet, clericos ordinare, virgines benedicere, basilicas dedicare, clericos deponere, synodos celebrare, chrisma conficere, vestes & vasa consecrare. Vel per caligas significatur rectitudo gressuum. Per sandalia, quę pedes tegunt cōtemptus terrenorum. Per succinctorium, quo stola ligatur cum alba: amor honestatis. Per tunicam, perseuerantia: quia Ioseph tunicam talarem habuisse legitur quasi descendentem vsque ad talos, per quos significatur extremitas vitę. Per dalmaticam, largitas in operibus misericordię. Per chirotecas, cautela in opere. Per mitram, scientia vtriusque Testamenti: vnde & duo cornua habet. Per baculum, cura pastoralis, qua debent colligere vagos, quod significat curuitas in capite baculi: sustentare infirmos, quod

Universidad de Deusto
Biblioteca

ipse stipes signat baculi, & pungere lentos, quod significat stimulus in pede baculi: vnde versus.

Collige, sustenta stimula: vaga, morbida, lenta.

Per anulum, sacramenta fidei, qua ecclesia desponsatur Christo. Episcopi enim sunt in Ecclesia loco Christi. Sed vlterius Archiepiscopi pallium habent insignum priuilegiatæ potestatis: significat enim torquem auream quam solebant legitimè certantes accipere.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd sacerdotibus veteris Legis indicebatur continentia illo tantùm tempore, quo ad suum ministerium accedebant: & ideo in signum castitatis tunc seruandę, in sacrificiorum oblatione fœminalibus † vtebantur. Sed ministris noui Testamenti indicitur perpetua continentia, & ideo non est simile.

† Aliàs, fœmoralibus.

¶ Ad secundum dicendum, quòd mitra non erat signum alicuius dignitatis, fuit enim sicut quoddam galerum: vt Hieronymus* dicit: sed cydaris, quæ erat signum dignitatis, solis pontificibus dabatur, sicut & nũc mitra.

*In Epistola ad Fabiolam de veste sacerdot.

¶ Ad tertium dicendum, quòd potestas ministrorum est in Episcopo sicut in origine, non autem in sacerdote, quia ipse non confert illos ordines, & ideo magis Episcopus, quàm sacerdos, vestibus ministrorum vtitur.

parum ante mediũ, to. 3

¶ Ad quartum dicendum, quòd loco superhumeralis vtuntur stola, quæ ad idem significãdum est, ad quod erat superhumerale.

¶ Ad quintum dicendum, quòd pallium succedit loco rationalis.

¶ Ad sextum dicendum, quòd pro illa lamina habet Pontifex nostor crucem, vt Innocen. dicit; sicut pro fœminalibus, † habet sandalia; pro linea, albam; pro balteo, cingulum; pro podere, tunicam; pro ephod, amictum, pro rationali, pallium; pro cydari, mitram.

† Aliàs, fœmoralib.

¶ Ad septimum dicendum, quòd quàmuis non habeat * alterius generis potestatem, tamen eandem habet ampliorem: & ideo ad hanc perfectionem designandam, sibi pallium datur, quo vndique circundatur.

Al. aliam genere.

¶ Ad octauum dicendum, quòd Romanus Pontifex non vtitur baculo: quia Petrus misit ipsum ad suscitandum quendam discipulum suum, qui postea factus est Episcopus Taurinensis, & ideo in diœcesi Trecensi Papa baculum portat, & non in aliis locis: vel etiam in signum, quòd non habet coarctatam potestatẽ, quod curatio baculi significat.

Papa cur baculum nõ defert

QVAEST. XLI.

De sacramento matrimonij, inquantum est in officium naturæ, in quatuor articulos diuisa.

POsit hæc considerandum est, de matrimonio. Et primò agendum est de eo, inquantum est in officium naturæ. Secundò, inquantum est sacramentum. Tertiò, inquantum absolutè, & secundùm se consideratur.

¶ Circa primum quæruntur quatuor.

¶ Primò, vtrùm sit de iure naturali.
¶ Secundò, vtrùm cadat sub præcepto.
¶ Tertiò, vtrùm eius actus sit licitus.
¶ Quartò, vtrùm possit esse meritorius.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum matrimonium sit de iure naturali.

170 D. Tho 4 di. 26. q. 1. ar. 1

AD primum sic proceditur. Videtur, quòd matrimonium non sit naturale. Quia ius naturale est, quod natura omnia animalia docuit: sed in aliis animalibus est coniunctio sexuum absque matrimonio: ergo matrimonium non est de iure naturali.

¶ Præterea, Id quod est de iure naturali, inuenitur in omnibus hominibus secundum quemlibet eorum statum. Sed matrimonium non fuit in quolibet statu hominum, quia sicut dicit Tullius, in primo Rhetoricorum, * homines à principio syluestres erant, & tunc nemo sciuit proprios liberos, nec certas nuptias, in quibus matrimonium consistit: ergo non est naturale.

li. 1. de inuent. circa princi pium.

¶ 3 Præt. Naturalia sunt eadem apud omnes: sed non eodem modo est matrimonium apud omnes, cùm pro diuersis legibus diuersimodè matrimonium celebretur: ergo non est naturale.

¶ 4 Præt. Illa fine quibus potest saluari naturæ intentio non videntur esse naturalia: sed natura intendit conseruationem speciei per generationem, quæ potest esse sine matrimonio, vt patet in fornicarijs: ergo matrimonium non est naturale.

¶ Sed contra est, quod in principio Digestorum dicitur: † Ius naturale est maris & fœminæ coniunctio, quã nos matrimonium appellamus.

In digesto vetere lib. 1. titul. 1. lege 1.

¶ Præterea, Philosophus in 8. Ethicor. * dicit, quòd homo magis est naturaliter coniugale animal, quã politicũ, & gregale, vt ipse dicit: † ergo naturaliter est coniugale, & sic coniugium siue matrimonium est naturale.

*li. 8. c. 12 à medio. † Aristoteles 8. Eth. c. 12. à medio.

¶ Respondeo dicendum, quòd aliquid dicitur esse naturale dupliciter. Vno modo sicut ex principiis naturæ ex necessitate causarum, vt moueri sursum est naturale igni: & sic matrimonium non est naturale, nec aliquid eorum, quæ * mouente libero arbitrio complentur. Alio modo dicitur naturale, ad quod natura inclinat, sed mediante libero arbitrio completur, sicut † actus virtutum dicuntur naturales: & hoc modo matrimonium est naturale, quia ratio naturalis ad ipsum inclinat dupliciter. Primò quantum ad principalem eius finem, qui est bonum prolis. Non enim intendit natura solùm generationem prolis: sed etiam traductionem & promotionem vsque ad perfectum statum hominis, inquantum homo est, qui est virtutis status. Vnde secundum Philosophum, * tria à parentibus habemus, s. esse nutrimentum, & disciplinam: Filius autem à parente educari, & instrui non posset, nisi determinatos & certos parentes haberet, quod non esset, nisi esset aliqua obligatio viri ad mulierem determinatam, quæ matrimonium facit. Secundò, quantum ad secundarium finem matrimonii, qui est mutuum obsequium sibi à coniugibus in rebus domesticis impensum. Sicut enim naturalis ratio dictat vt homines simul cohabitent, quia vnus non sufficit sibi in omnibus, quæ ad ipsam vitam pertinent, ratione cuius dicitur homo naturaliter politicus: ita etiam eorum, quibus indigetur ad humanam vitam, quædam opera sunt competentia viris, quædam mulieribus. Vnde natura monet, vt sit quædam vira ad mulierem associatio, in qua est matrimonium. Et has duas causas ponit Philosophus in octauo Ethic.*

Alias mediante. † Al. virtutes

li. 8. Ethi. c. 12. à medio, & cã. 11. circa principiũ.

li. 8. Ethi. c. 12. à medio illius.

¶ Ad primum ergo dicendum, q̃ natura hominis ad aliquid inclinat dupliciter. Vno modo, quia est conueniens naturæ generis, & hoc est commune omnibus animalibus. Alio modo, quia est conueniens naturæ differentiæ: qua species humana abundat à genere, inquantum est rationalis, sicut est actus prudentiæ, vel temperantiæ: & sicut natura generis, quàmuis sit vna in omnibus animalibus, non tamen eodem modo est in omnibus: ita etiam non inclinat eodem modo in omnibus, sed secundùm quòd vnicuique competit. Ad matrimonium ergo inclinat natura hominis ex parte differentiæ, quantùm ad rationem secundam assignatam: vnde Philosophus* hanc rationem assignat in hominibus supra alia animalia. Sed quantum ad rationem primam, inclinat ex parte generis: vnde dicit, q̃ filiorum procreatio communis est omnibus animalibus. Tamen ad hoc non inclinat natura eodem modo in omnibus animalib. quia quædam animalia sunt, quorum filii nati statim possunt sufficienter sibi victum quærere, vel ad quorum sustentationem mater sufficit: & in his non est aliqua maris ad fœminam determinatio. In illis autem, quorum filii indigent vtriusque sustentatione, sed ad paruum tempus, inuenitur aliqua determinatio quantùm ad tempus illud: sicut in auibus quibusdam patet: sed in homine, quia indiget filius cura parentum vsque ad magnum tempus, est maxima determinatio masculi ad fœminam, ad quam etiam natura generis inclinat.

8. Ethi. c. 12. à medio. 1. Politic. c. 1. circa med.

¶ Ad secundum dicendum, quòd verbum Tullij * potest esse verum quantum ad aliquam gentem, si tamẽ accipiatur principium proximum illius gentis, per quod ab aliis gentibus est distincta: quia non in omnibus perducitur ad effectum id, ad quod naturalis ratio inclinat. Non autem est verum vniuersaliter: quia à principio humani generis, sacra Scriptura recitat fuisse coniugia.

Citatũ in arg. 2.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ secundùm Philosophum in 7. Ethico. * Natura humana non est immobilis sicut diuina: & ideo diuersificantur ea quæ sunt de iure naturæ secundùm diuersos status & conditiones hominum: quàmuis ea quæ sunt in rebus diuinis, naturaliter nullo modo varientur.

§. 7. Ethi. nõ procul à fine libri li, secundùm

¶ Ad quartum dicendum, q̃ natura non tantum intendit esse in prole, sed etiam perfectum esse: ad quod exigitur matrimonium, ut ex dictis* patet.

Ar. præce. in corp.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum matrimonium cadat sub præcepto.

171 D. Th. ubi supra ar. 2

AD secundum sic proceditur. Videtur, quòd matrimonium adhuc maneat sub præcepto. Quia præceptum obligat, quandiu non reuocatur: sed prima institutio matrimonii fuit sub præcepto, ut in litera * dicitur: nec unquam hoc præceptum legitur reuocatum, imo confirmatum. Matth. 19. Quos Deus coniunxit, homo non separet: ergo adhuc matrimonium est sub præcepto.

In 4. sent. di. 6. §. C

¶ 2 Præt. Præcepta iuris naturalis secundùm omne tempus obligant: sed matrimonium est de iure naturali, vt dictum* est: ergo, &c.

Ar. præc.

¶ 3 Præterea, Bonum speciei est melius, quã bonum indiuidui: quia bonum gentis est diuinius, quàm bonum vnius hominis, vt dicitur in 1. Ethico. * Sed præceptum primo homini datum ad conseruationem indiuidui per actum nutritiuæ, adhuc obligat: ergo multò magis præceptum de matrimonio, quod pertinet ad conseruationem speciei.

li. 1. c. 2. circa finẽ illius.

¶ 4 Præt. Vbi manet eadem ratio obligans, eadem obligatio manere debet: sed propter hoc obligabantur homines ad matrimonium antiquo tempore, ne multiplicatio humani generis cessaret: cùm ergo hoc idem sequatur, si quilibet liberè potest à matrimonio abstinere, videtur quòd matrimonium sit in præcepto.

¶ Sed contra est, quod dt 1. Cor. 7. Qui non iũgit matrimonio virginẽ suam, melius facit, s. quàm qui iungit: ergo contractus matrimonii nunc nõ est sub præcepto.

¶ Præte. Nulli debetur præmium pro transgressione præcepti: sed virginibus debetur speciale præmium, scilicet aureola: ergo matrimonium non est sub præcepto.

¶ Respondeo dicendum, quòd natura inclinat ad aliquid dupliciter. Vno modo, sicut ad id quod est necessarium ad perfectionem vnius: & talis inclinatio quemlibet obligat, quia naturales perfectiones omnibus sunt communes. Alio modo inclinat ad aliquid quod est necessarium ad perfectionem multitudinis, & cùm multa sint huiusmodi, quorum vnum impedit aliud, ex tali inclinatione non obligatur quilibet homo per modum præcepti: aliàs quilibet obligaretur ad agriculturam, & ædificatoriam, & ad huiusmodi officia, quæ sunt necessaria communitati humanæ. Sed inclinationi naturæ satisfit, cùm per diuersos diuersa de prædictis complentur. Cùm ergo ad perfectionem humanæ multitudinis sit necessarium aliquos contemplatiuæ vitæ inseruire, quæ maximè per matrimonium impeditur: inclinatio naturæ ad matrimonium non obligat per modum præcepti, etiam secundum Philosophos. Vnde Theophrastus * probat, q̃ sapienti non expedit nubere.

Id ex illo refert Hiero. li. 1. cõtra Iouinianum fo. 2. ante finem li. to. 2

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd præceptum illud non est reuocatum, nec tamen obligat vnumquemque ratione iam dicta: † nisi illo tempore, quo paucitas hominum exigebat, vt quilibet generationi vacaret.

† In corp. huius ar.

¶ Ad secundum, & tertium patet solutio ex dictis. *

* In hoc art.

¶ Ad quartum dicendum, quòd natura humana communiter ad diuersa officia, & actus inclinat, vt dictum est: † sed quia est diuersimodè in diuersis, secundum quod indiuiduatur in hoc, vel in illo, vnum magis inclinat ad vnum illorum officiorum: & aliud magis ad aliud, ex diuersitate complexionũ diuersorum indiuiduorum. Et ex hac diuersitate simul cum diuina prouidentia, quæ omnia moderatur, * conuenit, quòd vnus eligat vnum officium, vt agriculturam: alius, aliud; & sic etiam contingit quòd quidam contemplatiuam. Vnde nullum periculum imminet.

† In corp. ar.

* Al. contingit.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrùm actus matrimonij sit licitus.

172

AD Tertium sic proceditur. Videtur, quòd actus matrimonialis semper sit peccatum. Dicitur enim 1. Cor. 7. Qui nubunt, sint tanquam non nubentes: sed nõ nubentes non * habent actum matrimonalem: ergo et nubentes peccant in actu illo.

Al. exercent.

¶ 2 Præt. Isa. 59. Iniquitates vestræ diuiserunt inter vos & Deum vestrum. Sed actus matrimonialis diuidit hominem à Deo, vnde Exod. 19. præcipitur populo, qui debebat Deum videre, quòd non accederet ad vxores suas. Et Hieron. † dicit, quòd in actu matrimoniali Spiritus sanctus prophetarum corda non tangit. Ergo est iniquitas.

In Epi. de monogamia, à medio illius, to. 1.

¶ 3 Præt. Illud quod secundum se est turpe, nullo modo potest bene fieri: sed actus matrimonialis semper habet concupiscentiam adiunctam, quæ semper turpis est: ergo semper est peccatum.

¶ Præt. Nihil excusatur nisi peccatum: sed actus matrimonialis indiget excusari per bona matrimonii, vt Magister dicit, * ergo est peccatum.

li 4. sent. di. 31 §. F

¶ 5 Præt. De similibus specie idem est iudicium: sed concubitus matrimonialis est eiusdem speciei cùm actu adulterii, quia ad idem terminatur s. speciem humanam ergo cùm actus adulterii sit peccatum, & actus matrimonii similiter.

¶ 6 Præt. Superfluitas in passionibus corrumpit vir-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tutem. Sed semper in actu matrimoniali est superfluitas delectationis, adeò vt absorbeat rationem, quæ est principale hominis bonum: vnde Philosoph. dicit in 7. Ethico. * quòd impossibile est hominem aliquem in ipsa intelligere : ergo actus matrimonialis semper est peccatum.

Al. 7. Ethi. c. 11. citra finem.

¶ Sed contra, 1 Corin. 7. dicitur. Si nupserit virgo, non peccauit, & 1. Tim. 5. Volo iuniores nubere, filios procreare: sed procreatio filiorum non potest * esse sine carnali coniunctione: ergo actus matrimonialis non est peccatum, aliàs Apostolus non voluisset illud.

Al. fieri.

¶ Præterea, Nullum peccatum est, in præcepto: sed actus matrimonialis est in præcepto, 1. Corin. 7. Vxori vir debitum reddat: ergo non est peccatum.

¶ Respondeo dicendum, quòd supposito, quod natura corporalis sit à Deo bona instituta: impossibile est dicere quòd ea, quæ pertinent ad conseruationem naturę corporalis, & ad quæ natura inclinat, sint vniuersaliter mala. Et ideo cum inclinatio sit naturæ ad prolis procreationem, per quam natura speciei conseruatur: impossibile est dicere quod actus quo procreatur proles, sit vniuersaliter illicitus, vt in eo medium virtutis inueniri non possit: nisi ponatur secundùm quorundam insaniam, q̃ res corruptibiles creatæ sunt à malo Deo, ex qua forte deriuatur illa opinio quæ in litera tangitur, & ideo est pessima hæresis.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd Apostolus in verbis illis non prohibuit matrimonij actum: sicut nec rerum possessionem, cùm dixit, qui vtuntur hoc mundo, sint quasi non vtentes: sed in vtroque fruitionem prohibuit; quod patet ex ipso modo loquendi. Non.n. dixit, sint non vtentes, vel, non habentes: sed, quasi non vtentes, vel, non habentes.

¶ Ad secundum dicendum, quòd Deo coniungimur & secundùm habitum gratiæ, & secundùm actum contemplationis & amoris. Quod ergo primam coniunctionem separat, semper est peccatum, non semper autem quod secundam: quia aliqua occupatio licita circa res inferiores animum distrahit, vt actu Deo coniungi non sit idoneus: & hoc præcipuè accidit in carnali coniunctione, in qua detinetur mens propter delectationem intensa. Et propter hoc illis quibus competit diuina contemplari, aut sacra tractare, indicitur pro tempore illo abstinentia ab vxoribus: & secùdùm hoc etiam dicitur, quod Spiritus sanctus, quantum ad actum relationis secretorum, non tangebat mentes Prophetarum in vsu matrimonii.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ turpitudo illa concupiscentiæ, quæ actum matrimonialem semper concomitatur, non est turpitudo culpæ, sed pœnæ ex peccato primo prouenies; vt scilicet inferiores vires, & membra corporis, rationi non obediant. Et propter hoc ratio nó sequitur.

¶ Ad quartum dicendum, quòd illud propriè excusari dicitur quod aliquam similitudinem mali habet, & tamen non est malum, vel non tantùm quantum apparet: quia quædam excusantur à toto, quædam à tanto, & quia actus matrimonialis propter corruptionem concupiscentiæ, habet similitudinem actus inordinati, ideo per bona matrimonij excusatur à toto, vt non sit peccatum.

¶ Ad quintum dicendum, quòd quàmuis sint idem specie naturæ, tamen differunt in specie moris, quam vna circunstantia variat, scilicet accedere ad suam, vel non suam: sicut etiam occidere hominem per violentiã, vel per iustitiam facit diuersam speciem moris, quàmuis sit vna species naturæ; & tamen vnum est licitum, aliud illicitum.

¶ Ad sextum dicendum, quòd superfluitas passionis, quæ virtutem corrumpit, non solùm impedit rationis actum: sed etiam tollit rationis ordinem; quod non facit delectationis intensio in actu matrimoniali: quia & si tunc non ordinetur homo, tamen est à ratione præordinatus.

ARTICVLVS IIII.

¶ *Vtrùm actus matrimonij sit meritorius.*

173 D. Thom. vbi supra ar. 4 *Hom. 1. in opere imperfecto, super illud. Cũ esset desponsata, tom. 2.

AD quartum sic proceditur. Videtur q̃ actus matrimonialis non sit meritorius. Chrysost. † enim dicit super Matth. Matrimonium, & si vtentibus se pœnam non inferat, mercedem tamen non præstat: sed meritum respectu mercedis dicitur: ergo actus matrimonialis nõ est meritorius.

¶ 2 Præterea, Illud quod est meritorium dimittere, non est laudabile: sed laudabilis est virginitas, per quam matrimonium dimittitur: ergo matrimonialis actus nõ est meritorius.

¶ 3 Præt. Qui vtitur indulgentia sibi facta, beneficio recepto vtitur: sed ex hoc, quòd alicui præstatur beneficium, non meretur: ergo actus matrimonialis non est, meritorius.

¶ 4 Præterea, Meritum in difficultate consistit, sicut & virtus, sed actus matrimonialis non habet difficultatem, sed delectationem: ergo non est meritorius.

¶ 5 Præterea. Illud quod non potest fieri sine peccato veniali, nunquam est meritorium, quia non potest homo simul mereri, & demereri: sed in actu matrimoniali semper est peccatum veniale, quia etiam primus motus in huiusmodi delectationem est peccatum veniale: ergo actus prædictus non potest esse meritorius.

¶ Sed contra, Omnis actus quo impletur præceptũ, est meritorius, si ex charitate fiat: sed actus matrimonialis est huiusmodi, quia dicitur 1. Corinth. 7. Vxori vir debitum reddat: ergo, &c.

¶ Præterea, Omnis actus virtutis est meritorius, sed actus prædictus est actus iustitiæ, quia dicitur redditio debiti: ergo est meritorius.

¶ Respondeo dicendum, quòd cùm nullus actus ex deliberata voluntate procedens sit indifferens, vt in secundo libro dictum est, actus matrimonialis semper est peccatum, vel meritorius, in eo, qui gratiam habet. Si enim ad actum matrimonialem virtus inducat: vel iustitiæ, vt debitum reddat; * vel religionis, vt proles ad cultum Dei procreetur, est meritorius. Si autem moueat libido sistens intra bona matrimonii, vt scilicet nullo modo ad aliam recedere vellet; est peccatum veniale; si autem extra bona matrimonii efferatur, vt scilicet cum quacunque muliere idem facere proponeret: est peccatũ mortale. Natura autem mouere non potest, quin vel ordinetur ratione, & sic erit motus virtutis, vel non ordinetur, & sic erit motus libidinis.

Vide Aug. de bono coniug. c. 6. & 17. to. 7

¶ Ad primum ergo dicendum, q̃ radix merendi quantum ad præmium substantiale, est ipsa charitas, sed quantum ad aliquod accidentale præmium, ratio meriti consistit in difficultate actus: & sic actus matrimonii nó est meritorius, sed primo modo.

¶ Ad secundum dicendum, quòd homo potest mereri, & in minoribus bonis, & in maioribus: vnde quando aliquis minora bona dimittit, vt maiora faciat: laudandus est, à minùs meritorio actu discedens.

¶ Ad tertium dicendum, quòd indulgentia quandoque est de minoribus malis; & sic indulgetur actus matrimonii prout ad ipsum mouet libido intra terminos matrimonii consistens, sic enim est veniale peccatum. Sed prout ad ipsum mouet virtus, sic est meritorius: & non habet indulgentiam, nisi secundùm, quod est indulgentia de minoribus bonis, quæ idem est, quod

De hac indulgentia Apostol. 1. Cor. 7.

cor-

concessio. Nec est inconueniens, q̃ ille qui tali concessione vtitur, mereatur: quia bonus vsus beneficiorum Dei meritorius est.

¶ Ad quartum dicendum, quòd difficultas laboris requiritur ad meritum præmii accidentalis; sed ad meritum præmii essentialis, requiritur difficultas consistens in ordinatione medii: & hoc est etiam in actu matrimoniali.

¶ Ad quintum dicendum, quòd primus motus secundum quod dicitur peccatum veniale, est motus appetitus in aliquod inordinatum delectabile, quod non est in actu matrimoniali: & ideo ratio non sequitur.

QVAEST. XLII.

De matrimonio, inquantum est sacramentum, in quatuor articulos diuisa.

DEinde considerandum est de matrimonio, inquantum est sacramentum.

¶ Circa quod quæruntur quatuor.

¶ Primò, Vtrùm sit sacramentum.

¶ Secundò, Vtrùm debuerit institui ante peccatum.

¶ Tertiò, Vtrùm conferat gratiam.

¶ Quartò, Vtrùm carnalis commixtio sit de integritate matrimonii.

ARTICVLVS I.

¶ *Vtrum matrimonium sit sacramentum.*

174 D. Th. ubi sup. ar. 1. & seq.

AD primum sic proceditur. Videtur, q̃ matrimoniũ non sit sacramentum. Omne enim sacramentum nouæ legis habet aliquam formam, quæ est de essentia sacramenti: sed benedictio, quæ fit per sacerdotes in nuptiis, non est de essentia matrimonii: ergo non est sacramentum.

Li. 1. de sacram. parte 9. ca. 1. non longè a pria.

¶ 2 Præt. Sacramentum secundùm Hugo. * est materiale elementum: sed matrimonium non habet pro materia aliquod materiale elementum: ergo non est sacramentum.

¶ 3 Præte. Sacramenta habent efficaciam ex passione Christi: sed per matrimonium, non conformatur homo passioni Christi, quæ fuit penalis: cùm habeat delectationem adiunctam: ergo non est sacramentum.

¶ 4 Præt. Omne sacramentum nouæ legis efficit quod figurat: sed matrimonium non efficit coniunctionẽ Christi & Ecclesiæ, quam significat: ergo matrimonium non est sacramentum.

¶ 5 Præt. In aliis sacramentis est aliquid quod est res & sacramentum: sed hoc non potest inueniri in matrimonio, cùm non imprimat characterem, aliàs non iteraretur: ergo non est sacramentum.

¶ Sed contra est, quod dicitur Ephes. 5. Sacramentum hoc magnum est: ergo, &c.

¶ Præt. Sacramentum est sacræ rei signum: sed matrimonium est huiusmodi: ergo, &c.

D. Tho. in 4. dist. 1. q. 1. ar. 1.

¶ Respondeo dicendum, quòd sacramentum importat aliquod remedium sanctitatis homini, contra peccatum, exhibitum per sensibilia signa: vnde cùm hoc inueniatur in matrimonio, inter sacramenta computatur.

¶ Ad primum ergo dicendum, q̃ verba, quibus consensus matrimonialis exprimitur, sunt forma huius sacramenti, non autem benedictio sacerdotis, quæ est quoddam sacramentale.

¶ Ad secundum dicendum, quòd sacramentum matrimonii perficitur per actum eius, qui sacramento iu-

lo vtitur, sicut pœnitentia: & ideo sicut pœnitentia non habet aliam materiam, nisi ipsos actus suũi subiectos, qui suat loco materialis elementi: ita est de matrimonio.

¶ Ad tertium dicendum, quòd quàmuis matrimonium non conformet passioni Christi quantùm ad pœnam: conformat tamen ei quantum ad charitatem, per quam pro Ecclesia sibi in sponsam coniungenda, passus est.

¶ Ad quartum dicendum, quòd vnio Christi ad Ecclesiam non est res contenta in hoc sacramento: sed res significata & non contenta: & talem rem nullum sacramentum efficit. Sed habet aliam contentam rem & significatam, quam efficit, ut dicetur. * † Magister autem ponit rem non contentam, quia erat huius opinionis, q̃ non haberet rem aliquam contentam.

In sequenti solut. li. 4 sen. di. 26. §. G

¶ Ad quintum dicendum, quòd etiam in hoc sacramento sunt illa tria: quia sacramentum tantùm sunt, actus exteriùs apparentes; sed res & sacramentum est obligatio, quæ innascitur viri ad mulierem, ex talibus actibus; sed res ultima contenta, est effectus huius sacramenti, non contenta autem est res, quam Magister * determinat.

li. 4. sent. di. 26. §. C

ARTICVLVS II.

¶ *Vtrùm matrimonium debuerit institui ante peccatum.*

175

AD secundum sic proceditur. Videtur, quòd matrimonium non debuerit institui ante peccatũ. Quia illud quod est de iure naturali, non indiget institutione: sed matrimonium est huiusmodi, ut ex dictis * patet, ergo non debuit institui.

q. 91. ar. 2

¶ 2 Præterea, * Sacramenta sunt quædam medicinæ contra morbum peccati: sed medicina non præparatur nisi morbo: ergo ante peccatum non debuit institui.

¶ 3 Præterea, Ad idem institutio una sufficit: sed matrimonium fuit institutum etiam post peccatum, ut in litera dicitur: * ergo ante peccatum non fuit institutum.

li. 4. sent. di. 26. §. B & C.

¶ 4 Præterea, Institutio sacramenti debet esse à Deo. Sed ante peccatum verba quæ ad matrimonium pertinent, non sunt determinatè dicta à Deo, sed ab Adam: illa autem verba, quæ Deus dixit: * Crescite & multiplicamini, dicta sunt brutis etiam, in quibus non est matrimonium: ergo matrimonium non fuit institutum ante peccatum.

Genes. 1.

¶ 5 Præt. * Matrimonium est sacramentum nouæ legis: sed sacramenta nouæ legis à Christo initium sumpsunt: ergo non debuit ante peccatum institui.

Concil. Flo. in decretũ. 2 de sacram.

¶ Sed contra est, q̃ dicitur Matth. 19. Non legistis quia qui fecit homines ab initio, masculum & fœminam fecit eos?

¶ Præt. Matrimonium est institutum ad procreationem prolis: sed ante peccatum erat necessaria homini procreatio prolis: ergo ante peccatum debuit matrimonium institui.

¶ Respondeo dicendum, quòd natura inclinat ad matrimonium, intendens aliquod bonum: quod quidem variatur secundùm diuersos hominum status: & ita oportet, q̃ secundum illud bonum, diuersimodè in diuersis statibus hominum instituatur: & ideo matrimonium, secundùm quod ordinatur ad procreationem prolis, quæ erat necessaria etiam peccato non existente, institutum fuit ante peccatum: secundùm autem q̃ remedium præbet contra vulnus peccati, institutum fuit post peccatũ tempore legis naturæ: secundùm autem determinationẽ personarum, institutionem habuit in lege Moysi: sed secundùm quod repræsentat mysteriũ coniunctionis Christi &

Universidad de Deusto
Biblioteca

sti & Ecclesiæ, instituionem habuit in noua lege, & secundùm hoc est sacramentum nouæ legis. Quantùm verò ad aliàs vtilitates, quæ ex matrimonio consequuntur, sicut est amicitia, & mutuum obsequium sibi à coniugibus impensum, habet institutionem in lege ciuili. Sed quia de ratione sacramenti est, ꝙ sit signum & remedium, ideo quantum ad medias institutiones competit ei ratio sacramenti: sed quantum ad primam institutionem competit ei, ꝙ sit in officium naturæ: quantum verò ad vltimã, quòd sit in officium ciuilitatis.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd illa quæ in communi sunt de iure naturali, indigent institutione quantum ad eorum determinationem, quæ diuersimodè competit secundùm diuersos status: sicut de iure naturali est, quòd maleficia puniantur, sed quòd talis pœna tali culpæ apponatur, per determinationem iuris positiui fit.

¶ Ad secundum dicendum, quòd matrimonium non est tantùm in remedium contra peccatum, sed principaliter est in officium naturæ: & sic institutum fuit ante peccatum, non autem prout est in remedium.

¶ Ad tertium dicendum, quòd secundùm diuersa quæ oportet in matrimonio determinari, non est inconueniens, quòd diuersas habuerit institutiones: & sic illa diuersa institutio non est eiusdem secundùm idem.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ matrimonium ante peccatum institutum fuit à Deo quando homini mulierem de costa formauit in adiutorium, & dixit eis: Crescite, & Genes. 1. multiplicamini: quod quàmuis etiam aliis animalibus dixerit: non tamen per ea, eodem modo implẽdum fuit, sicut per homines. Adam verò illa verba protulit à Deo inspiratus, ut intelligeret matrimonii institutionem à Deo factam.

¶ Ad quintum dicendum, ꝙ quantum ad hoc, ꝙ matrimonium est sacramentum nouæ legis, non fuit ante In cor. ar. Christum institutum, ut ex dictis patet. *

ARTICVLVS III.

¶ Vtrùm matrimonium conferat gratiam.

176 AD tertium sic proceditur. Videtur, quòd matrimonium non conferat gratiam. Quia secundùm Hugo. * sacramenta ex sanctificatione inuisibilem gratiam Li. 1. de sa cra. par. 9. c. 1. conferunt: sed matrimonium non habet aliquam sanctificationem, quæ sit de essentia eius: ergo non confertur gratia in ipso.

¶ 2 Præterea, Omne sacramentum conferens gratiam, confert ipsam ex materia & forma sua. Sed actus quibus sunt materia in hoc sacramento, non sunt causa gratiæ: quia hoc esset Pelagiana hæresis, scilicet, quòd actus nostri sint causa gratiæ: verba etiam exprimentia consensum non sunt causa gratiæ, nam ex eis non sit aliqua sanctificatio. Ergo in matrimonio nullo modo gratia datur.

¶ 3 Præt. Gratia ordinata contra uulnus peccati est necessaria omnibus habentibus uulnus illud: sed in omnib. inuenitur concupiscentiæ vulnus: si ergo in matrimonio daretur gratia contra uulnus concupiscentiæ, deberent omnes homines matrimonium contrahere; esseteque stultum valde à matrimonio abstinere.

¶ 4 Præt. Infirmitas non accipit medicamẽtum ab eo, à quo accipit intensionem: sed per matrimonium concupiscentia accipit intensionem, quia sicut dicit Philoso. in Li 3 non multũ re motè à fine libri. 3. Ethico. * insatiabilis est concupiscentiæ appetitus, & per operationem congruam augetur: ergo videtur, ꝙ in matrimonio non conferatur remedium gratiæ contra concupiscentiam.

¶ Sed contra, Definitio & definitum debent conuerti, sed in definitione sacramenti ponitur * causalitas gratiæ; * ergo cùm matrimonium sit sacramentum, erit gratiæ causa. Tho. in 4. dist. 1 q. 1. ar. 1. q. 3. & sequé.

¶ Præte. Aug. † dicit, ꝙ matrimonium est ægrotis in remedium: sed non est in remedium, nisi inquantum aliquam efficaciam habet: ergo habet aliquid efficacię ad re primendam concupiscentiam. Sed concupiscentia non reprimitur nisi per gratiam: ergo in ipso confertur gratia. † In libro de bono viduitatis c. 8. circa finem, to. 4. & de genes ad liter. li. 9. c. 7. to. 2.

¶ Respondeo dicendum, ꝙ circa hoc fuit triplex opinio. Quidam enim dixerunt, ꝙ matrimonium nullo modo est cã gratiæ, sed est tantum signum. Sed hoc non pôt stare, quia secundũ hoc, in nullo abundaret à sacramentis veteris legis: vñ non esset aliqua rato, quare sacramentis nouæ legis annumeraretur: ꝙ enim remedium præbeat satisfaciendo concupiscentiæ, ne * deinceps ruat, dum nimis arctatur, habuit etiam in veteri lege ex ipsa natura actus. Et ideo alii dixerunt, ꝙ conferturibi gratia in ordine ad recessum à malo: quia excusatur actus à peccato, qui sine matrimonio peccatum esset. Sed hoc esset nimis parum, quia hoc ét in veteri lege habuit: & ideo dicunt, ꝙ facit recedere à malo inquantum constringit concupiscentiam, ne extra bona matrimonii feratur: non autem per gratiam illam fit aliquod auxilium ad bene operandum. Sed hoc non pôt stare: quia eadem gratia est quę impedit peccatum, & quæ ad bonum inclinat; sicut idem calor qui aufert frigus, & qui calefacit. Vnde alii dicunt, ꝙ matrimonium inquantum in fide Christi contrahitur, habet ut conferat gratiam adiuuantem ad illa operãda, quę in matrimonio requiruntur: & hoc probabilius est. Quia vbicunque datur diuinitùs aliqua facultas, dantur etiam auxilia, quibus homo conuenienter vti possit facultate illa: sicut patet, ꝙ omnibus potentiis animæ respondent aliqua membra corporis, quibus in actum exire possint. Vnde cùm in matrimonio detur homini ex diuina institutione facultas utendi sua uxore ad procreationem prolis, datur etiam gratia sine qua id conuenienter facere nõ possit; sicut etiam de potestate ordinis suprà dictũ est, * & sic ista gratia data est vltima res contenta in hoc sacramento. * 3. 35. ar. 5 corp.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd sicut aqua baptismi habet, quòd corpus tangat, & corabluat, ex tactu carnis Christi: ita matrimonium hoc habet ex hoc, quòd Christus sua passione illud repræsentauit, & non principaliter ex aliqua sanctificatione sacerdotis.

¶ Ad secundum dicendum, quòd sicut aqua baptismi cum forma verborum non operatur immediatè ad gratiam, sed ad characterem: ita actus exteriores & verba exprimentia consensum, directè faciunt nexum quendam, qui est sacramentum matrimonii: & huiusmodi nexus ex virtute diuinæ institutionis dispositiuè operatur ad gratiam.

¶ Ad tertium dicendũ, ꝙ ratio illa procederet, nisi contra concupiscentiæ morbum posset aliquod efficacius remedium adhiberi: adhibetur autem maius remediũ per opera spiritualia & carnis mortificationem ab illis, qui matrimonio non utuntur.

¶ Ad quartum dicendum ꝙ contra concupiscentiam potest præstari remedium dupliciter. Vno modo, ex parte ipsius concupiscentiæ, ut reprimatur in sua radice: & sic remedium præstat matrimonium per gratiam quæ in eo datur. Alio modo ex parte actus eius: & hoc dupliciter. Vno modo, ut actus, ad quem concupiscentia inclinat exteriùs turpitudine careat, & hoc fit per bona matrimonii, * quæ honestant carnalem concupiscentiã. Alio modo, ut actus turpitudinem habens impediatur, quod fit ex ipsa natura actus, quia dum concupiscentiæ satisfit in actu coniugali, ad alias corruptelas non ita incitat. Propter quod dicit Apostolus 1. ad Corin. 7. Melius est nubere quàm uri. Quàmuis enim opera concupiscentiæ congregata, De quib. q. 49.

congregata, secundùm se nata sint concupiscentiam augere, tamen secundùm quod ratione ordinantur, ipsam reprimunt: quia ex similibus actibus similes relinquuntur dispositiones & habitus.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrùm carnalis commixtio sit de integritate matrimonij.

177 AD quartum sic proceditur. Videtur, ꝙ carnalis commixtio sit de integritate matrimonii. In ipsa enim Genes. 2. institutione matrimonii dictum est, Erunt duo in carne vna: sed hoc non fit nisi per carnalem commixtionem: ergo est de integritate matrimonii.

¶ 2 Præt. Illud quod pertinet ad sacramenti significationem est de necessitate sacramenti, ut prædictum * est: Q. 39. ar. 1 cor. & art. 2 huius q. 1 Al. matrimonii. * li. 4. sen. di. 26. S. F. sed carnalis commixtio pertinet ad significationem † sacramenti, vt in litera * dicitur: ergo est de integritate sacramenti.

¶ 3 Præt. Hoc sacramentum ordinatur ad conseruationem speciei: sed conseruatio speciei non potest fieri sine carnali commixtione: ergo est de integritate sacramenti.

¶ 4 Præt. Matrimonium est sacramentum, secundùm quòd remedium contra concupiscentiam præstat, de quo dicit Apostolus. 1. Cor. 7. ꝙ melius est nubere, quàm vri: sed hoc remedium non præstat his, qui carnaliter nõ commiscentur: ergo idem quod prius.

Sum. arg. est in Augu. in consensu Euãgel. lib. 2. c. 1. Vide Augu. lib. 23. cõtra Faustũ, c. 8. c. 6. Et in li. de nuptiis & cõcup. c. 1. & lib. 3. contra Iul. c. 9. & de bono coniugali c. 8. to. 7. ¶ Sed contra, In Paradiso fuit matrimonium: sed ibi non fuit carnalis copula: ergo commixtio carnalis non est de integritate matrimonii.

¶ Præt. Sacramentum ex suo nomine sanctificationẽ importat: sed sine carnali commixtione est matrimoniũ sanctius, ut in litera † dicitur: ergo carnalis commixtio non est de necessitate sacramenti.

¶ Respondeo dicendum, ꝙ duplex est integritas. Vna, quæ attenditur secundũ perfectionem prima: quæ consistit in ipso esse rei. Alia, quæ attenditur secundùm perfectionem secundam; quæ consistit in operatione. Quia ergo carnalis commixtio est quædam operatio, sicue vsus matrimonii, per quod facultas ad hoc datur: ideo carnalis commixtio erit de secunda integritate matrimonii, & non de prima. 9. 42. ar. 1 ad 4. & 5.

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ Adam expositurus integritatem matrimonii quantum ad vtranque perfectionem, quia res ex suo actu innotescit.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ significatio rei contẽtæ est de necessitate sacramenti, & ad hanc significationem non pertinet carnalis commixtio, sed ad rem non contentam: ut ex dictis patet. *

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ res non peruenit ad finem suum, nisi per actum proprium; vnde ex hoc, quòd finis matrimonii non habetur sine carnali commixtione, * Al. ostenditur. oportet, quòd sit de integritate secunda, & non de prima.

¶ Ad quartum dicendum, quòd ante commixtionẽ carnalem matrimonium est in remedium, ex gratia quæ in eo datur; quàmuis non ex actu, qui pertinet ad integritatem secundam.

QVAEST. XLIII.

De matrimonio quantùm ad sponsalia, in tres articulos diuisa.

CONsequenter considerandum est de matrimonio absolutè considerato. Vbi primò agendũ est de sponsalib. Secundò, de matrimonii ratione. Tertiò, de eius causa efficiente, s. de consensu. Quartò, de eius bonis. Quintò, de impedimentis ipsius. Sextò, de secundis nuptiis. Septimò, de quibusdam matrimonio annexis.

¶ Circa primum quæruntur tria.

¶ Primò, quid sint sponsalia.

¶ Secundò, qui possint contrahere sponsalia.

¶ Tertiò, vtrùm sponsalia dirimi possint.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrùm sponsalia sint futurarum nuptiarum promissio.

178 AD primum sic proceditur. Videtur, quòd sponsalia non conuenienter dicantur futurarum nuptiarum promisio, ut habetur ex verbis Nicolai Papæ. D. Tho. 4. di. 27. q. 2. ar. 1. et sequen. Quia sicut dicit Isidorus, * est aliquis sponsus, non quia promittit, sed quia spondet & sponsores dat: sed à sponsalibus dicitur aliquis sponsus: ergo malè dicuntur promissio. * li. 9. Etymol. c. vl.

¶ 2 Præt. Quicunque promittit aliquid, debet compelli ad soluendum: sed illi qui sponsalia contraxerunt, non compelluntur per Ecclesiam ad matrimonium complẽdum: ergo sponsalia non sunt promissio.

¶ 3 Præte. In sponsalibus quandoque non est sola promissio, sed additur iuramentum, & aliquæ arrhæ: ergo videtur, quòd non debuerint solùm per promissionem de fiiri.

¶ 4 Præte. Matrimonia debent esse libera & absoluta: sed sponsalia quandoque fiunt sub aliqua conditione & accipiendæ pecuniæ: ergo non conuenienter dicuntur promissio nuptiarum.

¶ 5 Præt. Promissio quæ est de rebus futuris, vituperatur Iac. 4. sed circa sacramenta non debet aliquid esse vituperabile: non ergo debet fieri futurarum nuptiarum promisio.

¶ 6 Præt. Nullus dicitur sponsus, nisi à sponsalib. sed aliquis dicitur sponsus ex præsentibus nuptiis, ut in litera dicitur: * ergo sponsalia non semper sunt futurarum nuptiarum promisio. Li. 4. sen. dist. 27.

¶ Respondeo dicendum, quòd consensus in coniugalem copulam per verba de futuro, non facit matrimonium, sed matrimonii promissionem: & hæc promissio dicitur sponsalia, à spondendo, ut dicit Isidorus. * Nam ante vsum tabularum, matrimonii cautiones dabant, quibus spondebant se inuicem consentire in iure matrimonii, & fideiussores dabant. Fit autem ista promissio dupliciter, scilicet absolutè, & sub conditione. Absolutè, quatuor modis. Primò, nuda promissione, vt cum dicitur, Accipiam te in meam, & è conuerso. Secundò datis arrhis sponsalitiis: vt pecunia, vel aliquo huiusmodi. Tertiò, annuli subarrhatione. Quartò, interueniente iuramento. Si autem fiat dicta promissio sub conditione, distinguendum est. Quia aut est conditio honesta, ut cùm dicitur, Accipiam te, si parentibus placeat: & tunc stante conditione stat promissio: & non stante, non stat. Aut est inhonesta: & hoc dupliciter. Quia aut est contraria bonis matrimonii, ut si dicam, Accipiam te, si venena sterilitatis procures: & tunc non contrahuntur sponsalia. Aut non est contraria bonis matrimonii, ut si dicam, Accipiã te si furtis meis consentias: & tunc stat promissio, sed tolenda est conditio. * li. 9. Etymol. c. vlt. parum a principio

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ ipsa sponsalia, & sponsorum datio est promissionis confirmatio: & ideo ab hoc denominatur quasi à perfectiori.

¶ Ad secundum dicendum, quòd ex tali promissione obligatur unus alteri ad matrimonium contrahendum: & peccat mortaliter non soluens promissum, nisi legitimum impedimentum interueniat: & secundùm hoc, Ecclesia cogit, iniungendo pœnitentiam pro peccato: tamen in foro contentioso non compellitur, quia matrimonia

Universidad de Deusto
Biblioteca

trimonia coacta consueuerunt maios exitus habere, nisi fortè iuramẽtum interuenerit, quia tunc cogendus est, qui promisit, vt quidam dicunt; quàmuis aliis non videatur propter causam prædictam, præcipuè si de vxoricidio timeretur.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ illa addita non sunt nisi ad confirmandam promissionem: vnde non sunt aliud, quàm promissio.

¶ Ad quartum dicendum, quòd conditio illa quæ apponitur, non tollit matrimonii libertatem: quia si est inhonesta, debet abiici: nam autem honesta, aut est de bonis simpliciter, vt si dicatur, Accipiam te si placet parentibus: & hæc conditio non tollit libertatem sponsalium, sed auget ei honestatem; aut est de vtilibus, ut si dicatur, Contraham tecum si dabis mihi centum: & tunc hoc nõ ponitur quasi ad vendendum consensum matrimonii, sed intelligitur vt promissio dotis: vnde matrimonium libertatem non perdit. Quandoque autem apponitur conditio pecuniæ per modum pœnæ: & tunc quia matrimonia debent esse libera, talis conditio non stat, nec potest exigi pœna illa ab eo qui non vult matrimonium complere.

¶ Ad quintum dicendum, quòd Iacobus non intendit prohibere, ꝙ omnino aliquis nullam promissionem faciat de futuris: sed ꝙ non promittat quasi fiduciam habens de vita sua: vnde docet, ꝙ debet apponi conditio, si Deus voluerit, quæ etiam si verbis non exprimatur, corde tamen debet intelligi.

¶ Ad sextum dicendum, quòd in matrimonio potest considerari ipse coniunctio matrimonialis & actus eius: & à sponsione primi in futurum, dicitur sponsus, à sponsalibus contractis per verba de futuro: & à sponsione secundi dicitur aliquis sponsus, etiam quando contractũ est matrimonium per verba de præsenti, quia ex hoc ipso spondet matrimonii actum: tamen à prima responsione dicuntur sponsalia propriè, quæ sunt quædam sacramentalia matrimonii, sicut exorcismus Baptismi.

ARTICVLVS II.

¶ *Vtrùm tempus septennij sit conuenienter assignatum sponsalibus contrahendis.*

179 AD secundum sic proceditur. Videtur, quòd tempus septennij non sit conuenienter assignatum sponsalibus contrahendis. Contractus enim, qui per alios fieri potest, non requirit discretionem in illis ad quos pertinet: sed sponsalia fieri possunt per parentes, vtroque illorum ignorante, quorum sunt sponsalia: ergo ita possunt fieri ante septennium, sicut post.

¶ 2 Præt. Sicut ad contractum sponsalium requiritur aliquis rationis vsus, ita ad consentiendum in peccatum
lib.4.dia lo.c.18. mortale: sed sicut Greg. narrat in 4. Dialo. quidam puer quinque annorum, propter blasphemia peccatum à diabolo extinctus est: ergo etiam ante septennium possunt contrahi sponsalia.

¶ 3 Præt. Sponsalia ad matrimonium ordinantur: sed in matrimonio non assignatur vnum tempus puellæ & puero: ergo nec in sponsalibus septennium vtrique assignari debet.

¶ 4 Præt. Ex tunc aliqui possunt sponsalia contrahere, ex quo eis possunt futuræ nuptiæ placere: sed signa talis placentiæ frequenter apparent in pueris ante septennium: ergo ante illud tempus possunt contrahi sponsalia.

¶ 5 Præt. Si aliqui ante septimum annum contrahant sponsalia, & postea post septennium ante tẽpus pubertatis contrahant per verba de præsenti, reputantur inter eos esse sponsalia: sed hoc non est ex secundo contractu, quia tunc non intendunt sponsalia, sed matrimonium contrahere: ergo ex primo: & sic ante septennium possunt sponsalia contrahi.

¶ 6 Præte. In his quæ communiter fiunt à plutibus, quod deest vni, suppletur ab altero, sicut patet in trahentibus nauem: sed contractus sponsalium est quædã actio communis inter cõtrahentes: ergo si vnus sit pubes, potest contrahere cum puella quæ non habet septem annos, sponsalia; quia quod vni deficit de tempore, alteri superabundat.

¶ 7 Prætereà, Si aliqui iuxta ætatem pubertatis, quàmuis ante eam contrahunt per verba de præsenti, reputatur inter eos matrimonium esse: ergo pari ratione si ante septennium, dummodo sint propinqui, contrahant per verba de futuro, reputabuntur inter eos esse sponsalia.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd septennium est tempus determinatum * à iure sponsalibus contrahendis satis rationabiliter. Quia cum sponsalia sint quædam promissiones futurorum, vt dictum † est; oportet quòd illorum sint qui aliquo modo promittere possunt, quod non est nisi illorum qui habent aliquam prudentiam de futuris, * quæ vsum rationis requirit: respectu cuius triplex gradus notatur secundùm Philosophum in 1. Ethicorum. † Primus est, cùm quis neque ipse intelligit per se, neque ab alio capere potest. Secundus status est, quo homo ab alio capere potest, sed ipse per se non sufficit ad considerandum & intelligendum. Tertius est, cùm homo & ab alio iam capere potest, & per seipsum considerare. Et quia ratio paulatim in homine conualescit, secundùm quod quiescentior motus, & fluxibilitas humorum: ideo primum statum rationis obtinet homo ante primum septennium, & propter hoc illo tempore nulli contractui aptus est, & ita nec sponsalibus. Sed ad secundum statum incipit peruenire in fine primi septennij: vnde etiam tũc temporis pueri ad scholes ponuntur. Sed ad tertium statum incipit homo peruenire in fine secundi septennij, quantum ad ea quæ ad personam ipsius pertinent, in quo ratio naturalis eius conualescit, sed quantum ad ea quæ extra ipsum sunt, in fine tertii septennii: & ideo ante primum septennium nulli cõtractui homo aptus est. Sed in fine primi septenni incipit esse aptus ad aliqua promittenda in futurum, præcipuè de his ad quæ ratio naturalis inclinat magis: non autem ad obligandum se perpetuo vinculo, quia adhuc non firmam habet uoluntatem: & ideo tali tempore possunt contrahi sponsalia. Sed in fine secundi septẽniium potest obligare se de his, quæ ad personam ipsius pertinent, vel ad religionem, vel ad coniugium. Sed post tertium septennium etiam potest de aliis se obligare, & secundùm leges constituitur ei potestas de rebus suis disponendi post* vigesimum secundùm annum.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd si ante annos pubertatis fiat contractus sponsalium per alium, ambo, vel alter, reclamare possunt: vnde nihil tunc actum est, adeò quòd nec aliqua affinitas ex hoc contrahatur: & ideo sponsalia quæ inter aliquos per personas alias contrahuntur robur habent, inquantum illi inter quos contrahuntur, ad ætatem debitam venientes, non reclamant, ex quo intelliguntur consentire de his quæ per alios facta sunt.

¶ Ad secundum dicendum, quòd quidam dicunt, quòd ille puer, de quo Gregor. * narrat, non fuit damnatus, nec mortaliter peccauit, sed visio illa fuit ad patrem contristandum, qui in puero illo peccauerat, non corrigens eum: sed hoc est expresse contra intentionem Gregor. † dicentis, quòd pater pueri animam paruuli filii negligens, non paruum peccatorem gehennæ ignibus nutriuit. Et ideo dicendum, quòd ad peccatum mortale sufficit etiam consensus præsens: sed in sponsalibus est

In decret. li.4.tit.2. c.5. & extrã. in decre.10.q. 2. in initio. †Ar.pec. 2.2.qõ. 189.ar.5 cor. †li.1.c.4

est consensus in futurum, maior autem discretio rationis requiritur ad prouidendum in futurum, quàm ad cõsentiendum in actum vnum præsentem: & ideo ante potest homo peccare mortaliter quàm possit se obligare ad aliquid in futurum.

¶ Ad tertium dicendum, quòd in tempore contractus matrimonii, non solum requiritur dispositio ex parte vsus rationis: sed etiam ex parte corporis, vt sit tempus generationi aptum. Et quia puella in 12. anno ad hoc venit, vt possit esse actui generationis apta; puer autem in fine secundi septennii, vt Philosophus ait in 9. animalium *: simul autem vsum discretionis accipiunt, qui tantum in sponsalibus requiritur: ideo in sponsalibus determinatur vnum tempus vtrique, * nõ autem in matrimonio.

Li.7.ẽ hi storia alia liũ in principio. In decre. li.4.tit.2. c.2.

¶ Ad quartum dicendum, quòd illa placentia quæ est in pueris ante septennium non procedit ex perfecto vsu rationis, cùm nondum susceptibiles sint plenæ disciplinæ: sed magis contingit ex motu naturæ, quàm ex aliqua ratione: & ideo non sufficit talis placentia ad sponsalia contrahenda.

¶ Ad quintum dicendum, quòd quàmuis per secundum contractum in casu illo non faciant matrimonium, tamen ostendunt se ratam habere priorem promissionem: & ideo prior contractus accipit firmitatem ex secundo.

¶ Ad sextum dicendum, quòd trahentes nauem agũt per modum vnius causæ, & ideo quod deest vni, potest suppleri ex altero: sed sponsalia contrahentes agunt vt distinctæ personæ, quia sponsalia non nisi inter duos esse possunt: vnde in vtroque requiritur, ꝙ sit sufficiens ad cõtrahendum; & ideo defectus vnius sponsalia impedit, nec ex altero potest suppleri.

¶ Ad septimum dicendum, quòd in sponsalibus etiã similiter si appropinquant contrahentes ad tempus septenii, contractus sponsalium habet robur: quia secundum Philosophum in 2. Physic. * quod parum deest, quasi nihil deesse videtur. Hæc autem propinquitas à quibusdam determinatur tempus sex mensium: sed melius est quod determinetur, secundùm conditionem contrahentium, quia in quibusdam magis acceleratur vsus rationis, quàm in aliis.

i.2.texc. 56

ARTICVLVS III.

¶ *Vtrùm sponsalia dirimi possint.*

220 AD Tertium sic proceditur. Videtur, quòd sponsalia dirimi non possint altero religionem intrante. Quia de pecunia quam alitui promisi, non possum alteri licitè obligationem facere: sed ille qui sponsalia contrahit, corpus suum promittit mulieri: ergo non potest se offerre Deo ulteriùs in religionem.

¶ 2 Item, Videtur quòd non debeant dirimi quando alter coniugum ad longinquam religionem se transfert. Quia in dubiis semper tutior pars est eligenda: sed tutius esset, quòd eum expectaret: ergo tenetur eum expectare.

¶ 3 Item, Videtur quòd nec dirimantur per ægritudinem, quam aliquis incurrit post contracta sponsalia, Quia pro pœna nullus debet puniri: sed vir qui infirmitatem incurrit, punitur in hoc quod ei ius suum auferetur quod in illam habebat, quæ sibi fuerat desponsata: ergo propter corporalem infirmitatem non debent sponsalia dirimi.

¶ 4 Item, Videtur quòd nec propter affinitatem interuenientem, vtpote si sponsus consanguineam sponsæ fornicario concubitu cognoscat. Quia secundum hoc sponsa puniretur pro peccato sponsi; quod non est conueniens.

¶ 5 Item, Videtur quòd non possint se inuicem absoluere, quia hoc est maximæ leuitatis, vt primò contrahãt, & postmodum se absoluant: sed talia non debent ab Ecclesia sustineri: ergo &c.

¶ 6 Item, Videtur quòd nec propter alterius fornicationem, quia per sponsalia vnus non accipit adhuc potestatem in corpus alterius, & ita videtur, ꝙ in nullo contra inuicem peccent, si interim fornicantur: ergo sponsalia dirimi non debent per hoc.

¶ 7 Item, Videtur, ꝙ nec per contractum cum alia per verba de præsenti, quia secunda venditio non derogat vẽditioni primæ: ergo nec secundus contractus potest derogare primo.

¶ 8 Item, Videtur ꝙ nec per defectum ætatis possint dirimi, quia quod non est, non potest dissolui: sed ante ætatem determinatam nulla fuerunt sponsalia: ergo dirimi non possunt.

¶ Respondeo dicendum, ꝙ in omnibus prædictis * casibus sponsalia contracta dirimuntur, sed diuersimodè: quia in duobus, scilicet cùm quis ad religionem confugit, & cum alter coniugum cum altero per verba de præsenti contrahit; ipso iure sponsalia dirimuntur: sed in aliis casibus dirimi debent secundùm iudicium Ecclesiæ. In argumẽtis obiectionis huius articuli citatis.

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ talis promissio solui tur per mortem spiritualem, cùm sit spiritualis tantum vt dicetur *. Q 51.a.2

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ dubium illud determinatur ex hoc, ꝙ alter non comparet tempore statuto ad matrimonium perficiendum. Vnde si ex parte eius non defuit, quin matrimonium compleret, potest licitè alteri nubere sine aliquo peccato. Si autem per eam stetit, ꝙ matrimonium non fit completum, debet agere pœniten tiam de peccato fractæ promissionis, aut iuramenti, si iuramentum interuenerit: & contrahere potest cum alia si vult, iudicio Ecclesiæ *. In decre. li.4.tit.1 cap.5

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ si ante contractum matrimonium aliquam grauem infirmitatem incurrat alter eorum, inter quos sunt contracta sponsalia, quæ ipsum debilitet nimis, vt epilepsia, vel paralysis: aut eum deformet, vt abscisio nasi, vel orbitas oculorum, vel aliquid huiusmodi: aut quæ sit contra bonum prolis, vtpote lepra, quæ solet prolem inficere: possunt sponsalia dirimi, ne sibi inuicem displiceant, & matrimonium sic contractum, malum exitum sortiatur. Nec pro pœna punitur aliquis, sed ex pœna damnum reportat: quod non est inconueniens.

¶ Ad quartum dicendum, quòd si sponsus cognouit consanguineam sponsæ, vel è contra, tunc dirimi debent sponsalia: & ad hoc probandum sola fama sufficit, propter scandalum vitandum: causæ enim quæ in futurum expectant effectus suos, impediuntur à suis effectibus, non solùm ex eo quod est, sed ex eo quod futurum est. Vnde sicut affinitas, si esset tempore contractus sponsalium, impediuisset contractum illum: ita si interueniat ante matrimonium, quod est effectus quidam sponsalium, prior contractus ab effectu suo impeditur. Nec in hoc aliquid detrahitur alteri, immo ei confertur, quia absoluitur ab eo, qui per fornicationem se Deo odiosum reddidit. li. 4. dec. tit. 1. c. 2. li. 4. dec. ti. 1. c. 12.

¶ Ad quintum dicendum, ꝙ quidam non recipiunt istum casum, sed contra eos est Decre. * quæ expresse dicit. Ad instar, inquit, eorum qui societatem interpositione fidei contrahunt, & postea eandem sibi remittunt, potest in patientia tolerari, si mutuò se absoluunt qui sponsalia contraxerunt. Sed ad hoc dicunt, quod Ecclesia magis hoc sustinet ne peius eueniat, quàm hoc sit de iure, sed hoc nõ videtur exemplo conuenire, quod Decr. adducit. Et ideo dicendum, ꝙ non semper est leuitatis retractare quæ priùs firmata sunt, quia incertæ sunt prouidentiæ nostræ: vt dicitur in lib. Sapientiæ *. Cap.9

¶ Ad sextum dicendum, quòd quàmuis nondum dederint

Universidad de Deusto
Biblioteca

dederint sibi mutuò potestatem corporis sponsalia contrahentes, tamen ex hoc efficiuntur sibi inuicem suspecti de non seruanda fide in futurum: & ideo potest sibi præcauere vnus contra alium, sponsalia dirimendo.

¶ Ad septimum dicendum, quòd ratio illa teneret, si esset vnius rationis vterque contractus: sed secundus contractus matrimonii est fortior primo, & ideo soluit ipsum.

¶ Ad octauum dicendum, q̃ quàmuis non fuerint vera sponsalia, tamen fuit ibi quidam sponsalium modus: & ideo ne videatur approbare, ad annos legitimos veniés, debet petere solutionem sponsalium iudicio Ecclesiæ faciendam, propter bonum exempium.

QVAEST. XLIIII.

De matrimonij definitione, in tres articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de ratione matrimonii.

¶ Circa quod quæruntur tria.

¶ Primò, Vtrùm matrimonium sit in genere coniunctionis.

¶ Secundò Vtrùm conuenienter nominetur.

¶ Tertiò, Vtrùm conuenienter definiatur.

ARTICVLVS I.

¶ *Vtrùm matrimonium sit in genere coniunctionis.*

181 D.Th. 4. di. 27. q. 1 ar 1. qó. 1. & sequé.

AD Primum sic proceditur. Videtur quòd matrimonium non sit in genere coniunctionis. Quia vinculum, quo aliqua ligantur, differt à coniunctione ipsa sicut causa ab effectu: sed matrimonium est vinculũ quoddam, quo iuncti matrimonio, ligantur: ergo non est in genere coniunctionis.

¶ 2 Præt. Omne sacramentum est sensibile signum: sed nulla relatio est accidens sensibile: ergo matrimoniũ cùm si sacramentum, non est in genere relationis, & ita nec in genere coniunctionis.

¶ 3 Præterea, Coniunctio est relatio æquiparantiæ sicut & æqualitas: sed non est vna numero æqualitatis relatio in vtroque extremorum, vt Aui. dicit. ergo nec vna coniunctio; & sic si matrimonium est in genere coniunctionis, non est vnum tantum matrimonium inter duos coniuges.

¶ Sed contra, Relatio est, secundùm quòd aliqua adinuicem referuntur, sed secundùm matrimonium aliqua adinuicem referuntur, dicitur enim maritus vir vxoris, & vxor mariti vxor; ergo matrimonium est in genere relationis. nec est aliud quàm coniunctio.

¶ Præt. Vnio duorum ad aliquid vnum non fit nisi secundùm coniunctionem: hoc autem fit per matrimonium, vt patet Genes. 2. Erunt duo in carne vna: ergo matrimonium est in genere coniunctionis.

¶ Respondeo dicendum, quòd coniunctio adunationem quandam importat: vnde vbicunque est adunatio aliquorum, ibi est aliqua coniunctio. Ea autem quæ ordinantur ad aliquid vnum, dicuntur in ordine ad illud adunari: sicut multi homines adunantur ad vnam militiam, vel negotiationem exequendam, ex qua dicuntur commilitones adinuicem, vel socii negotiationis. Et ideo cũ per matrimonium ordinentur aliqui ad vnam generationem, & educationem prolis, & iterum ad vnam vitam domesticam; constat quòd in matrimonio est aliqua cõiunctio, secundum quam dicitur maritus & vxor: & talis coniunctio ex hoc, quòd ordinatur ad aliquid vnum, est matrimonium: coniunctio autem corporum, & animorum ad matrimonium consequitur.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd matrimonium est vinculum, quo ligantur formaliter, non effectiuè: & ideo non oportet quòd sit aliud à coniunctione.

¶ Ad secundum dicendum, quòd quàmuis ipsa relatio non sit sensibile accidens, tamen causæ eius possunt esse sensibiles, nec in sacramento requiritur q̃ sit sensibile illud quod est res & sacramẽtum. Hoc enim modos se habet in hoc sacramento prædicta * coniunctio: sed verba exprimentia consensum sunt sacramentum tantum, & causa prædictæ coniunctionis sunt sensibilia. 1u cor. ar

¶ Ad tertium dicendum, quòd relatio fundatur in aliquo sicut in causa, vt similitudo in qualitate; & in aliquo sicut in subiecto, vt in ipsis similibus; & ex vtraque parte potest attendi vnitas & diuersitas ipsius. Quia ergo in similitudine non est eadem qualitas numero, sed specie in vtroque simili, & iterum subiecta similitudinis sunt duo numero, & similiter est de æqualitate: ideo & æqualitas & similitudo omnibus modis est alia numero in vtroq; similium, & æqualium: sed relatio quę est matrimonium, ex vna parte habet vnitatem in vtroque extremorum, scilicet ex parte causę, quia ad eandem numero generationem ordinatur: sed ex parte subiecti habet diuersitatem secundum numerum. Et ideo hęc relatio est vna & multiplex: & secundum quod est multiplex, ex parte subiecti, significatur his nominibus vxor, & maritus: secundum autem quòd est vna, significatur hoc nomine matrimonium.

ARTICVLVS II.

¶ *Vtrùm matrimonium conuenienter nominetur.*

182

AD secundum sic proceditur. Videtur, quòd matrimonium inconuenienter nominetur, quia denominatio debet fieri à digniori: sed pater dignior est matre: ergo magis debet denominari à patre, quàm à matre, coniunctio vtriusque.

¶ 2 Prętereà, Res debent denominari ab eo quod est de essentia sua, quia ratio quam significat nomen, est definitio, vt dicitur in 4. Meta †. sed nuptię non sunt de essentia matrimonii: ergo non debet matrimonium nuptię appellari. li 4. c. 28

¶ 3 Prętereà, Species non potest proprio nomine nominari ab eo, quod est generis: sed coniunctio est genus ad matrimonium: ergo non potest propriè coniugium nominari.

¶ SED IN CONTRARIVM est communis vsus loquentium.

¶ Respondeo dicendum, q̃ in matrimonio est tria considerare. Primò, essentiam ipsius, quę est coniunctio: & secundum hoc nominatur coniugium. Secundò, causam eius, quę est desponsatio: & secundum hoc vocatur nuptię, à nubo *: quia in ipsa solennitate desponsationis, qua matrimonium perficitur, capita nubentium velãtur. Tertiò, effectum, qui est proles, & sic dicitur matrimonium (ut Aug. * dicit contra Faustum) ex hoc quòd mulier non debeat ob aliud nubere, nisi vt sit mater. Potest etiam matrimonium quasi matris munium, id est, officium dici: quia fœminis maximè incumbit educandę prolis officium. Vel dicitur matrimonium quasi matrę muniens, quia iam habet quo defendatur & muniatur, scilicet virum. Vel dicitur matrimonium quasi matrem monens, ne virum relinquat, alteri adhęrens: uel dicitur matrimonium quasi materia unius, quia in eo fit coniunctio ad unam prolem materialiter inducendam. Vel dicitur matrimonium à monos & materia: uel dicitur matrimonium, ut Isid. dicit, à matre & nato, quia per matrimonium efficitur aliqua mater nati. Amb. li. 1 de Abrah. c. 9. & li. 2 de Isac. offic. c. 10. * Iu. 9. c. 2. 1 inc. to. 6

¶ Ad primum ergo dicendum q̃ quàmuis patet sic dignior

gnior, quàm mater, tamen circa prolem magis officiosa mater est, quàm pater: vel dicendum, quòd mulier ad hoc principaliter facta est, vt sit homini in adiutorium prolis, non autem vir propter hoc factus est, vnde magis pertinet ad rationem matrimonij mater, quàm pater.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ aliquando essentialia cognoscuntur per accidentalia, & ideo etiam per accidẽ talia aliqua nominari possunt, cùm nomen detur causa rei innotescendæ.

¶ Ad tertium dicendum, quòd aliquando species nominatur ab eo, quod est generis, propter imperfectionẽ speciei: quando scilicet completè habet generis rationem, nec tamen aliquid addit quod ad dignitatem pertineat: sicut proprium accidentale retinet nomen proprij communis: aliquando autem, propter perfectionẽ, quando in una specie completè inuenitur ratio generis, & non in alio, sicut animal denominatur ab anima, quæ competit animato corpori, quod est genus animalis, sed animatio nõ inuenitur perfectè in animatis, quæ non sunt animalia. Et similiter est in proposito, quia cõiunctio viri ad mulierem per matrimoniũ est maxima, cùm sit, & animarum & corporum; & ideo coniugiũ nominatur.

ARTICVLVS III.

¶ *Vtrùm matrimonium conuenienter definiatur in litera.*

183 In 4. dist. 27. S. B. & Gratianus in Decretis cã 27. q. 2. I pri.

AD tertium sic proceditur. Videtur, q̃ inconuenienter definiatur in litera. Quia in mariti definitione oportet, q̃ matrimonium ponatur, quia maritus est, qui est mulieri iunctus matrimonio: sed maritalis coniunctio ponitur in definitione matrimonij, ergo videtur, q̃ sit circulatio in definitionibus istis.

¶ 2 Præt. Per matrimonium sicut vir efficitur maritus mulieris, ita & mulier vxor viri, ergo non magis deberet dici coniunctio maritalis, quàm vxoria.

¶ 3 Præt. Consuetudo ad genus moris pertinet, sed frequenter matrimonio iuncti, sunt ualde moribus diuersi ergo non debet poni in definitione matrimonii, indiuiduam vitæ consuetudinem retinens.

¶ 4 Præt. Inueniuntur aliæ definitiones de matrimonio datæ. Quia secundùm Hug. † matrimonium est duarum idonearum personarum legitimus de consunctione cõsensus: secundùm quosdam autem, matrimonium est consortium communis vitæ, & communicatio diuini, & humani iuris. Et quæritur qualiter hæ definitiones differant. li. 1. de Sacramẽtis par. 11. c. 4

¶ Respondeo dicendum, q̃ sicut suprà dictum * est, in matrimonio tria considerãtur, s. causa ipsius, & effectus: & ex hoc tres definitiones inueniũtur de matrimonio datæ. Nam definitio Hug. † tangit causam, s. consensum, & est per se nota. Definitio autẽ in litera * posita, tangit essentiam matrimonij, s. coniũctionem, & addit determinatum subiectum, in hoc q̃ dicit, inter legitimas personas, ponit etiam differentiam contrahentem ad speciem, in hoc quod dicit, maritalis, quia cùm matrimonium sit coniunctio in ordine ad aliquid unum, talis cõiunctio in speciem trahitur per illud, ad quod ordinatur; & hoc est id quod ad maritum pertinet: ponit etiam virtutem huius coniunctionis, quia indissolubilis est in hoc quod dicit, indiuiduam, &c. Sed alia definitio * tangit effectum, ad quem ordinatur matrimonium, s. vitam communem in rebus domesticis: & quia omnis cõmunicatio aliqua lege ordinatur, ideo ponitur ordinatum istius communicationis, s. ius diuinum, & humanum, aliæ autẽ cõications, ut negotiantiũ & militantium, solo iure humano institutæ sunt. Ar. p. cor. † lib. 2. de Sacramentis par. 11. c. 4. & 4. d. 27 parag. B. Posita in 4. arg.

¶ Ad primum ergo dicendum, q̃ aliqui priora, ex quibus debet dari definitio, non sunt nota quo ad nos, & ió in definitione aliquorum ponuntur aliqua posteriora simpliciter, quæ sunt priora quo ad nos, sicut in definitione qualitatis ponitur quale à Philosopho, † cũ dicit, Qualitas est s̃m quã quales dicimur. Et ita ét hic in definitione matrimonii, ponitur coniunctio maritalis, vt sit sensus: q̃ matrimonii est coniunctio ad ea, quæ mariti officiũ requirit, quæ non poterant uno noie exprimi. In prædicamento qualitatis

¶ Ad secundum dicendum, q̃ per hanc differentiam tangitur finis coniunctionis, vt dictum * est, & quia, vt dicit Apostolus, † Vir non est propter mulierem, sed mulier propter virum: ideo hæc differentia potius debet tsumi à uiro quàm a muliere. Art. præced. corp † 1. ad Corin. 11.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ sicut vita ciuilis nõ importat actum singularem huius, vel illius, sed ea quæ ad cõicationem ciuilem pertinent: ita vita coniugalis nihil aliud est, q̃ conuersatio ad communicationem talem pertinens: & ideo quantum ad hanc vitam, semper in cõiugibus cõsuetudo est indiuidua, quamuis sit diuisa quãtum ad actus singulares vtriusque.

¶ Ad quartum patet solutio ex dictis. * In cor. ar.

QVAESTIO XLV.

De consensu matrimonij secundum se, in quinque articulos diuisa.

CONSEQVENTER considerandum est de consensu. Vbi primò agendum est de ipso consensu secundum se considerato. Secundò, de consensu iuramento, uel carnali copula firmato. Tertiò, de consensu coacto, & conditionato. Quartò, de obiecto consensus.

¶ Circa primum quæruntur quinque.

¶ Primò, vtrùm consensus sit causa efficiẽs matrimonij.

¶ Secundò, vtrũ oporteat cõsensum per verba exprimi.

¶ Tertiò, vtrùm consensus ex pressus per verba de futuro faciat matrimonium.

¶ Quartò, vtrùm consensus per verba de præsenti expressus, si desit interior consensus, exteriùs faciat verum matrimonium.

¶ Quintò, vtrùm consensus in occulto factus per verba de præsenti, faciat matrimonium.

ARTICVLVS I.

¶ *Vtrùm consensus sit causa efficiens matrimonij.*

184 D. Th. ubi sup. ar. 2. q. 1. & seq.

AD primum sic proceditur. Videtur, q̃ consensus non sit causa efficiens matrimonij. Sacramenta enim non sunt a voluntate humana, sed ab institutione diuina: sed consensus ad uoluntatem humanam pertinet; ergo non est causa matrimonij, sicut nec aliorum sacramentorum.

¶ 2 Præt. Idem non est causa sui ipsius: sed matrimonium nihil aliud videtur esse, q̃ consensus; quia consensus ipse significat coniunctionem Christi ad Ecclesiam: ergo consensus non est causa matrimonij.

¶ 3 Præt. Vnius debet esse vna causa: sed matrimoniũ inter duos est vnum, vt dictum * est. Consensus autem duorum, sunt diuersi, quia & diuersorum sunt, & indiuersis; ab una enim parte est consensus in virum, ex alia, in uxorem. Ergo mutuus consensus non est causa matrimonij. Q. p. ar. 1.

¶ Sed contra est, q̃ Chrysost. † dicit, Matrimonium non facit coitus, sed voluntas. † Ho. 32. in Matth. si opere perfecto, parũ aſime diũ, to. 2. & in Decretis 27. q. 2. c. 2. & 5. Vide L. Nuptias. ff. d. re. iu. Dec. li 4. tit. 1. c. 25.

¶ 2 Præt. Vnus non accipit potestatem in eo, quod est liberè alterius, nisi per eius consensum: sed per matrimonium accipit vterque coniugum potestatem in corpus alterius, vt patet 1. Corin. 7. cum prius uterque liberam potestatem sui corporis haberet: ergo consensus facit matrimonium.

¶ Respondeo dicendum, q̃ in omnibus sacramentis est aliqua spiritualis operatio mediante materiali operatione, quæ eam significat: sicut per ablutionem corporalem

Universidad de Deusto
Biblioteca

lem in baptismo, sit ablutio interior spiritualis: vnde cũ in matrimonio sit quædam spiritualis coniunctio, inquãtum matrimonium est sacrm, & aliqua materialis, f̃m quod est in officium naturæ, & ciuilis vitæ: oportet, q̃ mediante materiali, fiat spiritualis virtute diuina: vnde cùm coniunctiones materialium contractuum fiant per mutuum consensuum, oportet q̃ hoc modo etiam fiat matrimonialis coniunctio.

¶ Ad primum ergo dicendum, q̃ sacramentorum prima causa est diuina virtus, quæ in eis operatur salutem: sed causæ secundæ, siue instrumentales, sunt materiales operationes, ex diuina istitutione efficaciam habentes: & sic consensus in matrimonio est causa.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ matrimonium nõ est ipse consensus, sed quædam vnio ordinatorum ad vnũ, vt dictum est,* quam consensus facit; nec consensus, proprie loquendo, coniunctionem Christi ad Ecclesiam significat, sed voluntatem eius, qua factum est, vt Ecclesiæ coniungeretur.

* Quæst. præce. ar. 1. & Gratianus cã 27.q.2.

¶ Ad tertium dicẽdum, q̃ sicut matrimonium est vnum ex parte eius, in quod fit coniunctio: quamuis sit multiplex ex parte coniunctorum; ita etiam cõsensus est vnus ex parte eius, in quod consentitur, s. prædictæ coniunctionis, quamuis sit multiplex ex parte consentientium: nec est directè consensus in virum, sed in coniunctionem ad virum ex parte vxoris, & similiter ex parte viri est consensus in coniunctionem ad vxorem.

De quain corp.& q 3ped.ar.1

ARTICVLVS II.

¶ *Vtrum oporteat consensum per verba exprimi.*

185 AD secundum sic proceditur. Videtur, q̃ nõ oporteat consensum per verba exprimi, quia sicut per matrimonium rediigitur homo in potestatem alterius, ita per votum: sed votum obligat quoad Deum, etiam si nõ exprimatur verbis: ergo & cõsensus facit matrimonij obligationem, etiam sine expressione verborum.

*vt dicitur in Decret. lib. 4 ti. 1. c. 23. & 25.

¶ 2 Præt. Matrimonium potest esse inter aliquos, qui suum consensum sibi mutuò verbis exprimere non possunt, quia vel sunt muti, vel diuersarũ linguarũ: ergo expressio consensus per verba nõ requirit ad matrimoniũ.

¶ 3 Præt. Si omittatur illud, quod est de necessitate sacramenti quacunque ex causa, non est sacramentum: sed in aliquo casu est matrimonium sine expressione verborum, sicut quando puella tacet præ verecundia parentibus eam viro tradentibus: ergo expressio verborum non est de necessitate matrimonij.

¶ Sed contra, Matrimonium est sacramentum quoddam: sed in omni sacramento requiritur aliquod sensibile signum; ergo & in matrimonio, & ita oportet ibi saltẽ esse verba exprimentia consensum sensibiliter.

*li 4.dec. ti.1.c. 25.

¶ Præt. In matrimonio fit contractus inter virum & mulierem: sed in quolibet cõtractu oportet esse expressionem verborum, * quibus se inuicem homines obligent: ergo & in matrimonio oportet esse consensum per verba expressum.

Art. præced. cor.

¶ Respondeo dicendũ, q̃ (sicut ex dictis patet) * coniunctio matrimonialis sit ad modum obligationis in cõtractibus materialibus: & quia materiales cõtractus nõ possunt fieri, nisi sibi inuicem voluntatem suam verbis promant, qui contractum faciunt: ideo etiam oportet q̃ consensus matrimonium faciens verbis exprimatur, vt expressio verborum se habeat ad matrimonium sicut ablutio exterior ad Baptismum.

¶ Ad primũ ergo dicendum, q̃ in voto non est aliqua sacramentalis obligatio, sed spiritualis tantùm: & ideo non oportet, q̃ fiat ad modum materialium contractuũ ad hoc q̃ obliget, sicut est de matrimonio.

li.4.decr. ti.1 2.23.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ quàmuis tales non possint * vota sua mutuò verbis exprimere, possunt tamen exprimere nutibus: & tales nutus pro verbis cõputant.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ sicut dicit Hug. * de sancto Victo. eos qui coniunguntur, sic oportet consentire, vt inuicem se spontanee recipiant: quod iudicatur fieri si in desponsatione non contradicant; vnde verba parentum computantur in casu illo, ac si essent puellæ: sunt enim sufficiens signum, quòd sunt eius, ex quo non contradicit.

* In suis Sententiis tractatu 7 c.6. paulò a princip.

ARTICVLVS III.

¶ *Vtrum consensus expressus per verba de futuro faciat matrimonium.*

186 AD tertium sic proceditur. Videtur, q̃ consensus expressus per verba de futuro matrimonium faciat. Quia sicut se habet præsens ad præsens, ita futurum ad futurũ: * sed consensus per verba de presenti expressus facit matrimonium in præsenti: ergo consensus expressus, per verba de futuro facit matrimoniũ in futuro.

† vt dr in decr. lib.4 tit. 1. c.31. & ibid. tit. cu. 4. c.5.

¶ 2 Præt. Sicut in matrimonio sit quædam obligatio per verba exprimentia consensum, ita & in aliis ciuilib. contractibus: sed in aliis contractibus non differt vtrùm per verba de præsenti, vel de futuro obligatio fiat: ergo nec in matrimonio differt.

¶ 3 Præterea, Per votum religionis homo contrahit matrimoniũ spirituale cũ Deo: sed votum religionis sit per verba de futuro, & obligat: ergo & similiter potest fieri matrimonium carnale per verba de futuro.

*lib.4.de cre.titu.1. c.22.

¶ Sed contra est, q̃ ille cui consentit in aliquam per verba de futuro, & postea cum alia per uerba de præsenti, f̃m iura debet habere secundam pro uxore: sed hoc non esset si consensus per uerba de futuro faceret matrimonium: quia ex quo verum est matrimonium cùm una, ea uiuente non potest contrahi cum alia: ergo consensus per verba de futuro non facit matrimonium.

¶ Præt. Qui promittit aliquid se facturum, nondum facit illud: sed qui consentit per uerba de futuro, promittit secum aliqua contracturum matrimonium: ergo nõ contrahit adhuc cùm illa.

¶ Respondeo dicendum, q̃ causæ sacramentales significando efficiunt, vnde hoc efficiũt quod significãt: quia ergo cùm aliquis consensum suum per uerba de futuro exprimit, non significat se facere matrimonium, sed promittit se facturum: ideo talis expressio consensus non facit matrimonium, sed sponsionem eius, quæ sponsalia nominatur.

¶ Ad primum ergo dicendum, q̃ cùm consensus exprimitur per verba de præsenti, & uerba sunt præsentia, & in præsens consentitur pro eodem tempore: sed quando consensus fit per uerba de futuro, verba sunt præsentia, sed consentitur in futurum, & ideo non pro eodem tempore: & propter hoc non est simile.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ etiam in alijs contractibus, qui verbis futuris utitur, non transfert potestatẽ rei suæ in alterum: vt si dicat, Dabo tibi: sed solùm quãdo verbis præsentibus vtitur.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ in voto professionis, actus spiritualis matrimonij per verba de futuro exprimitur, s. obedientia, vel observãtia regulæ, & non ipsum matrimonium spirituale: si autem spirituale matrimonium in futurum voueatur, non est matrimonium spirituale, quia nondum ex hoc aliquis est monachus, sed se futurum monachum pollicetur.

ARTICVLVS IIII.

¶ *Vtrum consensus etiam per verba de præsenti expressus, si desit interior consensus, faciat matrimonium.*

187 AD quartum sic proceditur. Videtur, quòd consensus, etiam per verba de præsenti expressus, si desit intentior

interior consensus, faciat matrimonium: quia fraus & dolus nemini debent patrocinari secundum iura: sed ille qui verbis exprimit consensum, quem in corde non habet, dolum committit: ergo non debet sibi patrocinari vt ab obligatione matrimonij liber reddatur.

¶ 2 Præt. Consensus mentalis alterius non potest esse alicui notus, nisi quatenus per verba exprimitur: si ergo expressio verborum non sufficit, sed consensus interior requiritur in vtroq; coniugum, tunc neuter poterit scire de altero an sit ei verus coniux, & ita erit fornicator quandocunque matrimonio vtetur.

¶ 3 Præt. Si aliquis probatur per verba de præsenti in aliquam consensisse, cogitur per excõmunicationis sententiam, vt eam habeat in vxorem; quàmuis dicat consensum mentalem defuisse, etiam, si postea cum alia contraxerit, cõsensu mentali verbis expresso: sed hoc non esset si requireretur consensus mentalis ad matrimonium: ergo non requiritur.

hf li.4.Decret titulo.1.& est de spõsa. & matri. c.26 incipit, Tuanos, in fine.

¶ Sed contra est, quod Inno.* 3. dicit in Decr. quadam in casu illo loquens. Sine consensu nequeunt cætera fœdus perficere coniugale.

¶ Præterea, Intentio requiritur in omnibus sacramentis: sed ille qui corde non consentit, non habet intentionem matrimonij contrahendi: ergo non fit matrimonium.

Art. 2. huius q. in cor.

¶ Respon. dicendum, q̃ sicut se habet ablutio exterior ad baptismum, ita se habet expresio verborum ad hoc sacramentum, vt dictum est*: vnde sicut si aliquis ablutionem exteriorem reciperet, non intendens recipere sacramentum, sed ludum & dolum facere, non esset baptizatus: ita expresio verborum sine interiori consensu matrimonium non facit.

Alias con scientiæ.

¶ Ad primum ergo dicendum, quod ibi sunt duo: scilicet defectus cõsensus, qui sibi patrocinatur in foro conscientiæ, vt non astringatur vinculo matrimonij; quamuis non in foro Ecclesiæ, in quo iudicatur secundum allegata: & dolus verborum, & hic non patrocinatur nec in foro* pœnitentiæ, nec in foro Ecclesiæ, quia in vtroque pro hoc punitur.

Q. præce. art. 1.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ si desit consensus mentalis ex parte vnius; ex neutra parte est matrimonium, quia matrimonium consistit in mutua coniunctione, vt dictum* est. Tamen probabiliter potest credi dolus nõ esse nisi signa euidentia doli appareant; quia de quolibet præsumendum est bonum, nisi probetur contrarium: vnde ille, ex cuius parte dolus non est, à peccato excusatur per ignorantiam.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ in tali casu Ecclesia cõpellit eum ad standum cum prima vxore, quia secundum ea iudicat, quæ foris apparent, nec decipitur in iustitia siue iure, quàmuis decipiatur in facto: sed ille debet potius excommunicationem sustinere, quàm ad primam vxorem accedat: vel debet in alias regiones remotius fugere.

ARTICVLVS V.

¶ *Vtrùm consensus in occulto factus per verba de præsenti, faciat matrimonium.*

188 AD quartum sic proceditur. Videtur, q̃ consensus in occulto factus per verba de præsenti, non faciat matrimonium: res enim in potestate alterius existens, non transfertur in potestatem alterius, nisi consentiente illo, in cuius potestate erat: sed puella erat in potestate patris: ergo non potest per matrimonium transire in potestatem viri, nisi patre consentiente, & ita si fiat in occulto consensus, etiam per verba de præsenti expressus, non erit matrimonium.

D. Tho. 4. dist. 28. q. vnica art. 3.

¶ 2 Præt. Sicut in matrimonio actus noster est quasi de essentia sacramenti, ita etiam in pœnitentia: sed sacramentum pœnitentiæ non perficitur, nisi mediantibus Ecclesiæ ministris, qui sunt sacramentorum dispensatores: ergo nec matrimonium perfici potest in occulto absque sacerdotali benedictione.

¶ 3 Præt. Baptismus, quia potest in occulto & in aperto fieri, non prohibetur ab Ecclesia fieri in occulto: sed Ecclesia prohibet * clandestina fieri matrimonia: ergo non possunt fieri in occulto.

Decret al li.4.in tit 3.

¶ 4 Præt. † Inter eos qui in secundo gradu sibi attinẽt, matrimonium contrahi non potest, quia Ecclesia prohibuit: sed similiter Ecclesia prohibuit * clandestina matrimonia: ergo non possunt esse vera matrimonia.

† In Decr. li.4.tit.14 c.8.

¶ Sed contra, Posita causa ponitur effectus: sed causa * sufficiens matrimonii est consensus per verba de præsenti expressus: ergo siue fiat in pnblico, siue in occulto, matrimonium sequitur.

* loco in arg. prius notato.

¶ Præt. Vbicunq; est debita materia & debita forma sacramẽti, ibi est sacrm. sed in occulto matrimonio seruat debita materia, quia ibi sunt legitimæ personæ ad cõtrahendũ debita forma, quia ibi sunt verba de presenti consensum exprimentia: ergo est ibi verum matrimonium.

Al. efficiens.

¶ Respon. dicendum, q̃ sicut in aliis sacrĩs, quædam sunt de essentia sacramenti, quibus omissis non est sacramentum; quædam aũt ad solennitatem sacrĩ pertinent, quib. omissis verum nihilominus perficit sacrm, quàmuis peccet qui omittit: ita & cõsensus expressus per verba de præsenti inter personas legitimas ad contrahendũ, matrimonium facit; quia hæc duo sunt de essentia sacrĩ, alia aũt omnia sunt de solennitate sacrĩ, quia ad hoc adhibentur vt matrimoniũ cõuenientiùs fiat; vnde si omit tant, verũ est matrimoniũ: quamuis peccent sic contrahentes, nisi per aliquam legitimam causam excusentur.

¶ Ad primum ergo dicendum, q̃ puella non est in potestate patris quasi ancilla, vt sui corporis potestatem nõ habeat; sed quasi filia ad educandum: & ideo f̃m hoc q̃ libera est, põt se in ptãtem alterius absq; consensu patris dare sicut etiam potest aliquis, vel aliqua intrare religionem absque consensu parentum, cùm sit persona libera.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ actus nostri in pœnitentia, quàmuis sit de essentia sacramenti, non tñ est sufficiens ad inducendum proximum effectum sacramẽti, s. absolutionẽ à peccatis: & ideo oportet, q̃ ad perfectionem sacramenti interueniat actus sacerdotis. Sed in matrimonio, actus nostri sunt causa sufficiens ad inducendũ proximum effectum, qui est obligatio: quia quicunque est sui iuris, potest se alteri obligare. Et ideo sacerdotis benedictio non requiritur in matrimonio quasi de essentia sacramenti.

¶ Ad tertium dicendum, quod etiam prohibitum est, ne Baptismum aliquis accipiat præterquam a sacerdote, nisi in articulo necessitatis: matrimonium autem non est sacramentum necessitatis; & ideo non est simillis ratio. Prohibentur * autem clandestina matrimonia, propter pericula quæ inde euenire solent, quia frequenter in talibus est aliqua fraus ex aliqua parte; frequenter etiam ad alia coniugia transeunt*, dum pœnitent de illis, quæ subitò facta sunt; & multa alia mala inde accidunt, & speciem turpitudinis præter hoc habent.

In Decreta. li. 4. ti. 3. & in Decretis Causa 30. q. 5. c. Aliter legitimũ est, c. 1. * vt dicit Gratian * causa. 30. q. 5. c. 11. in fine. Ambr. li. 1. de Abraham. c. 9.

¶ Ad quartum dicendum, q̃ non sunt prohibita clandestina matrimonia quasi contra essentialia matrimonii existentia; sicut sunt prohibita matrimonia illegitimarum personarum, quæ sunt materia indebita huic sacramento: & ideo non est simile.

QVAEST. XLVI.

De consensu, cui aduenit iuramentum, vel copula carnalis, in duos articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de consensu, cui aduenit iuramentum, vel copula carnalis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶Circa quod quæruntur duo.

¶Primò, Vtrùm iuramentum adiunctum consensui per verba de futuro, expresso, faciat matrimonium.

¶Secundò, Vtrùm copula carnalis eidem consensui adueniens, faciat matrimonium.

ARTICVLVS I.

¶ *Vtrùm iuramentum adiunctũ consensui per verba de futuro, expresso, faciat matrimonium.*

189 D. Th. 4. dist. 28. q. vnica, ar. 1. & 2.

AD primum sic proceditur. Vt, q iurm adiunctũ consensui per verba de futuro, expresso, faciat matrimonium. Nullus. n. potest se obligare, vt faciat contra ius diuinum: sed implere iurm est de iure diuino, vt patet Mat. 5. Reddes autem Dño iuramenta tua: ergo per nullam obligationem sequentem potest euenire q homo non debeat implere iurm priùs factum. Si ergo post cõsensum in aliquam per verba de futuro, iuramento firmatum, aliquis alteri se obligat per verba de præsenti; videtur, q nihilominus debeat iuramentum primum seruare: sed hoc non esset, nisi illo iuramento esset matrimonium illud perfectum: ergo iuramentum adiunctum consensui per verba de futuro, facit matrimonium.

¶2. Præt. Veritas diuina fortior est quàm veritas humana: sed per iuramentum veritate diuina firmatur aliquid: cùm ergo verba exprimentia consensum de præsenti, in quibus est sola veritas humana, matrimonium perficiant; videtur, q multò amplius id efficere possint verba de futuro, iuramento firmata.

¶3 Præt. Secundum Apostolum ad Heb. 6. Omnis controuersiæ finis, ad confirmationem est iuramentum: ergo in iudicio saltem plus standum est iuramento, quã simplici verbo: si ergo aliquis simplici verbo consentiat in aliquam per verba de præsenti postquam consenserit in aliam cum iuramento per verba de futuro, videtur, q iudicio Ecclesiæ debeat compelli stare cum prima, & non cum secunda.

*vt dictũ est q. 43. ar. 1. ¶4 Præt. Verba de futuro simpliciter prolata *faciũt sponsalia; sed iurametum ibi aliquid operatur: ergo facit plus quàm sponsalia. Sed vltra sponsalia non est nisi matrimonium: ergo facit matrimonium.

¶Sed contra, Quod futurum est, non est: sed iuramentum additum non facit quin verba de futuro significent consensum de futuro: ergo adhuc matrimonium non est.

¶Præt. Postquam perfectum est matrimonium, non oportet q alius cõsensus interueniat ad matrimonium: sed post iuramentum aduenit alius consensus, qui matrimonium facit; aliàs frustrà iuraretur illud esse futurum: ergo non facit matrimonium.

Decr. li. 4 tit. 1. c. 31

¶Respondeo dicendum, q iuramentum adhibetur ad confirmationem dictorum: vnde illud tantùm confirmat, quod in dictis significatur; nec significatum mutat. Et ideo cùm verba de futuro ex ipsa sua significatione habeant q matrimonium non faciant, quia quod futurum promittitur, nondum fit: etiam si iuramentum adueniat, nondum est matrimonium factum, sicut Magister in litera* dicit.

*li. 4. Sen. Distin. 28 §. A. ¶Ad primum ergo dicendum, q implere iuramẽtum licitum, est de iure diuino; non autem, implere iuramentum illicitum: vnde si aliqua obligatio sequens iuramentum, faciat illud illicitum, cum prius fuisset licitum, non derogat iuri diuino, qui iuramentum priùs factum non seruat. Et ita est in proposito; illicitè enim iurat qui illicitè promittit. promissio autem de alieno est illicita: vnde cõsensus sequens per verba de præsenti, quo quis transfert dominium sui corporis in aliam, facit præcedens iuramentum esse illicitum, quod prius licitum erat.

li. 4. decr. tit. 1. c. 2.

¶Ad secundum dicendum, q veritas diuina efficacissima est ad firmandum illud, cui adhibetur.

¶Vnde patet solutio AD tertium.

¶Ad Quartum dicendum, quòd iuramentum aliquid operatur, non nouam obligationem faciens, sed factam confirmans: & sic grauius peccat qui eam violat.

ARTICVLVS II.

¶ *Vtrùm carnalis copula post verba de futuro consensum exprimentia, faciat matrimonium.*

AD secundum sic proceditur. Videtur: quod carnalis copula post verba de futuro consensum exprimentia, faciat matrimonium, quia maius est consentire facto quam verbo: sed ille qui carnaliter commiscetur, facto consentit promissioni, quam prius fecit: ergo videtur, q multò magis per hoc fiat matrimonium, quàm si solis verbis de præsenti consensus fieret.

¶2 Præterea, Consensus non solum expressus, sed ét interpretatiuus facit matrimonium: sed nulla potest esse maior interpretatio consensus, quàm carnalis copula: ergo perficitur matrimonium per hoc.

¶3 Præterea, omnis coniunctio carnalis præter matrimonium facta est peccatum: sed mulier non videtur peccare admittens sponsum ad carnalẽ copulam, ergo per hoc fit matrimonium.

*Aug. Epi. 54. & ad Macedonium, habetur 2 Decretis Causa 14 q. 6. c. 1 *27. quæst. 2. cap. Sufficiat. idẽ habetur Decr. li. 4. titul. 4. & elit de spõs. duorum c. 5. incipit. Tuas duum. Vide decretũ. diſt. 27. q. 2

¶4 Præterea, *Non dimittitur peccatum, nisi restituatur ablatum, sed aliquis non potest mulieri, quam defloravit sub specie matrimonij, restituere ablatum, nisi eam coniugio ducat: ergo videtur, q si etiam post carnalem copulam cum alia contraxerit per verba de præsenti, teneatur ad primam redire: quod non esset nisi inter eos esset matrimonium: ergo carnalis copula post consensum de futuro, facit matrimonium.

¶Sed contra est, quod dicit Nicol. Papa, * Si consensus in nuptiis defuerit, cætera etiam cum ipso coitu celebrata frustrantur.

¶Præterea, Quod sequitur ad aliquid, nõ facit ipsum: sed carnalis copula sequitur ipsum matrimonium sicut effectus causam: ergo non potest facere matrimonium.

¶Respondeo dicendum, q de matrimonio possumus loqui dupliciter. Vno modo, quantum ad forum conscientiæ: & sic in rei veritate carnalis copula non habet q perficiat matrimonium, cuius sponsalia præcesserunt per verba de futuro, si consensus interior desit: quia verba etiam de præsenti consensum exprimentia, si consensus mentalis deesset, non facerent matrimonium, vt supra dictum * est. Alio modo, quantum ad iudicium Ecclesiæ, & quia in exteriori iudicio secundum ea, quæ foris patent, iudicatur, cùm nihil possit expressius significare consensum, quàm carnalis copula, ideo, secundum iudicium Ecclesiæ, * carnalis copula consequens sponsalia, matrimonium facere iudicatur, nisi aliqua signa expressa doli, vel fraudis appareant.

In decr. li. 4. tit. 1. c. 30

¶Ad primum ergo dicendum, q ille qui carnaliter cõmiscetur, facto consentit in carnalem copulam, secundũ rei ueritatem. sed in matrimonium non consentit ex hoc ipso, nisi secundum interpretationem iuris.

¶Ad secundum dicendum, q interpretatio illa non mutat rei ueritatem, sed iudicium, quod de rebus exterius fit.

¶Ad tertium dicendum, q si sponsa sponsum admittat, credens eum uelle matrimonium cõsummare, excusatur à peccato, nisi aliqua signa expressa fraudis appareant: sicut si sint multum distantis conditionis, uel quãtum ad fortunam, uel aliud signum euidens appareat: sed tamen sponsus peccat fornicando, & puniendus est de fraude, quam facit.

¶Ad quartum dicendum, quod in tali casu sponsus antequam aliam duxerit, tenetur eam ducere in uxorem si sint æqualis conditionis, uel si sponsa sit melioris conditionis: sed si aliam duxerit: iam factus est impotens ad sol-

ad soluendum illud, ad quod tenebatur: & ideo sufficit si ei de nuptiis prouideat, & ad hoc etiam non tenetur (vt quidam dicunt) si sponsus sit multo melioris conditionis, aut aliquod signum fraudis euidens fuerit quia præsumi probabiliter potest, quòd sponsa non fuerit decepta: sed decipi se finxerit.

QVAEST. XLVII.

De consensu coacto, & conditionato, in sex articulos diuisa.

Einde considerandum est de consensu coacto, & conditionato.

¶Circa quod quæruntur sex.

¶Primò, Vtrùm aliquis consensus possit esse coactus.

¶Secundò, Vtrùm aliqua coactio metus cadat in constantem uirum.

¶Tertiò, Vtrùm consensus coactus tollat matrimoniũ.

¶Quartò, Vtrùm consensus coactus faciat matrimoniũ ex parte cogentis.

¶Quintò, Vtrùm per consensum conditionatum fiat matrimonium.

¶Sextò, Vtrùm aliquis ex præcepto patris compelli possit ad matrimonium contrahendum.

ARTICVLVS I.

¶ *Vtrùm aliquis consensus possit esse coactus.*

191 D. Tho. 4. dist. 29. q. vnic. ar. 1. & seq. *Th in 2. Sen. di. 25 q. 1. ar. 2. lib 3. Eth. c. 1. in me.

AD primum sic proceditur. Videtur, q nullus consensus possit esse coactus: coactio enim in libero cadere non potest secundũ aliquem statum eius, ut in secundo l. b. Dist. 25. * dictum est: sed consensus est actus liberi arbitrij; ergo non potest esse coactus.

¶2 Præt. Violentum idem est quod coactum: sed coactũ, secundũ Philosophũ *est, cuius principiũ est extra nihil conferente vim passo: sed omnis consensus principium est intra: ergo nullus cõsensus potest esse coactus.

¶3 Præt. Omne peccatum consensu perficitur, sed illud, quo perficitur peccatum, cogi non potest: quia secundum Augu. † nullus peccat in eo, quod uitare non potest: cùm ergo uis à Iuristis definiatur esse maioris rei impetus, qui repelli non potest, videtur, q consensus non possit esse coactus, vel violentus.

li. 3. de Iib. arb. ca. 18. to. 1 et simile qd hẽt Chrisso. ho. 33. in cap. 19. Matthæi.

¶4 Præte. Dominium libertati opponitur, sed coactio ad dominium pertinet, vt patet in quadam Tullii definitione: dicit enim quòd vis est impetus dominantis, retinens rem intra terminos: ergo vis in libero arbitrio non cadit, & ita nec in consensum, qui est actus eius.

¶ Sed contra, Illud quod esse non potest, non potest aliquid impedire: sed coactio consensus impedit matrimonium, vt in litera * dicitur: ergo consensus cogi potest.

*li. 4 Sen. di. 29. para. A.

¶Præt. In matrimonio est quidam contractus: sed in contractibus potest esse voluntas coacta, vnde legislator in integrum restitutionem adiudicat, ratum non habens quod vi metusve causa factum est: ergo etiam in matrimonio potest esse consensus coactus.

*loco iam citato. ¶ Respondeo dicendum, q duplex est coactio, vel violentia. Vna; quæ facit necessitatem absolutam: & tale violentum dicitur à Philosopho * violentum simpliciter, vt cùm quis aliquem corporaliter impellit ad metum. Alia, quæ facit necessitatem conditionatam: & hãc vocat Philoso. * violentum mixtum, sicut cùm quis proijcit merces in mare, ne periclitetur: & in isto violento quàmuis hoc quod fit, non sit per se uoluntarium, tamen consideratis circunstantiis hoc & nunc voluntarium est: & quia actus in particularib. sunt, iõ simpliciter

* 3. Ethic. c. 1.

voluntariũ est, sed f m quid, inuoluntarium: vnde hæc violentia, vel coactio põt esse in consensu, qui est actus voluntatis, nõ autẽ prima. Et quia hæc coactio fit ex hoc q timetur aliquod periculũ imminens, ideo ista vis idẽ est quod metus, qui uoluntatẽ cogit quodammodo, sed prima vis cadit in corporalib. actibus. Et quia legislator considerat non solũ interiores actus, sed magis exteriores, iõ per uim intelligit coactionẽ simpliciter: propter quod vim cõtra metũ diuidit. Sed nunc agitur de consensu interioti, in quẽ non cadit coactio, seu vis, quæ à metu distinguit: & iõ quantũ ad propositum pertinet, idem est coactio, quod metus: est autẽ metus f m iuris peritos: *instantis vel futuri periculi cã, mẽtis trepidatio. Et per hoc patet solutio AD OBIECTA: nam primæ rationes procedunt de coactione prima, secundæ de secunda.

*loco cita to in cor. ar. seq.

ARTICVLVS II.

¶ *Vtrum aliqua coactio cadat in constantem virum.*

AD secundum sic proceditur. Videtur, q coactio metus non cadat in constantem virum, quia de ratione constantis est q non trepidet in periculis: cùm ergo metus sit trepidatio mentis, ratione periculi imminentis, uidetur, quòd non cogatur metu.

¶2 Præt. Omnium tertibilium finis est mors, secundum Philoso. in 3. Ethic. *quasi perfectissimum inter terribilia: sed constantes non coguntur morte, quia etiam fortis periculum mortis sustinet: ergo nullus metus cadit in constantem uirum.

*li. 3 Eth. c. 6.

¶3 Præt. Inter alia pericula, præcipuè à bonis timetur periculum famæ: sed timor infamiæ non reputatur timor cadens in constantem virum, quia, ut dicit lex, * timor infamiæ non continetur illo edicto. Quod metus causa factum est: ergo nec aliquis alius metus cadit in constantem virum.

In digesto veteri li. 4. tit. 2. lege. 7.

¶4 Præt. Metus in eo qui metu cogitur, peccatum relinquit, quia facit eum promittere quod non uult soluere, & sic facit eum mentiri: sed nõ est constantis aliquod peccatum, etiam minimum, pro aliquo timore facere: ergo nullus metus cadit in constantem uirum.

¶Sed contra, Abrahã & Isaac cõstantes fuerũt: sed in eis cecidit metus, quia rõne metus dixerũt uxores suas sibi esse sorores: ergo * motus potest cadere in constantem virum.

* Id hf in decr li. 4. tit. 1. c. 28 & c. 15.

¶Præt. Vbicunq; est uiolentum mixtũ, est aliquis metus cogens: sed aliquis quantuncunq; constans, põt pati tale violentũ, quia si fit in mari, merces proiiciet tẽpore naufragii: ergo metus põt eadere in constantem uirum.

¶Respondeo dicendũ q cadere metum in aliquem, est aliquem metu cogi: cogitur autẽ aliquis metu, quando aliquid facit quod aliàs non vellet, ad euitandũ id quod timet: * in hoc autẽ constans ab inconstanti distinguitur quantũ ad duo. Primò quãtũ ad qualitatẽ periculi, quod timetur, quia constans sequitur rõnem rectam, per quã scit quid pro quo dimittendũ sit, uel faciendũ: semper autem minus malũ, vel maius bonũ eligendũ est: & iõ constans ad minus malum sustinendũ cogitur metu maioris mali: non autẽ cogitur ad maius malũ, ut vitet minus malum. Sed inconstans cogitur ad maius malũ propter metum minoris mali, s. ad peccatum, propter metũ corporalis pœnæ. Sed pertinax è contra non põt cogi, ét ad minus malum sustinendum, vel faciendum, ut euitet maius malum: vnde constans est medius inter inconstantẽ, & pertinacem. Secundò differunt quantum ad æstimationem periculi imminentis, quia constans non nisi ex forti æstimatione & probabili cogitur sed inconstans ex leui. Prouer. 28. Fugit impius nemine persequente.

Quis dicatur metus cadens in virũ constantẽ ut dicit 2. Qui in aliena. §. fi. ff. de acq. hær.

¶Ad primum ergo dicendum, quòd constans, sicut & de forti dicit Philosophus: * est intrepidus: non quòd

*li. 3 thi. c. 6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

omnino non timeat, sed quia non timet quæ non oportet vel vbi, vel quando oportet.

¶ Ad secundum dicendum, quòd peccata sunt maxima malorum, & ideo ad hæc nullo modo potest homo constans cogi: imò magis debet homo mori, quàm talia sustinere, vt etiam Philo. in 3. Ethi. † dicit. Sed quædam damna corporalia sunt minora quibusdam aliis, inter quæ sunt præcipua quæ ad personam pertinent, sicut mors, verbera, dehonestatio per stuprum, & seruitus: & ideo ex istis constans cogitur ad alia damna corporalia sustinenda: & hæc continentur hoc versu:

li. 3 ca. 1. parũ ante medium.

Stupri sine status, verberis atque necis.

Nec differt, utrũ hæc pertineant ad personã propriã, vel vxoris, vel filiorum, vel aliorum huiusmodi.

¶ Ad tertium dicendum, quòd infamia quàmuis sit maius damnum, tamen ei de facili occurri potest: & ideo non reputatur cadere inconstantem virum metus infamiæ secundum iura.

¶ Ad quartum dicendum, quòd constans non cogitur ad mentiendum, quia tunc vult dare: sed tamen postea vult petere restitutionem, vel saltem iudici denuntiare, si se promisit non petiturum restitutionem: non potest autem promittere se non denuntiaturum, quia cũ hoc sit contra bonum iustitiæ, ad hoc cogi non potest, ut scilicet contra iustitiam faciat.

ARTICVLVS III.

¶ *Vtrùm consensus coactus tollat matrimonium.*

193 AD tertium sic proceditur. Videtur, quòd consensus coactus non tollat matrimonium: quia sicut ad matrimonium requiritur consensus, ita ad Baptismum requiritur intentio: sed coactus timore ad recipiendum Baptismum recipit sacramentum: ergo coactus ad consentiendum aliquo timore matrimonio obligatur.

¶ 2 Præt. Violentum mixtum, secundùm Philosophũ, * plus habet de uoluntario, quàm de inuoluntario: sed non potest aliter consensus esse coactus, nisi per violentum mixtum; ergo non omnino excluditur voluntariũ, & ita adhuc est matrimonium.

li. 3. Ethi. ca. 1. non remotè à prin.

¶ 3 Præt. Ei, qui consentit in matrimoniũ coactus cõsulendũ videtur, q in matrimonio illo stet, quia speciem mali habet promittere & non soluere, à quo Apostolus vult nos abstinere: hoc autem non esset, si consensus coactus omnino matrimonium tolleret: ergo &c.

In decre. li. 4. tit 1. c. Cùm locum non habeat.

¶ Sed contra est quod Decre. dicit, * Cùm locum non habeat consensus, vbi metus vel coactio intercidit, necesse est vt vbi assensus, cuiusque requiritur, coactionis materia repellatur: sed in matrimonio requiritur communis consensus: ergo, &c.

¶ Præte. * Matrimonium significat coniunctionem Christi ad Ecclesiam: quæ fit secundùm libertatem amoris: ergo non potest fieri per consensum coactum.

* Aug. de Gen cõt. Manic. li. 2. c. 23 t. 1. & li. 65. q. 46 t. 4. & li. 12 cõt Faust. c. 8. to. 6. & li. 1. de nuptiis & concupis. c. 10. & 21 to. 7

¶ Respondeo dicendum, q vinculum matrimonii est perpetuum: vnde illud quod perpetuitati repugnat, matrimonium tollit: metus autem qui cadit in constantem virum, perpetuitatem contractus tollit, quia potest petitio restitutio in integrum: & ideo talis coactio metus, quæ cadit in constantem virum, tollit matrimonium, & non alia: constans autem vir iudicatur virtuosus, qui est mensura in omnibus * operibus humanis, vt Philo. dicit in 3. † Eth. Quidam aũt dicunt, q si adsit consensus quàmuis coactus interius, est matrimonium quantum ad Deum, sed non quantum ad statum Ecclesiæ, quæ præsumit ibi non fuisse consensum interiorem propter metum. Sed hoc nihil est, quia Ecclesia nõ dẽt præsumere de aliquo peccatum quousque probetur: peccauit autẽ, si dixit se consentire, & non consensit: vnde Ecclesia præsumit eũ consensisse sed iudicat consensum illum extortum non esse sufficientem ad faciendum matrimonium.

* Al reb. † li. 3. c 4. rõ longè à fine.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd intentio non est causa efficiens sacramenti in Baptismo, sed solum efficiens actionem agentis: sed consensus est causa efficiens in matrimonio: * & ideo non est simile. q. 45. ad 1

¶ Ad secundum dicendum, quòd ad matrimoniũ non sufficit quodcunque voluntarium, sed uoluntarium cõpletè, quia debet esse perpetuum: & ideo per violentum mixtum impeditur.

¶ Ad tertium dicendum, q non semper debet induci ad hoc, q in matrimonio illo stet, sed solùm quando non timetur periculum de dissolutione, aliàs autem non peccat: quia non soluere promissa, quæ nolens facit, non est species mali.

ARTICVLVS IIII.

¶ *Vtrùm consensus coactus, ex parte cogentis faciat matrimonium.*

194 AD quartum sic proceditur. Videtur, quòd consensus coactus, saltem ex parte cogentis faciat matrimonium, quia matrimonium est signum spiritualis coniunctionis: sed spiritualis coniunctio, quæ est per charitatem, potest esse ad eum, qui non habet charitatem: ergo & matrimonium ad eum, qui non vult.

¶ 2 Præte. Si illa quæ fuit coacta postmodum consentiat, erit verum matrimonium: sed iste, qui coegit primò, ex consensu illius non ligatur: ergo ex primo consensu ligabatur matrimonio.

¶ Sed contra, Matrimonium est relatio equiparantiæ: sed talis relatio equaliter est in vtroque: ergo si sit impedimentum ex parte vnius, non erit matrimoniũ ex parte alterius.

¶ Respondeo dicendum, q cũ matrimonium sit quædã relatio, & nõ possit innasci relatio in vno extremorũ sine hoc, q fiat in alio: ideo quicquid impedit matrimoniũ in vno, impedit ipsum in altero: quia non pót esse q aliquis sit uir non uxoris, vel q aliqua sit vxor non habens uirum, sicut nec mater non habens filium, & ideo dicitur communiter, q matrimonium non claudicat.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd quàmuis actus amantis possit transire in non amantem: tamen vnio inter eos non põt esse nisi sit mutua amatio: & ideo dicit Philo. in 8. Ethi. * q ad amicitiam, quæ in quadam vnio ne consistit, requiritur redamatio. * li. 8. c. 2.

¶ Ad secundum dicendum, q ex consensu libero illius, qui primo coactus est, non fit matrimonium, nisi inquantum consensus precedens in altero, adhuc manet in suo vigore: vnde si dissentiret, non fieret matrimonium.

ARTICVLVS V.

¶ *Vtrùm per consensum conditionatum fiat matrimonium.*

195 AD quintum sic proceditur. Vt, q nec per consensũ conditionatum fiat matrimoniũ, quia quod sub conditione ponitur, nõ simpliciter enuntiat: sed in matrimonio oportet esse verba simpliciter exprimentia consensum: ergo cõditio alicuius cõsensus nõ facit matrimoniũ.

¶ 2 Præt. Matrimonium debet esse certum: sed vbi dicitur aliquid sub conditione, ponitur illud sub dubio: ergo talis consensus non facit matrimonium.

¶ Sed contra, In aliis contractibus fit obligatio sub cõditione, & stat stante conditione: ergo cùm matrimoniũ sit contractus quidam, videtur, quòd possit fieri per cõditionatum consensum.

¶ Respondeo dicendum, q conditio apposita aut est de præsenti, aut de futuro. Si de præsenti, & non est contraria matrimonio, siue sit honesta, siue inhonesta, stat matrimonium stante cõditione, & ea non stãte nõ stat. Sed si sit contraria bonis matrimonii, nõ efficitur matrimonium; sicut etiam suprà de sponsalib. dictum * est. Si autem Q. 43. ar. 1. corp.

autem sit cõditio de futuro, aut est necessaria, sicut Solem oriri cras: & tunc est matrimonium, quia talia futura sunt præsentia in causis suis. Aut est cõtingens, vt datio pecuniæ, vel acceptatio parẽtum: & tunc idem est iudicium de tali cõsensu, sicut de consensu, qui fit per verba de futuro, vnde non facit matrimonium. vide Decret. lib. 4. tit. 5

¶ Et per hoc patet solutio ad obiecta.

ARTICVLVS VI.

¶ *Vtrùm aliquis præcepto patris possit compelli ad matrimonium contrahendum.*

196 AD sextum sic proceditur. Videtur, quod aliquis præcepto patris possit compelli ad matrimonium contrahendum: dicitur enim ad Col. 3. Filii, obedite parentibus per omnia: ergo & in hoc etiam obedire tenentur.

¶ 2 Præterea, Genes. 28. Isaac præcepit Iacob, q nõ acciperet vxorem de filiabus Chanaan: non autem præcepisset, nisi de iure præcipere potuisset: ergo filius hoc tenetur obedire patri.

¶ 3 Præt. Nullus debet promittere, præcipuè per iuramentum, pro illo, quem non potest cogere ad seruandum: sed parentes promittunt futura matrimonia pro filiis, & etiam iuramento firmant: ergo possunt præcepto cogere filios ad implendum.

¶ 4 Præterea, Pater spiritualis, s. Papa, potest compellere præcepto ad matrimonium spirituale, s. ad episcopatum accipiendum: ergo potest & pater carnalis, ad matrimonium carnale.

¶ Sed contra, Patre imperante matrimonium, filius potest sine peccato religionem intrare: ergo non tenetur ei in hoc obedire.

* li. 4. Dec. ti. 1. c. 1

¶ Præterea, Si teneretur obedire, sponsalia per parentes contracta absque consensu filiorum essent stabilia: sed hoc est contra iura: * ergo &c.

¶ Respondeo dicendum, quòd cùm in matrimonio sit quasi quædam seruitus perpetua, pater non potest cogere filium ad matrimonium per præceptum, cùm sit liberę conditionis: sed potest eum inducere ex rationabili causa: & tunc sicut se habet filius ad causam illam; ita se habet ad præceptum patris: vt. s. si causa illa cogat denecessitate, vel de honestate, & præceptum patris similiter cogat, aliàs non.

¶ Ad primvm ergo dicendum, q verbũ Apostoli non intelligitur in illis, in quibus est liber sui, sicut pater, & huiusmodi est matrimonium, per quod etiam filius fit pater.

¶ Ad secundum dicendum, quòd Iacob aliàs tenebatur ad faciendum hoc quod mandabat Isaac, tum propter malitiam illarum mulierum: tum quia semen Chanaan de terra, quæ semini Patriarcharum promittebatur, erat disperdendũ, & ideo Isaac præcipere poterat.

¶ Ad tertium dicendum, quòd non iurant nisi illa cõditione subintellecta, si illis placuerit, & ipsi obligãtur, ad eos bona fide inducendum.

Potest Papa cogere vt quis episcopatũ suscipiat.

¶ Ad quartum dicendum, quòd dicunt quidam, quòd Papa non potest præcipere alicui q accipiat Episcopatum, quia consensus debet liber esse. Sed hoc posito, peteret ecclesiasticus ordo: nisi enim aliquis posset cogi ad susciendum regimen Ecclesiæ, Ecclesia conseruari nõ posset: cùm quãdoque illi, qui sunt idonei ad hoc, nolint susciepere nisi coacti. Et ideo dicendum, q non est simile hinc inde, quia non est aliqua corporalis seruitus in matrimonio spirituali sicut in corporali: est enim spirituale matrimonium sicut quoddam officium dispensandæ rei publicæ: primæ Corinthior. 4. Sic nos existimet homo, vt ministros,

ARTICVLVS I.

¶ *Vtrùm consensus qui facit matrimonium, sit consensus in carnalem copulam.*

197 AD primum sic proceditur. Videtur, q consensus, qui facit matrimonium, sit consensus in carnalem copulam. Dicit enim Hieronymus, † q vouentibus virginitatem non solum nubere, sed etiam velle nubere dãnabile est, sed non esset damnabile nisi esset virginitati cõtrarium cui nuptiæ non contrariantur, nisi ratione carnalis copulæ: ergo consensus voluntatis, qui est in nuptiis, est in carnalem copulam. D. Tho. 4. di. 28. ar. 4 † Refertur 17. q 1. ca. Vouẽtib., & di. 27. c. 5. Vouentib. Id ẽt hẽc Aug. in libr. de bono viduitatis c. 9. to. 4. & in li. de fide ad Petrum c. 42 to 3

¶ 2 Præt. Omnia quæ sunt in matrimonio inter virum & vxorem, possunt esse licita inter fratrem, & sororem, excepta carnali copula: sed non potest licitè inter eos fieri cõsensus matrimonialis: ergo consensus matrimonialis est consensus in carnalem copulam.

¶ 3 Præt. Si mulier dicat viro, Consentio in te, dum tamen non cognoscas me, non est consensus matrimonialis, quia aliquid est ibi contra substantiam prædicti consensus, sed non esset, nisi dictus consensus esset in carnalem copulam, ergo &c.

¶ 4 Præt. In qualibet re initium consummationi respondet, * sed matrimonium consummatur per carnalẽ copulam, ergo cùm initietur per consensum, videtur, q consensus sit in carnalem copulam. Gratian. 27. q. 2. c. 34

¶ Sed contra, Nullus cõsentiens in carnalem copulã est virgo mente, & carne: sed beatus Io. Euang. post consensum nuptialem fuit virgo mente & carne, ergo non consensit in carnalem copulam.

¶ Præt. Effectus respondet causæ: * sed consensus est causa matrimonii, cùm ergo de essentia matrimonii nõ sit carnalis copula, videtur, q nec consensus, qui matrimonium causat, sit in carnalem copulam. q. 45. ar. 1

¶ Respondeo dicendum, quòd cõsensus, qui matrimonium facit, est cõsensus in matrimonium, quia effectus proprius voluntatis est ipsum volitum, vnde sicut carnalis copula se habet ad matrimonium, ita cõsensus, qui matrimonium causat, est in carnalem copulam: matrimonium autem (vt suprà dictum * est) non est essentialiter ipsa cõiunctio carnalis, sed quædam associatio viri, & vxoris in ordine ad carnalem copulam, & alia quæ ex consequenti ad virum & vxorem pertinent, secundum quod eis datur potestas in inuicem respectu carnalis copulæ, & hæc associatio cõiugalis copula dicitur, vnde patet, q bene dixerunt illi, qui dixerunt, quòd cõsentire in matrimonium, est cõsentire in carnalem copulam implicitè, non explicitè, nõ enim debet intelligi nisi sicut implicitè cõtinetur effectus in sua causa, quia potestas carnalis copulæ, in quam cõsentitur, est causa carnalis copulæ: sicut potestas vtendi re sua, est causa vsus. q. 44. ar. 1 corp & q. 45 art. 1. ad 2.

¶ Ad primum ergo dicẽdum, quòd cõsensus in matrimonium ideo est damnabilis post votum virginitatis, quia per talem cõsensum datur potestas ad id quod non licet, sicut peccaret qui daret potestatem accipiendi illud alteri, q ipse in deposito hẽt, nõ solũ in hoc quod ei actualiter traderet, de cõsẽsu * ãt btẽ Virginis ifra dicẽt. vide decr. causa 27.

¶ Ad secundum dicendum, quòd inter fratrem, & q. 2. c. 42

Universidad de Deusto
Biblioteca

sororem non potest esse potestas in inuicem ad carnalem copulam, sicut nec licitè carnalis copula: & ideo ratio nõ sequitur.

¶ Ad tertium dicendum, quòd illa conditio explicita non solum actui, sed etiam potestati contrariatur copulæ carnalis: & ideo est contraria matrimonio.

¶ Ad quartum dicendum, quòd initiatum matrimonium respondet consummato, sicut habitus vel potestas actui qui est operatio.

Rationes autem in contrarium ostendunt, quòd non sit consensus in carnalem copulam explicitè, & hoc est verum.

ARTICVLVS II.

¶ *Vtrùm matrimonium possit esse ex consensu alicuius in aliquam propter causam inhonestam.*

198 D.Tho.4. di.30.q.1. ar.3.q.unic.

AD secundum sic proceditur, Videtur, quòd matrimonium non possit esse ex consensu alicuius in aliquam propter causam inhonestam. Vnius enim causæ vnica est ratio; sed matrimonium est vnum sacramẽtum: ergo non potest fieri ex alterius finis intentione, quàm illius ad quem à Deo institutum est, scilicet ad procreationem prolis,

¶ 1 Præt. Coniunctio matrimonii est à Deo, vt patet Matth. 19. Quod Deus coniunxit, homo nõ separet: sed coniunctio quæ fit propter turpes causas, non est à Deo: ergo non est matrimonium.

¶ 3 Præt. In aliis sacramentis si non seruetur intentio Ecclesiæ, non est verum sacramentum: sed intentio Ecclesiæ in sacramento matrimonii non est ad aliquam turpem causam: ergo si ex aliqua turpi causa matrimonium contrahatur, non erit verum matrimonium.

* Boetius in Topicis in loco à causa finali,

¶ 4 Præt. Secundum Boetium, * cuius finis bonus est, ipsum quoque bonum est: sed matrimonium semper est bonum; ergo non est matrimonium, si propter malum finem fiat.

¶ 5 Præter. Matrimonium significat coniunctionem Christi & Ecclesiæ: sed ibi non cadit aliqua turpitudo: ergo nec matrimonium potest contrahi propter aliquam turpem causam.

¶ Sed contra est, quòd qui baptizat alium intentione lucrandi, verè baptizat: ergo & qui contrahit cum aliqua, intentione lucri, verum est matrimonium.

Præte, Hoc idem probant exempla & auctoritates, quæ ponuntur in litera, *

*li.4.sent. di.28.§.C.

¶ Respondeo dicendum: quòd causa finalis matrimonii potest accipi dupliciter: scilicet per se, & per accidens. Per se quidem causa matrimonii est, ad quam matrimonium est de se ordinatum: & hæc semper bona est, scilicet procreatio prolis, & uitatio fornicationis. Sed per accidens causa finalis ipsius est hoc, quod contrahentes intendunt ex matrimonio: & quia hoc quod ex matrimonio intenditur, consequitur ad matrimonium, & priora non variantur ex posterioribus, sed econuerso: ideo ex illa causa non recipit matrimonium bonitatem, vel malitiam, sed ipsi contrahentes; quorũ est finis per se: & quia causæ per accidens sunt infinitæ, ideo infinitæ tales causæ possunt esse in matrimonio, quarum sunt quædam honestæ, & quædam inhonestæ.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd verum est de causa per se & principali, sed quod habet unum finẽ per se & principalem, potest habere plus res fines secundarios per se, & infinitos per accidens.

¶ Ad secundum dicendum, quòd coniunctio potest accipi pro ipsa relatione, quæ est matrimonium, & talis semper est à Deo, & bona est à quacunque fiat causa: vel pro actu eorum qui coniunguntur, & sic est quandoque mala, & non est à Deo, simpliciter loquendo, nec est inconueniens quòd aliquis effectus sit à Deo, cuius causa est mala: sicut proles quæ ex adulterio * suscipitur: non enim est ex illa causa, inquantum est mala, sed inquantum habet aliquid de bono, secundùm quod est à Deo, quàmuis non simpliciter sit à Deo. Alias cõcipitur.

¶ Ad tertium dicendum, quòd intentio Ecclesiæ, qua intendit sacramentum tradere, est de necessitate cuiuslibet sacramenti, ita quòd ea non obseruata, nihil in sacramentis agitur; sed intentio ecclesiæ, qua intendit utilitatem ex sacramento prouenientem, est de bene esse sacramenti, & non de necessitate eius: vnde si non obseruetur, nihilominus est verum sacramentum: sed tamen prætermittens hanc intentionem, peccat: sicut si in Baptismo non intendatur sanitas mentis, quam ecclesia intendit. Et similiter ille, qui intendit matrimonium contrahere, quàmuis * matrimonium non ordinet ad illum finem, quem ecclesia intendit, nihilominus verum matrimonium non trahit. Alias seũ intentio ordinat ad.

¶ Ad quartum dicendum, q̃ illud malum intentum non est finis matrimonii, sed contrahentium.

¶ Ad quintum dicendum, q̃ ipsa vnio est signum coniunctionis Christi & ecclesiæ, & non operatio unitorũ: & ideo ratio non sequitur.

QVAEST. XLIX.

De bonis matrimonij, in sex articulos diuisa.



CONSEQVENTER considerandum est de bonis matrimonii.

¶ Circa quod quæruntur sex.

¶ Primò; Vtrùm debeant haberi aliqua bona ad excusandum matrimonium.

¶ Secundò, Vtrũ sufficiẽter assignentur.

¶ Tertiò Vtrùm bonum sacramenti sit principalius inter alia bona.

¶ Quartò, Vtrùm actus matrimonii per prædicta bona à peccato excusetur.

¶ Quintò, Vtrùm sine eis aliquando à peccato excusari possit.

¶ Sextò, Vtrùm quando est sine eis, sit semper peccatum mortale,

ARTICVLVS I.

¶ *Vtrùm haberi debeant aliqua bona ad excusandum matrimonium.*

199 D.Tho.4. d.31.q.1. ar.1.& seq.

AD primum sic proceditur. Videtur, quòd matrimonium non debeat habere aliqua bona, quibus excusetur. Sicut enim conseruatio individui, quæ fit per ea quæ ad nutritiuam pertinent, est de intentione naturæ, ita conseruatio speciei, quæ fit per matrimonium: & multò magis, quantò melius & * diuinius est bonum speciei, quàm bonum unius individui: sed ad actum nutritiuæ excusandum non indigetur aliquibus bonis: ergo nec ét ad excusandum matrimonium. *Aliàs dignius.

¶ 2 Præterea, Secundum Philosophum in 8. * Ethico, amicitia, quæ est inter virum & uxorẽ, est naturalis, & claudit in se honestum, vtile, & delectabile: sed illud quod de se est honestum, non indiget aliqua excusatione: ergo nec matrimonio deberent attribui aliqua bona excusantia. *li.8.Eth. c.12.a med.

¶ 3 Præt. Matrimonium est institutum in remedium, & in officium, vt suprà dictum * est. Sed secundum quod est in officium, non indiget excusatione: quia sic etiam in paradiso excusatione indiguisset: quod falsum est, ibi enim fuissent honorabiles nuptiæ & torus immaculatus: ut Aug. † dicit. Similiter nec secundùm quod est in remedium, sicut nec alia sacramenta, quæ in remedium peracti sunt instituta: ergo matrimonium huiusmodi excusantia habere non debet. q.42.ar.2. corp.& 2. & Aug.li. 2 de bon. ad literã c.7.to.3. † li.9 sup. Gen. c.3. ante med. to.3.

¶ Præt.

¶ 4 Præterea, Ad omnia quæ honestè fieri possunt, virtutes dirigunt: si ergo matrimonium aliquibus bonis potest honestari, non indiget aliis * honestatibus, quàm animi virtutibus: & sic non debent matrimonio aliqua bona assignari, quibus honestetur, sicut nec aliis, in quibus virtutes dirigunt. *Ad.hone stantibus.

¶ Sed contra, Vbicunque est indulgentia, ibi est necessaria aliqua excusationis ratio: sed matrimonium conceditur in statu infirmitatis, secundum indulgentiam, vt patet 1. Cori nt. 7. Ergo indiget per aliqua bona excusari.

¶ Præterea, Concubitus fornicarius & matrimonialis sunt eiusdem speciei quantum ad speciem naturæ: sed concubitus fornicarius de se est turpis: ergo ad hoc quòd matrimonialis nõ sit turpis, oportet ei aliquid addi quod ad honestatem eius pertineat, & in aliam speciem moris trahat.

¶ Respondeo dicendum, quòd nullus sapiens debet iacturam aliquam sustinere, nisi pro aliqua recompensatione alicuius æqualis, vel melioris boni: vnde electio alicuius, quod aliquam iacturam habet annexam, indiget alicuius boni adiunctione, per cuius recompensationem ordinetur, & honestetur: in coniunctione autem viri & mulieris rationis iactura accidit, tum quia propter vehementiam delectationis absorbetur ratio, vt non possit aliquid intelligere in ipsa, vt Philosophus † dicit: tum etiam propter tribulationem carnis, quam oportet tales sustinere ex solicitudine temporalium: vt patet 1. Corinth. 7. & ideo talis coniunctionis electio non potest esse ordinata, nisi per recompensationem aliquorum, ex quibus dicta coniunctio honestetur: & hæc sunt bona, quæ matrimonium excusant, & honestum reddunt. †li.7.Eth. ca.11.circa finem.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd in actu comestionis non est tam vehemens delectatio rationem absorbens, sicut est in prædicta delectatione; tum quia vis generatiua, per quam originale traducitur, est infecta & corrupta: nutritiua autem, per quam non traducitur, est corrupta, & non infecta: tum etiam quia defectum indiuidui quilibet magis sentit in seipso quàm defectum speciei, vndead excitandum ad comestionem, secundum quam defectui indiuidui subuenitur, sufficit sensus ipsius defectus; sed ad excitandum ad actum, quo defectui speciei subuenitur, diuina prouidentia delectationem apposuit in illo actu, * qua etiam animalia bruta mouet, in quibus non est infectio originalis peccati: & ideo non est simile. *Al. quæ

¶ Ad secundum dicendum, q̃ ista bona, quæ matrimonium honestant, sunt de ratione matrimonii: & ideo non indiget eis quasi exterioribus quibusdam ad honestandum, sed quasi causantibus in ipso honestatem, quæ ei secundum se competit.

¶ Ad tertium dicendum, quòd matrimonium ex hoc ipso, quòd est in officium, vel in remedium, habet rationem vtilis, & honesti: sed vtrumque horum ei competit, ex hoc quod huiusmodi bona habet, quibus fit & in * officium, & remedium concupiscentiæ adbens. *Al. officiosum.

¶ Ad quartum dicendum, quòd aliquis actus virtutis honestatur & virtute, quasi principio elicitiuo; & circunstantiis, quasi formalibus principiis ipsius: hoc autem modo se habent bona matrimonii ad matrimonium, sicut circunstantiæ ad actus virtutis, ex quibus habet, q̃ virtutis actus esse possit.

ARTICVLVS II.

¶ *Vtrum bona matrimonij sufficienter assignantur.*

200

AD secundum sic proceditur. Videtur, quòd insufficienter bona matrimonij assignentur à Magistro Sententiarum, * scilicet et fides, proles, & sacramentum. Quia matrimonium nõ solum fit in hominibus ad prolem procreandam & nutriendam: sed etiam ad consortium communis vitæ, propter operum communicationem, vt dicitur in 8. * Ethicorum: ergo sicut ponitur proles bonum matrimonii, ita deberet poni operum communicatio. li.4.Sent. dist.28.§. A. li.8.c.12. à medio.

¶ 2 Præterea, Coniunctio Christi ad Ecclesiam, quam matrimonium significat, perficitur per charitatẽ; ergo inter bona matrimonij magis debet poni charitas, quàm fides.

¶ 3 Præterea, In matrimonio sicut exigitur quòd neuter coniugum ad alterius torum accedat, ita exigitur, quòd vnus alteri debitum reddat: sed primum pertinet ad fidem, vt magister * dicit: ergo deberet etiam iustitia, propter redditionem debiti, inter bona matrimonii computari. li.4.Sent dist.28.pa ragr.A.

¶ 4 Præterea, Sicut in matrimonio, inquantum significat coniunctionem Christi & Ecclesiæ, requiritur indiuisibilitas, ita & vnitas, vt sit vna vnius: sed sacramentũ, quod inter tria bona matrimonii computatur, pertinet ad indiuisionem: ergo deberet esse aliquid aliud quod pertineret ad vnitatem.

¶ 5 Sed contra, Videtur, quod superfluant: quia vnica virtus sufficit ad vnicum actum honestandum: sed fides est vna quædam virtus: ergo non oportuit alia duo addere ad honestandum matrimonium.

¶ 6 Præterea, Non ex eodem aliquid accipit rationem vtilis & honesti, cùm vtile & honestum ex opposito bonum diuidant: sed ex prole matrimonium accipit rationem vtilis: ergo proles non debet computari inter bona, quibus matrimonium honestatur.

¶ 7 Præterea, Nihil debet poni vt proprietas, vel conditio suiipsius: sed hæc bona ponuntur vt quædam conditiones matrimonij: ergo cùm matrimonium sit sacramentum, non debet poni sacramentum inter bona matrimonii.

¶ Respondeo dicendum, quòd matrimonium est in officium naturæ, * & est sacramentum Ecclesiæ: inquantum autem est in officium naturæ, duobus ordinatur, sicut & quilibet alius virtutis actus; quorum vnum exigitur ex parte ipsius agentis, & hoc est intentio finis debiti; & sic ponitur † bonum matrimonii, proles, aliud exigitur ex parte ipsius actus, qui est bonus in genere, ex hoc quod cadit supra debitam materiam; & sic est fides, per quam homo ad suam accedit, & non ad aliam. Sed vlterius habet aliquam bonitatem inquantum est sacramentum, & hoc significatur ipso nomine sacramenti. Aug.li.1. de nup.& concup c. 4. to 7.& de bono coniugali, c.7.to.6. † Augu de Genes. ad liter.li.9. ca.7 to.3. & contra Iulianũ, lib.5.cap 9.to.7.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd in prole non solum intelligitur procreatio prolis: sed etiam educatio ipsius: ad quam sicut ad finem, ordinatur tota communicatio operum, quæ est inter virum & vxorem, inquantum sunt matrimonio coniuncti: quia patres naturaliter thesaurizant filijs, vt patet 2. Corinth. 12. Et sic in prole, quasi in principali fine, alitus, quasi secundarius, includitur.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ fides non accipitur hic prout est virtus Theologica: sed prout est pars iustitiæ, secundum quod fides dicitur ex hoc quod fiant dicta in conseruatione promissorum; quia in matrimonio, cùm sit quidam contractus, est quædam promissio, per quam talis vir tali mulieri determinatur.

¶ Ad tertium dicendum, quòd sicut in promissione matrimonij continetur, vt neuter ad alium torum accedat: ita etiam quòd sibi inuicem debitum reddant, & & hoc etiam est principalius, cùm sequatur ex ipsa mutua potestate in inuicem data; & ideo vtrumque ad fidem pertinet. Sed in lib. Sentent. * ponitur illud quod est minùs manifestum. * Loco citato in ar gu.

¶ Ad quartum dicendum, quòd in sacramento non

Universidad de Deusto
Biblioteca

solùm intelligenda est indiuisio: sed omnia illa quæ consequuntur matrimonium ex hoc quod est signum coniunctionis Christi & Ecclesiæ. Vel dicendum, quòd vnitas quam obiectio tangit, pertinet ad fidem, sicut & indiuisio ad sacramentum.

¶ Ad quintum dicendum, quòd fides non accipitur hic pro aliqua virtute, sed pro quadam conditione virtutis, ex qua fides nominatur, quæ ponitur pars iustitiæ.

¶ Ad sextum dicendum, quòd sicut debitus vsus boni vtilis accipit rationem honesti, non quidem ex vtili, sed ex ratione quæ rectum vsum facit; ita etiam ordinatio ad aliquod bonum vtile potest facere bonitatem honestatis ex vi rationis debitam ordinationem facientis: & hoc modo matrimonium ex hoc quòd ordinatur ad prolem, vtile est, & nihilominus honestum, inquantum debitè ordinatur.

¶ Ad Septimum dicendum, quòd sicut Magister dicit 31. Distinctio. 4. Sententiarum, * sacramentum non dicitur hic ipsum matrimonium, sed inseparabilitas eius, quæ eiusdem est rei signum, cuius est matrimonium. Vel dicendum, quod quàmuis matrimonium sit sacramentum, tamen aliud est matrimonio esse matrimonium, & aliud est ei esse sacramentum; quia non solum ad hoc est institutum vt sit in signum rei sacræ, sed etiam vt sit in officium naturæ: & ideo ratio sacramenti est quædam conditio adueniens matrimonio secundum se considerato, ex quo etiam honestatem habet: & ideo sacramentalitas eius (vt ita dicam) ponit inter bona honestantia matrimonium, & secundum hoc in tertio bono matrimonij, scilicet sacramento, non solùm intelligitur inseparabilitas, sed etiam omnia quæ ad significationem ipsius pertinent.

*li.4. dist. 31. parag. B. in fine.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrùm sacramentum sit principalius inter bona matrimonij.

201 AD tertium sic proceditur. Videtur quòd sacramentum non sit principalius inter bona matrimonij: quia finis est potissimum in vnoquoq; sed proles est matrimonii finis: ergo proles est principalius matrimonii bonum.

¶ 2 Præterea, Principalius in ratione speciei est differentia, quæ complet speciem, quam genus; sicut forma, quam materia, in constitutione rei naturalis. Sed sacramentum competit matrimonio ex ratione sui generis, proles autem & fides ex ratione differentiæ, inquantum est tale sacramentum. Ergo alia duo sunt magis principalia in matrimonio, quàm sacramentum.

¶ 3 Præterea, Sicut inuenitur matrimonium sine prole & fide, ita inuenitur sine inseparabilitate; sicut patet quando alter coniugum ante matrimonium consummatum ad religionem transit: ergo nec ex hac ratione sacramentum est in matrimonio principalius.

¶ 4 Præterea, Effectus non potest esse principalior sua causa: sed consensus qui est causa matrimonij, frequenter immutatur: ergo & matrimonium dissolui potest, & sic inseparabilitas non semper concomitatur matrimonium.

¶ 5 Præterea, Sacramenta quæ habent effectum perpetuum, imprimunt characterem: sed in matrimonio non imprimitur character: ergo non adest ei inseparabilitas perpetua; & ideo sicut est matrimonium sine prole, ita potest esse sine sacramento; & sic idem quod priùs.

¶ Sed contra, Illud quòd ponitur in definitione rei, est sibi maximè essentiale: sed indiuisio, quæ pertinet ad sacramentum, ponitur in definitione suprà * de matrimonio data, non autem proles vel fides: ergo sacramentum inter alia est in matrimonio essentialius. Q.44. ar. 3. ex Mag. li. 4. Sent. distin. 27. parag. B.

¶ Præterea, Virtus diuina, quæ in sacramentis operatur, est efficacior quàm virtus humana: sed proles, & fides pertinent ad matrimonium, secundum quòd est in officium naturæ humanæ; sacramentum autem, secundum quòd est ex institutione diuina: ergo sacramentum est principalius in matrimonio, quàm alia duo.

¶ Respondeo dicendum, quòd aliquid dicitur in re aliqua principalius altero, duobus modis; aut quia est essentialius, aut quia dignius. Si quia dignius, sic omnibus modis sacramentum est principalius inter tria coniugii bona: quia pertinet ad matrimonium, inquantum est sacramentum gratiæ, alia verò duo pertinent ad ipsum inquantum est quoddam naturæ officium: perfectio autem gratiæ est dignior perfectione naturæ. Si autem dicatur principalius: quia essentialius, sic distinguendum est, quia fides & proles possunt dupliciter considerari. Vno modo in seipsis; & sic pertinent ad vsum matrimonij, per quem & proles producitur, & pactio coniugalis seruatur: sed indiuisibilitas, quam sacramentum importat, pertinet ad ipsum matrimonium secundum se, quia ex hoc ipso quòd per pactionem coniugalem sui potestatem sibi inuicem in perpetuum coniuges tradunt, sequitur quòd separari non possint: & inde est quòd matrimonium nunquam inuenitur sine inseparabilitate: inuenitur autem sine fide & prole, quia esse rei non dependet ab vsu suo: & secundum hoc sacramentum est essentialius matrimonio, quàm fides & proles. Alio modo possunt considerari fides & proles, secundum quòd sunt in suis principijs, vt pro prole accipiatur intentio prolis, & pro fide debitum seruandi fidem: sine quibus etiam matrimonium esse non potest: quia hæc in matrimonio ex ipsa pactione coniugali causantur: ita quòd si aliquid contrarium huius exprimeretur in consensu, qui matrimonium facit, non esset verum matrimonium; & sic accipiendo fidem, & prolem, proles est essentialissimum in matrimonio; & secundò, fides; & tertiò, sacramentum: sicut etiam homini est essentialius esse naturæ, quàm esse gratiæ, quamuis esse gratiæ sit dignius. Augu. li. 1. de nup. & concup. c. 17. to. 7. Gratianus 27. q. 2. c. 45.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd finis, secundum intentionem, est primum in re, sed secundum consecutionem est vltimum: & similiter proles se habet inter matrimonij bona: & ideo quodammodo est principalius, quodammodo non.

¶ Ad secundum dicendum, quòd sacramentum, etiam prout ponitur tertium matrimonii bonum, pertinet ad matrimonium ratione suæ differentiæ: dicitur enim sacramentum ex significatione huius rei sacræ determinatæ, quam matrimonium significat.

¶ Ad tertium dicendum, quòd nuptiæ secundum Augustum * sunt bonum mortalium, vnde in resurrectione, neque nubent, neque nubentur, vt dicitur Matth. 22. Et ideo vinculum matrimonii non se extendit vltrà vitam, in qua contrahitur: & ideo * dicitur inseparabile, quia nò potest in hac vita separari, sed per mortem siue corporalem post carnalem coniunctionem, siue spiritualem post spiritualem tantùm. *De bono coniugali ex ca. 24. tom. 6. * August. de bono coniuga. c. 7. & 15. & de adulterinis coniug. li. 2. c. 5. & Ambr. in ca. 16. Luc.

¶ Ad quartum dicendum, quòd quamuis consensus qui facit matrimonium, non sit perpetuus materialiter, id est, quantum ad substantiam actus, quia ille actus cessat, & potest contrarius succedere: tamè formaliter loquèdo, est perpetuus, quia est de perpetuitate vinculi; aliàs nò faceret matrimonium, nò enim consensus ad tempus in aliquam

quam, matrimonium facit. Et dico formaliter, secundùm quod actus accipit speciem ab obiecto: & secundùm hoc matrimonium ex consensu inseparabilitatem accipit.

¶ Ad quintum dicendum, quòd in sacramentis, in quibus imprimitur character, traditur potestas ad actus spirituales; sed in matrimonio, ad actus corporales: vnde matrimonium ratione potestatis, quam in se inuicem coniuges accipiunt, conuenit cum sacramentis in quibus character imprimitur, & ex hoc habet inseparabilitatem, ut Magister * dicit: sed differt ab eis, inquantum potestas illa est ad actus corporales, & propter hoc non imprimit characterem spiritualem. lib. 4. Sen. dist. 30. parag. D.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrùm actus matrimonij excusetur per bona prædicta.

202 AD quartum sic proceditur. Videtur, quòd actus matrimonii non possit excusari per bona prædicta, ut non sit omnino peccatum, quia quicunque sustinet damnum maioris boni propter minus bonum, peccat, quia inordinatè sustinet: sed bonum rationis quod læditur in ipso actu coniugali, est maius quàm hæc tria coniugii bona: ergo prædicta bona non sufficiunt ad excusandum coniugalem concubitum.

¶ 2 Præterea, Si bonum malo addatur in genere moris totum efficitur malum, non autem totum bonum quia una circunstantia mala facit actum malum, non autem una bona facit ipsum bonum: sed actus coniugalis secundum se est malus, aliàs excusatione non indigeret: ergo bona matrimonii adiuncta non possunt ipsum bonum facere.

¶ 3 Præterea, Vbicunque est immoderatio passionis, ibi est vitium in moribus, sed bona matrimonii non possunt efficere quin delectatio illius actus sit immoderata: ergo non possunt excusare quin sit peccatum.

¶ 4 Præterea, Verecundia non est nisi de turpi actu, secundum Damascenum: * sed bona matrimonii non tollunt erubescentiam ab illo actu: ergo non possunt excusare quin sit peccatum. li. 2. orth. fidei, c. 15

¶ Sed contra, Concubitus coniugalis non differt à fornicario, nisi per bona matrimonii: si ergo hæc non sufficerent excusare ipsum, tunc matrimonium semper illicitum remaneret, quod est contra id, quod habitum est suprà. * *In 4. dist. 41. ar. 3 p. tertium in sesp. ad 4. & 5.

¶ Præterea, Bona matrimonii se habent ad actum eius, sicut circunstantiæ debitæ, sicut dictum † est: sed circunstantiæ tales sufficienter faciunt, quòd actus aliquis non sit malus: ergo & hæc bona possunt excusare matrimonium, ut nullo modo sit peccatum. †Ar. 1. huius q. ad 4.

¶¶ Respondeo dicendum, quòd aliquis actus dicitur excusari dupliciter. Vno modo ex parte facientis, ita quòd non imputetur facienti in culpam, quàmuis sit malus, uel saltem non in tantam culpam; sicut ignorantia dicitur excusare peccatum, in toto, uel in parte. Alio modo dicitur excusari actus ex parte sui, ita scilicet, quòd non sit malus: & hoc modo prædicta bona dicuntur excusare actum matrimonii: ex eodem autem habet actus aliquis, quòd non sit malus in genere moris, & quòd sit bonus: quia non est aliquis actus indifferens, ut in 2. libro dictum est. * Dicitur autem aliquis humanus actus bonus dupliciter. Vno modo, bonitate uirtutis: & sic habet actus, quòd sit bonus ex his, quæ ipsum in medio ponunt, & hoc faciunt in actu matrimonii fides, & proles, ut ex dictis patet. † Alio modo, bonitate sacramenti, ſm quod actus non solũ bonus, sed etiam sanctus dicitur: & hanc bonitatem habet actus matrimonij ex indiuisibilitate coniunctionis, secundum quam significat coniunctionem Christi ad Ecclesiam: & sic patet, quòd prædicta bona sufficienter actum matrimonij excusant. Idem sup. q. 41. ar 4. corp. Art 2. huius q. cor. & hoc præsenti art.

¶ Ad primum ergo dicendum, q; per matrimonij actum non incurrit homo damnum rationis, quantum ad habitum, sed solùm quantum ad actum; nec est inconueniens, q; quandoque aliquis actus, qui est melior secundùm genus suum, intertumpatur pro aliquo minùs bono actu: hoc enim sine peccato fieri potest, sicut patet in eo, qui ab actu contemplationis cessat, vt interdũ actioni vacet.

¶ Ad secundum dicendum, quòd ratio illa procederet, si malum, quòd inseparabiliter comitatur concubitum, esset malum culpæ: nunc autem non est malum culpæ, sed pœnæ tantùm, * quæ est inobedientia concupiscentiæ ad rationem, & ideo ratio non sequitur. Ar. 3. q. 41 ad 3.

¶ Ad tertium dicendum, quòd superabundantia passionis, quæ facit vitium, non attenditur secundùm quãtitatem ipsius ad intensionem, sed secundùm proportionem ipsius ad rationem: vnde tunc solùm passio reputatur immoderata, quando limites rationis excedit. Delectatio autem, quæ fit in actu matrimoniali, quàmuis sit intensissima, secundùm quantitatem, non tamen excedit limites sibi à ratione præfixos ante principium suũ, quàmuis in prædicta * delectatione ratio eos ordinare non posit. Ar. 3. q. 41 ad 6.

¶ Ad quartum dicendum, quòd turpitudo illa, quæ semper est in actu matrimoniali, & erubescentiam facit, est turpitudo pœnæ, & non culpæ, quia de quolibet defectu homo naturaliter erubescit.

ARTICVLVS V.

¶ Vtrùm actus matrimonialis excusari possit sine bonis matrimonij.

203 AD quintum sic proceditur. Videtur, quòd actus matrimonialis excusari possit etiam sine bonis matrimonijs. Qui enim à natura tantùm mouetur ad actum matrimonij, non uidetur aliquod bonum matrimonii intẽdere, quia bona matrimonij pertinent ad gratiam, vel virtutem; sed quando aliquis solo appetitu naturali mouetur ad actum prædictum, non videtur esse peccatum, quia nullum naturale est malum, cum malum sit præter naturam, & præter ordinem, vt Dion. * dicit: ergo actus matrimonialis excusari potest, etiam sine bonis matrimonii. Ca. 4. ded uinis nomi. Aliquantulũ ante finẽ.

¶ 2 Præterea, Ille qui vtitur coniuge ad fornicationem vitandam, non videtur aliquod bonum matrimonii intendere: sed talis non peccat, vt videtur, quia ad hoc est matrimonium concessum humanæ infirmitati, vt fornicatio vitetur; vt patet 1. Corinth. 7. ergo etiam sine bonis matrimonii potest actus eius excusari.

¶ 3 Præterea, Ille qui vtitur re sua ad libitum, non facit contra iustitiam: & sic non peccat, vt videtur: sed per matrimonium uxor efficitur res uiri, & econtrariò: ergo si se inuicem ad libitum utuntur libidine mouente, non uidetur esse peccatum: & sic idem, quod prius.

¶ 4 Præt. Illud quod est bonum ex genere, non efficitur malum, nisi ex mala intentione fiat: sed actus matrimonialis, quo quis cognoscit suam, est ex genere bonus ergo nõ pót esse malus nisi mala intẽtione fiat. Sed pót

bona

Universidad de Deusto
Biblioteca

bona intentione fieri, etiam si non intendat aliquod bonum matrimonij, putà, cùm quis saluté corporalé per hoc intendit seruare, aut consequi: ergo videtur, quòd etiam sine matrimonij bonis, actus ille possit excusari.

¶ Sed contrà, Remota causa, remouetur effectus: sed causa honestatis actus matrimonialis sunt matrimonij bona: ergo sine eis non potest actus matrimonialis excusari.

¶ Præterea, Non differt actus prædictus ab actu fornicario, nisi in prædictis bonis: sed concubitus fornicarius semper est malus: ergo si non excusatur prædictis bonis etiam matrimonialis actus semper erit malus.

¶ Respondeo dicendum, quòd sicut bona matrimonij, secundum quod sunt in habitu, faciunt matrimonium honestum, & sanctum: ita etiam secundum quod sunt in actuali intentione, faciunt actum matrimonij, honestum, quantum ad illa duo bona matrimonij, quæ ipsius actum respiciunt. Vnde quando coniuges conueniunt causa prolis procreandæ, vel vt sibi inuicem debitum reddant, quæ * ad finem pertinent, totaliter excusantur à peccato. Sed tertium bonum non pertinet ad vsum matrimonij; sed ad essentiam ipsius, vt dictũ * est: Vnde facit ipsum matrimonium honestum, non autem actum eius, vt per hoc actus eius absque peccato reddatur, quia causa alicuius significationis conueniunt. Et ideo duobus solis modis coniuges absque omni peccato conueniunt, scilicet causa procreandæ prolis, & debiti reddendi: aliàs autem semper est ibi peccatum, ad minus veniale.

Al. fidem.

Art. 3 huius q. cor.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd proles, prout est bonum sacramenti, addit supra prolem, prout est bonum istentum à natura. Natura enim intendit prolem, prout in ipsa saluatur bonum speciei: sed in prole, secundum quod est bonum sacramenti matrimonij, vltra hoc intelligit, vt proles suscepta, vlteriùs ordinetur in Deum: & ideo oportet, quòd intentio naturæ, quæ prolem intendit, referatur actu vel habitu ad intentionem prolis, prout est bonum sacramenti, aliàs staretur in creatura, quod sine peccato esse non potest: & ideo quando natura tantùm mouet ad actum matrimonij, non excusatur à peccato omnino, nisi inquantum motus naturæ ordinatur actu vel habitu vlterius ad prolem secundùm quod est bonum sacramenti. Nec tamen sequitur, quòd motus naturæ sit malus, sed quòd sit imperfectus; nisi ad aliquod bonum matrimonij vlterius ordinetur.

¶ Ad secundum dicendum, quòd si aliquis per actũ matrimonij intendat vitare fornicationem in coniuge, non est aliquod peccatum, quia hæc est quædam redditio debiti, quæ ad bonum fidei pertinet: sed si intendat vitare fornicationem in se, sic est ibi aliqua infirmitas, † & secundum hoc est peccatum veniale: nec ad hoc est matrimonium institutum, nisi secundum indulgentiam, quæ est de peccatis venialibus.

† Alias fu perfluitas

¶ Ad tertium dicendum, quòd vna debita circunstantia non sufficit ad hoc, ꝙ actus sit bonus, & ideo non oportet, ꝙ qualitercunque quis re sua vtatur, vsus sit bonus, sed quando vtitur re sua vt debet, secundùm omnes circunstantias.

¶ Ad quartum dicendum, quòd quamuis intendere sanitatis conseruationem non sit per se malum, tamen hæc intentio efficitur mala, si ex aliquo sanitas intendatur, quod non est ad hoc de se ordinatum, sicut qui ex sacramento baptismi tantùm salutem corporalem quæreret, & similiter etiam est in proposito in actu matrimonii.

ARTICVLVS VI.

¶ Vtrum cognoscens vxorem non intendens aliquod bonum matrimonij, sed solam delectationem, mortaliter peccet.

AD sextum sic proceditur. Videtur, quòd quandocunque aliquis vxorem cognoscit, non intendens aliquod bonum matrimonij, sed solam delectationem, mortaliter peccet. Quia sicut Hieron. * dicit, & habetur in litera, † Voluptates, quæ de meretricum amplexibus capiuatur in vxore damnandæ sunt, sed non dicitur esse damnabile, nisi peccatum mortale: ergo cognoscere vxorem propter solam voluptatem, est semper peccatum mortale.

204 *Refertur in Dec. 32 q. 4. c. Liberorum. † li 4. Sec. di. 31. §. F.

¶ 2 Præt. Consensus in delectationem est peccatum mortale: vt in 2. lib. distinct. 24. dictum est: sed quicunque cognoscit vxorem suam causa delectationis, consentit in delectationem: ergo mortaliter peccat.

¶ 3 Præterea. Quicunque vsum creaturæ nõ refert in Deum, creatura fruitur; quod est peccatum mortale: sed quicunque vxore propter solam delectationem vtitur, hunc vsum non refert in Deum: ergo mortaliter peccat.

¶ 4 Præterea, Nullus debet excommunicari, nisi pro peccato mortali; sed aliquis uxorem sola libidine cognoscens ab introitu Ecclesiæ arcetur, vt in litera * dicitur; quasi sit excommunicatus: ergo omnis talis peccat mortaliter.

li. 4. Sent. dist. 31. para. H. & 1. ex Greg. in fine 12. li. Epi. † Id habet Beda sup illud Co. 7. Melius est cũ, & dicitur eẽ Aug. i fer. de bono nuptiarũ. Sed hi in Sen. lib. 3. contra Iulianũ Pelag. c. 16. Et li. 2. cõtra eundẽ parũ ab fi. * li 4. Sen. di. 31. paragr. F. † Al. respuit.

¶ Sed contra est, quod secundum Aug. † talis concubitus ponit inter peccata quotidiana, pro quibus dicitur Pater noster, &c. vt habetur in litera: * sed talia nõ sunt peccata mortalia: ergo, &c.

¶ Præterea, Qui cibo vtitur ad delectationem tantũ, non peccat mortaliter: ergo pari ratione qui utitur vxore tantùm causa libidinis satiandæ.

¶ Respondeo dicẽdum, quòd quidam dicunt, quòd quandocunque ad actum coniugalem libido principaliter mouet, est peccatum mortale; sed quando mouet ex latere, tunc est peccatum ueniale; quando autem omnino delectationem * despicit, & displicet ei, tunc est omnino sine veniali peccato: vt sic delectationem in isto actu quærere, sit peccatum mortale; delectationem oblatam acceptare, sit peccatum ueniale: sed eam odire, sit perfectionis. Sed hoc non potest esse, quia secundùm Philosophum in 10. † Ethic. idem iudicium est de delectatione, & operatione; quia operationis bonæ est delectatio bona, & malæ, mala. Vnde, cùm actus matrimonialis non sit per se malus, nec quærere delectationem erit peccatum mortale semper.

¶ Et ideo dicendum, quòd si delectatio quæratur vltra honestatem matrimonij, vt * scilicet aliquis in coniuge non attendat, quòd coniunx est, sed solum quòd mulier paratus idem facere cum ea, si non esset coniunx est peccatum mortale, & ideo talis dicitur † ardentior amator vxoris, quia scilicet, ardor ille extra bona matrimonii effertur. Si autem quæratur delectatio intra limites matrimonii, vt scilicet talis delectatio in alia non quæreretur, quàm in coniuge; sic est veniale peccatum.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd tunc voluptates meretricias vir in vxore quærit, quando nihil aliud in ea attendit, quàm quod in meretrice attenderet.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ consensus in delectationem concubitus, qui est peccatum mortale, est peccatum mortale: non autem talis delectatio est matrimonialis actus.

¶ Ad

¶ Ad tertium dicendum, quòd quamuis delectationem non referat actu in Deum, non tamen ponit in ea vltimum voluntatis finem, alias eam vbicunque indifferenter quæreret, & ideo non oportet, quòd creatura fruatur, sed vtitur creatura actu propter se, se autem habitualiter propter Deum, quàmuis non actu.

¶ Ad quartum dicendum, quòd hoc non dicitur propter hoc, quod ex hoc peccato homo excommunicationem mereatur, sed quia spiritualibus se reddit inhabilem, propter hoc quòd efficitur in actu illo totus caro.

QVAEST. L.

De impedimentis matrimonij in generali, vnico articulo absoluta.

DEinde considerandum est de impedimentis matrimonii.

¶ Et primò in generali.

¶ Secundò, in speciali.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum matrimonio conuenienter impedimenta assignentur.

207 D. Tho. 4. dist. 34. q. vnica, a. 1.

AD primum sic proceditur. Videtur quòd matrimonio inconuenienter impedimenta assignentur. Matrimonium enim quoddam sacramentum est contra alia diuisum, sed aliis non assignantur impedimenta: ergo nec matrimonio assignari debent.

¶ 2 Præterea, Quantò aliquid est minùs perfectum, tanto paucioribus modis impediri potest: sed matrimonium inter alia sacramenta est minùs perfectum: ergo vel nulla, vel paucissima impedimenta ei assignari debent.

¶ 3 Præterea, Vbicunque est morbus, ibi necessarium est remedium morbi: sed concupiscentia, in cuius remedium matrimonium est * indultum, est in omnibus; ergo non debet esse aliquod impedimẽtum, quod aliquam personam penitus illegitimam faciat ad contrahendum.

Al. indultum.

¶ 4 Præterea, Illegitimum dicitur quod est contra legem. Sed huiusmodi impedimenta, quæ matrimonio assignantur, non sunt contra legem naturæ, quia non similiter inueniuntur in quolibet statu humani generis: plures enim gradus consanguinitatis inueniuntur esse prohibiti vno tempore, quàm alio. Lex autem humana non potest (vt videtur) matrimonio impedimenta præstare, quia matrimonium non est ex institutione humana, sed diuina: sicut & alia sacramenta. Ergo matrimonio nõ debent aliqua impedimenta assignari, quæ faciant personas illegitimas ad contrahendum.

¶ 5 Præterea, Legitimum & illegitimum per hoc quod est contra legem, vel non contra legem, differunt: inter quæ non cadit medium cùm sint opposita secundùm affirmationem, & negationem: ergo non possunt esse aliqua matrimonii impedimenta, quibus personæ mediæ inter legitimas, & illegitimas constituantur.

¶ 6 Præterea, Coniunctio viri & mulieris non est licita, nisi in matrimonio: sed omnis coniunctio illicita dirimi debet: ergo si aliquid matrimonium contrahendum impediat, hoc dirimet contractum de facto, & sic non debent aliqua impedimenta matrimonio assignari, quæ impediant contrahendum, & non dirimant contractum.

¶ 7 Præterea, Nullo impedimento potest à re aliqua remoueri, quod in definitione ipsius cadit: sed indiuisibilitas cadit in definitione matrimonij: ergo non possunt esse aliqua impedimenta, quæ matrimonium contractũ dirimant.

¶ Sed contra, Videtur, ꝙ debeant esse infinita matrimonii impedimenta. Quia matrimonium, quoddã bonum est: sed infinitis modis est defectus boni: vt dicit Dionys. 4. cap. de di. nom. * ergo infinita sunt impedimenta matrimonii.

c. 4 par. 4 inter me. & finem.

¶ Præterea, Impedimenta matrimonii accipiuntur secundum conditiones particularium personarom: sed conditiones huiusmodi sunt infinitæ: ergo & matrimonij impedimenta.

¶ Respondeo dicendum, ꝙ in matrimonio sunt quædam quæ sunt de essentia matrimonii & quædã quæ sunt de solennitate eius, sicut & in alijs sacramentis: & quia remotis his, quæ sunt de solennitate eius, sicut & in aliis sacramentis adhuc manet verum sacramentum; ideo impedimenta quæ contrariantur his, quæ sunt de solennitate sacramenti, non efficiũt, quin sit verum matrimonium; & talia dicuntur impedire matrimonium contrahendum, sed non dirimunt contractum; sicut prohibitio Ecclesiæ, & rempus feriarum, Vnde versus.

Ecclesiæ vetitum, nec non tempus feriatum,
Impediunt fieri, permittunt iuncta teneri.

Impedimenta autem quæ contrariantur his, quæ sunt de essentia matrimonij, faciunt vt non sit verum matrimonium: & ideo dicuntur non solùm impedire contrahendum, sed dirimere iam contractum; quæ his versibus continentur.

Error, conditio, votum, cognatio, crimen,
Cultus, disparitas, vis, ordo, ligamen, honestas,
Si sis affinis, si forte coire nequibis,
Hæc socianda vetant connubia, facta retractant.

Horum autẽ numerus sic accipi potest: Potest enim matrimonium impediri aut ex parte cõtractus matrimonii, aut ex parte contrahentium. Si primo modo; cùm contractus matrimonij fiat per voluntarium consensum, qui tollitur per ignorantiam & per violentiam, erunt duo impedimenta matrimonij, scilicet vis, id est, coactio, & error ex parte ignorantiæ. Et ideo de istis duobus impedimentis suprà Magister † determinauit, vbi agebatur de causa matrimonij; nunc autem agit de impedimentis quæ accipiuntur ex parte personarum contrahentium; quæ sic distinguuntur: Potest enim aliquis impediri à matrimonio contrahendo vel simpliciter, vel respectu alicuius personæ. Si simpliciter, vt cùm nulla possit matrimonium cõtrahere, hoc non potest esse nisi quia impeditur à matrimoniali actu, quod quidem cõtingit dupliciter. Primò, quia non potest de facto; siue quia omnino non possit, & sic ponitur impedimentum, impotentia coëundi; siue quia non liberè possit, & sic ponitur impedimentum, seruitutis conditio. Secundò, quia non licitè potest, & hoc secundum quod ad continentiam obligatur; quod contingit dupliciter, quia vel obligatur ex officio suscepto, & sic est impedimentum ordinis, vel ex voto emisso, & sic impedit votum. Si autem impeditur aliquis à matrimonio, nõ simpliciter, sed respectu alicuius personæ: vel hoc est propter obligationem ad alteram personã; sicut qui vni matrimonio iunctus est, non potest alteri coniungi, & sic est ligamen matrimonii: vel quia deficit proportio ad alteram personam; & hoc propter tria. Primò quidem propter nimiam distantiam ad ipsam, & sic est disparitas cultus. Secundò, propter nimiam propinquitatem, & sic ponitur triplex impedimentum; scilicet cognatio, quæ importat propinquitatem duarum personarum ratione tertiæ matrimonio iunctæ; & publicæ honestatis iustitia, in qua est propinquitas duarum personarum, * respectu

4. Sent. di. 29. & 30.

* Al. rõne tertiæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

tertiæ per sponsalia iunctæ. Tertiò, propter indebitam coniunctionem ad ipsam, primò factam, & sic impedit crimen adulterii priùs cùm ipsa commissi.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd etiam alia sacramenta impediri possunt, si aliquid quod sit de essentia, vel solemnitate sacramenti, subtrahatur, vt dictum * est. In cor. huius arti. initio. Sed tamen magis matrimonio, quàm aliis sacramentis impedimenta assignantur propter tres rationes. Primò, quia matrimonium consistit in duobus: & ideo pluribus modis potest impediri, quàm alia sacramenta, quæ vni personæ competunt singulariter. Secundò, quia matrimonium habet in nobis causam & in Deo, sed alia quædam sacramenta solùm in Deo. Vnde & pœnitentiæ, quæ habet causam in nobis, aliquo modo Magister * suprà li. 4. sent. dist. 16 quædam impedimenta assignauit, vt hypocrisim, ludos & huiusmodi. Tertiò, quia de alijs sacramentis est præceptum, vel consilium, sicut de bonis perfectionibus: sed de matrimonio est, indulgentia, sicut de bono minus perfecto: & ideo, vt detur occasio proficiendi in melius, plura impedimenta assignantur matrimonio, quàm alijs sacramentis.

¶ Ad secundum dicendum, quòd perfectiora pluribus modis impediri possunt, in quantum ad ea plura requiruntur: si autem sit aliquod imperfectum: ad quæ plura requiruntur, illud etiam habebit plura impedimenta; & sic est de matrimonio.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ratio illa procederet, si non essent alia remedia, quibus etiam posset efficaciùs morbo concupiscentiæ subueniri; quod falsum est.

¶ Ad quartum dicendum, quòd personæ illegitimæ ad matrimonium contrahendum dicuntur ex eo, quòd sunt contra legem qua matrimonium statuitur. Matrimonium autem, inquantum est in officium naturæ statuitur lege naturæ: inquantum est sacramentum, statuitur iure diuino, inquantum est in officium communitatis, statuitur lege ciuili. Et ideo ex qua libet dictarum legum potest aliqua persona efficiad matrimonium contrahendum illegitima. Nec est simile de aliis sacramentis, quæ sunt sacramenta tantùm. Et quia lex naturalis secundùm diuersos status recipit determinationes diuersas, & ius positiuum etiam variatur secundùm diuersas hominum conditiones in diuersis temporibus, ideo Magister * panit in diuersis temporibus diuersas personas illegitimas fuisse. li. 4. sent. di. 34. paragr. A.

¶ Ad quintum dicendum, quòd lex potest aliquid prohibere, vel vniuersaliter, vel in parte, quàtum ad aliquos casus, & ideo inter esse totaliter secùdum legem, & esse totaliter cõtra legem, quæ sunt cõtrariè opposita, & non secundum affirmationem, & negationem; cadit medium esse aliqualiter secundum legem, & aliqualiter contra legem: & propter hoc ponuntur quædam personæ mediæ inter simpliciter legitimas, & inter simpliciter illegitimas.

¶ Ad sextum dicendum, quòd illa impedimenta, quæ non dirimunt matrimonium contractum, impediunt quandoque contrahendum, non vt non fiat, sed vt non licitè fiat, & tamen si fit, verum matrimonium contractum est, quàmuis contrahens peccet: sicut si aliquis consecraret post comestionem, peccaret, contra statutũ Ecclesiæ faciens, nihilominus verum sacramentum perficeret, quia ieiunium consecrantis non est de necessitate sacramenti.

¶ Ad septimum dicendum, quòd impedimenta prædicta In cor. ar. * non dicuntur dirimere matrimonium contractum, quasi soluentia verum matrimonium, quod ritè cõtractum est, sed quia soluunt matrimonium quod contractum est de facto, & nõ de iure. Vnde si impedimentorũ aliquod matrimonio ritè facto superueniat, matrimonium soluere non valet.

¶ Ad octauum dicendum, quòd impedimenta, quibus aliquod bonum per accidens impeditur, sunt infinita, sicut & omnes causæ per accidens: sed causæ corrumpentes aliquod bonum per se, sunt ordinatæ, & determinatæ, sicut etiam causæ constituentes: quia causæ destructionis, & constructionis alicuius rei, sunt oppositæ, vel eædem contrario modo sumptæ.

¶ Ad nonum dicendum, quòd conditiones particulariũ personarum in singulari sunt infinitæ, sed in generali possunt reduci ad certum numerum: sicut in medicina patet, & in omnibus artibus operatiuis, quæ sunt particularium, in quibus, & actus considerantur, & conditiones.

QVAEST. LI.

De impedimento erroris, in duos articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de impedimentis matrimonii in speciali. Et primò, de impedimento erroris.

¶ Circa quod quæruntur duo.

¶ Primò, vtùm error de sui natura matrimonium impediat.

¶ Secundò, quis error.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrùm error conuenienter ponatur impedimentum matrimonij.

AD Primum sic proceditur. Videtur, quòd error non debeat poni matrimonii impedimentum per se. Consensus enim, qui est causa ethciens matrimonij, * impeditur, sicut & voluntarium; sed voluntarium, secundùm Philosophum in 3. Ethicor. † ponitur impediri per ignorantiam, quæ nõ est idem quod error, quia ignorantia nullam contritionem ponit, sed error ponit, eo quòd approbare falsa pro veris sit error, secundum Augu. * ergo non debuit hic poni impedimentum matrimonii, error: sed magis ignorantia. 206 D Tho. 4 di. 30. q. 1 ar. 1. & 2. *q. 45. a. 5 †li. 3. c. 1 li. 9. de trinit. ca. 11. to. 3

¶ 2 Præterea, Quod de sui natura potest impedire matrimonium, habet contrarietatem ad bona matrimonii, sed error non est huiusmodi: ergo error de sui natura non impedit matrimonium.

¶ 3 Præt. Sicut cõsensus requiritur ad matrimonium, ita intentio requiritur ad baptismum. Sed si aliquis baptizat Ioannem, & credit baptizare Petrum, nihilominus Ioannes verè baptizatus est: ergo error non excludit matrimonium.

¶ 4 Præterea, Inter Liam, & Iacob fuit verum matrimonium: sed ibi fuit error: ergo error non excludit matrimonium. Hoc arg. hêt Gratia. can. 29 q. 1.

¶ Sed contra est, quod in Digestis * dicitur, Quid tam contrarium est consensui, quàm error? sed cõsensus requiritur ad matrimonium: ergo error matrimonium impedit. *In Digest. de iurisdictio. omniu. iud. L. Si per errorem.

Præterea, Consensus aliquid voluntarium nominat, sed error impedit voluntarium: quia voluntarium, secũdum Philosophum, †& Gregorium * Nissenum, & Damascenum, †est, cuius principium est in aliquo sciẽte singularia, in quibus est actus, quod erranti non competit: ergo error matrimonium impedit. †Arist. li. 3 Ethic. c. 1 *Greg. Nacen. lib. 5. c. 1 †Damasc. li. 2. c. 24 q. 45. ar. 2

¶ Respondeo dicendum, quòd quicquid impedit causam de sui natura, impedit, & effectum similiter: consensus autem est causa matrimonij, vt dictum * est: & ideo quòd euacuat consensum, euacuat matrimonium. Consensus autem voluntatis est actus, qui præsupponit actum intellectus: deficiente autem primo, necesse est defectum contingere in secundo: & ideò quando error cognitionem impedit, sequitur etiam in ipso consensu defectus: & per consequens in matrimonio: & sic error de

Erroris & ignorãtia differẽ. de iure naturali habet, quòd euacuet matrimonium.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd ignorantia differt simpliciter loquendo ab errore: quia ignorantia de sui ratione non importat aliquem cognitionis actum: sed error ponit iudicium rationis peruersum de aliquo, tamen quantum ad hoc quod est impedire voluntarium, non differt, vtrùm dicatur ignorantia, vel error. Quia nulla ignorantia potest impedire voluntarium, nisi quæ habet errorem adiunctum; eo quòd actus voluntatis præsupponit æstimationem, siue iudicium de aliquo in quod fertur: vnde si est ibi ignorantia, oportet ibi esse errorem: & ideo etiam ponitur error quasi causa proxima.

¶ Ad secundum dicendum, quòd quàmuis non contrarietur secundum se matrimonio; cõtrariatur ei tamẽ quantum ad causam suam.

¶ Ad tertium dicendum, quòd character baptismi nõ causatur ex intentione baptizantis directè; sed ex elemẽto materiali exteriùs adhibito. Intentio autem operatur solùm, vt dirigens elementum materiale ad effectũ proprium: sed vinculum coniugale ex ipso consensu causatur * directè: & ideò non est simile. vt dictum est q. 45. ar. 1

¶ Ad quartum dicendum, quòd sicut Magister 30. dist. 4. sententiarum dicit: † Matrimonium quod fuit inter Liam & Iacob, non fuit perfectum ex ipso concubitu, qui ex errore contingit, sed ex consensu qui postmodũ accessit, tamen vterque à peccato excusatur: vt patet in eadem distinctione.* li. 4. sent. dist. 30. eodem §. A.

ARTICVLVS II.

Vtrum omnis error matrimonium impediat.

209 AD secundum sic proceditur. Videtur, quòd omnis error matrimonium impediat, & non solùm error cõdictionis, aut personæ, vt in litera * dicitur. Quia quod conuenit alicui secundum se, conuenit ei secundum totũ suum ambitum. Sed error de sui natura habet quod matrimonium impediat, vt dictum est: * ergo omnis error matrimonium impedit. li. 4. sent. di. 30. paragr. A. ar. præce.

¶ 2 Præterea, Si error, inquantum huiusmodi matrimonium impedit, maior error magis debet impedire; sed maior est error fidei, qui est in hæreticis non credentibus hoc sacramentum, quàm error personæ: ergo magis debet impedire, quàm error personæ.

¶ 3 Præterea, Error non euacuat matrimonium, nisi inquantum tollit voluntarium: sed ignorantia cuiuslibet circunstantiæ voluntarium tollit, vt patet in 3. Ethico. * ergo non solùm error conditionis, & personæ. matrimonium impediunt. li. 3. c. 1.

¶ 4 Præt. Sicut conditio seruitutis aliquid est annexũ accidens personæ: ita qualitas corporis aut animi: sed error conditionis impedit matrimonium: ergo eadem ratione error qualitatis aut fortunæ.

¶ 5 Præt. Sicut ad conditionem personæ pertinet seruitus, & libertas: ita nobilitas, vel ignobilitas, aut * status dignitatis, & priuatio eius: sed error conditionis libertatis, vel seruitutis impedit matrimonium: ergo & error aliorum dictorum. *Al. dignitas status.

¶ 6 Præt. Sicut conditio seruitutis impedit, ita etiam disparitas cultus, & impotentia coeundi, vt infrà dicetur, * ergo sicut error conditionis ponitur matrimonii impedimentum, ita error circa alia huiusmodi deberet impedimentum matrimonii poni. q. 52. ar. 2 & q. 58. a. 2. & q. 59. ar. 1.

¶ 7 Sed cõtra, Videtur q. nec error personæ matrimonium impediat. Quia sicut emptio est quidã cõtractus, ita etiam matrimonium: sed in emptione & venditione si detur aurum æquiualens proalio auro, non impeditur venditio, ergo nec matrimonium impeditur, si pro vna muliere alia accipiatur.

¶ 8 Præterea, Potest contingere, quòd per multos annos ille error detineatur, & filios, & filias generent simul: sed graue esset dicere, quòd tunc essent diuidendi: etgo primus error non frustrauit matrimonium.

¶ 9 Præterea, Potest contingere quòd frater viri, in quem se credit consentire mulier, offeratur ei, & cùm eo commisceatur carnaliter: & tunc videtur, q. non possit redire ad illum in quem consentire se credidit, sed debeat stare cum fratre eius: & sic error personæ non impedit matrimonium. Simile arg. propositũ Gratia. 29. q. 1. post medium.

¶ Respondeo dicendum, quòd sicut error ex hoc quòd inuoluntarium causat, habet excusare peccatum, ita habet, quòd matrimonium impediat ex eodem: error autem non excusat à peccato, nisi sit illius circunstantiæ; cuius appositio, vel remotio faciat differentiam liciti, & illiciti in actu. Si enim aliquis percutiat patrem baculo ferreo, quem credit ligneum esse, non excusatur à toto, quàmuis fortè à tanto: sed si credat quis percutere filium causa disciplinæ, & percutiat patrem, excusatur à toto, adhibita debita diligentia. Vnde oportet, quòd error qui matrimonium impedit, sit alicuius eorum, quæ sunt de essentia matrimonii. Duo autem includit ipsum matrimonium, scilicet personas duas, quæ coniunguntur, & mutuam potestatem in inuicem, in qua matrimonium consistit. Primum autem tollitur per errorem personæ; secundum, per errorem conditionis, quia seruus non potest potestatem sui corporis liberè alteri tradere sine consensu sui domini; & propter hoc, hi duo errores matrimonium impediunt, & non alii.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd error non habet ex natura generis, quòd impediat matrimonium, sed ex natura differentiæ adiunctæ: prout scilicet est error alicuius eorum, quæ sunt de essentia matrimonii.* In cor. ar.

¶ Ad secundum dicendum, quòd error infidelis de matrimonio est circa ea, quæ sunt matrimonium consequentia: sicut an sit sacramentum, vel an sit licitum: & ideo error talis matrimonium non impedit, † sicut nec error circa baptismum impedit acceptionem characteris, dummodò intendat facere, vel recipere quod Ecclesia dat, quamuis credat nihil esse. 3. p. q. 67. ar. 5. corp.

¶ Ad tertium dicendum, quòd non quælibet circunstantiæ ignorantia causat inuoluntarium, quod excusat peccatum; vt dictum est: * & propter hoc ratio non sequitur. Ar. præc. & 5 corp. huius art. †Gratia. 29. q. 1. Deer eum sa 29. q. 1.

¶ Ad quartum dicendum, †q. diuersitas fortunæ non variat aliquid eorum, quæ sunt de essentia matrimonii, nec diuersitas qualitatis, sicut facit conditio seruitutis, & ideo ratio non sequitur.

¶ Ad quintum dicendum, quòd * error nobilitatis, inquantum huiusmodi non euacuat matrimonium eadem ratione, qua nec error qualitatis, sed si error nobilitatis, vel dignitatis redundat in errorem personæ, tunc impedit matrimonium: vnde si consensus mulieris feratur in istam personam directè, error nobilitatis ipsius non impedit matrimonium: si autem directè intendit cõsentire in filium regis, quicunque sit ille: tunc si alius præsentetur ei quàm filius regis, est error personæ, & impedietur matrimonium. *Gratia. ibi. & Magister 4. sent. dist. 30. parag. A.

¶ Ad sextum dicendum, quòd error etiam aliorum impedimentorum matrimonij, quantum ad ea, quæ faciunt personas illegitimas, impedit matrimoniũ: sed ideo de errore illorum non facit mentionem, quia illa impediunt matrimonium, siue cum errore sint, siue sine errore: vt si aliqua contrahat cum subdiacono, siue sciat, siue nescíat, non est matrimonium: * sed conditio seruitutis non impedit, si seruitus sciatur; & ideo non est simile. *Gratia. ibid. q. 2. c. 3

¶ Ad septimum dicendum, quòd pecunia in contracti-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tractibus accipitur quasi mensura aliarum rerum, vt patet in quinto Ethicorum. * & non quasi propter se quæsita; & ideo si non detur illa pecunia, quæ creditur, sed alia æquiualens, nihil obest contractui: sed si inre quæsita propter se esset error, impediretur contractus, sicut si alicui venderetur asinus pro equo. Et similiter est in proposito.

¶ Ad octauum dicendum, quòd quantumcunque fuerit cum ea, nisi de nouo consentire velit, non est matrimonium.

¶ Ad nonum dicendum, quòd si ante non consenserat in fratrem eius, potest eum quem per errorem accepit, retinere: nec potest ad fratrem eius redire, præcipuè si sit cognita carnaliter ab eo, quem accepit. Si autem consenserat in primum per verba de præsenti, non potest secundum habere primo viuente, sed potest vel secundum relinquere, vel ad primum redire: & ignorantia facti excusat peccatum, sicut & excusatur post consummatum matrimonium si à consanguineo viri sui fraudulenter cognosceretur, quia fraus alterius non debet sibi præiudicare.

QVAEST. LII.

De impedimento conditionis, in quatuor articulos diuisa.

DEinde considerandum est de impedimento conditionis.

¶ Circa quod quæruntur quatuor.

¶ Primò, vtrùm conditio seruitutis matrimonium impedat.

¶ Secundò, vtrùm seruus sine consensu domini possit matrimonium contrahere.

¶ Tertiò, vtrùm aliquis postquam vxoratus est, possit se seruum facere sine consensu vxoris.

¶ Quartò, vtrùm filii debeant sequi conditionem patris vel matris.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum conditio seruitutis impediat matrimonium.

201 D. Th. 4. dist. 36. q. vnica, ar. 2. & seq. AD primum sic proceditur. Videtur quòd conditio seruitutis non impediat matrimonium. Nihil enim impedit matrimonium, nisi quod habet aliquam contrarietatem ad ipsum: sed seruitus non habet aliquã contrarietatem ad matrimonium, aliàs inter seruos non possent esse coniugia: ergo seruitus non impedit matrimonium.

¶ 2 Præterea, Illud quod est contra naturam non potest impedire illud, quod est secundum naturam: sed seruitus est contra naturam, quia sicut dicit Grego.* Contra naturam est, hominem homini velle dominari; quod etiam patet ex hoc, q̃ homini dictum est vt præsit piscibus maris, &c. non autem, vt præsit homini: ergo non potest impedire matrimonium, quod est naturale.

In Pastorali par. 2. c. 6.

¶ 3 Præterea, Si impediat, aut hoc est de iure naturali, aut de iure positiuo: non de iure naturali; quia secundum ius naturale omnes homines sunt æquales, vt Grego.* & Boëtius dicunt: & in principio Digestorum † dicitur, quòd seruitus non est de iure naturali: positiuum etiam ius descendit à naturali, vt Tullius dicit: ergo secundum nullum ius, seruitus impedire potest matrimonium.

In Pastorali par. 2. c. 6 † In Digesto veteri li. 1. tit. 1. lege 4.

¶ 4 Præterea, Illud quod impedit matrimonium, æqualiter impedit, siue sciatur, siue ignoretur, vt patet de consanguinitate: sed seruitus vnius cognita ab altero, non impedit matrimonium: ergo seruitus, quantum in se est, non habet, quòd impediat matrimonium, & ita non deberet poni per se matrimonii impedimentum ab aliis distinctum.

¶ 5 Præterea, Sicut contingit esse errorem circa seruitutem, vt putetur liber, qui seruus est, ita potest esse error de libertate, vt putetur seruus qui est liber; sed libertas non ponitur matrimonii impedimentum: ergo nec seruitus deberet poni.

¶ 6 Præterea, Magis facit grauem societatem matrimonii, & plus impedit prolis bonum, morbus lepræ, quàm seruitus: sed* lepra non ponitur impedimentum matrimonii: ergo nec seruitus debet poni.

*Decre. li. 4. ti. 8. c. 2.

¶ SED CONTRA est, quod Decret. † dicit de coniugio seruorum, quòd error conditionis impedit contrahendum matrimonium, & dirimit contractum.

†In Decr. li. 4. ti. 9. c. 2. & 4.

¶ Præterea, Matrimonium est, de bonis per se expetendis, inquantum habet honestatem: sed seruitus est de per se fugiendis: ergo matrimonium, & seruitus sunt contraria, & sic seruitus matrimonium impedit.

¶ RESPONDEO dicendum, † quòd in matrimonii contractu obligatur vnus coniugum alteri ad debitũ reddendum: & ideo, si ille, qui se obligat, est impotens ad soluendum, ignorantia huius impotentiæ in eo, cui fit obligatio, tollit contractum, * sicut autem per impotentiam coëundi efficitur aliquis impotens ad soluendum debitum vt omnino non possit soluere: ita per seruitutem, vt liberè debitum reddere non possit: & † ideo sicut impotentia coëundi ignorata impedit matrimonium, non autem si sciatur, ita * conditio seruitutis ignorata matrimonium impedit: non autem seruitus scita.

Aug. li. 22 cõtra Faustum, & li. de bono coniugali c. 6. *In decr. li. 4. tit. 15 c. 2 † In. cap. vt dicit in decret. li. 4. tit. 9 c. 4

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd seruitus contrariatur matrimonio, quantum ad actum, ad quem quis per matrimonium alteri obligatur, quem non potest liberè exequi; & quantum ad bonum prolis, quæ peioris conditionis efficitur ex seruitute parentis. Sed quia quilibet potest in eo quod sibi debetur sponte detrimentum aliquod subire: ideo si alter coniugum scit alterius seruitutem, nihilominus tenet matrimonium. Similiter etiam quia in matrimonio est æqualis obligatio ex vtraque parte ad debitum reddendum, non potest aliquis requirere matrimonium ex obligationem ex parte alterius, quàm ipse possit facere; & propter hoc etiam seruus, si contrahit cum ancilla, quàm credit liberam, non propter hoc impeditur matrimonium. Et sic patet, quòd seruitus non impedit matrimonium, nisi quando est ignorata ab alio coniuge, & si ille sit liberæ conditionis & ideo nihil prohibet inter seruos esse coniugia, vel etiam inter liberum, & ancillam.

¶ Ad secundum dicendum, quòd nihil prohibet aliquid esse cõtra naturam, quantum ad primam intentionem ipsius, quod nõ est contra naturam, quantum ad secundam eius intentionem, sicut omnis corruptio, & defectus, & senium, est cõtra naturam, vt dicitur in 2. de Cœl.* quia natura intendit esse & perfectionem, non tamen est contra secundam intentionem naturæ, quia ex quo natura non potest conseruare esse in vno, conseruat in altero, q̃ generatur ex corruptione alterius, & quãdo natura non potest perducere ad maiorem perfectionem, inducit ad minorem, sicut quando non potest facere masculum, facit fœminam, quæ est mas occasionatus, vt dicitur in 16. de Animalibus. Similiter etiã dico, q̃ seruitus est contra primam intentionem naturæ, sed non est contra secundam; quia naturalis ratio ad hoc inclinat, & hoc appetit natura, vt quilibet sit bonus. Sed ex quo aliquis peccat, natura etiam inclinat, vt ex peccato pœnam reportet, & sic seruitus in pœnam peccati introducta est: nec est inconueniens aliquid naturale, per hoc quòd est contra naturam, hoc modo impediri: sic enim matrimonium

*2. cæl. 37.

† vt dicit infrà, q. 58. *in hac eadem solu.

nium impeditur per impotentiam coëundi; † quæ est cõtra naturam modo prædicto.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ius naturale dictat, q̃ pœna sit pro culpa infligenda, & quòd nullus sine culpa puniri debeat: sed determinare pœnam secundum conditionem personæ & culpæ, est iuris positiui: & ideo seruitus quæ est quædam pœna determinata est de iure positiuo, & à naturali proficiscitur, sicut determinatum ab indeterminato: & codẽ iure positiuo determinatè est factum, quòd seruitus ignorata matrimoniũ impediat, ne aliquis sine culpa puniatur: est enim quædam pœna vxoris, quòd habeat virum seruum & econuerso.

¶ Ad quartum dicendum, quòd aliqua impedimenta sunt, quæ faciunt matrimonium illicitum: & quia voluntas nostra non facit licitum aliquid esse, vel illicitum sed lex cui voluntas subdi debet: ideo ignorantia talis impedimenti quæ voluntarium tollit, vel scientia, nihil facit ad hoc, q̃ matrimonium teneat, vel non teneat: & tale impedimentum est affinitas, vel votũ, & cætera huiusmodi. Quædam autẽ impedimẽta sunt quæ faciũt matrimoniũ inefficax ad solutionẽ debiti: & quia in voluntate nostra consistit, debitum nobis relaxare; ideò talia impedimẽta si sint cognita, matrimonium nõ tollunt, sed solùm quando ignorantia voluntarium excludit, & tale impedimẽtum est seruitus & impotentia coëundi: & quia etiã de se habent aliquam rationem impedimenti, ideo ponuntur specialia impedimenta præter errorem: non autem personæ variatio ponitur speciale impedimẽtum, præter errorem: quia persona alia subintroducta non habet rationem impedimenti, nisi ex intentione contrahentis.

¶ Ad quintum dicendum, quòd libertas non impedit matrimonii actum: vnde libertas ignorata non impedit matrimonium.

Vide li. 4. decre. tit. 8 ca. 1.

¶ Ad sextum dicendum, quòd lepra non impedit matrimonium, quantũ ad primum actum suum, quia lepra si debitum reddere possũt liberè, quamuis aliqua grauamina matrimonii inferant, quantũ ad secundos effectus: & ideo non impedit matrimonium sicut seruitus.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrùm seruus matrimonium contrahere possit sine consensu domini.

209 AD secundum sic proceditur. Videtur, quòd seruus matrimoniũ contrahere non possit sine consensu domini. Nullus enim potest alicui dare quod est alterius, sine consensu ipsius: sed seruus est res domini: ergo non potest contrahendo matrimonium, dare potestatem corporis sui vxori, sine consensu domini.

¶ 3 Præterea, Seruus tenetur domino suo obedire: sed dominus potest ei præcipere quod in matrimonium nõ consentiat: ergo sine consensu eius non potest matrimonium contrahere.

¶ 3 Præt. Post contractum matrimonium seruus tenetur reddere debitum vxori, ex præcepto iuris diuini: sed eo tempore quo vxor debitum petit, potest dominus aliquod seruitium seruo imponere, quod facere nõ poterit, si carnali copulæ vacare velit: ergo si sine consensu domini posset seruus cõtrahere matrimoniũ, priuaretur domini seruitio sibi debito sine culpa; quod esse non debet.

¶ 4 Præterea, Dominus potest vendere seruum suum in extraneas regiones, quò vxor sua non poterit eum sequi, vel propter infirmitatem corporis, vel propter periculum fidei imminens, puta, si vẽdatur infidelibus, vel etiam domino vxoris non permittente, si sit ancilla, & sic matrimonium dissoluetur, quod est inconueniens: ergo non potest seruus sine consensu domini matrimonium contrahere.

¶ 5 Præt. Fauorabilior est obligatio, qua homo diuinis obsequiis se mancipat, quàm illa qua homo se vxori subiicit: sed seruus sine consensu domini non potest religionem intrare, vel ad ordines promoueri: ergo multò minùs potest sine eius consensu matrimonio iungi.

Idẽ argumentũ habet Ostiensis 29 q. 2. in prin. & in de cre. Greg. li. 4. tit. 9. ca. 1.

¶ Sed contra, Gal. 3. In Christo Iesu non est seruus neque liber: ergo ad matrimonium contrahendum in fide Christi Iesu, eadem est libertas liberis & seruis.

¶ Præterea, Seruitus est de iure positiuo; sed matrimonium, de iure naturali, aut diuino: Cùm ergo ius positiuum non præiudicet iuri naturali, aut diuino, videtur, quòd seruus absque domini consensu matrimoniũ contrahere possit.

Ar. præc. ad tertiũ, & in eius argumen.

¶ Respondeo dicendum, quòd ius positiuum (vt dictum * est) progreditur à iure naturali: & ideò seruitus, quæ est de iure positiuo, non potest præiudicare his, quæ sunt de iure naturali: sicut autem appetitus naturæ est ad operationẽ indiuidui, ita est ad cõseruationẽ speciei per generationẽ: vnde sicut seruus nõ subditur domino, quin liberè possit comedere & dormire, & alia huiusmodi facere, quę ad necessitatẽ corporis pertinẽt sine quibus natura conseruari non potest: ita non subditur ei quantum ad hoc, quòd non possit liberè matrimonium contrahere, etiam domino nesciente, aut contradicente.

Decr. li. 4 tit. 9. c. 1.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd seruus est res domini, quãtum ad ea quæ naturalibus superadduntur, sed quantum ad naturalia, omnes sunt pares: vnde in his quę ad actus naturales pertinẽt, seruus pòt alteri, inuito domino, sui corporis potestatẽ per matrimonium præbere.

¶ Ad secundum dicendum, quòd seruus domino suo tenetur obedire in his, quę dominus licitè potest præcipere: sicut autem licitè non potest dominus præcipere seruo, quòd non comedat vel dormiat: ita etiam nec quòd à matrimonio contrahendo abstineat. Interest enim ad legislatorem, qualiter quilibet re sua vtatur †: & ideo si minus præcipiat seruo, quòd non contrahat matrimonium, seruus non tenetur domino obedire.

† In dige. li. 1. ti. vj. l. ij.

¶ Ad tertium dicendum, quòd si seruus volente domino matrimonium contraxerit, tunc debet prætermittere seruitium dominiimperantis, & reddere debitum vxori; quia per hoc quòd dominus concessit, vt matrimoniũ seruus contraheret, intelligitur ei concessisse omnia, quę matrimonium requirit. Si autẽm matrimonium ignorãte, vel contradicente domino est contractum, non tenetur reddere debitum: sed potius domino obedire, si vtrunque simul esse non possit: sed tamen in his multa particularia considerari debent, sicut etiam in omnibus humanis actibus, scilicet periculum castitatis imminẽs vxori, & impedimentum, quod ex redditione debiti seruitio imperato generatur, & aliis huiusmodi: quibus omnibus rite pensatis, iudicari poterit, cui magis seruus obedire teneatur, domino, vel vxori.

¶ Ad quartum dicendum, quòd in tali casu dicitur, quòd dominus cogendus est, ne seruum vendat taliter quòd faciat onera matrimonij graviora, præcipuè cùm non desit facultas vbicunque seruum suum vendendi iusto pretio.

¶ Ad quintum dicendum, quòd per religionem, vel ordinis susceptionem aliquis obligatur diuinis obsequiis quantum ad totum tempus: sed vir tenetur debitum reddere vxori, non semper, sed congruis temporibus: & ideo non est simile. Et præterea ille qui intrat religionẽ, vel suscipit ordinem, obligat se ad aliqua opera quæ sunt naturalibus superaddita: in quibus dominus potestatem eius habet, & non in naturalibus, ad quæ obligat se per matrimonium: vnde posset continentiam vouere sine consensu domini.

ARTICVLVS. III.

Vtrùm seruitus matrimonio possit superuenire.

210 AD tertium sic proceditur. Videtur, quòd seruitus matrimonio non possit superuenire, vt vir sit alteri in

Universidad de Deusto
Biblioteca

rij in seruum vendat. Quia quod in fraudem & præiudicium alterius factum est, ratũ esse non debet; sed vir qui se in seruum vẽdit, facit hoc quandoque in fraudem matrimonij; & ad minus, in detrimentum vxoris; ergo non debet valere talis venditio ad seruitutem inducendam.

¶ 2 Præt. Duo fauorabilia præiudicant vni non fauorabili; sed matrimonium & libertas sunt fauorabilia, & repugnant seruituti, quæ non est fauorabilis in iure: ergo seruitus talis in matrimonio debet penitus annullari.

¶ 3 Præterea, In matrimonio vir & vxor ad paria iudicantur; sed vxor non potest se in ancillam dare nolente marito: ergo nec vir nolente vxore.

¶ 3 Præt. Illud quod impedit rei generationem in naturalibus, destruit etiam rem generatam; sed seruitus viri nesciente vxore, impedit matrimonij actũ antequam fiat: ergo si posset matrimonio superuenire, destrueret matrimonium, quod est inconueniens.

¶ Sed contra, Quilibet potest dare alteri quod suum est: sed vir est sui iuris, cùm sit liber; ergo potest dare ius suum alteri.

Art. præc. ¶ Præt. Seruus potest nolente domino vxorem ducere, vt dictum* est; ergo eadem ratione vir potest domino se subijcere, nolente vxore.

¶ Respondeo dicendum, q̃ vir subditur vxori solùm in his, quæ ad actum naturæ pertinent; in quibus sunt æquales, ad quę seruitutis subiectio se non extẽdit: & ideo vir nolente vxore, potest se alteri in seruum dare; non tamen ex hoc matrimonium dissoluetur, quia nullum impedimentum matrimonio superueniens, potest dissoluere ipsum: vt dictum* est.

q. 50. art. vnico, ad 7. ¶ Ad primum ergo dicendum, quòd fraus bene potest nocere ei, qui fraudem fecit, sed non potest alteri præiudicium generare; & ideo si vir in fraudem vxoris se alteri det in seruum, ipse damnũ reportat, inæstimabile bonum libertatis amittens; sed vxori nullum potest ex hoc præiudicium generari, quin teneatur reddere debitum petenti & ad omnia quæ matrimonium requirit; non enim potest ab his retrahi domini sui præcepto.

¶ Ad secundum dicendum, quòd quantum ad hoc quòd seruitus matrimonio repugnat, matrimonium seruituti præiudicat, quia tunc seruus tenetur vxori debitum reddere, etiam nolente domino.

¶ Ad tertium dicendum, quòd quamuis in actu matrimoniali, & in his quæ ad naturam spectant, ad paria vir & vxor iudicentur, ad quæ conditio seruitutis se non extendit; tamen quantum ad dispensationem domus, & ad alia huiusmodi superaddita, vir est caput vxoris, & debet corrigere eam; non autem econuerso; & ideo vxor non potest se dare in ancillam nolente viro.

¶ Ad quartum dicendum, quòd ratio illa procedit de rebus corruptibilibus; in quibus etiam multa impediũt generationem, quæ non sufficiunt ad destruendum rem generatam; sed in rebus perpetuis potest impedimẽtum præstari, ne res talis esse incipiat, non autem vt esse desistat; sicut patet de anima rationali; & similiter etiam est de matrimonio, quod est perpetuum vinculum, præsenti vita manente.

ARTICVLVS IIII.

¶ *Vtrùm filij debeant sequi conditionem patris.*

211 AD Quartum sic proceditur. Videtur, quòd filij debeant sequi conditionẽ patris. Quia denominatio fit à digniori, sed pater in generatione est dignior, quàm mater: ergo, &c.

¶ 2 Præt. Esse rei magis dependet à forma, quàm à materia; sed in generatione pater dat formam, mater materiam; vt dicitur 16. de animalibus *: ergo magis debet sequi proles patrem, quàm matrem.

* Li. 2. de Animal. c. 4. 59. 4. ¶ 3 Præterea, Illud præcipuè debet aliquid sequi, cui magis assimilatur; sed filius plus assimilatur patri, quàm matri, sicut & filia plus matri; ergo ad minus, filius plus debet sequi patrem, & filia matrem.

¶ 4 Præterea, In sacra scriptura non computatur genealogia per mulieres, sed per viros: ergo proles magis sequitur patrem, quàm matrem.

¶ Sed contra, Si quis seminat in terra aliena, fructus sunt eius, cuius est terra: sed venter mulieris respectu seminis viri est sicut terra, respectu sementis: ergo, &c.

¶ Præterea, In alijs animalibus, quæ ex diuersis speciebus nascuntur, hoc videmus q̃ partus magis sequitur matrem, quàm patrem; vnde muli qui nascũtur ex equa & asino magis assimilantur equabus, quàm illi qui nascũtur ex asina & equo; ergo similiter debet esse in hominibus.

¶ Respondeo dicendum, quòd secundum leges ciuiles partus sequitur ventrem, & hoc rationabiliter: quia proles habet à patre complementum formale sed à matre substantiam corporis. Seruitus autem, corporalis conditio est, cùm seruus sit quasi instrumentum domini in operãdo; & ideò proles in libertate & seruitute sequitur matrem: sed in his quæ pertinent ad dignitatem, secundum quod est ex forma rei, sequitur patrem: sicut in honoribus, & municipiis, & hæreditate, & aliis huiusmodi; & huic etiam concordant Canones, * & lex Moysi, vt patet Exod. 21. In quibusdam tamen terris, quæ iure ciuili non reguntur, partus sequitur deteriorem conditionem, vt si pater sit seruus, quamuis mater sit libera, erunt filij serui: non tamen si post peractum matrimoniũ pater se in seruum dedit nolente vxore, & similiter si sit econuerso. Si autem vterque sit seruilis conditionis, & pertineant ad diuersos dominos, tunc diuidunt filios si plures sint, vel si vnus tantum, vnus alteri recompensabit de pretio, & accipiet prolem natam in sui seruitium: tamen non est credibile quòd talis consuetudo posfit esse ita rationabilis, sicut illud quod multorum sapiẽtum diuturno consilio determinatum est. Hoc etiam in naturalibus inuenitur, quod receptum est in recipiẽte per modum recipientis, & non per modum dantis; & ideo rationabile est q̃ semen receptum in muliere ad conditionem ipsius trahatur.

* In Dec. li. 4. tit. 9 c. 3. incipit Licet.

¶ Ad primum ergo dicendum, q̃ quamuis pater sit dignius principium matre, tamẽ mater dat substantiam corporalem; ex parte cuius attenditur conditio seruitutis.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ in his quæ ad rationem speciei pertinent, magis assimilatur filius patri, quàm matri, sed in materialibus conditionibus magis debet assimilari matri, quàm patri: quia res habet a forma esse specificum: sed conditiones materiales, a materia.

¶ Ad Tertium dicendum q̃ filius assimilatur patri ratione formæ, quàm habet in sui complemento, sicut & pater: & ideo ratio non est ad propositum.

¶ Ad quartum dicendum, q̃ quia honor filij magis est ex patre, quàm ex matre, ideo in genealogijs in scripturis, & secundum communem consuetudinem, magis nominantur filij à patre, quam à matre: tamen in his quæ ad seruitutem spectant, magis matrem sequuntur.

QVAESTIO LIII.

De impedimento voti, & ordinis, in quatuor articulos diuisa.



EINDE considerandum est de impedimento voti & ordinis.

¶ Circa quod quæruntur quatuor.

¶ Primò, Vtrùm votum simplex matrimonium dirimat.

¶ Secundò, Vtrùm votum solenne.

¶ Tertiò

¶ Tertiò, vtrùm ordo matrimonium impediat.

¶ Quartò, vtrùm aliquis post matrimonium, sacrum ordinem suscipere possit.

ARTICVLVS I.

¶ *Vtrum per obligationem voti simplicis matrimonium contractum dirimi debeat.*

212 D. Tho. 4. dist. 38. q. 1. ar. 3. q. 2. & 3. AD Primum sic proceditur. Videtur, q̃ per obligationem voti simplicis matrimonium contractum dirimi debeat. Fortius enim vinculum, debiliori præiudicat: sed vinculum voti est fortius, quàm vinculum matrimonij, quia hoc fit homini, illud autem Deo: ergo vinculum voti præiudicat vinculo matrimonij.

¶ 2 Præterea, Præceptum Dei non est minus, quàm præceptum Ecclesiæ: sed præceptum Ecclesiæ adeo obligat, quòd si contra ipsum matrimonium contrahatur, dirimitur, sicut patet de illis qui contrahunt in aliquo gradu consanguinitatis ab Ecclesia prohibito: * ergo cùm seruare votum sit præceptum diuinum, videtur, q̃ qui contra votum, matrimonium contrahit, ex hoc matrimonium sit dirimendum.

* de quo sequenti q.

¶ 3 Præterea, In matrimonio potest homo vti carnali copula sine peccato: sed ille qui facit votum simplex castitatis, nunquam potest carnaliter vxori commisceri sine peccato: ergo votum simplex matrimoniũ dirimit. Probatio mediæ constat, q̃ ille qui post votum simplex continentię matrimonium contrahit, peccat mortaliter, quia secundum Hieronymum, * virginitatem vouentibus non solùm nubere sed velle nubere damnabile est: sed contractus matrimonij non est contra votum continentiæ nisi ratione carnalis copulæ: ergo quando primò carnaliter commiscetur vxori, mortaliter peccat, & eadẽ ratione omnibus aliis vicibus; quia peccatum primò cõmissum non potest excusare à peccato sequenti.

Refertur in Decre. dist. 27. c. Vouentibus, & id habet Aug. de bono viduitatis, c. 9. to. 4.

¶ 4 Præterea, Vir & mulier in matrimonio debent esse pares, præcipuè quantum ad carnalem copulam: sed ille qui votum simplex continentiæ facit, nunquam potest petere debitum sine peccato, quia hoc est manifestè contra votum continentiæ, ad quam ex voto tenetur: ergo nec reddere potest sine peccato.

In Decr. li. 4. in titul. quod clerici vouẽtes, ca. Cõsulunt.

SED contra, est quod Clemens Papa * dicit, q̃ votum simplex impedit matrimonium contrahendum, sed non dirimit contractum.

¶ Respondeo dicendum, q̃ per hoc res aliqua desinit esse in potestate alicuius, per quod transit in dominium alterius. Promissio autem alicuius rei non transfert eam in dominium eius, cui promittitur; & ideo non ex hoc ipso quòd aliquis rem promittit aliquam, desinit res illa esse in potestate sua: cum ergo in voto simplici non sit nisi simplex promissio propriꝰ corporis, ad continentiã Deo seruandam facta; post votum simplex adhuc remanet homo dominus sui corporis: & ideo potest ipsum alteri dare, scilicet vxori; in qua datione sacramentum matrimonii cõsistit, * quod indissolubile est. Et propter hoc votum simplex quamuis impediat matrimonium contrahendum, quia peccat contrahens matrimonium post votum simplex continentiæ: tamen quia verus contractus est, non potest matrimonium per hoc dirimi.

Gratianus causa 27. Vide Ambro. in c. 16. Luc. & Augus. in li. 2. de adulterinis coniugijs ca. 5. Et de bono cõiug. ca. 7. & 15. & lib. 50. homi. ho. 50. & infra q. 67. 11n corp. art.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd votum est fortius vinculum, quàm matrimonium, quantum ad id cui, & ad quod obligat: quia per matrimonium obligatur homo vxori ad redditionẽ debiti, sed per votum Deo, ad continentiam. Tamen quantum ad modum ligandi, matrimonium est fortius vinculum, quàm votum simplex, quia per matrimoniũ traditur actualiter vir in potestatem vxoris, non autem per votum simplex, vt dictum * est; Potior autem est semper conditio possidentis; sed quantum ad hoc simili modo obligat votum simplex sicut sponsalia vnde propter votum simplex sunt sponsalia dirimenda.

¶ Ad secundum dicendum, quòd præceptum prohibens matrimonium inter consanguineos, non habet, inquantum est præceptum Dei vel ecclesiæ, quòd dirimat matrimonium contrahendum; sed inquantum facit quòd consanguineꝰ corpus non possit transire in potestatem consanguinei: hoc autem non facit præceptum prohibẽs matrimonium post votum simplex, vt ex dictis * patet: & ideo ratio non sequitur, ponitur enim pro causa quod non est causa. In corp. ar. & ad 1.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ille qui contrahit matrimonium per verba de præsenti post votum simplex, non potest cognoscere vxorem suam sine peccato mortali, quia adhuc restat sibi facultas implendi votum continentiæ ante matrimonium consummatum; sed postquam matrimonium consummatum est, est sibi iam factum illicitum non reddere debitum vxori exigẽti, ex culpa sua: & ideo ad hoc obligatio voti non se extendit, vt ex prædictis * patet; tamen debet per lamentum pœnitentiæ recompensare pro continentia non seruata. In corp. art.

¶ Ad quartum dicendum, q̃ quantum ad ea, in quibus non est factus impotens votum continentiæ seruare, adhuc post contractum matrimonium obligatur ad seruandum, propter quod mortua vxore tenetur totaliter continere: & quia ex matrimonij vinculo non obligatur ad debitum petendum; ideo non potest petere debitum sine peccato, quamuis possit sine peccato reddere debitũ exigenti postquam obligatus est ad hoc per carnalem copulam præcedentem: hoc autem intelligendum est, siue mulier expresè petat, siue interpretatiuè, vt quando mulier verecunda est, & vir sentit eius voluntatem de redditione debiti, tunc enim sine peccato reddere potest, & præcipuè si ei timet de periculo castitatis. Nec obstat q̃ non sunt pares in matrimonij actu, quia quilibet potest hoc quod suum est abrenuntiare. Quidam tamen dicũt, q̃ potest & petere & reddere, ne nimis onerosum reddatur matrimonium vxori semper exigenti, expresè scilicet; cùm enim timetur de periculo castitatis, exigẽte vxore interpretatiuè, reddere potest.

ARTICVLVS II.

¶ *Vtrùm votum solenne dirimat matrimonium iam contractum.*

213 † In Decret. li. 4 tit 6. ca 6 & incipit, Rursus. AD secundum sic proceditur. Videtur, quòd nec votum solenne dirimat matrimonium iam contractum: quia sicut Decret. * dicit, apud Deum non minus obligat votum simplex, quàm solenne: sed matrimonium acceptatione diuina stat & dirimitur: ergo cùm votum simplex non dirimat matrimonium, nec votum solenne dirimere poterit.

¶ 2 Præt. Votum solenne non addit ita validum robur supra votum simplex, sicut iuramentum: sed votum simplex, etiam iuramento superueniẽte, non dirimit matrimonium contractum: ergo nec votum solenne.

¶ 3 Præterea, Votum solenne nihil habet quod non possit votum simplex habere; quia votum simplex posset habere scandalum, cùm possit esse in publico, sicut & solenne; similiter & Ecclesia posset & deberet statuere quòd votum simplex dirimat matrimonium contractum, vt multa peccata vitarentur: ergo qua ratione votũ simplex non dirimit matrimonium, nec votum solenne dirimere debet.

¶ Sed contra est, q̃ ille qui facit votum solenne, contrahit matrimonium spirituale cum Deo, quod est multò dignius quàm materiale matrimonium: sed materiale matrimonium priùs contractum, dirimit matrimonium post contractum: ergo & votum solenne.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Præterea, Hoc idem etiam probari potest per multas auctoritates, quæ ponuntur in litera.*

Ii.4. Sent. dist.38. pa ragr.B.

¶ Respondeo dicendum, quòd omnes dicunt, quòd sicut votum solenne impedit contrahendum; ita dirimit iam contractum. Quidam autem assignant pro causa, scandalum: sed hoc nihil est, quia etiam simplex votum quandoque habet scandalum, cùm sit quandoque quodammodo publicum. Et præterea insolubilitas matrimonij est de veritate vitæ, quæ non est propter scandalum dimittenda. Et ideo alij dicunt, quòd hoc est propter statutum Ecclesiæ. Sed hoc etiam non sufficit, quia secundum hoc Ecclesia posset etiam contrarium statuere; quod non videtur verum. Et ideo dicendum est cum aljs, quòd votum solenne ex sui natura habet, quod dirimat matrimonium contractum, inquantum scilicet per ipsum homo sui corporis amisit potestatem, Deo illud ad perpetuam continentiam tradens: & ideo non potest ipsum tradere in potestatem vxoris matrimonium contrahendo. Et quia matrimonium quod sequitur tale votũ, nullum est; ideo tale votum dirimere dicitur matrimonium contractum.

¶ Ad primvm ergo dicendum, quòd votum simplex, quo ad Deum dicitur non minus obligare, quàm solenne, in his quæ ad Deum spectant, sicut est separatio à Deo per peccatum mortale; quia mortaliter peccat frangens votum simplex, sicut solenne, quamuis grauius sit peccatum frangere votum solenne: vt sic comparatio in genere accipiatur, non in determinata quantitate reatus. Sed quantum ad matrimonium, per quod homo homini obligatur; non oportet quòd sit æqualis obligationis, etiam in genere: quia ad quædam obligat votum solenne, & non simplex.

¶ Ad secvndvm dicendum, quòd iuramentum plus obligat ex parte eius ex quo fit obligatio, quàm votum: sed votum solenne plus obligat quantum ad motum obligandi, inquantum actualiter traditur hoc, quod promittitur, quod non fit per iuramentum. Et ideo non sequitur ratio.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ votum solenne habet actualem exhibitionem proprij corporis, quam non habet votum simplex, vt ex dictis * patet: & ideo ratio ex insufficienti procedit.

Ar.3. huius quæst.

Articvlvs III.

¶ Vtrùm ordo impediat matrimonium.

214 D.Tho.4. dist. 37.q. 1.arc.1.& seq.

AD tertium sic proceditur. Videtur, q̃ ordo non impediat matrimoniũ. Quia nihil impeditur nisi à suo contrario: sed ordo non est contrarius matrimonio, cùm vtrunq; sit sacramentum: ergo non impedit ipsum.

¶ 2 Præterea, Idem ordo est apud nos & apud Ecclesiam Orientalem: sed apud Orientales non impedit matrimonium: ergo, &c.

¶ 3 Præterea, Matrimonium significat coniunctionem Christi & Ecclesiæ: sed hoc præcipuè congruit significari in his, qui sunt ministri Christi, scilicet in ordinatis: ergo ordo matrimonium non impedit.

¶ 4 Præterea, Omnes ordines ad spiritualia ordinantur: sed ordo non potest impedire matrimonium nisi ratione spiritualitatis; ergo si ordo impediat matrimonium, quilibet ordo impediet; quod falsum est.

* In Decre lib.3. tit.3 cap. quod au tẽ, & cap. ex parte. †In Decr. li.3. tit.3 cap.1.

¶ 5 Præterea, Omnes ordinati possunt Ecclesiastica beneficia habere, & priuilegio clericali gaudere equaliter. Si ergo propter hoc ordo matrimonium impediat, quia vxorati non possunt habere beneficium Ecclesiasticum, nec gaudere priuilegio clericali, vt Iuristæ * dicunt; tunc quilibet ordo impedire deberet, quod falsum est, vt patet per Decret. Alexan. † de cleri. coniugatis: & sic nullus ordo (vt videtur) matrimonium impediet.

¶ Sed contra est, quod Decret. dicit, q̃ qui in subdiaconatu, & alijs superioribus ordinibus vxores accepisse noscũtur, eos vxores dimittere compellatis; quod non esset si esset verum matrimonium.

Ii.4. Sent dist.35. paragr.ii.

¶ Præterea, Nullus vouens continentiam potest matrimonium contrahere: sed quidam ordines sunt, qui habent votum continentiæ annexum, vt ex litera † patet: ergo talis ordo matrimonium impedit.

¶ Respon. dicendum, q̃ ordo sacer, de sui ratione habet ex quadam congruentia, q̃ matrimonium impedire debeat; quia in sacris ordinibus constituti, sacra vasa & sacramenta tractant, & ideo decens est, vt munditiam corporalem per continentiam seruent. Sed q̃ impediat matrimonium, ex constitutione Ecclesiæ habet, tamen aliter apud Latinos quàm apud Græcos: quia apud Græcos, impedit matrimonium contrahendum, solum ex vi ordinis, sed apud Latinos, impedit ex vi ordinis, & vlterius ex voto continentiæ, quod est ordinibus sacris annexum: quod etiam si quis verbo tenus non emittat, ex hoc ipso tamen q̃ ordinem suscipit secundum ritum Occidentalis Ecclesiæ, intelligitur emisisse. Et ideo apud Græcos, & alios Orientales sacer ordo impedit matrimonium contrahendum, * non tamen matrimonij prius contracti vsum; possunt enim matrimonio prius contracto vti, quamuis non possint matrimonium denuò contrahere; sed apud † Occidentalem Ecclesiam impedit matrimonium & matrimonij vsum, nisi fortè ignorante, aut contradicente vxore vir ordinem sacrum susceperit, quia ex hoc non potest ei aliquod præiudicium generari. Quomodo autem ordines sacri distinguuntur à non sacris, nunc & in primitiua Ecclesia, dictum est.*

Vide decret di.31 c.15. Ambro. lib.1. offi.c vlt. & epist 82. †Lo Decr. di.32.c.18 *quæst.37 art.3.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd quamuis ordo sacer non habeat contrarietatem ad matrimonium, inquantum est sacramentum, habet tamen repugnantiam quandam ad ipsum, ratione actus sui, qui spirituales actus impedit.

¶ Ad secundum dicendum, quòd obiectio procedit ex falsis. Ordo enim vbique impedit matrimonium contrahendum, quamuis non habeat vbique votum annexum.

¶ Ad tertium dicendum, quòd illi qui sunt in sacris ordinibus constituti significant Christum nobilioribus actibus, prout ex dictis in tractatu de ordine patet, quàm illi qui sunt matrimonio coniuncti; & ideo ratio non sequitur.

¶ Ad quartum dicendum, quòd illi qui sunt in minoribus ordinibus constituti, ex vi ordinis non prohibentur matrimonium contrahere: quia quamuis ordines illi deputentur ad aliqua spiritualia, non tamen immediatè habent accessum ad tractandum * sacra, sicut illi qui sunt in sacris ordinibus. Sed secundum statum Occidentalis Ecclesiæ matrimonij vsus executionem ordinis non sacri impedit, propter seruandam maiorem honestatem in officijs ecclesiæ; & quia aliquis ex beneficio ecclesiastico tenetur ad executionem ordinis, & ex hoc ipso, priuilegio clericali gaudet; ideo hoc apud Latinos clericis vxoratis aufertur.

Decretal. dist.27. c.9

¶ Et per hoc patet solutio ad vltimum.

Articvlvs IIII.

¶ Vtrùm ordo sacer matrimonio possit superuenire.

215

AD quartum sic proceditur. Videtur, quòd matrimonio ordo sacer superuenire non possit. Quia fortius præiudicat minus forti; sed fortius est vinculum spirituale quàm corporale: ergo si matrimonio iunctus ordinem suscipiat, præiudicium generabitur uxori, ut non possit debitũ exigere, cùm ordo sit vinculũ spirituale, & matrimonium corporale: & sic videtur, quòd non possit aliquis

aliquis ordinem sacrum suscipere post matrimonium cõsummatum.

¶ 2 Præterea, Post matrimonium consummatum vnus coniugum sine alterius consensu non potest continẽtiam vouere: sed ordo sacer habet votum continentiæ: ergo si vir ordinem sacrum inuita vxore acceperit, cogetur vxor inuita continentiam seruare, quia non posset alteri nubere viuente viro.

¶ 3 Præterea, Etiam ad tempus, non potest vir vacare orationi sine consensu vxoris, vt habetur primæ ad Cor. 7. sed apud Orientales illi qui sunt in sacris constituti, tenentur ad continentiam tempore, quo exequuntur officium: ergo nec ipsi possunt ordinari sine consensu vxorũ, & multo minus Latini.

*simileq dẽ Hier. epist. 30. & est in Epitaphio Fabiolæ.

¶ 4 Præt.* Vir & vxor ad patria iudicãtur: sed sacerdos Græcus defuncta vxore sua, nõ potest aliteram ducere: ergo nec vxor defuncto viro. Sed non potest sibi auferri facultas nubendi post mortem viri, per viri actum: ergo vir non potest suscipere ordines post matrimonium.

¶ 5 Præterea, Matrimonium quantum opponitur ordini, tantum e contrario: sed ordo præcedens impedit matrimonium sequens: ergo, &c.

¶ Sed contra, Religiosi tenentur ad continentiam, sicut illi qui sunt in sacris ordinibus: sed post matrimonium potest aliquis religionem intrare, defuncta vel * consentiente vxore: ergo & ordinem suscipere.

*Decret. li.3.tit.32 cap.9.

¶ Præterea, Aliquis potest fieri seruus hominum post matrimonium: ergo & seruus Dei, per susceptionem ordinis.

¶ Respondeo dicendum, q̃ matrimonium nõ impedit ordinis sacri susceptionem; quia si matrimonio iunctus ad sacros ordines accedat, etiam reclamante vxore, nihilominus characterem ordinis suscipit, sed executionem ordinis caret. Si autem volente vxore, vel ipsa defuncta; recipit ordinem & executionem.

¶ Ad primum ergo dicendum, q̃ vinculum ordinis solvit vinculum matrimonii ratione redditionis debiti, ex qua parte habet repugnantiam ad matrimonium, ex parte eius qui suscipit ordinem, quia non potest petere debitum, nec vxor ei tenetur reddere; non tamen soluit ex parte alterius, quia ipse tenetur vxori debitum reddere, si non posset eam inducere ad continentiam.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ si vxor sciat; & de eius consensu vir ordinem sacrum susceperit, tenetur perpetuam continentiam vouere: non tamen tenetur religionem intrare, si sibi non timeat de periculo castitatis propter hoc quòd vir eius solẽne votum emisit. Secus autem esset si emisisset votum simplex. Si autem sine eius cõsensu susceperit, non tenetur, quia ex hoc nullum sibi præiudicium generatur.

¶ Ad tertium dicendum, quòd sicut probabilius videtur (quamuis quidam contrarium dixerint) etiam Græci non debent accedere ad sacros ordines sine consensu vxorum: quia ad minus tempore ministerii sui fraudarentur debiti redditione, quo fraudari non possunt secũdum ordinem iuris, si eis contradicentibus, aut ignorantibus viri ordines susceperint.

¶ Ad quartum dicendum, quòd sicut dicitur eò ipso quòd mulier consentit apud Græcos, quòd vir suus ordinem suscipiat, obligat se ad hoc, quòd ipsa in perpetuum alteri non nubat, quia significatio matrimonii non seruaretur, quæ in matrimonio sacerdotis præcipuè exigitur: si autem sine consensu eius ordinatur, non videtur ad hoc teneri.

¶ Ad quintum dicendum, quòd matrimonium habet pro causa nostrum consensum, nõ autem ordo, sed habet pro causa sacramẽtalem determinatam à Deo: & ideo matrimonium potest impediri ex ordine præcedẽte q̃ nõ fit verum matrimonium; nõ autem ordo ex matrimonio q̃ non sit verus ordo, quia sacramentorum virtus est immutabilis, sed actus humani possunt impediri.

QVAEST. LIIII.

De impedimento consanguinitatis, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de impedimento consanguinitatis.

¶ Circa quod quæruntur quatuor.

¶ Primò, vtrùm consanguinitas conuenienter à quibusdam definiatur.

¶ Secundò, vtrùm conuenienter distinguatur per gradus & lineas.

¶ Tertiò, vtrùm de iure naturali matrimonium impediatur secundum aliquos gradus.

¶ Quartò, vtrùm gradus impedientes matrimonium possint per statutum Ecclesiæ determinari.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrùm definitio consanguinitatis sit competens.

216 D.Tho.4. dist.40.q. vnica ar. 1.& seq.

AD primum sic proceditur. Videtur, quòd definitio consanguinitatis, quam quidam ponunt, sit incompetens, scilicet: Consanguinitas est vinculum ab eodem stipite descendentium carnali propagatione contractum. Omnes enim homines ab eodem stipite, carnali propagatione descendunt, scilicet ab Adam: si ergo recta esset prædicta definitio consanguinitatis, omnes homines essent ad inuicem consanguinei, quod falsum est.

¶ 2 Præterea, Vinculum nõ potest esse nisi aliquorum ad inuicem conuenientium, quia vinculum vnit: sed eorũ qui descendunt ab vno stipite, non est maior conuenientia ad inuicem, quàm aliorum hominum, cùm conueniãt specie, & differant numero, sicut & alij homines. ergo consanguinitas non est aliquod vinculum.

¶ 3 Præterea, Carnalis propagatio, secundum Philos. fit de superfluo alimenti: sed tale superfluum magis habet conuenientiam cum rebus comestis, cum quibus in substantia conuenit, quàm cum eo qui comedit: cum ergo nõ nascat aliquod vinculum cõsãguinitatis eius qui ex semine nascitur ad res comestas; nec ad generantem ex carnali propagatione nascetur aliquod propinquitatis vinculum.

¶ 4 Præterea, Gene. 29. Laban dixit ad Iacob, Os meũ es, & caro mea; ratione cognationis quæ erat inter eos: ergo talis propinquitas magis debet dici carnalitas, quàm consanguinitas.

¶ 5 Præterea, Carnalis propagatio est communis hominibus & animalibus: sed in animalibus non contrahitur ex carnali propagatione consanguinitatis vinculum: ergo nec in hominibus.

¶ Respondeo dicendum, quòd secundum Philos. in 8. Ethic. Omnis amicitia in aliqua communicatione consistit: & quia amicitia, ligatio siue vnio quædam est, ideo communicatio, quæ est amicitiæ causa, vinculum dicitur: & ideo secundum quamlibet communicationem denominantur aliqui quasi colligati ad inuicem: sicut dicuntur conciues qui habent politicam communicationem ad inuicem, & commilitiones, qui conueniunt in militari negotio. Et eodem modo illi, qui conueniunt in naturali cõmunicatione, dicuntur consanguinei: & ideo in prædicta definitione ponitur quasi consanguinitatis genus, vinculum, quasi subiectum, personæ descendentes ab vno stipite, quarum est huiusmodi vinculũ, quasi principium, carnalis propagatio.

* li. 8. ca. 11. & 12.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd virtus actiua non recipitur secundum eandem perfectionem in instrumen-

Universidad de Deusto
Biblioteca

to, secundum quam est in principali agente: & quia omne motum mouens est instrumentum, inde est q̃ virtus primi motoris in aliquo genere per multa media deducta, tandem deficit, & peruenit ad aliquid quod est motum & nõ mouens. Virtus autem generantis mouet non solùm quãtum ad id quod est specici, sed etiam quantum ad id quod est indiuidui ratione cuius filius assimilatur patri etiam in accidentalibus, & non solùm in natura speciei: nec tamen ista indiuidualis virtus patris ita perfectè in filio est, sicut erat in patre, & adhuc in nepote minus: & sic deinceps debilitatur: & inde est quòd virtus illa quandoque deficit, vt vltrà procedere non possit: & quia consanguinitas est inquantum multi communicant in tali virtute, ex vno in multos per propagationem deducta, paulatim se consanguinitas dirimit, vt Isidorus † dicit: & ideo non oportet accipere stipitem remotum in definitione consanguinitatis, sed propinquũ, cuius virtus adhuc maneat in illis qui ex eo propagantur.

† refertur 35.q.4.c. Consanguinitas. * In corp. ar. & respond. ad primum.

¶ Ad secundum dicendum, quòd iam patet ex dictis, * quòd non solùm conueniunt consanguinei in natura speciei, sed etiam in virtute propria ipsius indiuidui ex vno in multos traducta: ex qua contingit quandoque, quòd filius assimilatur non solum patri, sed auo vel remotis parentibus, vt dicitur libro. 8. de Animalibus.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ conuenientia magis attenditur secundum formam, secundum quam aliquid est actu, quàm secundum materiam, secundum quam est in potentia: quod patet in hoc, quòd carbo magis conuenit cũ igne, quàm cum arbore, vnde abscissum est lignũ. Et similiter alimentum iam conuersum in substantiã alicuius, per virtutem nutritiuam, magis conuenit cum ipso nutrito, quàm cum illa re vnde sumptum est nutrimentũ. Ratio autem procederet secundum opinionem illorum, qui dicebant, q̃ tota natura rei est materia, & q̃ formæ omnes sunt accidentia, quod falsum est.

¶ Ad quartum dicendum, q̃ illud quod proximè conuertitur in semen, est sanguis: vt probatur in 15. de Animalibus: & propter hoc vinculum quod ex propagatione carnali contrahitur carnali, conuenientius dicitur consanguinitas, quàm carnalitas: & q̃ aliquando vnus consanguineus dicitur esse caro alterius, hoc est inquantum sanguis, qui in semen viri, aut in menstruum conuertitur, est potentia caro, & os.

¶ Ad quintum dicendum, quòd quidam dicunt quòd ideo consanguinitatis vinculum contrahitur inter homines ex carnali propagatione, & tamen non inter alia animalia: quia quicquid est de veritate humanæ naturæ in omnibus hominibus, fuit in primo parente, quod non est de aliis animalibus: sed secundum hoc consanguinitas matrimonii nunquam dirimi posset. Prædicta autem positio in secundo libro, distinctione 20. * improbata est. Vnde dicendum, q̃ hoc ideo cõtingit, quia animalia nõ conjunguntur ad amicitiæ vnitatem propter propagationem multorum ex vno parente proximo, sicut est de hominibus, vt dictum est. †

Ii. 2. Sen. dist. 20.

In cor. ar.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrùm consanguinitas conuenienter distinguatur per gradus & lineas.

217 AD secundum sic proceditur. Videtur, quòd consanguinitas inconuenienter distinguatur per lineas & gradus. Dicitur enim linea consanguinitatis esse ordinata collectio personarum, consanguinitate coniunctarum ab eodem stipite descendentium, diuersos continens gradus: sed nihil est aliud consanguinitas, quàm collectio talium personarum: ergo linea consanguinitatis est idem quod consanguinitas. Nihil autem debet distingui per seipsum: ergo consanguinitas non conuenienter per lineas distinguitur.

¶ 2 Prætereà, Illud, secundum quod diuiditur aliquid commune, non potest poni in definitione communis: sed descensus ponitur in definitione prædicta * consanguinitatis: consanguinitas ergo non potest diuidi per lineam ascendentium, descendentium, & transuersalium.

Ar. 1 hius q. arg. 1.

¶ 3 Prætereà, Definitio lineæ est, q̃ sit inter duo puncta: sed duo puncta non faciunt nisi vnum gradum: ergo vna linea habet tantum vnum gradum, & ita eadem ratione videtur, q̃ non debeat fieri diuisio cõsanguinitatis per lineas & gradus.

¶ 4 Prætereà, Gradus definitur esse habitudo distantium personarum, qua cognoscitur quanta distantia personæ inter se differant: sed cùm consanguinitas sit propinquitas quædam, distantia personarum consanguinitati opponitur magis, quàm sit eius pars: ergo per gradus cõsanguinitas distingui non potest.

¶ 5 Præt. Si consanguinitas per gradus distinguitur & cognoscitur, oportet q̃ illi qui sunt in eodem gradu sint æqualiter consanguinei: sed hoc falsum est, quia pro patruus, & eiusdem pronepos sunt in eodem gradu: non tamen sunt æqualiter cõsanguinei: vt Decret. † dicit: ergo consanguinitas non rectè distinguitur per gradus.

In Decretis 35. q. 5. ex cap. Porrò.

¶ 6 Prætereà, In rebus ordinatis quodlibet additum alteri facit alium gradum, sicut quælibet vnitas addita facit aliam speciem numeri: sed persona addita personæ nõ semper facit gradum alium consanguinitatis, quia in eodem gradu consanguinitatis est pater & patruus qui adiungitur: ergo non rectè per gradus consanguinitas distinguitur.

¶ 7 Prætereà, Inter duos propinquos semper est eadẽ cõsanguinitatis propinquitas, quia æqualiter distat vnum extremorum ab alio, & econtrà: sed gradus consanguinitatis nõ inuenitur semper idem ex vtraq; parte, cùm quandoque vnus propinquus sit in tertio, & alius in quarto gradu: ergo cõsanguinitatis propinquitas non potest sufficienter per gradus cognosci.

¶ Respondeo dicendum, q̃ consanguinitas est quædam propinquitas in naturali communicatione fundata secundum actum generationis, qua natura propagatur. Vnde secundum Philosophum in 8. † Ethic. ista communicatio est triplex. Vna secundum habitudinem principiiad principatum, & hæc est consanguinitas patris ad filium. Vnde dicit quòd parentes diligunt filios vt suipsorum aliquid existentes. Alia est secundum habitudinem principatiad principium, & hęc est filii ad patrem: vnde dicit, quòd filii diligunt parentes vt ab illis existentes. Tertia est secundum habitudinem eorum, quæ sunt ab vno principio adinuicem, sicut fratres dicuntur ex eisdem nasci, vt ipse ibidem dicit: & quia punctus motus lineam facit, & per propagationem quodammodò pater descendit in filium: ideo secundum tres dictas habitudines tres lineæ consanguinitatis sumuntur; scilicet linea descendentium, secundum primam habitudinem; linea ascendentium, secundum secundam; linea transuersalis, secundum tertiam. Sed quia propagationis motus non quiescit in vno termino, sed vltrà progreditur; ideo contingit quòd patris est accipere patrem, & filii filium, & sic deinceps: & secundum hos diuersos progressus diuersi gradus in vna linea inueniuntur: & quia gradus cuiuslibet rei est pars aliqua illius rei, gradus propinquitatis non potest esse vbi non est propinquitas: & ideo identitas & nimia distantia gradum consanguinitatis tollunt, quia nullus est sibipsi propinquus, sicut nec sibi similis: & propter hoc nulla persona per seipsam facit aliquem gradum, sed comparata alicui personæ, gradum facit ad ipsam. Sed tamen diuersa est ratio computandi gradus in diuersis lineis. Gradus enim consanguinitatis in linea ascendentium & descendentium contrahitur ex hoc, quòd vna persona ex alia propagatur eorum inter quos gradus

Ar. præc.

† lib. 8. c. 11.

consideratur: & ideo, secundùm computationem canonicam & legalem, persona quæ primò in progressu propagationis occurrit, vel ascendendo, vel descendendo, distat ab aliquo, puta à Petro, in primo gradu, vt pater & filius: quæ autem secundo vtrinque occurrit, distat in secundo gradu, vt auus & nepos, & sic deinceps. Sed consanguinitas, quæ est eorum, qui sunt in linea transuersali, contrahitur non ex hoc quòd vnus eorum ex alio propagatur, sed quia vterque propagatur ex vno: & ideo debet gradus consanguinitatis in hac linea computari per comparationem ad unũ principium, ex quo propagantur. Sed secundùm hoc est diuersa computatio canonica & legalis, quia legalis computatio attendit descensum à communi radice ex utraque parte: sed canonica, tantùm ex altera, ex illa s. ex qua maior numerus graduum inuenitur. Vnde secundùm legalem computationem frater & soror vel duo fratres attinent sibi in secundo gradu, quia vterque à radice communi distat per vnũ gradum: & similiter filii duorum fratrum distant à se inuicem in quarto. Sed secundum computationem canonicam duo fratres attinent sibi in primo gradu, quia neuter eorum distat à radice cõmuni nisi per unum gradũ: sed filius vnius fratrum distat ab altero fratre in secundo gradu, quia tantùm distant à communi radice: & ideo secundum computationem canonicam quanto gradu distat quis ab aliquo superiori, tanto distat à quolibet descendentium ab ipso, & nunquam minùs, quia propter quod vnumquodque tale, illud magis. Vnde & si alii descendentes à cõi principio conueniunt cum aliquo, rõne principii communis, non possunt propinquiores esse descendenti ex alia parte, quàm sit primum principiũ ei propinquum. Aliquando tamen plus distat aliquis abali quo descendente à communi principio, quã ipse distet à principio, quia ille fortè plus distat a cõmuni principio, quàm ipse: & secundum remotiorem distantiam oportet consanguinitatem computari.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd obiectio illa procedit ex falsis. Consanguinitas enim non est collectio, sed relatio quædam aliquarum personarum adinuicem, quarum collectio lineam consanguinitatis facit.

¶ Ad secundum dicendum, quòd descensus communiter sumptus attenditur secundũ quamlibet consanguinitatis lineam, quia carnalis propagatio, ex qua vinculum consanguinitatis trahitur, descensus quidam est: sed descensus talis, s. à persona, cuius consanguinitas quęritur, lineam descendentium facit.

¶ Ad tertium dicendum, quòd linea dupliciter accipi potest. Aliquando propriè, pro ipsa dimensione, quę est prima species quantitatis continuæ: & sic linea recta cõtinet tantùm duo puncta in actu, quæ terminant ipsam: sed in potẽtia, infinita, quorum quolibet signato in actu linea diuiditur, & fiunt duæ lineæ. Aliquando verò linea sumitur pro his, quæ linealiter disponuntur: & secũdum hoc assignatur in numeris linea, & figura, prout vnitas post vnitatem ponitur in aliquo numero: & sic quælibet vnitas adiecta gradum facit in tali linea, & similiter est de linea consanguinitatis: vnde vna linea continet plures gradus.

¶ Ad quartum dicendum, quòd sicut similitudo nõ potest esse, vbi non est aliqua diuersitas, ita propinquitas non est, ubi non est aliqua distantia: & ideo distantia quælibet non opponitur consanguinitati, sed talis distantia, quæ consanguinitatis propinquitatem excludit.

¶ Ad quintum dicendum, quòd sicut albedo dicitur maior dupliciter. Vno modo ex intensione ipsius qualitatis. Alio modo ex quantitate superficiei: ita consanguinitas dicitur maior, uel minor dupliciter: vno modo intensiuè, ex ipsa natura consanguinitatis: alio modo quasi dimensiuè: & sic quantitas consanguinitatis mensuratur ex personis, inter quas consanguinitatis pro pagatio procedit, & hoc secundo modo gradus consanguinitatis distinguuntur: & ideo contingit quòd aliquorum duorum qui sunt in eodem gradu consanguinitatis respectu alicuius personæ, unus est sibi magis consanguineus, quàm alius, considerando primam quantitatem cõsanguinitatis: sicut pater & frater attinent alicui in primo gradu consanguinitatis, quia ex neutra parte incidit aliqua persona media. Sed tamen intensiuè loquendo, magis attinet alicui personæ pater suus, quàm frater, non attinet ei, nisi inquantum est ex eodem patre & ideo quantò aliquis est propinquior communi principio, à quo consanguinitas descendit, tantò est magis consanguineus, quàmuis non sit in propinquiori gradu: & secundùm hoc propatruus est magis consanguineus alicui, quàm pronepos eius, quàmuis sint in eodem gradu.

¶ Ad sextum dicendum, quòd quàmuis pater & patruus sint in eodem gradu respectu radicis consanguinitatis, quia uterque distat vno gradu ab auo: tamen respectu eius, cuius consanguinitas quæritur, non sunt in eodem gradu, quia pater est in primo gradu, patruus autem non potest esse propinquior, quàm in secundo, in quo est auus.

¶ Ad septimum dicendum, q̃ semper duæ personæ in æquali numero graduum distant à se inuicem, quàmuis quandoque non æquali numero graduum distent à communi principio, ut ex dictis patet. *

In eo. ar.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrùm consanguinitas de iure naturali impediat matrimonium.

218 AD tertium sic proceditur. Videtur, quòd consanguinitas de iure naturali non impediat matrimonium. Nulla enim mulier potest esse propinquior viro quã Eua fuit Adæ de qua dixit Gen. 2. Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea: sed Eua fuit matrimonio conjuncta Adæ: ergo consanguinitas nulla, quantum est de lege naturæ, matrimonium impedit.

¶ 2 Præte. Lex naturalis eadem est apud omnes: sed apud barbaras nationes nulla persona coniuncta consanguinitate, à matrimonio excluditur: ergo consanguinitas, quantum est de lege naturæ, matrimonium non impedit.

¶ 3 Præt. Ius naturale est quod natura omnia animalia docuit, vt dicitur in principio Digestorum, † sed animalia bruta etiam cum matre coeunt: ergo non est de lege naturæ, quòd aliqua persona à matrimonio propter consanguinitatem repellatur.

† In digesto veteri tit. 1. le. 1.

¶ 4 Præte. Nihil impedit matrimonium, quod non contrariatur alicui bono matrimonii: sed cõsanguinitas non contrariatur alicui bono matrimonii: ergo non impedit ipsum.

¶ 5 Præte. Eorum quæ sunt magis propinqua, & similia, melior & firmior est coniunctio: sed matrimoniũ quædam coniunctio est: cùm ergo cõsanguinitas sit propinquitas quædam, matrimonium non impedit, sed magis † vnit.

Al. iuuar. * Mag. li 4. sen. dis. 44. §. C. in med.

¶ Sed contra, Illud quod impedit bonum prolis: etiam matrimonium impedit secundùm legem naturæ: sed consanguinitas impedit bonum prolis: quia ett in litera * ex verbis Grego. † habetur, experimento didicimus, ex tali coniugio sobolem non posse succrescere: ergo consanguinitas secundum legem naturæ matrimonium impedit.

† Greg in li. lui Regist. ad interrog. 10 Aug. ang. episcopi, c. 6.

¶ Præte. Illud quod habet natura humana in prima sui conditione, est de lege naturæ: sed a prima sui conditione hoc habuit humana natura, q̃ pater & mater a matrimonio excluderentur: quod patet per hoc quod dici

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur Gene. 2. Propter hoc relinquet homo patrem & matrem: quod non potest intelligi, quantum ad cohabitationem, & sic oportet, q̃ intelligatur quantum ad matrimonii coniunctionem: ergo consanguinitas impedit matrimonium secundùm legem naturæ.

¶ Respondeo dicendum, q̃ in matrimonio aliquid contra legem naturæ esse dicitur, per quod matrimoniũ redditur incompetens respectu finis, ad quem est ordinatum: finis autem matrimonii per se, & primò est bonum prolis, quod quidem per aliquam consanguinitatẽ, scilicet inter patrem & filiam, vel filium & matrem impeditur, non quidem vt totaliter tollatur, quia filia ex semine patris potest prolem * suscipere, & simul cum patre nutrire & instruere, in quibus bonum prolis consistit: sed ut non conuenienti modo fiat. Inordinatũ enim est quòd filia patri per matrimonium iungatur in sociã, causa generandæ prolis & educandæ, quàm oportet per omnia patri esse subiectam, velut ex eo procedentem: & ideo de lege naturali est, vt pater & mater à matrimonio repellantur, & magis etiam mater, quàm pater: quia magis reuerentiæ, quæ debetur parentibus, derogatur, si filius matrem, quàm si pater filiam ducat in vxorem, cũ vxor viro aliqualiter debeat esse subiecta. Sed finis matrimonii secundarius per se est concupiscentiæ repressio, qui aliàs deperiret si quælibet consanguinea posset in matrimonium duci, quia magnus concupiscentiæ adiutus præberetur, nisi inter illas personas quas oportet in eadem domo conuersari, esset carnalis copula interdicta: & ideo lex diuina non solum patrem & matrem excludit à matrimonio, sed etiam alias coniunctas personas, quas oportet simul conuersari, & quæ debent inuicẽ altera alterius pudicitiam custodire; & hãc cãm assignat diuina lex dicens, * Ne reueles turpitudinem talis vel talis, quia turpitudo tua est. Sed per accidens finis matrimonii est consœderatio hominum, & amicitiæ multiplicatio, dum homo ad consanguineos vxoris sicut ad suos se habet: & iõ huic multiplicationi amicitiæ præiudiciũ fieret, si aliquis sanguine coniunctã vxorẽ duceret, quia ex hoc noua amicitia per matrimonium nulla accresceret: & ideo secundùm leges humanas & statuta ecclesiæ plures consanguinitatis gradus sunt à matrimonio separati. Sic ergo ex dictis * patet, q̃ consanguinitas quantũ ad aliquas personas impedit matrimonium de iure naturali, quantum ad aliquas, de iure diuino: & quantum ad aliquas, de iure per homines instituto.

Alias cõsipere.

Hi Leuitici 18.

*In præsenti co.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd Eua quàmuis ex Adam prodiit, non tamen fuit filia Adæ, quia nõ prodiit ex eo per modum illum, quo vir natus est generare sibi simile in specie, sed operatione diuina, qua ita potuisset ex costa Adæ fieri vnus equus, sicut facta est Eua. Et ideo non est tanta naturalis conuenientia Euæ ad Adam, sicut filiæ ad patrem: nec Adam est naturale principium Euæ, sicut pater filiæ.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ non procedit ex lege naturali quòd aliqui barbari parentibus carnaliter commisceantur, sed ex concupiscentiæ ardore, qui legem naturæ in eis offuscauit.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ coniunctio maris & fœminæ dicitur esse de iure naturali, quia natura hoc animalia docuit: sed hanc coniunctionem diuersa animalia diuersimodè docuit, secundùm diuersas eorum conditiones: commixtio autem carnalis ad parentes derogat reuerentiæ, quæ eis debetur. Sicut enim parentibus indidit natura solicitudinem filiis prouidendi, ita indidit aliis reuerentiam ad parentes: nulli autem generi animalium indidit solicitudinem filiorum aut reuerentiam parentum in omne tempus, nisi hominis: aliis autem animalibus plus & minus, & secundùm quod magis vel minus necessarii sunt vel filii parẽtibus, vel parentes filiis. Vnde etiam in quibusdam animalibus abhorret filius cognoscere matrem carnaliter, quandiu manet apud ipsum cognitio matris, & reuerentia quædam ad ipsam ut recitat Philosophus in 8. † de Animalibus, de camelo & equo. Et quia omnes honesti mores animalium in hominibus congregati sunt naturaliter, & perfectius quàm in aliis: propter hoc homo naturaliter abhorret cognoscere carnaliter non solùm matrem, sed etiam filiam, quod est adhuc minùs contra naturam, ut dictum * est: & iterum in aliis animalibus ex propagatione carnis non contrahitur consanguinitas, sicut in hominibus, ut dictum * est, & ideo non est similis ratio.

*li. 9. de hist. anima. c. 47.

In co. ar.

Ar. 1. ius q. ad 5.

* In corhuius ar.

¶ Ad quartum dicendum, quòd iam patet ex dictis * quomodo consanguinitas coniugum bono matrimonii contrarietur: vnde ratio procedit ex falsis.

¶ Ad quintum dicendum, quòd non est inconueniens duarum vnionum vnam ab altera impediri, sicut vbi est identitas, non est similitudo: & similiter consanguinitatis vinculum potest impedire matrimonii coniunctionem.

ARTICVLVS IIII.

¶ *Vtrùm consanguinitatis gradus matrimonium impedientes potuerint taxari ab Ecclesia.*

AD quartum sic proceditur. Videtur, quòd consanguinitatis gradus matrimonium impedientes non potuerint taxari ab Ecclesia vsque ad quartum gradum. Quia Matth. 19. dicitur: Quod Deus coniunxit, homo non separet: sed illos, qui coniunguntur infra quartum consanguinitatis gradum, Deus coniunxit: non enim diuina lege eorum coniunctio prohibetur: ergo nec debẽt humano statuto separari.

Vide Aug. li. 15. de Ciui Dei c. 16. 5.

¶ 2 Præt. Matrimonium est sacramentum, sicut & Baptismus: sed non posset ex statuto Ecclesiæ fieri, q̃ ille qui ad Baptismum accedit, non acciperet characterẽ Baptismalem, si ex iure diuino eius capax sit: ergo nec Ecclesiæ statutum facere potest q̃ matrimonium non sit inter illos, qui per ius diuinum matrimonialiter coniungi non prohibentur.

¶ 3 Præt. Ius positiuum non potest ea quæ sunt naturalia remouere, vel ampliare: sed consanguinitas est naturale vinculum, quod quantum est de se, natum est matrimonium impedire: ergo Ecclesia non potest aliquo statuto facere, q̃ aliqui posint matrimonialiter coniugi, vel non coniugi, sicut non potest facere, q̃ sint consanguinei, vel non consanguinei.

¶ 4 Præt. Statutum iuris positiui debet aliquam rationabilem causam hre, quia secundum causam rationabilem, quam habet, à iure naturali procedit: sed causæ quæ assignantur de numero graduum, omnino videntur irrationabiles, cùm nullam habeant habitudinẽ ad causata, sicut q̃ consanguinitas prohibeatur vsque ad quartũ gradum, propter quatuor elementa; vsque ad sextum, propter sex ætates mundi; vsq; ad septimum, propter septẽ dies, quibus tempus omne agitur: ergo videtur, q̃ talis prohibitio nullum vigorem habeat.

¶ 5 Præt. Vbi est eadem cã, debet esse idem effectus: sed causa quare consanguinitas impedit matrimonium, est bonum prolis, repressio concupiscentiæ, & multiplicatio amicitiæ, vt ex dictis * patet, quæ omni tempore necessaria æqualiter sunt: ergo debuissent æqualiter omni tempore gradus consanguinitatis matrimonium impedire, quod non est verum, cùm modo vsque ad quartũ, antiquitùs vsque ad septimum gradum matrimonium consanguinitas impedierit.

Ar. præcor.

¶ 6 Præt. Vna & eadem coniunctio non potest esse in genere sacramenti, & in genere stupri. Sed hoc contingeret, si Ecclesia haberet potestatem statuẽdi diuersum numerum in gradibus impedientibus matrimonium: sicut si aliquis in quinto gradu, quando prohibitus fuit, cõiuncti fuissent, talis coniunctio stuprum esset; sed postmodum eadem coniunctio, ecclesia suam prohibitionẽ reuocante, matrimonium esset. Econuerso posset accidere, si aliqui gradus concessi, possent postmodum ab ecclesia interdici: ergo videtur, quòd potestas ecclesiæ, nõ se extendat ad hoc.

¶ 7 Præt. Ius humanum debet imitari ius diuinum: sed secundùm ius diuinum, quod in veteri lege continetur, non æqualiter currit prohibitio graduum sursum & deorsum, quia in veteri lege aliquis prohibebatur accipere in vxorem sororem patris sui, non tamen filiam fratris, ergo nec modo debet aliqua prohibitio de nepotib. & patruis manere.

¶ Sed contra est, quod Dominus dicit discipulis: Qui vos audit, me audit: ergo præceptum Ecclesiæ habet firmitatem, sicut præceptum Dei. Sed Ecclesia quandoque prohibuit, & quandoque concessit aliquos gradus, quos lex vetus non prohibuit: ergo illi gradus matrimonium impediunt.

¶ Præt. Sicut olim matrimonia Gentilium dispensabantur per leges ciuiles, ita nũc per statuta Ecclesiæ: sed olim lex ciuilis determinabat gradus consanguinitatis, qui matrimonium impediunt, & qui non: ergo & modo potest hoc fieri per Ecclesiæ statutum.

¶ Respondeo dicendum, quòd secũdum diuersa tempora inuenitur consanguinitas secundùm gradus diuersos matrimonium impedisse. * In principio enim humani generis, solus pater & mater à matrimonio repellebantur eo q̃ tunc temporis erat paucitas hominũ, & oportebat propagationi humani generis maximam curam impendere: vnde non erant remouendæ nisi illæ personæ, quæ matrimonio incõpetentes erant, ẽt quantum ad finem matrimonii principalem, qui est bonum prolis, ut dictum * est. Postmodum autem multiplicato genere humano, per legẽ Moysi plures personæ sunt exceptæ, quæ iam concupiscentiam reprimere incipiebat: unde ut dicit Rabbi Moyses, Oẽs illæ personæ exceptæ sunt à matrimonio, quæ in vna familia cohabitare solent, quia si intereos licitè carnalis copula esse posset, maximum incentiuum libidini præstaret: sed alios consanguinitatis gradus lex vetus permisit, immo quodãmodo præcepit, vt s. de cognatione sua vnusquisque vxorem acciperet, ne successionum confusio esset, quia tunc temporis cultus diuinus per successionem generis propagabatur. Sed postmodum in lege noua, quæ est lex Spiritus & amoris: plures gradus consanguinitatis sunt prohibiti, quia iam per spiritualem gratiam non per carnis originem cultus Dei deriuatur & multiplicatur: vnde oportet, ut homines etiam, magis à carnalibus retrahantur, spiritualibus vacantes: & vt amor amplius diffundatur. Et ideo antiquitùs vsque ad remotiores gradus consanguinitatis matrimonium impediebatur, vt ad plures per consanguinitatem & affinitatem naturalis amicitia * permaneret: & rationabiliter vsque ad septimum gradum: tum quia vltra hoc non de facili remanebat communis radicis memoria, tum quia septiformi Spiritus sancti gratiæ congruebat. Sed postmodum circa hæc ultima tempora restrictum est Ecclesiæ interdictum vsque ad quartum gradum: quia vltrà inutile & periculosum erat gradus consanguinitatis prohibere. Inutile quidem, quia ad remotiores consanguineos quasi nullum fœdus maioris amicitiæ, quã ad extraneos habebatur charitate in multorum cordibus frigescente, Periculosum autẽ erat, quia concupiscentia & negligentia prævalente, numerosam consanguineorum multitudinem homines non satis observabant, & sic laqueus damnationis multis iniiciebatur ex remotiorum graduum prohibitione. Satis etiam conuenienter vsque ad quartum gradum dicta prohibitio est restricta: tum quia vsque ad quartam generationem homines viuere consueuerant, ut sic non posset cõsanguinitatis memoria aboleri. Vnde Deus in tertiam & quartam generationem peccata parentum se visitaturum in filiis comminatur: * tum quia in qualibet generatione, noua mixtio sanguinis, cuius identitas consanguinitatem facit, fit cum sanguine alieno, & quanto miscetur alteri, tantum receditur à primo: & quia elementa sunt quatuor, quorum quodlibet tantò facilius est miscibile, quantò est magis subtile: ideo in prima commixtione euanescit sanguinis identitas quantum ad primum elementum quod est subtilissimum, in secunda, quantum ad secundum, in tertia, quantum ad tertium, in quarta quantum ad quartum: & sic conuenienter post quartam generationem potest reiterari carnalis coniunctio.

Ar. præcor. & Aug. de Ciui. Dei. c. 26. & lib. 15. cont. Faus. c. 7. to. 6. ibid. li. 19. c. 26 tom 7. de bono coniug. c. 6. & 27. to. 6. tom. 7. de nuptiis & concu. li. 1. c. 14. & 15.

Exod. 20.

* Al. peringeret.

¶ Ad primum ergo dicendum, q̃ sicut Deus non coniungit illos qui coniunguntur contra diuinum præceptũ ita nec coniungit illos qui coniunguntur contra Ecclesiæ præceptum, quod habet eandem obligandi efficaciam, quam habet diuinum præceptum.

¶ Ad secundum dicendum, quòd matrimonium non tantum est sacramentum, sed etiam est in officium: & ideo magis subiacet ordinationi ministrorum Ecclesiæ, quàm baptismus, qui est sacramentum tantùm: quia sicut contractus & officia humana determinantur legibus humanis, ita contractus & officia spiritualia lege Ecclesiæ.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ quàmuis consanguinitatis vinculum sit naturale, tamen non est naturale, quòd consanguinitas carnalem copulam impediat, nisi secundum aliquem gradum, vt dictum * est: & ideo Ecclesia suo statuto non facit, quòd aliqui sint vel non sint cõsanguinei, (quia secundum omne tempus æqualiter consanguinei remanent) sed facit, q̃ carnalis copula sit licita vel illicita, secundum diuersa tempora in diuersis gradibus consanguinitatis.

Ar. præcor.

¶ Ad quartum dicendum, q̃ tales rationes assignatæ magis dantur per modum adaptationis & congruentiæ, quàm per modum causæ & necessitatis.

¶ Ad quintum dicendum, q̃ non est eadem cã secundum diuersa tempora gradus consanguinitatis prohibẽdi: vnde quod aliquo tempore utiliter conceditur, alio salubriter prohibetur.

¶ Ad sextum dicendum, q̃ statutum nõ imponit modum præteritis & futuris. Vnde si modo prohiberetur quintus gradus, qui nunc est concessus, illi qui sunt in quinto gradu coniuncti, non essent separãdi. Nullum. n. impedimentum matrimonio superueniens ipsum potest dirimere, & sic coniunctio quæ priùs fuit matrimoniũ, nunc * efficeretur per statutum ecclesiæ stuprum. Et similiter si aliquis gradus concederetur, qui nunc est prohibitus, illa coniunctio non efficeretur matrimonialis ex statuto Ecclesiæ rõne primi contractus, quia possent separari si vellent, sed tamen possent de nouo contrahere, & alia coniunctio esset.

Alias, 06.

¶ Ad septimum dicendum, quòd in gradibus consanguinitatis prohibendis Ecclesia præcipuè obseruat rationem amoris, & quia non est minor ratio amoris ad nepotem, quàm ad patruum, sed etiam maior, quantò propinquior est patri filius, quàm filio pater, ut dicitur in 8. Ethicor. * propter hoc æqualiter prohibuit gradus consanguinitatis in patruis & nepotibus. Sed lex vetus in personis prohibendis attendit præcipuè cohabitationẽ contra concupiscentiam, prohibens illas personas, ad quas facilior pateret accessus propter mutuam cohabitationem. Magis autem consueuit cohabitare neptis patruo, quàm amita nepoti, quia filia est idem quasi cum patre, cùm sit aliquid eius: sed soror non est hoc modo idem cum fratre, cùm non sit aliquid eius, sed magis ex eodem nascitur, & ideo non erat eadem ratio prohibendi * neptem & amitam.

li 8. c 12. circa pri.

Al. nepotem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

QVAEST. LV.

De impedimento affinitatis, in vndecim articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de impedimento affinitatis.

¶ Circa quod quæruntur vndecim.

¶ Primò, vtrùm affinitas ex matrimonio causetur.

¶ Secundò, vtrùm maneat post mortem viri, aut vxoris.

¶ Tertiò, vtrùm causetur ex illicito concubitu.

¶ Quartò, vtrùm ex sponsalibus.

¶ Quinto, vtrùm affinitas sit causa affinitatis.

¶ Sextò, vtrùm affinitas matrimonium impediat.

¶ Septimò, vtrùm affinitas habeat per seipsam gradus.

¶ Octauò, vtrùm gradus eius extendantur sicut gradus consanguinitatis.

¶ Nonò, vtrùm matrimonium, quod est inter consanguineos, & affines, semper sit dirimendum per diuortium.

¶ Decimò vtrùm ad dirimendum tale matrimonium, sit procedendum per viam accusationis.

¶ Vndecimò, vtrùm in tali causa sit procedendum per testes.

ARTICVLVS I.

¶ *Vtrùm ex matrimonio consanguinei affinitas causetur.*

220 D.Tho.4 dist.41.q. vnic.ar.1 q.1.a.seq.

AD Primum sic proceditur. Videtur, quòd ex matrimonio consanguinei affinitas non causetur, quia propter quod vnumquodque tale, illud magis: sed mulier ducta in matrimonium non coniungitur alicui de consanguinitate viri. nisi ratione viri: cùm ergo non fiat viro affinis, nec alicui consanguineorum viri affinis erit.

¶ 2 Præterea, Eorum quæ sunt abinuicem separata, si vni aliquid coniungatur, non oportet propter hoc, ꝙ fit alteri coniunctum: sed consanguinei iam sunt abinuicem separati: ergo non oportet, ꝙ si aliqua mulier coniungatur alicui viro, propter hoc coniungatur consanguineis eius omnibus.

*Al. vnionibus. †Al. vnio

¶ 3 Præt. Relationes ex aliquibus* vnitionibus innascuntur, sed nulla † vnitio fit in consanguineis viri per hoc, quod ille duxit vxorem: ergo non accrescit eis affinitatis relatio.

¶ Sed contra, Vir & vxor efficiuntur vna caro; si ergo vir secundum carnem omnibus suis consanguineis attinet, & mulier eadem ratione attinebit eisdem.

li.4.sent. di.41.§.A

¶ Præterea, Hoc patet per auctoritates in litera * adductas.

¶ Respondeo dicendum, ꝙ amicitia quædam naturalis in communicatione naturali fundatur: naturalis autem communicatio est duobus modis, secundum Philosophum 8. Ethi. * Vno modo, per carnis propagationem. Alio modo, per coniunctionem ad carnis propagationem ordinatam. Vnde ipse † ibidem dicit, ꝙ amicitia viri ad vxorem est naturalis. Vnde sicut persona coniuncta alteri per carnis propagationem, quoddã vinculum amicitiæ naturalis facit, ita si coniungatur per carnalem copulam; sed in hoc differt, ꝙ persona coniuncta alicui per carnis propagationem, sicut filius patri, fit particeps eiusdem radicis communis & sanguinis; vnde eodem genere vinculi colligatur filius consanguineis patris, quo pater coniungebatur, scilicet consanguinitate, quàmuis secundum alium gradum propter maiorem distantiam à radice; sed persona coniuncta per carnalem

li.8.Ethi. c.12.a medio. †loco cita 50.

copulam, non fit particeps eiusdem radicis, sed quasi extrinsecùs adiuncta; & ideo ex hoc efficitur aliud genus vinculi, quod affinitas dicitur. Et hoc est quod in hoc versu dicitur.

Mutat nupta genus, sed generata gradum.

Quia scilicet persona per generationem fit in eodem genere attinentiæ, sed in alio gradu: per carnalem verò copulam fit in alio genere.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ quamuis causa sit potior effectu, non tamẽ oportet semper, ꝙ no menidem effectui, & causæ conueniat; quia quandoque illud quod est in effectu, inuenitur in causa non eodem modo, sed altiori: & ideo non conuenit causæ, & effectui per idem nomen, neque per eandem rationem, sicut patet in omnibus causis æquiuocè agentibus: & hoc modo coniunctio viri, & vxoris est potior, quàm coniunctio vxoris ad consanguineos viri; non autem debet dici affinitas, sed matrimonium, quod est vnitas quædam, sicut homo est sibiipsi idem, non autem consanguineus.

¶ Ad secundum dicendum, quòd consanguinei sunt quodammodo separati, & quodammodo coniuncti; & ratione coniunctionis accidit quòd persona, quæ vni coniungitur, aliquo modo omnibus coniungatur: sed propter separationem, & distantiam accidit, ꝙ persona, quæ vni coniungitur vno modo, alij coniungatur alio modo, vel secundum aliud genus, vel secundum alium gradum.

¶ Ad tertium dicendum, quòd relatio quandoque innascitur ex motu vtriusque extremi, sicut paternitas, & filiatio; & talis relatio est realiter in vtroque: quando verò innascitur ex motu alterius tantùm; & hoc cõtingit dupliciter. Vno modo, quando relatio innascitur ex motu vnius sine motu alterius, vel præcedente, vel concomitante; sicut in creatore, & creatura pater, & sensibili, & sensu, & scientia, & scibili, & tunc relatio est, in vno secundum rem, & in altero secundum rationem tantùm. Alio modo quando innascitur ex motu vnius sine motu alterius tunc existente, non tamen sine motu præcedente, sicut æqualitas fit inter duos homines per augmentum vnius sine hoc ꝙ alius tunc augeatur, vel minuatur, sed tamen prius ad hanc quantitatem, quam habet, per aliquem motum, vel mutationem peruenit: & ideo in vtroque extremorum talis relatio realiter fundatur. Et similiter est de consanguinitate, & affinitate, quia relatio fraternitatis, quæ innascitur in aliquo puero nato alicuiiam prouecto, causatur quidem sine motu ipsius tunc existente, sed ex motu ipsius præcedente, s. generationis eius. Hoc enim ei accidit, quòd ex motu alterius sibi tunc talis relatio innascatur. Similiter ex hoc, quòd iste descendit per generationem propriam ab eadem radice cùm viro, prouenit affinitas in ipso ad vxorem sine aliqua noua mutatione ipsius.

ARTICVLVS II.

¶ *Vtrùm affinitas maneat post mortem viri aut vxoris.*

AD secundum sic proceditur. Videtur, ꝙ affinitas nõ maneat post mortem viri, aut vxoris inter consanguineos viri & vxoris, quia cessante causa cessat effectus: sed causa affinitatis fuit matrimonium, quod cessat post mortem viri, quia tunc soluitur mulier à lege viri, vt dicitur Roman. septimo. ergo nec affinitas prædicta manet.

¶ 2 Præterea, Cõsanguinitas causat affinitatem; sed cõsanguinitas cessat per mortem viri ad cõsanguineos suos: ergo & affinitas vxoris ad eos.

¶ Sed contra, Affinitas ex cõsanguinitate causatur: sed consanguinitas est perpetuum vinculum, quandiu personæ

sonæ viuunt inter quas est affinitas: ergo & affinitas, & ita non soluitur affinitas soluto matrimonio per mortem personæ.

¶ Respondeo dicendum, quòd relatio aliqua desinit esse dupliciter. Vno modo ex corruptione subiecti, alio modo ex subtractione causæ: sicut similitudo esse desinit quãdo alter similium moritur, vel quando qualitas, quæ erat causa similitudinis, subtrahitur. Sunt autem quædã relationes, quæ habent pro causa actionem, vel passionem, aut motum: vt in 5. *Meta. dicitur: quarum quædam causantur ex motu, inquantum aliquid mouetur actu, sicut ipsa relatio quæ est mouentis, & moti. Quædã autem inquantum habent aptitudinem ad motum, sicut motiuum & mobile, dominus & seruus. Quædam autem ex hoc quòd aliquid prius motum est, sicut pater, & filius; non enim ex hoc quod est generari nunc, adinuicem dicũtur, sed ex hoc quod est generatum esse: aptitudo autem ad motum, & ipsum moueri transit; sed motũ esse, perpetuum est, quia quod factum est, nunquam desinit esse factum. Et ideo paternitas, & filiatio nũquam destruuntur per subtractionem causæ, sed solùm per corruptionem subiecti per alterutrum extremorum. Et similiter dicendum est de affinitate, quæ causatur ex hoc, quòd aliqui coniuncti sunt, non ex hoc, quòd cõiungũtur. Vnde non dirimitur manentibus illis personis, inter quas affinitas est contracta, quamuis moriatur persona, ratione cuius contracta fuit.

li.5.Met. tex.20

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd cõiunctio matrimonii causat affinitatem, non solum secudum hoc quod est actu coniungi, sed secundum hoc quod est prius coniunctum esse.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ consanguinitas non est proxima causa affinitatis, sed coniunctio ad consanguineum, non solum quæ est, sed quæ fuit. Et propter hoc ratio non sequitur.

ARTICVLVS III.

¶ *Vtrùm illicitus concubitus affinitatem causet.*

222

AD tertium sic proceditur. Videtur, quòd illicitus concubitus affinitatem non causet. Quia affinitas est, quædam res honesta: sed res honestæ non causantur ex inhonestis: ergo ex inhonesto concubitu, non potest affinitas causari.

¶ 2 Præterea, Vbi est consanguinitas, non potest ibi esse affinitas, quia affinitas est propinquitas personarum ex carnali copula prouenientes, omni carens parentela: sed aliquando contingeret ad consanguineos, & ad seipsum esse affinitatem, si illicitus concubitus affinitatẽ causaret, sicut quando homo carnaliter consanguineam suam incestuose cognoscit: ergo affinitas nõ causatur ex illicito concubitu.

¶ 3 Præt. Illicitus concubitus est secundum naturam, & contra naturam. Sed ex illicito concubitu contra naturam non causatur affinitas, vt iura determinant: ergo nec ex illicito concubitu secundum naturam tantùm.

¶ Sed contra est, quòd adhærens meretrici, vnum corpus efficitur, vt patet 1. Cor. 6. Sed ex hac causa matrimonium affinitatem causabat: ergo pari ratione illicitus concubitus.

¶ Præterea, Carnalis copula est causa affinitatis, vt patet per definitionem affinitatis, quæ est talis: Affinitas est propinquitas personarum ex carnali copula prouenientes omni carens parentela; sed carnalis copula est etiam in illicito concubitu: ergo illicitus concubitus affinitatem causat.

li.8.Ethi. c.12.à medio.

¶ Respondeo dicendum, quòd secundum Philosophum in octauo Ethicorum. * coniunctio viri, & vxoris dicitur naturalis, principaliter propter prolis productionem, & secundario propter operum communicationem, quorum primùm pertinet ad matrimonium ratione carnalis copulæ, sed secundum, inquantum est quædam societas ad communem vitam. Primum autẽ horum est inuenire in qualibet carnali copula, vbi est cõmixtio seminum, quia ex tali copula potest proles produci, quamuis secunda desit. Et ideò quia matrimonium affinitatem causabat secundum quod erat quædam carnalis commixtio, etiam fornicarius concubitus affinitatem causat inquantum habet aliquid de carnali coniunctione.

¶ Ad primum dicendum, quòd in fornicario concubitu est aliquid naturale, quod est commune fornicationi, & matrimonio, & ex hac parte affinitatem causat: aliud est ibi inordinatum, per quod à matrimonio diuiditur, & ex hac parte affinitas non causatur. Vnde affinitas semper honesta remanet, quamuis causa aliquo modo sit inhonesta.

¶ Ad secundum dicendum, quòd nõ est incõueniẽs relationes ex opposito diuersas eidem inesse ratione diuersorum. Et ideo potest inter aliquas duas personas esse affinitas, & consanguinitas, non solùm per illicitum cõcubitum, sed etiam per licitum, sicut cùm cõsanguineus meus ex parte patris duxit in vxorem cõsanguineam meam ex parte matris. Vnde quod dicitur in definitione affinitatis inductæ, omni carens parentela, intelligẽdum est inquãtum huiusmodi: nec tamẽ sequitur, quòd aliquis cõsanguineam suam cognoscens sibiipsi sit affinis, quia affinitas, sicut & consanguinitas diuersitatem requirit, sicut & similitudo.

Arg.a.bu ius ar.

¶ Ad tertium dicendum, quòd cõcubitus contra naturam non habet commixtionem seminum, quæ possit esse causa generationis. Et ideo ex tali concubitu non causatur affinitas.

ARTICVLVS IIII.

¶ *Vtrum ex sponsalibus causetur affinitas.*

223

AD quartum sic proceditur. Videtur, ꝙ ex sponsalibus nulla affinitas causari possit, quia affinitas est perpetuum vinculum, sed sponsalia quandoque separantur: ergo non possunt esse causa affinitatis.

¶ 2 Præterea, Si quis claustrum pudoris alicuius mulieris inuasit & aperuit, sed non peruenit ad operis consummationem, non contrahitur ex hoc affinitas: sed talis est magis propinquus carnali copulæ, quàm ille qui sponsalia contrahit: ergo ex sponsalibus affinitas non causatur.

¶ 3 Præt. In sponsalibus non fit nisi quædam sponsio futurarum nuptiarum: sed aliquando fit sponsio futurarum nuptiarum, & ex hoc non contrahitur aliqua affinitas: sicut si fiat ante septennium, vel si aliquis habens petuum impedimentum tollens potentiam cõiundi, alicui mulieri spondeat futuras nuptias, nihil talis pomo fiat inter personas, quibus nuptiæ per votum reddantur illicitæ, vel alio quocunque modo: ergo sponsalia non possunt esse causa affinitatis.

¶ Sed contra est, quod Alexand. Papa * prohibuit mulierem quãdam cuidam viro cõiungi matrimonio, qua fratri suo fuerat desponsata, quod non esset, nisi per sponsalia affinitas contineretur: ergo, &c.

In decre. li.4.t.c.16 c.1.

¶ Respondeo dicendum, ꝙ sicut sponsalia non habẽt perfectam rationem matrimonii, sed sunt quædam præparatio ad matrimonium, ita ex sponsalibus non causatur affinitas, sicut ex matrimonio: sed aliquid affinitati simile, quod dicitur publicæ honestatis iustitia, quæ impedit matrimoniũ, sicut & affinitas, & consanguinitas, & secun-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Publicæ honestatis iustitiæ definitio.

secundum eosdem gradus: & definitur sic: Publicæ honestatis iustitia est propinquitas ex sponsalibus proueniens robus trahens ex Ecclesiæ institutione propter eius honestatem. Ex quo patet ratio nominis, & causa, quia talis propinquitas ab ecclesia instituta est propter honestatem.

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ sponsalia non ratione sui, sed ratione eius ad quod ordinantur, causant hoc genus affinitatis, quod dicitur publicæ honestatis iustitia. Et ideò sicut matrimonium est perpetuum vinculum, ita & prædictus affinitatis modus.

¶ Ad secundum dicendum, quòd vir, & mulier efficiuntur in carnali copula vna caro, per commixtionē seminum. Vnde quantumcunque aliquis claustrum pudoris inuadat vel frangat, nisi commixtio seminum sequatur non contrahitur ex hoc affinitas. Sed matrimonium affinitatem causat, non solùm ratione carnalis copulæ, sed etiam ratione societatis coniugalis secundum quam etiam matrimonium naturale est. Vnde & affinitas contrahitur ex ipso contractu matrimonii per verba de præsenti ante carnalem copulam. Et similiter etiam ex sponsalibus, in quibus fit quædam pactio coniugalis societatis, contrahitur aliquid affinitati simile, s. publicæ honestatis iustitia.

¶ Ad tertium dicendum, quòd omnia impedimenta, quæ faciunt sponsalia non esse sponsalia, non permittūt ex pactione nuptiarum affinitatem fieri: vnde siue habens defectum ætatis, siue habens votum solenne contientiæ, aut aliquod huiusmodi impedimentum, sponsalia de facto contrahat, ex hoc non sequitur aliqua affinitas, quia sponsalia nulla sunt, nec aliquis affinitatis modus. Si tamen aliquis minor, frigidus, vel maleficiatus habens impedimentum perpetuum ante annos pubertatis post septennium contrahat sponsalia cum aliqua adulta, ex tali contractu contrahitur publicæ honestatis iustitia, quia adhuc non erat in actu impediendi, cùm in tali ætate puer frigidus, & nō frigidus quantùm ad actū illum sit æqualiter impotens.

ARTICVLVS V.

¶ Vtrùm affinitas sit causa affinitatis.

224 35.q.3.c. Et hoc quoq; statutū, & c. Contradicimus.

AD quintum sic proceditur. Videtur, ꝙ etiam affinitas sit causa affinitatis. Quia Iulius Papa dicit, & habetur 35.q.† Consanguineam relictam vxoris suę nullus ducat vxorem: & seq. c. dicitur: quòd duæ consanguineorum vxores vni viro altera post alteram nubere prohibentur: sed hoc non est nisi ratione affinitatis, quæ contrahitur ex coniunctione ad finem. Ergo affinitas est causa affinitatis.

¶ 2 Præterea, Carnalis commixtio cōiungit, sicut & carnalis propagatio, quia æqualiter computātur gradus affinitatis, & consanguinitatis: sed consanguinitas est causa affinitatis. Ergo & affinitas.

¶ 3 Præterea, Quæcunque vni & eidem sunt eadem, sibi inuicem sunt eadem. Sed vxor viri alicuius efficitur eiusdem attinentiæ cum omnibus cōsanguineis viri. Ergo & omnes cōsanguinei viri sui efficiuntur vnum cum omnibus qui attinent mulieri per affinitatem, & sic affinitas est causa affinitatis.

¶ 4 Sed contra, Si affinitas ex affinitate causatur, aliquis qui cognouisset duas mulieres, neutram earum posset ducere in vxorem, quia secundum hoc, altera efficeretur alteri affinis: sed hoc est falsum. Ergo affinitas nō causat affinitatem.

¶ 5 Præt. Si affinitas ex affinitate nasceretur, aliquis contrahens cum vxore defuncti fieret affinis omnibus consanguineis prioris viri, ad quos mulier habet affinitatem: sed hoc non potest esse, quia maximè fieret affinis viro defuncto, Ergo, &c.

¶ 6 Præt. Consanguinitas est fortius vinculum quàm affinitas: sed consanguinei vxoris non efficiuntur affines consanguineis viri. Ergo multò minus affines vxoris efficientur eis affines: & sic idem quod prius.

¶ Respondeo dicendum, quòd duplex est modus, quo aliquid ex alio procedit. Vnus secundum quem aliquid procedit in similitudinem speciei, sicut ex homine generatur homo. Alius secundum quem non procedit simile in specie, & hic processus semper est in inferiorē speciem, vt patet in omnibus agentibus æquiuocè. Primus autem modus processionis quotiescúque iteretur, semper manet eadem species, sicut si ex homine generetur homo per actum generatiuæ virtutis, ex hoc quoq; generabitur homo: & sic deinceps. Secundus autem modus sicut in primo facit aliam speciem, ita quotiescunque iteratur, aliam speciem facit, vt ex puncto per motum procedit linea non punctus, quia punctus motus facit lineam, & ex linea linealiter mota non procedit linea, sed superficies, & ex superficie corpus, & vlterius per talem modum processus aliquis esse non potest. Inuenimus autem in processu attinentiæ duos modos, quibus vinculum huiusmodi causatur. Vnus per carnis propagationem, & hic semper facit eandem speciem attinentiæ. Alius per matrimonialem coniunctionem, & hic facit aliam speciem in principio, sicut patet, quòd coniuncta matrimonialiter consanguineo non fit consanguinea, sed affinis. Vnde & si ille modus procedendi iteretur, non erit affinitas, sed aliud attinentiæ genus. Vnde persona quæ matrimonialiter affini coniungitur, non est affinis, sed est aliud genus affinitatis, quod dicitur secundum genus. Et rursus, si affini in secundo genere aliquis per matrimonium coniungatur, non erit affinis in secundo genere, sed in tertio, vt hoc versu suprà posito † ostenditur.

ar. 1. hius quæst. corp.

Mutat nupta genus, sed generata gradus.

Et hæc duo genera olim erant prohibita propter publicæ honestatis iustitiam magis, quàm propter affinitatē, quia deficiunt à vera affinitate, sicut illa attinentia, quæ ex sponsalibus contrahitur. Sed modo illa prohibitio cessauit, & remanet sub prohibitione solùm primum genus affinitatis, In quo est vera affinitas.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd alicui viro consanguineus vxoris suæ efficitur affinis in primo genere, & vxor eius in secundo: vnde mortuo viro qui erat affinis, non poterit eam ducere in vxorem propter secundum affinitatis genus. Similiter etiam, si aliquis viduam in vxorem ducat, consanguineus prioris viri, qui est affinis vxori, in primo genere, efficitur affinis secundo viro in secundo genere, & vxor illius consanguinei, quæ est affinis vxori viri huius in secundo genere: efficitur affinis viro secundo, in tertio genere. Et quia tertium genus erat prohibitum propter honestatem quandam magis quàm propter affinitatem: ideo Canon† dicit. Duas consanguineorum vxores vni viro alteram post alteram nubere, publicæ honestatis iustitiæ contradicit, sed talis prohibitio nunc cessauit. 32.q.3.c. porrodum rum.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ quamuis carnalis cōiūctio cōiungat, non tamen eodem genere cōiūctionis.

¶ Ad tertium dicendum, quòd vxor viri efficitur eiusdem attinentię cum cōsanguineis viri, quantum ad gradum eundem, sed nō quantum ad idem attinentiæ genus. Sed quia in oppositum ex rationibus, quæ inducuntur, videtur ostēdi, quòd nullum vinculum ex affinitate causetur, ad alias rationes respondendum est, ne antiqua Ecclesiæ prohibitio irrationabilis videatur.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ mulier non efficitur affinis in primo genere viro, cui coniungitur carnaliter, vt ex prædictis patet. Vnde consequenter alii mulieri à viro eodem cognitæ non efficitur affinis in secundo genere: vnde nec ducenti in vxorem vnam earum efficitur affinis alii in tertio genere affinitatis, & ita duas mulieres cognitas

cognitas ab eodem viro, nec antiqua iura eidem succedi vel copulari prohibebant.

¶ Ad quintum dicendum, ꝙ sicut vir non est affinis vxori suæ in primo genere, ita nec efficitur affinis secundo viro eiusdem vxoris in secundo genere, & sic ratio non procedit,

¶ Ad sextum dicendum, ꝙ mediante vna persona nō coniungitur mihi alia, nisi ex hoc ꝙ ei adiungitur. Vnde mediante muliere, quæ mihi est affinis, nulla persona fit mihi attinens, nisi quæ illi mulieri adiungitur, quod non potest esse nisi per carnis propagationem ex ipsa, vel propter coniunctionem matrimonialem ad eam: & vtroq; modo aliqua attinentia mediante prædicta muliere, secundum antiqua iura mihi proueniebat, quia filius eius etiam ex alio viro efficitur mihi affinis in eodem genere: sed in alio gradu, vt ex regula prius data patet: & iterum secundus vir eius efficitur mihi affinis in secundo genere. Sed alij consanguinei illius mulieris non adiunguntur ei. Sed ipsa vel adiungitur eis, sicut patri & matri inquantum procedit ab eis, vel principio eorundem, sicut fratribus: vnde frater affinis* mei, vel pater non efficitur mihi affinis in aliquo genere.

*Al. meæ,

ARTICVLVS VI.

¶ Vtrùm affinitas matrimonium impediat.

225

AD sextum sic proceditur. Videtur, ꝙ affinitas matrimonium non impediat. Nihil enim impedit matrimonium, nisi quod est illi contrarium: sed affinitas non contrariatur matrimonio, cùm sit effectus eius. Ergo non impedit matrimonium.

¶ 2 Præt. Vxor per matrimonium efficitur res quædam viri: sed consanguinei defuncti viri, succedunt in rebus eius: ergo possunt succedere in vxore, ad quam tamen manet affinitas, vt ostensum* est. Ergo affinitas non impedit matrimonium.

Art. præc.

¶ Sed contra est, quod dicitur Leuit. 18. Turpitudinem vxoris patris tui non reuelabis: sed illa est tantum affinis. Ergo affinitas impedit matrimonium.

¶ Respon. dicendum, ꝙ affinitas præcedens matrimonium, impedit contrahendum, & dirimit contractum eadem ratione qua & consanguinitas. Sicut enim inest necessitas quædam cohabitandi consanguineis adinuicem, ita & affinibus: & sicut est quoddam amicitiæ vinculum inter consanguineos, ita inter affines: sed si affinitas matrimonio superueniat, non potest ipsum dirimere: vt suprà dictum* est.

Q. 50. art. vnico, ad 7.

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ affinitas non contrariatur matrimonio ex quo causatur, sed contrariatur matrimonio quod cum affine contrahendum esset, inquantum impediret multiplicationem amicitiæ, & concupiscentiæ represionem, quæ per matrimonium quærūtur.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ res possessæ à viro non efficiuntur aliquid vnum cum ipso viro, sicut vxor efficitur vna caro cum ipso. Vnde sicut consanguinitas impedit matrimonium; vel coniunctionem ad virum secundum carnem, ita & ad vxorem viri.

ARTICVLVS VII.

¶ Vtrùm affinitas habeat per se gradus.

226

AD septimum sic proceditur. Videtur, ꝙ affinitas habeat etiam per seipsam gradus. Cuiuslibet enim propinquitatis est accipere aliquos p se gradus: sed affinitas propinquitas quædam est. Ergo habet gradus per se sine gradibus consanguinitatis ex quibus causatur.

Ii. 4. Sent. di. 41. parag. 8. à med.

¶ 2 Præt. In litera † dicitur, ꝙ soboles secundæ coniunctionis non potest transire ad consortium affinitatis prioris viri: sed hoc non esset nisi filius affinis etiam esset affinis. Ergo affinitas habet per se gradus sicut consanguinitas.

¶ Sed contra, Affinitas ex consanguinitate causatur. Ergo & omnes gradus affinitatis causantur ex gradibus consanguinitatis, & sic non habet per se aliquos gradus.

¶ Respon. dicendum, ꝙ res non diuiditur diuisione per se, nisi ratione illius, quod competit sibi secundum genus suum, sicut animal per rationale & irrationale, non autem per album & nigrum. Carnis autem propagatio per se comparatur ad consanguinitatem, quia ex ea immediatè consanguinitatis vinculum contrahitur: sed ad affinitatem non comparatur nisi mediante consanguinitate, quæ est causa eius. Vnde cùm gradus attinentiæ per propagationem carnis distinguatur, distinctio graduum per se & immediatè competit consanguinitati, sed affinitati mediante consanguinitate. Et ideo ad inuenien dum gradus affinitatis est regula generalis, ꝙ quoto gradu consanguinitatis attinet mihi vir, toto gradu affinitatis attinet mihi vxor.

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ gradus in propinquitate attinentiæ non possunt accipi nisi secundum ascensum, & descensum propagationis, ad quam non comparatur affinitas nisi mediante consanguinitate: & ideo affinitas non habet gradus per se, sed sumptos iuxta gradus consanguinitatis.

Ad secundum dicendum, ꝙ filius affinis meæ ex alio matrimonio, non per se loquendo, sed quasi per accidens, dicebatur antiquitus affinis: vnde prohibebatur à matrimonio magis propter publicæ honestatis iustitiam, quàm propter affinitatem: & propter hoc etiam ea prohibitio nunc est reuocata.

ARTICVLVS VIII.

¶ Vtrùm gradus affinitatis extendantur sicut gradus consanguinitatis.

227

AD octauum sic proceditur. Videtur, ꝙ gradus affinitatis non extendantur sicut gradus consanguinitatis. Quia vinculum affinitatis est minus forte, quàm consanguinitatis, cùm affinitas ex consanguinitate causetur in diuersitate speciei sicut à causa æquiuoca: sed quantò fortius est vinculum, tantò diutius durat. Ergo vinculum affinitatis non durat vsque ad tot gradus, ad quot durat consanguinitas.

¶ 2 Præt. Ius humanum debet imitari ius diuinum: sed secundum ius diuinum aliqui gradus consanguinitatis erant prohibiti, in quibus gradibus affinitas matrimoniū non impediebat, sicut* patet de vxore fratris, quam aliquis poterat ducere in vxorem ipso defuncto, nō tamen propriam sororem. Ergo & nunc non debet esse prohibitio æqualitatis † de affinitate & consanguinitate.

* Deut. 25 & Ruth 4.

† Aliàs, æqualis.

¶ Sed contra, Ex hoc ipso est aliqua mihi affinis, quòd meo consanguineo est coniuncta. Ergo in quocunque gradus sit vir mihi consanguineus, in illo gradu est mihi affinis, & sic gradus affinitatis computari debent in eodem numero.

¶ Respon. dicendum, ꝙ ex quo gradus affinitatis sumuntur iuxta gradus consanguinitatis, oportet ꝙ tot sint gradus affinitatis, quot sunt gradus consanguinitatis: sed tamen quia affinitas est minus vinculum, quàm consanguinitas, facilius & olim & nunc dispensatio fit in remotis gradibus affinitatis, quàm in remotis gradibus consanguinitatis.

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ illa minoritas vinculi affinitatis respectu cōsanguinitatis facit varietatem in genere attinentiæ, non in gradibus. Et ideo illa ratio non est ad propositum.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ frater non poterat accipere vxorem fratris sui defuncti nisi in casu, scilicet quando

Universidad de Deusto
Biblioteca

quando moriebatur sine prole, vt suscitaret semen fratri suo, quod tunc requirebatur, quando per propagationem carnis cultus religionis multiplicabatur, quod nunc locum non habet. Et sic patet, ꝙ non ducebat eam in vxorem quasi gerens propriam personam, sed quasi supplens defectum fratris sui.

ARTICVLVS IX.

¶ Vtrùm coniugium contractum inter affines, vel consanguineos semper sit dirimendum.

228 D.Tho.4. d.41.ar.5. Matt. 19.

AD nonum sic proceditur. Videtur, ꝙ coniugium quod inter affines, vel consanguineos est contractum, non semper sit per diuortium dirimendum. Quia qd Deus coniunxit, homo non separet. Cùm ergo Deus facere intelligitur quod facit Ecclesia, quæ quandoq; tales ignoranter coniungit, videtur, ꝙ si postmodum in notitiam veniant, non sint separandi.

¶ 2 Præt. Fauorabilius est vinculum matrimonij, quàm dominij: sed homo per longi temporis præscriptionem acquirit dominium in re cuius non erat dominus. Ergo per diturnitatem temporis matrimonium ratificatur, etiam si prius ratum non fuit.

¶ 3 Præt. De similibus simile est iudicium: sed si matrimonium esset dirimendum propter consanguinitatē, tunc in casu illo quando duo fratres habent duas sorores in vxores, si vnus separetur propter consanguinitatem, & alius pari ratione separari deberet, quod non videtur: ergo matrimonium non est separandum propter affinitatem, vel consanguinitatem.

¶ Sed contra Consanguinitas & affinitas impediunt contrahendum, & dirimunt contractum: ergo si probatur affinitas vel consanguinitas separandi sunt, etiam si de facto contraxerint.

Aug.li.de decē chor dis, c.10. de temp. serm. 164 & 52. & de verbis Apost.ser. 28.to.10.

¶ Respon. dicendum, ꝙ cùm* omnis concubitus, præter licitum matrimonium, sit peccatum mortale (quod ecclesia omnibus modis impedire conatur) ad ipsam pertinet eos, inter quos non potest esse verum matrimonium, separare, & præcipuè cōsanguineos & affines, qui sine incestu contrahere non possunt carnaliter.

Al. prouenit.

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ Ecclesia quamuis dono & auctoritate diuina fulciatur: tamen inquantum est hominum congregatio, aliquid de defectu humano in actibus eius *peruenit, quod non est diuinum, & ideo illa coniunctio quæ fit in facie Ecclesiæ impedimentum ignorantis, non habet inseparabilitatem ex auctoritate diuina, sed est contra auctoritatem diuinam errore hominum inducta, qui excusat à peccato, cùm sit error facti quandiu manet. Et propter hoc quando impedimentum ad notitiam Ecclesiæ peruenit, debet prædictam coniunctionem separare.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ illa quæ sine peccato esse non possunt, nulla præscriptione firmantur, quia ut Innoc. * dicit: Diuturnitas temporis non minuit peccatum, sed auget; nec ad hoc facit aliquid fauor matrimonij, quod inter illegitimas personas esse non poterat.

Li.4.dec. tit.14.c.8 in fine.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ res inter alios acta alijs nō præiudicat in foro contentioso: vnde quàmuis vnus frater repellatur à matrimonio vnius sororum ex causa consanguinitatis, non propter hoc separat ecclesia aliud matrimonium quod non accusatur: sed in foro conscientiæ non oportet, ꝙ semper obligetur ad hoc alius frater ad dimittendum vxorem suam, quia frequenter tales accusationes ex maleuolentia procedunt, & per falsos testes probantur. Vnde non oportet, ꝙ conscientiam suam informet ex his, quæ circa aliud matrimonium sunt facta. Sed distinguendum videtur in hoc, quia aut habet certam * cognitionem de impedimento matrimonij, aut opinionem, aut neutrum. Si primo modo, nec exigere, nec reddere debitum debet; si secundo modo, debet reddere: sed non exigere, si tertio, potest & reddere & exigere.

* Al. scientiam.

ARTICVLVS X.

¶ Vtrùm ad separationem matrimonij contracti inter affines & consanguineos, sit procedendum per viam accusationis.

229

AD decimum sic proceditur. Videtur, ꝙ ad separationem matrimonij, quod est inter affines & consanguineos contractum, non sit procedendum per viam accusationis, quia accusationem præcedit inscriptio, qua aliquis se ad talionem obligat, si in probatione defecerit: sed hæc non requiruntur quando de matrimonij separatione agitur: ergo ibi locum non habet accusatio.

¶ 2 Præt. In causa matrimonij audiuntur solùm propinqui, vt in litera* dicitur: sed in accusationibus audiuntur etiam extranei: ergo in causa separationis matrimonij non agitur per viam accusationis.

*li.4 Sen. d.41.§.C ex Decr. 35.q.6.c. 1.

¶ 3 Præt. Si matrimonium accusari deberet: tunc præcipuè hoc esset faciendum, quando minus difficile est quod separatur, sed hoc est quando sunt tantùm sponsalia contracta, non autem tunc accusatur matrimonium: ergo nunquam de cætero debet fieri accusatio.

¶ 4 Præt. Ad accusandum non præcluditur via alicui per hoc, ꝙ non statim accusat: sed hoc fit in matrimonio, quia * si primò tacuit quando matrimonium contrahebatur, non potest postea matrimonium accusare quasi suspectus: ergo, &c.

* In Decret. li.4 tit.18.c.1. Calixtus 1 epist.2. capit.4.& Aug. lib. 5.de Ciu. Dei,c.18

¶ Sed contra, Omne illicitum potest accusari: sed matrimonium affinium & consanguineorum est illicitum: ergo de eo potest esse accusatio.

¶ Respon. dicendum, ꝙ accusatio ad hoc est instituta, ne aliquis sustineatur quasi innocens, qui culpam habet; sicut autem ex ignorantia facti contingit, ꝙ aliquis homo reputatur innocens, qui in culpa est; ita ex ignorantia alicuius circunstantiæ contingit, ꝙ aliquod factum reputatur licitum, quod est illicitum: & ideo sicut homo accusatur quandoque, ita & factum ipsum accusari potest. Et sic matrimonium accusatur, quando propter ignorantiam impedimenti æstimatur legitimum, quod est illegitimum.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ obligatio ad pœnam talionis habet locum, quando accusatur persona de crimine: quia tunc agitur ad punitionem eius: sed quando accusatur factum, tunc non agitur ad pœnam facientis, sed ad impediendum hoc quod est illicitum: & ideo in matrimonio accusator non se obligat ad aliquam pœnam, sed talis accusatio potest & verbis & scripto fieri: ita quòd exprimatur & persona accusans matrimonium quod accusatur, & impedimentum propter quod accusatur.

¶ AD SECVNDVM dicendum, quòd * extranei non possunt scire consanguinitatem: nisi per consanguineos, de quibus probabilius est, quòd sciant. Vnde quando ipsi tacent, suspicio habetur contra extraneum, quòd ex maleuolentia procedat: nisi per consanguineos probare voluerit: vnde repellitur ab accusatione quando sunt consanguinei qui tacent, & per quos probare non potest: sed consanguinei quantumcunque sint propinqui, non repelluntur ab accusatione, quando accusatur matrimonium propter aliquod impedimentum perpetuum, quod impedit contrahendum, & dirimit contractum: sed quando accusatur ex hoc, ꝙ dē non fuisse contractum: tunc parentes tanquàm suspecti sunt repellendi, nisi ex parte illius, qui est inferior dignitate & diuitijs: & quibus probabiliter æstimari potest, Decret.35. q.6.c.10

test, ꝙ libenter vellent, ꝙ matrimonium staret.

¶ Ad tertium dicendum, quòd si matrimonium nōdum est contractum, sed sponsalia tantùm, non potest accusari, quia non accusatur, quod non est, sed potest denunciari impedimentum ne matrimonium contrahatur.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ ille qui tacuit primò, quandoque auditur; posteà si velit matrimonium accusare, quandoque repellitur, quod patet ex Decre.* quæ sic dicit: Si post contractum matrimonium aliquis appareat accusator, cùm non prodierit in publicum, quando banna, secundum consuetudinē in Ecclesijs edebantur, vtrùm vox suæ debeat accusationis admitti, meritò quæri potest. Super quo sic duximus * respondendum, quòd si tempore denuntiationis præmissæ is qui iam coniunctos impetit, extra diœcesim existebat, vel aliàs denuntiatio non potuit ad eius notitiam peruenire: vt putà, si nimiæ infirmitatis feruore laborans: sanæ mentis patiebatur exilium, vel in annis erat tam teneris constitutis quòd ad comprehensionem talium eius ætas sufficere non valebat, seu alia causa legitima fuerit impeditus: eius accusatio debet audiri. Alioquin tanquam suspectus, est proculdubio repellendus; nisi proprio firmauerit iuramento, ꝙ posteà didicerit ea, quæ obiecta sit, & ad hoc ex malitia non procedat.

Li.4.dec. tit.18.cap. cū in tua.

*Al. dicti quendum

ARTICVLVS XI.

¶ Vtrùm ad separationem matrimonij contracti inter affines, & consanguineos, procedi debeat per testes.

230

AD vndecimum sic proceditur. Videtur, quòd in tali causa non sit procedendum per testes, sicut in alijs causis. Quia in aliis causis adducuntur ad testificandum, quicunque sunt omni exceptione maiores: sed hic non admittuntur extranei, quàmuis sint omni exceptione maiores, ergo, &c.

¶ 2 Præt. Testes suspecti de priuato odio, vel amore, à testimonio repelluntur: sed maximè possunt propinqui esse suspecti de amore respectu vnius partis: & odio ad partem alteram: ergo non est audiendum eorum testimonium.

¶ 3 Præt. Matrimonium est fauorabilius; quàm aliæ causæ, in quibus de rebus purè corporalibus agitur: sed in illis non potest idem esse testis, & accusator: ergo nec in matrimonio, & ita videtur, ꝙ non conuenienter in causa ista per testes procedatur.

¶ Sed contra, Testes inducuntur in causis, vt super his de quibus dubitatur, fiat iudici fides: sed ita facienda est iudici fides in causa ista, sicut in alijs causis, quia non debet præcipitare sententiam de eo, quod non constat: ergo procedendum est hic ex testibus sicut, & in alijs causis.

¶ Respondeo dicēdum, ꝙ in hac causa oportet, quòd per testes veritas p. tefiat sicut & in aliis: tamen, vt Iuristæ dicunt, in hac causa multa specialia inueniuntur, ſ. ꝙ idem potest esse accusator, & testis, & quòd non iuratur de calumnia, cum sit causa quasi spiritualis: & quòd cōsanguinei admittuntur ad testificandum, & quòd non obseruatur omnino ordo iudiciarius: quia tali denuntiatione facta contumax potest excommunicari lite non contestata, & valet hic testimonium de auditu, & post publicationem testium testes possunt induci, & hoc totum est, vt peccatum impediatur, quod in tali coniunctione esse potest.

¶ Et per hoc patet solutio Ad obiecta.

QVAESTIO LVI.

De impedimento cognationis spiritualis, in quinque articulos diuisa.

231 D.Tho.4 di.42.q.1. artic.1.& seq.

DEINDE considerandum est de impedimento cognationis spiritualis.

¶ Circa quod quæruntur quinque.

¶ Primò, vtrùm spiritualis cognatio matrimonium impediat.

¶ Secundò, ex qua causa contrahatur.

¶ Tertiò, inter quos.

¶ Quartò, vtrùm transeat à viro in vxorem.

¶ Quintò, vtrùm transeat ad filios carnales patris.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrùm spiritualis cognatio matrimonium impediat.

AD primum sic proceditur. Videtur, quòd spiritualis cognatio matrimonium non impediat. Nihil enim impedit matrimonium, nisi quod contrariatur alicui bono matrimonii: sed spiritualis cognatio non contrariatur alicui bono matrimonii: ergo non impedit matrimonium.

¶ 2 Præterea, Perpetuum impedimentum matrimonii non potest stare simul cum matrimonio, sed cognatio spiritualis stat simul aliquando cum matrimonio, vt in litera dicitur: sicut cùm aliquis in casu necessitatis filium suum baptizat, quia tunc fit vxori suæ spirituali cognatione coniunctus, nec tamen matrimonium separatur: ergo spiritualis cognatio matrimonium non impedit.

¶ 3 Præterea, Vnio spiritus non transit in carnem: sed matrimonium est carnalis coniunctio: ergo cùm cognatio spiritualis sit vnio spiritus, non potest transire ad matrimonium impediendum.

¶ 4 Præterea, Contrariorum non sunt iidem effectus: sed spiritualis cognatio videtur esse contraria disparitati cultus, cùm spiritualis cognatio sit propinquitas proueniens ex datione sacramenti, vel intentione ad idem: disparitas autem cultus consistit in sacramenti carentia, vt prius dictum est. Cum ergo disparitas cultus matrimonium impediat: videtur, quòd spiritualis cognatio non habeat hunc effectum.

¶ Sed contra, Quantò aliquod vinculum sanctius est, tanto magis est custodiendum: sed vinculum spirituale est sanctius, quàm corporale. Cùm ergo vinculum propinquitatis corporalis matrimonium impediat, videtur etiam, ꝙ cognatio spiritualis idem faciat.

¶ Præterea, In matrimonio coniunctio animarum est principalior, q̄ coniunctio corporum, quia præcedit ipsam: ergo multò fortius spiritualis cognatio matrimonium impedire potest, quàm carnalis.

¶ Respondeo dicendum, quòd sicut per carnis propagationem homo accipit esse naturæ, ita per sacramenta accipit esse spirituale gratiæ. Vnde sicut vinculum, quòd ex carnis propagatione contrahitur, est hominis naturale, inquantum est res quædam naturæ, ita vinculum, quod contrahitur ex sacramentorum susceptione, est aliquo modo naturale alicui, inquantum est membrum Ecclesiæ. Et ideo sicut carnalis cognatio impedit matrimonium, ita spiritualis ex Ecclesiæ statuto. Tamen distinguendum est de spirituali cognatione, quia aut præcessit matrimonium, aut sequitur: si præcessit, impedit contrahendum, & dirimit contractum: si sequitur, tunc non dirimit vinculum matrimonii. Sed quantum ad actum matrimonii est distinguendum, quia aut spiritualis cognatio

Universidad de Deusto
Biblioteca

tio inducitur causa necessitatis, sicut cum pater baptizat filium in articulo mortis, & tunc non impedit actũ matrimonii, ex neutra parte: aut inducitur extra casum necessitatis ex ignorantia; & tunc si ille ex cuius actu inducitur, diligentiam adhibuit, est eadem ratio sicut de primo: aut ex industria, extra casum necessitatis: & tũc ille ex cuius actu inducitur, amittit ius petendi debitum, sed tamen debet reddere si petatur, quia ex culpa eius non debet aliquod incommodum alius reportare.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd quàmuis spiritualis cognatio non impediat aliquod de principalibus bonis matrimonii, tamen impedit aliquod de secundariis bonis, quod est amicitiæ multiplicatio, quia spiritualis cognatio est sufficiens ratio amicitiæ per se. Vnde oportet, q̃ ad alios per matrimonium familiaritas, & amicitia quæratur.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ matrimonium est perpetuum uinculum: & ideo nullum impedimentum superueniens potest ipsum dirimere: & sic quandoque contingit, quòd matrimonium, & matrimonii impedimentum stant simul, non autem si impedimentum præcedit.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ in matrimonio non est tantùm coniunctio corporalis, sed etiam spiritualis: & ideo propinquitas spiritus ei impedimentum præstat, sine hoc, quòd propinquitas spiritualis transire debeat in carnalem.

¶ Ad quartum dicendum, q̃ non est inconueniens, q̃ duo contraria adinuicem contrarientur eidem, sicut magnum & paruum æquali: & sic disparitas cultus, & spiritualis cognatio matrimonio repugnant, quia in uno est maior distantia, in altero maior propinquitas, quàm matrimonium requirat. Et ideo ex utraque parte matrimonium impeditur.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrùm per solum baptismum spiritualis propinquitas contrahatur.

232 AD secundum sic proceditur. Videtur, quòd per solum baptismum spiritualis propinquitas contrahatur. Sicut enim se habet corporalis cognatio ad corporalem generationem, ita spiritualis ad spiritualem: sed solus baptismus dicitur spiritualis generatio: ergo per solum baptismum contrahitur spiritualis cognatio, sicut & per solam generationem carnalem, carnalis cognatio.

¶ 2 Præt. Sicut in confirmatione imprimitur character, ita in ordine: sed ex susceptione ordinis non sequitur spiritualis cognatio: ergo nec ex confirmatione, & sic solum ex baptismo.

¶ 3 Præterea, Sacramenta sunt digniora sacramentalibus, sed ex quibusdam sacramentis spiritualis cognatio non sequitur, sicut patet in extrema vnctione: ergo multò minus ex catechismo, vt quidam dicunt.

¶ 4 Præterea, Inter sacramentalia baptismi multa alia præter catechismum numerantur: * ergo ex catechismo non magis contrahitur spiritualis cognatio, quàm ex aliis. Thom. in 4. dist. 6.

¶ 5 Præterea, Oratio non est minus efficax ad promouendum in bonum, quàm Instructio siue catechizatio: sed ex oratione non contrahitur spiritualis cognatio: ergo nec ex catechismo.

¶ 6 Præterea, Instructio quæ fit baptizatis per prædicationem non minus valet quàm illa quæ fit nondum baptizatis: sed ex prædicatione non contrahitur aliqua cognatio spiritualis: ergo nec ex catechismo.

¶ 7 Sed contra, 1. Cor. 4. In Christo Iesu, per Euangeliũ ego vos genui: sed spiritualis generatio causat spiritualem cognationem: ergo ex prædicatione Euangelii & instructione, fit spiritualis cognatio, & non solum ex baptismo.

¶ 8 Præterea, Sicut per baptismum tollitur peccatum originale, ita per pœnitentiam actuale: ergo sicut baptismus causat spiritualem cognationem, ita & pœnitentia.

¶ 9 Præterea, Pater nomen cognationis est: sed per pœnitentiam & doctrinam, & curam pastoralem, & multa huiusmodi, aliquis dicitur alteri spiritualis pater: ergo ex multis alijs præter baptismum, & confirmatione spiritualis cognatio contrahitur.

¶ Respondeo dicendum, quòd circa hoc est triplex opinio. Quidam enim dicunt, q̃ spiritualis regeneratio sicut per septiformem Spiritus sancti gratiam datur, ita per septem efficitur, incipiendo à primo pabulo salis * sacramenti, vsque ad confirmationem per Episcopum factam: & per quodlibet horum septem spiritualis cognatio contrahitur. Sed illud non videtur rationabile, quia cognatio carnalis non contrahitur nisi per actum generationis completum: vnde etiam affinitas non contrahitur nisi facta commixtione seminum, ex qua potest sequi generatio carnalis. Spiritualis autem generatio non perficitur nisi per aliquod sacramentum: vnde non videtur conueniens, quòd spiritualis cognatio contrahatur; nisi per aliquod sacramentum. Et ideo alij dicunt, quòd per tria tantùm sacramenta spiritualis cognatio contrahatur, scilicet per catechismum, baptismum, & confirmationem. Sed isti primam vocem videtur ignorare: quia catechismus non est sacramentum, sed sacramentale. Et ideo alij dicunt, quòd tantùm per duo sacramenta contrahitur: scilicet per confirmationem, & baptismum: & hæc est opinio communior: tamen de catechismo quidam horum dicunt, quòd est debile impedimentum, quia impedit * contrahendum, sed non dirimit contractum. Al. sacramenti. In decret. lib. 4. tit. 11. c. 5.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd duplex est carnalis natiuitas. Prima in vtero, in quo adhuc id quod natum est, est adeò debile, quòd non possit extra exponi sine periculo: & huic natiuitati assimilatur regeneratio per baptismum; in quo regeneratur aliquis, adhuc quasi fouendus intra vterum Ecclesiæ. Secunda est natiuitas ex utero, quando iam, quòd natum erat, in vtero tantũ roboratum est, quòd potest sine periculo exponi exterioribus, quæ nata sunt corrumpere: & huic assimilatur confirmatio, per quam homo roboratus, exponitur in publicum ad confessionem nominis Christi. Et ideo congruè per vtrunque istorum sacramentorum contrahitur spiritualis cognatio.

¶ Ad secundum dicendum, quòd per ordinis sacramentum non fit alia regeneratio, sed quædam promotio potestatis, & propterea mulier non suscipit ordinem: & sic non potest ex hoc aliquod impedimentum præstari matrimonio: & ideo talis cognatio non computatur.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ in catechismo fit quædam professio futuri baptismi; sicut in sponsalibus, quædam sponsio futurum nuptiarum: vnde sicut in sponsalibus contrahitur quidam modus propinquitatis, ita in catechismo, ad minus impediens contrahendum, vt quidam dicunt; non autem in sacramentis aliis.

¶ Ad quartum dicendum, q̃ talis professio fidei non fit in alijs sacramẽtalibus baptismi, sicut in catechismo; & ideo non est similis ratio.

¶ Et similiter dicendum. AD quintum, de oratione: & AD sextum, de prædicatione.

¶ Ad septimum dicendum, q̃ Apostolus eos ad fidem instruxerat per modum catechismi, & sic aliquo modo talis

Al. cognationem. talis instructio habebat ordinem ad spiritualem * generationem.

¶ Ad octauum dicendum, q̃ per sacramentum pœnitentiæ, non contrahitur, propriè loquendo, spiritualis cognatio: vnde filius sacerdotis potest contrahere cum illa, quam sacerdos in confessione audiuit: aliàs filius sacerdotis non inueniret in tota parochia mulierem, cum qua contrahere posset. Nec obstat, quòd per pœnitentiam tollitur peccatum actuale; quia hoc non est per modum generationis, sed magis per modum sanationis. Sed tamen per pœnitentiam contrahitur quoddam fœdus inter mulierem confitentem, & sacerdotem spirituali cognationi simile, vt tantùm peccet, eam carnaliter cognoscens, ac si esset sua spiritualis filia: & hoc ideo, quia maxima familiaritas est inter sacerdotem, & confitentem, & ob hoc ista prohibitio est inducta, vt tollatur peccandi occasio.

¶ Ad nonum dicendum, quòd pater spiritualis dicitur ad similitudinem patris carnalis. Pater autem carnalis, vt Philosophus dicit in 8. Ethic. * tria dat filio, esse, nutrimentum, & instructionem: & ideo spiritualis pater aliquis alicuius dicitur ratione alicuius horum triũ: tamen ex hoc, quòd est spiritualis pater, non habet spiritualem cognationem, nisi conueniat cum patre, quantùm ad generationem, per quam est esse. Et sic etiam potest solui Octauum, quod præcessit. li. 8. c. 11. & 12.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrùm cognatio spiritualis contrahatur inter suscipientem sacramentum baptismi & leuantem de sacro fonte.

233 AD tertium sic proceditur. Videtur, q̃ cognatio spiritualis non contrahatur inter suscipientem sacramentum baptismi, & leuantẽ de sacro fonte. Quia in generatione carnali contrahitur propinquitas solùm ex parte eius, cuius semine generatur proles, non autem ex parte eius qui filium natum suscipit: ergo nec spiritualis cognatio contrahitur inter eum, qui suscipit de sacro fonte, & eum qui suscipitur.

¶ 2 Præterea, Ille qui in sacro fonte leuat, anadochus à Dionys. * dicitur: & ad eius officium spectat puerum instruere: sed instructio non est sufficiens causa spiritualis cognationis, vt dictum est: † ergo nulla cognatio contrahitur inter eum, & illum, qui de sacro fonte leuatur. Cap. 7. Eccles. Hierar. chiæ, nõ multũ remotè à fine. † Ar. 2. huius quæst. ad 6. & 7.

¶ 3 Præterea, Potest contingere, quòd aliquis leuet aliquem de sacro fonte antequam ipse sit baptizatus, sed ex hoc non contrahitur aliqua spiritualis cognatio, quia ille, qui non est baptizatus, non est capax alicuius spiritualitatis: ergo aliquem leuare de sacro fonte, non sufficit ad spiritualem cognationem contrahendam.

¶ Sed contra est definitio spiritualis cognationis suprà inducta, & auctoritates, quæ ponuntur in littera. * l. 1. 4. sen. di. 42. parag. B.

¶ Respondeo dicendum, quòd sicut in generatione carnali aliquis nascitur ex matre, & patre: ita in generatione spirituali aliquis renascitur filius Dei sicut patris: & Ecclesiæ, sicut matris: sicut autem ille qui sacramentum confert; gerit personam Dei, cuius instrumentum, & minister est: ita ille qui baptizatum suscipit de sacro fonte, aut confirmandum tenet, gerit personam Ecclesiæ: vnde ad utrunque spiritualis cognatio contrahitur.

¶ Ad primum ergo dicendum, q̃ non tantùm pater, ex cuius semine generatur proles, habet cognationem carnalem ad natum: sed etiam mater, quæ materiam subministrat, & in cuius vtero generatur: & ita etiam anadochus qui baptizandum vice totius Ecclesiæ offert, & suscipit, & confirmandam tenet, spiritualem cognationem contrahit.

¶ Ad secundum dicendum, quòd non ratione instructionis debitæ, sed ratione generationis spiritualis, ad quam cooperatur, cognationem spiritualem contrahit.

¶ Ad tertium dicendum, quòd non baptizatus non potest aliquem leuare de sacro fonte, cùm non sit membrum Ecclesiæ, cuius typum gerit in Baptismo suscipiens: quàmuis possit baptizare, quia est creatura Dei, cuius typum gerit baptizans, nec tamen aliquam cognationem spiritualem contrahere potest, quia ipse est expers spiritualis vitæ, in * quam homo primò per baptismum nascitur. Al. qua.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrùm cognatio spiritualis transeat à viro in vxorem.

AD quartum sic proceditur. Videtur, quòd cognatio spiritualis non transeat à viro in vxorem, quia spiritualis vnio & corporalis sunt disparatæ, & diuersorum generum: ergo mediante carnali cõiunctione, quæ inter virum & vxorem est, non transitur ad spiritualem cognationem. 234

¶ 2 Præterea, Magis conueniunt in spirituali generatione, quæ est causa spiritualis cognationis, pater & mater spiritualis, quàm vir qui est spiritualis pater, & vxor, sed pater, & mater spiritualis, nullam ex hoc spiritualem cognationem contrahunt: ergo nec vxor contrahit aliquam spiritualem cognationem ex hoc, q̃ uir eius sit pater alicuius spiritualis.

¶ 3 Præterea, Potest contingere, q̃ vir est baptizatus & vxor non est baptizata, sicut quando est ab infidelitate conuersus sine alterius coniugis conuersione: sed spiritualis cognatio non potest peruenire ad non baptizatũ: ergo non transit semper de viro ad vxorem.

¶ 4 Præterea, * vir & vxor possunt aliquem simul de sacro fonte leuare: si ergo spiritualis cognatio à uiro transiret in uxorem, sequeretur, quòd vterque coniugum esset bis pater & mater spiritualis eiusdem: quod est inconueniens. li. 4. Sent. di. 42. parag H.

¶ Sed contra, Bona spiritualia magis multiplicabilia sunt, quàm corporalia: sed consanguinitas corporalis viri transit ad vxorem per affinitatem: ergo multò magis spiritualis cognatio.

¶ Respondeo dicendum, q̃ aliquis potest fieri alicuius compater dupliciter. Vno modo per actum alterius, qui baptizat: vel in ipso baptismo suscipit filium eius, & sic cognatio spiritualis non transit à uiro in uxorem, nisi fortè ille sit filius vxoris, quia tunc directè uxor contrahit cognationem spiritualem, sicut & uir. Alio modo per actum proprium, sicut cùm leuat filium alterius de sacro fonte, & sic cognatio spiritualis transit ad uxorẽ, quam iam carnaliter cognouit: non autem si nondum sit matrimonium consummatum, quia nondum effecti sunt vna caro, & hoc est per modum cuiusdam affinitatis: vnde etiam pari ratione uidetur transire ad mulierem, quæ est carnaliter cognita quàmuis non sit vxor: vnde uersus.

* Quæ mihi, vel cuius natum mea fonte leuauit. *al. qui.
Hæc mea commater, fieri mea non valet vxori
Si q̃ mea natum non ex me fonte leuauit,
Hanc post fata mea non itde vetabor habere.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd ex hoc, q̃ sunt diuersorum generum vnio corporalis, & spiritualis, potest concludi, q̃ vna non est altera: non autem, quòd vna non possit esse causa alterius; quia eorum quæ sunt in diuersis generibus, vnum quandoque est causa alterius, vel per se, vel per accidens.

¶ Ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Ad secundum dicendum, quòd pater spiritualis & mater spirituali eiusdem non coniunguntur in generatione spirituali nisi per accidens, quia ad hoc vnus per se sufficeret. Vnde non oportet, quòd ex hoc aliqua cognatio spiritualis inter eos nascatur, quin possit esse inter eos matrimonium: vnde versus:

Vnus semper erit compatrum spiritualis,
Alter carnalis, non fallit regula talis.

Sed per matrimonium fit & vir & vxor vna caro per se loquendo. Et ideo non est simile.

¶ Ad tertium dicendum, quòd si vxor non sit baptizata, non peruenietad eã spiritualis cognatio propter hoc, quòd non est capax; non ex hoc, quòd non possit per matrimoniũ traduci spiritualis cognatio à viro in vxorem.

¶ Ad quartũ dicendũ, q̃ ex quo inter patrem spiritualem, & matrẽ nõ cõtrahitur aliqua cognatio spiritualis, nihil prohibet quin vir & vxor simul aliquẽ de sacro fonte leuẽt: nec est incõueniẽs, q̃ vxor ex diuersis causis efficiatur bis mr̃ spiritualis eiusdẽ: sicut ẽt põt esse q̃ sit affinis & consanguinea eiusdẽ per carnalẽ propinquitatẽ.

ARTICVLVS V.

¶ Vtrum cognatio spiritualis transeat ad filios carnales patris spiritualis.

235 AD quintum sic proceditur. Videtur, quòd cognatio spiritualis nõ transeat ad filios carnales patris. Quia spirituali cognationi nõ assignantur gradus: essent autem gradus, si transiret à patre in filium quia persona generata mutat gradum, vt suprà dictum * est: ergo non transit ad filios carnales patris spiritualis. Ar.1.& 5 q.55. cor.

¶ 2 Prætereà, Pater eodem gradu attinet filio, & frater fratri. Si ergo cognatio spiritualis transit à patre in filium, eadem ratione transibit à fratre in fratrem, quod falsum est. li 4.Sent. dist.42.

¶ Sed contra est, quòd in litera * probatur per auctoritatem.

¶ Respondeo dicendum, quòd filius est aliquid patris, & non econuersò, vt dicitur in 8. Ethic * . Et ideò spiritualis cognatio transit à patre in filium spiritualem, & non è conuerso: & sic patet, q̃ tres sunt cognationes spirituales. Vna, quæ dicitur spiritualis paternitas, quę est inter patrem & filium spiritualem. Alia, quæ dicitur compaternitas, quæ est inter patrẽ spiritualem & carnalem eiusdem. Tertia autem dicitur spiritualis fraternitas, quę est inter filium spiritualem & filios carnales eiusdem patris, & quælibet harum impedit matrimonium contrahendum, & dirimit contractum. lib 8.c.12 non pcul a fine.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd persona addita per carnis propagationem facit gradum respectu illius personæ quæ eodem genere attinet, nõ autem respectu eius quæ attinet in alio genere: sicut filius attinet in eodem gradu vxori patris, in quo & pater, quamuis alio genere attinẽtia: spiritualis autem cognatio est alterius generis, q̃ carnalis: & ideo non in eodem gradu attinet filius spiritualis filio naturali patris sui spiritualis, in quo attinet ei pater eius, quo mediante cognatio spiritualis transit: & ita non oportet, quòd spiritualis cognatio habeat gradum.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ frater non est aliquid fratris, sicut filius est aliquid patris: sed vxor est aliquid viri, cum quo effecta est unum corpus: & ideo à fratre in fratrem nõ transit, siue sit ante genitus, siue post fraternitatem spiritualem.

QVAESTIO LVII.

De cognatione legali, quæ est per adoptionem, in tres articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de cognatione legali, quæ est per adoptionem.

¶ Circa quod quæruntur tria.
¶ Primò, quid sit adoptio.
¶ Secundò, vtrùm ex ea aliquod vinculum contrahatur impediens matrimonium.
¶ Tertiò inter quas personas contrahatur.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum adoptio conuenienter definiatur.

236 D. Th.4. di.4.q.3 artic.1.& seq.

AD primum sic proceditur. Videtur, q̃ inconuenienter adoptio definiatur, Adoptio est extraneæ personæ in filium, vel nepotem, vel deinceps, legitima assumptio: filius enim debet esse subditus patri: sed aliquando ille qui adoptatur, non transit in potestatem patris adoptantis: ergo non semper per adoptionem aliquis in filium assumitur.

¶ 2 Prætereà, Parentes debent filiis thesaurizare, 2. Cor. 12. Sed pater adoptans non oportet, q̃ semper adopto thesaurizet, quia quandoque adoptatus non succedit in bonis adoptantis: ergo adoptio non est assumptio alicuius in filium.

¶ 3 Prætereà, Aoptio, per quam aliquis in filium assumitur, similatur generationi naturali, per quam naturaliter producitur filius: ergo cui competit naturalis generatio filij, competit adoptio. Sed hoc est falsum, quia ille qui non est sui iuris, & qui est minor 25. annis, & mulier,* non possunt adoptare; qui tamen possunt filium naturaliter generare: ergo adoptio non dicitur propriè assumptio alicuius in filium. Nisi idim petret à Principe in relatiõ liberorũ amissorũ iuil. impe. in 1. mulierẽ. C. de adop. & ibi gl. magist.

¶ 4 Prætereà, Assumptio extraneæ personæ in filium videtur esse necessaria ad supplendum defectũ naturaliũ filiorũ: sed ille qui non potest generare, vt spado, vel frigidus, maximè patitur defectum in filijs naturalibus. Ergo ei maximè competit assumere aliquem in filium: sed non competit ei adoptare: ergo adoptio non est assumptio alicuius in filium.

¶ 5 Prætereà, In spirituali cognatione, vbi aliquis in filium assumitur, sine carnis propagatione, potest indifferenter maior ætate effici pater minoris: & è conuerso, quia iuuenis potest senem baptizare, & è conuerso. Si ergo per adoptionem aliquis assumitur in filium sine carnis propagatione, similiter posset indifferenter senior iuniorem, vel iunior seniorem adoptare, quod non est uerum: & sic idem quod priùs.

¶ 6 Prætereà, Adoptatus nõ differt secundum aliquẽ gradum ab adoptante: ergo quilibet adoptatus adoptat in filium, & sic inconuenienter dicitur, quòd adoptatur in nepotem.

¶ 7 Præt. Adoptio ex dilectione procedit, unde & Deus dicitur nos per charitatem in filios adoptasse: sed charitas maior habẽda est ad proximum, quàm ad extraneos: ergo non debet esse adoptatio extraneæ personæ, sed magis personæ propinquæ.

¶ Respondeo dicendum, quòd ars imitatur naturã, & supplet defectum naturæ in illis, in quibus naturadeficit: vnde sicut per naturalem generationem aliquis filium producit, ita per ius positiuum, quod est ars boni & æqui, potest aliquis alium sibi assumere in filium ad similitudinem filij naturalis, & ad supplendum filiorum deperditorum defectum, propter quod præcipuè adoptio è introducta; & quia assumptio importat terminum a quo, propter quod assumens non est assumptum, * oportet, q̃ ille qui assumit in filiũ, sit persona extranea. Sicut ergo naturalis generatio habet terminum ad quem, s. formam quæ est finis generationis, & terminum a quo, s. formam contrariam; ita generatio legalis habet terminum ad quem, s. filium vel nepotem, & terminum à quo, s. personam extraneam: & sic patet, q̃ prædicta * assignatio comprehendit genus adoptionis, quia dicitur legitima assumptio; & terminum à quo, quia dicitur extraneæ personæ: Vide Th. in 3. libr. sen. dist.3 q.3.

personæ: & terminum ad quem, quia dicitur in filium, uel nepotem.

¶ Ad primum ergo dicendum, q̃ filiatio adoptionis est quædam imitatio filiationis naturalis: & ideo duplex est adoptionis species.* Vna, quæ perfectè naturalem filiationem imitatur; & hæc vocatur arrogatio, per quam traducitur adoptatus in potestatem adoptantis, & sic adoptatus succedit patri adoptãti ex intestato, nec potest eum pater sine culpa priuare quarta parte hæreditatis: sic autem adoptari non potest nisi ille, qui est sui iuris, qui scilicet non habet patrem, aut si habet, est emancipatus: & hæc adoptio non fit nisi auctoritate principis. Alia est adoptio, quæ imitatur naturalem filiationem imperfectè, quæ vocatur simplex adoptio, per quam adoptatus non transit in potestatem adoptantis. Vnde magis est dispositio quædam ad perfectam adoptionem, q̃ adoptio perfecta; & secundum hanc potest adoptari etiam ille qui non est sui iuris; & sine auctoritate principis, ex auctoritate magistratus: & sic adoptatus non succedit in bonis adoptantis, nec tenetur ei adoptans aliquid de bonis suis in testamento dimittere nisi uelit. In Digest. lib.1.titu.7.li.1.& 2

¶ Et per hoc patet solutio Ad secundum.

¶ Ad tertium dicendum, quòd generatio naturalis ordinatur ad speciem consequendam; & ideo omnibus competit posse naturaliter generare, in quibus natura speciei non est impedita: sed adoptio ordinatur ad hæreditatis successionem, & ideo illis solis competit qui habent potestatem disponendi de hæreditate sua. Vnde ille qui non est sui iuris, vel qui est minor vigintiquinq: annis, aut mulier, non potest adoptare aliquem nisi ex speciali concessione principis.

¶ Ad quartum dicendum, quòd per eum qui habet impedimentum perpetuum ad generandum, non potest hæreditas transire in posterum. Vnde ex hoc ipso iam debetur illis, qui succedere ei debent iure propinquitatis: & ideo ei non competit adoptare, sicut nec naturaliter generare: & præterea maior est dolor de filijs amissis, q̃ de illis qui nunquam sunt habiti: & ideo habentes impedimentum generationis, non indigent solatio contra carentiam filiorum, sicut illi qui habuerunt, & amiserunt, vel etiam qui habere potuerunt, sed aliquo impedimento accidentali carent.

¶ Ad quintum dicendum, quòd spiritualis cognatio contrahitur per sacramentum, quod fideles renascuntur in Christo, in quo non differt masculus, & fœmina, seruus & liber, iuuenis & senex. * Et ideo indifferẽter qui libet potest effici pater spiritualis alterius: sed adoptio fit ad hæreditatis successionem, & quandam subiectionem adoptati ad adoptantem: non autem est conueniẽs quòd antiquior iuueni in cura rei familiaris subdatur, & ideo iunior non potest adoptare seniorem: sed oportet secundum leges, quòd adoptatus sit in tantum adoptante iunior, quòd possit eius esse filius naturalis. Vt dr̃ ad Gal. 3. & ad Col. 3

¶ Ad sextum dicendum, q̃ sicut contingit amitti filios, ita & nepotes & deinceps: & ideo cum adoptio sit inducta in solatium filiorum amissorum, sicut aliquis per adoptionem potest surrogari in locum filij, ita in locum nepotis, & deinceps.

¶ Ad septimum dicendum, q̃ propinquus iure propinquitatis debet succedere: & ideo non competit ei, quòd per adoptionem ad successionem deducatur: & si aliquis propinquus, cui non competat successio hæreditatis, adoptetur, non adoptatur inquantum est propinquus, sed inquantum est extraneus a iure successionis in bonis adoptantis.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum ex adoptione contrahatur aliquod vinculum impediens matrimonium

237 AD secundum sic proceditur. Videtur, q̃ ex adoptione non contrahatur aliquod vinculum impediens matrimonium, quia cura spiritualis est dignior, q̃ cura corporalis: sed ex hoc, q̃ aliquis curæ alicuius subiicitur spiritualiter, non contrahitur aliquod propinquitatis vinculum: aliàs omnes qui habitant in parochia, essent propinqui sacerdotis, & cum filio eius non possent contrahere, ergo nec adoptio quæ trahit adoptatũ in curam adoptantis, hoc facere potest.

¶ 2 Præt. Ex hoc quod aliquis alicui sit beneficus, nõ contrahitur aliquod propinquitatis vinculum: sed nihil aliud est adoptio, quàm collatio cuiusdam beneficij: ergo ex adoptione non fit alsquod propinquitatis uinculum.

¶ 3 Prætereà, Pater naturalis principaliter filio prouidet in tribus, vt Philosophus * dicit. Quia scilicet ab ipso habet esse, nutrimentum & disciplinam: hæreditatis autem successio est posterius ad ista: sed per hoc q̃ aliquis alicui prouidet in nutrimento, & disciplina, non contrahitur aliquod propinquitatis vinculum, aliàs nutrientes, & pedagogi, & magistri essent propinqui, quod falsum est: ergo nec per adoptionem, per quã aliquis succedit in hæreditatem alterius contrahitur ali qua propinquitas. lib.8.eth. c.11.& 12

¶ 4 Præt. Sacramenta Ecclesiæ non subduntur humanis legibus: sed matrimonium est sacramentum Ecclesiæ: cùm ergo adoptio sit inducta per legem humanam, videtur, q̃ non possit impedire matrimonium aliquod vinculum ex adoptione contractum.

¶ Sed contra, Cognatio matrimoninm impedit, sed ex adoptione quædam cognatio causatur, s. legalis: ut patet per eius definitionem; est enim legalis cognatio quædam * proximitas prouenies ex adoptione: ergo ex adoptione causatur uinculum, per quod matrimoniũ impeditur. Al. propinquitas.

¶ Prætereà, Hoc idem habetur ex auctoritatibus in litera * positis. lib.4 sen. di.42 §.D

¶ Respondeo dicendum, q̃ lex diuina illas præcipuè personas a matrimonio excludit, quas necesse erat cohabitare, ne, vt Rabbi Moyses dicit, si ad eas liceret uti carnali copula, facilis pateret concupiscentiæ locus, ad quã reprimendam matrimonium est ordinatum: & quia filius adoptatus conuersatur in domo patris adoptantis, sicut filius naturalis. Ideo legibus humanis prohibitũ est inter tales matrimonium contrahi; & talis prohibitio est per Ecclesiam * approbata, & inde est q̃ legalis cognatio matrimonium impediat. li.4.decr. tit.12.

¶ Et per hoc patet solutio Ad tria prima, quia per omnia illa non inducitur talis cohabitatio, quæ possit fomentum concupiscentiæ præstare. Et ideo ex eis non causatur propinquitas, quæ matrimonium impediat.

¶ Ad quartum dicendũ quòd prohibitio legis humanæ non sufficeret ad impedimentum matrimonij, nisi interueniret Ecclesiæ auctoritas, quæ idem etiam interdicit.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum cognatio legalis contrahatur solum inter adoptantem patrem, & filium adoptatum.

70 AD tertium sic proceditur. Videtur, quòd talis cognatio non contrahatur, nisi inter patrem adoptantem, & filium adoptatum. Maximè enim videtur, quòd deberet contrahi inter patrem adoptantem, & matrem naturalem adoptatis: sicut accidit in cognatione spirituali: sed inter tales nulla est cognatio legalis: ergo nec inter aliquas alias personas præter adoptantem, & adoptatum. 238

¶ 2 Prætereà, Cognatio impediens matrimonium, est perpetuum impedimentum: sed inter filium adoptatum, & filiam naturalem adoptantis, non est perpetuũ impedimentum, quia soluta adoptione per mortem a-

Universidad de Deusto
Biblioteca

doptantis, vel emancipationem adoptati, potest contra here cum ea: ergo cum ea non habuit aliquam propinqui tatem, quæ matrimonium impediret.

¶ 3 Præterea, Cognatio spiritualis in nullam personam transit, quæ non posiit ad aliquod sacramentum tenere, vel suscipere, vnde in non baptizatum non transit: sed mulier non potest adoptare, vt ex dictis * patet: ergo cognatio legalis non transit à viro in uxorem. Art. 1. huius q. ad 3

¶ 4 Præterea, Cognatio spiritualis est fortior, quàm legalis, sed spiritualis non transit in nepotem: ergo nec legalis.

¶ Sed contra, Plus concordat cognatio legalis cum coniunctione carnis, vel propagatione, quàm spiritualis: sed spiritualis cognatio transit in alteram personam. ergo & legalis.

¶ Præterea, Ad hoc sunt auctoritates, quæ in litera ponuntur.

¶ Respondeo dicendum, q̃ triplex est legalis cognatio. Prima, quasi descendentium: quæ contrahitur inter patrem adoptantem, & filium adoptatum, & filium filii adoptiui, & nepotem, & sic deinceps. Secunda, quæ est inter filium adoptiuum, & filium naturalem. Tertia, per modum cuiusdam affinitatis, quæ est inter patrem adoptantem, & uxorem filij adoptiui: vel econtrario inter filium adoptatum, & vxorem patris adoptantis. Prima ergo cognatio, & tertia perpetuò matrimonium impediunt. Secunda autem non, nisi quandin manet in potestate patris adoptantis: vnde mortuo patre, vel filio emancipato, potest contrahi inter eos matrimonium.

¶ Ad primum ergo dicendum, q̃ per generationem spiritualem non trahitur filius extra potestatem patris, sicut fit per adoptionem, & sic filius spiritualis remanet, filius vtriusque simul, non autẽ filius adoptiuus: & ideo non contrahitur aliqua propinquitas inter patrem adoptantem, & matrem, vel patrem naturalem, sicut erat in cognatione spirituali.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ cognatio legalis impedit matrimonium propter cohabitationem: & ideo quãdo soluitur necessitas cohabitationis, non est inconueniens, si prædictum vinculum non maneat, sicut quando fuerit extra potestatẽ eiusdem patris: sed pater adoptãs & vxor eius semper quandam auctoritatem retinẽt super filium adoptatum, & vxorem eius. Et propter hoc manet vinculum inter eos.

Vti anno tauimus 3 ar. 1. huius q. ad 3

¶ Ad tertium dicendum, quòd etiam mulier ex cõcessione principis adoptare potest: * vnde etiam in ipsam transit cognatio legalis. Et præterea non est causa quare cognatio spiritualis non transit in non baptizatũ, quia non potest tenere alium ad sacramentum, sed quia non est alicuius spiritualitatis capax.

¶ Ad quartum dicendum, quòd per cognationem spiritualem filius non ponitur in potestate, & cura patris spiritualis, sicut per cognationem legalis: oportet enim quòd quicquid est in potestate filij, transeat in potestatem adoptantis patris. Vnde adoptato patre, adoptantur filii, & nepotes, qui sunt in potestate adoptati.

QVAESTIO LVIII.

De impedimento frigiditatis, maleficij, furiæ, vel amentiæ, incestus, & defectus ætatis, in quinque articulos diuisa.

EINDE considerandum est de quinque impedimentis matrimonij, s. de impedimento frigiditatis, maleficij, furię, vel amentiæ, & incestus, & defectus ætatis.

¶ Et circa hoc quæruntur quinque.

¶ Primò, vtrùm frigiditas matrimonium impediat.

¶ Secundò, vtrùm maleficium.

¶ Tertiò, vtrùm furia, vel amentia.

¶ Quartò, vtrùm incestus.

¶ Quintò, vtrùm defectus ætatis.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrùm frigiditas matrimonium impediat.

AD primum sic proceditur. Videtur, quòd frigiditas matrimonium contrahendum non impediat. Copula enim carnalis non est de essentia matrimonij, quia perfectiora sunt matrimonia hominum, pari voto continentium: sed frigiditas nihil tollit de matrimonio nisi carnalem copulam: ergo non est impedimentum dirimens matrimonium contractum. 239 D. Th. 4. dist. 34. q. vnica. a. 2. & seq.

¶ 2 Prærereà, Sicut nimia frigiditas impedit carnalem copulam, ita & nimia caliditas, quæ hominem exiccat: sed caliditas non ponitur matrimonij impedimentum: ergo nec frigiditas poni debet.

¶ 3 Præterea, Omnes senes sunt frigidi: sed senes possunt matrimonium contrahere: ergo frigiditas non impedit matrimonium.

¶ 4 Præterea, Si mulier scit virum esse frigidum quã do cum eo contrahit, verum est matrimonium: ergo frigiditas, quantum est de se, non impedit matrimoniũ.

¶ 5 Præterea, Contingit in aliquo esse caliditatem sufficienter mouentem ad carnalem copulam cum aliqua corrupta, non autem cum aliqua virgine, quia citò calidum euaporat ratione suæ debilitatis, vt ad corrumpendum virginem non sufficiat: & similiter est in aliquo sufficiens caliditas mouens ad pulchram, quæ magis cõcupiscent am inflammat, quæ non sufficienter ad turpẽ motum: ergo videtur, quòd frigiditas, etli impediat respectu vnius, non tamen simpliciter impedit.

¶ 6 Præterea, Mulier est vniuersaliter frigidior viro, sed mulieres non impediuntur à matrimonio: ergo nec frigidi viri.

¶ Sed contra est, quod dicitur extra, * de frigidis, & maleficiatis. Sicut puer qui non potest reddere debitũ, non est aptus cõiugio: sic qui impotentes sunt, minimè apti ad contrahenda matrimonia reputantur: tales autẽ sunt frigidi: ergo, &c. Ii. 4. decreti. 1. 5. c. 2. scipit. & locum.

¶ Præterea, Nullus potest se obligare ad impossibile: sed in matrimonio homo se obligat ad carnalem copulam, quia ad hoc dat alteri sui corporis potestatem: ergo frigidus qui non potest carnaliter copulari, non potest matrimonium contrahere.

¶ Respondeo dicendum, quòd in matrimonio est contractus quidam, quo unus alteri obligatur ad debitũ carnale soluendum. Vnde sicut in alijs contractibus non est conueniens obligatio, si aliquis se obliget ad hoc, qđ non potest dare, vel facere: ita non est conueniens matrimonio contractus, si fiat ab aliquo, qui debitum carnale soluere non possit: & hoc impedimẽtum vocatur impotentia coeundi nomine generali, quæ quidẽ potest esse, vel ex cã intrinseca, & naturali: vel ex causa extrinseca, & accidentali, sicut per maleficiũ, de qua post dicetur. † Si autẽ sit ex causa naturali, hoc potest esse dupliciter. Quia vel est temporalis, cui potest subueniri * remedio medicinæ, vel processu ætatis, & tunc non soluit matrimonium. Vel est perpetua; & tunc soluit matrimonium, ita quòd ille ex parte cuius allegatur impedimẽtum, perpetuò maneat absque spe coniugij, alius nubat cui vult in Domino. * Ad hoc autem cognoscendum vtrùm sit impedimentum perpetuum, vel non perpetuum, Ecclesia tempus determinatum adhibuit, in quo huius rei posset esse experimentum, scilicet triennium; ita quòd si post triennium: in quo fideliter ex vtraque parte dederunt operam carnali copulæ implendæ, In artic. sequen. * Alias beneficio. Art. seq. 1. Cor. 7.

plendæ, inueniatur matrimonium non esse consummatum, iudicio Ecclesiæ dissoluitur. Et tamen in hoc quandoque Ecclesia errat, quia per triennium quandoque nõ sufficienter experiri potest perpetuitas impotentiæ: vnde Ecclesia si secundùm acceptam inueniat per hoc, quòd ille in quo erat impedimentum, inuenitur carnalem copulam cum alia, vel cum eadem perfecisse, reintegrat matrimonium præcedens, & dirimit secundum, quamuis de eius licentia fit factum.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd quamuis actus carnalis copulæ non sit de essentia matrimonij: tamen potentia ad actum est de eius essentia: quia per matrimonium datur vtrique coniugum potestas in corpore alterius respectu carnalis copulæ.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ caliditas superflua vix potest esse impedimentum perpetuum: si tamen inueniretur q̃ per triennium impediret carnalem copulam, iudicaretur perpetuum: tamen quia frigiditas magis & frequentius impedit (tollit enim non solum commixtionem seminum, sed etiam vigorem membrorum, quo fit coniunctio corporum) ideò frigiditas magis hic ponitur impedimentum quàm caliditas, cùm omnis defectus naturalis ad frigiditatem reducatur.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ senes quàmuis quandoque non habeant caliditatem sufficientem ad generandum, tamen habent caliditatem sufficientem ad carnalem copulam: & ideo conceditur eis matrimonium, secundum quod est in remedium, quamuis non competat eis secundum quod est in officium naturæ.

¶ Ad quartum dicendum, q̃ in quolibet contractu hoc vniuersaliter tenetur, q̃ ille qui est impotens ad soluendum aliquid, non reputatur idoneus ad contractum illum, quo se obligat ad eius solutionem. Est autem impotens tripliciter. Vno modo, quia non potest soluere de iure: & sic talis impotentia omnibus modis facit contractum esse nullum, siue sciat ille, cum quo facit talem contractum, hanc impotentiam, siue non. Alio modo, quia non sit soluendo de facto; & tunc si sciat ille, cum quo contrahit hanc impotentiam, & nihilominus contrahit, ostenditur quòd alium finem ex contractu quærit: & ideò contractus stat. Si autem nescit, tunc contractus nullus est: & ideò frigiditas, quæ causat talem impotentiam, vt homo non possit de facto soluere debitum, sicut & † conditio seruitutis, per quam non potest homo de facto liberè reddere, impediunt matrimonium quando alter coniugum ignorat hoc, quòd alius non potest reddere debitum: impedimentum autem per quod aliquis non potest de iure reddere debitum, vt consanguinitas, annullat contractum matrimonium, siue sciat alter coniugum, siue non: & propter hoc Magister * ponit, quòd hæc duo faciunt personas non omnino illegitimas, Sup. q. 51. ar. 1. cor. li. 4. Sen. dist. 34. q. 1. A. † Alias de est hæc enatio.

¶ Ad quintum dicendum, quòd non † potest esse perpetuum impedimentum naturale viro respectu vnius personæ, & non respectu alterius; sed si non possit implere carnalem actum cum virgine, & tamen possit cum corrupta, tunc medicinaliter aliquo instrumẽto possunt claustra pudoris frangi & ei coniungi, nec esset hoc contra naturam, quia non fieret ad delectationem, sed ad medicamentum: abominatio autem * mulieri non est causa naturalis, sed causa accidentalis extrinseca: & ideò de ea est iudicium idem, quod de maleficio, de quo post dicetur*. Al. mulieris

¶ Ad sextum dicendum, quòd mas est agens in generatione: sed fœmina est patiens: & ideo maior caliditas requiritur in mare, quàm in fœmina, ad opus generationis; vnde frigiditas quæ facit virum impotentem, non faceret mulierem impotẽtem: sed in muliere potest esse impedimentum naturale ex alia causa, scilicet arctatione: & tunc idem est iudicium de arctatione mulieris, & de frigiditate viri.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum maleficium possit matrimonium impedire.

240

AD secundum sic proceditur. Videtur, q̃ maleficium non possit matrimonium impedire. Huiusmodi enim maleficia fiunt operatione dæmonum: sed dæmones non habent potestatem impediendi matrimonij actum, magis, quàm corporales alios actus, quos impedire non possunt, quia sic totum mundum * perimerent, si comestionem, & gressum, & alia huiusmodi impedirent: ergo per maleficia non potest impediri matrimonium. Alias, q. uerterẽt.

¶ 2 Præterea, Opus Dei est fortius, quàm opus diaboli: sed maleficium est opus diaboli: ergo non potest impedire matrimonium, quod est opus Dei.

¶ 3 Præterea, Nullum impedimentum dirimit contractum matrimonium, nisi sit perpetuum: sed maleficiũ non potest esse impedimentum perpetuum, quia cùm diabolus non habeat potestatem nisi super peccatores, expulso peccato tollerur maleficiũ, vel etiam per aliud maleficium, vel per exorcismos Ecclesiæ, qui sunt ordinati ad reprimendam vim dæmonum. Ergo maleficium non potest impedire matrimonium.

¶ 4 Præterea, Carnalis copula non potest impediri nisi impediatur potentia generandi, quæ est principium eius: sed vnius viri generatiua potentia se habet ad omnes mulieres æqualiter: ergo per maleficium non potest esse impedimentum respectu vnius mulieris, nisi sit respectu omnium.

¶ Sed contra est, quod dicitur in Decre*. 33. q. 1. Si per sortiarias atque maleficas, & infrà. Si sanare non potuerint, separari valebunt. Decretũ causa. 33. q. 1. ca. Si per sortiarias.

¶ Præterea, Potestas dæmonum est maior quàm potestas hominis, Iob 41. Non est potestas super terrã, &c. sed opere humano potest aliquis fieri impotens ad carnalem copulam, per aliquam potestatem, vel castrationem; & ex hoc matrimonium impeditur. Ergo multò fortius virtute dæmonis hoc potest fieri.

¶ Respondeo dicendum, q̃ quidam dixerunt, q̃ maleficium nihil erat in mundo, nisi in æstimatione hominũ, qui effectus naturales, quorũ causæ sunt occultæ, maleficijs imputabant. Sed hoc est contra auctoritates sanctorum: qui dicunt q̃ dæmones habent potestatẽ supra corpora, & supra imaginationem hominum, qñ à Deo permittuntur. Vnde & per eos maleficiati aliqua signa facere possunt. Procedit autẽ hæc opinio ex radice infidelitatis, siue incredulitatis, quia non credunt esse dæmones nisi in æstimatione vulgi tantũ, vt terrores quos homo sibi ipse facit, ex sua æstimatione imputet dæmoni: & quia etiã ex imaginatione vehemẽti aliquæ figuræ apparent in sensu tales, quales homo cogitat, & tunc creduntur dæmones videri. Sed hæc vera fides repudiat, per quã Angelos de cælos cecidisse, & dæmones esse credimus, & ex subtilitate suæ naturæ multa posse quæ nos nõ possumus: & ideò alii dixerunt, q̃ per maleficia prælari potest impedimẽtum carnali copulæ, sed nullum tale est perpetuum; vnde non dirimit matrimonium contractum: & dicunt iura quæ hoc dicebant, esse reuocata: Sed hoc est contra experimentum, & contra noua iura, quæ cũ antiquis concordant. Et ideò distinguendum est, quia impotentia coeundi ex maleficio; aut est perpetua, & tunc matrimonium dirimit; aut non est perpetua, & tunc nõ dirimit: & ad hoc experiendum eodẽ modo Ecclesia tempus triennij præfixit, sicut & de frigiditate dictũ * est. Tamẽ hæc differentia est inter maleficium & frigiditatem quia qui ex frigiditate est impotens, sicut est impotens ad vnã, ita ad aliam; & ideo quando matrimonium dirimitur, non datur licentia ei, vt coniungatur alteri: sed ex maleficio homo potest esse impotens ad vnam, & non ad alias; & ideo quando iudicio Ecclesiæ matrimonium dirimitur, Ar. præc. cor. sub finem & ad 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

vtrique datur licentia, vt alteram copulam quærat.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd quia corruptio peccati prima, per quam homo factus est seruus diaboli, in nos per actũ generatiuæ potentiæ deuenit, ideo maleficij potestas permittit diabolo à Deo in hoc actu magis quàm in alijs, sicut in serpẽtibus magis ostenditur virtus maleficiorum, quàm in alijs animalibus, vt dicitur in Genesi: quia per serpentem diabolus mulierem tentauit.

¶ Ad secundum dicendum, quòd opus Dei potest opere diaboli impediri diuina permissione, non q̃ Diabolus sit Deo fortior, vt per violentiam opera eius destruat.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ maleficium est ita perpetuum, q̃ nõ potest homo habere remedium humanum, quàmuis Deus posset remedium præstare, dæmonem cogendo, vel etiam dæmon, desistendo: nõ enim semper oportet, vt id quod per maleficium factum est, possit per aliud maleficium destrui, vt ipsi malefici confitentur. Et tamen si posset per maleficium remedium adhiberi: nihilominus perpetuum reputaretur, quia nullo modo debet aliquis dæmonis auxilium per maleficium inuocare. Similiter non oportet, q̃ si per peccatum aliquod diabolo data est potestas in aliquem, q̃ cessante peccato cesset potestas, quia pœna interdum remanet, culpa transeunte. Similiter etiam exorcismi Ecclesiæ non valent ad reprimendum dæmones semper, quantum ad omnes molestias corporales, iudicio diuino hoc exigente: semper tamen valent contra illas infestationes dæmonum, contra quas principaliter instituti sunt.

¶ Ad quartum dicendum, q̃ maleficium quandoque potest præstare impedimentum ad omnes, quandoque ad vnam tantum, quia diabolus voluntaria causa est, nõ ex necessitate naturæ agens. Et prætereà impedimentũ maleficij potest esse ex impressione dæmonis in imaginatione hominis: ex qua tollitur viro concupiscentia mouens ad talem mulierem & non ad aliam.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum furia impediat matrimonium.

241 AD tertium sic proceditur. Videtur, q̃ furia non impediat matrimonium. Matrimonium enim spirituale quod in baptismo contrahitur, dignius est quàm carnale: sed † furiosi possunt baptizari: ergo & matrimonium contrahere.

2.p.q. 68 ar. 12. ¶ 2 Prætereà, Frigiditas impedit matrimonium, inquantum impedit carnalem copulam, quæ non impeditur per furiam. Ergo nec matrimonium.

¶ 3 Prætereà, Matrimonium non dirimitur nisi per aliquod impedimentum perpetuum: sed de furia non potest sciri vtrum sit impedimentum perpetuum. Ergo nõ dirimit matrimonium.

Q. 50. art. vnico corpo. ¶ 4 Prætereà, In versibus supradictis * sufficienter cõtinentur impedimenta impedientia matrimonium: sed ibi non fit mentio de furia. Ergo, &c.

Sup. q. 51. ar. 1. li. 4. Sentẽ di. 34. D. ¶ Sed contra, Plus tollit rationis vsum furia quàm error: sed † error impedit matrimonium. Ergo & furia.

¶ Prætereà, Furiosi non sunt idonei ad aliquem contractum faciendum: sed matrimonium est contractus quidam. Ergo &c.

In Decreto. 32. q. 6. 7 c. 25, & 26, & in Digest. li. 1. titu. 6. l. patre furioso. In Decr. lib. 4. ti. 1. cap. 24. ¶ Respondeo dicendũ, q̃ furia, aut præcedit matrimonium, aut sequitur: † si sequitur, nullo modo dirimit ipsum: si autem præcedit, tunc aut furiosus habet lucida intervalla, aut non habet: si habet, tunc quamuis dum est in illo interuallo, non sit tutum q̃ matrimonium contrahat, quia nescit prolem educare; tamen si contrahit, est matrimonium: si autem non habet, vel si qñ non habet, contrahit; tunc * quia non potest esse consensus vbi deest rationis vsus, non erit verum matrimonium.

¶ Ad primum ergo dicendum, q̃ vsus rationis non exigitur ad baptismum quasi causa ipsius, sicut exigitur ad matrimonium. Et ideò non est similis ratio, * cùm de baptismo furiosorum dictum est suprà *. *Al. tamẽ 1 hoc. 4. dist. 6. q. 1. ar. 1. q. 5.

¶ Ad secundùm dicendum, q̃ furia impedit matrimonium ratione suæ causæ, quæ est consensus, quamuis non rationæ actus, vt frigiditas; sed tamẽ simul cum frigiditate Magister * de ea determinat, quia vtrunque est quidam naturæ defectus. *li. 4. Sen. dist. 34. lit. C.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ momentaneum impedimentum, quod causam matrimonij, scilicet consensum, impedit, matrimonium totaliter tollit; sed impedimẽtum quod impedit actum, oportet esse perpetuum ad hoc q̃ matrimonium tollat.

¶ Ad quartum dicendum, q̃ hoc impedimentum reducitur ad errorem, quia vtrobique est defectus consensus ex parte rationis.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrũ incestus, quo cognoscit quis sororem vxoris suæ, matrimonium dirimat.

242 AD quartum sic proceditur. Videtur, q̃ incestus, quo quis cognoscit sororem vxoris suæ, matrimonium non dirimat, quia mulier nõ debet puniri pro peccato viri: sed puniretur, si matrimonium solueretur: Ergo, &c.

¶ 2 Prætereà, Plus peccat qui propriam consanguineam cognoscit, quàm qui cognoscit consanguineam vxoris: sed primum peccatum non impedit matrimonium. Ergo nec secundum.

¶ 3 Prætereà, Si in pœnam peccati hoc infligitur, videtur etiam si mortua vxore cum alia cõtrahat incestuosus, quod separari debeant, q̃ non est verum.

Quæst. 59 ¶ 4 Prætereà, Hoc etiam impedimentum non connumeratur inter alia suprà † enumerata. Ergo non dirimit contractum matrimonium.

¶ Sed contra est, quòd per hoc quòd cognoscit sororem vxoris, contrahitur affinitas ad vxorem: sed affinitas dirimit matrimonium contractum: ergo & incestus prædictus.

¶ Prætereà, In quo quis peccat, in hoc punitur: sed talis peccat cõtra matrimonium: ergo debet puniri quod matrimonio priuetur.

¶ Respondeo dicendum, q̃ si aliquis cognoscit sororem, aut aliam consanguineam vxoris suæ ante matrimonium contractum, etiam post sponsalia, debet matrimonium separari ratione affinitatis cõtractæ: si autem post matrimonium contractum & consummatum, non debet totaliter separari matrimonium: sed vir amittit ius petendi debitum, nec potest sine peccato petere: sed tamẽ debet reddere petenti, quia vxor nõ debet puniri de peccato viri: sed post mortem vxoris debet omnino manere absque spe coniugij, nisi cum eo dispensetur, propter fragilitatem suam, * cùm timetur de illicito coitu: si tamẽ præter dispensationem contrahat, peccat cõtra statutum Ecclesiæ faciens, non tamen propter hoc matrimonium dirimendum est, aut separandum. li. 4. Sen. dist. 34. lit. E. *Al. cùm

¶ Et per hoc patet solutio ad OBIECTA, quia incestus ponitur matrimonij impedimentum, non tam ratione culpæ, quàm ratione affinitatis quam causat: & ideò etiam non connumeratur alijs impedimentis, sed in impedimento affinitatis includitur.

ARTICVLVS V.

¶ Vtrum defectus ætatis impediat matrimonium.

243 AD quintum sic proceditur. Videtur, quòd defectus ætatis non impediat matrimonium. Secundũ enim leges pueri accipiunt tutorum vsque ad vigesimum quintum annum: ergo videtur, quòd vsque ad tempus illud non sit confortata ratio ad consensum, & ita videtur, q̃ illud debeat esse tempus statutum ad matrimonia incunda. Sed ante tempus illud matrimonium potest Tho. 4. dist. 36. q. vnic. ar. 5.

testcontrahi: ergo defectus statutæ ætatis non impedit matrimonium.

¶ 2 Prætereà, Sicut vinculum religionis est perpetuum, ita & vinculum matrimonii, sed ante * decimumquartum annum non possunt facere professionem, secundùm nouam constitutionem. Ergo nec matrimonium contrahere, si defectus ætatis matrimonium impediret.

¶ 3 Præt. Sicut consensus ad matrimonium requiritur ex parte viri, ita ex parte vxoris, sed mulier ante decimumquartum annum potest cõtrahere matrimonium. ergo &c.

Ar. 1. huius q. ¶ 4 Præte. * Impotentia coeundi nisi sit perpetua & ignorata non impedit matrimonium: sed defectus ætatis non est perpetuus, nec ignoratus: ergo non impedit matrimonium.

Q. 50. co. ¶ 5 Præt. Non continetur in aliquo prædictorum * impedimentorum, & ita non videtur esse matrimonii impedimentum.

In decr. li. 4 titu. 15. & est de Frigidis c. 2. & lib. 7. de historia Animalium, circa prĩ. ¶ Sed contra, Decretal. † dicit: quòd puer, qui non potest reddere debitum, non est aptus matrimonio: sed ante decimumquartum annum (vt in pluribus) non potest reddere debitum, vt in 9. * Animalium dicitur: ergo &c.

¶ Prætereà, Omnium natura constantium positus est terminus magnitudinis & augmenti, & ita videtur cùm matrimonium sit naturale, quòd debeat habere determinatum tempus, per cuius defectum impediatur.

¶ Respondeo dicendum, q̃ matrimonium, cùm fiat per modum cuiusdam contractus, ordinationi legis positiuæ subiacet, sicut & alii contractus: vnde secundum iura * determinatum est quòd ante illud tempus discretionis, quo vterque possit de matrimonio sufficienter deliberare, & debitum sibi inuicem reddere, matrimonia non contrahantur, & si non ita facta fuerint dirimuntur: hoc autem tempus, vt in pluribus, est in masculis in quartodecimo anno, in fœmina autem in duodecimo anno: quia tamen præcepta iuris positiui sequũtur id quod in pluribus est, si aliquis ad perfectionem debitam ante tempus prædictum * perueniat, ita quòd vigor naturæ & rationis, defectum ætatis suppleat, matrimonium non dissoluit r: & ideo si contrahentes ante annos pubertatis, ante tempus prædictum carnaliter fuerint copulati, nihilominus matrimonium perpetuò stat indissolubile. li. 4. Sen. dist. 34. lit. E.

Paulo ante in hoc corp. ¶ Ad primum ergo dicendum, quòd in illis, ad quæ natura inclinat, non exigitur tantus vigor rationis ad deliberandum, sicut in alijs: & ideo ante potest in matrimonium sufficienter deliberans consentire, quàm possit in contractibus alijs res suas sine tutore pertractare.

¶ Et similiter etiam dicendum est Ad secundum, quia votum religionis est de his, ad quæ natura non inclinat: quæ maiorem difficultatem habent, quàm matrimonium.

Sup. q. 43 ar. 2. ¶ Ad tertium dicendum, quòd mulier citius ad tempus pubertatis peruenit, quam vir, vt dicitur in † nono. de Animalibus: & ideo non est simile de vtroque.

¶ Ad quartum dicendum, quòd ex parte ista non solùm est impedimentum propter impotentiam coeundi, sed etiam propter defectum rationis, quæ adhuc non sufficit ad consensum illum rite faciendum, qui perpetuò durare debet.

Ar. 3. huius q. ¶ Ad quintum dicendum, quòd sicut * impedimentum quod est ex furia, reducitur ad impedimentum erroris, ita etiam impedimentum quod est ex defectu ætatis, quia homo nondum habet plenum vsum liberi arbitrij.

QVAEST. LIX.

De disparitate cultus quæ matrimonium impediat, in sex articulos diuisa.

DEinde considerandum est de disparitate cultus, quæ matrimonium impediat.

¶ Circa quod quæruntur sex.

¶ Primò, Vtrùm fidelis possit contrahere matrimonium cum infideli.

¶ Secundò, Vtrùm inter infideles sit matrimonium.

¶ Tertiò, Vtrùm coniunx conuersus ad fidem possit commanere cum vxore infideli nolente conuerti.

¶ Quartò, Vtrùm possit vxorem infidelem relinquere.

¶ Quintò, Vtrùm ea dimissa, possit aliam ducere.

¶ Sextò, Vtrùm propter alia peccata vir possit dimittere vxorem, sicut propter infidelitatem.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrùm fidelis possit contrahere cum infideli.

244 AD primum sic proceditur. Videtur, q̃ fidelis possit matrimonium cum infideli contrahere. Quia Ioseph contraxit cum i Egyptia, & Esther cum Assuero: in vtroque autẽ matrimonio fuit disparitas cultus, quia alter erat infidelis, & alter fidelis: ergo disparitas cultus præcedens matrimoniũ, ipsum non impedit. D. Tho. 4. di. 29. qu. vnic. ar. 1. & seq.

¶ 2 Præt. Eadem est fides, quam docet vetus & noua lex: sed secundùm veterem legem poterat esse matrimonium inter fidelem & infidelem, ut patet Deute. 21. Si egressus ad pugnam videris in numero captiuorum mulierem pulchram, & adamaueris eam, intrabis ad eam, dormiesque cum illa, & erit vxor tua. Ergo & licet in noua lege.

¶ 3 Præt. Sponsalia ad matrimonium ordinantur, sed inter fidelem & infidelem possunt in aliquo casu contrahi sponsalia, cum conditione futuræ conuersionis: ergo sub eadem conditione matrimonium potest contrahi inter eos.

¶ 4 Præt. Omne impedimentum matrimonii est aliquo modo contrarium matrimonio: sed infidelitas non est contraria matrimonio, quia matrimonium est in officium naturæ, cuius dictamen fides excedit. Ergo disparitas fidei non impedit matrimonium.

¶ 5 Præt. Disparitas fidei quãdoque est etiã inter duos baptizatos, sicut quando aliquis post baptismum, in hæresim labitur: sed si talis cum aliqua fideli contrahat, nihilominus est verum matrimonium. Ergo disparitas fidei matrimonium non impedit.

¶ Sed contra est, quod dicitur 2. Cor. 6. Quæ conuentio lucis ad tenebras: sed maxima conuentio est inter virum & vxorem. Ergo ille qui est in luce fidei, non potest contrahere matrimonium cum illa, quæ est in tenebris infidelitatis.

¶ Præt. Malachiæ secundo dicitur: Contaminauit Iudas sanctificationem Domini, quoniã dilexit, & habuit filiam Dei alieni: sed hoc nõ esset, si inter eos posset verum matrimonium contrahi. Ergo disparitas cultus matrimonium impedit.

¶ Respondeo dicendum, q̃ principalius matrimonii bonũ est proles ad cultum Dei educanda: cũ aũt educatio fiat cõiter per patrem & matrem, vterque fm fidem suam intendit ad cultum Dei prolem educare: & ideo si sint diuersæ fidei, intentio vnius, alterius intentioni contraria erit: & ita inter eos non potest esse cõueniens matrimonium: & propter hoc disparitas cultus præcedens matrimonium impedit ne contrahi possit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶Ad primum ergo dicendum, quòd in veteri lege de aliquibus infidelibus erat permissum, quòd cum eis possent inire coniugia, & de aliquibus prohibitum. Specialiter autem prohibitum erat de infidelibus habitantib. in terra Chanaan: tum quia Dominus præceperat eos occidi propter eorum obstinationem, tum quia maius periculum imminebat, ne scilicet coniuges filios Israel ad idololatriam peruerterent, quia filii Israel ad ritus & ad mores eorum proniores erant, propter conuersationem cum eis, sed de aliis gentibus permisit, præcipuè quando non poterat esse timor pertrahendi ad idololatriam: & sic Ioseph, & Moyses, & Esther, cum infidelib. matrimonia contraxerunt. Sed in noua lege, quę per totum orbem diffunditur, similis ratio prohibendi est de omnibus infidelibus: & ideo disparitas cultus præcedens matrimonium, impedit contrahendum, & dirimit contractum.

¶Ad secundum dicendum, quòd lex illa vel loquitur de aliis nationibus, cum quibus licitè poterant inire coniugia: vel loquitur quando filia captiua ad fidem & cultum Dei conuerti volebat.

¶Ad tertium dicendum, quòd eadem est habitudo præsentis ad præsens, & futuri ad futurum: vnde sicut quando matrimonium in præsenti contrahitur, requiritur vnitas cultus in vtroque contrahentium, ita ad sponsalia, quibus fit sponsio futuri matrimonij, sufficit conditio apposita de futura vnitate cultus.

In cor. ar. ¶Ad quartum dicendum, quòd iam ex dictis* patet, q̃ disparitas cultus contraria est matrimonio ratione principalioris boni ipsius, quod est bonum prolis.

¶Ad quintum dicendum, quòd matrimonium est sacramentum, & ideò quantum pertinet ad necessitatẽ sacramenti, requirit paritatem, quantum ad sacramentũ fidei, (baptismum, magis quàm quantum ad interiorem fidem: vnde etiam hoc impedimentum non dicitur disparitas fidei, sed disparitas cultus, qui respicit exterius seruitium, ut in tertio lib. dist. 9.* dictum est. Et propter hoc si aliquis fidelis cum hæretica baptizata matrimonium contrahat, verum est matrimonium, quãmuis peccet contrahendo, si eam sciat hæreticam: sicut peccaret si cum excommunicata contraheret: non tamen propter hoc matrimonium dirimeretur, & è contrario si aliquis catechumenus habens rectam fidem, sed nondum baptizatus, cum aliqua fideli baptizata contraheret, nõ esset verum matrimonium.

Th. in 3 Sen. di. 9. q. 1. ar 1. q. 2. cor.

ARTICVLVS II.

¶ *Vtrùm inter infideles possit esse matrimonium*

245 AD secundum sic proceditur. Videtur, quòd inter infideles non possit esse matrimonium. Matrimonium enim est sacramentum Ecclesiæ, sed baptismus est ianua sacramentorum. Ergo infideles qui non sunt baptizati, matrimonium contrahere non possunt, sicut nec alia sacramenta suscipere.

¶2 Præt. Duo mala sunt magis impeditiua boni, quãvnum: sed infidelitas vnius tantùm, impedit bonum matrimonii: ergo multò fortius infidelitas vtriusque: & ita inter infideles non potest esse matrimonium.

¶3 Præt. Sicut inter fidelem & infidelem est disparitas cultus, ita inter duos infideles, vtpote vnus sit Gentilis, & alter Iudæus: sed disparitas cultus impedit matrimonium, vt dictum est.* Ergo ad minus inter infideles qui habent cultum disparem non potest esse verum matrimonium.

Ar. præc. huius q. & li. 1. de adult. cõiugijs c. 12. *11. 4. sen. di. 39. S. B. & i de cre. 28 q. 2. c. 1.

¶4 Præt. In matrimonio est vera pudicitia: sed dicit Aug.† & habetur in litera,* non est vera pudicitia infidelis cũ vxore sua: ergo nec est verum matrimoniũ.

¶5 Præt. Matrimonium verum excusat carnalem copulam à peccato: sed hoc non potest facere matrimoniũ inter infideles contractum, quia omnis vita infidelium peccatum est, vt dicit gl.* Rom. 14. Ergo inter infideles non est verum matrimonium.

*Gl. ord. Sup. illud Rom. 14. Oẽ quod nõ est ex fide. Et Beda ibi. ex li. Sen. Prosperi.

¶Sed contra est quod dicitur. 1. Cor. 7. Si quis frater vxorem habet infidelem, &c. sed vxor non dicitur nisi propter matrimonium. Ergo matrimonium quod est inter infideles, est verum matrimonium.

¶Præterea, Remoto posteriori, non remouetur prius, sed matrimonium pertinet ad officium naturæ, quæ præcedit statum gratiæ, cuius principium est fides. Ergo infidelitas non facit quin sit inter infideles matrimonium.

¶Respondeo dicendum, q̃ matrimonium principaliter est institutum propter bonum prolis non tantùm generandæ (quia hoc etiam sine matrimonio fieri põt) sed etiam promouendæ ad perfectum statum quia quælibet res intendit effectum suum naturaliter perducere ad perfectum. Est autem in prole duplex perfectio considerandа: s. naturæ non solùm quantum ad corpus, sed etiã quantum ad animam, per ea quæ sunt de lege naturæ: & perfectio gratiæ. Et prima quidem perfectio est materialis & imperfecta respectu secundæ: & ideo cùm res quæ sunt propter finem, sint proportionatæ sui, matrimonium quod tendit in primam perfectionem, est imperfectum & materiale respectu illius, quòd tendit in perfectionem secundam: & quia perfectio prima communis esse potest infidelibus & fidelibus, secunda autem tantum est fidelium; ideo inter infideles est quidem matrimonium, sed non perfectum vltima perfectione, sicut est inter fideles.

Augu. de sanc. Virgi. c. 12. & c. 6.

¶Ad primum ergo dicendum, quòd matrimonium non tantum est institutum in sacramentum, sed etiam in officium naturæ. Et ideo quãmuis infidelibus non competat matrimonium secundum quod est sacramentum, in dispensatione ministrorum Ecclesiæ consistens: competit tamen eis, inquantum est in officiũ naturæ: & tamen etiam matrimonium tale est aliquo modo sacramentũ, habitualiter; quãmuis non actualiter, eo quòd actu non contrahuntur in fide Ecclesiæ.

¶Ad secundum dicendum, q̃ disparitas cultus non impedit matrimonium ratione infidelitatis, sed ratione disparitatis in fide. Disparitas. n. cultus non solùm secũdam perfectionem prolis impedit, sed etiam primam, dum parentes ad diuersa prolẽ trahere intendunt: quod non est quando vterque est infidelis.

¶Ad tertium dicendum, quòd inter infideles est matrimonium, ut dictum est,* prout matrimonium est in officium naturæ. Ea autem quæ pertinent ad legem naturæ, sunt determinabilia per ius positiuum: & ideo si prohibentur ab aliquo iure positiuo apud eos infideles contrahere matrimonium cum infidelibus alterius ritus disparitas cultus apud eos impedit matrimonium: ex iure tamen diuino non prohibentur, quia apud Deũ non differt qualitercunque aliquis à fide deuiet, quantum ad hoc quòd est à gratia alienum esse: si inliter nec aliquo Ecclesiæ statuto, quæ non habet de his quæ foris sunt iudicare.

In respõ. ad primũ & in cor.

¶Ad quartum dicendum, quòd pudicitia, & aliæ virtutes infidelium non dicuntur esse veræ, quia nõ possunt attingere finem veræ virtutis, qui est vera fœlicitas: sicut dicitur non esse verum vinum, quod non habet effectum vini.

¶Ad quintum dicendum, q̃ infidelis cognoscens vxorem suam, non peccat, si propter bonum prolis, aut fidei qua tenetur, uxori debitum reddat, cùm hoc sit actus iustitiæ, & temperantiæ, quæ in delectabilib. tactus debitas circunstantias seruat: sicut non peccat faciens actus politicarum virtutum: nec dicitur omnis vita infidelium, peccatum, quia quolibet actu peccent: sed quia per id quod agunt, à seruitute peccati non possunt liberari.

ARTI-

ARTICVLVS III.

¶ *Vtrùm coniux conuersus ad fidem possit commanere cum vxore nolente converti.*

246 AD tertium sic proceditur. Videtur, q̃ coniux conuersus ad fidem, non possit commanere cum vxore infideli nolente converti, cum qua in infidelitate contraxerat. Vbi enim est idem periculum, oportet eandem cautelam adhiberi: sed propter periculum subuersionis fidei prohibetur, ne fidelis cum infideli contrahat. Cùm ergo idem periculum sit si fidelis commaneat cum infideli, cùm qua prius contraxerat, & adhuc maius, quia neophyti facilius peruertuntur, quàm illi qui sunt nutriti in fide; videtur, q̃ fidelis post conuersionem non possit commanere cum vxore infideli.

Cap. Iudæi, qui. ¶2 Præterea, 28. q. 1. dicitur: Non potest infidelis in eius coniunctione commanere, quæ iam in Christiana translata est fidem. Ergo fidelis habet necesse vxorem infidelem dimittere.

Ar. præc. corp. si. ¶3 Præterea, Matrimonium quod inter fideles contrahitur, est perfectius, quàm illud quod contrahitur inter infideles: sed si fideles contrahant in gradu prohibito ab Ecclesia, dissoluitur eorum matrimonium. Ergo & infidelium: & ita vir fidelis non potest commanere cum vxore infideli; ad minus, quando cum ea in infidelitate contraxit in gradu prohibito.

¶4 Præt. Aliquis infidelis habet quandoque plures vxores secundum ritum suæ legis. Si ergo potest commanere cum illis, cum quibus in infidelitate contraxit, videtur, quòd possit etiam post conuersionem plures vxores retinere.

¶5 Præt. Potest contingere, q̃ repudiata vna vxore, aliam duxerit, & in illo matrimonio existens conuertatur: videtur ergo, q̃ saltem in hoc casu non possit cum vxore, quam de nouo habet, commanere.

¶Sed contra est, q̃ Apost. 1. Cor. 7. consulit q̃ commaneant.

¶Præterea, Nullum impedimentum superueniens vero matrimonio, tollit ipsum: sed matrimonium erat verum quando vterque infidelis erat. Ergo quando alter conuertitur, nõ dirimitur per hoc matrimonium: & ita videtur, q̃ possint licitè commanere.

¶Respondeo dicendum, quòd fides eius, qui est in matrimonio, non soluit, sed perficit matrimonium: vnde cũ inter infideles sit verum matrimonium vt ex dictis* patet per hoc, quòd alter eorum conuertitur ad fidem, non ex hoc ipso vinculum matrimonij soluitur. Sed aliquando vinculo matrimonij manẽte, soluitur matrimonium quãtum ad cohabitationem & debiti solutionem, in quo pari passu currunt infidelitas & adulterium, quia vtrumque est contra bonum prolis. Vnde licet se habet in potestate dimittendi adulteram, vel commanendi cum ea, ita se habet in potestate dimittendi infidelem, vel cõmanendi cum ea: potest enim vir innocens liberè manere cum adultera, spe correctionis, non autem si in adulterii pertinacia fuerit obstinata, * ne videatur patronus turpitudinis, quãmuis etiam cum spe correctionis, possit eã liberè dimittere. Similiter fidelis conuersus potest cum infideli manere cum spe conuersionis, si eam in infidelitate obstinatam non viderit, & bene facit commanendo: tamen non tenetur: & de hoc est consilium Apostoli*.

Ar. præc. *Chryso. hom. 26. in Matth. *1. cor. 7.

¶Ad primum ergo dicendum, q̃ facilius impeditur aliquid fiendum, quàm destruatur quod rite factum est: & ideo multa sunt quæ impediunt matrimonium contrahendum, si præcedant: quæ tamen ipsum non possunt dissoluere, si sequantur, sicut de affinitate patet*: & similiter dicendum est de disparitate cultus.

9. 55. ar. 6

¶Ad secundum dicendum, q̃ in primitiua Ecclesia tempore Apostolorum passim conuertebãtur ad fidem & Iudæi & Gentiles: & ideo tunc vir fidelis poterat habere probabilem spem de vxoris conuersione, etiã si conuersionem non promitteret. Postmodum autem tempore procedente, Iudæi sunt magis obstinati quàm Gentiles: quia gentiles adhuc intrabant ad fidem; sicut tẽpore martyrum, & temporibus Constantini Imperatoris, & circa tempora illa: & ideo tunc non erat tutum fideli cũ vxore infideli Iudæa cohabitare, nec erat spes de conuersione eius sicut erat de conuersione vxoris gentilis: & ideo tunc fidelis conuersus poterat cohabitare cum gentili, sed non cum Iudæa, nisi conuersionem promitteret. & secundum hoc loquitur Decret. illud*. Sed nunc pari passu ambulant vtrique, scilicet Gentiles & Iudæi, quia vtrique obstinati sunt: & ideo nisi vxor infidelis conuerti velit, non permittitur ei cohabitare, siue sit Gentilis, siue Iudæa.

In arg. 2. citat.

¶Ad tertium dicendum, quòd infideles non baptizati, non sunt astricti statutis Ecclesiæ, sed sunt astricti statutis iuris diuini: & ideo si contraxerint aliqui infideles in gradibus prohibitis secundum legem diuinam, Leuit. 18. siue vterque, siue alter ad fidem conuertatur, non possunt in tali matrimonio commanere. Si autem contraxerint in gradibus prohibitis per statutum Ecclesiæ, possit commanere, si vterque conuertatur, vel si vno conuerso sit spes de conuersione alterius.

¶Ad quartum dicendum, quòd habere plures vxores est cõtra legem naturæ, cui etiam infideles sunt astricti: & ideo non est verum matrimonium infidelis, nisi cum illa, cum qua primò contraxit: vnde si ipse cum omnibus suis vxoribus conuertatur, potest cum prima commanere, & alias debet abiicere. Si autem prima conuerti noluerit, & aliqua aliarum conuertatur, idem ius habet contrahendi cum illa de nouo, quod cum alia haberet: de quo post dicetur*.

*Are. 5. huius q.

¶Ad quintum dicendum, quòd repudium vxoris est contra legem naturæ, vnde infideli non licet vxorem repudiare: & ideo si conuertatur' postquam vna repudiata alteram duxerit: idem iudicium est de hoc & de illo qui plures vxores habebat, quia tenetur primam, quam repudiauerat, accipere, si conuerti voluerit, & aliam abiicere.

ARTICVLVS IIII.

¶ *Vtrùm fidelis conuersus possit vxorem infidelem dimittere, nolentem cohabitare sine contumelia creatoris.*

247 AD quartum sic proceditur. Videtur, q̃ fidelis conuersus non possit vxorem infidelem dimittere, nolentem cohabitare sine contumelia creatoris. Maius. n. est vinculum viri ad mulierem, quàm serui ad dominum: sed seruus conuersus non absoluitur à seruitutis vinculo, vt patet 1. Cor. 7. & 1. Timot. 6. ergo & vir fidelis nõ potest vxorem infidelem dimittere.

¶2 Præt. Nullus potest alteri præiudicium facere sine consensu ipsius: sed vxor infidelis habebat ius in corpore viri infidelis. Si ergo per hoc, q̃ vir ad fidem conuertitur, mulier præiudicium pati posset, vt liberè dimitteretur, non posset vir conuerti ad fidem sine cõsensu vxoris: sicut nec potest ordinari, aut vouere continentiam, sine consensu eius.

¶3 Præt. Si aliquis contrahat cum ancilla scienter, siue sit seruus, siue liber, non potest propter diuersam conditionem ipsam dimittere: cum ergo vir quando cõtraxit cum infideli: sciuerit eam esse infidelem, videtur à simili, quod nõ possit eam dimittere propter infidelitatẽ.

¶4 Præt. Pater tenetur ex debito procurare salutem prolis: sed si discederet ab infideli vxore, filii cõmunes matri remanerent, quia partus sequitur ventrem, & sic essent in periculo salutis: ergo non potest licite vxorẽ infidelem dimittere.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vide D. ure. 32. q. 6.

*Ar. præ. corp.

¶ 5 Præt. Adulter non potest adulteram dimittere, etiam postquam de adulterio pœnitentiam egit: ergo si sit* idem iudicium de adultero & infideli, nec infidelis infidelem potest relinquere, etiam postquam ad fidem est conuersus.

¶ Sed contra est, quod Apostolus dicit primæ Cor. 7.

¶ Præterea, Adulterium spirituale est grauius, quàm carnale: sed propter carnale adulterium vir potest dimittere vxorem, quantum ad cohabitationem: ergo multo fortius propter infidelitatem, quæ est adulterium spirituale.

¶ Respondeo dicendum, quòd homini secundum aliam, & aliam vitam diuersa competunt, & expedunt: & ideo qui moritur priori vitæ, non tenetur ad illa ad quæ in priori vita tenebatur: & inde est quòd ille qui in vita seculari existens, aliqua vouit, non tenetur illa quādo mundo moritur, vitam religiosam assumens, perficere. Ille autem qui ad baptismum accedit, regeneratur in Christo, & priori vitæ moritur, cum generatio vnius sit corruptio alterius: & ideo liberatur ab obligatione, qua vxori tenebatur reddere debitum, & ei cohabitare non tenetur, quando cōuersus nō vult, quamuis in aliquo casu liberè id posset facere, vt dictum est: † sicut & religiosus potest* liberè perficere vota, quæ in seculo fecit si non sint contra religionem suam, quamuis ad ea non teneatur.

†Ar. præ. corp. *Al. licitè

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd seruire non est aliquid incompetens perfectioni Christianæ religionis, quæ maximè in humilitate, m profitetur: sed obligatio mulieris siue matrimonij, aliquid derogat perfectioni vitæ Christianæ, cuius summum statum cōtinentes possidēt: & ideo non est simile de vtroque. Et præterea vnus conjugum non obligatur alteri quasi possessio eius, sicut domus seruus, sed per modum societatis cuiusdam, quæ non congruè est infidelis ad fidelem, vt patet 2. Cor. 6. Et ideo non est simile de seruo, & coniuge.

¶ Ad secundum dicendum, quòd vxor non habebat ius in corpore viri nisi quādiu in vita illa manebat, in qua contraxerat, quia etiam mortuo viro vxor soluta est à lege viri, vt patet 1. ad Cor. 7. Et ideo si postquam vir mutat vitam moriens priori vitæ, ab ea discedat, nullum fit ei præiudicium. Trāsiens autem ad religionem, moritur tantùm spirituali morte, non autem corporali: *& ideo si matrimonium sit consummatum, non potest vir sine consensu vxoris ad religionem transire, potest autem ante carnalem copulam, quando est tantùm copula spiritualis, sed ille qui ad baptismum accedit, corporaliter etiam consequitur Christo in morte: & ideo soluitur à debito reddendo, etiam post matrimonium consummatum. Vel dicēdum, q̄ ex culpa sua vxor præiudicium patitur, quæ conuerti contemnit.

*Supr. q. 43. art. 2. corp. & ad 2.

¶ Ad tertium dicendum, quòd disparitas cultus facit personam simpliciter illegitimam, non autem conditio seruitutis, sed solum quando ignorata est. Et ideo non est similis ratio de infideli, & ancilla.

¶ Ad quartum dicendum, quòd proles aut peruenit ad perfectam ætatem, & tunc poterit liberè sequi patrem fidelem, vel matrem infidelem: vel est in minori ætate constituta, & tunc debet dari fideli, non obstante q̄ indiget matris obsequio ad educationem.

¶ Ad quintum dicendum, q̄ adulter per pœnitentiam non transit ad aliam vitam, sicut infidelis, per baptismū: & ideo non est similis ratio.

ARTICVLVS V.

¶ Vtrùm fidelis discedens ab vxore infideli, possit aliam ducere.

243 AD quintum sic proceditur. Videtur, q̄ fidelis, discedens ab vxore infideli, non possit aliam ducere in vxorem. Quia insolubilitas est de ratione matrimonij, cùm repudium vxoris sit contra legem naturæ: sed inter infideles erat verum matrimonium. ergo nullo modo potest illud matrimonium solui. Sed manente vinculo matrimonij ad vnam, non potest aliquis cum alia contrahere: ergo fidelis discedens ab vxore infideli, nō potest eum alia contrahere.

¶ 2 Præterea, Crimen superueniens matrimonio, non soluit matrimonium. Sed si mulier velit † cohabitare sine contumelia Creatoris, non soluitur vinculum matrimonij, quia vir non potest aliam ducere. Ergo peccatum vxoris, quæ non vult cohabitare sine contumelia Creatoris, non soluit matrimonium, vt liberè possit vir aliam vxorem ducere.

† Alias, nolit, & recē.

¶ 3 Præt. Vir & vxor sunt pares in vinculo matrimonij: cum ergo vxori infideli non liceat viuente viro aliū virum ducere, videtur, quòd nec fideli liceat.

¶ 4 Præt. Fauorabilius est continentiæ votum, quàm matrimonij contractus: sed viro fideli, sine consensu vxoris infidelis non licet, vt videtur, votum continentiæ emittere, quia tunc vxor fraudaretur matrimonio, si postmodum conuerteretur. Ergo multò minus licet ei matrimonium contrahere cum alia.

¶ 5 Præt. Filius qui remanet in infidelitate patre cōuerso, amittit ius paternæ hæreditatis: & tamen si postea conuertitur, redditur ei hæreditas sua, etiam si alius, in possessionem eius intrauerit: ergo videtur à simili q̄ si vxor infidelis postea cōuertatur, sit sibi reddendus vir suus, etiam si cum alia contraxerit: q̄ non posset esse si secundum matrimonium esset verum. Ergo non potest contrahere cum alia.

¶ Sed contra, Matrimonium non est ratum sine sacramento baptismi, sed quod non est ratum, potest dissolui: ergo matrimonium in infidelitate contractum, potest dissolui, & ita, soluto matrimoniali vinculo, licet viro aliam ducere in vxorem.

¶ Præterea, Vir non debet cohabitare vxori infideli nolenti cohabitare sine contumelia Creatoris. Si ergo non liceret ei aliam ducere, cogeretur continentium seruare: quod videtur inconueniens, quia sic ex conuersione sua incommodum reportaret.

¶ Respondeo dicendum, quòd quando alter coniugum ad fidem conuertitur, altero in infidelitate manente, distinguendum est: quia si infidelis vult cohabitare sine contumelia creatoris, id est, sine hoc q̄ ad infidelitatē inducat; potest fidelis liberè discedere, sed discedēs non potest alteri nubere. Si autem infidelis non velit cohabitare sine contumelia creatoris in verba blasphemiæ prorumpens, & nomen Christi audire nolens; tunc si ad infidelitatem pertrahere nitatur, vir fidelis discedens potest alteri per matrimonium copulari.

¶ Ad primum ergo dicendum, q̄ matrimonium infidelium est imperfectum, vt dictum * est: sed matrimonium fidelium est perfectum, & ita est firmius semper autem firmius vinculum soluit minus firmum, si sit ei contrarium. Et ideò matrimonium quod post in fide Christi contrahitur, soluit matrimoniū, quod prius in infidelitate contractum fuerat. Vnde matrimonium infidelium non est omnino firmum & ratum, sed ratificatur postmodum per fidem Christi.

Ar. 3. huius q. cor.

¶ Ad secundum dicendum, quòd crimen vxoris nolentis cohabitare sine contumelia Creatoris, absoluit virum à seruitute, qua tenebatur vxori, vt non posset ea viuente aliam ducere: sed nondum soluit matrimonium, quia si de blasphemia illa conuerteretur ante, quā ille aliud matrimonium contraheret, redderetur ei vir suus: sed soluitur per matrimonium sequens, ad quod peruenire non posset vir fidelis, nisi solutus à seruitute vxoris suæ, per culpam eiusdem.

¶ Ad tertium dicendum, q̄ postquam fidelis contraxit, solutum est vinculum matrimonij ex vtraque parte, quia

quia matrimonium non claudicat, quantum ad vinculū, sed quandoque claudicat quantum ad effectum: vnde in pœnam vxoris infidelis ei indicitur, quòd non possit cum alio contrahere, magis, quàm ex virtute matrimonij præcedentis: sed si postea conuertatur, potest ei concedi dispensatiuè vt alteri nubat, si vir eius aliam in vxorem duxit.

¶ Ad quartum dicendum, quòd si post conuersionem viri, aliqua probabilis spes de conuersione vxoris sit, non debet votum continentiæ vir emittere, nec ad aliud matrimonium transire, quia difficilius conuerteretur vxor sciens se viro suo priuatam. Si autem non sit spes de conuersione, potest ad sacros ordines, vel ad religionem accedere, prius requisita vxore vt conuertatur: & tunc si post quam vir sacros ordines suscepit, vxor cōuertatur, nō est sibi vir suus reddendus, sed debet sibi imputare in pœnam tardæ conuersionis quòd viro suo priuatur.

¶ Ad quintum dicendum, quòd vinculum paternitatis non soluitur per disparem cultum, sicut vinculum matrimonij: & ideo non est simile de hæreditate & vxore.

ARTICVLVS VI.

¶ Vtrùm alia vitia soluant matrimonium.

249 AD sextum sic proceditur. Videtur, quòd alia vitia soluant matrimonium, sicut & infidelitas. Adulterium enim videtur esse directius contra matrimonium, quàm infidelitas, sed infidelitas soluit matrimonium in aliquo casu, vt liceat ad aliud matrimonium trāsire: ergo & adulterium idem facit.

¶ 2 Præt. Sicut infidelitas est fornicatio spiritualis, ita & quodlibet peccatum: si ergo propter hoc infidelitas matrimonium soluit, quia est fornicatio spiritualis pari ratione quodlibet peccatum, matrimonium soluet.

¶ 3 Præt. Matthæi decimaoctauo dicitur, Si dextera manus tua scandalizat te, abscinde eam & proiice abs te; dicit Glossa* q̄ in manu & dextro oculo possunt accipi frater & vxor, propinqui & filii: sed per quodlibet peccatum efficiuntur nobis impedimento: ergo propter quod libet peccatum potest matrimonium dissolui.

*Ex Hieronimo in hoc loco, tom. 9.

¶ 4 Præt. Auaritia idololatria est, vt dicitur Eph. 5. sed propter idololatriam potest mulier dimitti: ergo pari ratione propter auaritiam, & ita propter alia peccata quæ sunt maiora, quàm auaritia.

*li. 4. Sen. di. 39. §. 2.

¶ 5 Præterea, Hoc expresse Magister dicit in litera.*

¶ Sed contra est, quod dicitur Matth. 5. Qui dimiserit vxorem suam, excepta fornicationis causa, facit eam mœchari.

¶ Præt. Si hoc esset, tota die fierent diuortia, cum rarò inueniatur matrimonium, in quo alter coniugum in peccatum non labatur.

¶ Respondeo dicendum, quòd fornicatio corporalis, & infidelitas specialem habent contrarietatem ad bona matrimonii: vt ex dictis* patere potest, vnde specialem habent vim separandi matrimonia. Sed tamen intelligendum est q̄ matrimonium dupliciter soluitur. Vno modo quantum ad vinculum, & sic non potest solui post quam matrimonium est ratificatum, neque per infidelitatem, neque per adulterium: sed si non est ratificatum, soluitur vinculum permanente infidelitate in altero coniugum, si alter conuersus ad fidem ad aliud coniungium transeat: non autem soluitur vinculum prædictum per adulterium, aliàs infidelis liberè posset dare libellum repudii vxori adulteræ, & ea dimissa aliam ducere, quod falsum est. Alio modo soluitur matrimonium quantum ad actum, & sic solui potest tam per infidelitatem, quàm per fornicationem spiritualem: sed propter alia peccata non potest solui matrimonium, etiam quantum ad actum, nisi fortè ad tempus se velit vir subtrahere à consortio vxoris ad castigationem eius, subtrahendo ei præsentiæ suæ solatium.

Art. 3. huius q. cor.

Ad primum ergo dicendum, q̄ quāmuis adulterium magis directè opponatur matrimonio, inquantū est in officium naturę, q̄ infidelitas, tamen e contrario est, in quantum matrimonium est sacramentum ecclesiæ: ex quo habet perfectam firmitatem, inquantum significat indiuisibilē coniunctionē Christi & Ecclesiæ: & ideo matrimoniū quod nō est ratum, magis pōt solui quantū ad vinculum per infidelitatem, quàm per adulterium.

¶ Ad secundum dicendum, q̄ prima coniunctio animæ ad Deum est per fidem, & ideo per eam alia quasi disponitur Deo, ut patet Oseæ 2. Sponsabo te mihi in fide. Vnde in sacra Scriptura spāliter per fornicationem idololatria & infidelitas designantur: sed alia peccata magis remota significatione dicuntur spirituales fornicationes.

¶ Ad tertium dicendum, q̄ hoc intelligendum est quando mulier præstat magnam occasionem peccati viro suo, ut uir probabiliter sibi de periculo timeat, tūc. n. vir pōt se subtrahere ab eius cōuersatione, vt dictū est. *Ar. præ. corp.

¶ Ad quartum dicendum, q̄ auaritia dicitur idololatria per quandam similitudinem seruitutis, quia tam auarus, quā idololatra potius seruit creaturæ, quā Creatori, non aūt per similitudinem infidelitatis: quia corruptio infidelitatis est in intellectu, sed auaritiæ est affectu. loco cit. ar. 5. c.

¶ Ad quintum dicendum, q̄ verba Magistri* sunt accipienda de sponsalib. quia propter crimen superueniens sponsalia solui possunt: vel si loquatur de matrimonio, intelligendū est de separatione à communi conuersatione ad tempus, vt dictum est: * vel quando vxor nō vult cohabitare nisi sub cōditione peccandi, ut cū dicit: Non ero vxor tua nisi mihi de latrocinio diutius congreges, tūc. n. potius eā dēt dimittere quā latrocinia exercere. In cor. ar.

QVAEST. LX.

De vxoricidio, in duos articulos diuisa.

DEinde considerandum est de vxoricidio.

¶ Circa quod quæruntur duo.

¶ Primò, Vtrùm in aliquo casu liceat vxorem occidere.

¶ Secundò, Vtrùm vxoricidium matrimonium impediat.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrùm liceat vxorem interficere in actu adulterij deprehensam.

250 AD primum sic proceditur. Videtur, q̄ liceat viro vxorem interficere in actu adulterii deprehensam. Lex enim diuina præcipit adulteras lapidari: sed ille qui legem diuinam exequitur non peccat: ergo nec occidēs propriam vxorem, si sit adultera. D. Tho. 4. di. 37. q. 2. ar. 1. & seq.

¶ 2 Præt. Illud quod licet legi, licet ei cui lex hoc committit: sed legi licet interficere adulteram, aut quamlibet personam ream mortis: cùm ergo lex commiserit viro interfectionem vxoris in actu adulterii deprehensæ, videtur, quòd ei liceat.

¶ 3 Præt. Vir habet potestatem maiorem super vxorem adulteram, quàm super eum, qui cum ea adulteriū commisit: sed si vir percutiat clericum quem cum propria vxore inuenit, non est excommunicatus: ergo videtur, quòd etiam liceat interficere propriam vxorem in adulterio deprehensam.

¶ 4 Præt. Vir tenetur vxorem suam corrigere: sed correctio fit per inflictionem iustæ pœnæ: cùm ergo iusta pœna adulterii sit mors, quia est capitale crimē, videtur, quòd liceat viro vxorem adulteram occidere.

li. 4. sent. di. 37. circa finem illius.

¶ Sed contra, In litera* dī, q̄ Ecclesia Dei nunquā cō stringit legib. humanis, vel mundanis, gladiū. n. nō hēt nisi spūalem: ergo vī. q̄ ei qui vult esse de Ecclesia, non sit licitus vsus legis illius, quæ vxoricidium permittit.

¶ Præt. Vir, & vxor ad paria iudicantur: sed vxori non

Universidad de Deusto
Biblioteca

non licet interficere virum in adulterio deprehensum: ergo nec viro vxorem.

¶ Respondeo dicendum, quòd virum interficere vxorem contingit dupliciter. Vno modo per iudicium ciuile, & sic non est dubium quòd sine peccato potest vir ze lo iustitiæ, non liuore vindictæ aut odij motus, vxorem adulteram in iudicio seculari accusare criminaliter de adulterio, & pœnam mortis à lege statutam petere: ficut etiam licet aliquem accusare de homicidio, aut de alio crimine: non tamen talis accusatio potest fieri in iudicio Ecclesiastico, quia Ecclesiæ non habet gladium materialem, vt in litera dicitur. Alio modo potest eam per seipsum occidere, non in iudicio conuictam & sic extra actũ adulterij eam interficere quantumcunque sciat eam esse adulteram, neque secundum leges ciuiles, neque secundum legem conscientiæ licet. Sed lex ciuilis quasi licitũ putat q̃ in ipso actu eam interficiat nõ quasi præcipiés, vel prohibens, sed quasi pœnam homicidij ei non infligẽs propter maximum incitamentum, quod habet vir in tali facto ad occisionem vxoris. Sed Ecclesia in hoc non est astricta legibus humanis, vt iudicet eum sine reatu pœnæ æternæ, vel pœnę Ecclesiastico iudicio infligendæ, ex hoc q̃ est sine reatu pœnæ infligendæ per iudicium seculare. Et ideo in nullo casu licet viro occidere vxorẽ propria auctoritate,

Aliàs per missit.

¶ Ad primum ergo dicendum, q̃ pœnam illam infligendam non *commisit lex personis priuatis, sed personis publicis, quæ habent officium ad hoc deputatum. Vir autem non est iudex vxoris: & ideo non potest eam interficere, sed coram iudice accusare.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ lex ciuilis non commisit viro occisionem vxoris, quasi præcipiens, quia sic non peccaret, sicut non peccat minister iudicis latronem occidens condemnatum ad mortem: sed permisit, pœnã non adhibens: vnde etiam difficultates quasdã appositi, quibus retraherentur viri ab vxoricidio.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ex hoc non probatur, q̃ sit licitum simpliciter: sed quantum ad immunitatem ab aliqua pœna, quia etiam excommunicatio quædam pœna est.

¶ Ad quartum dicendum, q̃ duplex est congregatio, quædam œconomica, sicut familia aliqua, & quædã politica, sicut ciuitas, & regnum. Ille igitur qui præest secundæ congregationi vt Rex, potest infligere pœnam, & corrigere personam, & exterminare ad purgationem cõmunitatis, cuius curam gerit; sed ille qui præest in prima congregatione vt pater familias, non potest infligere nisi pœnam corrigentem, quæ se non extendit vltra terminos emendationis, quam trãscendit pœna mortis: & ideo vir qui sic præest vxori, non potest ipsam interficere, sed aliàs accusare, vel castigare.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrùm vxoricidium impediat matrimonium.

251 AD secundum sic proceditur. Videtur, quòd vxoricidium non impedit matrimonium. Directius enim opponitur adulterium matrimonio, quàm homicidium: sed adulterium non impedit matrimonium: ergo nec vxoricidium.

¶ 2 Præterea, Grauius est peccatum occidere matrem, quàm vxorem, quia nunquam licet verberare matrem licet autem quandoque verberare vxorem: sed occisio matris non impedit matrimonium. ergo nec vxoris occisio.

¶ 3 Præterea, Magis peccat qui vxorem alterius propter adulterium interficit, quàm qui vxorem propriam, inquantum minus habet de motiuo, & minùs adest eius spectat eius correctio: sed qui alienam vxorem occidit, non impeditur à matrimonio: ergo nec ille qui propriam vxorem interficit.

¶ 4 Præterea, Remota causa, remouetur effectus: sed peccatum homicidij potest per pœnitentiam remoueri: ergo & impedimentum matrimonij, quod ex eo causatur: & ita videtur q̃ post peractam pœnitentiã non prohibeatur matrimonium contrahere.

¶ Sed contra est, quod Canon. † dicit, Interfectores suarum coniugum ad pœnitentiam redigendi sunt, *qui bus penitus denegatur coniugium.

†In decretis 33.q.2 can. Interfectores. *ibi.c.12. & 4. sent. dist.37.§. B.

¶ Præterea, In eo in quo quis peccat, debet etiam puniri: sed peccat contra matrimonium, qui vxorem occidit: ergo debet puniri vt matrimonio priuetur.

¶ Respondeo dicendum, q̃ vxoricidium, ex statuto ecclesiæ* matrimonium impedit: sed quandoque impedit contrahendum, & non dirimit contractum: quando s. propter adulterium vir occidit vxorem, aut etiam propter odium: tamen si timetur de incontinentia eius, potest cum eo dispensari per Ecclesiam, vt licitè matrimonium contrahat: quandoque etiam dirimit contractum, vt quando aliquis interficit vxorem suam, vt ducat eam cum qua mœchatur: tunc enim efficitur illegitima persona simpliciter ad contrahendum cum illa, ita quòd si de facto cum ea contraxerit matrimonium, dirimitur. Sed per hoc non efficitur simpliciter persona illegitima respectu aliarum mulierum, Vnde si cum alia contraxerit, quàmuis peccet, contractum Ecclesiæ facient: tamen matrimonium contractum non dirimitur propter hoc.

Decre 33. q.2.c. Interfectores.

¶ Ad primum ergo dicendum, q̃ homicidium & adulterium in aliquo casu impediunt matrimonii contrahendum, & dirimunt contractum, sicut de vxoricidio hic dicitur, & de adulterio infrà dicetur. Vel dicendum, quòd vxoricidium est contra substantiam coniugij, sed adulterium est contra bonum fidei ei debitæ, & ideo adulterium non est magis contra matrimonium, quàm vxoricidium: & ita ratio procedit ex falsis.

¶ Ad secundum dicendum, quòd simpliciter loquendo grauius peccatum est, occidere matrem, quàm vxorem, & magis contra naturam, quia naturaliter homo matrem reueretur; & ideo minus inclinatur ad interfectionem matris, & promior est ad interfectionem vxoris, ad cuius pronitatis represionem vxoricidis est matrimonium ab Ecclesia interdictum.

¶ Ad tertium dicendum, quòd talis non peccat contra matrimonium, sicut ille qui propriam vxorem interficit; & ideo non est simile.

Ad quartum dicendum, q̃ non est necessarium quòd delera culpa, deleatur omnis pœna, sicut de irregularitate patet. Non enim pœnitentia restituit in pristinam dignitatem, quamuis possit restituere in pristinum statum gratiæ, vt dictum* est.

9.28.ar.1. ad 3.

QVAEST. LXI.

De impedimento matrimonij quod est votum solenne, in tres articulos diuisa.

DEinde considerandum est, de impedimentis quæ superueniunt matrimonio. Et primo, de impedimento quod prouenit matrimonio, scilicet de voto solenni. Secundò, de impedimento quod prouenit matrimonio consummato, s. de fornicatione.

¶ Circa primum quæruntur tria.

¶ Primò, vtrùm alter coniugum altero inuito, post carnalem copulam possit religionem intrare.

¶ Secundò, vtrùm ante carnalem copulam possit intrare.

¶ Tertiò, vtrùm mulier possit nubere alteri viro, priore ante carnalem copulam religionem ingresso.

ARTI-

ARTICVLVS I.

¶ Vtrùm alter coniugum, altero inuito, post carnalem copulam possit religionem intrare.

252 D.Tho.4. d.27 q.1. art.3. q.1 & seq.

AD primum sic proceditur. Videtur, q̃ alter coniugum etiam post carnalem copulam possit altero inuito ad religionem transire. Quia lex diuina magis debet spiritualibus fauere quàm lex humana: sed lex humana hoc permisit: ergo multò fortius lex diuina permittere debuit.

¶ 2 Præt. Minus bonum non impedit maius bonum: sed matrimonii status est minus bonum, quàm status religionis, vt patet 1. Cor. 7. ergo per matrimonium non debet homo impediri, quin possit ad religionem transire.

¶ 3 Præt. In qualibet religione sit quoddam spirituale matrimonium: sed licet de leuiori religione ad arctiorem transire: ergo & licet de matrimonio leuiori, scilicet carnali, ad arctius, scilicet matrimonium religionis, transire, etiam inuita vxore.

¶ Sed contra est, quod dicitur 1. Cor. 7. vt nec etiam ad tempus vacent orationi coniuges sine mutuo consensu, à matrimonio abstinentes.

¶ Præt. Nullus potest facere licitè quod est in præiudicium alterius, sine eius voluntate: sed votum religionis emissum ab vno coniugum est in præiudicium alterius, quia vnus habet potestatem corporis alterius: ergo vnus sine consensu alterius non potest votum religionis emittere.

*Al obligationẽ.

¶ Respon. dicendum, q̃ nullus potest facere * oblationem Deo de alieno: vnde cùm per matrimonium consummatum, iam sit corpus viri factum vxoris non potest sine consensu eius Deo ipsum offerre per continentiæ votum.

¶ Ad primum ergo dicendum, q̃ lex humana considerat matrimonium solùm, inquantum est in officium naturæ: sed lex diuina, secundùm quod est sacramentum, ex quo habet omnimodam indiuisibilitatem: & ideò non est simile.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ non est inconueniens maius bonum impediri per minus bonum, quod habet contrarietatem ad ipsum, sicut etiam bonum per malum impeditur.

†Alias, tamen.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ in qualibet religione contrahitur matrimonium ad vnam personam, scilicet Christum, cui quantum † ad plura obligatur aliquis in vna religione, quàm in alia: sed matrimonium carnale & religionis, non fiunt ad vnam personam: & ideo non est simile.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrùm alter coniugum possit altero inuito ante carnalem copulam religionem intrare.

253 AD secundum sic proceditur. Videtur, q̃ nec etiam ante carnalem copulam possit vnus coniugum altero inuito religionem intrare. Indiuisibilitas enim matrimonii pertinet ad matrimonii sacramẽtum, inquantum scilicet significat perpetuam coniunctionem Christi ad Ecclesiam, sed ante carnalem copulam post consensum per verba de præsenti expressum, est verum matrimonii sacramentum: ergo non potest fieri diuisio per hoc quod alter ad religionem intrat.

¶ 2 Præt. In ipso consensu per verba de præsenti expresso vnus coniugum in alterum potestatem sui corporis transfert: ergo statim debet exigere debitum, & alter tenetur reddere: & ita non potest vnus inuito altero ad religionem transire.

¶ 3 Præt. Matt. 10. dicitur, Quod Deus coniunxit, homo non separet: sed coniunctio quæ est ante carnalem copulam, diuinitus facta est: ergo non potest separari humana voluntate.

In præfatione super euangeliũ Ioannis in uenies illã in glosa ordinaria Euangelio Ioãnis præfixam.

¶ Sed contra est, q̃ secundum Hier.* Dominus vocauit Ioannem de nuptijs.

¶ Respon. dicendum, q̃ ante carnalem copulam est inter coniuges tantùm spirituale vinculum, sed postea etiam est inter eos vinculum carnale: & ideo sicut post carnalem copulam matrimonium soluitur per mortem carnalem, ita per ingressum religionis vinculum quod est ante carnalem copulam, soluitur: quia religio est quædam mors spiritualis, qua aliquis seculo moriens, viuit Deo.

¶ Ad primum ergo dicendum, q̃ matrimonium ante carnalem copulam significat illam coniunctionem, quæ est Christi ad animam per gratiam, quæ quidem soluitur per dispositionem spiritualem contrariam, id est, per peccatum mortale, sed post carnalem copulam significat cõiunctionem Christi ad Ecclesiam, quãtum ad assumptionem humanæ naturæ in vnitatem personæ, quæ omnino est indiuisibilis.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ ante carnalem copulam non est omnino translatum corpus vnius sub potestate alterius, sed sub conditione, si interea alter coniugum ad frugem melioris vitæ non conuolet: sed per carnalem copulam completur dicta translatio, quia tunc intrat vterque in corporalem possessionem sibi traditæ potestatis. Vnde etiam ante carnalem copulam, non statim tenetur reddere debitum post matrimonium contractum per verba de præsenti, sed datur ei tempus duorum mensiũ propter tria. Primò vt interim possit deliberare de transeundo ad religionem. Secundò, vt præparentur quæ sunt necessaria ad solennitatem nuptiarum. Tertiò, ne vilem habeat maritus datam, quam non suspirauit dilatam.

¶ Ad tertium dicendum, quòd coniunctio matrimonialis ante carnalem copulam est quidem perfecta quantum ad esse primum: sed non consummata quantum ad actum, secundum quòd est operatio: & similatur possessioni corporali: & ideo nec omnimodam indiuisibilitatem habet.

Q.42.art. 4.cor.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrùm mulier possit nubere alteri viro, ante carnalem copulam viro suo religionem ingresso.

AD tertium sic proceditur. Videtur, q̃ mulier non possit nubere alteri viro, ante carnalem copulam uiro suo religionẽ ingresso. Quia illud quod cum matrimonio stare potest, non soluit matrimoniale vinculum: sed adhuc manet vinculum matrimoniale inter eos qui pari voto religionem intrant: ergo ex hoc q̃ vnus intrat religionem, alter non absoluitur à vinculo matrimoniali: sed quamdiu manet vinculum matrimoniale ad vnum, non potest nubere alteri: ergo &c.

¶ 2 Præt. Vir post ingressum religionis potest antè professionem redire ad seculum: si ergo mulier posset alteri nubere, viro intrante religionem, & ipse posset alteram ducere, rediens ad seculum: quod est absurdum.

In Decre. li. 3. tit. 31. & é de Regularibus & trãseuntib. ad religionem, c. Ad Apost. & est c. 16.

¶ 3 Præt. Per Decretalem † nouam, professio ante annum emissa, pro nulla reputatur: ergo si post talem professionem ad vxorem redeat, tenetur eum recipere: ergo neque per introitum viri in religionem, neque per votum datur mulieri potestas alteri nubendi.

¶ Sed contra, Nullus potest alterum obligare ad ea quæ sunt perfectionis: sed continentia est de his quæ ad perfectionem pertinent: ergo mulier non arctatur ad continentiam ex hoc quòd vir religionem ingreditur, & sic potest nubere.

¶ Re-

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶Respondeo dicendum, ꝙ sicut corporalis mors viri hoc modo vinculum matrimoniale soluit, vt mulier nubat cui vult, secundum Apostoli sententiam: ita etiam post mortem spiritualem viri per religionis ingressum poterit cui voluerit nubere.

¶Ad primum ergo dicendum, ꝙ quando vterq; pari voto continentiam vouet tunc neuter coniugali vinculo abrenuntiat, & ideo adhuc manet: sed quando vnus tantum vouet, tunc quantum in se est, abrenuntiat vinculo coniugali: & ideo alter absoluitur à vinculo illo.

¶Ad secundum dicendum, ꝙ non intelligitur mortuus sęculo per religionis ingressum quousque professionem emiserit: & ideo vsque ad tempus illud tenetur eum vxor sua expectare.

¶Ad tertium dicendum, ꝙ de professione sic emissa ante tempus determinatum à iure est idem iudicium quod de voto simplici. Vnde sicut post votum simplex viri, mulier ei debitum reddere non tenetur, tamen ipsa non habet potestatem alteri nubere: ita & hic.

QVAEST. LXII.

De impedimento quod superuenit matrimonio consummato, quod est fornicatio, in sex articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de impedimento, quod superuenit matrimonio consummato, scilicet de fornicatione, quæ impedit matrimonium præcedens quo ad actum, remanente vinculo matrimoniali.

¶Et circa hoc quæruntur sex.

¶Primò, Vtrùm liceat viro vxorem dimittere causa fornicationis.

¶Secundò, Vtrùm ad hoc teneatur.

¶Tertiò, Vtrùm proprio iudicio possit eam dimittere.

¶Quartò, Vtrùm vir & vxor quantum ad hoc sint æquales conditionis.

¶Quintò, Vtrùm post diuortium debeant manere innupti.

¶Sextò, Vtrùm post diuortium possint reconciliari.

ARTICVLVS I.

¶Vtrùm propter fornicationem liceat viro vxorem dimittere.

255 D. Th. 4. d. 35. q. v. nica, art. 1 & seq.

AD primum sic procedit. Videtur, ꝙ propter fornicationem non liceat viro vxorem dimittere. Non. n. est malum pro malo reddendum: sed vir dimittendo vxorem propter fornicationem, videtur malum pro malo reddere: ergo hoc non licet.

¶2 Præt. Maius peccatum est, si vterque fornicetur, quàm si alter tantùm fornicatus fuerit.

¶3 Præt. Fornicatio spiritualis & quædam alia peccata sunt grauiora, quàm fornicatio carnalis: sed propter illa non potest fieri separatio à toro: ergo nec propter fornicationem carnalem.

¶4 Præt. Vitium contra naturam magis remotum est à bonis matrimonij, quàm fornicatio, quæ modo naturæ fit: ergo magis debuit poni causa separationis, quàm fornicatio.

¶Sed contra est, quod dicitur Matth. 5.

¶Præt. Illi qui frangit fidem, non tenetur aliquis fidem seruare: sed coniunx fornicando fidem frangit, quâ alteri coniugi debet. ergo alter potest alterum causa fornicationis dimittere.

¶Respon, dicendum, ꝙ Dñs dimittere vxorem concessit p̃p fornicationem, in pœnam illius qui fidem fregit: & in fauorem illius qui fidem seruauit, vt non sit astrictus ad reddendum ei debitum, qui non seruauit fidem. Excipiuntur tñ septem casus, in quib. non licet viro vxorem dimittere fornicantem, in quib. vel vxor à culpa immunis est, vel vtriq; sunt æqualiter culpabiles. Primus est, si ipse vir fuit fornicatus fuerit. Secundus si ipse vxorem prostituerit. Tertius, si vxor virum suum probabiliter mortuum credens, pp longam eius absentiam alteri nupserit. Quartus est, si latenter cognita est aba liquo sub specie viri lectum subintrante. Quintus, si fuerit vi oppressa. Sextus; si reconciliauerit eam sibi post adulterium perpetratum, carnaliter eam cognoscens. Septimus, si matrimonio in infidelitate vtriusq; contracto vir dederit vxori libellum repudij, & vxor alteri nupserit, tunc enim si vterq; conuertatur, tenetur eam vir recipere.

¶Ad primum ergo dicendum, ꝙ vir, si dimittat vxorẽ fornicantem liuore vindictæ peccat: si autem ad infamiam propriam cauendam, ne videatur particeps criminis, vel ad vitium vxoris corrigendum: vel ad euitandũ prolis incertitudinem, non peccat.

¶Ad secundum dicendum, ꝙ diuortium ex causa fornicationis fit vno accũsante alium: & quia nullus potest accusare, qui in simili crimine existit, quando vterq; fornicatur, diuortium celebrari non potest, quamuis magis peccetur contra matrimonium vtroq; fornicante, quàm altero tantùm.

¶Ad tertium dicendum, ꝙ fornicatio directè est contra bonum matrimonii, quia tollitur per eam certitudo prolis, & fides frangitur, & significatio nõ seruatur: dum vnus coniugum pluribus carnem suam diuidit: & ideò alia crimina quamuis fortè sint maiora fornicatione, nõ tamen causant diuortium. Sed quia infidelitas, quæ dicitur spiritualis fornicatio, etiam est contra bonum matrimonii, quod est proles educanda ad cultum Dei: etiam ipsa facit diuortium, sed tamen aliter, quàm corporalis fornicatio; quia propter vnum actum fornicationis carnalis potest procedi ad diuortium, non autem propter vnum actum infidelitatis, sed propter consuetudinem quæ pertinaciam ostendit, in qua infidelitas perficitur.

¶Ad quartum dicendum, ꝙ etiam propter vitium contra naturam potest procedi ad diuortium. sed tamen non fit ita mentio de ipso, tum quia est passio innominabilis, tum quia rarius accidit, tum quia non ita causat incertitudinem prolis.

ARTICVLVS II.

¶Vtrùm vir teneatur ex præcepto vxorem fornicantem dimittere.

256

AD secundum sic proceditur. Videtur, ꝙ vir teneatur ex præcepto vxorem fornicantem dimittere: vir. n. cùm sit caput vxoris tenetur vxorem corrigere, sed separatio à toro est inducta ad correctionem vxoris fornicantis: ergo tenetur eam à se separare.

¶2 Præt. Qui consentit peccanti mortaliter, ipse etiã mortaliter peccat: sed vir retinens vxorem fornicantẽ, consentire ei videtur, vt in litera dicitur*: ergo peccat, nisi eam à se eiiciat.

*li. 4 Sen. d. 35. q. 2.

¶3 Præt. Primæ ad Corinth. 6. dicitur, qui adhæret meretrici, vnum corpus efficitur: sed non potest aliquis simul esse membrum meretricis & Christi, vt ibidem dicitur: ergo vir vxori fornicanti adhærens, membrum Christi esse desinit, & sic mortaliter peccat.

¶4 Præt. Sicut cognatio tollit vinculum matrimonii, ita fornicatio separat a toro: sed postquam vir nouerit consanguinitatem sui ad vxorem, mortaliter peccat, eam cognoscens carnaliter: ergo & si cognoscat vxorem post quam scit ipsam esse fornicatam, mortaliter peccat.

¶5 Sed contra, est quod dicit Glos. *1. Cor. 7. ꝙ Dominus permisit causa fornicationis vxorem dimittere: ergo non est in præcepto.

* Glosa interlinearis super illud, Vir vxorem nõ dimittat.

¶6 Præt. Quilibet potest dimittere alteri quod in se peccauit: sed vxor fornicando peccauit in virum: ergo vir potest ei parcere, vt non dimittat eam.

¶Re-

¶Respondeo dicendum, quòd dimissio vxoris fornicantis introducta est ad corrigendum vxoris crimen per talem pœnam: pœna autem corrigens non requiritur vbi emendatio iam præcessit: & ideò si mulier de peccato pœniteat, vir non tenetur eam dimittere; si autem non pœniteat, tenetur ne peccato eius consentire videatur, dum correctionem debitam non apponit.

¶Ad primum ergo dicendum, quòd peccatum fornicationis in vxore potest corrigi non tãtum tali pœna, sed etiam verbis & verbere: & ideò si aliàs ad correctionem sit parata, non tenetur vir prædictam pœnam, ad eius correctionem adhibere.

¶Ad secundum dicendum, quòd tunc vir vxori consentire videtur, quando eam tenet non cessanteni à peccato præterito: si autem emendata fuerit, non ei consentit.

¶Ad tertium dicendum quòd ex quo de peccato fornicationis pœnituit, meretrix dici non potest: & ideo vir ei se coniungendo, membrum meretricis non fit. Vel dicendum, quòd non coniungitur ei quasi meretrici, sed quasi vxori.

¶Ad quartum dicendum, quòd non est simile, quia consanguinitas facit, vt non sit inter eos vinculum matrimoniale, & ideo carnalis copula fit illicita: sed fornicatio non tollit vinculum prædictum: & ideò actus remanet quantum est de se licitus, nisi per accidens illicitus fiat, inquantum vir consentire turpitudini vxoris videtur.

¶Ad quintum dicendum, quòd permissio illa est intelligenda per prohibitionis priuationem: & sic contra præceptum non diuiditur, quia etiam quod cadit sub præcepto non est prohibitum.

¶Ad sextum dicendum, quòd vxor non tantùm peccat in virum, sed etiam in seipsam & in Deum: & ideo vir non totaliter potest pœnam dimittere, nisi emendatio sequatur.

ARTICVLVS. III.

¶Vtrum vir proprio iudicio possit vxorem fornicantem dimittere.

257

AD tertium sic proceditur. Videtur, quòd proprio iudicio possit vir vxorem fornicantem dimittere. Sententiam enim à iudice latam absque alio iudicio exequi licet: sed Deus iudex iustus dedit hanc sententiam, vt propter fornicationem vir vxorem dimittere possit: non ergo requiritur ad hoc aliud iudicium.

¶2 Præterea, Matth. 1. dicitur, quòd Ioseph cùm esset iustus, cogitauit occultè dimittere Mariam: ergo videtur, quòd occultè vir possit diuortium celebrare absque iudicio Ecclesiæ.

¶3 Præt. Si vir post fornicationem vxoris cognitam debitum ei reddit, amittit actionem, quam contra fornicariam habebat: ergo denegatio debiti, quæ ad diuortium pertinet, debet Ecclesiæ iudicium præcedere.

¶4 Præt. Illud quod non potest probari, non debet ad Ecclesiæ iudicium adduci: sed fornicationis crimen non potest probari, quia oculus adulteri obseruat caliginem: vt dicitur Iob 24. ergo non debet iudicio Ecclesiæ prædictum diuortium fieri.

¶5 Præt. Accusationem debet inscriptio præcedere, qua aliquis se ad talionem obliget, si in probatione deficiat: sed hoc non potest esse in ista materia, quia tunc qualitercunque res iret, vir consequeretur intentum suum, siue ipse vxorem dimitteret, siue vxor eum: ergo non debet ad iudicium Ecclesiæ per accusationem adduci.

¶6 Præt. Plus tenetur homo vxori, quàm extraneo: sed homo crimen alterius etiam extranei, non debet ecclesiæ deferre, nisi monitione præmissa in secreto, vt patet Matth. 19. ergo multo minus potest crimẽ vxoris ad Ecclesiam deferre, si eam prius occultè non corripuerit.

¶Sed contra, Nullus debet seipsum vindicare: sed si vir vxorem fornicantem proprio arbitrio dimitteret, ipse se vindicaret: ergo hoc non debet fieri.

¶Præterea, Nullus in eadem causa est actor & iudex. Decre. 32. q. 2. c. 4. sed vir est actor impetens vxorem de offensa in se commissa: ergo ipse non potest esse iudex, & sic non debet eã proprio arbitrio dimittere.

¶Respondeo dicendum, quòd vir potest vxorem dimittere dupliciter. Vno modo, quantum ad totum tantum; & sic potest eam dimittere quàm citò sibi cõstat de fornicatione vxoris, proprio arbitrio; nec tenetur reddere debitum exigenti, nisi per ecclesiam compellatur, & taliter reddere nullũ præiudicium sibi facit. Alio modo quantum ad totum & cohabitationem; & hoc modo nõ potest dimitti nisi iudicio Ecclesiæ: & si aliàs dimissa fuerit, debet cogi ad cohabitandum, nisi posset ei vir inconti nenti fornicationem probare. Hæc autem dimissio diuortium dicitur: & ideo concedendum est quòd diuortium non potest celebrari nisi iudicio Ecclesiæ.

¶Ad primum ergo dicendum, quòd sententia est applicatio iuris communis ad particulare factum: vnde Deus ius promulgauit, secundum quod sententia iniudicio formari debet.

¶Ad secundum dicendum, quòd Ioseph voluit Virginem dimittere, nõ quasi suspectam de fornicatione, sed ob reuerentiam sanctitatis eius, timens cohabitare ei: nec tamen est simile quia tunc ex adulterio non solùm procedebatur ad diuortium, sed vlterius ad lapidationem, non autem nunc quando agitur iudicio Ecclesiæ.

¶Ad tertium patet solutio ex dictis*. In cor. ꝙc.

¶Ad quartum dicendum, quòd quandoque vir vxorem suspectam de adulterio habens, ei insidiatur, vt deprehẽdere possit eam cum testibus in crimine fornicationis, & sic potest ad accusationem procedere. Et præterea si de facto ipso non cõstat, possunt esse violentæ suspicionis fornicationis, quibus probatis videtur fornicatio probata esse, vt si inueniatur solus cum sola horis & locis suspectis, & nudus cum nuda.

¶Ad quintum dicendum, quòd maritus potest accusare vxorem de adulterio dupliciter. Vno modo ad tori separationẽ coram iudice spirituali, & tunc inscriptio nõ debet fieri cum obligatione ad * legem talionis: quia sic vir consequeretur intentum suum, vt probat obiectio. Alio modo ad punitionem criminis in iudicio seculari, & sic oportet quòd precedat inscriptio, per quam ad pœnã talionis se obliget, si in probatione deficiat. * Al. pœnam.

¶Ad sextum dicendum, quòd sicut Decret. dicit, tribus modis in criminibus procedi potest. Primò, per inquisitionem, quam debet præcedere clamosa insinuatio, quæ locum accusationis tenet. Secundò per accusationem quam debet præcedere inscriptio. Tertiò, per denuntiationem, quam debet præcedere fraterna correptio. Verbum ergo Domini intelligitur, quando agitur per viam denuntiationis, non quando agitur per viam accusationis: quia tunc non agitur solùm ad correctionem delinquentis, sed ad punitionem propter bonum commune conseruandum, quod iustitia deficiente periret.

ARTICVLVS IIII.

¶Vtrum vir & vxor in causa diuersi possint ad paria iudicari

258

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quòd vir & vxor non debeant in causa diuortii ad paria iudicari. Diuortium enim tenetur in lege noua loco repudii, quod erat in lege veteri, vt patet Matth. 5. sed in repudio vir & vxor non iudicabantur ad paria, quia vir poterat repudiare vxorem, & non econuerso: ergo nec in diuortio debent ad paria iudicari.

¶2 Præt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ 2 Præt. Plus est contra legem naturæ, quòd vxor plures viros habeat quàm ꝙ vir plures mulieres, vnde hoc quandoque licuit: illud verò nunquam: ergo plus peccat mulier in adulterio quàm vir, & ita non debent, ad paria iudicari.

¶ 3 Præt. Vbi est maius nocumentum proximi, ibi est maius peccatū: sed plus nocet vxor adultera viro, quàm vir adulter vxori, quia* adulterium vxoris facit incertitudinem prolis: non autem adulterium viri: ergo maius est peccatum vxoris, & sic non debent ad paria iudicari. Ar. 3. huius q. in fi.

¶ 4 Præt. Diuortium inducitur ad crimen adulterii corrigendum: sed magis pertinet ad virum, qui est caput mulieris (vt dicitur 1 Cor. 11.) Corrigere vxorem, quàm conuerse: ergo non debent in repudio ad paria iudicari, sed vir debet esse melioris conditionis.

¶ 5 Sed contra, Videtur, quòd in hoc vxor debeat esse melioris conditionis. Quia quantò est maior fragilitas in peccante, tantò magis est peccatum venia dignum: sed in mulieribus est maior fragilitas, quàm in viris: ratione cuius dicit Chrysostomus, † quòd propria passio mulierum est luxuria; & Philosophus* dicit in septimo Ethicorum, Quòd mulieres non dicuntur continentes, propriè loquendo, propter facilem inclinationem ad concupiscentias: quia nec bruta animalia possunt continere propter hoc ꝙ non habent aliquid quod concupiscentiis obuiare possit. Ergo mulieribus in pœna diuortii debet magis parci. Homil. 86 in Io. circa fi. to. 3. Et Homi. 40. i Mat. in opere i perfe. to. 2. li. 7. Ethicorū. c. 5.

¶ 6 Prætera, Vir ponitur caput mulieris vt ipsam corrigat: ergo magis peccat, quàm mulier, & sic debet magis puniri.

¶ Respondeo dicendum, quòd in casu diuortij vir & vxor ad paria iudicantur, vt idem sit licitum, & illicitum vni, quod alteri; non tamen pariter iudicantur ad illa, quia causa diuortii est maior in vno, quàm in alio, cū tamen in vtroque sit sufficiens causa ad diuortium. Diuortium enim pœna est adulterij, inquantum est contra matrimonij bona. Quantum autem ad bonum fidei, ad quam coniuges æqualiter sibi inuicem tenentur, tantū peccat contra matrimonium, adulterium vnius, sicut adulterium alterius: & hæc causa, in vtroque sufficit ad diuortium. Sed quantum ad bonum prolis, plus peccat adulterium vxoris: quàm viri; & ideo maior est causa diuortii in vxore quàm in viro, & sic ad æqualia, sed non ex æqua li causa obligantur; nec tamen iniustè, quia in in vtroque est causa sufficiens ad hanc pœnam; sicut est etiam de duobus, qui damnantur ad eiusdem mortis pœnam, quamuis alius altero grauius peccauerit.

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ * repudium non permittebatur nisi ad euitandum homicidium: & quia in viris magis erat de hoc periculum, quàm in mulieribus, ideo viro per libellum repudij, permittebatur dimittere vxorem, non autem econuerso. *Inf. q. 67 arti. 6.

¶ Ad secundum & tertium dicendum, quòd rationes illæ procedunt, secundum quod in comparatione ad bonum prolis maior sit causa diuortii in vxore adulrera quàm in vito, non tamen sequitur, ꝙ non iudicentur ad paria, vt ex dictis* patet. Aug. debono cõiugali c. 7. to. 6

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ quamuis vir sit caput mulieris quasi gubernator, nõ tamen quasi iudex ipsius, sicut nec econuerso, & ideo in eis, quæ per iudicium facienda sunt, non plus potest vir in uxorem, quàm econuerso. In cor. ar.

¶ Ad quintum dicendum, quòd in adulterio inuenitur de ratione peccati idem quod est in fornicatione simplici, & adhuc plus quòd magis grauat, s. matrimonii læsio. Si ergo consideretur id quod est commune adulterio, & fornicationi, peccatum viri, & mulieris se habent vt excedentia & excessa, quia in muliere est plus de humore: & ideo sunt magis ducibiles à concupiscentijs, sed in viro est plus de calore qui concupiscētiam excitat: sed tamen simpliciter loquendo, cæteris paribus, vt in simpli ci fornicatione plus peccat, quā mulier, quia plus habet de rationis bono, ꝙ prævalet quibuslibet morbus corporalium passionum. Sed quātum ad læsionem matrimonij, quam adulteriū fornicationi addit ex qua diuortium causat, plus peccat mulier, quàm vir, vt ex dictis* patet: & quia hoc est grauius quàm simplex fornicatio: ideo simpliciter loquēdo, plus peccat mulier adultera, quàm vir adulter, cæteris paribus. In cor. ar.

¶ Ad sextum dicendum, quòd quamuis regimen quod datur viro in mulierem, sit quædam circunstantia aggrauans; tamen ex illa circunstantia, quæ in aliam speciem trahit, magis aggrauatur peccatū, scilicet ex læsione matrimonij quæ trahit ad speciem iniustiæ in hoc, ꝙ furtiuè aliena proles submittitur.

ARTICVLVS V.

¶ Vtrùm post diuortium vir alteri nubere possit.

259

AD Quintum sic proceditur. Videtur, ꝙ post diuortium vir alteri nubere possit. Nullus enim tenetur ad perpetuam continentiam: sed vir tenetur in aliquo casu vxorem fornicantem à se in perpetuum separare, vt patet ex dictis *: ergo videtur, ꝙ ad minus in tali casu alteram ducere possit. Art. 2. huius q.

¶ 2 Præterea, Peccanti non est danda maior occasio peccandi: sed si ei, qui propter culpam fornicationis dimittitur, non licet aliam copulam quærere, datur sibi maior occasio peccandi: non enim est probabile, quòd qui in matrimonio non continuit, quòd posteà continere possit: ergo videtur, quòd liceat ei ad aliam copulam transire.

¶ 3 Præt. Vxor non tenetur viro nisi ad debitum reddendum & cohabitationem: sed per diuortium ab vtroque absoluitur: ergo soluta est à lege viri: ergo potest alteri nubere; & eadem ratio est de viro.

¶ 4 Præterea, Mat. 19. dicitur: Quicunque dimiserit vxorem suam nisi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur: ergo videtur, quòd si causa fornicationis dimissa vxore aliam duxerit, non mœchetur: & ita erit verum matrimonium. Aug. li. 2. de adul. cõiug. c. 5. 9. 21. 22. & li. 1. c. 11. 12. & 22.

¶ Sed contra, Primæ Cor. 7. Præcipio, non ego, sed Dominus, vxorem à viro non discedere: quòd si discesserit, manere innuptam. vide dect. 32 q. 7.

¶ Præt. Nullus ex peccato debet reportare commodum: sed reportaret, si liceret adulteræ ad aliud magis desideratum connubium transire, & esset occasio adulteranti volentibus alia matrimonia quærere: ergo non licet aliam copulam quærere*, neque viro, neque vxori. Conc. Milcuit. c. 17

¶ Respondeo dicendum, quòd nihil adueniens supra matrimonium, potest ipsum dissoluere: & ideo adulterium non facit quin sit verum matrimonium. Manet enim, vt Aug* dicit, inter viuentes coniugale vinculum quod nec separatio nec cum aliquo iunctio potest auferre: & ideo non licet vni, altero viuente, ad aliam copulam transire. li. 1. de nupt. & concupiscē. c. 7. 10. 15. & 21. 2 moralio, to. 7.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd quamuis nullus per se obligetur ad continentiam, tamen per accidens potest esse quòd obligetur: sicut si vxor sua ægritudinem incurabilem incurrat, & talem quæ carnalem copulam non patiatur: & similiter etiam est si incorrigibiliter spirituali infirmitate, scilicet fornicatione, laboret.

¶ Ad Secvndvm dicendum, quòd ipsa confusio quam reportat ex diuortio, debet eam cohibere à peccato: quod si cohibere non potest, minus malum est, quòd ipsa sola peccet, quàm quòd peccati eius vir sit particeps.

¶ Ad tertium dicendum, quòd quāmuis vxor post diuortium non teneatur viro adultero ad debitum reddendum, & cohabitandum; tamen adhuc manet vinculum matrimonij, ex quo ad hoc tenebatur: & ideo non potest ad aliam copulam transire vito viuente: potest tamen continentiam vouere viro inuito: nisi videatur Ecclesia decepta fuisse per falsos testes, sententiando de diuortio: quia in tali casu etiam si votum professionis emisisset, restitueretur viro, & teneretur reddere debitum: sed non liceret ei exigere.

¶ Ad quartum dicendum ꝙ exceptio illa quæ est in verbis Domini, refertur ad dimissionem vxoris, & ideo obiectio ex falso intellectu procedit.

ARTICVLVS VI.

¶ Vtrùm post diuortium vir & vxor possint reconciliari.

AD sextum sic proceditur. Videtur, quod post diuortium vir & vxor non possint reconciliari. Regula enim est in iure: Quod semel bene definitum est, nulla debet iteratione retractari: sed iudicio Ecclesiæ definitum est, quòd debent separari: ergo non possunt reconciliari vlteriùs.

¶ 2 Præterea, Si posset esse reconciliatio, præcipuè videretur ꝙ post pœnitentiam vxoris vir teneatur eam recipere: sed non tenetur, quia etiā vxor non potest pro * exceptione, proponere in iudicio suam pœnitentiam contra virum accusantem de fornicatione: ergo nullo modo potest fieri reconciliatio. *Al. exemptione.

¶ 3 Præterea, Si posset esse reconciliatio, videtur, ꝙ vxor adultera teneretur redire ad virum ipsam reuocantem: sed non tenetur, quia iam separati sunt iudicio Ecclesiæ: ergo, &c.

¶ 4 Præterea, Sileceret reconciliare vxorem adulteram in illo casu præcipuè deberet fieri, qui vir post diuortium inuenitur adulterium committere: sed in hoc casu vxor non potest cogere eum ad reconciliationem, cùm iustè sit diuortium celebratum: ergo nullo modo potest reconciliari.

¶ 5 Præterea, Si vir adulter occultè dimittat vxorem conuictam de adulterio per Ecclesiæ iudicium, non videtur iustè factum diuortium: sed tamen vir non tenetur vxorem sibi reconciliare, quia vxor probare in iudicio adulterium viri nõ potest: ergo multò minus quando diuortium iustè est celebratum, & reconciliatio fieri potest.

¶ Sed contra est, quod dicitur 1. Corint. 7. Quòd si discesserit, manere innuptam, aut viro suo reconciliari.

¶ Præterea, Vir poterit eam non dimittere post fornicationem: ergo eadem ratione potest eā post diuortium reconciliare sibi.

¶ Respon. dicendum, ꝙ si vxor post diuortium de peccato pœnitentiam agens emendata fuerit, potest eam sibi vir reconciliare: si autem in peccato incorrigibilis maneat, non debet eam reassumere eadem ratione, qua non licebat eam nolentem à peccato desistere, retinere.

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ sententia Ecclesiæ diuortium celebrantis non fuit cogens ad separationem, sed licentiam præbens: & ideo absque retractatione præcedentis sententiæ potest reconciliatio fieri, vel sequi.

¶ Ad secvndvm dicendum, quòd pœnitentia vxoris debet inducere virum vt vxorem forniantem non accuset aut dimittat, sed tamen non potest ad hoc cogi, nec potest per pœnitentiam eum vxor ab accusatione repellere: quia cessante culpa & quantum ad actum, & quantum ad maculam, adhuc manet aliquid de reatu, & cessante reatu etiam quo ad Deum, adhuc manet reatus quo ad pœnam humano iudicio inferendam, quia homo non videt cor, sicut Deus.

¶ Ad tertium dicendum, quòd illud quod inducitur in fauorem alicuius, non facit ei præiudicium: vnde cùm diuortium sit inductum in fauorem viri, non aufert ei ius petendi debitum vel reuocādi vxorem. Vnde vxor tenetur ei reddere, & ad eum redire, si fuerit reuocata, nisi de licentia eius votum continentiæ emiserit.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ propter adulterium quod vir prius innocens post diuortium committit, secundum rigorem iuris non debet cogi ad recipiendum vxorem adulteram prius, tamen secundum æquitatem iuris iudex ex officio suo debet eum * cogere, vt caueat periculo animæ eius, & scandalo aliorum, quāmuis vxor non possit reconciliationem petere. * Al. monere.

¶ Ad quintum dicendum, ꝙ si adulterium viri sit occultum, per hoc non auferetur ius excipiendi contra accusationem viri vxori adulteræ, quamuis desit sibi probatio: & ideo peccat vir diuortium petens: & si post sententiam de diuortio vxor petat debitum, aut reconciliationem, vir tenetur ad vtrumque.

QVAESTIO LXIII.

De secundis nuptijs, in duos articulos diuisa.

CONSEQVENTER considerandum est de secundis nuptijs.

¶ Et circa hoc quæruntur duo.

¶ Primò, vtrùm sint licitæ.

¶ Secundò, vtrùm sint sacramentum.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrùm secundæ nuptiæ sint licitæ.

261

AD primum sic proceditur. Videtur, quòd secundæ nuptiæ non sint licitæ, quia iudicium de re debet esse secundum veritatem: dicit enim Chrysost.* ꝙ secundum virum accipere secundum veritatem est fornicatio, quæ non est licita: ergo nec secundum matrimonium. D. Tho. 4. dist. 42. q. 3. ar. 1. & 2. *hom. 32. in Matth. in opere imperfecto, to. 2. & Decre. 31 q. 1 c. 9 †Ambr. in fine comment. ad 7. ca. 1. ad Corinth. aliquid de hoc habetur. 5. *li. 4 Sen. dist 42. paragr. vlc. † Vide Aug. lib 16. de ciui. Dei, c. 34. to. 5. & in lib. de bono viduitatis, c. 12 *Aug li. 2. cont. aduers. leg. & proph. ca 11. †loco cita to in arg. 1. vide Aug de nuptijs ad Quod vult Deū, hæresi 26. 38. & 86 to. 6. & in li. de fide ad Petr. c. 42. to mo 3.

¶ 2 Præterea, Omne quod non est bonum, non est licitum: sed Ambr. † dicit, ꝙ secundum matrimonium non est bonum: ergo non est licitum.

¶ 3 Præterea, Nullus arceri debet ne intersit illis quæ sunt honesta & licita: sed sacerdotes arcent ne intersint secundis nuptijs, vt in litera * patet: ergo non sunt licitæ.

¶ 4 Præterea, Nullus reportat pœnam nisi pro culpa: sed pro secundis nuptijs aliquis reportat irregularitatis pœnam: ergo non sunt licitæ.

¶ Sed contra est, quod † Abraham legitur secundas nuptias contraxisse, Gen. 25.

¶ Præterea, Primæ Tim. 5. dicit Apostolus, Volo ego iuniores (scilicet viduas) nubere, filios procreare: ergo secundæ nuptiæ sunt licitæ.

¶ Respondeo dicendum, quòd vinculum matrimoniale non durat nisi vsque ad mortem, vt patet Romanorum septimo: & ideo moriente altero coniugum, vinculum matrimoniale cessat: vnde propter præcedens matrimonium non impeditur aliquis a secundo, mortuo coniuge, & sic * non solùm secundæ, sed tertiæ, & sic deinceps nuptiæ sunt licitæ.

¶ Ad primvm ergo dicendum, ꝙ Chrysost. † loquitur quantum ad causam, quæ aliquando solet ad secundas nuptias incitare, scilicet concupiscentiam, quæ etiam ad fornicationem incitat.

¶ Ad secundum dicendum, quòd secundum matrimonium dicitur non esse bonum, non quia non sit licitum, sed quia caret illo honore significationis, qui est in primis nuptijs, vt sit vna vnius: sicut est in Christo & Ecclesia.

¶ Ad tertium dicendum, quòd homines diuinis dediti, non solùm ab illicitis, sed etiam ab illis quæ habent aliquam

Universidad de Deusto
Biblioteca

aliquam turpitudinis speciem, arcentur: & ideo etiam arcentur à secundis nuptijs, quæ carent honestate, quæ erat in primis.

¶ Ad quartum dicendum, quòd irregularitas non semper inducitur propter culpam, sed propter defectum sacramenti: & ideo ratio non est proposita.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrùm secundum matrimonium sit sacramentum.

862 AD secundum sic proceditur. Videtur, ꝙ secundum matrimonium non sit sacramentum. Qui enim iterat sacramentum, facit ei iniuriam: sed nulli sacramento facienda est iniuria: ergo si secundum matrimonium esset sacramentum, nullo modo esset iterandum.

¶ 2 Præterea, In omni sacramento adhibetur aliqua benedictio: sed in secundis nuptijs non adhibetur benedictio, vt in litera * dicitur; ergo non sit ibi aliquod sacramentum.

*Ysi. 4. Sen. dist. 42. pa rag. I. in fine ex Ambr. 6 ment ca. 39. super illud 1. Co. 7. Beatior aute, &c. & glo. interlinear. ibid. † Vide de eret. dist. 33.

¶ 3 Præterea, Significatio est de essentia sacramenti. sed in secundo matrimonio non saluatur significatio matrimonij, quia non est vna vnius sicut Christus & Ecclesia, ergo non est sacramentum.

¶ 4 Præt. Vnum sacramentum nõ impedit à susceptione ordinum: ergo non est sacramentum.

¶ Sed contra Coitus in secundis nuptijs excusat à peccato, sicut etiam in primis: sed per tria bona matrimonij excusatur coitus matrimonialis, quæ sunt fides, proles, & sacramentum: ergo secundum matrimonium est sacramentum.

¶ Præterea, Ex secunda coniunctione viri ad mulierẽ non sacramentali, non contrahitur irregularitas, sicut patet de fornication: sed in secundis nuptijs contrahitur irregularitas: ergo sunt sacramentales.

¶ Respondeo dicendum, ꝙ vbicunque inueniuntur illa quæ sunt de essentia sacramenti, ibi est verum sacramentum. Vnde cùm in secundis nuptijs inueniantur omnia quæ sunt de essentia sacramenti matrimonij (quia debita materia, quam facit per onarũ legitimitas; & debita forma, scilicet expressio consensus interioris per verba de præsenti) constat ꝙ etiam secundũ matrimonium est sacramentum, sicut primum.

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ hoc intelligitur de sacramento quod inducit perpetuũ effectum: tunc enim si iteratur sacramentum, datur intelligi quòd primũ non fuit efficax, & sic fit primo iniuria, sicut patet in omnibus sacramentis, quæ imprimunt characterem: sed illa sacramenta quæ habent effectum non perpetuum, possunt iterari sine iniuria sacramenti, sicut patet de pœnitentia, & quia vinculum matrimoniale tollitur per mortem, nulla fit iniuria sacramento, si mulier post mortem viri, iteratò nubat.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ secundum matrimonium quamuis in se consideratum sit perfectum sacramentum, tamen consideratum in ordine ad primum habet aliquid de defectu sacramenti: quia non habet plenam significationem, cùm non sit vna vnius, sicut est in matrimonio Christi & Ecclesiæ: & * ratione huius defectus benedictio à secundis nuptijs subtrahitur, sed hoc est intelligendum, quando secundæ nuptiæ sunt secundæ & ex parte viri & ex parte mulieris, vel ex parte mulieris tantum: si enim virgo contrahat cum viro, qui habuit aliam vxorẽ, nihilominus nuptiæ benedicuntur: saluatur enim aliquo modo significatio etiam in ordine ad primas nuptias. Quia Christus etsi vnam Ecclesiam sponsam habeat: habet tamen plures personas desponsatas in vna ecclesia: sed anima non potest esse sponsa alterius quàm Christi, quia aliàs cum dæmone fornicatur; nec est ibi matrimonium spirituale, & propter hoc quando mulier secundò nubit, nuptiæ non benedicuntur, propter defectum sacramenti.

In Decretal li. 4. titu. 21. c. 1.

¶ Ad tertium dicendum, quòd significatio perfecta inuenitur in secundo matrimonio secundum se consideratum, non autem si consideretur in ordine ad præcedens matrimonium, & sic habet defectum sacramenti.

¶ Ad quartum dicendum, quòd secundum matrimonium impedit sacramentum ordinis quantum ad id quod habet de defectu sacramenti, & non inquantum est sacramentum.

QVAEST. LXIIII.

De annexis matrimonio, & debiti redditione, in septem articulos diuisa.

CONSEQVENTER considerandum est de annexis matrimonio. Et primò, de debiti redditione. Secundò, de pluralitate vxorũ. Tertiò, de bigamia. Quartò, de libello repudij. Quintò, de filijs illegitimè natis.

¶ Circa primum quæruntur septem.

¶ Primò, vtrùm alter coniugum teneatur alteri debitũ reddere.

¶ Secundò, vtrùm debeat aliquando reddere non poscenti.

¶ Tertiò, vtrùm vir & vxor in hoc sint æquales.

¶ Quartò, vtrùm vnus sine consensu alterius possit votũ emittere per quod redditio debiti impediatur.

¶ Quintò, vtrùm tempus impediat debiti petitionem.

¶ Sextò, vtrùm petẽs tempore sacro peccet mortaliter.

¶ Septimò, vtrùm reddere teneatur tempore festiuo.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum alter coniugum teneatur alteri ad redditionem debiti.

863 AD primum sic proceditur. Videtur, ꝙ alter coniugum non teneatr alteri ad redditionem debiti ex necessitate præcepti. Nullus enim prohibetur à sumptione Eucharistię propter hoc ꝙ præceptum implet, sed ille qui vxori debitum reddit, non potest carnes agni edere: vt Hieronym. † in litera * dicit: ergo reddere debitum nõ est de necessitate præcepti.

D. Tho. 4. dist. 32. ꝙ vnica, ar. 1 & seq. † Hieron. in ferm. quodam, cuius titulus est, De esu agni Paschalis incipit, Hodie tres charissimi populus Israel, & refert in decre. 32. q. 4. c. Scias tis. * li. 4. Sen. dist. 32. pa ragr. D. in principio. † li. 8. Ethic. ca. 12. à med. to mo 5.

¶ 2 Præterea, Quilibet potest licitè abstinere ab his quę sunt sibi nociua in persona: sed aliquando reddere debitum poscenti, esset personæ nociuum vel ratione infirmitatis, vel ratione solutionis iam factæ: ergo videtur ꝙ licitè possit debitum poscenti negari.

¶ 3 Præterea, Quicunque facit se impotentem ad faciendum id, ad quod ex præcepto tenetur, peccat: si ergo aliquis ex necessitate præcepti tenetur ad reddendũ debitum, videtur quòd peccet, si ieiunãdo, vel aliàs corpus suum attenuando, impotentem se reddat ad debiti solutionem; quod non videtur verum.

¶ 4 Præterea, Matrimonium, secundum Philosophũ, † ordinatur ad procreationem prolis & educationem, & iterum ad communicationem vitæ; sed lepra est contra vtrumque matrimonij finem: quia cùm sit morbus contagiosus, mulier non tenetur cohabitare viro leproso; similiter etiam morbus ille frequenter transmittitur ad prolem: ergo videtur, quòd viro leproso vxor debitum reddere non teneatur.

¶ Sed contra, Sicut seruus est in potestate domini sui, ita & vnus coniugum in potestate alterius: vt patet 1. Corinth. 7. sed seruus tenetur ex necessitate præcepti domino suo debitũ seruitutis reddere: vt patet Rom. 13. Reddite omnibus debita, cui tributum, tributũ, &c. ergo

& vnus

& vnus coniugũ ex necessitate præcepti tenetur alteri debitum reddere.

¶ Præt. Matrimonium est ordinatum ad fornicationem vitandam, vt patet 1. Cor. 7. sed hoc non posset per matrimonium fieri, si vnus alteri non teneretur debitũ reddere, quando concupiscentia infesttaur: ergo reddere debitum est de necessitate præcepti.

¶ Respondeo dicendum, quòd matrimonium principaliter est institutum in officium naturę, & ideo in actu ipsius seruandus est naturæ motus, secundum quem nutritiua non ministrat generatiuæ, nisi illud quod superfluit ad conseruationem indiuidui, quia hic est ordo naturalis, vt prius aliquid in seipso perficiatur, & postmodùm alteri de perfectione sua communicet: & hic est etiã ordo charitatis quæ naturam perficit: & ideo cum vxor in viro potestatem non habeat, nisi quatenus ad generatiuam virtutem: non autem quantum ad ea quæ sunt ad conseruationem indiuidui ordinata, vir tenetur vxori debitum reddere in his quæ ad generationem prolis spectant, salua tamen prius personæ incolumitate.

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ aliquis implens aliquod præceptum, potest reddi inhabilis ad aliquod sacrũ officium exequẽdum, sicut iudex qui hominem ad mortem condemnat, præceptum implens, irregularis efficitur: similiter etiam ille qui præceptum implens debitũ soluit, redditur ineptus ad diuina officia exequenda; non ꝙ ille actus sit peccatum, sed ratione carnalitatis illius actus. Et sic, secundum quod Magister * dicit, Hieronymus loquitur tantum de ministris Ecclesiæ, non autem de alijs qui sunt suo iudicio relinquendi, quia possunt & ex reuerentia dimittere, & ex deuotione sumere corpus Christi absque peccato.

lib. 4. Sen. dist. 32. pa ragr. D.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ vxor non habet potestatem in corpus viri, nisi salua cõsistentia personæ ipsius, vt dictum * est. Vnde si vltra exigat, non est petitio debiti, sed iniusta exactio: & propter hoc vir non tenetur ei satisfacere.

in corp. ar.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ si aliquis reddatur impotens ad debitum soluendum ex causa ex matrimonio sequuta, puta cum prius debitum reddidit, & est impotẽs ad debitum soluendum, vlterius mulier non habet ius petendi; & in petendo vlterius, se magis meretricem, quàm coniugem exhibet: si autem reddatur impotens ex alia causa, si illa est licita, sic iterum non tenetur, nec potest mulier exigere; si verò illicita est, tunc peccat: & peccatum vxoris, si propter hoc in fornicationem labatur, aliquo modo sibi imputatur; & ideo debet quantum potest dare operam, vt vxor contineat.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ † lepra soluit sponsalia, sed non matrimonium, vnde * etiam vxor viro leproso tenetur reddere debitum, non tamen tenetur ei cohabitare: quia non ita citò inficitur ex coitu, sicut ex frequẽti cohabitatione: & quamuis proles generetur infirma, tamen melius est ei sic esse, quàm penitus non esse.

† In decr lib. 4 ti 8 c. 3 incip Literas. * Ibid. c. 2 incip. quoniam.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrùm vir teneatur debitum reddere vxori non potenti.

264 AD secundum sic proceditur. Videtur, ꝙ vir non teneatur debitum reddere vxori non petenti. Præceptum enim affirmatiuum non obligat nisi ad tempus determinatum: sed tempus determinatum solutionis debiti non potest esse, nisi quando petitur: ergo aliàs soluere non tenetur.

¶ 2 Præterea, De quolibet debemus præsumere meliora: sed melius est etiam coniugibus continere, quàm matrimonio vti: ergo nisi expressè debitum petat, debet vir præsumere ꝙ ei placeat continere: & sic non tenetur debitum ei reddere.

¶ 3 Præt. Sicut vxor habet potestatem in virum, ita dominus in seruum: sed seruus non tenetur domino seruire, nisi quando sibi ab ipso imperatur: ergo nec uir tenetur uxori reddere debitum, nisi quando ab ea exigitur.

¶ 4 Præt. Vir potest aliquando uxorem exigentem precibus auertere, ne exigat: ergo multò magis potest non reddere, si non * exigat.

*Al exigatur.

¶ Sed contra, In redditione debiti medicamentum præstatur contra vxoris concupiscentiam: sed medicus, cui infirmus est commissus, tenetur morbo eius subuenire, etiam si ipse non petat: ergo vir uxori non petenti, tenetur debitum reddere.

¶ Præt. Prælatus tenetur correctionis remedium contra peccata subditorum adhibere, etiam eis contradicentibus: sed redditio debiti est in viro ordinata contra peccata uxoris: ergo tenetur vir; vxori debitum reddere, etiã non petenti.

¶ Respondeo dicendum, quòd petere debitum contingit dupliciter. Vno modo expressè; vt quando verbis inuicem petunt. Alio modo, interpretatiuè; quãdo. s. vir percipit per aliqua signa ꝙ uxor vellet sibi debitum reddi sed propter verecundiam tacet: & ita etiam si verbis non expressè debitum petat, tamẽ vir tenetur reddere, quando aliqua signa in vxore apparent voluntatis reddendi debiti.

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ tempus determinatum non est solum quando petitur, sed quando timetur ex aliquibus signis periculum (ad quod uitandum ordinatur debiti redditio) nisi tunc reddatur.

¶ Ad secundum dicẽdum, ꝙ vir potest talem præsumptionem habere de uxore, quando in ea contraria signa non videt; sed quando videt, esset stulta præsumptio.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ dominus non ita verecundatur à seruo petere debitum seruitutis, sicut uxor à viro debitum coniugii. Si tamen dominus non peteret, vel propter ignorantiam, vel alia de causa, nihilominus seruus teneretur implere debitum, si periculum imminueret hoc enim est nonad oculum seruire, quòd Apostolus seruis mandat. *

ad Ephes. et Col. 3

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ non debet vir uxorem auertere ne petat debitum, nisi propter aliquam rationabilem causam, & tunc etiam non debet cum magna instantia auerti, propter pericula imminentia.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrùm uir & mulier sint in actu matrimoniali æquales.

265 AD tertium sic proceditur. Videtur ꝙ vir, & mulier non sint in actu matrimonii æquales; Agens. n. est nobilius patiente, vt Aug. * dicit 12. super Gen. ad literam: sed in actu coniugali vir se habet vt agens, & fœmina, vt patiens: ergo non sunt in actu illo æquales.

D. Tho 4. dist. 32. ar. 3. er seq. * lib. 12. c. 16. tom. 3

¶ 2 Præt. Vxor non tenetur viro debitum reddere ni si petat: uir autem tenetur, ut dictum * est, ergo non sunt pares in actu matrimonij.

Ar. 1. et 2. huius qũst

¶ 3 Præt. In matrimonio mulier propter virum facta est, ut patet Gene. 2. Facinus ei adiutorium simile sibi: sed illud propter quod est alterum, semper est principale: ergo, &c.

¶ 4 Præt. Matrimonium principaliter ordinatur ad actum coniugalem: sed in matrimonio vir est caput mulieris, ut patet Ephe. 5. ergo non sunt æquales in actu prædicto.

¶ Sed contra est, quod dicitur 1. Cor. 7. Vir sui corporis potestatem non habet: & similiter dicitur de uxore, ergo sunt æquales in actu matrimonii.

¶ Præt. Matrimonium est relatio æqui parantiæ, cum sit coniũctio, ut dictum * est: ergo uir & uxor sunt æquales in actu matrimonij.

Q. 44 ar. 1 et 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Respondeo dicendum, ꝙ duplex est æqualitas, scilicet quantitatis, & proportionis. Æqualitas quidē quantitatis est, quæ attenditur inter duas quantitates eiusdē mensuræ, sicut bicubiti ad bicubitum. Sed æqualitas proportionis est quæ attenditur inter duas proportiones eiusdem speciei, sicut dupli ad duplum. Loquēdo ergo de prima æqualitate, vir & uxor non sunt æquales in matrimonio, neq; quantum ad actum coniugalem, in quo id quod nobilius est, viro debetur; neq; quantum ad dispēsationem domus, in qua vxor regitur & vir regit. Sed quantum ad secundam æqualitatem, sunt æquales in vtroque, quia sicut tenetur vir uxori in actu coniugali, & dispensatione domus, ad id quod viri est, ita vxor viro ad id quōd vxoris est: & secundum hoc dicitur in litera, * ꝙ sunt æquales in reddendo, & petendo debitum.

lib. 4. Sen. dist. 32 in princ.

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ quamuis agere sit nobilius quàm pati, tamen eadem est proportio patientis ad patiendum, & agentis ad agendum: & secundum hoc, est ibi æqualitas proportionis.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ hoc est per accidens. Vir enim qui nobiliorem partem habet in actu coniugali, naturaliter habet, ꝙ non ita erubescat petere debitū sicut vxor: & inde est quod vxor non ita tenetur reddere debitum non petenti viro, sicut uir vxori.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ ex hoc ostenditur, quod non sunt æquales absolutè: non autem quod non sint æquales secundum proportionem.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ quamuis caput sit principalius membrum; tamē sicut membra tenētur capiti in officio suo, ita & caput mebris in suo: & sic est ibi æqualitas proportionis.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrum uir & vxor possint votum emittere contra debitum matrimonij sine mutuo consensu.

266

Art. præc. corp.

AD quartum sic proceditur. Videtur, ꝙ vir, & vxor possint votum emittere contra debitum matrimonij sine mutuo consensu. Vir enim & vxor æqualiter obligantur ad debiti solutionem, vt dictum * est: sed licitum est uiro, etiam vxore prohibente, accipere crucem in subsidium terræ: ergo etiam hoc licitum est uxori: & ideo cùm per hoc votum redditio debiti impediatur, potest alter coniugum sine consensu alterius votum prædictum emittere.

¶ 2 Præt. Non est expectandus in aliquo uoto consensus alicuius, qui non potest sine peccato dissentire: sed vnus coniugum non potest sine peccato dissentire, quin alter continentiam voueat, vel simpliciter, uel ad tempus, quia impedire profectum spiritualem, est peccatum in Spiritum sanctum: ergo vnus potest votum continentiæ simpliciter, vel ad tempus sine consensu alterius emittere.

¶ 3 Præt. Sicut in actu matrimoniali requiritur debiti redditio, ita debiti petitio: sed unus potest sine consensu alterius vouere, quòd debitum non petet, cum in hoc sit suę potestatis: ergo pari ratione, quòd debitum non reddet.

¶ Præt. Nullus potest ex præcepto superioris cogi ad id quod nō liceret sibi simpliciter vouere & facere, quia in illicitis non est obediendum: sed prælatus superior posset præcipere viro, ut uxori ad tempus debitum non
* Al. offō. redderet, occupando eum in aliquo * seruitio: ergo hoc etiam ipse posset per se facere, & uouere, per quod à debiti redditione impediretur.

¶ Sed contra est, quod dicitur 1. Corinth. 7. Nolite fraudare inuicem, nisi ex cōsensu ad tempus, ut vacetis orationi.

ARTIC. IIII. &V.

¶ Præterea, † Nullus potest facere votum de alieno: sed vir non habet potestatem sui corporis, sed vxor * ergo sine eius consensu non potest vir votum continētię facere, vel simpliciter, vel ad tempus.

† Aug. epi 45. in fine * 1. Cor. 7

¶ Respondeo dicendum, ꝙ * vouere, uoluntatis est, ut etiam ipsum nomen ostendit: unde de illis tantùm bonis potest esse uotum, quę nostrę subiacent uoluntati qualia non sunt ea, in quibus unus alteri tenetur, & ideo in talibus non potest aliquis uotum emittere sine cōsensu eius, cui tenetur: unde, cùm coniuges sibi inuicem teneantur in redditione debiti (ut dictum est *) per quā continentia impeditur, non potest unus absque consensus alterius continentiam uouere: & si uouerit, peccat; & non debet seruare uotum, sed agere pœnitentiam de uoto malè facto.

2 q 88. art. 1.

Art. præc.

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ satis probabile est, ꝙ uxor * debeat uelle continere ad tempus pro subueniendo necessitati ecclesiæ generalis: & idcò in fauorē negotiorum pro quibus crux sibi datur, institutum est, ꝙ uir possit absque consensu uxoris crucem accipere; sicut etiam posset domino suo terreno, à quo feudum tenet, absq; eius consensu militare: nec tamen omnino subtrahitur uxori ius suum, quia uxor potest eum sequi: nec est simile de uxore ad uirum, quia cùm uir debeat regere uxorem, & non econuerso, magis tenetur uxor sequi uirum, quàm econuerso; & præterea uxor cum maiori periculo castitatis discurreret per terras, quàm uir, & cum minori Ecclesiæ utilitate: & ideò uxor non potest huiusmodi uotum facere sine uiri consensu.

* Al. scilis

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ alter coniugum dissentiens uoto continentię alterius, non peccat; quia non dissentit, ut bonum illius impediat, sed ne sibi præiudiciū generetur.

¶¶ Ad tertium dicendum, quòd circa hoc est duplex opinio: quidam enim dicunt, ꝙ unus absque consensu alterius potest uouere, ꝙ non petat debitum, non autem ꝙ non reddet: quia in primo uterque est sui iuris, sed non in secundo. Sed quia si alter nunquam peteret debitū, ex hoc alteri matrimonium nimis onerosum reddere tur, dum oporteret unum semper confusionē debiti prę tendi † subire: ideo alij probabilius dicunt, ꝙ neutrum potest unus sine consensu alterius uouere.

† Aliàs oporet unum onus semper debitum petendi.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ sicut mulier accipit potestatē in corpore uiri, saluo hoc, in quo uir tenetur corpori suo: ita etiam saluo hoc, in quo tenetur domino suo: & ideo sicut uxor non potest debitum petere a uiro contra salutem sui corporis, ita nec ad impediendum hoc in quo domino tenetur: sed * propter hoc non potest dominus prohibere quin debitum reddat.

Quæst. 51 art. 2. ad 3

ARTICVLVS V.

¶ Vtrum diebus sacris impediatur petitio debiti.

267

AD quintum sic proceditur. Videtur, ꝙ temporibus sacris non debeat aliquis impediri, quin debitum petat. Tunc enim est subueniendum morbo, quando inualescit: sed possibile est, quòd in die festo inualescat concupiscentia: ergo & tunc debet ei subueniri per debiti redditionem.

¶ 2 Præt. Non est alia ratio quare non sit petendum debitum in diebus festiuis, nisi quia sunt orationi deputati: sed in illis diebus sunt horæ determinatæ orationi; ergo aliis horis licet debitum petere.

¶ Sed contra, Sicut aliqua loca sunt sacra, quia deputata sunt sacris, ita aliqua tempora sunt sacra propter eandem rationem: sed in loco sacro non licet petere debitum: ergo nec in tempore sacro.

¶ Respondeo dicendum, ꝙ actus matrimonialis quā uis culpa careat, tamen quia rationem deprimit propter carnalem delectationem: hominem reddit ineptum ad spiri-

ritualia: & ideò in diebus, in quibus præcipuè spiritualibus est vacandum non licet petere debitum.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd tempore illo possunt alia adhiberi ad concupiscentiam reprimendam, sicut oratio & multa huiusmodi, quæ etiam illi adhibent, qui perpetuò continent.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ quamuis non teneatur omnibus horis orare, tamen tenetur tota die se conseruare idoneum ad orandum.

ARTICVLVS VI.

Vtrum petens debitum in tempore sacro mortaliter peccet.

268

lib. 1. c. 9. nō procul a princip.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur, quòd petens debitum in tempore sacro mortaliter peccet. Gregorius * enim dicit in 1. Dialog. quòd mulier quæ nocte cognita est a uiro, mane ad processionem veniens, a diabolo est arrepta: sed hoc non esset, nisi mortaliter peccasset: ergo &c.

¶ 2 Præterea, Quicunque facit contra præceptum diuinum, mortaliter peccat: sed Dominus præcepit Exodi. 19. mundo: Ne appropinquetis uxoribus ve stris: quando scilicet erant legē accepturi: ergo multo magis peccant mortaliter si tempore quo * sacris noua legis intendendum est, cum uxoribus uiri commisceantur.

Al. sacramenti.

¶ Sed contra, Nulla circunstantia aggrauat in infinitum, sed indebitum tempus est circunstantia quædam: ergo non aggrauat in infinitum, vt faciat mortale, quod aliàs esset veniale.

Respondeo dicendum, ꝙ debitum petere in die festiuo, non est circunstantia trahens in aliam speciē peccati, vnde non potest in infinitum aggrauare, & ideò non peccat mortaliter vxor, vel vir, si in die festiuo debitum petat: sed tamen grauius est peccatum si sola delectationis causa petatur, quàm si propter timorem, quo quis sibi * cauet de lubrico carnis, debitum petat.

Al. timet.

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ non fuit punita mulier illa propter hoc, quòd debitum reddidit, sed quia postmodum se temerè ad diuina ingessit contra conscientiam.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ ex auctoritate illa nō potest probari, ꝙ sit peccatum mortale, sed quòd sit incongruum. Multa enim ad * munditiam carnis pertinentia exigebantur de necessitate præcepti in veteri lege, quæ carnalibus dabatur, quæ in noua lege non exiguntur, quæ est lex Spiritus.

Al. emundationem

ARTICVLVS VII.

Vtrum vnus coniux teneatur alteri debitum reddere in tempore festiuo.

269

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur, ꝙ non teneatur tempore festiuo reddere debitum. Quia peccantes & consentientes pariter puniuntur, vt patet Roma. 1. sed ille qui reddit debitum, consentit petenti, qui peccat: ergo & ipse peccat.

¶ 2 Præterea, præcepto affirmatiuo obligamur ad orandum, & ita ad aliquod tempus determinatum; ergo pro tempore illo in quo quis orare tenetur, reddere debitum non debet, sicut nec eo tempore quo tenetur tempora li domino ad speciale obsequium.

¶ Sed contra est, quod dicitur 1. Corinth. 7. Nolite fraudare inuicem, nisi ex consensu ad tempus, ut vacetis orationi. Ergo quando coniunx petit, reddendum est ei.

¶ Respondeo dicendum, ꝙ cùm mulier habeat potestatem in corpore viri, quantum ad actum generationis spectat, & econuerso: tenetur vnus alteri debitum reddere quocunque tempore, & quacunque ho-

ra: salua debita honestate, quę in talib. exigitur, quia nō oportet, quod statim, in pubues, reddat debitum.

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ ille qui uotum in se est, non consentit, sed id quod ab eo exigitur, inuitus & cum dolore reddit: & ideo non peccat. Hoc. n. est propter lubricum carnis diuinitus ordinatum, vt semper petenti debitum reddatur, ne aliqua occasio peccati detur.

Decre. 33. q. 5. c. Si diuitē vir.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ non est aliqua hora determinata ad orandum, quin possit recompensari in aliis horis: & ideo obiectio non cogit.

QVAESTIO LXV.

De pluralitate vxorum, in quinque articulos diuisa.

EINDE considerandum est de pluralitate vxorum.

¶ Circa quod quæruntur quinque.

¶ Primò, Vtrum habere plures vxores sit contra legem naturæ.

¶ Secundò, Vtrum aliquando fuerit licitum.

¶ Tertiò, Vtrum habere concubinam sit contra legē naturæ.

¶ Quartò, Vtrum accedere ad concubinam sit peccatum mortale.

¶ Quintò, Vtrum aliquando licitum fuerit habere concubinam.

ARTICVLVS I.

Vtrum habere plures vxores sit contra legem naturæ.

270

D. Th. 4. dist. 33. q. 1. ar. 1. & seq.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, ꝙ habere plures vxores non sit contra legem naturæ. Consuetudo. n. legi naturali non præiudicat: sed habere plures vxores peccatum non erat, quando mos erat, vt Aug. * dicit, & habetur in litera: † ergo habetur plures vxores non est contra legem naturæ.

In lib. de bono coniug. ca. 15. to. 6.

li. 4. Sent. dist. 33. paragr. A.

¶ 2 Præt. Quicunque facit contra legem naturæ, facit contra præceptum, quia sicut lex scripta hēt sua præcepta, ita & lex naturæ: sed Aug. * dicit, quòd habere plures vxores non erat contra præceptum, quia nulla lege erat prohibitum: ergo habere plures vxores non est contra legem naturæ.

In li. de bono coniug. c. 15. to. 6.

¶ 3 Præt. Matrimonium principaliter ordinatur ad prolis procreationē: sed vnus potest ex pluribus prolem accipere, plures fœcundando: ergo non est contra legem naturæ habere plures vxores.

¶ 4 Præt. Ius naturale est, qđ natura omnia animalia docuit, vt in principio Digestorū * dicit: sed natura non docuit hoc ora aliàs, ꝙ sit tantū vna vnius, cum vnus mas in multis aliis, plurib. fœminis coniungat: ergo non est contra legem naturæ hre plures vxores.

In Digest. vete. li. 1. tit. 1. circa prin.

¶ 5 Præt. Secundum Philo. * in 15. de Animalibus, in generatione prolis mas se habet ad fœminā, sicut agens ad patiens & artifex ad materiā: sed nō est contra ordinē naturæ, qđ vnum agens in plura patientia agat, aut vnus artifex ex diuersis materiis operetur: ergo nec est contra legem naturæ, quòd unus vir plures vxores habeat.

li. 2. de generatione animal. c. 4.

¶ 6 Sed contra, Illud præcipuè videtur esse de iure naturali quod homini in institutione humanæ naturæ inditum est: sed quòd sit vna vnius in ipsa institutione humanæ naturæ, est ei inditum, vt patet Gene. 2. Erunt duo in carne vna: ergo est de lege naturæ.

¶ 7 Præt. Contra legem naturæ est ꝙ homo se ad impossibile obliget, & vt quod vni datum est, alteri detur: sed homo contrahens cū vna vxore, sui corporis potestatem ei tradit, vt necesse sit reddere debitum cum

Universidad de Deusto
Biblioteca

petierit:ergo contra legem naturæ est,quòd posteà alteri potestatem sui corporis tradat, quia nemo posset simul vtrique reddere debitum,si simul peterent.

¶8 Præt. De lege naturæ est, Quod tibi non vis fieri,alteri ne feceris:sed vir nullo modo vellet quòd vxor alium virum haberet: ergo contra legem naturæ faceret,si vxorem aliam superduceret.

¶9 Præt. Quicquid est cõtra naturale desiderium, est contra legem naturæ:sed zelus viri ad vxorem, & vxoris ad virum naturalis est,quia in omnibus invenitur: ergo cum zelus sit amor non patiens consortium in amato,videtur, quòd contra legem naturæ sit quòd plures vxores habeant vnum virum.

¶ Respondeo dicendum,quòd omnib. rebus naturalibus insunt quædam principia, quibus nõ solum operationes proprias efficere possint,sed quib. etiã eas conuenientes fini suo reddant, siue sint actiones q̃ cõsequantur rẽ aliquam ex natura sui generis, siue ex natura spẽi, vt magneti cõpetit ferri deorsum ex natura sui generis, & attrahere ferrũ ex natura suæ spẽi. Sicut aũt in reb. agentib. ex necessitate naturæ, principia actionum sunt ipsæ formæ, à quib. operationes propriè prodeunt cõuenientes fini: ita in his quæ cognitionem participant,principia agendi sunt cognitio & appetitus:vnde oportet, q̃ in vi cognitiua sit naturalis conceptio,& in vi appetitiua,naturalis inclinatio,quib. operatio conueniens generi siue spẽi,reddatur cõpetens fini. Sed quia hõ inter cætera aialia rõnem finis cognoscit,& proportionẽ operationis ad finẽ:ió naturalis conceptio ei indita,quadrigitur ad operandũ,conuenienter lex naturalis, vel ius naturale dr:in cæteris aũt aialib.æstimatio naturalis vocatur. Bruta.n.ex vi naturæ impelluntur ad agẽdum conuenientes actiones magis,q̃ regulent, quasi proprio arbitrio agentia. Lex ergo naturalis nihil aliud est,q̃ conceptio homini naturaliter indita,qua dirigitur ad conuenienter agendũ in actionib. propriis,siue competant ei ex natura generis,vt generare,comedere,& similia,siue ex natura spẽi, vt ratiocinari,& hmõi. Oẽ aũt illud qđ actionem inconueniẽtem reddit fini,quem natura ex *opere aliquo intendit,contra legem naturæ esse dr:pot aũt actio nõ cõueniens esse fini,vel principali vel secundario,& siue sic,siue sic,hoc contingit dupliciter. Vno mó,ex aliquo qđ oĩno impedit finem:vt nimia superfluitas,aut defectus comestionis,impedit salutẽ corporis, quasi principalem finem comestionis,& bonam habitudinem in negotiis exercendis,qui est finis secundarius comestionis. Alio modo, ex aliquo qđ facit difficilẽ aut minus decentem peruentionem ad finem principalem vel secundarium: sicut inordinata comestio, quantum ad tempus indebitum. Si ergo actio sit inconueniens fini,quasi omnino prohibens finẽ principalem directè,per legem naturæ prohibetur primis præceptis legis naturæ,quæ sunt in operabilib. sicut cões animi cõceptiones in speculatiuis. Si autem sit incompetens fini secundario quocunque mó, aut ẽt principali, ut faciens difficilẽ vel minus congruam peruentionem ad ipsum,prohibetur non quidẽ primis præceptis legis naturæ,sed secundis, quæ ex primis deriuantur,sicut conclusiones in speculatiuis,ex principijs per se notis fidem habent,& sic dicta actio contra legem naturæ esse dr. Matrimonium ergo hẽt pro fine principali prolis procreationem & educationem,qui quidem finis competit homini secundũ naturam sui generis: vnde & aliis animalib. est cõis,ut dr in 8. Ethic. * & sic bonum matrimonii assignatur proles,sed pro fine secundario,ut dicit Philosophus, †habet in hominibus solis cõicationem operum,quę sunt necessaria in uita* vt supra dictum * est,& secundum hoc fidem sibi inuicem debent,quę est vnum de bonis matrimonij. Habet vterius alium finẽ, inquantum est inter fideles, s. significationem Christi & Ecclesię & sic bonum matrimonij dr sacramentum. Vnde primus finis respondet matrimonio hominis, inquantum est animal: secundus,inquantum est homo, tertius,inquantum est fidelis. Pluralitas ergo vxorũ neque totaliter tollit,neque aliqualiter impedit matrimonij primum finem cum vnus vir sufficiat pluribus vxoribus fœcundandis & educandis filijs ex eis natis. Sed secundarium finem & si non totaliter tollat,tamen multum impedit:eo quòd non facilẽ pot esse pax in familia,vbi vni viro plures vxores iungũtur,cum non possit unus uir sufficere ad satisfaciendum pluribus vxoribus votum:& ẽt quia communi catio plurium in uno officio,causat litem,sicut figuli corrixantur adinuicem,& similiter plures uxores vnius viri. Tertium autẽ finem totaliter tollit,eo quod sicut Christus est vnus,ita & Ecclesia,vna: & ideo patet ex dictis,*quod pluralitas uxorum quodammodo est contra legem naturæ,& quodammodo non.

¶ Ad primum ergo dicendum,quòd consuetudo non præiudicat legi naturæ,quantum ad prima præcepta ipsius,quæ sunt quasi cões animi conceptiones in speculatiuis,sed ea quæ ex istis trahuntur, ut conclusiones, consuetudo auget: vt Tullius* dicit in tertio Rhetoricorum:& similiter etiam minuit,& huiusmodi est præceptum legis naturæ de vnitate vxoris.

¶ Ad secundum dicendum,q̃ sicut Tullius* dicit, res à natura perfectas & à consuetudine approbatas legum virtus & religio sanxit:vnde patet qđ illa q̃ lex naturalis dictat quasi ex primis principiis legis naturæ deriuata,non habent vim coactiuam p modũ præcepti absolutè,nisi positã lege diuina & humana sancita sunt:& hoc est quod dicit Aug. * q̃ nõ faciebant contra præceptum,quia nulla lege erat prohibitum.

¶ Ad tertium patet solutio ex dictis.*

¶ Ad quartum dicendum,q̃ ius naturale multipliciter accipitur. Primò.n.aliquod ius dicitur naturale ex principio,quia à natura est inditũ, & sic definit Tullius† in 2. Rhetoricorum dicens, Ius naturale est quod non opinio genuit,sed vis quędam innata inseruit. Et quia ẽt in reb. naturalib. dnr aliqui motus naturales,non qđ sint ex principio intrinseco, sed quia unt à principio superiori mouente (sicut motus qui sunt in elementis ex impressione corporum cęlestiũ, naturales dicuntur, ut Commentator dicit in tertio de Cęlo & Mũdo)& ideo ea quæ sunt de iure diuino, dicuntur esse de iure naturali, cum sint ex impressione & infusione superioris principij, s. Dei,& sic accipitur ab Isidoro,* qui dicit quod ius naturale est,qđ in lege & in Euangelio cõtinetur. Tertio, dicitur ius naturale non solum à principio,sed à natura, quia de naturalib. est,& quia natura contra rõnem diuidit,à qua hõ est homo ideo strictissimo modo accipiendo ius naturale, illa quæ ad homines tantũ pertinent, & si sint de dictamine naturalis rationis,non dicuntur esse de iure naturali, sed illa tantum quæ naturalis ratio dictat de his quæ sunt homini, aliisque communia,& sic datur dicta definitio, s. Ius naturale est quod natura omnia animalia docuit: Pluralitas ergo vxorum quamuis non sit contra ius naturale tertio modo acceptum,est tamen contra ius naturale secundo modo acceptum,quia iure diuino prohibẽt; & ẽt contra ius naturale primo modo acceptum, ut ex dictis * patet, quia natura dictat hoc cuilibet animali secundum modum conuenientem suæ speciei. Vnde etiam quædam animalia,in quib. ad educationẽ prolis requiritur solicitudo vtriusque, s. maris & fœminæ,naturali instinctu seruant coniunctionem unius ad vnum,sicut patet in turture & colũba, & hmõi.

¶ Sed quia rationes inductæ in contrariũ, videtur ostendere quod pluralitas vxorum sit contra prima principia legis naturæ:ideo ad eas respondendum est, & dicendum.

¶ Ad sextum, quòd natura humana absque omni defectu instituta est,& ideo non solum sunt indita ei illa, sine quibus matrimonii finis principalis esse non pot sed ẽt illa,sine quib. secundarius finis matrimonii sine difficultate hẽri nõ posset,& hoc nõ homini in ipsa sui institone habere vnam vxorẽ sufficit,vt ex dictis* patet.

¶ Ad septimum dicendum, quòd vir per matrimonium non dat sui corporis potestatẽ vxori quantum ad omnia,sed solũ q̃tum ad illa, q̃ matrimonium requirit non aũt requirit matrimonũ,vt quolibet tępore vxori petenti vir debitũ reddat nisi q̃tũ ad id, ad quod matrimonium principaliter est institutum,s. ad bonum prolis,& hoc est q̃tum sufficit ad impręgnationem. Requirit aũt hoc matrimonium,inquantum est ad remedium institutum (quod est secundarius ipsius finis) vt quolibet tępore debitum petenti reddatur, & sic patet quòd accipiẽs plures vxores nõ se obligat ad impossibile,cõsidera to principali fine matrimonii, & ideo pluralitas vxorum non est contra prædicta prima legis naturæ.

¶ Ad octauum dicendum,quòd illud præceptum legis naturæ,Quod tibi non vis fieri,alteri ne feceris,dẽt intelligi eadem proportione seruata. Non.n.si Prælatus non vult sibi resisti a subdito,ipse subdito resistere non debet. Et ideo non oportet ex vi illius præcepti, quòd sicut vir nõ vult quòd vxor sua hęat alium virũ, quòd ipse non hęat aliam vxorem,quia vnum virum habere plures vxores non est contra prima præcepta legis naturæ,vt dictũ * est. Sed vnam vxorẽ hęre plures viros est contra præcepta prima legis naturæ, eo quòd per hoc, q̃tum ad aliquid totaliter tollitur & quantũ ad aliquid impeditur bonum prolis,quod est principalis matrimonii finis. In bono enim prolis intelligitur non solũ procreatio, sed etiam educatio. Ipsa enim procreatio prolis & si non totaliter tollatur,quia contingit post impręgnationem primam,iterum mulierem impręgnari, vt dicitur in nono de animalib.* tamen multũ impeditur quia vix potest accidere quin corruptio accidat, q̃tum ad vtrumque fœtum,vel q̃tum ad alterum, sed educatio totaliter tollitur,quia ex hoc quòd vna mulier plures maritos haberet, sequeretur incertitudo prolis respectu patris,cuius cura necessaria est in educando. Et ideo nulla lege,vel consuetudine est permissum,vnam mulierem habere plures uiros,sicut e conuersò.

¶ Ad nonum dicendum, quòd naturalis inclinatio in appetitiua sequitur naturalem conceptionem in cognitione,& quia non ita est contra conceptionẽ naturalem,quòd vir habeat plures vxores, sicut quòd vxor hẽat plures viros,ideo affectus vxoris non tantum refugit consortium in viro,sicut e conuersò, & ideo tam in hominibus q̃ in aliis animalibus, inuenitur maior zelus maris ad fœminam,quam e conuersò.

ARTICVLVS II.

Vtrum aliquando licitum fuerit habere plures vxores.

AD secundum sic proceditur. Videtur,quòd habere plures vxores non potuerit esse aliquando licitũ. Quia secundum Philosophum † in secundo Ethicorum,Ius naturale semper & ubique habet naturalem potentiam eandem,sed iure naturali prohibentur pluralitas vxorum,vt ex dictis patet,* ergo sicut modo non licet,ita nunquam licuit.

¶ 2 Præt. Si aliquando licuit,hoc non fuit, nisi quia vel per se licitum erat, vel per aliquam dispensationẽ. Non primo modo,quia etiam nunc licitum esset. Nec secundo modo, quia secundum Augustinum, † Deus, cum sit naturæ conditor,non facit aliquid contra rationes,quas naturæ inseruit, cũ ergo naturæ nostræ Deus inseruerit,quod sit vna vnius,* videtur quod ipse contra hoc nunquam dispensauerit.

¶ 3 Præt. Si aliquid est licitum ex dispensatione, hoc non licet,nisi illis quibus dispensatio fit,non autem legitur aliqua dispensatio commonis in lege cum omnibus facta,cũ ergo omnes communiter qui volebant, plures vxores acciperent in veteri Testamento, hoc ex hoc reprehendantur* à lege,vel a Prophetis,non uidetur quod fuerit ex dispensatione licitum.

¶ 4 Præt. Vbi est eadem causa dispensationi, debet eadem dispensatio fieri, sed causa dispensationis non potest alia poni, quàm multiplicatio prolis ad cultum Dei,quæ etiam nunc necessaria est,ergo adhuc talis dispensatio curaret,præcipuè cum non legatur reuocata.

¶ 5 Præt. In dispensatione non debet prætermitti ma ius bonum propter minus bonum,sed fides & sacramẽtum,quæ non uidentur posse seruari in matrimonio quo unus pluribus vxoribus coniungitur,sunt meliora q̃ prolis multiplicatio, ergo intuitu huius multiplicationis dispensatio prædicta fieri non debuisset.

¶ Sed contra, Ad Galatas tertio dicitur,quod lex propter prævaricatores posita est,vt s. eos prohiberet, sed lex vetus fecit mentionem de pluralitate vxorum sine aliqua eius prohibitione,vt patet Deutero. vicesimo, Si habuerit homo duas uxores, &c. ergo habendo duas vxores,non erant prævaricatores,& ita erat licitum.

¶ Præt. Hoc idem videtur ex exemplo sanctis Patribus,qui plures leguntur habuisse uxores, cum Deo essent acceptissimi,sicut Iacob,& Dauid,& plures alii,ergo aliquando fuit licitum.

¶ Respondeo dicendum,quod sicut ex dictis * patet,pluralitas vxorum dicitur esse contra legem naturæ,non quantum ad prima præcepta eius,sed quantum ad secunda,quæ quasi conclusiones,a primis præceptis deriuantur. Sed quia actus humanos variari * oportet secundum diuersas conditiones personarum,& temporum,& aliarum circunstantiarum, ideo conclusiones prædictæ a primis legis naturæ præceptis non procedunt,vt semper efficaciam habentes,sed in maiori parte,talis est enim tota materia moralis,vt patet per Philosophum * in lib. Ethic. & ideo vi i eorum efficacia deficit,licitè ea prætermitti possunt. Sed quia non est facile determinare huiusmodi varietates, ideo illi,ex cuius auctoritate lex efficaciam habet,reseruantur,vt licentiam præbeat legem præte rmittendi in illis casibus ad quos legis efficacia se extendere non debet, & talis licentia dispensatio dicitur.* Lex autem de unitate vxoris non est humanitus,sed diuinitus instituta,nec vn quam verbo aut literis tradita,sed cordi impressa,sicut & alia quæ ad legem naturæ qualitercunque pertinẽt, & ideo in hoc a solo Deo dispensatio fieri potuit per inspirationem internam,quæ quidem principaliter Patribus sanctis facta est, & per eorum exemplum ad alios derivata est eo tempore quo oportebat præ dictum naturæ præceptum prætermitti,ut maior esset multiplicatio prolis ad cultum Dei educandæ. Semper enim principalior finis magis obseruandus est,quàm secundarius. Vnde cum bonum prolis sit principalis matrimonii finis, vbi prolis multiplicatio necessaria erat, * debuit negligi ad tempus impedimentum,quod posset in secundarios fibibus euenire,ad quod remouendum præceptum prohibens pluralitatem vxorum ordinatur, vt ex dictis * patet.

¶ Ad primum ergo dicendũ,quod ius naturale semper & ubique quantum est de se,habet eandem potentiam,sed per accidens,propter aliquod impedimẽtum quandoque & alicubi pot mutari,sicut ibidem Philosophus † exẽplum ponit de aliis rebus naturalibus. Sępe enim & vbique dextra est melior q̃ sinistra,secundum naturam: sed per aliquod accidens contingit aliquem esse ambidextrum,quia natura nostra uariabilis

Universidad de Deusto
Biblioteca

e ,& similiter etiam est de naturali iusto, ut ibidem Philosophus dicit.*

¶ Ad secundum dicendum, quòd in Decret. † quadam de diuortiis dicitur, quod nunquam licuit plures habere uxores sine dispensatione per diuinam inspirationem habita, nec tamen talis dispensatio datur contra rationes quas Deus naturæ inseruit, sed præter eas quia rationes illæ non sunt ordinatæ ad semper, sed ut in pluribus, ut dictum est: * sicut etiam non est contra naturam, quando aliqua accidunt in rebus naturalibus miraculosè præter ea, quæ frequenter solent euenire.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ qualis est lex, talis debet esse dispensatio legis: unde quia lex naturæ est cordibus impressa, non oportuit dispensationem eorum, quæ ad legem naturæ pertinent, lege scripta dari, sed per internam inspirationem fieri.

¶ Ad quartum dicendum, quòd ueniente Christo fuit tempus plenitudinis gratiæ Christi, per quam cultus Dei in omnes gentes spirituali propagatione diffusus est, & ideo non est eadem ratio dispensationis, quæ erat ante Christi aduentum, quando cultus Dei carnali propagatione multiplicabatur, & conseruabatur.

¶ Ad quintum dicendum, quòd proles, secundum quod est bonum matrimonii, includit fidem ad Deum seruandam, quia secundum quod proles expectatur ad cultum Dei educanda, ponitur matrimonii bonum. Fides autem ad Deum seruãda est potior, quàm fides uxori seruanda, quæ ponitur bonum matrimonii: & q̃ significatio quæ pertinet ad sacramentum, quia significatio ad fidei cognitionem ordinatur. Et ideo non est inconueniens, si propter bonum prolis, aliquid detrahitur aliis duob. bonis: nec tamen omnino tolluntur quia & fides manet ad plures, & sacramentum aliquo modo, quia quãuis non significaretur coniunctio Christi ad Ecclesiam inquantum est vna, significatur tamen distinctio graduum in Ecclesia per pluritatem uxorũ quæ quidem non solum est in Ecclesia militante, sed ét in triumphante. Et ideo illorum matrimonia aliquo modo * significant coniunctionem Christi ad Ecclesiam, non solum militante, ut quidam dicunt, sed etiam triumphante m, in qua sunt diuersæ mansiones.

* Eodẽ l. 5 c.7. * in Decr. li.4 ti.19 c. Gaudemus. circa med. In cor.ar.

Al.significabant.

ARTICVLVS III.

Vtrum habere concubinam sit contra legem naturæ.

Ad tertium sic proceditur. Videtur, q̃ habere concubinam non sit contra legem naturæ. Legis enim cæremonialia non sunt de lege naturæ: sed fornicatio prohibetur Actu 15. inter alia cæremonialia legis, quæ ad tempus credentibus ex gentibus imponebantur: ergo fornicatio simplex, quæ est accessus ad concubinam, non est contra legem naturæ.

¶ 2 Præt. Ius positiuum à naturali iure profectum est, ut Tullius † dicit: sed secundum ius positiuum fornicatio simplex non prohibebatur, imò potius in pœnam secundum antiquas leges, inulieres lupanaribus tradendæ condemnabantur, ergo habere concubinam non est contra legem naturæ.

¶ 3 Præt. Naturalis lex non prohibet quin illud qd datur simpliciter, possit dari ad tempus, & secundum quid, sed una mulier soluta potest dare uiro soluto, in perpetuum sui corporis potestatem, ut ea utatur licitè cum illi uxorit, ergo non est contra legem naturæ, si dederit ei potestatem sui corporis ad horam.

¶ 4 Præt. Quicunque re sua utitur ut uult, nemini facit iniuriam, sed ancilla est res domini, ergo si dominus ea utatur ad libitum, nulli facit iniuriam, & ita habere concubinam, non est contra legem naturæ.

¶ 5 Præt. Quilibet potest alteri dare quod suum est sed uxor habet potestatem in corpore uiri, ut patet prima Corinth. 7. ergo si uxor uelit uiri poterit alteri nubere coniung: sine peccato.

¶ Sed contrà, Secundum omnes leges, filii qui de concubina nascuntur, sunt uituperabiles, sed hoc non esset, nisi concubitus, ex quo oriuntur, esset naturaliter turpis, ergo habere concubinam, est contra legem naturæ.

¶ Præt. Matrimonium est naturale,* sed hoc non esset, si sine præiudicio legis naturæ homo posset coniungi mulieri præter matrimonium, ergo contra legem naturæ est, concubinam habere.

¶ Respondeo dicendum, quòd sicut ex dictis* patet, illa actio dicitur esse contra legem naturæ, quæ non est conueniens fini debito, quem natura intendit, siue quia non ordinatur in ipsum per actionem agentis, siue quia de se est improportionata illi fini. Finis autem, quem natura est concubitu intendit, est proles procreanda & educenda, & ut hoc bonum quæreretur posuit delectationem in concubitu ut Constantinus dicit. Quicunque ergo concubitu utitur propter delectationem, quæ in ipso est, non referendo in finem a natura intentum, contra naturam facit, & similiter etiam nisi sit talis concubitus, qui ad illum finem conuenienter ordinari possit. Et quia res a fine plurimum nominantur, tanquam * ab optimo, sicut coniunctio matrimonii à prolis bono nomen accepit, quod per matrimonium principaliter quæritur, ita concubinæ nomen illam coniunctionem exprimit, qua solus concubitus propter seipsum quæritur. Et si etiam aliquis quandoque ex tali concubitu prolem quærat, non tamen est conueniens ad prolis bonum, in quo non solum intelligitur ipsius procreatio, per quam proles esse accipit, sed etiam & educatio & institutio, per quam accipit nutrimentum & disciplinam à parentibus, in quibus tribus parentes proli tenentur, secundum Philosophũ in 8. Eth.* Cum autem educatio & institutio proli a parentibus debeantur per longum tempus, exigit lex naturæ, ut pater & mater in longum tempus commaneant, ad subueniendum communiter proli. Vnde & aues quæ communiter pullos nutriunt, ante completam nutritionem non separantur a mutua societate, quæ incipit a concubitu uel incumbendo. Hæc autem obligatio ad commanendum fœminam marito, matrimonium facit, & ideo patet, quòd accedere ad mulierem non iunctam sibi matrimonio, quæ concubina uocatur, est contra legem naturæ.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd in gentibus quantum ad multa, lex naturæ offuscata erat. Vnde accedere ad concubinam, malum non reputabant, sed passim fornicatione quasi re licita utebantur, sicut & aliis, quæ erant contra cæremonias Iudæorum, quamuis non essent contra legem naturæ. Et ideo Apostoli immiscuerunt prohibitionem fornicationis cæremonialibus, propter discretionem, quæ erat in utroque inter Iudæos & gentiles.

¶ Ad secundum dicendum, quòd ex dicta* obscuritate, s. in quam ciderunt gentiles, Deo debitã gloriam non reddentes, ut dicitur Rom. 1. lex illa processit, & non ex institutio legis naturæ, unde prælente Christiana religione, lex illa extirpata est.

¶ Ad tertium dicendum, quòd in aliquibus sicut nihil inconueniens sequitur, si rem aliquam, quam quis in potestate habet, alteri simpliciter tradat, ita etiam nec si tradat ad tempus, & sic neutrum est contra legem naturæ. ita autem non est in proposito, & ideo ratio non sequitur.

¶ Ad quartum dicendum, quòd iniuria iustitiæ opponitur, lex autem naturalis non solum prohibet iniustitiam, sed ét opposita omnium uitiorum. Sicut contra legem naturæ est, quòd aliquis immoderatè comedat, quamuis talis reb. suis utens, nulli iniuriam faciat. Et præterea

* In Dige. vete. li.1. tit.vj l. si dominus. In cor. ar. Al. viam.

Sup.di.14 ar.1.

Art.1.huius q.cor.

Alibi a pluori.

li.8.ca.25. & 12.

De qua ar.1.

præterea ancilla quàmuis sit res domini ad obsequium, non est tamen res sua ad concubitum, & iterum interest qualiter quisque re sua utatur: * facit enim talis iniuriã proli procreandæ, ad cuius bonum non sufficienter talis coniunctio ordinatur, ut dictum* est.

¶ Ad quintum dicendum, quòd mulier habet potestatem in corpore uiri non simpliciter quantum ad omnia, sed solum quantum ad matrimonium: & ideo nõ potest contra * bonum matrimonii corpus uiri alteri tradere.

Aug. ser. 264. de tẽpo.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrum accedere ad concubinam sit peccatum mortale.

271

Ad quartum sic proceditur. Videtur, q̃ accedere ad concubinam non sit peccatum mortale. Maius enim peccatum est mendacium, quàm fornicatio simplex, quod patet ex hoc, q̃ Iudas qui fornicationem non horruit cum Thamar committere, recusauit mendaciũ, dicens, Certè mendacii arguere nos non potest: sed mendacium non semper est peccatum mortale: ergo neque fornicatio simplex.

Gene.38.

¶ 2 Præt. Peccatum mortale morte puniri debet, sed lex uetus non puniebat concubitum concubinæ morte, nisi in aliquo casu: ut patet Deut. 24. ergo non est peccatum mortale.

¶ 3 Præt. Secundum Greg. peccata carnalia sunt minoris culpæ, quã spiritualia: sed non omnis superbia aut auaritia (quæ sunt peccata spiritualia) est peccatum mortale: ergo non omnis fornicatio (quæ est peccatum carnale) est mortale peccatum.

¶ 4 Præt. Vbi est maius incitamentum, ibi est minus peccatũ, quia magis* peccat qui minori tentatione uincitur: sed concupiscentia maximè instigat ad venerem: ergo cùm actus gulæ non semper sit peccatum mortale, nec fornicatio simplex erit mortale.

Tho.in 4. di.15.q 3. ar.2. q.2. cor.

¶ Sed contra, Nihil excludit à regno Dei nisi peccatum mortale: sed fornicarii excluduntur à regno Dei, ut patet primæ ad Corint. 6. ergo fornicatio simplex est peccatum mortale.

¶ Præterea, Sola peccata mortalia, crimina dicuntur: sed omnis fornicatio est crimen, ut patet Tobiæ 4. Attende tibi ab omni fornicatione, & præter uxorem tuam nunquam patiaris crimen scire.

¶ Respondeo dicendum, q̃ sicut in Secundo libro dictum * est: Illi actus ex suo genere sunt peccata mortalia, per quos fœdus amicitiæ hominis ad Deũ, & hominis ad hominem uiolatur: hæc enim sunt cõtra duo præcepta charitatis, quæ est animæ uita: & ideo cũ concubitus fornicarius tollat debitam ordinationem parentis ad prolem, quam natura ex concubitu intendit, non est dubium, quin fornicatio simplex, de sui ratione est peccatum mortale, etiam si lex scripta non esset.

Th.in 2. Sen dist.42 q.1.ar.3.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd frequenter homo qui nõ uitat peccatum mortale, uitat aliquod peccatum ueniale, ad quod non hẽt tantum incitamentum, & ita etiam Iudas mendacium uitauit, fornicationem non uitans, quãuis illud mendacium pernicio sum fuisset, iniuriam habens annexam, si promissum non reddidisset.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ peccatum non dicitur mortale, quia morte temporali puniatur, sed quia punitur morte æterna: unde etiam furtum, quod est peccatum mortale, & multa alia, interdum non puniũtur per legis temporali morte: & similiter etiam est de fornicatione.

¶ Ad tertium dicendum, quòd sicut non quilibet motus superbiæ est peccatum mortale, ita nec quilibet motus luxuriæ, quia primi motus luxuriæ & huiusmodi, sunt peccata uenialia, & etiam concubitus matrimonialis interdum: sed tamen aliqui luxuriæ actus sunt peccata mortalia, aliquibus motibus superbiæ uenialib. existentibus, quia in uerbis Greg.* inductis intelligitur comparatio uitiorum secundùm genus, non quantum ad singulos actus.

*Io arg.3

¶ Ad quartum dicendum, quòd illa circunstantia efficacior est ad aggrauandum, quæ magis appropinquat ad speciẽ peccati. Vnde quãuis fornicatio ex magnitudine incitamenti diminuatur, tamen ex materia, circa quã est, grauitatem habet maiorem, quàm inordinata comestio, cum sit circa ea quæ pertinent ad fouendum fœdus societatis humanæ: & ideo ratio non sequitur.

ARTICVLVS V.

¶ Vtrùm aliquando licitum fuerit concubinam habere.

274

Ad quintum sic proceditur. Videtur, q̃ aliquando licitum fuerit concubinam habere. Sicut enim habere unam uxorem est de lege naturæ, ita non habere concubinam: sed aliquando licuit plures uxores habere: ergo & habere concubinam.

¶ 2 Præt. Nõ potest aliqua simul esse ancilla & uxor: unde secundum legem ex hoc ipso q̃ ancilla in matrimonium ducebatur, libera reddebatur: sed aliqui amicissimi Deo leguntur ad suas accessisse ancillas, sicut Abraham & Iacob: ergo illæ non erant uxores: & sic aliquando licuit concubinas habere.

¶ 3 Præt. Illa quæ in matrimonium ducitur, non potest eiici, & filius eius debet esse hæreditatis particeps: sed Abraham eiecit Agar, & filius eius non fuit hæres: ergo non fuit uxor Abrahæ.

¶ Sed contra, Ea quæ sunt contra præcepta Decalogi, nunquam licuerunt: sed habere concubinam est contra præceptum Decalogi, s. Non mœchaberis: ergo nunquã fuit licitum.

*In li.1.& est de Abrahã c.4. parũ ante med.to.4.

¶ Præt. Ambro. † dicit in li. de Patriarchis. Viro non licet quod mulieri non licet: sed nunquam licuit mulieri ad alium uirum accedere, dimisso uiro proprio: ergo nec uiro unquam licuit concubinam habere.

¶ Respondeo dicendum, q̃ Rabbi Moyses dicit, q̃ ante tempus legis, fornicatio non erat peccatum, quod probat ex hoc, q̃ † Iudas cum Thamar concubuit. Sed ista ratio non cogit. Non enim necesse est filios Iacob à peccato mortali excusari, cũ* accusati fuerint apud patrem crimine pessimo, & in Ioseph necem & venditionẽ consenserint. Et ideo dicendum est, q̃ cum habere concubinam non matrimonio iunctam sit contra legẽ naturæ,* nullo tempore secundum se licitum fuit, nec etiã ex dispensatione. Sicut enim ex dictis* patet, concubitus cum ea quæ non est matrimonio iuncta, non est conueniens actio ad bonũ prolis, quod est principalis finis matrimonii: & ideo est contra prima præcepta legis naturæ, quæ dispensationem non recipiunt: unde ubicunque legitur in ueteri Testamento, aliquos habuisse concubinas, quos necesse fit à peccato mortali excusari oportet eas esse matrimonio iunctas, & tamen concubinas dici, quia aliquid habebant de ratione uxoris, & aliquid de ratione concubinæ. Secundum. n. quod matrimonium ordinatur ad suum principalem finẽ, qui est bonũ prolis, uxor uiro coniungitur insolubili coniunctione, uel saltem diuturna, ut dictis patet: * & contra hoc non est aliqua dispensatio. Sed quantum ad secũdum finem, qui est dispensatio familiæ, & communicatio operum, uxor coniungitur uiro ut socia: sed hoc deerat in his quæ concubinæ nominabantur, in hoc. n. poterat esse dispensatio, cum sit secundarius matrimonii finis: & ex hac etiã parte habebant aliquid simile concubinis, ratione cuius concubinæ nominabantur.

†Gen. 38.

*Gen.37.

Ar.3.huius q. Ar.3.huius q.cor.

Ar.1.huius qó. 1 ar.& 8. & ar.præc.& 11.cor.

¶ Ad primum ergo dicẽdum, q̃ habere plures uxores non est cõtra prima præcepta legis naturæ, sicut hẽe cõcubinam ut ex dictis patet: * & ideo rõ non sequitur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶Ad secundum dicendum, q̃ antiqui Patres ea dispensatione qua plures habebant uxores, ad ancillas accedebant vxorio affectu, erant enim vxores quantũ ad principalem, & primarium finem matrimonii, sed non quantum ad illam coniunctionem quæ respicit secundarium finem, cui conditio seruitutis opponitur, cùm non possit simul esse socia & ancilla.

¶ Ad tertium dicendum, quòd sicut in lege Moysi per dispensationem licebat dare libellum repudii ad eui
q.87. ar.6 s.corp. tandum vxoricidium, ut dicetur: * ita ex eadem dispensatione licuit Abrahæ eicere Agar, ad significandum mysterium, quod Apost. explicat Galat. 4. Quod etiam ille filius hęres non fuerit, ad mysterium pertinet, vt ibidem patet: & quod Esau filius liberæ, hæres non fuit, ut patet Romanorum nono. Similiter etiam propter mysterium factum fuit, vt filii Iacob ex ancillis: & liberis nati, hæredes essent, ut Augustinus dicit: † quia
† tractatu 11. in Ioã. à medio illius to. 9. Christo nascuntur in baptismo filii & hæredes tam per bonos, quos libera significat, quã per malos ministros, qui per ancillas significantur.

QVAEST. LXVI.

De bigamia, & irregularitate ex ea contracta, in quinque articulos diuisa.



EInde considerandum est de bigamia, & irregularitate ex ea contracta.

¶ Circa quod quęruntur quinque.

¶ Primò, Vtrùm illi bigamiæ, quæ est ex hoc, quòd aliquis duas uxores successiuè habuerit, sit irregularitas annexa.

¶ Secundò, Vtrùm irregularitatem contrahat, qui simul vel successiuè duas vxores habuit.

¶ Tertiò, Vtrùm irregularitas contrahatur ex hoc, q̃ aliquis vxorem non virginem accipit.

¶ Quartò, Vtrùm bigamia per baptismum soluatur.

¶ Quintò, Vtrùm cum bigamo liceat dispensare.

ARTICVLVS I.

¶ *Vtrùm bigamiæ irregularitas sit annexa.*

877 D. Th. 4. dist. 27. q. 1 arti. 1. & seq. AD Primum sic proceditur. Videtur, quòd illi bigamiæ, quæ est ex hoc, q̃ aliquis duas vxores successiuè habuit non sit irregularitas annexa quia multitudo & vnitas consequuntur ens: cùm ergo non ens, nõ faciat multitudinem aliquã, ille qui habet successiuè duas
p. ad Tim. 3. vxores, quando vna est in esse, alia in non esse, nõ ex hoc efficitur vir nõ vnius vxoris, qui secundum Apostolum ab Episcopatu prohibetur.

¶ 2 Præter. Maius signum incontinentiæ apparet in eo qui plures fornicariè cognoscit, quam in eo qui plures vxores successiuè habet: sed ex primo non efficitur aliquis irregularis, ergo nec ex secundo.

¶ 3 Præte. Si bigamia irregularitatem causat, aut hoc est ratione sacramenti, aut ratione carnalis copulæ. Sed non ratione primi, quia sic si aliquis cum una contraxisset per verba de præsenti, & ea mortua ante carnalem copulam subsecutam duceret aliam, efficeretur irregula
† In Decr. li. 1. tit. 21 c. debitũ, in fine illius. ris, quod est contra Decretal. Innocent. III. Nec iterum ratione secundi, quia secundum hoc etiam qui plures fornicario concubitu cognosceret, irregularis esset; quod falsum est: ergo nullo modo bigamia irregularitatem causat.

¶ Respondeo dicendum, q̃ aliquis per sacramentum ordinis minister sacramentorum constituitur, & ille qui aliis sacramenta ministrare debet, nullum defectum in sacramentis pati debet. Defectus autem in sacramento est, quando sacramenti significatio integra non inuenitur: sacramentum aũt matrimonii significat coniunctionem Christi ad Ecclesiã quæ est vnius ad unam. Et ideo req̃ uiritur ad perfectam significationem sacramenti, q̃ vir sit tantũ vnius vir, & vxor sit tantũ vnius vxor: & ideo bigamia quæ hoc tollit, irregularitatem inducit. Et sunt quatuor modi bigamiæ. Primus est, cũ quis plures habet vxores de iure, successiuè. Secundus, cũ simul habet plures vnam de iure, aliam de facto. Tertius, cum habet plures successiuè, unam de iure, aliam de facto. Quartus, quando viduam ducit in uxorem. Et in omnibus his est irregularitas adiuncta. Aiia autem cã consequens assignatur, quia in illis qui accipiunt sacrm ordinis, maxima spiritualitas debet apparere: tum quia spũalia ministrant, s. sacramenta, tum quia spiritualia docẽt, & in spiritualibus occupari debent. Vnde cum concupiscentia maximè spiritualitati repugnet, per quam totus homo caro efficitur, non debet aliquod signum concupiscentiæ permanentis in eis apparere, quod quidem apparet in bigamis, qui una uxore contenti esse noluerunt. Tamen prima ratio est melior.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd multitudo plurium vxorum simul existentium, est multitudo simpliciter: & ideo talis multitudo totaliter significationi sacramenti repugnat, & propter hoc tollitur sacramentum. Sed multitudo plurium vxorum successiuè, est multitudo secundum quid, & ideo non tollit significationem sacramenti totaliter, nec sacramentum euacuat quantum ad sui essentiam, sed quantum ad sui perfectionem, quæ requiritur in illis qui sunt sacramentorum dispensatores.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ quàmuis sit in fornicariis maioris concupiscentiæ signum, non tamen concupiscentiæ ita adhærentis: quia per fornicationem unus alteri non in perpetuum obligatur, & ideo non est defectus sacramenti.

¶ Ad tertium dicendum, quòd sicut dictum * est, bigamia causat irregularitatem, inquantum tollit perfectam significationem * sacramenti, quæ quidem consistit & in coniunctione animorum, quæ fit per consensum, & in cõiunctione corporum: & ideo ratione vtriusque simul oportet esse bigamiam quæ irregularitatem faciat. Vndeper Decretal. Innocen. III. † obuiatur ei quod Magister * in litera dicit, scilicet quod solus consensus per verba de præsenti sufficit ad irregularitatem inducendam.

In cor. & ad 2. Al. matrimonii.

† lococitato in arg. 3. li. 4. Sent. di. 27. in fine illius.

ARTICVLVS II.

¶ *Vtrùm irregularitas sit annexa bigamiæ, quæ contingit ex hoc, quòd homo habet duas vxores, vnam de iure, & alteram de facto.*

876 AD secundum sic proceditur. Videtur, quòd irregularitas non sit annexa bigamiæ, quæ contingit ex hoc, q̃ homo habet duas uxores, simul vel successiuè, vnam de iure, & aliam de facto. Quia vbi nullum est sacramentum, non pôt esse defectus sacramenti, sed quando aliquis contrahit de facto cum aliqua, & non de iure, nõ est ibi aliquod sacramentum, quia talis coniunctio nõ significat coniunctionem Christi ad Ecclesiam: ergo cùm irregularitas non consequatur bigamiam nisi propter defectum sacramenti, videtur, q̃ talem bigamiam irregularitas non consequatur.

¶ 2 Præt. Aliquis accedens ad illam, cum qua contrahit de facto & non de iure, committit fornicationem, si non habeat aliquam vxorem legitimam, vel adulterium, si habeat: sed diuidere carnem suam in plures per fornicationem, vel adulterium non causat irregularitatem: ergo nec dictus * bigamiæ modus.

In arg. 1 huius art.

¶ 3 Præt.

¶ 3 Præt. Contingit q̃ aliquis, antequam cognoscat carnaliter illam, cum qua de iure contraxit, cum alia contrahat de facto, non de iure, & eam carnaliter cognoscat, siue prima mortua, siue viuente: talis contraxit cum pluribus, vel de iure, vel de facto. & tamen non est irregularis, quia carnem suam non diuisit in plures: ergo ex præ-
In arg. 1. dicto * modo bigamiæ non contrahitur irregularitas.

¶ Respon. dicendum, q̃ in duobus secundis modis bigamiæ contrahitur irregularitas: quia quàmuis in altero non sit sacramentum, est tamen quædam sacramenti similitudo. Vnde isti duo modi sunt secundarij, & primus est principalis in irregularitate causanda.

¶ Ad primum ergo dicendum, q̃ quàmuis ibi non sit sacramentum, est tamen ibi aliqua similitudo sacramenti, quæ non est in fornicario, vel in adulterino concubitu: & ideo non est similis.

¶ Et per hoc patet solutio Ad secundum.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ in tali casu non reputatur bigamus: quia primum matrimonium non habuit perfectam significationem suam: tamen si per iudicium Ecclesiæ compellatur ad primam redire, & eam cognoscere, statim efficitur irregularis; quia irregularitatem non facit peccatum, sed imperfectio significationis.

ARTICVLVS III.

¶ *Vtrùm contrahatur irregularitas ex hoc, quòd aliquis ducit vxorem non virginem.*

877 AD tertium sic proceditur. Videtur, q̃ non contrahatur irregularitas ex hoc, q̃ aliquis ducit vxorem nõ virginem. Quia plus impeditur aliquis defectu proprio, quàm alieno: sed si ipse contrahens non sit virgo, non efficitur irregularis: ergo multò minus si vxor eius, virgo non sit.

¶ 2 Præt. Potest esse q̃ aliquis defloraiit aliquam, & postea ducat eam in vxorem; talis autem non videtur fieri irregularis, quia non diuisit carnem suam in plures, nec etiam vxor eius; & tamen ducit corruptam in vxorem: ergo talis modus bigamiæ non causat irregularitatem.

¶ 3 Præt. Nullus potest contrahere irregularitatem nisi voluntarius: sed aliquis quandoque ducit vxorem non virginem inuoluntarius, vt quando credit eam virginem esse, & postea inuenit eam corruptam fuisse, cognoscens eam: ergo talis modus non semper facit irregularitatem.

¶ 4 Præt. Corruptio sequens matrimonium est vituperabilior, quàm præcedens: sed si vxor post quam est consummatum matrimonium, ab alio cognoscatur, vir non efficitur irregularis: alias puniretur pro peccato vxoris; & potest etiam esse q̃ postquam hoc sciat, reddat ei debitum poscenti, antequam de adulterio accusata condemnetur: ergo videtur, q̃ ille modus bigamiæ non causet irregularitatem.

In Regist. li. 2. c. 335. in med. & refertur d. 34. c. Præcipimus. ¶ Sed contra est, quod Grego*. dicit, Præcipimus ne vnquam illicitas ordinationes facias ne bigamum, aut qui virginem non est sortitus in vxorem, aut ignorantem literas, aut habentem quamlibet partem corporis vitiatam, vel pœnitentiæ, vel curiæ, aut cuilibet conditioni obnoxium, ad sacros ordines permittas accedere.

¶ Respondeo dicendum, quòd in coniunctione Christi & Ecclesiæ vnitas ex vtraque parte inuenitur. Et ideo siue diuisio carnis inueniatur ex parte viri, siue ex parte vxoris, est defectus sacramenti. Sed tamen diuersimodè: quia ex parte viri requiritur, quòd aliam non duxerit in vxorem, non quòd sit virgo: sed ex parte vxoris requiritur quòd etiam sit virgo; cuius ratio à Decretistis assignatur, quia sponsus significat Ecclesiam militantem, cuius curam gnit Episcopus in qua sunt multæ corruptiones; sed sponsa significat Christum, qui virgo fuit: & ideo ex parte sponsæ requiritur virginitas, sed nõ ex parte sponsi, ad hoc quod aliquis Episcopus fieri possit. Sed hæc ratio est expresse cõtra Apostolum ad Ephesios quinto, Viri diligite vxores vestras sicut & Christus dilexit Ecclesiã, Ex quo apparet quòd vxor significat Ecclesiam, & sponsus Christum; & iterum, Quoniam vir caput est mulieris, sicut Cstristus caput est Ecclesiæ. Et ideo alij dicunt, quòd per sponsum significatur Christus; per sponsam, Ecclesia triumphans, in qua non est ali qua macula; Christus autem habuit primo synagogam quasi concubinam, & sic non tollitur aliquid de perfectione significationis sacramenti, si priùs habuit sponsus concubinam. Sed hoc est valdè absurdum, quia sicut est vna fides antiquorum & modernorum, ita vna Ecclesia. Vnde illi qui tempore synagogæ Deo seruiebant, ad vnitatem Ecclesiæ, in qua Deo seruimus pertinebant. Et præterea, hoc est expressè contra illud quod habetur Hierem. 3. Ezec. 16. & Osæ 2. vbi expressè fit mentio de desponsatione synagogæ, vnde non fuit sicut concubina, sed sicut vxor. Et præterea secundum hoc fornicatio esset sacramentum illius coniunctionis, quod est absurdum: & ideo Gentilitas priusquam despõsaretur à Christo in fide Ecclesiæ, corrupta fuit à diabolo per idololatriam. & ideo aliter dicendum, quòd defectus in ipso sacramento causat irregularitatem; corruptio autem circa extra matrimonium contingens, quæ præcesit matrimonium, nullum defectum facit in sacramento ex parte illius, in quo est corruptio. sed facit defectum ex parte alterius: quia actus contrahentis matrimonium non cadit supra seipsum, sed supra alterum: & ideo ex termino specificatur, qui etiam est respectu illius quasi materia sacramenti. Vnde si mulier esset ordinis susceptiua, sicut efficitur vir irregularis ex hoc q̃ ducit vxorem corruptam, non autem ex hoc, q̃ corruptus contrahit: ita fieret mulier irregularis, si contraheret cum corrupto, non autem si contraheret corrupta, nisi in alio matrimonio priùs corrupta fuisset.

¶ Et per hoc patet solutio Ad primum.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ in tali casu sunt diuersæ opiniones, tamen probabilius est q̃ non sit irregularis: quia carnem suam non diuisit in plures.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ irregularitas non est pœna inflicta, sed defectus quidam sacramenti: & ideo non oportet, q̃ semper sit voluntaria bigamia ad hoc, quòd irregularitatem causet; & ideo ille qui vxorem ducit corruptam, quàm virginem credit, irregularis est, eam cognoscens.

¶ Ad quartum dicendum, q̃ si mulier fornicetur post matrimonium contractum, non efficitur ex hoc vir irregularis, nisi post corruptionem * adulterij eam iterato cognoscat: quia alias corruptio vxoris non modo cadit sub actu matrimoniali viri: sed si etiam per ius compellatur ei reddere debitum, vel etiam ex conscientia propria, illa petente, debitum reddat ante condemnationem adulterij, irregularis efficitur, quàmuis de hoc sint opiniones, sed hoc quod dictum est, * est probabilius: quia hic non requiritur † quòd sit peccatum, sed significatio tantùm. *

Al. adulterinam.

Hoc eodẽ loco. † Al. quid. * ar. 2. huius q. ad 3

ARTICVLVS IIII.

¶ *Vtrùm bigamia soluatur per baptismum.*

878 AD quartum sic proceditur. Videtur, q̃ bigamia per baptismum soluatur. Dicit enim Hiero*. in epistolam ad Titum: quòd si quis ante baptismum plures vxores habuit, vel vnam ante, & aliam post, nõ est bigamus: ergo bigamia per baptismum soluitur.

act. 1. super illud: vnius vxoris virũ. to. 9. Vnde ẽ in epist. ad Oceanũ pa. 16 ad med. t. 3. & in Decret. 26. & causa 8. q. 1.

¶ 2 Præt. Qui facit quod maius est, facit quod minus est, sed baptism us tollit omne peccatum quod est grauius, quàm irregularitas: ergo tollit bigamiæ irregularitatẽ.

¶ 3 Præt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ 3 Præt. Baptismus tollit omnem pœnam ex actu prouenientem: sed irregularitas bigamiæ est huiusmodi: ergo, &c.

¶ 4 Præt. Bigamus est irregularis, inquantum deficit à repræsentatione Christi: sed per baptismum plenè Christo* conformamur: ergo soluitur illa irregularitas.

Aliàs conformatur:

¶ 5 Præt. Sacramenta nouæ legis sunt magis efficacia, quàm sacramenta veteris legis: sed sacramenta veteris legis, soluebant irregularitates, vt in principio libri dictum est à Magistro*: ergo & baptismus, qui est efficacissimum sacramentum in noua lege, soluit irregularitatem ex bigamia contractam.

* li. 4. Sent. dist. 1. §. B.

¶ Sed contra est, quod Augustinus dicit: Acutiùs intelligunt, qui nec eum qui catechumenus, aut paganus habuit alteram, ordinandum censuerunt, quia de sacramento agitur, non de peccato.

† De bono coniugali c. 18. ante medium t. 6

¶ Præt. Sicut idem † dicit: Fœmina si catechumena, vel pagana, vitiata est, non potest inter Dei virgines post baptismum cõsecrari: ergo eadem ratione, nec bigamus ante baptismum ordinari.

loco iam citato.

¶ Respondeo dicendum, q̃ † baptismus soluit culpas & non soluit coniugia: vnde cùm ex ipso coniugio sequatur irregularitas, per baptismum tolli non potest, vt Augustinus* dicit.

Innoc. 1. Epist. 22. c. 52. *In lib. de bono coniugali ca. 18. to. 6.

¶ Ad primum ergo dicendum, q̃ in casu isto non tenetur Hieronymi opinio, nisi fortè velimus eum exponere q̃ loquitur ad superioris † dispensationem.

† Alias, sanctiorē.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ non oportet vt quod facit maius, faciat minus, nisi sit ad illud ordinatum; & hoc deficit in proposito, quia baptismus ad irregularitatem tollendam non ordinatur.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ hoc intelligendum est de pœnis quæ consequuntur ex actuali peccato quasi inflictæ, vel infligendæ: non enim aliquis per baptismum virginitatem recuperat, nec similiter carnis indiuisionem.

Al. baptismus conformat.

¶ Ad quartum dicendum, quòd † baptizatus conformatur Christo quantum ad virtutem mentis, sed non quantum ad statum carnis, qui consideratur in virginitate, vel in diuisione carnis.

¶ Ad quintum dicendum, quòd illæ irregularitates ex leuibus causis non perpetuis erant contractæ: & ideo etiam per illa sacramenta auferri poterant; & iterum erant ad hoc ordinata, non autem baptismus ad hoc ordinatur.

ARTICVLVS V.

¶ Vtrùm cum bigamo liceat dispensare.

279 In decret. li. 1. tit. 21 c. 4. in fine.

AD quintum sic proceditur. Videtur, q̃ cum bigamo non liceat dispensare. Quia Extra de bigamis dicitur: Cum clericis, qui inquantum in ipsis fuit, secundas sibi mulieres coniunxerunt matrimonialiter, tanquam cum bigamis non licet dispensare.

¶ 2 Præt. Contra ius diuinum non licet dispensare: sed omnia quæ in Canone dicuntur, ad ius diuinum pertinent: Cùm ergo Apostolus in scriptura Canonica dicat, *oportet Episcopum vnius vxoris virum esse, videtur, q̃ in hoc non possit dispensari.

1. Timo. 3

¶ 3 Præt. Nullus potest dispensare in his quæ sunt de necessitate sacramenti: sed non esse irregularem, est de necessitate sacramenti ordinis, cùm significatio quæ est sacramento essentialis, desit in eo qui est irregularis: ergo non potest in hoc dispensari.

¶ 4 Præt. Hoc quod rationabiliter factum est, non potest rationabiliter mutari: si ergo potest rationabiliter dispensari cum bigamo, irrationabiliter est ei adiuncta irregularitas; quod est inconueniens.

† Ita refert gl. in decr. d. 34 c. Lector. *Refertur in Decretis di. 34. c. Lector.

¶ Sed contra est, quod Lucius † Papa dispensauit cum Episcopo Panormitano, qui erat bigamus.

¶ Præt. Martinus* Papa dicit, Lector si viduam vxorem accipiat, in lectoratu permaneat; aut si necessitas fuerit, subdiaconus fiat, nihil autem supra: similiter si bigamus fuerit: ergo ad minus vsque ad subdiaconatum cum eo dispensari potest.

¶ Respon. dicendum, q̃ bigamiæ non est adiuncta irregularitas de iure naturali, sed de iure positiuo: nec iterum est de essentialibus ordinis, q̃ aliquis non sit bigamus; quod patet ex hoc, q̃ si aliquis bigamus ad ordines accedat, characterem accipit. Et ideo Papa potest dispensare in tali irregularitate totaliter; sed Episcopus, quantum ad minores ordines. Et quidam dicunt, quòd etiam quantum ad maiores, in illis qui volunt Deo in religione seruire; propter vitandum religiosorum discursum.

¶ Ad primum ergo dicendum, q̃ per illam Decr. ostenditur eadem esse difficultas dispensadi in illis qui de facto cum pluribus contraxerunt, ac si de iure contraxissent, non q̃ subtrahatur simpliciter potestas Papæ dispensandi in talibus.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ hoc est verum quantum ad ea quæ sunt de iure naturali, & quantum ad ea quæ sunt de necessitate sacramentorum & fide: sed in alijs quæ sunt de institutione Apostolorum, cùm Ecclesia habeat nunc eandem potestatem statuendi & destruendi, quam tunc habuerit, potest per eum qui primatum tenet in Ecclesia, dispensari.

¶ Ad tertium dicendum q̃ non quælibet significatio est de essentia sacramenti, sed tantùm illa quæ pertinet ad *officium sacramenti, & talis non tollitur per irregularitatem. Aliàs effectum

¶ Ad quartum dicendum, q̃ in particularibus non potest inueniri ratio, quæ omnibus competat æqualiter, propter eorum diuersitatem: & ideo q̃ vniuersaliter statutum est rationabiliter, consideratis his quæ in pluribus accidunt: potest etiam per dispensationem rationabiliter remoueri in aliquo casu determinato.

QVAEST. LXVII.

De libello repudij, in septem articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de libello repudij.

¶ Circa quod quæruntur septem.

¶ Primò, Vtrùm inseparabilitas matrimonij sit de lege naturæ.

¶ Secundò, Vtrùm repudiare vxorem possit esse licitum per dispensationem.

¶ Tertiò, Vtrùm sub lege Moysi fuerit licitum.

¶ Quartò, Vtrùm liceat vxori repudiatæ alium virum accipere.

¶ Quintò, Vtrùm liceat viro repudiatam à se iterum ducere.

¶ Sextò, Vtrùm causa repudij fuerit odium vxoris.

¶ Septimò, Vtrùm causæ repedij deberent in libello scribi.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum inseparabilitas vxoris sit de lege naturæ.

280 D. Tho. 4. d. 33. q. 2. a. 1. & seq.

AD primum sic proceditur. Videtur, quòd inseparabilitas vxoris non sit de lege naturæ. Lex enim naturæ communis est apud omnes: sed nulla lege præter legem Christi fuit prohibitum vxorem dimittere: ergo inseparabilitas vxoris non est de lege naturæ.

¶ 2 Præt. Sacramenta non sunt de lege naturæ: sed inseparabilitas matrimonij ad sacramenti bonum pertinet: ergo non est de lege naturæ.

¶ 3 Præt. Coniunctio viri & fœminæ in matrimonio ordinatur principaliter ad prolis generationẽ & educationem, & institutionem: sed hæc omnia aliquo certo tempore consummantur: ergo post illud tempus licet vxorem dimittere sine aliquo præiudicio legis naturæ.

¶ 4 Præterea, Ex matrimonio principaliter quæritur bonum prolis: sed inseparabilitas matrimonij est contra bonum prolis: quia, vt tradunt Philosophi, aliquis vir non pòt ex aliqua fœmina prolem accipere, qui tamen ex alia accipere posset, & quæ etiam ab alio viro imprægnaretur: ergo inseparabilitas matrimonij magis est contra legem naturæ, quàm de lege naturæ.

* Sed cõtra, Illud præcipuè est de lege naturæ quod natura bene instituta accepit in sui principio: sed inseparabilitas matrimonij est huiusmodi, vt patet Matth. 19. ergo est de lege naturæ.

¶ Præterea, De lege naturæ est, q̃ homo Deo non contrarietur: sed homo quodammodo contrarius esset Deo, si separaret quos Deus coniunxit: cùm ergo ex hoc institutum sit inseparabilitas matrimonij, Matt. 19. videtur, quod sit de lege naturæ.

¶ Respondeo dicendum, quòd matrimonium ex intentione naturæ ordinatur ad educationem prolis, nõ solum ad aliquod tempus, sed per totam vitam prolis. Vnde de lege naturæ est quòd parentes filijs thesaurizent, & filij parentum hæredes sint. Et ideo cum proles sit commune bonum viri & vxoris, oportet eorum societatem perpetuò permanere indiuisam secundum legis naturæ dictamen: & sic inseparabilitas matrimonij est de lege naturæ.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd sola lex Christi ad perfectum, humanum genus adduxit, reducens in statum nouitatis naturæ. Vnde & in lege Moysi & in legibus humanis non potuit totum auferri quod cõtra legem naturæ erat, hoc enim soli legi Spiritus & vitæ reseruatum est.

¶ Ad secundum dicendum, quòd inseparabilitas competit matrimonio, secundum quod est signum perpetuæ coniunctionis Christi & Ecclesiæ, & secundum quod est in officium naturæ ad bonum prolis ordinatum, vt dictum est: * sed quia separatio matrimonij magis directè repugnat significationi, quàm prolis bono, cui ex consequenti repugnat, vt dictum est: inseparabilitas matrimonij magis in bono sacramenti intelligitur, quàm in bono prolis, quamuis in vtroque intelligi possit: & secundum quod pertinet ad bonum prolis, erit de lege naturæ, non autem secundum quòd pertinet ad bonum sacramenti.

*In corp. ar.

¶ Ad tertium patet solutio ex dictis. *

In corp. ar. & in so. in. præc.

¶ Ad quartum dicendum, quòd matrimoniũ principaliter ordinatur ad bonum commune, ratione principalis finis, qui est bonum prolis: quamuis etiã ratione finis secundarij ordinetur ad bonum personæ matrimonium contrahentis: prout per se est in remedium concupiscentiæ. Et ideo in legibus matrimonij magis attenditur, quid omnibus expediat, quàm quid vni cõpetere possit. Quamuis ergo matrimonij inseparabilitas impediat bonum prolis in aliquo homine, tamen non est inconueniens ad bonum prolis simpliciter: & propter hoc ratio non sequitur.

ARTICVLVS II.

Vtrùm potuerit esse licitum, per dispensationem, vxorem dimittere.

281 AD Secundum sic proceditur. Videtur, q̃ vxorem dimittere, per dispensationem non potuerit esse licitum. Illud enim quod est in matrimonio contra bonum prolis, est contra prima præcepta legis naturæ, quæ indispensabilia sunt: sed dimissio vxoris est huiusmodi, vt ex dictis patet: * ergo, &c.

Ar. præc.

¶ 2 Præterea, Concubina differt præcipuè ab vxore in hoc, quòd non est inseparabiliter iuncta: sed habere concubinam fuit indispensabile: ergo & dimittere vxorem.

¶ 3 Præterea, Homines ita sunt modo receptibiles dispensationis, sicut olim fuerunt: sed modò non potest dispensari cum aliquo. vt vxorem dimittat: ergo nec olim.

¶ Sed contra, Agar cognita est ab Abraham vxorio affectu, vt dictum † est: sed ipse eam præcepto diuino eiecit, & non peccauit: ergo potuit per dispensationem fieri licitum, quòd homo vxorem dimitteret.

† ex art. 5. q. 65. præced.

¶ Respondeo dicendum, quòd dispensatio in præceptis præcipuè quæ sunt aliquo modo legis naturæ, est sicut mutatio cursus naturalis rei, qui quidem inuitari dupliciter potest. Vno modo, ex aliqua causa naturali, per quam alia causa naturalis impeditur à cursu suo, sicut est in omnibus quæ in minori parte casualiter accidunt in natura: sed per hunc modum non variatur cursus rerum naturalium quæ sunt semper, sed quæ sunt frequenter. Alio modo per causam penitus supernaturalem, sicut in miraculis accidit: & hoc modo potest mutari cursus naturalis, non solum qui est ordinatus vt sit frequenter, sed qui est ordinatus etiã, vt sit semper: vt patet in statione solis tempore Iosuæ, & reditu eius tempore Ezechiæ, & de eclipsi miraculosa tempore passionis Christi. Hæc autem ratio dispensationis in præceptis legis naturæ, quandoque est in causis inferioribus, & sic dispensatio cadere potest super secunda præcepta legis naturæ, non autem super prima, quia illa sunt quasi semper existentia, vt dictũ * est de pluralitate vxorũ, & huiusmodi. Aliquando autem est tantum in causis superioribus, & tunc potest dispensatio esse diuinitus, etiam contra prima præcepta legis naturæ, ratione alicuius mysterij diuini significandi, vel ostendendi, sicut patet de dispensatione in præcepto Abrahæ facto de occisione filij innocẽtis. Tales autem dispensationes non fiunt communiter ad omnes, sed ad aliquas singulares personas, sicut etiam in miraculis accidit. Si ergo inseparabilitas matrimonij inter prima præcepta legis naturæ contineatur, solum hoc secundo modo sub dispensatione cadere potuit. Si autem sit inter secunda præcepta legis naturæ, etiam primo modo cadere potuit sub dispensatione. Videtur autem magis inter secunda præcepta legis naturæ contineri, inseparabilitas enim matrimonij nõ ordinatur ad prolis bonum, quod est principalis matrimonij finis, nisi quantum ad hoc, q̃ per parentes filijs prouideri debet in totam vitam, per debitam præparationem eorum, quæ sunt necessaria in vita, huiusmodi autem præparatio non est de prima intẽtione naturæ, secundum quam omnia sunt communia. Et ideo non videtur, esse contra primam intentionẽ naturæ dimissio vxoris, & per consequens, nec contra prima præcepta, sed contra secunda legis naturæ, vnde etiam primo modo sub dispensatione posse cadere videtur.

Supra ¶ 65. ar. 2.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd in bono prolis secundum quod est de prima intentione naturæ, intelligitur procreatio & nutritio, & institutio quousque proles ad perfectam ætatem ducatur, sed quòd ei prouideatur in posterum per hæreditatis & aliorum bonorum dimissionem, videtur pertinere ad secundam legis naturæ intentionem.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ habere concubinam est contra bonum prolis, quantum ad id quod natura in ea, prima intentione intendit, scilicet educationẽ & institutionem, quæ requirit diuturnam commansionẽ parentum, quod non est in concubina, quæ ad tempus assumitur, & ideo non est simile. Tamen quantum ad secundam intentionem, etiam habere concubinam, sub dispensatione cadere potest, vt patet Osee. 1.

¶ Ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶Ad tertium dicendũ, quòd inseparabilitas, quamuis sit de secunda intentione matrimonij, prout est in officium naturæ, est tamen de prima intentione ipsius, prout est sacramentum Ecclesiæ: & ideo ex quo institutum est, vt sit Ecclesiæ sacramentum, manente tali institutione non potest sub dispensatione cadere, nisi forte secundo modo dispensationis.

ARTICVLVS III.

Vtrùm sub lege Moysi licitum fuerit vxorem dimittere.

285 AD tertium sic proceditur. Videtur, quòd sub lege Moysi fuerit licitum vxorem dimittere. Vnus enim modus consentiendi est non prohibere, cum prohibere possit aliquis: consentire autem illicito est illicitum cum ergo Moyses non prohibuerit vxoris repudium, nec peccauerit, quia lex sancta est, vt dicitur Ro. 7. videtur, quòd repudium fuerit aliquando licitum.

¶2 Præterea, Prophetæ locuti sunt Spiritusancto inspirati, vt patet 2. Pet. 1. sed Mala. 2. dicitur, cum odio habueris, dimitte: ergo cum illud quod Spiritus Sanctus inspirat, non sit illicitum, videtur quod repudium vxoris non semper fuerit illicitum.

Hom. 32. in Euan. Matth. in opere imperf. parũ ante med. tom. 2. Mart. 19. homil. 32. in Matth. in opere imperfecto parum ante med. to. 2.

¶3 Præterea, Chrys. † dicit, quòd sicut Apostoli permiserunt secundas nuptias, ita Moyses permisit libellum repudij: sed secundæ nuptiæ non sunt peccatum: ergo nec repudium vxoris sub lege Moysi.

¶Sed contra est, quod Dominus dicit, quòd libellus repudij datus est à Moyse Iudæis, propter duritiam cordis eorum: * sed duritia cordis eorum non excusabat eos à peccato: ergo neque lex de libello repudij.

¶5 Præterea, Chrys. * dicit super Matt. 2. quòd Moyses dando libellum repudij, non iustitiam Dei ministrauit, vt quasi per legem agentibus peccatum non videatur esse peccatum.

¶Respondeo dicendum, quòd circa hoc est duplex opinio. Quidam enim dicunt, quòd illi qui sub lege vxorem, dato libello repudij, dimittebant, non excusabantur à peccato, quamuis excusarentur à pœna secundum legem infligenda: & propter hoc dicitur Moyses libellum repudij permisisse, & sic ponunt quatuor modos permissionis. Vnum, per priuationẽ præceptionis, vt quando maius bonum non præcipitur, minus bonũ permitti dicitur: sicut Apostolus non præcipiendo virginitatem, matrimonium permisit, 1. Cor. 7. Secundũ, per priuationem prohibitionis: sicut venialia dicuntur permissa, quia non sunt prohibita. Tertium, per priuationem cohibitionis: & sic peccata omnia dicuntur permitti à Deo, inquantum non impedit, cum impedire possit. Quartum, per priuationem punitionis: & sic libellus repudij in lege permissus fuit, non quidem propter aliquod maius bonum consequendũ, sicut fuit dispensatio de plurib. vxoribus habendis, sed propter maius malum cohibendum, s. vxoricidiũ, ad quod Iudæi proni erant propter corruptionem irascibilis: sicut & permissũ est eis extraneis fœnerari propter corruptionem aliquam in concupiscibili, ne scilicet fratrib. suis fœnerarentur: & sicut etiam propter corruptionẽ suspicionis in rationali, fuit permissum sacrificium zelotypiæ, ne sola suspicio apud eos iudicium corrumperet. Sed quia lex vetus quamuis gratiam non conferret, tamen ad hoc data erat, vt peccatum ostenderet, vt cõiter Sancti dicunt: ideo aliis videtur, q̃ si repudiando vxorem peccassent, hoc saltem eis per legem aut prophetas indicati debuisset. Isaiæ 58. Annuntia populo meo scelera eorum. Aliàs viderentur nimis esse neglecti, si ea quæ necessaria sunt ad salutẽ, quæ non cognoscebãtur nunquam eis nuntiata fuissent: quod non potest dici, cum iustitia legis tempore suo obseruata, vitam meretur æternam. Er propter hoc dicunt, q̃ quamuis repudiare vxorem, per se sit malum, tamen ex permissione diuina licitũ fiebat: & hoc cõfirmant auctoritate Chrysostomi, * qui dicit, q̃ à peccato abstulit culpam legislator, quando permisit repudium. Et quamuis hoc probabiliter dicatur, tamen primum communius sustinetur: ideo ad vtrasque rationes respondendum est.

hom 31. in Matth. in opere imperfecto to. 2.

¶Ad primum ergo dicendum, quòd aliquis qui potest prohibere, non peccat, si à prohibitione abstineat, non sperans correctionem sed * maius malum æstimãs ex tali prohibitione occasionem sumere: & sic accidit Moysi, vnde diuina auctoritate fretus, libellum repudij non prohibuit.

Al. magis.

¶Ad secundum dicendum quòd Prophetæ spiritusancto inspirati non dicebant dimittendam esse vxorem quasi Spiritus sancti præceptum sit, sed quasi permissum, ne mala peiora fierent.

¶Ad tertium dicendum, quòd illa permissionis similitudo non est intelligenda quantum ad omnia, sed solum quantum ad causam eandem: quia vtraque permissio ad vitandam turpitudinem facta est.

¶Ad quartum dicendũ, quòd quamuis duritia cordis non excusaret à peccato, tamen permissio ex duritie facta excusat. Quædam enim prohibẽtur sanis, quæ non prohibentur infirmis corporaliter, nec tamen infirmi peccant, permissione sibi facta vtentes.

¶Ad quintum dicendum, quòd aliquod bonum potest intermitti dupliciter. Vno modo, propter aliquod maius bonum consequendum: & tunc intermissio illius boni ex ordine ad maius bonum accipit honestatem, sicut intermittebatur singularitas vxoris honestæ à Iacob, propter bonum prolis. Alio modo, bonum aliquod intermittitur ad vitandum maius malum: & tũc si auctoritate eius, qui dispensare potest, hoc fiat, reatũ talis boni intermissio non habet, sed honestatem etiam non acquirit: & sic indiuitibilitas matrimonij in lege Moysi intermittebatur propter maius malum vitandum, s. vxoricidium. Et ideo Chrysosto. † dicit, quòd à peccato abstulit culpam: quamuis enim inordinatio maneret in repudio, ex quo peccatum dicitur, tamen reatum pœnæ non habebat, neque temporalis neque perpetuæ, in quãtum diuina dispensatione fiebat, & sic erat ab eo culpa ablata: & ideo etiam ipse ibidem dicit, quòd permissum est repudium non malum quidem, tamen licitum, quòd quidem illi qui sunt de prima opinione, * referunt ad hoc tantum quòd non habebat reatum temporalis pœnæ.

ho. 32. in Matth. in opere imperfecto, ante med. tom. 2.

Positaini to. 2. corp.

ARTICVLVS IIII.

Vtrùm liceat vxori repudiatæ, alium virum habere.

283 AD quartum sic proceditur. Videtur, quòd liceret vxori repudiatæ alium virum habere. Quia in repudio magis erat iniquitas viri repudiantis, quàm vxoris repudiatæ: sed vir poterat sine peccato aliam ducere vxorem: ergo & vxor sine peccato alium virum ducere poterat.

Ia li. de bono Coniugali. ca. 7.

¶2 Præterea, Augustin. † dicit de duabus vxoribus: quod quando mos erat, peccatum non erat: sed tempore legis veteris erat talis consuetudo, quod repudiata alium virum ducebat, vt patet Deut. 24. Cum egressa alterum virum duxerit, &c. ergo vxor non peccabat, alteri viro se iungendo.

¶3 Præterea, Matth. 5. Dominus iustitiam noui Testamenti ostendit superabundantem esse respectu iustitiæ veteris Testamenti, hoc autem dicit ad iustitiæ noui Testamenti superabundantiam pertinere, quòd vxor repudiata non ducit alterum virum, ergo in veteri lege licebat.

¶4 Sed

¶Sed contra est, quod dicitur Matth. 5. Qui dimissam duxerit, mœchatur: sed mœchia nunquam fuit in veteri testamento licita: ergo nec vxori repudiatæ licuit alium virum habere.

¶5 Præterea, Deut. 24. dicitur, quòd mulier repudiata quæ alium virum duceret, polluta erat, & abominabilis facta coram Domino: ergo peccabat, aliũ virum ducendo.

¶Respondeo dicendum, quòd secundum primã opinionem * post repudium vxor peccabat alium virum ducendo, quia adhuc primum matrimonium non erat solutum. Mulier enim quanto tempore viuit, alligata est legi viri: ad Roma. 7. non autem poterat simul plures viros habere. Sed secundum aliam opinionem, sicut licebat viro ex dispensatione diuina vxorem repudiare, ita vxori alium virum ducere: quia inseparabilitas matrimonij ex causa diuinæ dispensationis tollebatur, qua inseparabilitate manente, intelligitur verbum Apostoli. Vt ergo ad vtrasque rationes respondeamus.

Positã ar. 3. huius q. in corp.

¶Ad primum dicendum, quòd viro licebat plures vxores, simul habere secundum dispensationem diuinam, & ideo vna dimissa etiam matrimonio non soluto, poterat aliam ducere: sed nunquam vxori licuit habere plures viros. Et ideò non est simile.

¶Ad secundum dicẽdum, quòd in illo verbo Aug. mos non ponitur pro consuetudine, sed pro actu honesto secundum quòd à more dicitur aliquis morigeratus, quia est bonorum morum, & sicut à more philosophia moralis nominatur.

¶Ad tertium dicendum, quòd Dominus Matthæi 5. ostendit nouam legem abundare per consilia ad veterem, non solùm quantum ad ea, quæ lex vetus licita faciebat, sed etiam quantum ad ea quæ in veteri lege illicita erat, sed à multis licita putabantur per non rectam præceptorum expositionem, sicut patet de odio inimici: & ita est etiam de repudio.

¶Ad quartum dicendum, quòd verbum Domini intelligitur quantum ad tempus nouæ legis, in quo dicta permissio est sublata: & sic etiã intelligitur quod dam verbum Chrysost. * qui dicit quòd qui secundum legem dimittit vxorem, quatuor facit iniquitates, quia quo ad Deum, existit homicida, inquantum habet propositum occidendi vxorem, nisi eam dimitteret, & quia dimittit non fornicantem, in quo solo casu lex Euangelij vxorem dimittere permittit, & similiter quia facit eam adulteram, & illum cui copulatur.

Hom. 32. in Matth. in opere imperfecto non multũ remotè ante med. to. 2.

¶Ad quintum dicendum, quòd quædam glos. interlinearis dicit, polluta est & abominabilis: sed illius iudicio qui quasi pollutam eam prius dimisit, & sic non oportet quòd sit polluta simpliciter. Vel dicitur polluta eo modo quo immũdus dicebatur, qui mortuum tangebat uel leprosum, non immunditia culpæ, sed cuiusdam irregularitatis legalis: vnde & sacerdoti non licebat viduam, aut repudiatam ducere in vxorem.

ARTICVLVS V.

Vtrùm liceat viro repudiatam à se, accipere.

284 AD QVINTVM sic proceditur. Videtur, quòd licebat viro repudiatam à se, iterum accipere. Licet enim corrigere quod male factum est: sed malè factum erat, quod vir vxorem repudiabat: ergo licebat hoc corrigere reducendo vxorem ad se.

¶2 Præterea, Semper licuit peccanti indulgere, cùm sit morale præceptum, quod in omni lege manet: sed vir accipiendo vxorem repudiatam, ei peccãti indulgebat: ergo hoc licitum erat.

¶3 Præterea, Deuter. 24. ponitur pro causa quare vxor repudiata non possit iterum accipi, quia polluta est: sed repudiata non polluitur, nisi alterum virum ducendo: ergo saltem ante, quàm alium virum duceret, licebat eam accipere.

¶Sed contra est, quod dicitur Deuteron. 24. Non poterit prior maritus recipere eam & cætera.

Respondeo dicendum, quòd in lege de libello repudij duo erant permissa, scilicet dimittere vxorem, & vxorem dimissam alteri iungi: & duo præcepta, scilicet scriptura libelli repudij, & quod iterum maritus repudians, eam accipere non posset: quod quidé secundum eos qui primam opinionem * tenent, factum fuit in pœnam mulieris, quæ alteri nupsit, & in hoc peccato polluta est. Sed secundum alios, vt vir nó de facili vxorem repudiaret, quam postea nullo modo * recuperare posset.

Positã ar. 3. huius q. corp Al. reuocate.

¶Ad primum ergo dicendum, quod ad illius mali impedimentum, quod committebat aliquis repudiãdo vxorem, ordinabatur quòd vir vxorem repudiatã assumere iterato non posset, & ideò diuinitus ordinatum fuit.

¶Ad secundum dicendum, quòd semper licuit indulgere peccanti, quantum ad rancorem cordis, sed non quantum ad pœnam diuinitus taxatam.

¶Ad tertium dicendum, quòd in hoc duplex est opinio. Quidam enim dicunt, quòd licuit vxorem repudiatam viro reconciliari, nisi matrimonio alteri viro esset iuncta: tunc enim propter adulterium cui se mulier voluntariè subdidit in pœnã dabatur ei, q̃ ad priorẽ virũ nó rediret. Sed quia lex vniuersaliter prohibet, ideò dicunt alij, quod etiam antequam alteri nuberet, non poterat reuocari, ex quo repudiata erat: quia pollutio non intelligitur quantum ad culpam, sed vt dictum est. *

Ar. præce. in resp. ad 5.

ARTICVLVS VI.

Vtrùm causa repudij fuerit odium vxoris.

285 AD sextum sic proceditur. Videtur, quòd causa repudij fuerit odium vxoris, Nam Malac. 2. dicitur. Cùm odio habueris, dimitte. ergo, &c.

¶2 Præterea, Deuter. 24. dicitur: si non inuenerit gratiam ante oculos eius, propter aliquam fœditatẽ, &c. ergo idem quod prius.

¶3 Sed contra, Sterilitas & fornicatio magis cõtrariatur matrimonio, quàm odium: ergo illa potius debuerunt esse causa repudij, quàm odium.

¶4 Præterea, odium potest causari ex virtute eius qui odio habetur: si ergo odium est sufficiens causa, tunc mulier posset repudiari propter virtutem suam, quod est absurdum.

¶5 Præterea, Deuteron. 22. dicitur: Si duxerit vir vxorem, & postea odio habuerit eam, quæsieritque occasiones quibus dimittat eam, obiiciens ei stuprum ante coniugium, si in probatione defecerit, verberabitur, & centum siclis argenti condemnabitur, & non poterit dimittere eam omnibus diebus vitæ suæ: ergo odium non est sufficiens causa repudij.

¶Respondeo dicendum, quòd causa permissio nis repudiandi vxorem fuit vitatio vxoricidij, vt sancti communiter dicunt: proxima autem causa homicidij est odium, & ideo proxima causa repudij est odium.

Universidad de Deusto
Biblioteca

odium. Sed odium ex aliqua causa causatur, sicut
Al. A'ias † Al enim * lib. 1. de fermo. domini in mõte, ca. 25. parũ à princ. to. & amor: & ideo oportet etiam * aliquas causas repudij ponere remotas, quæ erant causa odij. dicit † autem Augustin. * in glos. Deuteron. 24. Multæ erant in lege causæ dimittendi vxorem, solam Christus formicationem excepit, cæteras verò molestias iubet pro fide & castitate coniugi sustineri. Hæ autem causæ intelliguntur fœditates in corpore, puta, infirmitas, vel aliqua notabilis macula: vel in anima, sicut formicatio, vel aliqua huiusmodi, quæ in moribus inhonestatem facit. Sed quidam has causas satis probabiliter magis coarctant, dicentes, quòd non licebat repudiare, nisi propter aliquam causam post matrimonium superuenientem, nec propter quamlibet talem, sed propter illas solum, quæ possunt bonum prolis impedire, vel in corpore, vt sterilitas, aut lepra, aut aliquid huiusmodi, vel in anima, vt si esset malorum morum, quos filij ex conuersatione ad ipsam, imitarentur. Sed quædam glossa * super illud Gl. interlinea. ibid. Deuteronomij vigesimoquarto, Si non inuenerit gratiam. &c. videtur magis arctare, scilicet ad peccatum, cum dicit, quòd ibi per fœditatem peccatum intelligitur, sed peccatum glossa nominat non solum in moribus animæ, sed etiam in natura corporis.

Sic ergo Prima Duo concedimus.

¶ Ad Tertium dicendum, quòd sterilitas & alia huiusmodi, sunt causa odij: & sic sunt causæ remotæ.

* Ad Quartum dicendum, quòd propter virtutem non est aliquis odibilis, per se loquendo, quia bonitas causa est amoris: & ideo ratio non sequitur.

¶ Ad Quintum dicendum, quod dabatur in pœnam viri, quod non posset in perpetuum repudiare vxorem in casu illo, sicut etiam in alio casu quando puellam deflorauerat.

ARTICVLVS VII.

Vtrùm causa repudij debebant in libello scribi.

286 AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur, quòd causæ repudij debebant in libello scribi. Quia per libellum repudij scriptum, à pœna legis absoluebatur: sed hoc omnino videtur iniustum nisi causis sufficientibus repudij assignatis: ergo illas oportebat scribere in libello.

¶ 2 Præterea, ad nihil aliud illa scriptura valere videbatur, nisi vt causæ repudij ostenderentur: ergo si non inscribebantur, frustra libellus ille tradebatur sibi.

lib. 4. sent. di. 33. §. C. ¶ 3 Præterea, Hoc Magister dicit in litera. *

¶ Sed Contra, Causæ repudij aut erant sufficientes, aut non: si sufficientes, præcludebatur mulieri via ad secundas nuptias, quæ ei secundum legem concedebantur: si autem insufficientes, ostendebatur iniustum repudium, & sic repudium fieri non poterat: ergo nullo modo causæ repudij ibi in speciali inscribebantur.

¶ Respondeo dicendum, quòd causæ repudij in speciali non scribebantur in libello, sed in generali, vt ostenderetur iustũ repudium: sed secundũ Iosephũ, li. 4. Antiquitatũ, c. 6. cir. me. li. 19. cõtra Faustũ, c. 26. circa princ. to. 6. * vt mulier habeus libellum conscriptum de repudio, alteri nubere posset, alias enim ei creditum non fuisset. Vnde in eo erat scriptura talis. Secundum eũ, Promitto tibi, quòd nunquam tecum cõueniam: sed secundum Aug. * ideò libellus scribebatur, ut mora interueniente, & consilio Scribarum diluadente, vir à proposito repudiandi desisteret.

¶ Et per hoc patet solutio Ad Obiecta.

QVAESTIO LXVIII.

De filijs illegitimè natis, in tres articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de filiis illegitimè natis.

¶ Et circa hoc quæruntur tria.

¶ Primò, vtrum qui nascuntur extra verum matrimonium, sint illegitimi.

¶ Secundò, vtrum illegitimi filij debeant ex hoc, damnum reportare.

D. Thom. 4. di. 40. q. vnic. artic. q. 1. & seq. ¶ Tertiò, vtrum possint legitimari.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrùm filij, qui nascuntur extra verum matrimonium, sint legitimi.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod filij qui nascuntur extra verum matrimonium, sint legitimi. Quia secundum legem natus, legitimus filius dicitur: sed quilibet nascitur secundum legem: ad minus naturæ quæ fortissima est: ergo quilibet filius dicitur legitimus.

¶ Præterea, Cõmuniter dicitur, quòd legitimus filius est, qui est de legitimo matrimonio natus, vel de eo quod in facie Ecclesiæ legitimum reputatur: sed contingit quandoque quod aliquod matrimonium legitimum reputetur in facie Ecclesiæ, quod habet impedimentum ne sit verum matrimonium: & tamen à contrahentibus in faciæ Ecclesiæ scitur, & si occultè nubant, & impedimentum nesciant, legitimum videtur in facie Ecclesiæ, ex quo per Ecclesiam nõ prohibetur: ergo filii extra verum matrimonium nati, non sunt illegitimi.

¶ Sed Contra, Illegitimum dicitur quod est contra legem: sed illi qui nascuntur extra matrimonium, nascuntur contra legem: ergo sunt illegitimi.

¶ Respondeo dicendum, quod quadruplex status est filiorum. Quidam enim sunt naturales & legitimi, sicut illi qui nascuntur ex vero & legitimo matrimonio. Quidam naturales & non legitimi, vt filij qui nascuntur ex simplici fornicatione. Quidam, legitimi & non naturales, sicut filij adoptiui. Quidam nec legitimi nec naturales, sicut spurij nati de adulterio, vel de stupro: tales enim nascuntur & contra legem positiuam & contra legem naturæ expresse. Et sic concedendum est quosdam filios esse illegitimos.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd quamuis illi qui nascuntur ex illicito coitu, nascantur secundum naturam, quæ communis est homini & omnibus animalibus, tamen nascuntur contra legem naturæ, quæ est propria hominibus, quia fornicatio & adulterium & huiusmodi, sunt contra legem naturæ: & ideo tales secundum nullam legem sunt legitimi.

Ad Secundum dicendum, quod ignorantia excusat illicitum coitum à peccato nisi sit affectata. Vnde illi qui conueniunt bona fide in facie Ecclesiæ, quamuis sit impedimentum, dum tamen ignorent, non peccant, nec filij sunt illegitimi. Si autem sciant, quamuis Ecclesia sustineat quæ ignorat impedimentum, non excusantur à peccato, nec filij ab illegitimitate. Si autẽ nesciant & in occulto cõtrahant, etsi nõ excusantur, quia talis ignorãtia videtur affectata.

ARTI-

ARTICVLVS II.

¶ Vtrùm filij illegitimi debeant ex hoc aliquod damnum reportare.

282 AD secundum sic proceditur. Videtur, quòd illegitimi filij non debeant ex hoc aliquod damnum reportare. Quia filius, non debet puniri pro peccato patris, vt patet per sententiam Domini, Ezech. 18. sed q̃ ille nascatur ex illicito coitu, non est peccatum proprium, sed peccatum patris: ergo ex hoc non debet aliquod damnum incurrere.

¶ 2 Præterea, Iustitia humana est extracta à diuina: sed Deus æqualiter largitur bona naturalia legitimis & illegimis filiis: ergo & secundum iura humana filii illegitimi debent legitimis æquiparari.

¶ Sed contra est quod dicitur Genes. 25. q̃ Abraham dedit omnia bona sua Isaac, & filiis concubinarum largitus est munera: & tamen illi nõ erant ex illicito coitu nati: ergo multò magis debent illi, qui ex illicito coitu nascuntur, hoc damnum reportare, quòd non succedant in bonis paternis.

¶ Respondeo dicendum, quòd aliquis dicitur damnum ex aliquo incurrere dupliciter. Vno modo, per hoc q̃ ei subtrahitur, quod erat ei debitum: & sic filius illegitimus nullum damnum incurrit. Alio modo per hoc, q̃ ei aliquid non est debitum, quod aliàs poterat esse ei debitum: & sic filius illegitimus damnum incurrit duplex. Vnum, quia non admittitur ad actus legitimos, sicut ad officia vel dignitates, quæ requirunt aliquã honestatem in illis qui hoc exercent. Aliud damnum incurrit, quia non succedit in hæreditate paterna. Sed tamen naturales filii succedere possunt in * sexta parte tantùm 3 spurii autem in nulla parte, quàmuis ex iure naturali parentes eis in necessariis prouidere teneantur. Vnde pertinet ad solicitudinem Episcopi, vt vtrunque parentum cogat ad hoc, quòd eis prouideant.

Al. septima. Citato in serp.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd incurrere damnum hoc secundo modo, * non est pœna: & ideo non dicimus, quòd sit pœna alicui, quòd non succedit in regno aliquo, per hoc, quòd non est filius regis: & similiter non est pœna, quod alicui qui non est legitimus, non debentur ea quæ sunt legitimorum filiorum.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ coitus illegitimus non est contra legem, inquantum est actus generatiuæ virtutis, sed inquantum ex praua uoluntate procedit: & ideo filius illegitimus nõ incurrit damnum in his quæ acquiruntur per naturalem originem, sed in his quæ per uoluntatem fiunt, uel possident ur.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrùm filius illegitimus possit legitimari.

289 AD tertium sic proceditur. Videtur, q̃ filius illegitimus non possit legitimari. Quantum. n. distat legitimus ab illegitimo, tantùm econuerso illegitimus à legitimo: sed legitimus nunquàm fit illegitimus: ergo nec illegitimus unquam fit legitimus.

¶ 2 Præt. Coitus illegitimus creat illegitimum filiũ: sed coitus illegitimus nunquàm fit legitimus: ergo nec filius illegitimus legitimari potest.

¶ Sed contra, quod per legem inducitur, per legem reuocari potest: sed illegitimitas filiorum est per legem positiuam inducta: ergo potest filius illegitimus legitimari ab eo qui habet auctoritatem legis.

¶ Respondeo dicendum, q̃ filius illegitimus potest legitimari, non ut fiat de legitimo coitu natus: quia coitus ille transiuit, & nunquàm potest fieri legitimus, ex quo semel fuit illegitimus: sed dicitur legitimari, inquantum damna quæ illegitimus filius incurrit, subtrahũtur per legis auctoritatem. Et sunt sex modi legitimandi. Duo secundùm Canones, scilicet † cùm quis ducit in uxorem illam, ex qua filium illegitimum genauit, si non fuit adulterium, & * per specialem indulgentiam & dispensationem domini Papæ. Quatuor autem alii modi sunt secundum leges. Primus est, si pater filium naturalem curiæ Imperatoris offerat, ex hoc enim ipso legitimatur propter curiæ honestatem. Secundus, si pater in testamento nominet eum legitimum hæredem, & filius postmodum testamentum Imperatori offerat. Tertius est, si nullus sit filius legitimus, & ipsemet filius seipsum principi offerat. Quartus est, si pater in publico, * instrumento, uel cum tribus testium subscriptione eum legitimum nominet, nec adiiciat naturalem.

† In Dec. li. 4. tit 17 c. 1. & 6. * Ibid. c. 3.

Al. testamento.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd alicui potest sine iniustitia gratia fieri, sed non potest aliquis damnificari nisi pro culpa: & ideo magis potest illegitimus fieri legitimus, quàm econuerso. Et si est legitimus, aliquando hæreditate priuatur pro culpa, non tamen dicitur illegitimus filius, quia generationem legitimam habuit.

¶ Ad secundum dicendum, quòd actus illegitimus habet defectum intra se inseparabilem, quo legi opponitur: & ideo non potest fieri legitimus: nec est simile de filio illegitimo, qui non habet huiusmodi defectum.

QVAEST. LXIX.

De his, quæ spectant ad resurrectionem: & primò de loco animarum post mortem, in septem articulos diuisa.

POST Hæc agendum est de his, quæ spectãt ad statum resurrectionis. Postquàm enim dictum est de sacramentis, quibus homo liberatur à morte culpæ: consequenter dicendum est de resurrectione, per quam homo liberatur à morte pœnæ.

¶ Circa tractatum autem resurrectionis tria considerãda sunt: scilicet præcedentia resurrectionem, concomitantia, & sequentia. Et ideo primò dicendum est de his, quæ pro parte, quàmuis non ex toto, resurrectionem præcedunt. Secundò, de ipsa resurrectione, & circunstantibus eam. Tertiò de his, quæ eam sequuntur. Præcedentium autem resurrectionem prima consideratio est de receptaculis animarum post mortem eis assignatis. Secunda, de qualitate, & pœna animarum separatarum, eis ab igne inflicta. Tertia, de suffragiis, quibus animæ defunctorum à viuis adiuuantur. Quarta, de orationibus Sanctorum in patria existentium. Quinta, de signis iudicium generale præcedentibus. Sexta, de igne vltimæ conflagrationis mundi, qui faciem iudicis præcedat.

¶ Circa primum quæruntur septem.

¶ Primò, Vtrùm animabus post mortem receptacula assignentur.

¶ Secundò, Vtrùm statim post mortem ad ipsa animæ ducantur.

¶ Tertiò, Vtrùm de ipsis locis egredi valeant.

¶ Quartò, Vtrùm limbus Inferni sit idem, quod sinus Abrahæ.

¶ Quintò, Vtrùm limbus sit idem quod infernus damnatorum.

¶ Sextò, Vtrùm limbus patrum sit idem quod limbus puerorum.

¶ Septimò, Vtrùm tot receptacula debeant distingui.

ARTI-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ARTICVLVS I.

¶ Vtrùm animabus post mortem recepta cula assignentur.

290 D.Tho.4. di.45.q.1. artic. 1.& seq.

AD primum sic proceditur. Videtur, quòd animabus post mortem receptacula non assignentur. Sicut enim dicit Boetius †in lib.de Hebdomadibus, communis animi conceptio est apud sapientes, incorporalia in loco non esse: cui concordat quod Augustin. * dicit in 12. super Genes. ad literam, Citò quidem respondere potest, ad corporalia loca animam non ferri, nisi cum aliquo corpore. Sed anima separata à corpore non habet aliquod corpus, sicut ibidem Augustin. † dicit: ergo ridiculum est animabus separatis aliqua receptacula assignare.

1o

20

† Hæ in Glo.ordi. Gen.1.super illud in princi. creauit Deus. idē refer.t.lib. 2.seu.dist. 2.§.F.

*li.4.di 1 ca.25. 28. 30. & 40.

¶ 2 Præterea, Omne quod habet locum determinatum, magis conuenit cum illo loco, quàm cum alio. Sed animæ separatæ, sicut etiam quælibet aliæ spirituales substantiæ, indifferenter se habent ad omnia loca: non enim potest dici, quòd cum aliquibus corporibus conueniant, & cum aliis differant, cùm ab omnibus conditionibus corporalibus penitus sint remotæ: ergo eis receptacula determinata non sunt assignanda.

30

¶ 3 Præterea, Animabus separatis non assignatur aliquid post mortem, nisi quod cedat in pœnam, vel in præmium: sed corporalis locus non potest eis cedere in pœnam, vel in præmium, cùm à corporibus nihil recipiant: ergo non sunt eis assignanda certa receptacula.

40

¶ Sed contra, Cælum empyreum est locus corporalis, & tamen ipsum factum, mox sanctis Angelis est repletum, ut Beda † dicit. Cùm ergo Angeli sint incorporei, sicut & animæ separatæ: videtur etiam, quòd animabus separatis sint certa receptacula assignanda.

¶ Præte. Hoc patet per id quod Gregorius in quarto Dialog. narrat, scilicet animas post mortem ad diuersa loca corporalia esse deductas, ut patet de Paschasio, quē Germanus Capuanus Episcopus in balneis inuenit: & de anima Theodorici regis, quam dicit ad gehennam esse deductam: ergo animæ post mortem habent certa receptacula.

50

¶ Respondeo dicendum, quòd quàmuis substantiæ spirituales secundùm esse suum à corpore non dependeant, corporalia tamen à Deo mediantibus spiritualibus gubernantur: ut dicit Augustin. †in 3. de Tri. & Gregor. *in 3. Dialog. & ideo est quædam conueniens spiritualium substantiarum ad corporales substantias per congruentiam quandam, ut scilicet dignioribus substantiis digniora corpora adaptentur. Vnde etiam Philosophi secundùm ordinem mobilium posuerunt ordinem substantiarum separatarum. Quàmuis autem animabus post mortem non assignentur aliqua corpora, quorum sint formæ, vel determinati motores: determinantur tamen eis quædam corporalia loca per congruentiam quādam secundùm gradus dignitatis earum, in quibus sint quasi in loco, eo modo quo incorporalia esse possunt in loco, secundùm quod magis, vel minus accedunt ad primam substantiam, cui locus superior per congruentiam deputatur, scilicet Deum, cuius sedem cœlum Scriptura esse denuntiat. * Et ideo animas quæ sunt in participatione perfecta deitatis, in cœlo esse ponimus: animas verò quæ à participatione huiusmodi impediuntur, loco contrario dicimus deputari.

60

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd incorporalia non sunt in loco modo aliquo nobis noto & consueto, secundum quod dicimus corpora propriè in loco esse: sunt tamen in loco, modo substantiis spiritualibus conue-

Aug li.3. de Tri.c.4 & 5. to.3. *li.4.dial. c.5.

Aug.trac. 40.in Ioā. to.9.

Psal 102. & Isa.66.

dubitandum est animas sanctorum ad cœlos ferri; Quòd etiam aliquæ animæ ad infernum descendant statim post mortem, patet Lucæ 16. Mortuus est autem & dives, & sepultus est in inferno.

¶ Resp. dicendum, quòd sicut in corporibus est grauitas, vel leuitas, quia feruntur ad suum locum, qui est finis motus ipsorum; ita & est in animab. meritum uel demeritum, quibus perueniunt animæ ad præmium, vel ad pœnam: quæ sunt fines actionum ipsarum. Vnde sicut corpus per grauitatem vel leuitatem statim fertur in locum suum, nisi prohibeatur; ita animæ statim, soluto vinculo carnis, per quod in statu viæ detinebantur, præmium consequuntur vel pœnam, nisi aliquid impediat: sicut interdum impedit cōsecutionem præmij veniale peccatum, quod prius purgari oportet ex quo sequitur quod præmium differatur. Et quia locus deputatur animabus secundum congruentiam præmij vel pœnæ; statim vt anima absoluitur à corpore, vel in infernum demergitur, vel ad cœlos euolat, nisi impediatur ali quo reatu, quō oporteat euolationem differri, vt priùs anima purgetur. Et huic veritati aucto ritates Scripturæ canonicæ manifestè attestantur, & documenta sanctorum Patrum. Vnde contrarium pro hæresi est habendum, vt patet 4. Dialog. * & in libro de ecclesiasticis dogmatibus. †

10

20

30

Greg. li. 4. dial. ca. 25 28. & 39.

† August in li. de ecclesiasticis dog. c. 29. to. 3.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd gl. * seipsam exponit. Quod enim dicit, Nondum eris vbi erunt sancti, &c. statim exponit subdens, ad est. nō habebis gemmā stolam, quam habebunt sancti in resurrectione.

¶ Ad secundum dicendum, quòd inter illa abdita receptacula, de quib. Augustinus loquitur, † & sunt computanda & infernus & paradisus, in quib. animæ aliquæ ante resurrectionem continentur. Sed ideo distinguitur ps ante resurrectionem, & post; quia ante resurrectionem sunt ibi sine corpore, post autem, erunt cū corpore; & quia in aliquibus receptaculis nunc sunt animæ, in quibus post resurrectionem non erunt.

† loco citato in arg. † loco citato to 10 arg. & est Enchirid. ca. 109. to. 3.

Gl ord in cum Ioan Psa. 36 ca. Aug. in cum Ioā. tract. 49. ca. 6. *Aliter dicit in libro de cura pro mortuis, post. tamen non ibi erunt. In Enchi. c. 109. in princ.

¶ Ad tertium dicendum, quòd homines secundū corpora habent quandam continuationem adinuicē, quia secundum ea est verum quod dicitur Actuum 17. quòd Deus ex vno fecit omne genus hominum. Sed animas sigillarum finxit; vnde non est tanta congruentia vt eōs homines simul glorificentur in anima, quanta vt simul glorificentur in corpore. Et præterea gloria corporis non est ita essentialis sicut gloria animæ: vnde maius detrimētum esset sanctis, si gloria animæ differretur, quàm si gloria corporis differatur; nec posset hoc detrimētum gloriæ recompensari propter ampliationem gaudij singulorum de gaudio communi.

li.4. dialo. cap.25. in medio.

¶ Ad quartum dicendum, quòd eandem obiectionem Greg. * in 4. Dialo proponit & soluit. Si igitur, inquit, nunc sunt in cœlo animæ iustorum, quid est quod in die iudicij pro iustitiæ suæ retributione recipient? & resp. iet: Hoc eis nimirum crescit in iudicio, quòd nunc animarum sola, postmodum verò etiam corporum beatitudine perfruuntur: vt in ipsa quoque carne gaudeant, in qua dolores pro Domino, cruciatusque pertulerunt. Et eodem modo dicendum est de damnatis.

ARTICVLVS III.

Vtrùm animæ in paradiso, vel in inferno existentes, egredi valeant.

292 Ca.13.nō procul à principio, tom.4.

AD tertium sic proceditur. Videtur, quòd animæ in paradiso vel in inferno existentes, egredi non valeant. Augustinus * enim dicit in libro de cura pro mortuis agenda; Si rebus viuentium vterentur animæ mortuorum, vt de aliis taceam, meipsum pia mater nulla nocte desereret, quæ terra marique secuta est, vt mecum viueret; & ex hoc concludit, quod animæ defunctorum rebus viuentium non intersint. Sed interesse possent, si de suis receptaculis exirent. Non ergo de suis receptaculis non exeunt.

¶ 2 Præterea, In Psalmo 26. dicitur. Vt inhabitem in domo Domini omnib. diebus vitæ meæ; & Iob 7. Qui descenderit ad inferos, non ascendet: ergo eam boni, quàm mali, a suis receptaculis non exeunt.

¶ 3 Præt. Receptacula, vt dictum est, animab. post mortem dantur in præmium vel in pœnam: sed post mortem neq; præmia sanctorum minuuntur, neq; pœnæ damnatorum: ergo non exeunt de suis receptaculis.

Art præc. coip.

¶ 4 Sed contra est, quod dicit Hiero. * contra Vigilantium, sic eum alloquens: Ais enim vel in sinu Abrahæ, vel in loco refrigerij, vel sub ara Dei animas Apostolorū & Martyrum cōsedisse, nec posse suis tumulis & vbi voluerint adesse præsentes: & ita in Deo legespones. tu Apostolis vincula imposita, vt vlq; ad diē iudicij teneantur custodia, nec sint cum Domino suo: de quibus scriptum est, Sequuntur Agnum quòcunq; ierit. Si agnus vbiq; est, ergo & hi qui cum agno sunt, vbiq; esse credēdi sunt. Ridiculū ergo est dicere quòd animæ mortuorum à suis receptaculis non recedant.

Incipit ep. epist. Multa in orbe monstra, inter prin. & medium tom. 3.

¶ 5 Præterea, Hiero. ibidem * arguit sic: Cùm diabolus & dæmones toto vagentur in orbe, & celeritate nimia vbiq; præsentes sint, quare martyres post effusionem sanguinis sui, area operientur incasti, & inde exire non poterunt? Ex quo potest concludi nō solùm de bonis, sed etiam de malis, quòd sua receptacula quandoque exeant, cùm non habeant maiorem damnationem, quàm dæmones, qui vbique discurrunt.

Cōtra Vigilant. in epist. cuæ incipit: Multa in orbe monstra, to. 3.

¶ 6 Præterea, Hoc idem probari potest per Gregorium * in quarto Dialog. * vbi narrat de multis mortuis, quòd viuis apparuerint.

lib. 4. ca. 36. & 40.

¶ Resp. dicendum, quòd aliquem exire de inferno, vel paradiso, potest intelligi dupliciter. Vno modo sta vt simpliciter inde exeat, vt iam locus eius non sit paradisus vel infernus: & sic nullus inferno vel paradiso finaliter deputatus inde exire potest, vt infra dicetur. * Alio modo potest intelligi, vt exeat inde ad tempus: & in hoc distinguendum est, quid eis conueniat secundū legem naturæ, & quid eis conueniat secundum ordinē diuinæ prouidentiæ: quia vt dicit Aug. * in libro de cura pro mortuis agenda, Alij sunt humanarum limites rerum, alia diuinarum signa virtutū; alia sunt quæ naturaliter, alia quæ mirabiliter fiunt. Secundum ergo naturalem cursum, animæ separatæ proprijs receptaculis deputatæ, à conuersatione viuentium penitus segregantur: non.n. secundum cursum naturæ, homines in mortali carne viuentes substantijs separatis immediatē coniunguntur, cùm omnis eorum cognitio à sensu oriatur: nec propter aliud à suis receptaculis eas exire *cōuenit, nisi vt reb. viuentium interessent. Sed secundum dispositionem diuinæ prouidentiæ, aliquando aīæ separatæ à suis receptaculis egressæ, conspectib. hominum præsentantur: sicut Augustinus * in libro pdicto narrat de Felice martyre, qui ciuib. Nolanis visibiliter apparuit, cùm à Barbaris oppugnarentur. Et hoc etiā credi potest, quòd aliquādo damnatis contingat, quòd ad eruditionem hominum & terrorem, permittuntur viuentibus apparere; aut ad suffragia expetenda quantum ad illos qui in purgatorio detinentur, vt per multa quæ in 4 Dialog. * narrātur, patet. Sed hoc interest inter sanctos & damnatos, quòd sancti cum voluerint, apparere possunt viuentibus, non autem damnati. Sicut enim sancti viuentes in carne, dona gratiæ gratis datæ accipiunt, vt sanitates & signa perficiant, quæ nō nisi diuina virtute * rationabiliter fiunt; quæ quidē signa ab aliis hoc dono carentibus perfici non possunt: ita etiam non est inconueniens, vt ex virtute gloriæ, aliqua potentia animabus sanctorum detur, per quam possint mirabiliter apparere viuentibus cùm volunt; quod alii non possunt, nisi interdum permissi.

Quæst. 71 a. 5. ad 2. & art. 6. ad 1.

Cap. 16. inter princi. & med. to mo 4.

Al. contingeret,

In lib. de cura pro mortuis gerenda ca. 16 to. 4.

Greg. lib. 4. ca. 36. 40 & 55.

Al. mirabiliter.

Universidad de Deusto
Biblioteca

loco nota do in arg.

¶ Ad primum ergo dicendum,quòd Augustinus* (vt per sequentia patet)loquitur secundum communē cursum naturæ:nec tamen sequitur,quòd etiam si mortui possint, vt volunt, viuentibus apparere,toties appareant, quoties apparent in carne viuentes : quia separati à carne vel omnino conformantur diuinæ voluntati, ita quòd non liceat eis nisi quod secundum diuinam dispositionem congruere intuentur:vel ita sunt pœnis oppressi,vt de sua miseria magis doleāt, quàm curent alijs apparere.

¶ Ad secundum dicendum,quòd auctoritates illæ loquuntur quantum ad hoc , quòd nullus de paradiso vel inferno egreditur simpliciter , & non quin aliquis egrediatur ad tempus.

Ar.1 huius q.ad 3.

¶ Ad tertium dicendum,quòd(sicut ex dictis* patet)secundum hoc locus animæ cedit in præmium vel pœnam, quòd anima afficiatur ex hoc , quòd tali loco deputatur,vel gaudendo vel dolendo.Hoc autem gaudium,siue hic dolor de hoc, quòd talibus locis deputatur, manet in anima , etiam quando extra loca prædicta fuerit:sicut Pōtifici,cui datur pro honore, vt in cathedra sedeat in Ecclesia,non minuitur gloria,quando à cathedra recedit, quia etsi actu ibi non sedeat , locus tamen ille sibi deputatus est.

¶ Ad ea etiam quæ contra obijciuntur , respondere oportet.

loco nota to in arg. 4.quod est 3. Sed contra.

¶ Ad quorum primum dicendum,quòd Hiero.* loquitur de Apostolis & Martyribus , secundum hoc, quod eis accrescit ex potestate gloriæ , & non secundum hoc quod eis congruit ex debito naturæ . Quod autem dicit eos vbique esse,non est intelligēdum quasi simul sint in pluribus locis,aut vbique, sed quia esse possunt vbi volunt .

¶ Ad secundum dicendum , quòd nō est simile de dæmonibus & angelis, & animabus sanctorum,& dānatorum. Angeli enim boni vel mali hoc officium sortiuntur,vt hominibus præsint,vel ad custodiam vel ad exercitium,quod de animabus hominum dici nō potest . Sed tamen secundum potestatem gloriæ , animabus sanctorum hoc congruit,quòd possint esse vbi voluerint:& hoc est,quod Hieronymus intendit .

¶ Ad tertium dicendum , quòd quamuis aliquando animæ sanctorum vel damnatorum præsentialiter adsint,vbi apparent; non tamen credēdum est hoc sēper accidere . Aliquando enim huiusmodi apparitiones fiunt,vel in dormiendo vel in vigilando,operatione bonorum vel malorum spirituū, ad instructionem, vel destructionem, vel deceptionem viuentium. Sicut etiam viui homines quandoque alijs apparent, & eis multa dicunt in somnis , cùm tamen constet eos non esse præsentes,sicut Aug.per multa exempla probat in lib.* de cura pro mortuis agenda .

cap. 11. & 12.to. 4.

ARTICVLVS IIII.

Vtrùm limbus inferni sit idem,quod sinus Abrahæ.

295 D.Thom. 4.di. 45. q. 1.ar. 2.q.1 & sequen. †lib.12.super Gene.ad literā c.35.circa fine.to. 3. * In li. 12. super Gene. ad literam, c.33. in fine to mo.3.

Ad quartum sic proceditur . Videtur , quòd limbus inferni non sit idem quod sinus Abrahæ: sicut enim dicit Augustinus.12.super Gene.ad literā . Nondum inueni inferos alicubi in bono posuisse Scripturam:sed sinus Abrahæ in bono accipitur,vt ibidē subiungit Augustinus, *sic dicens,Non in bono accipiendum sinum Abrahæ,& illam requiem,quò ab angelis pius pauper ablatus est,nescio vtrùm quisquam possit audire:ergo sinus Abrahæ non est idem quod limbus inferni.

¶ 2 Præte.In inferno existentes non vident Deum, sed in sinu Abrahæ videtur Deus; vt patet per Aug.9. fib. confessionum , † qui loquens de Nebridio , dicit, Quicquid illud est,quod sinus Abrahæ vocat,ibi Nebridius meus viuit: & ſ. † iam non ponit aurem ad os meum,sed spirituale os ad fontem tuum; & bibit, quantum potest,sapientiam pro auiditate sua,sine fine felix: ergo sinus Abrahæ non est idē quod limbus inferni.

† lib.9.Cō fessa.cap.3 medio illius, to.1

¶ 3 Præterea, Ecclesia non orat pro aliquo,vt ad infernum deducatur: orat autem , vt angeli animam defuncti in sinum Abrahæ deferant:ergo videtur, quòd sinus Abrahæ non sit idem quod limbus .

¶ Sed contra,Sinus Abrahæ dicitur,vbi mendicus Lazarus ductus est:sed ipse ductus est ad infernum, quia vt dicit glo.* Iob.30. super illud , Vbi constituta est domus omni viuenti, Infernus domus erat omniū viuentium ante Christi aduentum:ergo sinus Abrahæ est idem quod limbus .

Glo.ordi. ibidem.

¶ Præterea, Gene. quadragesimosecundo dicit Iacob filijs suis , Deducetis canos meos cum dolore ad inferos:ergo Iacob sciebat ante mortem, ad inferos se transferendum : ergo & eadem ratione Abraham ad inferos transiturus fuit post mortem: & ita sinus Abrahæ videtur esse aliqua pars inferni.

¶ Respon. dicendum, quòd animæ hominum post mortem ad quietem peruenire non possunt nisi merito fidei,quia accedentem ad Deum oportet credere, Hebræor. vndecimo , Primum autē exemplum credendi hominibus in Abraham datur , qui primus se à cœtu infidelium segregauit , & speciale signum fidei accepit:& ideo requies illa quæ hominibus post mortem datur,sinus Abrahæ dicitur,vt patet per Augustinum* 12.super Gene.ad literam. Sed animæ sanctorū post mortem non omni tempore eandem quietem habuerunt, quia post Christi aduentum habent plenam quietem diuina visione perfruentes ; sed ante Christi aduentum habebant quidem quietem per immunitatem pœnæ , sed non habebant quietem desiderij, per consecutionem finis : & ideo status sanctorum ante Christi aduentum potest considerari & secundum id quod habebat de requie , & sic dicitur sinus Abrahæ; & potest etiam considerari quantum ad id quod eis deerat de requie,& sic dicitur limbus inferni.Limbus ergo inferni & sinus Abrahæ fuerunt ante Christi aduentum vnum per accidens, & nō per se:& ideo nihil prohibet post Christi aduentum esse sinum Abrahæ, & esse omnino diuersum à limbo ; quia ea quæ sunt vnum per accidens, separari contingit.

li.12.c.33. ante med.

¶ Ad primum ergo dicendum,quòd quantum ad id quod habebat de bono status sanctorum Patrum, sinus Abrahæ dicebatur:sed quantum ad id quod habebat de defectu, dicebatur infernus : & sic nec sinus Abrahæ in malum accipitur,nec infernus, in bonum; quamuis quodammodo sint vnum.

¶ Ad secundum dicēdum,quòd sicut requies sanctorum Patrum ante Christi aduentum dicebatur sinus Abrahæ,ita & post Christi aduentum;sed diuersimodè . Quia ante Christi aduentum , sanctorum requies habebat defectum requiei adiunctū , dicebatur idē infernus & sinus Abrahæ; vnde ibi non videbatur Deus. Sed quia post Christi aduentum sanctorum requies est completa, cùm Deum videant; talis requies dicitur sinus Abrahæ , & nullo modo infernus : & ad hunc sinum Abrahæ, Ecclesia orat fideles perduci .

¶ Vnde patet responsio ad Ad tertium . Et sic etiā intelligenda est quædam glossa* Lucæ decimosexto, super illud,Factum est vt moreretur mendicus,& sepelirētur:quæ sic dicit,Sinus Abrahæ est requies beatorum pauperum,quorum est regnum cœlorum .

Glos. ordi. ibidē

ARTICVLVS V.

Vtrùm limbus idem sit , quod infernus damnatorum.

294

Ad quintum sic proceditur . Videtur , q̄ limbus sit idem quod infernus damnatorum .Christus enim

enim dicitur infernum momordisse, non absorbuisse: quia aliquos inde extraxit,non aūt oēs:non aūt dicetur momordisse infernum , si illi quos liberauit , non fuissent pars multitudinis in inferno contentæ : ergo cùm illi,quos liberauit, in limbo inferni continerentur,ijdem continebantur in limbo & in inferno:ergo limbus vel est idē quod infernus, vel est pars inferni.

¶ 2 Præt. Christus dicitur in Symbolo descendisse ad infernum:sed non descendit nisi ad limbum Patrū: ergo limbus Patrum est idem quod infernus.

¶ 3 Præter. Iob decimoseptimo dicitur: In profundissimum infernum descendent omnia mea: †sed Iob cùm esset sanctus & iustus,ad limbum descendit : ergo limbus est idem quod profundissimus infernus.

†Aliis,de scendit anima mea

¶ Sed contra,in inferno nulla est redemptio: sed a limbo Sancti fuerunt redempti: ergo limbus non est idem quod infernus.

li.12.c.33. non procul a fine, tom.3.

¶ Præt.Augustin.* dicit 12.super Gene.ad liter. Quo modo illam requiem quam Lazarus accepit, apud inferos esse credamus,non video : sed anima Lazari ad limbū descendit:ergo limb.nō est idē quod infernus.

¶ Respondeo dicendum , quòd receptacula animarum post mortem dupliciter distingui possunt, aut secundum situm , aut secundum locorum qualitatem , prout.s.in aliquibus locis pœnas vel præmia recipiunt animæ.Si ergo consideretur limbus Patrum & infernus secundum locorum qualitatem prædictam, sic nō est dubium, q̄ distinguuntur : tum quia in inferno est pœna sensibilis, quæ non erat in limbo Patrum , tum etiam quia in inferno est pœna æterna , sed in limbo Patrum detinebantur sancti temporaliter tantum.Sed si considerentur quantum ad situm loci , sic probabile est,quòd idem locus,vel quasi continuus sit infernus, & limbus,ita tamen, quòd quædam superior pars inferni limbus Patrum dicatur:existentes enim in inferno secundum diuersitatem culpæ diuersam sortiuntur & pœnam.Et ideo secundum quod grauioribus peccatis irretiuntur damnati , secundum hoc obscuriorem locum & profundiorem obtinent in inferno, vnde & sancti Patres, in quibus minimum erat de ratione culpæ , supremum & minus tenebrosum locum habuerunt omnibus puniendis .

¶ Ad primum ergo dicendum,quòd secundū hoc, q̄ infernus & limb. sunt idē quātum ad situm, dicitur Christus infernum momordisse,& ad infernum descēdisse,quando Patres à limbo eripuit suo descensu.

¶ Et per hoc patet solutio Ad secundum .

¶ Ad tertium dicendum, quòd Iob non descendit in infernum damnatorum,sed in limbum Patrum,qui quidem dicitur profundissimus locus , non quidem respectu locorum pœnalium , sed in comparatione ad alia loca.Secundum quod sub eodem includitur omnis locus pœnarum.Vel dicēdum,sicut Augustinus * soluit 12.super Gene.ad literam, de Iacob, sic dicens. Illud quod Iacob dicit ad filios suos, Deducetis senectutem meam cum tristitia ad inferos,videtur hoc magis timuisse, ne nimia tristitia sic perturbaretur , vt ad requiē bonorum non iret, sed ad inferos peccatorum: & similiter potest exponi verbum Iob , vt sit verbum magis timentis,quàm asserentis.

ARTICVLVS VI.

Vtrùm limbus puerorum sit idem,quod limbus Patrum.

295

Ad sextum sic proceditur . Videtur , quòd limbus puerorum sit idem quod limbus Patrum. Pœna enim debet respondere culpæ : sed pro eadem culpa detinebantur in limbo Patres & pueri, s.pro culpa originali : ergo idē debet esse vtrorumque locus pœnæ.

Ench.c.93 in med. to.3.

¶ 2 Præterea,Aug.dicit in Ench.* Mitissima est pœna puerorum , qui cum solo originali decedunt : sed nulla est pœna mitior ea, quam sancti Patres habebāt: ergo idem est locus pœnæ vtrorumque.

¶ Sed contra, Sicut actuali peccato debetur pœna tēporalis in purgatorio,& æterna in inferno,ita & originali peccato debebatur pœna tēporalis in limbo Patrum,& æterna in limbo puerorum.Si ergo infernus & purgatorium non sint idem,videtur, quòd nec limbus puerorum & limbus Patrum sint idem .

¶ Resp.dicendum,q̄ limb. Patrum & limbus puerorum absque dubio differunt , secundum qualitatem præmij vel pœnæ.Pueris enim non adest spes beatæ vitæ,quæ Patribus in limbo aderat,in quib.erat lumen fidei & gratiæ resurgebat.Sed quantum ad situm,probabiliter creditur,vtrorumque locus idē fuisse,nisi quòd requies beatorū adhuc erat in superiori loco,quā limbus puerorum,sicut de limbo & inferno dictum* est. Art.præc

¶ Ad primum ergo dicendum,quòd ad culpā originalem non eodem modo se habebant Patres & pueri.In patribus enim originalis culpa expiata erat,secundum quod erat infectiua personæ , remanebat tamen impedimentum ex parte naturæ,pro qua nondum erat satisfactum plenariè. Sed in pueris est impedimentum & ex parte personæ & ex parte naturæ . Et ideo pueris & Patribus diuersa receptacula assignantur.

¶ Ad secundum dicendum,quòd Augustinus* loquitur de pœnis quæ debentur alicui ratione personæ suæ,inter quas mitissimam pœnam habent qui solo originali peccato grauantur:sed adhuc est mitior pœna eorum quos non impedit à perceptione gloriæ defectus personæ,sed solum defectus naturæ , vt ipsa dilatio gloriæ quædam pœna dicatur . *loco nota to in argum.

ARTICVLVS VII.

Vtrùm tot debeant receptacula distingui.

296 D. Tho. 4.di. 45.ar 1.q.3.

Ad septimum sic proceditur. Videtur,quòd non debeāt tot receptacula distingui: sicut enim receptacula debentur animabus post mortem pro peccato, ita & pro merito:sed ratione meriti non debetur nisi vnū receptaculum,scilicet paradisus:ergo nec ratione peccatorum debetur nisi vnum receptaculum.

¶ 2 Præterea , Receptacula assignantur animab.post mortē ratione meritorum vel demeritorum : sed vnus est locus in quo merentur,vel demerentur:ergo vnum tāntum receptaculum debet eis assignari post mortem.

¶ 3 Præterea , Loca pœnarum debent respondere ipsis culpis:sed non sunt nisi tria genera culparum,scilicet originalis,venialis,& mortalis : ergo non debent esse nisi tria receptacula pœnalia.

¶ 4 Sed contra, Videtur, quòd debeant esse multò plura , quàm assignentur. Aer enim iste caliginosus est dæmonum carcer,vt patet 2.Pet.2.nec tamen computatur inter quinque receptacula , quæ à quibusdam assignantur:ergo sunt plura receptacula,quā quinque.

¶ 5 Præterea,Alius est paradisus terrestris , & alius paradisus cælestis:sed quidam post statum vitæ huius ad paradisum terrestrem sunt translati, sicut de Enoch & de Helia dicitur:cùm ergo paradisus terrestris inter quinque receptacula non computetur , videtur, quòd sint plura,quàm quinque .

¶ 6 Præterea, Cuiliber statui peccantium debet aliquis locus pœnalis respondere : sed si ponatur aliquis in originali peccato decedere,cum solo veniali , nullū receptaculorum assignatorum ei competet.Constat enim,quòd in paradiso non esset,cùm gratia careret,& eadem ratione nec in limbo Patrum:similiter etiā sicut in limbo puerorum, cùm in ipso non sit pœna sensibilis,quæ tali debetur ratione venialis peccati : similiter nec in purgatorio,quia ibi nō est nisi pœna tēporalis, huic autem debetur pœna perpetua : similiter nec in

4.di. 45.ar 1.q.3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

inferno damnatorum, quia mortali peccato actuali caret: ergo oportet sextum receptaculum assignare.

¶ 7 Præterea, Diuersæ sunt quantitates præmiorum & pœnarum, secundum differentias culparum & meritorum: sed infiniti sunt gradus meritorũ & culparũ: ergo infinita debent distingui receptacula, in quibus animæ puniantur, vel præmientur post mortem.

lib. 4. dial. c. 30. 31. 32. & 40.

¶ 8 Præterea, Animæ quandoque puniuntur in locis, in quibus peccauerunt, vt patet per Gregorium. * 4. Dialog. sed peccauerunt in loco vbi habitamus: ergo hic locus debet cõputari inter receptacula: & præcipuè cum aliqui in hoc mundo pro peccatis suis puniantur, vt suprà Magister dixit.

¶ 9 Præterea, Sicut aliqui in gratia decedentes habent aliqua venialia, pro quibus digni sunt pœna, ita aliqui in peccato mortali decedentes, habent aliqua bona pro quibus essent digni præmio: sed decedentibus in gratia cum peccatis venialibus assignatur aliquod *receptaculum, in quo puniuntur antequã præmia consequantur, scilicet purgatorium: ergo eadem ratione e contrario debet esse de illis, qui in mortali decedunt cum aliquibus bonis operibus.

Aug. in li 50. Homil. hom. 16. to. 10.

¶ 10 Præterea, Sicut Patres retardabantur à plena gloria animæ, ante Christi aduentum, ita & nunc, à gloria corporis: ergo sicut distinguitur receptaculum sanctorum ante Christi aduentum, ab eo, in quo nũc recipiuntur, ita debet nunc receptaculum distingui ab eo, in quo recipientur post resurrectionem.

¶ Respondeo dicendum, quòd receptacula animarum distinguuntur secundum diuersos status earum. Anima autem coniuncta mortali corpori, habet statũ meredi: sed exuta à corpore, est in statu recipiendi pro meritis bonum vel malum. Sic ergo post mortem, vel est in statu recipiendi finale præmium, vel est in statu quo impeditur ab illo. Si autem est in statu recipiendi finalem retributionem, hoc est dupliciter. Vel quantũ ad bonum: & sic est paradisus. Vel quantum ad malũ, & sic ratione actualis culpæ est infernus, ratione autẽ originalis est limb. puerorum. Si verò est in statu, quo impeditur à finali retributione consequenda, vel hoc est propter defectum personæ, & sic est purgatoriũ, in quo detinentur animæ, ne statim præmium cõsequantur, propter peccata quæ commiserunt, vel propter defectum naturæ, & sic est limbus patrum, in quo detinebantur patres à consecutione gloriæ propter reatum humanæ naturæ, quæ nondum poterat expiari.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd bonum contingit vno modo, sed malum multifariè, vt patet per Dio. † 4. c. de diui. no. & per Philosophum in *2. Eth. Et propter hoc non est inconueniens, si locus beatæ retributionis sit vnus, loca vero pœnarum sint plura.

† Dion. c. 4. parte 4. à medio. * li. 2. eth. c. 6. à me.

¶ Ad secundum dicendum, quòd status merendi & demerendi est vnus status, cum eiusdem sit posse mereri & demereri & ideo cõuenienter debetur omnibus vnus locus. Sed eorum qui recipiunt pro meritis, sunt status diuersi, & ideo non est simile.

¶ Ad tertium dicendum, quòd pro culpa originali potest aliquis puniri dupliciter: vt ex dictis patet, * vel ratione personæ, vel ratione naturæ tãtum: & ideo illi culpæ respondet duplex limbus.

Ar. præcipuè præsertim ad 1. & in corp. huius art.

¶ Ad quartum dicendum, quòd aer iste caliginosus non assignatur dæmonibus quasi locus, in quo recipiant retributionem pro meritis, sed quasi competens officio eorum, inquantum deputantur nobis ad exercitium: & ideo inter receptacula, de quibus nunc agitur, non computatur: primò enim eis deputatur ignis inferni, vt patet Matthæi 25.

¶ Ad quintum dicendum, quòd paradisus terrestris pertinet magis ad statum viatoris, quàm ad statum recipientis pro meritis: & ideo inter receptacula, de quibus nunc agitur, non computatur.

¶ Ad sextum dicendum, quòd illa positio est impossibilis: si tamen esset possibilis, talis in inferno puniretur in æternum. Quod enim veniale peccatum in purgatorio temporaliter puniatur, accidit ei inquantum gratiam habet adiunctam, vnde si adiungatur mortali, quod est sine gratia, pœna æterna in inferno punietur. Et quia iste, qui cum originali peccato decedit, habet veniale sine gratia, non est inconueniens, si ponitur æternaliter puniri.

¶ Ad septimum dicendum, quòd diuersitas graduum in pœnis vel præmijs non diuersificat statum, secundum cuius diuersitatem receptacula distinguuntur: & ideo ratio non sequitur.

¶ Ad octauum dicendum, quòd licet animæ separatæ aliquando in loco nostræ habitationis puniãtur, non est tamẽ propter hoc, quòd locus iste sit proprius locus pœnarum, sed hoc fit ad nostram instructionẽ, vt earum pœnas videntes, retrahamur à culpis. Quòd autem animæ existentes in carne hic puniantur pro peccatis, non pertinet ad propositum: quia talis pœna non trahit hominem extra statum merentis vel demerentis. Nunc autem agimus de receptaculis, quæ debentur animæ post statum meriti vel demeriti.

¶ Ad nonum dicendum, quòd malum non potest esse purum absque commixtione boni: sicut bonum summum est absque omni cõmixtione mali. Et ideo illi qui ad beatitudinem, quæ summum bonum est, transferendi sunt, debent esse ab omni malo purgati: & propter hoc oportet esse locum, in quo tales purgẽtur, si hinc non omnino purgati exeant. Sed illi qui in infernum detrudentur, non erunt immunes ab omni bono, & ideo non est simile: quia in inferno existẽtes, præmium bonorum suorum recipere possunt, inquãtum bona præterita eis valent ad mitigationẽ pœnæ.

¶ Ad decimum dicendum, quòd in gloria animæ cõsistit præmium essentiale, sed gloria corporis cum redundet ex anima, tota consistit in anima quasi originaliter: & ideo carentia gloriæ animæ diuersificat statum, non autem carentia gloriæ corporis, & propter hoc etiam idem locus, scilicet cœlum empyreũ, debetur animabus sanctis exuris à corpore, & coniunctis corporibus gloriosis. Non autem idem locus debetur animabus Patrum ante perceptionem gloriæ animæ, & post perceptionem ipsius.

QUAESTIO LXX.

De qualitate animæ exeuntis à corpore, & pœna ei inflicta ab igne corporeo, in tres articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de qualitate animæ exeuntis à corpore, & pœna ei ab igne corporeo inflicta.

¶ Circa quod quæruntur tria.

¶ Primò, vtrùm in anima separata remaneant potentiæ sensitiuæ.

¶ Secundò, vtrùm remaneant in ea actus dictarum potentiarum.

¶ Tertiò: vtrùm anima separata pati possit ab igne corporeo.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrùm in anima separata remaneant potentiæ sensitiuæ.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quòd in anima separata remaneant potentiæ sensitiuæ. Aug. † in lib. de Spiritu & Anima sic dicit, Recedit anima à corpore secum trahens omnia: sensum, imaginationem, rationem, intellectum, intelligentiam, concupiscibilitatem & irascibilitatem: sed sensus & imaginatio, & vis irascibilis & concupiscibilis sunt vires sensitiuæ: ergo & in aĩa separata vires sensitiuæ remanẽt,

† 97 Thom. 4. d. 44. q. 3. ar. 3. q. 1. & seq. & idẽ tractat. in 1. parte q. 77. ar. 8. † Cassiodorus ex medijs 10m. 3.

*Cap. 16. in prin. 3

¶ 2 Præterea, Augustinus *dicit in lib. de Ecclesiasticis Dogmatibus. Solum hominem credimus habere animam sensitiuam, quæ exuta corpore viuit, & sensus suos atque ingenia viuaciter tenet: ergo anima exuta à corpore habet potentias sensitiuas.

¶ 3 Præterea, Potentiæ animæ vel essentialiter ei insunt, vt quidã dicunt, vel ad minus sunt naturales proprietates ipsius: sed id quod essentialiter inest alicui, non põt ab eo separari, neque subiectum aliquod deseritur à naturalib. proprietatib. ergo impossibile est, q̃ anima separata à corpore, aliquas potentias amittat.

¶ 4 Præterea, Non est totũ integrum, cui aliqua partium deest: sed potẽtiæ animæ dicuntur partes ipsius: si ergo potentias aliquas posẽ mortem anima amittit: non erit aĩa integra post mortẽ, quod est inconueniẽs.

¶ 5 Præterea, Potentiæ animæ magis cooperantur ad meritum, quãm ẽt corpus, cum corpus sit solum instrumentũ actus, potentiæ verò, principia agendi: sed necesse est, quòd simul corpus præmietur cum anima, propter hoc, quòd cooperatur in merito: ergo multo fortius est necesse, quòd potentiæ animæ simul præmientur cũ ipsa: ergo anima separata eas non amittit.

¶ 6 Præterea, Si anima cum separatur à corpore, potentiam sensitiuam amittit, oportet, quòd illa potentia in nihilum *cadat, non enim potest dici, quòd in materiam aliquam resoluatur, cum non habeat materiam partem sui: sed id quod omnino in nihilum * cadit, non reiteratur idem numero: ergo anima non habebit in resurrectione eandem numero potentiam sensitiuam. Sed secundum Philosophum, * sicut se habet anima ad corpus, ita se habent potentiæ animæ ad partes corporis, vt visus ad oculum: si aũt non esset eadẽ numero aĩa, quæ redibit ad corpus, non esset idẽ numero homo: ergo eadem ratione non esset idẽ oculus numero, si nõ sit eadẽ numero potẽtia visiua: & simili tõne nec aliqua alia pars eadẽ numero resurgeret, & per cõsequẽs, nec totus hõ idem numero erit: nõ ergo potest esse, q̃ anima separata potẽtias amittat sensitiuas.

Al. cedat.

Al. cedit.

Li. 1. de anima tex.

¶ 7 Præterea, Si potentiæ sensitiuæ corrumperetur corrupto corpore, oporteret, q̃ debilitato corpore debilitarentur, hoc autem non contingit, quia vt dicitur in 2ᵒ mo de Anima, * si senex accipiat oculum iuuenis, videbit vtique sicut & iuuenis: ergo nec corrupto corpore, sensitiuæ potentiæ corrumpuntur.

lib. 1. ca. 4. statim à medio, in vulgata textus editione. † Cap. 29. in princi. to. 3.

¶ Sed contra est quod Aug. † in lib. de Ecclesiastic. dogmatibus dicit: Duabus substantijs tantum homo constat, anima & carne, anima cum ratione sua, & carne cum sensibus suis: potentiæ ergo sensitiuæ ad carnem pertinent: ergo corrupta carne non manent potentiæ sensitiuæ in anima.

Aristoteles li. 2. tex. 17.

¶ Præterea, Philosophus * in 12. Meta. de separatione animæ loquẽs, sic dicit, Si autem aliquid remanet, in postremo quærendum est de hoc. In quibusdam enim non est impossibile: verbi gratia, si anima est talis dispositionis non tota, sed intellectus, tota enim, fortè impossibile: ex hoc videtur, quòd anima tota à corpore non separetur, sed solum potentiæ animæ intellectiuæ: non enim sensitiuæ vel vegetatiuæ.

li. 2. tex. 22

¶ Præterea, In secundo de anima Philosophus * dicit de intellectu loquens. Hoc solum contingit separari, vt perpetuum à corruptibili: reliquæ autem partes animæ manifestum est ex his, quòd non separabiles sunt, vt quidam dicunt: ergo potentiæ sensitiuæ non manent in anima separata.

¶ Resp. dicendũ, q̃ circa hoc est multiplex opinio. Quidam enim existimantes potentias cõs esse in anima ad modum, quo color est in corpore, dicunt, quòd aĩa à corpore separata, cõs suas potentias secum trahit. Si enim aliqua ei deesset, oporteret animã transmutatam esse secundũ naturales proprietates, quæ subiecto manente variari non possunt. Sed dicta existimatio falsa est. Cum enim potentia sit, secundum quam potentes dicimur aliquid agere vel pati, eiusdem aũt sit agere & posse agere: oportet, quòd eiusdẽ sit potentia, sicut subiecti, quod est agens vel patiẽs. Vnde Philosophus in *principio de somno & vigilia dicit, quòd cuius est potentia, eius est actio. Videmus aũt manifestè quasdã operationes, quarum potentiæ aĩæ sunt principia, non esse aĩæ, propriè loquendo, sed coniuncti: quia nõ explentur nisi mediante corpore: vt est videre, audire, & hmõi. Vnde oportet, q̃ istæ potentiæ sint coniuncti, sicut subiecti: aĩæ autem sicut principij influentis, sicut forma est principium proprietatum compositi. Quædam verò operationes exercentur ab aĩa sine organo corporali, vt intelligere, considerare, & velle: vnde cũ hæ actiones sint animæ propriæ, & potentiæ q̃ sunt harum principia, non solum erunt aĩæ vt principij, sed etiam vt subiecti. Quia ergo manente proprio subiecto manere oportet & proprias passiones, & corrupto eo, corrumpi, ideo necesse est illas potentias, q̃ in suis actionib. non vtuntur organo corporali, remanere in anima separata: illas aũt quæ vtuntur, corrumpi corpore corrupto: & hmõi sunt potentiæ oẽs quæ pertinent ad animam sensibilem & vegetabilem. Et propter hoc quidam potentias animæ sensibilib. † distinguunt. Dicunt enim has esse duplices, quasdam quæ sunt actus organorum, quæ sunt ab aĩa effluxæ in corpus, & hæ cum corpore corrumpuntur: quasdã verò originales harũ, quæ sunt in aĩa, quia per eas anima corpus sensificat ad videndum, & audiendum, & hmõi: & hæ originales potẽtiæ manent in anima separata. Sed hoc non videtur conuenienter dici. Anima enim per suam essentiam non mediantibus aliquibus aliis potentijs est origo illarum potentiarum, quæ sunt actus organorũ: sicut & forma quælibet ex hoc ipso, quòd per essentiã suam materiam informat, est origo proprietatum, quæ compositum naturaliter consequuntur. Si enim oporteret in anima ponere alias potentias, quibus mediantibus potentiæ quæ organa perficiunt, ab essentia animæ effluerent, eadem ratione oporteret ponere alias potentias, quibus mediantibus, ab essentia animæ effluerent illæ mediæ potentiæ, & sic in infinitum. Si enim statur ali cubi, melius est vt in primo stetur. Vnde alij dicunt, quòd potentiæ sensitiuæ & aliæ similes nõ manent in anima separata, nisi secundum quid, scilicet vt in radice, per modum scilicet, quo principiata sunt in principijs suis: in anima. n. separata manet efficacia in fluendi iterum huiusmodi potentias, si iterum corpori vniatur; nec oportet hanc efficaciam esse aliquid superadditum ipsi essentiæ animæ, vt dictum est. *Et hæc opinio videtur magis rationabilis.

Ca. 1. ante medium.

† Aliàs, in potentijs animæ sẽsibilibus

¶ Ad primum ergo dicendum, q̃ verbũ illud Augustini † intelligendum est, q̃ anima secum trahit aliquas illarũ potentiarũ in actu, scilicet intelligentiam & intellecti m; quasdã verò radicaliter, vt dictũ * est.

*In corp. huius art. post med. † etatũ in arg. 1. * Subintẽ corp. † Basilius in principium Proverb. à medio. * li. 6. eth. cap. 11. † in corp.

¶ Ad secundum dicendum, quòd sensus quos anima secum trahit, non sunt isti exteriores sensus, sed interiores, qui scilicet ad partem intellectiuam pertinent, quia intellectus interdum sensus appellatur: vt patet per Basilium † super Proverbia, & Philosoph. * in 6. Eth. Vel si intelligat de sensibus exterioribus, dicendum est sicut ad primum.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ sicut patet ex dictis, † potentiæ sensitiuæ non comparantur ad animam, sicut naturales passiones ad subiectum, sed sicut ad originem: vnde ratio non procedit.

¶ Ad quartum dicendum, q̃ potentiæ animæ non dicuntur partes eius integrales, sed potentiales. Taliũ autem totorum ista est natura, q̃ tota virtus totius con-

Universidad de Deusto
Biblioteca

sistit in vna partium perfectè. In alijs autem partialiter, sicut in anima virtus animæ perfectè consistit in parte intellectiua. In alijs autem partialiter. Vnde cũ in anima separata remaneant vires intellectiuæ partis, integra remanebit, non *dimidiata, quamuis sensitiuę potentiæ actu non remaneant, sicut nec potentia Regis manet† dimidiata mortuo præposito, qui eius potentiam participabat.

*Al. dimi nuta. †Al. diminuta.

¶ Ad quintum dicendum, quòd corpus cooperatur ad meritum quasi pars essentialis hominis qui meretur: sic autem non cooperantur potentiæ sensitiuæ, cum sint de genere accidentium: & ideo non est simile.

¶ Ad sextum dicendum, quòd potentiæ animæ sensitiuæ non dicuntur esse actus organorum, quasi formæ essentiales ipsorum, nisi ratione animæ cuius sunt, sed sunt actus ipsorum sicut perficientes ea ad proprias operationes, sicut calor est actus ignis perficiens ipsum ad calefaciendum. Vnde sicut ignis idem numero remaneret, etiam si alius numero calor in eo esset, sicut patet de frigore aquæ, quod non redit idem numero postquam fuerit calefacta, aqua nihilominus eadem numero manente: ita & organa erunt eadem numero, quamuis potentiæ eædem numero non sint.

*loco citato in arg. 7. †In consequentibus verbis.

¶ Ad septimum dicendum, quòd Philosophus *ibi loquitur de huiusmodi potentijs, secundum quod radicaliter in anima consistunt, quod patet ex hoc quod dicit, † quòd sensus non est in patiendo ad animam secundum id in quo est, scilicet corpus, sic enim propter corpus neque debilitantur, nec corrumpuntur animæ virtutes.

ARTICVLVS II.

Vtrùm in anima separata remaneant actus sensitiuarum potentiarum.

298 Ad secundum sic proceditur. Videtur, quòd in anima separata remaneant etiam actus sensitiuarum potentiarum. Dicit enim Aug. *in libro de Spiritu & anima, Anima recedens à corpore, ex his scilicet imaginatione, concupiscibilitate, & irascibilitate (secundum meritã assicitur ad delectationem siue ad dolorẽ: sed imaginatio & concupiscibilis & irascibilis sunt potentiæ sensitiuæ: ergo secundum sensitiuas potentias anima separata afficietur, & ita secundum eas in aliquo actu erit.

C. 15. circa l. mediũ illius, to. 3

lib. 12. ca. 24. in me. tom. 3.

¶ 2 Præterea, Augustus *super Gen. ad literam in li. 12. dicit, quòd corpus non sentit, sed anima per corpus: & ita quædam anima non per corpus, sed sine corpore sentit. Sed id quod animæ sine corpore conuenit, potest ineesse animæ à corpore separatæ: ergo tũc actu anima sentire poterit.

li. 12. c. 32. ante med. tom. 3.

¶ 3 Præterea, Inspicere similitudines corporum, sicut in somno accidit, ad visionem imaginatiuam pertinet, quæ est in parte sensitiua. Sed huiusmodi similitudines corporum inspicere, sicut in somnis accidit, contingit animæ separatæ. Vnde Aug. *12. super Gen. ad literam sic dicit, Neque enim video cur habeat anima similitudinem corporis sui, cum iacente sine sensu ipso corpore, nondum tamen penitus mortuo, videt talia, qualia multi ex illa subductione viuis reddita narrauerunt, & non habeat, cum perfecta morte penitus de corpore exierit. Non enim potest hoc intelligi, ꝙ anima similitudinem corporis habeat, nisi secundum quod eam inspicit: vnde præmisit de tacentib. sine sensu, ꝙ gerunt quandam similitudinem corporis sui, per quam possunt ad loca corporalia ferri, & talia qualia vident similitudinibus sensuũ experiri. Ergo anima separata põt exire in actum potentiarum sensitiuarum.

¶ 4 Præterea, Memoria est potentia sensitiuæ partis, vt probatur in lib. de Memoria & reminiscentia: * sed animæ separatæ, actu memorabuntur eorum quæ in hoc mundo gesserunt: vnde & diuiti epuloni dicitur Lucæ 16. Recordare, quia recepisti bona in vita tua: ergo anima separata exibit in actum potentiæ sensitiuæ.

Aristoteles in lib. de Memoria & reminiscentia cap. 1. *li. 3. tex tu 41.

¶ 5 Præterea, Secundum Philosophum * in 3. de Anima. Irascibilis & concupiscibilis sunt in parte sensitiua: sed in irascibili & concupiscibili sunt gaudium & tristitia, amor & odium, timor & spes, & huiusmodi affectiones: quas secundum fidem nostram ponimus in animabus separatis: ergo animæ separatæ, non carebunt actibus potentiarum sensitiuarum.

¶ Sed contra, Id quod est commune animæ & corpori, non potest remanere in anima separata: sed omnes operationes potentiarum sensitiuarum sunt communes animæ & corpori, quod patet ex hoc quòd nulla potentia sensitiua aliquem actum habet nisi per organum corporale: ergo anima separata carebit actibus sensitiuarum potentiarum.

li. 1. de Anima tex tu 4. pos. medium.

¶ Præterea, Philosophus * dicit in primo de Anima, quòd corrupto corpore, anima neque reminiscitur neque amat, & eadem ratio est de omnibus alijs actibus sensitiuarum potentiarum: ergo anima separata non procedit in aliquem actum alicuius potentiæ sensitiuæ.

¶ Respondeo dicẽdum, quòd quidam distinguunt duplices actus sensitiuarum potentiarum, Quosdam exteriores, quos anima per corpus exercet: & hi non remanent in anima separata: quosdam verò interiores, quos anima per seipsam exercet, & hi erunt in anima separata. Hæc autem positio descendere videtur ab opinione Platonis, * qui posuit animam corpori coniungi, sicut quandam substantiam perfectã in nullo à corpore dependentem, sed solum sicut motorem mobili, quod patet ex transcorporatione quam ponebat. Quia autem secundum ipsum nihil mouet at nisi motum: & ne abiretur in infinitum, dicebat, quòd primum mouens, mouet seipsum, & posuit quòd anima erat seipsam mouens. Et secundum hoc erat duplex motus animæ, vnus, quo mouebat seipsam, alius, quo mouebatur corpus ab ea, & sic anima habebat actum, qui est videre, primò, in seipsa, secundum quod mouebat seipsam, & secundò, in organo corporali, secundum quòd mouebat corpus. Hanc positionem Philosophus * destruit in 1. de Anima, ostendens quod anima non mouet seipsam, & quòd nullo modo mouetur secundũ istas operationes, quæ sunt videre, sentire, & huiusmodi: sed quòd istæ operationes sunt motus coniuncti tantum. Vnde oportet dicere, quòd actus sensitiuarum potentiarum, nullo modo maneant in anima separata, nisi forte sicut in radice remota.

hanc opinionem fere Aristoteles libr. de Anima ca. 3. & 4.

* Aristoteles li. de Anima ca. 4.

¶ Ad primum ergò dicendum, quòd liber ille negatur à quibusdam esse Augustini. Dicitur enim fuisse cuiusdam Cisterciensis, qui eum ex dictis Augustini compilauit, & quædam de suo addidit. Vnde quod ibi scribitur pro auctoritate habendum non est. Si tamen auctoritas deberet sustineri, dicendum, quòd non debet intelligi ꝙ anima separata ex imaginatione & alijs huiusmodi potentijs afficiatur, quasi ipsa affectio sit actus potẽtiarum prædictarum: sed quia ex his quæ anima per imaginationem, & alias huiusmodi potentias commisit in corpore, in futuro afficietur, vel in bonum vel in malum, vt sic imaginatio & huiusmodi potentiæ non intelligantur elicere illam affectionem, sed elicuisse in corpore meritum affectionis illius.

¶ Ad secundum dicendum, quòd anima dicitur sentire per corpus, non quasi actus sentiendi sit animæ secundum se, sed quia est totius coniuncti, ratione animæ, eo modo loquendi, quo dicimus quòd calor calefaciat.

Quod autem subiungitur, quod anima quædam sentit sine corpore, vt timorem, & huiusmodi, intelligendum est, sine exteriori corporis motu, qui accidit in actibus sensuum propriorum non enim timor & huiusmodi passiones sine motu corporali contingunt. Vel potest dici, quòd Aug. * loquitur secundum opinionem Platonicorum, qui hoc ponebant, vt dictum † est.

Loco mag. citato. †In corp. †loco in arg. citato.

¶ Ad tertium dicendum, quòd August. * ibi inquirendo loquitur, non determinando, sicut & ferè per totum illum librum. Patet enim quòd non est similis ratio de anima dormientis, & de anima separata. Anima enim dormientis vtitur organo imaginationis, in qua corporales similitudines imprimuntur, quod de anima separata dici non potest. Vel dicendum, quòd similitudines rerum sunt in anima & quantum ad potentiam sensitiuam, & imaginatiuam, & intellectiuam secundum maiorem & minorem abstractionem à materia, & à materialibus conditionibus. Tenet ergo similitudo Aug. quantum ad hoc, quòd sicut similitudines rerum corporalium sunt in anima somniantis secundum excessum mẽtis patientis imaginabiliter, ita sunt in anima separata intellectualiter: non autem quòd in anima separata sint imaginabiliter.

*li. 4. Dia. ca. 29. pau lò ante fin.

¶ Ad quartum dicendum, quòd sicut in primo libro dictum *est, memoria dupliciter sumitur. Quandoque prout est potentia sensitiuæ partis, secundum scilicet, quod concernit præteritum tempus: & hoc modo actus memoriæ in anima separata non erit. Vnde dicit Philosophus * in 1. de Anima, quòd hoc corrupto, scilicet corpore, anima non reminiscitur. Alio modo accipitur memoria prout est pars imaginationis ad intellectiuam partem pertinens, secundum scilicet, quod ab omni differentia temporis abstrahit, cum non sit tantum præteritorum, sed etiam præsentium & futurorum, vt Augustinus dicit† & secundum hanc memoriam anima separata memorabitur.

Tho. in 1. li. Sen. dist. 3. q. 4. art. 1. Habetur li. 1. de Anima cap. 4. post medẽ & citatur in 2. arg. Sed cont. huius ar. †li. 14. de Trin. c. 11. to. 3.

li. 12. super Gen. c. 16. in med. to. 3.

* li. 1. text. 87. †Aliquan tulũ à nec. libro.

¶ Ad quintum dicendum, quòd amor, gaudium & tristitia, & huiusmodi, dupliciter accipiuntur. Quandoque quidem secundum quod sunt passiones appetitiuæ sensibilis: & sic nõ erunt in anima separata, hoc enim modo non explentur sine determinato motu cordis. Alio modo secundum quod sunt actus voluntatis, quæ est in parte intellectiua: & hoc modo erunt in anima separata: sicut etiam & delectatio erit ibi sine motu corporali, prout etiam ponitur in Deo, inquantum scilicet est simplex motus voluntatis. Et hoc modo Philosophus in 7. Eth. * dicit quòd Deus vna simplici delectatione gaudet.

li. 7. Eth. circa fi. li.

ARTICVLVS III.

Vtrùm anima separata pati possit ab igne corporeo.

299 Ad tertium sic procedatur. Videtur, quòd anima separata pati non possit ab igne corporeo. Augustinus enim 12. super Genes. ad literam dicit: * Non sunt corporalia, sed corporalibus similia, quibus animæ corporibus exutæ afficiuntur, seu bene, seu malè: ergo anima separata igne corporeo non punitur.

li. 12. c. 32. à med. to. 3.

li. 12. super Gen. c. 16. in med. to. 3.

¶ 2 Præterea, Augustinus in eodem lib. * dicit, quòd agens semper est nobilius patiente: sed impossibile est aliquod corpus esse nobilius anima separata: ergo non potest ab aliquo corpore pati.

* li. 1. text. 87. †Aliquan tulũ à nec. libro.

¶ 3 Præterea, Secundum Philosophum * in 1. de Generatione, & secundum Boetium † in lib. de duabus naturis, illa solum agunt & patiuntur adinuicẽ, quæ in materia conueniunt, sed anima & ignis corporeus non conueniunt in materia, quia spiritualium & corporalium non est materia communis, vnde nec possunt adinuicem transmutari, vt Boetius * in eodem li. dicit: ergo anima separata ab igne corporeo non patitur.

¶ 4 Præterea, Omne quod patitur, recipit aliquid ab agente: si ergo anima patiatur ab igne corporeo, aliquid ab eo recipiet. Sed omne quod recipitur in aliquo, est in eo per modum recipientis: ergo quod recipitur ab igne in anima non est in eo materialiter, sed spiritualiter. Sed formæ rerum in anima spiritualiter existentes sunt perfectiones ipsius: ergo essi ponatur quòd anima patiatur ab igne corporeo, hoc non erit in eius pœnam, sed magis in eius perfectionem.

¶ 5 Si dicatur, quòd hoc ipso anima punitur ab igne quòd ignem videt: vt videtur dicere Gregorius in quarto Dial. * contra, si videt animia ignem inferni, non potest videre nisi visione intellectuali, cum non habeat organa, quibus visio sensitiua, vel imaginaria perficitur: sed visio intellectualis non videtur, quòd possit esse causa tristitiæ: delectationi enim, quæ est in considerando, non est tristitia contrarium secundum Philosophum: * ergo ex tali visione anima non pupitur.

li. 1. Topi. ca. 13.

¶ 6 Si dicatur, quòd anima patitur ab igne corporeo, eo quòd tenetur ab eo sicut nunc tenetur a corpore, dum viuit in corpore: contrà, anima dum in corpore viuit, tenetur a corpore, in quantum ex ea & corpore fit vnum, sicut ex materia & forma: sed anima non erit forma illius ignis corporei: ergo supradicto * modo non poterit ab illo igne teneri.

* In hoc eodẽ arg

¶ 7 Præterea, Omne agens corporeum agit per contactum: sed non potest esse aliquis contactus ignis corporei & animæ, quia contactus solum est inter corpora, quæ hal et vltima sunt: ergo anima ab illo igne non patitur.

¶ 8 Præterea, Agens organicum non agit in remota, nisi per hoc, hoc quòd agit in media, vnde per determinatam distantiam agere potest proportionatam suæ virtuti. Sed animæ, vel ad minus damnationes (de quibus est eadem ratio) quandoque sunt extra locum inferni, cum quandoque etiam in hoc mundo hominibus appareant, nec tamen tunc sunt à pœna immunes, sicut enim gloria sanctorum nunquam interrumpitur, ita nec pœna damnatorum: nec tamen videmus quòd omnia intermedia ab igne inferni patiantur, nec iterum est credibile aliquid corporeum de natura elementi esse tantæ virtutis, vt ad tantam distantiã actionem suam diffundat. Ergo non videtur, ꝙ pœnas, quas animæ damnatorum sustinent, ab igne corporeo patiantur.

¶ Sed contra, Eadem ratio est de animabus separatis & dæmonibus, quòd ab igne corporeo pati possint. Sed dæmones ab eo patiuntur, cum puniantur ab illo igne, in quem corpora damnatorum proijcientur post resurrectionem, quem oportet esse corporeum: & hoc patet per sententiam Domini Matt. 25. Discedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. Ergo & animæ separatæ, ab igne corporeo pati possunt.

¶ Præterea, Pœna debet respondere culpæ: sed anima per culpam se corpori * subijcit per prauam concupiscentiam: ergo iustum est, vt in pœnam, rei corporeæ subijciatur per passionem.

Al. subiecit.

¶ Præterea, Maior est vnio formæ ad materiam, quàm agentis ad patiens: sed diuersitas naturæ spiritualis & corporalis non impedit quin anima sit forma corporis: ergo nec impedit quin possit à corpore pati.

¶ Respondeo dicendum, quòd supposito ex prædictis, quòd ignis inferni non sit metaphoricè dictus, nec ignis imaginarius, sed verus ignis corporeus: oportet dicere, quòd anima ab igne corporeo patietur

Universidad de Deusto
Biblioteca

cum Dominus ignem illum diabolo & angelis eius paratum esse dicat, Matt.25. qui sunt incorporei, sicut ipsa anima. Sed quomodo pati possit, multipliciter assignatur. Quidam enim dixerunt, quòd hoc ipsum, quod est ignem videre, sit animam ab igne pati. Vnde *li.4.Dia. ca.29 patū à prin. Greg. in 4. Dialog.* dicit. Ignem eo tempore patitur anima, quo videt. Sed illud non videtur sufficere, quia quodlibet visum ex hoc quod videtur, est perfectio videntis, vnde non potest in eius pœnam cedere, inquantum est visum, sed quandoque est punitiuum vel contristans, per accidens, inquantum scilicet apprehenditur vt nociuum. Vnde oportet, quòd præter hoc quod anima ignem illum videt, sit aliqua comparatio animæ ad ignem, secundum quam animæ ignis noceat. Vnde alij dixerunt, quòd quamuis ignis corporeus non possit animam exurere, tamen anima apprehendit ipsum vt nociuum sibi, & ad talem apprehensionem afficitur timore & dolore, vt in eis impleatur id quod dicitur: †Trepidauerunt timore, vbi non erat timor. Vnde Gregor. in 4. Dialog. * dicit, quòd quia anima cremari seconspicit, cremat ur. Sed hoc iterum non videtur sufficere, quia secundum hoc passio animæ ab igne non esset secundum rei veritatem, sed secundum apparentiā tantum, quamuis enim possit esse vera passio tristitiæ vel doloris ex aliqua falsa imaginatione, vt Augustinus dicit* 12. super Genes. ad literam, tamen nō potest dici, quòd secundum illam passionem verè patiatur à re, sed à similitudine rei, quam concipit, & iterum iste modus passionis magis recederet à reali passione, quā ille, q̄ ponitur per imaginarias visiones, cum ille dicatur per veras imagines rerum esse, quas anima secū defert, iste autem, per falsas conceptiones, quas anima errans fingit, & iterum non est probabile quòd animæ separatæ vel dæmones, qui subtilitate ingenij pollent, putarent ignem corporeum sibi nocere posse, si ab eo nullatenus grauarentur. Vnde alij dicunt, quòd oportet ponere animam etiam realiter, ab igne corporeo pati. Vnde etiam Gregor. in 4.* Dialog. dicit. Colligere ex dictis Euangelicis possumus, quòd incendium non solum anima videndo, sed etiam experiendo patiatur. Sed hoc tali modo fieri ponunt, dicunt enim q̄ ignis ille corporeus considerari potest dupliciter. Vno modo, secundum quod est quædam res corporea, & hoc modo non habet quod in animam agere possit. Alio modo, secundum quod est instrumentum diuinæ iustitiæ vindicantis, hoc enim diuinæ iustitiæ ordo exigit, vt anima quæ peccando se rebus corporalibus subdidit, eis etiam in pœna subdatur, instrumentum autem non solum agit in virtute propriæ naturæ, sed etiam in virtute principalis agentis, & ita non est inconueniēs, si ignis ille, cum agat in virtute spiritualis agentis, in spiritum agat hominis vel dæmonis, per modum etiā quo de sacramentis dictum est, * quòd animam sanctificant. Sed istud etiam nō videtur sufficere, quia omne instrumentum in id circa quod instrumentaliter operatur, habet propriam actionem sibi cōnaturalem, & non solum illam actionem, secundum quam agit in virtute principalis agentis, imò exercendo primam †actionem oportet, quòd efficiat hanc secundam, sicut aqua lauando corpus in baptismo, sanctificat animam, & serra secando ligum, producit formā domus. Vnde oportet dare igni aliquam actionē in animam, quæ sit ei connaturalis ad hoc, quòd sit instrumentum diuinæ iustitiæ peccata vindicantis. Et ideo dicēdum, quòd corpus in spiritum naturaliter agere non potest, nec ei ali quo modo obesse, vel ipsum grauare, nisi secundum quod aliquo modo corpori vnitur, sic enim inuenimus quòd corpus quod corrumpitur, aggrauat animam Sapien. 9. Spiritus autem corpori vnitur dupliciter. Vno modo, vt forma, materiæ, vt ex eis fiat vnum simpliciter, & sic spiritus vnitus corpori, & viuificat corpus, & à corpore aliqualiter aggrauatur, sic autem spiritus hominis vel dæmonis, igni corporeo non vnitur. Alio modo, sicut mouens, mobili, vel sicut locatum, loco, eo modo quo incorporalia sunt in loco: & secundum hoc spiritus incorporei creati loco definiuntur, ita in vno loco existentes, q̄ non in alio. Quamuis autem res corporea ex sua natura habeat, quòd spiritum incorporeum loco definiat, non tamen ex sua natura habet, quòd spiritum incorporeum loco definitū detineat, vt ita alligetur illi loco, quod ad alia diuerte re non possit, cùm spiritus non sit ita in loco naturaliter, quod loco subdatur: sed hoc superadditur igni corporeo, inquantum instrumentum est diuinæ iustitiæ vindicantis, quòd sic detinet spiritum, & ita efficitur ei pœnalis, retardans eum ab executione propriæ voluntatis, ne scilicet posset operari, vbi vult, & secundū quod vult: & hunc modum ponit Gregorius * in 4. Dialog. exponens enim quomodo anima incendium experiendo patiatur, sic dicit: Cum veritas peccatorem diuitem damnatum in igne perhibeat, quis nam sæpiès reproborum animas teneri ignib. neget? & hoc etiam Iulianus † dixit, vt in litera Magister * dicit. Si viuentis hominis incorporeus spiritus tenetur in corpore, cur etiam non tenetur post-mortem corporeo igne? Aug.† etiam 21. de Ciuitate Dei dicit, quòd sicut anima in hominis conditione iungitur corpori vt det ei vitam, quamuis illud sit spirituale, & hoc corporale, & ex illa coniunctione vehementer concipit amorem ad corpus: sic ligatur igni, vt accipiens ab eo pœnam, & ex illa coniunctione concipit horrorem. Oportet ergo omnes prædictos modos in vnum colligere, vt perfectè videatur quomodo anima ab igne corporeo patiatur: vt scilicet dicamus, quòd ignis ex natura sua habet q̄ spiritus incorporeus ei coniungi possit, vt loco locatum: sed inquantum est instrumentum diuinæ iustitiæ habet, vt ipsum quodammodo retineat alligatum, & in hoc veraciter ignis ille est spiritui nocinus, vt sic anima ignem vt sibi nociuum videns, ab igne cruciet ur. Vnde Gregorius in quarto † Dialogorum omnia ista per ordinem tangit, vt ex præmissis * eius auctoritatibus pateat.

*lib.4.ca. 29. post medium illius.

†Psal.13. *li.4 Dia. ca.29 patū à prin.

*li.12. ca. 19. & 32. to.3

Thom.in 4.dist.1.q. 1.art.4.

†Aliàs, p priam.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd Aug.* loquitur inquirendo: vnde etiam alium modum ponit determinando in libro de Ciuitate Dei, vt ex dictis * patet. Vel dicendum, quòd August. intelligit, quòd ea quibus anima proximè afficitur ad dolorem vel tristitiam, sunt spiritualia, non enim affligeretur, nisi ignē vt nociuum sibi, apprehenderet: ignis ergo apprehensus, est proximum affligens, sed ignis corporeus extra animam existens est affligens remotum.

¶ Ad secundum dicendum, quòd quamuis anima simpliciter sit igne nobilior, ignis tamen est secundum quid anima nobilior, inquātum scilicet est instrumentum diuinæ iustitiæ.

¶ Ad tertium dicendum, quòd Philosophus & Boetius loquuntur de actione illa, per quam patiens transmutatur in naturam agentis: talis autem non est actio ignis in animam, & propter hoc ratio non concludit.

*li.4 cap. 28. & 29. post med. †Iul. Tolet. anæ ecclesiæ Episc. li. 2. prognostī corum de futuro seculo; c.17. * Mag. li. 4. Sen. di. 44. §. G. † Aug. li. 21. c.10. ante med. to.5.

locis in at gu. citatis.

¶ Ad quartum dicendum, quòd ignis agit in animam, non per modum influentis, sed per modum detinentis, vt ex dictis * patet: & ideo ratio non est ad propositum.

In cor. 1.

¶ Ad quintum dicendum, quòd in visione intellectuali non est tristitia ex hoc ipso, quòd aliquid videtur, cum illud quod videtur, nullo modo intellectui possit esse contrarium, inquantum videtur: in sensu autem hoc quod videtur ex ipsa actione, qua agit in visum vt videatur, potest esse corruptiuum visus per accidens, inquantum corrumpit harmoniam organi. Sed tamen visio intellectualis pōt esse contristans, inquantum

tum id quod videtur, apprehenditur vt nociuum, non quasi noceat eo ipso quod videtur, sed alio quocunque modo, & sic anima videndo ignem, affligitur.

¶ Ad sextum dicendum, quod non est simile quantum ad omnia, sed quantum ad aliquid, vt ex dictis * paret.

Sub fine corp.

¶ Ad septimum dicendum, quòd quamuis non sit tactus corporalis inter animam & corpus, tamen est inter ea aliquis tactus spiritualis, sicut etiam motor cœli, cum sit spiritualis, spiritu ali tactu tāgit cœlum ipsum mouens per modum, quo dicitur contristans tangere, sicut dicitur in primo de generatione, & hic modus sufficit ad actionem.

¶ Ad octauum dicendum, quòd spiritus damnati nunquam sunt extra infernum, nisi ex dispensatione diuina, vel ad instructionem, vel ad exercitium electorum. Vbicunque autem extra infernum sint, semper tamen vident ignem inferni, vt eis in pœnam præparatum. Vnde cum ista visio sit immediatè affligens, vt dictum * est, vbicunque sint, ab igne inferni affliguntur, sicut & captiui etiam extra carcerem existentes, a carcere affliguntur, dum vident se ad carcerem damnatos. Vnde sicut gloria electorum non minuitur nec quātum ad præmium essentiale, nec quantum ad accidentale, si aliquando extra cœlum Empyreum sint sed quodammodo in eorum gloriam cedit, ita etiam in nullo minuitur pœna damnatorum, si extra infernum ex diuina dispensatione ponantur ad tempus. Et hoc est quod gloss.* dicit super illud Ia. 3. Inflammat rotam natiuitatis nostræ, &c. Diabolus vbicunque sit, siue sub aere, siue sub terra, secum trahit tormenta sua rum flammarum, obiectis autē sic procedit, ac si ignis corporeus affligeret immediatè spiritus, sicut affligit corpora.

In cor. 21.

Glo. ord. ibidem.

QVAEST. LXXI.

De suffragijs mortuorum, in quatuordecim articulos diuisa.

Deinde considerandum est de suffragiis mortuorum.

¶ Et circa hoc quæruntur quatuordecim.

¶ Primò, vtrum suffragia quæ per vnum fiunt, aliis prodesse possint.

¶ Secundò, vtrum mortui iuuari possint ex operibus viuorum.

¶ Tertiò, vtrum suffragia per peccatores facta, mortuis prosint.

¶ Quartò, vtrum suffragia pro mortuis facta, sacientibus prosint.

¶ Quintò, vtrum suffragia existentibus in inferno prosint.

¶ Sextò, vtrum prosint existentibus in Purgatorio.

¶ Septimò, vtrum valeant pueris existentibus in Limbo.

¶ Octauò, vtrum aliquo modo prosint existentibus in patria.

¶ Nono, vtrum oratio ecclesiæ, & sacramēta altaris & eleemosyna prosint defunctis.

¶ Decimò, vtrum indulgentiæ, quas ecclesia facit, eis prosint.

¶ Vndecimò, vtrum cultus exequiarum eis prosint.

¶ Duodecimò, vtrum suffragia magis prosint ei, pro quo fiunt, quam aliis.

¶ Decimotertiò, vtrum suffragia pro multis facta, valeant tantum singulis, ac si pro vnoquoque singulariter fierent.

¶ Decimoquartò, vtrum valeant tantum communia suffragia illis, pro quibus specialia non sunt, quantum illis, pro quibus sunt, valeant specialia & communia simul.

ARTICVLVS. I.

Vtrùm suffragia per vnum facta, aliis prodesse possint.

Ad primum sic proceditur. Videtur, quòd suffragia per vnum facta, aliis prodesse non possint. Dicitur enim ad Galat. 6. Quæ enim seminauerit homo, hæc & meter: sed si vnus ex suffragijs alterius conseqeretur fructum, meteret ab aliis seminata: ergo ex suffragijs aliorum nullus fructum consequitur.

300 D.Th.4. dist.45.q. 2.ar.1.q.2 &seq.

¶ 2 Præt. Ad iustitiam Dei pertinet, vt vnicuique tribuatur pro meritis: vnde Psal.61. Tu reddes vnicuique iuxta opera sua: sed iustitiam Dei deficere est impossibile: ergo impossibile est, quod vnus ex operibus alterius iuuetur.

¶ 3 Præt. Secundum eandem rationem est aliquod opus meritorium & laudabile, quia scilicet, inquantū est voluntarium: sed ex opere vnius non laudatur alteri: ergo nec opus vnius potest esse alteri meritorium & fructuosum.

¶ 4 Præt. Ad iustitiam diuinam pertinet similiter bona reddere pro bonis, & mala pro malis: sed nullus punitur pro malis alterius, imo vt dicitur Ezech.18. Anima quæ peccauerit, ipsa morietur, ergo nec vnus iuuatur per bona alterius.

¶ Sed contra est, quod dicitur in Psal.118. Particeps ego sum omnium timentium te, &c.

¶ Præt. Omnes fideles per charitatem vniti, sunt vnius corporis Ecclesiæ membra, sed vnum membrum iuuatur per alterum, ergo & vnus homo potest ex alterius meritis iuuari.

¶ Respondeo dicendum, quòd actus noster ad duo valere potest. Primò, ad aliquem statum acquirendum sicut per opus meritorium homo acquirit statum beatitudinis. Secundò, ad aliquid consequens statum, sicut homo per aliquem actum meretur aliquod præmium accidentale, vel dimissionem pœnæ. Ad vtrumque autem horum actus noster dupliciter valere potest. Vno modo per viam meriti. Alio modo per viam orationis, & est differentia inter istas duas vias, quia meritum innititur iustitiæ, oratio autem misericordiæ. Orans enim impetrat petitum ex sola liberalitate eius qui oratur. Dicendum est ergo, quòd opus vnius nullo modo potest alteri valere ad statum consequendum per viam meriti, vt scilicet ex his quæ ego facio, aliquis mereatur vitam æternam, quia sors gloriæ redditur secundum mensuram accipientis. Vnusquisque autem ex actu suo disponitur & non ex alieno, & dico dispositionem dignitatis ad præmium, sed per viam orationis, & quantum ad statum consequendum, opus vnius alteri, dum est in via, valere potest, sic quòd † vnus homo impetret alteri primam gratiam. Cum igitur impetratio orationis sit secundum liberalitatem Dei, qui oratur, ad omnia illa impetratio orationis se potest extendere, quæ potestati diuinæ subsunt ordinatæ, sed quantum ad aliquid, quod est consequens vel accessorium ad statum, opus vnius potest valere alteri, non solum per viam orationis, sed etiam per viam meriti. Quod quidem dupliciter contingit, vel propter cōmunicantiam in radice operis, quæ est charitas in operibus meritoriis. Et ideò omnes qui sibi inuicem charitate connectuntur, aliquod emolumentum ex mutuis operibus reportant, tamen secundum mensuram status vnusquisque, quia etiam in patria unusquisque gaudebit de bonis alterius, & inde est quod

22. q.114. art.6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quod articulus fidei ponitur sanctorum communio. Alio modo ex intentione facientis, qui aliqua opera specialiter ad hoc facit, vt talibus prosint. Vnde ista opera quodammodo efficiuntur eorum, pro quibus fiunt quasi eis a faciente collata, vnde possunt eis valere, vel ad impletionem satisfactionis, vel ad aliquid huiusmodi, quod statum non mutat.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd missio illa est perceptio vitæ æternæ, sicut habetur Ioan 4. Et qui metit, congregat fructum in vitam æternam. Sors autem vitæ æternæ non datur alicui, nisi pro propriis operibus, quia etsi aliquis alteri impetret, vt ad vitam perueniat, nunquam tamen hoc fit, nisi mediantibus operibus propriis, dum scilicet precibus alicuius, gratia alicui datur, per quam meretur vitam æternam.

¶ Ad secundum dicendum, quòd opus quod pro aliquo fit, efficitur eius pro quo fit, & similiter opus qd est eius, qui mecum est unum, est quodammodo & meum, vnde non est contra diuinam iustitiam, si vnus fructum percipit de operibus factis ab eo, qui est vnum secum in charitate, vel ab operibus pro se factis, hoc etiam secundum humanam iustitiam contingit, vt satisfactio vnius pro alio accipiatur.

¶ Ad tertium dicendum, quòd laus non datur alicui nisi secundum ordinem eius ad actum, vnde laus est ad aliquid, vt dicitur in 1. Eth ic.* Et quia ex opere alterius nullus efficitur, vel ostenditur bene dispositus vel malè ad aliquid, inde est quòd nullus laudatur ex operibus alterius, nisi per accidens, secundum quod ipse est aliquo modo operum illorum causa, consilium, vel auxilium præbendo, seu inducendo, vel quocũque alio modo. Sed opus est meritorium alicui non solum considerata eius dispositione, sed etiam quantum ad aliquid consequens dispositionem, vel statum eius, vt ex dictis patet.*

¶ Ad quartum dicendum, q̃ auferre alicui quod sibi debetur, hoc directè iustitiæ repugnat, sed dare aliquid alicui quod ei non debetur, hoc non est iustitiæ contrarium, sed metas iustitiæ excedit, est enim liberalitatis, non autem posset aliquis lædi ex malis alterius, nisi aliquid ei de suo subtraheretur, & ita non conuenit, quod aliquis puniatur pro peccatis alterius, sicut quod emolumentum percipiat ex bonis alterius.

ARTICVLVS II.

Vtrùm mortui possint iuuari ex operibus viuorum.

AD secundum sic proceditur. Videtur, quod mortui non possint iuuari ex operibus viuorum. Primo, per hoc quod dicit Apostolus 2. Corinth. 5. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt referat vnusquisque propria corporis prout gessit, ergo ex his quæ post mortem hominis geruntur, quando extra corpus erit, nihil ei accrescere potest ex aliquibus operibus.

¶ 2 Præt. Hoc idem videtur ex hoc quod habetur Apoc. 14. Beati mortui qui in Domino moriuntur, opera enim illorum sequuntur illos.

¶ 3 Præterea, Proficere ex opere aliquo, est solum in via existentis: sed homines post mortem iam non sunt viatores, quia de his hoc intelligitur quod legitur Iob. 19. Semitam meam circumsepsit, & transire nõ possum: ergo mortui de suffragiis alicuius iuuari non possunt.

¶ 4 Præterea, Nullus iuuatur ex opere alterius, nisi sit aliqua vitæ communicatio inter eos, sed nulla communicatio est mortuorum ad viuos, secundum Philos. in 1. Ethicor. ergo suffragia viuorum non prosunt mortuis. * lib. 1. c. 10. & 11.

¶ Sed contra est, quod habetur 2. Machab. 12. Sancta, & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, vt à peccatis soluantur, sed hoc non esset vtile, nisi eos iuuaret: ergo suffragia viuorum mortuis prosunt.

¶ Præterea, Augustinus dicit in lib.* de Cura pro mortuis agenda, Non parua est vniuersæ Ecclesiæ, quæ in hac consuetudine claret, auctoritas: vt in precibus sacerdotis, quæ Domino Deo ad eius altare fundantur, locum suum habeat etiam commendatio mortuorum quæ quidem consuetudo ab ipsis Apostolis † instituta est, vt dicit Dam.* in quodam sermone de suffragiis mortuorum, sic dicens, Mysteriorum conscii discipuli Saluatoris, & sacri Apostoli intremendis, & vinificis mysteriis memoriam fieri eorum, qui fideliter dormierunt, sanxerunt, quod etiam per Dionysium patet in vlti. cap. Eccle. Hierar. † vbi vtrum commemoratur, quo in primitiua Ecclesia pro mortuis orabatur, vbi et Dio. † asserit, suffragia viuorum mortuis prodesse: ergo hoc indubitanter credendum est. c. 1. in fine illi*, & c. 4. Alinchos uit. In sermone de mortuis, non procul ab initio illi* † Ca. 7. nõ multũ remote a fine. † Eodẽ c. par. 2. & 3.

¶ Respondeo dicendum, q̃ charitas, quæ est vinculum Ecclesiæ membra vniens, non solum ad viuos se extendit, sed etiam ad mortuos, qui in charitate decesserunt. Charitas enim quæ est vita animæ, sicut anima est vita corporis, non finitur. 1. Corinth. 13. Charitas nunquam excidit. Similiter etiam mortui in memoriis hominum viuentium viuunt, & ideo intentio viuentium ad eos dirigi potest, & sic suffragia viuorum mortuis dupliciter prosunt, sicut & viuis: & propter charitatis vnionem, & propter intentionem in eos directam: non tamen sic eis valere credenda sunt viuorum suffragia, vt status eorum mutetur de miseria ad fœlicitatem, vel econuerso: sed valent ad diminutionem pœnæ, vel aliquid huiusmodi, quod statum mortui non transmutat.

¶ Ad primum ergo dicendum, quod homo dum in corpore vixit, meruit, vt hæc ei valerent post mortem: & ideo si post hanc vitam iuuatur, nihilominus hoc procedit ex his, quæ in corpore gessit. Vel dicendum secundum Ioan. Damas. in serm. prædicto,* quod hoc est intelligẽdum quantum ad retributionem, quæ fiet in finali iudicio, quæ erit æternæ gloriæ, vel æternæ miseriæ, in qua quilibet recipiet solum secundum quod ipse in corpore gessit, interim autem iuuari potest viuorum suffragiis. Aliquãdiu a principio.

¶ Ad secundum dicendum, quod affectoritas illa expresse loquitur de sequela æternæ retributionis, quod patet ex hoc quod præmittitur: Beati mortui, &c. Vel dicendum, quod opera pro eis facta sunt etiam quodammodo eorum, vt dictum est.*

¶ Ad tertium dicendum, quod quamuis animæ post mortem non sint simpliciter in statu viæ: sed quantum ad aliquid adhuc sunt in statu viæ, inquantum horum progressus adhuc retardatur ab vltima retributione. Et ideo simpliciter eorum via est circumsepta, vt non possint vlterius per aliqua opera transmutari secundum statum fœlicitatis & miseriæ, sed quãtum ad hoc non est circumsepta, quin quantum ad hoc, quod detinẽtur ab vltima retributione, possint ab aliis iuuari, quia secundum hoc adhuc sunt in via.

¶ Ad quartum dicendum, quod quamuis communicatio ciuilium operum, de qua Philosophus loquitur, non possit esse mortuorum ad viuos, quia mortui extra vitam ciuilem sunt: potest tamen eorum communicatio esse quãtum ad opera vitæ spiritualis, quæ est per charitatem ad Deum, cui mortuorum spiritus viuunt.

QVAEST. LXXI.
ARTICVLVS III.

Vtrum suffragia per peccatores facta, mortuis prosint.

301 AD tertium sic proceditur. Videtur, quod suffragia per peccatores facta, mortuis nõ prosint. Quia ut dicitur Ioan. 9. Peccatores Deus non audit: sed si orationes eorum prodessent illis, pro quibus orãt, a Deo exaudirentur: ergo suffragia per eos facta, mortuis non prosunt.

¶ 2 Præterea, Gregorius † in Pastorali dicit, quod cum is qui displicet, ad interpellandum† mittitur, iuat animus ad deteriora prouocatur: sed quilibet peccator Deo displicet: ergo per peccatorum suffragia Deus ad misericordiam non flectitur: & ideo talia suffragia non prosunt. In parte 1 c. 11. non procul a prin. † Aliat. in petrandũ.

¶ 3 Præterea, Opus alicuius videtur magis esse fructuosum facienti, quam alteri: sed peccator per opera sua nihil meretur sibi: ergo multo minus potest alteri mereri.

¶ 4 Præterea, Omne opus meritorium oportet esse viuificatum, id est, charitate informatum: sed opera per peccatores facta sunt mortua: ergo non possunt per ea mortui iuuari, pro quibus fiunt.

¶ 5 Sed contra est, quod nullus potest scire de altero pro certo, vtrum sit in statu culpæ, uel gratiæ: si ergo tantum illa suffragia prodesset, quæ fiũt per eos qui sunt in gratia, non posset homo scire per quæ suffragia subueniret suis defunctis: & ita multi a suffragiis procurandis retraherentur. Aug. in Enchiridio c. 109. 110. & 319. 10. 3. & li. de cura p mortuis agenda c. 1. & vlt. & in li. de q. Dulcitii q̃stio. 4. q. 2. to. 4. & Rabanus li. de instit. cleric. 44 vel 4. sect. di. 45. §. B. in initio.

¶ 6 Præterea, Sicut Augustinus † dicit in litera:* Secundum hoc iuuatur aliquis mortuus ex suffragiis secundum quod dum viueret, meruit ut iuuaretur post mortem: ergo valor suffragiorum mensuratur secundum conditionem eius, pro quo fiunt: non ergo differt, ut uidetur, vtrum per bonos, vel malos fiant.

¶ Respondeo dicendum, quod in suffragiis, quæ per malos fiunt, duo possunt considerari. Primo, ipsum opus operatum, licut Sacrificium altaris: & quia nostra sacramenta ex seipsis efficaciam habent absque opere operantis, quam a qualiter explent per quoscunque fiant, quantum ad hoc suffragia per malos facta, defunctis prosunt. Alio modo quantum ad opus operantis, & sic distinguendum est: quia operatio peccatoris suffragia facientis, potest uno modo considerari prout est eius, & sic nullo modo meritoria esse potest, nec sibi, nec alii. Alio modo inquantum est alterius, quod dupliciter contingit. Vno modo inquantum peccator suffragia faciens gerit personam totius Ecclesiæ, sicut sacerdos dum dicit in Ecclesia exequias mortuorum: & quia ille intelligitur facere cuius nomine, uel nice fit, ut patet per Dionys.* in libr. Eccles. Hierar. inde est, quod suffragia talis sacerdotis, quamuis sit peccator, defunctis prosunt. Alio modo, quando agit ut instrumentum alterius: opus enim instrumenti est magis principalis agentis: vnde quamuis ille, qui agit ut instrumentum alterius non sit in statu merendi: actio tamen eius potest esse meritoria ratione principalis agentis: sicut si seruus in peccato existens, quodcunque opus misericordiæ facit ex præcepto domini sui charitatem habentis. Vnde si aliquis in charitate decedens, præcipiat sibi suffragia fieri, uel alius præcipiat charitatem habens, illa suffragia ualent, defuncto, quamuis illi, per quos fiunt, in peccato existant: magis tamen uale rent, si essent in charitate, quia tunc ex duabus partibus opera illa meritoria essent. * Dionis. lib. Eccle. Hier. ca. 7

¶ Ad primum ergo dicendum, quod oratio per peccatorem facta quandoque non est peccatoris, sed alterius: & ideo secundum hoc digna est, ut a Deo exaudiatur: tamen etiam quandoque Deus peccatores audit, quando scilicet peccatores petunt aliquid Deo acceptum: non enim solis iustis, sed etiam peccatoribus deus bona sua prouidet, ut patet Matth. 5. non autem ex eorum meritis, sed ex sua clementia. Et ideo Ioan. 9. super illud: deus peccatores non audit, Glo.* dicit quod loquitur, ut inuictus, non sicut plenè uidens. * Glos. ordi. ibid. & sumitur ex Augu. tractatu 44. s. Ioannem a med. s. 9.

¶ Ad secundum dicendum, quod quamuis ex parte eius cui displicet oratio peccatoris, non sit accepta, tamen ratione alterius, cuius uice uel imperio agitur, potest esse ueo accepta.

¶ Ad tertium dicendum, quod hoc quod peccator faciens huiusmodi suffragia, nullum reportat commodum, contingit ex hoc, quòd non est capax talis profectus propter propriam indispositionem: & tamen alii, qui est dispositus aliquo modo, valere potest, vt dictum* est. In cor. ar.

¶ Ad quartum dicendum, quòd quamuis opus peccatoris non sit viuum, inquantum est eius, potest tamen esse viuum, inquantum est alterius: vt dictum est.* In cor. ar.

¶ Sed quia rationes quæ sunt in oppositum, videtur concludere, quòd non differat, vtrum quis suffragia procuret per bonos, vel per malos: ideo ad eas etiam est respondendum.

¶ Ad quintum ergo dicendum, quòd quamuis aliquis pro certo scire non possit de altero, an sit in statu salutis: potest tamen probabiliter æstimare de his, quæ exterius de homine uidet, ex fructu enim suo arbor cognoscitur, vt dicitur Matth. 7.

¶ Ad sextum dicendum, quòd ad hoc, quòd suffragium alicui ualeat, requiritur ex parte eius pro quo fit, capacitas huiusmodi ualoris, & hanc homo acquisiuit per opera propria, quæ gessit in vita: & sic Augustinus * loquitur: Requiritur nihilominus qualitas operis, quæ prodesse debet, & hæc non pendet ex eo, pro quo fit, sed magis ex eo, qui facit vel exequendo, vel imperando. Loco cita to in arg.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum suffragia, quæ à viuis pro mortuis fiunt, facientibus prosint.

302 AD quartum sic proceditur. Videtur, quòd suffragia, quæ à viuis pro mortuis fiunt, facientibus non prosint: quia si aliquis pro altero debitum solueret, secundum humanam iustitiam ipse à debito proprio non absolueretur: ergo per hoc, quòd aliquis suffragia faciens, debitum soluit pro illo, pro quo facit, ex hoc à debito proprio non absoluitur.

¶ 2 Præterea, Vnusquisque quod facit, facere debet meliori modo, quo potest: sed melius est iuuare duos, quam vnum. Si ergo qui per suffragia debitum mortui soluit, a proprio debito liberatur, videtur, quod nũquam debeat aliquis pro seipso satisfacere, sed semper pro alio.

¶ 3 Præt. Si satisfactio alicuius pro alio satisfacientis æqualiter prodesset sibi, vt ei pro quo satisfacit: eadem ratione æqualiter valebit & tertio, si pro eodem satisfaciat simul, & similiter quarto, & sic deinceps: ergo vnus vna satisfactione posset pro omnibus satisfacere, quod est absurdum.

¶ Sed contra est quod dicitur in Psalm. 34. Oratio mea

Universidad de Deusto
Biblioteca

mea in sinu meo conuertetur: ergo eadem ratione, & suffragia, quæ pro alijs fiunt, satisfacientibus prosunt.

In sermone p mortuis parū a med.

¶ Præt. Dama.† dicit in sermone de his, qui in fide dormierunt. Quemadmodum vnguento, vel alio oleo sancto circumlinire volens infirmum, primo ille, sliniens, participat vnctionem: & sic postea perungit laborantem: sic & quicunque pro proximi salute agonizat, primum sibi ipsi prodest, deinde proximo: & sic habetur propositum.

¶ Respondeo dicendum, quòd opus suffragij quod pro altero fit, potest considerari dupliciter. Vno modo, vt est expiatiuum pœnæ per modum cuiusdam recompensationis, quæ in satisfactione attenditur: & hoc modo opus suffragij quod computatur quasi eius pro quo fit, ita absoluit eum a debito pœnæ, quòd non absoluit facientem a debito pœnæ propriæ, quia in tali recompensatione consideratur æqualitas iustitiæ. Opus autem illud satisfactorium ita potest adæquari vni reatui, quòd alteri non adæquetur: reatus enim duorum peccatorum maiorem satisfactionem requirunt, quam reatus vnius. Alio modo potest considerari, inquantū est meritorum vitæ æternæ, quod habet inquantum procedit ex radice charitatis: & secundum hoc non solum prodest ei, pro quo fit: sed facienti magis. Et per hoc patet solutio. Ad obiecta.

Primæ enim rationes procedebant de opere suffragij, secundum quod est satisfactorium, sed aliæ, secundum quod est meritorium.

ARTICVLVS V.

Vtrum suffragia prosint existentibus in inferno.

304 AD quintum sic proceditur. Videt, quòd suffragia prosint existentibus in inferno: per hoc quod habetur 2. Mach. xii. vbi dicitur, quod inuenerunt sub tunicis interfectorum donaria idolorū, a quibus lex prohibebat Iudæos: & tamen post subditur, quòd Iudas duodecim millia drachmas argenti misit Hierosolymam offerri pro peccatis mortuorum: constat autem illos peccasse mortaliter, contra legem agentes, & ita in peccato mortali decessisse, & sic ad inferos esse translatos: ergo existentibus in inferno, suffragia prosunt.

lib.4. Sent. di.45.q.B. in medio. † In Enchiridio.cap. in fin.to.3 & in lib. de 8. Dolenti quæ. 2.I fine to. 4. & Rabanꝰ in li.de institutione cleri.c.44 * C.7.circa medium parte 3. † Damas. in sermõe de defunctis circa medium illius. * In sermone de defunctis in medio illi.* † eodẽ loco nunc notato. * Ideloco sepe citato. † 2a.7.par. 3.in medio illius. Vide

¶ 2 Præterea, In litera * habetur ex verbis Augustini, † quòd quibus prosunt suffragia, vel ad hoc prosunt, vt sit plena remissio: vel ad hoc, vt tolerabilior sit eorum pœna, vel damnatio: sed solum illi, qui in inferno sunt, damnati esse dicuntur: ergo etiam existentibus in inferno suffragia prosunt.

¶ 3 Præterea, Dion.* vlt. cap. Eccles. Hierar. dicit, Si hic iustorum orationes, & secundum hanc vitam, quanto magis post mortem in illis, qui digni sunt sacris orationibus, operantur tantummodo ut ex quo potest accipi, quòd suffragia magis prosint mortuis, quam viuis: sed viuis prosunt etiam in peccato mortali existentibus, cum quotidie oret Ecclesia, pro peccatoribus, vt conuertantur ad Deum: ergo etiam & mortuis in peccato mortali existentibus, suffragia valent.

¶ 4 Præt. In vitis Patrum legitur, quòd etiam Damas.† in sermone suo refert, quòd Macharius, inuenta in via caluaria cuiusdam defuncti, oratione præmissa, quæ fuit cuius caput fuisset: & caput respondit, quòd fuerat sacerdotis gentilis, qui in inferno erat damnatus, & tamen confessus est oratione Macharii se, & alios iuuari: ergo suffragia Ecclesiæ, etiam in inferno existentibus prosunt.

¶ 5 Præterea, Dama. * in eodem sermone narrat, quòd Greg. pro Traiano orationem fundens, audiuit vocem sibi diuinitus dicentem, vecem tuam audiui, & veniam Traianodo. Cuius rei, vt Dam.† dicit in dicto sermone, testis est Oriens omnis & Occidens: sed constat Traianum in inferno fuisse, quia multorum martyrum necem amat am instituit, ut ibidem Damas.* dicit: ergo suffragia Ecclesiæ valent etiam in inferno existentibus.

¶ Sed contra est, quod dicit Dion. 7.c. Eccl. Hierar. Summus sacerdos pro immundis nō orat, quia in hoc auerteretur a diuino ordine: & consequenter ibidem dicit, quòd pro peccatoribus non orat remissionem, quia non audiretur pro illis: ergo suffragia existentibus in inferno non valent.

¶ Præt. Greg.* dicit in 34. lib. Moral. Eadem causa est cur non oretur tunc, s post diem iudicii pro hominibus æterno igne damnatis, quæ nunc causa est quare non oretur pro diabolo, & angelis eius æterno supplicio deputatis, quæ etiam nunc causa est, quare Sancti non orent pro hominibus infidelibus impiisque defunctis, quia de eis vtique quos æterno damnatos supplicio iam nouerunt, ante illum iudicis iusti conspectum orationis suæ meritum cæsari testiguntur: ergo suffragia in inferno positis non valent.

¶ Præt. In litera * habetur ex verbis Aug.† qui fine fide operante per dilectionem eius, quæ sacramentis de corpore exeunt, frustra illis a suis huiusmodi officia impenduntur: sed omnes damnati sunt huiusmodi: ergo eis suffragia non prosunt.

¶ Respondeo dicendum, quòd circa damnatos fuit triplex opinio. Quidam enim dixerunt in hoc distinguendum esse dupliciter. Vno modo quantum ad tempus: dicentes quòd post diem iudicii nullus in inferno existens aliquo suffragio iuuabitur, sed ante diem iudicii aliqui iuuantur suffragiis Ecclesiæ. Alio modo distinguebant quantum ad personas in inferno detentas, inter quos aliquos dicebant esse valde malos, qui scilicet sine fide, & sacramentis decesserunt, & talibus, quia de Ecclesia non fuerunt nec merito nec numero, suffragia Ecclesiæ prodesse nō possunt. Alij vero sunt non ualde mali, qui fide Ecclesia fuerunt numero, & fidem habentes, & sacramentis abluti, & aliqua opera de genere bonorum facientes, & talibus suffragia Ecclesiæ prodesse debent.

¶ Sed occurrebat eis quædam dubitatio eos perturbans, quia scilicet videbatur ex hoc sequi, cum pœna inferni sit finita secundum intentionem, quamuis darratione infinita existat, quòd multiplicatis suffragijs pœna illa totaliter auferretur: quod est error Origenis. * Et ideo hoc inconueniens euadere multipliciter voluerunt. Præponimus enim dixit, quòd tantum possunt suffragia pro damnatis multiplicari, quòd a nō in pœna totaliter reddantur immunes, nō quidem simpliciter, vt Origenes * posuit, sed ad tempus, scilicet vsque ad diem iudicii: tunc enim animæ iterato corpo ribus coniunctæ, in pœnas inferni sine spe veniæ retrudentur.

¶ Sed ista opinio videtur diuinæ prouidentiæ repugnare, quæ nihil in rebus inordinatum relinquit. Culpa autem non potest ordinari, nisi per pœnam: vnde non potest esse vt pœna tollatur, nisi prius culpa expietur, & ideo cum culpa continuè maneat in damnatis, eorum pœna, nullatenus interrumpetur.

¶ Et ideo Porretani alium modum inuenerunt, dicentes, quòd hoc modo procedit in diminutione pœnarum per suffragia, sicut procedit in diuisione linearum: quæ cum sint finitæ, tamen in infinitum diuidi possunt, & nunquam per diuisionem consumuntur

decr. 13.† 2.c.20. * lib.4.c. 12. ex. licans illud Iob 41. Circumstabit regibus suis & horrebit. & lib.4. Dialogorū c.44. * li.4.Sen. di. 45.§ B. † In Enchiridio.c.67 68. & 110. to. 3. & in lib. de cura pro mortuis c.1. & vlt. & vide in li.8.cõfessionū Dulcitij p totã gõnem primã to.4.& in li.de hæresibus & operibus c.14. & super Psal. 86.t. 8.& de verbis Apost.34. vel 32.to. 10. * lib.1. Hierarchi. c. 6. † Et refert Greg. li.34. Mor. c.16. vide infr. q.99. arti.1.

tur, dum fit subtractio non secundum eandem quantitatem, sed secundum eandem proportionem. Velut si primo auferatur pars quarta totius, & secundo pars quarta illius quartæ, & iterum quarta illius quartæ, & sic deinceps in infinitum. Et similiter dicunt quod per primum suffragium diminuitur aliquota pars pœnæ: & per secundum pars aliqua remanentis secundū eandem proportionem.

¶ Sed iste modus multipliciter defectiuus est. Primò, quia infinita diuisio, quæ cōgruit continuæ quantitati, non videtur posse ad quantitatem spiritualem transferri. Secundò, quia non est aliqua ratio, quare secundum suffragium minus de pœna diminuat, quàm primum, si sit æqualis valoris. Tertiò, quia pœna diminui non potest, nisi diminuatur & culpa, sicut nec auferri, nisi ea ablata. Quartò, quia in diuisione lineæ tandem peruenitur ad hoc, quod non est sensibile: corpus enim sensibile non est in infinitum diuisibile: & sic sequeretur, quod post multa suffragia pœna remanens propter sui paruitatem non sentiretur, & ita non esset pœna.

Id hæc Alt issiodorẽsis libr. 4. Sẽ. tract a tu 14. ql.1

¶ Et ideo alii alium inuenerunt modum, Altissiodorensis † enim dixit, quod suffragia prosunt damnatis, non quidem per diminutionem pœnæ, vel per interruptionem, sed per confortationem patientis. Sicut si homo portaret graue onus, & faciem suam perfunderet aqua: sic enim confortaretur ad melius portandum: cum tamen onus suum in nullo leuius fieret.

lib.9.Moral. c. 47. post medium.

¶ Sed hoc iterum esse non potest, quia aliquis plus vel minus æterno igne grauatur, ut Gregorius * dicit, secundum meritum culpæ: & inde est quod eodem igne quidam plus, quidam minus cruciantur. Vnde cum culpa damnati immutata remaneat, non potest esse quod leuius pœnam ferat. Est nihilominus, & prædicta opinio præsumptuosa, vtpotè Sanctorum dictis contraria & vana, nulla auctoritate fulta, & est irrationabilis, tum quia damnati in inferno sunt extra vinculum charitatis, secundum quam opera viuorum continuantur defunctis, tum quia totaliter ad viæ terminum peruenerunt, recipientes vltimam pro meritis retributionem, sicut & sancti qui sunt in patria. Quod enim adhuc restat de pœna, vel gloria corporis, hoc eis rationem viatoris non præber, cum gloria essentialiter & radicaliter consistat in anima, & similiter miseria damnatorum: & ideo non potest eorum pœna diminui, sicut nec gloria sanctorum augeri quantum ad præmium essentiale. Sed tamen modus qui a quibusdam ponitur, quod suffragia prosunt damnatis, posset aliquo modo sustineri, vt si dicatur, quod non prosunt, neque quantum ad diminutionem pœnæ, vel interruptionem, vel quantum ad diminutionem sensus pœnæ, sed uia ex huiusmodi suffragiis eis aliqua materia doloris subtrahitur, quæ eis esse posset, si ita se abiectos conspicerent, quòd pro eis nulla cura haberetur, quæ materia doloris eis subtrahitur, dum suffragia pro eis fiunt. Sed istud etiam non potest esse secundum legem communem, quia vt August. † dicit in li. de Cura pro mortuis agenda, quòd præcipuè damnatis est verum. Ibi sunt spiritus defunctorum, vbi non vident quæcunque aguntur, aut eueniunt in ista vita hominibus, & ita non cognoscunt quæ do pro eis suffragia fiunt, nisi supra communem legem hoc remedium diuinitus detur aliquibus damnatorū, quod est verbum omnino incertum. Vnde tutius est simpliciter dicere, quòd suffragia non prosunt damnatis, nec pro eis Ecclesia orare intendit, sicut ex indu ctis * auctoritatibus apparet.

† ca.13.14. 15. & 16. tom.4. * In arg.1 2.& 3. Sed contra. & August. in Enchir.c. 110.to.3.& de Ciui. li.21.c.13. 22. & 24.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd donaria idolorum non fuerunt inuenta apud illos mortuos, vt ex eis signum accipi posset, quod in reuerentiam idolotum eis defertent, sed acceperunt vt victores, quia eis iure belli debebantur, & tamen per auaritiam venialiter peccauerunt, vnde non fuerunt in inferno damnati, & sic suffragia eis prodesse poterant. Vel dicendum secundum, quosdam, quòd in ipsa pugna videntes sibi pericula imminere, de peccato pœnituerunt secūdum illud Psal. 77. Cum occideret eos, quærebant eum, & hoc probabiliter potest æstimari, & ideo pro eis fuit oblatio facta.

¶ Ad secundum dicendum, quòd in verbis illis, damnatio, largè accipitur pro quacunque punitione, vt sic includat etiam pœnam purgatorii, quæ per suffragia quandoque totaliter expiatur, quandoque autē non, sed diminuitur.

¶ Ad tertium dicendum, quòd quantum ad hoc magis acceptatur suffragium pro mortuo, quàm pro viuo, quia magis indiget, cùm non possit sibi auxiliari, sicut viuus potest, sed quantum ad hoc viuus est melioris cōditionis, quia potest transferri de statu culpæ mortalis in statum gratiæ, quod de mortuis dici non potest, & ideo non est eadē causa orandi pro mortuis & pro viuis.

¶ Ad quartum dicendum, quòd illud adiutorium non erat in hoc, quòd pœna eorum diminueretur, sed in hoc solo, vt ibidem dicitur, quòd eo orante concedebatur eis, vt mutuò se viderent, & in hoc aliquod gaudium non verum, sed phantasticum habebant, dum implebatur hoc quod desiderabant. Sicut & dæmones gaudere dicuntur, dum homines ad peccatum pertrahunt, quamuis per hoc eorum pœna nullatenus minuatur, sicut nec minuitur angelorum gaudium, per hoc, quòd malis nostris compati dicuntur. Alias ibi.

¶ Ad quintum dicendum, quòd de facto Traiani hoc modo potest probabiliter æstimari, quòd precibus beati Gregorii ad vitam fuerit reuocatus, & * ita gratiam consequutus sit, per quam, remissionem peccatorum habuit, & per consequens immunitatem a pœna, sicut etiam apparet in omnibus illis, qui fuerunt miraculosè à mortuis suscitati, quorum plures constat idololatras, & damnatos fuisse. De omnibus talibus enim similiter dici oportet, quòd non erant in inferno finaliter deputati, sed secundum præsentem propriorum meritorum iustitiam. Secundum autem superiores causas, quibus præuidebantur ad vitam reuocandi, erat aliter de eis disponendum. Vel dicendum secundum quosdam, quòd anima Traiani non fuit simpliciter a reatu pœnæ æternæ absoluta sed eius pœna fuit suspensa ad tempus, scilicet vsque ad diem iudicii, nec tamen oportet, quòd hoc fiat communiter per suffragia, quia alia sunt, quæ lege communi accidunt, & alia quæ singulariter ex priuilegio aliquibus concedunt, sicut alii sunt humanarum limites rerum, alia diuinarum signa virtutum, vt Augustinus * dicit in libro de Cura pro mortuis agenda. *alias ibi. c.16. inter princ. & medium t.4

ARTICVLVS VI.

Vtrum suffragia prosint existentibus in Purgatorio.

305 AD sextum sic proceditur. Videtur, quòd nec etiam existentibus in Purgatorio. Quia purgatorium pars quædam inferni est, sed in inferno nulla est redemptio. Et psal. 6. dicit, In inferno autem quis confitebitur tibi? ergo suffragia his qui sunt in Purgatorio non prosunt.

¶ 2 Præterea, Pœna purgatorii est pœna finita, si ergo per suffragia aliquid de pœna dimittitur, tantum

poterunt

Universidad de Deusto
Biblioteca

potérunt multiplicari suffragia, quòd tota tolletur, & ita peccatum remanebit totaliter impunitum, quod videtur diuinæ iustitiæ repugnare.

¶ 3 Præterea, Ad hoc animæ sunt in purgatorio, vt ibi purgatæ, puræ ad regnum perueniant, sed nihil potest purgari nisi aliquid circa ipsum fiat, ergo suffragia facta per uiuos, pœnam Purgatorii non diminuunt.

¶ 4 Præterea. Si suffragia existentibus in Purgatorio valerent, maximè ea viderentur valere, quæ sunt ad imperium eorum facta, sed hæc non semper valent. Sicut si aliquis decedens, disponat tot suffragia pro se fieri, quæ si facta essent, sufficerent ad totam pœnam abolendam, posito ergo, quòd huiusmodi suffragia differantur, quousque ille pœnam euaserit, ista suffragia nihil ei proderunt, nō enim potest dici, quòd prō sunt antequam fiant, postquam autem sunt facta, eis non indiget, quia iam pœnas euasit, ergo suffragia existentibus in Purgatorio non valent.

¶ Sed contra est, quod dicitur in litera * ex verbis Augustini† quod suffragia prosunt his qui sunt mediocriter boni, vel mali, sed tales sunt qui in purgatorio detinentur, ergo, &c.

¶ Præterea, Dionysius * dicit in 7. capitul. Eccles. Hierar. quòd diuinus sacerdos pro mortuis orans, pro illis orat, qui sanctè vixerunt, & tamen aliquas maculas habuerunt ex infirmitate humana contractas, sed tales in purgatorio detinentur, ergo, &c.

¶ Respondeo dicendum, quòd pœna purgatorii est in supplementum satisfactionis, quæ non fuerat plenè in corpore consummata, & ideo quia (sicut ex dictis † patet) opera vnius posunt valere alteri ad satisfactionem siue viuus siue mortuus fuerit, non est dubium, quin suffragia per viuos facta, existentibus in purgatorio prosint.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd auctoritas illa loquitur de inferno damnatorum, in quo nulla est redemptio, quantum ad illos, qui sunt * finaliter tali pœnæ † addicti. Vel dicendum secundum Damasc. * in sermone de dormient. quòd huiusmodi auctoritates sunt exponendæ secundum causas inferiores, id est, secundum exigentiam meritorum eorum, qui pœnis deputantur, sed secundum diuinam misericordiam, quæ vincit humana merita, ad preces iustorum, aliter quandoque disponitur, quàm sententia prædictarum auctoritatum concineat. Deus autem mutat sententiam sed non consilium, vt dicit Grego. † vnde etiam Damasc. * ponit ad hoc exempla de Niniuitis, Achab & Ezechia, in quibus apparet, quòd sententia contra eos lata, diuinitus fuit per diuinam misericordiam commutata.

¶ Ad secundum dicendum, quòd non est inconueniens, si multiplicatis suffragiis pœna existentium in purgatorio annihiletur, non tamen sequitur, quòd peccata remaneant impunita, quia pœna vnius pro altero susceptа, alteri computatur.

¶ Ad tertium dicendum, quòd purgatio animæ per pœnas purgatorii non est aliud, quàm expiatio reatus impedientis à percepcione gloriæ, & quia per pœnam quā vnus sustinet pro alio, potest reatus alterius expiari, vt dictum est, non est inconueniens, si per vnius satisfactionem alius purgetur.

¶ Ad quartum dicendum, quòd suffragia ex duobus valent, scilicet ex opere operante, & ex opere operato, & dico opus operatum non solum Ecclesiæ sacramentum, sed effectum accidentem ex operatione, sicut ex collatione eleemosynarum consequitur pauperum releuatio, & eorum oratio pro defuncto apud Deum. Similiter opus operans potest accipi, vel ex parte principalis agentis, vel ex parte exequentis. Dico ergo quòd quàm citò moriens disponit aliquis suffragia sibi fieri, præmium suffragiorum plenè consequitur, ante etiam quàm fiant, quantum ad efficaciam suffragii, quæ erat ex opere operante principalis agentis: sed quantum ad efficaciam suffragiorum quæ est ex opere operato, vel ex opere operante exequentis, non consequitur fructum antequàm suffragia fiant: & si priùs contingat ipsum à pœna purgari, quantum ad hoc fraudabitur fructu suffragiorum, quod redundabit in illos, quorum culpa defraudabitur. Non enim est inconueniens, quòd aliquis defraudetur per culpam alterius in temporalibus: † pœna autem Purgatorii temporaliest: quamuis quantum ad æternam retributionem nullus defraudari possit, nisi per propriam culpam.

August. de ciuit. Dei l. 21. c. 24.

ARTICVLVS VII.

Vtrùm suffragia valeant pueris in limbo existentibus.

305

AD septimum sic proceditur. Videtur, quòd suffragia valeant pueris in limbo existentibus: quia illi non detinentur, nisi pro peccato alieno: ergo maximè decens est, vt ipsi iuuentur suffragiis alienis.

¶ 2 Præterea, In litera * habetur ex verbis Augu. quòd Ecclesiæ suffragia pro non valde malis propitiationes sunt: sed pueri non computantur inter valde malos, cùm sit mitissima eorum pœna: ergo suffragia Ecclesiæ eos iuuant.

¶ Sed contra est, quòd habetur in litera * ab Augustin. quòd suffragia non prosunt illis, qui sine fide operante per dilectionem hinc exierunt: sed pueri hoc modo exierunt: ergo suffragia eis non prosunt.

¶ Respondeo dicendum, quòd pueri non baptizati non detinentur in limbo, nisi quia deficiunt à statu gratiæ: vnde cùm per opera viuorum, mortuorum status mutari non possit, maximè quantum ad meritum essentialis præmii, vel pœnæ, suffragia viuorum pueris in limbo existentibus prodesse non possunt.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd quamuis peccatum originale sit huiusmodi, quod pro eo possit aliquis ab alio iuuari, † tamen animæ puerorum in limbo existentes, sunt in tali statu, quòd iuuari non possint: quia * post hanc vitam non est tempus gratiam acquirendi.

¶ Ad secundum dicendum, quòd Augustinus loquitur de non valde malis, qui tamen baptizati sunt, quod patet ex hoc quod præmittitur: * cum ergo sacrificia siue altaris, siue quantumcunque eleemosynarum pro baptizatis omnibus offeruntur, &c.

ARTICVLVS VIII.

Vtrùm suffragia prosint sanctis existentibus in patria.

307

AD octauum sic proceditur. Videtur, quòd aliquo modo prosint sanctis existentibus in patria, per hoc quod habetur in collecta Missæ, Sicut sanctis tuis prosunt ad gloriam, scilicet sacramenta, ita nobis proficiant ad medelam: sed inter alia suffragia præcipuum est sacramentum altaris: ergo suffragia prosunt sanctis qui sunt in patria.

¶ 2 Præterea, Sacramenta efficiunt, quod figurant: sed tertia pars hostiæ, * scilicet in calicem missa, significat eos qui beatam vitam in patria ducunt: ergo suffragia Ecclesiæ prosunt sanctis existentibus in patria.

¶ 3 Præterea, Sancti non solum gaudent in patria de propriis bonis, sed etiam de bonis alienis: vnde Luc. 15. dicitur, Gaudium est angelis Dei super vno peccatore pœnitentiam agente: ergo ex bonis operibus viuentium, sanctorum qui sunt in patria, gaudium crescit; & ita etiam eis nostra suffragia prosunt.

¶ 4 Præterea, Dam.† dicit in sermone de dormientibus, inducens verba Chrysost. Si enim Gentiles, inquit, cum his qui abierunt, sua comburant, quantò magis te fidelem misereri conuenit, cum fideli ipsius propria, non ut aquilla fiant, sed hæc velut illa, sed vt maiorem huic circumponas gloriam: & si quidem peccator fuerit, qui mortuus est, vt peccamina soluas: si autē iustus, vt appositio fiat meredis & retributionis: & sic idem quòd prius.

¶ Sed contra est, quod in litera * habetur ex verbis Aug. † Iniuria est pro martyre orare in Ecclesia, cuius nos debemus orationibus commendari.

¶ Præterea, Eius est iuuari, cuius est indigere: sed sancti in patria sunt absque omni indigentia: ergo per suffragia Ecclesiæ non iuuantur.

¶ Respondeo dicendum, quòd suffragium de sui ratione importat quandam auxiliationem, quæ non competit ei qui defectum non patitur. Nulli enim iuuari competit, nisi ei qui indigens est: vnde cum sancti qui sunt in patria, sint ab omni indigentia immunes, inebriati ab vbertate domus Dei, * eis iuuari per suffragia non competit.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd huiusmodi locutiones non sunt sic intelligendæ, quasi Sancti in gloria proficiant quantum ad se, quòd eorum festa recolimus: sed quia nobis proficit, qui * de eorum gloria solemnia celebramus: sicut ex hoc, quòd Deum cognoscimus, vel laudamus, & sic quodammodo eius gloria in nobis crescit; nihil deo, sed nobis accrescit.

¶ Ad secundum dicendum, quòd quamuis sacramenta efficiant, quod figurant; non tamen illum effectum suum ponunt circa omne id quod figurant: alias cùm figurent Christum, in ipso Christo aliquid efficerent, quod est absurdum: sed efficiunt circa suscipientem sacramentum ex virtute eius, quod per sacramentum significatur; & sic non sequitur, quòd sacrificia pro fidelibus defunctis oblata, Sanctis prosint, sed quod ex meritis Sanctorum, quæ recoluntur, vel significantur in sacramento, prosint aliis, pro quibus offeruntur.

¶ Ad tertium dicendum, quòd quamuis sancti qui sunt in patria, de omnibus bonis nostris gaudeant, non tamen sequitur, quòd multiplicatis nostris gaudiis, eorum gaudium augmentetur formaliter, sed materialiter tantum: quia omnis passio formaliter augetur secundum rationem obiecti sui: ratio autem gaudendi in Sanctis de quibuscunque gaudent, est ipse Deus, de quo non possunt magis, & minus gaudere: quia sic essentiale eorum præmium variaretur, quod consistit in hoc, quòd de deo gaudeant. Vnde ex hoc, quòd bona multiplicantur, de quibus gaudendi ratio eis deus est, non sequitur, quòd intensius gaudeant, sed quòd de pluribus gaudeant: & ideo non sequitur quòd operibus nostris iuuentur.

¶ Ad quartum dicendum, quòd non est intelligendum, quòd fiat appositio mercedis, vel retributionis illi beato per suffragia ab aliquo facta, sed faciendi. Vel dicendum, quòd ex suffragiis potest appositio mercedis fieri beato defuncto, in quantum de suffragiis sibi faciendis adhuc viuens disposuit, qd ei meritorii fuit.

ARTICVLVS IX.

Vtrùm orationes Ecclesiæ, sacrificium altaris, & eleemosynæ prosint defunctis.

308

AD nonum sic proceditur. Videtur, quòd non solum orationibus Ecclesiæ, & sacrificio altaris & eleemosynis animæ defunctorum iuuentur, vel quod eis iuuentur præcipuè. Pœna enim debet per pœnam recompensari: sed ieiunium magis est pœnale, quam eleemosyna, & oratio: ergo ieiunium magis prodest in suffragiis, quàm aliquod prædictorum.

¶ 2 Præterea, Gregor. istis tribus connumerat ieiunium, vt habetur in Can. * 13. quæst. 2. Animæ defunctorum quatuor modis soluuntur, aut oblationibus sacerdotum, aut charorum eleemosynis, aut precibus sanctorum, aut ieiunio cognatorum: ergo insufficienter connumerantur hic ab Augustin. † tria prædicta.

¶ 3 Præterea, Baptismus est potissimum sacramentorum, maximè quantum ad effectum: ergo baptismus, vel alia sacramenta deberent, vel similiter, vel magis pro defunctis fieri, sicut sacramentum altaris.

¶ 4 Præt. Hoc videtur ex hoc quod habetur 1. Cor. 15. Si omnino mortui non resurgunt, vt quid & baptizantur pro illis? ergo etiam baptismus valet ad suffragia defunctorum.

¶ 5 Præterea, In diuersis Misis est idem sacrificium altaris: si ergo sacrificium computatur inter suffragia, & non Missa, videtur, quòd tantundem valeat quæcunque Missa pro defuncto dicatur, siue de beata Virgine, siue de Spiritu sancto, vel quæcunque alia, quod videtur esse contra Ecclesiæ ordinationem, quæ specialem Missam * pro defunctis instituit.

¶ 6 Præterea, Dama. † in sermone de dormientibus docet, ceras & oleum, & huiusmodi, pro defunctis offerri: ergo non solum oblatio sacramenti altaris, sed etiam aliæ oblationes debent inter suffragia mortuorum computari.

¶ Respondeo dicendum, quòd suffragia viuorum prosunt defunctis, secundum quod vniuntur viuenti bus in charitate, & secundum quod intentio viuentis fertur in mortuos: & ideo illa opera præcipuè nata sunt mortuis suffragari, quæ maximè ad communicationem charitatis pertinent, vel ad directionem intentionis ad alterum. Ad charitatem autem, sacramentum Eucharistiæ præcipuè pertinet, cùm sit sacramentum ecclesiasticæ vnionis, continens illum in quo tota Ecclesia vnitur, & consolidatur, scilicet Christum: vnde Eucharistia est quasi quædam charitatis origo, vel vinculū. Sed inter charitatis effectus est præcipuum eleemosynarum opus: & * ideo ista duo ex parte charitatis præcipuè mortuis suffagantur, scilicet sacrificium Ecclesiæ & eleemosynæ, sed ex parte intentionis directæ in mortuos, præcipuè valet oratio, quia oratio secundum suam rationem, non solum dicit respectum ad orantem, sicut & cætera opera, sed directius ad illud pro quo oratur: & ideo ista tria ponuntur quasi præcipua mortuorum † subsidia, quamuis quæcunque alia bona quæ ex charitate fiunt pro defunctis, eis valere credenda sint.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd in eo, qui satisfacit pro altero, magis est considerandum ad hoc, quòd effectus satisfactionis ad alterum perueniat, illud, quo satisfactio vnius tranfit in alterum, quàm etiam

Universidad de Deusto
Biblioteca

ment. epi. 1. ad Iacob. fratẽ Dom. & li. 6. cõsti. Apost. 3. 30 *Al. suffragia. Cypria. li. 2. epi. epis. 9. Raban' li. 2. de instit. cleric. cap. 44. & Isid. li. 1. de off. Eccle. c. 18.

etiam satisfactionis pœna: quamuis ipsa pœna magis expiet reatum satisfacientis, inquantum est quædam medicina: & ideo tria prædicta * magis valent defunctis, quàm ieiunium.

¶ Ad secundum dicendum, quòd etiam ieiunium prodesse potest defunctis ratione charitatis, & intentionis in defunctos directæ: sed tamen ieiunium in sui ratione non continet aliquid, quod ad charitatem, vel directionem intentionis pertineat, sed hæc sunt ei quasi extrinseca: & ideo Augustꝰ † non posuit, sed Gregor. posuit ieiunium inter suffragia mortuorum.

¶ Ad tertium dicendum, quòd Baptismus est quædam spiritualis regeneratio: vnde sicut per generationem non acquiritur esse nisi generatio, ita baptismus non habet efficaciam, nisi in eo, qui baptizatur, quantum est ex opere operato, quamnis ex opere operante, vel baptizantis, vel baptizati possit aliis prodesse, sicut & cætera opera meritoria: sed Eucharistia est signum Ecclesiasticæ vnionis: & ideo ex ipso opere operato eius efficacia in alterum transire potest; quod non contingit de aliis sacramentis.

* gl. ordi. ibidem.

¶ Ad quartum dicendum, quòd Glos. * istam auctoritatem dupliciter exponit; vno modo sic: Si mortui non resurgunt, nec Christus resurrexit, vt quid, & baptizantur pro illis? id est, peccatis, cùm ipsa non dimittantur, si Christus non resurrexit: quia in baptismo non solùm Christi passio, sed etiam resurrectio operatur, quæ est nostræ spiritualis resurrectionis quodammodo causa. Alio modo sic: fuerunt quidam imperiti, qui baptizabantur pro his, qui de hac vita sine baptismo decesserant, putantes illis prodesse; & secundum hoc Apostolus non loquitur nisi secundum errorem aliquorum in verbis illis.

¶ Ad quintum dicendum, quòd in officio Missæ, non solùm est sacrificium, sed etiam sunt ibi orationes: & ideo Missæ sufficagium continet duo hæc, quæ hic Augustinus * enumerat, scilicet orationem, & sacrificium. Ex parte ergo sacrificii oblati, Missa æqualiter prodest defuncto, de quocunque dicatur; & hoc est præcipuum, quod fit in Missa: sed ex parte orationum magis prodest illa, in qua sunt orationes ad hoc determinatæ: sed tamen iste defectus recompensari potest per maiorem deuotionem, vel eius, qui dicit Missam, vel eius qui iubet dici, vel iterum per intercessionem Sancti, cuius suffragium in Missa imploratur.

* In li. de cura pro mortuis gerenda, ca. 2. & 18. tom. 4. Chrysost. homil. 41. in 1. ad Corin. & homil. 3. in epistol. ad Philip. & hom. 69. ad pop. Antioc. & homil. 21. in Act. Apo.

¶ Ad sextum dicendum, quòd huiusmodi oblatio candelarum, vel olei, potest prodesse defuncto, inquantum sunt eleemosynæ quædam, dantur etenim ad cultum Ecclesiæ, vel etiam in vsum fidelium.

ARTICVLVS X.

Vtrùm indulgentiæ Ecclesiæ prosint mortuis.

309 AD decimum sic proceditur. Videtur, quòd indulgentiæ, quas Ecclesia facit, etiam mortuis prosint. Primò per cõsuetudinem Ecclesiæ, quæ facit prædicari crucem, vt aliquis indulgentiam habeat pro se, & duabus, vel tribus, & quandoque etiam decem animabus, tam viuorum, quàm mortuorum; quod esset deceptio, nisi mortuis prodessent: ergo indulgentiæ mortuis prosunt.

¶ 2 Præterea, Meritum totius Ecclesiæ est efficacius quàm meritum vnius personæ: sed meritum personale suffragatur defunctis, vt patet * in elargitione eleemosynarum: ergo multo fortius meritum Ecclesiæ, cui indulgentiæ inniruntur. Ar. præc.

¶ 3 Præterea, Indulgentiæ Ecclesiæ prosunt illis, qui sunt de foro Ecclesiæ: sed illi, qui sunt in Purgatorio, sunt de foro Ecclesiæ, aliàs eis Ecclesiæ suffragia non prodessent: ergo videtur, quòd indulgentiæ defunctis prosint.

¶ Sed contra, Ad hoc quòd indulgentiæ valeant, requitur causa conueniens, pro qua indulgentiæ dantur: sed talis causa non potest esse ex parte defuncti, quia non potest facere aliquid, quod sit in vtilitatem Ecclesiæ, pro qua causa præcipuè indulgentiæ dantur: ergo videtur, quòd indulgentiæ defunctis non prosint. Sup. q. 16. art. 2.

¶ Præterea, Indulgentiæ determinantur secundũ arbitrium eas facientis: si ergo indulgentiæ defunctis prodesse possent, esset in potestate facientis indulgentiam, vt defunctum omnino liberaret à pœna; quod videtur absurdum.

¶ Respondeo dicendum, quòd indulgentia dupliciter alicui prodesse potest. Vno modo, principaliter. Alio modo, secundariò. Principaliter quidem prodest ei, qui indulgentiam accipit, scilicet qui facit hoc, pro quo indulgentia datur, vt qui visitat limina alicuius Sancti vnde cùm mortui non possint facere aliquid horum, pro quibus indulgentiæ dantur, eis directè indulgentiæ valere non possunt. Secundariò autem & indirectè prosunt ei, pro quo aliquis facit illud, quod est indulgentiæ causa: quod quandoque contingere potest, quandoque autem non potest secundum diuersam indulgentiæ formam: * si enim sit talis indulgentiæ forma, quicunque facit hoc vel illud, habebit tantum de indulgentia: ille, qui hoc facit, non potest fructum indulgentiæ in alium transferre: quia eius non est applicare ad aliquem intentionem Ecclesiæ, per quam communicantur communia suffragia, ex quibus indulgentiæ valent. † Si autem indulgentia sub hac forma fiat, quicunque fecerit hoc, vel illud, ipse & pater eius, vel quicunque alius et adiunctus in purgatorio detentus, tantum de indulgentia habebit; talis indulgentia non solum vno, sed etiam mortuo proderit: non enim est aliqua ratio, qua Ecclesia transferre possit communia merita, quibus indulgentiæ innituntur, in viuos, & non in mortuos, nec tamen sequitur quòd prælatus Ecclesiæ possit pro suo arbitrio animas à purgatorio liberare: quia ad hoc, vt indulgentiæ valeant, requiritur causa conueniens indulgentias faciendi; vt supra dictum est. * Sup. q. 25. art. 3. ſed. 2. Sup. q. 25. art. 2. Q. 26. art. 3 corp. & in argu. Sed cont. hoc art.

ARTICVLVS XI.

Vtrùm cultus exequiarum defunctis prosint.

310 AD vndecimum sic procedilur. Videtur, quòd cultus exequiarum defunctis prosint. Damascenus enim in sermone de dormientibus inducit verba Athanasii, sic dicentis; Licet in aera, qui in pietate consummatus est, dispositus fuerit, ne tenuas oleũ & ceras Deum inuocantes in sepulchro accendere; accepta enim ista sunt Deo, & multam ab eo recipientia retributionem: sed huiusmodi pertinent ad cultum exequiarum: ergo cultus exequiarum prodest defunctis.

¶ 2 Præterea, Sicut Augustꝰ * dicit in lib. de ciui. Dei. Antiquorum iustorum funera officiosa pietate curata sunt, & exequiæ celebratæ, & sepulchra prouisa: ipsique dum viuerent, de sepeliendis, vel etiam transferendis suis corporibus, filijs mandauerunt: sed hoc nõ fecissent, nisi sepulchra & huiusmodi, aliquid mortuis conferrent: ergo huiusmodi aliquid prosunt defunctis. † nõ prob. ad mod. illius. lib. 1. ca. 1. ante med. to. 5.

¶ 3 Præterea, Nullus facit eleemosynam circa aliquem, nisi ei proficiat: sed sepelire mortuos computatur inter opera eleemosynarum: vnde vt Augustinus * dicit in primo de Ciuita. Dei. Tobias sepeliendo mortuos Deum promeruisse teste angelo commendatur: ergo huiusmodi sepulturæ cultus, mortuis prodest.

¶ 4 Præt. Inconueniens est dicere, quòd frustretur deuotio fidelium: sed aliqui ex deuotione se in locis aliquibus religiosis sepeliri disponunt: ergo sepulturæ cultus prodest defunctis.

¶ 5 Præt. Deus pronior est ad miserendum, quàm ad condemnandum: sed aliquibus nocet in aliquib. locis sacris sepultura, si indigni sunt: vnde dicit Gregorius * quòd * peccata grauia deprimunt, ad maiorem damnationis cumulum potius, quàm ad solutionem, dum eorum * corpora in Ecclesijs ponuntur: ergo multo amplius dicendum est, quòd sepulturæ cultus prosit bonis. *li. 4. Dial. c. 50. & 53. in fine. * Al. quos. * Absolutionem corũ. † e. vlt. ante med. to. 4.

¶ Sed contra, est, quòd Augustꝰ † dicit in libro de Cura pro mortuis agẽda: Corpori humano quicquid impẽditur, non est præsidium vitæ æternæ, sed humanitatis officium. † Id habet Aug. in lib. de cura pro mortuis gerendis, ca. 2. to. 4. Refertur in decr. 13. q. 2. c. 21 incip. Animæ & Aug. sermo. 32. vel 34. de verbis Apostoli, to. 10. *lib. 5. c. 2. à me. illius.

¶ Respondeo dicendum, quòd sepultura adinuenta est & propter viuos & propter mortuos: propter viuos quidem, ne eorum oculi ex turpitudine cadauerum offendantur, & corpora fœtoribus inficiantur: & hoc quantum ad corpus: sed spiritualiter etiã prodest viuis, inquantum per hoc astruitur resurrectionis fides. Sed mortuis prodest ad hoc, quòd inspicientes sepulchra, memoriam retinent defunctorum, & pro defunctis orant: vnde & monumentum à memoria nomen accepit. Dicitur enim monumentum quasi monens mentem, vt dicit Aug. * in lib. de ciuit. Dei: & in lib. de Cura pro mortuis agenda. Paganorum tamen error fuit, quòd ad hoc sepultura mortuo prosit, vt eius anima quietẽm accipiat: non enim credebant animas prius quietem posse accipere, quã corpus sepulturæ daretur, quod omnino ridiculum est & absurdum. Sed quòd vlterius sepultura in loco sacrato, mortuo prodest, non quidem est ex ipso opere operato, sed magis ex ipso opere operante: dum scilicet vel ipse defunctus vel alius, corpus eius tumulari in loco sacro disponens, patrocinio alicuius sancti eum committit, cuius precibus per hoc credendũ est adiuuari: & etiam patrocinio eorum, qui loco sancto deseruiunt, qui pro tumulatis apud se, frequẽtius & specialius orant. Sed illa quæ ad ornatum sepulturæ adhibentur, prosunt quidem viuis, inquantum sunt viuorũ solatia: sed possunt etiam defunctis prodesse, non quidem per se, sed per accidens, inquantum scilicet per huiusmodi homines excitantur ad compatiendum, & per consequens, ad orandum: vel etiam inquantum ex sumptibus sepulturę vel pauperes fructum capiunt, vel Ecclesia decoratur, sic c. 4. in med. to. 4. Aug. in lib. de cura pro mort. c. 1. 4. 5 & 18. to. 4 lib. 1. c. 13. à Paulò in prin. to. 5.

enim sepultura inter cæteras eleemosynas computatur.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd oleum & cera ad sepulchrum defunctorum perlata, per accidens defuncto prosunt, vel inquantum Ecclesiæ offeruntur, siue pauperibus dantur, vel inquantum huiusmodi in Dei reuerentiam fiunt. Vnde & verbis præmissis subiungitur. * Oleum enim & cera holocaustum sunt. non legẽ à medio ferm.

¶ Ad secundum dicendum, quòd ideo sancti patres de suis corporibus tumulandis curauerunt, vt ostenderent corpora mortuorum ad Dei prouidentiam pertinere: non quòd mortuis corporib. aliquis sensus insit, sed propter fidem resurrectionis astruendam: vt patet per Aug. * in 1. de Ciu. Dei. Vnde etiam voluerunt in terra promissionis sepeliri: vbi credebant Christum nasciturum & moriturum, cuius resurrectio nostræ resurrectionis est causa. lib. 1. c. 13. to. 5.

¶ Ad tertium dicendum, quòd quia caro est pars naturæ hominis, naturaliter homo ad carnem suam afficitur: secundum illud Ephe. 5. Nemo vnquam carnem suam odio habuit. Vnde secundum istum naturalem affectum ineſt viuenti quædã solicitudo, quid etiam post eius mortem de corpore sit futurum, doleretque si aliquid indignum suo corpori euenire præsentiret. Et ideo illi qui hominem diligunt ex hoc q affectui eius, quem diligunt, cõformantur, circa eius carnem curam humanitatis impendunt. Vt enim dicit Aug. * in 1. de ciui. Dei. Si paterna vestis & annulus, ac si quid huiusmodi, tanto charius est posteris, quanto erga parẽtes maior extitit affectus, nullo modo ipsa spernenda sunt corpora, quæ vtique multo familiarius atque coniunctius, quam quælibet indumenta gestamus. Vnde & inquantum affectui hominis satisfacit sepeliens eius corpus, cum ipse in hoc sibi satisfacere non possit, eleemosynam ei facere dicitur. li. 1. c. 13. circa prin. cipiũ to. 5

¶ Ad quartum dicendum, quòd fidelium deuotio (vt Aug. * dicit in lib. de Cura pro mor. agen.) suis charis in locis sacris prouidens sepulturam, in hoc non frustratur q defunctum suum suffragio sanctorum committit: vt dictum * est. c. 4. & vlt. to. 4. Ineor. ar.

¶ Ad quintum dicendum, quòd sepultura in loco sacro, impio defuncto non nocet, nisi quatenus hanc sepulturam sibi indignam propter * humanam gloriam procurauit. *Al. vanã

ARTICVLVS XII.

Vtrùm suffragia quæ fiunt pro vno defuncto magis proficiant ei, pro quo fiunt, quàm alijs.

311 AD duodecimum sic proceditur. Videtur, quòd suffragia quæ fiunt pro vno defuncto, non magis proficiant ei pro quo fiunt, quàm aliis. Lumen. n. spirituale magis est coicabile, quam corporale lumẽ, sed lumen corporale, s. candelæ, quamuis accendatur pro vno, tamen æqualiter omnib. prodest qui simul commorantur, quamuis pro eis candela non accendatur, ergo cum suffragia sint quædam spiritualia lumina, quamuis pro vno specialiter fiant, non magis valent ei, quàm aliis existentibus in purgatorio. *li. 4. Sen. dist. 45. 6. B. & iuniores Aug. in lib. ad Dulcitiũ q. 2. & de cura p mortuis gerẽ da. c. 4. to. 4. & in Enc. hi, c. 110. to. 3.

¶ 2 Præt. Sicut in litera * dicitur, secũdum hoc suffragia mortuis prosunt, quia dum viuerent hic, sibi vt postea possent prodesse, meruerunt, sed aliqui magis meruerũt vt suffragia sibi prodessent, quàm illis, pro quibus fiunt, ergo eis magis prosunt, alias eorum meritum frustraretur.

¶ 3 Præte. Pro pauperibus non fiunt tot suffragia

Universidad de Deusto
Biblioteca

quot pro diuitibus:si ergo suffragia facta pro aliquibus,eis solùm vel magis quàm alijs,valerent,pauperes essent peioris conditionis,quod est contra sententiam Domini Luc.6. Beati pauperes quia vestrum est regnum Dei.

¶ Sed contra,Iustitia humana exemplatur à iustitia diuina:sed iustitia humana, si aliquis debitū pro aliquo soluit,cum solum absoluit: ergo cum ille qui suffragia facit, quodammodo soluat debitum eius pro quo facit,ei soli proderunt.

¶ Præt.Sicut homo faciens suffragia, quodammodo satisfacit pro mortuo, ita etiam * interdum aliquis pro viuo satisfacere potest: sed quando aliquis satisfacit pro viuo satisfactio illa non computatur nisi illi,pro quo facta est:ergo & suffragia faciens, ei soli prodest,pro quo facit. Tho.in 4. dist.20.

¶ Respondeo dicendum, q̄ circa hoc fuit duplex opinio:quidam enim(vt Præpositinus) dixerunt, q̄ suffragia pro vno aliquo facta non magis prosunt ei pro quo fiunt:sed eis qui sunt magis digni. Et ponebant exemplum de candela,quæ accenditur pro aliquo diuite,quæ non minus prodest aliis, qui cum illo sunt, quam ipsi diuiti, & fortè magis, si habeant oculos clariores:& etiam de lectione,quæ non magis prodest ei pro quo legitur,quàm alijs,qui simul cum eo audiunt:sed fortè alijs magis,qui sunt in sensu capaciores. Et si eis obijceretur, quòd secundum hoc ordinatio Ecclesiæ esset vana,quæ pro aliquib.speciàliter orationes instituit: dicunt q̄ hoc Ecclesia fecit ad excitandam deuotionem fidelium, qui proniores sunt ad faciendaspecialia suffragia, quàm cómunia, *Al ferue tius. &* frequentius etiam pro suis propinquis orant, q̄ pro extraneis. Alii econtrario dixerunt, q̄ suffragia magis valent eis pro quibus fiunt. Vtraque autē opinio secundum aliquid veritatem habet: valor.n. suffragiorum pensari potest ex duob. Valent enim vno modo, ex virtute charitatis, quæ facit omnia bona communia:& secundum hoc,magis valent ei qui magis charitate est plenus,quāuis pro eo specialiter non fiant:& sic valor suffragiorum attenditur magis secúdum quandam interiorem consolationem, secūdum quod vnus in charitate existens,de bonis alterius delectatur post mortem,quantum ad diminutionē pœnæ:post mortem enim non est locus acquirendi gratiam vel augendi,ad quod nobis in vita valent opera aliorum ex virtute charitatis.Alio modo valent suffragia ex hoc,quòd per intentionem vnius alteri applicantur:& sic satisfactio vnius alteri computatur: & hoc modo non est dubium,quin magis valeant ei pro quo fiunt,imo sic ei soli valent: satisfactio enim propriè ad remissionem pœnæ ordinatur.Vnde quātum ad remissionem pœnæ,præcisè valet suffragium Posita in hoc cor. ei pro quo fit:& secundum hoc secunda opinio*plus habet de veritate,quàm prima.

¶ Ad primum ergo dicendū, q̄ suffragia prosunt, per modum luminis,inquantum à mortuis acceptantur,& ex hoc quandam consolationem accipiunt: & tanto maior est,quanto maiori charitate sunt prædicti.Sed inquantum suffragia sunt quædam satisfactio per intentionē facientis translata in alterū,non sunt similia lumini, sed magis solutioni alicuius debiti: non autem est necesse,vt si debitum pro vno soluitur, quòd ex hoc debitum aliorum soluatur.

¶ Ad secundum dicendum, q̄ illud meritum est conditionale, hoc enim modo sibi meruerunt quòd sibi prodessent si pro eis fierent: quod nihil aliud fuit,quam facere se habiles ad recipiendum. Vnde patet,q̄ non directè meruerunt illud iuuamen suffragiorum sed per merita præcedentia se habilitauerūt vt fructum suffragiorum susciperent: & ideo non sequitur,quòd meritum eorum frustretur.

ARTICVLVS XIII.

An suffragia facta pro multis, tantundem valeant singulis, ac si pro vnoquoque specialiter fierent.

AD decimumtertium sic proceditur. Videtur, quòd suffragia facta pro multis,tantundem valeant singulis. ac si pro vnoquoque † specialiter fierent. Videmus enim quòd ex lectione quæ vni legitur,nihil ei deperit,si simul & alii legatur: ergo & eadem ratione nihil deperit ei,pro quo fit suffragiū, si ei aliquis connumeretur: & ita si pro plurib. fiat, tantum valet singulis ac si pro vnoquoque singulariter fieret. † Al. singulariter.

¶ 2 Præt.Secundum communem vsum Ecclesiæ videmus,quòd cum missa pro aliquo defuncto dicitur simul etiam illic orationes adiunguntur pro aliis defunctis,hoc autem non fieret si ex hoc defunctus pro quo missa dicitur,aliquod detrimentum reportaret: ergo idem quod prius.

¶ 3 Præt.Suffragia præcipuè orationum,innituntur diuinæ virtuti:sed apud Deum sicut non differt iuuare per multos, vel per paucos, ita non differt iuuare multos vel paucos:ergo quantū iuuaret vnus ex vna oratione,si pro eo tantū fieret,tantū iuuabunt singuli multorum,si eadem oratio pro multis fiat.

¶ Sed contra.Melius est plures iuuare, q̄ vnum: si ergo suffragium pro multis factum valet singulis tantum,ac si pro vno tantum fieret,vt,q̄ Ecclesia nō debuit instituisse,vt pro aliquo fieret singulariter missa vel oratio, sed quòd semper diceretur pro omnibus fidelibus defunctis,quod patet esse falsum.

¶ Præt.Suffragium habet finitam efficaciam: ergo distributum in multos minus prodest singulis, quàm prodesset si fieret pro vno tantum.

¶ Respondeo dicendum, q̄ si valor suffragiorum consideretur secundum quod valent ex virtute charitatis vnientis membra Ecclesiæ, suffragia pro multis facta tantum singulis prosunt, ac si pro vno tantum fierent: quia charitas non minuitur,si *distribuatur affectus in multos,imo magis augetur,& similiter ét gaudium†quanto pluribus est commune, fit maius, vt dicit Aug.*8.Confess. & sic de vno bono facto nō minus lætantur multi in purgatorio, q̄ vnus. Si autē consideretur valor suffragiorum,inquantum sunt satisfactiones quædam per intentionem facientis translatæ in mortuos,tunc magis valet suffragium alicui quod pro eo singulariter fit, quàm quod fit pro eo communiter & multis aliis, sic enim effectus suffragiorum diuiditur ex diuina iustitia inter eos pro quibus suffragia fiunt, vnde patet, quòd hæc quæstio dependet ex prima, & ex hoc etiam patet,quare institutum sit,vt suffragia specialia in Ecclesia fiant. *Al.diuidatur effectus cius. †Al.quæstio 2.in 8.c.4.in mo 1.

¶ Ad primum ergo dicendum,quòd suffragia, vt sunt satisfactiones quædam, non prosunt per modum actionis, sicut doctrina prodest, quæ, sicut & omnis alia actio, effectum habet secundum dispositionem recipientis, sed valent per modum solutionis debiti, vt dictum est, * & ideo non est simile. Ad 2.

¶ Ad secundum dicendum,quod quia suffragia pro vno facta, aliquo modo etiam aliis prosunt, vt ex

Ar. 1. huius q. vt ex dictis* patet:ideo cùm pro vno missa dicitur, non est inconueniens, vt pro alijs etiam orationes fiant.Non enim ad hoc dicuntur aliæ orationes, vt sati factio vnius suffragij determinetur ad alios principaliter sed vt illis etiam oratio pro eis specialiter fusa prosit.

¶ Ad tertium dicendum, quòd oratio consideratur & ex parte orantis,& ex parte eius qui oratur: & ex vtroque,eius effectus dependet: & ideo quāmuis diuinæ virtuti non sit magis difficile absoluere multos,quàm vnum:tamen huiusmodi orantis oratio nō ita est satisfactoria pro multis,sicut pro vno.

ARTICVLVS XIIII.

Vtrùm tantùm valeant suffragia communia illis,pro quibus specialia non fiunt,quantùm illis,pro quibus fiunt specialia & communia simul.

313 AD decimumquartum sic proceditur. Videtur,q̄ tantùm valeant suffragia communia illis, pro quibus specialia non fiunt,quantum illis,pro quibus fiunt specialia & communia simul: vnicuique enim secundum propria merita redderetur in futuro: sed ille,pro quo non fiunt suffragia,meruit vt tantum iuuaretur post mortem, quantum ille pro quo fiunt specialia:ergo tantum iuuabitur per communia, quantum ille per specialia & communia.

Ar.9. huius q.cor. ¶ 2 Præterea, Iuxtet * Ecclesiæ suffragia præcipuū est Eucharistia:sed Eucharistia cùm cotineat totum Christum,habet quodammodo efficaciam infinitam: ergo vna oblatio Eucharistiæ,quæ communiter pro omnibus fit, valet ad plenam liberationem eorum, qui sunt in purgatorio:& ita tantum iuuant communia suffragia sola,quantum iuuant specialia & communia simul.

¶ Sed contra est, quòd duo bona,vno sunt magis eligenda: ergo suffragia specialia & communia magis prosunt ei pro quo fiunt,quàm communia tantum.

¶ Respondeo dicendum, quòd huiusmodi etiam solutio dependet ex solutione primæ quæstionis. Si enim suffragia pro vno specialiter facta, indifferéter omnibus valeant tunc omnia suffragia sunt communia:& ideo tantum iuuabitur ille pro quo non fiunt specialia,quantum ille,pro quo fiunt, si sit æqualiter dignus. Si autem suffragia pro aliquo facta, non indifferenter omnibus prosint,sed eis maximè pro quibus fiunt,tunc non est dubium quòd communia suffragia & specialia simul,plus valent alicui,quā communia tantum.Et ideo etiam Magister*duas opinio 1.4.Sent. dist.45.§. D. nes in litera tangit.Vnam:dum dicit,quòd æqualiter prosunt diuiti communia & specialia,& pauperi cōmunia tantum, quāmuis enim ex pluribus iuuetur vnus,quam alter,non tamen plus iuuatur. Aliam autem tangit,cum dicit, * quòd ille pro quo fiunt specialia,velociorem consequitur absolutionem,sed nō pleniorem, quia vterque ab omni pœna liberabitur finaliter. *Sob finē §.D.

Ar.12.huius q.ad 2 ¶ Ad primum ergo dicendum, q̄ sicut ex dictis * patet, iuuamen suffragiorum non cadit directè sub merito & simpliciter,sed quasi sub cōditione,& ideo ratio non sequitur. Ad 1.

¶ Ad secundum dicendum, quòd quāmuis virtus Christi, qui continetur sub sacramento Eucharistiæ, sit infinita:tamen determinatus est effectus,ad quem illud sacramentum ordinatur, vnde non oportet, q̄ per vnum altaris sacrificium tota pœna eorum, qui sunt in purgatorio,expietur:sicut etiā nec per vnum sacrificium,quod aliquis offert,liberatur à tota satisfactione debita pro peccatis:vnde & quādoque plures missæ in satisfactionem vnius peccati iniunguntur:credibile tamen est,quòd per diuinam misericordiam,si aliquid de specialibus suffragijs superfit his, pro quibus fiunt, vt scilicet eis non indigeant, alijs dispensentur, pro quibus non fiunt,si eis indigeant, vt patet per Dama.† in sermone de dormientibus sic dicentem: Vt iustus remetietur inopi largiter, vt sapiens corporum commutandorum negotiationem exercebit, quæ quidem negotiatio attenditur, siid quod deest vni,alteri suppleat. inter finem & medium illius.

QVAESTIO LXXII.

De oratione respectu sanctorum, qui sunt in patria,in tres articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de oratione respectu sanctorum,qui sunt in patria.

¶ Et circa hoc quæruntur tria.

¶ Primò, Vtrùm sancti orationes nostras cognoscant.

¶ Secundò, Vtrùm eos interpellare debeamus ad orandum pro nobis.

¶ Tertiò, Vtrùm orationes eorum pro nobis fusæ, semper exaudiantur: nam vtrùm sancti orent pro nobis,dictum est q.83.in 2.2.ar.11.

ARTICVLVS I.

Vtrùm sancti orationes nostras cognoscant.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur,quòd sancti orationes nostras nō cognoscant. Isa.63. Tu pater noster,& Abraham nescivit nos,& Israel ignoravit nos.Glo.*dicit, quòd mortui nesciunt, etiam sancti,quid agant viui,etiam eorum filij: & sumitur ab Aug.†in lib.de Cura pro mor. agen. vbi hanc auctoritatem inducit,& sunt hæc verba Aug.* ibidem. Si tanti Patriarchæ,quid erga populum ex his procreatum ageretur, ignorauerunt,quomodo mortui viuorum rebus atque actibus cognoscendis adiuuandisque miscentur? ergo sancti orationes nostras cognoscere non possunt. 314 D.Tho.4. dist.45.q.3. ar.1.& seq. *Gl.interlin.ibid. †C.15.to.4. *codē lib. c.13.in me di.to.4.

¶ 2 Præt.Quarti Reg.22.dicitur ad Iosiam regem, Idcirco (quia cōsecuisti coram me)colligam te ad patres tuos,vt non videant oculi tui omnia mala, quæ inducturus sum super locum istum: sed in hoc nullo modo per mortem Iosiæ subuentum fuisset, si post mortem quid genti suæ eueniret, cognosceret: ergo sancti mortui,actus nostros non cognoscunt, & ita non intelligunt nostras orationes.

¶ 3 Præte.Quantò aliquis est in charitate perfectior,tantò magis proximo in periculis subuenit: sed sancti in carne viuētes,proximis & maximè sibi cōiunctis, in periculis consulunt,& * manifestè auxiliant: cum ergo post mortem sint multò maioris charitatis,si facta nostra cognoscerent,multò amplius suis charis & coniunctis consulerent & auxiliarentur in necessitatibus, quod facere non videntur: ergo non videtur, quòd actus nostros & orationes cognoscant. Al.maximè

¶ 4 Præt. Sicut sancti post mortem vident verbū, ita & angeli,de quibus dicitur Matth.18.Angeli eorū semper vident faciem Patris mei:sed angeli verbum videntes non propter hoc omnia cognoscunt, cum à nescientia minores à superioribus purgentur: vt patet per Diony. *in 6.c.cœle.hierar. ergo nec sancti, quāmuis verbum videant, in eo nostras orationes cognoscunt.& alia quæ circa nos aguntur. Ex c.7.cœ lest. hiera à medio. Et c.6.eccles. hiera.docli nādo ad fi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

†1.Reg.16 ¶ 5 Præt. Solus Deus inspector est cordium: † sed oratio præcipuè in corde consistit: ergo solius Dei est orationes cognoscere: nō ergo sancti nostras orationes cognoscunt.

¶ Sed contra, Super illud Iob 14. Siue nobiles fuerint filii eius, siue ignobiles, nō intelligent, dicit Gregor. * 12. lib. Moral. Hoc de animabus sanctis sentiē dum non est, quia quæ intus omnipotentis Dei claritatem vident, nullo modo credendum est, quia foris sit aliquid quod ignorent: ergo ipsi orationes nostras cognoscunt.

*Iob.13. Mor. c.13. & li.12.c.3.

*Greg.li.2. Dialo.c.35. ¶ Præt. Greg. * in 2. Dialo. Animæ videnti Creatorem angusta est omnis creatura. Quamlibet etenim parum de luce Creatoris aspexerit, breue ei fit omne quod creatū est: sed hoc maximè impedire videtur, q animæ sanctorum orationes & alia, quæ circa nos aguntur, cognoscant, quia à nobis distant: cum ergo distantia non impediat illa, vt ex prædicta * auctoritate patet, videtur, quòd animæ sanctorum cognoscant orationes nostras, & ea quæ hic aguntur.

*In ar. Sed contra.

¶ Præt. Si ea, quæ circa nos agūtur, non cognoscerent, nec pro nobis orarent, quia defectus nostros ignorarent: sed hic est error Vigilantii, vt Hieron. * dicit in Epistola contra eum: ergo sancti ea quæ circa nos aguntur, cognoscunt.

*Inter principū & medū illius, incipi. Multa in orbe mōstra, to.3.

¶ Respondeo dicendum, quòd diuina essentia est sufficiens medium cognoscendi omnia, quod patet ex hoc quòd Deus videndo suam essentiam, omnia intuetur: non tamen sequitur, quod quicunque essentiam Dei vident, omnia cognoscant, sed solum qui essentiam Dei comprehendunt: sicut nec principio aliquo cognito, * consequens est omnia cognosci, q̄ ex principio consequuntur, nisi tota virtus principii comprehendatur. Vnde cum animæ sanctorum diuinam essentiam non comprehendant, non est consequens vt omnia cognoscant, quæ per essentiam diuinam cognosci possunt. vnde etiam de quibusdam inferiores angeli à superioribus edocentur, quāmuis omnes essentiam diuinam videant. Sed vnusquisque beatus tantum de alijs rebus, necessarium est, vt in essentia diuina videat, quantum perfectio suæ beatitudinis requirit. Hoc autem ad perfectionem beatitudinis requiritur, * vt homo habeat quicquid velit, nec aliquid inordinatè velit: hoc autem recta voluntate quilibet vult, vt ea quæ ad ipsum pertinent, cognoscat, vnde cum nulla rectitudo sanctis desit, volūt cognoscere ea quæ ad ipsos pertinent: & ideo oportet, quòd illa in verbo cognoscant, hoc autem ad eorum gloriam pertinet, quòd auxilium indigentibus præstent ad salutem, sic enim Dei cooperatores efficiuntur. quo nihil est diuinius, vt ait Diony. * 3. c. Cœlest. hierar. Vnde patet, quòd sancti habent cognitionem eorum quæ ad hoc requiruntur, & sic manifestū est, quòd in verbo cognoscunt vota & deuotiones & orationes hominum, qui ad eorum auxilium confugiunt.

Tho. in 4. dist.49.

C.3. in medio.

¶ Ad primum ergo dicendum, q̄ verbum Aug. * intelligendum est de cognitione naturali animarum separatarum. quæ quidem cognitio in sanctis viris non est obtenebrata, sicut est in peccatoribus: non autem loquitur de cognitione, quæ est in verbo, quā constitit Abraham eo tempore quo hæc dicta sunt per Isaiam, non habuisse, cum ante Christi passionem nullus ad visionem Dei peruenerit.

Citatum in arg.

¶ Ad secundum dicendum, q̄ sancti, licet post hāc vitam cognoscant ea quæ hic geruntur, non tamen credendum est quòd afficiantur doloribus, cognitis aduersitatibus eorum, quos in hoc seculo dilexerunt ita enim repleti sunt gaudio beatitudinis, quòd dolor in eis locum non inuenit. Vnde & si cognoscant suorum infortunia post mortem, nihilominus dolori eorum consulitur, si ante huiusmodi infortunia, de hoc seculo subtrahantur. Sed fortè animæ non glorificatæ dolorem aliquem sentirent, si incommoda charorum suorum perciperent: & quia anima Iosiæ non statim glorificata fuit à corpore egressa, quantum ad hoc, ex hac ratione Augu. * concludere nititur, quòd animæ mortuorum cognitionem non habeant de factis viuentium.

In lib. de cura pro mortuis habenda, c.13.14 & 15.to.4.

¶ Ad tertium dicendum, quòd animæ sanctorum habent voluntatem plenariè conformem diuinæ voluntati, etiam in volito: & ideo quāmuis affectu charitatis ad proximum retineant, non tamen eis aliter auxilium ferunt, quàm secundum diuinam iustitiam vident esse dispositum: & tamen credēdum est, quòd multum proximos iuuent, pro eis apud Deum intercedendo.

¶ Ad quartum ergo dicendum, quòd quāmuis videntes verbum, non sic necessarium in verbo omnia videre, vident tamen ea quæ ad perfectionem suæ beatitudinis pertinent, vt dictum * est.

In corp.

¶ Ad quintum dicendum, quòd cogitationes cordium solus Deus per seipsum nouit, sed ramen alij cognoscunt quatenus eis reuelatur vel per visionem Verbi, vel quocunque alio modo.

ARTICVLVS II.

Vtrùm debeamus sanctos interpellare ad orandum pro nobis.

AD secundum sic proceditur. Videtur, quòd non debeamus sanctos interpellare ad orandū pro nobis: Nullus n. amicos alicuius interpellat ad orandum pro se, nisi quatenus credit apud eos se facilius gratiā obtinere posse. Sed Deus est in infinitū magis misericors quolibet sancto, & sic voluntas eius facilius inclinat ad nos exaudiendum, q̄ voluntas alicuius sancti: ergo vi superfluum constituere mediatores inter eos & Deum, vt ipsi pro nobis intercedant.

¶ 2 Præt. Si eos ad orandum pro nobis interpellare debemus, hoc non est nisi quia scimus eorū oratiōnē Deo esse acceptā: sed quāto aliquis est sanctior inter sanctos, tanto eius oratio est magis Deo accepta: ergo semp deberemus superiores sanctos pro nobis intercessores cōstituere ad Deum, & nunq̄ minores,

Tho. in 3. dist.17. ¶ 3 Præt. etiam Christus secundum quod homo dicitur sanctus sanctorum, & * ei secundum quod homo, orare competit: sed nunquam Christum ad orandum pro nobis interpellamus: ergo nec alios sanctos interpellare debemus.

¶ 4 Præt. Quicunque rogatus ab aliquo, vt pro eo intercedat, preces ipsius rei repræsentat, apud quem pro eo intercedit: sed superfluum est ei repræsentare aliquid, cui omnia sunt præsentia: ergo superfluum est, quòd sanctos intercessores constituamus pro nobis apud Deum.

¶ 5 Præt. Illud est superfluum quod fit propter aliquid, quod sine eo fieret vel non fieret: sed similiter sancti orarent pro nobis, vel non orarent, siue nos oremus eos, siue non oremus, quia si sumus digni, vt pro nobis orent, etiam nobis eos non orantibus pro nobis orarent: si autem simus indigni, etiam si petamus, pro nobis non orant: ergo interpellare eos ad orandum pro nobis, videtur omnino superfluum.

¶ Sed contra est, quod dicitur Iob 5. Voca. si est qui tibi respondeat, & ad aliquem sanctorum conuertere. Vocare autem, nostrum, est (vt Greg. * dicit ibidem) humili Deum prece deposcere: ergo cum volumus Deum orare, debemus ad sanctos conuerti, vt pro nobis Deum orent.

*li.5.Mor. c.20.in medio.

¶ Prꝛt. Sācti qui sunt in patria, magis sunt accepti Deo,

Vide Aug. in li. medit. c. 24. to.9. & Ambr. li.1. de viduis parte 3. to.1. †Aug. in li. Medit. c.11. to.3. & in ser. 18. de sanctis, et est 2. de Annūtia. to.10. *Ca 5 ecclesiast. hier. par. 1. patrum ante medium. †Al. bonitatis. Augus. in li. de cura pro mortuis gerēda c. 15. & 16. tom. 4. & Hiero. homil. 3. in Cāticā cāticorū, in terinitiū & mediū to.7.

Deo, quàm in statu viæ: sed sanctos qui sunt in via, cōstituere debemus intercessores pro nobis ad Deū, exemplo Apostoli, qui dicebat Roma. 15. Obsecro vos fratres per Dominum nostrum Iesum Christum, & per charitatē sancti Spiritus, vt adiuuetis me in orationibus pro me ad Deum: ergo nos multò fortiùs petere debemus à sanctis, qui sunt in patria, vt nos iuuent orationibus suis ad Deum.

¶ Præt. † Ad hoc est communis consuetudo Ecclesiæ, quæ in litaniis Sanctorum orationem petit.

¶ Respondeo dicendum, q̄ ille ordo est diuinitus institutus in rebus secundum Dionysium, * vt p̄ media, vltima reducantur in Deum: vnde cum sancti qui sunt in patria, sint Deo propinquissimi: hoc diuinæ legis ordo requirit, vt nos qui manentes in corpore peregrinamur a Domino, in eum per Sanctos mediōs reducamur, quod quidem contingit dum per eos diuina bonitas in nos suum effectum infundit. Et quia reditus noster ad Deum respondere debet processui † bonitatum ipsius in nos, sicut mediantib. sanctorum suffragijs Dei beneficia in nos deueniūt, ita oportet nos in Deum reduci, vt iterato beneficia eius sūmamus mediantibus sanctis, & inde est quòd eos intercessores pro nobis ad Deum constituimus, & quasi mediatores, dum ab eis petimus, quòd pro nobis orent.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd sicut non est propter defectum diuinæ potentiæ, quod mediantibus secundis causis agentibus operatur, sed est ad complementum ordinis vniuersi, & vt eius bonitas multiplicius diffundatur in res, dum res ab eo nō solum suscipiunt bonitates proprias, sed insuper quòd alijs causa bonitatis existant: ita etiam non est propter defectum misericordiæ ipsius, quòd oporteat eius clementiam per orationes sanctorum pulsare, sed est ad hoc, vt ordo prædictus seruetur in rebus.

¶ Ad secundum dicendum, q̄ quāmuis sancti superiores sint magis Deo accepti, quàm inferiores: vtile tamen est etiam minores sanctos interdum orare: & hoc propter quinque orationes. Primò, ex hoc, q̄ aliquis quandoque habet maiorem deuotionem ad minorē sanctum, quàm ad sanctum maiorem: ex deuotione autē maximè dependet orationis defectus. Secundò, propter fastidium tollendum, quia assiduitas vnius rei fastidium parit: per hoc autem q̄ diuersos sanctos oramus, quasi in singulis nouus feruor de nouis excitatur. Tertio, quia quibusdam sanctis datum est in aliquibus specialibus causis præcipuè patrocinari, sicut sancto Antonio, ad ignem infernalem. Quarto, vt omnibus honor debitus exhibeatur à nobis. Quinto, quia plurium orationibus quandoque impetrator, quod vnius oratione non impetraretur.

¶ Ad tertium dicendum, q̄ oratio est actus quidam: actus autem sunt particularium suppositorū: & ideo si diceremus, Christe ora pro nobis, nisi aliquid adderemus, videretur hoc ad personam Christi referri. & ita videretur esse consonum errori Nestorii, qui distinxit in Christo personam filij hominis, à persona filij Dei: vel errori Arrij, qui posuit personam filii minorem Patre. Vnde ad hos errores euitandos Ecclesia non dicit Christe ora pro nobis, sed Christe audi nos, vel miserere nobis.

Art. seq.

¶ Ad quartum dicendum quòd sicut infra * dicitur, non dicuntur sancti preces nostras Deo repræsentare quasi ei incognita manifestent, sed quia eas exaudiri à Deo petunt, vel diuinam consulunt veritatem de eis, quid scilicet secundum eius prouidentiam fieri debeat.

Aug. in li. de spiritu & anima, c.59. to.3

¶ Ad quintum dicendum, q̄ ex hoc ipso aliquis efficitur dignus, vt sanctus aliquis pro eo oret, quòd ad ipsum in sua necessitate cum pura deuotione recurrit: & ita non est superfluum quòd sanctos oremus.

ARTICVLVS III.

Vtrùm orationes sanctorum pro nobis ad Deum effusæ, semper exaudiantur.

AD tertium sic proceditur. Videtur, quòd oratio nes sanctorum pro nobis ad Deum fusæ, non semper exaudiantur: si enim semper exaudirentur, maximè exaudirentur sancti de his quæ ad eos pertinent: sed de his non exaudiuntur. Vnde dicitur Apocalypsis sexto, q̄ martyribus petentibus vindictam de ijs qui habitant in terra, dictum est, vt requiescerent adhuc tempus modicum, donec impleretur numerus fratrum suorum: ergo multo minus exaudiuntur de his, quæ ad alios pertinent.

¶ 2 Præte. Hierem. 15. dicitur. Si steterit Moyses & Samuel coram me, non est anima mea ad populum istum: ergo sancti non semper exaudiuntur, cum pro nobis orant ad Deum.

¶ 3 Præt. Sancti in patria æquales angelis Dei dicuntur, vt patet Matth. 22. sed angeli non semper exaudiūtur in suis orationibus, quas fundunt ad Deum, quod patet ex hoc quod habetur Danielis decimo, vbi dicitur. Ego veni propter sermones tuos, princeps autem regni Persarum restitit mihi viginti & vno diebus. Non autem venerat in adiutorium Danieli angelus, qui loquebatur, nisi à Deo liberatione petendo, & tamen est impedita orationis eius impetitio: ergo nec etiam alij sancti pro nobis orantes apud Deum semper exaudiuntur.

¶ 4 Præt. Quicunque oratione impetrat aliquid, quodammodo meretur illud: sed sancti qui sunt in patria, non sunt in statu merendi: ergo non p̄nt suis orationibus aliquid nobis impetrare apud Deum.

¶ 5 Præt. Sancti per omnia conformant voluntatē suam voluntati diuinæ: ergo non volunt nisi quod sciunt Deum velle. Sed nullus orat nisi quod vult, ergo non orant nisi pro eo quod sciūt Deum velle. Sed hoc quod Deus vult, fieret etiam ipsis sanctis non orantibus ergo eorum orationes non sunt efficaces ad aliquid impetrandum.

¶ 6 Præte. Orationes totius cœlestis Curiæ, si aliquid impetrare possunt, efficaciores essent quàm omnia præsentis Ecclesiæ suffragia: sed multiplicatis præsentis Ecclesiæ suffragiis, factis pro aliquo in purgatorio existente, totaliter absolueretur a pœna: cum ergo sancti qui sunt in patria, eadem ratione orent pro illis, qui sunt in purgatorio, sicut & pro nobis: si nobis aliquid impetrant, tunc illos qui sunt in purgatorio, totaliter orationes eorum à pœna absolverent: quod falsum est, quia sic suffragia Ecclesiæ pro defunctis facta superflua essent.

¶ Sed contra est, quod habetur secundi Machabeorum vltimo: Hic est qui multum orat pro populo & vniuersa sancta ciuitate, Hieremias propheta Dei: & q̄ eius oratio sit exaudita patet per hoc quod sequitur, q̄ extendit Hieremias dexteram, & dedit Iudæ gladium dicens, Accipe sanctum gladium munus à Deo, &c.

Inter principiū & medium illius epistolæ, q̄ incip. Multa in orbe mōstra, to.3.

¶ Præt. Hieron. * in Epistola contra Vigilantium: Dicis in libello tuo, quod dum viuimus, mutuo pro nobis orare possumus, & hoc postea improbat, † dicens sic, Si Apostoli & martyres adhuc in corpore cōstituti possunt orare pro cæteris quando pro se adhuc debent esse soliciti, quanto magis post coronas victorias, & triumphos?

†Post verba citata & tale quidhabet Augu. ser. 29 de sanctis, to. 10.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Præterea, Ad hoc est consuetudo Ecclesiæ, quæ frequenter petit, vt sanctorum orationibus adiuuetur.

¶ Respondeo dicendum, quòd sancti dicuntur dupliciter orare pro nobis. Vno modo oratione expressa, dum votis suis aures diuinæ clementiæ pro nobis pulsant. Alio modo quasi oratione interpretatiua, scilicet per eorum merita: quæ in conspectu eius existentia non solum eis cedunt ad gloriam, sed sunt etiam nobis suffragia & orationes quædam, sicut et sanguis Christi pro nobis effusus, dicitur veniam petere. Vtroque autem modo sanctorũ orationes sunt, quantum est in eis, efficaces ad impetrandum quod petunt: sed ex parte nostra potest esse defectus, quòd non consequamur fructum orationum ipsorum, secundum quod pro nobis orare dicuntur, ex hoc q̃ merita eorum nobis proficiunt: sed secundum quod orant pro nobis, votis suis aliquid nobis postulãdo, semper exaudiuntur, quia non volunt, nisi qđ Deus vult; nec petunt, nisi quod volunt fieri, quod autem Deus vult, semper impletur: nisi loquamur de voluntate antecedente, secundum quam vult omnes homines saluos fieri, quæ non semper impletur. Vnde nec est mirum, si quod sancti volunt per hunc modum voluntatis, interdum non impleatur.

¶ Ad primum ergo dicendum, q̃ illa oratio martyrum non est aliud, quàm eorum desiderium de obtinenda stola corporis & societate sanctorum, qui saluandi sunt, & consensus quo consentiunt diuinæ iustitiæ punienti malos: vnde Apocaly. 6. super illud: Vsquequo Domine, &c. dicit *Glo. Desiderant gaudium maius, & consortium sanctorum, & iustitię dei consentiunt.

*Glo. ordi. ibidem.

¶ Ad secundum dicendum, quòd Dominus loquitur ibi de Moyse & Samuele secundum statum, quo fuerunt in hac vita. Ipsi enim leguntur pro populo orantes iræ Dei restitisse, vt Glossa† interlinearis dicit: & tamen si in illo tempore fuissent, non potuissent orationibus Deum placare ad populum, propter populi illius malitiam: & hic est illius literæ intellectus.

† Glossa interli. ibidẽ

¶ Ad tertium dicendum, quòd ista pugna bonorum angelorum non intelligitur ex hoc, quòd apud Deum contrarias orationes funderent: sed quia contraria merita ex diuersis partibus ad diuinum examen referebant, diuinam sententiam expectantes: & hoc est quod Grego.* decimoseptimo Moral. exponens prædicta verba Danielis, dicit: Sublimes spiritus gentibus principantes nequaquam pro iniusta agentibus decertant, sed eorum facta iustè iudicantes examinant: cumque vniuscuiusque gentis vel culpa vel iustitia ad supernæ Curiæ consilium ducitur, eiusdem gentis præpositus vel obtinuisse in certamine, vel non obtinuisse perhibetur: quorum tamen omnium vna victoria est sui super se opificis voluntas summa, quam dum semper aspiciunt, quod obtinere non valent, nequaquam volunt, vnde petunt: ex quo etiam patet, quòd orationes eorum semper exaudiuntur.

*Ii. 17. Moral. c. 7. non procul à fi ne.

¶ Ad quartum dicendum, q̃ licet sancti non sint in statu merendi sibi, postquàm sunt in patria: sunt tamen in statu merendi aliis, vel potius ex merito præcedenti alios iuuandi: hoc enim apud Deum viuentes meruerunt, vt orationes eorum exaudirẽtur post mortem. Vel dicendum, quòd oratio ex alio meretur & ex alio impetrat. Meritum enim cõsistit in quadam adæquatione actus ad finem, propter quem est qui ei quasi merces redditur: sed orationis impetratio innititur liberalitati eius qui rogatur, propter quod quãdoque ex liberalitate eius qui rogatur, impetrat oratio quod non meruit vel ille qui rogat, vel ille pro quo rogatur. Et ita quàmuis sancti non sint in statu merendi, tamen non sequitur, quòd nõ sint in statu impetrandi.

¶ Ad quintum dicendum, q̃ sicut ex auctoritate Grego. *inducta patet. Sancti vel angeli non volunt nisi quod in diuina voluntate conspiciunt, & ita etiã nihil aliud petunt: nec tamen oratio eorum est infructuosa, quia etiam, (sicut dicit Augustinus† in lib. de Prædestinatione sanctorum) orationes sanctorum prædestinatis prosunt: quia forte præordinatum est, vt intercedentium orationibus saluentur: & ita etiã deus vult, vt orationibus sanctorum impleatur illud quod sancti vident eum velle.

In sol. ar. 3. huius art. 4.

In li. 2. qui est, de bo no perse uerantiæ c. 22. 10 & 17

¶ Ad sextum dicendum, quòd suffragia Ecclesiæ pro defunctis sunt quasi quædam satisfactiones viuentium vice mortuorum, & secundum hoc mortuos à pœna absoluunt, quàm non soluerunt: sed sancti qui sunt in patria, non sunt in statu satisfaciendi. Et ideo non est simile de eorum orationibus, & de suffragijs Ecclesiæ.

QVAESTIO LXXIII.

De signis, quæ iudicium præcedent, in tres articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de signis, quæ iudicium præcedent.

¶ Circa quod quæruntur tria.

¶ Primò, Vtrum aduentum Domini ad iudicium aliqua signa præcedant.

¶ Secundò, Vtrum secundum rei veritatem Sol, & Luna obscurari tunc debeant.

¶ Tertiò, Vtrum virtutes cœlorum Domino venienti moueburtur.

ARTICVLVS I.

Vtrùm aliqua signa præcedant aduentum Domini ad iudicium.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quòd aduentum Domini ad iudicium non præcedent aliqua signa, quia 1. Thess. 5. Cùm dixerint pax & securitas, tunc repentinus eis superueniet interitus: sed non esset pax & securitas si homines per signa præcedentia terrerentur: ergo signa non præcedent illum aduentum. 1 Th. 4. dic. 38. q. 1. ar 4. q. 1. & seq.

¶ 2 Præterea, Signa ad manifestationem alicuius *requiruntur: sed aduentus eius debet esse occultus: vnde & 1. Thessal. 5. Dies Domini, sicut fur in nocte, ita veniet: ergo signa non debent ipsum præcedere. *Al. ordinantur.

¶ 3 Præterea, Tempus primi aduentus fuit præcognitum à prophetis, quod non est de secundo aduentu: sed primum aduentum Christi non præcesserunt aliqua huiusmodi signa: ego nec secundum præcedent.

¶ Sed contra est, quod dicitur Luc. 21. Erunt signa in Sole & Luna, & Stellis, &c.

¶ Præterea, Hieronymus ponit 15. signa præcedentia iudicium dicens, q̃ primo die maria omnia exaltabuntur 15. cubitis super montes. Secundo omnia æquora prosternentur in profundum, ita vt vix videri poterunt. Tertio, redigentur in statum antiquum. Quarto, beluæ omnes & alia quæ mouentur in aquis, congregabuntur, & leuabunt capita super pelagus more contentionis inuicem mugientes. Quinto, omnia volatilia cœli congregabuntur in campis inuicem plorantes, non gustantes aliquid nec bibentes. Sexto, flumina ignea surgent contra firmamentũ ab

ab Occasu Solis vsque ad Ortum corruentia. Septimo, oĩa sydera errantia & fixa, ex se spargent igneas comas sicut cometæ. Octauo erit magnus terræ motus, vt omnia animalia prosternantur. Nono, omnes plantæ sanguineum dabunt rorem. Decimo, omnes lapides parui & magni diuidentur in quatuor partes, vnaquaque aliam collidente. Vndecimo, omnes colles, & montes, & ædificia in puluerem redigẽtur. Duodecimo, omnia iumenta venient ad campos de syluis & montibus rugientia & nihil gustantia. Decimo tertio, omnia sepulchra ab Ortu Solis vsque ad Occasum Solis, patebunt cadaueribus ad resurgendum. Decimoquarto, omnes homines de habitaculis recedent, non intelligentes neque loquentes neque discernentes. Decimoquinto, omnes morientur & resurgent cum mortuis longè ante defunctis.

¶ Respondeo dicendum, quòd Christus ad iudicã veniens, in forma gloriosa apparebit, propter auctoritatem, quæ iudici debetur. Ad dignitatem autem iudiciariæ potestatis pertinet habere aliqua indicia, quæ ad reuerentiam & subiectionem inducãt: & ideo aduentũ Christi ad iudicium venientis multa signa præcedent, vt corda hominum in subiectionem venturi iudicis adducantur, & ad iudicium præparentur huiusmodi signis præmoniti. Quæ autem sint ista signa, de facili sciri non potest. Signa.n. quæ in Euangelijs leguntur, vt Augustinus* dicit ad Hesychium de fine mundi, non solùm pertinent ad aduẽtum Christi ad iudicium, sed etiam ad tempus destructionis Hierusalem: & ad aduentum quo Christus continuè Ecclesiam suam visitat: ita q̃ forte si diligenter aduertatur, nullum eorum inuenietur ad futurum aduentum pertinere, vt ipse dicit: †quia illa signa quæ in euangelijs tanguntur, sicut pugnæ, & terrores, & huiusmodi, à principio humani generis fuerunt: nisi forte dicatur, q̃ tunc temporis magis in ualescent, sed secundum quam mensuram crescentia, vicinum aduentum denuntient, incertum est. Signa verò quæ Hieron.* ponit, non asserit, sed in Annalibus† Hebræorum se ea scripta reperisse dicit, quę etiam valde parum verisimilitudinis habent.

Est in Epist. 80. nõ remotè, ante med. 6, to. 2.

In eadem epi. 80. parum ante med. to. 2. & gl. ordi. sup. illud Matth. 24 videbitis ne. *verba ei tantur in 2. arg. Sed cont Aliud ex rum. *Epist. 80. ad medull lum, to. 2.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd secundũ August.* in lib. ad Hesych. prædictũ, circa finem mundi erit vniuersalis persecutio malorum contra bonos: vnde simul aliqui timebunt, s. boni, & aliqui securi erunt, s. mali. Quod autem dicitur, cùm dixerint pax & securitas, &c. ad malos referendum est: qui signa futura iudicij paruipendent: ad bonos verò pertinet quod dicitur Luc. 21. Arescentibus hominib. &c. Vel potest dici, quòd omnia illa quæ circa iudicium erunt, infra tempus iudicij computantur, vt sic dies iudicij omnia illa contineat. Vnde quamuis ex signis apparentibus circa diem iudicij homines terreantur, ante tamen quàm signa illa apparere incipiant, in pace & securitate impij se esse credent post mortem Antichristi ante Christi aduentum, non statim videntes mundum consummari: vt prius existimabant.

¶ Ad secundum dicendum, quòd dies* Domini dicitur sicut fur venire, quia ignoratur determinatum tempus, quod per signa illa cognosci non potest, quamuis etiam sub die iudicij comprehendi possint omnia illa manifestissima signa, quæ immediatè iudicium præcedent, vt dictum est.

Gl. interl. Super illud 2. Pet. 3. Cœli autem. Arr. præsenti ad 1. & in cor.

¶ Ad tertium dicendum, quòd in primo aduentu Christus venit occultus, quamuis determinatum tempus esset prius cognitum à prophetis: & ideo non oportebat huiusmodi signa in primo aduentu apparere, sicut apparebunt in secundo aduentu, in quo manifestus veniet: quamuis determinatum tempus sit occultum.

ARTICVLVS II.

Vtrùm circa iudicium secundum rei veritatem Sol, & Luna obscurabuntur.

AD secundum sic proceditur. Videtur, q̃ circa iudicium secundum rei veritatem sol, & luna obscurabuntur. Quia, vt dicit Rabanus super Matth. Nihil prohibet intelligere, tunc temporis veraciter Solem, & Lunam cum syderibus cæteris suo lumine priuari, quomodo de Sole constat factum esse tempore Dominicæ passionis. 312

¶ 2 Præt. Lux corporum cœlestium ad generationẽ inferiorum corporum ordinatur, quia per eam influunt in hæc inferiora, & non solum per motum, vt dicit Auer. * in libro de substantia orbis: sed tunc generatio cessabit: ergo nec lux in cœlestibus corporibus remanebit. c. 2. nõ multum remotè à fine.

¶ 3 Præt. Inferiora corpora purgabunt (vt quibusdam videtur) à qualitatibus, quibus agunt: corpus autem cœleste non solum agit per motum, sed per lumen, vt dictum * est: ergo sicut motus cœli cessabit, ita & lumen corporum cœlestium. In arg. præc. ex Auer roc.

¶ Sed contra est, quod secundum Astrologos Sol, & Luna simul eclipsim pati non possunt. Sed illa obscuratio Solis, & Lunæ simul esse dicitur Domino ad iudicium veniente: ergo non erit obscuratio secundum rei veritatem per modum eclipsis naturalis.

¶ Præte. Non congruit idem esse causam defectus alicuius rei & augmenti: sed veniente Domino lux luminarium augmentabitur: vnde Isa. 30. Erit lux lunæ sicut lux solis: & lux solis erit septempliciter: ergo nõ est conueniens, quòd veniente Domino lux illorum corporum cesset.

¶ Respondeo dicendum, q̃ si loquamur de sole, & luna quantum ad ipsum momentum aduentus Christi, sic non est credibile q̃ obscurabuntur sui luminis priuatione, quia totus mundus innouabitur Christo veniente, & Sanctis resurgentibus, vt dicetur. * Si autem loquamur de eis secundum tempus propinquũ ante iudicium, sic esse poterit quòd sol & luna & alia cœli luminaria, sui luminis priuatione obscurabuntur, vel diuersis temporibus, vel simul, diuina virtute faciente ad hominum terrorem. Quæst. 74. ar. 7. cor.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd Rabanus loquitur quantum ad tempus præcedens iudicium.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ lux est in corporibus cœlestibus non solum ad causandam generationem in istis inferioribus, sed etiam ad eorum perfectionem & decorem: vnde non oportet q̃ cessante generatione, lux corporum cœlestium cesset, sed magis augeatur.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ non videtur esse probabile q̃ qualitates elementares ab elementis remoueantur quamuis quidam hoc posuerint: si tamen remouerentur, adhuc non esset simile de eis & de luce, cò quòd qualitates elementares habent adinuicẽ cõtrarietatem, vnde agunt corrumpendo, lux autẽ non est principium actionis per viam contrarietatis: sed per viam principii regulantis contraria, & ad cõcordiam reducentis: nec est simile de motu corporum cœlestium, motus enim est actus imperfecti, vnde & tolli debet quando tolletur imperfectio: quod de luce non potest dici.

ARTICVLVS III.

Vtrùm virtutes cœlorum Domino venienti commouebuntur.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, q̃ virtutes cœlorum Domino veniente non commouebuntur. Virtutes enim cœlorum dici non possunt 313

Universidad de Deusto
Biblioteca

nisi Angeli Beati: sed immutabilitas est de ratione beatitudinis: ergo moueri non poterunt.

¶ 2 Præt. Admirationis causa est ignorantia, vt patet in primo* Metaphysicæ: sed sicut ab angelis longè abest timor, ita & ignorantia: quia vt dicit Gregorius, † Quid est quod non vident, qui videntem omnia uident: ergo non poterunt per admirationē moueri, vt in litera dicitur.

¶ 3 Præt. Omnes angeli diuino iudicio astabunt: vnde Apocalypsis 7. dicitur, Omnes angeli stabant in circuitu throni: sed virtutes nominant vnum specialem ordinem in Angelis: ergo non potius de eis dici debuit, quòd mouebuntur, quàm de alijs Angelis.

¶ Sed contra est, quod dicitur Iob. 26. Columnæ cœli cōtremiscunt & pauent ad nutum eius: sed columnæ cœli non possunt intelligi nisi virtutes cœlorum: ergo virtutes cœlorum commouebuntur.

¶ Præte. Matth. 24. dicitur, Stellæ cadent de cœlo, & virtutes cœlorum commouebuntur.

¶ Respondeo dicendum, quòd virtutes in Angelis dicuntur dupliciter, vt patet per Diony.* 11. ca. Cœl. hierach. Quandoque enim nomen virtutum uni ordini appropriatur, qui secundum ipsum, est medius mediæ hierarchiæ, secundum verò Gregorium † est supremus infimæ hierarchiæ. Alio modo accipitur communiter, pro omnibus cœlestib. spiritib. Et vtroque modo potest accipi in proposito. In litera enim exponitur, prout accipitur secundo modo. s. pro omnibus Angelis & tunc dicuntur moueri, propter admirationem nouitatis, quæ in mundo erit, sicut in litera dicitur. Potest etiam exponi prout Virtutes, est proprium nomen ordinis: & tunc ordo ille dicitur moueri præ alijs, ratione effectus, quia illi ordini secundum Gregor.* attribuitur miracula facere, quæ maximè circa illud tempus fient: vel quia ordo ille cùm sit de media hierarchia secundum Diony.* non habet potentiam limitatā, vnde oportet, q̄ eius ministerium sit circa causas vniuersales. Vnde proprium officium Virtutum esse videtur corpora cœlestia mouere, quæ sunt cā eorum quæ in natura inferiori a cā̄tur: & hoc ēt ipsum nomen sonat, quia virtutes cœlorum dicuntur. Tunc ergo mouebuntur, quia ab effectu suo cessabunt, vlterius corpora cœlestia non mouentes: sicut nec Angeli, qui sunt ad custodiam hominum deputati, vlterius custodiæ officio vacabunt.

¶ Ad primum ergo dicendum, q̄ mutatio illa nō variat aliquid quod ad eorum statum pertineat: sed refertur vel ad effectus eorum, qui immutari possunt sine eorum mutatione, vel ad nouam rerum considerationem, quam prius secundum species concreatas videre non potuerant: hanc autem vicissitudinem cogitationum ab eis beatitudo non tollit. Vnde dicit Augustinus,* quòd Deus mouet creaturam spiritualem per tempora.

¶ Ad secundum dicendum, q̄ admiratio solet esse de his quæ nostram cognitionem excedunt, vel facultatem: & secundum hoc virtutes cœlorum admirabūtur diuinam virtutem talia facientem, inquātum ab eius imitatione & comprehēsione deficiunt: p quem modum dixit beata Agnes, quòd eius pulchritudinem sol, & luna mirantur. Et sic non ponitur in Angelo ignorantia, sed tollitur Dei comprehensio.

¶ Ad tertium patet responsio ex dictis.*

Aristot. lib. 1. Meta. ca. 2. circa med. li. 4. Dialo. c. 33. in fi. & li. 12. Moralium, c. 13.

e. 11. Cœleſt. hierarc.

† Homi. 34. in Euange.

* Homi. 34. in Euang. non multū ante med.

* c. 8. Cœle. hierarc. inter̄ princi. & medium

li. 3. de Trini. c. 4. ro. 3.

In corp. ar.

QUAESTIO LXXIIII.

De igne vltimæ conflagrationis, in nouem articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de igne vltimæ conflagrationis mundi.

¶ Circa quod quæruntur nouem.

¶ Primò. Vtrum aliqua mundi purgatio sit futura.

¶ Secundò. Vtrum sit futura per ignem.

¶ Tertiò. Vtrum ille ignis sit eiusdem speciei cum igne elementari.

¶ Quartò. Vtrum ignis ille sit etiam cœlos superiores purgaturus.

¶ Quintò. Vtrum ille ignis sit alia elementa consumpturus.

¶ Sextò. Vtrum omnia elementa sit purgaturus.

¶ Septimò. Vtrum ille ignis præcedat iudicium vel sequatur.

¶ Octauò. Vtrum per illum ignem consumendi sint homines.

¶ Nonò. Vtrum per illum inuoluendi sint reprobi.

ARTICVLVS I.

Vtrùm mundi purgatio sit futura.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quòd nulla mundi purgatio sit futura. Non. n. purgatione indiget, nisi quod est immundū: sed creaturæ Dei non sunt immundę: vnde dicitur Act. 10. Quæ Deus purificauit, tu commune ne dixeris: id est, immundū: ergo creaturæ mundi non purgabuntur.

¶ 2 Præte. Purgatio secundum diuinam iustitiam ordinatur ad auferendam immunditiam culpę, sicut patet de purgatione post mortem: sed in elemētis huius mundi nulla potest esse culpæ infectio: ergo videtur, quòd purgatione non indigeant.

¶ 3 Præt. Vnumquodque dicitur purgari quando separatur, quod est extraneū ab ipso, inducens in eo ignobilitatem: separatio enim eius quod nobilitatē inducit non dicitur purgatio, sed magis diminutio: sed hoc ad perfectionem & nobilitatem elementorū pertinet, quòd aliquid extraneę naturę est eis admixtum, quia forma corporis mixti, est nobilior quàm forma simplicis, ergo videtur, quòd elementia huius mundi nullo modo purgari possint.

¶ Sed contra, Omnis innouatio fit per aliquā purgationem, sed elementa innouabuntur, vnde Apoca lyp. 21. dicitur, Vidi cœlum nouum & terram nouam primum enim cœlum, & prima terra abiit. ergo elementa purgabuntur.

¶ Præt. Primæ ad Corin. 7. super illud, Præterit figura huius mundi, dicit Glo.* Pulchritudo huius mundi mundanorum ignium conflagratione peribit, & sic idem quod prius.

¶ Respondeo dicendum, quòd quia mundus propter hominem aliquo modo factus est, oportet quod quando homo secundum corpus glorificabitur, etiā alia mundi corpora ad meliorem statum mutentur, vt sit & locus conuenientior, & aspectus delectabilior. Ad hoc aūt quod homo gloriam corporis consequatur, oportet prius remoueri ea quæ gloriæ opponuntur, quæ sunt duo, s. corruptio & infectio culpę: quia, vt dicitur 1. Corin. 15. Corruptio incorruptelam non possidebit, & à ciuitate glorię oēs immundi foris erunt, Apoc. vlt. Et similiter ēt oportet elemēta mundi purgari à contrarijs dispositionibus ante q̄ in nouitatem glorię adducantur, proportionaliter ei quod de homine dictum* est. Quamuis autē res corporalis subiectum infectionis culpę propriè esse nō possit, tamē ex culpa, quędam incongruitas in rebus corporalib. relinquitur ad hoc quod spiritualibus dedicentur,* & inde videmus quod loca, in quibus aliqua crimina sunt commissa, non reputantur idonea ad aliqua sacra in eis exercenda, nisi purgatione quadā prēmissa, & secundū hoc ex peccatis hominum quandā inidoneitatem ad glorię susceptionem pars mundi recipit, quę

310 Th. 4. di. 47. q. 2. ar. 1. & seq.

Partimer gl. or. par tim inter lin. ibidē, & sumtur ex Augustin. de ciuita. Dei, c. 26. ante med. ro. 5.

Paulò ante in hoc corp.

* Alias, dicitur.

quæ in vsum nostrum cedit, vnde quātum ad hoc mū datione indiget. Similiter etiam circa medium locū, propter elementorum contractum, multæ sunt corruptiones, & generationes, & alterationes, elementoru, q̄ puritati eorum derogant, & ideò ab his oportet elementa purgari ad hoc, quòd decenter suscipiant nouitatem gloriæ.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd cùm dicitur omnis creatura Dei esse munda, hoc est intelligēdū, quia non habet in substātia sua alicuius malitiæ permixtionem, sicut ponebant Manichæi dicentes, bonum & malum esse duas substantias alicubi diuisas & alicubi cōmixtas, non autem remouetur quin aliqua creatura habeat permixtionem naturæ extraneę quæ etiam in se bona est, sed perfectioni huiusmodi creaturæ repugnat. Similiter non remouetur ex hoc quin malum alicui creaturæ accidat, quamuis nō sit permixtum ei quasi pars substantiæ ipsius.

Incor. ar.

¶ Ad secundum dicendum, quòd quamuis elemēta corporea subiectum culpæ esse non possint, tamen ex culpa commissa in eis, aliquam ineptitudinem consequuntur ad perfectionem gloriæ suscipiendam.

¶ Ad tertium dicendum, quòd forma mixti & forma elemēti possunt dupliciter considerari, aut quantum ad perfectionem speciei, & sic corpus mixtum est nobilius, aut quantum ad perpetuitatem durationis, & sic corpus simplex nobilius est, quia non habet in seipso vnde corrumpatur, nisi eius corruptio fiat ab aliquo exteriori. Corpus autem mixtum in seipso habet cām corruptionis suæ, scilicet * cōpositionē contrariorum: & ideo corpus simplex etsi sit corruptibile secundum partem, est tamen incorruptibile secundum totum, quod de mixto dici non potest: & quia in corruptio est de perfectione gloriæ, ideo perfectio corporis simplicis magis conuenit perfectioni glorię, quam perfectio corporis mixti, nisi etiam corpus mixtum in se habeat aliquod incorruptionis principium, sicut corpus humanum, cuius forma est incorruptibilis. Nihilominus tamē, quamuis aliquo modo corpus mixtum sit nobilius, quàm simplex, nobilius tamen esse habet corpus simplex, secundum se existēs, quàm existēs in mixto: quia in mixto sunt corpora simplicia, quodam modo in potentia, in seipsis autem existētia, sunt in vltima sui perfectione.

Al. operationem.

ARTICVLVS II.

Vtrùm mundi purgatio sit futura per ignem.

321 AD secūdū sic proceditur. Videtur, quòd hæc purgatio non sit futura per ignem, ignis enim, cū sit pars mundi, purgatione indiget, sicut & aliæ partes: sed non debet esse idem purgans & purgatum: ergo videtur, quòd ignis non purgabit.

¶ 2 Præterea, Sicut ignis habet virtutem purgatiuā, ita & aqua: cum ergo non omnia sint purgabilia per ignem, sed quædam necesse sit aqua purgari, sicut vetus lex distinguit, videtur, quòd ignis non purget ad minus vniuersaliter.

¶ 3 Præterea, Purgatio ad hoc videtur pertinere, vt partes mundi ab inuicem segregatæ puriores reddantur sed segregatio partium mundi ab inuicem in mūdi initio solā virtute diuina facta est, quia ex hac opus distinctionis determinatur, vnde & Anaxagoras * segregationem posuit per actum intellectus mouentis omnia: ergo videtur quod in fine mundi purgatio fiet immediatè à Deo & non per ignem.

* Refert id Arist. teles li. 8. Physic. tex. 77.

¶ Sed contra est, quod in Psalmo. 49. dicitur: In cōspectu eius exardebit ignis & in circuitu eius tempestas valida: & postea sequitur de iudicio, * Aduoca-

Al Aduocauit.

Ambro. super illud 1. Corinth. 7. Præterit figura & gl. ord. ibid. Arist. præced. corp.

aliam

Universidad de Deusto
Biblioteca

aliam virtutem ab igne,qui est elementum,quia scilicet purgabit vniuersum, quod ignis iste facere non potest:ergo non erit eiusdem speciei cum isto.

¶ Præterea. Ea quæ sunt eiusdem speciei in corporibus naturalibus,habent eundem motum: sed ille ignis habebit alium motum, quam ignis, qui est elementum,quia circumquaque mouebitur,vt totũ purgare possit:ergo non est eiusdem speciei.

li.20.c.26 ante med. tom.5. Gl. ord. & interli, ibidem.

¶ Sed contra est quod Augustin.† dicit 20. de Ciuit. Dei.& habetur in Gl.* primæ ad Corint.7. quod figura huius mundi mundanorum ignium cõflagratione peribit:ergo ignis ille erit de natura ignis,qui nũc est in hoc mundo.

¶ Præterea,sicut purgatio est futura per ignem, ita præcedens fuit per aquam,& vtraque adinuicem cõparatur,2.Pet.3. sed in prima purgatione aqua fuit eiusdem speciei cum aqua elementari: ergo & similiter erit in secunda purgatione ignis eiusdem speciei cum igne elementari.

¶ Respondeo dicendum, quod circa hoc inueniuntur tres opiniones. Quidam enim dicunt quod elemẽtum,quod est in Sphæra sua, descendet ad purgationem mundi, modum autem descensionis ponunt per multiplicationem. Ignis enim vndique appositio combustibili,augmentatur,& hoc præcipue tunc fiet,quãdo virtus ignis exaltabitur super omnia alia elementa. Sed contra hoc esse videtur, quod ignis ille non tãtum descẽdet,sed etiam à Sanctis ascendere perhibetur,vt patet.2.Pe.3. vbi dicitur,ꝙ tãtum ascendet iudicij ignis,quãtum aqua Diluuij, ex quo videtur,quòd ille ignis sit circa locum mediũ generationis.Et propter hoc alij dicunt,quòd ignis ille generabitur circa locum medium ex congregatione radiorum cælestiũ corporum,sicut videmus quod congregantur in speculo comburente: tũc autem loco speculorum erunt nubes concauæ, ad quas fiet radiorum reuerberatio Sed istud etiam non videtur conueniens,quia cum effectus corporum cœlestium sequãtur determinatos situs & aspectus eorum:si ex virtute corporum cęlestiũ ignis ille generaretur,tempus illius purgationis posset esse notum considerãtibus motus astrorum: quod

Matth. 24 Actuum 3.

auctoritati scripturæ repugnat.Et ideo alij dicunt sequentes Augustinum,quòd sicut mundanarum aquarum inundatione factum est Diluuium,ita mundanorum ignium conflagratione figura huius mundi peribit,vt dicitur

li.20.c.26. tom.5.

† 20.de Ciuitat.Dei.Ista autem conflagratio nihil aliud est,quàm congregatio omnium caũsarum inferiorum & superiorum, quæ ex natura sua habent virtutem igniendi, quæ quidem congregatio non naturali cursu rerum,sed virtute diuina fiet:& ex omnibus istis causis sic cõgregatis generabitur ignis, qui faciem huius mundi exuret. Si autem hæ opiniones directe considerentur, inuenientur diuersificari, quantum ad causam generationis illius ignis, & non quantum ad speciem eius.Ignis enim generatus à Sole, vel ab inferiori calefaciente est eiusdem speciei cũ igne,qui est in sua Sphæra, nisi inquantum admiscetur ei de materia aliena, quod quidem tunc oportebit,quia ignis non potest aliquid purgare nisi secundum hoc quòd alterum efficitur materia eius aliquo modo. Vnde simpliciter concedẽdum est quòd ignis ille erit eiusdem speciei cum isto.

¶ Ad primum ergo dicendum,quòd ignis ille quãnis sit eiusdem speciei cum igne, qui apud nos est,nõ tamen est idem numero. Videmus autem quòd duorum ignium eiusdem speciei vnus alterum destruit, maior scilicet minorem,consumendo materiam eius: & similiter etiam ille ignis ignem, qui apud nos est, consumere poterit.

¶ Ad secundũ dicendum, quòd sicut operatio quæ procedit à virtute rei,est virtutis indicium,ita & virtus eius est indicium essentiæ vel naturæ, quæ procedit à principiis essentialibus rei:operatio autem,quę non procedit ex virtute rei operantis,non indicat virtutem ipsius, sicut patet in instrumentis. Actio enim instrumenti magis manifestat virtutem moventis, quam instrumenti virtutem: quia virtutem agentis manifestat, vt primum operationis principiũ virtutem autem instrumenti non manifestat, nisi quatenus est susceptiuum influentiæ principalis agentis, secũdum quod mouetur ab eo. Similiter etiam virtus quæ non procedit ex principiis essentialibus rei, non manifestat naturam eius nisi quantum ad susceptibilitatem, sicut virtus, qua aqua calefacta potest calefacere.non manifestat naturam eius, nisi quantum ad calefactibilitatem: & ideo nihil prohibet quin aqua habens hanc virtutem, sit eiusdem speciei cum aqua non habente virtutem istam. Similiter etiam non est inconueniens quòd ignis ille, qui habebit vim purgãdi faciem mundi,sit eiusdem speciei cum igne, qui apud nos est,cùm vis calefactiua non oriatur in ipso, ex principiis essentialibus, sed ex diuina virtute vel operatione, siue dicatur,quod illa virtus sit aliqua qualitas absoluta, sicut calor in aqua calefacta,siue sit intensio quædam, sicut de instrumentali virtute in prima distinctione dictum * est. Et hoc probabilius est, quia ignis ille non aget, nisi vt instrumentum diuinæ virtutis.

Tho.in 4. dist.1.

* Al.iustinæ.

ARTICVLVS IIII.

Vtrùm ignis ille purgabit etiam cælos superiores.

AD quartum sic proceditur. Videtur, quòd ignis ille purgabit etiam cęlos superiores,quia in Psalm. 101.dicitur:Opera manuum tuarũ sunt cæli, ipsi peribunt,tu autem permanes: sed etiam superiores cæli sunt opera manuum Dei:ergo & ipsi in finali illa mũdi conflagratione peribunt.

¶ 2 Præterea,Secundæ Pet.3.dicitur:Cæli ardentes soluentur, & elementa ignis ardore tabescẽt,Cæli autem qui ab elementis distinguũtur,sunt cæli superiores in quib. fixa sunt sydera: ergo videtur, quòd etiã illi per ignem illum purgabuntur.

¶ 3 Præterea, Ignis ille ad hoc erit, vt remoueat à corporibus indispositionem ad perfectionem glorię: sed in cælo superiori inuenitur indispositio, & ex parte culpæ,quia diabolus ibi peccauit,& ex parte naturalis defectus,quia Roma.8.super illud:Scimus quòd omnis creatura ingemiscit,& parturit vsque adhuc.dicit Glos.† omnia elementa cum labore explent officia sua,sicut sol & luna nõ sine labore,statuta sibi implent spatia: ergo etiam purgabuntur per ignem illum

* est gloss. Amb. super illud Psal. ad Rom. 8. tom. 5.

¶ Sed contra est, quod corpora cælestia peregrinæ impressionis receptiua non sunt.

¶ Præterea, Super illud 2. Thes. 1. Ia flamma ignis dantis vindictam, dicit Glos.† Ignis erit in mundo, qui præcedet eum:tantum spatium aeris occupans, quantum occupauit aqua in Diluuio:sed aqua Diluuij non ascẽdit vsque ad superiores cælos, sed solum quindecim cubitis super altitudinem mõtium,vt habetur Genes.7.ergo cæli superiores,illo igne non purgabuntur.

Gl. ord. ibidem.

Respon-

Ar.j huius quæst.

¶ Respondeo dicẽdum, quòd purgatio mundi ad hoc erit,vt remoueatur à corporibus dispositio contraria perfectioni gloriæ, quæ quidem perfectio est vltima rerum consummatio: & hæc quidem dispositio in omnibus corporibus inuenitur,sed diuersimodè in diuersis. In quibusdam enim inuenitur indispositio secundum aliquid inhærens substantiæ eorum,sicut in istis corporibus inferioribus, quæ per mutuam mixtionem decidunt à propria puritate. In quibusdã vero corporibus inuenitur indispositio non per aliquid substanti e eorum inhærens,sicut in corporibus cęlestibus, in quibus nihil inuenitur repugnans vltimæ perfectioni vniuersi,nisi motus qui est via ad perfectionem,nec motus quilibet sed localis tãtum, qui non variat aliquid quod sit intrinsecum rei, vt substãtiam, aut quantitatem aut qualitatem, sed solum locum,qui est extra rem: & ideo à substantia cœli superioris nõ oportet quòd aliquid remoueatur,sed oportet quòd motus eius quietetur. Quietatio autem motus localis non fit per actionem alicuius contrarij agentis sed per hoc, quod motor desistit à mouendo: & ideò cœlestia corpora nec per ignem nec per aliquius creaturæ actionem purgabuntur: sed ipsa eorum quietatio sola voluntate diuina accidens,eis loco purgationis erit.

*li.20. de Ciui. c.16. circ. med. tom.5.

Ad primum ergo dicendum,quòd sicut Aug. dicit 20.† de Ciuitate Dei:verba illa Psalmi sunt intelligẽda de cœlis aeris, qui purgabuntur per ignem vltimę conflagrationis. Vel dicendum,quòd si etiam de superioribus cęlis intelligantur,tunc dicũtur perire, quãtum ad motum,quo nunc continuè mouentur.

Ad secundum dicendum, quòd Petrus se exponit, de quibus cęlis intelligat, premiserat enim ante verba inducta,quòd cęli prius & terra per aquam perierant,qui nunc eodem verbo repositi sunt igni reseruati in diem iudicij:ergo illi cęli per ignem purgabuntur, qui prius per aquam Diluuij sunt purgati, scilicet cęli aerei.

Ad tertium dicendum,quod ille labor & illa seruitus creaturæ, quæ corporibus cælestibus, secundum Amb.* attribuitur,nihil est aliud, quàm vicissitudo motus ratione cuius tpi subiiciuntur,& defectui vltimæ * conflagrationis,quæ finaliter in eis erit:ex culpa etiam dæmonum. cęlum empyreum infectionem non contraxit, quia peccando statim è cęlo expulsi sunt.

*loco notato in ar. Al.consummationis.

ARTICVLVS V.

Vtrùm ignis ille,alia elementa consumet.

324. Est gl. Bed. in medio cõmentarii ad 3. c.2. epist.Pet.& in gl. ordi. ibidem.

AD quintum sic proceditur. Videtur,quòd ignis ille alia elementa consumet. Quia vt dicit gl.* Bede,2.Petri vltim. elementa quatuor, quibus mundus consistit,ille maximus ignis absumet, nec cuncta in tãtum absumet,vt non sint, sed duo ex toto consumet duo verò in meliorem restituet faciem: ergo videtur, quòd ad minus duo elemẽta per ignem illum destruẽda sint totaliter.

¶ 2 Præterea.Apocalyp.21.dicitur, Primum cęlum & prima terra abiit,& mare iam non est: sed per cęlũ aer intelligitur,vt Augustinus † dicit.mare autem est aquarum congregatio:ergo videtur, quòd illa tria elementa totaliter destruentur.

*li 20.de ciui. ca.18. tom.5. Ar. 3. huius q. 1a fi.

¶ 3 Præterea, * Ignis non purgat nisi secundum hoc,quòd alia efficiuntur materia eius: si ergo ignis purgat alia elementa, oportet quòd eius materia efficiantur:ergo oportet, quòd in naturam ignis trãseãt, & sic à natura sua corrumpentur.

¶ 4 Præterea, Forma ignis est nobilissima formarum,ad quam perduci possit elemẽtatis materia: sed per illam purgationem omnia in nobilissimũ statum perducentur vel mutabuntur: ergo alia elementa in ignem totaliter conuertentur.

¶ Sed contra est, quod dicitur 1. Corint. 7. super illud: Præterit figura huius mundi. Pulchritudo, non substantia huius mundi præterit: sed ipsa substantia elementorum pertinet ad mundi perfectionẽ: ergo elementa non consummentur secundum suam substantiam.

¶ Præterea, Illa finalis purgatio,quæ fiet per ignẽ, respõdebit primæ purgationi,quæ facta est per aquã: sed illa non corrumpit elementorum substantiam:ergo nec illa,quæ fiet per ignem,corrumpet.

¶ Respondeo dicendum, quòd circa hanc quæstionem est multiplex opinio.Quidam enim dicũt,quòd omnia elementa manebunt quantum ad materiam, omnia autem mutabuntur,quantum ad imperfectionem: sed duo eorum retinebunt propriam formam substantialem:scilicet aer & terra, in duobus verò,scilicet igne & aqua,non remanebit forma substantialis eorum,sed mutabuntur ad formam cęli: & sic tria elementa scilicet ignis,aer & aqua,cęlum dicẽtur, quãuis aer retineat eandem formam substantialem, quã nũc habet,quia nunc etiam cęlum dicitur. Vnde etiã Apocalypsis vigesimoseptimo non fit mentio nisi de cęlo & tera. Vidi,inquit, cęlum nouum & terram nouam. Sed hæc opinio est omnino absurda. Repugnat enim & philosophiæ, secundum quam poni non potest, quòd corpora inferiora sint in potentia ad formam cęli, cum nec materiam habeant communem, nec contrarietatem adinuicem, & etiam Theologiæ, quia secundum hanc positionem non saluabitur perfectio vniuersi,cum integritate suarum partium,duobus elementis sublatis. Vnde per hoc quod dicitur cęlum,intelligitur quintum corpus, omnia verò elemẽta intelliguntur per terram, sicut in Psalmo 148. Laudate Dominum de terra,& sequitur: Ignis grando, nix,glacies,&c. Et ideò alij dicunt, quod omnia elementa manebunt secundum substantiam,sed qualitates actiuæ & passiuę ab eis remouebuntur. Sicut etiã ponunt, quòd in corpore mixto elementa saluantur secundum suas formas substantiales siue hoc ꝙ proprias qualitates habeant, cum sint ad medium reducte,medium autem neutrum extremorum est.Et huic etiam videtur consonare quod Augustin. dicit 20.† de Ciuit.Dei:Illa conflagratione mundana, elementorũ corruptibilium qualitates,quæ corporib, nostris corruptibilibus congruebant, ardendo penitus interibunt,atq; ipsa substantia eas qualitates habebit,quæ corporib.immortalib.mirabili mutatione cõueniãt.

li.20.c.16. fine tom.5.

Sed istud nõ videtur probabile,qa cũ qualitates propriæ elementorum sint effectus formarum substantialium, non videtur, quòd formis substantialibus manentibus,qualitates prædictæ possint mutari, nisi per actionem violentam ad tempus, sicut in aqua calefacta videmus, quòd ex vi suæ speciei frigiditatem recuperat,quam per actionem ignis amisit,dummodo species aquæ remaneat. Et præterea ipsę qualitates elementares sunt de perfectione secunda elementorum, sicut propriæ passiones eorum: nec est probabile, ꝙ in illa finali consummatione aliquid perfectionis naturalis ab elementis tollatur. Et ideo videtur dicendum,quod manebunt elementa,quantum ad substantiam & qualitates eorum proprias, sed purgabuntur ab * infectione, quam ex peccatis hominum contraxerunt,& ab impuritate,quæ per actionem & passionem mutuam in eis accidit, quia iam cessante motu primi mobilis,in inferioribus elementis mutua actio & passio esse non poterit, & hoc Augustinus * appellat qualitates corruptibilium elementorum: scilicet innatu-

Al. imperfectione.

*li. 20. de ciuit.Dei c.16.10.5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

innaturales dispositiones eorum, secundum quas corruptioni appropinquant.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd ignis ille dicitur quatuor elementa absumere, inquantum ea aliquo modo purgabit. quod autem sequitur, quòd duo ex toto consumet, non est intelligendum, quòd duo elementa secundum substantiam destruatur, sed quia duo magis remouebuntur à proprietate, quam nunc habent, quæ qui dem duo à quibusdam dicuntur esse ignis & aqua, quæ maximè excedunt in qualitatibus actiuis, scilicet calore & frigore, q̃ sunt maximè corruptionis principia in aliis corporibus: & quia tunc nõ erit actio ignis & aquæ, q̃ sunt maximè actiua, maximè immutari videbuntur à virtute, quam nunc habent. Alij verò dicunt, hæc duo esse aerem & aquam, propter varios motus istorum duorum elementorú, quos consequuntur ex motu corporum cælestium: & quia isti motus non erunt (sicut fluxus & refluxus maris, & commotiones ventorum & huiusmodi) ideò illa elementa maximè mutabuntur proprietate, quam nunc habent.

¶ Ad secundum dicendum, quòd sicut dicit Aug. * 10. de Ciui. Dei, cum dicitur: Et mare iam non est per mare potest intelligi præsens sæculum, de quo parum suprà ante dixerat, dedit mare mortuos qui in eo erant: si tamen mare ad literam referamus, tùc est dicendum, quòd in mari duo intelliguntur, scilicet substantia aquarum, & earum dispositio, quãtum ad salsedinem & commotiones, fluctuum: & quãtum ad hoc secundum, mare non remanebit, remanebit autem, quantum ad primum.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ignis ille non aget nisi vt instrumentum prouidentiæ & virtutis diuinę, vnde non aget in alia elementa vsque ad eorum consumptionem, sed solùm vsque ad purgationem: nec oportet quòd illud quod efficitur materia ignis, totaliter à specie propria corrumpatur, sicut patet in ferro ignito, quod à loco ignitionis remotum, ex virtute speciei remanentis ad proprium statum & priſtinum redit: & ita etiam erit de elementis per ignem purgatis.

¶ Ad quartum dicendum, quòd in partib. elementorum non debet considerari solùm quid congruat alicui parti secundum se acceptæ, sed etiam quid cõgruat secundum ordinem ad totum. Dico ergo quòd quamuis aqua esset nobilior, si haberet formam ignis similiter terra & aer vniuersum tamen esset imperfectius, si tota elementorum materia formam ignis assumeret.

ARTICVLVS VI.

Vtrùm omnia elementa per illum ignem purgabuntur.

325 AD sextum sic proceditur, Videtur, quòd nec omnia elementa per illum ignem purgabuntur, quia ignis ille (vt iam dictum * est) non ascendet, nisi quãtum ascendit aqua diluuij: sed aqua diluuij non peruenit vsque ad sphæram ignis: ergo nec per vltimam purgationem elementum ignis purgabitur.

Art. 3. huius q. cor. & ar. 4. in 2. arg. Sed contra. & ad 2. idẽ dicitur hic in corp. * Glossa ordinaria ibidem.

¶ Præterea, Apoc. 21. dicit gl. * super illud: Vidi cælum nouum, &c. Immutatio aeris & terræ dubitabile non est, quin per ignem fiet: sed de aqua dubitatur, nam purgationem in seipsa habere creditur: ergo ad minus non est certum, quòd omnia elementa purgabuntur.

¶ 3 Præterea, Locus qui est perpetuæ infectionis, nunquàm purgatur: sed in inferno erit perpetua infectio: cùm ergo infernus inter elementa collocetur, videtur, quod elementa non totaliter purgabuntur.

¶ 4 Præterea, Paradisus terrestris in terra continetur: sed ille nõ purgabitur per ignem, quia etiam nec aquæ diluuij illuc ascenderunt, vt Beda † dicit, & habetur in secundo Sententiarum: * ergo videtur, quod non omnia elementa totaliter purgabuntur.

† habetur in gl. ordinaria suprà illud Gen. 2. Plátauit autem. * Magister lib. 2. Sen. di. 17. 6. B. in fi. * Est glos. Bedæ in medio cõmẽtarij ad 3. c. Petri. * in ar. precedenti, arg. 1.

¶ Sed contra est gl. * suprà inducta. † quæ habetur 2. Petri vlt. quòd quatuor elementa ignis ille absumet.

¶ Respondeo dicendum, quod quidã dicunt quod ignis ille ascendet vsque ad summitatem spatij continentis quatuor elementa, vt sic elementa totaliter purgentur & ab infectione peccati, quo etiam superiores partes elementorum sunt infectæ (vt patet per fumum idolatriæ superiora inficientis) & etiam à corruptione, quia elementa secundum omnes partes sui corruptibilia sunt. Sed hæc opinio repugnat auctoritati scripturæ, quia 2. Pet. 3. dicitur, quod illi cœli repositi sunt igni, qui fuerunt per aquam purgati. Et Augustinus † dicit 20. de Ciuita. Dei, quod ille mundus qui diluuio periit, igni reseruatur. Constat autẽ quod aqua diluuij non ascendit vsque ad summitatem spatij elementorum, sed solùm vsque ad quindecim cubitos super altitudinem montium. Et præterea notum est, quod vapores eleuati a terra vel fumi, quicunque non possunt pertransire totam sphæram ignis, vt perueniant ad summitatẽ eius. Et ita infectio peccati nõ peruenit vsque ad spatium prædictum. * A corruptibilitate etiam elementa non possunt purgari per substractionem alicuius, quod per ignem posit consumi: sed per ignem poterunt consumi impuritates elementorum, quæ ex eorum permixtione proueniunt. Huiusmodi autem impuritates præcipuè sunt circa terram, vsque ad medium aeris interstitium: vnde vsque ad illud spatium, ignis vltimæ conflagrationis elemẽta purgabit. Tantum enim etiam aquæ diluuij ascenderunt, quod probabiliter æstimari potest ex montiũ altitudine, quos determinata mensura transcenderant.

† li. 20. de ciuita. Dei c. 16. ante me. tom. 5. * Initio corp. huius.

¶ Primum ergo concedimus.

¶ Ad secundum dicendum, quod ratio dubitationis in gl. * exprimitur, quia scilicet aqua vim purgationis in se habere creditur, non tamẽ habet vim purgationis talis, qualis futuro statui competit, vt ex dictis * patet.

* loco citato in argu. 2. Art. huius q. & ar. præcedenti.

¶ Ad tertium dicẽdum, q̃d illa purgatio præcipuè ad hoc erit, vt quicquid est imperfectionis, a sanctorum habitatione remoueatur: & ideo in illa purgatione totum, quod est fœdum, ad locum damnatorũ congregabitur: vnde infernus non purgabitur, sed ad ipsum deducentur totius mundi fœces secundum illud Psalmi 74. Fex eius non est exinanita, bibent omnes peccatores terræ.

In hoc corp. & ar. 1. & 4. huius q. * Loco citato in ar. 1. li. 20. de ciuit. Dei, c. vlt. non procu. a fine tom. 5.

¶ Ad quartum dicendum, quod quamuis peccatũ primi hominis in terrestri paradiso sit commissum, non tamen locus ille est locus peccantium, sicut nec cælum empyreum, ex vtroque enim loco homo & diabolus statim post peccatum sunt eiecti, vnde locus ille purgatione non indiget.

ARTICVLVS VII.

Vtrùm ignis vltimæ conflagrationis iudicium debeat sequi.

326 AD septimum sic proceditur. Videtur, quod ignis vltimæ conflagrationis iudicium debeat sequi. Augustinus † enim 20. de ciuitate Dei, hunc ordinem ponit eorum, quæ in iudicio sunt futura, dicens, In illo iudicio vel circa illud iudicium has res didicimus esse futuras. Heliam Thesbiten, fidem Iudæorũ, Antichristum persequẽtem, Christum venturum iudicaturum, mortuorum resurrectionem bonorum malorũque diuisionem, mundi conflagrationem, eiusdemq; renouationem. Ergo conflagratio iudicium sequetur.

† li. 20. c. vlti. non procul à fine tom. 5.

¶ 2 Præterea, Augustinus * dicit in eodem libro, iudicatis impiis, & in æternum ignem missis, figura huius mundi mundanorum ignium conflagratione peribit ergo idem quod prius.

* li. 20 de ciuita. Dei c. 16. ante me. tom. 5.

¶ 3 Præterea, Dominus ad iudicandum veniens, alios quos viuos reperiet, vt patet ex hoc quod habetur 1. Thessal. 4. vbi ex persona eorum Apostolus dicit: deinde nos qui viuimus, qui residui sumus in aduentu Domini, &c. sed hoc non esset si conflagratio mundi præcederet, quia per ignem dissoluerentur: ergo ignis ille iudicium sequetur.

¶ 4 Præterea, Dominus dicitur iudicaturus orbẽ per ignem, & ideo conflagratio finalis videtur esse executio sententiæ, vel diuini iudicij: sed executio sequitur iudicium: ergo ille ignis iudicium sequetur.

¶ Sed contra est quod dicitur in Psalmo 96. Ignis ante ipsum præcedet.

¶ Præterea, Resurrectio præcedet iudicium, aliàs non videret omnis oculus Christum iudicantem: sed mundi conflagratio resurrectionem præcedet sancti enim qui resurgent, corpora spiritualia & impassibilia habebunt, & ita non poterunt purgari per ignem, cum tamen in litera * dicatur ex verbis Aug. † quòd per illum ignem purgabitur, si quid in aliquibus sit purgandum: ergo ignis ille iudicium præcedet.

* li. 4. Sẽt. di. 47. parag. D. in medio. † colligitur ex lib. 20. de ciuitate Dei c. 16. 18. & 19. tom. 5.

¶ Respondeo dicendum, quòd illa conflagratio secundum rei veritatem, quantum ad sui initium, iudicium præcedet, quod ex hoc manifestè colligi potest, quòd mortuorum resurrectio iudicium præcedet, q̃d patet 1. Thes. 4. vbi dicitur, quod illi qui dormierunt, rapientur in nubibus in aera obuiam Christo ad iudicium venienti. Simul autem erit resurrectio communis & corporum sanctorum glorificatio, sancti enim resurgentes corpora gloriosa resument, vt patet per illud quod dicitur primæ Corin. 15. Seminatur in ignobilitate, surget in gloria. Simul etiam cum corpora Sanctorũ glorificabuntur, & tota creatura suo modo renouabitur, vt patet p illud quod dicitur ad Ro. 8. ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei: cum autem conflagratio mundi sit dispositio ad renouationem prædictam, vt ex dictis * patet, manifestè potest colligi, q̃ illa conflagratio quo ad purgationem mundi, iudicio præcedet: sed quo ad aliquem actum, qui scilicet est inuoluere malos, iudicium sequetur.

¶ Ad primum ergo dicendum, quod Augustinus * non loquitur determinando, sed opinando: quod patet ex hoc q̃ sequitur. † Quæ omnia quidẽ ventura est se credendum est: sed quibus modis & quo ordine veniant, magis tunc docebit rerum experientia, quàm nunc valet consequi ad perfectum, hominis intelligẽtia: existimo tamen eo quo à me commemorata sunt ordine, esse uentura. Ergo patet, quòd hæc dixit opinando.

¶ Et similiter dicendum Ad Secundum.

¶ Ad tertium dicendũ, quòd omnes homines morientur & resurgent: sed tamen illi dicuntur viui reperiri, qui vsque ad tempus conflagrationis viuent in corpore.

Ad Quartum dicendum, quòd ille ignis non exequitur sententiam iudicis, nisi quo ad inuolutionem malorum: & quantum ad hoc sequetur iudicium.

ARTICVLVS VIII.

Vtrùm ille ignis habiturus sit talem effectum in hominibus, qualis designatur.

327 AD octauũ sic proceditur. Videtur, quòd ille ignis non habebit talem effectum in hominibus, qualis in litera designatur. Illud ea cõsumi dicitur, quòd in nihilum reducitur: sed corpora impiorum non resoluentur in nihilum, sed in æternum conseruabũtur, vt æternam pœnam sustineant: ergo ignis ille no erit malis consumptio, vt in litera * dicitur.

* li. 4. Sẽt. dist. 47. §. D. cir. me.

¶ 2 Si dicatur, quòd consumet malorum corpora, inquantum ea resoluet in cinerem: contrà. Sicut corpora malorum, ita & bonorum in cinerem resoluentur: hoc enim est Christi solius priuilegium, vt caro eius nõ videat corruptionem: ergo etiam & bonis tùc repertis erit consumptio.

¶ 3 Præterea, Infectio peccati magis abundat in elementis, secundum quod veniunt ad compositionem humani corporis, in quo est corruptio fomitis, etiã quantum ad bonos, quàm in elementis extra corpus humanum existentibus: sed elemẽta extra corpus humanum existentia, purgabuntur propter peccati infectionem: ergo multò fortius oportet per ignem purgari elementa in corporibus humanis existentia, siue bonorum, siue malorum, & ita oportet vtrorumque corpora resolui.

¶ 4 Præterea, Quandiu status viæ durat, elementa simiter agũt in bonos & in malos: sed adhuc durabit status huius viæ in illa conflagratione, quia post statũ huius viæ non erit mors naturalis, quæ tamen per illã conflagrationem causabitur: ergo ille ignis æqualiter aget in bonos & in malos & ita non videtur, quòd sit aliqua discretio inter eos, quantum ad effectum illius ignis suscipiendum, sicut in litera * ponitur.

* li. 4. Sẽt. dist. 47 §. D.

¶ 5 Præterea, Illa conflagratio quasi in momento perficietur: sed multi inuenientur viui, in quibus erũt multa purgabilia: ergo illa conflagratio non sufficiet ad eorum purgationem.

¶ Respondeo dicendum, quòd ignis ille finalis cõflagrationis quantum ad hoc quòd iudicium præcedet, aget vt instrumentum diuinæ institiæ, & iterũ per virtutem naturalem ignis. Quãtum ergo pertinet ad virtutem naturalem ipsius, similiter aget in malos & bonos, qui viui reperientur, vtrorumque corpora in cinerem resoluendo. Inquantum verò aget vt instrumentum diuinæ iustitiæ, diuersimodè aget in diuersos, quantum ad sensum pœnæ. Mali enim per actionem ignis cruciabuntur: Boni verò, in quibus nihil purgandum inuenietur, omnino nullum dolorem ex igne sentient, sicut nec pueri senserũt in camino ignis Dan. 3. quamuis eorum corpora non seruabuntur integra, sicut puerorum seruata fuerunt: & hoc diuina virtute fieri poterit, vt sine doloris cruciatu resolutionem corporum patiantur. Boni verò, in quib. aliquid purgandum reperietur, sentient cruciatum doloris ex illo igne, plus vel minus, pro meritorum diuersitate. Sed quantum ad actum, quem post iudicium ille ignis habebit, in damnatos tantum aget, quia omnes boni habebunt corpora impassibilia.

¶ Ad primum ergo dicendum, quod consumptio ibi * accipitur no pro annihilatione, sed pro resolutione in cineres.

* li. 4. Sẽt. dist. 47. §. D. Art. sẽc. in fi. corp. & Aug. lib. 20. de Ciuit. Dei c. 18. & 19. tom. 5.

¶ Ad secundum dicendum, quod bonorum corpora quamuis in cinerem resoluentur per ignem, non tamen ex hoc dolorem sentient, sicut nec pueri in fornace existentes, * & quantum ad hoc est dissimile de bonis & malis.

Ad ter-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ad tertium dicendum, quòd elementa in corporibus humanis existentia, purgabuntur per ignem etiã in corporibus electorum, sed hoc per diuinam virtutem fiet sine cruciatu doloris.

Ad quartum dicendum, quòd ignis ille non aget tantum secundum naturalem elementi virtutem, sed etiam vt diuinæ iustitiæ instrumentum.

Ad quintum dicendum, quòd tres sunt causæ, quare subito illi, qui viui reperientur, purgari poterunt. Vna, quia in eis pauca purganda inuenientur cum terroribus & persequutionibus præcedentibus fuerint purgati. Secunda causa est, quia & viui & voluntarij pœnam sustinebunt: pœnam enim in hac vita voluntariè suscepta, multò plus purgat quàm pœna post mortem inflicta, sicut patet in martyrib. quia si quid purgandum in eis inuenitur, passionis falce tollitur, vt Augustinus * dicit, cùm tamen pœna martyrij sit breuis in comparatione ad pœnam, quæ in Purgatorio sustinetur.

Tertia est, quia calor ille recuperabit in intensione, quantum amittit in temporis * breuitate.

* In l. de vnico baptismo ad Petilianũ c. 13. to. 7. & Epi. 48. ad Vincẽtiũ inter me. & fineto 2. & refertur lib. 4. Sen. dis. 6. §. A. in fine.
* Al. abreuiatione.

ARTICVLVS IX.

Vtrùm ignis ille inuoluet reprobos?

AD nonum sic proceditur. Videtur, quòd ignis ille non inuoluet reprobos, quia super illud Malach. 3. Purgabit filios Leui. dicit Glossa, † duos ignes legimus futuros: vnum, qui purgabit electos, & præcedet iudicium, alterum, qui reprobos cruciabit: sed hic est ignis infernj, qui malos inuoluet, primus autẽ est ignis finalis conflagrationis, ergo ignis finalis conflagrationis non erit ille qui malos inuoluet.

† Idẽ in sermõne hẽt in Gl. ord. sup. illud 1. Cor. 3. vniuscuiusque opus.

2 Præterea, Ignis ille Deo obsequitur in purgatione mundi: ergo & remunerari debet alijs elementis remuneratis, & præcipuè cum ignis sit nobilissimũ elementorum: non ergo videtur, quòd in infernum debeat deijci ad pœnam damnatorum.

¶ 3 Præterea, Ignis qui malos inuoluet, erit ignis inferni: sed ignis ille ab initio mundi præparatus est damnatis: vnde Mat. 25. dicitur, discedite maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo, &c. & Isa. 30. Præparata est ab heri Tophet, à Rege præparata, &c. Gl. interli, ibidem. Glossa * ab heri, id est, ab initio, Tophet, id est, valis gehennæ: sed ignis ille finalis conflagrationis nõ fuit ab initio præparatus, sed ex concursu mundanorum ignium generabitur: ergo ille ignis non est ignis inferni, qui reprobos inuoluet.

¶ In contrarium est, quod in Psalm. 96. de illo igne dicitur: Inflammabit in circuitu inimicos eius.

* Gl. interli. ibidem. * Glo. interli. ibid. sup illud, Thronus eius &c.

¶ Præterea Dan. 7. dicitur, Fluuius igneus rapidusq; egrediebatur à facie eius. Glossa, * vt peccatores traheret in gehennam. Loquitur autem auctoritas de illo igne, de quo nunc est mentio, vt patet per quandam Gloss. * quæ ibi dicit, vt malos puniat, & bonos purget: ergo ignis finalis cõflagrationis in infernum cum reprobis demergetur.

¶ Respondeo dicendum, quòd tota purgatio mũdi, & innouatio ad purgationem, & innouationẽ hominis ordinabitur: & ideò oportet vt mundi purgatio & innouatio, purgationi & innouationi humani generis congruat: humani autem generis purgatio quædam erit, quòd mali segregabuntur à bonis, Vnde dicitur Luc. 3. Cuius ventilabrum in manu eius, & purgabit aream suam, & congregabit triticum * (id est, electos,) in horreum suum, paleas autem (id est, reprobos) comburet igne inextinguibili. Vnde & ita erit de purgatione mundi, q quicquid erit turpe & fœdum, in infernum cum reprobis mittetur, quicquid verò pulchrũ & nobile, referetur in superioribus ad gloriam electorum: & ita etiam erit de illo igne conflagrationis, sicut dicit Basilius † super illud Psal. 28. Vox Domini intercidentis flammam ignis, quia quo ad calidum vestiuũ. & quãtum ad id quod in igne grossum reperietur, * deficiendet ad inferos. ad pœnam damnatorum: quod verò est ibi subtile & lucidum, remanebit superius ad gloriam electorum,

Gl. interli. ibidem.

† Basilius in Psal. 28

Aliàs mitteretur.

* Ad primum ergo dicendum, quòd ignis qui purgabit electos ante iudicium: erit idem cum igne conflagrationis mundi, quamuis quidam contrarium dicant, conuenit enim vt cùm homo sit pars mundi, eodem igne purgetur homo & mundus. Dicuntur autẽ duo ignes, qui purgabit bonos, & cruciabit malos, & quantum ad officium & aliquo modo quantũ ad substantiam: quia non tota substantia ignis purgantis in infernum detrudetur: vt dictum est. *

In fi. corp. huius artic.

* Ad secundum dicendum, quòd in hoc ille ignis remunerabitur, quòd illud quod est grossum in eo, separabitur ab ipso, & in infernum retrudetur.

¶ Ad tertium dicendum, quòd sicut gloria electorum post iudicium erit maior quàm ante, ita & pœna reproborum: & ideo sicut claritas superiori creaturæ addetur ad augmentandam gloriam electorũ, ita etiam quicquid est turpe in creaturis, retrudetur in infernum ad augmentandam miseriam damnatorum: & ita igni damnatorum ab initio præparato in inferno, non est inconueniens, si alter ignis addatur.

QVAESTIO LXXV.

De resurrectione, in tres articulos diuisa.

POst hæc considerandum est de circumstantijs, & concomitantibus resurrectionem: Quorum prima consideratio est de ipsa resurrectione: Secunda de eius causa. Tertia de eius tempore & modo. Quarta de ipsius termino à quo. Quinta de conditionibus resurgentium.

Circa primum quæruntur tria.

¶ Primò, vtrum corporum resurrectio sit futura.

¶ Secundò, vtrum sit omnium generaliter.

¶ Tertiò, vtrum naturalis vel miraculosa.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrùm corporum resurrectio sit futura.

AD primum sic proceditur. Videtur, quòd corporum resurrectio nõ sit futura. Iob 24. Homo cùm dormierit non resurget, donec atteratur cælum: sed cælum nunquam atteretur quia terra de qua minus videtur, in æternum stat, vt patet Eccles. 1. ergo homo mortuus nunquam resurget.

Tho. 4. dist. 43 q. vnica art. 1. quæ. & sequen.

¶ 2 Præterea, Dominus Matth. 22. probat resurrectionem per auctoritatem illam: * Ego sum Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob, quia non est Deus mortuorum, sed viuentium: sed constat, quòd quando verba illa dicebantur, Abraham, Isaac, & Iacob non viuebant corpore, sed solùm anima: ergo resurrectio non erit corporum, sed solum animarum.

Exod. 3.

¶ 3 Præterea, Apostolus 1. Corinth. 15. videtur probare resurrectionem ex remuneratione laborũ, quos in hac vita sustinent sancti: qui si in hac vita tantũ confidentes essent, miserabiliores essent omnibus hominibus: Sed sufficiens remuneratio omnium laborum hominis,

hominis, potest esse in anima tantum, non enim oportet, quòd instrumentum simul cum operante remuneretur: corpus autem instrumentum animæ est, vnde etiam in Purgatorio, vbi animæ punientur pro his q̃ gesserunt in corpore, anima sine corpore punitur. Ergo no oportet ponere resurrectionem corporum, sed sufficit ponere resurrectionem animarum, quæ est, dũ transferuntur de morte culpæ & miserię in vitam gratiæ & gloriæ.

¶ 4 Præterea, vltimum rei est perfectissimum in re, quia per illud attingit finem suũ: sed perfectissimus status animæ est, vt sit à corpore separata, quia in hoc statu conformior est Deo & angelis, & magis pura, quasi separata ab omni extranea natura: ergo separatio à corpore est vltimus status eius, & ita ex hoc statu non redit ad corpus, sicut nec ex vtero fit puer.

¶ 5 Præterea, Mors corporalis in pœnam homini est inducta pro prima prœuaricatione, vt patet Gene. 2. sicut & mors spiritualis, quæ est sepatatio animæ à Deo, est inflicta homini pro peccato mortali: sed de morte spirituali nunquam redit homo ad vitam post sententiam damnationis acceptam: ergo nec de morte corporali ad vitam corporalem erit regressus, & sic resurrectio non erit.

¶ Sed contra est, quod dicitur Iob 19. Scio quòd Redemptor meus viuit, & in nouissimo die de terra surrecturus sum, & rursum circundabor pelle mea, &c. ergo resurrectio corporum erit.

¶ Præterea, Donum Christi est maius, quàm peccatum Adæ, vt patet Roma. 4. sed mors per peccatum introducta est, quia si peccatum non fuisset, mors nulla esset: ergo per donum Christi à morte homo reparabitur ad vitam.

vide Ambro. in li. de fide resurrectionis to. 3. & li. 5. Hexameron. c. 23. to. 4. & in li. de bonomortis c. 9. to. 1. & in tractatu de prima interpel. c. 7. to. 4. & super 1. Cor. 15. tom. 5.

¶ Præterea, Membra debent esse capiti cõformia: sed caput nostrum viuit, & in æternum viuet in corpore & anima, quia Christus resurgens ex mortuis, iã non moritur, vt patet Ro. 6. ergo & homines qui sunt eius membra, viuent in corpore & anima, & sic oportet carnis resurrectionem esse.

¶ Respondeo dicendum, quòd secundum diuersas sententias de vltimo fine hominis, diuersificatæ sunt sententiæ ponentium vel negantium resurrectionem. Vltimus enim finis hominis, quem omnes homines naturaliter desiderant, est beatitudo, ad quam quidẽ hominem posse pertingere in hac vita, quidam posuerunt: vnde non cogebantur ponere aliam vitam post istam, in qua homo suam vltimam perfectionem consequeretur, & sic resurrectionem negabant. Et hanc opinionem satis probabiliter excludit varietas fortunæ & infirmitas humani corporis, scientiæ & virtutis imperfectio & instabilitas, quibus omnibus beatitudinis perfectio impeditur: vt Aug. † prosequitur in fi. de Ciui. Dei. Et ideò alij posuerunt aliam vitam esse post hanc, in qua homo tantum secundum animam viuebat post mortem: & hanc vitam ponebant sufficere ad naturale desiderium implendum de beatitudine consequenda: vnde Porphyrius dicebat, vt Augus. † dicit in li. de Ciui. Dei: vt beata sit aia, corpus omne esse fugiendum: vnde tales resurrectionem non ponebant. Huius autem opinionis apud diuersos diuersa erant falsa fundamenta. Quidam enim hæretici posuerunt omnia corporalia esse à malo principio, spiritualia verò, à bono: & secũdum hoc oportebat, quòd anima summè perfecta non esset nisi à corpore separata, per quod à suo principio distrahitur, cuius participatio ipsam beatam facit: & ideò omnes hæreticorum sectæ, quæ ponunt à diabolo corporalia esse creata vel formata, negant corporum resurrectionem. Huius autem fundamenti falsitas in principio. 2. lib. ostẽsa est. * Quidam verò posuerunt totam hominis naturã in anima cõstare, ita vt anima corpore vteretur

† li. 22. c. vlti. & lib. 19. capi. 3. tom. 5. vide Am. li. 1. de fide Ortho. ca. 3. to. 2. † li. 22. c. 26. to. 5.

* Tho. in 2. Sen. di.

sicut instrumento, aut sicut nauta naui: vnde secundũ hanc opinionem sequitur, quòd sola anima beatificata, homo naturali desiderio beatitudinis non frustraretur, & sic non oportet ponere resurrectionem. Sed hoc fundamentum sufficienter Philosophus * in 2. de Anima destruit, ostendens animam corpori, sicut formam materiæ, vniri: & sic patet quòd si in hac vita homo non potest esse beatus, necesse est resurrectionem ponere.

1. 9. 1. ar. 1. in fi. corp.

* Ari. cir. principiũ li. 2. de anima.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd cælum nunquam atteretur, quantum ad substantiam, sed atteretur quantum ad effectum virtutis, per quam mouet ad generationem & corruptionem inferiorum, ratione cuius dicit Apostolus 1. Corinth. 7. Præterit figura huius mundi.

¶ Ad secundum dicendum, quòd anima Abrahã, non est, propriè loquendo, ipse Abraham, sed est pars eius, & sic de aliis. Vnde vita animæ Abrahæ non sufficeret ad hoc quòd Abrahã sit viuẽs, vel quòd Deus Abraham sit Deus viuentis: sed exigitur vita totius coniuncti, scilicet animæ & corporis, quæ quidem vita quamuis non esset actu, quando verba proponebãtur, erat tamen in ordine vtriusque partis ad resurrectionem: vnde Dominus per verba illa subtilissimè & efficaciter resurrectionem probat.

¶ Ad tertium dicendum, quòd anima non compatur ad corpus solùm, vt operans ad instrumentum, quo operatur, sed etiam vt forma ad materiam: vnde operatio est coniuncti & non tantum animæ, vt patet per Philosophum † in 1. de Anima. Et quia operanti debetur operis merces, oportet, quòd ipse homo compositus ex anima & corpore, operis sui mercedem accipiat. Venialia autem sicut dicuntur peccata, quasi dispositiones ad peccandum non quòd simpliciter habeant & perfectè rationem peccati, ita pœna, quæ eis redditur in Purgatorio, non est simpliciter retributio, sed magis purgatio quædam, quæ eorum fit in corpore, per mortem & incinerationem, & in anima, per purgatorij ignem.

† Ari. li. 1. de Anima textu 64. & 66.

¶ Ad quartum dicendum, quòd cæteris paribus, perfectior est status animæ in corpore, quàm extra corpus, quia est pars totius compositi, & omnis pars integralis, materialis est respectu totius, & quãuis sit Deo conformior secundum quid, non tamen simpliciter: tunc enim simpliciter loquendo, est aliquid maximè Deo conforme, quando habet quicquid suæ naturæ conditio requirit, quia tunc perfectionem diuinam maximè imitatur: vnde cor animalis magis est cõforme Deo immobili, quando mouetur, quàm quando quiescit, quia perfectio cordis est in moueri, & eius quies est eius destructio.

¶ Ad quintum dicendum, quòd mors corporalis introducta est per peccatũ Adæ, quod est morte Christi deletum, vnde pœna illa non manet in æternũ: sed peccatum mortale quod mortem æternam per impœnitẽtiam inducit, vltra non expiabitur: & ideo mors illa æterna erit.

ARTICVLVS II.

Vtrùm resurrectio erit omnium generaliter.

AD secundum sic proceditur. Videtur, quòd resurrectio non erit omnium generaliter, In Psalm. enim 1. dicitur, Non resurgent impij in iudicio: sed resurrectio non erit hominum nisi tempore iudicij vniuersalis: ergo impij nullo modo resurgent.

¶ 2 Præterea, Dan. 12. dicitur: Multi de his qui dormiũt in terrę puluere vigilabũt: sed hæc loquutio quã dam

Universidad de Deusto
Biblioteca

dam particulationem importat: ergo non omnes resurgent.

¶ 3 Præterea, Per resurrectionem homines cõformantur Christo resurgenti. Vnde 1. Corin. 14. concludit Apostolus: Quod si Christus resurrexit, & nos resurgemus: sed illi soli debent Christo resurgenti conformari, qui imaginem ipsius portauerunt, quod est solum bonorum: ergo ipsi soli resurgent.

¶ 4 Præterea, Pœna non dimittitur nisi ablata culpa: sed mors corporalis est pœna peccati originalis: ergo cum non omnibus sit dimissum originale peccatum, non omnes resurgent.

¶ 5 Præterea, Sicut per gratiã Christi renascimur, ita per gratiam eius resurgemus: sed illi qui in matris ueteris moriuntur, nunquam poterunt renasci: ergo nec resurgere poterunt, & sic non omnes resurgẽt.

habetur eodem c. paulò ante fidicta verba.

¶ Sed contra est, quòd dicitur Ioan. 5. Omnes qui in monumentis sunt, audient vocem filij Dei, & * qui audierint, viuent: ergo omnes mortui resurgent.

¶ Præterea, Primæ Corinth. 15. dicitur. Omnes quidem resurgemus, &c.

¶ Præterea, Resurrectio ad hoc necessaria est, vt resurgentes recipiãt pro meritis pœnam vel præmium: sed omnibus debetur vel pœna vel præmium, pro merito proprio, sicut adultis, vel alieno, sicut paruulis: ergo omnes resurgent.

Art. præc.

Respondeo dicendum, quòd ea, quorum ratio sumitur ex natura speciei, oportet similiter inueniri in omnibus, quæ sunt eiusdem speciei: talis autem est resurrectio. Hæc enim est eius ratio (vt ex dictis * patet) quod anima in perfectione vltima speciei humanæ esse non potest à corpore separata: vnde nulla anima in perpetuum remanebit à corpore separata: & ideo necesse est sicut vnum, ita & omnes resurgere.

Ex gl. ordinaria.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd loquitur de spirituali resurrectione, qua impij non resurgent in iudicio discussionis conscientiæ, vt Gloss. * exponit: vel loquitur de impiis, qui sunt animo infideles, qui non resurgent vt iudicentur: iam enim iudicati sunt.

* li. 20. de Ciuit. Dei c. 23. à medio to. 5.

Ad secundum dicendum, quòd Augustinus † exponit multi, id est omnes: & hic modus loquendi inuenitur in Sacra scriptura, vel particulatio potest intelligi quantum ad pueros damnatos in limbo, qui quãuis resurgent, non propriè dicuntur euigilare, cũ nec sensum pœnæ, nec gloriæ habituri sint, vigilia enim est solutio sensus.

Ad tertium dicendum, quòd omnes tam boni quã mali conformantur Christo, viuendo in ista vita, in his quæ ad naturam speciei pertinent, non autẽ in his quæ pertinent ad gratiam: & ideo omnes ei conformabuntur in reparatione vitæ naturalis, non autem in similitudine gloriæ, sed soli boni.

¶ Ad quartum dicendum, quòd mortem quæ est pœna originalis peccati, qui in originali decesserunt, exoluerunt moriendo: vnde non obstante originali culpa, possunt à morte resurgere: pœna enim originalis peccati magis est mori, quam morte detineri.

¶ Ad quintum dicendum, quòd renascimur per gratiam in Christi nobis datam, sed resurgimus per gratiam Christi, qua factum est, vt naturam nostram susciperet, quia ex hoc ei in naturalibus conformamur. vnde illi, qui in maternis vteris decedunt, quamuis renati non fuerint per susceptionem gratiæ, tamen resurgent propter conformitatem naturæ ad ipsum, quam consequuti sunt, ad perfectionem humanæ speciei pertingentes.

ARTICVLVS III.

Vtrùm resurrectio sit naturalis.

331 * lib. 3. c. 14. paulò ante me.

Ad Tertium sic proceditur. Videtur, quòd resurrectio sit naturalis: quia sicut dicit Damas. † 3. lib. quod communiter in omnibus conspicitur, illud naturam designat in iis quæ sub ipso sunt indiuiduis: sed resurrectio communiter in omnibus inuenitur: ergo est naturalis.

* li. 14. ca. 20. ante medium.

2 Præterea, Gregorius * dicit 14. Moralium. Qui resurrectionis fidem ex obedientia non tenent, certè hanc ex ratione tenere debuerant. Quid enim quotidie nisi resurrectionem nostram in elementis suis mundus imitatur? & ponit exemplum de luce, quæ quasi moriendo oculis subtrahitur, & rursus quasi vinẽdo reuocatur, vel resurgendo: & de arbustis, quæ viriditatem amittunt, & rursus quasi resurgentia reparãtur: & de seminibus quæ putrescentia moriuntur, & rursus germinando quodammodo resurgunt: quod etiã exemplum Apostolus ponit 1. Co. 15. Sed nihil potest ex naturalibus operibus ratione cognosci nisi naturale. Ergo resurrectio erit naturalis.

¶ 3 Præterea, Illa quæ sunt præter naturã, non multo tempore manent, quia sunt quasi violenta: sed vita quæ per resurrectionem reparabitur, in æternum manebit: ergo resurrectio erit naturalis.

Aliàs, Propagatio.

¶ 4 Præterea, Illud ad quod tota naturæ * expectatio intendit, maximè videtur esse naturale: sed resurrectio & glorificatio sanctorum est huiusmodi, vt patet Rom. 8. ergo resurrectio erit naturalis.

* Aristotel. lib. 5 physicorum. tex. 50. * Al. fluxus † Al. naturaliter.

¶ 5 Præterea, Resurrectio est motus quidam ad petuam coniunctionem animæ & corporis: sed motus est naturalis qui terminatur ad quietem naturalem, vt patet in † 5. Physic. Perpetua autem coniunctio animæ & corporis erit naturalis, quia cũ anima sit prius * motor corporis, habet sibi corpus proportionatum, & ita in perpetuum est † similiter viuificabile ab ipsa, sicut ipsa in perpetuum viuit: ergo resurrectio erit naturalis.

¶ Sed contra, à priuatione in habitum non fit regressus secundum naturam: sed mors est priuatio vitæ: ergo resurrectio, per quam est reditus de morte ad vitam, non est naturalis.

¶ Præterea, Ea quæ sunt vnius speciei, vnum habẽt determinatum modum originis: vnde animalia quæ generantur ex putrefactione. & ex semine, nunquam sunt eiusdem speciei, vt dicit Commentarius in octauo Physic. Sed naturalis modus, quo homo oritur, est generatio eius ex simili in specie, quod non erit in resurrectione. Ergo non erit naturalis.

¶ Respondeo dicendum, quòd motus siue actio aliqua se habet ad naturã tripliciter. Est enim aliquis motus siue actio, cuius natura nec est principium nec terminus, & talis motus quandoque est a principio supra naturam, vt patet de glorificatione corporis: quandoque autem à principio alio quocunque, sicut patet de motu violento lapidis sursum, qui terminatur ad quietem violentam. Est etiam aliquis motus, cuius principium & terminus est natura, vt patet in motu lapidis deorsum. Est & aliquis alius motus, cuius terminus est natura, sed non principium, sed quãdoque aliquid supra naturam, sicut patet in illuminatione cæci, quia visus naturalis est, sed illuminationis principium est supra naturam, quandoque autem, aliquid aliud: vt patet in acceleratione florum vel fructuum per artificium facta. Quòd autem principiũ sit natura, & non terminus, esse non potest, quia principia nãlia sunt ad determinatos effectus definita, vltra quos se extẽdere nõ pñt. Operatio ergo vel motus primo

primo modo se habens ad naturam, nullo modo põt dici naturalis, sed vel est miraculosa, si sit à principio supra naturam; vel violenta, si sit ab alio quocunque principio. Operatio aũt vel motus secũdo modo se habens ad naturam, est simpliciter naturalis. Sed operatio quæ tertio modo se habet ad naturam, non potest dici simpliciter naturalis, sed secundùm quid, inquantùm s. perducit ad id, quod secũdum naturam est: sed vel dicitur miraculosa, vel artificialis, vel violenta. Naturale. n. propriè dicitur quod secundum naturam est: secundum naturam aũt esse dicitur habens naturam, & quæ consequuntur naturam, vt patet in 2. * Phys. Vnde motus simpliciter loquendo, non potest dici naturalis, nisi eius principium sit natura: resurrectionis aũt principium natura esse non potest, quãmuis ad vitam naturæ resurrectio terminetur. Natura enim est principium motus in eo, in quo est vel actiuum, vt patet in motu leuium & grauium, & alterationib. natura lib. animalium; vel passiuum, vt patet in generatione simplicium corporum. Passiuum aũt principium naturalis generationis est potentia passiua naturalis, quæ semper habet aliquam potentiã actiuam, sibi respondentem in natura, vt dicitur in 9. Metaphy. * Nec differt quantum ad hoc, siue respondeat passiuo principio actiuum principiũ in natura respectu vltimæ perfectionis, s. formæ, siue respectu dispositionis, quæ est necessitas ad formam vltimam, si cut est in generatione hominis secundùm positionem fidei, vel ét de oĩb. aliis, secundum opinionẽ Platonis, & Auicennæ. Nullum aũt principium actiuũ resurrectionis est in natura, neque respectu coniunctionis animæ ad corpus, neque respectu dispositionis, quæ est necessitas ad talẽ coniunctionem, quia talis dispositio non potest à natura induci, nisi determinato modo per viam generationis ex semine. Vnde & si ponatur esse etiam aliqua potentia passiua ex parte corporis, seu etiam inclinatio quæcunque ad animæ coniunctionem, non est talis, quòd sufficiat ad rationem motus naturalis: vnde resurrectio, simpliciter loquendo, est miraculosa non naturalis, nisi secundùm quid, vt ex dictis * patet.

Aug. trac. 91. sup. Ioannem t. 9.

* Arist. li. 2 textu 5.

In cor. ar. † loco citato in arg.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd Damas. † loquitur de illis quæ inueniuntur in omnibus indiuiduis ex principiis naturæ causatis. Non enim si diuina operatione omnes homines dealbarentur, vel in vno loco congregarentur (sicut tempore diluuii factum est) propter hoc albedo esset proprietas naturalis hominis, vel esse in tali loco.

¶ Ad secundum dicendum, quòd ex rebus naturalibus non cognoscitur aliquid non naturale, ratione demonstrante, sed ratione persuadente potest cognosci aliquid supra naturam, quia eorum quæ supra naturam sunt, ea quæ sunt in natura, aliquam similitudinem repræsentant, sicut vnio animæ & corporis repræsentat animæ vnionem ad Deum per gloriam fruitionis, vt Magister dicit: & simili modo exempla quæ Apostolus & Gregorius * inducunt, fidei resurrectionis persuasiuè adminiculantur.

* loco cita to in arg. 2.

¶ Ad tertium dicendum, quòd illa ratio procedit de operatione illa, quæ terminatur ad id, quod nõ est per naturam, sed naturæ contrarium: hoc autem non est in resurrectione: & ideo non est ad propositum.

¶ Ad quartum dicendum, quòd tota operatio naturæ est sub operatione diuina, sicut operatio inferioris artis sub operatione superioris. Vnde si cut omnis operatio inferioris artis expectat aliquem finem, ad quem non peruenitur nisi operatione artis superioris inducentis formam, vel ventis artificio facto: ita ad vltimum finem ad quem tota naturæ expectatio intendit, non potest peruenire operatione naturæ, & propter hoc consequutio eius non est naturalis.

¶ Ad quintum dicendum, quòd quãmuis non possit esse motus naturalis, qui terminatur ad quietẽ violentam: tamen potest esse motus non naturalis, qui terminatur ad quietem naturalem, vt ex dictis patet *.

In cor. ar.

QVAEST. LXXVI.

De causa resurrectionis, in tres articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de causa nostræ resurrectionis.

¶ Circa quod quæruntur tria.

¶ Primò, vtrùm resurrectio Christi sit causa nostræ resurrectionis.

¶ Secundò, vtrùm vox tubæ.

¶ Tertiò, vtrùm angeli.

ARTICVLVS I.

Vtrùm Christi resurrectio sit causa nostræ resurrectionis.

332 Tho. 4. d. 43. q. vnic. a. 3. ar. 2. q. 1. & seq.

AD primum sic proceditur. Videtur, quòd Christi resurrectio non sit causa nostræ resurrectionis. Posita enim causa ponitur effectus: sed posita resurrectione Christi, non est sequuta statim resurrectio aliorum mortuorum: ergo resurrectio eius non est causa nostræ resurrectionis.

¶ 2 Præt. Effectus non potest esse, nisi causa præcesserit: sed resurrectio mortuorum esset, etiam si Christus non resurrexisset: erat enim alius modus possibilis Deo, vt hominem liberaret: ergo resurrectio Christi non est causa nostræ resurrectionis.

Aug. li. 13 de Trin. c. 10 to. 3. & lib. 3. Sen. d. 20 in prin.

¶ 3 Præt. Idem est factiuum vnius in tota specie vna: sed resurrectio erit omnibus hominibus communis: cùm ergo resurrectio Christi non sit causa suiipsius, non erit causa aliorum resurrectionis.

¶ 4 Præt. In effectu relinquitur aliquid de similitudine causæ: sed resurrectio ad minus quorundam, scilicet malorum, non habet aliquid simile resurrectioni Christi: ergo resurrectionis illorum, non erit causa resurrectio Christi.

¶ Sed contra, Illud quod est primum in quolibet genere, est causa eorum quæ sunt post, vt patet in 2. * Metaph. sed Christus ratione suæ resurrectionis corporalis dicitur primitiæ dormientium, 1. Cor. 15. & primogenitus mortuorum, Apoc. 1. ergo sua resurrectio est causa resurrectionis aliorum.

* Arist. lib. 2. Metap. tex 4. & vide in 3 part. q. 56. ar. 1.

¶ Præterea, Resurrectio Christi magis conuenit cũ nostra resurrectione corporali, quàm cum resurrectione spirituali: quæ est per iustificationem: sed resurrectio Christi est causa iustificationis nostræ, vt patet Romanorum 4. Resurrexit propter iustificationem nostram: ergo resurrectio Christi est causa nostræ resurrectionis corporalis.

¶ Respondeo dicendum, quòd † Christus ratione humanæ naturæ dicitur Dei & hominum mediator: vnde diuina dona à Deo in homines mediante Christi humanitate * proueniunt. Sicut autem à morte spirituali liberari non possumus, nisi per donum gratiæ diuinitus datum; ita nec à morte corporali, nisi per resurrectionem diuina virtute factam: & ideo sicut Christus secundùm humanam naturam primitias gratiæ suscepit diuinitus, & eius gratia est causa nostræ gratiæ, quia de plenitudine eius nos cẽs accepimus, gratiã pro gratia, Ioannis primo: ita in Christo inchoata est resurrectio, & sua resurrectio causa est nostræ resurrectionis, ut sic Christus inquantum est Deus, sit prima causa nostræ resurrectionis, quasi æquiuoca: sed inquantum est Deus & homo resurgens, est

lib. 3. Sen. dist. 19. §. G. Al. peruenit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

causa proxima & quasi vnuoca nostræ resurrectionis. Causa autem vnuoca agens, producit effectum in similitudinem formæ suæ: vnde non solum est causa efficiens, sed exemplaris respectu istius effectus. Hoc autem contingit dupliciter. Quandoq; enim ipsa forma, per quam attenditur similitudo agentis ad effectum, est directè principium actionis, qua producitur ille effectus, sicut calor in igne calefaciente. Quandoque autem illius actionis, qua producitur effectus, nõ est principium primò & per se ipsa forma, secundum quam attenditur similitudo, sed principia illius formæ: sicut si homo albus generet hominem album, ipsa albedo generantis non est principium actiuæ generationis: & tamen albedo generantis dicitur causa albedinis generati, quia principia albedinis in generante sunt principia * generationis, facientia albedinem in generato. Et per hunc modum resurrectio Christi est causa nostræ resurrectionis: quia illud idem quod fecit resurrectionem Christi, qui est causa efficiens vnuoca nostræ resurrectionis, ad nostram resurrectionẽ agit, scilicet virtus diuinitatis ipsius Christi, quæ sibi & patri communis est. Vnde dicitur Roma. 8. Qui suscitauit Iesum Christum à mortuis viuificabit & mortalia corpora vestra. Sed ipsa resurrectio Christi virtute diuinitatis adiunctæ, est causa, quasi instrumentalis resurrectionis nostræ. Operationes enim diuinæ agebantur mediante carne Christi, quasi quodam organo, sicut ponit exemplum Damasc. * in tertio libro de actu corporali, quo mundauit leprosum, Matthæi octauo.

*Al. generatiua.

Dam. li. 3. cap. 15.

¶ Ad primum ergo dicendum, q̃ causa sufficiẽs statim producit effectum suum, ad quem immediatè ordinatur, non aũt effectum ad quẽ ordinatur mediante alio, quantumcunq; sit sufficiens; sicut calor quantumcunq; sit intensus, non statim in primo instanti causat calorem, sed statim incipit mouere ad calorem, quia calor est effectus eius mediante motu: resurrectio autem Christi dicitur causa nostræ resurrectionis, non quia ipsa agat immediatè resurrectionem nostram; sed mediãte principio suo, scilicet diuina virtute, quæ nostram resurrectionem facit ad similitudinem resurrectionis Christi. Virtus autem diuina operatur mediante voluntate, quæ est propinquissima effectui: vnde non oportet, q̃ statim resurrectione Christi facta, nostra resurrectio sit sequuta: sed tunc sequatur quando voluntas Dei ordinauit.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ virtus diuina non alligatur aliquibus causis secundis, quin effectus illarum posset immediatè vel aliis causis mediantibus producere: sicut posset generationem corporum inferiorum causare, etiam motu cœli non existente; & tamen secundum ordinem quem in rebus statuit, motus cœli est causa generationis inferiorum corporum. Similiter etiam secundum ordinem, quem rebus humanis diuina prouidentia præfixit resurrectio Christi est causa nostræ resurrectionis. Potuit tamen alium modum præfigere, & tunc esset alia causa nostræ resurrectionis, qualem Deus ordinasset.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ ratio illa procedit, quando omnia quæ sunt in vna specie, habent eundem ordinem ad causam primam illius effectus, qui est indistendibus in totam illam speciem. Sic autem non est in proposito, quia humanitas Christi propinquior est diuinitati, cuius virtus est prima causa resurrectionis; quàm humanitas aliorum. Vnde resurrectio Christi causatur à diuinitate immediatè, sed resurrectio aliorum mediante Christo homine resurgente.

¶ Ad quartum dicendum, q̃ resurrectio omnium hominum habebit aliquid de similitudine resurrectionis Christi, quod scilicet pertinet ad vitam naturæ, secundum quam omnes Christo fuerunt conformes; & ideo omnes resurgent in vitam immortalem: sed in sanctis qui fuerunt Christo conformes per gratiam, erit conformitas quantùm ad ea, quæ sunt gloriæ.

ARTICVLVS II.

Vtrùm vox tubæ sit causa nostræ resurrectionis.

333

AD secundum sic proceditur. Videtur, q̃ vox tubæ non sit causa nostræ resurrectionis. Dicit enim Dama*. Credo resurrectionem futuram diuina voluntate, virtute, & nutu: ergo cùm hæc sint sufficiens causa resurrectionis nostræ, non oportet ponere causam eius vocem tubæ.

li. 4. orth. fid. c. vlt. nõ long. fine.

¶ 2 Præt. Frustrà vox emittitur ad eum, qui audire non potest; sed mortui non habebunt auditum: ergo non est conueniens, quòd vox aliqua formetur ad eos resuscitandum.

¶ 3 Præt. Si vox aliqua sit causa resurrectionis: hoc non erit nisi sit per virtutem voci diuinitùs datam: vnde super illud Psal. 67. Dabit voci suæ vocem virtutis, dicit Glos. * Resuscitandi corpora. Sed ex quo potentia data est alicui, quàmuis miraculosè detur, tamen actus, qui sequitur, est naturalis: sicut patet in cæco nato, miraculosè illuminato, qui postea naturaliter videt. Ergo si vox aliqua esset causa resurrectionis, resurrectio esset naturalis; quod falsum est *.

*Gl. ordi. super Psal. 67. ibid. ex Cassiodoro.

Q. præcc. art. 3.

¶ Sed contra est, quod dicitur 1. Thessal. 4. Ipse Dominus in tuba Dei descendet de cœlo, & mortui qui in Christo sunt resurgent.

¶ Præt. Io. 5. dicitur, qui in monumentis sunt, audient vocem filii Dei, & qui audierint viuent: hæc autem vox dicitur tuba, vt in litera * patet: ergo, &c.

* li. 4. sent. di. 43. §. 8.

¶ Respon. dicendum, q̃ causam & effectum oportet aliquo modo coniungi: quia mouens & motum, faciens & factum sunt simul; vt patet in octauo * Physic. Christus autem resurgens est causa vniuoca nostræ resurrectionis; vnde oportet, q̃ in resurrectione corporum communi, aliquo signo corporali dato, Christus resurrectionem operetur; quod quidem signum (vt quidam dicunt) erit ad literam, vox Christi resurrectionem imperantis: sicut imperauit mari, & cessauit tempestas, Matth. 8. Quidam vero dicunt, quòd hoc signum nihil aliud erit, quàm ipsa repræsentatio euidẽs filii Dei in mundo, de qua dicitur Matth. 24. Sicut fulgur exit ab Oriente, & patet vsq; in Occidentem, ita erit & aduẽtus Filii hominis: & innituntur auctoritati Gregorii dicentis, quòd tubam sonare, nihil aliud est, quàm huic mundo, vt iudicem, filium demonstrare. Et secundum hoc ipsa apparitio filii Dei vox eius dicitur, quia ei apparenti obediet tota natura ad corporum humanorum reparationem, sicut imperanti; vnde in iussu venire dicitur 1. Thessal. 4. & sic eius apparitio inquantum habet vim cuiusdam imperii, vox eius dicitur. Et hæc vox quæcunq; sit, quandoq; dicitur clamor, quasi præconis ad iudicium citantis, quandoq; autem dicitur sonus tubæ, vel propter euidentiam, vt in litera † dicitur, vel propter conuenientiam ad vsum tubæ, qui erat in veteri Testamento. Tuba enim congregabantur ad concilium, commouebantur ad prælium, & vocabantur ad festum; resurgentes antem congregabuntur ad concilium iudicii, & ad prælium quo orbis terrarum pugnabit contra insensatos, & ad festum æternæ solennitatis.

† li. 4. sent. di. 43. §. 8. & vide in glos. ordin. super illud 1. Thess. 4. in tuba Dei.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd Dam. * in verbis illis circa materialẽ causam resurrectionis tria tetigit; scilicet voluntatem diuinam, quæ imperat; virtutem quæ exequitur; & facilitatem exequendi, in hoc, quòd nutum adiunxit, & similitudinem eorum quæ in nobis sunt. Illud enim valde facile est nobis facere, quod statim ad dictum nostrum fit; sed multò apparet maior facilitas,

† li. 8. cap. 32.

facilitas, si ante verbum prolatum, ad primum signum voluntatis, (quod nutus dicitur) ista in exequutio nostræ voluntatis per ministros fiat: & talis nutus est quædam causa prædictæ exequutionis, inquantum per ipsum inducuntur alii ad nostram voluntatem explendam. Nutus autem diuinus, quo fiet resurrectio, nihil aliud est, quàm signum ab ipso datum, cui tota natura obediet, ad resurrectionem mortuorum: & hoc signum idem est quòd vox tubæ, vt ex dictis * patet.

Ar. præsentis corp.

¶ Ad secundum dicendum, quòd sicut formæ sacramentorũ habent virtutem sanctificandi, non ex hoc, quòd audiuntur; sed ex hoc, quòd proferuntur: ita illa vox quicquid sit, habebit efficaciam instrumentalem ad resuscitandum, non ex hoc, quòd sentitur, sed ex hoc, quòd profertur: sicut etiam vox ex ipsa impulsione aeris excitat dormiẽtem soluendo organum sentiendi; non ex hoc quòd cognoscatur: quia iudicium de voce veniente ad aures, sequitur excitationem, & non est causa eius.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ratio illa procederet, si virtus data illi voci esset ens perfectum in natura, quia tunc quod ex ea procederet, virtutem iam naturalem factam principium haberet: non est autem talis virtus illa, sed qualis supradicta * est esse in formis sacramentorum.

Thom. in 4. dist. 1. q. 1 art. 4.

ARTICVLVS III.

Vtrùm ad resurrectionem angeli operabuntur.

334

AD tertium sic proceditur. Videtur, quòd nullo modo ad resurrectionem angeli operabuntur. Quia maioris virtutis est ostensiua resurrectio mortuorum, quàm generatio hominum: sed quando homines generantur, anima non infunditur corpori mediantibus angelis: ergo nec resurrectio, quæ est iterata cõiũctio animæ & corporis, fiet ministerio angelorum.

¶ 2 Præt. Si ad aliquos angelos hoc ministerium pertineat, maximè videtur pertinere ad virtutes, quarum est miracula facere: sed eis non ascribitur, sed archangelis, vt patet in litera *: ergo resurrectio non fiet ministerio angelorum.

* li. 4. Sent. di. 43. para. A. & *.

¶ Sed contra est, quod dicitur 1. Thessal. 4. quòd Dominus in voce archangeli descender de cœlo, & mortui resurgent: ergo resurrectio mortuorum ministerio angelico complebitur.

¶ Respon. dicendum, quòd sicut Augustin. dicit in 3. de Trin. * sicut corpora crassiora & † inferiora per subtiliora & potentiora quodam ordine reguntur, ita omnia corpora reguntur à Deo per spiritum vitæ rationalem, & hoc etiam Greg. * 4. Dialog. tangit: vnde in omnibus quæ corporaliter à Deo fiunt, vtitur Deus ministerio angelorum. In resurrectione autem est aliquid ad transmutationem corporum pertinens, scilicet collectio cinerum & eorum præparatio ad reparationem humani corporis, vnde quantum ad hoc in resurrectione vtetur Deus ministerio angelorum: sed anima sicut immediatè à Deo creata est, ita immediatè à Deo corpori iteratò vnietur, sine aliqua operatione angelorum: similiter etiam gloriam corporis ipse faciet absque ministerio angelorum, sicut & animã immediatè glorificat. Et istud angelorũ ministerium dicitur vox, secundum vnam expositionem quæ tangitur in litera. †

* li. 3. de Trin. c. 4. ante medium. † Al. infirmiora. * lib. 4. c. 5. post medium.

¶ Ad primum patet solutio ex dictis. *

¶ Ad secundum dicendum, q̃ ministerium istud erit principaliter vnius archangeli, s. Michaelis, qui est princeps Ecclesiæ, sicut fuit synagogæ, sicut dicitur Dan. 10. qui tamen aget ex influentia Virtutũ & aliorum superiorum ordinum: vnde quod ipse faciet, superiores ordines quodammodo facient. Similiter inferiores angeli cooperabuntur ei circa resurrectionẽ singulorum, quorum custodiæ deputati fuerunt. Et sic vox illa poterit dici vnius & plurium angelorum.

¶ Li. 4. sent. dist. 43. §. E. * In corp. art.

QVAEST. LXXVII.

De tempore & modo resurrectionis, in quatuor articulos diuisa.

EINDE considerandum est de tempore & modo resurrectionis.

¶ Circa quod quæruntur quatuor,

¶ Primò, vtrùm tempus resurrectionis oporteat differri vsque ad finem mundi.

¶ Secundò, vtrùm tempus illud sit occultum.

¶ Tertiò, vtrùm resurrectio fiet noctis tempore.

¶ Quartò, vtrùm fiet subitò.

ARTICVLVS I.

Vtrùm tempus nostræ resurrectionis oporteat differri vsque ad finem mundi.

335

AD primum sic proceditur. Videtur, quòd tempus resurrectionis non oporteat differri vsque ad finem mundi, vt omnes simul resurgant: maior est enim conuenientia capitis ad membra, quàm membrorum ad inuicem, sicut causæ ad effectus, quàm effectuum ad inuicem: Sed Christus, qui est caput nostrum, non distulit resurrectionem suam vsque ad finem mundi, vt simul cum omnibus resurgeret: ergo nec oportet, quòd priorum sanctorum resurrectio vsq; ad finem mundi differatur, vt simul cum aliis resurgant.

Tho. 4. d. 43. q. vnic. art. 3. q. 2. & seq.

¶ 2 Præt. Resurrectio capitis causa est resurrectionis membrorum: sed resurrectio quorundam membrorum nobilium propter vicinitatem ad caput, non est dilata vsq; ad finem mundi, sed statim resurrectionem Christi sequuta est, sicut piè creditur de beata Virgine & Ioanne Euangelista: ergo & aliorum resurrectio tantò propinquior erit resurrectioni Christi quantò per gratiam & meritũ magis ei fuerint conformes.

¶ 3 Præt. Status noui Testamenti est perfectior, & expressiùs portat imaginem Christi, quàm status veteris Testamenti: sed quidam Patres veteris Testamenti Christo resurgente, resurrexerunt, sicut dicitur Matt. 27. q̃ multa corpora sanctorum, qui dormierant, surrexerunt: ergo videtur, quòd nec sanctorum noui Testamenti resurrectio differri debeat vsq; ad finem mundi, vt fiat omnium simul.

¶ 4 Præt. Post finem mundi non erit aliquis annorum numerus: sed post resurrectionem mortuorum adhuc computantur multi anni vsque ad resurrectionem aliorum, vt patet Apoc. 20. Dicitur enim ibi: Vidi animas decollatorũ propter testimonium Iesu & propter verbum Dei. Et infra: Et vixerunt, & regnauerunt cum Christo mille annis; & cæteri mortuorum non vixerunt donec consummarentur mille anni: ergo resurrectio omnium non debet differri vsq; ad finem mundi, vt sit omnium simul.

¶ Sed contra est, quod dicitur Iob 14. Homo cùm dormierit non resurget, donec atteratur cœlum non euigilabit, nec consurget de somno suo: & loquitur de somno mortis: ergo vsque ad finem mundi, quando cœlum atteretur, resurrectio hominum differetur.

¶ Præ. Heb. 11. dicitur. Hi omnes, testimonio fidei probati, non acceperunt repromissionem (id est plenã animæ & corporis beatitudinẽ) Deo melius aliquid pro nobis prouidente, ne sine nobis consummarentur, id est, perficerentur. Glos. * vt in cõmuni gaudio omnium, maius fieret gaudium singulorum: sed non erit antè resurrectio, quàm corporum clorificatio †

* Gl. inter lin. ibid.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quia reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ. Philip. 3. & resurrectionis filij erunt sicut angeli in cœlo: vt patet Matth. 22. ergo resurrectio differetur vsque ad finem mundi, in quo omnes simul resurgent.

¶ Respon. dicendum, quòd sicut Aug. dicit in 3. de Trinit. * Diuina prouidentia statuit, vt corpora crassiora & inferiora per subtiliora & potentiora quodam ordine regantur: & ideo tota materia corporum inferiorum subiacet variationi secundum motum cœlestium corporum: vnde esset contra ordinem quem diuina prouidentia statuit in rebus, si materia inferiorū corporum ad statum incorruptionis perduceretur manente motu superiorum corporum. Et quia secùdum positionem fidei resurrectio erit in vitam immortalē conformiter Christo, qui resurgens ex mortuis, iam non moritur, vt dicitur Rom. 6. ideo humanorum corporum resurrectio vsque ad finem mundi differetur, in quo motus cœli quiescet. Et propter hoc etiam quidam Philosophi, qui posuerunt motum cœli nūquam cessare, posuerunt reditum humanarum animarum ad corpora mortalia, qualia nunc habemus; siue ponerēt reditum animæ ad idem corpus in fine magni anni, vt Empedocles siue, ad aliud, vt Pythagoras, qui posuit, quamlibet animam quodlibet corpus ingredi, vt dicitur in 1. de Anim *.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd quamuis caput magis conueniat cum membris conuenientia proportionis, quæ exigitur ad hoc, quòd in membra fluat quàm membra ad inuicem: tamen caput habet causalitatem quandam super membra. qua membra carent: & in hoc membra differunt a capite & conueniūt adinuicem. Vnde resurrectio Christi exemplar quodda nostræ resurrectionis est, ex cuius fide spes nobis de nostra resurrectione consurgit; non autem resurrectio alicuius membri Christi est causa resurrectionis cæterorum membrorum: & ideo Christi resurrectio debuit præcedere resurrectionem aliorum, qui omnes simul resurgere debuerunt in consummatione sæculorum.

¶ Ad secundum dicendum, quòd quamuis inter membra sint quædam alijs digniora & magis capiti conformia, non tamen pertingunt ad rationem capitis, vt sint causa aliorum: & ideo ex conformitate maiori ad Christum nō debetur eis, quòd eorum resurrectio præcedat resurrectionem aliorum, quasi exemplar exemplatum, sicut dictum est de resurrectione Christi. * Sed quòd aliquibus sit hoc concessum, quòd eorum resurrectio non sit vsque ad communem resurrectionem dilata, est ex speciali gratiæ priuilegio; non ex debito conformitatis ad Christum.

¶ Ad tertium dicendum, quòd de illa resurrectione sanctorum cum Christo, videtur dubitare Hier *. in sermone de Assumptione, Vtrùm scilicet peracto resurrectionis testimonio, iterum mortui sint, vt sic eorum fuerit magis susceptio quædam, sicut fuit Lazari, qui iterum mortuus est, quàm vera resurrectio, qualis erit in fine mundi; an ad immortalē vitā verè resurrexerint, vt semper incorpore victuri, in cœlum cū Christo ascendentes corporaliter. vt Glos. * dicit Matth. 27. & hoc videtur probabilius, quia ad hoc, quòd verum testimonium de vera resurrectione Christi proferrēt, congruum fuit, vt verè resurgerent, sicut Hieron. alibi dicit. Nec eorum resurrectio propter ipsos accelerata est, sed propter resurrectionem Christi testificandā, quod quidam testimonium erat ad fundandam fidem noui Testamenti. Vnde decentiùs factum est per patres veteris testamenti, quàm per eos qui iam nouo Testamento fundato decesserunt. Tamen sciendū est, quòd etsi de resurrectione eorum in Euangelio mentio fiat ante resurrectionem Christi; tamen vt per textum patet, intelligendum est per anticipationem esse dictum, quod frequenter historiographis accidit. Nulli enim vera resurrectione ante Christum resurrexerunt, eo quòd ipse est primitiæ dormientium: vt dicitur 1. Cor. 15. Quamuis fuerint aliqui resuscitati ante Christi resurrectionem, vt de Lazaro patet. *

¶ Ad quartum dicendum, quòd occasione illorum verborum: vt Augustinus narrat * lib. 20. de Ciuitate Dei: quidam hæretici posuerunt primam resurrectionem futuram esse mortuorum, vt cum Christo mille annis in terra regnarent: vnde vocati sunt Chiliastæ, quasi millenarii: & ideo Augustin. † dicit, verba illa aliter esse intelligenda, scilicet de resurrectione spirituali, per quā homines à peccatis dono gratiæ resurgunt. Secunda autem resurrectio est corporum. Regnum autem Christi dicitur Ecclesia, in qua cum Christo non solùm martyres, sed etiam alii electi regnant; vt à parte totum intelligatur: vel regnant cum Christo in gloria, quantū ad omnes; & sit specialiter mentio de martyribus, quia ipsi præcipuè regnant mortui, qui vsque ad mortem pro veritate certauerunt. Millenarius autem annorum non significat aliquem certum numerum, sed designat totum tempus quod nunc agitur, in quo nunc sancti cum Christo regnant; quia numerus millenarius designat vniuersitatē magis, quam centenarius, eo quòd centenarius est quadratum denarij, sed millenarius est numerus solidus, ex duplici ductu denarii in seipsum surgens: quia decies decem centū sunt, & centum decies mille sunt: & similiter in Psal. 104. dicitur, Verbi quod mandauit in mille generationes, id est, in omnes.

ARTICVLVS II.

Vtrùm tempus resurrectionis nostræ sit occultum. 336

AD secundum sic proceditur. Videtur quòd tempus illud non sit occultum. Quia cuius principiū est determinatum & scitum, & finis potest determinatè sciri, eo quòd omnia mensurātur quadam periodo, vt dicitur in 2. de Generatione: sed principium mundi determinatè scitur: ergo & finis ipsius potest determinatè sciri: Tunc autem erit tempus resurrectionis & iudicij: ergo tempus illud non est occultum.

¶ 2 Præt. Apocalyp. 12. dicitur, q; mulier (per quam Ecclesia significatur) habet locum paratum à Deo, in quo pascatur diebus mille ducētis sexaginta. Daniel. etiam 12. ponitur quidam determinatus numerus dierum, per quos anni significari videntur, secundùm illud Ezech. 4. Diem pro anno, diem, inquam, pro anno dedi tibi. ergo ex sacra Scriptura potest sciri determinatè finis mundi & resurrectionis tempus.

¶ 3 Præt. Status noui Testamenti præfiguratus fuit in veteri Testamēto: sed scimus determinatè tempus, in quo vetus Testamentum statum habuit; ergo & potest sciri tempus determinatè, in quo nouum Testamentum statum habebit. Sed nouum Testamentum habebit statum in fine mundi; vnde dicitur Matth. vltim. Ecce ego vobiscum sum vsque ad consummationem sæculi: ergo potest sciri determinatè finis mundi & resurrectionis tempus.

¶ Sed contra, Illud quod est ignoratum ab angelis, multò magis hominibus est occultum, quia ea ad quæ homines naturali ratione pertingere possunt, multo limpidiùs & certiùs angeli naturali cognitione cognoscunt. Similiter etiam reuelationes hominibus nō fiunt nisi mediantibus angelis, vt patet per Dion. *4. c. Cæles. Hierar. sed angeli nesciunt tempus determinatè, vt patet Mat. 24. De die illa & hora nemo scit, neque angeli cœlorum: ergo tempus illud est hominibus occultum.

¶ Præ-

non multum remotè à principio scipit: Cogitis me, to. 2.

Ioan. 11.

* Gloss. ordinar. super illud Matth. 27. Multa corpora sanctorum,

* Ca. 4. Coelest. Hier. à medio.

¶ Prætereà, Apostoli fuerunt magis conscij secretorum Dei, quam alij sequentes; quia vt dicitur Rom. 8. Ipsi primitias spiritus habuerunt. Glossa *, tempore priùs, & cæteris abundantiùs. Sed eis de hoc ipso quærentibus dictum est Act. 1. Non est vestrum nosse tempora vel momenta, quæ pater posuit in sua potestate: ergo multò magis est alijs occultum.

* Gl. inter lin. ibidē.

¶ Respondeo dicendum, quòd sicut Aug. * dicit in lib. 83. Quæstionum, ætas vltima generis humani, quæ incipit à Domini Aduentu vsque ad finem seculi, quibus generationibus computetur, incertum est: sicut etiam senectus, quæ est vltima ætas hominis, non habet determinatum tempus secundum mensuram aliarum, cùm quandoq; sola tantū teneat temporis quantum reliquæ ætates omnes. Huius autem ratio est, quia determinatus numerus futuri temporis sciri non potest, nisi vel per reuelationem, vel per naturalem rationem: tempus autem quod erit vsque ad resurrectionem, enumerari non pōt naturali ratione, quia simul erit resurrectio & finis motus cœli, vt dictum * est. Ex motu autem accipitur numerus omnium, quæ determinato tempore per naturalem rationem futura præuidentur: ex motu autem cœli non potest cognosci finis eius: quia cùm sit circularis, ex hoc ipso hēt quòd secūdum naturam suam possit in perpetuum durare. Vnde naturali ratione tempus, quod erit vsq; ad resurrectionem, numerari non potest. Similiter etiam per reuelationem haberi non potest, ideo, vt omnes sint soliciti & parati ad Christo occurrendum, & propter hoc etiam Apostolis de hoc quærentibus respondit Christus Act. 1. Nō est vestrum nosse tempora vel momenta, quæ Pater posuit in sua potestate: in quo, vt Aug. * dicit 18. de Ciu. Dei, omnium de hac re calculatorum digitos resoluit & quiescere iubet. Quod. n. Apostolis quærentibus noluit indicare, nec alijs reuelabit: vnde omnes illi qui tempus prædictum numerare voluerunt, hactenus falsi loqui sunt inuenti. Quidam enim, vt Aug. † dicit ibidem, dixerunt, ab Ascensione Domini vsq; ad vltimum eius Aduentum quadringentos annos posse compleri, alii quingentos, alii mille; quorum falsitas patet, & patebit similiter eorum, qui adhuc computare non cessant.

Art. præc. cor.

Aug. li. 18. de Ciu. c. 53. paulò ante medium, t. 5. † paulò ante locum iam citatum.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd eorum quorum finis cognoscitur principio noto, oportet mensuram nobis esse cognitam: & ideo cognito principio alicuius rei, cuius duratio mensuratur motu cœli, possumus cognoscere eius finem, eo quòd motus cœli est nobis notus: sed mensura durationis motus cœli est sola diuina dispositio, quæ est nobis occulta: & ideo quantuncunque sciamus principium eius finem scire non possumus.

* Aug. in li. 83. q. 58. circa medium, t. 4.

¶ Ad secundum dicendum, quòd per mille, ducentos sexaginta dies, de quibus fit mentio Apoc. 12. significatur omne tempus, in quo Ecclesia durat, & non determinatus aliquis numerus annorū: & hoc ideo, quia prædicatio Christi, super quam fundatur Ecclesia, duauit tribus annis cum dimidio, quod tēpus ferè continet æqualem numerum dierum numero prædicto. Et similiter etiam numerus eorum, qui in Daniele ponitur, non referendus ad numerum aliquem annorū, qui sint vsque ad finem mundi; vel vsque ad prædicationem Antichristi, sed dēt referri ad tempus quo prædicabit Antichristus, & quo persequutio eius durabit.

¶ Ad tertium dicendum, quòd quamuis status noui Testamenti in generali sit præfiguratus per statum veteris Testamenti, non tamen oportet, quòd singula respondeant singulis, præcipuè cùm in Christo omnes figuræ veteris Testamenti fuerint completæ. Et ideo Aug. 18. de Ciui. Dei, respondet quibusdam, qui volebant accipere numerum persecutionum, quas Ecclesia passa est & passura, secundum numerum plagarum Ægypti *, dicēs, Ego illa re gesta in Ægypto *, istas per sequutiones prophetice significatas esse non arbitror, quamuis ab eis, qui hoc putant, exquisitè, & ingeniosè illa singula his singulis computata videantur non prophetico spiritu, sed coniectura mentis humanæ, quæ aliquando ad verum peruenit, aliquando fallitur: & similiter videtur esse de dictis Abbatis Ioachim, qui per tales coniecturas de futuris aliqua vera prædixit, & in aliquibus deceptus fuit.

Aug. 18. de Ciu. c. 52. to. 5.

Exod. 7. Exod. 14.

ARTICVLVS III.

Vtrùm resurrectio futura sit in noctis tempore. 337

AD tertium sic proceditur. Videtur, quòd resurrectio non erit in noctis tempore. Quia resurrectio non erit donec atteratur cœlum: vt dicitur Iob decimoquarto, Sed cessante motu cœli, quod dicitur eius attritio, non erit tempus, nec nox, nec dies: ergo resurrectio non erit in nocte.

¶ 2 Præt. Finis vniuscuiusque rei debet esse perfectissimus: sed tunc erit finis perfectissimus temporis: vnde in Apoc. dicitur, quòd tempus amplius non erit: ergo tunc debet esse tempus in sui optima dispositione, & ita debet esse dies.

¶ 3 Præt. Qualitas temporis debet respondere his quæ geruntur in tempore: vnde Ioan. 13. fit mentio de nocte, quando Iudas exiuit à consortio lucis: sed tunc erit perfecta manifestatio eius, quæ nūc latent, quia cùm venerit Dominus, illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium: vt dicitur 1. Cor. 4. ergo debet esse in die.

¶ Sed contra, Resurrectio Christi est exemplar nostræ resurrectionis: sed resurrectio Christi fuit in nocte, vt Greg. * dicit in Homil. Paschali: ergo & nostra resurrectio nocturno tempore erit.

Hom. 21. in Euang. non remote à fi.

¶ Præterea, Aduentus Domini comparatur aduentui furis in domum, vt patet Luc. 12. Sed fur in tempore nocturno venit in domum: ergo & Dominus in tēpore nocturno venier. Sed veniēte ipso fiet resurrectio, vt dictum * est: ergo fiet resurrectio in tēpore nocturno.

Q. præce. art. 2.

¶ Respon. dicendum, quòd determinata hora temporis, qua fiet resurrectio, sciri pro certo non potest, vt in litera * dicitur: tamen satis probabiliter à quibusdā dicitur, quòd resurrectio erit quasi in crepusculo; sole existente in Oriente, & luna in Occidente: quia in tali dispositione sol & luna creduntur esse creata, vt sic eorum circulatio compleatur penitus per reditum ad idem punctum: vnde in Christo dicitur, quòd tali hora resurrexit.

lib. 4. sent. dist. 43. paragr. C.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd quando resurrectio erit, non erit tempus, sed finis temporis: quia in eodem instanti, in quo cessabit motus cœli, erit resurrectio mortuorum, & erit situs syderum secundum dispositionem, qua se habent nunc in aliqua determinata hora, & secundum hoc dicitur resurrectio futura tali vel tali hora.

¶ Ad secundum dicendum, quòd optima dispositio temporis dicitur esse in meridie propter illuminationem Solis; sed tunc ciuitas Dei non egebit neque sole neq; luna, quia claritas Dei illuminabit eam, vt dicitur Apocal. vltim. & ideo quantum ad hoc non refert vtrum in die vel in nocte resurrectio fiat.

¶ Ad tertium dicendum, quòd tempori illi congruit manifestatio, quantum ad ea, quæ tunc gerentur; & occultatio, quantum ad determinationem ipsius temporis: & ideo vtrunque congruè fieri potest, vt scilicet sit resurrectio in die vel in nocte.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ARTICVLVS IIII.

Utrùm resurrectio futura sit subitò, vel successiuè.

338 AD quartum sic proceditur. Videtur, quòd resurrectio non fiet subitò, sed successiuè. Quia Ezech. 37. prænuntiatur resurrectio mortuorum, vbi dicitur: Accesserunt ossa ad ossa, & vidi, & ecce super ea nerui & carnes ascenderunt, & extenta est in eis cutis desuper, & spiritum non habebant: ergo reparatio corporum præcedet tempore coniunctionẽ animarum, & sic resurrectio non erit subita.

¶ 2 Præt. Illud ad quod exiguntur plures actiones se consequentes, non potest subitò fieri: sed ad resurrectionem exiguntur plures actiones se cõsequentes, scilicet, collectio cinerum, reformatio corporis, & infusio animæ: ergo resurrectio non fiet subitò.

Q. præce. art. 2.

¶ 3 Præt. Omnis sonus tempore mensuratur: sed sonus tubæ erit causa resurrectionis, vt dictum est*: ergo resurrectio fiet in tempore & non subitò.

Aristotel. in lib. de sensu & sensato, c. 7.

¶ 4 Præt. Nullus localis motus potest esse subitò, vt dicitur in lib. de Sensu & sensato*: sed ad resurrectionem exigitur aliquis motus localis in collectione cinerum: ergo non fiet subitò.

¶ Sed contra, est quod dicitur 1. Cor. 15. Omnes quidem resurgemus in momento, in ictu oculi: ergo resurrectio erit subitò.

¶ 5 Præt. Virtus infinita subitò operatur: sed sicut Dam*. dicit Crede resurrectionem futurã diuina virtute; de qua constat, quòd sit infinita: ergo resurrectio erit subitò.

* lib. 4 orthod. fid. cõ procul à fine libri.

¶ Respon. dicendum, q̃ in resurrectione aliquid fiet ministerio angelorum; & aliquid virtute diuina immediatè, vt dictum* est. Illud ergo quod fiet ministerio angelorum, non erit in instanti, si instans dicatur indiuisibile temporis; erit tamen in instanti, si instans accipiatur pro tempore imperceptibili. Illud autem quod fiet virtute diuina immediatè, fiet subitò, scilicet in termino temporis, quo angelorum opus complebitur: quia virtus superior inferiorem ad perfectionem adducit.

Q. præce. art. 3.

¶ Ad primum ergo dicendum, q̃ Ezechiel loquebatur populo rudi: vnde sicut Moyses distinxit opera sex dierum per dies, vt rudis populus capere posset; quamuis omnia simul sint facta secundum Aug.* ita Ezech. diuersa, quæ in resurrectione futura sunt, expressit, quamuis omnia simul sint futura in instanti.

† li. 4. sup Genes. ca. 34. 10. 3. & vident 2. Sent. dist. 12. parag. B. & C. & eodem li. dist. 15. paragr. E. Al. prolationis. Q. præce. art. 3.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ quamuis illæ operationes sint se inuicem consequẽtes natura, sunt tamen simul tempore, quia vel sunt simul in eodem instanti, vel vna est in instanti, ad quod alia terminatur.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ idem videtur esse dicendum de sono illo & de formis sacramentorum, s. q̃ in vltimo instanti * sonus effectum suum habebit.

¶ Ad quartum dicendum, q̃ congregatio cinerum, quæ sine motu locali esse non potest, fiet ministerio angelorum: & ideo erit in tẽpore, sed imperceptibili, propter facilitatem operandi, quæ competit angelis.

QVAEST. LXXVIII.

De termino à quo resurrectionis, in tres articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de termino à quo resurrectionis.

¶ Circa quod quæruntur tria.

¶ Primò, vtrum mors sit terminus à quo resurrectionis in omnibus.

¶ Secundò, vtrum cineres vel pulueres.

¶ Tertiò, vtrum illi pulueres habeant naturalem inclinationem ad animam.

ARTICVLVS I.

Utrùm mors erit terminus à quo resurrectionis in omnibus.

AD primum sic proceditur. Videtur, quòd mors non erit terminus à quo resurrectionis in omnib. Quia quidam non morientur, sed immortalitate superuestientur, dicitur enim in Symbolo, quòd dominus venturus est iudicare viuos & mortuos: hoc autẽ non potest intelligi quantum ad tempus iudicij, quia tunc erunt omnes viui: ergo oportet, quòd referatur hæc distinctio ad tempus præcedens & ita non omnes ante iudicium morientur.

339 Thom. d. 43. q. vnic. art. 4. q. 1. & seq.

¶ 2 Præt. Naturale & commune desiderium non potest esse vacuum & inane, quin in aliquibus explea tur; sed secundum Apostolum 2 Cor. 5. Hoc est commune desiderium*, quòd nolumus expoliari, sed superuestiri: ergo aliqui erunt qui nunquam expoliabuntur corpore per mortem, sed superuestientur gloria resurrectionis.

Al. quo.

¶ 3 Præt. Aug.* in Ench. dicit, quòd quatuor vltimæ petitiones Dominicæ orationis ad præsentem vitam pertinent, quarum vna est. Dimitte nobis debita nostra: ergo Ecclesia petit in hac vita sibi omnia debita relaxari. Sed Ecclesiæ oratio non potest esse cassa, quin exaudiatur, Ioan. 16. Si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis: ergo Ecclesia in aliquo huius vitæ tempore omnium debitorum remissionem consequitur. Sed vnum de debitis, quo pro peccato primi parentis astringimur, est, quòd nascamur in originali peccato: ergo aliquãdo hoc Ecclesiæ Deus præstabit, quòd homines sine originali peccato nascentur: sed mors est pœna originalis peccati: ergo aliqui homines erunt in fine mundi qui non morientur, & sic idem quod prius.

† In Enchir. cap. 10.

¶ 4 Præt. Via compendiosior est semper sapienti magis eligenda: sed compendiosior via est, quòd homines qui inuenientur viui, in impassibilitatem resurrectionis transferantur, q̃ quòd prius moriantur, & postea resurgant à morte in immortalitatem: ergo Deus qui est summè sapiens, hanc viam eliget in his, qui viui inuenientur; & sic idem quod prius.

¶ Sed contra, 1. Cor. 15. Quod seminas, non viuificatur nisi prius moriatur; & loquitur sub similitudine seminis de resurrectione corporũ: ergo corpora à morte resurgent.

¶ 2 Præt. 1. Cor. 15. Sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes viuificabuntur: sed in Christo omnes viuificabuntur: ergo in Adam omnes morientur, & sic resurrectio omnium erit à morte.

¶ Respondeo dicendum, quòd super hac quæstione varie loquuntur sancti, vt in litera † paret; tamen securior est hæc & communior opinio, quòd omnes morientur & à morte resurgẽt: & hoc propter tria. Primò, quia magis concordat diuinæ iustitiæ, quæ humanam naturam pro peccato primi parentis damnauit, vt omnes qui per actum naturæ ab eo originem ducerent, infectionem originalis peccati cõtraherent, & per consequens, mortis debitores essent. Secundò, quia magis concordat diuinæ Scripturæ, * cuæ omnia futuram resurrectionem prædicit. Resurrectio autẽ propriè non est nisi eius quod cecidit, & dissolutum est, vt Dam.* dicit. Tertiò, quia magis concordat ordini naturæ, in quo inuenimus, q̃ illud quod corruptum, & vitiatum est, in suam nouitatem non reducitur, nisi corru-

† In Enchir. cap. 10.

1. Cor. 15.

† li. 4. sup. in prin.

corruptione mediante: sicut acetum non fit vinum, nisi acetо corrupto, & in humorem vitis transeunte: vnde cùm natura humana in defectum necessitatis moriendi deuenerit, non erit reditus ad immortalitatem, nisi mediante morte. Conuenit enim ordini naturæ propter aliam rationẽ: quia vt in 8.* Physi. dicitur, motus cæli est, vt vita quædam, natura existentibus oibus; sicut etiam motus cordis, totius corporis vita quædã est. Vnde sicut cessante motu cordis, omnia membra mortificantur; ita cessante motu cœli, non potest aliquid viuum remanere illa vita, quæ ex influentia illius motus conseruabatur; talis autem est vita qua nunc * degimus. Vnde oportet, quòd ex hac vita discedat, qui post motum cœli quiescentem victurus est.

* li. 8. Phy. apud Arist. in prin. li.

Al. regimur.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd distinctio illa mortuorum & viuorum non est referenda ad ipsum iudicij tempus, neque ad totum tempus præteritum: quia omnes iudicandi aliquo tempore fuerunt viui, & aliquo tempore mortui: sed ad illud tempus determinatum, quod immediatè iudicium præcedet, quando scilicet iudicij signa incipient apparere.

¶ Ad secundum dicendum, quòd perfectum sancto desiderium non potest esse * vanum, sed nihil prohibet desiderium conditionatum eorum † vanum esse: & tale desiderium est quo nolumus expoliari, sed superuestiri, scilicet si possibile sit: & hoc desiderium à quibusdam vellеitas dicitur.

Al. vacuũ. Al. vacuũ.

Ad tertium dicendum, quòd hoc est erroneum dicere, quòd aliquis sine peccato originali concipiatur præter Christum; quia illi qui sine peccato originali conciperentur, non indigerent redemptione, quæ facta est per Christum, & sic Christus non esset omnium redemptor: nec potest dici, quòd non hac redemptione indiguerunt, quia præstitum fuit eis vt sine peccato conciperentur: diua vel illa gratia facta est patentibus, vt in eis virtus naturæ sanaretur; quo in aliquo, sine originali peccato generare nõ possent: vel ipsi naturæ, quæ sanata est. Oportet autem ponere q̃ quilibet personaliter redemptione Christi indigeat, non solum ratione naturæ. Liberat autem à malo, vel à debito ab solui non potest, nisi qui debitum incurrit, vel in malum deiectus fuit; & ideo non possent omnes fructũ Dominicæ orationis † ipsis percipere, nisi omnes debitores nascerentur & malo subiecti. Vnde dimissio debitorum, vel liberatio à malo non potest intelligi q̃ aliquis sine debito, vel immunis à malo nascatur, sed quia cum debito natus, postea per gratiam Christi liberatur. Nec etiam sequitur, si potest sine errore poni, q̃ aliqui non moriantur, quod sine originali † nascantur, licet mors sit pœna peccati originalis: quia Deus potest ex misericordia relaxare alicui pœnam, ad quã obligatur ex culpa præterita, sicut adulteram sine pœna dimisit, Ioan. 8. Et similiter poterit à morte liberare eos qui reatum mortis contraxerunt, cum originali nascendo: & sic non sequitur, si non morientur, ergo nascentur sine originali peccato.

† Alias quãuis nõ sine origi nali.

¶ Ad quartum dicendum q̃ non semper via compendiosior est magis eligenda, sed solum quando est magis vel æqua hrer accõmoda ad finem consequendum: & sic non est hic, vt ex dictis* paret.

In cor. ar.

ARTICVLVS II.

Utrùm omnium resurrectio erit à cineribus.

340 AD secundum sic proceditur. Videtur, quòd non omnium resurrectio erit à cineribus. Resurrectio enim Christi est exemplar nostræ resurrectionis: sed resurrectio eius non fuit à cineribus, quia caro eius non vidit corruptionem, vt dicitur in Psal. 15. & Act. 2. ergo resurrectio omnium non erit ex cineribus.

¶ 2 Præterea, Corpus hominis non semper comburitur; sed in cineres non potest aliquid resolui, nisi per combustionem: ergo non omnes à cineribus resurgent.

¶ 3 Præterea, Corpus hominis mortui non statim post mortem in cinerem redigitur: sed quidam statim post mortem resurgent, vt in litera * dicitur, scilicet illi qui viui inuenientur: ergo non omnes resurgent à cineribus.

l. 4. Sent. dist. 43. q. 2.

¶ 4 Præt. Terminus à quo respondet termino ad quem: sed terminus ad quem resurrectionis non est idem in bonis, & malis, 1. Cor. 15. Omnes quidem resurgemus, sed nõ omnes immutabimur: ergo nec est idẽ terminus à quo: & sic si mali resurgent à cineribus, boni à cineribus non resurgent.

¶ Sed contra est, quod dicit Haymo. * Omnes in originali peccato natos tenet hæc sententia, Terra es, & in terram ibis: sed omnes, qui in communi resurrectione resurgent, fuerunt nati in peccato originali, vel natiuitate ex vtero, vel saltem natiuitate in utero: ergo omnes à cineribus resurgent.

* In hom. Circumcisionisquæ scipit Mediatoris Dei, aliqd tale habet

¶ Præterea, Multa sunt in corpore humano, quæ non sunt de veritate humanæ naturæ, sed omnia illa auferentur: ergo oportet omnia corpora in cinerem resolui.

¶ Respondeo dicendum, quòd eildem rationibus, quibus ostensum * est, omnes à morte resurgere, est etiam ostendendum, quòd omnes resurgent à cineribus in communi resurrectione, nisi aliquibus ex speciali priuilegio gratiæ, sit indultum contrarium, sicut & resurrectionis acceleratio. Scriptura autem sacra fi cut resurrectionem prænuntiat, ita & corporum reformationem: Philip. 3. & ideo oportet, quòd sicut omnes morimur ad hoc, quòd omnes verè resurgere possint, ita omnium corpora dissoluentur ad hoc, quòd omnium corpora reformari possint: sicut etiam in pœnam hominis mors à diuina iustitia est inflicta, ita & corporis resolutio, vt patet Gen. 3. Terra es, & in terram ibis. Similiter ordo naturæ exigit, vt non solum animæ, & corporis coniunctio soluatur, sed etiam elementorum commixtio (sicut etiam acetum non potest in vini quia litatem reduci, nisi prius facta resolutione in materiã præiacentem) ipsa enim elementorum commixtio ex motu cœli causatur & conseruatur; quo cessante, omnia mixta in pura elementa resoluentur.

Art. præc.

¶ Ad primum ergo dicẽdũ, quòd resurrectio Christi est exemplar nostræ resurrectionis, quo ad terminũ ad quem, non autem quo ad terminum à quo.

¶ Ad secundum dicendum, quòd per cineres intelliguntur omnes reliquiæ quæ remanent humano corpore resoluto, duplici ratione. Primò, quia communis mos erat apud antiquos corpora mortuorum comburere, & cineres reseruare. Vnde inoleuit modus loquendi, vt ea, in quæ corpus humanum resoluitur, cineres dicantur. Secũdo, propter causam resolutionis, quæ est incendium fomitis, quo corpus humanum radicitus est infectum; vnde ad purgationem huiusmodi infectionis, oportet vsque ad prima componentia corpus humanum resolui: quod autem propter incendium resoluitur, dicitur in cineres resolui: & ideo ea, in quæ corpus humanum resoluitur, cineres dicuntur.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ille ignis, qui faciem mundi purgabit, poterit statim corpora eorum, qui viui inuenientur vsque ad cineres resoluere, sicut & alia mixta resoluet in materiam præiacentem.

¶ Ad quartum dicendum, quòd motus non accipit speciem à termino à quo, sed à termino ad quem: & ideo resurrectio sanctorum, quæ erit gloriosa, operatur quòd differat à resurrectione impiorum, quæ non erit glorio-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Al. Contigit autē

gloriosa penes terminum ad quem, non autem penes terminum à quo.* Conuenit enim frequenter non esse eundem terminum ad quem, existente eodem termino à quo, sicut de nigredine potest aliquid moueri in albedinem, & in pallorem.

ARTICVLVS. III.

Vtrùm pulueres illi, ex quibus humanum corpus reparabitur, aliquam habeant inclinationem naturalem ad animam, quæ eis coniungetur.

342

Ad tertium sic proceditur. Videtur, quòd pulueres illi, ex quibus corpus humanum reparabitur, aliquam habeant inclinationem naturalem ad animam, quæ eis coniungetur. Si enim nullam inclinationem habent ad animam, eodem modo se haberent ad illam animam, sicut alii pulueres, ergo non esset differentia, vtrùm ex illis vel ex aliis pulueribus reficeretur corpus animæ coniungendum: quòd falsum est.

¶ 2 Præt. Maior est dependentia corporis ad animam, quàm animæ ad corpus: sed anima separata à corpore, adhuc habet aliquam dependentiam ad corpus, vnde retardatur eius motus in Deum propter appetitum corporis, vt dicit Hier†. ergo multò fortius corpus separatum ab anima, adhuc habet naturalem inclinationem ad animam illam.

Id habet Aug. li. 12. super Genes. ca. 35. 20. 3.

¶ Præt. Iob. 20. dicitur, Ossa eius implebuntur vitiis adolescentiæ eius, & cum eo in pulvere dormient: sed vitia non sunt nisi in anima: ergo adhuc in illis pulueribus remanebit aliqua naturalis inclinatio ad animam.

¶ Sed contra, Corpus humanum potest resolui ad ipsa elementa, vel etiam in carnes aliorum animalium conuerti, sed elementa sunt homogenea, & similiter caro leonis vel alterius animalis, cùm ergo in aliis partibus elementorum vel animalium non sit aliqua inclinatio naturalis ad illam animam, nec in illis partibus, in quas conuersum est corpus humanum, erit aliqua inclinatio ad animam. Prima per auctoritatem Augustini† patet in Enchir. Corpus humanum, in quancunque aliorum corporum substantiam, vel in ipsa elementa vertatur, in quorumcunque animalium etiam hominum cibum cedat, carnemque vertatur, illi animæ humanæ in puncto temporis cedet, quæ vt illud prius fieret, viueret & creseceret, animauit.

In Enchi. c. 88. to. 3.

In argu. Sed contra.

¶ Præt. Cuilibet inclinationi naturali respondet aliquod agens naturale, aliàs natura deficeret in necessariis, sed à nullo agente naturali, possunt prædicti pulueres eidem animæ iteratò coniungi, ergo in eis non est aliqua naturalis inclinatio ad prædictam coniunctionem.

¶ Respon. dicendum, quòd circa hoc est triplex opinio. Quidam enim dicunt, quòd corpus humanum nunquam resolutur vsque ad elementa, & ita semper in cineribus manet aliqua vis addita elementis, quæ facit naturalem inclinationem ad eandem animam. Sed hæc positio contrariatur auctoritati Aug.* inducæ, & sensui, & rationi: quia omnia composita ex contrariis, possibile est in ea resolui, ex quibus componuntur. Et ideo alii dicunt, quòd illæ partes elementorum, in quas humanum corpus resoluitur, tenent plus de luce, ex hoc quòd fuerunt animæ humanæ cõiunctæ, & ex hoc habent quandam inclinationem ad animas humanas. Sed hoc iterũ friuolũ est: quia partes elementorum sunt eiusdem naturæ: & æqualiter habent participationem lucis & obscuritatis. Et ideo aliter dicendum est, quòd in cineribus illis nulla est inclinatio naturalis ad resurrectionem, sed solum ex ordine diuinæ prouidentiæ, quæ statuit illos cineres iterum animæ coniungi, & ex hoc prouenit, quòd illæ partes elementorum iteratò coniungentur, & non aliæ.

¶ Vnde patet solutio ad Primum.

¶ Ad secundum dicendum, quòd anima separata à corpore, manet in eadem natura, quam habebat, cũ corpori esset vnita, quod de corpore non contingit: & ideo non est simile.

¶ Ad tertium dicendum, quòd verbum illud Iob non est intelligendum, quòd vitæ actu maneant in pulueribus mortuorum, sed secundum ordinem diuinæ iustitiæ, quo sunt deputati cineres illi ad corporis reparationem, & quòd pro peccatis commissis cruciabuntur in æternum.

QVAEST. LXXIX.

De conditionibus Resurgentium, & primò de eorum identitate, in tres articulos diuisa.

Consequenter agendum est de conditionibus resurgentium. Vbi prima consideratio erit de his, quæ communiter ad bonos & malos pertinent. Secunda, de his quæ tantum ad bonos pertinent. Tertia, de his quæ spectant tantum ad malos. Ad bonos autem & malos communiter tria pertinent, scilicet ipsorum identitas, integritas, & qualitas. Et primò videndum est de resurgentium identitate. Secundò, de corporum integritate. Tertio de ipsorum qualitate.

¶ Circa primum quæruntur tria.

¶ Primò, vtrùm idem numero corpus resurget.

¶ Secundò, vtrùm idem numero homo.

¶ Tertiò, vtrùm oporteat eosdem pulueres ad eadem partes, in quibus antè fuerant, reuerti.

ARTICVLVS I.

Vtrùm anima idem corpus numero resumat in resurrectione.

343 Tho. in 4 dist. 44. q. 1. ar. 1. q. 1. & seq.

Ad primum sic proceditur. Videtur, quòd non idem numero corpus anima resumat in resurrectione. 1. Cor. 15. Non corpus quod futurum est, seminas, sed nudum granum: sed Apostolus ibi comparat mortem seminationi, & resurrectionem pullulationi: ergo non idem corpus, quod per mortem deponitur, in resurrectione resumitur.

¶ 2 Præt. Cuilibet formæ aptatur materia secundum suam conditionem; & similiter cuilibet agenti, instrumentum: sed corpus comparatur ad animam, sicut materia ad formam, & sicut instrumentum ad agentem: cùm ergo anima in resurrectione non sit eiusdem conditionis, sicut modò est: quia vel transfertur totaliter in cœlestem vitam, cui inhæsit viuens in mundo; vel deprimitur in brutalem, (brutaliter in hoc mundo vixit: videtur, quòd non resumet idem corpus, sed vel cœleste, vel brutale.

¶ 3 Præt. Corpus humanum vsq; ad elementa post mortem resolvitur, vt dictum* est supra: sed illæ partes elementorum, in quas corpus humanum resolutum est, non conueniunt cũ humano corpore, quod in ea resolutum est, nisi in materia prima, quo modo quælibet aliæ partes elementorum cum prædicto corpore conueniunt: si aũt ex aliis partibus elementorum corpus formaretur, non diceretur idem numero: ergo nec si ex illis partibus reparetur corpus, erit numero idem.

Art. vltimo præc. q. præsertim ad 2.

¶ 4 Præt. Impossibile est illud corpus esse idẽ numero, cuius partes essẽtiales sunt aliæ numero: sed forma mixti

mixti quæ est essentialis pars corporis humani, sicut forma eius, non poterit eadem numero resumi: ergo corpus non erit idem numero. Probatio mediæ, Illud quod penitus cedit in non ens, non potest idem numero resumi, quod patet ex hoc, quòd non potest esse idẽ numero, cuius est esse diuersum: sed esse interruptum quod est actus entis, est diuersum, sicut & quilibet alius actus intertruptus: sed forma mixtionis cedit penitus in non ens per mortem, cum sit forma corporalis: & similiter qualitates contrariæ, ex quibus fit mixtio: ergo forma mixtionis non redit eadem numero.

¶ Sed contra est, quod dicitur Iob 19. In carne mea videbo Deum Saluatorem meum: loquitur autẽ de visione post resurrectionẽ, quod patet ex hoc quod Præcedit, In nouissimo die de terra surrecturus sum: ergo idem numero corpus resurget.

¶ Præterea, Sicut Damasc.* dicit in 3. li. Resurrectio est eius, quod cecidit, secunda surrectio: sed hoc corpus quod nunc gerimus, per mortem cecidit: ergo idem numero resurget.

*li. 4. c. 28 circa principium.

¶ Respondeo dicendum quòd circa hanc quæstionem & Philosophi errauerunt, & quidam hæretici moderni errant. Quidam enim Philosophi* posuerunt animas à corpore separatas iteratò corporibus coniungi. Sed errabant in hoc, quantum ad duo. Primò quidẽ quantum ad modum coniunctionis, quia quidam ponebant corpori iterum coniungi naturaliter animam separatam, per viam generationis. Secundò, quantum ad corpus, cui coniungebatur, quia ponebant, quòd secunda coniunctio non erat ad idem corpus numero quod per mortem depositum est, sed ad aliud, quando quẽ idem specie, quandoquẽ autem diuersum. Ad diuersum quidem, quando anima in corpore existẽs præter rationis ordinem vitam duxerat† Vnde transibat post mortem de corpore hominis in corpus alterius animalis, cuius moribus viuendo se conformauit; sicut in corpus canis, propter luxuriam: in corpus leonis, propter rapinam & violentiam; & sic de aliis. Sed in corpus eiusdem speciei, quando anima bene in corpore viuens, post mortem aliqua felicitate perfuncta, post aliqua sæcula incipiebat ad corpus velle redire, & sic iterum corpori coniungebatur humano. Sed hæc opinio ex duabus falsis radicibus venit. Quarum prima est, quia dicebant, quòd anima non coniungitur corpori essentialiter, sicut forma materiæ; sed solum accidentaliter, sicut motor mobili, aut sicut homo vestimento*: & ideò ponere poterant, quòd anima præexistebat antequam corpori generato infunderetur in generatione naturali: & iterum, quòd diuersis corporibus vniretur. Secunda est, quia ponebant intellectum non differre à sensu nisi accidentaliter: vt scilicet homo diceretur intellectum habere præ aliis animalibus, quia in eo propter optimam corporis complexionem vis sensitiua amplius viget: vnde poterant ponere, quòd anima hominis in corpus animalis bruti transiret, præcipuè facta immutatione animæ humanæ ad* effectus brutales. Sed illæ duæ prædictæ radices destruuntur à Philosopho* in lib. de Anima, quibus destructis, patet falsitas prædictæ positionis. Et simili modo destruuntur errores quorundam hæreticorum, quorum quidam in prædictas opiniones Philosophorum inciderunt: quidam autem posuerunt animas iteratò coniungi corporibus cælestibus, vel etiam corporibus in modum venti subtilibus, vt Gregorius* de quodam Episcopo Constantinopolitano narrat, exponens illud Iob 19. In carne mea videbo Deum, & cætera. Et propter hoc prædicti errores hæreticorum destrui possunt ex hoc, quòd veritati resurrectionis præiudicant, quam sacra Scriptura profitetur: non enim resurrectio dici potest, nisi anima ad idem corpus redeat, quia resurrectio est iterata surrectio: eiusdem autem est surgere & cadere. Vnde resurrectio magis respicit corpus, quod post mortem cadit, quàm animam, quæ post mortem viuit; & ita si non est idem corpus, quod anima resumit, non dicetur resurrectio, sed magis noui corporis assumptio.

Vis Thomam in 2. Sent. di. 18 q. 2. ar. 1. 2. & præcipuè 3.

Dequo et 2. c. 79 ar. 2. corp.

Aliàs affectus.

* lib. 2. de Asa text. 30. vsque ad 34.

Greli. 14 Mor. c. 32

Ad primum ergo dicendum, quod similitudo non currit per omnia, sed quantum ad aliquid. In seminatione enim grani, granum seminatum & natum non est idem numero: nec eodem modo se habens, cum primo seminatum fuerit absque folliculis, cum quibus tamen nascitur: corpus autem resurgens erit idem numero, sed alio modo se habens; quia fuit mortale, & surget in immortalitate.

¶ Ad secundum dicendum, quòd differentia quæ est inter animam resurgentis, & animam in hoc mundo viuentis, non est secundum aliquid essentiale, sed secundum gloriam & miseriam, quæ differentiam accidentalem faciunt: vnde non oportet, quòd aliud corpus numero resurgat, sed alio modo se habens, vt respondeat proportionabiliter differentia corporum differentiæ animarum.

¶ Ad tertium dicendum quòd illud quod intelligitur in materia ante formam, remanet in materia post corruptionem: quia remoto posteriori, adhuc potest remanere prius: oportet autem, vt Commentator dicit in primo Physic.* & in lib. de substantia† orbis, in materia generabilium, & corruptibilium, ante formã substantia ẽ intelligere dimensiones non terminatas, secundum quas attendatur diuisio materiæ, vt diuersas formas in diuersis partibus recipere possit: vnde & post separationem substantialis formæ à materia, adhuc dimensiones illæ manent eædem: & sic materia sub illis dimensionibus existens, quamcunque formam accipiat, habet maiorem identitatem ad illud, quod ex ea generatum fuerat, quàm aliqua pars alia materiæ sub quacunque forma existens, & sic eadẽ materia ad corpus humanum reparãdum reducetur, quæ prius in re ria eius fuit.

*li. 1. Phisic. text. 67. † c. 2. 1. 4. & vltimo.

¶ Ad quartum dicendum, quòd sicut qualitas simplex non est forma substantialis elementi, sed accidens proprium eius, & dispositio, per quam materia efficitur propria tali formæ, ita forma mixtionis, quæ est qualitas resultans ex qualitatibus simplicibus ad medium venientibus, non est forma substantialis corporis mixti, sed est accidens proprium & dispositio, per quam materia fit necessaria ad formã. Corpus autem humanum præter hanc formam mixtionis non habet aliquam formam substantialem, nisi animam rationalem, quia si haberet aliam formam substantialem priorem, illa daret ei esse substantiale, & sic per eam constitueretur in genere substantiæ, vnde anima iam aduenire corpori constituto in genere substantiæ, & sic comparatio animæ ad corpus esset, sicut comparatio formarum artificialium ad suas materias, quantum ad hoc, quod constituuntur in genere substantiæ per suam materiam, vnde coniunctio animæ ad corpus esset accidentalis, quod est error antiquorũ philosophorũ à Philosopho reprobatus in lib. de anima. Sequeretur etiam quòd corpus humanum, & singulæ partes eius non æquiuoce retinerent priora nomina, quod est contra philosophum* in 2. de anima. Vnde cum anima rationalis remaneat, nulla forma substantialis corporis humani cedit penitus in non ens: formarum autem accidentalium variatio, non facit diuersitatem in numero. Vnde idem numero resurget, cum materia eadem numero resumat, vt in præcedẽti solutione dictũ* est.

* Arist. li. 2. text 9.

In præce. solutione.

ARTICVLVS II.

Vtrùm sit idem numero homo qui resurget.

343

Ad secundum sic proceditur. Videtur, quod non sit idem numero homo qui resurget. Sicut enim dicit Philo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

* Arist. li. 2. de Gene. in fin. illius li. bri.

Philosophus* in 2. de Generatione. Quæcunque habẽt speciem corruptibilem motam, non reiterantur eadem numero: sed talis est substantia hominis secundum præsentem statum: ergo non potest post mutationem mortis reiterari idem numero.

¶ 2 Præterea, Vbi est alia & alia humanitas, non est idem homo numero: vnde Socrates & Plato sunt duo homines, & non vnus homo, quia alia est humanitas vtriusque. Sed alia est humanitas resurgẽtis ab ea, quã nunc habet. Ergo non est idem homo numero. Media probari potest dupliciter. Primò, quia humanitas (quæ est forma totius) non est forma & substantia, sicut anima, sed est forma tantùm: huiusmodi autem formæ cedunt penitùs in non ens, & sic non possunt iterari. Secundò, quia humanitas resultat ex coniunctione partium: sed non potest eadem numero coniunctio resumi, quæ prius fuit, quia iteratio identitati opponitur; iteratio enim numerum importat, identitas autem vnitatem, quæ se non compatiuntur. In resurrectione autem coniunctio iteratur: ergo non est eadem coniunctio; & sic non est eadem humanitas, nec idem homo.

¶ 3 Præterea, Idem homo non est plura animalia: ergo si non est idem animal, non est idem numero homo: sed vbi non est idem sensus, non est idem animal, quia animal definitur per sensum primum, scilicet tactum, vt patet in 2.* de anima. Sensus autem cùm nõ maneat in anima separata (vt quidam dicunt) non potest idem numero resumi: ergo in resurrectione non erit homo resurgens idem animal numero, & sic nec idem homo.

* Arist. li. 2. tex. 16.

¶ 4 Præterea, Materia statuæ principalior est in statua, quàm materia hominis in homine, quia artificialia tota sunt in genere substãtiæ ex parte materiæ; sed naturalia, ex forma, vt patet per Philosoph. in 2.* Physic. & Commentator idem dicit in 2. de† Anima. Sed si statua ex eodem ære reficiatur, non erit eadem numero: ergo multo minus si homo ex eisdem pulueribus reficiatur, erit idem homo numero.

* Arist. li. 2. Phy. c. 2 † lib. 2 de Anim. text. 8.

¶ Sed contra est, quod dicitur Iob. 19. Quem visurus sum ego ipse, & non alius; & loquitur de visione post resurrectionem: * ergo idem numero homo resurget.

* Ar. præced. Sed cont.

¶ Præterea, Aug. † dicit 8. lib. de Trin. quòd resurgere nihil est aliud, quàm reuiuiscere: nisi autem idẽ homo numero rediret ad vitam, qui mortuus est, non diceretur reuiuiscere: ergo non resurgeret; quod est contra fidem.

† li. 8. c. 5. non procul à fine, tom. 3.

¶ Respondeo dicendum, quòd necessitas ponendi resurrectionem est ex hoc, vt homo finem vltimum, propter quem factus est, consequatur (quod in hac vita fieri non potest, nec in vita animæ separatæ*) aliàs homo esset vanè constitutus, si ad finem, ad quem factus est, peruenire non posset. Et quia oportet, quòd illud idem numero ad finem perueniat, quod propter finem est factum, ne in vanum esse factum videatur, oportet, quòd idem homo numero resurgat: & hoc quidem fit, dum eadem anima numero eidem corpori numero coniungitur, aliàs enim non esset resurrectio propriè, nisi idem homo repararetur: vnde ponere quòd idem numero non sit qui resurget, est hæreticum, & contra gans veritati Scripturæ, quæ resurrectionem prædicat. *

Q. 75. art. 1. & 2.

* 2. Mac 12. Matt. 22. Luc. 14. Ioan. 5. Act. 17. 2. Cor. 15. ad Phil. 3. Apoc. 20. &c.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd Philosophus loquitur de reiteratione, quæ fit per motum vel mutationem naturalem. Ostendit enim differentiam circulationem, quæ est in generatione & corruptione, ad circulationem, quæ est in motu cœli: quia cœlum per motum localem redit idem numero ad principium motus, quia habet substantiam incorruptibilem motam: sed generabilia & corruptibilia per generationem redeunt ad idem specie, non ad idem numero; quia ex homine generatur semen; ex quo sorguis, & sic deinceps quousquè perueniatur ad hominem, non eadem numero, sed specie: similiter ex igne generatur aer, ex quo aqua; ex aquaterra; ex qualibet nõ idem numero, sed specie. Vnde patet, quod ratio inducta*, secundum Philosophi intentionem nõ est ad propositũ. Vel dicendum, quòd aliorum generabilium & corruptibili forma non est per se subsistens, vt post cõpositi corruptionem remanere valeat: sicut est de anima rationali, quæ esse quod sibi in corpore acquiritur, etiam post separationem à corpore retinet: & in participationem illius esse corpus per resurrectionem adducitur: cũ non sit aliud esse corporis, & aliud animæ in corpore, aliàs esset coniunctio animæ & corporis accidentalis. Et sic interruptio nulla facta est in esse substantiali hominis, vt non possit idem numero redire homo propter interruptionem essendi: sicut accidit in alijs rebus corruptis quarum esse omnino intrerumpitur. Forma non remanẽte, materia autem sub alio esse remanente: sed tamẽ nec ẽt homo per generationem naturalem reiteratur idem numero, quia corpus generati hominis nõ fit ex tota materia generantis: vnde corpus diuersum est numero, & per consequens anima & totus homo.

In arg. 1.

¶ Ad secundum dicendum, quòd de humanitate & de qualibet forma totius, est duplex opinio. Quidam enim dicunt, quòd idem secundum rem est forma totius & forma partis: sed dicitur forma partis, secundum quod perficit materiam; totius autem secundum quod ex ea, tota ratio speciei consequitur: & secundum hãc opinionem humanitas secundum rem non est aliud, quam anima rationalis; & sic cum anima rationalis eadem numero resumatur, eadem numero erit humanitas, & etiam post mortem manet, quamuis non sub ratione humanitatis; quia ex ea separata compositum ratione speciei non consequitur. Alia opinio est Auic. quæ verior videtur, quòd forma totius non est forma partis tantum, nec forma aliqua alia præter formam partis, sed est totum resultans ex compositione formæ & materiæ comprehendens in se utrunque, & forma totius essentialis quidditas dicitur. Quia ergo in resurrectione idem numero corpus erit & eadem numero anima rationalis, erit de necessitate eadem humanitas. Prima autem ratio probans diuersitatem humanitatis futuram, procedebat, ac si humanitas esset quædam alia forma superuenies formæ & materiæ, quod falsum est. Secunda ratio etiam non potest identitatem humanitatis impedire: quia coniunctio significat actionem vel passionem, quæ quamuis diuersa sit, non potest identitatem humanitatis impedire: quia actio & passio, ex quibus erat humanitas, non sunt de essentia humanitatis. Vnde eorum diuersitas non inducit diuersitatem humanitatis. Constat enim quòd generatio & resurrectio non sunt idem motus numero, nec tamen propter hoc identitas resurgentis impeditur. Similiter etiam nec impeditur identitas humanitatis, si accipiatur coniunctio pro ipsa relatione: quia relatio illa non est de essentia humanitatis; sed concomitatur eam; eõ quòd humanitas non est de illis formis, quæ sunt compositio & ordo, vt dicitur 2. Physic. * si cut sunt formæ artificiatorum. Vnde existentẽ alia compositione numero, non est eadem numero forma domus.

* Arist. li. 2 Phys. tex. 3

¶ Ad tertium dicendum, q̃ ratio illa optimè concludit contra illos, qui ponebãt animam sensibilem & rationalẽ diuersas in homine ẽsse, quia secũdum hoc anima sensitiua in homine non esset incorruptibilis, sicut nec in alijs animalibus: vnde in resurrectiõe nõ erit eadẽ anima sensibilis, & per consequens nec idẽ animal, nec idem homo. Si aũt ponamus, q̃ eadẽ anima secundum substãtiam in homine sit rõnalis, & sensibilis, nihil las in hoc angustias patiemur: quia animal definitur per sensum qui est anima sensitiua, sicut per formam essentialem: per sensum autem qui est potentia sensitiua

tiua cognoscitur eius definitio, sicut per formam accidentalem, quæ maximam partem confert ad cognoscendum quod quid est, vt in primo * de anima dicitur. Post mortem ergo manet anima sensibilis, sicut & anima rationalis secundum substantiam: sed potentiæ sensitiuæ secundum quosdam non manent: quæ quidem potentiæ cum sint accidentales proprietates, earum varietates identitatem animalis totius auferre nõ possunt, nec etiam partium animalis: nec dicuntur potentiæ perfectiones, vel actus organorum, nisi sicut principia agendi, vt calor in igne.

* Arist. li. 1 de Anima text. 11.

¶ Ad quartum dicendum, quòd statua dupliciter potest considerari, vel secundum quod est substantia quædam, vel secundum quod est artificiale quoddam & quia in genere substantiæ ponitur ratione suæ materiæ, ideo si consideretur, secundum quod est substantia quædam, est eadem numero statua, quæ ex eadem materia reparatur: sed in genere artificialium ponitur secundum quod est forma quædam accidentalis; quæ & transit, statua destructa; & sic non redit idem numero, nec statua eadem numero esse potest: sed forma hominis, scilicet anima, manet post dissolutionem corporis: & ideò non est similis ratio.

ARTICVLVS. III.

Vtrùm pulueres humani corporis ad eam partem corporis, quæ in eis dissoluta est, per resurrectionem redire oporteat.

344

AD tertium sic proceditur. Videtur, quòd oporteat pulueres humani corporis ad eam partem corporis, quæ in eis dissoluta est, per resurrectionem redire. Quia secundum Philosophum in 2.* de Anima: sicut se habet tota anima ad totum corpus, ita pars animæ ad partẽ corporis, vt visus ad pupillam; sed oportet, quòd post resurrectionem corpus resumatur ab eadem anima: ergo oportet, quòd etiam partes corporis resumantur ad eadem membra, in quibus, eisdem partibus animæ perficiebantur.

* Arist. li. 2 de anima, tex. 9

¶ 2 Præterea, Diuersitas materiæ facit diuersitatem in numero: sed si pulueres non redeant ad easdem partes; singulæ partes non reficientur ex eadem materia, ex qua prius constabant: ergo non erunt eædem numero: sed si partes sunt diuersæ; & totum erit diuersum: quia partes comparantur ad totum sicut materia ad formam, vt patet * in 2. Physic. ergo non erit idem numero homo: quod est contra veritatem resurrectionis.

* Arist. li. 2. Phys. tex. 31

¶ 3 Præterea, Resurrectio ad hoc ordinatur, quòd homo operum suorum meredem accipiat: sed diuersis operibus meritoriis vel demeritoriis diuersæ partes corporis deseruiunt: ergo oportet, quòd in resurrectio ne quælibet pars ad suũ statum redeat, vt pro suo modo præmietur.

¶ Sed contra, Artificialia magis dependent ex sua materia, quàm naturalia: sed in artificialibus ad hoc quòd idem artificiatum ex eadem materia reparetur, non oportet, quòd partes reducantur ad eundem situ ergo nec in homine oportet.

Al. refert.

¶ Præterea, Variatio accidentis non facit diuersitatem in numero: sed situs partium est accidens quoddã ergo diuersitas eius in homine non facit diuersitatem in numero.

Respondeo dicendum, quòd in hac quæstione differt * considerare quid fieri possit sine identitatis præiudicio, & quid fiet vt congruentia seruetur. Quantum ad primũ, sciendũ est, quòd in homine possunt accipi diuersæ partes dupliciter. Vno mõ, diuersæ partes totius hõgenei, sicut diuersæ partes carnis, vel diuersæ partes ossis. Alio modo, diuersæ partes diuersarum specierum totius heterogenei, sicut os & caro. Si ergo dicatur, quòd pars materiæ redibit ad aliam partem speciei eiusdem, hoc non faciet varietatem nisi in situ partium: situs autem partium variatus non variat speciem in totis homogeneis; & sic si materia vnius partis redeat ad aliam, nullum præiudicium generabitur identitati totius. Et ita etiam est in exemplo quod ponitur in litera * quia statua non redit eadem numero secundum formam, sed secundum materiam, secundum quã est substantia quædam: sic autem statua est homogenea, quamuis non secundum formam artificialem. Si autem dicatur, quòd materia vnius partis redit ad aliam partem alterius speciei, sic de necessitate variatur non solum situs partium, sed etiam identitas earum: ita tamen quòd tota materia, aut quod erat de veritate humanæ naturæ in vna, in aliam transferatur, nõ autem si aliquid, quod erat in vna parte superfluum, transferatur in aliam: ablata autem identitate partium, aufertur identitas totius si loquamur de partibus essentialibus, non autem si loquamur de partibus accidentalibus, sicut sunt capilli & vngues, de quibus videtur loqui Augst. * Et sic patet qualiter trãslatio materiæ de parte in patrem tollit identitatem totius, & qualiter nõ. Sed loquendo secundum congruentiam, magis probabile est, quòd etiam situs partium idem seruabitur in resurrectione, præcipue quantum ad partes essentiales & organicas: quamuis forte non quantum ad accidentales, sicut sunt vngues & capilli.

lib. 4 sent. di 44. §. B. post med.

libro 22 de Ciuit. Dei, ca. 19. 20. 5.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd obiectio illa procedit de partibus organicis, & non de partibus similibus.

¶ Ad secundum dicendum, quòd situs diuersus partium materiæ non facit diuersitatem in numero, quamuis eam faciat diuersitas materiæ.

Al. meritũ

¶ Ad tertium dicendum, quòd * operatio propriè loquendo, non est partis, sed totius: vnde præmium non debetur parti, sed toti.

QVAEST. LXXX.

De integritate corporum resurgentium, in quinque articulos diuisa.

DEinde considerandum est de integritate corporum resurgentium.

¶ Circa quod quæruntur quinque.

¶ Primò, vtrum omnia membra corporis humani in ipso resurgent.

¶ Secundò, vtrum capilli & vngues.

¶ Tertiò, vtrum humores.

¶ Quartò, vtrum totum quod fuit in eo de veritate humanæ naturæ.

¶ Quinto, vtrum totum quod in eo materialiter fuit.

ARTICVLVS I.

Vtrùm omnia membra humani corporis resurgent.

345

AD Primum sic proceditur. Videtur, quod non omnia membra corporis humani resurgent. Remoto enim fine, frustrà repararetur id quod est ad finem: finis autem cuiusliber membri est eius actus: cum ergo nihil frustrà fiat in operibus diuinis, & quorundam membrorum vsus post resurrectionem non competat homini, præcipue genitalium, quia tunc neque nubent, neque nubentur *; videtur, quod non omnia membra resurgent.

Tho. 4 di 44. q. 1 art. 2. q. 1. & sequen.

Matt. 22.

¶ 2 Præt. Intestina, quædam membra sunt: sed non resurgent; plena enim resurgere non possunt, quia immunditias

Universidad de Deusto
Biblioteca

munditiis continent; nec vacua, quia nihil est vacuũ in natura: ergo non omnia membra resurgent.

¶ 3 Præterea, Ad hoc corpus resurget, vt præmietur de opere, quod anima per ipsum gessit: sed membrum, propter furtum, amputatum furi, qui postea pœnitentiam agit & saluatur, non potest in resurrectione remunerari; nec de bono, quia ad hoc cooperatum non est; nec de malo, quia pœna membri in pœnam hominis redundaret: ergo non omnia membra resurgent cum homine.

¶ Sed contra, Magis pertinent ad veritatem humanæ naturæ alia membra, quàm capilli & vngues: sed ista restituentur homini in resurrectione, vt in litera dicitur: ergo multò fortiùs alia membra.

*Deut. 32. ¶ Præterea, Dei perfecta sunt opera, * sed resurrectio opere diuino fiet: ergo homo reparabitur perfectus in omnibus membris.

†Arist. li. 2 text. 36 ¶ Respondeo dicendum, quòd sicut dicitur in secundo † de anima, Anima se habet ad corpus non solum in habitudine formæ & finis, sed etiam in habitudine causæ efficientis. Est enim comparatio animæ ad corpus, sicut comparatio artis ad artificiatum, vt dicitur in 3. de Animalibus: quicquid autem explicitè in artificiato ostenditur, hoc totum implicitè & originaliter in ipsa arte continetur: & similiter quicquid in parte corporis apparet, totum originaliter & quodammodo implicitè in anima continetur. Sicut ergo artis opus non esset perfectum si artificiato aliquid deesset eorum, quæ ars continet; ita nec homo posset esse perfectus, nisi totum quod in anima implicitè continetur, exteriùs in corpore explicaretur; nec etiã corpus animæ ad plenum proportionaliter respondere: cum ergo oporteat in resurrectione corpus hominis esse animæ totaliter correspondens, quia non resurget, nisi secundum ordine m: quem habet ad animam rationalem, oportet etiã hominem perfectum resurgere vtpotè qui ad vltimam perfectionem consequendam reparatur; oportet ergo quòd omnia mẽbra, quæ nunc sunt in corpore hominis, in resurrectione reparentur.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd membra possunt dupliciter considerari in comparatione ad animam, vel secundum habitudinem materiæ ad formam, vel secundum habitudinem instrumenti ad agentem: eadem est enim comparatio totius corporis ad totam animam, & partium ad partes, vt dicitur †2. de Anima. Si ergo membra accipiantur secundum primam comparationem, finis eorum non est operatio, sed magis perfectum esse speciei, quod etiam post resurrectionem requiretur. Si autem accipiantur secundum secundam cõparationem, sic finis eorum est operatio: nec tamen sequitur, quòd quando deficit operatio, frustrà sit instrumentum: quia instrumentum non solùm seruit ad exequendam operationem agentis: sed etiam ad ostendendam virtutem ipsius. Vnde oportebit vt virtus potentiarum animæ in instrumentis corporeis demonstretur, & si nunquam in actum prodeant; vt ex hoc commendetur Dei sapientia.

†Arist. li. 2 text. 9

¶ Ad secundum dicendum, quòd intestina resurgent in corpore, sicut & alia membra; & plena erunt, non quidem turpibus superfluitatibus, sed nobilibus humoribus.

¶ Ad tertium dicendum, quòd actus, quibus mere mur, non sunt proprie loquẽdo, manus vel pedis, sed totius hominis: sicut & operatio artis non attribuitur *scientiæ, sed artifici, vt Philosophus dicit. Quamuis ergo membrum, quod ante pœnitentiam est mutilatum, non sit cooperatum homini in statu illo, quo gloriã post meretur: † tamẽ ipse homo meretur, vt totum præmietur, qui ex toto quod habet, Deo seruit.

Aliàs, instrumento

†Aliàs, & meretur.

ARTICVLVS II.

Vtrùm capilli, & vngues in homine resurgent.

348 AD Secundum sic proceditur. Videtur, quòd capilli & vngues in homine non resurgent, quia sicut capilli & vngues ex superfluitatibus cibi generantur, ita & vrina, & sudor, & aliæ superfluitates vel fœces: sed hæc non resurgent cum corpore: ergo nec capilli & vngues.

¶ 2 Præt. Inter alias superfluitates, quæ ex cibo generantur, maxime accedit ad naturæ humanæ veritatem semen, quod est superfluum, quo indigetur: sed semen non resurget in corpore hominis: ergo multò minùs capilli & vngues resurgent.

¶ 3 Præt. Nihil est perfectum anima rationali, quod non sit perfectum anima sensibili: sed capilli & vngues non sunt perfecti anima sensibili, quia eis non sentimus, vt dicitur in * tertio de anima: ergo cùm nõ resurgat corpus humanum nisi propter hoc, quòd est perfectum ab anima rationali; videtur, quòd capilli & vngues non resurgent.

*Arist. li. 3 de anima text. 66.

¶ Sed contra est, quod dicitur Luc. 21. Capillus de capite vestro non peribit.

¶ Præterea, Capilli & vngues sunt dati in ornamentum homini: sed corpora hominum, præcipuè electorum, debent resurgere cum omni ornatu: ergo debẽt resurgere cum capillis.

¶ Respondeo dicendum, quòd anima se habet ad corpus animatum, sicut ars ad artificiatum: & ad partes eius, sicut ars ad sua instrumenta: vnde & corpus animatũ organicũ dicitur: ars aũt vtit instrumẽtis quibusdam ad operis intenti executionem, & hæc instrumenta sunt de prima intentione artis, vtitur etiam aliis instrumentis, ad conseruationem principalium instrumentorum, & hæc sunt de secunda intentione artis; sicut ars militaris vtitur gladio ad bellum, & vagina, ad gladii conseruationem. Ita & in partibus corporis animati quædam ordinantur ad operationes animæ exequendas, sicut cor, hepar, manus, & pes; quædam autem ad conseruationem aliarum partium, sicut folia sunt ad cooperturam fructuum: ita etiam capilli & vngues sunt in homine ad custodiam aliarum partium, vnde sunt de secunda perfectione corporis humani, quamuis non de prima: & quia homo resurget in omni perfectione suæ naturæ, propter hoc oportet, vt capilli & vngues resurgant in ipso.

Sic & infrà. 91. huius q. ad 1.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd illæ superfluitates expelluntur à natura, quasi ad nihilum vtiles vel de non pertinent ad perfectionem humani corporis. Secus autẽ est de aliis saltem superfluitatibus, quas natura sibi retinet ad generationem capillorum & unguium, quibus indiget, ad membrorum conseruationem.

¶ Ad secundum dicendum, quòd semine non indigetur ad perfectionem individui, sicut capillis & vnguibus: sed solum ad perfectionem speciei.

¶ Ad tertium dicendum, quòd capilli & ungues nutriuntur & augentur, & sic patet quòd aliquam operationem participant: quod non posset esse, nisi essent partes aliquo modo ab anima perfectæ: & quia in homine non est nisi vna anima, scilicet anima rationalis, constat quòd ab anima rationali perfecta sunt, quamuis non vsque ad hoc, quòd operationem sensus participent: sicut nec ossa, de quibus constat, quod resurgẽt, & sunt de integritate individui.

ARTICVLVS III.

Vtrùm humores in corpore resurgent.

347 AD Tertium sic proceditur. Videtur quòd humores in corpore non resurgẽt. Quia 1. Cor. 15. dicitur, Caro & sanguis regnum Dei possidere non possunt: sed sanguis est principalior humor: ergo non resurget in beatis qui regnum Dei possidebunt, & multò minus in aliis.

¶ 2 Præterea, Humores sunt ad restaurationem deperditi: sed post resurrectionem nulla deperditio fiet, ergo corpus non resurget cum humoribus.

¶ 3 Præterea, Illud quod est in via generationis in corpore humano, nondum est ab anima rationali perfectum; sed humores adhuc sunt in via generationis, quia sunt in potentia caro & os: ergo nondum sunt perfecti anima rationali. Sed corpus humanum nõ habet ordinem ad resurrectionem, nisi secundum quod est anima rationali perfectum: ergo humores in eo non resurgent.

¶ Sed contra, quod est de constitutione corporis humani, resurget in eo: sed humores sunt huiusmodi, vt paret per Aug. * qui dicit, quòd corpus constat ex membris officialibus, officialia ex consimilibus, consimilia ex humoribus: ergo humores resurgent in corpore.

*In li. de spir. & anim, ca. 15. ante med. tom. 3.

¶ Præterea, resurrectio nostra erit conformis resurrectioni Christi: sed in Christo resurrexit sãguis, aliàs nunc vinum non transubstantiaretur in sanguinem eius in sacramento altaris: ergo & in nobis resurget sãguis, & eadem ratione alii humores.

Ar. 1. & 2. huius quæst. corp.

¶ Respondeo dicendum, quòd quicquid pertinet ad integritatem humanæ naturæ in resurgente, hoc totũ resurget, ratione prædicta *: vnde oportet, quòd illa humiditas corporis resurgat in homine, quæ ad integritatem humanæ naturæ pertinet. Est autem in homine triplex humiditas. Quædã enim humiditas est in recedendo à perfectione huius indiuidui; vel quia in via est corruptionis & à natura abijcitur, sicut vrina, sudor, sanies, & huiusmodi: vel quia à natura ordinatur ad conseruationem speciei in alio individuo, siue per actum generatiuæ, sicut semen; siue per actum nutritiuæ, sicut lac: et nulla taliũ humiditatum resurget, eò quod non est de perfectione individui resurgentis. Secunda humiditas est, quæ nondum peruenit ad vltimã perfectionem, quam natura operatur in individuo, sed est ad illam ordinata a natura: et hæc est duplex: quia quædam est, quæ habet aliquam formam determinatam, quæ continetur inter partes corporis, sicut sanguis et alii tres humores, quos natura ordinauit ad membra, quæ ex eis generantur; sed tamen habent aliquas formas determinatas, sicut et aliæ partes corporis: et ideò resurgent cum aliis partibus corporis. Quædã verò humiditas est in via transeundi de forma in formã scilicet de forma humoris in formam membri; et talis humiditas non resurget, quia post resurrectionem partes corporis singulæ in suis formis stabilientur, vt vna in aliam non transeat: et ideò non resurget illa humiditas, quæ est in ipsa actu transeundi de forma in formã. Hæc autẽ humiditas poterit in duplici statu accipi; vel secundum quod est in principio transmutationis, et sic vocatur *res, illa scilicet humiditas, quæ est in foraminibus paruarum venarum; vel secundum quod est in progressu transmutationis, et incipit iam dealterari, et sic vocatur cambium: in neutro autẽ statu resurget. Tertium ãt genus humiditatis est, quod iam peruenit ad vltimã perfectionem, quã natura intendit in corpore indiuidui, quæ iam est dealterata, et incorporata membris; et hæc vocatur gluten: et cum hæc sit de substantia membrorum, resurget sicut et membra.

*Al. ros

¶ Ad primum ergo dicendum, q̃ caro et sanguis in verbis illis Apostoli non accipiuntur pro substantia carnis et sanguinis, sed pro operibus carnis et sanguinis, quæ sunt opera peccati, vel opera animalis vitæ.

*Epi. 146. declinãdo ad fin. to. 2. Vel secundum quod dicit Augustinus * in epistola ad Cõsentium: Caro et sanguis accipitur ibi pro corruptione quæ nunc dominatur in carne & sanguine. Vnde & subditur in verbis Apostoli, Neque corruptio incorruptelam.

¶ Ad secundum dicendum, quòd sicut membra seruientia generationi erunt post resurrectionem ad integritatem humanæ naturæ, non ad operationem quæ nunc exercetur per membra illa: ita & humores erunt in corpore non ad restaurationem deperditi, sed ad integritatem humanæ naturæ reparandam, & ad virtutis naturalis ostensionem. Ar. 1. huius q. ad 2.

¶ Ad tertium dicendum, quòd sicut elementa sũt in via generationis respectu corporum mixtorũ, quia sunt eorum materia, non autem ita quòd semper sint in transeundo in corpore mixto; ita etiam se habent humores ad membra; & propter hoc sicut elementa in partibus vniuersi habent formas determinatas, ratione quarum sunt de perfectione vniuersi, sicut & corpora mixta; ita etiam humores sunt de perfectione corporis humani, sicut & aliæ partes, quamuis non perueniant ad tantam perfectionem sicut aliæ partes, nec elementa habent ita perfectas formas, sicut mixta. Sicut autem partes omnes vniuersi, à Deo perfectionẽ consequuntur non æqualiter, sed vnumquodque secundum suum modum: ita etiam humores aliquo modo perficiuntur ab anima rationali, nõ tamen eodem modo sicut partes perfectiores.

ARTICVLVS IIII.

Vtrùm quòd totum fuit in corpore de veritate humanæ naturæ, resurget in ipso.

348 AD quartum sic proceditur. Videtur, quòd non totum, quod fuit in corpore de veritate humanæ naturæ, resurget in ipso. Quia cibus conuertitur in veritatem humanæ naturæ: sed aliquando carnes bouis sumuntur in cibum: si ergo resurget quicquid de veritate humanæ naturæ est, resurget etiam caro bouis; quod est inconueniens.

¶ 2 Præterea, Costa Adæ fuit de veritate humanæ naturæ in ipso, sicut & costa nostra in nobis: sed costa Adæ non resurget in eo, sed in Eua, aliàs Eua non resurgeret, quæ de costa illa formata est: ergo non resurget in homine quicquid fuit in eo de veritate humanæ naturæ.

¶ 3 Præterea, Non potest esse, quòd idem in diuersis hominibus resurgat: sed potest esse quòd aliquid fuit de veritate humanæ naturæ in diuersis hominibus; sicut si aliquis carnibus humanis vescatur, quæ in substantiam eius transeant: ergo non resurget in aliquo, quicquid fuit de veritate humanæ naturæ in ipso.

¶ 4 Si dicatur quòd non quicquid est in carne comesta, est de veritate humanæ naturæ: & ita aliquid eorum potest resurgere in primo, & aliquid in secundo: contra, de veritate humanæ naturæ maximè videtur esse illud quod à parentibus trahitur: sed si aliquis non comedens nisi carnes humanas filium generet, oportet, quòd illud quod filius à parẽte trahit, sit de carnibus aliorum hominum, quas pater suus comedit: quia semen est de superfluo alimenti, vt Philosophus * probat in libro de Animalibus: ergo illud quod est de veritate humanæ naturæ in puero isto, fuit etiam de veritate humanæ naturæ in aliis hominibus, quorum carnes pater comedit.

*li. 1. de generat animalium c. 18. & 19.

¶ 5 Si dicatur, quòd illud quod erat de veritate humanæ naturæ in carnibus hominum comestorum, nõ transit in semen, sed illud quod erat ibi de veritate humanæ naturæ non existens: contra, ponatur quod aliquis cibetur solum embryis, in quibus nihil videtur esse, quod non sit de veritate humanæ naturæ, quia totum,

Universidad de Deusto
Biblioteca

tũ quod est in eis,à parentib.trahitur: si ergo superfluitas cibi conuertitur in semẽ, oportet quòd illud quod fuit de veritate humanæ naturæ in embryis, quæ etiã ad resurrectionem pertinent,postquam animam rationalem perceperunt, sit etiam de veritate humanæ naturæ in puero,qui ex tali semine generatur: & sic cùm non possit idem resurgere in duobus, non poterit in quolibet resurgere quicquid fuit de veritate humanæ naturæ in ipso.

¶ Sed contra, Quicquid fuit de veritate humanæ naturæ,fuit perfectum anima rationali: sed ex hoc habet corpus humanum ordinem ad resurrectionem, quia fuit anima rationali perfectum: ergo quicquid fuit de veritate humanæ naturæ, resurget in unoquoque.

¶ Præterea, Si à corpore hominis subtrahatur aliquid quod est de veritate humanæ naturæ in ipso,nõ erit corpus hominis perfectum: sed omnis imperfectio hominis tolletur in resurrectione,præcipuè ab electis,quibus promissum est Luc. 21. quòd capillus de capite eorum non peribit: ergo quicquid fuit de veritate humanæ nature,resurget in homine.

¶ Respondeo dicendum, quòd vnũquodque sicut se habet ad veritatem,ita se habet ad esse: vt dicitur in 2. * Meta. quia res illa est vera, quæ ita est ut videtur† cogitari secundum actum,& propter hoc Auic. dicit, quod veritas vniuscuiusque rei est proprietas sui esse: quod ſtabilitum est ei: & secundum hoc aliquid dicitur esse de veritate humanæ naturæ, quia propriè pertinet ad esse humanæ naturæ,& hoc est quod participat formam humanæ naturæ, sicut verum aurum dicitur, quod habet veram formam auri, ex qua est proprium esse auri.

* Arist. li. 1 cex. 4
† Al. cognitori.

Vt ergo videatur quid sit illud quod est de veritate humanæ naturæ, sciendum est, quòd circa hoc est triplex opinio. Quidam enim posuerũt, quòd nihil de nouo esse incipit de veritate humanæ naturæ: sed quic quid ad veritatem humanæ naturæ pertinet, totum fuit in ipsa institutione humanæ naturæ de veritate eius, & hoc per seipsum multiplicatur, vt ex eo possit semen decidi à generante, ex quo filius generetur, in quo etiam illa pars decisa multiplicatur, vt ad perfectam quantitatem perueniat per augmentum, & sic de inceps, & ita multiplicatum est totum genus humanũ. Vnde secundũ hanc opinionẽ, quicquid ex alimento generatur, quãuis videat specie carnis aut sãguinis habere, nõ tamen pertinet ad veritatem humanæ naturæ.

Alii autem dixerunt, quòd aliquid de nouo additur ad veritatem humanæ naturæ per transmutationem naturalem alimenti in corpus humanum, considerata veritate humanæ naturæ in specie, ad cuius conseruationem ordinatur actus generatiuæ virtutis. Si autem veritas hmanæ naturæ in indiuiduo consideretur, ad cuius conseruationem & perfectionem actus nutritiuæ virtutis ordinatur, non additur aliquid per alimentum quod sit primò de veritate humanæ naturæ huius indiuidui, sed solum secundariò. Ponũt enim, quòd veritas humanæ naturæ primò & principaliter consistat in humido radicali, ex quo est prima cõstitutio humani generis: quod autem conuertitur de alimento in veram carnem & sanguinem, non est principaliter de veritate hmanæ naturæ illius indiuidui, sed secundariò; sed potest esse principaliter de veritate humanæ naturæ alterius indiuidui, quod ex semine illius generatur. Semen enim ponunt esse superfluum alimenti vel cum admixtione alicuius, quod est primò de veritate humanæ naturæ in * generatione, vt quidam dicunt; vel etiam sine admixtione eius, vt dicunt alii: & sic quod est humidum nutrimentale in vno, fit huamidum radicale in alio.

* Al. generante.

Tertia opinio est, quòd aliquid de nouo incipit esse principaliter de veritate humanæ naturæ, etiam in isto indiuiduo, quia non est distinctio talis in corpore humano, vt aliqua pars materialis signata, de necessitate per totã vitã remaneat, sed ad hoc indifferenter se hẽt quælibet pars signata accepta, quod maner semper quantum ad id quod est speciei in ea, sed potest fluere & refluere quantum ad id, quod est materiæ in ipsa, & sic humidum nutrimentale non distinguitur à radicali ex parte principii; vt dicatur radicale, quod est ex semine generatum: nutrimentale verò quod generatur ex cibo, sed magis distinguitur ex termino vt radicale dicatur, quod ad terminum generationis peruenit per actum generatiuæ vel etiam nutritiuæ virtutis, sed nutrimentale quod nondum peruenit ad hunc terminum, sed est adhuc in via nutriendi. Et hæ tres opiniones in 2. libro sententiarum dist. 30. plenius politæ & inuestigatæ sunt: et ideo non oportet hic repetere, nisi quantum ad propositum pertinet.

Sciendum est ergo quòd secundum has opiniones diuersimodè ad hanc quæstionem oportet respondere. Prima enim opinio per viam multiplicationis quã ponit, potest ponere perfectionem humanæ naturæ, et quantùm ad numerum indiuiduorum, et quantùm ad debitam quantitatem vniuscuiusque indiuidui, absque eo quod est ex alimento generatum: quod quidem non additur, nisi ad resistendum consumptioni, quæ posset induci per actionem caloris naturalis: sicut argento apponitur plũbũ, ne ex liquefactione consumatur. Vnde cum in resurrectione oporteat naturam humanam in sua perfectione reparari, ne calor naturalis tunc agat ad cõsumptionem humidi naturalis, nulla necessitas erit quòd resurgat aliquid in homine quod ex alimento sit generatum: sed resurget tantum illud quod fuit de veritate humanæ naturæ indiuidui et per decisionem et multiplicationem ad prædictam perfectionem peruenit in numero et quantitate.

Secunda autem opinio, quia ponit, quòd eo quod generatur ex nutrimento, indigetur ad perfectionem quantitatis indiuidui et ad multiplicationem, quæ sit per generationem, necesse habet ponere aliquid, de hoc quod conuersum est in alimentum, resurgere; nõ tamen totum, sed solum quantum indigetur ad perfectam reintegrationem humanæ naturæ in omnibus suis indiuiduis. Vnde ponit hæc opinio, quòd totum illud quod fuit in substantia seminis, resurget in illo homine, qui ex illo semine generatus est, quia hoc est principaliter de veritate humanæ naturæ in ipso; de eo autem quod postea aduenit per nutrimentum, tantum resurget in eo, quantum est necessarium ad perfectionem quantitatis: et non totum, quia hoc non pertinet ad veritatem humanæ naturæ, nisi quatenus natura eo indiget ad perfectionem quantitatis. Sed quia hoc humidum nutrimentale fluit et refluit, hoc ordine reparabitur, quòd illud quod primò fuit de substãtia corporis hominis, totum reparabitur, et de eo quod secundò et tertiò et deinceps aduenit, quantum necessarium est ad quantitatem reintegrandam: quod patet duplici ratione. Primò quia illud quod super hoc aduenit, inductum fuit, vt illud quòd primò erat deperditum, repararetur, et ita non ita principaliter pertinet ad veritatẽ humanæ naturæ sicut præcedens. Secundò, quia adiunctio humidi extranei ad primũ humidum radicale, facit, quòd totum permixtũ non ita perfectè participet veritatem speciei, sicut primũ participabat. Et ponit exemplum Philosophus * in primo de Generatione, de aqua permixta vino quæ semper virtutem vini debilitat, ita quòd in fine ipsum aquosum reddit: vnde sicut secunda aqua, quamuis assumatur in speciem vini, non tamen ita perfectè speciem vini participat, sicut prima, quæ in vinum assumebatur: ita illud quod de alimento secundò in carnem cõuertitur, non

* lib. 1. text. 88.

ritur, non ita perfectè attingit ad speciem carnis, sicut quod primò conuertebatur; & ideo non ita pertinet ad veritatem humanæ naturæ, nec ad resurrectionem. Sic ergo patet, quòd hæc opinio ponit resurgere totũ id, quod est de veritate humanæ nature principaliter, non autem totum quod est de veritate humanæ naturæ secundariò.

Tertia autem opinio, quantum ad aliquid differt à secunda, & quantum ad aliquid conuenit cum ea. Differt quidẽ quantum ad hoc, quod ponit totum quod est sub forma carnis & ossis eadem ratione ad veritatem humanæ naturæ pertinere, quia non distinguit aliquid materiale signatum permanens in homine toto tempore vitæ eius, quod per se pertineat ad veritatem humanæ naturæ, & primò; & aliquid fluens & refluẽs quod pertinet ad veritatem humanæ naturæ solum propter quantitatis perfectionẽ, non propter primum esse speciei, sicut secunda opinio dicebat: sed ponit omnes partes quæ non sunt præter intentionem naturæ aggeneratæ, pertinere ad veritatem humanæ naturæ, quantum ad id quod habent de specie, quia sic manent; non autem quantum ad id quod habent de materia, quia sic fluunt & refluunt indifferenter: vt ita ẽt intelligamus contingere in partibus vnius hominis, sicut contingit in tota multitudine ciuitatis, quia singuli subtrahuntur à multitudine per mortem, aliis in locum eorum succedentibus. Vnde partes multitudinis fluunt, & refluunt materialiter, sed formaliter manent: quia ad eadem officia & ordines substituuntur alij, à quibus priores subtrahebantur; vnde respub. vna numero remanere dicitur. Et similiter etiam dum quibusdam partibus refluentibus aliæ reparantur in eadem figura & in eodem situ, omnes partes fluunt & refluunt secundum materiam, sed manent secundum speciem, manet nihilominus homo idem numero. Sed conuenit tertia cum secunda opinione, quia ponit, q̃ partes secundariò aduenientes, non ita perfectè pertingunt ad veritatem speciei, sicut quæ primò aduenerunt; & ideo idem quod ponit resurgere in homine secunda opinio, ponit tertia, sed non penitùs eadem ratione. Ponit enim totum illud quod ex semine generatum est, resurgere, non quia alia ratione pertineat ad veritatem humanæ naturæ, quàm hoc quod postea aduenit, sed quia perfectiùs veritatem speciei participat: quem ordinem ponebat secunda opinio in his, quæ posteà aduenium ex alimento; in quo etiam hæc opinio concordat cum alia.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd res naturalis nõ est id quod est ex sua materia, sed ex sua forma: vnde quàmuis illud materiæ quod quandoque fuit sub forma carnis bouinæ, resurgat in homine sub forma carnis humanæ, non sequitur, q̃ resurgat caro bouis, sed caro hominis; aliàs enim posset concludi, quòd resurgeret limus de quo formatum est corpus Adæ, tamen prima opinio concedit hanc rationem.

¶ Ad secundum dicendum, quòd costa illa nõ fuit in Adam de perfectione indiuidui, sed ordinata ad multiplicationẽ speciei, vnde non resurget in Adam, sed in Eua; sicut & semen non resurget in generante, sed in genito.

¶ Ad tertiũ dicendum, q̃ secundum primam opinionem facile est ad hoc respondere: quia carnes comestæ nunquã sunt de veritate humanæ naturæ in comedente: fuerunt autem de veritate humanæ naturæ in eo, cuius carnes comeduntur, & ita resurgent in primo, & non in secundo: sed secundum secundam opinionem & tertiam, vnumquodque in illo resurget, in quo magis accesit ad perfectam participationem virtutis speciei; & si æqualiter in vtroque accesserit, resurget in illo, in quo primò habuit ordinem ad resurrectionem ex coniunctione ad animam rationalem illius hominis: & ideò si in carnibus comestis fuit aliqua superfluitas, quæ non pertineret ad veritatem humanæ naturæ in primo, resurgere poterit in secundo, aliàs illud quod pertinebat ad resurrectionem in primo, resurget in eo, & non in secundo: sed in secundo loco eius sumetur vel aliquid de eo quod ex aliis cibis in carnem secundi conuersum est, vel si nullo cibo vnquam pastus fuisset, nisi carnibus humanis, diuina virtute aliunde suppleretur, quantum indigeretur ad perfectionem quantitatis, sicut etiam supplet in illis qui ante perfectam ætatem decedunt, nec per hoc aliquid præiudicatur identitati in numero, sicut nec præiudicatur per hoc, quòd partes secundum materiam fluunt & refluunt.

¶ Ad quartum dicendum, quòd secundum primã opinionem facile est soluere, quia ponit quòd semen non est ex superfluo alimenti, vnde carnes comestæ non transeunt in semen ex quo puer generatur. Sed secundum alias duas opiniones dicendum est, quod non est possibile, quod totum, quod fuit in carnibus comestis, in semen conuertatur, quia post multam depurationem cibi peruenitur ad decoctionẽ seminis, quod est superfluitas vltimi cibi: illud autem quod de carnibus comestis in semen conuertitur, pertinet magis ad veritatem humanæ naturæ in eo qui ex semine nascitur, quàm in illo, ex cuius carnibus semen est generatum: & ideo secundum regulam priùs datam, hoc quod in semen conuersum est, resurget in eo, qui ex semine nascitur, residuum vero materiæ resurget in illo, ex cuius carnibus comestis semen est generatum.

Io præce. solut. & ad 1. & corp.

¶ Ad quintum dicendum, quod embrya non pertinent ad resurrectionem ante animationem per animam rationalem, in quo statu iam multum aduenit supra substantiam seminis de substantia nutrimẽti, quia puer in vtero matris nutritur: & ideo si aliquis embrya vescatur, & ex superfluo illius cibi generetur aliquis illud quod erit in substantia seminis, resurget quidem in eo qui ex semine generatur, nisi in illo contineretur aliquid quod fuisset de substantia seminum in illis, ex quorum carnibus comestis semen generatum est, quia hoc resurgeret in primo & non in secundo: residuum autem carnium comestarum, quod non est conuersum in semen, constat, quòd resurget in primo, vtrique diuina potentia supplente quod deest. Prima autẽ opinio hac obiectione non arctatur, cùm non ponat semen esse ex superfluo alimenti: sed aliæ multæ rationes sunt contra eam, vt in secundo libro * distinctio trigesima patuit.

Tho. in 2. Sent. di. 30 q. 2 ar. 2.

ARTICVLVS V.

Vtrùm quicquid fuit materialiter in membris hominis, totum resurget.

349

AD quintum sic proceditur. Videtur, quòd quicquid fuit materialiter in mẽbris hominis, totum resurget. Minus enim videntur pertinere ad resurrectionem capilli, quàm alia membra: sed quicquid fuit in capillis, totum resurget, & si non in capillis, saltem in alijs partibus corporis, vt Augustinus * dicit in literal: ergo multo fortius quicquid in aliis membris materialiter fuit, totum resurget.

Aug. lib. 22. de Ciui. Dei ca. 16. non procul à prin. to. 5 & in Enchir. ca. 88. 89. & 90. to. 3

¶ Præterea, Sicut partes carnis secundum speciem perficiuntur ab anima rationali, ita partes secundum materiam: sed corpus humanum haber ordinem ad resurrectionem ex hoc, quòd fuit anima rationali perfectum: ergo non solum partes secundum speciem, sed * omnes partes secundùm materiam resurgent.

† Magister Sent. li. 4. di. 44. §. B. Al. etiam

¶ Præt. Ex parte illa accidit corpori totalitas, ex qua parte accidit ei diuisio in partes: sed diuisio in partes accidit corpori secundùm materiã, cuius dispositio est quantitas,

Universidad de Deusto
Biblioteca

quantitas, secundùm quam diuiditur: ergo & totalitas corporis attenditur secundùm partes materiæ. Si ergo non omnes partes materiæ resurgent, nec totum corpus resurget; quod est inconueniens.

¶ Sed contra, Partes secundùm materiam non manent in corpore, sed fluunt & refluunt, vt patet per illud quod dicitur in primo de Generatione. * Si ergo omnes partes secundùm materiam, quæ non manent in corpore, sed fluunt & refluunt, resurgent, vel erit corpus resurgentis denſisſimum, vel erit immoderatæ quantitatis.

* Aristote les li. 1. de Generat. tex. 35. 36. & 37

¶ Præterea, Quicquid est de veritate humanæ naturæ in vno homine, totum potest esse pars materiæ in alio homine, qui eius carnibus vescitur: si ergo omnes partes secundùm materiam resurgent in aliquo, sequetur quòd resurget in vno id quod est de veritate humanæ naturæ in alio; quod est inconueniens.

¶ Respondeo dicendū, quòd illud quod est in homine materialiter, non habet ordinem ad resurrectionem, nisi secundum quod pertinet ad veritatem humanæ naturæ, quia secundum hoc habet ordinem ad animam rationalem: illud autem totum quod est in homine materialiter, pertinet quidem ad veritatem humanæ naturæ, quātum ad id quod habet de specie, sed non totum cōsiderata materiæ totalitate: quia tota materia, quæ fuit in homine à principio vitæ vsque ad finem, excederet quantitatem debitam speciei, vt tertia opinio *dicit, quæ probabilior inter cæteras mihi videtur. Et ideo totum quod est in homine, resurget, cōsiderata totalitate speciei, quæ attenditur secundū quātitatem, figuram, situm & ordinem partium; non autē resurget totum considerata totalitate materiæ. Secunda autem opinio & prima † non vtuntur hac distinctione, sed distinguunt inter partes, quarum vtraque habet speciem & materiā. Conueniunt autem hæ duæ opiniones in hoc, quòd vtraque dicit, quòd illud quòd est ex semine generatum, totum resurget, etiam totali tate materiæ considerata; differunt autem in hoc, quòd de eo quod ex elemento generatur, nihil resurgere ponit prima opinio. Secunda verò aliquid eius resurgere ponit, & non totum, vt ex dictis * patet.

Posita art. præc. cor.

Posite ibi.

In hoc eo dē corp. & in cor. præce. ar.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd sicut quicquid est in aliis partibus corporis, resurget considerata totalitate speciei, non autem considerata totalitate materiæ, ita etiam est de capillis. In aliis autem partibus aduenit aliquid ex nutrimento, quod facit augmentum, & hoc computatur, vt alia pars considerata totalitate speciei: quia obtinet alium locum & situm in corpore, & subſtat aliis corporis dimensionibus. Aliquid autem adueniet quod non facit augmentum, sed cedit in restaurationem deperditi nutriendo, & non computatur vt alia pars totius considerati secūdum speciem, cùm non obtineat alium locum vel situm in corpore, quàm pars, quæ defluxit, tenebat, quamuis possit alia pars computari, considerata totalitate materiæ: & similiter est de capillis. Aug. * verò loquitur de incisionib. capillorum, qui erant partes facientes augmentum: et ideò oportet, quòd resurgant, non tamen in quantitate capillorum, ne sit quantitas immoderata: sed in aliis partibus, vt necessarium iudicabit diuina prouidentia. Vel loquitur in casu illo quando aliis partibus deficiet, tunc enim earum defectus poterit ex superfluitatibus capillorum reparari.

loco citato in arg.

¶ Ad secundum dicendum, quòd secundum tertiā opinionem * eædem sunt partes secundùm speciem et secundum materiam. Non enim illa distinctione vtitur Philosophus * in primo de generatione, ad distinguendum diuersas partes, sed ad ostendendum quod eædem partes possunt considerari; et secundum speciē quātum ad illud quod est formæ et speciei in ipsis; et secundùm materiam, quantum ad illud, quod subest formæ & speciei: constat autem quòd materia carnis non habet ordinem ad animam rationalē, nisi inquantum est sub tali forma, & ideò ratione eius habet ordinem ad resurrectionem. Sed prima & secunda opinio, * quæ ponunt alias esse partes, quæ sunt secundum speciem, & alias, quæ sunt secundum materiam, dicunt quòd anima rationalis quāmuis vtraſque partes perficiat, non tamen perficit partes secundum materiam, nisi mediantibus secundum speciem: & ideò non habent æqualiter ordinem ad resurrectionem.

Posita in cor. * Aristote les lib. 1. tex. 35. 36. & 37.

* Ibidē post situ.

¶ Ad tertium dicendum, quòd in materia generabilium, & corruptibilium dimensiones interminatas oportet intelligere ante receptionem formæ subſtantialis, & ideò diuisio, quæ fit secundum huiusmodi dimensiones, propriè pertinet ad materiam: sed quantitas completa & terminata aduenit materiæ post formam subſtantialem, & ideo diuisio, quæ fit secundum dimensiones terminatas, respicit speciem, præcipuè quando ad rationem speciei pertinet determinatus situs partium, sicut est in corpore humano.

QVAEST. LXXXI.

De qualitate resurgentium, in quatuor articulos diuisa.



EINDE considerandum est de qualitate resurgentium.

Circa quod quæruntur quatuor.

¶ Primò, vtrùm resurgent omnes in ætate iuuenili.

¶ Secundò, vtrùm in æquali statura.

¶ Tertiò, vtrùm omnes in eodem sexu.

¶ Quartò, vtrùm in vita animali.

ARTICVLVS. I.

Vtrùm omnes resurgent in eadem ætate.

350 Tho. 4. di. 44. q. 1. a. 3. q. 1. & sequent.

AD primum sic proceditur. Videtur, quòd non omnes resurgent in eadem ætate, scilicet iuuenili. Quia Deus resurgentibus, præcipue beatis, nihil subtrahet, quod ad perfectionem hominis pertineat: sed ætas pertinet ad perfectionem hominis, cùm senectus sit venerabilis ætas: ergo senes non resurgent in ætate iuuenili.

¶ 2 Præterea, Aetas computatur secundùm mensuram temporis præteriti, sed impossibile est tempus, quod fuit præteritum, non præteriisse: ergo impossibile est eos, qui maioris ætatis fuerunt, ad ætatem iuuenilem reduci.

¶ 3 Præterea, Illud quod magis fuit de veritate humanæ naturæ in vnoquoque, maxime resurget in eo: sed quantò aliquid primò fuit in homine, tantò videtur magis ad virtutem humanæ naturæ pertinuisse: quia in fine propter veritatem speciei debilitatam, cōparatur vino aquoso corpus humanum, * vt patet per Philosophum † in primo de generatione: ergo si omnes debent in eadem ætate resurgere, magis decet, quòd resurgant in ætate puerili, quàm iuuenili.

* Q. præc. ar. 4. corp. † Ari. li. 1. tex. 88. * li. 22. de Ciuit. Dei ca. 15. à me dicto, & vide in glo. Hymenis super illud ad Ephes. 4. donec occurramus &c. in glo. ordi. & Mag. li. 4. Sent. di. 44. §. Ad.

¶ Sed contra est, quod dicitur Ephes. 4. Donec occurramus omnes in virum perfectum in mensuram ætatis plenitudinis Christi: sed Christus resurrexit in ætate iuuenili, quæ circa 30. annos incipit, vt August. * dicit: ergo & alii in ætate iuuenili resurgent.

¶ Præterea, Homo in maxima perfectione naturæ resurget: sed natura humana perfectissimum statū habet in ætate iuuenili: ergo in illa ætate resurgent oēs.

¶ Respon. dicendum, quòd homo resurget absque omni defectu humanæ naturæ: quia sicut Deus humanam naturam absque defectu instituit, ita sine defectu reparabit. Deficit autem humana natura dupliciter. Vno modo, quia nondum perfectionem vltimā est consecuta. Alio modo, quia iam ab vltima perfectione recessit. Et primo modo deficit in pueris, secūdo modo deficit in senibus. Et ideò in vtrisque reducetur humana natura per resurrectionem ad statum vltimæ perfectionis, qui est in iuuenili ætate, ad quā terminatur motus augmenti, à qua incipit motus decrementi.

Ad primum ergo dicendum, quòd ætas senectutis habet reuerentiam non propter conditionem corporis quod in defectu est, sed propter sapiētiam animę, quæ ibi esse præsumitur, ex temporis antiquitate. Vnde in electis manebit reuerentia senectutis, propter plenitudinem diuinæ sapientiæ, quæ in eis erit, sed nō manebit senectutis defectus.

¶ Ad secundum dicendum, quòd non loquimur de ætate quantum ad numerum annorum, sed quantum ad statum qui in corpore humano ex annis relinquitur. Vnde Adam dicitur in ætate iuuenili formatus, propter talem corporis conditionem, quam primo die formationis suæ habuit, & ideò ratio non est ad propositum.

¶ Ad tertium dicendum, quòd virtus speciei dicitur esse perfectior in puero, quàm in iuuene, quātum ad efficaciam agendi conuersionem alimenti aliquo modo, sicut etiam est perfectior in semine, quàm in homine completo: sed in iuuenib. est perfectior, quantum ad terminum complemēti. Vnde illud quod maximè ad veritatem humanæ naturæ pertinuit, ad illā perfectionem deducetur, quam habet in ætate iuuenili, non ad illam, quam habet in ætate puerili, in qua humores adhuc non peruenerunt ad vltimam digestionem.

ARTICVLVS II.

Vtrùm omnes resurgent eiusdem staturæ.

351

AD secundum sic proceditur. Videtur, quòd omnes resurgent eiusdem staturæ. Sicut enim homo mensuratur quantitate dimensiua, ita quantitate durationis: sed quantitas durationi, in omnibus reducetur ad eandem naturam, quia omnes in eadem ætate resurgent: ergo & quantitas dimensionis in omnibus reducetur ad eandem mensuram, vt in eadem statura omnes resurgant.

Ari. lib. 2. tex. 41.

¶ 2 Præterea, Philosophus in 2. † de Anima dicit, quòd omnium natura constantium terminus est & ratio magnitudinis & augmenti: sed iste terminus nō est nisi ex virtute formæ, cui debet congruere quantitas, sicut & omnia alia accidentia: ergo cùm omnes homines habeant eandem formam specificam, in omnibus debet esse secundùm materiam eadem quantitatis mensura, nisi sit error. Sed error naturæ corrigetur in resurrectione: ergo omnes resurgent in eadem statura.

¶ 3 Præterea, Quantitas resurgentis non poterit esse proportionata virtuti naturali, quæ primò corpus formauit, nam aliàs qui non potuerunt ad maiorem quantitatem perduci virtute naturæ, nunquam in maiori quantitate resurgerent, quod falsum est. Ergo oportet, quòd quantitas illa proportionetur virtuti reparanti corpus humanum per resurrectionem, & materiæ de qua reparatur. Sed virtus reparans omnia corpora, est eadem numero, scilicet diuina virtus: omneres autem omnes ex quibus reparantur humana corpora, se habent æqualiter ad suscipiendam actionem prædictæ virtutis. Ergo ad eandem quantitatem terminabitur resurrectio omnium hominum, & sic idem quod prius.

¶ Sed contra, Quantitas naturalis cōsequitur naturam vniuscuiusque individui: sed in resurrectione non variabitur natura individui: ergo nec quantitas naturalis eius. Sed non est eadem quantitas naturalis omnium: ergo non omnes resurgent in eadem statura.

¶ Præterea, Natura humana reparabitur per resurrectionem ad gloriam, vel ad pœnam: sed nō erit eadem quantitas gloriæ vel pœnæ in omnibus resurgentibus: ergo nec eadem quantitas naturæ.

¶ Respondeo dicendum, quòd in resurrectione nō reparabitur humana natura solum quātum ad idem specie, sed etiam quantum ad idem numero: & ideò in resurrectione non solum attendendum est quid cōpetat naturæ speciei, sed quid competat naturæ individui. Natura autem speciei habet aliquam quantitatem, quam nec excedit, nec ab ea deficit absque errore, quæ tamen quantitas habet aliquos gradus latitudinis, & non est accipienda secundum vnam mensuram determinatam. Vnumquodque autem individuum in specie humana assequitur infra terminos illius latitudinis aliquem gradum quantitatis, quæ cōpetit naturæ individui, & ad hanc perducitur in termino augmenti: si non fuerit aliquis error in opere naturæ per quem fit aliquid additum vel subtractum prædictæ quantitati, cuius quidem mensura accipitur secundum proportionem caloris extendentis, & humidi extensibilis, quod non est eiusdem virtutis in omnibus: & ideò non omnes resurgent in eadem quātitate, sed quilibet resurget in illa quantitate, in qua fuisset in termino augmēti si natura non erraſſet vel defeciſſet: quod autem superest vel deficit in homine, resecabit, vel supplebit diuina potentia.

Arti. præc. ad 2.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd iam patet ex dictis, quòd non dicuntur omnes in eadem ætate resurgere, quasi omnibus competat eadem quātitas durationis, sed quia idem status perfectionis erit in omnibus qui quidem status saluari potest in magna & in parua quantitate.

In cor. at.

¶ Ad secundum dicendum, quòd quantitas huius individui, non solum respondet formæ speciei, sed etiam naturæ individui: & ideo ratio non sequitur.

¶ Ad tertium dicendum, quòd quantitas resurgentis non proportionatur virtuti reparanti, quia illa nō est de natura corporis, neque omnibus secundùm illum statum, in quo sunt ante resurrectionem: sed naturę, quam primò individuum habebat: tamē si virtus formatiua propter aliquem defectum non poterat producere ad debitam quantitatem, quæ competit speciei, diuina virtus supplebit in resurrectione defectū, sicut patet in nanis: & eadem ratio est de illis, qui immoderatæ magnitudinis fuerunt vltra debitum naturæ.

ARTICVLVS III.

Vtrùm omnes resurgent in sexu virili.

352

AD tertium sic proceditur. Videtur, quod omnes resurgent in sexu virili. Quia dicitur Eph. 4. quòd omnes occurremus in virum perfectum &c. Ergo nō erit ibi nisi sexus virilis.

¶ 2 Præterea, In futuro omnis prælatio cessabit: ut dicit glo. * 1. Corin. 15. sed mulier ordine naturali subdita est viro: ergo mulieres non resurgent in sexu muliebri, sed virili.

* Glo. ordi. sup. illud 1. Cor. 15. Cū euacuerit oēm principatū.

¶ 3 Præterea, Illud quod est occasionaliter & præter intentionem naturæ inductu, non resurget, quia in resurrectione omnis error cessabit, vel tollet: sed sexus

Universidad de Deusto
Biblioteca

muliebris est præter intentionem naturæ inductus, ex defectu virtutis formatiuæ in semine, quæ non potest perducere materiam concepti ad formam virilē, vnde dicit Philos. * in 16. de Animalibus, quòd fœmina est mas occasionatus: ergo sexus muliebris non resurget.

* lib. 2. de Generatione Animaliū c. 3. & Sup. q. 92. artic. 1. ad 2.

¶ Sed contra est quod dicit Augu. † in 22. lib. de ciuitate Dei: Melius sapere videntur qui vtrunque sexum resurrecturum esse non dubitant.

† li. 22. de Ciuit. Dei. 17. non procul à prin. to. 5.

¶ Præterea, Deus reparabit in resurrectione quod in homine fecit in prima cōditione: sed ipse fecit mulierem de costa viri, vt patet Genesis 2. ergo ipse sexum fœmineum in resurrectione reparabit.

¶ Respondeo dicendum, quòd sicut considerata natura indiuidui, debetur diuersa quātitas diuersis hominibus, ita considerata natura indiuidui debetur diuersus sexus diuersis hominibus. & hæc etiam diuersitas competit perfectioni speciei, cuius diuersi gradus implentur per dictam diuersitatem sexus, vel quantitatis: & ideo, sicut resurgent homines in diuersis staturis, ita in diuersis sexibus: & quamuis sit differentia sexuum, deerit tamen confusio mutuæ visionis, quia aberit libido incitans ad turpes actus, ex quibus confusio causatur.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd cum dicitur: Omnes Christo occurremus in virum perfectum, non dicitur propter sexum virilem: sed propter virtutem animi, quæ erit in omnibus, & viris & mulieribus.

¶ Ad secundum dicendum, quòd mulier subditur viro propter imbecillitatem naturæ: & quantum ad vigorem animi, & quantum ad robur corporis: sed post resurrectionem non erit differentia in his secundum diuersitatem sexuum, sed magis secundum diuersitatem meritorum: & ideo ratio non procedit.

¶ Ad tertium dicendum, quòd quāmuis fœminæ generatio sit præter intentionem naturæ particularis est tamen de intentione naturæ vniuersalis, quæ ad perfectionem humanæ speciei vtrumque sexum requirit, nec ex sexu erit ibi aliquis defectus.

ARTICVLVS IIII.

Vtrùm omnes resurgent in vita animali.

353

AD quartum sic proceditur. Videtur, quòd resurgent in vita animali, vt scilicet vtantur actu nutritiuę virtutis & generatiuæ. Quia resurrectio nostra erit conformis resurrectioni Christi: sed Christus dicitur post resurrectionem comedisse, vt patet Matth. vlti. & Luc. vlti. ergo & homines post resurrectionem comedent: & eadem ratione generabunt.

¶ 2 Præterea, Distinctio sexuum ad generationem ordinatur, & similiter instrumenta quæ deseruiunt virtuti nutritiuæ, ordinātur ad comestionem: sed homo cum omnibus huiusmodi resurget: ergo vtetur actibus virtutis generatiuæ & nutritiuæ.

¶ 3 Præterea, Totus homo beatificabitur, & secundum animam & secundum corpus: sed beatitudo sine felicitas secundum Philosophum † in perfecta operatione consistit: ergo oportet, quòd omnes potentiæ animæ & omnia membra sint in suis actibus in beatis post resurrectionem, & sic idem quod prius.

† li. 1. Ethi. c. 7. à medio.

¶ 4 Præterea, In beatis post resurrectionē erit beata & perfecta iucunditas: sed talis iucunditas omnes delectationes includit, quia beatitudo est status omnium bonorum aggregatione perfectus. & perfectum est, cui nihil deest: cum ergo in actu virtutis generatiuæ & nutritiuæ sit magna delectatio, videtur, quòd tales actus ad vitam animalem pertinentes, in beatis erunt, & multò fortiùs in aliis, qui minus spiritualia corpora habebunt.

¶ Sed contra est, quod dicitur Mat. 22. in resurrectione neque nubent, neque nubentur.

¶ Præterea, Generatio ordinatur ad subueniendū defectui, qui p mortem accidit ad multiplicationē humani generis. & comestio, ad restaurationem deperditi & augmentum quantitatis: sed in statu resurrectionis iam humanum genus habebit totam multitudinem indiuiduorum à Deo præfinitam, quia vsque ad hoc generatio differetur, similiter etiam quilibet homo reintreget in debita quantitate, nec erit vltra mors, aut aliqua deperditio fiet à partibus hominis: ergo frustra esset actus generatiuæ & nutritiuæ virtutis.

¶ Respondeo dicendum, quòd resurrectio non erit necessaria homini propter primam perfectionem ipsius quæ consistit in integritate eorum, quæ ad naturam spectant: quia ad hoc homo peruenire potest in statu præsentis vitæ per actionem causarum naturalium: sed necessitas resurrectionis est ad consequēdam vltimam perfectionem, quæ consistit in peruentione ad vltimum finem. * Et ideo illæ operationes naturales quæ ordinantur ad primam perfectionem humanæ naturæ vel causandam, vel conseruandā, non erunt in resurrectione: & huiusmodi sunt actiones animalis vitæ in homine, & actiones mutuæ in elementis, & motus cœli: & ideò omnia hæc cessabunt in resurrectione. Et quia comedere & bibere, & dormire, & generare ad animalem vitam pertinent, cum sint ad primam perfectionē naturæ ordinata, ideò in resurrectione talia non erunt.

* q. 71. art. 1. corp. & ar. seque.

¶ Ad primum ergo dicēdum, quòd illa * comestio, qua Christus comedit, nō fuit necessitatis, quasi cibis indigeret humana natura post resurrectionē, sed fuit potestatis, vt ostenderet se veram naturam resumpsisse quam prius habuerat in statu illo quando cum discipulis comederat & biberat: hæc autem ostensio nō erit necessaria in resurrectione communi, quia omnibus notum erit: & ideo dicitur dispensatiue Christus manducasse, eo modo loquendi, quo iurisiæ dicunt, quòd Dispensatio est communis iuris relaxatio, quia Christus intermisit hoc, quod est communiter resurgentium, scilicet non vti cibis, propter causam prædictam. Et propter hoc ratio non sequitur.

* Vide Tho. quæ libeto 7. art. 5

¶ Ad secundum dicendum, quòd differentia sexuū & membrorum varietas erit ad naturæ humanæ perfectionem reintegrādam, & in specie, & in indiuiduo, vnde non sequitur quòd sint frustrā, quāmuis animales operationes desint.

¶ Ad tertium dicendum, quod prædictæ operationes non sunt hominis inquantum est homo, vt etiam Philosophus † dicit, & ideo in eis non consistit beatitudo humani corporis: sed corpus humanum * glorificabitur ex redundantia à ratione à qua homo est homo, inquantum erit ei subditum.

† lib. 10. Eth. c. 7. medi. * Albert. ficibitur. * Arist. hoc. 12. text. 3. prin. & 9. ex c. 9. & vltimo. * Aliam-mum.

¶ Ad quartum dicendum, quòd delectationes corporales, sicut dicit Philosop. † in 7. & 10. Ethico. sunt medicinales, quia adhibentur homini ad tollendum fastidium: vel etiam ægritudines, inquantum in eis homo inordinatè delectatur, ac si essent veræ delectationes, sicut homo habens infectum gustum, delectatur in quibusdam, quæ sanis non sunt delectabilia. Et ideò non oportet, quòd tales delectationes sint de perfectione beatitudinis, vt Iudæi & Sarraceni ponunt, & quidam hæretici posuerunt, qui vocantur Ciliarchæ, qui etiam secundum doctrinam Philosophi non videntur sanum habere affectum: solæ enim delectationes spirituales secundum ipsum sunt simpliciter delectationes & propter se quærendæ, & ideo ipsę solæ ad beatitudinem requiruntur.

QVAE-

QVAEST. LXXXII.

QUAESTIO LXXXII.

De impassibilitate corporum beatorum resurgentium, in quatuor articulos diuisa.

DEinde considerandum est de conditionibus beatorum resurgentium. Et primò, de eorum corporum impassibilitate. Secundò, de subtilitate. Tertiò, de agilitate. Quartò, de claritate.

Circa primum quæruntur quatuor.

¶ Primò, vtrum Sancti resurgentes, resurgent quo ad corpora, impassibiles.

¶ Secundò, vtrum æqualis impassibilitas omnibus inerit.

¶ Tertiò, vtrum illa impassibilitas sensum in actu à corporibus gloriosis excludat.

¶ Quartò, vtrum sint in eis omnes sensus in actu.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrùm corpora sanctorum post resurrectionem erunt impassibilia.

354 Tho. 4. di. 44. q. 2. art. 1. q. 1. & seq.

AD primum sic proceditur. Videtur, quòd corpora sanctorum post resurrectionem non erunt impassibilia. Omne enim mortale est passibile: sed homo post resurrectionem erit animal rationale mortale, hæc enim est definitio hominis, quæ nunquam ab eo separabitur: ergo corpus erit passibile.

¶ 2 Præterea, Omne quod est in potentia ad formam alterius, passibile est ab illo, quia secundum hoc aliquid est passiuum ab alio, vt dicitur in primo de generatione: sed corpora sanctorum post resurrectionē erunt in potentia ad aliam formam: ergo erunt passibilia. Probatio mediæ. Quæcunque communicant in materia, vnum eorum est in potentia ad formam alterius, materia enim, secūdum quod est sub vna forma, non amittit potentiam ad aliam formam: sed corpora sanctorum post resurrectionem communicabūt cum elementis in materia, quia ex eadem materia reparabuntur, ex qua nunc sunt: ergo erunt in potentia ad aliam formam, & sic erunt passibilia.

¶ 3 Præterea, Cōtraria nata sunt agere & pati adinuicem, vt in primo de generatione dicit Philosophus † sed corpora Sanctorum post resurrectionem erunt ex contrariis composita, sicut & nunc sunt: ergo erunt passibilia.

* Arist. li. 1. c. 50. & sequentibus.

Q 80. ar. 3

¶ 4 Præterea, In corpore humano resurget sanguis & alij humores, vt suprà dictum * est: sed ex pugna humorum adinuicem generantur ægritudines & huiusmodi passiones in corpore: ergo erunt corpora Sanctorum post resurrectionem passibilia.

¶ 5 Præterea, Magis repugnat perfectioni defectus in actu, quàm defectus in potentia: sed passibilitas importat solùm defectum in potentia: cùm ergo in corporibus beatorum sint futuri aliqui defectus in actu, sicut cicatrices vulnerum in martyribus, vt in Christo fuerunt: videtur quòd nihil deperibit perfectioni eorum si ponantur habere corpora passibilia.

¶ Sed cōtra, Omne passibile est corruptibile, quia passio magis facta abiicitā subſtātia: sed corpora sanctorum post resurrectionem erunt incorruptibilia, vt dicitur primæ ad Corin. 15. Seminatur in corruptione, surget in incorruptione: ergo erunt impassibilia.

¶ Præterea, Fortius non patitur à debiliori: sed nullum corpus erit fortius corporibus Sanctorum, de quibus dicitur primæ ad Cor. 15 Seminatur in infirmitate, surget in virtute: ergo erunt impassibilia.

¶ Respondeo dicendum, quòd passio dupliciter dicitur. Vno modo, communiter, & sic omnis receptio, passio dicitur, siue illud quod recipitur sit conueniens recipienti & perfectiuum ipsius, siue contrarium & corruptiuum: & ab huiusmodi passionis remotione corpora gloriosa impassibilia non dicuntur, cùm nihil quod est perfectionis, ab eis sit auferendum. Alio modo passio dicitur proprie, quam sic definit Damas. * in 2. lib. Passio est motus præter naturam: vnde immoderatus motus cordis, passio eius dicitur, sed moderatus dicitur eius operatio. Cuius ratio est, quia omne quod patitur, trahitur ad terminos agētis, quia agens assimilat sibi patiens: & ideo patiens inquantum huiusmodi, trahitur extra terminos proprios, in quibus erat: sic ergo, proprie accipiendo passionem, non erit in corporibus Sanctorum resurgentium potentialitas ad passionem, & ideò impassibilia dicentur. Huius autem impassibilitatis ratio à diuersis diuersimodè assignatur. Quidam enim eam attribuunt conditioni elementorum, quæ aliter tunc se habebūt in corpore, quàm modo se habent. Sicut enim, quòd elementa remanebunt ibi secundùm subtiātiam, sed qualitates actiuæ & passiuę ab elementis auferentur. Sed hoc non videtur verum, quia qualitates actiuæ & passiuæ sunt de perfectione elementorum: vnde si sine eis reparentur elementa in corpore resurgentis, essent minoris perfectionis, quàm modo sint. Et præterea cum qualitates illæ sint propria accidentia elementorum ex forma & materia ipsorum causata, * videtur valde absurdum, quod causa maneat & effectus tollatur. Et ideò alij dicunt, quod manebūt qualitates, sed non habebunt proprias actiones, diuina virtute id faciente ad conseruationem humani corporis. Sed hoc etiam non videtur posse stare quia ad mixtionem requiritur actio & passio actiuarum & passiuarum qualitatum, & secundùm prædominium vnius vel alterius mixta, efficiunt diuersę cōplexiōis: quod oportet ponere in corpore resurgentis, quia erunt ibi carnes & ossa, & huiusmodi partes, quibus omnibus non competit vna complexio. Et præterea secundum hoc impassibilitas non posset poni dos in eis, quia non poneret aliquam dispositionem in substantia impassibili, sed solum prohibitionem passionis ab exteriori, scilicet diuina virtute, quæ etiam posset idem facere de corpore hominis in statu huius vitæ.

* lib. 2. c. 22. non procul à prin.

* q. 74. ar. 5. corp.

¶ Et ideo alij dicunt, quòd in ipso corpore erit aliquid prohibēs passionem corporum gloriosorum, scilicet natura quinti corporis, quam ponunt venire in compositionem humani corporis ad conciliandum elementa in harmoniam quandam, per quam possint esse debita materia animæ rationalis: sed tamen in statu huius vitę propter dominium elementaris naturæ, corpus humanum patitur ad similitudinem aliorum elementorum, sed in resurrectione dominabitur natura quinti corporis, & ideò corpus humanum reddetur impassibile ad similitudinem corporis cœlestis. Sed hoc non potest stare, quia corpus quintum non venit materialiter ad compositionem corporis humani, vt in secundo * libro ostensum est. Et præterea impossibile est dicere, quòd aliqua virtus naturalis, qualis est virtus corporis cœlestis, transferat corpus humanum ad proprietatem glorię, qualis est impassibilitas corporis gloriosi cum immutatione corporis humani Apostolus attribuat virtuti Christi: quia qualis cœlestis, tales & cœlestes, 1. Corinth. 15. & Philip. 3. Reformabit corpus humilitatis nostræ, &c.

Tho. in 2. Se. di. 12. q. 1. art. 1.

Additio, ad iij. Par. S. Tho. O 2 Præte-

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Præterea, Non potest nã cęlestis ita dominari in corpore humano, quia nã elemẽtaris remaneat, cui ex essentialib. suis principiis passibilitas iest. Et io aliter dicendum est, q̃ omnis passio fit per victoriam agẽtis super patiens, alias non traheret ipsum ad termino suos: impossibile est autem, quòd aliquid dominetur super patiens, nisi inquãtum debilitatur dominium formæ propriæ super materiam patientis, loquendo de passione, quæ est contra naturam, de qua nunc loquimur: non enim materia subiicitur vni contrariorum, sine hoc quòd tollatur dominium alterius super ipsam, vt saltem diminuatur. Corpus autem humanũ & quicquid in eo est, erit perfectè subiectum animæ rationali; sicut anima perfectè erit subiecta Deo: & ideò in corpore glorioso non poterit esse aliqua mutatio contra dispositionem illam, qua perficitur ab anima: & ita corpora illa erunt impassibilia.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd secundum Anselmum, * mortale ponitur in definitione hominis à Philosophis, qui non crediderunt hominem totum aliquando posse esse immortalem, quia non viderunt homines nisi secundum huius mortalitatis statũ. Vel potest dici, quòd secundum Philosophum in octauo Metaph. quia differentiæ essentiales sunt nobis incognitæ, vtimur quandoque differentiis accidẽtalibus, ad significandum differentias essentiales, quæ sunt accidentialium causæ: vnde mortale in definitione hominis non ponitur, quasi ipsa mortalitas ad essentiã hominis pertineat, sed quia illud quod est causa passibilitatis & mortalitatis secundum presentem statum, scilicet compositio ex contrariis, est de essentia hominis: sed tunc non erit causa eius, propter victoriam animæ super corpus.

* In lib. 2. Cur Deus hõ c. 11. parum à prin.

¶ Ad secundum dicendum, quòd duplex est potẽtia, ligata & libera, & hoc non solum est verum de potentia actiua, sed etiam de passiua. Forma enim ligat potentiam materię, determinando ipsam ad vnum, & hoc secundum quòd dominatur super eam: & quia in rebus corruptibilibus non perfectè dominatur forma supra materiam, nõ perfectè potest ligare ipsam, quin recipiat interdum per aliquam passionem, dispositionem contrariam formæ. Sed in sanctis post resurrectionem, omnino anima dominabitur supra corpus, nec illud dominium aliquo modo poterit auferri, quia ipsa erit immutabiliter Deo subiecta, quod non fuit in statu innocentiæ: & ideò in corporibus illis manet eadem potentia ad formam aliam, quæ nũc inest, quantum ad substantiam potentiæ, sed erit ligata per victoriam animæ supra corpus, vt nunquam in actum passionis exire possit.

¶ Ad tertium dicendum, quòd qualitates elementares sunt instrumenta animæ, vt patet in secundo de anima, quia calor ignis in corpore animalis regulatur in actu nutriendi per virtutem animæ. Quando autem agens principale est perfectum, & non est aliquis defectus in instrumento, nulla actio procedit ab instrumento, nisi secundum dispositionem principalis agentis: & ideò in corporib. sanctorum post resurrectionẽ nulla actio vel passio poterit pẽnire à qualitatib. elementarib. quæ sit contra dispositionem animæ, quæ intendit conseruare corpus.

† Est Epist. 46. inter princip. & me. to. 2.

¶ Ad quartum dicendum, quòd secundum Augustinum † in epistola ad Consentinum, valet diuina potentia de ista visibili atque tractabili natura corporum, quibusdam manentibus auferre, quas voluerit qualitates. Vnde sicut ab igne fornacis Chaldæorum abstulit virtutem comburendi, quantum ad aliquid, quia corpora puerorum illæsa seruata sunt, sed manfit quantum ad aliquid, quia ignis ille ligna combure bat: ita auferet ab humoribus passibilitatem & dimittet naturam. Modus autem quo hoc fiet, dictus, est. *

In cor. huius art.

¶ Ad quintum dicendum, quòd cicatrices vulnerum non erunt in sanctis, nec in Christo fuerunt, inquantum important aliquem defectum, sed inquantum sunt signa constantissimæ virtutis, qua passi sunt pro iustitia & fide, vt ex hoc & ipsis & aliis gaudium crescat: vnde dicit August. † 22. de Ciuit. Dei. Nescio quomodo sic afficimur amore martyrum beatorum, vt velimus in illo regno in eorum corporibus videre vulnerum cicatrices, quæ pro Christi nomine pertulerunt, & fortasse videbimus: non enim deformitas in eis, sed dignitas est quædam, quamuis in corpore nõ corporis, sed virtutis pulchritudo fulgebit: nec tamẽ si aliqua martyribus amputata & ablata sunt membra, sine ipsis membris erunt in resurrectione mortuorũ, quibus dictum est, Capillus de capite vestro non peribit.

† li. 22. de Ciuit. Dei cap. 20 ia principio.

Luce 21.

ARTICVLVS II.

Vtrùm impassibilitas in omnibus erit æqualis.

365

Ad secũdum sic proceditur. Videtur, quòd impassibilitas in omnibus erit æqualis. Quia primæ ad Cor. 15. dicit Gl. quod æqualiter omnes habent quòd pati non possunt: sed ex hoc, quòd pati non possunt, habẽt dotem impassibilitatis: ergo impassibilitas est æqualis in omnibus.

¶ 2 Præterea, Negationes non recipiunt magis & minus: sed impassibilitas est quædam negatio vel priuatio passibilitatis: ergo nõ potest esse maior in vno, quàm in alio.

¶ 3 Præterea, Magis album dicitur quod est nigro impermixtius: sed nulli corporum sanctorũ admiscebitur aliquid de passibilitate: ergo omnia erunt æqualiter impassibilia.

¶ Sed contra, Merito debet respondere præmium proportionaliter: sed sanctorum quidam fuerũt aliis maiores merito: ergo cum impassibilitas sit quoddã præmium, videtur, quod in quibusdam sit maior, quã in aliis.

¶ Præterea, Impassibilitas diuiditur contra dotẽ claritatis: sed illa non erit æqualis in omnibus, vt patet 1. Cor. 15. ergo nec impassibilitas.

Respondeo dicendum, quòd impassibilitas potest dupliciter considerari: vel secundum se, vel secundum causam suam. Si secundum se consideretur, quia solã negationem vel priuationem importat, non suscipit magis & minus: sed erit æqualis in omnibus beatis. Si autem consideretur secundum suam causam, sic erit in vno maior, quàm in alio. Causa autem eius est dominium animæ super corpus, quod quidem dominium causatur ex hoc, quòd ipsa anima fruitur Deo immobiliter: vnde in illo qui perfectiùs fruitur, est maior impassibilitatis causa.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd glo. illa loquitur de impassibilitate secundum se, & non secundum causam suam.

Ad secundum dicendum, quòd quamuis negationes & priuationes secundum se non intendantur nec remittantur, tamen intenduntur & remittuntur ex causis suis: sicut dicitur esse locus magis tenebrosus, qui habet plura & maiora obstacula lucis.

Ad tertium dicendum, quòd aliqua non solum intenduntur per recessum à contrario, sed etiam per accessum ad terminum, sicut lux intenditur. Et præterea etiam impassibilitas est maior in vno, quàm in alio, quamuis in nullo aliquid passibilitatis remaneat.

ARTI-

ARTICVLVS III.

Vtrùm impassibilitas sensum in actu à corporibus glorioſis excludat.

365

Ad tertium sic proceditur. Videtur, q̃ impassibilitas sensum in actu à corporib. glorioſis excludat. Quia sicut dicit Philosophus in secundo de Anima, sentire est quoddam pati: corpora autem gloriosa erunt impassibilia: ergo non sentient in actu.

* Ari. li. 2. tex. 118.

¶ 1 Præterea, Immutatio naturalis præcedit immutationem animalem, sicut esse naturale præcedit esse intentionale: sed corpora gloriosa ratione impassibilitatis nõ immutabuntur immutatione nãli: ergo nec immutatione animali, quæ requiritur ad sentiẽdum.

¶ 3 Præterea, Quandocunq; fit sensus in actu, cum noua receptione fit nouum iudicium: sed ibi nõ erit nouum iudicium, quia non erunt ibi cogitationes volubiles: ergo non fiet ibi sensus in actu.

¶ 4 Præterea, Quando anima est in actu intenso vnius potentiæ, remittitur actus alterius potentiæ: sed anima summè erit intenta ad actum virtutis intellectiuæ, qua Deum contemplabitur: ergo nõ erit aliquo modo in actu virtutis sensitiuæ.

¶ Sed contra est, quod dicitur Apoc. 1. Videbit eũ omnis oculus: ergo erit ibi sensus in actu.

* Ari. li. 1. tex. 19.

¶ Præterea, Secundum Philosophum * in primo de anima, animatum ab inanimato distinguitur sensu & motu, sed ibi erit motus in actu, quia tanquam scintillæ in arundineto discurrent. Sapient. 3. ergo & sensus in actu.

¶ Respondeo dicendum, quòd aliquem sensum eẽ in corporib. beatorum omnes ponunt aliàs corporalis vita sanctorum post resurrectionẽ assimilaret magis somno quàm vigiliæ, quod non competit illi perfectioni, eò q̃ in somno corpus sensibile non est in vltimo actu vitæ, propter quod somnus dicitur vitæ dimidium, in primo * Ethic. Sed in modo sentiendi diuersi diuersa opinãtur. Quidam. n. dicũt, q̃ corpora gloriosa erunt impassibilia, & propter hoc non receptibilia peregrinæ impressionis, & multò minùs, quàm corpora cælestia, quia non erit ibi sensus in actu per receptionẽ alicuius speciei à sensibilib. sed magis extrà mittendo. Sed hoc non potest esse, quia in resurrectione natura speciei manebit eadem in homine, & in omnib. partib. eius: huiusmodi autem est natura sensus, vt sit potentia passiua, vt in secundo de anima probat Philosophus. * Vnde si in resurrectione sancti sentirent extrà mittendo & non recipiendo, non esset sensus in eis virtus passiua, sed actiua & sic non esset eiusdem speciei cũ sensu, qui nunc est, sed esset aliqua alia virtus eis data: sicut enim materia nũquàm fit forma, ita potentia passiua nunquam fit actiua. Et ideò alij dicunt, quòd sensus in actu fiet per susceptionem, nõ quidem ab exterioribus * sensibus, sed per effluxum à superioribus viribus: vt sicut nunc superiores vires accipiunt ab inferioribus, ita è conuerso tunc inferiores accipient à superioribus. Sed iste modus receptionis non facit vere sentire, quia omnis potentia passiua secundum suæ speciei rationem determinatur ad aliquid actiuum speciale: quia potentia inquantum huiusmodi, habet ordinem ad illud, respectu cuius dicitur: vnde cum proprium actiuum in sensu exteriori, sit res existens extra animam: & non intentio eius existens in imaginatione, vel ratione, si organum sentiendi non moueatur à rebus extra, sed ex imaginatione vel aliis superioribus viribus, non erit vere sentire. Vnde non dicimus, quod phrenetici & alij mentecapti, in quibus propter victoriam imaginatiuę virtutis fit huiusmodi defluxus specierũ ad organa sentiendi, vere sentiant: sed quòd videtur eis quòd sentiant. Et ideò dicẽdum est cum aliis quòd sensus corporum glorioſorum erit per susceptionem à rebus, quæ sunt extra animam. Sed sciendum est, quòd organa sentiendi immutantur à rebus, quæ sunt extra animam dupliciter. Vno modo, immutatione naturali, quando scilicet organum disponitur eadem qualitate naturali, qua disponitur res extra animã, quę agit in ipsis, sicut cum manus fit calida ex tactu rei calidæ, vel odorifera ex tactu rei odiferæ. Alio modo, immutatione spirituali, quãdo recipitur qualitas sensibilis in instrumẽto secundum esse spirituale, id est, species siue intentio qualitatis, & non ipsa qualitas, sicut pupilla recipit speciem albedinis, & tamen ipsa non efficitur alba. Prima ergo receptio non causat sensum, per se loquendo, quia sensus est susceptiuus specierũ in materia præter materiam, id est, præter esse materiale, quod habebat extra animam: vt dicitur in 2. de anima, * & hæc receptio immutat naturã recipientis: quia recipitur hoc modo qualitas secundum esse suũ materiale: vnde ista receptio non erit in corporibus glorioſis, sed secunda, quæ per se facit sensum in actu, & non immutat naturam recipientis.

* Lib. 1. c. 13 parum à medio.

* Li. 2. tex. 51. 74. & 122.

* Al. sensibilibus.

* Ari. li. 2. tex. 121.

¶ Ad primum ergo dicendum (quòd iam patet ex dictis *) quòd per hanc passionem, quæ est in actu sentiendi, quæ non est aliud, quàm receptio prædicta, non trahitur corpus extra naturalem statum qualitatẽ, sed spiritualiter perficitur: vnde impassibilitas glorioſorum corporum hanc passionem non excludit.

* In corp. articu.

¶ Ad secundum dicendum, quòd omne passiuum recipit actionem agentis secundum suum modum: si ergo aliquid sit quod fit natum immutari ab actiuo, naturali & spirituali immutatione, immutatio naturalis præcedet immutationem spiritualem, sicut esse naturale præcedit esse intentionale: si autem natum sit immutari spiritualiter tantum, non oportet quòd immutetur naturaliter: sicut de aere, qui nõ est receptiuus coloris secundum esse naturale, sed solum secundum esse spirituale: & ideò hoc solũ modo immutatur, sicut è conuerso corpora inanimata immutantur per qualitates sensibiles solùm naturaliter, & non spiritualiter, in corporibus autem glorioſis non potest esse aliqua immutatio naturalis: & ideo ibi erit spiritualis immutatio tantùm.

¶ Ad tertium dicendum, quòd sicut erit noua receptio speciei in organo sentiendi, ita erit nouum iudicium sensus communis: non autem erit nouum iudicium intellectus de hoc, sicut fit in eo qui videt aliquid quod prius sciuit. Quod autem dicit Augusti. * Trinitate c. 16. cir. fi. com. 3.

* lib. vl. & est 15 de

¶ Ad quartum dicendum, quòd quando vnum duorum est ratio alterius, occupatio animæ circa vnum non impedit nec remittit occupationem eius circa aliud. Sicut medicus dum videt vrinam, non minùs potest considerare artis regulas de coloribus vrinarum, sed magis. Et quia Deus apprehenditur à sanctis, vt ratio omnium quæ ab eis agentur, vel cognoscentur: ideo occupatio eorum circa sensibilia sentiẽda, vel quæcunque alia contemplanda aut agenda, in nullo impedit diuinam contemplationem, nec è conuerso. Vel dicendum, quòd ideo vna potentia impeditur in actu suo, quando alia vehemẽter operatur, quia vna potentia de se non sufficit ad tam intensam operationem nisi ei subueniatur per id quod erat aliis potentiis vel membris influendum à principio vitæ: & quia in sanctis erunt omnes potentiæ perfectissimæ, vna poterit ita intensè operari, quòd exhoc nullum impedimentum præstabitur actioni alterius potentiæ, sicut & in Christo fuit.

Additio, ad iij. Par. S. Tho.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ARTICVLVS IIII.

Vtrùm in beatis post resurrectionem sint omnes sensus in actu.

357 * Ari.li.3. de aĩa tex. 17.& li.3. text.32.& sequen.

AD quartum sic proceditur. Videtur, quòd nõ sint ibi omnes sensus in actu. Tactus enim est primus inter omnes alios sensus, vt dicitur in 2.de * Anima: sed corpora gloriosa carebũt actu sensus tactus, quia sensus tactus fit in actu per immutationem corporis animalis, ab aliquo exteriori corpore prædominante in aliqua qualitatum actiuarum vel passiuarum, quarum est tactus discretiuus, qualis tunc immutatio esse non poterit: ergo nõ erũt ibi omnes sensus in actu.

† Supra q. 81. art. vlt.

¶ 2 Præterea, Sensus gustus deseruit actui virtutis nutritiuæ: sed post resurrectionem huiusmodi actus non erit: † ergo frustra esset ibi gustus.

¶ 3 Præterea, Post resurrectionem nihil corrumpetur, quia tota creatura vestietur quadam virtute incorruptionis: sed sensus odoratus in actu suo esse nõ potest nisi aliqua corruptione facta, quia odor nõ sentitur sine aliqua fumali euaporatione, quæ in quadã resolutione consistit: ergo sensus odoratus non erit ibi in suo actu.

¶ 4 Præterea. Auditus deseruit disciplinæ, vt dicitur in lib. de sensu & sensato: sed non erit post resurrectionem beatis necessaria aliqua disciplina per sensibilia, quia diuina sapientia replebũtur ex ipsius Dei visione: ergo non erit ibi auditus.

¶ 5 Præterea, Visio fit secundum quòd in pupilla recipitur species rei visæ: sed hoc non poterit esse post resurrectionẽ in beatis: ergo nõ erit ibi visus in actu, qui tamen est omnium sensuum nobilior. Probatio mediæ. Illud quod est lucidum in actu, non est receptiuum speciei visibilis, vnde speculum directè positum sub radio Solis, nõ repræsentat speciẽ corporis oppositi: sed pupilla sicut & totũ corpus, erit claritate dota ta: ergo nõ recipiet ibi aliqua species colorati corpis.

¶ 6 Præterea, Secundum perspectiuos omne quod videtur, sub angulo videtur: sed hoc non cõpetit corporibus gloriosis: ergo non habebunt sensum visus in actu. Probatio mediæ. Quandocunque aliquid videtur sub angulo, oportet aliquã esse ꝓportionẽ anguli ad distantiam rei visæ: quia quod à remotiori videtur, minus videtur, & sub minori angulo, vnde posset eẽ ita paruus angulus, quòd nihil de re videretur; si ergo oculus gloriosus videbit sub angulo, oportet quòd videat sub determinata distantia. & ita quòd non videat aliquid à remotiori, quã modò videmus, quod videtur valde absurdũ: & sic videtur, quòd sensus visus, actu non erit in corporibus gloriosis.

¶ Sed contra. Potentia coniuncta actui est perfectior, quàm non cõiuncta: sed natura humana erit in beatis in maxima perfectione: ergo erunt ibi omnes sensus in suo actu.

¶ Præterea, Viciniùs se habent ad animam potentiæ sensitiuæ, quàm corpus: sed corpus præmiabitur, vel punietur propter merita, vel demerita animæ: ergo & omnes sensus præmiabuntur in beatis, & punientur in malis, secundum delectationem & dolorem vel tristitiam, quæ inoperatione sensus consistunt.

¶ Respondeo dicẽdum, quod circa hoc est duplex opinio. Quidã enim dñt, quod in corporib. gloriosis erunt omnes potentiæ sensuum, nõ tamen erunt in actu, nisi duo sensus, s. tactus & visus; nec hoc erit ex defectu sensuum, sed ex defectu medij & obiecti: nec tamẽ erũt frustrà, quia erunt ad integritatẽ humanæ naturæ, & ad cõmẽdãdã sapientiã Creatoris. Sed hoc nõ videtur verũ, quia illud quod est medium in istis sensib. est ẽt in aliis medium. In visu. n. est mediũ aer, qui ẽt est medium in auditu & odoratu, sicut patet in secundo * de Anima. Similiter ẽt gustus habet mẽdium coniunctum sicut & tactus, cum gustus sit tactus quidã. vt in eodẽ libro † dicitur. Odor ẽt erit ibi qui est obiectum odoratus: cum Ecclesia cãtet, quod odor suauissimus erunt corpora sanctorum. Laus ẽt vocalis erit in patria. Vnde dicitur super illud * Psal. 149. Exultationes Dei in gutture eorum: quòd corda & linguæ non desinent laudare Deum. Et idem etiã habetur per Glo. † super illud 2. Esdræ. 12. In cãtico & in cymbalis. & cætera.

* Ari. li. 2. de ani. tex. 78. & 97. † Ari. li. 2. de ani. tex. 28. & 29. * Glosa ordinar. super. illud Psal. 149. Exultationes. † Glo. ordinar. ibidem. * Quæst. 81. artic. 4

¶ Et ideo secundum alios dicendum, quòd odoratus & auditus erunt ibi in actu, sed gustus non erit in actu, ita quod imutetur ab aliquo cibo vel potu sumpto. vt patet ex dictis, * nisi fortè dicat, quod erit ibi gustus in actu per immutationẽ linguæ ab aliqua humiditate adiuncta.

¶ Ad primum ergo dicendum, q̃ qualitates, quas tactus percipit, sunt illæ ex quib. constituitur animale corpus: vnde ꝓ qualitates tãgibiles corpus animalis secundum statum præsentem natum est immutari immutatione naturali & spirituali ab obiecto tactus. Et ió tactus dicitur maximè materialis inter alios sẽsus, quia habet plus de materiali immutatione adiunctum, nõ tamen immutatio materialis se habet ad actum sentiendi, qui perficitur spirituali immutatione nisi per accidens. Et ió in corporib. gloriosis, à quib. impassibilitas excludit naturalem immutatibnem, erit immutatio à qualitatib. tãgibilib. spiritualis tantum, sicut etiam in corpore Adæ fuit, quia nec ignis vrere nec gladius scindere potuissẽt, & tamen horum sensum habuissẽt.

¶ Ad secundum dicẽdum, quòd gustus secundum quod est sensus alimenti, non erit in actu, sed secundum quod est *iudicium saporum, esse poterit fortè, per modum prædictum.†

* Al. iudicatum. † In fin. cor. huius artic.

¶ Ad tertium dicendum, quòd quidam posuerunt quòd odor nihil aliud est, quã quædã fumalis euaporatio. Sed hæc positio nõ põt esse vera: quod patet ex hoc, quòd vultures currunt ex odore percepto ad cadauera ex locis remotissimis: cum tamen nõ esset possibile, quòd euaporatio aliqua pertingeret à cadauere ad tã remota loca, ẽt si totum resolueret in vaporẽ, & præcipuè cum sensibilia in æquali distãtia ad quã libet partẽ immutent. Vnde odor immutat medium quãdoq; & instrumentum sentiẽdi spirituali immutatione sine aliqua euaporatione pertingente ad organum: sed quod aliqua euaporatio requiratur, hoc est, eò quòd odor ĩ corporib. est humiditate aspersus. Vnde oportet resolutionẽ fieri ad hoc quòd ꝓcipiatur. Sed in corporib. gloriosis erit odor in sua vltima perfectione nullo modo per humidum repressus: vnde immutabit spirituali immutatione, sicut odor fumalis euaporationis facit: & erit sensus odoratus in sanctis, quia nulla humiditate impedietur, & cognoscet nõ solum excellentias odoris: sicut nunc in nobis cõtingit propter nimiam cerebri humiditatem, sed etiã minimas odorum differentias

¶ Ad quartum dicendum, quòd in patria erit laus vocalis, quãuis quidam aliter dicant, & sola immutatione spirituali organum auditus immutabit in beatis, nec erit propter disciplinam qua scientiam acquirent, sed propter perfectionem sensus & delectationem: quomodo autem vox ibi formari poterit, dictum est in secundo libro. *

Thom. de Sen. d. 15.

¶ Ad quintum dicendum, quòd intensio luminis non impedit receptionẽ spũali speciei coloris, dum mõ maneat in natura diaphani, sicut patet, quod quãtumcunque illuminetur aer, põt esse medium in visu: & quãto est magis illuminatus, tãto ꝓ ipm aliquid clarius

rius videtur, nisi sit defectus ex debilitate visus. Q̃ autem in speculo directè oppositio radio Solis, nõ appareat species corporis oppositi, nõ est propter hoc, quòd impediatur receptio, sed propter hoc, quòd impeditur reuerberatio. Oportet. n. ad hoc, quòd forma in speculo appareat, quòd fiat quædam reuerberatio ad aliquod corpus obscurum: & ideò plumbũ vitro adiungitur in speculo: hanc autem obscuritatẽ radius solis repellit, vnde nõ potest apparere species aliqua in speculo. Claritas autem corporis gloriosi non aufert diaphaneitatem à pupilla, quia gloria nõ tollit naturam: vnde magnitudo claritatis in pupilla magis facit ad * acumẽ visus, quàm ad eius defectũ.

Al. actum.

¶ Ad sextum dicendum, quòd quanto sensus est perfectior, tantò ex minori immutatione facta potest obiectum suum percipere: quantò autem sub minori angulo visus à visibili immutatur, tãto minor immutatio est, & inde est quòd visus fortior magis à remotis aliquid videre potest, quàm visus debilior, quia quanto à remotiori videtur, sub minori angulo videtur: & quia visus corporis gloriosi erit pfectissimus, ex paruissima immutatione poterit videre: vnde sub angulo multò minori videre poterit, quã mo dò posfit, & per consequens multò magis à remotis.

QVAESTIO LXXXIII.

De subtilitate corporum beatorum, in sex articulos diuisa.

DEinde considerandum est de subtilitate corporum beatorum.

¶ Circa quod quæruntur sex.

¶ Primò, vtrum subtilitas sit proprietas corporis glorioſi.

¶ Secundò, vtrùm ratione huius subtilitatis possit esse in eodem loco cum alio corpore non glorioso.

¶ Tertiò, vtrùm per miraculum duo corpora possint simul esse in eodem loco.

¶ Quarto, vtrum corpus gloriosum possit esse cum alio glorioso in eodem loco.

¶ Quintò, vtrum corpus gloriosum necessariò requirat æqualem sibi locum.

¶ Sextò, vtrùm corpus gloriosum sit palpabile.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrùm subtilitas sit proprietas corporis glorioſi.

318 Tho. 4. di. 44. q. 1. ar. 2. q. 1. & seq.

AD primum sic proceditur. Videtur, quod subtilitas non sit proprietas corporis glorioſi. Proprietas enim gloriæ excedit proprietatem naturæ, sicut gloriæ claritas claritatem Solis, quæ est maxima in natura: si ergo subtilitas sit proprietas corporis glorioſi, videtur, quod corpus gloriosum futurũ sit subtilius oi quod est subtile in na. & ita erit ventis aereq; subtilius, quod est hæresis à Grego. * in Constantinopolitana vrbe dãnata. vt ipse narrat in 14. li. Moral.

* li. 14. Moral. c. 31. 32. & 33.

¶ 2 Præterea, Sicut caliditas & frigiditas sunt quædam qualitates simpliciuni corporum, scilicet elemẽtorũ, ita & subtilitas: sed calor & aliæ qualitates elementorum non intendẽtur in glorioſis corporib. magis, quàm nunc, imo magis ad medium reducentur: ergo neque subtilitas in eis erit maior, quã nunc sit.

¶ 3 Præterea, Subtilitas inuenitur in corporib. propter paucitatem materiæ: vnde corpora quæ habent minus de materia sub æqualib. dimensionib. dicimus magis subtilia. vt ignẽ aere, & aerẽ aqua, & aquã terra: sed tãtũ de materia erit in corporib. glorioſis, quã tum nũc est: ergo tunc non erunt magis subtilia, quam modò sint.

¶ Sed contra est, quod dicitur 1. Cor. 15 Seminatur corpus animale, surget corpus spirituale, id est spiritui simile: sed subtilitas spiritus excedit omnẽ subtilitatẽ corporis: ergo corpa gloriosa erunt subtilissima.

¶ Præterea, Corpora quanto sunt subtiliora, tantò sunt nobiliora: sed corpora glorioſa sunt nobilissima ergo erunt subtilissima.

¶ Respondeo dicendum, quod nomen subtilitatis à virtute penetrandi est adiumptum, vnde dicitur in secundo * de generatione, ꝙ subtile est repletiuum partib. & partiu partib. Quod aũt aliquod corpus sit penetratiuum, contingit ex duob. Primo, ex paruitate quantitatis præcipuè secũdum profunditatem & latitudinem, non autem secundum longitudinẽ, quia penetratio fit in profundum: vnde lõgitudo penetrationi non obstat. Secundo, ex paucitate materiæ, vnde rara subtilia dicimus: & quia ĩ corporib. raris forma prædominatur materiæ magis, ideo translatũ est nomẽ subtilitatis ad illa corpora q̃ optimè substant formæ, & perficiũtur ab ea cõpletissimo mo, sicut dicimus subtilitatẽ esse naturæ in Sole, & Luna & aliis hmõi: sicut ẽt aurũ vel aliq̃d hmõi põt dici subtile, q̃do perfectissimè cõpletur in esse & virtute suę speciei Et quia res in corporeę quãtitate carẽt ẽ materia, ideo nomen Subtilitatis ad eas transfertur non solã ratione suæ substãtiæ, sed etiam ratione suæ virtutis: sicut enim subtile dicitur penetratiuum, quia pertingit vsque ad intima rei, ita ẽt dicitur aliquis intellectus subtilis, quia pertingit ad inspicienda intrinseca principia, & proprietates naturales rei latenter. Et similiter dicitur aliquis habere visum subtilem, quia aliquid minimum potest visu percipere: & similiter est de aliis sensib. Et secundum hoc diuersi diuersimo dè subtilitatem corporib. glorioſis attribuerunt. Qui dã enim hæretici, vt Aug. † narrat. attribuerũt eis subtilitatem secundum modum, quo spirituales substantiæ subtiles dicuntur, dicentes quod in resurrectione corpus vertetur in spiritum: & ratione huius corpora resurgentium Apostolus spiritualia nominat. 1. Cor. 15. Sed hoc nõ potest stare. Primò, quia corpus in spiritum transire non potest. cum non communicent in materia, quod etiam Boetius ostendit in li. de Duabus naturis. * Secundò quia si hoc esset possibile corpore in Spiritum conuersio, non resurgeret homo, qui ex anima & corpore naturaliter cõstat Tertiò, quia si Apostolus sic intelligeret, sicut noiat corporalia spiritualia, pari ratione noiaret corpora aĩalia, quæ in animã sunt cõuersa: quod patet esse falsum. Vnde quidã hæretici dixerũt, quod corpus in resurrectione remanebit, sed habebit subtilitatẽ secundum modũ rarefactionis, ita quod corpora humana in resurrectione erũt aerea, vel vẽto similia, vt Gre. narrat in 14. li. Moral. * sed hoc ẽt nõ põt stare, quia Dominus post resurrectionẽ corpus habuit palpabile (vt patet Luc. vl. Spiritus carnẽ & ossa nõ habet, sicut me videtis habere) quod præcipuè subtile credendũ est. Et præterea corpus humanũ cũ carnib. & ossib. resurget, sicut & corpus Domini, vt dicitur Luc. vlt. Spiritus carnẽ & ossa nõ habet sicut me videtis habere: & Iob 19. dicitur, In carne mea videbo Deũ saluatorẽ meum: natura autẽ carnis & ossis prædictam raritatem non patitur.

† lib. 13. de Ciuit. Dei c. 22. to. 5.

* aliquãtulũ à medio

* li. 14. moral. c. 31. nõ remotè à prin. & habetur ĩ ar. 1. huius ar.

¶ Et ió est assignãdus corporib. glorioſis alius modus subtilitatis, vt dicãt subtilia pp cõpletissimã corporis pfectionẽ: sed hãc cõpletionẽ q̃dã eis attribuũt rõne quintæ essentię, q̃ in eis tũc maximè dominabitur, qd esse nõ põt. Primò, quia nihil de quinta essentia põt venire in cõpositionẽ corpis, vt in tertio libro ostẽsum est. Sc̃dò, quia dato ꝙ veniret in cõpositionẽ corporis humani, nõ posset intelligi ꝙ dominaretur

Universidad de Deusto
Biblioteca

magis tunc, quàm nunc supra naturam elemẽtarem, nisi ita quòd esset in corporibus humanis plus secundum quantitatem de natura cœlesti: & sic corpora humana non essent eiusdem staturæ, nisi fortè minueretur natura elementaris in homine, quod repugnat in tegritati resurgentium. vel ita quòd natura elementaris indueret proprietates naturæ cœlestis ex eius dominio in corpore, & sic naturalis virtus esset causa proprietatis glorioſæ, quod videtur absurdum.

¶ Et ideò alij dicunt, quòd dicta completio, ex qua corpora humana subtilia dicentur, erit ex dominio animæ glorificatæ, quæ est forma corporis, super ipsum, ratione cuius corpus gloriosum spirituale dicitur. quasi omnino spiritui subiectum. Prima autem subiectio, qua corpus animæ subiicitur, est ad participandum esse specifi:um, prout subiicitur sibi vt materia formæ, & deinde subiicitur ei ad alia opera animæ, prout anima est motor: & ideò prima ratio spiritualitatis in corpore est ex subtilitate, & deinde ex agilitate, & aliis proprietatibus corporis glorioſi. Et propter hoc Apoſtolus in spiritua-
* li.14.ca. 31.cir.pri. litate tetigit dotem ſubtilitatis, vt Magiſtri exponunt: vnde etiam Gregorius * dicit in decimoquarto moralium, quòd corpus gloriosum dicitur subtile per effectum spiritualis potentiæ.

¶ Et per hoc patet ſolutio ad obiecta, quæ procedunt de ſubtilitate, quæ eſt per rarefactionem.

ARTICVLVS II.

Vtrùm ratione huius ſubtilitatis competat corpori glorioſo eſſe in eodem loco cum alio corpore non glorioſo.

319 AD ſecundum ſic proceditur. Videtur, quòd ratione huius ſubtilitatis competat corpori, quòd ſit ſimul in eodem loco cum alio corpore non glorioſo. Quia vt dicitur Philip. 3. reformabit corpus humilitatis noſtræ configuratum corpori claritatis ſuæ: ſed corpus Chriſti potuit ſimul eſſe cum alio corpore in eodem loco: vt patet per hoc, quòd poſt reſurrectionẽ intrauit ad diſcipulos ianuis clauſis, vt dicitur Io. 20. ergo & corpora glorioſa ratione ſubtilitatis poterunt eſſe cũ aliis corporib. nõ glorioſis in eodẽ loco.

¶ 2 Præterea, Corpora glorioſa erunt nobiliora omnibus aliis corporibus: ſed quędam nunc ratione ſuæ nobilitatis poſſunt eſſe ſimul cum aliis corporib. ſcilicet radij ſolares: ergo multò fortius hoc conueniet corporibus glorioſis.

¶ 3 Præterea, Corpus cęleſte non poteſt diuidi ad minus quantum ad ſubſtantiam ſphærarum: vnde dicitur Iob 37. quòd cęli velut ære ſolidiſſimi firmati ſunt: ſi ergo corpus glorioſum non poterit ſimul eſſe cum alio corpore in eodem loco ratione ſubtilitatis, nunquam ad cęlum empyreum aſcendere poterit, quod eſt erroneum.

¶ 4 Præterea, Corpus quod nõ poteſt ſimul eſſe cũ alio corpore, poteſt ex alterius obſtaculo impediri in motu ſuo, vel etiam includi: ſed hoc non poterit contingere corporibus glorioſis: ergo poterũt ſimul eſſe in eodem loco cum aliis corporibus.

¶ 5 Præterea, Sicut ſe habet punctus ad punctum, ita linea ad lineam, & ſuperficies ad ſuperficiem, & corpus ad corpus: ſed duo puncta poſſunt eſſe ſimul (vt patet quando duæ lineæ ſe tãgũt) & ſimiliter duæ lineę in contractu duarũ ſuperficierum, & duæ ſuperficies in contactu duorum corporum: quia cõtigua
† Ari.li.6. ſunt quorum vltima ſunt ſimul: vt patet 6. Phyſi. ergo non eſt contra naturam corporis, quin poſſit eſſe ſimul cũ alio corpore in eodẽ loco. Sed quicquid nobi- Phyſ. in principiben.
liratis nã corpis patif, totũ corpi glorioſo pstabif: ergo corpus glorioſũ ex ſuæ ſubtilitatis ꝓprietate habebit quòd poſſit eẽ ſimul cũ alio corpe i eodẽ loco. †nõ multũ remoet a principio.

¶ Sed contra eſt quod Boet.† dicit in libro de Trinitate, in numero differentiam varietas accidentium facit. Nam tres homines neque genere, neque ſpecie, ſed ſuis accidentibus diſtant: nam ſi omnino cuncta ab his accidentia ſeparamus, tamen locus eſt cunctis diuerſus, quem vnum fingere nullo modo poſſumus: ergo ſi ponantur duo corpora eſſe in vno loco, erunt vnum corpus numero.

¶ Præterea, Corpora glorioſa maiorem conuenientiam habebunt cum loco quàm ſpiritus angelici: ſed ſpiritus angelici (vt quidam dicunt) non poſſent diſtingui numero, niſi eſſent in diuerſis locis: & propter hoc ponũt quòd neceſſe eſt eos eẽ i loco, & quòd ante mundum creari non potuerunt: ergo multò magis debent dicere, quòd duo corpora qualiacunque nõ poſſunt ſimul eſſe in eodem loco.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd nõ poteſt dici quod corpus glorioſum rõne ſuæ ſubtilitatis habeat quod poſſit eſſe cum alio corpore in eodem loco, niſi per ſubtilitatem auferatur ab eo id per quod prohibetur eſſe ſimul cum alio corpore in eodem loco. Dicunt autem quidam, quod prohibetur ab hoc in iſto ſtatu rõne corpulentiæ, per quam habet ꝙ repleat locum, quæ quidẽ corpulentia ab eo per ſubtilitatis dotem tolleretur. Sed hoc nõ poteſt ſtare, propter duo. Primo, quia corpulentia, quã dos ſubtilitatis aufert, eſt ad defectũ pertinens, puta aliqua inordinatio materiæ non perfectè ſubſtãtis ſuæ formæ. Totum enim quod ad integritatem corporis pertinet, in corpore reſurget, tam ex parte formæ, quàm ex parte materię: quòd autem aliquod corpus ſit repletiuum loci, hoc habet per illud, quod eſt de integritate naturę eius, & non ex aliquo defectu naturæ. Cum enim plenum ponatur vacuo, illud ſolum non replet locum, quo poſito in loco, nihilominus remanet vacuus locus. Vacuum autem definitur in 4. Phyſ.† quod eſt locus non * Arili.e Phyſicor. 17.& 31. plenus ſenſibili corpore: dicitur aũt aliquod corpus eſſe ſenſibile ex materia & forma & naturalib. accidẽtib. quæ omnia ad integritatem naturæ pertinent: cõ ſtat etiam quod corpus glorioſum erit ſenſibile, etiã ſecundum tactum, vt patet in corpore Domini, Luc. vlt. nec enim ei deerit materia aut forma, aut naturalia accidentia, ſcilicet calidum & frigidum, & huiuſmodi. Vnde patet, ꝙ corpus glorioſum non obſtante ſubtilitatis dote replebit locũ. Inſania enim videtur dicere, quod locus vbi erit corpus glorioſum, eſſet vacuus. Secundo, ratio eorum prędicta * nõ valet: quia
In hoc corp. coexiſtentiam corporis impedire in eodem loco eſt plus quàm replere locum. Si enim ponamus dimenſiones eſſe ſeparatas ſine materia, illæ dimenſiones non replent locum. Vnde quidam ponentes vacuum, dixerunt vacuum eſſe locum, in quo ſunt huiuſmodi dimẽſiones ſine aliquo ſenſibili corpore, & tamẽ iſtæ dimẽſiones prohibẽt ne ſint ſimul cum alio corpore in eodem loco, vt patet per Philoſ.* in 4. Phiſ. in 3.† Metaphyſ. vbi habet pro inconuenienti, ꝙ corpus mathematicum, quod nihil eſt aliud quam dimenſiones ſeparatę, ſit ſimul cum corpore naturali ſenſibili. Vnde dato, quod ſubtilitas corporis glorioſi auferret ab eo hoc quod eſt replere locũ, non tamẽ ſequeretur quod propter hoc poſſet eſſe cum alio corpore in eodẽ loco: quia remoto eo quod minus eſt, non propter hoc remouetur quod plus eſt. Dicendum eſt ergo quod illud quod impedit corpus noſtrum nunc, ne ſimul cũ alio corpore ſit in eodem loco, nullo modo poterit ab eo remoueri per dotem ſubtilitatis. Nihil n. poteſt prohi-
* Ari. li. 4. Phyſ. tex. 57. & 58. † Ari. li. 4. Phyſ. tex. 76. † li. 3. Meta. tex. 17.

prohibere corpus aliquod ne ſit ſimul ſituatum cum alio corpore in eodem loco, niſi in hoc, ꝙ in eo requirit diuerſum ſitum: nihil enim eſt impedimentũ idẽtitatis niſi eſt cauſa diuerſitatis. Hanc autem diſtinctionem ſitus non requirit aliqua corporis qualitas, quia corpori non debetur aliquis ſitus ratione ſuæ qualitatis: vnde remoto à corpore ſenſibili, ꝙ ſit calidum aut frigidum aut graue, aut leue, nihilominus
* In hoc eodẽ cor. li. 4. Phy. tex. 74. in eo remanet neceſſitas prædictæ * diſtinctionis, vt patet per Philoſophum† in 4. Phyſico. & etiam per ſe planum eſt. Similiter etiam materia non poteſt induere neceſſitatem prædictæ diſtinctionis, quia materiæ non aduenit ſitus niſi mediante quantitate dimẽſiua. Similiter etiam neque forma ſitum habet niſi ex materia ſitum habente. Reſtat ergo, quòd neceſſitas diſtinctionis duorum corporum in ſitu cauſetur à natura quantitatis dimenſiuæ, cui per ſe conuenit ſitus: cadit enim in definitione eius, quia quantitas dimenſiua eſt quantitas habens ſitum: & inde eſt, quòd remotis omnibus aliis, quæ ſunt in re, talis diſtinctionis neceſsitas inuenitur in ſola quantitate dimenſiua. Si enim accipiatur linea ſeparata, oportet quòd ſi ſint duæ lineæ, vel duæ partes vnius lineæ, quòd ſint diſtinctæ in ſitu: aliàs linea addita lineæ non efficeret maius: quod eſt contra communem animi conceptionem: & ſimiliter eſt de ſuperficiebus & corporibus mathematicis. Et quia materiæ debetur ſitus, inquantum ſubſtat dimenſioni, exinde prædicta neceſsitas ad materiam ſituatam deriuatur: vt ſicut non eſt poſſibile eſſe duas lineas, vel duas partes lineæ, niſi ſint diſtinctæ ſecundũ ſitum: ita impoſsibile eſt eſſe duas materias, vel duas partes materiæ, niſi ſit diſtinctio ſitus: & quia diſtinctio materi e eſt principium diſtin
Nõ multũ remotè à prin. libri. ctionis indiuiduorum, inde eſt quòd Boetius * dicit in lib. de Trinita. quòd duobus corporibus, vnum locum fingere nullo modo poſſumus, vt hanc ſaltem accidentium varietatem diſtinctio indiuiduorum requirat. Subtilitas autem à corpore glorioſo dimenſionem non aufert: vnde nullo modo aufert ſibi prædictam neceſsitatem diſtinctionis ſitus ab alio corpore: & ideo corpus glorioſum non habebit ratione ſuæ ſubtilitatis, quòd poſsit eſſe ſimul cum alio corpore, ſed poterit ſimul cum alio corpore eſſe ex operatione virtutis diuinæ: ſicut etiam corpus Petri non habuit ex aliqua proprietate indita, quòd ad vmbrã eius ſanarentur infirmi, ſed hoc fiebat virtute diuina ad ædificationem fidei: ita faciet virtus diuina vt corpus glorioſum poſsit ſimul cum alio corpore eſſe, ad perfectionem gloriæ.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd corpus Chriſti non habuit ex ſubtilitatis dote quòd poſſet eſſe ſimul cum alio corpore in eodem loco, ſed hoc factum eſt virtute diuinitatis poſt reſurrectionem ſicut in natiuitate: vnde Gregor. in Homilia† dicit, Illud ſcorpus Domini intrauit ad diſcipulos ianuis
Hom. 26. in Euãge lia nõ pro cul à ptin ci. Homi. clauſis, quod ad humanos oculos per natiuitatem ſuam clauſo exiit vtero Virginis. Vnde non oportet quòd ratione ſuæ ſubtilitatis hoc conueniat corporibus glorioſis.

1. p. q. 76. ar. 2. ¶ Ad ſecundum dicendum, quòd lumen non eſt corpus, vt in prima parte dictum eſt: vnde obiectio procedit ex falſis.

¶ Ad tertium dicendum, quòd corpus glorioſum tranſibit ſphæras cęlorum ſine earum diuiſione: non ex vi ſubtilitatis, ſed ex diuina virtute, quæ eis ad nutum in omnibus ſubuenit.

¶ Ad quartum dicẽdum, ꝙ ex hoc, quòd Deus beatis ad nutum aderit in omnibus quæ volent, ſequitur
li. 4. Phy. tex. 9. & li. 3. tex. 24. quòd non poterunt includi, vel incarcerari.

¶ Ad quintum dicendũ, ꝙ ſicut dicitur in 4. Phyſ. * Puncto non competit locus: vnde ſi dicatur eſſe in loco, hoc non eſt niſi per accidens, quia corpus cuius eſt terminus, eſt in loco: ſicut autem totus locus reſpondet toti corpori, ita terminus loci reſpondet termino corporis. Contingit autem duorum locorum eſſe vnum terminum, ſicut & duas lineas terminari ad vnum punctum: & ideo quãmuis duo corpora nõ poſſint eſſe niſi in diuerſis locis, tamen duobus terminis duorum corporum reſpondet idem terminus duorum locorum, & ſecundum hoc dicuntur vltima corporum ſe tangentium eſſe ſimul.

ARTICVLVS III.

Vtrùm per miraculum fieri poſsit quòd duo corpora ſint in eodem loco.

360 AD tertium ſic proceditur. Videtur, ꝙ nec etiam per miraculum fieri poſsit ꝙ duo corpora ſint in eodem loco. Non enim poteſt fieri per miraculum quòd duo corpora ſint ſimul duo & vnum, quia hoc eſſet facere contradictoria eſſe ſimul: ſed ſi ponantur duo corpora eſſe ſimul, ſequeretur, illa duo corpora eſſe vnum: ergo non eſt poſsibile hoc per miraculum fieri. Probatio mediæ. Sint duo corpora in eodem loco, quorum vnum dicatur A, & aliud B, aut ergo dimenſiones A, erunt eædem cum dimenſionibus loci, aut aliæ. Si aliæ, ergo erunt aliquæ dimenſiones ſeparatæ, quia non poteſt poni, quòd dimenſiones, quæ ſunt inter terminos loci, non ſint in aliquo ſubiecto, niſi ſint in corpore locato. Si autem ſunt eędem, ergo eadem ratione dimenſiones B, erunt eædem cum dimenſionibus loci. Sed quæcunque vni & eidem ſunt eadem, ſibi inuicem ſunt eadem: ergo dimenſiones A, & B, ſunt eadem. Sed duorum corporum non poſſunt eſſe eædem dimenſiones, ſicut nec eadem albedo: ergo A, & B, ſunt vnum corpus, & erant duo: ergo ſunt ſimul vnum & duo.

¶ 2 Præte. Contra communes animi conceptiones non põt aliquid miraculoſe fieri, vt ſcilicet pars non ſit minor toto: quia contraria communib. conceptionibus directè contradictionem includunt. Similiter nec contra concluſiones Geometriæ, quæ à communibus animi conceptionibus infallibiliter deducuntur: ſicut quòd triangulus non habeat tres angulos equales duobus rectis. Similiter nec aliquid poteſt fieri in linea contra definitionem lineæ: quia ſeparare definitionem à definito, eſt ponere duo contradictoria eſſe ſimul. Sed duo corpora eſſe in eodem loco eſt contra concluſiones Geometriæ, & contra definitionem lineæ: ergo non poteſt fieri per miraculũ. Proba tio mediæ. Concluſio eſt Geometriæ, quòd duo circuli non ſe tangant niſi in puncto: ſi autem duo corpora circularia eſſent in eodem loco, duo circuli deſignati in eis, ſe tangerent ſecundum totum. Similiter etiam eſt contra definitionem lineæ, quòd infra duo puncta ſit plus, quã vna linea recta: quod fieret, ſi duo corpora eſſent in eodem loco: quia infra duo puncta ſignata in diuerſis ſuperficiebus loci, eſſent duæ lineę rectæ duorum corporum locatorum.

¶ 3 Præte. Hoc videtur non poſſe fieri per miraculum quòd corpus incluſum in alio corpore, non ſit in loco, quia ſic haberet locum communem & nõ proprium, quod nõ poteſt eſſe: ſed hoc ſequeretur, ſi duo corpora eſſent in eodem loco: ergo hoc nõ poteſt fieri per miraculum. Probatio mediæ. Sint duo corpora in eodem loco, quorum vnum ſecundum quamlibet dimenſionem ſit maius alio, corpus minus erit incluſum ĩ corpore maiore, & locus corporis maioris erit locus eius communis, locum autem proprium nõ habebit, quia non erit aliqua ſuperficies corporis actu
ſignata,

Universidad de Deusto
Biblioteca

signata quæ contineat ipsum: quod est de ratione loci: ergo non habebit locum proprium.

¶ 4 Præt. Locus proportionaliter respondet loca to sed nunquam potest fieri per miraculum, ꝙ idem corpus sit simul in diuersis locis, nisi per aliquam cõuersionem, sicut accidit in sacramento altaris: ergo nullo modo potest fieri ꝙ miraculum, quòd duo corpora sint simul in eodem loco.

¶ Sed contra Beata Virgo filium miraculosè peperit: sed in illo benedicto partu oportuit duo corpora esse simul in eodem loco: quia corpus pueri exiens, claustra pudoris non fregit: ergo potest miraculosè fieri, quòd duo corpora sint simul in eodem loco.

¶ Præterea, Hoc idem potest ostendi per hoc, quòd Dominus ad discipulos intrauit clausis ianuis, Ioan. 20.

Art. præce. corp. ¶ Respondeo dicendum, quòd sicut ex dictis* patet, propter hoc necesse est duo corpora in duobus locis esse, quia diuersitas materiæ requirit distinctionem in situ: & ideo videmus, ꝙ quando conueniunt duo corpora in vnum, destruitur esse distinctũ vtriusque, & acquiritur vtrique simul esse vnum indistinctum, vt patet in mixtionibus: non potest ergo esse, quòd duo corpora remaneant duo, & tamen sint simul, & vtrunque conseruet esse distinctũ quod prius habebat, secundum quod vtrumque erat ens indiuisum in se, & diuisum ab aliis. Hoc autem esse distinctum dependet à principiis essentialibus rei, sicut à causis proximis: sed à Deo, sicut à causa prima: & quia causa prima potest conseruare rem in esse, cessantibus causis secundis, vt patet per primam* propositionem libri de causis: ideo diuina virtute & ea sola fieri potest, vt accidens sit sine subiecto, vt patet in sacramento altaris: & similiter virtute diuina fieri potest, & ea sola, quòd corpori remaneat esse distinctum ab alio corpore, quàmuis eius materia non sit distincta in situ ab alterius corporis materia: & sic miraculosè fieri potest, quòd duo corpora sint simul in eodem loco.

Propositio ne primam ter opera Arist.

¶ Ad primum ergo dicendũ, ꝙ ratio illa est sophistica, quia procedit ex suppositione falsi, vel petit principium. Procedit enim ratio illa ac si inter duas superficies oppositas loci alicuius, esset aliqua dimẽsio propria loco, cui oporteret quod vniretur dimensio corporis locati aduenientis. Sic enim sequeretur, quòd dimensiones duorum corporum locatorum essent vna dimensio, si vtraque vnum fierent cũ dimensione loci. Hæc autem suppositio falsa est: quia secundum hoc, quandocunque corpus acquireret nouum locum, oporteret aliquam immutationem fieri in dimensionibus loci vel locati. Non enim potest esse, ꝙ aliqua duo fiant de nouo vnum, nisi altero eorum immutato: si autem, sicut se rei veritas habet, loco non debentur aliæ dimensiones, quàm dimensiones locati: patet, quod ratio nihil probat, sed petit principium: quia secundum hoc, nihil est aliud dictum, quã quòd dimensiones locati sint eædem cum dimensionibus loci, nisi quòd dimensiones locati continentur infra terminos loci, & secundum eorum mensurã distant termini loci, sicut distarent propriis dimensionibus, si eas haberent: & sic dimensiones duorũ corporum esse dimensiones vnius loci, nihil est aliud, quàm duo corpora esse in eodem loco, quod est principale propositum.

¶ Ad secundum dicendum, quòd posito quòd duo corpora sint simul in eodem loco per miraculum, nõ sequitur aliquid neque contra communẽ animi conceptionem, neque contra definitionem lineæ, neque contra conclusiones aliquas Geometriæ. Quia, sicut supra dictum* est, quantitas dimensiua in hoc differt ab omnibus aliis accidentibus, quòd habet specialem rationem indiuiduationis & distinctionis, scilicet ex situ partium præter rationem indiuiduationis & distinctionis, quæ est sibi & omnibus accidẽtibus communis, scilicet ex materia subiecta. Sic ergo vna linea potest intelligi diuersa ab alia, vel quia est in alio subiecto, quæ consideratio non est nisi de linea materiali: vel quia distat in situ ab alia, quæ consideratio est etiam de linea mathematica, quæ intelligitur præter materiam: si ergo remoueatur materia, non potest esse distinctio linearum, nisi secundum situm diuersum, & similiter nec punctorum, nec superficierum, aut quantumcunque dimensionum: & sic Geometria non potest ponere, quòd vna linea addatur alteri tanquam distincta ab ea, nisi sit distincta in situ ab ea. Sed supposita distinctione subiecti, siue distinctione situs ex diuino miraculo, intelliguntur diuersæ lineæ, quæ non distant situ propter diuersitatem subiecti, & similiter puncta diuersa, & sic diuersæ lineæ designatæ, in duobus corporibus, quæ sunt in eodem loco, trahuntur à diuersis punctis ad diuersa pũcta, vt non accipiamus pũctum signatum in loco, sed in ipso corpore locato: quia linea non dicitur trahi nisi à puncto quod est terminus eius: & similiter etiã duo circuli designati in duobus corporibus sphæricis existentibus in eodem loco, quæ sunt duo nõ propter diuersitatem situs, alias non possent se tangere secundum totum, sed sunt duo ex diuersitate subiectorum, & propter hoc se totaliter tangentes, adhuc manent duo: sicut etiam circulus signatus in corpore locato sphærico tangit secundum totum, alium circulum signatum in corpore locante.

Ar. præce. corp.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ Deus posset facere aliquod corpus non esse in loco, & tamen illa positione facta, non sequitur ꝙ aliquod corpus non sit in loco: quia corpus maius est locus corporis minoris, ratione illius superficiei, quæ designatur ex contactu terminorum corporis minoris.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ vnum corpus esse simul localiter in duobus locis, non potest fieri per miraculum (corpus enim Christi non est in altari localiter*) quàmuis miraculosè ponit fieri, ꝙ duo corpora sint in eodem loco: quia esse in pluribus locis simul, repugnat indiuiduo, ratione eius, ꝙ est ens indiuisum in se: sequeretur enim ꝙ esset distinctum in situ: sed esse cum alio corpore in eodem loco, repugnat ei quãtum ad hoc, quòd est diuisum ab alio: ratio autem vnius perficitur in indiuisione: vt patet in 5. Metaph.* sed diuisio ab aliis est de cõsequentibus ad rationem vnius. Vnde quod idem corpus sit localiter simul in diuersis locis, includit contradictionem: sicut quod homo careat ratione: sed duo corpora esse in eodem loco, non includit contradictionem, vt ex dictis† patet: & ideo non est simile.

Th. in 4. di. 10. q. 1. ad tertiũ. 2. arg. & seq.

*Li. 5. tex. 11.

In hoc ar.

ARTICVLVS IIII.

Vtrùm vnum corpus gloriosum possit esse cum alio glorioso in eodem loco.

361 AD quartum sic proceditur. Videtur quòd corpus gloriosum possit esse cum alio glorioso in eodem loco. Quia vbi est maior subtilitas, ibi est minor resistentia, si ergo corpus gloriosum futurum sit subtilius, quàm nõ gloriosum, minùs resistet corpori glorioso: & ita si corpus gloriosum poterit esse cum corpore non glorioso in eodem loco, multo fortius cum corpore glorioso.

¶ 2 Præt. Sicut corpus gloriosum erit subtilius non gloriosso, ita vnũ gloriosum erit subtilius alio: si ergo corpus

corpus gloriosum poterit esse simul cum non glorioso, & corpus gloriosum magis subtile poterit esse cũ glorioso minùs subtili.

¶ 3 Præterea, Corpus cœli est corpus subtile, & erit tunc glorificatum. Sed corpus gloriosum alicuius sancti poterit simul esse cum corpore cœli, quia poterunt ad terram descendere & ascendere pro suæ libito voluntatis: ergo duo corpora gloriosa poterũt esse simul.

¶ Sed contra, Corpora gloriosa erunt spiritualia, id est, spiritibus quantum ad aliquid similia: sed duo spiritus non possunt esse simul in eodem loco (quàm tuis spiritus & corpus possint esse in eodem loco) vt in 1. li. dist. 37.* dictum est. Ergo nec duo corpora gloriosa poterunt esse in eodem loco.

Th. in 1. di. 37. q. 3 ar. 3.

¶ Præter. Duorum corporum existentium simul vnum ab alio penetratur: sed penetrari ab alio corpore, est ignobilitatis, quæ omnino à corporibus gloriosis aberit: ergo non poterunt esse duo corpora gloriosa simul.

¶ Respondeo dicendum, quòd corpus gloriosum ratione suæ proprietatis non habet, quòd possit esse cum alio corpore glorioso in eodem loco, sicut nec vt sit simul cum corpore non glorioso: diuina autem virtute fieri posset, vt duo corpora gloriosa essent simul, vel duo non gloriosa, sicut gloriosum & non gloriosum. Sed tamen non est conueniens quòd corpus gloriosum sit simul cum alio corpore glorioso: tum quia in eis seruabitur debitus ordo, qui distinctionem requirit: tum quia vnum corpus gloriosum non se opponet alteri: & sic nunquam duo corpora gloriosa erunt simul.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd ratio illa procedit ac si corpori glorioso ineset ratione suæ subtilitatis, quòd posset esse simul in eodem loco cum alio corpore: quòd falsum est.

¶ Et similiter dicendum Ad secundum.

¶ Ad tertium dicendum, quòd corpus cœli, & alia corpora æquiuocè dicentur gloriosa, inquantum participabunt aliquid gloriæ, & non quod eis conueniant dotes corporum humanorum glorificatorum.

ARTICVLVS V.

Vtrùm ex sua subtilitate remoueatur à corpore glorioso necessitas existendi in æquali loco.

362 AD quintum sic proceditur. Videtur, quòd ex sua subtilitate remoueatur à corpore glorificato necessitas existendi in æquali loco. Corpora enim gloriosa erunt conformia corpori Christi, vt patet ad Philippenses 3. Sed corpus Christi non coarctatur hac necessitate, vt sit in loco æquali: vnde continetur totum sub paruis, vel magnis dimensionibus hostiæ consecratæ: Ergo & hoc idem erit in corporibus gloriosis.

*Arili. 4. tex. 76.

¶ 2 Præt. Philos.† probat in 4. Phys. quòd duo corpora non sunt in eodem loco, quia sequeretur, quòd maximum corpus obtineret minimum locum, quia diuersæ partes eius poterunt esse in eadem parte loci: non enim differt vtrùm duo corpora, vel quæcunque sint in eodem loco: sed corpus gloriosum erit sicut quodlibet aliud corpus: ergo poterit esse simul in eodem loco cum alio corpore. Ergo poterit esse in quouis paruo loco.

¶ 3 Præterea, Sicut corpus ratione sui coloris videtur, ita commensuratur loco ratione suæ quantitatis: sed corpus gloriosum ita subiectum erit spiritui, quòd poterit videri & non videri, & præcipuè ab oculo non glorioso, pro suæ libito voluntatis, vt in Christo patuit. Ergo ita quantitas subiicietur nutui spiritus, quòd poterit esse in paruo vel magno loco, & habere paruam vel magnam quantitatem ad libitum.

¶ Sed contra est, quòd Philos.* dicit in 4. Phys. quòd omne quod est in loco, est in loco æquali sibi: sed corpus gloriosum erit in loco: ergo erit in loco æquali sibi.

*Arist. li. 4. tex. 30.

¶ Præterà, Eædem sunt dimensiones loci & locati, vt probatur in 4.* Physico. Si ergo locus esset maior locato, esset idem maius & minus seipso: quod est inconueniens.

*Ari. lib. 4. text. 76. & 77.

¶ Respondeo dicendum, ꝙ corpus non comparatur ad locum, nisi mediantibus dimensionibus proprijs, secundum quas corpus locatum circunscribitur ex contactu corporis locantis: vnde quòd corpus aliquod sit in minori loco, quàm sit sua quãtitas, hoc non potest esse nisi per hoc, ꝙ quantitas corporis propria efficitur aliquo modo minor seipsa: quod quidẽ non potest intelligi nisi dupliciter. Vno modo ex variatione quantitatis circa eandem materiam, vt scilicet materia quæ primò subest magnæ quantitati, postea subsit paruæ: & hoc quidam posuerunt in corporibus gloriosis, dicentes, ꝙ quãtitas eis subest ad nutum, ita quòd cùm voluerint, possunt habere magnã quantitatem, & cùm voluerint, paruam. Sed hoc non potest esse, quia nullus motus, qui fit secundum aliquid intrinsecum rei, potest esse sine passione abiicite à substantia: & ideo in corporibus incorruptibilibus, scilicet cœlestibus, est solus motus localis, qui nõ est secundum aliquid intrinsecum: vnde patet, quòd mutatio quantitatis circa materiam repugnaret impassibilitati corporis glorioſi & incorruptibilitati. Et præterea sequeretur, quòd corpus gloriosum quãdoque esset rarius, & quandoque spissius: quia cum nihil diuidi possit ab eo de materia sua, quandoque eadem materia esset sub paruis dimensionib. & quãdoque sub magnis, & ita rarefieret & densaretur, qđ non potest esse. Alio modo potest intelligi, quòd quã titas corporis glorioſi efficiatur minor seipsa per variationem situs, ita scilicet quòd partes corporis glorioſi subintrent se inuicem, & sic redeat ad quamcunque paruam quantitatem. Et hoc quidam posuerũt, dicentes, quòd ratione suę subtilitatis corpus gloriosum habebit, quòd possit esse simul cum alio corpore non glorioso in eodem loco. Et similiter põt vna pars esse intra aliam, intantum quòd totum corpus gloriosum poterit intrare per minimum porum alterius corporis: & sic ponunt, quòd corpus Christi, qđ exiuit de vtero Virginali, intrauit ianuis clausis ad discipulos. Sed hoc nõ potest esse: tum quia corpus gloriosum nõ habebit, quòd sit cum alio corpore simul, ratione subtilitatis, tum quia etiam si haberet, vt esset simul cum alio corpore, non tamen cum alio corpore glorioso, vt multi dicunt: tum quia repugnaret rectæ dispositioni corporis humani, quæ requirit determinatum situm & distantiam partium. Vnde nec per miraculum hoc vnquam fiet. Et ideo dicendum, quòd corpus semper erit in loco sibi æquali.

vide Greg. homil. 26. in Euange.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd corpus Christi in altaris sacramento non est localiter, vt dictum * est.

* Th. in 4. dist. 10. q. 1. ar. 1. ad 5. † loco nota eo in argu. & ar. 3. huius q. ad 4. * in cor. ar.

¶ Ad secundum dicendum, quòd probatio † Philoso. procedit ex hoc, quòd vna pars eadem ratione subintraret aliam: sed talis subintratio partium corporis glorioſi in inuicem non potest esse, vt dictum* est. Et ideo ratio non sequitur.

¶ Ad tertium dicendum, quòd corpus videtur ex hoc, quòd agit in uisum: quod autem agat in uisum vel non agat, nisi variat in ipso corpore: & ideo non est inconueniens si possit quando vult uideri, & quãdo vult.

Universidad de Deusto
Biblioteca

do vult,non videri : sed esse in loco non est actio aliqua procedens ab eo ratione suæ quantitatis, sicut videri rationi sui coloris. Et ideo non est simile.

ARTICVLVS VI.

Vtrùm corpus glorioſum ratione ſuæ ſubtilitatis ſit impalpabile.

363 AD sextum sic proceditur. Videtur, q̃ corpus glorioſum ratione ſuę ſubtilitatis ſit impalpabile. Greg. *n. dicit in homi. in octaua Paſchæ: Corrumpi neceſſe eſt quod palpatur: ſed corpus glorioſum erit incorruptibile: ergo erit impalpabile.

Homi. 26. in Euā. nō lōgè à prin.

¶ 2 Præt. Omne quod eſt palpabile, reſiſtit palpanti: ſed quod poteſt ſimul eſſe cum alio, non reſiſtit ei, cum ergo corpus glorioſum poſsit eſſe ſimul cum alio corpore, non erit palpabile.

¶ 3 Præt. Omne corpus palpabile eſt tangibile: ſed omne tangibile corpus habet qualitates tangibiles excedentes qualitates tangētis: cum ergo qualitates tangibiles non ſint in exceſſu, ſed reductæ in maximā æqualitatem in corporibus glorioſis: videtur, quòd non ſint palpabilia.

¶ Sed contra eſt, quòd Dominus in corpore glorioſo reſurrexit, & tamen corpus palpabile habuit, vt patet Luc. vlti. Palpate & videte, quia ſpiritus carnem & oſſa non hēt. Ergo & corpora glorioſa erunt palpabilia.

¶ Præterea, Hæc eſt hæreſis Euticij Conſtantinopolitani Epiſcopi, vt Greg. *dicit 14. lib. Moral. qui dixit, quòd corpus noſtrum in reſurrectionis gloria erit impalpabile.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd omne corpus palpabile eſt tangibile. ſed non conuertitur: omne enim corpus eſt tangibile quod habet qualitates, quibus natus eſt immutari ſenſus tactus: vnde aer, ignis, & huiuſmodi, ſunt corpora tangibilia. Sed palpabile vlteriùs addit quod reſiſtat tangenti: vnde aer qui nunquam reſiſtit tranſeunti per eum, ſed eſt facillimæ diuiſionis, tangibilis quidem eſt, ſed non palpabilis. Sic ergo patet, quòd palpabile dicitur aliquod corpus ex duobus, ſcilicet ex qualitatibus tangibilibus, & ex hoc quod reſiſtit tangenti, vt non pertranſeat. Et quia qualitates tangibiles ſunt calidum, & frigidum, & huiuſmodi, quæ non inueniuntur niſi in corporibus grauibus, & leuibus, quæ habent contrarietatem adinuicem, ac per hoc ſunt corruptibilia: ideo corpora cęleſtia, quæ ſunt ſecundum naturam incorruptibilia, ſunt ſenſibilia quidem viſu, ſed non tangibilia, & ſic etiam nec palpabilia. Et hoc eſt quod Grego. *dicit, quod corrumpi neceſſe eſt omne quod palpatur. Corpus ergo glorioſū hēt à natura ſua qualitates q̃ ſunt natæ immutare tactum: ſed tamen quia corpus eſt omnino ſubiectum ſpiritui, in poteſtate eius eſt, vt ſecundum eas immutet tactum, vel non immutet. Similiter etiam ſecundum naturam ſibi competit, vt reſiſtat cuilibet alteri corpori tranſeunti, ita quòd non poſsit eſſe cum eo ſimul in eodem loco: ſed miraculosè hoc poteſt diuina virtute contingere ad nutum ipſius, quòd ſit cum alio corpore in eodem loco: & ſic non reſiſtet ei tranſeunti. Vnde ſecundum naturam ſuam palpabile eſt corpus glorioſum, ſed ex virtute ſupernaturali hoc ei competit, vt cùm vult nō palpetur à corpore nō glorioſo, & ideo Greg. *dicit, quòd Dominus palpandam carnem præbuit: quam clauſis ianuis introduxit, ut perfectè oſtenderetur, poſt reſurrectionem corpus ſuum eſſe & eiuſdem naturæ & alterius gloriæ.

*Hom. 26. in Euig. nō lōgè ab initio.

Homi. 26. in Euig. nō lōgè à principio.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd incorruptibilitas glorioſi corporis non eſt ex natura componentium, ſecundum quam omne quod palpatur, neceſſe eſt corrumpi, vt ex dictis *patet. Et ideo non ſequitur ratio. In cor. ar.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd quāmuis aliquo modo poſsit fieri quòd corpus glorioſum ſit cum alio corpore in eodem loco: tamen corpus glorioſum habet in poteſtate ſua reſiſtere cuilibet tāgenti, cùm voluerit: & ſic palpari poteſt.

¶ Ad tertium dicendum, quòd qualitates tangibiles in corporibus glorioſis, nō ſunt reductæ ad medium rei ſecundum æqui diſtantiam ab extremis acceptum. ſed ad medium proportionis ſecundum quē optimè competit * completioni humani in ſingulis partibus. Et ideo tactus illorum corporum erit delectabiliſsimus, quia potentia ſemper delectatur in conuenienti, & triſtatur in exceſſu. * Al. complexioni.

QVAEST. LXXXIIII.

De agilitate corporum beatorum, in tres articulos diuiſa.

DEINDE conſiderandum eſt de agilitate corporum beatorum reſurgentium.

¶ Circa quod quæruntur tria.

¶ Primò, Vtrùm corpora glorioſa ſint futura agilia.

¶ Secundò, Vtrùm mouebuntur.

¶ Tertiò, Vtrùm mouebuntur in inſtanti.

ARTICVLVS I.

Vtrùm corpora glorioſa ſint futura agilia.

376 AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur, quòd corpora glorioſa non ſint futura agilia. Illud enim quod de ſe agile eſt, ad motum non indiget aliquo deferente, ſed corpora glorificata deferentur poſt reſurrectionem in nubibus obuiam Chriſto in aera ab angelis, vt dicit Gloſ. *1. Theſſa. 4. Ergo corpora glorioſa non erunt agilia. Th. 4. di. 44. q. 2. ar. 3. q. 6. 1. & ſeq. *Gl. ord. & interli. ibidem.

¶ 2 Præterea, Nullum corpus quod mouetur cum labore & pœna, poteſt dici agile: ſed corpora glorioſa hoc modo mouebuntur: cum motor eorum, ſcilicet anima, moueat in cōtrarium naturæ eorum, aliàs mouerentur ſemper in vnam partem: Ergo nō erunt agilia.

¶ 3 Præt. Inter omnes operationes animalis, ſenſus eſt nobilior & prior, quam motus: ſed nō aſsignatur corporibus glorioſis aliqua proprietas, quæ perficiat ea ad ſentiendum: Ergo nec debet eis attribui agilitas, per quam perficientur ad motum.

¶ 4 Præt. Natura dat diuerſis inſtrumenta diſpoſitionis diuerſæ, ſecundum diuerſas virtutes ipſorū: vnde non eiuſdem diſpoſitionis inſtrumenta dat animali tardo & veloci: ſed Deus multò ordinatiùs operatur, quàm natura. Cum ergo corpus glorioſum habeat membra eiuſdem diſpoſitionis in figura & quātitate, ſicut modo, videtur, quòd non habeat agilitatem aliam, quàm homo habet.

¶ Sed contra eſt quod dicitur 1. Corinth. 15. Seminatur in infirmitate, ſurget in virtute: gloſ. *id eſt mobile & viuum: ſed mobilitas non poteſt dicere niſi agilitatem ad motum: ergo corpora glorioſa erunt agilia. * Colligit ex gl. ibidem.

¶ Præt. Tarditas maximè videtur ſpiritualitati repugnare: ſed corpora glorioſa maximè erunt ſpiritualia, vt dicitur 1. Cor. 15. Ergo erunt agilia.

¶ Re-

¶ Reſpondeo dicendum, quòd corpus glorioſum erit omnino ſubiectum animæ glorificatæ, nō ſolum vt nihil in eo ſit quod reſiſtat voluntati ſpiritus (quia hoc fuit etiam in corpore Adæ) ſed etiam vt ſit in eo aliqua perfectio effluens ab anima glorificata in corpus, per quam habile redditur ad prædictam ſubiectionem: quæ quidem perfectio, dos glorificati corporis dicitur. Anima autem coniungitur corpori nō ſolum vt forma, ſed etiam vt motor: & vtroque modo oportet, quòd corpus glorioſum animæ glorificatæ ſit ſummè ſubiectum. Vnde ſicut per dotem ſubtilitatis ſubiicitur ei totaliter inquantū eſt forma corporis, dans eſſe ſpecificum: ita per dotem agilitatis ſubiicitur ei, inquantū eſt motor: vt ſ. ſit expeditum & habile ad obediendum ſpiritui in omnibus moribus & actionibus animæ. Quidam tamen cām iſtius agilitatis attribuunt quintæ eſſentiæ, quæ tunc in corporibus glorioſis dominabitur: ſed de hoc frequenter dictum * eſt, quod non videtur conueniens. Vnde melius eſt, vt attribuatur animæ, à qua gloria in corpus emanat. Sup. q. 82. ar. 1. corp. & q. 83. ar. 1. cor. & in li. 2. Sent. diſt. 12. q. 1. ar. 1.

¶ Ad primum ergo dicendū, q̃ corpora glorioſa dicuntur ferri ab angelis, & etiam in nubib. non quaſi eis indigeant: ſed ad reuerentiam deſignandā, quæ corporibus glorioſis & ab Angelis & ab omnib. creaturis deferetur.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd quantò virtus animæ mouentis dominatur magis ſupra corpus, tantò minor eſt labor in motu, qui etiam ſit contra naturam corporis. Vnde illi in quibus virtus motiua eſt fortior, & illi qui habent ex exercitio corpus magis habilitatum ad obediendum ſpiritui mouenti, minùs laborant in motu. Et quia poſt reſurrectionē anima perfectè dominabitur corpori: tum propter perfectionem propriæ virtutis, tum propter habilitatem corporis glorioſi, ex redundantia gloriæ ab anima in ipſum, non erit aliquis labor in motu ſanctorum, & ſic dici poterunt corpora ſanctorum agilia.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ per dotem agilitatis corpus glorioſum reddetur habile, non ſolum ad motum localem, ſed etiam ad ſentiendum, & ad omnes alias animę operationes exequendas.

¶ Ad quartum dicendum, q̃ ſicut natura dat velocioribus animalibus inſtrumenta diuerſæ diſpoſitionis in figura & quantitate, ita Deus dabit corporib. ſanctorum aliam diſpoſitionem, quàm nunc habeant non quidem in figura & quantitate, ſed in proprietate gloriæ, quæ dicitur agilitas.

ARTICVLVS II.

Vtrùm ſancti agilitate ſua nunquam vtentur, ita quòd moueantur.

377 AD ſecundum ſic proceditur. Videtur quòd ſancti agilitate ſua nunquam vtentur, ita q̃ moueā tur. Quia ſecundum Philo. *motus eſt actus imperfecti: ſed in corporib. glorioſis nulla erit imperfectio: Ergo nec aliquis motus. li. 3. Phy. tex. 6.

¶ 2 Præterea, Omnis motus fit propter indigentiam, quia omne quod mouetur, mouetur propter adeptionem alicuius finis: ſed corpora glorioſa non habebunt aliquam indigentiam, quia vt Aug. †dicit, ibi erit quicquid voles, non erit quicquid noles. Ergo non mouebuntur. †Ex li. 12. de Tri. c. 7. to. 3. *Ari. li. 2. de cœlo, tex. 64. & 66.

¶ 3 Præt. Secundum Philo. *in 2. de Cœl. & mun. Illud quod participat diuinam bonitatem ſine motu, nobilius participat illam, quàm quod participat illā cum motu: ſed corpus glorioſum nobilius participat diuinam bonitatem, quàm aliud corpus, cum ergo quædā alia corpora omnino ſine motu remaneant ſicut corpora cœleſtia: videtur quòd multò fortiùs corpora humana.

¶ 4 Præt. Aug. dicit, q̃ anima ſtabilita in Deo, ſtabiliet corpus ſuum conſequenter: ſed anima ita erit in Deo ſtabilita q̃ nullo modo ab eo mouebitur: ergo nec in corpore erit aliquis motus ab anima.

¶ 5 Præt. Quantò corpus eſt nobilius, tantò debetur ei locus nobilior: vnde corpus Chriſti, quod eſt nobiliſsimum, habet locum eminentiorem inter cætera loca, vt patet Hebr. 7. Excelſior cœlis factus: Gl. * loco & dignitate, & ſimiliter vnumquodque corpus glorioſum habebit eadem ratione locum ſibi cōuenientem ſecundum menſuram ſuæ dignitatis: ſed locus conueniens eſt de pertinentibus ad gloriam. Cum ergo poſt reſurrectionem gloria ſanctorum nūquam varietur, neque in plus, neque in minus, quia tunc erunt omnino in termino, videtur, quòd corpora eorum nunquam de loco ſibi determinato recedent, & ita non mouebuntur. Id habetur in gl. interlin. ſuper il ludd Cor. 15. Primitiæ. Chriſtus, &c.

¶ Sed contra eſt, quod dicitur Iſa. 40. Current, & non laborabunt, ambulabunt * & non deficient, & Sap. 3. Tanquam ſcintillæ in arundineto diſcurrent. Ergo erit aliquis motus corporum glorioſorum. * Al. volabunt.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd corpora glorioſa aliquando moueri neceſſarium eſt ponere: quia & ipſum corpus Chriſti motum eſt in aſcenſione. Et ſimiliter corpora ſanctorum quæ de terra reſurgent, ad cœlum empyreum aſcendent. ſed etiam poſtquam ęlos conſcenderint, veriſimile eſt, quod aliquando mouebuntur pro ſuæ libito voluntatis, vt illud quod habent in virtute, actu exercentes, diuinam ſapientiam commendabilem oſtendant: & ut etiam viſus eorum reficiatur pulchritudine creaturarum diuerſarum, in quibus Dei ſapientia eminenter relucebit. Senſus enim non poteſt eſſe niſi præſentium, quāmuis magis à longinquo poſsint ſentire corpora glorioſa, quàm non glorioſa: nec tamen per motum aliquid deperibit eorum beatitudini, quæ conſiſtit in viſione Dei, quem vbique præſentem habebunt: ſicut & de angelis dicit Grego. †quòd intra Deum currunt quòcunque mittantur. *Sup. q. 82. ar. 4. ad 6. †Greg. homil. 34. in Euā. ſuper Luc. 15. circa med. Beda ſuper illud Luc. 1. ego ſū Gabriel, & eſt parū ante finē c. 2. ſecūd. or di. Bedæ. & Zacharias, Chriſopol. lib. 1. Mōnoteſſerā, circa illud Luc. 1. & refertur li. 1. Sen diſt. 37. §. N. * Ariſt. li. 8. Phyſi. tex. 17. & 57.

¶ Ad primum ergo dicēdum, quòd localis motus non variat aliquid eorum, quæ ſunt intranea rei: ſed eſt ſecundum id quod eſt extra rem: ſ. locum. Vnde illud quod mouetur motu locali, eſt perfectum, quantum ad ea quæ ſunt intra rem, vt dicitur * in 4. Phyſi. quāmuis habeat imperfectionem reſpectu loci, quia dum eſt in vno loco, eſt in potentia ad alium locum: quia non poteſt eſſe actu in pluribus locis ſimul, hoc enim ſolius Dei eſt. Hic autem defectus nō repugnat perfectioni gloriæ, ſicut nec defectus, quòd creatura eſt de nihilo, & ideo manebunt defectus huiuſmodi in corporibus glorioſis.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd aliquis dicitur indigere aliquo ſimpliciter, & ſecundum quid. Simpliciter quidem indiget aliquis illo, ſine quo non poteſt conſeruari in eſſe, vel in ſua perfectione: & ſic motus in corporibus glorioſis non erit propter aliquā indigentiam, quia ad hæc omnia ſufficiet eis ſua beatitudo. Sed ſecundum quid indiget aliquis illo, ſine quo non poteſt aliquem finem intentum habere, vel non ita benè, vel tali modo: & ſic motus erit in beatis propter indigentiam: non enim poterunt manifeſtare virtutem motiuam in ſeipſis exprimento, niſi moueātur: huiuſmodi enim indigentias nihil prohibet in corporibus glorioſis eſſe.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ratio illa procederet, ſi corpus glorioſum non poſſet etiam ſine motu participare diuinam bonitatem, multò perfectius, q̃ corpora

Universidad de Deusto
Biblioteca

corpora cœlestia, quod falsum est. Vnde corpora gloriosa non mouebuntur ad consequendam perfectam diuinæ bonitatis participationem, hanc enim habẽt per gloriam: sed ad demonstrandam uirtutem animæ: per motum autem corporum cœlestium non posset demonstrari virtus eorum, nisi quam habent in mouendo corpora inferiora ad generationem & corruptionem, quod non competit illi statui: & ideo ratio non procedit.

¶ Ad quartum dicendum, quòd localis motus nihil diminuit de stabilitate ab anima stabilita in Deo, cum non sit secundùm aliquid intrinsecum rei, vt dictum* est.

Hoc art. in resp. ad 1.

¶ Ad quintum dicendum, quòd locus congruus vnicuique glorioso corpori deputatus secundũ gradum suæ dignitatis pertinet ad præmium accidentale: non tamen oportet, quòd diminuatur aliquid de præmio, quandocunque est extra locũ suum, quia locus ille non pertinet ad præmium, secundùm quòd actu continet corpus locatum, cùm nihil influat in corpus gloriosum, sed magis recipiat splendorem ab eo, sed secundum quod est debitus pro meritis: vnde gaudium de tali loco manet etiam ei, qui est extra locum suum.

ARTICVLVS III.

Vtrùm sancti moueantur in instanti.

366

* lib. 22. de ciui. Dei, c. vlt. n6 procul à prin. to. 5.

AD tertium sic proceditur. Videtur, quòd moueantur in instanti. Augusti.* enim dicit, quòd vbicunque voluerit spiritus, ibi erit & corpus: sed motus voluntatis, secundùm quem spiritus vult alicubi esse, est in instanti. Ergo & motus corporis est in instanti.

† Ari. li. 4. tex. 71. & seq.

¶ 2 Præt. Philo. † in 4. Physic. probat q̃ non fit motus per vacuum, quia oporteret aliquid moueri in instanti: quia vacuum non resistit aliquo modo mobili: resistit autem plenum, & sic nulla proportio esset motus, qui fit in vacuo, ad motum qui fit in pleno, cùm proportio in velocitate fit secundùm proportionem resistentiæ, quæ est in medio. Omnium autem duorũ motuum, qui fiunt in tempore, oportet esse proportionales velocitates: quia omne tempus omni tempori proportionale est: sed similiter nullum spatium plenum potest resistere corpori glorioso, quod potest esse cum alio corpore in eodem loco, quocunque modo fiat, sicut nec vacuum alteri corpori. Ergo si mouetur, in instanti mouebitur.

¶ 3 Præt. Virtus animæ glorificatæ quasi improportionaliter excedit virtutẽ animæ non glorificatæ: sed anima non glorificata mouet corpus in tempore. Ergo anima glorificata mouet corpus in instanti.

¶ 4 Præt. Omne quod mouetur æqualiter citò ad propinquum & distans, mouetur in instanti: sed motus corporis glorioſi est talis, quia ad quantumcunque distans spatium moueatur, in tempore imperceptibili mouetur. Vnde Aug. * dicit in quæstionib. de resurrectione, q̃ corpus gloriosum vtraque interualpus gloriosum mouetur in instanti.

* Est Epist. 49. non remotè à principio. to. 2.

¶ 5 Præt. Omne quod mouetur, vel mouetur in tẽpore, vel in instanti: sed corpus gloriosum post resurrectionem non mouebitur in tempore: quia tunc tẽpus non erit: ut dicitur Apoc. 4. Ergo motus ille erit in instanti.

*Ari. lib. 6. tex. 37. 38. 39 & text. 12. & seq.

¶ Sed contra, In motu locali spatium & motus, & tempus simul diuiduntur, vt demõstratiuè probatur in 6. Physi. * sed spatium quod transit corpus glorio-

sum per suum motum, est diuisibile: ergo & motus diuisibilis est & tempus diuisibile, instans autem non diuiditur. Ergo & motus ille non erit in instanti.

Præte. Non potest esse aliquid simul totum in vno loco & partim in alio, quia sequeretur, q̃ altera pars esset in duobus locis simul, quod esse non potest: sed omne quod mouetur, partim est in termino à quo, & partim in termino ad quem. vt ostensum est in 6. Physico. * omne autem quod motum est, totum est in termino ad quem est motus, non autem potest esse quòd simul moueatur & motum sit, sed omne quod mouetur in instanti, simul mouetur & motum est. Ergo motus localis corporis glorioſi nõ poterit esse in instãti.

* Ari. li. 6 tex. 32.

¶ Respõdeo dicendum, q̃ circa hoc est multiplex opinio. Quidam enim dicunt, q̃ corpus gloriosum transit de vno loco in alium, sine hoc, quòd pertranseat medium: & propter hoc potest corporis glorioſi motus esse in instanti, sicut etiam voluntatis. Sed hoc non potest stare, quia corpus gloriosum nũquam peruenit ad dignitatẽ naturæ spiritualis, sicut nunc̃ desinet esse corpus. Et præterea voluntas, cum dicitur moueri de vno loco in alium, non transfertur essentialiter de loco in locum, quia neutro locorum illorũ essentialiter cõtinetur: sed dirigitur in vnum locum, postquam fuerat directa per intentionem ad alium, & pro tanto dicitur moueri de loco ad locum.

Et ideo alii dicunt, quòd corpus gloriosum habet de proprietate naturæ suæ qua corpus est, quòd pertranseat medium, & ita quòd moueatur in tempore: sed virtute gloriæ, qua habet infinitatem quandã supra naturam, habet, quòd possit non pertransire medium, & sic in instanti moueri. Sed hoc non põt esse, quia implicat in se contradictionem: quod sic patet. Sit aliquod corpus quod moueatur de A in B, & corpus motum sit Z, constat quòd Z, quandiu est totum in A, non mouetur, similiter nec quando est totum in B, quia tunc motũ est: ergo si aliquando mouetur, oportet, quòd neque sit totum in A, neque totum in B, ergo quando mouetur, vel nusquam est, vel est partim in A, & partim in B, vel totũ in alio loco medio, puta, in C, vel partim in A, & C, vel partim in C, & B. Sed non potest poni quòd nusquam sit, quia sic esset aliqua quantitas dimensiua, non habens situm, quod est impossibile. Neque potest poni quòd sit partim in A, & partim in B, & non sit in medio aliquo modo: quia cum B, sit locus distans ab A, sequeretur in medio interiacente, quòd pars C, quæ est in B, non esset continua parti, quæ est in A: ergo restat, quòd vel sit totum in C, vel partim in eo, & partim in alio loco, quod ponetur in medium inter C, & A, puta D, & sic de alijs. Ergo oportet, quòd Z, non perueniat de A, in B, nisi prius sit in omnibus D, mediis, nisi dicat quòd peruenit de A, in B, & nunquam mouetur: quod implicat contradictionem: quia ipsa successio locorum est motus localis: & eadem ratio est de qualibet mutatione, quę habet duos contrarios terminos, quorũ vtrunque est aliquid positiuẽ. Secus autem est de illis mutationibus, quæ habent unum terminum tantùm positiuum, & alterum puram priuationem: quia inter affirmationem & negationem seu priuationẽ, non est aliqua determinata distantia. Vnde quod est in negatione, potest esse propinquius vel remotius ab affirmatione, vel ecõuerso, ratione alicuius quod cãt alterũ eorũ, vel disponit ad ea: & sic dum id quod mouetur, est totum sub negatione, mutatur in affirmationem, & econtrario: vnde etiam in eis mutans præcedit mutatum esse, vt probatur in quinto * Physicorum. Nec est simile de motu angeli, quia esse in loco, æquiuocè dicitur de corpore & de angelo: & sic patet, quòd nullo modo põt esse quòd aliquẽ corpus perueniat de vno loco ad aliũ, nisi trãseat oĩa media.

Et

* Aristoteles libro & tex. vbi & seq.

Et ideo alii hoc cõcedunt, sed tamen dicunt quòd corpus gloriosum mouetur in instanti. Sed ex hoc sequitur quòd corpus gloriosum in eodem instanti sit in duobus locis simul vel pluribus, scilicet in termino vltimo, & in omnibus mediis locis, quod non potest esse. Sed ad hoc dicunt, q̃ quamuis sit idẽ instans secundum rem, tamen differt ratione, sicut punctus ad quem terminantur diuersæ lineæ: sed hoc non sufficit, quia instans mensurat hoc quod est in instanti secundum rem, non secundum hoc quod consideratur. Vnde diuersa consideratio instantis non facit, quòd instans possit mensurare illa quæ non sunt simul tempore: sicut nec diuersa consideratio puncti potest facere, quòd sub vno puncto loci cõtineantur quæ sunt distantia situ.

Et ideo alii probabilius dicunt, quòd corpus gloriosum mouetur in tempore, sed imperceptibili propter breuitatem: & tamen quòd unum corpus glorioſum possit in minori tempore idem spatium pertransire, quàm aliud: quia tempus quantumcunque paruum accipiatur, est in infinitum diuisibile.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd illud quod parum deest, quasi nihil deesse videtur. vt dicitur in * 2. Physi. & ideo dicimus: Statim facto. quod post modicum tempus fiet: & per hunc modum loquitur Augus. * q̃ vbicunque erit voluntas, ibi erit statim corpus. Vel dicendum, q̃ voluntas nunquam erit inordinata in Beatis. vnde nũquam volent corpus suum esse alicubi in aliquo instanti. in quo non possit esse. Et sic quodcunque instans voluntas determinabit, corpus erit in illo loco, quem voluntas determinat.

* Ari. li. 2. tex. 56.

* li. 22. de Ciu. Dei, c. vlti. paulò à prin. to. 5.

¶ Ad secundum dicendum, quòd quidam contradixerunt illi propositioni, quam Philo. inducit in parte illa, vt Commentator ibidem dicit, dicentes, quòd non oportet esse proportiones totius motus ad totũ motum, secundum proportionem resistentis medii ad aliud medium resistens: sed oportet, q̃ secundum proportionem mediorum, per quę transitur, attenda tur proportio retardationum, quæ accidit in motib. ex resistentia medii. Quilibet enim motus habet determinatum tempus velocitatis & tarditatis ex victoria mouentis supra mobile, etiam si nihil resistat ex parte medii: sicut patet in corporibus cœlestibus, in quibus non inuenitur aliquid quod obsitet motui ipsorum, & tamen non mouentur in instanti, sed in tempore determinato secundum proportionem potentiæ mouentis ad mobile, & ita patet, q̃ etiam si ponatur aliquid moueri in vacuo, non oportebit, q̃ moueatur in instanti: sed q̃ nihil addatur tempori, quod debetur motui ex proportione predicta mouentis ad mobile, quia motus non retardatur.

Sed hæc responsio (vt Commentator dicit) procedit ex falsa imaginatione, qua quis imaginatur, quòd tarditas quæ causatur ex resistentia medii, sit aliqua pars motus additi motui naturali, qui habet quantitatem secundum proportionem mouentis ad mobile: sicut vna linea additur linęæ. ratione cuius accidit in lineis, quòd non remaneat eadem proportio totius ad totam lineam, quæ erat linearum additarum adinuicem: vt sic etiam non sit eadem proportio totius motus ad totum motum sensibilem, quę est retardationum contingentium ex resistentia medii. Quæ quidem imaginatio falsa est, quia quælibet pars motus habet tantum de velocitate, quantum totus motus: non autem quælibet pars lineæ habet tantum de quantitate dimensiua, quantum habet tota linea. Vnde tarditas vel velocitas addita motui, redundat in quamlibet partem eius, quod de lineis non contingit: & sic tarditas addita motui, non facit aliam partem motus: sicut in lineis accidebat, quod additum est pars totius lineæ. Et ideo ad intelligendam prohationem Philosophi vt Commentator ibidem exponit, sciendum est, quòd oportet accipere totum pro vno, scilicet resistentiam mobilis ad mouentem mouentem, & resistentiam medii, per quod est motus: & cuiuscunque alterius resistentis: ita quòd accipiatur quantitas tarditatis totius motus secundum proportionem virtutis mouẽtis ad mobile resistens quocunque mouetur, vel ex se, vel ex alio extrinseco. Oportet enim semper, quòd mobile resistat aliquo modo mouenti, cum mouens & motum, agens & patiens, inquantum huiusmodi, sint contraria. Quandoque autem inuenitur resistere mobile mouenti ex seipso, quia habet virtutem inclinantem ad contrarium motum, sicut patet ex motibus violentis, vel saltem, quia habet locum contrarium loco, qui est in intentione mouentis: cuiusmodi resistentia inuenitur etiam corporum cœlestium ad suos motores. Quandoque autem mobile resistit virtuti mouentis ex alio tantum, & non ex seipso, sicut patet in motu naturali grauium & leuium: quia per ipsam formam eorum inclinantur ad motum talem. Est enim forma impressio generantis, quod est motor ex parte grauium & leuiumex parte autem materiæ non inuenitur aliqua resistentia neque uirtutis inclinantis ad contrarium motum, neque contrarii loci, quia locus non de betur materiæ nisi secundùm quòd sub dimensionibus consistens perficitur forma naturali. Vnde non potest esse resistentia, nisi ex parte medii, quæ quidem resistentia est motui eorum connaturalis, quandoque autem est ex utroque, sicut patet in motibus animalium. Quando ergo in motu non est resistentia nisi ex parte mobilis, sicut accidit in corporibus cœlestibus: tunc ipse motus mensuratur secundum proportionem motoris ad mobile, & in talibus non procedit ratio Philosophi: quia remoto omni medio, adhuc manet motus eorum in tempore. Sed in illis motibus, in quibus est resistentia ex parte medii tantum accipitur mensura temporis secundum impedimentum, quod est ex medio solum vnde si subtrahatur omnino medium, nullum impedimentum remanebit: & sic vel mouebitur in instanti, vel æquali tempore mouebitur secundùm vacuum spacium & plenum. Quia dato quòd moueatur in tempore per vacuum, illud tempus in aliqua proportione se habebit ad tempus in quo mouetur per plenũ. Possibile est autem imaginari aliquod corpus in eadem proportione subtilius corpore, quo spacium plenum erat, quo si aliud spatium impleatur æquale, in tam paruo tempore mouebitur per illud plenum sicut per vacuum. Primò, quia quantum additur ad subtilitatem medii, tantum subtrahitur de quantitate tẽporis, & quanto est magis subtile, minus resistit: sed in aliis motibus, in quibus est resistentia ex ipso mobili, & ex medio, quantitas temporis est accipienda secundum proportionẽ mouentis potentiæ ad resistentiam mobilis & medii simul. Vnde dato quòd taliter medium subtrahatur vel non impediat, non sequitur, quòd motus sit in instanti, sed quòd tẽpus motus mensuratur tantum ex resistentia mobilis: neque erit inconueniens si per idem tempus mouetur per vacuum & per plenum aliquo subtilissimo corpore imaginato: quia determinata subtilitas medii quãtò est maior, tantò nata est facere tarditatem minorẽ in motu. Vnde potest imaginari tanta subtilitas, quòd erit nata facere minorem tarditatem, quàm sit illa tarditas, quam facit resistentia mobilis, & sic resistentia medii nullam tarditatem adiiciet ad motũ. Patet ergo, quòd quamuis medium non resistat corporibus glorioſis, secundum hoc quod possint esse cum alio corpore in eodem loco, nihilominus motus eorũ non erit in instanti; quia ipsum corpus mobile

resistet

Universidad de Deusto
Biblioteca

resistet virtuti mouenti ex hoc ipso, quòd habet determinatum situm, sicut de corporibus cœlestibus dictum est.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ quàmuis virtus animæ glorificatæ excedat inæstimabiliter virtutem animæ non glorificatæ, non tamen excedit in infinitum, quia vtraque virtus est finita: vnde non sequitur, ꝙ moueat in instanti: si tamen esset simpliciter infinitæ virtutis, non sequeretur, quòd moueret in instanti, nisi separaretur totaliter resistentia, quæ est ex parte mobilis. Quàmuis autem resistentia, qua mobile resistit mouenti per contrarietatem, quam habet ad talem motum ratione inclinationis ad contrarium motum, possit à mouente infinitæ virtutis totaliter *separari, tamen resistentia, quam facit ex contrarietate, quam habet ad locum, quem intendit motor per motum, non potest totaliter †separari, nisi auferatur ab ea esse in tali loco, vel tali situ. Sicut enim album resistit nigro ratione albedinis: & tantò magis, quantò albedo magis distat à nigredine: ita corpus resistit alicui loco per hoc, ꝙ habet locum oppositum, & tanto est maior resistentia, quantò est distantia maior. Non autè potest à corpore remoueri ꝙ sit in aliquo loco vel situ, nisi auferatur ei sua corporeitas, per ꝙ debetur ei locus vel situs. Vnde quandiu manet in natura corporis, nullo modo potest moueri in instanti, quantúcunque sit virtus mouens: corpus autem gloriosum nunquam suam corporeitatem amittet: vnde nunquam in instanti moueri poterit.

* Al. superari.

† Al. superari.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ par celeritas in verbis Aug. *est intelligenda, quantum ad hoc, ꝙ est imperceptibilis excessus vnius respectu alterius, sicut & tempus motus est imperceptibile.

* citatis in arg. 4.

¶ Ad quintum dicendum, quòd quamuis post resurrectionem non erit tempus, quod est numerus motus cœli, tamen erit tempus consurgens ex numero prioris & posterioris in quocunque motu.

QUAEST. LXXXVI.

De claritate corporum beatorum, in tres articulos diuisa.

EINDE considerandum est de claritate corporum beatorum resurgentium.

¶ Circa quod quæruntur tria.

¶ Primò, Vtrùm claritas inerit corporibus gloriosis.

¶ Secundò, Vtrùm claritas illa videri poterit ab oculo non glorioso.

¶ Tertiò, Vtrùm corpus gloriosum necessariò videbitur à corpore non glorioso.

ARTICVLVS I.

Vtrùm corporibus gloriosis claritas conueniat.

367 Th. 4. dist. 44. q. 2. art. 4. qò. 1. & seq.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quòd corporibus gloriosis claritas non conueniat. Quia sicut dicit Auicenna in 6. naturalium: omne corpus luminosum constat ex partibus peruiis: sed partes corporis glorioſi non erunt peruiæ, cum in aliquibus dominetur terra, sicut in carnibus & ossibus. Ergo corpora gloriosa non erunt lucida.

¶ 2 Præt. Omne corpus lucidũ occultat illud, quod est post se: vnde vnum luminare post aliud eclipsatur, flamma ét ignis prohibet videri quod est post se. Sed corpora gloriosa non occultabunt illud, quod intra ea continetur, quia vt dicit Grego. †super illud Iob: Non adæquabitur ei aurum vel vitrum, ibi, s. in cœlesti patria, vniuscuiusque mentem ab alterius oculis membrorum corpulentia non abscondet, patebitq; corporalib. oculis ipsa etiam corporalis harmonia. Ergo corpora illa non erunt lucida.

† li. 8. Mor. c. 30. in fi.

¶ 3 Præt. Lux & color contrariã dispositionẽ requirunt in subiecto: quia lux est extremitas perspicui in corpore nõ terminato: sed color in corpore terminato, vt patet in lib. de Sensu & sensato: *sed corpora gloriosa erunt colorata: quia vt dicit Aug. †19. de ciu. Dei: pulchritudo corporis est partium conuenientia cum quadam coloris suauitate: pulchritudo autẽ corporibus cœlestibus gloriosis deesse non potuit: ergo corpora gloriosa non erunt lucida.

* Arist. c. 3 paulò à prin. libri istius. † li. 22. de Ciui. Dei c. 19. à me dio to. 5.

¶ 4 Præt. Si claritas erit in corporib. gloriosis oportet, quòd sit æqualis in omnibus partibus corporis: sicut omnes partes erunt eiusdẽ impassibilitatis, subtilitatis & agilitatis: sed hoc non est conueniens, quia vna pars habet maiorẽ dispositionẽ ad claritatẽ, quã alia: sicut oculi, quàm manus, & spiritus quàm ossa, & humores quàm caro vel neruus. Ergo videtur, quòd non debeant illa corpora esse lucida.

¶ Sed contra est, quod dicitur Matth. 13. Iusti fulgebunt sicut sol in regno Patris eorũ, & Sap. 3. Fulgebunt iusti & tanquam scintillæ, &c.

¶ Præt. Primæ Cor. 15. dicitur, Seminatur in ignobilitate, surget in gloria, quod ad claritatẽ pertinet: vt patet per sequentia, vbi corporum resurgentium gloriã comparat claritati stellarum. Ergo corpora Sanctorum resurgent lucida.

¶ Respondeo dicendum, quòd corpora Sanctorũ fore lucida post resurrectionẽ, ponere oportet propter auctoritatẽ Scripturæ, quæ hoc promittit. Sed claritatis huius causam quidã attribuunt quintæ essentiæ, quæ tunc dominabitur in corpore humano: sed quia hoc est absurdum, vt sæpè dictum * est; ideo melius est, vt dicatur, quòd claritas illa causabitur ex redundantia gloriæ animæ in corpus. Quod. n. recipitur in aliquo, non recipitur per modum influentis, sed per modũ recipientis: & ideo claritas quæ est in anima spirituali, recipitur in corpore, vt corporalis. Et ideo secundum quòd anima erit maioris claritatis, secundum maius meritum: ita etiam erit differentia claritatis in corpore, vt patet per Apost. primo. Corinth. 15. & ita in corpore glorioso cognoscetur gloria animæ: sicut in voto cognoscitur color corporis quod continetur in vase vitreo, vt Grego. † dicit super illud Iob: Non adæquabitur ei, aurum, vel vitrum.

In cor.

Q. 82. ar. 1. cor. & q. 83. art. 1. cor. & similiter q. seq. art. 1. cor.

† li. 18 c. 30. post medi. illius.

¶ Ad primum ergo dicẽdum, quòd Auicenna loquitur de illo corpore, quod habet ex natura componentiũ claritatem: sic autem non habebit corpus gloriosum, sed magis ex merito virtutis.

¶ Ad secundum dicendum, quòd Grego. *comparat corpora gloriosa auro propter claritatẽ: & vitro, propter hoc, quòd transluebunt. Vnde videtur dicendũ, quòd erunt simul peruia & clara. Quod. n. aliquod clarũ non sit peruiũ, contingit ex hoc, quod claritas corporis causatur ex densitate partium lucidarũ: densitas autẽ repugnat peruietati, sed tunc claritas erit ex alia causa, ut dictũ * est. Densitas autẽ corporis glorioſi peruietatem non tollit ab eis, sicut nec densitas uitri à vitro. Quidã tamen dicunt, quòd cõparantur vitro, nõ quia sint peruia, sed propter hanc similitudinẽ, quia sicut illud qđ in vitro clauditur, apparet: ita aĩæ gloria, quæ corpore glorioso claudetur, non latebit. Sed primum melius est, quia magis saluatur dignitas corporis glorioſi, & magis consonat dictis Gregor. †

† li. 18. Mor. c. 30. à me dio illius.

¶ Ad tertium dicendũ, quòd corporis gloria naturam non tollet, sed perficiet; vnde color qui debetur corpori ex natura suarum partium, remanebit in eo, sed superaddetur claritas ex gloria animæ. Sicut etiam videmus corpora colorata ex natura sui, solis splendore relucere, vel ex aliqua alia causa, extrinseca seu intrinseca.

† li. 18. Mor. c. 30. in fi.

¶ Ad quartum dicendum, quòd sicut gloriæ claritas redundat ab anima in corpus secundùm suum modum, & ibi est alio modo, quàm sit in anima; ita in quamlibet partem corporis redundabit secundùm suum modum. Vnde non est inconueniens, quòd diuersæ partes habeant diuersimodè claritatem, secundùm quòd unt diuersimodè dispositæ ex sui natura ad ipsam: nec est simile de aliis dotibus corporis, respectu quarum partes corporis non inueniuntur habere diuersam dispositionem.

ARTICVLVS II.

Vtrùm claritas corporis glorioſi possit videri à non glorioso oculo.

AD secundum sic proceditur. Videtur, quòd claritas corporis glorioſi non poterit videri à nõ glorioso oculo. Oportet enim esse proportionem visibilis ad visum: sed oculus non glorificatus, non est proportionatus ad videndam claritatem gloriæ, cùm sit alterius generis, quàm claritas naturæ. Ergo corporis glorioſi claritas non videbitur ab oculo non glorioso.

369

¶ 2 Præt. Claritas corporis glorioſi erit maior, quàm nunc sit claritas solis: quia etiam solis erit tunc maior quàm modò sit, vt dicitur: & multò maior erit claritas corporis glorioſi, propter quod Sol, & totus mundus clarior erit tam maiorem accipiet. Sed oculus non gloriosus non potest inspicere Solem in rota sua propter magnitudinẽ claritatis. Ergo minùs poterit inspicere claritatem corporis glorioſi.

¶ 3 Præt. Visibile oppositum oculis videntis necesse est videri, nisi sit læsio aliqua in oculo: sed claritas corporis glorioſi oppolita oculis non glorioſis, non necessariò videtur ab eis; quod patet de discipulis, qui corpus Domini post resurrectionem viderunt, claritatem eius non intuentes. Ergo claritas illa non erit visibilis ab oculo non glorioso.

* Gloss. in ter. in. 1. dem.

¶ Sed contra est, quòd dicit Glos. * Philip. 3. super illud: Configuratum corpori claritatis suæ. Assimilabitur claritati, quam habuit in trã figuratione: sed claritas illa visa fuit ab oculis discipulorum non glorificatis. Ergo & claritas corporis glorificati ab oculis nõ glorioſis visibilis erit.

¶ Præterea, Impii videntes gloriam iustorum, ex hoc torquebuntur in iudicio: vt patet per hoc, quod dicitur Sap. 5. sed non plenè viderent gloriam ipsorum, nisi claritatem corporum inspicerent. Ergo, &c.

¶ Respondeo dicendum, quòd quidam dixerunt, quòd claritas corporis glorioli non poterit videri ab oculo non glorioso, nisi fortè per miraculum. Sed hoc non potest esse, nisi claritas illa æquiuocè diceretur, quia lux secũdum id quod est, nata est mouere visum & visus secundum id quod est, natus est percipere lucem, sicut verum se habet ad intellectum, & bonum ad affectum: vnde si esset aliquis visus, qui non posset * percipere aliquam lucem omnino, vel ille visus diceretur æquiuocè, vel lux illa: quod non potest in proposito dici: quia sic per hoc, quòd dicuntur gloriosi corpora futura esse lucida, nihil nobis notificaretur sicut qui dicit canẽ esse in cœlo, nihil notificat ei; qui non nouit nisi canem, qui est animal. Et ideo dicẽdum

Aliàs recipere.

est, quòd claritas corporis glorioſi naturaliter ab oculo glorioso uideri potest.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd gloriæ claritas erit alterius generis, quàm claritas naturæ, quantùm ad causam, sed non quantùm ad speciem: vnde sicut claritas naturæ ratione speciei suæ est proportionata visui: ita & claritas glorioſa.

¶ Ad secundum dicendum, quòd sicut corpus glorioſum non potest pati aliquid passione naturæ, sed solùm passione animæ, ita ex proprietate gloriæ non agit nisi actione animæ. Claritas autem intensa non offendit visum, inquantum agit actione animæ, sed secundùm hoc magis delectat: offendit autem inquantum agit actione naturæ calefaciendo & diſsoluendo organum visus, & disgregando spiritus: & ideò claritas corporis glorioſi, quàmuis excedat claritatem Solis; tamen de sui natura nõ offendit visum, sed demulcet, propter quod claritas illa comparatur claritati Iaspidis, Apoc. 21.

¶ Ad tertium dicendum, quòd claritas corporis glorioſi prouenit ex merito voluntatis: vnde voluntati subdetur, vt secundum eius imperium videatur, vel non videatur. Et ideo in potestate corporis glorioſi erit, ostendere claritatem suam, vel occultare: & hæc fuit opinio Præpositini.

ARTICVLVS III.

Vtrùm corpus glorioſum necessariò videbitur à corpore non glorioso.

AD tertium sic proceditur. Videtur quòd corpus glorioſum necessariò videbitur à corpore non glorioso. Quia corpora gloriosa erunt lucida: sed corpus lucidum manifestat se & alia: ergo corpora glorioſa necessariò videbuntur.

¶ 2 Præterea, Omne corpus quod occultat alia corpora post se existentia, de necessitate, visu percipitur ex hoc ipso, quod alia, quæ sunt post, occultantur: sed corpus glorioſum occultabit visui alia corpora post se existentia, quia erit corpus coloratum: ergo & de necessitate videbitur.

¶ 3 Præt. Sicut quantitas est de his, quæ insunt corpori, ita & qualitas per quam videtur: sed quantitas non subest voluntati, vt corpus glorioſum possit esse maioris quantitatis, vel minoris: ergo nec qualitas, per quam visibile est, vt possit non videri.

¶ Sed contra est, ꝙ corpus nostrum glorificabitur in conformitate corporis Christi, post resurrectionem sed corpus Christi post resurrectionem non necessariò videbatur, imò disparuit ab oculis discipulorum in Emaus, vt dicitur Lucæ vltimo: ergo & corpus glorificatum non necessariò videbitur.

¶ Præt. Ibi erit summa obedientia corporis ad animam: ergo corpus poterit videri, vel non videri secundùm voluntatem animæ.

¶ Respondeo dicendum, quòd visibile videtur, secundùm quod agit in visum. Ex hoc autem, quòd aliquid agit, vel non agit in aliquod extrinsecum, nõ est aliqua mutatio in ipso: vnde sine mutatione alicuius proprietatis, quæ sit de perfectione corporis glorificati, potest contingere, quòd videatur, & non videatur: vnde in potestate animæ glorificatæ erit, quòd corpus suum videatur, vel non videatur sicut & quælibet alia actio corporalis in animæ potestate erit, aliàs corpus glorioſum non esset instrumentum summè obediens principali agenti.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd claritas illa obediet corpori glorioso, vt possit eam ostendere, vel occultare.

¶ Ad secundum dicendum, quòd color corporis

Universidad de Deusto
Biblioteca

non impedit peruieratem ipsius, nisi inquantum immutat visum: quia visus non potest immutari simul duobus coloribus, vt vtrunque perfecte inspiciat; color autem corporis glorioſi erit in perfecta potestate animæ, vt per ipsum immutet visum, vel non immutet. Et ideo erit in potestate eius, vt corpus, quod est post se, occultet, vel non occultet.

¶ Ad tertium dicendum, quòd quantitas est inhærens ipsi corpori glorioſo, neque posset quantitas immutari ad imperium animæ, sine mutatione intrinseca corporis glorioſi, quæ impassibilitati eius repugnaret: & ideo non est simile de quantitate, & visibilitate, quia etiam qualitas illa, per quam est visibile, non potest subtrahi ad imperium animæ: sed actio illius qualitatis suspenderetur, & sic occultabitur corpus ad imperium animæ.

QVAESTIO LXXXVI.

De conditionibus corporum damnatorum resurgentium, in tres articulos diuisa.

COnsequenter considerandum est de conditionibus corporum damnatorum resurgentium.

¶ Circa quod quæruntur tria.

¶ Primò, vtrùm corpora damnatorum cum suis deformitatibus resurgent.

¶ Secundò, vtrùm eorum corpora erunt corruptibilia.

¶ Tertiò, vtrùm erunt impassibilia.

ARTICVLVS I.

Vtrùm corpora damnatorum cum suis deformitatibus resurgent.

370 Th. 4 dist. 44. q. 4. art. 1. q. 1. & sequent.

AD primum sic proceditur. Videtur, quòd corpora damnatorum cum suis deformitatibus resurgent. Illud enim quod in pœnam peccati inductum est, desinere non debet, nisi peccato remisso: sed membrorum defectus qui accidunt per mutilationem, in pœnam peccati inducti sunt; & similiter etiam omnes aliæ deformitates corporales: ergo à dãnatis, qui peccatorum remissionem non sunt consequuti, in resurrectione non remouebuntur.

Aliàs perfectioné.

¶ 1 Præterea, Sicut resurrectio Sanctorum erit ad vltimam * fœlicitatem, sic & resurrectio impiorum erit ad vltimam miseriam: sed sanctis resurgentibus non auferetur aliquid quod ad eorum perfectionem pertinere possit: ergo nec impiis resurgentibus aliquid auferetur, quod ad eorum defectum, vel miseriam pertineat. Huiusmodi autem sunt deformitates: ergo, &c.

¶ 2 Præt. Sicut ad defectum passibilis corporis pertinet deformitas, ita & tarditas: sed à corporibus damnatorum resurgentium, tarditas non remouebitur, quia eorum corpora non erunt agilia: ergo eadem ratione nec deformitas remouebitur.

† Glosſ. ibidem.

¶ Sed contra, Primæ ad Cor. 15. Mortui resurgent incorrupti, id est sine aliqua diminutione membrorũ. Glosſ. † mortui, id est peccatores, vel generaliter omnes mortui resurgent incorrupti: ergo mali resurgent sine deformitate bona.

¶ Præt. In damnatis non erit aliquid quod sensum doloris in eis impediat: sed ægritudo impedit sensum doloris, inquantum per eam debilitantur organa sentiendi: & similiter defectus membri impediret ne esset vniuersalis dolor in corpore: ergo sine ipsis defectibus damnati resurgent.

¶ Respondeo dicendum, quòd in corpore humano potest esse deformitas dupliciter. Vno modo, ex defectu alicuius membri, sicut mutilatos turpes dicimus, deest enim eis debita proportio partium ad totum: & de tali deformitate nulli dubium est, quòd in corporibus damnatorum non erit; quia omnia corpora tam bonorum, quàm malorum integra resurgent. Alio modo deformitas contingit ex indebita partium dispositione, vel ex indebita quantitate, vel qualitate, vel situ, quæ etiam proportionem debitam partium ad totum non patitur: & de talibus deformitatibus, & similibus defectibus, sicut sunt febres, & aliæ huiusmodi ægritudines, quæ interdum sunt deformitatis causæ, Auguſt. † indeterminatum & sub dubio relinquit in Ench. vt in litera Magister * dicit. Sed apud Doctores modernos est duplex super hoc opinio. Quidam enim dicunt, quòd huiusmodi deformitates, & defectus in corporibus damnatorum remanebunt, considerantes eorum damnationem, qua ad summam miseriam deputantur, cui nihil incommoditatis subtrahi debet. Sed hoc non videtur rationabiliter dici. In reparatione enim corporis resurgentis magis attenditur naturæ perfectio, quàm conditio quæ priùs fuit. Vnde & qui infra perfectam ætatem decedunt, in statura iuuenilis ætatis resurgent, vt supra * dictum est. Vnde & illi qui aliquos defectus naturales in corpore habuerunt, vel deformitates ex eis prouenientes, in resurrectione sine illis defectibus, vel deformitatibus reparabuntur, nisi peccati meritum impediret: & ita si aliquis cum defectibus, vel deformitatibus resurget, hoc ei erit in pœnam. Modus autem pœnæ est secundùm mensuram culpæ. Contingit autem, quòd aliquis peccator damnandus minoribus peccatis subiectus, aliquas deformitates, vel defectus habeat, quas non habuit aliquis damnandus, peccatis grauioribus irretitus: vnde si ille, qui in hac vita deformitates habuit; cum eis resurgat sine quibus constat, quòd resurget alius grauius punien dus, qui eas in hac vita nõ habuit modus pœnæ non responderet quantitati culpæ, sed magis videretur aliquis puniri pro pœnis, quas in hoc mundo passus fuit, quod est absurdum. Et ideo alii rationabiliùs dicunt, quòd Auctor, qui naturam condidit, in resurrectione naturam corporis integrè reparabit: vnde quicquid defectus, vel turpitudinis ex corruptione, vel debilitate naturæ siue principiorum naturalium in corpore fuit, totum in resurrectione remouebitur, sicut febris, lippitudo, & similia. Defectus autẽ, qui ex naturalibus principiis in humano corpore naturaliter consequuntur, sicut ponderositas, passibilitas, & similia, in corporibus damnatorum erunt: quos defectus ab electorum corporibus gloria resurrectionis excludet.

† In Enchiridio c 92. tom. 1. * li. 4. Sent. di. 44 q. D

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd cùm pœna in quolibet foro infligatur secundùm conditionem illius fori, pœnæ quæ in hac vita temporali infliguntur pro aliquo peccato, tẽporales sunt, & vltra vitæ terminum non se extendunt: & ideo quamuis peccatum non sit remissum damnatis non tamen oportet, quòd eisdem pœnas ibi sustineant, quas in hoc mundo sunt passi: sed diuina iustitia requirit, vt ibi pœnis grauioribus in æternum crucientur.

¶ Ad secundum dicendum, quòd non est similis ratio de bonis, & malis, eò quòd aliquid potest esse pure bonum, non autem purè malum. Vnde sanctorum vltima felicitas hoc requirit, vt ab omni malo penitus sint immunes: sed vltima malorum miseria non excludit omne bonum, quia malum si in regnum sit, corrumpi,

† Arist. li. 4 cæ. 5. parum antemed.

corrumpit seipsum, vt Philoſ. † dicit in 4. Ethic. Vnde oportet, quòd miseriæ damnatorum substernantur bonũ naturæ in ipsis, quod opus est Conditoris perfecti, qui ipsam naturam in perfectione suæ speciei reparabit.

¶ Ad tertium dicendum, quòd tarditas est de illis defectibus, qui naturaliter consequuntur principia humani corporis, non autem deformitas: & ideo de eis non est similis ratio.

ARTICVLVS II.

Vtrùm corpora damnatorum erunt incorruptibilia.

371 AD secundum sic proceditur. Videtur, quòd corpora damnatorum erunt corruptibilia. Omne enim compositum ex contrariis, necesse est corrumpi: sed corpora damnatorum erunt ex contrariis composita, ex quibus etiam nunc componuntur, aliàs non essent eiusdem speciei, & per consequens nec eadem numero: ergo erunt corruptibilia.

¶ 2 Præterea, Si corpora damnatorum non erunt corruptibilia, aut hoc erit per naturam, aut per gratiã, aut per gloriam: non per naturam, quia sunt futura eiusdem naturæ, cuius & nunc sunt: nec per gratiam, vel gloriam, quia talibus omnino carebunt: ergo erunt corruptibilia.

¶ 3 Præterea, Illis qui sunt in summa miseria, subtrahere maximam pœnarum videtur inconueniens: sed maxima pœnarum est mors, vt patet per * Phi. in 3. Ethicor. ergo à damnatis qui sunt in summa miseria, mors remoueri non debet: ergo eorum corpora corruptibilia erunt.

Arist. li. 3. cap. 6. post medium.

¶ Sed contra est, quod dicitur Apoc. 9. In diebus illis quærent homines mortem, & non inuenient eam; & desiderabunt mori, & fugiet mors ab eis.

¶ Præterea, Damnati punientur in anima, & corpore pœna perpetua Matth. 25. Ibunt hi in supplicium æternum, sed hoc esse non posset, si eorum corpora corruptibilia essent. Ergo eorum corpora erunt incorruptibilia.

¶ Respondeo dicendum, quòd cum in omni motu oporteat esse aliquod principium motus: dupliciter motus aliquis, vel mutatio à mobili remouetur. Vno modo per hoc, quòd deest principium motus. Alio modo per hoc, quòd impeditur principiũ motus. Corruptio autem mutatio quædam est: vnde dupliciter potest contingere, vt corpus quod ex conditione suorum principiorum corruptionem habet, incorruptibile reddatur. Vno modo ex hoc quòd principium ad corruptibilitatem mouens, totaliter tollitur; & hoc modo corpora damnatorum incorruptibilia erunt. Cùm enim primum cœlum sit alterans per motum suum localem, & alia omnia agentia secunda in virtute ipsius agant, & quasi ab ipso mota: oportet quod motu cœli cessante, nihil sit agens, quod possit corpus per alterationem aliquam transmutare à naturali sua proprietate; & ideo post resurrectionem, cessante motu cœli, nulla qualitas erit sufficiens, vt corpus humanum vltra tempus possit à sua naturali qualitate: corruptio autẽ est terminus alterationis, sicut & generatio; vnde corpora damnatorum eorum, si non poterunt: & hoc defectu damnatorum eorum, si non poterunt: & hoc defectu damnatorum eorum, si non poterunt: & hoc defectu

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicuntur viuere, vt de Salamandra dicitur, ab igne nõ affliguntur: animal enim dolore corporis non affligitur, nisi corpus aliquo modo lædatur. Si ergo corpora damnatorum in igne sine corruptione remanete possunt, sicut & animalia prædicta, vt Aug. * in libro de Ciu. Dei dicit: videtur quòd nullam afflictionem ibi sustinebunt, quod non esset nisi eorum corpora impassibilia essent: ergo &c.

* li. 21. c. 24. & 2. to. 3.

¶ 4 Præterea, Si corpora damnatorum sunt passibilia, dolor, qui ex eorum passione proueniet, vt videtur, superare debet omnem præsentem corporum dolorem: sicut & sanctorum iucunditas superabit omnem præsentem iucunditatem: sed propter immensitatem doloris quandoque contingit, in hac vita animam à corpore separari: ergo multò fortiùs si corpora illa futura sunt passibilia, ex immẽsitate doloris, animæ à corpore separabuntur: & sic corpora corrumpentur, quod falsum est. Ergo corpora illa erunt impassibilia.

¶ Sed contra est, quòd dicitur 1. Corin. 15. Et nos immutabimur. Glos. * Nos boni tantummodo immutabimur gloriæ immutabilitate, & impassibilitate. Ergo corpora damnatorum non erunt impassibilia.

* Glossa interlin. ibid.

¶ Præterea, Sicut corpus cooperatur animæ ad meritum, ita cooperatur ei ad peccatum: sed propter cooperationem prædictam non solùm anima, sed etiam corpus post resurrectionem præmiabitur. Ergo & simili ratione damnatorum corpora punientur, quod non esset si impassibilia forent: ergo erunt sibilia.

¶ Respondeo dicendum, quòd principalis causa quare corpora damnatorum ab igne non consumentur, erit diuina iustitia, qua eorum corpora ad pœnã perpetuam sunt addicta: sed diuinæ iustitiæ seruit etiam naturalis dispositio ex parte corporis patientis, & ex parte agentium, quia cùm pati sit recipere quod dam, duplex est modus passionis, secundùm quod aliquid in aliquo recipi potest dupliciter. Potest enim aliqua forma recipi in aliquo subiecto secundum esse naturale materialiter, sicut calor ab igne recipitur in aere materialiter: & secundùm hunc modum receptionis est vnus modus passionis, qui dicitur passio naturæ. Alio modo aliquid recipitur in alio spiritualiter, per modum intentionis cuiusdam, sicut similitudo albedinis recipitur in aere, & in pupilla, & hæc receptio similatur illi receptioni, qua anima recipit similitudines rerum: vnde secundùm hunc modum receptionis est alius modus passionis, qui vocatur passio animæ. Quia igitur post resurrectionem motu cœli cessante, non poterit aliquod corpus alterari à sua naturali qualitate, vt dictum * est: nullum corpus patiposterit passione naturæ: vnde quantum ad hunc modum passionis, corpora damnatorum impassibilia erunt, sicut & incorruptibilia. Sed cessante motu cœli adhuc remanebit passio, quæ est per modum animæ: quia & aer à Sole illuminabitur, & colorum differentias deferet ad visum: vnde & secundum hunc modum passionis corpora damnatorum passibilia erunt: & quia in tali passione, sensus perficitur; ideo in corporibus damnatorum sensus pœnæ erit sine mutatione naturalis dispositionis. Corpora vero gloriosa etsi recipient aliquid, & quodammodo patientur in sentiendo, non tamen passibilia erunt, quia nihil recipient per modum afflictiui, vel læsiui, sicut recipient corpora damnatorum, quæ ob hoc passibilia dicuntur.

Ar. præc. cor. & q. 82. arti. 3. cor. & ad 1.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd Philosophus loquitur de illa passione, per quam transmutatur patiens à sua naturali dispositione: talis autem passio non erit in corporibus damnatorum, vt dictum

In cor. ar. * est.

¶ Ad secundum dicendum, quòd similitudo agentis est dupliciter in patiente. Vno modo, per modum eundem, quo est in agente, sicut est in omnibus agentibus vniuocis, vt calidum facit calidum, & ignis generat ignem. Alio modo, per modum diuersum à modo, quo est in agente: sicut est in omnibus agentibus æquiuocis, in quibus quandoque contingit, quòd in agente est forma spiritualiter, quæ in patiente materia liter recipitur, sicut forma, quæ est in domo facta per artificem, est materialiter in ipsa, & in mente artificis est spiritualiter. Quandoque verò è conuerso, est materialiter in agente, & recipitur spiritualiter in patiente; sicut albedo materialiter est in patiete, à quo recipitur spiritualiter in pupilla, & in medio deferente: & similiter est in proposito, quia species quæ materialiter est in igne, recipitur spiritualiter in corporibus damnatorum: & sic ignis sibi assimilabit damnatorum corpora nec tamen ea consumet.

¶ Ad tertium dicendum, quòd secundùm Philosophum * in libro de proprietatibus elementorum, nullum animal in igne viuere potest. Galenus etiam in libro de simplicibus medicinis dicit, quòd nullum corpus est quod tandem ab igne non consumatur, quàm tuis quandoque quædam corpora sint, quæ ad horam in igne sine læsione permaneant, vt patet de Ebeno. Vnde quod inducitur de Salamandra, non est omnino similе; quia non potest perseuerare finaliter in igne sine corruptione, sicut corpora damnatorum in inferno. Neque tamen oportet, quòd quia corpora damnatorum ab igne inferni per corruptionem aliquam non lædentur, quòd propter hoc ab igne non affligantur: quia sensibile non solùm natum est delectare, vel affligere sensum, secundùm quod agit actione naturæ cõfortando, vel corrumpendo organum, sed etiam secundùm quòd agit actione spirituali; quia quando sensibile est in debita proportione ad sentiendum, delectat è contrario autem quando se habet in superabundantia, vel defectu. Vnde & colores medii, & voces consonantes sunt delectabiles, inconsonantes autem offendunt auditum.

* Nõ multũ remouerõ à princip. hi.

¶ Ad quartum dicendum, q. dolor non separat animam à corpore secundùm quod manet tantùm in potentia animæ, cuius est dolere, sed secundùm quòd ad passionem animæ mutatur corpus à sua naturali dispositione secundum modum, quo videmus quòd ex ira corpus caleſcit, & ex timore frigeſcit, sed post resurrectionem corpus non poterit transmutari à sua naturali, dispositione, vt ex dictis * patet; vnde quantuscunque sit dolor, animam à corpore non separabit.

Ar. 2. & 3. hui⁹ q. cor.

QVAESTIO LXXXVII.

De cognitione, quam habebunt resuscitati in iudicio respectu meritorum, & demeritorum, in tres articulos diuisa.

POst hæc agendum est de his, quæ sequuntur resurrectionem. Quorum prima consideratio erit de cognitione, quam habebunt resuscitati in iudicio respectu meritorum, & demeritorum. Secundò, de ipso iudicio in generali, tempore, & loco in quo erit. Tertiò, de iudicantibus & iudicatis. Quartò, de forma in qua iudex veniet ad iudicandum. Quintò, de statu mundi, & resurgentium post iudicium.

¶ Circa primum quæruntur tria.

¶ Primò, vtrùm quilibet homo cognoscet in iudicio omnia peccata sua.

¶ Secũdò, vtrùm quilibet poterit legere omnia, quæ sunt in conscientia alterius.

¶ Tertiò,

¶ Tertiò, vtrùm omnia merita, & demerita vno intuitu quis videre poterit.

ARTICVLVS I.

Vtrùm post resurrectionem quilibet cognoscet peccata, quæ fecit.

AD primum sic proceditur. Videtur, quòd post resurrectionem non cognoscet quilibet omnia peccata quæ fecit. Omne enim quod cognoscimus, vel de nouo per sensum accipimus, vel de thesauro memoriæ educitur: sed homines post resurrectionem sua peccata non poterunt sensu percipere, quia iam transierunt, sensus autem est tantùm præsentium: multa etiam peccata à memoria peccantis exciderunt, quæ non potuerunt de thesauro memoriæ educi. Ergo non omnium peccatorum, quæ fecit resurgens, cognitionem habebit.

372 Th. 4. dist. 45. art. vlt. q. 4. & seq.

¶ 2 Præt. Sicut in litera dicitur: Libri conscientiæ quidam sunt, in quibus merita singulorum leguntur: sed in libris non potest aliquid legi, nisi eius nota contineatur in libro: notæ autem quædam remanent peccatorum in conscientia, vt patet Rom. 1. in glos. * quæ non videntur aliud esse, quàm reatus, vel macula. Cũ ergo multorum peccatorum macula, & reatus à multis sit deletus per gratiam, videtur, quòd non omnia peccata quæ fecit, possit aliquis in sua conscientia legere: & sic idem quod priùs.

* Est glo. Origenis lib. 2. Epi. ad Romanos: non multùm mẽte ante med. to. 2.

¶ 3 Præterea, Crescente causa, crescit effectus: sed causa quæ facit nos dolere de peccatis, quæ ad memoriam reuocamus, est charitas. Cùm ergo in sanctis resurgentibus sit perfecta charitas, maximè de peccatis dolebunt, si ea ad memoriam reuocabuntur: quod non potest esse, quia fugiet ab eis dolor, & gaudium, Apoc. 21. Ergo propria peccata ad memoriam non reuocabuntur.

¶ 4 Præterea, Sicut se habebunt resurgentes damnati ad bona, quæ aliquando fecerunt, ita se habebunt resurgentes boni ad peccata, quæ aliquando commiserunt: sed resurgentes damnati, vt videtur, cognitionem de bonis, quæ aliquando fecerunt, nõ habebunt, quia per hoc eorum pœna multum alleuiaretur: ergo nec beati habebunt cognitionem peccatorum, quæ commiserunt.

* lib. 20. c. 14 à med. to. 5.

¶ Sed contra est quod Aug. * dicit 20. de ciu. Dei quòd quædam diuina visaderit, qua fiet, vt cuncta peccata ad memoriam reuocentur.

¶ Præterea, Sicut se habet humanum iudicium ad testimonium exterius, ita se habet diuinum iudicium ad testimonium conscientiæ, vt patet 1. Reg. 16. Homo videt ea, quæ parent; Dominus autem intuetur cor: sed non posset perfectum iudicium humanum esse de aliquo, nisi testes de omnibus, de quibus iudicandum est, testimonium deponerent. Ergo oportet, cum diuinum iudicium sit perfectissimum, quòd conscientia teneat omnia, de quibus iudicandum est: sed iudicandum erit de omnibus bonis operibus, & malis, 2. Corinth. 5. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, &c. Ergo oportet, quòd conscientia vniuscuiusque retineat omnia opera, quæ fecit, siue bona siue mala.

¶ Respondeo dicendum, quòd sicut dicitur Rom. 2. In die cum iudicabit Dominus, testimonium vnicuique suæ conscientia reddet, & cogitationes erunt accusantes, & defendentes: & quia oportet, quòd testis, accusator, & defensor in quolibet iudicio, habeant ecclesiam notitiam, quæ in iudicio versantur: in illo autem communi iudicio, omnia opera hominum in iudicium venient, oportet, quòd omnium operum suorum quisque tunc notitiam habeat: vnde conscientiæ singulorum erunt quasi quidam libri continentes res gestas: ex quibus iudicium procedet: sicut etiam in iudicio humano registris vtimur, & isti sunt libri de quibus Apoc. 20. dicitur: Libri aperti sunt, & alius liber aperтus est, qui est vitæ, & iudicati sunt mortui ex his, quæ scripta erant in libris secundùm opera ipsorum, vt per libros qui dicuntur sic aperti (vt Augustinus exponit 20. * de ciuit. Dei) significentur Sancti nom, & veteris Testamenti, in quibus Deus ostendit, quæ mandata fieri iussisset. Vnde vt Richardus † de S. Victore dicit, Erunt corda eorum quasi quædam Canonum decreta. Sed per librum vitæ, de quo subiungitur, intelliguntur conscientiæ singulorum, quæ dicuntur singulariter liber vnus, quia vna virtute diuina fiet, vt cuncti ad memoriam sua facta reuocentur, & hæc vis inquantum ad memoriam homini reducet sua facta, liber vitæ dicitur, vel per primos libros, conscientiæ intelliguntur, per secundum, sententia iudicis in eius prouidentia desc ripta.

* lib. 20. c. 14. parũ à med. to. 5. † In tractatu. De iudiciaria potestate in finali iudicio, in medio quisitus.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd quamuis multa merita, & demerita à memoria excederint, tamen nullum eorum erit, quod non aliquo modo manebit in suo effectu, quia merita, quæ non sunt mortificata, manebunt in præmio, quod eis redditur, quæ autem mortificata sunt, manent in reatu ingratitudinis, quæ augetur ex hoc, quòd homo post gratiam susceptam peccauit. Similiter etiam demerita, quæ non sunt per pœnitentiam deleta, manent in reatu pœnæ, quæ essdebetur, quæ autem pœnitentia deleuit, manent in ipsa pœnitentiæ memoria, quam simul cum aliis meritis in notitia habebunt, vnde in quolibet homine erit aliquid ex quo possit ad memoriam sua opera reuocare, & tamen (vt Aug † dicit) principaliter ad hoc diuina vis operabitur.

† li. 20. de ciuit. Dei capit. 14 à med. to. 5.

¶ Ad secundum dicendum, quòd aliquæ notæ manent in conscientiis singulorum de operibus à se factis, nec oportet, quod notæ istæ sint reatus tantùm, vt ex dictis * patet.

hoc ar. ad

¶ Ad tertium dicendum, quòd quamuis charitas sit nunc causa dolendi de peccato, tamen Sancti in patria erunt ita perfruti gaudio, quòd dolor in eis locum habere non poterit, & ideo de peccatis non dolebunt, sed potiùs gaudebunt de diuina misericordia, qua eis peccata sunt relaxata, sicut & nunc angeli gaudent de diuina iustitia, qua fit vt deserti à gratia, in peccato ruentilli, quos custodiunt, quorum tamen saluti solicitè inuigilant.

¶ Ad quartum dicendum, quòd mali cognoscent omnia bona, quæ fecerunt, & ex hoc non minuetur eorum dolor, sed magis augebitur, quia maximus dolor est multa bona pdidisse, propter quod dicit Boe. * in 2. de Consolat. quòd summum infortunii genus est fuisse fœlicem.

* li. 2. Pro. 4. 4. prim.

ARTICVLVS II.

Vtrum quilibet poterit legere omnia, quæ sunt in conscientia alterius.

AD secundum sic proceditur. Videtur, quod non quilibet poterit legere omnia, quæ sunt in conscientia alterius. Resurgentium enim non erit limpidior cognitio, quàm nunc sit angelorum, quorum æqualitas resurgentibus promittitur, Matth. 22. sed angeli non possunt inuicem in suis cordibus videre ea, quæ dependent à libero arbitrio, vnde indigent locutione ad ea inuicem innotescenda. Ergo resurgentes non poterunt inspicere ea, quæ continentur in conscientiis aliorum. 374

¶ 2 Præt. Omne quod cognoscitur, vel cognosci-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur in se,vel in sua causa,vel in suo effectu: sed merita vel demerita,quæ continentur in conscientia alicuius non poterit alius cognoscere in seipsis : quia solus Deus cordi illabitur,& secreta eius intuetur. Similiter nec in causa sua : quia non omnes videbunt Deũ, qui solus potest imprimere in affectum,ex quo procedunt merita,vel demerita. Similiter etiam nec in effectu: quia multa demerita erunt,quorum nullus effectus remanebit,eis totaliter per pœnitentiam abolitis ergo non omnia quæ sunt in conscientia alicuius,poterit quilibet alius cognoscere.

† Io.Chr. Ho.1.sup epi.ad Hebræos cit ea illud c. 12. Et pœnitētiæ locũ non inuenit &c. & ho. 45. & 47.ad populũ Antiochenũ. 1.5.& Refertur de pœnit.dist. 1.c. Nunc autem.

¶ 3 Præt.Ioan.Chrys.† dicit in litera.* Nunc si recorderis peccatorum tuorum,& frequenter ea in conspectu Dei pronunties,& pro eis deprecaris,citiùs illa delebis: si verò obliuiscaris,tunc eorum recordaberis nolens,quando publicabuntur,in conspectu omnium amicorum,& inimicorum,sanctorumque angelorum proferentur.Ex hoc accipitur,quòd illa publicatio pœna est negligentiæ, qua homo confessionem prætermittit: ergo illa peccata, de quibus homo confessus est,non publicabuntur aliis.

¶ 4 Præterea, Solatium est alicui, si scit se habere multos socios in peccato , & minùs verecundatur inde : si ergo quilibet peccatum alterius cognosceret, cuiuslibet peccatoris erubescentia minueretur, quod non competit : ergo non omnes omnium peccata cognoscent.

¶ Sed contra, Super illud 1. Corinth.4. Illuminabit abscondita tenebrarum , dicit Glos.† Gesta , & cogitata , bona & mala , tunc aperta erunt omnibus , & nota .

† Glo.interl.ibidē.

¶ Præt.Omnium bonorum peccata præterita æqualiter erunt abolita: sed quorundam Sanctorum peccata scimus,sicut Magdalenæ,& Petri, & Dauid: ergo pari ratione aliorum electorum peccata scientur, & multò magis damnatorum.

¶ Respondeo dicendum,quòd in vltimo,& in communi iudicio oportet,quòd diuina iustitia omnibus euidenter appareat, quæ nunc in plerisque latet,sententia autem condemnationis , vel præmiantis iusta esse non potest nisi secundum merita,vel demerita proferatur.Et ideo,sicut oportet,quòd iudex & assessor iudicis merita causæ cognoscant,ad hoc,quòd instanter sententiam proferant: ita oportet ad hoc, quòd iusta sententia appareat,quòd omnibus sententiam cognoscentibus merita innotescant.Vnde quia,sicut cuilibet nocua erit sua præmiatio, & sua damnatio ,ita & omnibus aliis innotescent: oportet,quòd sicut quilibet sua merita,vel demerita reducet ad memoriam , ita etiam & aliena suæ cognitioni subiaceant: & hæc est probabilior,& communior opinio,quamuis contrarium Magister in litera * dicat: scilicet , quòd peccata quæ sunt per pœnitentiam delera,in iudicio aliis non patefiēt: sed ex hoc sequeretur, quòd nec etiam pœnitentia de peccatis illis perfectè cognoscatur,in quo multùm detraheretur Sanctorum gloriæ , & laudi diuinæ , quæ tam misericorditer Sanctos liberauit.

* li.4 Sen. di.43. § D

¶ Ad primum ergo dicendum,quòd omnia merita præcedentia,vel demerita,facient aliquam quantitatẽ in gloria,vel miseria hominis refurgentis:& ideo exterioribus visis poterunt cuncta in conscientiis videri & præcipuè diuina virtute ad hoc operante, vt sententia iudicis iusta omnibus appareat.

¶ Ad secundum dicendum , quòd merita , vel demerita poterunt aliis ostendi in suis effectibus , vt ex dictis * patet : vel etiam in seipsis per diuinam virtutem , quamuis ad hoc virtus intellectus creati non sufficiat .

Art. præsen.ad 1.

¶ Ad tertium dicendum,quòd publicatio peccatorum ad ignominiam peccantis est effectus negligentiæ,quæ committitur in omissione confessionis : sed quòd peccata Sanctorum reuelentur, nõ poterit eis esse in erubescentiam, vel verecundiam : sicut nec Mariæ Magdalenæ est in confusionem, quòd peccata sua publice in ecclesia recitantur, quia verecundia est timor inglorationis: vt Dam.* dicit, quæ in beatis esse non poterit. Sed talis publicatio erit eis ad magnam gloriam,propter pœnitentiam quam fecerunt: sicut & confessor approbat eum,qui magna scelera † sua confitetur.Dicuntur autem peccata esse deleta,quia Deus non videt ea ad puniendum.

* li.2.Orthodoxæfidei.c.15. † Al.forte.

¶ Ad quartum dicendum,quòd ex hoc, quòd peccator aliorum peccata inspiciet, in nullo sua confusio minuetur , sed magis augebitur , in alieno vituperio suum vituperium magis agnoscens: quòd enim ex tali causa confusio minuatur,contingit ex hoc, quod verecundia respicit æstimationem hominum, quæ ex consuetudine redditur leuior: sed tunc confusio respiciet æstimationem Dei , quæ est secundum veritatem de quolibet peccato , siue sit vnius tantum , siue multorum .

ARTICVLVS III.

Vtrùm omnia merita,vel demerita,propria,& aliena,vno intuitu ab aliquo videbuntur.

375

AD tertium sic proceditur.Videtur,quod non omnia merita,vel demerita propria, & aliena ab aliquo,vno intuitu videbuntur. Ea enim quæ figillatim considerantur,non videntur vno intuitu:sed damnati figillatim considerabunt sua peccata , & ea plangent. Vnde dicunt Sap.5.Quid nobis profuit superbia ? ergo non omnia videbunt uno intuitu.

¶ 2 Præt.Philosophus dicit in secundo * Topicorum quod non contingit simul plura intelligere:sed merita & demerita , propria & aliena non videbuntur nisi intellectu: ergo non poterunt simul omnia videri.

† li.2.ca.4. in declaratione loci 33.

¶ 3 Præt. Intellectus damnatorum non erit post resurrectionem limpidior,q̃ nunc sit beatorum, & Angelorum,quantùm ad cognitionem naturalem,qua cognoscunt res per species innatas : sed tali cognitione angeli non uident plura simul:ergo nec tunc damnati poterunt omnia facta simul videre.

¶ Sed contra, Super illud Iob.8.Induentur cõfusione,dicit Glos. * Viso iudice, mala omnia ante oculos mentis versabuntur:sed iudicem subito videbunt: ergo similiter mala,quæ commiserunt,& eadem ratione omnia alia .

* Glo.ord. ibidem.

¶ Præterea, Augustin.† 20.de ciuit.Dei, habet pro inconuenienti,quòd legatur aliquis liber materialis in iudicio,in quo facta singulorum sunt scripta, eo quod nullus valeat æstimare illius libri magnitudinem , vel quo tempore legi posset : sed similiter & non posset æstimari tempus , quantum oporteat ponere ad considerandum omnia merita , & demerita , sua & aliena, ab aliquo homine , si successiuè diuersa videat: ergo oportet ponere , quod omnia simul videat vnusquisque .

† li.20.c. 14.à med. tom.5.

¶ Respondeo dicendum,quod circa hoc est duplex opinio.Quidam enim dicunt, quod omnia merita, & demerita,simul aliquis videbit,sua & aliena in instanti, quod quidem de beatis facilè credi potest , quia omnia in verbo videbunt:& sic non est inconueniens, quod simul plura videant. Sed de damnatis, quorum intellectus non est eleuatus , vt possint Deum videre, & in eo omnia alia,est magis difficile. Et ideo alii dicunt,quod mali simul omnia videbunt in genere peccata,sua & aliena , & hoc sufficit ad accusationem illam quæ debet esse in iudicio, vel ad absolutionem; non autem videbunt omnia simul descendendo ad singula.

† li. 20.c. 14.à med. tom.5. singula. Sed hoc etiam non videtur consonum dictis Aug.† 20.de ciuit.Dei , qui dicit,quòd omnia mentis intuitu enumerabuntur,quod autem in genere cognoscitur, non enumeratur . Vnde potest eligi media via,quòd singula considerabunt, non tamen in instanti,sed in tempore brevissimo,diuina virtute ad hoc adiuuante: & hoc est quod dicit Augustin.† ibidem,quòd mira celeritate enumerabuntur, nec hoc est impossibile , quia in quolibet paruo tempore sunt infinita instantia in potentia.

† li.20.de Ciuit.Dei c 14.à medio 10.5.

¶ Et per hoc patet responsio ad obiecta in vtramque partem.

QVAESTIO LXXXVIII.

De iudicio generali,tempore,& loco in quo fiet , in quatuor articulos diuisa .

DEinde considerandum est de iudicio generali,tempore,& loco in quo fiet.

¶ Circa quod quæruntur quatuor.

¶ Primò, vtrùm generale iudicium sit futurum .

¶ Secundò , vtrùm quantum ad disceptationem fiet per vocalem locutionem.

¶ Tertiò,vtrùm fiet tempore ignoto.

¶ Quartò,vtrùm fiet in valle Iosaphat.

ARTICVLVS I.

Vtrùm generale iudicium sit futurum .

376 Th.4. dist. 47.q.1.art. 2.q.1. & sequent.

AD primum sic proceditur.Videtur,quòd generale iudicium non sit futurum. Quia vt dicitur Num 1.Non iudicabit Deus bis in idipsum : sed nunc Deus iudicat de singulis hominum operibus , cũ post mortem vnicuique pœnas, vel præmia pro meritis tribuit,& dum etiam quosdam in hac vita pro bonis,vel malis operibus præmiat,vel punit:ergo videtur,quod non sit aliud iudicium futurum.

¶ 2 Præ.In nullo iudicio executio sententiæ præcedit iudicium : sed sententia diuini iudicii quo ad homines est de adeptione regni , vel excussione a regno, vt patet Matth.25. ergo cum modò aliqui adipiscantur regnum æternum , & quidam excludantur ab ipso perpetuò , videtur , quòd aliud iudicium non sit futurum .

¶ 3 Præterea,Propter hoc aliqua in iudicium oportet adduci, quia dubium est quid de eis definiendum sit: sed ante finem mundi determinata est vnicuique damnatorum sua damnatio, & cuique sanctorum sua beatitudo: ergo,&c.

¶ Sed contra, Matth. 12. dicitur ; Viri Niniuitæ surgent in iudicio cum generatione ista , & condemnabunt eam : ergo post resurrectionem aliquod iudicium fiet .

¶ Præterea,Io.5.dicitur: Procedent qui bona fecerunt,in resurrectionem vitæ ; qui vero mala egerunt, in resurrectionem iudicii:ergo videtur,quòd post resurrectionem aliquod iudicium sit futurum.

¶ Respondeo dicendum , quòd sicut operatio pertinet ad rerum principium,quo producuntur in esse,ita iudicium pertinet ad terminum, quo res ad finem sui perducitur.Distinguitur autem duplex dei operatio: vna,qua res primitùs in esse produxit, instituens naturam,& distinguens ea quæ ad cõplationẽ ipsius pertinent,a quo quidẽ opere deus dicitur quieuisse. Genes. 2.Alia eius operatio est, qua operatur in gubernatione creaturarum,de qua Ioan.5.Pater meus vsq; modo operatur,& ego operor . Et ita etiam duplex eius iudicium distinguitur,ordine tamen conuerso . Vnum qd respondet * operationi gubernationis, quæ sine iudicio esse non potest;per quod quidem iudicium vnusquisque singulariter pro suis operibus iudicatur,nõ solum secundum quod sibi competit, sed ẽt secundum quod cõperit gubernationi vniuersi:vndediffertur vnius præmiatio pro vtilitate aliorum(vt patet Heb.11.)& pœnæ vnius ad profectum alterius cedunt: vnde necesse est, vt sit aliud iudicium vniuersale correspondens ex aduerso primæ rerum productioni in esse:vt videlicet sicut tunc omnia processerunt immediatè à Deo , ita tunc vltima completio mundo detur, vnoquoq; accipiente finaliter quod ei debetur secundum seipsum : vnde & in illo iudicio apparebit manifestè diuina iustitia quam ad omnia,q̃ nunc ex hoc occultatur,quòd interdum de vno disponitur ad vtilitatem aliorum,aliter,q̃ manifestè opera exigere videantur. Vnde etiam & tunc erit vniuersalis separatio bonorum à malis, quia vlterius nõ erit locus,vt mali per bonos,vel boni per malos proficiant ; propter quẽ profectum interim communiri inueniuntur boni malis, quousque status huius vitæ per diuinam prouidentiam gubernatur.

Al. operi

¶ Ad primum ergo dicendum , quod quilibet homo,& est singularis quædam persona,& est pars totius generis humani:vnde & duplex ei iudicium debetur. Vnum,singulare; quod de eo fiet post mortem,quando recipiet iuxta ea, quæ in corpore gessit , quamuis non totaliter,quia non quò ad corpus,sed quò ad animam tantum. Aliud iudicium debet esse de eo,secundum quod est pars totius humani generis:sicut aliquis iudicari dicitur secundum humanam iustitiam,quando etiam iudicium datur de communitate , cuius ipse est pars:vnde & tunc quando fiet vniuersale iudicium totius humani generis per vniuersalem separationem bonorum à malis,etiam quilibet per consequens iudicabitur;nec tamen Deus iudicabit bis in idipsum quia nõ duas pœnas pro vno peccato inferet,sed pœna,quæ ante iudicium completè inflicta non fuerat,in vltimo iudicio complebitur , postquam impii cruciabantur , quoad corpus,& animam simul.

¶ Ad secundum dicendum, quòd propria sententia illius generalis iudicii,est vniuersalis separatio bonorum à malis,quæ illud iudicium non præcedet: sed etiam nunc quò ad particularem sententiam vniuscuiusque,non plenè præcessit iudicii effectus , quia etiam boni amplius post iudicium præmiabuntur , tum ex gloria corporis adiuncta , tum ex numero sanctorum completo: & mali etiam plus torquebuntur ex adiuncta pœna corporis, & impleto in pœnis numero damnatorum ; quia quantò cum pluribus ardebunt , magis ardebunt.

¶ Ad tertium dicendum,quòd vniuersale iudicium magis directè respicit vtilitatem hominum, quam singulos iudicandorum, vt dictum * est : quamuis ergo cuilibet homini ante iudicium erit certa notitia de sua damnatione , vel præmio, non tamen omnibus hominum damnatio,vel præmium innotescet,vnde iudicium vniuersale necessarium erit.

In cor. sin. ante.

ARTICVLVS II.

Vtrùm iudicium fiet per locutionem vocalem.

377

AD secundum sic proceditur.Videtur,quòd iudicium illud quantum ad disceptationem, & sententiam fiet per locutionem vocalem.Quia vt Aug.† dicit 20.de ciu.Dei: Per quot dies futurum hoc iudicium tẽdatur,hoc incertum est. Sed non esset incertum,si illa quæ in iudicio dicuntur futura , tantum mentaliter

† lib.20.c.1. ante med. tom. 5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

li.26. Mo. c.20. parũ ante med. vel se cũdi quæstiõ 24 7 li. 4. Sẽ dist. 47. § C. ante med.

completentur. Ergo iudicium illud vocaliter fiet, & non solum mentaliter.

¶ 2 Præterea, Greg.* dicit, & habetur in litera:† Illi saltem verba iudicis audient, qui eius fidem saltem verbo tenuerunt: hoc autem non potest intelligi de verbo interiori, quia sic omnes verba iudicis audient, quia omnibus, & bonis, & malis nota erunt omnia facta aliorum. Ergo videtur, quòd iudicium illud vocaliter peragetur.

¶ 3 Præt. Christus secundum formam hominis iudicabit, in qua corporaliter ab omnibus potest videri: ergo eadem ratione videtur, quòd corporali voce loquetur, vt ab omnibus audiatur.

Hib. 20. c. 14. post medium tom. 3.

¶ Sed contra, August.* dicit 20. de ciuit. Dei, quòd liber vitæ, de quo Apocal. 20. quædam vis intelligenda est diuina, qua fiet, vt cuique opera sua, vel bona, vel mala, cuncta in memoriam reuocentur, & nentis intuitu mira celeritate cernantur, vt accuset, vel excuset conscientia, atque ita simul & omnes, & singuli iudicentur. Sed si vocaliter discuterentur merita singulorum, non possent omnes & singuli iudicari in maximo tempore: ergo videtur, quòd illa discussio non erit vocalis.

¶ Præterea, Sententia proportionaliter debet testimonio respondere: sed testimonium & accusatio, & excusatio erit mentalis. Vnde Roma. 2. Testimonium reddente illis conscientia ipsorum, & inter se inuicem cogitationum accusantium, aut etiam defendentium in die, cùm iudicabit Deus occulta hominum: ergo videtur, quòd illa sententia, & totum iudicium, mentaliter compleatur.

¶ Respondeo dicendum, quòd quid circa hanc quæstionem sit verum, pro certo definiri non potest, tamen probabilius æstimatur, quòd totum illud iudicium, & quoad discussionem, & quoad accusationem malorum, & commendationem bonorum, & quoad sententiam de vtrisque mentaliter perficietur. Si enim vocaliter singulorũ facta narrarẽtur, inæstimabilis magnitudo temporis ad hoc exigeretur: sicut etiam Augustin.* dicit 20. de ciu. Dei: quòd si liber, ex cuius scriptura omnes iudicabuntur, vt dicitur Apoc. 20. carnaliter cogitetur: quis eius magnitudinem aut longitudinem ualeat æstimare, aut quanto tempore legi poterit liber, in quo scriptæ sunt vniuersæ vitæ vniuersorum? Non autem minus tempus requiritur ad narrandum ore tenus singulorum facta, quàm ad legendum, si essent in libro materiali scripta. Vnde probabile est, q̃ illa quæ dicuntur Matth. 25. non uocaliter, sed mentaliter intelligenda sunt esse perficienda.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd pro tanto dicit Aug.* quòd incertum est per quot dies hoc iudicium tendatur, quia non est determinatum, vtrum mẽtaliter, vel vocaliter perficiatur. Si enim vocaliter perficeretur, prolixum tempus ad hoc exigeretur: si autẽ mentaliter, in momento fieri poterit.

¶ Ad secundum dicẽdum, quòd etiam si iudicium fiat mentaliter * tantum, verbum Greg. saluari poterit quia etsi omnibus innotescent sua, & aliorum facta, diuina virtute hoc factente, quæ in Euangelio locutio dicitur; tamen illi, qui fidem habuerunt, quam ex verbis Dei conceperunt, ex ipsis verbis iudicabuntur: quia dicitur Roman. 2. Quicunq; in lege peccauerunt, per legem iudicabuntur. Vnde quodam speciali modo dicetur aliquid his, qui fuerunt fideles, quod non dicetur infidelibus.

¶ Ad tertium dicendum, quòd Christus corporaliter apparebit, vt ab omnibus corporaliter iudex cognoscatur, quòd quidem subitò fieri poterit: sed locutio quæ tempore mensuratur, requireret immensam temporis longitudinem, si vocali locutione iudicium perageretur.

loco nota 30 in ar. 1.

Al. samen

ARTICVLVS III.

Vtrùm tempus futuri iudicij sit ignotum.

378

AD tertium sic proceditur. Videtur, quòd tempus futuri iudicii non sit ignotum. Sicut enim sancti Patres expectabant primum aduentum, ita nos expectamus secundum: sed sancti Patres sciuerunt tempus primi aduentus: sicut patet per numerum hebdomadarum, qui describitur Daniel 9. vnde & reprehenduntur Iudæi, quòd tempus aduentus Christi non cognouerint: vt patet Lucæ 12. Hypocritæ, faciem cœli, & terræ nostis probare, hoc autem tempus quomodo non probatis? ergo videtur nobis esse determinatum tempus secundi aduentus, quo deus ad iudicium veniet.

¶ 2 Præt. Per signa deuenimus in cognitionem signatorum: sed de futuro iudicio multa signa nobis proponuntur in Scriptura, vt patet Matthæi 24. & Lucæ 21. & Marc. 13. ergo in cognitionem illius temporis possumus peruenire.

¶ 3 Præt. Dicit Apostolus 1. Cor. 10. Nos ſamus in quos fines sæculorum deuenerunt. Et 1. Ioan. 2. Filioli nouissima hora est, &c. Cùm ergo iam longum tempus transierit ex quo hæc dicta sint, videtur, quòd iam tem nunc scire possimus, quòd vltimum iudicium sit propinquum.

¶ 4 Præt. Tempus iudicii non oportet esse occultum, nisi propter hoc, quòd quilibet solicitius se adiudicium præparet, dum determinatum tempus ignorat sed eadem solicitudo remaneret etiam si certum esset: quia cuique incertum est tempus suæ mortis, & sicut dicit Aug.* in epistola ad Hesychium, in quo quemque inuenerit suus nouissimus dies, in hoc eum comprehendet mundi nouissimus dies, ergo non est necessarium tempus iudicii esse occultum.

Est. epist. 80 non multũ remote à priũ. c. 2.

¶ Sed contra est, quod dicitur Mar. 13. De die illo, vel hora nemo scit, neque angeli in cœlo, neq; Filius, nisi Pater. Dicitur autem Filius nescire, inquantum nos scire non facit.

¶ Præt. Primæ Thes. 5. Dies domini sicut fur in nocte, ita veniet, ergo videtur, cùm aduentus furis in nocte sit omnino incertus, quòd dies vltimi iudicii sit omnino incertus.

¶ Respondeo dicendum, quòd deus per scientiam suam est causa rerum; vtrunque autem creaturis communicat, dum & rebus tribuit virtutem agendi alias res, quarum sunt causæ, & quibusdam etiam cognitionem rerum præbet, sed in vtroque aliqua sibi reseruat. Operatur enim quædam, in quibus nulla creatura ei cooperatur, & similiter cognoscit quædam, quæ à nulla pura creatura cognoscuntur. Hæc autem nulla alia magis esse debẽt, quàm illa quæ soli diuinæ subiacent potestati, in quibus nulla creatura ei cooperatur, & huiusmodi est finis mundi, in quo erit dies iudicii. Non enim per aliquam causam creatam mundus finietur, sicut etiam mundus esse incæpit immediatè à deo. Vnde decenter cognitio finis mundi soli Deo reseruatur, & hanc rationem videtur ipse Dominus assignare, Actu. 1. Non est (inquit) vestrum nosse tempora, vel momenta, quæ Pater posuit in sua potestate, quasi diceret, quæ soli potestati eius reseruata sunt.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd in primo aduentu Christus uenit occultus, secundum illud Isaiæ 45. Verè tu es Deus absc̃ditus, Deus Israel Saluator. Et ideo vt à fidelibus cognosci posset, oportuit determinare tẽpus determinatum, sed in secundo aduentu veniet manifestè, vt dicitur in Psal. 49. Deus manifestè

veniet,

veniet, &c. Et ideo circa cognitionem aduentus ipsius error esse non poterit: & propter hoc non est simile.

¶ Ad secundum dicendum, quòd sicut dicit Augustinus in epistola de die iudicii, ad Hesychium:* Signa quæ in Euangeliis ponuntur, non omnia pertinẽt ad secundum aduentum, qui erit in fine: sed quædam eorum pertinẽt ad tempus destructionis Hierusalem, quæ iam præterierit: quædam verò & plura pertinent ad aduentum, quo quotidie venit in Ecclesiam, eam visitans spiritualiter, prout nos inhabitat per fidem & amorem. Nec illa quæ in Euãgeliis vel in Epistolis ponuntur ad vltimum aduentum spectantia ad hoc possunt valere, vt determinatè tempus iudicii possit agnosci: quia illa pericula, quæ *pronuntiantur, nuntiantia vicinum Christi aduentum, etiam a tempore primitiuæ Ecclesiæ fuerunt, quandoque intensius, quandoque remissius: vnde & ipsi dies Apostolorum dicti sunt nouissimi dies, vt patet Act. 2. vbi Petrus exponit illud verbum Ioel. 2. Erit in nouissimis diebus, &c. pro tempore illo: & tamen ex illo tempore iam tempus plurimum transiuit, & quandoque plures, & quandoq; pauciores tribulationes in Ecclesia fuerunt. Vnde non potest determinari, quantum tempus sit futurum, nec de mense, nec de anno, nec de centum, nec de mille annis, vt Augustin.* in eodem libro dicit: Etsi credantur in finem huiusmodi pericula magis abundare, non potest tamen determinari, quæ sit illa quantitas periculorum, quæ immediatè diem iudicii præcedet, vel Antichristi aduentum. Cùm etiam circa tempora primitiuæ Ecclesiæ fuerint persecutiones aliquæ adeo graues, & corruptiones errorum adeò abundarent, quòd ab aliquibus tunc vicinus expectaretur, vel imminens Antichristi aduentus: sicut dicitur in Ecclesiast. Hist. & in libro Hieronymi de viris illustribus.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ex hoc, quòd dicitur, nouissima hora est, vel ex similibus locutionibus, quæ in scriptura leguntur, non potest aliqua determinata quantitas temporis sciri. Non enim est dictum ad significandum aliquam breuem horam temporis, sed ad significandum nouissimum statum mundi, qui est quasi nouissima ætas, quæ quanto temporis spatio duret, non est definitum, cùm etiam nec senio, quod est vltima ætas hominis, sit aliquis certus terminus definitus, cùm quandoque inueniatur durare quantum omnes præcedentes ætates, vel plus: vt dicit Aug. in li. 83. * quæst. Vnde etiam Apost. 2. ad Thes. secundo, excludit falsum intellectum, quem quidam ex suis verbis conceperant, vt crederent diem Domini iã instare.

Epist. 80. non multa remote à priũ. c. 2.

Epist. 80. post med. illius, to. 2.

* li. 83. q. q. 58. 2 medio, tom. 9.

¶ Ad quartum dicendum, quòd etiam supposita mortis certitudine, dupliciter ad vigilantiam valet incertitudo iudicii. Primò ad hoc, quòd ignoratur vtrũ certitudo etiam tantum differatur, quantum est hominis vita, vt sic ex duabus partibus incertitudo maiorem diligentiam faciat. Secundò, quantum ad hoc, quòd homo non gerit solum solicitudinem de persona sua: sed de familia, vel ciuitate, vel regno, aut tota Ecclesia, cui nõ determinatur tempus durationis, secundum hominis vitam; & tamen oportet vnumquenque horum hoc modo disponi, vt dies Domini inueniat paratos.

ARTICVLVS IIII.

Vtrùm iudicium fiet in valle Iosaphat.

379

AD quartum sic proceditur. Videtur, quòd iudicium non fiet in valle Iosaphat, aut in loco circumstante. Quia ad minus oportet omnes iudicandos in terra stare, eos autem tantum eleuari in nubibus, quorum erit iudicare: sed tota terra promissionis capere non posset multitudinem iudicandorum: ergo nõ potest esse, quòd circa vallem illam sit iudicium futurũ.

¶ 2 Præterea, Christo in humanitate datum est iudicium vt iustè iudicet, quia iniustè iudicatus est in prætorio Pilati, & sententiam iniusti iudicii in Golgotha suscepit: ergo loca illa magis debent ad iudicium determinari.

¶ 3 Præterea, Nubes fiunt ex resolutione vaporũ: sed tunc nulla erit euaporatio vel resolutio: ergo non poterit esse, quòd iusti in nubibus obuiam Christo in aera rapiantur; & sic oportebit & bonos & malos esse in terra, & ita multò amplior locus requiretur, quàm sit vallis ista.

¶ Sed contra est quod dicitur Ioel. 3. Congregabo omnes gentes, & deducam eas in vallem Iosaphat, & disceptabo cum eis ibi.

¶ Præterea, Act. 1. dicitur: Quemadmodum vidistis eum ascendentem in cœlum, ita veniet: sed ipse ascendit in cœlum de monte Oliueti, qui præeminet valli Iosaphat: ergo & circa loca illa ad iudicandum veniet.

¶ Respondeo dicendum, quòd qualiter illud iudicium sit futurum, & quomodo homines ad iudicium conuenient, non potest multum per certitudinem sciri: tamen probabiliter potest colligi ex Scripturis, quòd circa locum montis Oliueti descendet, sicut & inde ascendit: vt idem esse ostendatur, qui descendit & qui ascendit.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd magna multitudo in paruo spatio comprehendi potest. Sufficit autem ponere quantumcunque spacium circa locum illum ad capiendum multitudinem iudicandorũ, dummodo ab illo spatio Christum videre possint, qui in aere præeminens, & maxima claritate refulgens, a longinquo inspici poterit.

¶ Ad secundum dicendum, quòd quàmuis Christus per hoc, quòd iudicatus est iniustè, iudiciariã potestatem meruerit: non tamen iudicabit in forma infirmitatis, in qua iniustè iudicatus est: sed in forma gloriosa, in qua ad Patrem ascendit. Vnde locus ascensionis magis competit iudicio, quàm locus vbi condemnatus est.

¶ Ad tertium dicendum, quòd nubes hic appellantur (vt quidam dicunt) quædam densitates lucis resplendentis à corporibus sanctorum, & non aliquæ euaporationes ex terra & aqua. Vel potest dici, quòd nubes illæ generabuntur diuina virtute, ad ostendendum conformitatem in aduentu ad iudicium & ascensionem; vt qui ascendit in nube, ad iudicium veniat: nubes etiam propter refrigerium indicat misericordiam iudicantis.

QVAESTIO LXXXIX.

De iudicantibus, & iudicatis in iudicio generali, in octo articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de iudicantibus, & iudicatis in iudicio generali.

¶ Circa quod quæruntur octo.

¶ Primò, vtrùm aliqui homines iudicaturi sint cum Christo.

¶ Secundò, vtrùm voluntariæ paupertati correspondeat iudiciaria potestas.

¶ Tertiò, vtrùm etiam angeli sint iudicaturi.

¶ Quartò, vtrùm dæmones exequentur sententiam iudicis in damnatos.

¶ Quintò, vtrùm omnes homines in iudicio comparebunt.

¶ Sextò, vtrùm aliqui boni iudicandi sint.

¶ Septimò, vtrùm aliqui mali.

¶ Octauò, vtrùm etiam angeli sint iudicandi.

ARTI-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrùm aliqui homines iudicabunt cum Christo.

80 Tho. 4. di stinc. 47. q. 1. ar. 2. q. 1. & seq.

AD primum sic proceditur. Videtur, quòd nulli homines iudicabunt cum Christo, Ioan. 5. Pater omne iudicium dedit Filio, vt omnes honorificent, &c. sed honorificentia talis non debetur alicui, nisi Christo: ergo, &c.

¶ 2 Præterea, Quicunque iudicat, habet auctoritatem super illud quod iudicat: sed ea, de quibus debet esse futurum iudicium, sicut merita & demerita humana, soli diuinæ auctoritati subsunt: ergo nulli competit de his iudicare.

¶ 3 Præterea, Iudicium illud non exercebitur vocaliter, sed mêraliter, vt probabiliùs æstimatur: sed hoc, quòd cordibus hominum omnium notificentur merita, quod est quasi accusatio vel commendatio, vel retributio pœnæ & præmij, quod est quasi sententiæ prolatio, sola diuina virtute fiet: ergo nulli alij iudicabût nisi Christus, qui est Deus.

¶ SED contra est, quod dicitur Matth. 19. Sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel: ergo, &c.

¶ Præterea, Isaiæ 3. Dominus ad iudicium venit cum senibus populi sui: ergo videtur, quòd etiam alij iudicabunt cum Christo.

¶ Respondeo dicendum, quòd iudicare multipliciter dicitur. Vno modo, quasi causaliter, vt dicatur illud iudicare, vnde apparet aliquis iudicandus: & secundum hoc aliqui dicuntur iudicare comparatione, inquantum ex comparatione aliorum aliqui iudicandi ostenduntur, sicut patet Matthæi 12. Viri Niniuitæ surgent in iudicio, &c. sed sic iudicare in iudicio, communicet & bonorum & malorum, est. Alio modo dicitur iudicare quasi interpretatiuè. Interpretamur enim aliquem facere, qui faciendi consentit: vnde illi, qui consentiêt iudici, eius sententiæ approbando, iudicare dicentur: & sic iudicare erit omnium electorum. Vnde dicitur Sapien. 3. Iudicabunt iusti nationes. Tertio modo dicitur aliquis iudicare assessoriè, & quasi per similitudinem, quia scilicet similitudinem iudicis habet inquantum sedet in loco eminenti sicut iudex, & sic assessores dicuntur iudicare. Et secundum hunc modũ dicunt quidam, quòd perfecti viri, quibus iudiciaria potestas promittitur, Matth. 19. iudicabunt, scilicet per honorabilem confessionem: quia superiores cæteris apparebunt in iudicio, obuiantes Christo in aera. Sed istud non videtur sufficere ad promissionem Domini complendam, qua dicitur: Sedebitis iudicantes. Videtur enim iudicium confessioni superaddere. Et ideo est quartus modus iudicandi, qui perfectis viris conuenit, inquantum in eis continentur decreta diuinæ iustitiæ, ex quibus homines iudicabuntur: sicut si liber in quo cõtinetur lex, iudicare dicatur. Vnde Apoc. 20. Iudicium sedit, & libri aperti sunt. Et per hunc modũ hanc iudicationem Richardus * de sancto Victore exponit. Vnde dicit: Qui diuinæ contemplationi assistũt, qui in libro Sapientiæ quotidiè legunt, velut in cordiũ voluminibus transcribunt, quicquid perspicua veritatis intelligentia comprehendunt. Et infrà, Quid verò sunt iudicantium corda, diuinitùs in omnem veritatẽ edoctæ, nisi quædam Canonum decreta. Sed quia iudicare importat actionem in alium procedentem, ideo propriè loquendo, iudicare dicitur, qui sententiam loquendo in alterum fert. Sed hoc dupliciter contingit. Vno modo, ex propria auctoritate: & hoc est illius qui habet dominium in alios & potestatem, cuius regimini subduntur qui iudicantur. Vnde eius est in eos ius ferre: & sic iudicare est solius Dei. Alio modo, iudicare est sententiam alterius auctoritate latam, in aliorum notitiam ducere, quod est sententiam latam pronuntiare: & hoc modo perfecti viri iudicabunt, quia alios ducent in cognitionem diuinæ iustitiæ, vt sciant quid iustè pro meritis, eis debeatur; vt sic ipsa reuelatio iustitiæ, dicatur iudicium. Vnde dicit Richardus * de sancto Victore: Iudices coram iudicandis Decretorum suorum libros aperire, est ad cordiũ suorum inspectionem inferiorum quorũlibet visum admittere, sensumque suum in his quæ ad iudicium pertinent reuelare.

* in tract. de iudiciaria potestate in finali iudicio, circa medium.

¶ AD primum ergo dicendum, quòd obiectio illa procedit de iudicio auctoritatis: quòd soli Christo conuenit.

¶ Et similiter dicendum est AD secundum.

¶ AD tertium dicendum, quòd non est inconueniens, aliquos Sanctorum aliis quædam reuelare, vel per modum illuminationis, sicut superiores angeli inferiores illuminant; vel per modum locutionis, sicut inferiores superioribus loquuntur.

ARTICVLVS II.

Vtrùm iudiciaria potestas correspondeat voluntariæ paupertati.

381

AD secundum sic proceditur. Videtur, quòd iudiciaria potestas non correspondeat voluntariæ paupertati. Hæc enim solùm duodecim Apostolis est promissa, Matth. 19. Sedebitis super sedes duodecim, iudicantes, &c. cùm ergo non omnes voluntariè pauperes sint Apostoli, videtur, quòd non omnibus iudiciaria potestas respondeat.

¶ 2 Præterea, Maius est offerre sacrificium Deo de proprio corpore, quàm de exterioribus rebus: sed Martyres & etiam Virgines offerunt de proprio corpore sacrificium Deo; voluntariè autem pauperes de exterioribus rebus: ergo sublimitas iudiciariæ potestatis magis respondet martyribus & virginibus, quàm voluntariè pauperibus.

¶ 3 Præterea, Ioan. 5. Est qui accusat vos, Moyses, in quo vos speratis: Glossa, * quia voci eius non creditis. Et Ioan. 12. Sermo quem locutus sum, ille iudicabit eum in nouissimo die: ergo ex hoc, quòd aliquis proponit legem, vel verbum exhortationis ad institutionem morum, habet quòd iudicet contemnentes: sed hoc est doctorum: ergo doctoribus magis competit, quàm voluntariè pauperibus.

* Glossa interlinearis ibi.

¶ 4 Præterea, Christus ex hoc, quòd iniustè iudicatus est, inquantum homo meruit, vt sit iudex omnium in humana natura: Ioan. 5. Potestatem dedit ei iudicium facere, quia Filius hominis est: sed qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, iniustè iudicantur: ergo iudiciaria potestas magis competit eis, quam pauperib.

¶ 5 Præterea, Superior non iudicatur ab inferiori: sed multi licitè diuitiis vtentes, erunt maioris meriti multis voluntariè pauperibus: ergo voluntariè pauperes non iudicabunt, vbi alii iudicabuntur.

¶ SED contra, Iob 36. Non saluat impios, & iudicium pauperibus tribuet: ergo pauperum est iudicare.

¶ Præterea, Matt. 19. super illud: Vos qui reliquistis omnia, &c. Dicit Glossa, * Qui reliquerunt omnia, & secuti sunt Deum, hi iudices erunt; qui licita habentes recte vti sunt, iudicabuntur: & sic idem quod prius.

* Glo. interl. ibidem.

¶ Respondeo dicendum, quòd paupertati * datur iudiciaria potestas (specialiter propter tria. Primò, ratione congruitatis, quia voluntaria paupertas est eorum, qui omnibus, quæ mundi sunt, contempti, soli Christo inhærent. Et ideo non est in eis aliquid quod eorum iudicium à iustitia deflectat. Vnde; idonei ad iudicandum reddentur quasi veritatem iustitiæ præ omnibus diligentes. Secundò, per modum meriti, quia humiliati

* Al. debetur.

militati respondet exaltatio pro merito: inter omnia autem, quæ hominem in hoc mundo despectum faciunt, præcipuum est paupertas: vnde & pauperib. excellentia iudiciariæ potestatis promittitur, vt sic qui se propter Christum humiliar, exaltetur. Tertiò, quia paupertas disponit ad prædictum modum iudicandi. Ex hoc enim aliquis Sanctorum iudicare dicetur, vt ex dictis * patet, quia cor habebit edoctum omni diuina veritate, † quam alijs potens erit manifestare: in progressu autem ad perfectionem, primum quod derelinquendum occurrit, sunt exteriores diuitiæ, quia hæc sunt vltimo acquisita: quod autem vltimum in generatione est, est † primum in destructione: vnde & inter beatitudines, quibus est progressus ad perfectionem, prima ponitur paupertas; & sic paupertati respondet iudiciaria potestas, inquantum est prima dispositio ad perfectionem prædictam. Et hinc est, quòd non quibuscunque pauperibus etiam voluntariè, repromittitur potestas prædicta: sed illis qui relinquentes omnia, sequuntur Christum secundùm perfectionem vitæ.

*Ar. præc. † Al. qua.

*Ib. 20. c. 5. ante medium, 10. 5.

¶ AD primum ergo dicendum, quòd sicut Aug. * dicit 20. de ciuit. Dei: Nec quoniam super duodecim sedes sessuros esse ait, duodecim solos homines, cum ipso iudicaturos putare debemus: alioquin quoniam in locum Iudæ traditoris Apostolum Matthiam legimus ordinatum; Paulus qui plùs alijs laborauit, vbi ad iudicandum sedeat, non habebit: vnde duodenario numero significata est vniuersa iudicantium multitudo, propter duas partes septenarij, scilicet tria & quatuor: quæ in se ductæ faciunt duodenarium. Septenarius autem est numerus perfectus: vel propter hoc, quòd consistit in duplici senario, qui est numerus perfectus: vel quo ad literam 12. Apostolis loquebatur, in quorum persona hoc omnibus eorum sequacib. promittebat.

¶ AD secundum dicendum, quòd virginitas & martyrium non ita disponunt ad retinendum in corde decreta diuinæ iustitiæ, sicut paupertas, sicut econtrario exteriores diuitiæ ex sua solicitudine suffocant verbum Dei sicut dicitur Lucæ 8. Vel dicendum, quòd paupertas non solùm sufficit ad meritum iudiciariæ potestatis: sed quia est prima pars perfectionis, cui respondet iudiciaria potestas; vnde inter ea quæ sequũtur ad paupertatem, ad perfectionem spectantia, possunt computari & virginitas & martyrium, & omnia perfectionis opera, non tamen sunt ita principalia sicut paupertas, quia principium est maxima pars ei.

¶ AD tertium dicendum, quòd ille qui legem proponit, aut exhortatus est ad bonum, iudicabit, cautaliter loquendo, quia per comparationem ad verba ab ipso prolata, vel proposita alij iudicabuntur; & ideo non repugnat proprie potestas iudiciaria prædicationi vel doctrinæ: Vel dicendum secundùm quosdam, quòd tria requiruntur ad potestatem iudiciariam. Primò abdicatio temporalis: * earum, ne impediatur animus à sapientiæ perceptione. Secundò, requiritur habitus cõtinens diuinam iusticiam sectam & obseruatam. Tertiò, quòd illam iustitiam alios quis docuerit, & sic doctrina erit perfectio complens meritum iudiciariæ potestatis.

* Al. exercitium.

¶ AD quartum dicendum, quòd Christus in hoc, quòd iniustè iudicatus est, seipsum humiliauit: oblatus est enim, quia voluit: * & meritum humilitatis est iudiciaria exaltatio, qua ei omnia subduntur, vt dicitur Philipp. & ideo magis debetur iudiciaria potestas illis qui voluntariè se humiliant, bona temporalia abijciendo, propter quæ homines à mundanis honorantur, quam his qui ab alijs humiliantur.

¶ AD quintum dicendum, quòd inferior non potest iudicare superiorem auctoritate propria, sed tamẽ auctoritate superioris potest, sicut patet in iudicib. delegatis: & ideo non est inconueniens, si hoc quasi accidentale præmiũ pauperibus detur, vt iudicent alios: etiam qui sunt excellentioris meriti respectu præmii essentialis.

ARTICVLVS III.

Vtrùm Angeli debeant iudicare.

382

AD tertium sic proceditur. Videtur, quòd angeli debeant iudicare. Matth. 25. Cùm venerit filius hominis in maiestate sua, & omnes angeli cum eo: sed loquitur de aduentu ad iudicium: ergo videtur, quòd etiam angeli iudicabunt.

¶ 2 Præterea, Angelorum ordines nomina sortiuntur ex officio quod exercent: sed quidam ordo angelorum est ordo thronorum; quod videtur pertinere ad iudiciariam potestatem, thronus enim est sedes iudicis, solium regis, cathedra doctoris: ergo aliqui angeli iudicabunt.

¶ 3 Præterea, Sanctis post hanc vitam promittitur angelorum æqualitas Matth. 22. Si ergo homines hanc habebunt potestatem vt iudicent, multò fortiùs & angeli.

¶ SED contra, Ioan. 5. Potestatem dedit ei iudicium facere, quia Filius hominis est: sed angeli non communicant in humana natura: ergo nec in iudiciaria potestate.

¶ Præterea, Non est eiusdem iudicare & esse iudicis ministrum: sed angeli erunt in iudicio illo vt ministri iudicis, vt dicitur Matthæi 13. Mittet Filius hominis angelos suos, & colligent de regno eius omnia scandala: ergo Angeli non iudicabunt.

¶ Respon. dicendum, quòd assessores iudicis debent iudici esse conformes: iudicium autem Filio hominis attribuitur, * quia secundum humanam naturam omnib. apparebit tam bonis, quàm malis, quamuis tota Trinitas iudicet per auctoritatem: & ideo etiã oportet vt assessores iudicis humanam naturam habeant, in qua possint ab omnibus, bonis & malis videri: & sic angelis non competit iudicare, quamuis angeli etiam aliquo modo possint dici iudicare, scilicet per sententiæ approbationem. Ioan. 5.

¶ AD primum ergo dicendum, quòd sicut ex glossa ibidem patet: Angeli cum Christo venient, non vt iudices, sed vt fines rectes humanorum actuum, sub quorum custodia homines bene, vel malè egerunt.

¶ AD secundum dicendum, quòd nomen throni attribuitur angelis ratione illius iudicii, quod Deus semper exercet, omnia iustissimè gubernando, cuius iudicij angeli sunt quodammodo executores, & promulgatores: sed iudicium quod de hominibus per hominem Christum fit, etiam requirit homines assessores.

¶ AD tertium dicendum, quòd hominibus promittitur Angelorum æqualitas, quantum ad præmium essentiale: aliud tamen prohibet aliquod præmium accidentale exhiberi hominibus, quod angelis non datur, vt patet de aureola virginum aut martyrum: & similiter potest dici de iudiciaria potestate.

ARTICVLVS IIII.

Vtrùm dæmones exequentur sententiam iudicis in damnatos.

383

AD quartum sic proceditur. Videtur, quòd post die iudicii dæmones non exequentur sententiam iudicis in damnatos: quia secundùm Apost. 1. Cor. 15. tunc euacuabit omnem principatum & potestatem & virtutem: ergo cessabit omnes prælatio: sed exequi iudicis sententiam, quandam denotat prælationem: ergo dæmo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dæmones post diem iudicij non exequuntur sententiam iudicis.

¶ 2 Præterea, Dæmones magis peccauerunt, quàm homines: ergo non est iustum, quòd homines per Dæmones torqueantur.

¶ 3 Præt. Sicut dæmones suggerunt hominibus mala, ita angeli boni suggerunt bona: sed præmiare bonos, non erit officium bonorum angelorum, sed hoc erit ab ipso Deo immediatè: ergo nec punire malos erit officium dæmonum.

¶ Sed contra est, quòd homines peccatores se diabolo subdiderunt peccãdo: ergo iustum est vt ei subiiciantur in pœnis, quasi ab eo puniendi.

¶ Resp. dicendum, quòd circa hoc tangitur à Magistro * in litera duplex opinio, & vtraque videtur Dei iustitiæ competere: ex hoc enim, quòd homo peccat, iustè dæmoni subijcitur, sed dæmõ iniustè ei præest. Opinio ergo illa, quæ ponit dæmones in futurum post diem iudicij hominibus non præesse in pœnis, respicit ordinem diuinæ iustitiæ ex parte dæmonum punient iu.n. Contraria verò opinio respicit ordinem diuinæ iustitiæ ex parte hominum punitorum: quæ autẽ earum verior sit, certum nobis esse non potest. Verius tamen æstimo, quòd sicut ordo seruabitur in salnatis, quo quidam à quibusdam illuminabũtur, & perficientur, eo quòd ordines cælestis hierarchiæ perpetui erunt: ita seruabitur ordo in pœnis, vt homines per dæmones puniantur, ne totaliter diuinus ordo, quo angelos medios inter naturam humanam & diuinã constituit, annulletur. Et ideo sicuti hominibus per angelos bonos diuinæ illuminationes deferuntur: ita etiam dæmones sunt executores diuinæ iustitiæ in malos. Nec ob hoc minuitur aliquid de dæmonũ pœna, quia in hoc etiam, q̃ alios torquent, ipsi torquebuntur: ibi enim miserorum societas miseriam non minuet, sed augebit.

*li. 4. sent. di. 47. q. 5. E.

† Hieron. in cõmen. super c. 2. Ioel.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd prælatio illa, quæ dicitur euacuanda per Christum in futuro, est accipienda secundùm modum prælationis, qui est secundum statum huius mundi, in quo & homines hominibus principantur, & angeli hominibus, & angeli angelis, & angeli dæmonibus, & dæmones dæmonibus, & dæmones hominibus: & hoc totum ad producendum ad finem, vel abducẽdum à fine: tunc autem cùm omnia ad finem illum peruenerint, non erit prælatio abducens à fine, vel adducens ad finem; sed conseruans in fine boni vel mali.

¶ Ad secundum dicendum, quòd quàmuis meritum dæmonum non requirat, vt hominibus præferantur, quia iniustè sibi homines subiecerunt, tamen hoc requirit ordo naturæ ipsorum ad naturam humanam. Bona enim naturalia in eis integra manent, vt Diony. * dicit 4. cap. de Diuin. nominibus.

† Cap. 4. in parte 4. à med. illum.

¶ Ad tertium dicendum, quòd angeli boni non sunt causa principalis præmij electis, quia hoc omnes immediatè à Deo percipiunt; sed tamen quorundam accidẽtalium præmiorum angeli hominibus sunt causa, inquantum per superiores angelos, inferiores & angeli & homines illuminantur de aliquibus secretis diuinorum, quæ ad substantiam beatitudinis non pertinent: & similiter etiam principalem pœnam damnati excipient immediatè à Deo, scilicet exclusionem perpetuam à visione Dei; alias autem pœnas sensibiles non est inconueniens hominibus per dæmones infligi. In hoc tamen est differentia, quia meritum exaltat, sed peccatum deprimit: vnde cùm natura angelica sit altior, quàm humana, quidam propter excellentiam meriti in tantum exaltabuntur, quòd talis exaltatio excedet altitudinem naturæ & præmij in quibusdam angelis; vnde etiam quidam angeli per quosdam homines illuminabuntur, sed nulli homines peccatores pro pter aliquem gradum malitiæ peruenient ad illam eminentiam, quæ debetur naturæ dæmonum.

ARTICVLVS V.

Vtrùm omnes homines in iudicio comparebunt.

384 Thom. 4. di. 47. q. 1. ar. 3. q. 1. & sequent.

AD quintum sic proceditur. Videtur, quòd non omnes homines in iudicio comparebunt. Quia dicitur Matth. 19. Sedebitis super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel: sed non omnes homines pertinẽt ad illas duodecim tribus: ergo videtur, quòd non omnes in iudicio comparebunt.

¶ 2 Præterea, Idem videtur per hoc, quòd dicitur in Psalmo 1. Non resurgent impij in iudicio: sed multi sunt tales: ergo videtur, quòd nõ omnes comparebũt.

¶ 3 Præterea, Ad hoc aliquis ad iudicium adducitur, vt eius merita discutiantur: sed quidam sunt qui nulla merita habuerunt, sicut pueri ante perfectã ætatem decedentes: ergo illos in iudicio comparere necesse non erit.

¶ Sed contra est, quod dicitur Actuum 10. quòd Christus constitutus est à Deo iudex viuorum & mortuorum: sed sub istis duabus differentiis comprehenduntur omnes homines, qualitercunque viui à mortuis distinguantur: ergo omnes homines in iudicio comparebunt.

¶ Præterea, Apoc. 1. dicitur: Ecce venit cum nubib. & videbit eum omnis oculus: hæc autem non essent, si non omnes in iudicio comparerent: ergo, &c.

¶ Respondeo dicendum, quòd potestas iudiciaria Christo homini collata est in præmium humilitatis, quam in passione exhibuit: ipse autem in sua passione sanguinem pro omnibus fudit, quantum ad sufficientiam; licet non in omnibus effectum habuit, propter impedimentum in aliquibus inuentum: & ideo congruum est vt omnes homines in iudicio congregentur ad videndum eius exaltationem in humana natura, secundum quam constitutus est à Deo iudex viuorum & mortuorum.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd sicut dicit Augustinus * 20. de ciuit. Dei. Non quia dictum est, Iudicantes duodecim tribus Israel, tribus Leui; quæ tertiadecima est, iudicanda non erit, aut solùm illum populum, sed etiam gentes cæteras iudicabunt; ideo autem per duodecim tribus omnes aliæ gentes significatæ sunt, quia per Christum in sortem duodecim tribuum sunt vocatæ.

† li. 20. cap. circa med. tom. 5.

¶ Ad secundum dicendum, quòd hoc quod dicitur. Non resurgent impij in iudicio: si referatur ad omnes peccatores, sic intelligendum est, quod non resurgent ad hoc, quod iudicent. Si autem impij dicantur infideles: sic intelligendum est, quod non resurgent ad hoc, quòd iudicentur: quia iam iudicati sunt: * sed omnes resurgent, vt in iudicio compareant ad gloriã iudicis intuendam.

Ioan. 3.

¶ Ad tertium dicendum, quod etiã pueri ante perfectam ætatem decedentes, in iudicio comparebunt, non vt iudicentur, sed vt videant gloriam iudicis.

ARTICVLVS VI.

Vtrum boni in iudicio iudicabuntur.

381

AD sextum sic proceditur. Videtur, quod nulli boni in iudicio iudicabuntur. Quia Ioan. 3. Qui credit in eum, nõ iudicatur: sed omnes boni crediderant in eum: non ergo iudicabuntur.

¶ 2 Præterea, Illi non sunt beati, quibus est incerta sua beatitudo, ex quo Augustinus * probat dæmones nunquam

† li. 11. sup. per Genes. ca. 17. 10. 5

nunquam fuisse beatos: sed sancti homines nunc sunt beati: ergo certi sunt de sua beatitudine. Sed quod certum est, nõ adducitur ad iudicium: ergo boni non iudicabuntur.

¶ 3 Præterea, Timor beatitudini repugnat: sed extremum iudicium quod tremendum maxime dicitur, non poterit fieri sine timore eorum, qui sunt iudicandi: vnde etiam Gregorius * dicit super illud Iob 41. Cũ sublatus fuerit, timebunt angeli, & cætera; Consideremus quomodo tunc iniquorum conscientia concutietur, quando etiam iustorum vita turbatur: ergo beati non iudicabuntur.

*li. 34. Moral. ca. 4. 2 medio.

¶ Sed contra, Videtur, quòd omnes boni iudicabuntur, quia dicitur 2. Cor. 5. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt referat vnusquisque propria corporis prout gessit, siue bonum, siue malum: sed nihil est aliud iudicari: ergo omnes, etiam boni iudicabuntur.

¶ Præterea, Vniuersale omnia comprehendit: sed illud iudicium dicitur vniuersale: ergo omnes iudicabuntur.

¶ Respond. dicendum, quòd ad iudicium duo pertinent, scilicet discussio meritorum, & retributio præmiorum. Quantum ergo ad retributionem præmiorum, omnes iudicabuntur, & vnusquisque recipiet ex diuina sententia præmium merito respondens: sed discussio meritorum non fit nisi vbi est quædam meritorum commixtio bonorum cum malis. Illi autem qui ædificant super fundamentum fidei aurum & argentum & lapides pretiosos, diuinis seruitijs totaliter insistentes, qui nullam admixtionem notabilem alicuius mali meriti habent, in eis discussio meritorum locum non habet: sicut illi qui rebus mundi penitùs abiectis, solicitè cogitãt solùm quæ Dei sunt; & ideo saluabuntur, sed non iudicabuntur: illi verò qui ædificãt super fidei fundamentum ligna, fœnum, stipulam; qui adhuc scilicet amãt secularia, & tertenis negotijs implicantur, ita tamen, quòd nihil Christo præponunt, sed student peccata eleemosynis expiare, habent quidem commixtionem bonorum meritorum cum malis: & ideo discussio meritorum in eis locum habet, vnde tales quantum ad hoc & iudicabuntur, & tamen saluabuntur.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd quia punitio est effectus iustitiæ; præmiatio autem, misericordiæ magis; ideo iudicio, quod est actus iustitiæ, antonomasicè punitio attribuitur, vt interdum iudicium pro ipsa condemnatione accipiatur: & sic intelligitur auctoritas inducta, vt per Gloss. * ibidem patet.

Glo. ordi. ibid.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ discussio meritorũ in electis non erit ad tollendum certitudinem beatitudinis à cordibus ipsorum iudicandorum, sed vt præeminentia bonorum meritorum ad mala ostendatur omnibus manifestè: & sic Dei iustitia comprobetur.

¶ Ad tertium dicendum, quòd Gregorius loquitur de iustis adhuc in carne mortali existentibus. Vnde sic prã præmiserat, Hi qui in corporibus reperiri poterũt, quamuis iam fortes atque perfecti adhuc in carne sint positi, non possunt in tanti terroris turbine nulla formidine concuti: vnde patet, quòd terror ille referendus est ad tempus immediatè iudicium præcedẽs, * timendum quidem maximè malis: non autem bonis, quibus nulla erit mali suspicio.

Al. vtemur dum.

¶ Rationes autem quæ sunt ad oppositum, procedũt de iudicio quantum ad retributionem præmiorum.

ARTICVLVS VII.

Vtrùm mali iudicabuntur.

386

AD septimum sic proceditur. Videtur, quòd nulli mali iudicabuntur. Sicut enim est certa infidelitũ damnatio, ita & eorum, qui in mortali decedunt: sed propter damnationis certitudinem dicitur Ioa. 3. Qui non credit, iam iudicatus est: ergo eadem ratione nec alij peccatores iudicabuntur.

¶ 2 Præterea, Vox iudicis est valde terribilis eis, qui per iudicium condemnantur: sed sicut in litera ex verbis Greg. * habetur, ad infideles locutio iudicis non fiet: si ergo fieret ad fideles damnandos, ipsi infideles de sua infelicitate commodum reportarent; quod est absurdum.

*Lib. 26. Moraliũ, c. 10

¶ Sed contra Videtur, quòd omnes mali sint iudicandi, quia omnibus malis infligetur pœna secundùm quantitatem culpæ: sed hoc sine definitione iudicij esse non potest: ergo omnes mali iudicabuntur.

¶ Respondeo dicendum, quòd iudicium quod est pœnarum retributio pro peccatis, omnibus competit: iudicium autem quod est discussio meritorum, solùm fidelibus, quia in infidelibus non est fidei fundamentum; quo sublato, omnia opera sequentia perfecta rectitudine intẽrionis carent; vnde non est in eis aliqua permixtio bonorum operum, vel meritorum ad mala, quæ discussionem requirat: sed fideles in quibus manet fidei fundamentum, ad minus fidei actum laudabilem habent, quamuis non sit meritorius sine charitate, tamen quantum est de se, est ordinatus ad meritũ; & ideo in eis iudicium discussionis locum habet. Vnde ipsi fideles qui fuerunt saltem numero ciues ciuitatis Dei, iudicabuntur vt ciues, in quos sine discussione meritorum sententia mortis non feretur: sed infideles condemnabuntur vt hostes, qui consueuerunt apud homines absque meritorum * audientia exterminari.

Al. discussione.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd quamuis eis qui in mortali decedunt, pro certo constet de eorum damnatione: quia tamen aliqua quæ pertinent ad bene merendum, habent annexa; oportet ad manifestationem diuinæ iustitiæ, vt discussio de eorũ meritis fiat; per quam ostendatur, eos iuste a Sanctorum ciuitate excludi, cuius esse ciues numero, externis videbantur.

¶ Ad secundum dicendum, quòd allocutio illa spiritualiter intellecta non erit aspera fidelibus condemnandis: quia in eis aliqua sibi placentia manifestabit, quæ in infidelibus inueniri non possunt, quia sine fide impossibile est placere Deo, Heb. 11. Sed sententia condemnationis, quæ in omnes fereretur, omnibus terribilis erit.

¶ Ratio verò in contrarium adducta procedebat de iudicio retributionis.

ARTICVLVS VIII.

Vtrùm angeli in futuro iudicio iudicabuntur.

387

AD octauum sic proceditur. Videtur, quòd angeli in futuro iudicio iudicabuntur. Quia dicitur 1. Cor. 6. Nescitis, quoniam angelos iudicabimus? sed hoc non potest referri ad statum præsentis temporis: ergo referri debet ad futurum iudicium.

¶ 2 Præterea, Iob 40. dicitur de Behemoth, per quẽ diabolus intelligitur: Videntibus cunctis præcipitabitur: & Marc. 1. exclamauit dæmon ad Christum: Venisti ante tempus perdere nos? & gloss. * dicit ibidem, quòd Dæmones in terra Dominum cernentes, se continuò iudicandos esse credebant: ergo videtur, quòd eis finale iudicium reseruetur.

* Est glossa Bedæ ibidem.

¶ 3 Præterea, Secundæ Petri 2. dicitur: Deus angelis peccantibus non pepercit, sed rudentibus inferni detractos in tartarum tradidit cruciandos in iudicium reseruari: ergo videtur, quòd angeli iudicabuntur.

¶ Sed contra, Deus non iudicabit bis in idipsum: sed

Universidad de Deusto
Biblioteca

sed mali angeli iam iudicati sunt; vnde dicitur Ioan. 16. Princeps huius mundi iam iudicatus est: ergo in futuro angeli non iudicabuntur.

¶ Præterea, Perfectior est bonitas, vel malitia angelorum, quàm aliquorum hominum in statu viæ: sed quidam homines boni & mali non iudicabuntur, vt dicitur in litera: * ergo nec angeli boni vel mali iudicabuntur.

*Ia. 4. sen. dist. 47. §. C.

¶ Respondeo dicendum, quòd iudicium discussionis nullo modo habet locum neque in bonis angelis, neque in malis: quia neq; in bonis potest aliquid mali inueniri, neque in malis aliquid boni ad iudicium pertinens. Sed si loquamur de iudicio retributionis, sic est distinguenda duplex retributio. Vna respondens propriis meritis angelorum, & hæc à principio fuit vtrisque facta: vnde quidam in beatitudinem sublimati sunt, quidam verò in miseriam demersi. Alia retributio est, quæ respondet meritis bonis vel malis per angelos * procreatis: & hæc retributio in futuro iudicio fiet; quia boni angeli amplius gaudium habebunt de salute eorum, quos ad meritum induxerunt; & mali amplius torquebuntur, multiplicata malorum ruina, qui per eos ad mala sunt incitati. Vnde dicit è loquendo, iudicium neque ex parte iudicãtium, neque ex parte iudicandorum, erit angelorum, sed hominum: sed indirectè quodammodo respiciet angelos, inquantum actibus hominum fuerunt commixti.

Al. procuratis.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd illud verbum Apostoli est intelligendum de iudicio comparationis, quia quidam homines qui budam angelis superiores inuenientur.

¶ Ad secundum dicendum, quòd ipsi dæmones cunctis videntibus tunc præcipitabuntur, quia in perpetuum in inferni carcerem detrudentur, vt iam non sit eis liberum egredi extra; quia hoc eis non concedebatur nisi secundùm quòd ordinabãtur ex diuina prouidentia ad hominum vitam exercendam.

¶ Et similiter dicendum AD TERTIVM.

QVAESTIO XC.

De forma iudicis venientis ad iudicium, in tres articulos diuisa.

HINC considerandum est de forma iudicis venientis ad iudicium.

¶ Circa quod quæruntur tria.

¶ Primò, vtrùm Christus in forma humanitatis sit iudicaturus.

¶ Secundò, vtrùm apparebit in forma humanitatis gloriosa.

¶ Tertiò, vtrùm diuinitas possit sine gaudio videri.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrùm Christus in forma humanitatis sit iudicaturus.

388 Th. 4. dist. 48. q. 1. ar. 2. & seq. Al. ferui.

AD primum sic proceditur. Videtur, quòd Christus in forma* humanitatis non sit iudicaturus. Iudicium enim auctoritatem requirit in iudicante: sed auctoritas super viuos & mortuos est in Christo, secundùm quòd est Deus, sic enim est & Dominus & creator omnium: ergo in forma diuinitatis iudicabit.

¶ 2 Præterea, In iudice requiritur potestas inuincibilis. Vnde Eccles. 7. Noli quærere fieri iudex nisi valeas virtute irrumpere iniquitates: sed virtus inuincibilis conuenit Christo secundùm quòd est Deus: ergo in forma diuinitatis iudicabit.

¶ 3 Præterea, Ioan. 5. dicitur: Pater omne iudicium dedit Filio, vt omnes honorificent Filium sicut honorificant Patrem: sed honor æqualis Patri non debetur filio secundùm humanam naturam: ergo non iudicabit secundùm formam humanam.

¶ 4 Præterea, Dan. 7. dicitur, Aspiciebã donec throni positi sunt, & antiquus dierum sedit: throni autem iudiciariam potestatem designant, antiquitas autẽ de Deo dicitur ratione æternitatis, vt Dionys. * dicit in lib. de diui. nomi. ergo iudicare conuenit Filio prout est æternus: ergo non secundùm quod homo.

lib. 10. nõ remisse à principio. Tract. 49. in Ioã. idio illust. to. 9. & citatur à Magist. li. 4. sen. dist. 47. §. C.

¶ 5 Præterea, Augst. dicit, * & habemus in litera, quòd per verbum filium Dei, fit animarũ resurrectio; per verbum factum in carne Filium hominis, fit corporum resurrectio: sed iudicium illud finale pertinet magis ad animam, quàm ad carnem: ergo magis conuenit Christo iudicare, secundùm quòd est Deus quã, secundùm quòd est homo.

Aug. trac. 21. in Ioã. vltra me. to. 9.

¶ Sed contra, Ioan. 5. dicitur, Potestatem dedit ei iudicium facere, quia filius hominis est.

¶ Præterea, Iob. 36. Causa tua quasi impii, iudicata est, Glossa, à Pilato: ideo causam iudiciúque recipies: Glos. Vt iustè iudices: sed Christus secundùm humanam naturam iudicatus est à Pilato: ergo secundũ humanam naturam iudicabit.

¶ Præterea, Eius est iudicare, cuius est legem condere: sed Christus in humana natura apparens, nobis legem Euangelii dedit: ergo secundùm eandem naturã iudicabit.

¶ Respon. dicendum, quòd iudicium, aliquod dominium in iudicando requirit: vnde Rom. 14. Tu quis es qui iudicas alienum seruum? & ideo secundùm hoc Christo competit iudicare, secundùm quòd dominũ super homines habet, de quibus principaliter erit finale iudicium. Ipse autem est noster dominus, non solũ ratione creationis, quia dominus ipse est Deus, Ipse fecit nos, & non ipsi nos: * sed etiam ratione redemptionis; quod ei competit secundùm humanam naturam: vnde Rom. 14. In hoc Christus mortuus est, & resurrexit, vt & mortuorum & viuorum dominetur. Ad præmium enim vitæ æternæ consequendum, nobis creationis bona non sufficerent, nisi redemptionis beneficium adderetur, propter impedimentum quod naturæ creatæ superuenit ex peccato primi parentis. Vnde est finale iudicium ad hoc ordinetur, vt aliqui admittantur ad regnum, & aliqui excludantur à regno: conueniens est, vt ipse Christus secundùm humanam naturam, cuius redemptionis beneficio ad regnum admittimur, illi iudicio præsideat: & hoc est, quod dicitur Act. 10. quòd ipse constitutus est à Deo iudex viuorũ & mortuorum. Et quia per redemptionem humani generis non solùm homines reparatis, sed etiam vniuersaliter totam creaturam; secundùm quòd tota creatura, reparato homine, melioratur, vt habetur Coloss. 1. Pacificãs per sanguinem crucis eius, siue quæ in terris, siue quæ in cœlis sunt: ideo non solùm super homines, sed super vniuersam creaturam Christus per suam passionem, dominium promeruit & potestatem iudiciariam. Matth. vlti. Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra.

Psal. 99. li. 2. de Trinit. ca. 13.

¶ Ad primum ergo dicẽdum, quòd in Christo secundùm diuinam naturam est auctoritas dominij, respectu vniuersalis creaturæ ex iure creationis: sed in ipso secundùm humanam naturam, est auctoritas dominij, quàm promeruit per passionem; & est quasi auctoritas secundaria & acquisita, sed prima est naturalis & & æterna.

¶ Ad secundum dicẽdum, quòd quãuis Christus, secundùm quòd homo, non habeat à se inuincibilem potestatem ex naturali virtute humanæ speciei: tamen ex dono diuinitatis etiam in humana natura inuincibilem

bilem habet potestatem, secundùm quòd omnia sunt subiecta pedibus eius, vt dicitur 1. Cor. 15. & Heb. 2. & ideo iudicabit quidem in humana natura, sed ex diuinitatis virtute.

¶ Ad tertium dicendum, quòd Christus non sufficeret ad humani generis redemptionem, si purus homo fuisset: & ideo ex hoc ipso, quod secundum humanam naturam genus humanum redimere potuit, ac per hoc iudiciariam potestatem consecutus est; manifestè ostenditur, quòd ipse est Deus, & ita æqualiter honorandus cum Patre, non inquantum homo, sed inquantum Deus.

¶ Ad quartum dicendum, quòd in illa visione Danielmanifestè totus exprimitur ordo iudiciariæ potestatis, quæ quidem sicut in prima origine, est in ipso Deo; & specialiùs in patre, qui est fons totius deitatis: & ideo præmittur prim, quòd antiquus dierum sedit: sed à Patre iudiciaria potestas traducta est in Filiũ non solùm ab æterno, secundùm diuinam naturã; sed etiam in tempore, secundùm humanam; in qua eam meruit: & ideo subiungitur in visione prædicta, Ecce cum nubibus cœli quasi Filius hominis veniebat, & vsque ad Antiquum dierum peruenit, & dedit ei potestatem & honorem & regnum.

¶ Ad quintum dicendum, quòd Augustinus loquitur per appropriationem quandam, vt scilicet reducat effectus, quos Christus in humana natura fecit, ad causas aliquo modo consimiles: & quia secundum animam sumus ad imaginem & similitudinem Dei, secundum carnem autem sumus eiusdem speciei cum homine Christo: ideo ea quæ in animab. nostris Christus fecit, diuinitati attribuit; quæ verò in carne fecit vel facturus est, attribuit eius carni: quamuis caro eius inquãtum est diuinitatis organum, vt dicit Dam. * habeat etiam effectum in animabus nostris, secundum illud quod dicitur Heb. 9. quòd sanguis eius emundabit conscientias nostras ab operibus mortuis; & sic etiam verbum caro factum est causa resurrectionis animarum. Vnde etiam secundum humanam naturã conuenienter est iudex non solùm corporalium, sed etiam spiritualium bonorum.

li. 3. ex. 4 medio.

ARTICVLVS II.

Vtrùm Christus in iudicio apparebit in forma humanitatis gloriosa.

389 *Glos. interlin. ibi. & Aug. de verbis domini. Homil. 77. in Matth. parum ante med. to. 2.

AD secundum sic proceditur. Videtur, quòd Christus in iudicio non apparebit in forma humanitatis gloriosa, quia super illud Ioan. 19. Videbunt in quẽ transfixerunt, dicit Glossa. * Quia in ea carne venturus est, in qua crucifixus est: sed crucifixus est in forma infima: ergo in forma infirmitatis apparebit, non in forma gloriosa.

¶ 2 Præterea, Matth. 24. dicitur, quòd apparebit signum Filij hominis in cœlo, id est, lignum crucis: vt Chtyso. * dicit, videlicet, quòd veniet in iudicio Christus non solùm vulnerum cicatrices, sed etiam ipsam mortem exprobratissimam ostendens: ergo videtur, quòd non apparebit in forma gloriosa.

¶ 3 Præt. Secundum hanc formam Christus in iudicio apparebit, quæ ab omnib. conspici posset: sed Christus secundum formam humanitatis gloriosam nõ potest videri ab omnibus bonis, & malis; quia oculus non glorificatus non videtur esse proportionatus ad videndam claritatem corporis gloriosi: ergo non apparebit in forma gloriosa.

¶ 4 Præterea, Illud quod promittitur iustis in præmium, non conceditur iniustis: sed videre gloriam humanitatis promittitur iustis in præmium, Ioan. 10. Ingredietur & egredietur, & pascua inuenient, id est, refectionem, & in diuinitate & in humanitate: vt Augustinus * exponit, & Isaiæ 33. Regem in decore suo videbunt: ergo in iudicio non apparebit omnibus in forma gloriosa.

*In lib. de spiritu & anim. cap. 9 to. 3.

¶ 5 Præterea, Secundum illam formam Christus in qua iudicatus est. Vnde super illud Ioan. 5. Sic & Filius quos vult viuificat: dicit Glossa. * In qua forma iniustè iudicatus est, iustè iudicabit, vt possit ab impijs videri. Sed iudicatus est in forma infirmitatis: ergo & in eadem in iudicio apparebit.

Glo. vt ibid.

¶ Sed contra est, quod dicitur Luc. 21. Tunc videbunt Filium hominis venientem in nube cum potestate magna, & maiestate: maiestas autem & potestas ad gloriam pertinent: ergo in forma gloriosa apparebit.

¶ Præterea, Ille qui iudicat, debet eminere illis qui iudicantur: sed electi qui iudicabuntur à Christo, corpora gloriosa habebunt: ergo multò fortius iudex in forma gloriosa apparebit.

¶ Præterea, Sicut iudicari est infirmitatis, ita iudicare est auctoritatis & gloriæ: sed in primo aduentu, quo Christus venit ad hoc, quòd iudicaretur, in forma infirmitatis apparuit: ergo in secundo aduentu in quo veniet ad hoc vt iudicet, apparebit in forma gloriosa.

¶ Respondeo dicendum, quòd Christus dicitur Dei & hominum mediator, inquantum pro hominibus satisfacit & interpellat apud Patrem, & ea quæ sunt Patris, hominibus communicat: secundùm quòd dicitur Ioan. 17. Claritatem quam dedisti mihi, dedi eis: secundùm hoc autem vtrunq; ei conuenit, quòd cum vtroque communicat extremorum. Inquantum enim cum hominibus communicat, vices hominum gerit apud Patrem; inquantum verò cum Patre communicat dona Patris transmittit ad homines. Quia ergo in primo aduentu ad hoc venit, vt pro nobis satisfaceret apud Patrem, in forma nostræ infirmitatis apparuit: quia verò in secundo aduentu ad hoc veniet, vt Iustitiam Patris in homines exequatur, demonstrare gloriam debebit, quæ inest ei ex communicatione ad Patrẽ: & ideo in forma gloriosa apparebit.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd in eadẽ * forma apparebit, sed non similiter se habente.

Al. carne.

¶ Ad secundum dicendum, quòd signum crucis apparebit in iudicio non ad iudicium tunc existẽtis infirmitatis, sed præteritæ; vt per hoc iustior condemnatio eorum appareat, qui tantã misericordiã neglexerũt & eorum præcipuè, qui Christum iniustè persequuti sunt. Cicatrices autẽ, quæ in eius corpore apparebunt, non pertinebunt ad aliquã infirmitatẽ, sed erunt indicia maximæ virtutis, qua Christus per passionẽ & infirmitatem de hostibus triumphauit. Etiam exprobratissimam mortem ostendet, non sensibiliter eam oculis ingerẽs, ac si tunc eam pateretur; sed ex his quæ apparebũt, scilicet, indicij, præteritæ passionis, homines in recogitationem præteritæ mortis adducet.

¶ Ad tertium dicendum, quòd corpus gloriosum habet in potestate sua, vt se de nonstret, vel non demõstret oculo nõ glorioso, vt patet ex his quæ dicta sunt: *& ideo in forma gloriosa Christus ab omnibus potest videri.

q. 85. art. 2. ad 3.

¶ Ad quartum dicendum, quòd sicut amici gloria est delectabilis, ita gloria & potestas eius qui odio habetur, maximè contristat: & ideo sicut vitio gloriæ humanitatis Christi erit iustis in præmium, ita inimicis Christi erit in supplicium: vnde Isa. 26. Videant & confundantur zelantes populi, & ignis (id est; inuidia) hostes tuos deuoret.

¶ Ad quintum dicendum, quòd forma accipitur ibi pro natura humana, in qua iudicatus est, & etiam iudicabit: non autem pro qualitate naturæ, quæ non erit eadem in iudicante, scilicet, infirma, quæ in iudicato fuit.

ARTI-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ATICVLVS III.

Vtrùm diuinitas à malis sine gaudio videri possit.

320 AD tertium sic proceditur. Videtur, quòd diuinitas à malis sine gaudio videri possit. Constat enim, quòd impij manifestissimè cognoscent Christum esse Deum: ergo diuinitatem eius videbunt: & tamen de visione Christi non gaudebunt: ergo sine gaudio videri poterit.

¶ 2 Præterea, Voluntas impiorum peruersa non magis aduersatur humanitati Christi, quàm eius diuinitati: sed in hoc, quòd videbunt gloriam humanitatis, cedet eis in pœnam, vt dictum * est: ergo multò fortius si diuinitatem eius viderent, magis contristarentur, quàm gauderent.

Art. præc. in resp. ad 4. *Concione 8. in Ps. 118, non procul à hinc, to. 8.

¶ 3 Præterea, Ea quæ sunt in affectu, non de necessitate sequuntur ad ea quæ sunt de intellectu. Vnde Aug.* dicit. Præcedit intellectus, & sequitur tardus aut nullus affectus: sed visio ad intellectum pertinet, gaudium autem ad affectum: ergo poterit esse diuinitatis visio sine gaudio.

¶ 4 Præterea, Omne quod recipitur in aliquo, recipitur in eo per modum recipientis, & non per modum recepti: sed omne quòd videtur, quodammodo in videnti recipitur: ergo cùm uis in se diuinitas sit delectabilissima, tamen visa ab illis qui sunt tristitia absorpti, non delectabit, sed magis contristabit.

*Vli. 7. Cõfess. ca. 16. in princip. to. 1.

¶ 5 Præterea, Sicut se habet sensus ad sensibile, ita se habet intellectus ad intelligibile: sed ita est in sensibus, quòd palato non sano pœna est panis, qui sano est suauis, vt dicit Aug.* & similiter accidit in alijs sensibus: ergo cùm damnati habeant intellectum indispositum, videtur, quòd visio lucis increatæ magis afferret eis pœnam, quàm gaudium.

¶ SED contra est, quod dicitur Ioan. 7. Hæc est vita æterna, vt cognoscant te Deum verum; ex quo patet, quòd essentia beatitudinis in Dei visione consistit: sed de ratione beatitudinis est gaudium: ergo diuinitas sine gaudio videri non potest.

*Initio li. 2. Metap. tom. 3.

¶ Præterea, Si aliqua visio non semper est delectabilis, contingit eam quandoque esse tristabilem: sed visio intellectiua nunquam est contristabilis, quia delectationi, quæ est in intelligendo, nõ opponitur aliqua tristitia, vt dicit Philosophus, * cùm ergo diuinitas videri non possit nisi per intellectum, videtur, quòd diuinitas sine gaudio videri non possit.

*li. 1. Top. c. 13 to. 1.

¶ Resp. dicendum, quòd in quolibet appetibili vel delectabili duo possunt considerari, scilicet id quod appetitur, vel quod est delectabile, & id quod est ratio appetibilitatis vel delectabilitatis in ipso: sicut autem secundum Boet. in lib. * de Hebdom. Id quod est, habere aliquid præterquà quod ipsum est, potest; ipsum verò esse nihil aliud præter se habet admixtum: ita id quod est appetibile vel delectabile, potest habere aliquid aliud admixtum, vnde non sit delectabile vel appetibile; sed id quod est ratio delectabilitatis, nihil habet admixtum, vel habere potest propter quod non sit delectabilis, vel appetibilis: res autem quæ sunt delectabiles per participationẽ bonitatis, quæ est ratio appetibilitatis & delectabilitatis, possunt apprehensæ nõ delectare: sed id quod per essentiã suam est bonum, impossibile est, quòd eius essentia apprehensa non delectet. Vnde cùm Deus essentialiter sit ipsa bonitas, nõ potest diuinitas sine gaudio videri.

*in li. An omne quę ẽ, bonũ sit, nõ remotè à principio.

¶ AD primum ergo dicendum, quòd impij manifestè cognoscent Christum esse Deum, non per hoc quòd diuinitatem eius videant; sed propter manifestissima diuinitatis indicia.

¶ AD secundum dicendum, quòd diuinitatem secundum quòd est in se, nullus potest odio habere, sicut nec aliquis odio habere potest ipsam bonitatem: sed quantum ad aliquos diuinitatis effectus dicitur ab aliquibus odio haberi, inquantum scilicet aliquid agit, vel præcipit quod est contrarium voluntati: & ideo visio diuinitatis nulli potest esse non delectabilis.

¶ AD tertium dicendum, quòd verbum Aug. est intelligendum, quando id quod apprehenditur per intellectum præcedentem, est bonum per participationẽ & non per essentiam, sicut sunt omnes creaturæ: vnde potest in eis esse aliquid, quare affectus non moueatur. Similiter etiam in via Deus cognoscitur per effectus: & intellectus non attingit ad ipsam essentiam bonitatis eius; vnde non oportet, quòd affectus intellectum sequatur, sicut sequeretur si essentiam eius videret, quæ est ipsa bonitas.

¶ AD quartum dicendum, quòd tristitia non nominat dispositionem, sed magis passionem: omnis autem passio à contraria causa fortiori superueniẽte tollitur, & non eam tollit: & ideo tristitia damnatorum tolleretur, si Deum per essentiam viderent.

¶ AD quintum dicendum, quòd per indispositionem organi tollitur proportio naturalis ipsius organi ad obiectum quod natum est delectare; & propter hoc delectatio impeditur: sed indispositio, quæ est in damnatis, non tollit naturalem proportionem, qua sunt ordinati ad *diuinam bonitatem, cùm imago semper in eis maneat; & ideo non est simile.

Al. similitudinem.

QVAEST. XCI.

De qualitate mundi post iudicium, in quinque articulos diuisa.

ONsequenter considerandum est de qualitate mundi & resurgentium post iudicium, vbi triplex consideratio occurrit. Prima, de statu & qualitate mundi. Secunda, de statu beatorum. Tertia, de statu malorum.

¶ Circa primum quæruntur quinque.

¶ Primò, vtrùm innouatio mundi sit futura.

¶ Secundò, vtrùm motus corporũ cælestium cessabit.

¶ Tertiò, vtrũ corpora cælestia tunc magis fulgebũt.

¶ Quartò, vtrùm elementa maiorem claritatem recipient.

¶ Quintò, vtrùm animalia & plantæ remanebunt.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrùm mundus innouabitur.

AD primum sic proceditur. Videtur, quòd mundus nunquam innouabitur. Nihil enim est futurum, nisi quod aliquando fuit secundũ speciem; Ecclesiastæ 1. Quid est quod fuit? ipsum quod futurũ est: sed mundus nunquam aliam dispositionem habuit, quã nunc habet, quantum ad partes essentiales, & ad genera & ad species: ergo nunquam innouabitur.

¶ 2 Præterea, Innouatio alteratio quædam est: sed impossibile est vniuersum alterari, quia omne alteratum reducitur ad aliquod alterans non alteratũ, quod tamen secundùm locum mouetur; quòd non est extra vniuersum ponere. ergo non potest esse, quòd mundus innouetur.

¶ 3 Præ-

¶ 3 Præt. Genes. 2. dicitur, quòd Deus die septimo requieuit ab omni opere quod patrarat: & exponunt Sancti, quòd requieuit à nouis creaturis condendis. Sed in illa prima conditione non fuit alius modus rebus impositus, quàm iste, quem nunc naturali ordine tenent: ergo nunquam alium habebunt.

¶ 4 Præt. Ista rerum dispositio, quæ nunc inest rebus, naturalis est: si ergo in aliam dispositionem transmutẽtur, illa dispositio erit eis innaturalis. Sed illud quod est innaturale & per accidens, non potest esse perpetuũ vt patet in 1. Cæl. & mun.* Ergo etiam illa dispositio nouitatis quandoque ab ipsis remouebitur, & ita erit ponere circulationem quandam in mundo: sicut Empedocles & Origenes * posuerunt: & quòd post hunc mundum sit alius mundus iterum, & post illum iterum alius.

lib. 1. com. 13. to. 2

li. 1. periarchon. c. 3

¶ 5 Præt. Nouitas gloriæ in præmium rationali creaturæ datur: sed vbi non est meritum, ibi non potest esse præmium: cùm ergo creaturæ insensibiles nil meruerint, videtur, quòd non innouabuntur.

¶ Sed contra est, quod habetur Isa. 65. Ecce, ego creo cœlos nouos & terram nouam, & non erunt in memoria priora; & Apocal. 21. Vidi cælum nouum & terram nouam: primum enim cælum & prima terra abiit.

¶ Præt. Habitatio debet habitatori congruere: sed mundus factus est, vt sit habitatio hominis; sed homo innouabitur: ergo similiter & mundus.

¶ Præt. Omne animal diligit simile sibi. Eccles. 13. ex quo patet, quòd similitudo est ratio amoris: sed homo habet aliquam similitudinem cum vniuerso, vnde & minor mundus dicitur: ergo homo vniuersum diligit naturaliter: ergo & eius bonum concupiscit, & ita vt satisfiat hominis desiderio, debet etiam vniuersum melioriri.

¶ Respondeo dicendum, quòd omnia corpora præter hominem facta esse creduntur: vnde & omnia dicuntur ei subiecta.* Seruiunt autem homini dupliciter. Vno modo ad sustẽtationem corporalis vitæ: alio modo ad profectum cognitionis diuinæ, inquantum homo per ea quæ facta sunt, inuisibilia Dei conspicit, vt dicitur Rom. 1. Primo ergo ministerio creaturarum homo glorificatus nullo modo indigebit, cùm eius corpus sit futurum omnino incorruptibile, diuina virtute id faciente per animam, quam immediatè glorificat. Secundo autem ministerio non indigebit homo quantum ad cognitionem intellectiuam, quia tali cognitione Deum Sancti videbunt immediatè per essentiam. Sed ad hanc visionem essentiæ, oculus carnis attingere non poterit: & ideo vt ei etiam solatium congruens de visione diuinitatis præbeatur, inspiciet diuinitatem in suis effectibus corporalibus, in quibus manifesta indicia diuinæ maiestatis apparebunt; & præcipuè in carne Christi; & post hoc, in corporibus beatorum; & deinceps in omnibus aliis corporibus. Et ideo oportebit vt etiam alia corpora maiorem influentiam à diuina bonitate suscipiant, quàm nunc; non tamen speciẽ variantem, sed addentem cuiusdam gloriæ perfectionem: & hæc erit mundi innouatio: vnde simul mundus innouabitur, & homo glorificabitur.

Psalm. 8

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd Salomon ibi loquitur de cursu naturali: quod patet ex hoc quod subditur, Nihil sub Sole nouum: cùm enim Sol circulariter moueatur, oportet ea quæ Solis virtuti subsunt circulationem aliquam habere, quæ consistit in hoc, q̃ illa quæ priora fuerunt, iterum redeunt specie eadẽ, numero diuersa, vt dicitur in fine libri de Generatione: * ea verò quæ ad statum gloriæ pertinent, Soli non subsunt.

Mat. com. Mr. com. 2.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ illa ratio procedit de alteratione naturali, quæ habet agens naturale quod ex necessitate naturæ agit. Non enim potest tale agẽs variam dispositionem inducere nisi ipsum alio & alio modo se habeat: sed ea quæ diuinitus fiunt, procedunt ex libertate voluntatis; vnde sine aliqua immutatione Dei volentis, potest nunc hæc, nunc illa dispositio ab ipso in vniuerso existere: & sic ista innouatio non reducetur in aliquod principium motus, sed in principium immobile, scilicet Deum.

¶ Ad tertium dicendum, quòd * pro tanto dicitur Deus die septimo à nouis creaturis condendis cessasse, quia nihil postea factum est, quod priùs non præcesserit in aliqua similitudine secũdũ genus vel speciẽ, vel ad minus sicut in principio seminali, vel etiam sicut in potentia obedientiali. Dico ergo, quòd nouitas mũdi futura præcesserit in operibus sex dierum, in quadam remota similitudine, scilicet in gloria & in gratia angelorum, præcesserit etiam in potentia obedientiæ, quæ tunc creaturæ est indita ad talem nouitatem suscipiendam, à Deo agente.

Al. propter hoc.

¶ Ad quartum dicendum, quòd illa dispositio nouitatis non erit naturalis nec contra naturam, sed erit supra naturam, sicut gratia & gloria sunt supra animæ naturam & erit à perpetuo agente, quòd eam perpetuò conseruabit.

¶ Ad quintum dicendum, q̃ quamuis corpora insensibilia non meruerint illam gloriam, propriè loquẽdo; homo tamen meruit, vt illa gloria toti vniuerso cõferretur, inquantum hoc cedit in augmentum gloriæ hominis sicut aliquis homo meretur, vt ornatioribus vestibus induatur, quem tamen ornatum ipsa vestis nullo modo meretur.

ARTICVLVS II.

Vtrùm motus corporum cælestium cessabit.

AD secundum sic proceditur. Videtur, q̃ motus corporum cœlestium in illa mundi innouatione non cessabit. Quia Genes. 8. dicitur, Cunctis diebus terræ frigus & æstus, æstas & hyems, nox & dies non requiescent: sed nox & dies, & æstas et hyems efficiuntur per motũ Solis: ergo nunquã motus Solis cessabit

392

¶ 2 Præter. Hier. 31. dicitur, Hæc dicit Dominus qui dat Solem in lumine diei, ordinem Lunæ et stellarũ in lumine noctis, qui turbat mare et sonãt fluctus eius Si defecerint leges istę coram me; tunc et semen Israel deficiet, vt non sit genus coram me cunctis diebus Sed semen Israel nunquam deficiet, sed in perpetuum permanebit: ergo leges diei et noctis, et fluctuum maris, quæ ex motu cœli causantur, in perpetuum erunt: ergo motus cœli nunquam cessabit.

¶ 3 Præt. Substantia corporum cœlestium semper erit: sed frustrà est ponere aliquid, nisi ponatur illud propter quod est factum: corpora autem cœlestia ad hoc sunt facta, vt diuidant diem ac noctem, et sint in signa et tempora et dies et annos: Genes. 1. q̃ non possunt facere nisi per motum: ergo motus eorum semper manebit; aliàs frustrà illa corpora remanerent.

¶ 4 Præterea, In illa mundi innouatione totus mũdus meliorabitur: ergo nulli corpori remanenti auferetur id quod est de sui perfectione. Sed motus est de perfectione corporis cœlestis, quia, vt dicitur in secundo de cœlo & mundo, * illa corpora participant diuinam bonitatem per motum: ergo motus cœli non cessabit.

lib. 2. com. 66. & 67

¶ 5 Præter. Sol successiuè illuminat diuersas partes mundi, secundum quòd circulariter mouetur: si ergo motus circularis cœli cesset, sequitur q̃ in aliqua superficie terræ erit perpetua obscuritas; quod non conuenit illi nouitati.

Additio ad iij. par. S. Tho. Q ¶ 6 Præ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶6Præt.Si motus cessaret,hoc non esset nisi inquantum motus aliquam imperfectionem in cœlo ponit, vtpotè lassitudinis,vel laboris ; quod non potest esse, cum motus ille sit naturalis, & cœlestia corpora sint impassibilia,vnde in suo motu non fatigantur, vt dicitur in secundo cœli & mundi: ergo motus cœli nunquam cessabit.

li.2.com. 3.& 4.to.2

¶7Præt.Frustra est potentia, quæ non reducitur ad actum:sed in quocunque situ ponatur corpus cœli,est in potentia ad alium situm : ergo nisi reduceretur ad actum,potentia illa frustrà remaneret, & semper esset imperfecta. Sed non potest reduci in actum, nisi per motum localem:ergo semper mouebitur.

¶8Præt. Illud quod se habet indifferenter ad plura,aut vtrunque attribuetur ei,aut nullum:sed Sol indifferenter se habet ad hoc quòd sit in Oriente vel Occidente,alias motus eius non esset vniformis per totũ, quia ad locum,vbi naturaliùs esset, velociùs moueretur: ergo vel neuter situs attribuetur Soli,vel vterque. Sed nec vterque nec neuter potest ei attribui nisi successiuè per motum: oportet enim siquiescat, quòd in aliquo situ quiescat: ergo corpus Solis in perpetuum mouebitur,& eadem ratione omnia alia corpora cœlestia.

¶9Præt.Motus cæli est causa temporis:si ergo motus cæli deficiat,oportet tempus deficere:quod si deficeret,deficeret in instanti: definitio autem instantis est

li.8.com. 11.tom.2

in octauo Physic. * quòd est initium futuri, & finis præteriti,& sic post vltimum instans temporis esset tẽpus;quod impossibile.Ergo motus cæli nunquam cessabit.

¶10Præt.Gloria non tollit naturam,sed motus cœli est naturalis ei:ergo per gloriam ei non tollitur.

¶11Sed contra est,quod dicitur Apocalypsis decimo ꝙ angelus qui apparuit,iurauit per Viuentem in sæcula,ꝙ tempus amplius non erit, scilicet postquam septimus angelus tuba cecinerit, qua canente, mortui resurgent: vt dicitur 1 Cor.15.sed si non est tempus, non est motus cæli:ergo motus cæli cessabit.

¶12Præt.Isa.70.Non occidet vltrà Sol tuus,& Luna tua non minuetur : sed occasio Solis & diminutio Lunæ ex motu cæli causatur : ergo motus cæli quandoque cessabit.

li.2 com. 36.tom.2

¶13Præt.Vt probatur in secundo de Generatione* motus cæli est propter continuam generationem inistis inferioribus:sed generatio cessabit completo numero electorum;ergo motus cœli cessabit.

li.2.cõ.8. to.3.

¶14Præt.Omnis motus est propter aliquem finem, vt dicitur in secund. Met. * sed omnis motus, qui est propter finem,habito fine,quiescet:ergo vel motus cœli nunquam consequetur finem suum , & sic esset frustra,vel aliquando quiesceret.

¶15Præt.Quies est nobilior,quàm motus, quia secundum hoc quod res sunt immobiles,Deo magis assimilantur,in quo est summa immobilitas:sed corporum inferiorum motus terminatur naturaliter ad quietem:ergo cum corpora cælestia sint multo nobiliora, eorum motus similiter ad quietem terminabitur.

¶Respondeo dicendum,quòd circa istam quæstionem est triplex positio.Prima est Philosophorum, qui dicunt,quòd motus cæli semper durabit: sed hoc non est consonum fidei nostræ,quæ ponit certum numerũ electorum præfinitum à Deo,& sic oportet, quòd generatio hominum non in perpetuum duret, & eadem ratione nec alia quæ ad generationem hominis ordinantur,sicut est motus cœli & variationes elementorũ Alii verò dicunt,quòd motus cœli cessabit secundum naturam:sed hoc etiam est falsum.Quia omne corpus quod naturaliter quiescit,& naturaliter mouetur ; habet locum in quo naturaliter quiescit,ad quem mouetur naturaliter,& à quo non recedit nisi per violentiã: nullus autem talis locus potest assignari corpori cælesti,quia non est magis naturalis Soli accessus ad punctum Orientis,quàm recessus ab eo : vnde vel motus eius non esset naturalis totaliter, vel motus eius non terminatur naturaliter ad quietem.

¶Vnde dicendum est secundum alios,quòd motus cæli cessabit in illa mundi innouatione , non quidem ex aliqua naturali causa,sed diuina voluntate faciente. Corpus enim illud,sicut & alia,in ministerium hominis facta sunt dupliciter,vt prius dictum *est. Altero autem horum ministeriorũ homo post statum gloriæ non indigebit; scilicet secundum quod corpora ei deseruiunt ad sustentationem corporalis vitæ: hoc autem modo seruit ei corpus cæleste per motum,inquantum per motum cæli multiplicatur genus humanum, & generantur plantæ& animalia,quæ vsui hominum sunt necessaria; & etiam temperies in aere efficitur cõseruans sanitatem:vnde homine glorificato , motus cæli cessabit.

Ar.præce. cor.

¶Ad primum ergo dicendum , quòd verba illa intelliguntur de terra secundum statum istum,in quo potest esse generationis principium,& corruptionis plantarum , quod patet ex hoc quod ibi dicitur, Cunctis diebus terræ sementis & messis: & hoc simpliciter cõcedendum est,ꝙ quandiu terra erit sementibus & messibus apta,motus cœli non cessabit.

¶Et similiter dicendum Ad secundum,quòd Dominus loquitur ibi de duratione seminis Israel,secundum præsentem statum:quod patet ex hoc quod dicit Et semen Israel deficiet,vt non sit gens coram me cunctis diebus.Vicissitudo enim dierum post istum statũ non erit:& ideò etiam leges,de quibus fecerat mentionem,post istum statum non erunt.

¶Ad tertium dicendum , quòd finis, qui ibi *assignatur corporibus cælestibus,est finis proximus, quia est proprius eorum actus : sed iste actus vlterius ordinatur ad alium finem,scilicet ad ministerium humanũ vt patet per id quod habetur Deut. 4. Ne forte oculis eleuatis ad cœlum,videas Solem & Lunam,& omnia astra cæli,& errore deceptus adores ea,quæ creauit Dominus Deus tuus in ministerium cunctis gentibus, quæ sub cœlo sunt: & ideo magis debet iudicium sumi de corporibus cælestibus secundum ministerium hominum,quàm secundum finem in Genesi assignatum:corpora autem cælestia per modum alium in ministerium hominis glorificati cedent,sicut prius dictũ *est: & ideò non sequitur , quòd frustra remaneant.

Genes.1

¶Ad quartum dicendum, ꝙ motus non est de perfectione corporis cœlestis,nisi inquantum per hoc est causa generationis aut corruptionis in istis inferioribus & secundum hoc etiam,motus ille facit corpus cæleste participare diuinam bonitatem,per quandam similitudinem causalitatis:non autem motus est de perfectione substantiæ cœli,quæ remanebit:& ideò non sequitur,quòd motu cessante,aliquid de perfect.one cœli tollatur,secundum quod remanebit.

Q.74.ar.4 con. & ibi ar.7.cor.& art. hoc & præc.huius quæst.

¶Ad quintum dicendum,quòd omnia corpora elementorum habebunt in seipsis quandã gloriæ claritatem vnde qnãuis aliqua superficies terræ non illuminetur à Sole,nullo tamẽ mõ remanebit ibi obscuritas.

¶Ad sextum dicendum , quòd Rom 8 super illud Omnis creatura ingemiscit,&c.dicit Glos.Amb.† expresse,quòd omnia elementa cum labore explent sua officia , sicut Sol & Luna non sine labore statuta sibi implent spatia;quod est causa nostri , vnde quiescent nobis assumptis : labor autem ille (vt credo) non significat aliquam fatigationem vel * passionem illis corporibus accidentem ex motu,cùm motus ille sit naturalis,nihil habens de violentia, vt prædictur in primo de cœlo & mundo: * sed labor ibi intelligitur defectus ab eo , ad quod aliquid tendit : vnde quia motus

Am super illum locũ Paul.ro.8

Al.pœnam

lib.1.com. 9.& seqq.

motus ille ordinatus est ex diuina prouidentia ad complendum numerum electorum,illo non completo,nõdum assequitur illud ad quod ordinatus est:& ideò similitudinariè dicitur *labor, sicut homo qui non habet quod intendit:& hic etiam defectus à cœlo tolletur,impleto numero electorum.Vel etiam potest referri ad desiderium futuræ innouationis,quam ex diuina dispositione expectat.

*Al laborare.

¶Ad septimum dicendum quòd corpori cælesti nõ inest aliqua potentia , quæ perficiatur per locum , vel quæ facta sit propter hunc finem,qui est esse in tali loco:sed hoc modo se habet potentia ad vbi in corpore cælesti,sicut se habet potentia artificis ad hoc,quòd faciat diuersas domos vnius modi ; quarum si vnam faciat,non dicitur frustrà potentiam habere.Et similiter in quocunque situ ponatur corpus cæleste, potentia quæ est in ipso ad vbi,non remanebit incompleta, nec frustrà.

¶Ad octauum dicendum , quòd quãuis corpus cæleste secundùm suam naturam æqualiter se habeat ad omnem situm qui est ei possibilis,tamen si comparetur ad ea,quæ sunt extra ipsum,non æqualiter se habet ad omnes situs; sed secundum vnum situm nobilius disponitur respectu quorundam quàm secundum alium; sicut quo ad nos nobilius disponitur Sol in die, quàm in nocte:& ideò probabile est, cum tota innouatio mundi ad hominem ordinetur, quòd cælum in illa nouitate habeat nobilissimum situm , qui est possibilis in respectu ad habitationem nostram . Vel secundum quosdam cœlum quiesceret in illo situ,in quo factũ fuit, alias aliqua reuolutio cœli remaneret incompleta. Sed ista ratio non videtur conueniens:quia cum aliqua reuolutio sit in cœlo quæ non finitur nisi in triginta sex milibus annorum,sequeretur, quòd mundus deberet tam diu durare:quod non videtur probabile.

¶Et Præterea secundum hoc posset sciri quando mundus finiri deberet, probabiliter.n colligitur ab Astrologis,in quo situ corpora cælestia sunt facta, considerato numero annorum , qui computantur ab initio mundi ; & eodem modo posset sciri certus annorum numerus , in quo ad dispositionem similem reuerteretur : tempus autẽ finis mundi ponitur esse ignorum. *

Matt. 24. & alibi lo-cis.

¶Ad nonum dicendum, quòd tempus quandoque deficiet motu cœli deficiente : nec illud nunc vltimum erit principium futuri: dicta enim definitio non datur de nunc,nisi secũdum quod est continuans partes temporis , non secundum quod est terminans totum tempus.

¶Ad decimum dicendum,quòd motus cæli non dicitur naturalis,quasi sit pars naturæ,eo modo quo principia naturæ naturalia dicuntur ; nec iterum quòd habeat principium actuum in natura corporis:sed receptuum tantùm.*Principium autem actiuum eius est substantia spiritualis,vt dicit Comment.in princ. Cæl. & mun.Et ideo non est inconueniens,si per nouitatem gloriæ motus ille tollatur:non enim eo ablato , natura corporis cælestis variabitur.

*li.2.de cœlo & mundo,tex.1. cõ.3.

¶ Alias rationes concedimus , scilicet tres primas, quæ sunt ad oppositum,quia debito modo concludũt. Sed quia aliæ duæ videntur concludere , quòd motus cæli naturaliter cesset , ideò ad eas respondendum est,

¶Ad primam ergo earum dicendum, ꝙ motus cessat habito eo , propter quod est,si illud sequatur motũ & non concomiteturipsum.Illud autem propter quod est motus cælestis secundum Philosophos,concomitatur motum,scilicet imitatio diuinæ bonitatis in causalitate, quam habet super inferiora ; & ideò non oportet,quòd naturaliter motus ille cesset.

¶ Ad secundam dicendum , quòd quamuis immobiliras sit simpliciter nobilior,quàm motus: tamen motus in eo , quòd potest consequi aliquam perfectam participationem diuinæ bonitatis,est nobilior , quàm quies in illo,quòd nullo modo per motum posset illa imperfectionem consequi:& hac ratione, terra cui est infimum elemẽtorum,est sine motu, quamuis ipse Deus, qui est nobilissimus rerum,sine motu sit,à quo corpora nobiliora mouentur; & inde est etiam quòd motus corporum superiorum possent poni secundum viam naturæ perpetuari,& nunquam ad quietem terminari, quamuis motus inferiorum corporum ad quietem terminentur.

ARTICVLVS. III.

Vtrùm in corporibus cælestibus claritas augebitur in illa innouatione.

AD tertium sic proceditur.Videtur, quòd in corporibus cælestibus claritas non augebitur in illa innouatione. Innouatio enim in corporibus inferioribus erit per ignem purgantem: sed ignis purgans non pertinget ad corpora cælestia: ergo corpora cælestia non innouabuntur per maioris claritatis susceptionem. 397

¶ 2 Præte. Sicut corpora cælestia per motum sunt causa generationis in istis inferioribus, ita & per lucẽ: sed cessante generatione, cessabit motus , vt dictum * est:ergo similiter cessabit lux cælestium corporum magis,quàm augeatur.

Ar præce. huius quæ-cor.

¶ 3 Præt. Si innouato homine, corpora cælestia innouentur ;oportet quòd eo deteriorato , fuerint etiam ea deteriorata:sed hoc non videtur probabile , cùm illa corpora sint inuariabil a quantum ad eorum substantiam:ergo nec innouato homine,innouabuntur.

¶ 4 Præterea, Si nunc deteriorata fuerint , oportet quòd tantùm deteriorata fuerint , quantùm dicuntur esse melioranda in hominis innouatione : sed dicitur Isa. 30. quòd erit lux Lunæ sicut lux Solis : ergo & in primo statu ante peccatum , Luna lucebat quantùm nunc lucet Sol : ergo quandocunque Luna erat super terram, faciebat diem sicut nunc Sol. Quod manifestè apparet esse falsum per id quod dicitur Genes.1. quòd Luna facta est vt præesset nocti.Ergo homine peccante non sunt cælestia corpora diminuta in lumine,& ita nec eorum lumen augebitur (vt videtur) in hominis glorificatione.

¶ 5 Præterea,Claritas corporum cælestium ordinatur ad vsum hominis , sicut & aliæ creaturæ : sed post resurrectionem claritas Solis non cedet in hominis vsum. Dicitur enim Isa. 60. Non erit tibi amplius Sol ad lucendum per diem , nec splendor Lunæ illuminabit te ; & Apoc. 21. Ciuitas illa non eget Sole neque Luna,vt luceant in ea : ergo eorum claritas non augebitur.

¶ 6 Præterea , Non esset sapiens artifex , qui maxima instrumenta faceret ad aliquod modicum artificium construendum:sed homo est quoddam minimum,cõparatione cælestium corporum , quæ sua ingenti magnitudine , quasi incomparabiliter hominis quantitatem excedunt ;imò etiam totius terræ quantitas se habet ad cælum , vt punctus ad sphæram, sicut Astrologi dicunt:cùm ergo Deus sit sapientissimus , non videtur, quòd finis creationis cœli sit homo,& ita non videtur, quòd eo peccante,cælum decrioratum sit , nec eo glorificato,melioretur.

¶ Sed contra est,quòd dicitur Isa. 30. erit lux Lunæ sicut lux Solis,& lux Solis septempliciter.

¶Præterea, Totus mundus innouabitur in melius: sed cælum est nobilior pars mundi corporalis: ergo in melius mutabitur. Sed hoc non potest esse nisi maiori claritate resplendeat : ergo maiorabitur & crescet eius claritas.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Præterea, Omnis creatura, quæ ingemiscit & parturit, expectat reuelationem gloriæ filiorum Dei, vt dicitur Rom. 8. sed corpora cælestia sunt huiusmodi, vt ibidem dicit Glo. * Expectant gloriam Sanctorum: sed non exspectarent, nisi ex hoc eis aliquid accresceret: ergo claritas eis per hoc accresceret, qua præcipuè decorantur.

Glo. Am. in illũ loc. 10.51

¶ Respondeo dicendum, quòd ad hoc innouatio mundi ordinatur, vt etiam mundo innouato manifestis indiciis, quasi sensibiliter Deus ab homine videatur. Creatura autem præcipuè in Dei cognitionem ducit sua specie & decore, quæ manifestat sapientiam facientis & gubernantis. Vnde dicitur Sapien. 13. A magnitudine speciei cognoscibiliter poterit Creator horum videri. Pulchritudo autem cælestium corporum præcipuè consistit in luce: vnde Eccles. 43. dicitur, Species cœli, gloria stellarum, mundum illuminans in excelsis Dominus. Et ideò præcipuè quantum ad claritatem corpora cælestia meliorabuntur: quantitas autem & modus * meliorationis illi soli cognita est, qui erit meliorationis auctor.

Al. illuminationis.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd ignis purgans non causabit innouationis formam, sed disponet tantũ ad eam, purgando à fœditate peccati, & ab impuritate commixtionis quæ in corporibus cælestibus non inuenitur: & ideò quamuis corpora cælestia per ignem non sint purganda, sunt tamen diuinitùs innouanda.

¶ Ad secundum dicendum, quòd motus non importat aliquam perfectionem in eo quòd mouetur, secundum quod in se consideratur, cùm sit actus imperfecti, quamuis possit pertinere ad perfectionem corporis, inquantum est causa alicuius: sed lux pertinet ad perfectionem corporis lucentis etiam in substantia sua considerati: & ideò postquam corpus cæleste desinet esse causa generationis, non remanebit motus, sed remanebit claritas eius.

¶ Ad tertium dicendum, quòd super illud Isa. 30. Erit lux Lunæ sicut lux Solis: dicit Glossa, * Omnia propter hominem facta, sunt in eius lapsu peiorata, & Sol & Luna suo lumine minorata: quæ quidem minoratio à quibusdam intelligitur secundum realem minorationem luminis. Nec obstat, quòd corpora cælestia secundum naturam sunt inuariabilia, quia illa variatio facta est à diuina virtute. Alii verò probabilius intelligunt, minorationem illam esse dicentes non secundum realem hominis defectum, sed quò ad visum hominis, qui non tantum beneficium ex lumine corporum cælestium post peccatum consequutus est, quãtum ante fuisset, per quem etiam modum dicitur Genes. 3. Maledicta terra in opere tuo, spinas & tribulos germinabit tibi: quæ tamen etiam antè, spinas & tribulos germinasset, sed non in hominis pœnam. Nec tamẽ sequitur, si lux cælestium corporum per essentiam minorata non est homine peccante, quòd realiter non sit augenda in eius glorificatione: quia peccatum hominis non immutauit statum vniuersi, cum etiam homo prius sicut & post, animalem vitam habuerit, quæ motu & generationis corporalis creaturæ indiget: sed glorificatio hominis statum totius corporalis creaturæ immutabit, vt dictum * est, & ideò non est simile.

Glo. inter linearis ib.

Q. 74. ar. 7 corp.

¶ Ad quartum dicendum, quòd minoratio illa, vt probabilius æstimatur, non fuit secundum substantiã, sed secundum effectum. vnde non sequitur, quòd Lunã existens super terram, diem fecisset, sed quòd tantũ commodum ex lumine Lunæ homo tunc habuisset, sicut nunc habet ex lumine Solis. Sed post resurrectionem, quando lux Lunæ augebitur secundum rei veritatem, non erit alicubi nox super terram, sed solum in centro terræ, vbi erit Infernus: quia tunc, vt dicitur, Luna lucebit quantum lucet nunc Sol: Sol autem, in septuplum plus, quàm modo lucreat, corpora autem beatorum, septies magis Sole: quamuis hoc non sit aliqua auctoritate, vel ratione probatum.

¶ Ad quintum dicendum, quòd aliquid potest cedere in vsum hominis dupliciter. vno modo, propter necessitatem; & sic nulla creatura cedet in vsum hominis, quia ex Deo plenam sufficientiam habebit: & hoc significatur Apoc. 21. in auctoritate inducta, quæ dicit, quòd ciuitas illa nõ eget Sole neque Luna. Alius vsus est ad maiorem perfectionem; & sic homo aliis creaturis vtetur, non tamen quasi necessariis ad perueniendum in finem, sicut nunc eis vtitur.

¶ Ad sextum dicendum, quòd ratio illa est Rabbi Moysi, qui omnino improbare nititur, mundum propter hominem esse factum. vnde & hoc quod in veteri Testamento de innouatione mundi legitur, sicut patet in auctoritatibus Isaiæ inductis, dicit esse metaphoricè dictum, vt sicut alicui dicitur obtenebrari Sol, quando in magnam tristitiam incidit, vt nesciat quid faciat (qui etiam modus loquẽdi consuetus est in Scriptura) ita etiam èconuerso dicitur ei Sol magis lucere & totus mundus innouari, quando ex statu tristitiæ in maximam exultationem conuertitur. Sed hoc dissonat ab auctoritatibus & expositionibus Sanctorum. vnde rationi illi inductæ hoc modo respondendum est, quod quamuis corpora cælestia maxime excedant corpus humanum, tamen multo plus excedit anima rationalis corpora cælestia, quam ipsa excedãt corpus humanum. vnde non est inconueniens, si corpora cælestia propter hominem facta esse dicantur, non tamen sicut propter principalem finem, quia principalis finis omnium est Deus.

ARTICVLVS IIII.

Vtrùm elementa innouabuntur per receptionem alicuius claritatis.

AD quartum sic proceditur. videtur, quod elementa non innouabuntur per receptionem alicuius claritatis. Sicut enim lux est qualitas corporis cœlestis propria, ita calidum, & frigidum, & humidum, & siccum, sunt propriæ qualitates elementorum: ergo sicut cælum innouatur per augmentum claritatis, ita deberet innouari elementa per augmentum qualitatum actiuarum & passiuarum. 354

¶ 2 Præt. Ratum & densum sunt qualitates elementorum, quas elementa in illa innouatione non amittent: sed raritas & densitas elementorum resistere videtur claritati, cum corpus clarum oporteat esse condensatum: vnde raritas aeris non videtur, quod possit claritatem pati: & similiter etiam nec densitas terræ, quæ perfectissima est. ergo non poterit esse, quod elementa innouentur per alicuius claritatis additionem.

¶ 3 Præterea, Constat quod damnati erunt in terra: sed ipsi erunt in tenebris non solum interioribus, sed etiam exterioribus: ergo terra non dotabitur claritate in illa innouatione, & eadem ratione nec alia elementa.

¶ 4 Præt. Multiplicatio claritatis in elementis multiplicat calorem. Si igitur in illa innouatione erit maior claritas elementorum, quàm nunc sit, erit eti â per consequens maior caliditas & sic videtur, quod transmutabuntur à suis naturalibus qualitatibus, quæ insunt eis secundum certam mensuram, quod est absurdum.

¶ 5 Præt. bonum vniuersi quod consistit in ordine & harmonia partium, dignius est, quàm aliquod bonũ alicuius naturæ singularis: sed si vna creatura efficiat melior, tollitur bonũ vniuersi, quia non remanebit eadem harmonia: ergo si corpora elementaria, quæ secundum gradum suæ naturæ, quem tenent in vniuerso, claritatis debent esse expertia, claritatem accipiant, magis ex hoc deperibit perfectio vniuersi, quàm accrescet.

¶ Sed contra est, quod dicitur Apoc. 21. Vidi cœlum nouum & terram nouam. sed cœlum innouabitur per maiorem claritatem: ergo & terra, & similiter alia elementa.

¶ Præt. Corpora inferiora sunt in vsum hominis, sicut & superiora: sed creatura corporalis renouabitur propter ministerium, quod homini exhibuit, vt videtur dicere glo. * Rom. 8. ergo etiam elementa clarificabuntur sicut corpora cælestia.

Gl. Amb. in illũ loc. 10. 5.

¶ Præt. Corpus hominis est ex elementis compositum: ergo partes elementorum, quæ sunt in corpore hominis, glorificato homine, glorificabuntur: sed eandem conuenit esse dispositionem totius, & partis: ergo & ipsa elementa conuenit claritate dotari.

¶ Respondeo dicendum, quòd sicut est ordo cælestium spirituum ad spiritus terrenos, scilicet humanos ita etiam est ordo cælestium corporum ad corpora terrestria: cùm ergo creatura corporalis sit facta propter spiritualem, & per eam regatur, oportet similiter disponi corporalia, sicut spiritualia disponuntur. In illa autẽ vltima rerum consummatione spiritus inferiores accipient proprietates superiorum spirituum; quia homines erunt sicut angeli in cælo, sicut dicitur Matthæi vigesimo secundo; & hoc erit inquantum ad maximam perfectionem pertinent, secundum quòd humanus spiritus cum angelico conuenit. Vnde etiam similiter cùm corpora inferiora cum cælestibus non communicent, nisi in natura lucis & diaphani, vt dicitur in secundo de Anima * oportet corpora inferiora maximè perfici secundum claritatem. vnde omnia elementa claritate quadam vestientur, non tamen æqualiter, sed secundum suum modum; terra enim (vt dicitur) erit in superficie exteriori perfecta, sicut vinum; aqua, sicut crystallus; aer, vt cælum; ignis, vt luminaria cæli.

R. 1. comment 68 to. 2

Ar. 1. huius 9 corp.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd innouatio mũdi ordinatur ad hoc, quòd homo etiam sensu, in corporibus quodammodo per manifesta indicia diuinitatem videat. Inter sensus autem nostros spiritualior est visus & subtilior: & ideò quantum ad qualitates visuas, quarum principium est lux, oportet omnia corpora inferiora maximè meliorari: qualitates autem elementares pertinent ad tactum qui est maximè materialis; & earum excessus contrarietatis, magis est contristatiuus, quàm delectatiuus: excessus autem lucis, erit delectabilis, cum contrarietatem non habeat, nisi propter organi debilitatem; quæ tunc non erit.

¶ Ad secundum dicendum, quòd aer non erit clarus, sicut radios proiciens, sed sicut diaphanum illuminatum. Terra verò, quamuis ex natura sua opacitatem habeat, propter defectum lucis; tamen ex diuina virtute in sui superficie gloria claritatis vestietur, sine præiudicio densitatis ipsius.

¶ Ad tertium dicendum, quòd in loco inferni non erit terra glorificata per claritatem, sed loco huius gloriæ habebit pars illa terræ, spiritus rationales hominũ & dæmonum; qui quamuis ratione culpæ sint infimi, tamen ex dignitate naturæ sunt qualibet qualitate corporali superiores. vel dicendum, quòd etiam si fit tota terra glorificata, nihilominus reprobi in tenebris exterioribus erunt, quia etiam ignis Inferni, qui quantum ad aliquid eis lucebit, quantum ad aliud eis lucere nõ poterit.

¶ Ad quartum dicendum, q claritas illa erit in istis corporibus, sicut est in corporibus cælestibus, in quibus caliditatẽ non causat; quia corpora ista tũc inalterabilia erunt, sicut modo sunt cælestia.

¶ Ad quintum dicendum, q non tolletur propter meliorationem elementorum, ordo vniuersi: quia etiã omnes aliæ partes meliorabuntur, & sic remanebit eadem harmonia.

ARTICVLVS V.

Vtrum plantæ & animalia remanebunt in illa innouatione.

AD quintum sic proceditur. Videtur, quòd plantæ & animalia remanebunt in illa innouatione. Elementis enim non debet aliquid subtrahi quod ad eorum ornatum pertinet: sed animalibus & plantis elementa ornari dicuntur: ergo non auferentur in illa innouatione. 395

¶ 2 Præter à, Sicut elementa homini seruierunt, ita etiam animalia, & plantæ, & corpora mineralia: sed elementa propter prædictum ministerium glorificabuntur: ergo similiter & animalia & plantæ, & corpora mineralia glorificabuntur.

¶ 3 Præterea, Vniuersum remanebit imperfectum, si aliquid quod est de eius perfectione, auferatur: sed species animalium & plantarum & corporum mineralium sunt de perfectione vniuersi: cùm ergo non debeat dici, q mundus in sua innouatione imperfectus remaneat, videtur, quòd oporteat dicere plantas & alia animalia remanere.

¶ 4 Præterea, Animalia & plantæ habent nobiliorem formam quam ipsa elementa: sed mundus in illa finali innouatione in melius immutabitur: ergo magis debeat remanere animalia & plantæ, quàm elementa, cùm sint nobiliora.

¶ 5 Præterea, Inconueniens est dicere, quòd natura lis appetitus frustretur: sed secundùm naturalem appetitum animalia & plantæ appetunt esse perpetua, & si non secundum individuum, saltem secundùm speciem & ad hoc ordinatur eorum generatio continua, vt in secundo de Generatione * dicitur. ergo inconueniens est dicere, quòd istæ species aliquando deficient.

* li. 2. cõm. 56. & seq. com. 2.

¶ Sed contra; Si plantæ et animalia remanebunt, aut omnia, aut quædam. Si omnia, oportebit etiam animalia bruta quæ prius fuerunt mortua, resurgere, sicut et homines resurgent; quod dici non potest; quia cùm forma eorum in nihilum cedat, non potest eadem numero resumi. Si autem non omnia, sed quædam; cum non sit maior ratio de vno quàm de alio, quòd in perpetuum maneat, videtur, quòd nullum eorum in perpetuum remanebit. Sed quicquid remanebit post mundi innouationem, in perpetuum erit, generatione et corruptione cessante. ergo plantæ et animalia penitus post mundi innouationem non erunt.

¶ Præterea, Secundum Philosophum * in 2. de Generatione, in animalibus & plantis & huiusmodi corruptibilibus, speciei perpetuitas non conseruatur, nisi ex continuatione motus cælestis: sed tunc ille cessabit. ergo non poterit perpetuitas in illis speciebus conseruari.

* li. 2. cõm. 56. to. 2

¶ Præterea, Cessante fine, cessare debet id quod est ad finem: sed animalia & plantæ, facta sunt ad animalẽ vitam hominis sustentandam, vnde dicitur Genes. 9. Quasi olera virentia dedi vobis omnem carnem: sed post illam innouationem, animalis vita in homine non erit. ergo nec plantæ, nec animalia remanere debent.

¶ Respondeo dicendũ, quòd cum innouatio mundi propter hominẽ fiat, oportet quòd innouationi hominis conformetur. Homo autẽ innouatus, de statu corruptionis in incorruptionẽ transibit, & perpetuæ quietis; vnde dicitur primæ ad Corinth. 15. oportet corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc in-

Universidad de Deusto
Biblioteca

duere immortalitatem: & ideo mundus hoc modo innouabitur, vt abiecta omni corruptione perpetuò maneat inquiete. Vnde ad illam innouationem nihil ordinari poterit, nisi quod habet ordinem ad incorruptionem: huiusmodi autem sunt corpora cælestia, elementa, & homines. Corpora enim cælestia secundum sui naturam incorruptibilia sunt, & secundum totum & secundum partes: elementa vero sunt quidē corruptibilia secundū partes, sed incorruptibilia secundum totum: homines vero corrumpuntur et secundū totū et secundum partes: sed hoc est ex parte materiæ, non ex parte formæ, scilicet animæ rationalis, quæ post corruptionem hominis remanet incorrupta. Animalia verò bruta, & plantæ & mineralia, & omnia corpora mixta corrúpuntur & secundum totum & secundum partem: & hoc, ex parte materiæ, quæ formam amittit; & ex parte formæ, quæ actu non manet: et sic nullo modo habent ordinem ad incorruptionem; vnde in illa innouatione nō manebūt, sed sola ea quæ dicta * sunt.

In hoc cor

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd huiusmodi corpora dicuntur esse ad ornatum elementorū, inquantum virtutes actiuæ et passiuæ generales, quæ sunt in elementis, ad speciales actiones contrahuntur: et ideo sunt ad ornatum elementorum in statu actionis et passionis; sed hic status in elementis non remanebit: vnde nec animalia nec plantas remanere oportet.

¶ Ad secundum dicendum, quòd nec animalia nec plantæ nec aliqua alia corpora inanimata ministrando homini aliquid meruerunt, cum libertate arbitrij careāt: sed pro tanto dicuntur quædam corpora remunerari, quia homo meruit, vt illa innouarentur quæ ad innouationem ordinem habent: plantæ autem et animalia non habent ordinem ad innouationem incorruptionis *; vnde ex hoc homo non meruit vt innouentur, quia nullus potest alteri mereri nisi id cuius est capax, nec etiam ipse sibiipsi. Vnde et dato quòd anima bruta mereretur in ministerio hominis, non tamē essent innouanda.

In cor.

¶ Ad tertium dicendum, quòd sicut perfectio hominis multipliciter assignatur: est enim perfectio naturæ conditæ, et naturæ glorificatæ: ita etiam perfectio vniuersi est duplex. Vna, secundum statum huius mutabilitatis; altera, secundum statum futuræ nouitatis. Plantæ autem et animalia sunt de perfectione illius secundum statum istum; non autem secundum statum nouitatis, cum ordinem ad eam non habeant.

¶ Ad quartum dicendum, quòd quamuis animalia et plantæ, quantum ad aliqua sint nobiliora quàm ipsa elementa; tamen quantum ad ordinem incorruptionis, elementa sunt nobiliora, vt ex dictis * patet.

In cor. ar.

¶ Ad quintum dicendum, quòd naturalis appetitus ad perpetuitatem qui inest animalibus et plantis, est accipiendus secundum ordinem ad motum cæli, vt tantum scilicet in esse permaneant, quantum motus cæli durabit. Non enim potest esse appetitus in effectu vt permaneat vltra causam suam: et ideo ficessante primi mobilis motu plantæ et animalia non remaneant secundum speciem, non sequitur appetitum naturalē fruſtrari.

QVAEST. XCII.

De visione diuinæ essentiæ per comparationem ad beatos, in tres articulos diuisa.

COnsequenter considerandum est de his quæ spectant ad beatos post iudicium generale. Et primò, de visione eorum respectu diuinæ essentiæ, in qua eorum beatitudo principaliter consistit. Secundò, de eorum beatitudine & eorum mansionibus. Tertiò, de modo, quo se erga damnatos habebunt. Quartò, de dotibus ipsorum, quæ in beatitudine eorum continentur. Quintò, de aureolis, quibus eorum beatitudo perficitur & decoratur.

¶ Circa primum quæruntur tria.

¶ Primò, vtrùm Sancti videbunt deum per essentiam

¶ Secundò, vtrùm videbunt eum oculo corporali.

¶ Tertiò vtrùm videndo deum, videbunt omnia, quæ deus videt.

ARTICVLVS. I.

Vtrùm intellectus humanus possit peruenire ad videndum Deum per essentiam.

AD primum sic proceditur. Videtur, quòd intellectus humanus non possit peruenire ad videndū deum per essentiam. Quia Ioan. 1. dicitur, deum nemo vidit vnquam: & exponit Chrys. * quòd nec ipsæ cælestes essentiæ, ipsa dico Cherubim & Seraphim, ipsum vt est, nunquam videre potuerunt: sed hominibus non promittitur nisi æqualitas Angelorum: Mat. 22. Erunt sicut Angeli dei in cœlo: ergo nec Sancti in patria deū per essentiam videbunt.

396 Tho. 4. di. 49. q. 2. ar. 1. 2. & 5. Ho. 14. 1a Io. aliqua tulum ab initio, to. 3

¶ 2 Præt. nion. † sic argumentatur in 1. c. de diuinis nominibus: Cognitio non est nisi existentium: omne autem existens finitum est, cum sit in aliquo genere determinatum; & sic deus cum sit infinitus, est super omnia existentia: ergo eius non est cognitio, sed est super omnem cognitionem.

C. 1. de diuinis nomin.

¶ 3 Præt. niony. * in 1. de mystica Theolog. ostendit quòd perfectissimus modus, quo intellectus noster deo coniungi potest, est inquantum coniungitur ei vt ignoto: sed illud quod est visum per essentiam, non est ignotum: ergo impossibile est vt intellectus per essentiam deum videat.

C. 1. in fine illius.

¶ 4 Præt. pion. in epistola † ad Caium Monachum dicit, quòd suppositæ dei tenebræ, quas abundantiam lucis appellat, cooperiuntur omni lumini, & abscōditur omni cognitioni. Et si aliquis videns deum, intellexit quod vidit, non ipsum vidit, sed aliquid eorū quæ sunt eius: ergo nullus intellectus creatus poterit deum per essentiam videre.

† In epist. ad Caium quæ incipit Tenebræ.

¶ 5 Præte. Sicut pion. * dicit in epistola ad Dorotheum. Inuisibilis quidem est Deus existens propter excedentem claritatem: sed claritas eius sicut excedit intellectum hominis in via, ita excedit intellectum hominis in patria: ergo sicut inuisibilis est in via, sic erit inuisibilis in patria.

* In epist. quæ est ad Dorotheum circa prin.

¶ 6 Præterea, cum intelligibile sit perfectio intellectus, oportet esse proportionem inter intelligibile & intellectum, sicut inter visum & visibile: sed non est accipere proportionem aliquam inter intellectum nostrum & essentiam diuinam, cùm in infinitum distent: ergo intellectus noster non poterit pertingere ad videndam diuinam essentiam.

¶ 7 Præ. Plus distat Deus ab intellectu nostro, quā intelligibile creatum à sensu: sed sensus nullo modo potest pertingere ad creaturam spiritualem videndam ergo nec intellectus noster potetit pertingere ad vidē dam diuinam essentiam.

¶ 8 Præt. Quādocunq; intellectus intelligit aliquid in actu, oportet quòd informetur per similitudinē intellecti, quæ est principium intellectualis operationis in tale obiectum determinatæ, sicut calor est principiū calefactionis: si ergo intellectus noster Deū intelligat oportet q̄ fiat per aliquam similitudinē informantem ipsum intellectū. Hoc autē non pōt esse ipsa diuina essentia, quia formæ & formati oportet esse vnū: diuina autem

autem essentia ab intellectu nostro differt secundùm essentiam & esse: ergo oportet quòd forma, qua informatur intellectus noster in intelligendo Deum, sit aliqua similitudo impressa à Deo in intellectum nostrum. Sed similitudo illa cùm sit quid creatum, non potest ducere in Dei cognitionem nisi sicut effectus in causam: ergo impossibile est vt intellectus noster Deum videat, nisi per effectum ipsius. Sed visio Dei, quæ est per effectum eius non est visio Dei per essentiam: ergo intellectus noster non poterit Deum per essentiam videre.

¶ 9 Præterea, Diuina essentia magis distat ab intellectu nostro, quàm quicunque angelus vel intelligentia: sed sicut dicit Auicenna in sua Metaph. intelligentiam esse in nostro intellectu, non est essentiam intelligentem esse in intellectu nostro; quia sic scientia quam de intelligentia habemus, esset substantia, & nō accidens: sed hoc est impressionem intelligentiæ esse in nostro intellectu: ergo & Deus non est in intellectu nostro, vt intelligatur à nobis, nisi inquantum impressio eius est in intellectu. Sed illa impressio nō potest ducere in cognitionem diuinæ essentiæ, quia cum in infinitum differt à diuina essentia, degenerat in aliam speciem multò ampliùs, quàm si species albi degeneraret in speciem nigri: ergo sicut ille, in cuius visu species albi degenerat in speciem nigri, propter indispositionem organi, non dicitur videre album: ita nec intellectus noster, qui solùm per huiusmodi impressionem Deum intelligit, eum per essentiā poterit videre.

¶ 10 Præterea, In rebus separatis à materia idem est intelligens & quod intelligitur, vt patet in 3. de Anima: * sed Deus est maximè à materia separatus: cùm ergo intellectus qui est creatus, non possit ad hoc pertingere, vt fiat essentia increata, non poterit esse, quòd intellectus noster Deum per essentiam videat.

Fi. 3 d Aia 6. 15. c. 2.

¶ 11 Præterea, omne illud quod videtur per essentiam, de eo scitur quid est: sed de Deo intellectus noster non potest scire quid est, sed solùm quid non est, sicut Dionys. dicit & Damas. ergo intellectus noster Deum per essentiam videre non poterit.

¶ 12 Præterea, Omne infinitum, inquantum infinitum est, ignotum est: sed Deus est omnibus modis infinitus: ergo est omnino ignotus: ergo per essentiam ab intellectu creato videri non poterit.

In epi. 1. 2 & 6. epi. 2. c. 7. & 8. to. 2.

¶ 13 Præterea, Aug. * dicit in lib. de videndo Deo: Deus est natura inuisibilis: sed ea quæ insunt Deo per naturam, non possunt aliter se habere: ergo non potest esse, quòd per essentiam videatur.

¶ 14 Præterea, Omne quod alio modo est, & alio modo videtur, non videtur secundum id quod est: sed Deus alio modo est, & alio modo videbitur à Sanctis in patria; est enim per modum suum, sed videbitur à Sanctis per modum eorum: ergo non videbitur à Sāctis secundum illud quod est, & sic non videbitur per essentiam.

¶ 15 Præterea, Illud quod per medium videtur, non videtur per essentiam: sed Deus in patria videbitur per medium quod est lumen gloriæ, vt patet in Psalmo 35. In lumine tuo videbimus lumen: ergo non videbitur per essentiam.

¶ 16 Præterea, Deus in patria videbitur facie ad faciem vt dicitur 1. Cor. 13. sed hominem quem facie ad faciem videmus, videmus per similitudinē: ergo Deus in patria videbitur per similitudinem, & non per essentiam.

¶ Sed contra est, quod dicitur 1. Corinth. 13. Videmus nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem: sed id quod videtur facie ad faciem, videtur per essentiam: ergo Deus per essentiam videbitur à Sanctis in patria.

¶ Præterea, 1. Ioan. 3. Cùm apparuerit, similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est; ergo videbimus eum per essentiam.

Glo. ordi. ibi.

¶ Præterea, Primæ Cor. 15. super illud, Cùm tradiderit regnum Deo & patri: dicit Glossa, * scilicet vbi, in patria, essentia Patris & Filij & Spiritus sancti videbitur; quod solum mundis cordibus dabitur, quod est summa beatitudo: ergo beati Deum per essentiam videbunt.

¶ Præterea, Ioannis decimo quarto dicitur, Si quis diligit me, diligetur à Patre, & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum: sed illud quod manifestatur per essentiam videtur: ergo Deus à Sanctis in patria per essentiam videbitur.

¶ Præterea, Exod. 33. super illud, Non videbit me homo, & viuet, Gregorius † improbat opinionem illorū qui dicebant, quòd in illa regione beatitudinis Deus in claritate suæ consspici potest, sed in natura videri nō potest, quia aliud non est eius claritas & eius natura. Sed natura eius est essentia eius: Ergo videbitur per essentiam suam.

li. 18. Mor. ca. 37. aut in recētionibus edition. c. 18. & hom. 14 in Ezec. à med.

¶ Præterea, Sanctorum desiderium non potest omnino frustrari: sed Sanctorum desiderium commune est, vt Deum per essentiam videant, vt patet Exod. 33. Ostende mihi gloriam tuam; & in Psal. 79. Ostende faciem tuam, & salui erimus; & Ioan. 14. Ostende nobis Patrem, & sufficit nobis: ergo Sancti Deum per essentiam videbunt.

¶ Respondeo dicendum, quòd sicut secundum fidē ponimus, finem vltimum humanæ vitæ esse visionem Dei, ita Philosophi posuerunt vltimam hominis fœlicitatem esse intelligere substantias à materia separatas secundum esse: & ideò circa hanc quæstionem eadem difficultas & diuersitas inuenitur apud Philosophos & apud Theologos. Quidam enim Philosophi posuerunt, quòd intellectus noster possibilis nunquam potest ad hoc peruenire, vt intelligat substantias separatas, sicut Alpharabius in fine suæ Ethicæ, quàmuis contrarium dixerit in libro de intellectu, vt Commentator refert in tertio de Anima *. Et similiter quidam Theologi posuerunt, quòd intellectus humanus nunquam potest ad hoc peruenire, vt Deum per essentiam videat. Et vtroque ad hoc mouet distantia inter intellectum nostrum, & essentiam diuinam, & alias substantias separatas. Cum enim intellectus in actu sit quodammodo vnum cum intelligibili in actu, videtur difficile quomodo intellectus creatus aliquo modo fiat essentia increata, vnde Chrysostomus † dicit, Quomodò creabile videt increabile; Et maior difficultas est illis adhuc, qui ponunt intellectum possibilem esse generabilem & corruptibilem vtpotè virtutem à corpore dependentem, non solum respectu visionis diuinæ, sed etiam respectu visionis quarumcunque substantiarum separatarum. Sed hæc positio stare omnino non potest. Primò, quia repugnat auctoritati scripturæ Canonicæ, vt Augustinus dicit in libro de videndo Deo. Secundò, quia cum intelligere sit maximè propria operatio hominis, oportet quòd secundum eam astigne tur sibi sua beatitudo, cum hæc operatio in ipso perfecta fuerit. Cum autem perfectio intelligentis, inquantum huiusmodi, sit ipsum intelligibile, si in perfectissima operatione intellectus, homo non perueniat ad videndam essentiam diuinam, sed ad aliquid aliud, oportebit dicere, quòd aliquid aliud sit beatificans ipsum hominem, quàm Deus: & cum vltima perfectio cuiusllibet sit in coniunctione ad suum principium, sequitur, quòd aliquid aliud sit principium effectiuum hominis, quàm Deus quod est absurdum secundum nos, & similiter est absurdum apud Philosophos, qui ponūt animas nostras à substantiis separatis emanare, vt in fine eas possimus intelligere. vnde oportet ponere secūdum nos, q̄ intel-

li. 3. de Anima com 36.

Hom. 14. in Ioan. al quantul ú ab initio tomo 3

Universidad de Deusto
Biblioteca

lectus noster quandoque perueniat ad videndam essentiam diuinam ; & secundum Philosophos, quòd perueniat ad videndam essentiam substantiarum separatarum. Quomodo autem hoc possit accidere, restat inuestigandum. Quidam enim posuerunt, vt Alpharabius & Auenpace, quòd ex hoc ipso q̃ intellectus noster intelligit quæcunque intelligibilia, pertingit ad videndam essentiam substantiæ separatæ, & ad hoc ostendum procedunt duobus modis. Quorum primus est, quòd sicut natura speciei non diuersificatur in diuersis individuis, nisi secundũ quòd coniungitur principiis individuantibus, ita forma intellectiua hominis non diuersificatur apud me & te, nisi secundum quòd cõiungitur diuersis formis imaginabilibus: & ideo quãdo intellectus separat formam intellectam à formis imaginabilibus, remanet quidditas intellecta, quæ est vna & eadem apud diuersos intelligentes, & hmõi est est quidditas substantiæ separatæ. Et ideo quando intellectus noster ad summam abstractionem quidditatis cuiuscunque peruenit, intelligit per hoc quidditatem substantiæ separatæ, quæ est ei similis. Secundus modus est, quia intellectus noster natus est abstrahere quidditatem ad omnibus intelligibilibus habentibus quidditatem. Si ergo quidditas quam abstrahit ab hoc singulari habente quidditatem, sit quidditas non habens quidditatem, intelligendo eam, intelligit quidditatem substantiæ separatæ, quæ est talis dispositionis, eo quòd substantiæ separatæ sunt quidditates subsistentes quæ non habent quidditates : quidditas enim simplicis est ipsum simplex, vt Auic. dicit. Si autẽ quidditas abstracta ab hoc particulari sensibili sit quidditas habens quidditatem, ergo quidditatem illam intellectus natus est abstrahere: & ita cum non sit abire in infinitum, erit deuenire ad quidditatem non habentem quidditatem, per quam intelligitur quidditas separata. Sed iste modus non videtur esse sufficiens. Primò, quia quidditas substantiæ materialis, quam intellectus abstrahit, non est eiusdem rationis cum quidditatibus substãtiarum separatarum, & ita per hoc, quòd intellectus noster abstrahit quidditates rerum materialiũ, & cognoscit eas, non sequitur, quòd cognoscat quidditatem separatæ substantiæ, & præcipue diuinã essentiam, quæ maximè est alterius rationis ab omni quidditate creata. Secundò, quia dato quòd esset eiusdem rationis: tamen cognita quidditate rei compositæ, non cognosceretur quidditas substantiæ separatæ nisi secundum genus remotissimum, quod est substantia. Hæc autẽ cognitio est imperfecta nisi deueniatur ad propria rei. Qui enim cognoscit hominem solum, inquantum est animal, non cognoscit eum nisi secundum quid, & in potentia: & multò minus cognoscit, si non cognoscat nisi substantiæ naturam in ipso. Vnde sic cognoscere Deum vel alias substantias separatas, non est videre essentiam diuinam, vel quidditatẽ substantiæ separatæ : sed est cognoscere per effectum & quasi in speculo.

Et ideo alius modus intelligendi substantias separatas ponitur ab Auicẽna in sua Metaphys. 9. quòd substantiæ separatæ intelliguntur à nobis per intentiones suarum quidditatum, quæ sunt quædam earum similitudines non abstractæ ab eis, quia ipsemet sunt immateriales, sed impressæ ab eis in animabus nostris. Sed hic modus etiam non videtur nobis sufficere ad visionem diuinam, quam quærimus. Constat enim quòd omne quod recipitur in aliquod, est in eo per modum recipientis: & ideò similitudo diuinæ essentiæ impressa in intellectu nostro, erit per modum nostri intellectus: modus autem intellectus nostri deficiens est à per fecta receptione diuinæ similitudinis: defectus autem diuinæ similitudinis potest tot modis accidere, quot modis dissimilitudo inuenitur. Vno enim modo est deficiens similitudo, quando pertingit forma secundum eandem rationem speciei, sed non secundum eãdem perfectionis modum: sicut est similitudo deficiẽs eius qui parum habet de albedine ad illum, qui multum habet. Alio modo adhuc magis deficiens, quando non peruenitur ad eandem rationem speciei, sed tantum ad eandem rationem generis : sicut est similitudo inter illum qui habet colorem ostreum, & illum qui habet colorem album. Alio modo adhuc est magis deficiens, quando ad rationem eandem generis non pertingit, sed solum secundum analogiam huc proportionem, sicut est similitudo albedinis ad hominem in eo, quòd vtrunque est ens, & hoc modo est deficiens omnis similitudo, quæ est in creatura recepta, respectu diuinæ essentiæ. Ad hoc autem quod visus cognoscat albedinem, oportet quòd recipiatur in eo similitudo albedinis secundum rationem suæ speciei, quãmuis nõ secundum eundem modum essendi: quia habet alterius modi esse forma in sensu, & in re extra animam & in intellectu. Si enim fieret in oculo forma citrini, nõ diceretur oculus videre albedinem. Et similiter ad hoc, quòd intellectus intelligat aliquam quidditatem oportet quòd fiat in eo similitudo eiusdem rationis secundum speciem, quãmuis forte non sit idem modus essendi vtrobique: non enim forma existens in intellectu vel sensu, est principium cognitionis secundũ modum essendi, quem habet vtrobique, sed secũdum rationem, in qua communicat cum re exteriori. Et ita patet, quòd per nullam similitudinem recepram in intellectu creato põt Deus intelligi, ita quòd essentia eius videatur immediatè. Vnde etiam quidam ponentes diuinam essentiam per hunc modum videri, dixerunt quòd ipsa essentia non videbatur : sed quidam fulgor quasi radius ipsius. Vnde nec iste modus sufficit ad visionem diuinam, quam quærimus.

Et ideò accipiendus est alius modus, quem etiam quidam Philosophi posuerunt, scilicet Alexander & Auerroes in 3. de Anima. Cum enim in qualibet cognitione sit necessaria aliqua forma, qua res cognoscatur aut videatur, forma ista, qua intellectus perficitur ad videndas substantias separatas, non est quidditas quam intellectus abstrahit à rebus compositis, vt dicebat prima opinio; neque aliqua impressio relicta à substantia separata in intellectu nostro, vt dicebat secunda: sed est ipsa substantia separata, quæ coniungitur intellectui nostro, vt forma, vt ipsa sit quod intelligitur, & qua intelligitur. Et quicquid sit de aliis substantiis separatis: tamen istum modum oportet nos accipere in visione Dei per essentiam, quia quæcunque alia forma informaretur intellectus noster, nõ posset per eam duci in essentiam diuinam quod quidem non debet intelligi, quasi diuina essentia sit vera forma intellectus nostri, vel quòd ex ea & intellectu nostro efficiatur vnum simplex, sicut in naturalibus ex forma & materia naturali: sed quia proportio essentiæ diuinæ ad intellectum nostrum, est sicut proportio formæ ad materiã. Quando cunq; etiã aliqua duo quorum vnum est altero perfectius, recipiuntur in eodem receptibili, proportio vnius duorum ad alterum, scilicet magis perfecti ad minus perfectum, est sicut proportio formæ ad materiã: sicut lux & color recipiunt in diaphano, quorum lux se habet ad colorem sicut forma ad materiã: & ita cum in anima recipiatur lux intellectiua, & ipsa diuina essentia inhabitans, licet non per eundem modum: essentia diuina se habebit ad intellectum sicut forma ad materiam. Et q̃ hoc sufficiat ad hoc q̃ intellectus per diuinam essentiam possit videre ipsam diuinam essentiam, hoc modo potest ostendi. Sicut enim ex forma naturali, qua aliquid habet esse, & materia efficitur vnũ ens simpliciter, ita ex forma, qua intellectus intelligit, & ipso intellectu, fit vnũ in intelligendo. In rebus

-Ii. 3 cõm. 36. & 5.

bus aũt naturalibus res per se subsistens nõ põt forma esse alicuius materiæ, si illa res habeat materiam partem sui: quia non potest esse, vt materia sit forma alicui insi ed si illa res per se subsistens sit forma tantùm, nihil prohibet eam effici formam alicuius materiæ, & fieri quo est ipsius compositi: sicut patet de anima. In intellectu autem oportet accipere ipsum intellectum in potentia quasi materiam, & speciem intelligibilem quasi formam, & intellectus in actu intelligens erit quasi compositum ex vtroque. Vnde si sit aliqua res per se subsistens, quæ non habeat aliquid in se præter id quod est intelligibile in ipsa, talis res poterit esse forma qua intelligit intellectus : res autem quælibet est intelligibilis secundum id quod habet de actu, nõ secundum id quod habet de potentia : vt patet in 9. Metaph. *& huius signum est, quòd oportet formam intelligibilem abstrahere à materia, & ab oĩb. proprietatibus materiæ : & ideo cùm diuina essentia sit actus purus, poterit esse forma, qua intellectus intelligit, & hæc erit visio beatificans: & ideo dicit Magister* in 1. di. 8. circa fin. Sent. quòd vnio animæ ad corpus est quoddam exemplum beatæ vnionis, qua spiritus vnitur Deo.

*9. comment. 20. to. 3.

*li. 2. Sen. dist. 9. K. sub initiũ.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd auctoritas illa potest tripliciter exponi, vt patet per Augustinum in libro de Videndo Deum*. Vno modo, vt excludatur corporalis visio, qua nemo videt, vel visurus est Deũ in essentia sua. Alio modo vt excludatur intellectualis visio Dei per essentiam ab his, qui in ista mortali carne viuunt. Alio modo, vt excludatur visio comprehensionis ab intellectu creato, & sic intelligit Chrysostomus† Vnde subdit: Notitiam huiusmodi dicit euangelista certissimã consideratione & comprehensionem tantùm, quantam habet Pater de Filio: & hic est intellectus Euangelistæ. Vnde subdit, Vnigenitus, qui est, &c. per comprehensionem volens probare filium esse Deum.

* Epist. 112. ad. 6. & 9. to. 2.

* Hom. 24 in Ioan. parum ante med. to. 3.

¶ Ad secundum dicendum, quòd sicut Deus excedit omnia existentia, quæ habent esse determinatum, per essentiam suam infinitam; ita cognitio sua, qua cognoscit, est super omnem cognitionem; vnde quæ est proportio cognitionis nostræ ad essentiam nostrã creatam, ea est proportio cognitionis diuinæ ad essentiam suam infinitam. Ad cognitionem autem duo concurrunt, scilicet cognoscens, & quo cognoscitur. Visio autem illa qua Deum per essentiam videbimus, est eadem cum visione, qua Deus se videt ex parte eius quo videtur: quia sicut ipse se videt per essentiam, ita & nos videbimus eum. Sed ex parte cognoscentis invenitur diuersitas quæ est inter intellectum diuinum & nostrum. In cognoscendo autem, id quod cognoscitur, sequitur formam, qua cognoscimus; quia per formam lapidis videmus lapidem : sed efficacia in cognoscendo sequitur virtutem cognoscentis, sicut qui habet visum fortiorem, acutius videt: & ideo in illa visione nos idem videbimus quòd Deus videt, scilicet essentiam suam, sed non ita efficaciter.

¶ Ad tertium dicendum, quòd Dionysius loquitur de cognitione, qua Deum in via cognoscimus per aliquam formam creatam, qua intellectus noster formatur ad Deum videndum : sed sicut dicit Augustinus. Deus omnem formam intellectus nostri subterfugit, quia quæcunque formam intellectus noster concipiat, illa forma non pertingit ad rationem diuinæ essentiæ : & ideo ipse non potest esse peruius intellectui nostro, sed per hoc eum perfectissimè cognoscimus in statu viæ, quòd scimus eum esse super omne id quod intellectus noster concipere potest, & sic ei coniungimur quasi ignoto: sed in patria idipsum per formam, quæ est essentia sua, videbimus, & coniungemur ei quasi noto.

¶ Ad quartum dicendum, quòd lux est Deus, vt dicitur Ioan. 1. Lumen autem est impressio lucis in aliquo illuminato: & quia essentia diuina est alterius modi, quàm omnis similitudo ipsius impressa intellectui: ideo dicit, quòd diuinæ tenebræ cooperiuntur omni lumini, quia scilicet essentia diuina, quam tenebras vocat, propter claritatis excessum, manet* indeterminata per impressionem intellectus nostri, & per hoc sequitur, quòd absconditur omni cognitioni: & ideo quicunq; videntium Deum aliquid mente concipit, hoc non est Deus, sed aliquid diuinorum effectuum.

* Al. nõ demõstrata.

¶ Ad quintum dicendum, quòd claritas Dei quãmuis excedat omnem formam, qua nunc intellectus noster informatur, non tamen excedit ipsam essentiam diuinam, quæ erit quasi forma intellectus nostri in patria : & ideo licet nunc sit inuisibilis, tamen tunc erit visibilis

¶ Ad sextum dicendũ, quòd quãmuis finiti ad infinitum non possit esse proportio: quia excessus infiniti supra finitum non est determinatus: potest tamen esse inter ea proportionalitas, quæ est similitudo proportionum. Sicut enim finitum æquatur alicui finito, ita infinito infinitum: ad hoc autem vt quid cognoscatur, quandoque oportet esse proportionem inter cognoscentem & cognitum: quia oportet virtutem cognoscentis coæquari cognoscibilitati rei cognitæ : æqualitas autem proportio quædam est: sed quandoque cognoscibilitas rei excedit virtutem cognoscentis, sicut cùm nos cognoscimus Deum, aut è conuerso sicut cùm ipse cognoscit creaturas, & tunc non oportet esse proportionem inter cognoscentem & cognitum, sed proportionalitatem tantùm, vt scilicet, sicut se habet cognoscens ad cognoscendum, ita se habeat cognoscibile ad hoc, quòd cognoscatur, & talis proportionalitas sufficit ad hoc, quòd infinitum cognoscatur à finito, vel è conuerso. Vel dicendum, quòd proportio secundum propriam nominis institutionem significat habitudinem quantitatis ad quantitatem secundum aliquem determinatum excessum, vel adæquationem; sed vlterius est tractatum ad significandum omnem habitudinem cuiuscunque ad aliud: & per hunc modum dicimus, quòd materia debet esse proportionata ad formam; & hoc modo nihil prohibet intellectum nostrum, quãmuis sit finitus, dici proportionatum ad videndum essentiam * diuinam, non tamen ad comprehendendum eam, & hoc propter suam immensitatem.

† A lo infinito tam.

¶ Ad septimum dicendum, quòd duplex est similitudo & distantia. Vna, secundum conuenientiam in natura: & sic magis distat Deus ab intellectu creato, quàm intelligibile creatum à sensu. Alia est secũdum proportionalitatem: & sic est è conuerso, quia sensus non est proportionatus ad cognoscendum aliquod immateriale, sicut intellectus est proportionatus ad cognoscendum quodcunque immateriale; & hæc similitudo requiritur ad cognoscendum, non autem prima. Quia constat quòd intellectus intelligens lapidẽ non est similis ei in natura: esse: sicut etiam visus apprehendit mel rubeum & fel rubeum, quãmuis non apprehendat mel dulce. Fellis enim rubedo magis conuenit cum melle, inquantum est visibile, quàm dulcedo mellis cum melle.

¶ Ad octauum dicendum, quòd in visione, qua Deus per essentiam videbitur, ipsa diuina essentia erit quasi forma intellectus, qua intelliget: nec oportet, quòd efficiantur vnum secundum esse simpliciter, sed solùm quod fiant vnum, quantum pertinet ad actum intelligendi.

¶ Ad nonum dicendum, quòd dictum Auicennæ quantum ad hoc non sustinemus, quia ei etiam ab

alijs

Universidad de Deusto
Biblioteca

alijs Philosophis in hoc contradicitur, nisi fortè velimus dicere, quòd Auicenna intelligit de cognitione substantiarum separatarum, secundum quòd cognoscuntur per habitus scientiarum speculatiuarum, & si militudines aliarum rerum. Vnde hoc introducit ad ostendendum, quòd scientia non est in nobis substantia, sed accidens: & tamen diuina essentia quãuis plùs distet secundum proprietatem naturæ suæ ab intellectu nostro, quàm substantia angeli, tamen plus habet de ratione intelligibilitatis: quia est actus purus, cui non admiscetur aliquid de potentia, quod non contingit in aliis substantijs separatis. Nec illa cognitio qua Deum per essentiam videbimus, ex parte eius quo videbitur, erit in genere accidẽtis, sed solùm quantum ad actum ipsius intelligentis, qui non erit ipsa substantia intelligentis, vel intellecti.

¶ Ad decimum dicendum, quòd substantia separata à materia, se intelligit, & intelligit alia: & vtroq; modo potest verificari auctoritas inducta. Cùm enim ipsa substantia naturæ separatæ essentia sit, per seipsam est intelligibilis & in actu, cò quòd est à materia separata: constat autem quòd quando substantia separata intelligit se, quòd omnino idem est intelligens, & intellectum. Non enim intelligit se per aliquam intentionem abstractam à se, sicut nos intelligimus res materiales: & hic videtur esse intellectus Philosophi in tertio de Anima*, ut per Commentatorem ibidem patet. Secundùm autem quòd intelligit res alias, intellectum in actu fit vnum cum intellectu in actu, inquãtum forma intellecti fit forma intellectus, inquantum est intellectus in actu, non quòd sit ipsamet essentia intellectus, vt Auicenna probat in 6. de Naturalibus, quia essentia intellectus manet vna sub duabus formis, secundùm quòd intelligit res duas successiuè ad modum, quo materia prima manet vna sub diuersis formis. Vnde etiam Commentator in tertio de Anima * comparat intellectum possibilem quantum ad hoc materiæ primæ: & sic nullo modo sequitur, quòd intellectus noster videns Deum, fiat ipsa essentia diuina, secundùm quòd ipsa comparatur ad ipsum quasi perfectio & forma.

* li.3.com. 15.to.2.

* li.3.com. 5. to. 36.

¶ Ad vndecimum dicendum, quòd auctoritates illæ & omnes similes sunt intelligendæ de cognitione, qua cognoscimus Deum in via, ratione prius posita.

¶ Ad duodecimum dicendum, quòd infinitum priuatiuè dictum, est ignotum, inquantum huiusmodi: quia dicitur per remotionem complementi, à quo est cognitio rei. Vnde infinitum reducitur ad materiam subiectam priuationi, vt patet in tertio Physicorum*. Sed infinitum negatiuè acceptum dicitur per remotionem materiæ terminãtis: quia forma etiã quodam modo terminatur per materiam. Vnde infinitum hoc modo est maximè de se cognoscibile; & hoc modo infinitus est Deus.

* li.3.com. 59.to.2.

¶ Ad decimumtertium dicendum, quòd Augustinus loquitur de visione corporali, qua Deus nũquam videbitur, quod patet ex hoc quod præmittitur. Sicut enim videntur ista quæ visibilia nominantur: Deum nemo vidit vnquam, nec videre potest, & est natura inuisibilis sicut & incorruptibilis. Sicut autem secundum naturam suam est maximè ens, ita & secundum se est maximè intelligibilis: sed quòd à nobis quandoque non intelligatur, est ex defectu nostro. Vnde quòd videatur postquàm visus non fuit à nobis, non est ex mutatione sua, sed nostra.

* Epist.112. ca.6.

¶ Ad decimumquartum dicendum, quòd Deus in patria videbitur à Sanctis sicuti est, si hoc referatur ad modum ipsius visi; videbitur enim à Sanctis Deus habere illum modum quem habet. Sed si referatur modus ad ipsum cognoscentem, non videbitur sicuti est, quia non erit tanta efficacia intellectus creati ad videndum, quanta est efficacia essentiæ diuinæ ad hoc, quòd intelligatur.

¶ Ad decimumquintum dicendum, quòd medium in corporali visione & intellectuali inuenitur triplex. Primum est mediũ sub quo videtur, & hoc est quod perficit visum ad videndum in generali, non determinans visum ad aliquod speciale obiectum: sicut se habet lumen corporale ad visum corporalem, & lumen intellectus agentis ad intellectum possibilem, secundum quòd est medium. Secundum est medium, quo videtur: & hæc est forma visibilis, qua determinatur potentia visus ad speciale obiectum: sicut per formam lapidis ad cognoscendum lapidem. Tertium est medium, in quo videtur, & hoc est id per cuius inspectionem ducitur visus in aliam rem: sicut inspiciendo speculum ducitur in ea, quæ in speculo repræsentantur, & videndo imaginem ducitur in imaginatum; & sic etiam intellectus per cognitionem effectus, ducitur in causam, vel è conuerso. In visione igitur patriæ non erit tertium medium, vt scilicet Deus per species aliorum cognoscatur, sicut nunc cognoscit: tatione cuius dicimur nunc videre in speculo: nec erit ibi secundum medium, quia ipsa essentia diuina erit, qua intellectus noster videbit Deum: sed erit ibi tantùm primum medium, quod elicuabit intellectum nostrum ad hoc, quòd possit coniungi substantiæ increatæ modo prædicto: sed ab hoc medio non dicitur cognitio mediata, quia non cadit inter cognoscentem & rem cognitam, sed est illud quod dat cognoscenti vim cognoscendi.

¶ Ad decimumsextum dicendum, quòd creaturæ corporales non dicuntur immediatè videri, nisi quando id quod est in eis *cognoscibile, visui ei coniungitur: non sunt autem cognoscibiles per essentiam suã, ratione materialitatis, & ideo tũc immediatè videtur, quando eorum similitudo intellectui cõiungitur: sed Deus per essentiam suam cõiungibilis est intellectui, vnde non immediatè videretur: nisi essentia sua coniungeretur intellectui, & hæc visio immediatè dicitur visio faciei. Et prætereà similitudo rei corporalis recipitur in visu secundum eandem rationem, qua est in re, licèt non secundùm eundem modum essendi: & ideo similitudo illa ducit in illam rem directè, non autem potest hoc modo ducere aliqua similitudo intellectum nostrum in Deum, vt ex dictis * patet, & propter hoc non est simile.

* Al. coniugibile. † Al. conſugibiles.

In hoc ar.

ARTICVLVS II.

Vtrùm Sancti, post resurrectionem, Deum corporalibus oculis videbunt. 397

AD secundum sic proceditur. Videtur, quòd sancti, post resurrectionem, Deum corporalibus oculis videbunt. Oculus enim glorificatus maioris erit virtutis, quàm aliquis oculus non glorificatus: sed Beatus Iob oculo suo Deum vidit, Iob 42. Auditu auris audiui te, nunc autem oculus meus videt te: ergo multò fortiùs oculus glorificatus per essentiam Deum videre poterit.

¶ 2 Præt. Iob decimonono; In carne mea videbo Deum Saluatorem meum: ergo in patria Deus corporalibus oculis videbitur.

¶ 3 Præt. Augustinus *12. de Ciuitate Dei, loquens de visu oculorum glorificatorum, sic dicit: Vis præpollentior oculorum erit illorum, non vt acriùs videant, quàm quidem perhibẽtur videre serpentes, vel aquilæ (quantalibet enim acrimonia cernendi eadem animalia vigeant, nihil aliud possunt videre, quàm corpora) sed vt videant incorporalia. Quæcunque autem potentia cognoscitiua est incorporalium, poterit elenari ad videndum Deum. Ergo oculi glorioſi Deum videre poterunt.

* li.22 ca. 29. in med. † Al. acriùs.

¶ 4 Præt.

¶ 4 Præt. Quæ est differentia corporalium ad incorporalia, eadem est è conuerso: sed oculus incorporeus potest corporalia videre: ergo oculus corporeus potest videre incorporalia, & sic idem quod prius.

* li.1.c.14 à med. ibus.

¶ 5 Præt. Gregor*. in 5. Moralium super illud Iob. 4. Stetit quidam, cuius non agnoscebam vultum, &c. sic dicit, Homo qui si præceptum seruare voluisset, carne spiritualis futurus fuerat, sed ipse est peccando etiã carnalis mente. Sed ex hoc, quòd est mente factus carnalis, vt ibidem dicitur, solùm ea cogitat, quæ ad animum per corporum imagines trahit. ergo etiam quando carne spiritualis erit (quod post resurrectionem sanctis promittitur) etiam carne spiritualia videre poterit, & sic vt prius.

¶ 6 Præt. Homo à solo Deo potest beatificari: beati beabuntur autem non solùm quantum ad animam, sed etiam quantum ad corpus: ergo nõ solùm intellectu, sed etiam carne Deum videre poterit.

¶ 7 Præt. Sicut Deus est præsens per suam essentiã in intellectu: ita etiam erit præsens in sensu, quia erit omnia in omnibus, vt dicitur 1. Corinth. 15. sed videbitur ab intellectu ex hoc, quòd sua essentia ei coniungetur: ergo poterit videri etiam à sensu.

* lib.1. in Lucam de Angelis appartione, à medio to.5. † super illud Isa. 1. Vidi Dominum sedẽtem. id ex eo refert Aug. epist.112 ca finem. * Eodem loco mox dicto. ‡ Aug. epi. 112. c.11. in fine illius to. 2. * lib.3 4. de Trin. c.4. Parum à prin. to.3.

¶ Sed contra, Ambrosius* dicit super Lucam. Nec corporalibus oculis Deus quæritur, nec circunscribitur visu, nec tactu tenetur: ergo nullo corporali sensu Deus videbitur.

¶ Præterea, Hieronym† dicit: Non solùm diuinitatem Patris, sed nec Filij, nec Spiritus sancti oculi carnis possunt aspicere, sed oculi mentis, de quibus dicitur, Beati mundo corde.

¶ Præterea, Idem Hieron*. dicit, Res incorporalis corporalibus oculis non videtur: sed Deus est maximè incorporeus: ergo, &c.

¶ Præterea, Aug.‡ lib. de videndo Deum: Deum nemo vidit vnquam, vel in hac vita, sicut ipse est, vel in angelorum vita, sicut visibilia ista, quæ corporali visione cernuntur: sed vita angelorum dicitur vita beata, in qua resurgentes viuent: ergo, &c.

¶ Præterea, Secundum hoc homo dicitur factus ad imaginem Dei, quòd Deum cõspicere potest: vt Aug. * dicit: sed homo est ad imaginẽ Dei secundùm mentem, non secundum carnem: ergo mente & non carne Deum videbit.

¶ Respon. dicendum, quòd sensu corporali aliquid sentitur dupliciter. Vno modo per se, alio modo per accidens. Per se quidem sentitur illud quod per se passionem sensũ corporali inferre potest: per se autem potest aliquid passionem inferre aut sensui, inquantũ est sensus: aut huic sensui, inquantum est hic sensus. Quod autem hoc secundo modo infert per se passionem sensũ, dicitur sensibile proprium, sicut color respectu visus, & sonus respectu auditus. Quia aũt sensus inquantum est sensus, vtitur organo corporali, nõ potest in eo aliquid recipi nisi corporaliter, cùm omne illud quod recipitur in aliquo, sit in eo per modũ recipientis: & ideo omnia sensibilia inferunt passionẽ sensibus inquantum est sensus, secundùm quòd habent magnitudinem: & ideo magnitudo & omnia cõsequentia, vt motus & quies, & numerus, & huiusmodi, dicuntur sensibilia communia per se tantùm. Per accidens autem sentitur illud quod non infert passionem sensui, neq; inquantum est sensus, neq; inquantum est hic sensus, sed coniungitur his quæ per se sensui inferunt passionem: sicut Socrates & filius patri, & amicus, & alia huiusmodi quæ per se cognoscũtur, in vniuersali, ab intellectu, in particulari autem, à virtute cogitatiua in homine, æstimatiua autem in aliis animalibus. Huiusmodi autem tunc sensus exterior dicitur sentire, quamuis per accidens, quando ex eo q̃ per se sentitur vis apprehensiua, cuius est illud cognitum per se cognoscere, statim & sine dubitatione & discursu apprehendit: sicut videmus aliquem viuere, ex hoc, q̃ loquitur, quando autem aliter se habet, non dicitur illud sensus videre etiam per accidens. Dico ergo, q̃ deus nullo modo potest videri visu corporali; aut aliquo alio sentiri sensu, sicut per se visibile nec hic nec in patria: quia si à sensu remoueatur id quod conuenit sensui, inquantum est sensus, non erit sensus. Et similiter si à visu remoueatur illud quod est visus, inquantum est visus, non erit visus. Cùm ergo sensus inquantum est sensus, percipiat magnitudinem, & visus inquantum est talis sensus, percipiat colorem, impossibile est, q̃ visus percipiat aliquid quod non est color nec magnitudo, nisi sensus diceretur æquiuocè. Cùm ergo visus & sensus sit futurus idem specie in corpore glorioso, nõ poterit esse, q̃ diuinam essentiam videat, sicut visibile per se. Videbit autem eam sicut visibile per accidens, dum ex parte vnius visus corporalis tantam gloriam dei inspiciet in corporibus, & præcipuè gloriosis, & maximè in corpore Christi: & ex parte alia intellectus tam clarè eum videbit, q̃ in rebus corporalibus visis deus percipietur, sicut in locutione percipitur vita: quamuis enim tunc intellectus noster non videat nisi ex creaturis, tamen videbit deum in creaturis corporaliter visis. Et hunc modum, quo deus corporaliter posset videri, Augustinus * ponit in fine de ciuitate dei, vt patet eius verba intuenti: dicit enim sic, Valde credibile est sic non esse visuros mundana tunc corpora cœli noui & terræ noui, vt deum vbiq; præsentem & vniuersa etiam corporalia gubernantẽ clarissima perspicuitate videamus: non sicut nunc inuisibilia dei per ea quæ facta sunt intellecta, conspiciuntur; sed sicut homines mox vt à picimus, non credimus viuere, sed videmus.

* li.22. ca. 29. sed-nando ad finem, 25.

¶ Ad primum ergo dicendum, q̃ verbum illud Iob, intelligitur de oculo spirituali; de quo dicit Apostolus Ephes. 1. illuminatos habere oculos cordis nostri.

¶ Ad secundum dicendum, quòd illa auctoritas nõ intelligitur, quòd per oculos carnis deum simus visuri, sed quia in carne existentes deum videbimus.

¶ Ad tertium dicendum, quòd Augustinus loquitur inquirendo in verbis illis, & sub conditione: quod patet ex hoc, quod præmittitur*. Lonè itaq; alterius erunt potentiæ, si per eos videbit incorporea illa natura: & postea subdit; Vis itaque, &c. Postmodum determinat, vt dictum est.

* ibid non lẽgẽ aut e cita verba. † In corp. at.

¶ Ad quartum dicendum quòd omnis cognitio fit per aliquam abstractionem à materia; & ideo quantò forma corporalis magis abstrahitur à materia, tantò magis est principium cognitionis, & inde est quòd forma in materia existens nullo modo est cognitionis principium, in sensu autem, aliquo modo, prout à materia separatur; & in intellectu nostro, adhuc melius: & ideo oculus spiritualis, à quo remouetur impedimentum cognitionis, potest videre rem corporalem: non autem sequitur, quòd oculus corporalis, in quo deficit vis cognitiua, secundum quòd participat de materia, possit cognoscere perfectè cognoscibilia, quæ sunt incorporea.

¶ Ad quintum dicendum, quòd quamuis mens secta carnalis non possit cogitare nisi accepta à sensibus, tamen ea cogitat immaterialiter: & similiter oporteret, quòd visus id quod apprehendit, semper apprehendat corporaliter. Vnde non potest cognoscere illa quæ corporaliter apprehendi non possunt.

¶ Ad sextum dicendum, quòd beatitudo est perfectio hominis, inquantum est homo: quia homo nõ habet quòd sit homo, ex corpore, sed magis ex anima. corpora autem sunt de essentia hominis, inquantum sunt perfecta per animam: ideo beatitudo hominis non consistit principaliter nisi in actu animæ, & ex ea

deriuatur

Universidad de Deusto
Biblioteca

deriuatur ad corpus per quandam redundantiam, sicut patet ex his quæ dicta sunt. Quædam tamen beatitudo corporis nostri erit, inquantum Deum videbit in sensibilibus creaturis, & præcipuè in corpore Christi.

¶Ad septimum dicendum, q̃ intellectus est perceptiuus spiritualium, non autem visus corporalis: & ideo intellectus poterit cognoscere diuinam essentiam sibi coniunctam, non autem visus corporalis.

ARTICVLVS III.

Vtrùm sancti Deum videntes, omnia videant, quæ Deus videt.

AD tertium sic proceditur. Videtur, quòd sancti videntes Deum per essentiam, omnia videant quæ Deus in seipso videt. Quia sicut Isidor. *in lib. de Summo bono dicit, Angeli in verbo Dei omnia sciunt antequam fiant; sed sancti angelis Dei æquales erunt, vt patet Matth. vigesimosecundo: ergo & sancti videndo Deum, omnia vident.

*li. 1. c. 12. ante medium.

*li. 4. c. 33. in fine.

¶2 Præt. Grego. *in 3. Dialog. dicit. Quia illic omnes communi claritate Deum conspiciunt: quid est quod ibi nesciant, vbi scientem omnia sciunt; loquitur autem de beatis, qui Deum vident per essentiam: ergo qui vident Deum per essentiam, omnia cognoscunt.

*li. 3 com. 9. 40. 2.

¶3 Præt. Sicut dicit in 3. de Anima † intellectus cũ intelligit maxima, magis potest intelligere minima: sed maximum intelligibile est Deus: ergo maximè auget virtutem intellectus in intelligendo: ergo intellectus cum videns, omnia intelligit.

† Al. refertur.

¶4 Præt. Intellectus non impeditur ab intelligendo aliquid, nisi inquantum illud superat ipsum: sed intellectum Deum videntem nulla creatura superat, quia vt dicit Gregorius *in 2. Dialog. Animæ videnti Creatorẽ angusta fit omnis creatura: ergo videntes Deum per essentiam omnia cognoscunt.

*li. 2. c. 35 à medio.

¶5 Præt. Omnis passiua potentia quæ non est reducta ad actum, est imperfecta: sed in intellectu possibili animæ humanæ est potentia quasi passiua ad cognoscendum omnia, quia intellectus possibilis est quo est omnia fieri, vt dicitur in 3. de Anima *: si ergo in illa beatitudine non intelligeret omnia, remaneret imperfectus; quod est absurdum.

*li. 3. com. 18. 10. 2.

† Al. refulgent. * Al. resultant.

¶6 Præt. Quicunq; videt speculum, videt ea quæ in speculo † relucent: sed in verbo Dei omnia sicut in speculo * relucent: quia ipse est ratio & similitudo omnium: ergo sancti qui vident verbum per essentiam, vident omnia creata.

¶7 Præt. Vt dicitur Prouer. 10. Desiderium suum iustis dabitur: sed sancti desiderant omnia scire, quia omnes homines natura scire desiderant, & natura per gloriam non auferetur: ergo dabitur eis à Deo quod omnia cognoscant.

¶8 Præt. Ignorantia est quædam pœnalitas præsentis vitæ: sed omnis pœnalitas per gloriam à sanctis auferetur. ergo & omnis ignorantia, & ita omnia cognoscent.

¶9 Præt. Beatitudo sanctorum prius est in anima, quàm in corpore: sed corpora sanctorum formabuntur in gloria ad similitudinem corporis Christi, vt patet Phil. 3. ergo & animæ perficientur ad similitudinẽ animæ Christi. Sed anima Christi in verbo omnia videt * : ergo & omnes animæ sanctorum videbunt omnia in verbo.

Tho. in 3. Sen. d. 14.

¶10 Præt. Sicut sensus, ita intellectus cognoscit omne illud, cuius similitudine informatur: sed diuina essentia expressiùs indicat quamlibet rem, quàm aliqua similitudo alia rei: ergo cùm in illa beata visione essentia diuina fiat, quasi forma intellectus nostri beati; videtur, quòd sancti videntes Deum, omnia videant.

*li. 3 com. 5. & 36.

¶11 Præt. Commentator dicit in tertio de anima *, quòd si intellectus agens esset forma intellectus possibilis, intelligeremus omnia: sed diuina essentia clarius repræsentat omnia, quàm intellectus agens: ergo intellectus videns Deum per essentiam, omnia cognoscit.

¶12 Præt. Propter hoc quòd inferiores angeli nunc non omnia cognoscunt, illuminãtur de gnotis à superioribus: sed post diem iudicij angelus non illuminabit angelum, tunc enim omnis prælatio cessabit, vt dicit glossa. *primæ Corint. decimoquinto: ergo inferiores angeli omnia scient, & eadem ratione omnes alii sancti Deum per essentiam videntes.

* Glossa ordinaria super illud, Cùm euacuerit omne principatum, † ca. 6. ecclesiast. hier. non longè à fine.

¶Sed contra, Sicut dicit Dionysius † in fine Cæl. hierar. Angeli superiores inferiores à nescientia purgant: angeli autem inferiores vident essentiam diuinam; ergo angelus videns essentiam diuinam, pòt aliqua nescire. Sed anima non perfectiùs videbit Deum, quàm angelus ergo animæ videntes Deum non oportet quòd omnia videant.

¶Præterea, Solus Christus habet spiritum non ad mensuram, vt dicitur Ioan. 3. sed Christo inquantum habet spiritum non ad mensuram competit quòd in verbo omnia cognoscat: vnde ibidem dicitur, quòd pater omnia dedit in manu eius: ergo nulli alii competit cognoscere omnia in verbo, nisi Christo.

¶Præterea, Quanto aliquod principium perfectius cognoscitur, tanto plures eius effectus cognoscuntur per ipsum: sed quidam videntium Deum per essentiã, perfectius aliis cognoscent Deum, qui est rerum omnium principium: ergo quidam aliis plura cognoscent, & ita non omnes omnia scient.

¶Respon. dicendum, quòd deus videndo suam essentiam, cognoscit omnia quæ sunt, & erunt, & fuerunt: & hæc dicitur cognoscere notitia visionis: quia ad similitudinem visionis corporalis cognoscit ea quæ si præsentia. Cognoscit insuper videndo suam essentiam, omnia quæ potest facere, quamuis nunquam fecerit, nec facturus sit, aliàs non perfectè cognosceret potentiam suam; non enim potest eo nosci potentia nisi sciantur potentiæ obiecta: & hæc dicitur cognoscere scientia vel notitia simplicis intelligentiæ. Impossibile est autem, quòd aliquis intellectus creatus cognoscat omnia, videndo diuinam essentiam, quæ deus potest facere: quia quantò aliquod principium perfectiùs cognoscitur, tantò plura scientur in illo: sicut in vno demonstrationis principio, ille qui est perspicacioris ingenij plures conclusiones videt, quàm alius, qui est ingenij tardioris. Cùm ergo quantitas potentiæ diuinæ attendatur secundum ea quæ potest, si aliquis intellectus videret in diuina essentia omnia quæ Deus potest facere, eadem esset quantitas perfectionis in intelligendo, quæ est quantitas diuinæ potentiæ in producendo effectus, & ita comprehenderet diuinam * essentiam, quod est impossibile omni creato intellectui. Illa autem omnia quæ Deus scit notitia visionis, aliquis intellectus creatus cognoscit in verbo, scilicet anima Christi †. Sed de aliis videntibus diuinam essentiam duplex est opinio. Quidam enim dicunt, quòd omnes videntes Deum per essentiam, vident omnia quæ Deus videt scientia visionis. Sed hoc repugnat sanctorum dictis, qui ponunt angelos aliqua ignorare, quos tamen constat secundum fidem omnes Deum per essentiam videre. Et ideo alii dicunt, quòd alii à Christo, quamuis videant Deum per essentiam, non tamen omnia videt quæ Deus videt, eò quòd essentiam diuinam non comprehendunt. Non est enim necessarium, quòd sciens causam, sciat omnes eius effectus, nisi causam comprehendat, quod non

* Al. potentiam.

† Tho. in 3. lib. Sent. dist. 14.

non competit intellectui creato, & ideo vnusquisque videntium Deum per essentiam, tantò plura in eius essentia conspicit, quantò clarius diuinam essentia intuetur: & inde est quòd de his potest vnus alium instruere, & sic scientia angelorum & animarum sanctarum potest augeri vsque ad diem iudicij, sicut & alia quæ ad præmium accidentale pertinent: sed vlteriùs non proficiet, quia tũc erit vltimus status rerum; & in illo statu possibile est quòd omnes omnia cognoscãt, quæ Deus scientia visionis nouit.

* lib. 1. de summo bono, ca. 12. ante medium.

¶Ad primum ergo dicendum, quòd hoc quod Isidorus * dicit, quòd angeli sciunt in verbo omnia antequam fiant, non potest referri ad ea quæ Deus scit scientia simplicis intelligentiæ tantùm, quia illa nunquam fiẽt: sed referendũ est ad ea tantùm, quæ Deus scit scientia visionis, de quibus etiam non dicit, quòd omnes angeli ea omnia cognoscant, sed fortè aliqui: & illi etiã qui cognoscunt non perfectè omnia cognoscunt. In vna enim re est multas rationes intelligibiles considerare, sicut diuersas eius proprietates, & habitudines ad res alias: & possibile est, quòd eadem re scita à duobus communiter, vnus alio plures rationes percipiat, & has rationes vnus ab alio accipiat. Vnde & Dion. *dicit 4. c. de diuin. nomin. quòd inferiores angeli docentur à superioribus rerum scibiles rationes; & ideo etiam angeli qui omnes creaturas cognoscunt, non oportet quòd omnia quæ in eis intelligi possunt, percipiant.

*c. 4. non longè à prin.

¶Ad secundum dicendum, quòd ex verbo illo Gregorii ostenditur, quòd in illa beata visione est sufficientia ad omnia intuenda ex parte diuinæ essentiæ, quæ est medium quo videtur, per quam Deus omnia videt: sed quòd non omnia videantur, est ex defectu intellectus creati, qui diuinam essentiam non comprehendit.

¶Ad tertium dicendum, quòd intellectus creatus non videt diuinam essentiam secundum modum ipsius essentiæ, sed secundum modum proprium, qui finitus est: vnde non oportet quod eius efficacia in cognoscendo ex visione prædicta amplietur in infinitum ad omnia cognoscenda.

¶Ad quartum dicendum, quòd defectus cognitionis non solùm procedit ex excessu & defectu cognoscibilis super intellectum; sed etiam ex hoc, quòd intellectui non coniungitur id quod est ratio cognoscibilis: sicut visus non videt lapidem quandoque, ex hoc, quòd species lapidis non est ei coniuncta: quamuis autem intellectui Deum videntis coniungatur ipsa diuina essentia, quæ est omnium ratio, non tamen coniungitur ei prout est omnium ratio, sed secundum quod est ratio aliquorum; & tantò plurium, quantò quisque plenius diuinam essentiam intuetur.

¶Ad quintum dicendum, quòd quando potentia passiua est perfectibilis pluribus perfectionibus ordinatis, si perfecta sit sua vltima perfectione, non dicetur imperfecta, etiam si aliquæ dispositiones præcedentes ei desint. Omnis autem cognitio qua intellectus creatus perficitur, ordinatur sicut ad finẽ, ad Dei cognitionem: vnde videns Deum per essentiam, etiã si nihil aliud cognosceret, perfectum intellectum haberet; nec est perfectio ex hoc, quòd aliquid aliud eum ipso cognoscit, nisi quatenus ipsum pleniùs videt. Vnde Augu. *in 5. Confes. Infelix homo qui scit, illa oĩa creata, te aũt nescit: beatus autem qui te scit, etiam si illa nesciat. Qui verò te & illa nouit, non propter illa beatior, sed propter te solùm beatus est.

*li. 5. Confes. c. 4. in principio, to. 1.

¶Ad sextum dicendum, quòd speculum illud est voluntarium; & sicut ostendet se cui vult, ita in se ostendet quæ vult: nec est simile de speculo materiali, in cuius potestate non est quòd videatur, vel non videatur. Vel dicẽdum, quòd in speculo materiali, tam res, quàm speculũ videntur sub propria forma quam uis speculum illud videtur per formam à re acceptã. Lapis verò per proprium formam resultantem in re alia: & ideo propter quam rationem cognoscitur vnũ & aliud. Sed in speculo increato videtur aliquid per formam ipsius speculi, sicut effectus videntur per similitudinem causæ, & econuerso: & ideo non oportet, quòd quicunque videt speculum æternum, videat omnia quæ in speculo resultant, non enim necesse est, quòd videns causam videat omnes effectus eius, nisi comprehendat causam.

¶Ad septimum dicendum, quòd sanctorum desiderium, quo omnia scire desiderant, implebitur ex hoc solùm, quòd Deum videbunt, sicut desiderium eorum quo omnia bona habere cupiunt, complebitur in hoc, quòd Deum habebunt. Sicut enim Deus in hoc, quòd habet perfectam bonitatem, sufficit affectui, & eo habito, omnia bona quodammodo habentur; ita eius visio sufficit intellectui, Ioan. 14. Domine, ostende nobis Patrem, & sufficit nobis.

¶Ad octauum dicendum, quòd ignorantia propriè accepta, in priuationem sonat, & sic pœna est: sic enim ignorantia est nescientia aliquorum quæ sciri debent, vel quæ necesse est scire: nullius autem horũ scientia sanctis deerit in patria. Quandoque autem ignorantia communiter accipitur pro omni nescientia; & sic angeli & sancti in patria quædam ignorabunt, vnde Dionysius * dicit, quod angeli à nescientia purgantur: sic autem ignorantia non est pœnalitas, sed defectus quidam: nec est necesse quod omnis talis defectus per gloriam auferatur, sic enim etiam posset dici, quod defectus esset in Papa Lino, quod non peruenit ad gloriam Petri.

* Ca. 6. ecclesiast. hier. p. 3. à med.

¶Ad nonum dicendum, quod corpus nostrum cõformabitur corpori Christi in gloria secundum similitudinem, non secundum æqualitatem. erit enim clarum sicut & corpus Christi, sed non æqualiter. Et similiter anima nostra habebit gloriam ad similitudinem animæ Christi, sed non ad æqualitatem: & ita habebit scientiã sicut anima Christi, sed non tantam, vt scilicet sciat omnia sicut anima Christi.

¶Ad decimum dicendum, quod quamuis essentia diuina sit ratio omnium cognoscibilium, non tamen cõiũgetur cuilibet intellectui creato, secundum quod est ratio omnium: & ideo ratio non sequitur.

¶Ad vndecimum dicendum, quod intellectus agens est forma proportionata intellectui possibili; sicut etiam potentia materiæ est proportionata potentiæ agentis naturalis, vt omne quod est in potentia passiua materiæ vel intellectus possibilis, sit in potentia actiua intellectus agentis, vel naturalis agentis: & ideo si intellectus agens fiat forma intellectus possibilis, oportet, quod intellectus possibilis cognoscat omnia ad quæ se extendit virtus intellectus agentis: diuina autem essentia non est forma hoc modo nostro intellectui proportionata: & ideo non est simile.

¶Ad duodecimum dicendum, quod nihil prohiber dicere, quod post diem iudicii quando gloria hominum & angelorum erit penitus consummata, omnes beati scient omnia, quæ Deus scientia visionis nouit; ita tamen quod non omnes omnia videant in essentia diuina: sed anima Christi ibi plenè videbit omnia, sicut & nunc videt; alii autem videbunt ibi plura vel pauciora secundum gradum quod Deum cognoscent; & sic anima Christi de his quæ præ aliis videt in verbo, omnes alias illuminabit. Vnde dicitur Apoc. 21. quòd claritas Dei illuminabit ciuitatem * Hierusalem, & lucerna eius est agnus. Et similiter alii superiores illuminabunt inferiores, non quidem noua illuminatione, vt scientia inferiorum per hoc augeatur, sed quadam continuatione illuminationis, sicut si intel-

* Al. beatorum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

intelligarut,quòd Sol quiescens illuminat aerem:& ideo dicitur Dan. 12. quòd qui ad iustitiam eruditi sunt multos, fulgebunt quasi stellæ in perpetuas æternitates. Prælatio autem ordinum dicitur cessatura quantùm ad ea,quæ nunc circa nos per eorũ ordinata ministeria exercentur,vt patet etiam per glossam ibidem.

QVAESTIO XCIII.

De sanctorum beatitudine, & eorum mansionibus,in tres articulos diuisa.

EINDE considerandum est de sanctorum beatitudine,& eorum mansionibus.

¶ Circa quod quæruntur tria.

¶ Primò, vtrùm sanctorum beatitudo augeatur post iudicium.

¶ Secundò, vtrùm gradus beatitudinis appellentur mansiones.

¶ Tertiò,vtrùm diuersæ mansiones distinguantur penès diuersos gradus charitatis.

ARTICVLVS I.

An beatitudo sanctorum sit maior futura post iudicium, quàm antè.

399 Tho. 4 di. 49.q.1.ar. 4. q. 1. & seq. AD primum sic proceditur.Videtur,quòd beatitudo sanctorum non sit maior futura post iudiciũ, quàm antè. Quantò enim aliquid magis accedit ad similitudinem diuinam,tantò perfectius beatitudinẽ participat;sed anima à corpore separata,Deo similior est,quàm corpori coniuncta: ergo maior est beatitudo ante corporis resumptionem, quàm post.

¶ 2 Præt.Virtus vnita magis est potens,quàm multiplicata,sed anima extra corpus est magis vnita, quàm cùm est corpori coniuncta: ergo virtus eius est maior ad operandum,& ita perfectius beatitudinem participat, quæ in actu consistit.

¶ 3 Præt.Beatitudo consistit in actu intellectus speculatiui : sed intellectus in suo actu non vtitur organo corporali,& sic corpus resumptum, non efficier,vt anima perfectiùs intelligat : ergo beatitudo animæ non erit maior post resurrectionem,quàm antè.

¶ 4 Præt.Infinito non potest esse aliquid maius,& ita infinitum cum aliquo finito non facit maius,quàm infinitum ipsum:sed anima beata ante corporis resumptionem beatitudinem habet de hoc,quòd gaudet de bono infinito : scilicet Deo: post resurrectionem autẽ corporis non habebit de alio gaudium, nisi forte de gloria corporis quod est bonum quoddam finitum:ergo gaudium eorum post corporis resumptionem non erit maius,quàm antè.

¶ Sed contra est,quod dicitur Apoc.6.super illud, Vidi subtus altare animas interfectorum, &c. dicit * Gl. ordinar. ibid. glos. Modò animæ sanctorum sunt existentes subtus altare,id est in minori dignitate,quàm sint futuræ:ergo maior erit eorum beatitudo post mortem.

¶ Præterea, Sicut bonis beatitudo redditur pro præmio,ita & malis miseria:sed miseria malorum post resurrectionẽ corporum erit maior, quàm antè, quia non solùm in anima, sed etiam in corpore punientur, ergo & beatitudo sanctorum erit maior post resurrectionem corporum,quàm antè.

¶ Respon.dicendum, quòd beatitudinem sanctorum post resurrectionem augeri quidem extẽsiuè manifestum est,quia beatitudo tunc erit non solùm in anima,sed etiam in corpore. Et etiam ipsius animæ beatitudo augebitur extensiuè,inquantum anima non solùm gaudebit de bono proprio, sed etiam de bono corporis. Potest etiam dici, quòd ipsius animæ beatitudo intensiuè augebitur. Corpus enim hominis dupliciter potest cõsiderari. Vno modo secundum quòd est ab anima perfectibile. Alio modo secundum quòd est in eo aliquid repugnans animæ in suis operationibus,prout non perficit corpus per animam perficitur. Secundum autem primam considerationem corporis, cõiunctio corporis ad animam addit animæ aliquam perfectionem; quia omnis pars imperfecta est, & cõpletur in suo toto : vnde & totum se habet ad partem vt forma ad materiam. Vnde & anima perfectior est in esse suo naturali, cùm est in toto, scilicet in homine coniuncto ex anima & corpore, quàm cùm est pars separata. Sed vnio corporis quantùm ad secundam ipsius considerationem impedit animæ perfectionem. Vnde dicitur Sapientiæ 9. Corpus quod corrumpitur aggrauat animam. Si ergo à corpore remoueatur omne illud per quod animæ actioni resistit,simpliciter anima erit perfectior in corpore tali existens,quã separata: quantò autem est perfectius in esse,tantò potest perfectiùs operari. Vnde & operatio animæ cõiunctæ tali corpori,erit perfectior, quàm operatio animæ separatæ. Huiusmodi autem corpus erit corpus gloriosum, quod omnino subditur spiritui: vnde cùm beatitudo in operatione consistat, perfectior erit beatitudo animæ post resumptionem corporis,quàm antè. Sicut enim anima separata à corpore corruptibili perfectiùs potest operari,quàm ei coniuncta, ita postquam fuerit coniuncta corpori glorioso, perfectior erit eius operatio, quàm quando erat separata. Omne autem imperfectum appetit suam perfectionem, & ideo anima separata naturaliter appetit corporis coniunctionem, & propter hunc appetitũ ex imperfectione procedentem, eius operatio qua in Deum fertur, est minùs intensa. Et hoc est quod dicit Hiero*. quod ex appetitu corporis retardatur, ne tota intentione feratur in illud summum bonum. * Aug. id habet 12. super Gen. ad lit. ca. 35. 10. 3.

¶ Ad primum ergo dicendum,quòd anima coniuncta corpori glorioso magis est Deo similis, quàm ab eo separata,inquantum cõiuncta habet esse perfectius. Quantò enim aliquid est perfectius,tantò est Deo similius ; sicut etiam cor, cuius vitæ perfectio in motu cõsistit,est Deo similius,quãdo mouetur,quàm quando quiescit,quamuis Deus nunquam moueatur.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ virtus, quæ de sua natura habet q̃ sit in materia, magis est potens in materia existens,quàm à materia separata; quamuis,simpliciter loquendo,virtus à materia separata sit potentior.

¶ Ad tertium dicendum,q̃ quamuis in actu intelligendi anima corpore non vtatur, tamen perfectio corporis quodam modo ad perfectionem * operis intellectualis cooperabitur,inquantum ex coniunctione corporis gloriosi anima erit in sua natura perfectior, & per consequens,in operatione efficacior : & secundum hoc, ipsum bonum corporis cooperabitur quasi instrumentaliter ad operationem illam, in qua beatitudo consistit, sicut etiam Philosophus ponit in 1. Ethic*. quòd bona exteriora cooperantur instrumentaliter ad fœlicitatem vitæ. * Al. operationis. * lib. 1. c. 8. circa fin. & c. 9. non longe à fin. to. 5.

¶ Ad quartum dicendum, q̃ quamuis finitum infinito additum nõ faciat maius,tamen facit plus:quia finitum & infinitum sunt duo, cùm infinitum per se acceptum sit vnum;extensio autem gaudii non respicit maius,sed plus. Vnde extensiuè augetur gaudium, secundum quòd est de Deo, & de gloria corporis,respectu gaudii quod erat de Deo; gloria etiam corporis operabitur ad gaudii intensionem,quod est de deo inquantum cooperabitur ad perfectiorem operationem,qua anima in Deum fertur. Quantò enim operatio conueniens fuerit perfectior; tantò delectatio erit maior,vt patet ex hoc,quod dicitur 4. Ethicorum.

ARTI-

ARTICVLVS II.

Vtrùm beatitudinis gradus mansiones dici debeant.

400 AD secundum sic proceditur. Videtur,quòd beatitudinis gradus mansiones dici non debeant Beatitudo enim importat rationem præmij : sed mansio nihil significat quod ad præmium pertineat : ergo diuersi gradus beatitudinis mansiones dici non debent.

¶ 2 Præt. Mansio locum significare videtur: sed locus quo sancti beatificabuntur, non est corporalis, sed spiritualis : scilicet Deus qui vnus est : ergo non est nisi vna mansio, & ita diuersi gradus beatitudinis mansiones dici non debent.

¶ 3 Præt.Sicut in patria erunt homines diuersorum meritorum, ita nunc sunt in purgatorio, & in limbo patrum fuerunt : sed in purgatorio, & in limbo non distinguuntur diuersæ mansiones : ergo similiter nec in patria distingui debent.

¶ Sed contra est,quod dicitur Ioan.14.In domo Patris mei mansiones multæ sunt,&c.quod Aug.* exponit de variis gradibus præmiorum. * Tract. 67. I Ioan. parũ ante medium, to. 9.

¶ Præterea, In qualibet ciuitate est ordinata mãsionum distinctio: sed cœlestis patria ciuitati comparatur, vt patet Apocal. 21. ergo oportet ibi diuersas mansiones distinguere secundum diuersos beatitudinis gradus.

¶ Respon.dicendum,q̃ quiamotus localis est prior omnium aliorum motuum; ideo secundum Philosophum* nomen motus,& distantiæ,& omnium huiusmodi,deriuatum est à motu locali ad omnes alios motus: finis autem motus localis est locus,ad quem cùm aliquis pertenerit, ibi manet quiescens, & in eo conseruatur : & ideo in quolibet motu ipsam quietem in fine motus dicimus collocationem vel mansionem : & ideo cùm nomen motus deriuetur vsque ad actũ appetitus & voluntatis, ipsa assecutio finis appetitiui motus,dicitur mãsio,aut collocatio in fine:& ideo diuersi modi consequendi finem vltimum diuersæ mansiones dicuntur, vt sic vnius domus respondeat vnitati beatitudinis, quæ est ex parte obiecti; & pluralitas mansionũ respondeat differentiæ,quæ in beatitudine inuenitur ex parte beatorum:sicut etiam vidimus in rebus naturalibus q̃ est idem locus sursum, ad quem tendunt omnia leuia ; sed vnumquodque pertingit propinquius, secundum quòd est leuius ; & ita habet diuersas mansiones secundum differentiam leuitatis. * lib. 8. Phys. com. 55. & 56. to. 2.

¶ Ad primum ergo dicendum, q̃ mansio importat rationem finis, & per consequens, rationem præmij, quod est finis meriti.

¶ Ad secundum dicendum , quòd quamuis sit vnus locus spiritualis , tamen diuersi sunt gradus appropinquandi ad locum illum:& secundum hoc constituuntur diuersæ mansiones.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ illi qui erant in limbo, vel nunc sunt in purgatorio,nondum peruenerunt ad suum finem; & ideo in purgatorio , vel in limbo non distinguuntur mansiones,sed solùm in paradiso,& in inferno,vbi est finis bonorum & malorum.

ARTICVLVS III.

Vtrùm diuersæ mansiones distinguantur penès diuersos gradus charitatis.

401 AD tertium sic proceditur. Videtur, quòd diuersæ mansiones non distinguantur penès diuersos gradus charitatis.Quia Matth 25.dicitur: Dedit vnicuique, secundum propriam virtutem : propria autem vnicuiusque rei virtus est eius vis naturalis; ergo & dona gratiæ & gloriæ * distribuuntur secundum diuersos gradus virtutis naturalis. * Al. distinguuntur.

¶ 2 Præt.In Psalm.6. dicitur : Tu reddes vnicuique iuxta opera sua:sed illud quod redditur, est beatitudinis mensura : ergo gradus beatitudinis distinguuntur secundum diuersitatem operum, & nõ secundum diuersitatem charitatis.

¶ 3 Præt. Præmium debetur actui & non habitui, vnde fortissimi non coronantur, sed agonizantes,vt patet 1.Ethicor*. & secundæ Timoth. secundo : Non coronabitur, nisi qui legitimè certauerit. Sed beatitudo est præmium: ergo diuersi gradus beatitudinis erunt secundum diuersos gradus operum, & non secundum diuersos gradus charitatis. * li. 1. Ethic. c. 8. parum ante medium, to. 5.

¶ Sed contra est,quòd quantò aliquis erit deo magis coniunctus, tantò erit beatior:sed secundum modum charitatis est modus coniunctionis ad Deum:ergo secundum differentiam charitatis erit & diuersitas beatitudinis.

¶ Præt. Si simpliciter sequitur ad simpliciter ; & magis ad magis : sed habere beatitudinem sequitur ad habere charitatem:ergo & habere maiorem beatitudinem sequitur ad habere maiorem charitatem.

¶ Respondeo dicendum , quòd principium distinctiuum mansionum, siue gradum beatitudinis est duplex, scilicet propinquum & remotum. Propinquum est diuersa dispositio quæ erit in beatis, ex qua contingit diuersitas perfectionis apud eos in operatione beatitudinis. Sed principium remotum est meritum , quo talem beatitudinem consecuti sunt. Primo autem modo distinguuntur mansiones secundum charitatem patriæ, quæ quantò in aliquo erit perfectior, tantò eum reddet capaciorem diuinæ claritatis, secundum cuius augmentum augebitur perfectio visionis diuinæ. Secundo vero modo distinguuntur mansiones secundum charitatem viæ. Actus enim noster non habet quòd sit meritorius ex ipsa substantia actus,sed solùm ex habitu virtutis,quo informatur:vis autem merendi in omnibus virtutibus est ex charitate, quæ habet ipsum finem pro obiecto: & ideo diuersitas in merẽdo,tota reuertitur ad diuersitatem charitatis; & sic charitas viæ distinguet mansiones per modum meriti.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd virtus ibi nõ accipitur solùm pro naturali capacitate, sed pro naturali capacitate simul cum conatu ad habendam gratiam: & tunc virtus hoc modo accepta erit quasi materialis dispositio ad mensuram gratiæ & gloriæ suscipiendæ; sed charitas est formaliter complens gloriam ad meritum: & ideo distinctio gradus in gloria accipitur penès gradus charitatis potiùs , quàm penès gradus virtutis prædictæ.

¶ Ad secundum dicendum , quòd opera non habent quòd eis retributio gloriæ reddatur , nisi inquantum sunt charitate informata : & ideo secundum diuersos charitatis gradus erunt diuersi gradus in gloria.

¶ Ad tertium dicendum,q̃ quamuis habitus charitatis, vel cuiuscunque virtutis non sit meritum , cui debeatur præmium , est tamen principium , & tota ratio merendi in actu charitatis : & ideo secundum eius diuersitatem præmia distinguuntur ; quamuis etiam ex ipso genere actus, possit aliquis gradus in merendo considerari:non quidem respectu præmii essentialis , quod est gaudium de * Deo, sed respectu alicuius accidentalis præmii, quod est gaudium de aliquo bono creato, * * Al. hono to. increato.

QVAE-

Universidad de Deusto
Biblioteca

QVAESTIO XCIIII.

De modo quo sancti se habebunt erga damnatos, in tres articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de modo quo sancti se habebunt erga damnatos.

¶ Circa quod quæruntur tria.

¶ Primò, vtrùm sancti pœnas damnatorum videant.

¶ Secundò, vtrùm eis compatiantur.

¶ Tertiò, vtrùm de eorum pœnis lætentur.

ARTICVLVS I.

Vtrùm beati qui erunt in patria, videbunt pœnas damnatorum.

402 Tho.4.di. 50.q.2.ar. 4.q.1.& seq. * Glo. interlin. ibi, & habet Aug. de cura p mortuis, ca.13. & 15. † lib.10.c. 4.circa medium, t.5.

AD primum sic proceditur. Videtur, quòd beati qui erunt in patria non videant pœnas damnatorum Maior. n. est distantia damnatorum à beatis, q̄ viatorum: sed beati, viatorum facta nō vident; vnde Isa. 63. Abraham nesciuit nos, dicit * Glos. N. sciunt mortui etiam sancti quid faciunt viui, etiam eorum filii; ergo multò minus vident pœnas damnatorum.

¶ 2 Præt. Perfectio visionis dependet à perfectione visibilis: vnde Philosophus dicit in † 10. Ethicorū, quòd perfectissima sensus vi us operatio, est sensus maximè dispositi ad pulcherrimum sub visu cadentium: ergo econtrario, turpitudo visibilis redundat in imperfectionem visionis. Sed imperfectio nulla erit in beatis: ergo non videbunt miserias damnatorum, in quibus est summa turpitudo.

¶ Sed contra est, quod dicitur Isa. vlt. Egredientur, & videbunt cadauera virorum, qui præuaricati sunt in me. Glos. Electi egredientur intelligentia vel visione manifesta, vt ad laudem Dei magis accendantur. * Gl. ordi. ibidem.

¶ Respon. dicendum, quòd à beatis nihil subtrahi debet quod ad perfectionem beatitudinis eorum pertineat. Vnumquodque autem ex comparatione contrarii magis cognoscitur: quia contraria, iuxta se posita, magis elucescunt; & ideo vt beatitudo sanctorum eis magis complaceat, & de ea vberiores gratias Deo agant, datur eis vt pœnam impiorum perfectè videant.

¶ Ad primum ergo dicendum, q̄ gloss. illa loquitur de sanctis mortuis secundum possibilitatem naturæ. Non enim oportet, vt naturali cognitione cognoscant omnia quæ erga vitos aguntur: sed sancti qui sunt in patria, omnia clarè cognoscunt quæ aguntur, & apud viatores, & apud damnatos. Vnde Greg. dicit 12. lib. Moral. * De animabus sanctis sentiendum non est, hoc scilicet quod Iob † dicit siue nobiles fuerint filii eius, siue ignobiles, non intelliget, &c. quia qui intus habent Dei claritatem, nullo modo credendum est, quòd foris sit aliquid quod ignorent. * li. 12. Moral. c. 13. circa prin. † Iob 14.

¶ Ad secundum dicendum, q̄ quamuis pulchritudo visibilis ad perfectionem faciat visionis, visibilis tamen turpitudo, sine visionis imperfectione esse potest, Species enim rerum in anima, per quas contraria cognoscuntur, non sunt contrariæ: vnde etiam Deus qui perfectissimam cognitionem habet, omnia pulchra & turpia videt.

ARTICVLVS II.

Vtrùm beati compatiantur miseriis damnatorum.

403 AD secundum sic proceditur. Videtur, q̄ beati miseriis damnatorum compatiantur. Compassio enim ex charitate procedit: sed in beatis erit perfectissima charitas: ergo maximè miseriis damnatorum compatientur.

¶ 2 Præt. Beati nunquam erunt tantùm elongati à compassione, quantum Deus est: sed Deus quodammodo miseriis nostris compatitur, vnde & misericors dicitur, & similiter angeli: ergo beati compatientur miseriis damnatorum.

¶ Sed contra, Quicunque alicui compatitur, fit miseriæ eius quodammodo particeps: sed beati nō possunt esse participes alicuius miseriæ: ergo miseriis damnatorum non compatiuntur.

¶ Respondeo dicendum, q̄ misericordia, vel compassio potest in aliquo inueniri dupliciter. Vno modo per modum passionis, alio modo per modum electionis. In beatis quidem non erit aliqua passio in parte inferiori, nisi consequens electionem rationis: vnde non erit in eis compassio, vel misericordia nisi secundum electionem rationis. Hoc autem modo ex electione rationis misericordia vel compassio nascitur, prout scilicet aliquis vult malum alterius repelli: vnde in illis quæ secundum rationem repelli non volumus, compassionem talem non habemus. Peccatores autem quandiu sunt in hoc mundo, in tali statu sunt, q̄ sine præiudicio diuinæ iustitiæ possunt in beatitudinem transferri à statu miseriæ & peccati: & ideo beatorum compassio ad eos locum habet, & secundum electionem voluntati, prout Deus, angeli, & beati eis compati dicuntur, eorum salutem volendo, & secundum passionem, sicut compariuntur eis homines boni in statu viæ existentes. Sed in futuro non poterunt transferri à sua miseria; vnde ad eorum miserias non poterit esse compassio secundum electionem rectam: & ideo beati qui erunt in gloria, nullam compassionem ad damnatos habebunt. *Al. misereatur de.

¶ Ad primum ergo dicendum, q̄ charitas tunc est compassionis principium, quando possumus ex charitate velle remotionem miseriæ alicuius: sed sancti ex charitate hoc velle non possunt de damnatis, cùm diuinæ iustitiæ repugnet: vnde ratio non sequitur.

¶ Ad secundum dicendum, q̄ Deus dicitur esse misericors, inquantum subuenit illis, quos secundum ordinem sapientiæ & iustitiæ suæ conuenit à miseria liberari: non quòd damnatorum misereatur, nisi forte puniendo citra condignum.

ARTICVLVS III.

Vtrum beati lætentur de pœnis impiorum.

404 AD tertium sic proceditur. Videtur, quòd beati non lætentur de pœnis impiorum. Lætari enim de malo alterius, ad odium pertinet: sed in beatis nullum erit odium: ergo non lætabuntur de miseriis damnatorum.

¶ 2 Præt. Beati in patria erunt summè Deo cōformes: sed Deus non delectatur in pœnis nostris: ergo nec Beati delectabuntur in pœnis damnatorum.

¶ 3 Præt. Illud quod est vituperabile in viatore, nullo modo cadit in comprehensorem: sed in hoc viatore maximè est culpabile, quod * reficiatur aliorū pœnis, & maximè laudabile, vt de pœnis doleat: ergo beati nullo modo lætantur de pœnis damnatorum.

¶ Sed contra est, quod in Psalm. 5. dicitur: Lætabitur iustus cùm viderit vindictam.

¶ Præter. Isa. vlt. Erunt vsq; ad satietatem visionis omni carni: satietas autem refectionem mentis designat: ergo beati gaudebunt de pœnis impiorum.

¶ Respon. dicendum, q̄ aliquid potest esse materia gaudii dupliciter. Vno modo per se, quando scilicet de aliquo gaudetur inquantū huiusmodi: & sic sancti non

non lætabuntur de pœnis impiorum. Alio modo per accidens, id est ratione alicuius adiuncti: & hoc modo sancti de pœnis impiorum gaudebunt, considerādo in eis diuinæ iustitiæ * rectitudinem: & suam liberationem, de qua gaudebunt. Et sic diuina iustitia & sua liberatio erūt per se causa gaudii beatorum: sed pœn damnatorum, per accidens. * Al. ordinem.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd lætari de malo alterius, in quantum huiusmodi, pertinet ad odiū, non autem lætari de malo alterius ratione alicuius adiuncti. Sic autem aliquis de malo proprio quandoque lætatur, sicut cum quis gaudet de propriis afflictionibus, secundum q̄ prosunt ad meritum vitæ. Iacob. 1. Omne gaudium existimate fratres, cum in tentationes varias incideritis.

¶ Ad secundum dicendum, quòd quamuis Deus non delectetur in pœnis, inquantum huiusmodi, delectatur tamen in eis inquantum sunt per suam iustitiam ordinatæ.

¶ Ad tertium dicendum, q̄ in viatore non est laudabile, quòd delectetur de aliorum pœnis secūdum se: & tamen laudabile, si delectetur de eis inquantum habent aliquid boni annexum. Tamen alia ratio est de viatore & comprehensore: quia in viatore passiones frequenter insurgunt sine iudicio rationis, & tamen tales passiones interdum sunt laudabiles, secundum quòd bonam dispositionem mentis iudicant: sicut patet de verecundia & misericordia & pœnitentia de malo: sed in comprehensoribus non potest esse passio, nisi iudicium rationis consequens.

QVAEST. XCV.

De dotibus beatorum, in quinque articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de dotibus beatorum.

¶ Circa quod quæruntur quinque.

¶ Primò, Vtrùm beatis sint asſignandæ aliquæ dotes.

¶ Secundo, Vtrùm dos à beatitudine differat.

¶ Tertiò, Vtrùm Christo competat habere dotes.

¶ Quartò, Vtrùm angelis.

¶ Quintò, Vtrum conuenienter asſignentur tres animæ dotes.

ARTICVLVS I.

Vtrùm sint ponendæ aliquæ dotes in hominibus beatis.

¶ 4 Th. 4. di. 49. q. 4 a. 1. & seq. AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quòd non sint ponendæ aliquæ dotes in hominib. beatis. Dos enim secundum iura datur sponso ad sustinēda onera matrimonii: sed sancti non gerunt figurā sponsi sed magis figuram sponsæ, inquantum sunt Ecclesiæ membra: ergo eis dotes non dantur.

¶ 2 Præt. Dotes non dantur secundum iura à patre sponsi, sed à patre sponsæ: omnia autem * bona beatitudinis dantur beatis à patre sponsi, s. Christi. Iacob. 1. Omne datum optimum & omne donum perfectū, &c. ergo huiusmodi dona, quæ beatis dantur, nō sunt dotes appellanda. * Al. dona.

¶ 3 Præterea, In matrimonio carnali dantur dotes ad facilius toleranda onera matrimonii: sed in matrimonio spirituali non sunt aliqua onera, maximè secundum statum Ecclesiæ triumphantis: ergo non sunt ibi aliquæ dotes asſignandæ.

¶ 4 Præt. Dotes non dantur nisi causa matrimonii: sed matrimonium spirituale contrahitur cum Christo per fidem secundum statum Ecclesiæ militantis: ergo eadem rōne si beatis aliquæ dotes conueniant, conuenient etiam sanctis existentibus in via. Sed istis non conueniunt: ergo nec beatis.

¶ 5 Præte. Dotes ad bona exteriora pertinent, quæ dicuntur bona fortunæ: sed præmia beatorum erunt de interioribus bonis: ergo non debent dotes nominari.

¶ Sed contra, Ephes. 5. dicitur: Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo & in Ecclesia: ex quo habetur quòd spirituale matrimonium per carnale significatur: sed in carnali matrimonio sponsa dotata traducitur in domum sponsi: ergo cum Sancti in domum Christi traducantur cum beatificantur, videtur, quod aliquibus dotibus dotentur.

¶ Præt. Dotes in matrimonio corporali asſignantur ad matrimonii solatium: sed matrimonium spirituale delectabilius est quàm corporale: ergo ei sunt dotes maximè asſignandæ.

¶ Præterea, Ornamenta sponsarum ad dotem pertinent: sed sancti ornati in gloriam traducuntur, vt dicitur Isa. 61. Induit me vestimentis salutis, quasi sponsam ornatam monilibus suis: ergo sancti in patria dotes habent.

¶ Respondeo dicendum, quòd absque dubio Beatis, quando in gloriam transferuntur, aliqua dona diuinitus dantur ad eorum ornatum: & hi ornatus à magistris dotes sunt nominati. Vnde datur quædam definitio de dote, de qua nunc loquimur, talis: Dos est perpetuus animæ & corporis ornatus, vitæ sufficiens: in æterna beatitudine iugiter perseuerans. Et sumitur hæc descriptio ad similitudinem dotis corporalis, per quam sponsa ornatur, & prouidetur viro, vnde possit sufficienter sponsam & liberos nutrire, & tamen inamissibiliter dos sponsæ conseruatur, vt ad eam, separato matrimonio reuertatur. Sed de ratione nominis diuersi diuersimodè opinantur. Quidam enim dicunt, quòd dos non accipitur ex aliqua similitudine ad matrimonium corporale: sed secundum modum loquendi, quo omnem perfectionem seu ornatum cuiuscunque hominis, dotem nominamus. Sicut aliquis dicitur esse donatus scientia, qui scientia pollet. Et Ouid. vsus est nomine dotis dicens;

¶ Et quacunque potes dote placere, place.

Sed hoc non videtur vsquequaque conueniens. Quia quandocunque aliquod nomen est impositum ad aliquid principaliter significandum, non consuevit ad alia transferri, nisi secundum aliquam similitudinem: vnde cum secundum primam institutionem nominis, dos ad carnale matrimonium pertineat, oportet quòd in qualibet alia acceptione attendatur aliqua similitudo ad principale significatum. Et ideo alii dicunt, quòd secundum hoc similitudo attenditur, quod dos proprie dicitur donum quod in matrimonio corporali datur sponsæ ex parte sponsi, quādo * introducitur in domum sponsi, ad ornatum sponsæ pertinens: quod patet ex hoc, quod dixit Sichem Iacob & filiis eius, Genes. 34. Augete dotem, & munera postulate. Et Exod. 22. Si seduxerit quis virginem, dormieritque cum ea: dorabit eam, & accipiet eam vxorem. Vnde & ornatus qui à Christo sanctis exhibetur, quando traducuntur in domum gloriæ, dos nominatur. Sed hoc manifestè est contra id quod Iuristæ dicunt, ad quos pertinet de his tractare. Dicunt enim quòd dos propriè est quedam datio ex parte mulieris facta his qui sunt ex parte viri pro onere matri- * Al. traducitur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

matrimonii quod sustinet vir: sed illud quod sponsus dat sponsæ, vocatur donatio propter nuptias, & secúdum hunc modum accipitur dos tertii Regum nono, vbi dicitur, quòd Pharao rex Ægypti cepit Gazer, & dedit eam in dotem filiæ suæ vxori Salomonis. Nec contra hoc faciunt auctoritates inductæ, quamuis.n. dotes à parente puellæ consueuerint assignari, tamen quandoque contingit, quòd sponsus, vel pater sponsi assignet dotes vice patris puellæ, quod contingit dupliciter. Vel pro nimio affectu ad sponsam, sicut fuit de Sichem, qui voluit assignare dotem, quam debebat accipere propter vehementem amorem filii sui ad puellam: vel hoc fit in pœnam sponsi, vt virgini à se corruptæ dotem de suo assignet, quam pater puellæ debuerat assignare: & i hoc casu loquitur Moyses in auctoritate inducta. * Et ideo secundum alios dicendum est, quòd dos in matrimonio corporali proprie dicitur, quod datur ab his qui sunt ex parte mulieris, his qui sunt ex parte viri, ad sustentanda onera matrimonii, vt dictum * est. Sed tũc remanet difficultas: quomodo hæc significatio possit aptari ad propositum, cum ornatus qui sunt in beatitudine, dantur sponsæ spirituali à parte sponsi, quod manifestabitur respondendo ad argumenta.

loco 1 hoc cor. citato.

Hoc ecõ corp.

¶ Ad primum ergo dicendum, quód dotes quamuis assignentur sponso in carnali matrimonio ad vsum, tamen proprietas & dominium pertinet ad sponsam, quod patet ex hoc, quòd soluto matrimonio, dos remanet sponsæ secundum iura: & sic etiam in matrimonio spirituali, ipsi ornatus qui sponsæ spirituali dantur, scilicet Ecclesiæ in membris suis, sunt quidem ipsius sponsi inquantum ad eius gloriam & honorem cedunt, sed sponsæ inquantum per eas ornatur.

¶ Ad secundum dicendum, quòd pater sponsi, scilicet Christi, est sola persona Patris, pater autem sponsæ est tota Trinitas, effectus autem in creaturis ad totam Trinitatem pertinet. Vnde huiusmodi dotes in spirituali matrimonio, propriè loquendo, magis dantur à patre sponsæ, quam à patre sponsi. Sed tamen hæc collatio quamuis ab omnib. personis fiat, singulis personis potest appropriari per aliquem modum. Personæ quidem patris vt danti, quia in ipso est auctoritas. ei etiam paternitas respectu creaturæ appropriatur, * vt sic idem sit pater sponsi & sponsæ: Filio verò appropriatur, inquãtum propter ipsum & per ipsum dantur: sed Spiritui sancto, inquantum in ipso & secundum ipsum dãtur: amor enim est omnis dationis ratio.

Tho. in 1. Sen. dist. 18.

¶ Ad tertium dicendum, quòd doribus per se conuenit illud quod per dotes efficitur, scilicet solatium matrimonii: sed per accidens illud quod per eas removetur, scilicet onus matrimonij, quod per eas leuigatur. Sicut gratiæ conuenit per se facere iustum, sed per accidens quod de impio faciat iustum. Quamuis ergo in matrimonio spirituali non sint aliqua onera, est tamen ibi summa iucunditas: & ad hanc perficiendam iucunditat m dotes sponsæ conferuntur, vt scilicet delectabiliter per eas sponso coniungatur.

¶ Ad quartum dicendum, quòd dotes non consueuerunt assignari sponsæ quando desponsatur, sed quando in domum sponsi traducitur, vt præsentialiter sponsum habeat: quandiu autem in hac vita sumus, peregrinamur à Domino, 2. Corint. 5. & ideo dona quæ sanctis in hac vita conferuntur, non dicuntur dotes: sed illa, quæ conferuntur eis, quando transferuntur in gloriam, in qua sponso præsentialiter perfruuntur.

¶ Ad quintum dicendum, quòd in spirituali matrimonio interior decor requiritur, vnde dicitur in

Psalmo 44. Omnis gloria eius filiæ Regis ab intus, &c. sed in matrimonio corporali requiritur decor exterior: vnde non oportet, quòd dotes huiusmodi assignentur in matrimonio spirituali, sicut assignantur in corporali.

ARTICVLVS II.

Vtrùm dos sit idem, quod beatitudo.

405 AD secundum sic proceditur. Videtur, quòd dos sit idem quod beatitudo. Vt enim ex definitione dotis prædicta * patet, Dos est ornatus corporis & animæ, in eterna beatitudine iugiter perseuerans: sed beatitudo animæ est quidam ornatus eius: ergo beatitudo est dos.

Circa initium cor. præce.

¶ 2 Præterea, Dos dicitur illud, per quod sponsa delectabiliter sponso coniungitur: sed in spirituali matrimonio beatitudo est huiusmodi: ergo beatitudo est dos.

¶ 3 Præte. Visio secundum Augustinum * est tota substantia beatitudinis: sed visio ponitur una de dotibus: ergo beatitudo est dos.

* Li. 1. de Tri. c. 8. à med. to. 3.

¶ 4 Præterea, Fruitio beatum facit, fruitio autem est dos: ergo dos facit beatum, & sic beatitudo est dos.

¶ 5 Præt. Secundum Boetium * in lib. de Consol. Beatitudo est status omnium bonorum congregatione perfectus: sed status beatorum perficitur ex dotibus: ergo dotes sunt beatitudinis partes.

* lib. 3. de consolat. pro. 2. circa prin.

* Sed contra, Dos datur sine meritis: sed beatitudo non datur, sed redditur pro meritis: ergo beatitudo non est dos.

¶ Præt. Beatitudo est vna tantùm, dotes verò sunt plures: ergo beatitudo non est dos.

¶ Præt. Beatitudo inest homini secundum id quod est potissimum in eo, vt dicitur in 1. Ethico. * sed dos etiam in corpore ponitur: ergo dos & beatitudo non sunt idem.

li. 1. c. 7. à med. to. 5

* Respõdeo dicendum, quòd circa hoc est duplex opinio. Quidam enim dicunt, quòd beatitudo & dos sunt idem re, sed differunt ratione: quia dos respicit spirituale matrimonium, quòd est inter Christum & animam, non autem beatitudo. Sed hoc non potest esse (vt videtur) cum beatitudo in operatione consistat: Dos autem non sit operatio, sed magis sit qualitas vel dispositio quædam. Et ideo secundum alios dicendum, quòd beatitudo & dos etiam realiter differunt, vt beatitudo dicatur ipsa operatio perfecta, qua anima beata eo coniungitur: sed dotes dicuntur habitus vel dispositiones, vel quæcunque aliæ qualitates, quę ordinantur ad huiusmodi perfectam operationem, vt sic dotes ordinentur ad beatitudinem magis, quàm sint in beatitudine, vt partes eius.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd beatitudo, propriè loquendo, non est animæ ornatus, sed est aliquid quod ex ornatu animæ prouenit. cum sit operatio quædam, ornatus verò dicitur aliquis decor ipsius beati.

¶ Ad secundum dicendum, quòd beatitudo non ordinatur ad coniunctionem, sed est ipsa coniunctio animæ cum Christo, quæ est per operationem: sed dotes sunt dona dispoñentia ad huiusmodi coniunctionem.

¶ Ad tertium dicendum, quòd visio dupliciter potest accipi. Vno modo actualiter, id est pro ipso actu visionis: & sic visio non est dos, sed est ipsa beatitudo. Alio modo potest accipi habitualiter, id est

pro

pro habitu, à quo talis operatio elicitur: id est pro ipsa gloriæ claritate, qua anima diuinitus illustratur ad Deum videndum: & sic est dos & principium beatitudinis, non autem est ipsa beatitudo.

¶ Et similiter dicendum AD quartum, de fruitione.

¶ Ad quintum dicendum, quòd beatitudo colligit omnia bona, non quasi partes essentiæ beatitudinis, sed quasi aliquo modo ad beatitudinem ordinata. *

* In cor.

ARTICVLVS III.

Vtrùm competat Christo habere dotes.

406 AD tertium sic proceditur. Videtur, quòd Christo competat habere dotes. Sancti enim Christo per gloriam conformantur, vnde dicitur Philippen. 3. Qui reformabit corpus humiliatis nostræ cõfiguratum corpori claritatis suę: ergo etiam Christus dotes habet.

¶ 2 Præterea, In spirituali matrimonio assignantur dotes ad similitudinem matrimonij corporalis: sed in Christo inuenitur quoddam matrimonium spirituale, quod est sibi singulare, scilicet duarum naturarum in vna persona, secundum quòd dicitur natura humana in ipso esse desponsata à verbo, vt patet ex glos. * super illud Psal. 18. In sole posuit tabernaculum, &c. & Apocaly. 21. Ecce tabernaculum Dei cum hominibus: ergo & Christo competit habere dotes.

Castiod. super illud Psal. 18. in sententia. li. 3. ca. 3. to. 3.

¶ 3 Præt. Vt dicit Augu * in lib. de doctrina Christiana: Christus secundum regulam Thiconii propter vnitatem corporis mystici, quæ est inter caput & membra, nominat se etiam sponsam, & non solũ sponsum: vt patet Isa. 61. Quasi sponsum decoratum corona, & quasi sponsam ornatam monilibus suis: cum ergo sponsæ debeantur dotes oportet, vt videtur, in Christo dotes ponere.

¶ 4 Præt. Omnib. membris Ecclesiæ debetur dos, cum Ecclesia sit sponsa: sed Christus est Ecclesiæ membrum, vt patet 1. Cor. 12. Vos estis corpus Christi, & membra de membro, gloss. * id est, de Christo, ergo Christo debentur dotes.

Gl. super lãm. ibid.

¶ 5 Præt. Christus habet perfectam visionem, fruitionem, & dilectionem: hæc autem ponuntur dotes: ergo, &c.

¶ Sed contra, Inter sponsum & sponsam exigitur distinctio personarum: sed in Christo non est aliquid personaliter distinctum à filio Dei, qui est sponsus: vt patet Ioan. tertio. Qui habet sponsam, sponsus est: ergo cum dotes sponsæ assignentur, vel pro sponsa, videtur, quòd Christo non competat habere dotes.

¶ Præt. Non est eiusdem dare dotes & recipere: sed Christus est qui dat dotes spirituales: ergo Christo non competit dotes habere.

¶ Respondeo dicendum, quòd circa hoc est duplex opinio. Quidam enim dicunt, quòd in Christo est triplex vnio. Vna, quæ dicitur consentanea, qua vnitur Deo per connexionem amoris: alia dignitativa, qua humana natura vnitur diuinæ: tertia, qua ipse Christus vnitur Ecclesiæ. Dicunt ergo, quòd secundum duas primas vniones competit Christo habere dotes sub ratione dotis, sed quantum ad tertiam, conuenit ei id quod est dos excellentissimè, non tamen sub ratione dotis: quia in tali coniunctione Christus est vt sponsus, sed Ecclesia vt sponsa, dos autem datur sponsæ quantum ad proprietatem & dominium, quãnis detur sponso ad vsum. Sed hoc non videtur esse conueniens. In illa enim coniunctione, qua Christus vnitur patri per consensum amoris, etiam inquãtum est Deus, non dicitur aliquod matrimonium esse, quia non est ibi aliqua subiectio, quam oportet esse sponsæ ad sponsum. Similiter etiam nec in coniunctione humanæ naturæ ad diuinam, quæ est in vnione personæ, vel etiam per conformitatem voluntatis potest esse ratio dotis propter tria. Primò, quia exigitur conformitas naturæ inter sponsum & sponsam in matrimonio illo in quo dantur dotes: & hoc deficit in coniunctione humanæ naturæ ad diuinam. Secundò, quia exigitur ibi distinctio personarum: humana autem natura non est personaliter distincta à Verbo. Tertiò, quia dos datur quando sponsa de nouo traditur in domum sponsi, & sic videtur ad sponsam pertinere quæ de non coniuncta fit coniuncta: humana autem natura, quæ est assumpta in vnitatem personæ à Verbo, nunquam fuit quin esset perfectè coniuncta. Vnde secundum alios dicendum, q̃ vel omnino non cõuenit Christo ratio dotis, vel non ita propriè sicut aliis sanctis: ea tamen quę dotes dicuntur, excellentissimè ei conueniunt.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd cõformatio illa est intelligenda secundum id quod est dos, & non secundum rationem dotis, quę fit in Christo. Non.n. oportet q̃ illud in quo Christo conformamur, sit eodem modo in Christo & in nobis.

¶ Ad secundum dicendum, quòd natura humana non propriè dicitur esse sponsa in coniunctione illa qua Verbo coniungitur, cum non seruetur ibi personarum distinctio, quæ inter sponsum & sponsam requiritur. Sed quod quandoque dicatur desponsata humana natura, secundum quod Verbo coniuncta est, hoc est inquantum habet aliquem actum sponsæ, quia scilicet inseparabiliter coniungitur, & quia in illa coniunctione humana natura est Verbo inferior, & per Verbum regitur sicut sponsa per sponsum.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ hoc, q̃ aliquando dicitur Christus sponsa, non est quia ipse verè sit sponsa, sed inquantum sibi assumit personam sponsæ suæ, scilicet Ecclesiæ, quæ est ei spiritualiter coniuncta: vnde nihil prohibet quin per illum modum loquendi possit dici habere dotes, non q̃ ipse habeat, sed quia Ecclesia habet.

¶ Ad quartum dicendum, q̃ nomen Ecclesiæ dupliciter accipitur. Quandoque enim nominat tantùmodo corpus, quod Christo coniungitur sicut capiti: & sic tantum Ecclesia habet rationem sponsæ, sic verò Christus non est Ecclesiæ membrum, sed est caput influens omnibus Ecclesiæ membris. Alio modo accipitur Ecclesia secundum quòd nominat caput & membra coniuncta: & sic Christus dicitur membrum Ecclesiæ, inquantum habet distinctum officium ab omnibus aliis, scilicet influere aliis vitam: quamuis non multum propriè dicatur membrum, quia membrum importat † particularitatem quandam: in Christo autem bonum spirituale non est * particulatum, sed est totaliter & integrum. Vnde ipse est totum Ecclesiæ bonum, nec est aliquid maius ipso, & alius, quàm ipse solus. Sic autem loquendo de Ecclesia, Ecclesia non solum nominat sponsam, sed sponsum & sponsam, prout per coniunctionem spiritualem est ex eis unum effectum. Vndelicèt Christus aliquo modo dicatur membrum Ecclesiæ, nullo tamen modo potest dici membrum sponsæ: & sic ei non conuenit ratio dotis.

† Al. partí, luratem. * Al. partitum.

¶ Ad quintum dicendum, q̃ in processu illo est fallacia accidentis, non enim illa Christo conueniunt, secundum quòd habent rationem dotis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ARTICVLVS IIII.

Vtrùm Angeli habeant dotes.

497 AD quartum sic proceditur. Videtur, quòd Angeli habeant dotes. Quia super illud Cant. 6. Vna est columba mea, dicit glos. Vna est Ecclesia in hominibus & angelis, sed Ecclesia est sponsa, & sic membris Ecclesiæ conuenit habere dotes, ergo angeli dotes habent.

¶ 2 Præterea, Luc. 12. super illud, Et vos similes hominibus expectantibus dominum suum, quando reuertatur à nuptiis dicit * glossa. Ad nuptias Dominus iuit, cum post resurrectionem nouus homo angelorum multitudinem sibi copulauit, ergo angelorum multitudo est sponsa Christi, & sic angelis competunt dotes.

Glo. ordi. ibid.

¶ 3 Præt. Spirituale matrimonium in spirituali cõiunctione consistit, sed spiritualis coniunctio non est minor inter Angelos & Deum, quàm inter homines beatos, & Deum, ergo cum dotes, de quibus nunc agimus, ratione spiritualis matrimonii assignentur, videtur quòd Angelis conueniant dotes.

¶ 4 Præt. Spirituale matrimonium requirit spirituales sponsum & spiritualem sponsam, sed Christo, inquantum est summus spiritus, magis sunt conformes in natura angeli, quam homines, ergo magis potest esse spirituale matrimonium angelorum ad Christum, quam hominum.

¶ 5 Præt. Maior conuenientia exigitur inter caput & membra, quam inter sponsum & sponsam, sed conformitas quæ est inter Christum & angelos, sufficit ad hoc quòd Christus dicatur caput angelorum: ergo eadem ratione sufficit ad hoc, quòd dicatur sponsus respectu eorum.

In prologo in secundã expositionem in Cãticã nõ long̃ à princ.

¶ Sed contra, Origenes * super Cantica, distinguit quatuor personas, sponsum & sponsam, adolescentulas & sodales sponsi, & dicit q̃ angeli sunt sodales sponsi, cum ergo dotes non debeantur nisi sponsæ, videtur, quòd angelis dotes non conueniant.

¶ Præt. Christus desponsauit sibi Ecclesiam per incarnationem & passionem, vnde figuratur per hoc quod dicitur Exod. quarto, Sponsus sanguinum tu mihi es: sed Christus per passionem & incarnationẽ non aliter fuit coniunctus angelis, quàm prius erat: ergo angeli non pertinent ad Ecclesiam secundum quòd Ecclesia dicitur sponsa: ergo angelis non conueniunt dotes.

¶ Respondeo dicendum, quòd ea quæ ad dotes animæ pertinent, non est dubium, angelis sicut & hominibus conuenire. sed secundum rationem dotis non ita eis, sicut hominibus, conueniunt: eo quòd non ita propriè conuenit angelis ratio sponsæ, sicut hominibus. Exigitur enim inter sponsum & sponsam naturæ conformitas, vt scilicet sint eiusdem speciei. Hoc autem modo homines cum Christo conueniunt, inquantum naturam humanam assumpsit: per quam assumptionem factus est conformis in natura speciei humanæ, omnibus hominibus: angelis autem non est conformis secundum vnitatem speciei, neque secundum naturam diuinam, neque secundum humanam: & ideo ratio dotis non ita propriè conuenit angelis sicut hominibus. Cum tamen in his quæ metaphoricè dicuntur, non requiratur similitudo quantum ad omnia, non potest ex aliqua dissimilitudine concludi quòd metaphoricè aliquid de aliquo non prædicetur, & sic ex ratione inducta non potest simpliciter haberi, quòd angelis dotes non conueniant: sed solum quòd non ita propriè, sicut hominibus ratione dissimilitudinis prædictæ.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd quamuis angeli pertineant ad vnitatem Ecclesiæ non tamen sunt membra Ecclesiæ, secundum quod Ecclesia dicitur sponsa per conformitatem naturæ, & sic non conuenit eis proprie habere dotes. In hoc edem est

¶ Ad secundum dicendum, quòd desponsatio illa largè accipitur pro vnione quæ non habet conformitatem naturæ in specie: & sic etiam nihil prohibet, largè accipiendo dotes, ponere dotes in angelis.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ quamuis in matrimonio spirituali non sit nisi coniunctio spiritualis tamẽ illos qui coniunguntur ad perfectam matrimonii ronem oportet in specie naturæ conuenire, & propter hoc desponsatio propriè ad angelos non pertinet.

¶ Ad quartum dicendum, quòd illa conformatio qua angeli conformantur Christo inquantum est Deus, non est talis quæ sufficiat ad perfectam rationem matrimonii, cum non sit secundum conuenientiam in specie, sed magis adhuc remanet infinita distantia.

¶ Ad quintum dicẽdum, quòd nec etiam Christus propriè dicitur caput angelorum, secundum illam rationem qua caput requirit conformitatem naturæ ad membrum. Tamen sciendum, quòd licet caput & alia membra sint partes indiuidui, & vnius speciei, si tamen vnum quodque per se consideretur, non est cum alio eiusdem speciei, manus enim habet aliam speciẽ partis à capite. Vnde loquendo de membris secundum se, non requiritur inter ea alia conuenientia, q̃ proportionis, vt vnum ab alio accipiat, & vnum alii subseruiat: & sic conuenientia, quæ est inter Deum & angelos, magis sufficit ad rationem capitis, quam ad rationem sponsi.

ARTICVLVS V.

Vtrùm conuenienter ponantur tres animæ dotes.

498 AD quintum sic proceditur. Videtur, q̃ inconuenienter ponantur tres esse animæ dotes, scilicet visi, dilectio, & fruitio. Anima enim coniungitur Deo secundum mentem, in qua est imago Trinitatis, secundum memoriam, intelligentiam & voluntatem: sed dilectio ad voluntatem pertinet, visio ad intelligẽtiam: ergo debet aliquid poni quòd memoriæ respondeat, cum fruitio non pertineat ad memoriam, sed magis ad voluntatem. Th. 4. dist. 46. q. 4. a. 5. q. 2.

¶ 2 Præt. Dotes beatitudinis dicuntur respondere virtutibus viæ, quibus Deo coniungimur, quæ sunt fides, spes, & charitas, quib. est ipse Deus obiectum: sed dilectio respondet charitati, visio autem fidei: ergo deberet aliquid poni, quod pertineret ad spem, cum fruitio magis pertineat ad charitatem.

¶ 3 Præte. Deo non fruimur nisi per dilectionem & visionem: illis enim dicimur frui, quæ diligimus propter se, vt patet per August. * in lib. 1. de doctrina Christiana: ergo fruitio non debet poni alia dos à dilectione. li 1. c. 4. to. 3

¶ 4 Præt. Ad perfectionem beatitudinis requiritur comprehensio 1. Cor. 9. Sic currite vt comprehendatis: ergo deberet adhuc quarta dos poni.

¶ 5 Præt. Anselmus * dicit, quòd hæc pertinent ad beatitudinem animæ, sapientia, amicitia, concordia, potestas, honor, securitas, gaudium: & sic videtur præd. dotes inconuenienter assignari. In li. de similitudinib. c. 48.

¶ 6 Præt. Aug. † in fi. de Ciui. Dei, dicit, quòd Deus in illa beatitudine sine fine * videbitur, sine fastidio amabitur, sine fatigatione laudabitur. ergo laus præasignatis dotibus annumerari debet. † li. 22. de Ciuit. ca. vlti. inter princ. & med. * Alibi.

¶ 7 Præt.

lib. prof. tæ. medi. illius. ¶ 7 Præt. Boetius * ponit 5. ad beatitudinem pertinentia in 3. de Consola. quæ sunt hæc: sufficientia, q̃ promittunt diuitiæ: iucunditas, quam promittit voluptas, celebritas, quam promittit fama: securitas, q̃ promittit potentia, reuerentia, quam promittit dignitas: & sic videtur, quòd illa potius deberent assignari, quam prædicta.

¶ Respondeo dicendum, quòd ab omnibus communiter tres ponuntur animæ dotes, diuersimodè tamen. Quidam enim dicunt, quòd tres animæ dotes sunt visio, dilectio, & fruitio: quidam verò dicunt, q̃ sunt visio, fruitio, & comprehensio: quidam verò q̃ sunt visio dilectio, & comprehensio: omnes tamen hæ assignationes reducuntur in idem, & eodem modo earum numerus assignatur. Dictum * enim est, quòd dos est aliquid animæ inhærens, per quod ordinatur ad operationem, in qua consistit beatitudo. In qua quidem operatione duo requiruntur, scilicet ipsa substantia operationis, quæ est visio: & perfectio eius, quæ est delectatio. Oportet enim beatitudinem esse operationem perfectam. Visio autem aliqua est delectabilis dupliciter. Vno modo ex parte obiecti, inquantum id quod videtur, est delectabile. Alio modo ex parte visionis, inquantum ipsum videre delectabile est, sicut delectamur in videndo mala, quamuis mala nos non delectent: & quia operatio illa in qua vltima beatitudo consistit, debet esse perfectissima, ideo requiritur, quòd visio illa sit vtroque modo delectabilis. Ad hoc autem quòd visio illa sit delectabilis ex parte visionis requiritur, quod sit facta connaturalis videnti per aliquem habitum: sed ad hoc, quòd sit delectabilis ex parte visibilis, requiruntur duo, scilicet quod ipsum visibile sit conueniens, & quòd sit coniunctum. Sic ergo ad delectabilitatem visionis ex parte sui requiritur habitus, qui visionem elicit: & sic est vna dos quæ dicitur ab omnibus visio: sed ex parte visibilis requiruntur duo scilicet conuenientia, quæ est per affectum, & quantum ad hoc ponitur à quibusdam dos, dilectio, & à quibusdam, fruitio, secundum quod fruitio ad affectum pertinet, illud enim quod summe diligimus, conuenientissimum æstimamus: requiritur etiam ex parte visibilis, coniunctio, & sic ponitur à quibusdam comprehensio, quæ nihil est aliud, quam in præsentia Deum habere: & in seipso tenere: sed secundum alios ponitur fruitio, prout est nõ spei (sicut est in via) sed iam rei, sicut est in patria. Et sic dotes respondent tribus virtutib. Theologicis, scilicet visio, fidei: spei verò, comprehensio vel fruitio secundum vnam acceptionem, charitati verò, fruitio vel dilectio secundum assignationem aliam. Fruitio enim perfecta qualis in patria habebitur, includit in se dilectionem & comprehensionem: & ideo à quibusdam accipitur pro vno, à quibusdã verò pro alio. Quidam verò attribuunt has tres dotes tribus animæ viribus, visionem, f. rationali, dilectionem concupiscibili fruitionem verò, irascibili, inquantum talis fruitio est per quandam victoriam adepta. Sed hoc non propriè dicitur: quia irascibilis & concupiscibilis non sunt in parte intellectiua, sed in parte sensitiua: dotes autem animæ ponuntur in ipsa mente. A. 2. hu m. q. cor.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd memoria & intelligentia, non habent nisi vnam operationem: vel quia ipsa intelligentia est operatio memoriæ: vel si intelligentia dicatur esse potentia quædam, memoria non exit in operationem, nisi mediante intelligentia, quia memoriæ est notitiam tenere, vnde etiam memoriæ & intelligentiæ non respondet nisi vnus habitus, scilicet notitia: & ideo vtrique respondet vna tãtum dos scilicet visio.

¶ Ad secundum dicendum, quòd fruitio respõdet spei, inquantum includit comprehensionem, quæ spei succederet: quod enim speratur, nondum habetur: & iõ spes quodammodo affligit propter distantiam amati, & propter hoc in patria non remanebit, sed succedet ei comprehensio.

Ad tertium dicendum, quòd fruitio, secundum quod comprehensionem includit, distinguitur à visione & dilectione, alio tamen modo quã dilectio à visione. Dilectio enim & visio diuersos habitus nominãt, quorum vnus pertinet ad intellectum, alter verò ad effectum. Sed comprehensio, vel fruitio secundum q̃d ponitur pro comprehensione, non importat alium habitum ab illis duobus: sed importat remotionem impedimentorum, ex quibus efficiebatur, vt non posset mens Deo quasi præsenti aliter coniungi. & hoc quidem fit per hoc quòd ipse habitus gloriæ animam ab omni defectu liberat, sicut quòd facit eam sufficientem ad cognoscendum sine phãtasmatibus. & ad præ dominandum corpori, & ad alia huiusmodi, per quæ excluduntur impedimenta, quibus fit ut nunc peregrinemur à Domino.

¶ Ad quartum patet responsio ex dictis.

¶ Ad quintum dicẽdum, quòd proprie dotes sunt immediata principia illius operationis, in qua perfecta beatitudo consistit, per quam anima Christo coniungitur. Alia autem quæ Anselmus enumerat, non sunt hmõi, sed sunt qualitercunq; beatitudinem concomitantia, vel consequentia, non solũ in comparatione ad spectum ad quem sola sapientia inter enumerata ab eo pertinet: sed ét in comparatione ad alios pares, ad quos pertinet amicitia, quantũ ad vnionẽ affectũ, & concordia quantũ ad consensum in agendis: vel ad inferiores, ad quos pertinet potestas, secũdum quod à superiorib. inferiora disponuntur, & honor, secundum id quod ab inferiorib. superiorib. exhibetur, & ét per comparationem ad seipsum, ad quos pertinet securitas, quantum ad remotionem mali, & gaudium quantum ad adeptionem boni. In li. de similitudinibus, ca. 48.

¶ Ad sextum dicendum, quòd laus quæ ab Augustino * ponitur tertium eorum, quæ in patria erunt, non est dispositio ad beatitudinem, sed magis ad beatitudinem consequens, ex hoc enim ipso quod anima Deo coniungitur in quo beatitudo consistit, sequitur quòd in laudem prorumpat: vnde laus non habet rationem dotis. li. 22. de Ciuit. ca. vlti. inter princ. & med. to mo 5.

¶ Ad septimum dicendum, quòd illa quinque quæ enumerat Boetius, sunt quædam beatitudinis conditiones, non aũt dispositiones ad beatitudinẽ, vel beatitudinis actũ, eò q̃ beatitudo tõe suæ perfectionis sola & singulariter nẽt per seipsam quicquid ab hominib. in diuersis reb. quæritur, vt patet per Philo. * in 1. & 10. Ethi. & secundũ hoc offendit Boetius * illa quinque in vera beatitudine esse: quia hæc sunt quæ ab hominibus in vera felicitate temporali quæruntur, quæ vel pertinent ad immunitatem à malo, sicut est securitas: vel ad consecutionem boni conuenientis, sicut iucunditas, vel perfecti, sicut sufficientia, vel ad manifestationem boni, sicut celebritas, inquantum bonum, vnius est in notitia multorum & reuerentia, inquantum illius notitiæ, vel boni signum aliquod exhibetur: reuerẽtia. n. cõsistit in exhibitione honoris qui est testimonium virtutis. Vnde patet q̃d ista quinq; nõ debent dici dotes, sed quædã beatitudinis conditiones. lib. 1. c. 7. à med. to. 5. † li. 3. de cõsol. prof. 10

QVAEST. XCVI.

De aureolis, in tredecim articulos diuisa.

CONSEQVENTER considerandum est de aureolis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶Circa quod quæruntur tredecim.

¶Primò, vtrum aureola differat à præmio essentiali.

¶Secundò, vtrum differat à fructu.

¶Tertiò, vtrum fructus soli virtuti continentiæ debeatur.

¶Quartò, vtrum conuenienter assignentur tres fructus tribus partibus continentiæ.

¶Quintò, vtrum virginibus debeatur aureola.

¶Sextò, vtrum debeatur martyribus.

¶Septimò vtrum debeatur doctoribus.

¶Octauò, vtrum Christo debeatur.

¶Nonò, vtrum angelis.

¶Decimò, vtrum corpori humano debeatur.

¶Vndecimò, vtrum conuenienter tres aureolæ assignentur.

¶Duodecimò, vtrum aureola virginum sit potissima.

¶Decimotertiò, vtrum vnus alio intensiùs eandem aureolam habeat.

ARTICVLVS I.

Vtrùm aureola sit aliud à præmio essentiali, quod aurea dicitur.

409 Tho.4.dist. 49.q.5.ar.1

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quòd aureola non sit aliquod aliud præmium à præmio essentiali, quod aurea dicitur. Præmium enim essentiale est ipsa beatitudo: sed beatitudo secundum Boëtium, *est status omnium bonorum congregatione perfectus: ergo præmiũ essentiale includit omne bonum, quod habetur in patria, & sic aureola includitur in aurea.

*li.3. de cõsola. pro.2. circa princ.

¶2 Præter. Magis & minus non diuersificant speciem, sed illi qui seruant consilia & præcepta, magis præmiantur, quàm illi qui seruant præcepta tantum, nec in aliquo præmium eorum videtur differre, nisi quòd vnum est altero maius, cum aureola nominet præmium quod debetur operibus perfectionis: ergo videtur, quòd aureola non dicat aliquid distinctum ab aureola.

¶3 Præt. Præmium respondet merito sed radix totius meriti est charitas, cum ergo charitari respondeat aurea, videtur, quòd in patria non erit aliquod præmium ab aurea distinctum.

¶4 Præt. Omnes beati assumuntur ad angelorum ordines, vt dicit Grego. *sed in angelis, licet quædam data sint quibusdam excellenter, nihil tamen ibi possidetur singulariter, omnia enim in omnibus sunt, non quidem æqualiter, quia alia aliis sublimiùs possident, quæ tamen omnes habent, vt etiam Greg. dicit. ergo in beatis nõ erit aliquod aliud præmium nisi omnium commune, ergo aureola non est præmium distinctum ab aurea.

*Hom.34. in Euang. circa med. & hom.21. ante med.

¶5 Præt. Excellentiori merito excellẽtius præmiũ debetur: si ergo aurea debetur operibus, quæ sunt in præcepto, aureola verò his quæ sunt in cõsilio: aureola erit perfectior quam aurea, & ita non deberet diminutiuè significari: ergo videtur, q aureola non sit præmium distinctum ab aurea.

¶Sed contra, Exod.25. super illud, Facies & alterã coronam aureolam, dicit glo. *Ad coronam pertinet canticum nouum, quod virgines tantum coram agno concinunt: * ex quo videtur, q aureola sit quædam corona non omnibus: sed quibusdam specialiter redditа. Aurea autem omnibus beatis redditur: ergo aureola est aliud quam aurea.

*Glo. ordi. ibid.

* Al. corã sponso cant.

¶Præterea, Pugnæ quam sequitur victoria, debetur corona: 2. Timo. 2. Non coronabitur nisi qui legitimè certauerit: ergo vbi est specialis ratio certaminis, ibi debet esse corona specialis. Sed in aliquibus operibus est specialis ratio certandi: ergo præ aliis aliquam coronam habere debent: & hanc dicimus aureolam.

¶ Præt. Ecclesia militans descendit à triumphante, vt patet Apocalypsis 21. Vidi ciuitatem sanctã &c. sed in Ecclesia militante specialia opera habentibus, redduntur specialia præmia: sicut victoribus corona, currentibus brauium: ergo similiter debet esse in Ecclesia triumphante.

¶Respondeo dicendum, q præmium essentiale hominis, quod est eius beatitudo, consistit in perfecta conjunctione animæ ad Deum, inquantum eo perfectè fruitur, vt viso & amato perfectè: hoc autem præmium metaphoricè corona dicitur vel aurea: tum ex parte meriti quod cum quadam pugna agitur (militia enim est vita hominis super terram, Iob 7.) tum etiam ex parte præmii per quod homo efficitur quodammodo diuinitatis particeps. & per consequens, regiæ potestatis: Apocalypsis quinto, Fecisti nos Deo nostro regnum, &cæt. Corona autem est proprium signum regiæ potestatis: & eadem ratione præmium accidentale, quod essentiali additur, coronæ rationẽ habet. Significat etiam corona perfectionem quandã ratione figuræ circularis, vt ex hoc etiam competat perfectioni beatorum. Sed quia nihil potest superaddi essentiali, quin sit eo minus: ideo superadditũ præmium aureola nominatur. Huic autem essentiali præmio, quod aurea dicitur, aliquid superadditur dupliciter. Vno modo ex conditione naturæ eius, qui præmiatur: sicut supra beatitudinem animæ, gloria corporis adiungitur. Vnde & ipsa gloria corporis interdum aureola nominatur. Vnde super illud Exod. 5. Facies & alteram coronam aureolam: dicit quædam glo. * q in fine aureola superponitur, cum in Scriptura dicatur, qđ eis sublimior glorja in receptione corporum seruetur: sic autem nunc de aureola non agitur. Alio modo ex rõne operis meritorii, qđ quidẽ rõnem meriti hẽt ex duob. ex quib. ẽt habet bonitatis rationem, s. ex radice charitatis, qua refertur in finẽ vltimum: & sic debetur ei essentiale præmium, s. perũctio ad finem, quæ est aurea: & ex ipso genere actus, quod laudabilitatem quandam habet ex debitis circunstantiis, & ex habitu eliciente, & proximo fine: & sic debetur ei quoddam accidentale præmium, quod aureola dicitur: & hoc modo de aureola ad præsens intendimus. Et sic dicendum, quod aureola dicit aliquid aureæ superadditum, id est, quoddam gaudium de operibus à se factis, quæ habẽt rationem victoriæ excellentis: quod est aliud gaudium ab eo quo de cõiunctione ad Deum quis gaudet, quod gaudium dicitur aurea. Quidam tamen dicunt, q ipsum præmium commune quod est aurea, accipit nomen aureolæ. secundum, q virginib. vel martyrib. vel doctoribꝰ redditur: sicut & denarius accipit nomen debiti ex hoc qđ alicui debetur, quamuis omnino idem sint debitũ & denarius: non tamen ita quòd præmium essentiale oporteat esse maius quando aureola dicitur, sed quia excellentiori actui respondet, non quidem secũdum meriti intensionem, sed secundum modum merendi, vt quamuis in vno sit æqualis limpiditas diuinæ visionis, in vno tamen dicetur aureola, non in altero: inquantum respondet excellentiori merito secundum modum agendi. Sed hoc videtur esse contra intentionem Glo. Ixo. 25. si enim idem esset aurea & aureola, non diceretur aureola, aureæ superponi. Et præterea cum meri.to respondeat præmium, oportet quòd illi excellentiæ meriti quæ est ex modo agendi, respondeat aliqua excellentia in præmio, & hanc excellentiam voc amus aureolam. Vnde oportet aureolam ab aurea differre.

*Glo. ordi. ibid.

¶Ad

¶Ad primum ergo dicendum, quòd beatitudo includit omnia bona quę sunt necessaria ad perfectã hominis vitam, quę consistit in perfecta hominis operatione: sed quædam possunt superaddi, non quasi necessaria ad perfectam operationem, vt sine quibus esse non possit: sed quia his additis est beatitudo clarior. Vnde pertinent ad bene esse beatitudinis, & ad decentiam quandam ipsius: sicut & felicitas politica ornatur nobilitate, & corporis pulchritudine, & huiusmodi, sine quibus tamen esse potest, vt patet in 1. Ethico. & hoc modo se habet aureola ad beatitudinem patriæ.

¶Ad secundum dicendum, quòd ille qui seruat consilia & præcepta, semper magis meretur, quàm ille qui seruat præcepta tantum. secundum quòd ratio meriti consideratur in operibus ex ipso genere operum, non autem semper, secundum quòd ratio meriti pensatur ex radice charitatis. cum quandoque ex maiori charitate aliquis seruet præcepta tantum, quã aliquis præcepta & consilia: sed vt pluries accidit ecõtrario, quia ꝓbatio dilectionis exhibitio est operis: vt Gregorius *dicit. Non ergo ipsum essentiale præmium magis intensum, dicitur aureola: sed id quod præmio essentiali superadditur indifferenter, siue sit maius præmium essentiale habentis aureolam, siue minus, siue æquale præmio essentiali non habentis.

Hom. 30. in Euãg. circa pri.

¶Ad tertium dicendum, q charitas est primum principium merendi, sed actus nostri est quasi instrumentum quo meremur ad effectum autem consequendum non solum requiritur debita dispositio in primo mouente, sed etiam recta dispositio in instrumento: & ideo in effectu aliquid consequitur ex parte primi principii, quod est principale, & aliquid ex parte instrumenti, quod est secundarium: vnde & in præmio aliquid est ex parte charitatis, s. aurea, & aliquid ex genere operationis, scilicet aureola.

¶Ad quartum dicendum, quòd angeli omnes eodem genere actus iuam beatitudinem meruerunt, scilicet in hoc quod sunt conuersi ad Deum: & ideo nullum singulare præmium inuenitur in uno quòd alius non habeat aliquo modo: homines autem diuersis generibus actuum beatitudinem merentur: & ideo nõ est simile. Tamen illud quod vnus videtur specialiter habere inter homines, quodammodo omnes communiter habent. inquantum scilicet per charitatem perfectam vnusquisque bonum alterius suum reputat: non tamen hoc gaudium, quo vnus alteri congaudet, potest aureola nominari, quia non datur in præmium victoriæ eius, sed magis respicit victoriam alienam corona autem ipsis victoribus redditur, non victoriæ congaudentibus.

¶Ad quintum dicendum, q maior est excellentia meriti, quæ consurgit ex charitate, quàm illa quæ consurgit ex genere actus: sicut finis, ad quem ordinatur charitas, est potior his, quæ sunt ad finem, circa quæ actus nostri consistunt. Vnde etiam præmium respõdens merito ratione charitatis quantumcumque sit paruum, est maius quolibet præmio respondente actui ratione sui generis: & ideo aureola diminutiuè dicitur respectu aureæ.

ARTICVLVS II.

Vtrùm aureola differat à fructu.

410 Th.4.dist. 49.q.5.ar. 2.qu. 1.& seq.

AD secundum sic proceditur. Videtur, q aureola non differat à fructu. Eidem enim merito non debentur diuersa præmia: sed eidem merito respondet aureola & fructus centesimus, scilicet virginitatis: vt patet in glos. * Matth. 13. ergo aureola est idem quod fructus.

*Glo. ordi. ibid.

¶2 Præt. Aug. †dicit in libro de virginitate, q centesimus fructus debetur martyri, & idem debetur virginibus: ergo fructus est quoddam præmium commune virginibus & martyribus. Sed eisdem etiam debetur aureola: ergo aureola est idem quod fructus.

†c.45.20.6.

¶3 Præt. In beatitudine non inuenitur nisi duplex præmium, s. essentiale & accidentale, quod essentiali superadditur: sed præmium essentiali superadditum, dicitur aureola, quod patet ex hoc quod Exod. 25. aureola coronæ aureæ superponi dicitur: sed fructus non est præmium essentiale, quia sic deberetur omnibus Beatis: ergo est idem quod aureola.

¶Sed contra, Quæcunque non sunt eiusdem diuisionis, non sunt etiam eiusdem rationis: sed fructus & aureola non similiter diuiduntur, quia aureola diuiditur in aureolam virginũ, martyrũ, & doctorum, fructus autem in fructum coniugatorum, viduarum, & virginum: ergo fructus & aureola non sunt idem.

¶ Præt. Si fructus & aureola essent idem, cuicunque deberetur fructus, deberetur & aureola: hoc autem patet esse falsum, quia fructus debetur viduitati, nõ autem aureola: ergo, &c.

¶Respondeo dicendum, quòd ea, quæ Metaphoricè dicuntur, possunt variè accipi secundum adaptationes ad diuersas proprietates eius, vnde fit trãsumptio. Cum autẽ fructus propriè in reb. corporalib. dicatur de terræ nascentibus secundum diuersas conditiones quæ in fructib. corporalib. inueniri possunt, diuersimodè fructus spiritualiter accipitur. Fructus n corporalis dulcedinẽ habet, qua reficit, secundum quod in vsu hominis venit. Et ẽt vltimum, ad quod operatio naturæ peruenit, est etiam id quod ex agricultura expectatur per seminationẽ, vel quoscunque alios modos. Quandoque igitur fructus spiritualiter accipitur pro eo quod reficit quasi vltimus finis: & secundum hanc significationem dicimur Deo frui perfectè quidem in patria: imperfectè autẽ, in via & ex hac significatione accipitur fruitio, quæ est dos: sic autem nunc de fructib. non loquimur. Quandoque autem sumitur fructus spiritualiter pro eo quod reficit tantum, quãuis non sit vltimus finis: & sic virtutes fructus dicuntur, inquantum mentem syncera dulcedine reficiunt: vt Ambr.* dicit. & sic accipitur fructus Galat. 5. Fructus autem spiritus, gaudium, &c. sic autem de fructibus nunc etiam non loquimur. Potest autem alio modo sumi fructus spiritualis, ad similitudinẽ corporalis, inquãtum corporalis fructus est quoddam commodum quod ex labore agriculturæ expectatur, vt sic fructus dicatur illud præmium quod hõ consequitur ex labore, quo in hac vita laborat. & sic omne præmium quod in futuro habebitur ex nostris laboribus, fructus dr. & sic accipitur fructus ad Romanos sexto, Habetis fructum vestrum in sanctificationem, finem vero, vitam æternam. Sic etiã nos nunc de fructu nõ agimus, sed agimus de fructu secundum quòd ex semine consurgit. sic enim de fructu Dominus loquitur, Matth. 13. vbi fructum diuidit in tricesimum, sexagesimum, & centesimum. Fructus autem secundum hoc potest prodire ex semine, quòd vis sementina est efficax ad conuertendum humores terræ in suam naturam, & quantò hæc virtus est efficacior, & terra ad hoc paratior tantò fructus sequitur vberior. spirituale autem semen quod in nobis seminatur, est verbum Dei, vnde quãtò aliquis magis in spiritualitatem conuertitur à carne recedens, tantò est in eo maior fructus verbi. Secundum hoc igitur fructus differt ab aurea, & ab aureola, quia aurea consistit in gaudio, quod hꝫ de Deo, aureola verò in gaudio, qđ

*In li. de pœnit. dist.3.ca. to.2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

habetur de operum perfectione: sed fructus, in gaudio quod habetur de ipsa dispositione operantis secundum gradum spiritualitatis, in quem proficit ex semine verbi Dei. Quidam tamen distinguunt inter aureolam & fructum, dicentes, quòd aureola debetur pugnanti: secundum illud secundæ ad Timotheū secundo. Non coronabitur nisi qui legitimè certauerit: fructus autem, laboranti secundum illud quod dicitur Sapien. 3. bonorum laborum gloriosus est fructus. Alij verò dicunt, ꝙ aurea respicit cōuersionem ad Deum, sed aureola & fructus cōsistunt in his, quæ sunt ad finem: ita tamen ꝙ fructus principaliùs respicit voluntatem, aureola autem, magis corpus. Sed cū in eodem sit labor & pugna, & secundum idē: & præmium corporis ex præmio animæ dependeat: secundum prædicta non esset differentia inter fructum, auream, & aureolam, nisi ratione tantum, & hoc non potest esse, cum quibusdam assignetur fructus, quibus non assignatur aureola.

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ non est inconueniens, eidem merito secundum diuersa, quæ in ipso sunt, diuersa præmia respondere: vnde & virginitati respondet aurea, secundum quòd propter Deum seruatur imperio charitatis, aureola vero, secundum qđ est quoddam perfectionis opus habens rationem victoriæ excellentis, fructus verò, secundum quòd per virginitatem homo in quandam spiritualitatē transit, a carnalitate recedens.

¶ Ad secundum dicendum, quòd fructus secundū propriam acceptionem, prout nunc loquimur, non dicit præmium cōmune martyrio & virginitati: sed tribus continentiæ gradibus. Glosa *autem illa, quæ ponit fructum centesimum martyribus respondere, large accipit fructum, secundum quod quælibet remuneratio dicitur fructus: vt sic per centesimum fructum remuneratio designetur, quæ quibuslibet operibus perfectionis debetur.

*Glo. citata in argu.

¶ Ad tertium dicendum, quòd quāmuis aureola sit quoddam accidentale præmium essentiali superadditum, non tamen omne accidentale præmium est aureola, sed præmium de operibus perfectionis, quibus homo maximè Christo conformatur, secundum perfectam victoriam: vnde non est inconueniens, quòd abstractioni à carnali uita aliquod aliud accidentale præmium debeatur, quod fructus dicitur.

ARTICVLVS III.

Vtrùm fructus debeatur soli virtuti continentiæ.

411 AD tertium sic proceditur. Videtur, quòd fructus non debeatur soli virtuti cōtinentię. Quia 1. Cor. 15. super illud. Alia claritas Solis, &c. dicit Glo. *quòd claritati Solis illorum dignitas comparatur, qui centesimum fructum habent: Lunari autem, qui sexagesimum: stellis verò, qui tricesimum. Sed illa diuersitas claritatis, secundum intentionem Apostoli, pertinet ad quamcunque beatitudinis differentiam: ergo diuersi fructus non debent respondere soli virtuti continentiæ.

Glo. ordinaria ibi.

¶ 2 Præt. Fructus à fruitione dicuntur: sed fruitio pertinet ad præmium essentiale, quod omnibus virtutibus respondet: ergo, &c.

¶ 3 Præt. Fructus labori debetur, Sap. 3. Bonorum laborum gloriosus est fructus: sed maior est labor in fortitudine quàm in temperantia: vel in continentia: ergo fructus non respondet soli continentiæ.

¶ 4 Præt. Difficilius est modum non excedere in cibis qui sunt necessarii ad vitam, quàm in Venereis, sine quibus vita conseruari potest: & sic maior est labor parsimoniæ, quàm continentiæ: ergo parsimonię magis respondet fructus, quàm continentiæ.

¶ 5 Præte. Fructus refectionem importat: refectio autem præcipuè est in fine: cum ergo uirtutes Theologicæ finem habeant pro obiecto, scilicet ipsum Deum, videtur, quod eis fructus maximè debeat respondere.

¶ Sed contra est, quod habetur in Gl.* Matth. 13. quæ fructus assignat virginitati, viduitati, & continentiæ coniugali, quæ sunt continentiæ partes.

Gl. ordi. sup. illud, aliud tricesimū, aliud &c.

¶ Respondeo dicendum, quòd fructus est quoddam præmium quod debetur homini ex hoc, quòd à carnali uita in spiritualem transit: & ideo illi virtuti præcipuè fructus respondet, quæ hominem præcipuè à subiectione carnis liberat: hoc autem facit continentia, quia per delectationes Venereas anima præcipuè carni subditur, adeò vt in actu carnali secundum Hierony. *nec spiritus prophetię corda tangat prophetarum: nec in illa delectatione est possibile aliquid intelligere, vt Philosophus† dicit in 7. Ethic. Et ideo continentiæ magis respondet fructus quàm alii virtuti.

†Hie. lib. 1. cōtra Iouinianū, nō procul à prin. hēt parte to. 3.

In Epist. ad Gerūt. de monogamia à med. to. 1. †lib. 7. Ethic. c. 11. circa fin. to. 5.

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ Glo. illa accipit fructum large, secundum quod quælibet remuneratio fructus nominatur.

¶ Ad secundum dicendum, quòd fruitio non sumitur à fructu secundum illam similitudinem, qua nūc de fructu loquimur.

¶ Ad tertium dicendum, quòd fructus, secundum quod nunc loquimur, non respondet labori, ratione fatigationis, sed secundum quod per laborem semina fructificant: vnde & ipsæ segetes labores dicuntur, inquantum propter eas laboratur, vel labore acquiruntur. Similitudo autem fructus, secundum quod oritur ex semine, magis aptatur continentiæ, quàm fortitudini, quia per passiones fortitudinis, homo non subditur carni, sicut per passiones circa quas est continentia.

¶ Ad quartum dicendum, quòd quāmuis delectationes, quæ sunt in cibis, sint magis necessariæ illis quæ sunt in Venereis, non tamen sunt ita vehemētes: vnde per eas anima non ita subditur carni.

¶ Ad quintum dicendum, quòd fructus non sumitur hic secundum quod frui dicitur qui reficitur in fine, sed alio modo dicto, *& ideo ratio non sequitur.

In præsenti art. corp.

ARTICVLVS IIII.

Vtrùm conuenienter assignentur tres fructus tribus continentiæ partibus.

412 AD quartum sic proceditur. Videtur, quòd inconuenienter assignentur tres fructus tribus continentiæ partibus. Quia Gal. 5. ponuntur duodecim fructus spiritus, gaudium, pax, &c. ergo videtur, quòd non debeant poni tres tantùm.

¶ 2 Præt. Fructus nominat aliquod præmium speciale: sed præmium quod assignatur virginib. uiduis, & coniugatis, non est speciale, quia omnes saluandi continentur sub aliquo horum trium, cum nullus saluetur qui continentia careat, & continentia per has tres sufficienter diuidatur: ergo inconuenienter tribus prædictis tres fructus assignantur.

¶ 3 Præte. Sicut viduitas excedit continentiam cōiugalem, ita virginitas uidualem: sed non similiter excedit sexagenarius tricenarium, & centenarius sexagenarium: neque secundum Arithmeticam proportionem, quia sexagenarius excedit tricenarium in 30.

in 10. & centenarius sexagenarium in 40. neq; etiam secundum proportionem Geometricam, quia sexagenarius se habet in dupla ꝓportione ad tricenarium, centenarius verò ad sexagenarium, centenarius verò ad sexagenarium, in superabundantia, quia continet totum & duas tertias partes eius: ergo inconuenienter aptantur fructus tribus continentiæ gradibus.

¶ Præterea, Ea quæ in sacra Scriptura dicuntur, ꝑpetuitatem habent. Luc. 21. Cœlum & terra transibut, verba autem mea non transibunt: sed ea quæ ex institutione hominum sunt facta, quotidie possunt mutari: ergo ex his quæ ex institutione hominum sunt, non est accipienda ratio eorum quæ in Scriptura sacra dicuntur, & sic videtur, ꝙ inconueniens sit ratio, quam * Beda assignat de istis fructibus dicens, quòd fructus tricesimus debetur coniugatis, quia in repræsentatione, quæ fit in abaco, 30. significantur per contactum pollicis & indicis secūdum suam summitatem: vnde ibi quodammodo osculantur se, & sic tricenarius numerus significat coniugatorum oscula. Sexagenarius verò numerus significatur per contactum indicis super medium articuli pollicis: & sic per hoc, quòd index iacet super pollicem opprimens ipsum, significat oppressionem, quàm viduæ patiuntur in mūdo: cum autem numerando, ad centenarium peruenimus, ad dexteram à læua transimus: vnde per centenārium virginitas designatur: quæ habet proportionārium virginitas designatur: quæ habet proportionem angelicæ dignitatis, qui sunt in dextra. scilicet in gloria: nos autem in sinistra, propter imperfectionem præsentis vitæ.

*Loco citato in ar. tom. 4.

¶ Respondeo dicendum, quòd per continentiam cui fructus respondet, homo in quandam spiritualitatem adducitur, carnalitate abiecta. Et ideò secūdum diuersum modum spiritualitatis, quam continentia facit, diuersi fructus distinguūtur. Est enim quædam spiritualitas necessaria, & quædam superabundans. Necessaria quidem spiritualitas est in hoc, quòd rectitudo spiritus ex delectatione carnis non peruertatur: quod fit cum aliquis per rectum ordinem rationis vtitur delectationibus carnis, & hæc est spiritualitas coniugatorum. Spiritualitas verò superabundans, est per quam homo ab huiusmodi delectationibus carnis spiritum suffocantibus omnino se abstrahit. Sed hoc contingit dupliciter. Vel respectu cuiusli bet temporis præteriti, & futuri, & hæc est spiritualitas virginum. Vel secundum aliquod tempus, & hæc est spiritualitas viduarum. Seruantibus ergo continentiam coniugalem datur fructus trigesimus, vidualem, sexagesimus, virginalem, centesimus, ratione illa quam Beda * assignat: quāuis possit & alia ratio assignari ex ipsa natura numerorum: tricenarius enim numerus ex ductu ternarij in denarium surgit: ternarius enim est numerus omnis rei, vt dicitur in primo † de Cælo & mundo & habet in se perfectionem quādam omnibus communem, scilicet principij, medij & finis: vnde conuenienter tricenarius numerus coniugatis assignatur, in quibus supra obseruationem Decalogi, qui per denarium significatur, non additur aliqua perfectio nisi communis, sine qua non potest esse salus. Senarius autem numerus ex cuius ductu in denarium sexagenarius surgit, habet perfectionem ex partibus, cum constet ex omnibus partibus suis simul aggregatis: vnde conuenienter viduitati respondet, in qua inuenitur perfecta abstractio à delectationibus carnis, quantum ad omnes circunstantias, quæ sunt quasi partes virtuosi actus: cum nulla enim persona & in nullo loco viduitas delectationibus carnis vtitur, & sic de aliis circunstantiis: quod non erat in continentia coniugali. Sed centenarius conuenienter respondet virginitati: quia denarius, ex cuius ductu centenarius surgit, est limes numerorū:

† lib. 1. cō mēto 2. to

& similiter virginitas tenet spiritualitatis limitē, quia ad eam nihil de spiritualitate adiici potest. Habet enim centenarius, inquantum est numerus quadratus, perfectionē ex figura: figura. n. quadrata sēm hoc perfecta est, quod ex oi parte æqualitatē hēt, vtpote habens oia latera æqualia: vnde coperit virginitati in qua quātū ad omne tempus æqualiter incorruptio inuenitur.

¶ Ad primū ergo dicendum, quòd ibi fructus non accipitur hoc modo, sicut de eis loquimur.

¶ Ad secundū dicendū, ꝙ nihil cogit ad ponēdum fructum esse prēmiū oīb saluandis cōe. Non solum. n. essentiale præmium cōe est omnib. sed etiam aliquod accidētale. sicut gaudiū de operib. illis, sine quib. non est salus. Pōt tamē dici, ꝙ fructus nō oīb cōueniūt saluādis, sicut patet de his q̄ ī fine pēnitēt, & icotinētervixerūt. Eis n. nō debet fructus sed essētiale prēmiū tātū.

¶ Ad tertiū dicēdum, ꝙ distinctio fructuum magis accipitur sēm species & figuras numerorū, quā sēm quantitates ipsorū, tamē ēt quantum ad quātitatis excessum pōt aliqua ratio assignari. Cōiugatus. n. abstinet tantū à non sua: vidua verò à suo & non suo: & sic inuenitur ibi quędā rō dupli, sicut sexagenarius est duplex ad tricenariū. cētenarius verò. 3. sexagenariū addit quadragenariū q̄ cōsurgit ex ductu quaternarij in denariū. Quaternarius ātē est primus numerus solidus & cubicus: & sic cōuenit talis additio virginitati, q̄ supra pfectionē viduitatis, ppetuā ī corruptionē adiugit.

¶ Ad quartū dicendū ꝙ quāuis illa repræsentatio numerorū sit ex humana institone, tñ fundatur aliquo modo sup rerū nām, inquātū sēm ordinē dictorum artículorum & cōtactuum. numeri gradatim designātur.

ARTICVLVS V.

Vtrùm aureola debeatur ratione virginitatis.

413 AD quintum sic proceditur. Videtur, ꝙ ratione virginitati non debeatur aureola. Vbi est. n. maior difficultas in opere, ibi debetur maius præmium. ed maiorē difficultatē patiuntur in abstinēdo à delectationib. carnis viduæ, quàm virgines: dicit. n. Hieronymus,* quod quāto maior est difficultas ex parte quorundam à voluptatis illecebris abstinere, tato maius est præmium: & loquitur in cōmendatione viduarū. Philosophus ēt dicit in libro animalium, ꝙ iuuenes corruptæ magis appetunt coitum ꝓpter rememorationem delectationis. Ergo aureola, quæ est maximū præmium, debetur magis viduis, quàm virginibus.

413 Thom. 4. d. 49. q. 5. ar. 3. q. 1. & seq.

* Vide in epi. ad Geruntiū de Monogamia. ame. tom. 1.

¶ 2 Præterea, Si virginitati deberetur aureola, vbi esset pfectissima virginitas, maximè inueniretur aureola, sed in beata virgine est perfectissima virginitas, vnde & Virgo virginum nominatur, & tamen ei non debetur aureola, quia nullam pugnam sustinuit in cōtinendo, cum corruptione fomitis non fuerit infestata: ergo virginitati aureola non debetur.

†lib. 7. de historia animal. c. 1. ver. me. tom. 4.

¶ 3 Præterea: Ei quod non est secundum omne ꝑfs laudabile, non debetur præmiū excellens: sed virginitatē seruare in statu innocētiæ non fuisset laudabile, cum tunc ꝓceptum esset, Crescite & multiplicamini, & replete terrā: nec ēt reperelegis, cum sterīles erant maledictæ: ergo virginitati aureola non debetur.

¶ 4 Præterea. Non debetur idem præmium virginitati seruatæ & virginitati amissæ: sed pro virginitate amissa quandoque debetur aureola: vt si aliqua inuita prostituatur à tyranno quia Christum confitetur: ergo virginitati aureola non debetur.

¶ 5 Præterea, Excellens præmium nō debetur ei qđ inest nobis à nā: sed virginitas innascitur cuilibet hoī & bono & malo: ergo virginitati aureola nō debetur.

¶ 6 Præterea, Sicut se hēt viduitas ad fructum sexagesimum, ita virginitas ad fructum, & ad aureolam: sed non cuilibet viduæ debetur fructus sexagesimus, sed so-

Universidad de Deusto
Biblioteca

sed solum viduitatem vouenti, vt quidam dicunt: ergo videtur, quòd nec cuilibet virginitati aureola debeatur, sed solum virginitati ex voto seruatæ.

¶ 7 Præterea, Præmium non respondet necessitati, cùm omne meritum in voluntate consistat: sed quidã sunt virgines ex necessitate, vt naturaliter frigidi & eunuchi: ergo virginitati nõ semper debetur aureola.

¶ Sed contra est, quod habetur Exodi. 25. Facies & alteram coronam aureolam. Glo. * ad coronam pertinet canticum nouum, quòd virgines coram agno concinunt, scilicet qui sequuntur Agnum quocunque ierit: ergo præmium, quod virginitati debetur, dicitur aureola.

* Glo. ordinaria ibidem

¶ Præterea, Isaiæ 56. dicitur, Hæc dicit Dominus Eunuchis, & sequitur, Dabo eis nomen melius à filiis & filiabus: Glo. * propriam gloriam excellentemque significat: sed per Eunuchos, qui seipsos castrauerunt propter regnum cœlorũ, virgines designãtur: ergo sequitur quod virginitati debetur aliquod excellẽs præmium, & hoc vocatur aureola.

* Est glos. Aug. in li. de Sancta virginitate c. 25. in fi. to. 6.

¶ Respondeo dicendum, quòd vbi est præcellens ratio victoriæ, ibi debetur aliqua specialis corona: vnde cum per virginitatem aliquis singularem quãdam victoriam obtineat de carne, contra quam continuè bellum geritur, vt patet ad Galatas 5. Spiritus concupiscit aduersus carnem, &c. virginitati specialis corona debetur, quæ aureola nominatur. Et hoc quidem communiter ab omnibus tenetur, sed cui virginitati debeatur aureola, non similiter omnes dicunt. Quidam enim dicunt, aureolam actui deberi, vnde illa quæ actu virginitatem seruat, aureolam habebit, si sit de numero saluandorum. Sed hoc non videtur esse cõueniens. Quia secundum hoc illæ quæ habent voluntatem nubendi, & tamen antè quàm nupserint decedunt, haberent aureolam. Vnde alij dicunt quòd aureola debeatur statui & non actui. vt illæ tantum virgines aureolam mereantur, quæ in statu virginitatis perpetuæ seruandæ per votum se posuerunt. Sed hoc etiam non videtur conueniens, quia aliquis ex pari voluntate potest seruare virginitatem non vouens, sicut aliquis alius vouens. Et ideò aliter dici pót quod meritum omne actui virtutis debetur à charitate imperato: virginitas autem secundum hoc ad genus virtutis pertinet, secundum quod perpetua incorruptionis & corporis sub electione cadit, vt patet ex his quæ dicta sunt: * & ideó illis tantum virginibus aureola propriè debetur, quæ ꝓpositum habuerunt virginitatem perpetuo cõseruandi siue hoc propositum voto firmauerint, siue non. Et hoc dico secundũ quod aureola propriè accipitur, vt præmium quoddam merito redditum, quamuis hoc proprositum aliquando fuerit interruptum, integritate tamen carnis manente, dummodo in fine vitæ inueniatur quia virginitas mentis reparari potest, quãuis non virginitas carnis. Si autem aureolam large accipiamus pro quocunque gaudio, quod in patria habebunt super gaudium essentiale. sic etiam incorruptis carne aureola respondebit, etiam si propositum non habuerint perpetuò virginitatem seruandi. Non est dubium, quòd de incorruptione corporis gaudebunt, sicut & innocentes de hoc quod immunes à peccato fuerunt, quamuis ét peccandi oportunitatem non habuerunt, vt patet in pueris baptizatis. Sed hæc non est propria acceptio aureolæ, sed valde communis.

Tho. in 4. dist. 31. q. 3.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd in cõtinẽdo, secundum aliquid, maiorem pugnam sustinent virgines, & secundum aliquid, viduæ (cæteris parib.) Virgines enim concupiscentia inflammat, & experiendi desiderium, quod ex quadam quasi curiositate procedit qua scilicet fit, vt homo libentiùs videat quæ nunquã vidit, & etiam quandoque in eis concupiscentiam augeat æstimatio maioris delectationis, quàm sit secundum veritatem, & etiam consideratio eorum incommodorum, quę delectationi huiusmodi adiunguntur. Et quantum ad hoc viduæ minorem sustinent pugnã: maiorem autem, propter delectationis memoriam, & in diuersis vnum alteri præiudicat secundum diuersas hominis conditiones & dispositiones, quia quidã magis mouentur hoc, quidam illo. Quicquid autem sit de quantitate pugnæ, hoc tamen certum est, quod perfectior est victoria virginum quàm viduarum perfectissimum. n. genus victoriæ est & pulcherrimum, hosti nunquam cessisse: corona autem non debetur pugnæ, sed victoriæ de pugna.

¶ Ad secundum dicendum, quòd duplex circa hoc est opinio. Quidam enim dicunt quod beata Virgo pro virginitatis præmio non habet aureolam, si aureola propriè accipiatur, secundum quod respicit pugnã: tamen habet aliquid maius aureola propter perfectissimum propositum virginitatis seruãdæ. Alij verò dicunt, quod aureolam etiã sub propria ratione aureolæ habet, & excellentissimam: quamuis enim pugnam non senserit, pugnam tamen carnis aliquam habuit: sed ex vehementia virtutis, habuit adeo carnem subditam, quòd huiusmodi pugna ei insensibilis erat. Sed istud videtur inconuenienter dici, quia cum Virgo beata credatur omnino immunis fuisse à fomitis inclinatione propter eius sanctificationem perfectam, non est pium ponere aliquam pugnam à carne fuisse in ea, cum talis pugna non sit nisi à fomitis inclinatione, nec tentatio, quæ est à carne, sine peccato esse possit, vt patet per Glo. 2. ad Corint. 12. super illud, Datus est mihi stimulus carnis meæ, &c. Vnde dicendum est, quòd aureolam propriè habet, vt in hoc membris aliis Ecclesię conformetur, in quib. virginitas inuenitur: & quamuis non habuerit pugnam per tentationem, quę est à carne: habuit tamen pugnam per tentationẽ, quę est ab hoste, qui nec etiã ipsum Christum reuerentus fuit vt patet Matth. 4.

¶ Ad tertium dicendum, quod virginitati non debetur aureola nisi inquantum addit quandam excellentiam super alios continentiæ gradus. Si autẽ Adã non peccasset, virginitas nullam perfectionẽ supra cõtinentiam coniugalem habuisset, quia fuissent tunc honorabiles nuptiæ, & torus immaculatus nudã concupiscentiæ fœditate existente: vnde virginitas tunc seruata nõ fuisset, nec ei tunc aureola deberetur. Sed mutata humanæ naturæ conditione virginitas specialem decorem habet: & ideò ei speciale redditur præmium. Tempore etiam legis Moysi, quando cultus Dei per carnalem actum propagandus erat, non erat omnino laudabile à commixtione carnis abstinere: vnde nec tali proposito speciale præmium redderetur, nisi ex diuino processisset instinctu, vt creditur de Hieremia & de Helia, quorum coniugia non leguntur.

¶ Ad quartum dicendum, quòd si aliqua per violentiam oppressa fuerit, propter hoc non amittit aureolam dummodo propositum virginitatis perpetuò seruandi inuiolabiliter seruet, illi actui nullo modo consentiens: nec per hoc etiam virginitatem perdit, & hoc dico siue pro fide, siue pro quacunque alia causa corrũpat violenter: sed si hoc pro fide sustineat, hoc ei erit ad meritum & ad genus martyrij pertinebit. Vnde Lucia dicit, Si me inuitam violari feceris, castitas mihi duplicabitur ad coronam: non quòd habeat duas virginitatis aureolas, sed quia duplex præmium reportabit: vnum pro virginitatis custodia, aliud pro * iniuria quam passa est, dato etiam quòd taliter oppressa concipiat: nec ex hoc meritum virginitatis perdit. Nec tamen matri Christi aequabitur, in qua fuit cum integritate mentis, et integritas carnis.

Al. martyrio quod

¶ AD QVIN-

¶ Ad quintum dicendum, quòd virginitas nobis à natura innascitur quantum ad id quod est materiale in virginitate: sed propositum perpetuæ incorruptionis seruandæ, ex quo virginitas meritum habet, non est innatum, sed ex munere gratiæ proueniens.

¶ Ad sextum dicendum, quòd non cuilibet viduæ fructus sexagenarius debetur, sed ei solum quæ propositum viduitatis seruandæ retinet, quamuis et votũ non emittat, sicut etiam de virginitate dictum est. *

* In corp. ar. & ad 4.

¶ Ad septimum dicendum quòd si frigidi & eunuchi voluntatem habeant perpetuam incorruptionem seruare, etiam si facultas adesset coeundi virgines sunt dicendi, & aureolam merentur: faciunt enim de necessitate virtutem. Si verò voluntatem habeant ducendi coniugem si possent, aureolam non merentur. Vnde dicit Aug. * in lib. de Sancta virginitate: Quib. ipsum virile membrum debilitatur, vt generare nõ possint, vt sunt eunuchi, sufficit cum Christiani fiunt, & Dei præcepta custodiunt eo tamen proposito sunt, vt coniuges si possent haberent, coniugatis fidelibus adæquari.

De S. vir. c. 24 circa pri. to. 6.

ARTICVLVS VI.

Vtrùm martyribus aureola debeatur.

Ad sextum sic proceditur. Videtur, quòd Martyribus aureola non debeatur. Aureola enim præmium est quod operibus supererogationum redditur. Vnde dicit Beda * super illud Exo. 25. Facies & alteram coronam, &c. de eorum præmi potest recte intelligi, qui generalia mandata spontaneæ vitæ perfectionis electione, transcendunt. sed mori pro confessione fidei quandoque est necessitatis, non supererogationis, vt patet ex hoc quod dicitur Roma. 10. Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem: ergo martyrio non semper debetur aureola.

*Gl. ordinaria ibi. ex Beda.

* Refertur in decreto. 28. q. 1. c. Iam nũc Simile hꝯ. Aug. de Adulter. coniugijs c. 14. * inferno in Natalitijs Sanctorũ innocẽtium.

¶ Præterea, Secundum Gre. * iuuentus quantò sunt magis libera, tantò sunt magis grata: sed martyrium, minimum habet de liberalitate, cùm sit pœna ab alio in icta violẽter: ergo martyrio aureola non debetur, quæ respondet merito excellenti.

¶ Præterea, Martyrium non solum consistit in exteriori passione mortis sed etiam in interiori voluntate: vnde Bernardus distinguit tria genera martyrum, scilicet voluntate, non nece, vt Ioannes, voluntate & nece, vt Stephanus, nece & non voluntate, vt Innocentes. Si ergo martyrio aureola deberetur, magis deberetur martyrio voluntatis quam exteriori martyrio, cum meritum ex voluntate procedat: hoc autem non ponitur: ergo martyrio aurela non debetur.

¶ 4 Præterea, Afflictio corporis est minor quàm afflictio mentis, quæ est per interiores dolores & animę Passiones: sed interior etiam afflictio quoddam martyrium est: vnde dicit Hiero. * in sermone de Assumptione: Ratione rectè dixerim, Dei genitrix virgo & martyr fuit, quamuis in pace vitam finierit: vnde, Tuã ipsius animam pertransibit gladius, scilicet dolor de morte filij: cum ergo interiori dolori aureola non respondeat, nec exteriori respondere debet.

* Inter me. & fi. Ilius, inci pit. Cogitẽ me o Paula, tom. 2.

¶ 5 Præterea, Ipsa pœnitentia martyrium quoddã est: vnde dicit Greg. * Quamuis occasio persequutionis desit, habet tamen & pax nostra martyrium suum, quia etsi carnis colla ferro non subiicimus, spirituali tamẽ gladio carnalia desideria in mente trucidamus: pœnitentiæ autem quæ in exteriorib. operibus consistit aureola non debetur: ergo nec etiã omni exteriori martyrio debetur aureola.

* Homil 5 Euan. in fine illius.

¶ 6 Præterea, Illicito operi nõ debetur aureola. sed illicitum est, sibiipsi manus iniicere, vt patet per Augustinum in primo libro de Ciuitate Dei, * & tamen quorundam martyria in Ecclesia celebrata sunt, qui sibi manus iniecerunt, tyrannorum rabiem fugientes, vt patet in Ecclesiastica Historia † de quibusdam militibus apud Alexandriam: ergo non semper martyrio debetur aureola.

* li. 1. c. 17 & 20. to. 5.

† li. 8. c. 12.

¶ 7 Præterea Contingit aliquando aliquem pro fide vulnerari, & postmodum aliquo tempore superuiuere, hunc autem constat martyrem esse, & tamen ei (vt videtur) aureola non debetur, quia eius pugna nõ duravit vsque ad mortem: ergo non semper martyrio debetur aureola.

¶ 8 Præterea, Quidam magis affiguntur in amissione rerum temporalium, quam etiam in propria corporis afflictione, quòd patet ex hoc quòd multas afflictiones sustinent ad lucra conquirẽda. si ergo eis propter Christum temporalia bona deripiantur, videtur quòd sint martyres, nec tamẽ eis, vt videtur, debetur aureola: ergo idem quod prius.

¶ 9 Præterea, Martyr videtur esse tantum ille qui pro fide occiditur: vnde dicit Isidor. * Martyres Græce, testes Latinè dicuntur, quia propter testimonium Christi, passiones sustinuerunt, & vsque ad mortem pro veritate certauerunt sed aliquæ aliæ virtutes sunt fide excellentiores, vt iustitia, & charitas, & huiusmodi, quæ sine gratia esse non possunt, quibus tamen nõ debetur aureola: ergo videtur quod nec martyrio aureola debeatur.

* lib. 7. ethy. c. 11.

¶ 10 Præterea, Sicut veritas fidei est à Deo, ita & qualibet alias veritas, vt dicit Ambr. * quia omne verum à quocunque dicatur, à Spiritum Sãcto est: ergo si sustinenti mortem pro veritate fidei debetur aureola eadem ratione & sustinentib. mortem pro alia qualibet veritate, quod tamen non videtur. †

* In illud ad Ro 12. Nemopotest dicere Dominus Iesus, tomo 5. † Al. debetur.

¶ 11 Præterea, Bonum commune est potius bono particulari: sed si aliquis pro conseruatione reipublicæ moritur in iusto bello, non debetur ei aureola: ergo etiam si occidatur pro conseruatione fidei in seipso, & sic idem quod prius.

¶ 12 Præterea, Omne meritum ex libero arbitrio procedit sed quorundam martyria celebrat Ecclesia, qui vsum liberi arbitrij non habuerunt, ergo aureolã non meruerunt, & sic non omnibus martyribus debetur aureola.

Sed contra, Augustinus dicit in lib. de Sãcta Virginitate, * Nemo, quantum puto, ausus fuit præferre virginitatem martyrio, sed virginitati debetur aureola ergo & martyrio.

Ca. 46. in fine, to. 6.

¶ Præterea, Corona debetur certanti, sed in martyrio est specialis difficultas pugnæ, ergo ei debetur specialis aureola.

¶ Respondeo dicendum, quòd sicut inest quędam pugna spiritui contra interiores concupiscentias, ita etiam inest homini quædam pugna contra passiones exterius illatas, vnde sicut perfectissimæ victoriæ, quæ de concupiscentiis carnis triumphatur, scilicet virginitati debetur specialis corona, quæ aureola dicitur, ita etiam perfectissimæ victoriæ, quæ habetur de impugnatione exteriori, debetur aureola. Perfectissima autem victoria de exterioribus passionibus consideratur ex duobus. Primo, ex magnitudine passionis, inter omnes autem passiones illatas exterius, præcipuum locum mors tenet, sicut & in passionibus interioribus præcipuę sunt venereorum cõcupiscentiæ, & ideò quando aliquis obtinet victoriam de morte & ordinatis ad mortem perfectissimè vincit. Secundò, perfectio victoriæ consideratur ex causa pugnæ, quando videlicet pro honestissima causa pugnatur, quæ & est ipse Christus. Et hæc duo in martyrio considerantur, quòd est mors susceptа propter Christum, martyrem * verò nõ facit pœna, sed causa, & ideo martyrio aureola

* Al. est.

Universidad de Deusto
Biblioteca

aureola debetur.sicut & virginitati.

Ad primum ergo dicendum, quòd sustinere mortem propter Christum,quantum est de se, est opus superrogationis,non enim quilibet tenetur fide suam coram persequutore confiteri:sed in casu est de necessitate salutis, quando scilicet aliquis à persequutore † deprehensus, de fide sua requiritur,quam confiteri tenetur. Nec tamen sequitur quòd aureolam nó mereatur,aureola enim non debetur operi supererogationis.inquantum est supererogationis. sed inquãtum perfectionem quãdam habet:vnde tali perfectione manente etiam si non sit supererogatio, aureolam aliquis mereretur.

¶ Ad secundum dicendum,quòd martyrio non debetur aliquod præmium,secundum hoc quòd ab exteriori agitur, sed secundum hoc quòd voluntariè sustinetur: quia non meremur nisi per ea quæ sunt in nobis:& quantò id quod aliquis sustinet voluntarie, est difficilius. & magis natum voluntati repugnare, tantò voluntas quæ propter Christum illud sustinet, ostenditur firmius fixa in Christo; & ideò ei excellentius præmium debetur.

¶ Ad tertium dicẽdum, quòd quidam actus sunt, qui in ipso actu habent quandam vehementiam delectationis vel difficultatis,& in talib. actus semper addidit ad rationem meriti vel demeriti, secundum quòd in actu oportet voluntatem variari,ex vehementia actus à statu in quo priùs erat: & ideò,ceteris paribus, actu luxuriam exercens, plus peccat quàm qui solum in actum consentit, quia in ipso actu voluntas augetur. similiter & cum actus martyrij maximam difficultatem habeat: voluntas tamen martyrij non pertingit ad illud meritum, quod actui martyrij debetur ratione difficultatis:quamuis etiam possit peruenire ad alterius præmium confiderata radice merendi, quia aliquis ex maiori charitate potest velle sustinere martyrium, quàm alius sustineat. Vnde voluntariè martyr potest mereri sua voluntate præmiũ essentiale, æquale vel maius eò quòd martyri debetur:sed aureola debetur difficultati.quæ est in ipsa pugna martyri, vnde aureola voluntarie tantum martyribus debetur.

¶ Ad quartum dicendum, quòd sicut delectationes tactus,circa quas est temperantia,præcipuum locum tenent inter omnes delectationes interiores & exteriores, ita dolores tactus omnibus aliis doloribus præeminent. & ideò difficultati illi, quæ accidit in sustinendo dolores tactus,puta qui sunt in verberibus & huiusmodi,debetur aureola magis, quàm difficultati sustinendi interiores dolores, pro quibus tamen non proprie dicitur aliquis martyr,nisi secundũ quandam similitudinem, & hoc modo Hieronymus loquitur.

¶ Ad quintum dicendum,quòd afflictio pœnitentiæ propriè loquendo, non est martyrium: quia non consistit in his quæ ad mortem inferendam ordinantur,cum ordinetur solum ad carnem domandam: cuius mensuram si quis excedat, erit afflictio culpanda. Dicitur tamen propter quandam similitudinem afflictionis martyrium,quę quidem afflictio excedit martyrij afflictionem diuturnitate, sed exceditur intensione.

¶ Ad sextum dicendum, quòd secundum Aug.in 1.de Ciui:Dei,* Nulli licitum est sibiipsi manus iniicere, quacunque ex causa, nisi forte diuino instinctu fiat ad exemplum fortitudinis * extendendum, vt miors contemnatur: illi autem, de quibus obiectum est diuino instinctu mortem sibi intulisse creduntur, &propter hoc eorum martyria Ecclesia celebrat.

¶ Ad septimum dicendum,quòd si aliquis propter fidem,vulnus mortale accipiat & superuiuat, non est dubium quin aureolam meretur,sicut de beata Cecilia patet, quæ triduo superuixit,& de multis martyribusqui in carcere sunt defuncti. Sed etiam si vulnus non mortale accipiat,& tamen exinde mortem incurrat, creditur aureolam mereri (quamuis quidam dicant,quòd aureolam non meretur,si ex incuria vel negligentia propria mortem incurrat)non enim ista negligentia eum ad mortem induxisset,nisi præsupposito vulnere, quod pro fide acceptum est: & ita vulnus quod pro fide acceperat,est prima occasio mortis, vnde propter hoc aureolam non videtur amittere: nisi sit talis negligẽtia. q̃ culpã mortalẽ inducat,q̃ ei & aureã auferat & aureolã. Siverò ex mortali vulnere suscepto non moriatur aliquo casu contingente, vel etiam vulnera non mortalia susceperit, & adhuc carcerem sustinens moriatur,adhuc aureolam meretur:vnde & quorundam Sanctorum martyria in Ecclesia celebrãtur,quæ in carcere mortui sunt aliquibus vulneribus longè ante susceptis, sicut patet de Marcello Papa. Qualiscunque igitur afflictio propter Christum illata,vsque ad mortem continetur,siue mors inde sequatur,siue non aliquis martyr efficitur,& aureolam meretur. Si verò non continuetur vsque ad mortem, nó propter hoc aliquis dicetur martyr,sicut patet de beato Syluestro,de quo non solennizat Ecclesia, sicut de martyre,quia in pace vitam finiuit; quamuis priùs aliquas passiones sustinuerit.

¶ Ad octauũ dicendum,quòd sicut temperantia nó est circa delectationes in pecuniis,vel in honoribus & huiusmodi, sed solum in delectationib. tactus,quasi præcipuis:ita etiam fortitudo est circa pericula mortis,sicut circa præcipua.vt dicitur in tertio Ethicorũ. * Et ideò soli iniuriæ,quæ irrogatur circa corpus proprium,ex qua nata est mors sequi,debetur aureola.Si verò aliquis propter Christum res temporales siue famam, vel quicquid huiusmodi amittat, non efficitur propter hoc propriè martyr, nec meretur aureolam. Nec aliquis potest ordinatè res exteriores plus diligere,quàm proprium corpus. amor autem inordinatus non coadiuuat ad meritum aureolæ:nec etiam potest dolor de amissione rerum corporalium coæquari dolori de corporis occisione.& aliis huiusmodi.

¶ Ad nonum dicendum, quòd causa sufficiens ad martyrium non solum est confessio fidei,sed quæcunque alia virtus non politica,sed infusa quæ finem habeat Christum. Quolibet enim actu virtutis aliquis testis Christi efficitur, inquantum opera quæ in nobis Christus perficit tellimonia bonitatis eius sunt. Vnde aliquæ virgines sunt occisę pro virginitate,quã seruare volebant.sicut beata Agnes, & quædam aliæ, quarum martyria in Ecclesia celebrantur.

¶ Ad decimum dicendum, quòd veritas fidei habet Christum pro fine & pro obiecto. Et ideo confessio ipsius, aureolam meretur,si pœna addatur, non solum ex parte finis,sed etiam ex parte materiæ. Sed cõfessio cuiuscunque alterius veritatis non est causa sufficiens ad martyrium ratione materiæ, sed solum ratione finis:vtpote si aliquis vellet prius occidi,ꝙ Christo quàm quodcunque mendacium dicendo, contra ipsum peccaret.

¶ Ad vndecimum dicendum,quòd bonum increatum excedit bonum omne creatum: vnde quicunque finis creatus,siue sit bonum commune,siue priuatum non potest actui tantam bonitatem præstare, quantam finis increatus cum scilicet aliquid propter Deũ agitur: & ideo cum quis propter bonum commune non relatum ad Christum mortem sustinet,aureolam non meretur:sed si hoc referatur ad Christum, aureolam merebitur,& martyr erit: vtpote si rempubli. defendat ab hostili impugnatione,qui fidẽ Christi corrũpere moliũtur,& in tali defensione mortem sustineat.

¶ Ad duo-

*Al. apprehenius.

*li.1.c.17. & 20.10-mo 1.

*Al.ostẽdendum.

*3.li.s.c.6. rom.3.

Ad duodecimum dicendum, quòd quidam dicũt, quòd in innocentibus occisis pro Christo, virtute diuina acceleratus est vsus rationis, sicut & in Ioanne Baptista,dum adhuc esset in materno vtero, & secundum hoc vere martyres fuerunt,& voluntate & actu, & aureolam habent.Sed alij dicunt,quòd fuerũt martyres actu tantum,& non voluntate: quod videtur sentire Bern.distinguens tria genera martyrum,vt dictũ *est: & secundum hoc innocentes sicut non pertingunt ad perfectam rationẽ martyrij,sed aliquid martyrij habent ex hoc, quòd passi sunt pro Christo, ita etiam & aureolam habent, non quidem secundum perfectam rationem,sed secundum aliquam participationem,inquantum scilicet gaudent se in obsequiũ Christi occisos esse, vt dictum * est de pueris baptizatis, quod habebunt aliquod gaudium de innocentia & carnis integritate.

*In arg.3. huius arti.

Art.5.huius q.in fi. corp.

ARTICVLVS VII.

Vtrùm doctoribus aureola debeatur.

AD septimum sic proceditur. Videtur, quòd Doctoribus aureola non debeatur. Omne enim præmium quòd in futuro habebitur,alicui actui virtutis respondet:sed prædicare vel docere non est actus alicuius virtutis:ergo doctrinæ vel prædicationi non debetur aureola.

¶ 2 Præterea Docere & prædicare, ex studio doctrinæ proueniunt: sed ea quæ præmiantur in futuro, nó sunt acquisita per humanum studium, quia naturaliter acquisitis non meremur: ergo pro doctrina & prædicatione nullus in futuro aureolam promerebitur.

¶ 3 Præterea,Exaltatio in futuro respondet humiliationi in præsenti quia qui se humiliat,exaltabitur: sed in docendo & in prædicando non est humiliatio, imò magis superbiæ occasio:vnde Glo. * dicit Matt. 4. quòd Diabolus multos decepit honore magisterij iusiatos:ergo videtur, quòd prædicationi & doctrinæ aureola non debeatur.

*Glor.super illud, tunc diabolus assũpsit eum &c.

¶ Sed contra,Ephes.1.super illud: Vt sciatis quæ sit supereminens &c.dicit Glo. † quoddam incrementũ gloriæ habebunt sancti Doctores vltra illud quod cõmuniter omnes habebunt,ergo,&c.

†Gl.ordinaria ibi.

¶ Præterea, Cant.8. super illud, Vinea mea coram me est:dicit Glo. * ostẽdit quid singularis præmij doctoribus eius disponat: ergo doctores habebunt singulare præmium,& hoc vocamus aureolam.

*Glor.super illud Cãt.8.tradicit eam cõstodib.

¶ Respondeo dicendum, quòd sicut per martyriũ & virginitatem aliquis perfectissimam victoriam obtinet de carne & mundo,ita etiam perfectissima victoria contra Diabolum obtinetur, quando aliquis non solum diabolo impugnãti non cedit,sed etiam expellit eum, & non solum à se, sed etiam ab aliis: hoc autẽ fit per prædicationem & doctrinam:& ideò prædicationi & doctrinæ aureola debetur, sicut & virginitati & martyrio.Nec est dicendum,vt quidã dicunt,quòd debeatur tãtum prælatis quibus competit ex officio prædicare & docere:sed quibuscunq; qui licitè hunc actum exercent. Prælatis autem non debetur, quam uis habeant officium prædicandi,nisi actu prædicent, quia corona non debetur habitui, sed pugnæ actuali, secundum illud 2. Timoth. 2. Nó coronabitur nisi qui legitimè certauerit.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd prædicare & docere sunt actus alicuius virtutis,scilicet misericordiæ vnde & inter spirituales eleemosynas computantur. *

Tho.in 4. dist.17.q.2. art.3.q.2.

¶ Ad secundum dicendum, quòd quamuis facultas prædicandi & docendi quandoque ex studio proueniat,tamen vsus doctrinæ ex voluntate procedit,quę per charitatem informatur à Deo infusam,& sic actus eius meritorius esse potest.

¶ Ad tertium dicendum, quòd exaltatio in hac vita non diminuit alterius vitæ præmium, nisi ei qui in tali exaltatione propriam gloriam quęrit.Qui autem talem exaltationem in vtilitatem aliorum conuertit ex ea sibi mercedem acquirit.Cùm autẽ dicitur,quòd doctrinæ debetur aureola,intelligẽdum est de doctrinis pertinentibus ad salutem, per quas diabolus à cordibus hominum expugnatur, sicut quibusdam spiritualib.armis,de quibus dicitur 2.Cor.10.Arma militiæ nostræ non sunt carnalia, sed spiritualia.

ARTICVLVS VIII.

Vtrùm Christo aureola debeatur.

AD octauum sic proceditur.Videtur,quòd Christo aureola debeatur.Debetur enim aureola virginitati,& martyrio, & doctrinæ: sed in Christo hæc tria præcipuè fuerunt:ergo Christo præcipuè aureola debetur.

4.d.6 Tho.4.dist. 49.q.5.ar. 4.q.1.& seq.

¶ 2 Præterea. Omne quod est perfectissimum in rebus humanis, præcipuè Christo est attribuẽdum: sed præmium aureolæ, debetur excellentissimis meritis: ergo & Christo debetur.

¶ 3 Præterea,Cyprianus * dicit,quòd imaginẽ Dei virginitas portat: ergo virginitatis exemplar in Deo est & sic videtur, quòd Christò, etiam inquantum est Deus aureola competat.

*In lib.de habitu virginũ : qui incipit.Disciplina cultus.

¶ Sed contra aureola est gaudium de conformitate ad Christum,vt dicitur:sed nullus conformatur,vel assimilatur sibiipsi, vt patet per Philosophum: * ergo Christo aureola non debetur.

*li.10.Metaph.ex cõmẽt.11.& 10.10.3.

¶ Præterea,Christi præmium nunquam est augmẽtatum:sed Christus ab instanti suæ conceptionis non habuit aureolam,quia tunc nunquam pugnauerat:ergo nunquam postea aureolam habuit.

¶ Respondeo dicẽdum, quòd circa hoc est duplex opinio.Quidam.n.dicunt, quòd in Christo est aureola secundum propriam aureolæ rationem, cùm in eo pugna inueniatur & victoria, & per consequens corona, secundum propriam rationem. Sed diligenter considerando, quamuis Christo cõpetat ratio aureæ vel coronæ:non tamen ei competit rõ aureolę.Aureola.n. ex hoc ipso, ꝙ diminutiuè dicitur, importat aliqd quod participatiuè,& nunquam secundum sui plenitudinem possidetur, Vnde illis cõpetit aureolã habere,in quib. est aliqua perfectionis victoriæ participatio,secundum imitationem eius,in quo perfectę victorię rõ plena cõsistit. Et ideò cũ in Xpo soueniat huiusmodi principalis & plena victoriæ ratio, per cuius victoriam omnes alij victores constituuntur, vt patet Io.16.Cofidite,ego vici mundum, & Apo.3. Ecce vicit Leo de tribu Iuda:ideò Christo nó cõpetit aureolam habere, sed aliquid aliud vnde omnes aureolæ originantur,vnde dicitur Apo.3.Qui vicerit, faciã eum sedere in throno meo, sicut ego vici, & sedeo in throno Patris mei. Vnde secundum alios dicẽdum est, quòd quamuis id quod est in Christo,non habeat rationem aureolæ,tamen est excellentius omni aureola.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd Christus fuit verissimè Virgo,& Martyr.& Doctor:sed tamen præmium accidentale his respondens in Christo, non habet aliquã * nobilem quantitatem, in comparatione ad magnitudinem essentialis præmij:vnde non habet aureolam sub ratione aureolæ.

Al.notabilem

¶ Ad secundum dicendum,quòd aureola quamuis debeatur

Universidad de Deusto
Biblioteca

debeatur operi perfectissimo, quò ad nos.tamen aureola inquantum diminutiuè dicitur,significat quandam participationem perfectionis ab aliquo, in quo plenariè inuenitur.& secundum hoc ad quandam minorationem pertinet:& sic in Christo non inuenitur, in quo omnis perfectio plenissimè inuenitur.

¶ Ad tertium dicendum, quòd quamuis virginitas habeat aliquo modo exemplar in Deo, non tamè habet exẽplar vnius rationis. Incorruptio enim Dei quam virginitas imitatur, non eadem ratione est in Deo & in aliquo virgine.

ARTICVLVS IX.

Vtrum angelis aureola debeatur.

417 *In ferm. de Assumptione B. Mariæ. inter p inc. & med. tom. 2 † Gl. ordinaria sup illud, propter infirmitatem necessitatem.

AD nonum sic proceditur. Videtur, quòd angelis aureola debeatur. Quia vt dicit Hieronymus * de virginitate loquens, In carne præter carnem viuere potius est vita angelica, quàm humana & 1. Corint. 7 primo dicit Glossa, † quod virginitas est vita angelica: cum igitur virginitati respondeat aureola, videtur, quòd angelis debeatur.

¶ Præterea, Nobilior est incorruptio spiritus quã incorruptio carnis: sed in angelis inuenitur incorruptio spiritus, quia nunquam peccauerunt: ergo eis magis debetur aureola, quam hominib. incorruptis carne, qui aliquando peccauerunt.

¶ 3 Præterea, Doctrinæ debetur aureola: sed angeli nos docent purgando, illuminando, & perficiendo vt Dionysius, * dicit. ergo eis debetur aureola saltem Doctorum.

*C. 6. ec. cleſiaſti. Hierar. parte 3. à medio.

¶ Sed contra, 2. Timoth. 2. Nõ coronabitur nisi qui legitimè certauerit: sed in angelis non est pugna: ergo eis aureola non debetur.

¶ Præterea, Aureola non debetur actui, qui per corpus non exercetur, vnde amantib. virginitatem, martyrium, & doctrinam. si exterius eis hæc non insint, aureola non debetur: sed angeli sunt spiritus incorporei: ergo aureolam non habent.

¶ Respondeo dicendum, quòd angelis aureola nõ debetur: cuius ratio est, quia aureola respondet cuilibet perfectioni excellenti in merito: ea vero quæ in hominibus ad perfectionem meriti pertinent, angelis sunt connaturalia. vel etiam spectant ad communẽ eorum statum. aut etiam ad ipsum præmium essentiale: & ideò ratione eorum, qua hominibus aureola debetur, angeli, non habent aureolam.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd virginitas dicitur esse vita angelica, inquantum per gratiam virgines imitantur id, quòd angeli habent per naturam. Non enim virtutis est in angelis, quòd omnino à delectabilibus carnis abstineãt, cum huiusmodi delectationes in eis esse non possint.

¶ Ad secundum dicendum, quòd perpetua incorruptio spiritus in angelis præmium essentiale meretur: est enim de necessitate salutis, cùm in eis non possit subsequi reparatio post ruinam.

¶ Ad tertium dicendum, quòd illi actus, secundum quos angeli nos docent, pertinent ad gloriam eorum & communem ipsorum statum: vnde per huiusmodi actus aureolam non merentur.

ARTICVLVS X.

Vtrùm aureola etiam corpori debeatur.

418

AD decimum sic proceditur, Videtur, quòd aureola etiam corpori debeatur. Præmium enim essentiale est potius, quàm accidentale: sed dos quæ ad præmium essentiale pertinet, non solùm est in anima, sed etiam in corpore: ergo & aureola quæ pertinet ad præmium accidentale.

¶ 2 Præterea, Peccato quod per corpus exercetur, respondet pœna in anima & corpore: ergo & merito, quod exercetur per corpus, debetur præmium & in anima & in corpore. Sed meritum aureolæ per corpus exercetur: ergo aureola etiam debetur corpori.

¶ 3 Præterea. In corporibus martyrum quædam nitens virtutis pulchritudo apparebit in ipsis cicatricibus corporis. Vnde Augustinus dicit 22. de Ciui. Dei. * Nescio quomodo sic afficimur amore martyrum beatorum, vt velimus in illo regno in eorum corporibus videre vulnerum cicatrices, quæ pro Christi nomine pertulerunt: & fortasse videbimus. Non. n. deformitas in eis, sed dignitas quædam erit, quamuis in corpore, non corporis, sed virtutis pulchritudo fulgebit. Ergo videtur, quòd aureola martyrum etiam in corpore sit, & eadem ratione de aliis.

*li. 22. de ciuit. c. 20. ſpirit. ro.

¶ Sed contra, Animæ quæ modo sunt in Paradiso, habent aureolas, nec tamen habent corpora: ergo proprium subiectum aureolæ non est corpus, sed anima.

¶ Præterea. Omne meritum est ab anima: ergo præmium totum in anima esse debet.

¶ Respondeo dicendum, quòd aureola propriè est in mente est. n. gaudium de operib. illis, quib. aureola debetur. Sed sicut ex gaudio essentialis præmij, quod est aurea, redundat quidam decor in corpore, qui est gloria corporis ita ex gaudio aureolę resultat aliquis decor in corpore, vt sic aureola principaliter sit in mente sed per quandam redundãtiam refulgeat etiam in corpore, vel in carne.

¶ Et per hoc patet responsio Ad obiecta.

¶ Tamen sciendum est, quòd decor cicatricum, quæ in corporib. martyrum apparebunt, non potest dici aureola: quia aliqui martyres aureolã habebũt, in quib. hmói cicatrices nõ erũt, vtpote illi q̃ sunt submersi, aut famis inedia, vel squalore carceris iterẽpti.

ARTICVLVS XI.

Vtrùm conuenienter designentur tres aureolæ, virginum, martyrum, & prædicatorum.

419 *Thom. 4. dist. 49 q. ar. 5. q. 1. & sequen.

AD vndecimum sic proceditur. Videtur, q̃ inconuenienter designentur tres aureolæ, virginum. s. martyrum, & prædicatorum. Aureola enim martyrũ respondet virtuti fortitudinis eorum, aureola virginum, virtuti temperãtiæ, aureola vero Doctorum, virtuti prudentiæ: ergo videtur quòd debeat esse quarta aureola quæ respondeat virtuti iustitiæ.

¶ 2 Præterea. Exod. 25. dicit Glossa, q̃ corona aurea additur cum per Euangelium his qui mandata custodiunt, vita æterna promittitur, Matt. 19 Si vis ad vitam ingredi, serua mandata Huic aureola superponitur, cum dicitur: Si vis perfectus esse, vade, & vende omnia quæ habes, & da pauperibus: ergo paupertati debetur aureola.

¶ 3 Præterea. Per votum obediẽtiæ aliquis se subiicit Deo totaliter: ergo in voto obedientiæ maxima perfectio consistit: & ita videtur, quòd ei aureola debeat

¶ 4 Præterea, Multa sunt etiam alia supererogationis opera, de quib. homo in futuro speciale gaudiũ habebit: ergo multæ sunt aliæ aureolæ præter tres prædictas.

¶ 5 Præterea, Sicut aliquis diuulgat fidem prædicãdo & docendo, ita scripta cõpilando: ergo & talib. quarta aureola debetur.

¶ Respon-

¶ Respondeo, dicendum, quòd aureola est quoddam priuilegiatum præmium priuilegiatæ victoriæ respondens. Et ideò secũdum priuilegiatas victorias in tribus pugnis, quæ quilibet homini imminent, tres aureolæ sumuntur. In pugna. n. quæ est contra carnẽ, ille potissimam victoriam obtinet, qui à delectabilibus venereis, quæ sunt præcipua in hoc genere, omnino abstinet, cuiusmodi est virgo: & ideò virginitati aureola debetur. In pugna verò qua contra mundũ pugnatur, illa est præcipua victoria, cùm à mundo persecutionem vsque ad mortem sustinemus: vnde & martyribus quia in ista pugna victoriam obtinent, secunda aureola debetur. In pugna verò, qua contra diabolum pugnatur, illa est præcipua victoria, cum aliquis hostem non solum à se, sed etiam à cordibus aliorum remouet, quod fit per doctrinam & prædicationem: & ideò Doctoribus & prædicatoribus tertia aureola debetur. Quidam verò distinguunt tres aureolas secundum tres vires animæ, vt dicantur tres aureolæ respondere potissimis trium virium animæ actibus. Potissimus enim actus rationalis est veritatem fidei, et in alios diffundere, & huic actui debetur Doctorum aureola. Irascibilis verò actus potissimus est, etiam mortem propter Christum * superare, & huic actui debetur aureola martyrum Concubiscibilis verò actus potissimus est à maximis delectabilibus carnis abstinere penitus: & huic debetur aureola virginum. Alij verò aureolas tres distinguunt, secundum ea, quibus Christò nobilissimè conformamur. Ipse enim mediator fuit inter Patrem & mundum. Fuit ergo Doctor, secundum quod veritatem. quam à Patre accepe rat mundo manifestauit. Fuit autem Martyr, secundũ quòd à mundo persequutionem sustinuit. Fuit verò Virgo, inquantum puritatem in seipso seruauit. Et ió Doctores, Martyres, & Virgines ei perfectissimè conformantur: vnde talibus debetur aureola.

Al. sustinere.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd in actu iustitiæ non attenditur aliqua pugna, sicut in actibus aliarum virtutum. Nec tamen hoc verum est, quòd docere sit actus prudentiæ, imò potius est actus charitatis, vel misericordiæ, secundum quod ex tali habitu incliuamur ad huiusmodi actus exercitium, vel etiam sapientię, vt dirigentis. Vel potest dici, secundum alios, quòd iustitia circuit omnes virtutes: & ideò ei specialiter aureola non debetur.

¶ Ad secundum dicendum quòd paupertas quamnis sit opus perfectionis, non tamen tenet summum locũ in aliqua spirituali pugna: Quia amor corporalium minus impugnat, quàm concupiscentia carnis. vel persecutio inducta in corpus proprium. Vnde paupertati nõ debetur aureola, sed debetur ei iudiciaria potestas ratione humiliationis quæ consequitur paupertatem: Glosa autem inducta large accipit aureolam pro quolibet præmio, quod redditur merito excellenti.

¶ Et similiter dicendum Ad tertium & Quartum.

¶ Ad quintum dicendum, quòd etiam scribentib. sacram doctrinam, debetur aureola: sed hæc non distinguitur ab aureola doctorum: quia scripta componere quidam modus docendi est.

ARTICVLVS XII.

Vtrùm aureola virginum sit potissima inter alias.

420

AD duodecimum sic proceditur. Videtur, quòd aureola virginum sit inter alias potissima. Quia Apocal. 14. de virginibus dicitur, quòd sequuntur agnũ quòcunque ierit, & quòd nemo poterat dicere canticum, quod virgines cantabant: ergo virgines habent excellentiorem aureolam.

¶ 2 Præterea, Cyprianus de virginibus dicit, quòd sint illustrior portio gregis Christi: ergo eis maior aureola debetur.

¶ 3 Item, Videtur, quòd potissima sit aureola martyrum. Quia dicit Haymo, quòd non omnes virgines coniugatas præcedunt, sed hi specialiter, qui in torméto pasionis virginitate insuper custodita coęquãtur martyribus coniugatis: ergo martyrium dat virginitati præeminentiam super alios status: & sic martyrio potior aureola debetur.

¶ 4 Item, Videtur, quòd potissima debeatur Doctoribus, quia Ecclesia militans exemplata est ab Ecclesia triumphante: sed in Ecclesia militãte maximus honor debetur Doctoribus, 1. ad Tim. 5 Qui benè præsunt præsbyteri, duplici honore digni habeantur, maxime qui præsunt in verbo & doctrina: ergo in Ecclesia triumphante talibus potior aureola debetur.

¶ Respondeo dicendum, quòd præeminentia aureolæ ad aureolam potest dupliciter attendi. Primò, ex parte pugnæ, vt dicatur aureola potior, quæ fortiori pugnæ debetur: & per hunc modum aureola martyrũ aliis aureolis supereminet quodam modo, & aureola virginum alio modo, pugna enim martyrum est fortior secundum seipsam, & vehementius affligens, sed pugna carnis est periculosior, inquantum est diuturnior, & magis nobis imminet è vicino. Secũdò, ex parte eorum, de quibus est pugna: & sic aureola Doctorũ inter omnes est potior, quia huiusmodi pugna vertitur circa intelligibilia: aliæ verò pugnæ circa sensibiles passiones. Sed illa eminentia quæ attẽditur ex parte pugnæ, est aureolæ essentialior, quia aureola secundum propriam rationem respicit victoriã & pugnam Difficultas autem pugnæ quæ attenditur ex parte ipsius pugnæ, est potentior, quàm illa quæ attenditur ex parte nostri, inquantum est nobis vicinior: & ideò simpliciter loquendo, aureola martyrum inter omnes est potior. Et ideo dicitur Mat. 5. in * Glo. quòd in octaua beatitudine, quæ ad martyres pertinet, scilicet, beati qui persequutionem patiuntur, &c. omnes aliæ perficiuntur: & propter hoc etiam Ecclesia in cõnumeratione Sanctorum, martyres Doctoribus, & virginibus præordinat: sed quantũ ad aliquid, nihil prohibet alias aureolas excellentiores esse.

* Gl. ordinar. super illud Mat. 5. Beati, qui persecut.

¶ Et per hoc patet solutio Ad obiecta.

ARTICVLVS XIII.

Vtrùm vnus alio aureolam excellentius habeat.

421

AD decimumtertium sic proceditur. Videtur, quòd vnus aureolam virginitatis vel martyrij, vel Doctores, excellentius alio non habeat. Quia ea quæ sunt in termino, non intenduntur, neque remittuntur: sed aureola debetur operibus, quæ sunt in termino perfectionis: ergo aureola non intenditur, neque remittitur.

¶ 2 Præterea, Virginitas non suscipit magis & minus cum importet priuationem quandam. priuationes autem non intendantur, nec remittantur, ergo nec præmium virginitatis, scilicet aureola virginum, intenditur & remittitur.

¶ Sed contra, Aureola superponitur aureæ: sed aurea est intensior in vno, quàm in alio: ergo & aureola.

¶ Respondeo dicendum, quòd cum meritum sit quodammodo præmij causa, oportet diuersificari præmia, secundum quòd merita diuersificantur: aliquid enim intenditur & remittitur per intensionem & remissionem

Universidad de Deusto
Biblioteca

missionem suæ causæ: meritum autem aureolæ potest esse maius & minus, vnde & aureola potest esse maior & minor. Sciendum tamen, quòd meritum aureolæ potest intendi dupliciter. Vno modo, ex parte radicis: alio modo, ex parte operis. Contingit enim esse aliquos duos, quorum vnus ex minori charitate maius tormentum martyrij sustinet, vel magis prædicationi instat, aut etiam magis a delectabilibus carnis se elongat. In tensioni ergo meriti, quæ attenditur penes radicem, non respondet intensio aureolæ, sed intentio aureæ: sed intensioni meriti, quæ est ex genere actus, respondet intensio aureolæ. Vnde potest esse, quòd aliquis, qui minus in martyrio meretur quantum ad essentiale præmium, habebit pro martyrio maiorem aureolam.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd merita quib. debetur aureola, non attingunt ad terminum perfectionis simpliciter, sed secundum speciem, sicut ignis est specie subtilissimum corporum. Vnde nihil prohibet vnam aureolam alia esse excellétiorem, sicut vnus ignis est alio subtilior.

¶ Ad secundum dicendum, quòd vna virginitas pōt esse maior alia, propter maiorem recessum a virginitatis contrario, vt dicatur in illa esse maior virginitas, quę magis occasiones corruptionis vitat. sic enim prius intendi possunt, vt cum dicitur homo magis cęcus, quia magis elongatur a visu.

QVAESTIO XCVII.

De pœna damnatorum, in septem articulos diuisa.

COnsequenter considerandum est de pertinentib. ad damnatos post iudicium. Et primò de pœnis damnatorum & igne, quo eorum corpora cruciabuntur. Secundò de his quę pertinent ad eorum affectum & intellectum. Tertiò, de iustitia & misericordia Dei, respectu damnatorum.

Circa primum quæruntur septem.

¶ Primò, vtrum damnati in inferno sola pœna ignis afligantur.

¶ Secundò, vtrum vermis eorum, quo affliguntur, sit corporalis.

¶ Tertiò, vtrum fletus in eis existens, sit corporalis.

¶ Quartò, vtrum tenebræ eorum sint corporales.

¶ Quintò, vtrum ignis, quo affliguntur, sit corporalis.

¶ Sextò, vtrum sit eiusdem speciei cum igne nostro.

¶ Septimò, vtrum ignis ille sit sub terra.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrùm damnati in inferno sola pœna ignis affligantur.

AD primum sic proceditur. Videtur, quòd damnati in inferno sola pœna ignis affligant. Quia Matthæi 25. vbi eorum damnatio exprimitur, fit mentio solùm de igne, cum dicitur: discedite à me maledicti in ignem æternum.

¶ 2 Præterea, Sicut pœna purgatorij debetur peccato veniali, ita pœna inferni debetur mortaliter in purgatorio non dicitur esse nisi pœna ignis, vt patet per hoc, quod dicitur 1. Cor. 3. vniuscuiusq; opus quale sit, ignis probabit: ergo nec in inferno erit, nisi pœna ignis.

¶ 3 Præterea, Pœnarum varietas refrigerium præstat, sicut cùm de calido trāsfertur quis ad frigidum: sed nullum refrigerium est ponere in damnatis: ergo non erunt diuersæ pœnæ, sed sola pœna ignis.

Sed contra est, quod dicitur in Psalm. 10. Ignis & sulfur & spiritus procellarum pars calicis eorum.

¶ Præterea, Iob 24. Ad nimium calorem transeat ab aquis nimium.

¶ Respondeo dicendum, quòd secūdum Basilium, in vltima mundi purgatione fiet separatio in elementis, vt quicquid est purū & nobile, remaneat superius ad gloriam beatorum, quicquid verò est ignobile & fœculentum, in infernum projiciatur ad pœnam damnatorum: vt sicut omnis creatura erit beatis materia gaudij, ita damnatis ex omnibus creaturis tormentū accrescat, secundum illud Sap. 5. Pugnabit cum illo orbis terræ contra insensatos. Hoc etiam diuinæ iustitię competit, vt sicut ab vno recedentes per peccatum in rebus materialibus, quæ sunt multæ & * vanæ, finem suum constituerunt: ita etiam multipliciter & ex multis affligantur. *Al. varię

¶ Ad primum ergo dicendum, quod quia ignis est maximè actiuus, propter hoc, quod abundat in virtute actiua: ideo nomine ignis omnis afflictio designatur, si sit vehemens.

¶ Ad secundum dicendum, quòd pœna purgatorij non est principaliter ad affligendum, sed ad purgandum: vnde per solum ignem fieri debet, qui maximè habet vim purgatiuam: sed damnatorum pœna non ordinatur ad purgandum, vnde non est simile.

¶ Ad tertium dicendum, quod damnati transibunt ex vehementissimo calore ad vehementissimum frigus, sine hoc, quod in eis fit aliquod refrigerium: quia passio ab exterioribus non erit per transmutationē corporis a sua pristina naturali dispositione, vt contraria passio ad æqualitatem vel temperiem reducens, refrigerium causet, sicut nunc accidit: sed erit per actionem spiritualem, secundum quòd sensibilia agunt in sensum, prout sentiuntur imprimendo formas illas, secundum esse spirituale in organum, & non secundum esse materiale.

ARTICVLVS II.

Vtrùm vermis damnatorum sit corporalis.

AD secundum sic proceditur. Videtur, quod vermis, quo affliguntur damnati, sit corporalis. Quia caro non potest affligi per vermem spiritualem: sed caro damnatorum affligetur per vermem, Iudith 16. Dabit ignem & vermes in carnes eorum. & Eccles. 7. Vindicta carnis impij ignis & vermis: ergo vermis ille erit corporalis.

* 2 Præterea Aug. * dicit 21. de Ciui. Dei. Vtrumque (id est, ignis & vermis) pœna erunt carnis: ergo, &c. * li. 21. de ciui. Dei. c. 9. & 10.

¶ Sed contra est, quod Aug. dicit † 20. de Ciui. Dei: In pœnis malorum inextinguibilis ignis, & viuacissimus vermis. Ab aliis autem aliter atq; aliter exponitur. Alij vtrunq; ad corpus alij vtrumque ad animam retulerunt, alij propriè ad corpus ignem, tropicè ad animam vermem, quod esse credibilius videtur. † li. 20. de ciui. Dei. c. 2. & 10.

¶ Respondeo dicendum, quod post diem iudicij in mundo innouato, non remanebit aliquod animal, vel aliquod corpus mixtum, nisi corpus hominis tantum, eò quod nō habeat aliquem ordinem ad incorruptionem, nec post illud tempus sit futura generatio & corruptio. Vnde vermis qui in damnatis ponitur, non debet intelligi esse corporalis: sed spiritualis, qui est conscienti e remorsus, qui dicitur vermis, in quantum oritur ex putredine peccati, & animam affligit, sicut corporalis vermis ex putredine ortus affligit pungendo.

Ad pri-

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd ipsæ animæ damnatorum dicuntur carnes eorum, pro eo quòd carni subiectæ fuerunt. Vel potest dici etiam, quòd per vermem spiritualem caro affligetur, secundum quòd passiones animæ redundant in corpus, & hic & in futuro.

¶ Ad secundum dicendum, quòd Augustinus loquitur sub quadam comparatione. Non enim vult simpliciter asserere, quòd ille vermis sit materialis, sed quòd potius esset asserendum, ignem & vermem materialiter intelligi, quàm quòd vtrumque spiritualiter tantum intelligatur, quia sic nullam pœnam corporalem damnati sustinerent; vt patet seriem verborum melius ibidem inspicienti.

ARTICVLVS III.

Vtrùm fletus, qui erit in damnatis, sit corporalis.

AD tertium sic proceditur. Videtur, quòd fletus, qui erit in damnatis, erit corporalis. Quia Lucæ 13. dicit quædam gloſſa, quod per fletum quem Dominus reprobis * comminatur, potest probari vera corporum reſurrectio; quod non esset, si fletus ille tantùm esset spiritualis: ergo, &c. Al. iammitter.

¶ 2 Præterea, Tristitia quæ est in pœna, respondet delectationi, quæ fuit in culpa, secundum illud Apoc. 18. Quantum glorificauit se & in deliciis fuit, tantum date illi tormentum & luctum: sed peccatores in culpa habuerunt delectationem interiorem & exteriorē: ergo etiam habebunt fletum exteriorem.

¶ Sed contra, Fletus corporalis fit per quandam resolutionem lachrymarum: sed à corporibus damnatorum non potest fieri perpetua resolutio, cùm nihil in eis per cibum restauretur; omne enim finitum consumitur, si aliquid ab eo continuè abstrahatur: ergo in damnatis non erit corporalis fletus.

Respon. dicendum, quòd in fletu corporali duo inueniuntur. Quorum vnum est, lachrymarum resolutio; & quantum ad hoc, fletus corporalis in damnatis esse non potest: quia post diem iudicij quiescente motu primi mobilis, non erit aliqua generatio vel corruptio, vel corporalis alteratio in lachrymarum autē resolutione oportet, esse illius humoris generationem, qui per lachrymas distillat: vnde quantum ad hoc, corporalis fletus in dānatis esse non poterit. Aliud quod inuenitur in corporali fletu, est quædam commotio & turbatio capitis & oculorum: & quantum ad hoc, fletus in damnatis esse poterit post resurrectionem; corpora enim damnatorum non solùm ab exteriori affligentur, sed etiam ab interiori, secundum quòd corpus immutatur ad passionem animæ, in bonum vel malū: & quantum ad hoc, fletus carnis resurrectionem indicat, & respondet delectationi culpæ, quæ fuit in anima & in corpore.

¶ Et per hoc patet responsio AD OBIECTA.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum damnati sint in tenebris corporalibus.

AD quartum sic proceditur. Videtur, quòd damnati non sint in tenebris corporalibus. Quia vt dicit Gregor. in 9. lib. Moral. * super illud Iob. 10. Sed sempiternus horror inhabitat: quamuis ignis ille ad cōfiliation em non luceat, tamen vt magis torqueat, ad fulgurationem non luceat, tamen vt magis torqueat, ad fulgurationem non luceat, tamen vt magis torqueat, ad illud eum non luceat, tamen vt magis torqueat, ad aliquid luceat. Nam sequaces quos secum traxerunt de mundo reprobi, flamma illustrante visuri sunt: ergo non erunt ibi tenebræ corporales. * 9. c. 49. a medio.

¶ 1 Præterea, Damnati vident pœnam suam, hoc enim est eis in augmentum pœnæ: sed nihil videtur sine lumine: ergo non sunt ibi tenebræ corporales.

¶ 3 Præterea, Damnati habebunt ibi potentiam visiuam post corporum resumptionem: sed frustrà in eis esset, nisi aliquid viderent: ergo cùm nihil videatur, nisi in lumine, videtur, quòd non sint omnino in tenebris.

¶ Sed contra est, quod dicitur Matthæi vigesimo secundo, Ligatis manibus & pedibus eius, mittite eum in tenebras exteriores: super quod dicit Gregor. * Si ignis ille lucem haberet, in tenebras exteriores nequaquam mitti diceretur. * 11. 9 Moral. c. 48. à medio.

¶ Præterea, Basilius dicit super illud Psalm. 28. Vox Domini intercidentis flammam ignis; quòd virtute Dei separabitur claritas ignis ab eius virtute adustiua, ita quòd claritas cedet in gaudium beatorum, & vstiuum ignis in tormentum damnatorum: ergo damnati habebunt tenebras corporales.

Quædam verò alia, quæ ad pœnam damnatorum pertinent, determinata sunt. * suprà q. 86 & 98. 1 ho. in 24. dist. 44. q. 3.

¶ Respondeo dicendum, quòd dispositio inferni erit talis, quòd maximè miseriæ damnatorum competat. Vnde secundum hoc sunt ibi lux & tenebræ, prout maximè spectant ad miseriam damnatorum. Ipsa autem visio secundum se delectabilis est; vt enim dicitur in principio Metaphysicæ, * sensus oculorum est maximè diligibilis, eo quòd per ipsum plura cognoscimus: sed per accidens contingit visionem esse afflictiuam, inquantum videmus aliqua nobis nociua, vel nostræ voluntati repugnantia: & ideo in inferno hoc modo debet esse locus dispositus ad videndum, secundum lucem & tenebras, vt nihil ibi perspicuè videatur, sed solummodo sub quadam ymbrositate videantur ea, quæ afflictionem cordi ingerere possunt. Vnde simpliciter loquendo, locus est tenebrosus. Sed tamen ex diuina dispositione est ibi aliquid luminis, quantum sufficit ad videndum illa, quæ animam torquere possunt: & ad hoc satisfacit naturalis situs loci; quia in terræ medio vbi infernus ponitur, non potest esse ignis nisi fœculentus & turbidus, & quasi fumosus. Quidam autem tenebrarum causam assignant ex commaſsatione corporum damnatorum, quæ præ multitudine replebunt locum inferni, quòd ibi nihil de aere manebit: & sic non erit ibi aliquid de diaphano, quod possit esse subiectum lucis & tenebræ, nisi oculi damnatorum, qui erunt obtenebrati. * li. 1. Met. circa principium. 3.

¶ Et per hoc patet responsio AD OBIECTA.

ARTICVLVS V.

Vtrùm ignis inferni erit corporalis.

AD quintum sic proceditur. Videtur, quòd ignis inferni, quo cruciabuntur corpora damnatorum, non erit corporeus. Dicit enim Damascenus in quarto libro in fine. * Tradetur diabolus & dæmones, & homo eius, scilicet Antichristus cum impijs peccatoribus in ignem æternum, non materialem, qualis est qui apud nos est, sed qualem nouit Deus. Sed omne corporeum est materiale: ergo ignis inferni non erit corporeus. * li. 12. ca. 32. nō procul à prin. tom. 3.

¶ 2 Præterea, Animæ damnatorum à corpore separatæ, ad ignem inferni deferuntur: sed Augustinus dicit 12. super Genes. ad literam. * Spiritualem arbitror esse, scilicet locum, ad quem anima defertur post mortem, non corporalem: ergo etiam ignis ille non erit corporeus.

¶ 3 Præter. Ignis corporeus in modo suæ actionis

Additio ad iij. Par. S. Tho. S non

Universidad de Deusto
Biblioteca

non sequitur modum culpæ in eo, quod igne crematur: sed magis modum humidi vel sicci; in eodē enim igne corporeo videmus affligi iustum & impium. Sed ignis inferni in modo iuræ actionis vel afflictionis, sequitur modum culpæ in eo, qui punitur: vnde dicit Gregorius in quarto Dialog. * Vnus quidem est gehennæ ignis, sed non vno modo omnes cruciat peccatores; vnusquisque enim quantum exigit culpa, tantum sentiet de pœna: ergo ignis ille non est corporeus.

*li.4.c.43.

*li.4.c.29. à medio illius.

¶ Sed contra est, quod dicitur 4. Dialog. * Ignem gehennæ corporeum esse non ambigo, in quo certum est corpora cruciari.

¶ Præterea, Sapientiæ quinto dicitur: Pugnabit orbis terrarum contra insensatos: sed non totus orbis terrarum contra insensatos pugnaret, si solummodo spirituali pœna & non corporali punirentur: ergo punientur igne corporeo.

¶ Respondeo dicendum, quòd de igne inferni multiplex fuit opinio. Quidam enim Philosophi, vt Auicen. resurrectionem non credentes, solius animæ post mortem pœnam esse crediderunt. Et quia eis inconueniens videbatur, vt anima, cùm sit incorporea, igne corporeo puniretur; negauerunt ignem corporeum esse, quo mali punirentur; volentes quòd quicquid dicitur de pœna animarum post mortem, per aliqua corpora futura; metaphoricè dicatur. Sicut enim bonarum animarum delectatio & incunditas non erit in aliqua re corporali, sed in spirituali tantùm erit, scilicet in cōsequutione sui finis: ita afflictio malorum spiritualis erit tantùm, in hoc scilicet, quòd tristabuntur de hoc, quòd separabuntur à fine, cuius ineſt eis desiderium naturale. Vnde sicut omnia, quæ de delectatione animarum post mortem dicuntur, quæ videntur ad delectationem corporalem pertinere, sicut quòd reficiantur vel rideant, & huiusmodi: ita etiam quicquid de earum afflictione dicitur, quod in corporalem punitionem sonare videatur, per similitudinem debet intelligi; sicut quòd in igne ardeant, vel fœtoribus affligantur, & huiusmodi. Spiritualis enim delectatio & tristitia, cum sit ignota multitudini, oportet, quòd per delectationes & tristitias corporales figuraliter manifestetur, vt homines magis moueantur ad desiderium vel timorem. Sed quia in pœna damnatorum non solùm erit pœna damni, quæ respondet auersioni quæ fuit in culpa; sed etiam pœna sensus, quæ respondet conuersioni: ideo non sufficit prædictum modum punitionis ponere: & ideo etiam ipse Auicenna alterum modum superaddidit, dicens, quòd animæ malorum post mortem non per corpora, sed per corporum similitudines puniantur: sicut in somnis propter similitudines præsentias in imaginatione existentes, videtur homini, quòd torqueatur pœnis diuersis. Et hunc etiam modum punitionis videtur ponere Augustinus in duodecimo super Genesim ad literam, * sicut ibidem manifestè patet. Sed hoc videtur inconuenienter dictum esse: Imaginatio enim potentia est quædam vtens organo corporali; vnde non potest esse, quòd visiones huiusmodi imaginariè fiāt in anima separata à corpore, sicut in anima somniantis. Vnde etiam Auicenna, vt hoc inconueniens euitaret, dixit, quòd animæ separatæ à corpore, vtebantur quasi pro organo aliqua parte cælestis corporis, cui corpus humanum oportet esse conforme ad hoc, q̄ perficiatur anima rationale, quæ est similis motoribus cælestis corporis: in hoc sequutus quodammodo opinionem antiquorum Philosophorum, qui posuerunt animas redire ad orbes stellarum. Sed hoc est omnino absurdum, secūdum doctrinam Philosophi: quia anima vtitur determinato organo corporali, sicut ars determinatis instrumentis: vnde non potest transire de corpore in corpus, quod Pythagoras ponit, vt dicitur in 1. de anima. * Qualiter autem ad dictum Augustini sit respondendum, infra dicetur. Quicquid autem dicatur de igne, qui animas separatas cruciat, de igne tamen, quo cruciabuntur corpora damnatorum post resurrectionē, oportet dicere, quòd sit corporeus, quia corpori non potest conuenienter adaptari pœna, nisi sit corporea. Vnde Gregor. in 4. Dialog. * ex hoc ipso probat ignem inferni esse corporeum, quòd reprobi post resurrectionem in eum detrudentur. Augustinus etiam, vt habetur in litera, * manifestè consitetur ignem illum, quo cruciabuntur corpora, esse corporeū. Et de hoc ad præsens est quæstio. Qualiter autem animæ dānatorum ab igne isto corporeo crucientur, aliàs dictum * est.

*lib.11.c. 32.to.3.

*lib.1.c6. 53.tom.2.

*li.4.c.29

*li.4.sen. dist.44.paragr.F.

* su.q.70. art 3.& id ipsum habet S.Thomas in 4. sent.d.44. q.3. art.3. q.3.

¶ Ad primum ergo dicendum, quod Damascen. † non negat simpliciter illum ignem materialem esse, sed quòd non est materialis talis, qualis apud nos est, eò quòd quibusdam proprietatibus ab hoc igne distinguitur. Vel dicendum, quòd quia ignis ille non materialiter alterat corpora, sed quadam spirituali actione agit in ea ad punitionem: ideo dicitur non materialis esse, non quantum ad substantiam, sed quantum ad punitionis * effectum in corporibus, & multò amplius in animabus.

† li.4.orth fidei, in fine illius. * Al. officium.

¶ Ad secundum dicendum, quòd dictum Augustinus potest hoc modo accipi, vt pro tanto dicatur locus ille, ad quem animæ deferuntur post mortem, non esse corporeus, quia anima in eo corporaliter non existit, per modum scilicet, quo corpora existunt in loco: sed alio modo spirituali; sicut angeli in loco sunt. Vel dicendum quòd Augustinus loquitur opinando & non determinando, sicut frequenter facit in libro illo.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ignis ille erit instrumentum diuinæ iustitiæ puientis. Instrumentum autem nō solum agit in virtute propria, & per proprium modum, sed etiam in virtute principalis agentis, & secundum quòd est regulatum ab eo. Vnde quamuis ignis secundum propriam virtutem non habeat quòd aliquos cruciet secundum magis vel minus; secundum modum peccati: habet tamen hoc secundum quòd eius actio modificatur ex ordine diuinæ iustitiæ. Sicut etiam ignis fornacis modificatur ex industria fabri in sua actione, secundum quòd competit ad * effectum artis.

* Al. officium.

ARTICVLVS VI.

Vtrùm ignis inferni sit eiusdem speciei cum igne nostro.

439

AD sextum sic proceditur. Videtur, quòd ignis ille non sit eiusdem speciei cum igne isto corporeo, quem videmus. Augustenim dicit, * & habetur in litera, † Ignis æternus cuiusmodi sit, hominem scire arbitror neminē, nisi fortè cui spiritus diuinus ostendit: sed naturam istius ignis omnes, vel ferè omnes, sciunt: ergo ignis ille non est eiusdem speciei, aut naturæ cum igne nostro.

*li.20.de ciui. Dei. c. 16.to.5.

† Aug. li. 21. de Ciui. Dei. c. 10. & 13. & li. 83. quæst. q. 80. & Ps. 36. & Ps. 148.

¶ 2 Præterea, Gregorius dicit 15. Moral. * exponens illud Iob vigesimo, Deuorabit eum ignis, qui non succenditur: ignis corporeus vt esse valeat, corporeis indiget fomentis, nec valet, nisi succensus, esse, & nisi refotus, subsistere. Ac contra gehennæ ignis, cum sit corporeus, & in se missos reprobos corporaliter exurat, nec studio humano succenditur, nec ignis nutritur, sed creatus semel durat inexstinguibilis & successione non indiget, & ardore non caret: ergo nō est eiusdem naturæ cum eo, quem videmus.

* li.15.Moral. ca.14. in prin.

¶ 3 Præ-

¶ 3 Præterea, Aeternum & corruptibile non sunt eiusdem rationis, cùm nec etiam in genere communicent, secundum Philosophum in 10. * Metaph. sed iste ignis est corruptibilis, ille autem, æternus; Matth. 25. Discedite à me maledicti in ignem æternum: ergo non sunt eiusdem naturæ.

*li.10.Metaph.com. 26.to.3.

¶ 4 Præterea, De natura huius ignis nostri est vt luceat: sed ignis inferni non lucet; vnde Iob 18. N onne lux impij extinguetur? ergo vt priùs.

¶ Sed contra, Secundum Philosophum † in 1. Topic. Omnis aqua omni aquæ, est idem specie: ergo eadem ratione omnis ignis omni igni, est idem specie.

†li.3.ca.6. paulò à Principio tom.1.

¶ Præterea, Sapient. 11. dicitur: Per quæ peccat quis, per hæc & torquetur: sed homines peccant per res sensibiles huius mundi: ergo iustum est, vt per easdem puniantur.

¶ Respon. dicendum, quòd ignis propter hoc quod est maximæ virtutis in agendo, inter reliqua elementa: alia corpora pro materia habet, vt dicitur in 4. Metheor. * Vnde & ignis dupliciter inuenitur: scilicet in materia propria, prout est in sua sphæra: & in materia aliena; sine terrestri, vt patet in carbone; siue aerea, vt patet in flamma. Quocunque autem modo ignis inueniatur, semper est idem in specie, quantum ad naturam ignis pertinet. Potest autem esse diuersitas in specie, quantum ad corpora quæ sunt materia ignis: vnde flamma & carbo differunt specie, & similiter lignū igneum, & ferrum ignitum: nec differt quantum ad hoc, siue ignita sint per violentiam, vt in ferro apparet; siue ex principio intrinseco naturali, vt accidit in sulfure. Quod ergo ignis inferni, quantum ad hoc, quod habet de natura ignis, sit eiusdem speciei cum igne, qui apud nos est, manifestum est: vtrùm autem ille ignis sit in propria materia existens; aut si in aliena, in qua materia sit; nobis ignotum est: & secundum hoc potest ab igne, qui apud nos est, specie differre, materialiter consideratus: quasdam tamen proprietates differentes habet ab igne nostro, vt quod successione non indiget, nec lignis nutritur. Sed istæ differentiæ non ostendunt diuersitatem in specie, quantum ad id, quod pertinet ad naturam ignis.

* 4. Metheor. in summa primi, ca. 2. circa mediū, to. 2.

*loco notato in ar.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd August. * loquitur, quantum ad id quod est materiale in igne illo; non autem quantum ad ignis naturam.

¶ Ad secundum dicendum, quod ignis iste qui apud nos est, lignis nutritur, & ab homine succenditur, quia est artificialiter & per violentiam in alienam materiam introductus: sed ignis ille, lignis non indiget, quibus foueatur: quia vel in propria materia existit, vel est in materia aliena, non per violentiam, sed per naturam à principio intrinseco. Vnde non est ab homine succensus, sed à Deo, qui naturam illam instituit: & hoc est quod dicitur Isaiæ trigesimo, Flatus Domini sicut torrens sulfuris succendens eam.

¶ Ad tertium dicendum, quod sicut corpora damnatorum erunt eiusdem speciei, cuius modò sunt; quāuis modò sint corruptibilia, tunc autem erunt incorruptibilia, ex ordine diuinæ iustitiæ, & propter quietē motus cœli: ita est etiam & de igne inferni, quo corpora illa punientur.

¶ Ad quartum dicendum, quòd lucere non conuenit igni secundum quemlibet modum existendi, quia in propria materia existens non lucet. Vnde non lucet in propria sphæra, vt Philosophi dicunt: similiter etiam in aliqua materia aliena ignis existens non lucet, sicut cum est in materia opaca terrestri, vt in sulfure: & similiter est etiam quādo ex aliquo grosso fumo: & similiter est etiam quādo ex aliquo grosso fumo eius claritas offuscatur. Vnde quòd ignis inferni non lucear, non est sufficiens argumētum ad hoc, quod nō sit eiusdem speciei.

ARTICVLVS VII.

Vtrùm ignis inferni sit sub terra.

428

AD septimum sic proceditur. Videtur, quod ignis ille non sit sub terra, Quia Iob 18. de homine damnato dicitur: Et de orbe transferet eum Deus, ergo ignis ille quo damnati punientur, non est sub terra, sed est extra orbem.

¶ 2 Præterea, Nullum violentum & per accidens, potest esse sempiternum: sed ignis ille erit in inferno in sempiternum: ergo non erit ibi per violentiam, sed naturaliter: sed sub terra non potest esse ignis, nisi per violentiam: ergo ignis inferni non est sub terra.

¶ 3 Præterea, In igne inferni omnia corpora damnatorum, post diem iudicij cruciabuntur: sed illa corpora locum replebunt: ergo cùm futura sit maxima multitudo damnatorum, quia stultorum infinitus est numerus, Ecclesiastici 1. maximum oportet esse spatium, in quo ignis ille continetur. Sed inconueniens videtur dicere, infra terram esse tantam concauitatem, cùm partes terræ naturaliter ferantur ad medium: ergo ignis ille non erit sub terra.

¶ 4 Præterea, Sapiē. 11. Per quæ peccat quis, per hæc & torquetur: sed mali super terram peccauerunt: ergo ignis eos puniens non debet esse sub terra.

¶ Sed contra est, quod dicitur Isaiæ 14. Infernus subter conturbatus est in occursum aduentus tui: ergo ignis inferni sub nobis est.

¶ Præterea, Greg. * dicit in 4. Dialog. Quid obstet non video, quod sub terra infernus esse credatur.

*li.4.dial. cap.42.in fine.

¶ Præterea, Ionæ 2. super illud, Proiecisti me in cor de maris, Glo. † interlinearis, id est, in inferno: pro quo dicitur in Euangelio, Matthæi 12. in corde terræ, quia sicut cor est in medio animalis, ita & infernus in medio terræ esse perhibetur.

Glo. interli. ibid.

¶ Respondeo dicendum, quod sicut † Augustinus dicit, & habetur in litera, * in qua parte mundi infernus sit, scire neminem arbitror, nisi cui diuinus Spiritus reuelauit. Vnde Gregorius in quarto Dialog. † super hac quæstione interrogatus, respondit: Hac de re temere definire non audeo. Nonnulli namque in quadam terrarum parte infernum esse putauerunt. Alij vero hunc sub terra esse existimant. Et hanc opinionem probabiliorem, ostendit dupliciter. Primo, ex ipsa nominis ratione, sic dicēs. Si ideirco infernum dicimus, quia inferius iacet quod terra * ad cœlum est, hoc esse infernus debet † ad terram. Secundo, ex hoc quod dicitur Apocalyp. 5. Nemo poterat neque in cœlo neque in terra, neque subtus terram aperire librum: vt hoc quod dicitur in cœlo, referatur ad angelos: hoc quod dicitur, in terra, referatur ad homines viuentes in corpore: hoc quod dicitur subtus terrā, referatur ad animas existētes in inferno. Augustinus † & in lib. 12. super Genes. ad literā, duas rationes tangere videtur, quare congruum sit, infernum esse sub terra. Vna est, vt quoniā defunctorum animæ carnis amore peccauerunt, hoc eis exhibeatur, quod ipsi carni mortuæ solet exhiberi, vt scilicet sub terram retundātur. Alia est, q̄ sicut est grauitas in corporibus, ita tristitia in spiritib. & lætitia, sicut leuitas. Vnde sicut secundum corpus, si ponderis sui ordinem teneant, inferiora sunt omnia grauiora, ita secundum spiritum inferiora sunt omnia tristiora: & sicut conueniens locus gaudio electorum est cœlum empyreum, ita conueniens locus tristitiæ dānatorum, est infimū terræ. Neq; mouere debet, quod Augustinus * ibidem dicit, quod infert sub terris esse dicuntur, vel creduntur, quia vt in libro Retractationū † hoc retractans dicit. Mihi videor docere dictationē † hoc retractans dicit. Mihi videor docere de buisse magis, quod sub terris sine inferi, quām rōnem

† Aug. li. 20. de Ciui. Dei. c. 16 to.5.

*Mag. li. 4. sen. dist. 44. §. F. in fine.

† Greg. li. 4. dialog. ca 42. in princi.

* Al. à cœlo est.

† Al. à terra.

*li.12.ca. 34. circa med. to 3.

*lib.12. super Gen. c.33.& 34. to.3.

† lib.2. Retractationum, in c. 24. in fin. tomo. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

reddere, cur sub terris esse dicantur siue credantur. Quidam tamen Philosophi posuerunt, quòd locus inferni erat sub orbe terrestri, tamen supra terræ superficiem ex parte opposita; & hoc videtur Isidorus sensisse, cùm dicit, quòd Sol & Luna in ordine quo creati sunt, stabunt, ne impij in tormentis positi, fruantur luce eorum; quæ ratio nulla esset, si infernus infra terrã esse dicatur, qualiter tamen hæc verba possint exponi, patuit supra. Pythagoras verò posuit locum pœnarum in sphæra ignis, quam in medio totius orbis esse dixit, vt paret per Aristotel. in secundo cœli & mundi. Sed tamen conuenientius his, quæ in scriptura dicuntur, est, vt sub terra esse dicatur.

Q.91.ar.2

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd verbum illud Iob, De orbe transfert eum Deus, intelligendum est de orbe terrarum, id est, de hoc mundo: & hoc modo exponit Gregorius † dicens, De orbe quippe transfertur, cùm superno apparente iudice, de hoc mundo tollitur, in quo peruersè gloriatur. Nec est intelligẽdum quòd orbis hic accipiatur pro vniuerso, quasi extra totum vniuersum sit locus pœnarum.

†li.14.Moral.cap.11. à medio.

¶ Ad secundum dicendum, quòd in loco illo conseruatur ignis in æternum ex ordine diuinæ iustitiæ; quamuis secundum naturam suam non possit extra suum locum aliquod elementum in æternum durare, præcipuè statu generationis & corruptionis manente in rebus. Ignis autẽ ibi erit fortissimæ caliditatis, quia calor eius erit vndique cõgregatus propter frigus terræ ipsum vndique circunstans.

¶ Ad tertium dicendum, quòd infernus nunquã deficiet in amplitudine, quin sufficiat ad damnatorum corpora capienda; infernus enim Prouerb. 30. inter tria insatiabilia ponitur: nec est inconueniens, quòd intra viscera terræ tanta concauitas conseruetur diuina virtute, quæ damnatorum omnium corpora possit capere.

¶ Ad quartum dicendum, quòd hoc quod dicitur: Per quæ peccat quis, per hæc & torquetur, non est necessarium, nisi in principalibus instrumentis peccãdi; quia enim homo in anima peccat & in corpore, in vtroque punietur: non autem oportet, quòd in quo loco quis peccauit, in eodem puniatur, cum alius sit locus, qui viatoribus & damnatis debetur. Vel dicendum, quòd hoc intelligitur de pœnis, quibus homo punitur in via; secundùm quòd quælibet culpa suam pœnam habet annexam, prout quisque inordinatus animus sibi est pœna; vt dicit Augustinus.*

*li.1. Confes.c.12.in fine,to.1.

QUAEST. XCVIII.

De voluntate, & intellectu damnatorum, in nouem articulos diuisa.

Consequenter considerandum est de pertinentibus ad affectum, & intellectum damnatorum.

¶ Circa quod quæruntur nouem.

¶ Primò, vtrùm omnis voluntas damnatorum sit mala.

¶ Secundò, vtrùm aliquando pœniteant de malis quæ fecerunt.

¶ Tertiò, vtrùm magis vellent non esse quàm esse.

¶ Quartò, vtrùm vellent alios non esse damnatos.

¶ Quintò, vtrùm impij habeant Deum odio.

¶ Sextò, vtrùm ipsi demereri possint.

¶ Septimò, vtrùm possint vti scientia hic acquisita.

¶ Octauò, vtrùm cogitent aliquando de deo.

¶ Nonò, vtrùm ipsi videant gloriam beatorum.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrùm omnis voluntas damnatorum sit mala.

*29 Tho.4.dist.vlt.q.50. a.2.qr.1.q.3. & seq.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quòd non omnis voluntas damnatorum sit mala. Quia vt dicit Dionys. † 4.c.de Diu.no. dæmones bonum & optimum concupiscunt, scilicet esse, viuere, & intelligere: cùm ergo damnati homines non sint peioris conditionis, quam dæmones, videtur quòd & ipsi bonam voluntatem habere possint.

† C.4.paulò post. 6. remotè à fine.

¶ 2 Præterea, Malum, vt dicit Dion. * est omnino inuoluntarium: ergo si damnati aliquid volunt, illud volunt inquantum est bonum, vel apparẽs bonum: sed voluntas quæ per se ordinatur ad bonum, est bona: ergo damnati possunt habere voluntatem bonam.

*li.4.de diuinis nominib. paulò ante finem.

¶ 3 Præterea, Aliqui erunt damnati, qui in hoc mundo existentes, aliquos virtutum habitus secum detulerunt, vtpotè Gẽtiles, qui habuerunt virtutes politicas: sed ex habitibus virtutum elicitur laudabilis voluntas: ergo in aliquibus damnatis poterit esse laudabilis voluntas.

*li.9.c.4. nõ remotè ante fi. to.5.

¶ Sed contra, Obstinata voluntas nunquam potest flecti, nisi in malum: sed damnati homines erunt obstinati sicut & dæmones: ergo voluntas eorum nunquam poterit esse bona.

¶ Præterea, Sicut se habet voluntas beatorum ad bonum, ita se habet voluntas damnatorum ad malũ: sed beati nunquam habent voluntatem malam: ergo nec damnati aliquam habent voluntatem bonam.

¶ Respondeo dicendum, quòd in damnatis potest duplex voluntas considerari, scilicet voluntas deliberatiua, & voluntas naturalis. Naturalis quidem non est eis ex ipsis, sed ex auctore naturæ, qui in natura hanc inclinationem posuit, quæ naturalis voluntas dicitur vndecũm natura in eis remaneat, secundum hoc bona poterit in eis esse voluntas naturalis. Sed voluntas deliberatiua est eis ex seipsis, secundùm quòd in potestate est eorum, inclinari per affectũ ad hoc vel illud: & talis voluntas est in eis solũ mala; & hoc ideo, quia sunt perfectè auersi à fine vltimo rectæ voluntatis, nec aliqua voluntas potest esse bona, nisi per ordinem ad finem prædictum: Vnde etiam etsi aliquod bonum velint, non tamen bene volunt illud, vt ex hoc voluntas eorum bona dici possit.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd verbum Dionysij intelligitur de voluntate naturali, quæ est inclinatio naturæ in aliquod bonum: sed tamen ista naturalis inclinatio per eorum malitiam corrumpitur, inquantum hoc bonum: quod naturaliter desiderãt, sub quibusdam malis circunstantijs appetunt.

¶ Ad secundum dicendum, quòd malum, inquantum est malum, non mouet voluntatem, sed inquantũ est æstimatum bonum: sed hoc ex eorum malitia procedit, vt id quod est malũ, æstiment vt bonum: & ideo voluntas eorum est mala.

¶ Ad tertium dicendum, quòd habitus virtutum politicarum non remanent in anima separata, eo quòd virtutes illæ perficiant solùm in vita ciuili, quæ non erit post hanc vitam: si tamen remanerent, nunquam in actum exirent: quasi ligatæ ex obstinatione mentis.

ARTICVLVS II.

Vtrùm damnati pœniteant de malo, quod fecerunt.

AD secundum sic proceditur. Videtur, quòd damnati nunquam pœniteant de malis quæ fecerunt. Quia dicit Bernardus in Canticis, quòd damnatus

tus semper vult iniquitatem suam, quam fecit: ergo nunquam de peccato commisso pœniteret.

¶ 1 Præterea, Velle se non peccasse, est bona voluntas, sed damnati nunquam habebunt bonam voluntatem: ergo damnati nunquam volent se non peccasse: & sic idem quod prius.

¶ 3 Præt. Secundum Damas. † hoc est hominibus mors, quod angelis casus, sed angeli voluntas post casum est inuertibilis hoc modo, vt non possit recedere ab electione, qua prius peccauit: ergo & damnati non possunt pœnitere de peccatis à se commissis.

†li.2.orth.fid.c.4. in fine.

¶ 4 Præterea, Maior erit peruersitas damnatorum in inferno, quàm peccatorum in hoc mundo, sed peccatores aliqui in hoc mundo, non pœnitent de peccatis commissis, vel propter excæcationem mentis, sicut hæretici, vel propter obstinationem, sicut qui lætantur cùm malè fecerint, & exultant in rebus pessimis, vt dicitur Prouer. 2. ergo, &c.

¶ Sed contra, Sapientiæ 5. de damnatis dicitur: Intra se pœnitentiam agentes.

¶ Præt. Philosophus * in nono Ethicorum dicit, quòd pœnitudine replentur praui, mox enim tristantur de hoc, in quo prius delectati sunt: ergo damnati cũ sint maximè praui magis pœnitent.

*li.9.c.4. nõ remotè ante fi. to.5.

¶ Respondeo dicendum, quòd pœnitere de peccato, contingit dupliciter. Vno modo per se, alio modo per accidens. Per se quidem de peccato pœnitet, qui peccatum inquantum est peccatum, abominatur. Per accidens verò, qui illud odit ratione alicuius adiuncti vtpotè pœnæ, vel alicuius huiusmodi. Mali igitur non pœnitebunt, per se loquendo, de peccatis, quia voluntas malitiæ peccati in eis remanet; pœnitebunt autem per accidens, inquantum affligentur de pœna, quam pro peccato sustinent.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd damnati iniquitatem volunt, sed pœnam refugiunt, & sic per accidens de iniquitate commissa pœnitent.

¶ Ad secundum dicendum, quòd velle se non peccasse propter turpitudinem iniquitatis, est bona voluntas: sed hoc non erit in damnatis.

¶ Ad tertium dicendum, quòd sine aliqua auersione voluntatis continget, quòd damnati de peccatis pœniteant, quia non hoc refugient in peccatis, quòd priùs appetierunt, sed aliquid aliud, scilicet pœnã.

¶ Ad quartum dicendum, quòd homines in hoc mundo quantùmcunque obstinati, per accidẽs de peccatis sui pœnitent, si pro eis puniantur, quia vt dicit Augustinus in libro 83. Quæstionum, † videmus etiam ferocissimas bestias dolore pœnarum à maximis voluptatibus abstinere.

†9.36.inter Princ. & med. to.4.

ARTICVLVS III.

Vtrùm damnati recta, & deliberatiua ratione vellent non esse.

*Al.deliberatæ. †li.3. & 3 c.7 paulò à prin.t.2. *li.1. de li. arb.c.8.t.1

AD tertium sic proceditur. Videtur, quòd damnati recta ratione, &* deliberatiua non possint velle non esse. Augustinus † enim dicit in libro de Libero arbitrio: Considera quantum bonum est esse, quod beati, & miseri volunt. Maius enim est miserum esse, q̃ omnino non esse.

¶ 2 Præt. Augustinus.* sic ibidem arguit, præelectio supponit electionem: sed non esse, non est eligibile, cùm non habeat apparentiam boni; cùm nihil sit: ergo non esse, non potest esse magis appetibile damnatis, quàm esse.

¶ 3 Præterea, Maius malum magis est fugiendum: sed non esse est maximum malum, cùm tollat totaliter bonum, eò quòd nihil relinquat: ergo non esse est magis fugiendum, quàm miserum esse, & sic idem, quod prius.

¶ Sed contra est, quod dicitur Apocalypsis nono: In diebus illis desiderabunt homines mori, & fugiet mors ab eis.

¶ Præt. Damnatorum miseria omnem huius mundi miseriam excedit: sed ad vitandam miseriam huius mundi, appetibile est aliquibus mori. Vnde dicitur Eccles 41. O mors bonum est iudicium tuum homini indigenti, & qui minoratur viribus, defecto ætate, & cui de omnibus cura est, & incredibili, qui perdit sapientiam: ergo multò fortiùs est damnatis appetibile, non esse, secundùm rationem * deliberatiuam.

Al. deliberatam.

¶ Respondeo dicendum, quòd non esse, potest dupliciter considerari: vno modo secundùm se, & sic nullo modo est appetibile, cùm non habeat rationem boni, sed sit boni pura priuatio. Alio modo potest considerari, inquantum est ablatiuum pœnalis vitæ, vel miseriæ, & sic non esse accipit rationem boni: carere enim malo est quoddam bonum, vt dicit Philosophus * in quinto Ethicor. & per hunc modum melius est damnatis non esse, quàm miseros esse. Vnde Matth. 26. dicitur, † Bonum erat ei, si natus non fuisset homo ille. & Hierem. 20. super illud: Maledicta dies in qua natus sum, &c. dicit Glossa Hieron.* Melius est non esse, quàm malè esse, & secundùm hoc, damnati possunt præeligere non esse secundùm deliberatiuam rationem.

*lib.5.c.1. circa medium to 5. † Gl. ord. ibidem. * Hieron. in hunc lo cum to.4.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd verbum Augustini est intelligendum, quòd non esse, per se non est eligibile, sed per accidens, inquantum scilicet est miseriæ terminatiuum: quod enim dicitur quòd esse & viuere ab omnibus apperitur naturaliter, non oportet hoc accipere, quantum ad malam uitam, & corruptam, & eam, quæ est in tristitiis, vt dicit Philosophus † in 9 Ethicorum.

¶ Ad secundum dicendum, quòd non esse non est eligibile per se, sed per accidens tantùm, vt dictum * est.

*li.9.c.9. à medio ad finem to.5. * In corp. ar. & ad 1.

¶ Ad tertium dicendum, quod licèt non esse, maximè sit malum: est tamen valde bonum, inquantum priuat miseriam, quæ est maximum malorum, & sic nõ esse eligitur.

ARTICVLVS IIII.

Vtrùm damnati in inferno vellent alios esse damnatos, qui non sunt damnati.

AD quartum sic proceditur. Videtur, quòd damnati in inferno non vellent alios esse damnatos, qui non sunt damnati. Quia Luc. 16. dicitur, quòd orabat pro fratribus suis, ne venirent in locum tormentorum: ergo & eadem ratione, damnati alii non vellent ad minus carnales suos amicos in inferno damnari.

¶ 2 Præt. Affectiones inordinatæ à damnatis non auferuntur: sed aliqui damnati inordinatè aliquos nõ damnatos dilexerunt: ergo non vellent eorum malum, quod est esse damnatos.

¶ 3 Præterea, Damnati non desiderant augmentum suæ pœnæ: sed si plures damnarentur, maior esset eorum pœna, sicut etiam multiplicatio beatorum amplificat eorum gaudium: ergo damnati non vellent saluos damnari.

¶ Sed contra est, quod super illud Isaiæ 14. Surrexerunt de foliis, dicit Glos. † Solatium est malorum, multos socios habere pœnarum.

Glossa ordinaria ibi.

¶ Præterea, In damnatis maximè regnat inuidia:

Universidad de Deusto
Biblioteca

ergo dolent de felicitate beatorum, & eorum damnationem appetunt.

¶Respon. dicendum, quòd sicut in Beatis in patria erit perfectissima charitas, ita in damnatis, perfectissimum odium. Vnde sicut Sancti gaudebunt de omnibus bonis, ita & impij de omnibus bonis dolebunt: vnde & felicitas Sanctorum ab eis considerata, maximè eos affligit; vnde dicitur Isa. 26. Videant & confundantur zelantes populi, & ignis hostes tuos deuoret: vnde vellent omnes bonos esse damnatos.

¶Ad primum ergo dicèdum, quòd tanta erit inuidia in damnatis, quòd etiam propinquorum gloriæ inuidebunt, cùm ipsi sint in summa miseria: cùm etiã in hac vita hoc accidat crescente inuidia. Sed tamen minus inuident propinquis, quàm alijs, & maior esset eorum pœna, si omnes propinqui damnarẽtur, & alij saluarentur, quàm si aliqui de suis propinquis saluarentur. Et exinde fuit, quòd diues petijt fratres suos à damnatione eripi; sciebat enim quod aliqui erunt damnatur: maluisset tamen fratres suos cum alijs omnibus damnari.

¶Ad secundum dicendum, quòd dilectio quæ non fundatur super honestũ, facilè rescinditur, & præcipuè in malis hominibus, vt Philosophus dicit in nono Ethicorum. † Vnde damnati non seruabunt amicitiam ad eos, quos inordinatè dilexerunt. Sed in hoc voluntas eorum remanebit peruersa, quòd causam inordinatæ dilectionis adhuc diligent.

† li. 9. ca. 4 à med. t. 5

¶Ad tertium dicendum, quòd quamuis ex damnatorum multitudine pœna singulorum augeatur, in tántum tamen superexcrescent odium & inuidia, quòd magis eligent torqueri cum multis, quàm esse soli.

ARTICVLVS. V.

Vtrùm damnati habeant Deum odio.

433 AD quintum sic proceditur. Videtur, quòd damnati non habeant Deum odio. Quia, vt dicit Dionysius, 4. ca. de Diui. nominibus, omnibus diligibile est pulchrum & bonum, quod est omnis boni & pulchritudinis causa: hoc autem est Deus: ergo Deus à nullo potest odio haberi.

*ca. 4. parte 1. ante me. & parte 4. a me.

¶2 Præterea, Nullus potest ipsam bonitatem odio habere, sicut nec ipsam malitiam velle; malum enim est omnino inuoluntarium, vt Dion. dicit † 4. ca. de Diuinis nominib. Deus autem est bonitas ipsa: ergo nullus ipsum odio potest habere.

† ca. 4. parte 4. aliquãtulum ante fin.

¶Sed contra est, quod dicitur in Psal. 73. Superbia eorum qui te oderunt, ascendit semper.

¶Respond. dicendum, quòd affectus mouetur ex bono vel malo apprehenso. Deus autem apprehenditur dupliciter: scilicet in se; sicut à Beatis, qui eum per essentiam vident: & per effectus, sicut à nobis & damnatis. Ipse igitur in seipso cùm sit per essentiam bonitas, non potest alicui voluntati displicere: vnde quicunque eum per essentiam videt, eum odio habere nõ potest. Sed effectuum eius aliqui sunt voluntati repugnãtes, inquantum contrariantur alicui: & secundùm hoc aliquis nõ in seipso, sed ratione effectuum Deum odire potest. Damnati ergo Deum percipientes in effectu iustitiæ, qui est pœna, eum odio habent; sicut etiã pœnas, quas sustinent.

¶Ad primum ergo dicendum, quòd verbum Dionysij est intelligendum de appetitu naturali; qui tamẽ in damnatis peruertitur, per id quod additur ex deliberata voluntate, vt dictum * est.

* ar. 2. huius quæst.

¶Ad secundum dicendum, quòd ratio illa procederet, si damnati Deum in seipso conspicerent, inquantum est per essentiam bonus.

ARTIC. V. & VI.

ARTICVLVS VI.

Vtrùm damnati demereantur.

434 AD sextum sic proceditur. Videtur, quòd damnati demereantur. Damnati enim habent voluntatem malam, vt dicitur in litera: * sed per malam voluntatem, quam hic habuerunt, demeruerunt: ergo si ibi non demereantur, ex sua damnatione commodum reportant.

* li. 4. sent. di. 50. §. A

¶2 Præterea, Damnati sunt eiusdem conditionis cum dæmonibus: sed dæmones demerentur post suũ casum; vnde serpenti, qui hominem ad peccandum induxit, est à Deo pœna inflicta, vt dicitur Genes. 3. ergo & damnati demerentur.

¶3 Præterea, Actus inordinatus ex libertate arbitrij procedens, non excusatur quin sit demeritorius, etiam si aliqua necessitas adsit, cuius aliquis sit sibi causa: ebrius enim meretur duplicem maledictionem, si ex ebrietate aliquod aliud peccatum committat, vt dicitur in 3. Ethic. † Sed ipsi damnati fuerunt sibi causa propriæ obstinationis, per quam necessitatem patiuntur peccandi: ergo cùm eorum actus inordinatus ex libero arbitrio procedat, non excusantur à demerito.

† li. 3. ca. 4 ante med. tom. 5

¶Sed contra, Pœna contra culpam diuiditur: sed peruersa voluntas in damnatis ex obstinatione procedit, quæ est eorum pœna: ergo peruersa voluntas in damnatis, non est culpa, per quam demereantur.

¶Præterea, Post vltimum terminum non relinquitur aliquis motus siue profectus, in bonum vel in malum: sed damnati maximè post diem iudicii ad vltimũ terminum suæ damnationis peruenient; quia tunc finẽ habebunt duæ ciuitates, vt Aug. † dicit: ergo damnati post diem iudicii peruersa voluntate non demerebuntur, quia sic cresceret eorum damnatio.

* Enchir. c. 111. in prin. tom. 9.

¶Respondeo dicendum, q̃ de damnatis ante diem iudicii & post, distinguendum est. Omnes enim communiter confitentur quòd post diem iudicii non erit aliquod meritum vel demeritum: & hoc ideò est, quia meritum vel demeritum ordinatur ad aliquod bonũ, vel malum vlterius consequendum: post diem autem iudicij erit, & vltima consummatio bonorum & malorum, ita quod nihil erit addendum vlterius de bono, vel de malo. Vnde & bona voluntas in Beatis non erit meritum, sed præmium; & mala voluntas non erit in damnatis demeritum: sed pœna tantum. Operationes enim virtutum sunt præcipuè in felicitate, & earum cõtrariæ sunt præcipuè in miseria, vt dicitur in primo Ethicorum. * Sed ante diem iudicij quidam dicunt, & Beatos mereri, & damnatos demereri. Sed hoc non potest esse respectu præmij essentialis, vel pœnæ principalis, cùm quantum ad hoc vtrique ad terminum perueneriunt. Potest tamen hoc esse respectu præmij accidentalis, vel pœnæ secundariæ; quæ possunt augeri vsque ad diem iudicij: & hoc præcipuè in dæmonibus vel angelis bonis; quorum officio aliqui trahuntur ad salutem, ex quo beatorum angelorum gaudium crescit; vel ad damnationem, ex quo crescit pœna dæmonum.

* li. 1. c. 10. parum ante medium tom. 5

¶Ad primum ergo dicendum, quòd hoc est summum incommodum, ad summum malorum peruenisse, ex quo contingit in damnatis quod demereri non possunt: vnde patet quod ex peccato commodum non reportant.

¶An secundum dicendum, quòd ad damnatorum hominum officium non pertinet ad damnationem alios pertrahere, sicut pertinet ad officium dæmonum; ratione cuius demerentur, quantum ad secundariam pœnam.

¶Ad tertium dicẽdum, quòd propter hoc nõ excusantur à demerito, quia necessitatẽ peccandi habeant, sed quia ad summum malorum peruenerunt; tamẽ necessitas peccandi cuius causa sumus, excusat à culpa, inquantum est necessitas quædam; quia omne peccatum oportet esse voluntarium: sed quòd non excuser, hoc est inquantum à voluntate præcedente processit, & sic totum demeritum sequentis culpæ videtur ad primam culpam pertinere.

ARTICVLVS VII.

Vtrùm damnati possint vti notitia, quam in hoc mundo habuerunt.

435 AD septimum sic proceditur. Videtur, quòd damnati non possint vti * notitia quam in hoc mundo habuerunt. In consideratione enim scientiæ est maxima delectatio, sed in eis non est ponenda aliqua delectatio, ergo non possunt vti scientia priùs habita secundum aliquam considerationem.

Th. 4. dist. 50. q. 2. ar. 2. q. 1. & seq. Al. scientia

¶2 Præterea, Damnati sunt in maioribus pœnis, quàm sint aliquæ pœnæ huius mundi, sed in hoc mundo, dum aliquis est in maximis tormentis constitutus, non potest considerare aliquas intelligibiles conclusiones, abstractus à pœnis, quas patitur, ergo multò minus in inferno.

¶3 Præterea, Damnati sunt subiecti tempori: sed longitudo temporis est causa obliuionis, vt dicitur in 4. Physico. * ergo damnati obliuiscentur eorum, quæ hic sciuerunt.

* li. 4. cõmen. 128. tom. 2.

¶Sed contra est, quòd Luc. 16. dicitur diuiti damnato: Recordare quia recepisti bona, &c. ergo considerabunt ea, quæ hic sciuerunt.

¶Præt. Species intelligibiles in anima separata remanent, vt suprà dictum est, si ergo eis uti non possẽt, frustra remanerent in eis.

¶Respondeo dicendum, quòd sicut propter perfectam Sanctorum beatitudinem nihil erit in eis, quod non sit gaudij materia, ita nihil erit in damnatis quod non sit eis materia, & causa tristitiæ, nec aliquid, quod ad tristitiam possit pertinere, deerit, vt sit eorum miseria consummata. Consideratio autem aliquorum notorum, quantum ad aliquid, inducit gaudium, vel ex parte cognoscibilium, inquantum diliguntur, vel ex parte ipsius cognitionis, inquantum est conuenientis, & perfecta. Potest etiam tristitiæ esse ratio, & ex parte cognoscibilium, quæ nata sunt contristari, & ex parte ipsius cognitionis, prout eius imperfectio consideratur, vtpote cùm aliquis considerat se deficere in cognitione alicuius rei, cuius perfectam cognitionem appeteret: sic ergo in damnatis erit actualis consideratio eorũ, quæ priùs sciuerunt, vt materia tristitiæ, non autem vt delectationis causa. Considerabunt enim, & mala quæ gesserunt, ex quibus damnati sunt, & bona * delectabilia, quæ amiserunt, & ex vtroque torquebuntur, & similiter torquebuntur de hoc quod considerabunt notitiã, quam de rebus speculabilibus habuerũt, imperfectam esse, & se amisisse summam eius perfectionem, quam poterant adipisci.

Al. dilectia

¶Ad primum ergo dicendum, quod quamuis consideratio scientiæ sit per se delectabilis, tamen ex aliquo accidente potest esse tristitiæ causa, vt ex dictis * patet, & sic erit in damnatis.

* c. cor. ar.

¶Ad secundum dicendum, quod in hoc mundo anima coniungitur corruptibili corpori; vnde per hoc quod corpus affligitur, consideratio animæ impeditur sed in futuro anima non ita trahetur à corpore, sed quantumcunque corpus affligetur, tamen anima semper considerabit lucidissimè illa quæ ei poterunt esse causa mœroris.

¶Ad tertium dicendum, quòd tempus est causa obliuionis per accidens, inquantum motus, cuius est mensura, est causa transmutationis, sed post diem iudicij non erit motus cœli, vnde nec obliuio esse poterit, ex quantacunque diuturnitate, sed ante diem iudicij anima separata non mutatur à sua dispositione per motum cœli.

ARTICVLVS VIII.

Vtrùm damnati aliquando cogitabunt de Deo.

436 AD octauum sic proceditur. Videtur, quòd aliquando damnati cogitabunt de Deo. Quia non potest haberi odio actus, nisi id de quo cogitatur, sed damnati deum odio habebunt, vt in litera dicitur, † ergo de Deo aliquando cogitabunt.

M. g. in 4. li. Sent. dist. 50. §. 8.

¶2 Præt. Damnati habebunt remorsum conscientiæ, sed conscientia patitur remorsum de actibus contra Deum: ergo de Deo aliquando cogitabunt.

¶Sed contra, Perfectissima hominis cogitatio est qua cogitat de Deo, sed damnati erunt in statu imperfectissimo: ergo de Deo non cogitabunt.

¶Respondeo dicendum, quòd Deus potest considerari dupliciter. Vno modo, secundùm se, & secundùm id quod est ei proprium, scilicet esse totius bonitatis principium, & sic nullo modo cogitari potest hinc * delectatione, vnde sic nullo modo à damnatis cogitabitur. Alio modo, secundùm aliquid quod est ei quasi accidentale in effectibus eius, vtpotè punire, vel aliquid huiusmodi: & secundùm hoc consideratio de Deo potest tristitiam inducere: & hoc modo damnati de deo cogitabunt.

Aliàs dilectione.

¶Ad primum ergo dicendum, quòd damnati non habent deum odio, nisi ratione punitionis, & prohibitionis eius, quod malæ eorum voluntati consonat: vnde non considerabunt eum, nisi vt punitorem, & prohibitorem.

¶Et per hoc patet etiam solutio Ad secundum: quia conscientia non remordet depeccato, nisi inquantum est diuino præcepto contraria.

ARTICVLVS IX.

Vtrùm damnati gloriam Beatorum videant.

437 AD nonum sic proceditur. Videtur, quòd damnati gloriam beatorum non videant. Magis enim distant ab eis gloria Beatorum, quàm ea quæ in hoc mundo aguntur: sed ipsi non vident, quæ circa nos aguntur, vnde dicit Gregorius † duodecimo Moralium super illud Iob 14. Siue nobiles fuerint filij eius, &c. Sicut hi, qui adhuc viuunt mortuorum animæ quo loco habeantur, ignorant: ita mortui qui corporaliter vixerunt, vita in carne positorum, qualiter circa eos disponatur, ignorant: ergo multò minus possunt videre gloriam beatorum.

* libr. 12. Mor. c. 13. in prin.

¶2 Præterea, Illud quod conceditur Sanctis in hac vita pro magno munere, nunquam conceditur damnatis: sed Paulo pro magno munere, est concessum videre vitam illam qua sancti æternaliter cum deo viuunt, vt dicitur secundæ Corinth. 12. in glo. ergo damnati Sanctorum gloriam non videbunt.

¶Sed contra est, quod dicitur Luc. 16. quod diues in tormentis positus vidit Abraham, & Lazarum in sinu eius.

¶Respondeo dicendum, quòd sicut in litera dicitur damnati ante diem iudicij videbunt beatos in gloria non tamen hoc modo, quòd gloriam eorum, qualis sit, cognoscant, sed solùm cognoscent eos esse in gloria quadam inæstimabili: & ex hoc turbabuntur, tum

propter

Universidad de Deusto
Biblioteca

propeer inuidiam dolentes de felicitate eorum, tũ propter hoc, quòd ipsi talem gloriam amiserunt, vnde dicitur Sapientiæ 5. de impijs: Videntes turbabuntur timore horribili. Sed post diem iudicij, omnino beatorum visione priuabuntur, nec tamen ex hoc eorum pœna minuetur, sed augebitur, quia memoriam habebunt gloriæ beatorum, quam in iudicio viderunt, vel ante iudicium; & hoc erit eis in tormentum: sed vltrius affligentur in hoc, quòd videbunt se indignos reputari etiam videre gloriam, quam Sancti merentur habere.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd ea quæ in hac vita aguntur, non ita affligerent damnatos in inferno si viderentur, sicut Sanctorum gloria inspecta. Vnde non ita ostenduntur damnatis ea quæ hic aguntur: sicut Sanctorum gloria, quamuis etiam eorum, quæ hic aguntur ostendantur eis ea, ex quibus tristitiam habere possunt.

¶ Ad secundum dicendum, quòd Paulus inspexit vitam illam, in qua Sancti cum Deo viuunt eam experiendo, & in futurum perfectiùs sperando, quod non est de damnatis. Et ideo non est simile.

QVAESTIO XCIX.

De misericordia Dei respectu damnatorum, in quinque articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de misericordia, & iustitia respectu damnatorum.

¶ Circa quod quæruntur quinque.

¶ Primò, vtrùm ex diuina iustitia inferatur peccatoribus pœna æterna.

¶ Secundò, vtrùm per diuinam misericordiam omnis pœna tam hominum, quàm dæmonum terminetur.

¶ Tertiò, vtrùm saltem pœna hominum terminetur.

¶ Quartò, vtrùm saltem pœna Christianorum.

¶ Quintò, vtrùm illorum, qui opera misericordiæ fecerunt.

ARTICVLVS I.

Vtrùm ex diuina iustitia inferatur peccatoribus pœna æterna.

AD primum sic proceditur. Videtur, quòd ex diuina iustitia non inferatur peccatoribus pœna æterna. Pœna enim non debet excedere culpam. Deutero. 25. Pro mensura peccati erit & plagarum modus, sed culpa est tpalis: ergò pœna non debet esse æterna. 428 Th.4 dist. 46.q.1.ar. 3.

¶ 2 Præterea, Duorum peccatorum mortalium vnũ est altero maius: ergo vnum debet maiori pœna, q̃ alterum puniri, sed nulla pœna est maior, quàm æterna, cùm sit infinita: ergo non cuilibet peccato mortali debetur pœna æterna; & si vni non debetur, nulli debetur, cùm eorum distantia non sit infinita.

¶ 3 Præterea, A iusto iudice non infertur pœna nisi ad correctionem, vnde 2. Ethico. * dicitur, quòd pœnæ sunt quædam medicinæ: sed quòd impijs in æternum puniantur hoc non est ad correctionẽ eorum, nec aliquorum aliorum, cùm tunc non sint aliqui futuri, qui per hoc corrigi possint: ergò secundum diuinam iustitiam non infertur pro peccatis pœna æterna. * li.2.c.3. ante medium,to.5

¶ 4 Præt. Omne quod non est per se volitum, nullus vult nisi propter aliquam vtilitatem, sed pœnæ nõ sunt à Deo per se volitæ, non enim delectatur in pœnis cùm ergo nulla vtilitas accidere possit ex pœnæ perpetuatione, videtur, quòd perpetuam pœnam pro peccato non inferet.

¶ 5 Præt. Nihil quod est per accidẽs, est perpetuum vt dicitur in primo Cœli, & mundi, sed pœna est eorum quæ sunt per accidens, cùm sit contra naturam, ergo non potest esse perpetua. * li. 2. de cœ. 18.to.2

¶ 6 Præt. Iustitia Dei hoc requirere videtur, vt peccatores ad nihilum redigantur, quia per ingratitudinem meretur quis beneficia amittere; inter cætera autem Dei beneficia est ipsum esse, vnde videtur iustum vt peccator qui ingratus Deo existit, ipsum esse amittat. Sed si in nihilum redigantur, eorum pœna non potest esse perpetua, ergo non videtur esse consonum diuinæ iustitiæ, vt peccatores perpetuò puniantur.

¶ Sed contra est, quod dicitur Matth. 25. Ibunt hi, scilicet peccatores, in supplicium æternum.

¶ Præterea. Sicut se habet præmium ad meritum, ita pœna ad culpam, sed secundùm diuinam iustitiam merito tẽporali debetur præmium æternum; Ioan 6. Omnis qui videt Filium, & credit in eum, habet vitam æternam, ergo & culpæ temporali secundùm diuinam iustitiam debetur pœna æterna.

¶ Præterea. Secundùm philosophum in quinto Ethicorum, * pœna taxatur secundùm dignitatem eius, in quem peccatur; vnde maiori pœna punitur qui percutit alapa principem, quàm alium quemcunque. Sed quicunque mortaliter peccat, contra Deum peccat, cuius præcepta transgreditur, & cuius honorem alii impertitur, dum in alio finem constituit, maiestas autem Dei est infinita; ergo quicunque peccat mortaliter, dignus est infinita pœna, & ita uideturi, quòd iustè pro peccato mortali aliquis perpetuò puniatur. * li. 5. cap. com. 5.

¶ Respondeo dicendum, quòd cùm pœna duplicem habeat quantitatem, scilicet secundum intensionem acerbitatis, & secundum durationem temporis: quantitas pœnæ respondet quantitati culpæ secundùm intensionẽ acerbitatis, vt secundùm, quòd grauiùs quis peccauit, secundùm hoc grauior pœna ei infligatur; vnde Apocalyp. 18. Quantùm glorificauit se, & in deliciis fuit, tantùm date illi tormentum, & luctum: non autem respondet duratio pœnæ durationi culpæ, vt dicit Augu. † 21. de ciu. Dei. Non enim adulterium, quod in momento temporis perpetratur, mementanea pœna punitur etiã secundùm leges humanas, Sed duratio pœnæ respicit dispositionem peccantis, quãdoque enim ille, qui peccat in aliqua ciuitate, ex ipso peccato efficitur dignus, vt totaliter à ciuium consortio repellatur; vel per exilium perpetuum, vel etiam per mortem: quandoque verò non redditur dignus, vt totaliter à societate ciuium excludatur, & ideo vt possit esse conueniens mẽbrum ciuitatis, pœna ei prolongatur, vel breuiatur, secundùm quòd expedit eius curationi, vt in ciuitate cõuenienter, & pacificè viuere possit. Et ita etiam secundùm diuinam iustitiam aliquis ex peccato redditur dignus penitus à ciuitatis Dei consortio separari, quod fit per omne peccatum, quo contra charitatem peccat, quæ est vinculum ciuitatem prædictam vniẽs, & ideo pro peccato mortali, quod est contrarium charitati, aliquis in æternum à societate Sanctorum excluditur, æternæ pœnæ addicitur. Quia vt Augustinus dicit in libro prædicto, * quod est de ciuitate mortali ista homines supplicio primæ mortis, hoc est de ciuitate illa immortali homines supplicio secundæ mortis auferre. Quod autem pœna quam ciuitas mundana infligit perpetua non reputatur, hoc est per accidens, vel in quantum homo perpetuò non manet, vel in quantum etiam ipsa ciuitas deficit. Vnde si homo in perpetuum viueret, pœna exilii, vel seruitutis quæ per legem humanam infertur, in eo perpetuò maneret, qui verò hoc modo peccant, vt tamen inde non reddantur digni totaliter separari à sanctæ ciuitatis consortio, sicut peccantes veniaaliter, tantò eorum pœna erit breuior, vel diuturnior, quantò magis, vel minùs purgabiles erunt, secundùm quòd ti. 21. cã 21.to.4. li. 21. de ciuit.c. 21. à medio.ti.

quòd eis peccata vel plus, vel minus inhærerunt, quod in pœnis huius mundi, & purgatorii secundùm diuinam iustitiam seruatur. Inueniuntur etiam, & aliæ rationes, à Sanctis assignatæ, quare iustè pro peccato tẽporali aliqui pœna æterna puniantur. Vna est quia peccauerunt contra bonum æternum, dum contempserũt æternam vitam: & hoc etiam est quod Augustinus in prædicto † libro dicit, Factus est malo dignus æterno, qui hoc in se peremit bonum, quod esse posset æternũ. † li.21.de ciui.c.12. circa initium to.5. * li.14.Moral.ca.12. & libr. 4. Dial.c.44

Alia ratio est, quia homo in suo æterno peccauit. Vnde Gregorius * dicit in quarto Dialog. Ad magnam iustitiam iudicãtis pertinet, vt nunquam careant supplicio qui in hac vita nunquam voluerunt carere peccato. Et si obiiciatur quod quidam peccantes mortaliter, proponunt vitam suam in melius commutare, & ita secundùm hoc non essent digni æterno supplicio, vt videtur, dicendum est secundùm quosdam, quod Gregorius loquitur de voluntate quæ manifestatur per opus, qui enim in peccatum mortale propria voluntate labitur, se ponit in statu, à quo erui non potest, nisi diuinitus adiutus. Vnde ex hoc ipso quod vult peccare; vult consequenter in peccato manere perpetuo: homo enim est spiritus vadens, scilicet in peccatum, & non rediens per seipsum. Sicut si aliquis se in foueam proiiceret, vnde exire non posset nisi adiutus, posset dici quod in æternum ibi manere voluerit, quantumcunque aliud cogitaret. Vel potest dici, & melius, quòd ex hoc ipso quod mortaliter peccat finem suum in creatura constituit, & quia ad finem vitæ tota vita ordinatur, ideò & ex hoc ipso totam vitam suam ordinat ad illud peccatum, & vellet perpetuò in peccato manere, si hoc sibi esset impunè. Et hoc est quod Gregorius † in 34. libro Moralium, super illud Iob 41. Aestimabit abyssum quasi senescentem, dicit: Iniqui ideo cum fine deliquerunt, quia cum fine vixerunt. Voluissent quippe sine fine viuere, vt sine fine potuissẽt in suis iniquitatibus permanere, nam magis appetunt peccare, quàm viuere. Potest & alia ratio assignari quare pœna culpæ mortalis sit æterna, quia per eam contra Deum, qui est infinitus, peccatur. Vnde cùm non possit esse infinita pœna per intensionem, quia creatura non est capax alicuius qualitatis infinitæ; requiritur quod sit saltem duratione infinita. Est etiam quarta ratio ad hoc idem, quia culpa manet in æternum, cum culpa non possit remitti sine gratia, quam homo nõ potest post mortem acquirere, nec debet pœna cessare, quandiu culpa manet. li.34.cap. 11. in fine & 4.Dial. cap.44.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd sicut iam dictum * est, pœna non debet æquari culpæ secundum quantitatem durationis, ut uidetur etiam secundum leges humanas accidere. Vel dicendum, sicut Greg. * solvit, quòd quamuis culpa sit actu temporalis, voluntate tamen est æterna. In cor.ar. 2 locis in cor.ar.ci-tatis.

¶ Ad secundum dicendũ, q̃ quantitati peccati respondet quantitas pœnæ secundum intensionem: & ideo peccatorum mortalium inæqualium, erunt pœnæ inæquales intensione, æquales autem duratione.

¶ Ad tertium dicẽdum, quòd pœnæ, quæ infliguntur his, qui à ciuitatis societate non penitus eiiciuntur sunt ad correctionem eorum ordinatæ, sed illæ pœnæ per quas aliqui totaliter a ciuitatis societate exterminantur, non sunt ad correctionem eorum, possunt tamen esse ad correctionem, & tranquillitatem aliorum qui in ciuitate remanent, & ita damnatio æterna impiorum, est ad correctionem eorum, qui nunc sunt in Ecclesia. Non enim pœnæ sunt ad correctionem solùm, quando infliguntur, sed etiam quando determinantur.

¶ Ad quartum dicendum, quòd impiorum pœnæ in perpetuum duraturæ non erunt omniõ inutiles. Vtiles enim erunt ad duo. Primò ad hoc, quòd in eis divina iustitia conseruatur, quæ est Deo accepta propter seipsam. Vnde Gregorius † in 4. Dialogo: Omnipotens Deus, quia pius est, miserorum cruciatu non pascitur, quia autem iustus est, ab iniquorum vltione in perpetuum non sedatur. Secundò, ad hoc sunt utiles, vt de his electi gaudeant, dum in his Dei iustitiã contemplantur, & dum cognoscunt se euasisse. Vnde in Psal. 57. Lætabitur iustus cùm viderit vindictam, & Isaiæ vltimo: Erunt, (scilicet impij) vsque ad satietatem visionis, scilicet Sanctis, ut glos. dicit. Et hoc est, quod Greg. * dicit in 4. Dial. Iniqui omnes æterno supplicio deputati, sua quidem iniquitate puniuntur, & tamen ad aliquid ardebunt, scilicet ut iusti omnes; & in Deo videant gaudia quæ percipiunt, & in illis respiciant supplicia quæ euaserunt: quatenus tantò magis in æternum diuinæ gratiæ debitores se esse cognoscant, quantò in æternum mala puniri cõspiciunt, quæ eius adiutorio vicerunt. li. 4. Dial. ca. 44. circa mediũ Gl. in eri-lin. ibid. † li.4.Dia. cap.44.in med.

¶ Ad quintum dicendum, quòd quamuis pœna per accidens respondeat animæ, tamen per se respondet animæ culpa infectæ: & quia culpa in perpetuum in ea manebit; ideò etiam pœna erit perpetua.

¶ Ad sextum dicendum, quòd pœna respondet culpæ propriè loquendo, secundum inordinationem quæ inuenitur in ipsa, & non secundum dignitatem eius in quem peccatur, quia sic cuilibet peccato respõderet pœna infinita intensione: quamuis ergo ex hoc quòd aliquis peccat contra Deum, qui est auctor essendi, mereatur ipsum esse amittere, considerata tamen ipsius actus inordinatione, non debetur ei amissio esse: quia esse præsupponitur ad meritum & demeritum, nec per inordinationem peccati, esse tollitur vel corrumpitur. Et ideò non potest esse debita pœna alicuius culpæ, priuatio ipsius esse.

ARTICVLVS II.

Vtrùm per diuinam misericordiam omnis pœna terminetur tam hominum, quàm dæmonum.

AD secundum sic proceditur. Videtur, quòd per diuinam misericordiam omnis pœna terminetur tã hominum q̃àm etiam dæmonum. Sapientiæ 11. Misereris omnium Domine, quoniam omnia potes: sed inter omnia etiam dæmones continentur qui sunt Dei creaturæ: ergo & ipsorum dæmonum pœna finietur. 439 Th.4.d. 46.q.2.ar 1.c.3. q.1. & seq.

¶ 2 Præterea, Romanorum 11. * Concluſit Deus omnia sub peccato, vt omnium misereretur: sed Deus dæmones sub peccato concluſit, id est concludi permisit: ergo videtur, quòd etiam dæmonum quandoq; misereatur. Ad Rom. 11. & Galat.3.

¶ 3 Præterea, sicut dicit Anselmus † in libro, Cur Deus homo: Non est iustum, vt Deus creaturã, quam fecit ad beatitudinem, omnino perire sinat: ergo videtur, cùm quælibet creatura rationalis creata fuerit ad beatitudinem, non esse iustum, vt omnino perire permittatur. li.2.cap.4. in medio.

¶ Sed contra est, quod dicitur Matth. 25. Discedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius: ergo æternaliter punientur.

¶ Præterea, sicut boni angeli effecti sunt beati per conuersionem ad Deum, ita mali angeli effecti sunt miseri per auersionem à Deo. Si ergo miseria malorum angelorum finiatur quandoque, & beatitudo bonorum finem habebit, quod est inconueniens.

¶ Respondeo dicendum, quòd error Origenis fuit (vt Augustinus * vicesimoprimo de Ciuitate Dei dicit) quòd dæmones quandoque per Dei misericordiam liberandi sunt à pœnis. Sed iste error est ab Ecclesia re probatus. li.21.de ciuit.ca.17. & 23.to.5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

probatus propter duo. Primò, quia manifestè auctoritati Sacræ Scripturæ repugnat, quæ habetur Apocalypsis vicesimo: Diabolus qui seducebat eos, missus est in stagnum ignis & sulphuris, vbi & bestia, & pseudopropheta cruciabuntur die ac nocte in sæcula sæculorum: per quod in Scriptura significari æternitas consueuit. Secundò, quia ex vna parte Dei misericordiã nimis extendebat, & ex alia parte nimis eam coarctabat. Eiusdem enim rationis esse videtur bonos angelos in æterna beatitudine pmanere, & malos angelos in æternũ puniri. Vnde sicut ponebat dæmones, & alias damnatorum quandoque à pœna liberandas, ita ponebat angelos, & animas beatorum quandoque à beatitudine in huius vitæ miserias deuoluendas.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd Deus quantum in ipso est, miseretur omnibus: sed quia eius misericordia sapientiæ ordine regulatur, inde est quòd ad quosdam non se extendit, qui se misericordiæ fecerunt indignos; sicut dæmones & damnati qui sunt in malitia obstinati. Tamen potest dici, quòd etiam in eis misericordia locum habet, inquantum citra condignum puniuntur, non quòd à pœna totaliter absoluantur.

¶ Ad secundum dicendum, quòd ibi intelligenda est distributio pro generibus singulorum, & non pro singulis generum, vt intelligatur auctoritas de hominibus secundùm statum viæ, * qua scilicet & Iudæorum, & Gentilium misertus est, sed non omnium Gẽtilium, vel omnium Iudæorum.

* Al. quia

¶ Ad tertium dicendum, quòd Anselmus intelligit non esse iustum quantum ad decentiam diuinæ bonitatis: & loquitur de creatura secundùm genus suum. Non enim est conueniens diuinæ bonitati, vt totum vnum genus creaturæ, deficiat à fine, propter quem est factum. Vnde nec omnes homines nec omnes angelos damnati conuenit, sed nihil prohibet quin aliqui, vel ex hominibus, vel ex angelis in æternum pereant: quia diuinæ voluntatis intentio impletur in aliis, qui saluantur.

ARTICVLVS III.

Vtrùm diuina misericordia patiatur homines in æternum puniri.

440 AD tertium sic proceditur. Videtur, quòd diuina misericordia non patiatur saltẽ homines in æternum puniri. Quia Genesis sexto dicitur: Non permanebit spiritus meus in homine in æternum, quia caro est, & accipitur ibi spiritus pro indignatione, vt patet per Glos.* ibidem. Cum ergo indignatio Dei non sit aliud quàm eius pœna, non punientur æternaliter.

Gloss. ordina. ibid.

¶ 2 Præterea, Charitas Sanctorum hoc facit in præsenti, vt pro inimicis exorent; sed tunc habebunt: * perfectiorem charitatem: ergo tunc orabunt pro inimicis damnatis. Sed orationes eorum esse casæ non poterunt, cum sint maximè Deo acceptæ: ergo in precibus Sanctorum diuina misericordia damnatos quandoq; à pœna liberabit.

Al. maiorem.

¶ 3 Præt. Hoc quod Deus pœnam damnatorũ æternam prædixit, ad prophetiam comminationis pertinet: sed prophetia comminationis non semper impletur, quod patet per hoc quod dictum * est de subuersione Niniue, quia non fuit subuersa, sicut prædictum fuerat per prophetam, qui ex hoc etiam contristatus fuit: ergo videtur, quòd maltò amplius per diuinam misericordiam comminatio pœnæ æternæ commutabitur in mitiorem sententiam, quando in nullius tristitiam, sed in omnium gaudium cedere poterit.

* Ioæ 3.

¶ 4 Prætereà, Ad hoc facit, quod in Psalmo 76. dicitur: Nunquid in æternum proiiciet Deus? & sed iterum Dei est eius punitio: ergo Deus in æternum hominos non puniet.

Glossa interlinearis ibi.

¶ 5 Præt. Isaiæ decimoquarto, super illud: Tu autem proiectus es, &c. dicit Glos.† Etsi omnes animæ aliquando habebunt requiem, tu nunquam, & loquitur de diabolo: ergo videtur, quòd omnes animæ humanæ aliquando requiem habebunt à pœnis.

¶ Sed contra est, quod dicitur Matthæi vigesimoquinto, simul de electis & reprobis: Ibunt hi (scilicet reprobati) in supplicium æternum: iusti autem, in vitam æternam: sed inconueniens est ponere, quòd iustorum vita quandoque finiatur: ergo inconueniens est ponere quod reproborum supplicium terminetur.

† li. 21. de ciu. Dei. Et Greg. † li. 25. Moral. ca. 4. Dialog. quod Sancti in hac vita omnino pro inimicis exorant, vt conuertantur ad Deum, cùm adhuc conuerti possint. Si enim esset nobis notum, quòd essent præsciti ad mortem, non magis pro eis, quàm pro dæmonibus oraremus: & quia post hanc vitam decedentibus sine gratia, tempus conuersionis non erit, nulla pro eis fiet oratio, nec ab Ecclesia militante, nec à triũphante. Hoc enim modo pro eis orandum est, vt Apostolus dicit 2. Tim. 2. vt Deus det illis pœnitentiam, & resipiscant à diabuli laqueis.

¶ Præt. Sicut dicit Dam.* hoc est hominibus mors quod est angelis casus: sed angeli post casum irreparabiles fuerunt: ergo & homines post mortem: & sic reproborum supplicium nunquam terminabitur.

* li. 2. ortho. fidei c. 4. ã fine.

¶ Respondeo dicendum, quòd (sicut Augustinus* dicit vicelimoprimo de ciu. Dei) quidam in hoc ab errore Origenis declinauerunt, quod dæmones posuerunt in perpetuum puniri, sed omnes homines quandoque liberari à pœna, etiam infideles. Sed hæc positio omnino est irrationabilis. Sicut enim dæmones sunt in malitia obstinati, & ita perpetuò puniendi, ita & hominum animæ, qui sine charitate decedunt: cùm hoc hominibus sit mors, quod est angelis casus, vt Damas. dicit.

* lib. 21. c. 17. & 18. to. 5.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd verbũ illud est intelligẽdum de homine secundùm genus suum: quia ab humano genere quandoque Dei indignatio est remota per Christi aduentum: sed illi qui in hac reconciliatione, quæ facta est per Christum, noluerũt permanere, in seipsis diuinam iram * perpetrauerunt; cùm non sit nobis aliqui is modus reconciliationis cõcessus, nisi per Christum.

Al. perpetrauerũt.

¶ Ad secundum dicendum, quòd sicut Augus. * dicit 21. de ciu. Dei. Et Gregorius † 25. Moralium, & 4. Dialog. quod Sancti in hac vita omnino pro inimicis exorant, vt conuertantur ad Deum, cùm adhuc conuerti possint. Si enim esset nobis notum, quòd essent præsciti ad mortem, non magis pro eis, quàm pro dæmonibus oraremus: & quia post hanc vitam decedentibus sine gratia, tempus conuersionis non erit, nulla pro eis fiet oratio, nec ab Ecclesia militante, nec à triũphante. Hoc enim modo pro eis orandum est, vt Apostolus dicit 2. Tim. 2. vt Deus det illis pœnitentiam, & resipiscant à diaboli laqueis.

† li. 21. de ciuit. ca. 4 ro. 5. † li. 34. Moral. ca. 6. à med.

¶ Ad tertium dicendum, quòd prophetia commonitoris in ciu. Dei) quidam in hoc ab errore Origenis declinauerunt, quod dæmones posuerunt in perpetuum puniri, sed omnes homines quandoque liberari à pœna, etiam infideles. Sed hæc positio omnino est irrationabilis. Sicut enim dæmones sunt in malitia obstinati, & ita perpetuò puniendi, ita & hominum animæ, qui sine charitate decedunt: cùm hoc hominibus sit mors, quod est angelis casus, vt Damas. dicit.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd verbũ illud est intelligẽdum de homine secundùm genus suum: quia ab humano genere quandoque Dei indignatio est remota per Christi aduentum: sed illi qui in hac reconciliatione, quæ facta est per Christum, noluerũt permanere, in seipsis diuinam iram * perpetrauerunt; cùm non sit nobis aliqui is modus reconciliationis cõcessus, nisi per Christum.

¶ Ad secundum dicendum, quòd sicut Augus. * dicit 21. de ciu. Dei. Et Gregorius † 25. Moralium, & 4. Dialog. quod Sancti in hac vita omnino pro inimicis exorant, vt conuertantur ad Deum, cùm adhuc conuerti possint. Si enim esset nobis notum, quòd essent præsciti ad mortem, non magis pro eis, quàm pro dæmonibus oraremus: & quia post hanc vitam decedentibus sine gratia, tempus conuersionis non erit, nulla pro eis fiet oratio, nec ab Ecclesia militante, nec à triũphante. Hoc enim modo pro eis orandum est, vt Apostolus dicit 2. Tim. 2. vt Deus det illis pœnitentiam, & resipiscant à diaboli laqueis.

¶ Ad tertium dicendum, quòd prophetia comminator ia pœnæ tunc solùm immutatur, quando variantur merita eius, in quem comminatio facta est. Vnde Hieremiæ decimooctauo dicitur: Repẽtè loquar aduersùm gentem, & aduersùs regnum, vt eradicem, & destruam, & disperdam illud, si pœnitentiam egerit gens illa à malo suo, agam & ego pœnitentiam super malo quod cogitaui vt facerem ei. Vnde cum damnatorum merita mutari non possint, comminatio pœnæ semper in eis implebitur: nihilominus tamen prophetia comminationis semper, quantùm ad aliquem intellectũ impletur: quia vt dicit Augustin. in prædicto* libro, euersa est Niniue, quæ mala erat, & bona ædificata est, quæ non erat: stantibus enim mœnibus atque domibus, euersa est ciuitas in perditis moribus.

* li. 2. de Ciui. c. 24 à med. c.

¶ Ad quartum dicendum, quòd illud verbũ Psal. 76. pertinet ad vasa misericordiæ, quæ se indignos misericordia non fecerunt, quia in hac vita, quæ quædam ira Dei est, propter vitæ miserias, vasa misericordiæ mutat in melius. Vnde sequitur in Psal. 76. Hæc mutatio dexteræ excelsi. Vel dicendum, quòd hoc intelligitur de misericordia aliquid relaxante, non de misericordia totaliter liberante, si extendatur etiam ad dãnatos.

natos. Vnde nõ dicit, Continebit ab ira misericordias suas, sed in ira: quia non totaliter pœna tolletur, sed ipsa pœna durante misericordia operabitur, eam diminuendo.

¶ Ad quintum dicendum, quòd glos. illa non loquitur simpliciter, sed sub hypothesi impossibilis, ad exaggerandum peccati magnitudinem ipsius diaboli, vel Nabuchodonosor.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum pœna Christianorum damnatorum per diuinam misericordiam terminetur.

441 AD quartum sic proceditur. Videtur, quòd saltem Christianorum pœna per diuinam misericordiã terminetur. Quia Marc. vlt. Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit: sed hoc est omnium Christianorum: ergo omnes Christiani finaliter saluabuntur.

¶ 2 Præt. Ioan. 6. dicitur: Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet vitam æternã: sed hic est communis cibus, & potus Christianorum: ergo omnes Christiani finaliter saluabuntur.

¶, Præterea, 1. ad Corinth. 3. Si cuius opus arserit, detrimentum patietur: ipse autem saluus erit sic tamẽ quasi per ignem, & loquitur de illis, in quibus fuit fundamentum fidei Christianæ; ergo omnes tales finaliter saluabuntur.

¶ Sed contra est, quod dicitur 1. ad Corinth. 6. Iniqui regnum Dei non possidebunt: sed quidam Christiani sunt iniqui; ergo non omnes Christiani ad regnum peruenient; & ita perpetuò punientur.

¶ Præterea, 2. Petri 2. dicitur: Melius erat illis non cognoscere viam iustitiæ, quàm post agnitionẽ retrorsum conuerti ab eo quod illis traditum est sancto mãdato, sed illi qui uiam veritatis non cognouerunt, æternaliter punientur: ergo & Christiani, qui ab agnita recesserunt.

† li. 21. ca. 20. & 21. to. 5.

¶ Respondeo dicendum, quòd quidam fuerunt, (vt dicit Aug.† in prædicto libro) qui non omnibus hominibus promiserunt absolutionem à pœna æterna, sed solis Christianis, & in hoc diuersificati sunt. Quidam enim dixerunt, quòd quicunque sacramenta fidei perceperunt, ab æterna pœna erunt immunes: sed hoc est contrarium veritati, quia quidam sacramenta fidei recipiunt, & fidem non habent, sine qua impossibile est placere Deo, Heb. 11. Et ideo alii dixerunt, quòd solùm illi ab æterna pœna erunt immunes qui sacramenta fidei sunt consecuti, & fidem catholicam tenuerunt.

Sed contra hoc esse videtur, quòd aliquando aliqui catholicam fidem tenent, & postea ab ea recedunt, qui non minori pœna sunt digni, sed maiori, quia 2. Petr. 2. Melius erat illis non cognoscere viam iustitiæ, quàm post agnitionem retrorsum conuerti. Planum est etiam plus peccare hæresiarchas; qui de fide catholica recedentes, nouas hæreses fingunt, quàm illos, qui à principio aliquam hæresim sunt secuti.

Et ideo alii dixerunt, quòd illi soli ab æterna pœna sunt immunes, qui in fide catholica finaliter perseuerant, quantùmcunque aliis criminibus inuoluantur. Sed hoc manifestè contrariatur Scripturæ, quia Iacobi primo dicitur: Fides sine operibus mortua est: & Matt. 7. Non omnis qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum cælorum, sed qui facit voluntatem Patris mei, qui in cælis est: & in multis aliis locis, Scriptura peccantibus æternas pœnas comminatur. Vnde non omnes finaliter in fide persistentes, à pœna æternã erunt immunes, nisi & ab aliis criminibus inueniãtur finaliter absoluti.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd Dominus ibi loquitur de fide formata, quæ per dilectionem operatur, in qua quicunque decesserit, saluus erit. Sed huic non solùm opponitur infidelitatis error, sed quodlibet peccatum mortale.

¶ Ad secundum dicendum, quòd verbum Domini intelligitur non de illis, qui tantùm sacramentaliter edunt, qui indignè quandoque sumentes, iudicium sibi manducant & bibunt; vt dicitur primæ ad Cor. 11. sed loquitur de manducantibus spiritualiter, qui per charitatem ei incorporantur: quam incorporationem facit sacramentalis comestio, si quis dignè accedat. Vnde quantum est ex virtute sacramenti, ad vitam æternam perducit, quamuis aliquis se ponat tali fructu priuare per peccatum, etiam postquam dignè sumpserit.

¶ Ad tertium dicendum, quòd fundamentum in verbis Apostoli intelligitur fides formata, super quam qui peccata venialia ædificauerit, detrimentum patietur: quia dro eis punietur à Deo: ipse tamen saluus erit finaliter, quasi per ignem, vel temporalis tribulationis, vel pœnæ purgatoriæ, quæ post mortem erit.

ARTICVLVS V.

Vtrùm omnes illi, qui operantur misericordiæ opera, punientur æternaliter.

442 AD quintum sic proceditur. Videtur, quòd illi omnes, qui opera misericordiæ faciunt, non punientur æternaliter, sed solùm illi, qui opera misericordiæ negligunt. Iacob. 2. Iudicium sine misericordia illi, qui non fecit misericordiam: & Matth. 5. Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur.

¶ 2 Præt. Matth. 25. ponitur disceptatio Domini cũ reprobis & electis: sed illa disceptatio non est nisi de operibus misericordiæ: ergo solùm pro operibus misericordiæ omissis, aliqui æternaliter punientur; & sic idem quod priùs.

¶ 3 Prætereà, Matth. 6. dicitur: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris, &c. ergo videtur, quòd misericordes, qui aliis peccata dimittunt, ipsi veniam peccatorum consequentur; & sic non æternaliter punientur.

¶ 4 Præt. 1. Timo. 4. super illud: Pietas ad omnia vtilis est, dicit Glo. Ambros.† Omnis summa disciplinæ Christianæ in misericordia & pietate est, quam alti quis sequens, si lubricum carnis patiatur, sine dubio vapulabit, sed non peribit: si quis autem solùm exercitium corporis habuerit, perennes pœnas patietur: ergo illi qui insistunt operibus misericordiæ, & peccatis carnalibus detinentur, non in æternum punientur; & sic idem quod priùs.

Ambr. super hunc locũ Pauli.

¶ Sed contra est, quod dicitur primæ ad Corin. 6. Neque fornicarii, neq; adulteri, &c. regnum Dei possidebunt: sed multi qui se exercent in operibus misericordiæ, sunt tales: ergo non omnes misericordes ad regnum æternum peruenient, & ita aliqui eorum æternaliter punientur.

¶ Præte. Iacob. 2. dicitur, Quicunque totam legem seruauerit, offendat autem in vno, factus est omnium reus: ergo quicunque seruat legem quò ad opera misericordiæ, & negligit alia opera, reatum de transgressione legis incurret; & ita æternaliter punietur.

¶ Respon-

Universidad de Deusto Biblioteca

* li. 21. de civ. c. vlt. tom. 5.

¶ Respondeo dicendum, quòd sicut August. dicit, in libro † prædicto: quidam posuerunt, non omnes qui catholicam fidem tenent, à pœna æterna esse liberandos, sed solùm illos, qui operibus misericordiæ insistunt, quamuis etiam aliis criminibus sint subiecti. Sed istud non potest stare, quia sine charitate non potest aliquid Deo esse acceptum, nec sine ea prodest aliquid ad vitam æternam. Contingit autem aliquos operibus misericordiæ insistere, qui charitatem non habent: vnde his nihil prodest ad vitam æternam promerēdā vel ad īmunitatē æternæ pœnæ ut patet primæ ad Cor. 13. Et præcipuè hoc apparet absurdum in raptoribus, qui multa rapiunt, & tamen aliqua misericorditer largiuntur. Et ideo dicendum, quòd quicunque cum peccato mortali decedunt, nec fides, nec opera misericordiæ eos liberabunt à pœna æterna, etiam post quantumcunque spatium temporis.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd illi misericordiam consequentur, qui misericordiam ordinatè impendunt: non autem ordinatè misericordiam impendunt, qui seipsos in miserendo negligunt, sed magis se impugnant malè agendo; & ideo tales misericordiā penitùs absoluentem non consequentur, etiamsi consequentur misericordiam de peccatis debitis aliquid relaxantem.

¶ Ad secundum dicendum, quòd non propter hoc ponitur disceptatio solùm de operibus misericordiæ, quia pro eorum neglectu tantummodo aliqui puniēntur æternaliter, sed quia illi ab æterna pœna liberabuntur post peccata, qui per opera misericordiæ sibi veniam impetrauerunt, facientes sibi amicos de mammona iniquitatis.

¶ Ad tertium dicendum, quòd illud à Domino dicitur de his, qui petunt sibi debitum relaxari, non autē de illis qui in peccato persistunt; & ideo soli pœnitentes per opera misericordiæ consequentur veniam pœnitus liberantem.

¶ Ad quartum dicendum, quòd glos. Ambros. loquitur de lubrico venialis peccati, à quo aliquis post purgatorias pœnas, quas vapulationem dicit, per opera misericordiæ absoluetur. Vel si loquatur de lubrico mortalis peccati, est intelligendum quantum ad hoc, quòd adhuc in uita ista existentes illi, qui ex fragilitate in carnalia peccata incidunt, per opera misericordiæ ad pœnitentiam disponuntur. Vnde talis non peribit id est disponetur per talia opera ad non pereundum, gratia introducta à Domino, qui est benedictus in sæcula sæculorum. Amen.

ADDITIONIS Tertiæ partis Summæ Theologicæ B. Thomæ Aquinatis, nunc denuò ad vetera manuscripta exemplaria, & prætereà etiam ad eiusdem B. Thomæ Scripta in quartum Sententiarum (vnde ad verbum propemodum desumpta est) summa cum diligentia collatæ, atque à plurimis mendis repurgatæ.

FINIS.

REGISTRVM.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S.

Omnes sunt Quaterniones præter, S, qui est Ternio.

Universidad de Deusto
Biblioteca